Digitized by Google

12
13 II
16M

C. 91. d.

12. 1. K. 16

12
1
K
16

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

ΑΡΙΣΤΟΤΕΛΟΥΣ
ΠΕΡΙ ΖΩΩΝ ΙΣΤΟΡΙΑΣ.

ARISTOTELIS HISTORIA de Animalibus.

IVLIO CÆSARE SCALIGERO
Interprete, cum eiuſdem Commentarijs.

PHILIPPVS JACOBVS MAVSSACVS,
in Senatu Toloſano Conſiliarius Regius, ex Bibliotheca paterna opus à multis abhinc annis expetitum primus vulgauit & reſtituit, additis Prolegomenis & Animaduerſionibus.

ACCEDIT FRAGMENTVM QVOD DECIMVS HISTORIARVM
inſcribitur, multò quàm antea emendatius & auctius.

ADDITI PRAETEREA INDICES, VNVS AVCTORVM QVI IN OPERE citantur & emendantur, alter rerum & verborum notabilium.



TOLOSÆ,
Typis Raymundi Colomerij, Typographi Regij.
M. DC. XIX.
Cum Priuilegio Chriſtianiſſimi Francorum & Nauarræ Regis.

Digitized by Google

FLORENTISSIMÆ

AC POTENTISSIMAE

VENETORVM REIPVBLICÆ,

PHILIPPVS JACOBVS MAVSSACVS

in Senatu Toloſano Conſiliarius Regius,

D. D. D.

CÆSAREM quis condignè præter Lucullum excipere poteſt? Quis Ariſtotele familiariter vti præter Alexandrum? Quid pæanibus occini præter diuinitatem? Quid magnatibus, vel theſauris offerri præter ingentia & regalia munera? Magnum & immortale donum eſt (SERENISSIMI PROCERES) quòd venio ſuſpenſurus; & an par vnquam viſura ſint venientia ſecula, dubito. Quod ſpero vel inuidi ipſi fatebuntur ſtatim, ſi non voti reum, ſed votum ipſum conſiderent. Quærendus ergo fuit cui potiſſimùm operis huiuſce dignitas conueniret, cui extra inuidiam deberetur hæc adorea. Quæſiui mediusfidius & curioſè, & diu: ſed, quæ eſt huius ſeculi infelicitas, vix aliquem offendi verum

Digitized by Google

Mœcenatem. Alexandros quidem multos & Philippos cognomines numerarem, qui poterant à me deſignari: Reges, Principes, & magnates quamplurimos, auguſtiſsimos Senatus, & reſpublicas nobiliſsimas, quæ imperium iſtud iure ſibi vindicare poſſe videbantur. Quinimo plures occurrêre, qui veteres illos Alexandros & Philippos non ſolùm facultatibus, magnanimitate, animi fortitudine, & varijs deuictarum gentium titulis æquarent: ſed & pietate, clementia, cæteríſque virtutibus regijs ſuperarent. At non ea ſola ſufficiunt. Æquanimum præterea iudicem poſtulo, aut Mœcenatem, qui non, vt illi, regna dumtaxat, aut præclara facinora meditetur, aut, vt hi, magnas res tractet continuò negotioſus. Alexandrum expeto, qui præter regna & totius orbis poſſeſſionē, à puluinari nunquam deponat Homerum: vel Philippum, qui progeniem ſuam felicem eo nomine putet, quòd ei naſci contigerit tempore cuiuſdam Ariſtotelis: vel denique Domitianum, qui rebus pariter muſiſque vacare poſsit Deus. Mitto tot alios, quos veneranda tulit antiquitas, vt ſeculo huic noſtro inuidiſſe planè videatur. Obiicient, non hodie Mæonidas, aut Nicomachi filios reperiri. Fateor, quia non inueniunt fautores ſuos, quia non viuunt rerum domini, qui tàm excelſas mentes fouere velint, & in aulas ſuas euocare. Naſcuntur quidē Homeri, nec enim arte fiunt, aut voto

& ſuffragijs, vt conſules: ſed non ad maiora ſtimulantur, non honeſtis ſtipendijs pelliciuntur ad virtutum faſtigia. Fiunt autem Ariſtoteles longo rerum vſu & experientia, non naſcuntur: quis enim vnquam ſapiens natus eſt præter Deum-hominem? Et tamen hodie vix principum conſilijs aſſident, aut domos regias frequentant, aut magnatum inſtitutionibus præficiuntur. Reſurgerent haud dubiè & excitarentur magnæ & cœleſtes illæ animæ, ſi principibus aliter videretur. Alexandros enim & Philippos ſequuti ſunt Ariſtoteles: Nicolaos quintos, Leones decimos, Franciſcos primos, Coſmos, Theodori Gazæ, Trapezuntij, Barbari, Budæi, Politiani, aliíque doctiſsimi & prudentiſsimi viri, qui laboribus ſuis Europam noſtram illuſtrem reddidere. In hoc ſenio literarum, ſi cuiuſdam principis auxilio & munificentia exules muſæ non reuocentur, periculum eſt ne Diuæ à poſſeſsionibus ſuis excludantur præſcriptione, & ne mortalium mentes perpetuis ignorantiæ nebulis temporiùs offundantur. Exorere igitur, exorere noue Titan alicunde, & ſplendore tuo hodiernos homunciones, qui è ſolio & culmine palatiorum impudenter detrudunt philoſophos, philologos, magnóſque viros, quorum ſimiæ tantùm videri cupiunt, tanquam erraticas quaſdam ſtellulas fuga & obſcura. Exurge ſecunde Hercules, & monſtra hæc doma, or-

Digitized by Google

bémque peccatis iſtis repurga. Verùm quò me impetus animi, & æternus literarum amor penè nolentem traxit? Méne hodie nouum aliquem Herculem, aut Solem poſtulare? Méne aliunde quàm ex Gallia mea, vbi Brulardi, Vairij, ſimiléſq; Neſtores & Catones intimo Principis conſilio præſunt, regnúmque velut ſoli firmique Atlantes ac tibicines fulciunt, Apollines muſagetas exoptare? Méne Gallum in Gallia, vbi feliciter regnat verus monſtrorum ambitionis & ignorantiæ domitor Chriſtianiſſimus & inuictiſſimus Princeps Ludouicus XIII. nouum quendam literarum reſtauratorem expetere? Ignoſcat mihi Maieſtas tua (Domine:) has querelas à me vrgens neceſſitas & imminẽs periculum expreſſere. Te vnicum illum Herculem & Solem adorabunt poſthac, cum deo beneuolente, omnes eruditi: qui poſt impetratam regnis tuis quietem, poſt reſtitutas imperio tuo veteres leges, poſt exanclatos denique pluſquam Herculeos labores, muſis ſua ſceptra, decorémq; natiuum reſtituturus es. Verè enim audis & iuſtus & tranquillitatis publicæ cõſeruator. O vtinam maieſtati tuæ heroicum iſtud opus potuiſſem honeſtè & decorè conſecrare: hoc certè primùm mihi fuiſſet in votis. Sed quia nec noſtrum erat, & tenues leuéſque ſatis videbantur iſti conatus noſtri, quibus ipſum adornare tentauimus, differre maluimus votum, aliàs red-

Digitized by Google

dituri, cùm & maiora moliri dabitur, & erimus à muſarum ſupellectile paratiores. Ne tamen multum ab ſcopo aberraremus,& vt ſpecimen aliquod noſtræ in maieſtatem tuam obſeruantiæ & deuotionis interim promeremus, ad ſereniſſimos reipublicæ Venetæ proceres oculos conuertimus: quos ſcimus tàm arcto ſtrictóque fœdere tibi eſſe coniunctos,vt rem gratam maieſtati tuæ exiſtimauerimus eſſe facturos, ſi eis incomparabilis viri Iul. Cæſ. Scaligeri curas in Ariſtotelis Hiſtoriam de Animalibus,offerendas curaremus:& ita quod iure ipſis debebatur,redderemus. Ad id autem multæ me, eæque grauiſſimæ cauſæ impulerunt. Primùm nominis veſtri (SERENISSIMI PROCERES) celebritas, & excellētiſſimæ Reipublicæ ſtatus, in quo plures ſeſe obtulere Alexandri,qui duos Ariſtoteles amplecterentur: Ariſtotelē dico Scaligero comitatum,diſcipulo fortè præceptore ſuo non minore. Qua in re factum eſt,vt qualibet monarchia potior inuenta fuerit ariſtocratia veſtra. Si enim ex omnium politicorum pręceptis,in eo dominationis illius verſetur pręſtantia, vt neminem potentiæ ſocium, aut ſceptri participē ferat,vnicum ex ea ſperare poterā Alexandrum:at plures quærendi. Vnde autem nanciſcendi,niſi ex illuſtriſſimo Senatu veſtro, cuius Senatores, non reges modò mihi, quales olim Pyrrhi legato Romani, ſed & Alexandri omnes meritò viſi ſunt. Et ſi verum eſt

Laconas olim de liberorum ſuorum pulchritudine fuiſſe tantopere ſollicitos,vt corã grauidis vxoribus formoſiſsimorum adoleſcentium Nirei, Narciſsi, Hiacynthi,Caſtoris & Pollucis, deorúmq; ſpecioſorum Apollinis & Bacchi effigies exhiberent: annùm ego probè mores illorum nunc imitatus ſum? Qui,cùm à vetere dictum ſcirem, liberos libros noſtros eſſe, eóq; dulciores charioréſque,quò diuinitati propinquiores, ob oculos meos propoſuerim non modò venuſtiorum iuuenum Laconicas tabellas, ſed ex auguſtiſſimo Senatu veſtro, ſapientiſſimorum ac fortiſſimorum Neſtorum & Catonum archetypos,Alexandrorum etiã,Cæſarum,Scipionum, Põpeiorum, atque aliorum eiuſmodi Heroum veras ac viuas imagines; vt partus hic meus (meum dico quod mihi vitam debet) & venuſtior,& vndequaque, quoad eius fieri poſſet, perfectior educeretur.Multum quidẽ antea fuiſſet nudum opus tanti viri publicare, cuius olim perfectio & conſummatio tam liberalẽ Alexandri manum experta eſt. Sed poſtquam Scaligeri cura melior & ornatior priſtino cultus acceſſit, idem in mundo ſuſpẽdere, immane quantum illud ſuperat. Quantum autem cultum & ornatum à nudo & ſimplici diſtat,tantò maiores quoque eligendi mihi fuere Mœcenates, ſub quorum nomine & fama prodiret in vulgus. Vobis (SERENISSIMI PROCERES) nolui nobiliores, non inueni digniores,

non potui maiores. Quòd ſi quis vlteriùs inſtituti noſtri rationem inquirat: dicam Scaligerum ciuem Veronenſem fuiſſe, & ſub imperio veſtro tranquillè, quoad ipſi datum eſt, ſemper vixiſſe. Obloquantur enim quantum volent inuidi, rumpantur ilia Codris: nunquam eum quicquam in ditionis veſtræ perniciem molitum eſſe docebunt: nunquam à partibus veſtris defeciſse arguent: nunquam efficient quin atauis editus ſit Regibus, & ab Alano ſeriem numerare poſsit auorum. Quid enim aliud quàm plauſtra conuitiorum & mendaciorum afferēt? Imperium ſi quod ambiuit Scaliger, literarium fuit: alios mundi dominos in vtramque aurem dormire ſiuit ab hac cura vacuos,& Apollo tantùm voluit haberi, Muſarúmq; coryphæus: non ſupremus terræ vllius arbiter, qui ſolam diuinitatem meditabatur, & radijs mentis ſuæ totum orbem æquè illuſtrabat. Viuet igitur & æternùm viuet Scaligerorum in literis principatus, nec eorum ſceptra vlla vnquam abolebit vetuſtas, quamuis famelici omnes ex tanti nominis iactura gloriam aucupari cotidie conentur. Atque hæc vna è præcipuis cauſa fuit, quæ me cogitabundum primò, violentiùs tandem inuitauit ad hos faſces & diadematis inſignia Veneto ſummittenda imperio: vt nihil niſi regium & auguſtum ei offerretur, & viderent zoili quotquot hodie viuunt, Veronenſem fortuna ciuem, illuſtri

tamen, etſi nolint,& regia ſtirpe oriundum,& propria virtute,ac meritis Principem,non ſine applauſu à vobis excipi, & poſt mortem ipſam obſeruari. Quod feliciter & benè, vt ſpero, mihi cedet. Pergam adhuc. Deſtinatum hoc opus fuerat ab auctore,Briando Valleæ Senatori Burdegalenſi,viro clariſsimo & eruditiſsimo. Poſt cuius obitum Siluius filius ætate grandior, non Senatorij tantùm ordinis aliquem, ſed & principem Senatus noſtri, Ioannem Stephanum Durandum, æternum illud vrbis noſtræ columen, non procul à parentis voluntate nuncupauerat, ſub cuius auſpicijs germanus iſte ſuus in lucem veniret. Ego verò quid facerem? qui ſcirem nihil religioſius quàm ſupremas hominum voluntates obſeruandum eſſe: & patris & filij volui premere veſtigia, & eadem ad ſupera gradiendo incedere via. Ille Senatori ſui temporis doctiſsimo: hic principi Senatus, Regis Chriſtianiſsimi fidiſsimo conſiliario: ego autem & togatus,& Senator Reipublicæ totius orbis florentiſsimæ & potentiſsimæ donum hoc perenne conſecraui. Annùm iſtud eſt ex præſumpta defunctorum voluntate fideicommiſſum reſtituiſſe? Neceſſarij etiam Mœcenates erant mihi, qui de opere & iudicium ferre, & eius lectione capi poſſent. Hi ſiquidem immortales partus fruſtra eduntur, & dedicantur, niſi ſpes ſit eos incorruptos iudices inuenturos,

qui & ſenſa ingeniorum penetrare queant, & de eorum meritis ſententiam ferre. Vnde autem & prudentiores & humaniores poterant peti, quàm è Senatu veſtro, ex quo tanquã ex inexhauſto & perenni fonte ab infinitis retrò ſeculis effluxere tot illuſtriſsimi Heroes, qui non ſolùm literis, præclaris facinoribus, ſed & arte regendi imperia, & armis floruere. Non ibo per eorum laudes: vererer enim culpa ingenij deterere tam ingentem & nobilem materiam. Dicam ſolummodo literas Græcas Latináſque vobis, vrbique veſtræ ab auorum noſtrorum memoria vitam debere. Et hoc vnum addam, acutiora & ſolidiora ingenia è Republica veſtra ſenſim labentibus annis exorta eſſe: quàm vel olim Roma, aut Athenæ, vel Principum vllorum aulæ viderint, aut viſuræ ſunt vnquam. Sciunt hoc finitimi veſtri hoſtes, publicǽque rei perturbatores ac peſtes, & periculo ſuo toties experti ſunt, vt verè ludibrium vobis debere fateantur. Quod & me tacente clamarent ſatis omnia illa ſtratagemata, quibus tam ſtrenuè audaculi Myrmidones toties vobis pœnas dedere, quoties inſanas neſcio quas moliti ſunt Gigantomachias. Hæc tamen ego inter vltima prudentiæ & fortitudinis veſtræ argumenta collocare ſoleo: reliqua prætereo: quis enim dicendi finis? Hærebo hìc igitur, & publicè profitebor, poſt varios caſus, & tot rerum quæ in

immenſo hoc pelago contigerunt diſcrimina, me veſtrum aſylum petiiſſe, vbi portum tenens fidem voti ſoluam. Gallus ſum, & intimis cordis mei fibris liliorum reuerentia altè eſt impreſſa, eóque confidentiùs ad vos accedo, quò certior ſum huius nominis amantiſſimos eſſe, & Regis chriſtianiſſimi vnicè obſeruantiſsimos. Amaui à teneris vnguiculis veſtrum nomen, paulatímque creſcens noſtrorum cum veſtris animorum conuenientiā demiratus ſum. Relatus inter viros, poſtquam ſtupendum illud orbis miraculum vrbem veſtram videre mihi datum eſt inter peregrinandum, & admitti in penetralia adytorum veſtrorum, vbi nemo profanus vnquam viſus eſt, conſtitui perfectè apud me Ariſtocratiam veſtram ſeculis Monarchiæ noſtræ penè æqualem æternùm colere & ex animo reuereri. Quod vt teſtari aliquo modo poſſem, publicum hoc & immortale monumentum ſupereſſe volui, ex quo venientia ſecula diſcant, me neminem exſtitiſſe in hac rerum vniuerſitate veſtræ magnanimitatis & excellentiæ obſeruantiorem. Dat. Toloſæ Kalend. Iul. anno reſtit. ſalut. M. DC. XIX.

PHILIP.

PHILIP. IACOBI MAVSSACI, IN SENATV TOLOSANO CONSILIARII Regij, in Ariſtotelis Hiſtoriam de Animalibus, & Iul. Cæſ. Scaligeri Commentarios & interpretationem,

PROLEGOMENA.

VT omnes (ERVDITE LECTOR) *qui paulo humaniores ſunt, & guſtum aliquem habent bonarum litterarũ, ſtatim faſſuri ſunt, Iul. Cæſ. Scaligerum, omnes ſuperioris æui eruditos, & arte dicendi, & ſcientiarum varietate, longè poſt terga reliquiſſe. Ita nemo bonus & liberaliter educatus negabit, ſat ſcio, quin ſi æterno & immortali huic operi ſuo ſuperfuiſſet, eiſdem vlnis legitimum hunc ingenij ſui fœtum foturus fuiſſet, quibus reliquos liberos ſuos: quin inquam eadem arte, ordine, ac methodo qua res eſt tractare ſolitus, Prolegomena fuiſſet præpoſiturus, quibus breuiter, & vno intuitu totius operis, & laboris facies conſpecta fuiſſet ab erudito lectore. Hoc enim ſolent quicumque nouere mortalium ingenia æternùm duraturis operibus cicurare. Quando autem parcarum & fati malignitate factum eſt, vt poſtumus natus ſit iſte hæres, nullíque ei relicti, aut dati tutores, qui eius curam haberent: ego quamquam neq; datiuus, neque teſtamentarius, aut fiduciarius, ſi non fraterna, aut cognata charitate, honorarius tamen, & honoraria tantùm opera ſuſcipere tutelam eius confidenter auſus ſum. Quamuis nullius curæ indigere videretur opus, quod non tantùm ad perfectam venit ætatem, ſed mortalem omnem ſollicitudinem ſupergreditur. Neque miretur quiſpiam ſi nos homunciones regiæ iſtius indolis curam ſuſcipiamus, & onere noſtris humeris impari velimus fungi Nam maximi ſunt honoris & gloriæ ſtimuli. Prætereà ab æterna obliuione redemptus eſt pecunia paterna filius, quem æquo animo, etiam contra Romanas leges, quæ minorem natu maiorem adoptare vetant, adoptauimus; quando eum domo parentis, & laribus ſuis expulſum abdicatúmque ſine cauſa iamdiu nouimus. Parentis igitur, & tutoris vices præſtabimus, hoc priùs profeſſi, nõ eò inſaniæ veniſſe nos, vt autumemus pro meritis regium hunc puerum excepturos. Scimus equidem quàm res anguſta domi, & quàm curta ſupellex: ſed non ignoramus tamen proles regias ſæpiſſimè expoſitas à paſtoribus ipſis & bubulcis fuiſſe educatas ſatis liberaliter, neque larium paternorum, nec morum regiorum oblitas. Continget, vt ſpero, idem huic educationi, & tuitioni noſtræ, poſtquam enim alta & ſublata fuerit hæc proles, poterit haud dubiè in cenſum fratrum venire tanquam non degener hæres. Digni ſimus qui ad prætorem, & agnatos amandemur, ſi confidamus inſignibus & ornamentis naturalis parentis nos eum conſpicuum reddituros: abſit: non ita temerarij ſumus. In his enim regionibus aduenæ, & nihil, aut parum in hoc litterarum genere ſubacti, quid valeant humeri, & quid ferre recuſent probè ſcimus: nec ignoramus quanta molis ſit tantum volumen vulgare, & æternitati conſecrare, & quàm periculoſum ſit tam vaſtum pelagus ingredi, ſine vllo commeatu, aut armamento. Verùm, ſi nec vllus fratrum, nec ipſe alumnus Robertus Conſtantinus, cui commendatus fuerat, cum germano Theophraſto ſcilicet de Plantis, à ſexaginta abhinc plus minus annis, eum non dicam inſtruere, ſed ne quidem ante ora virorum nudum venire permiſerint. Quis obſtupebit ipſum nos voluiſſe in libertatem vindicare, & volitare viuum per ora mortalium. Dolemus equidem tenuitatem & imbecillitatem virium noſtrarum, ſed quid fiat? neceſſe eſt ſorte ſua contentus viuat. Tantùm enim remotæ vires noſtræ ſunt & opes ab adminiſtratione ſuſcepta, quantùm pretium quo redemptus eſt captiuus, ab æſtimatione: quippe res hæc eſt cuius commercium non poteſt eſſe. Laudandi tamen ex eo quòd egregia erga eum ſimus voluntate, & conari velimus pro modulo noſtro excipere. Nec adeo ignoti noſtri lares, quin patricij ſint, & regia quadam auctoritate nitantur. Permittamus ergo vela ventis, & progrediamur in altum.*

Multa ſunt (ERVDITE LECTOR) *quæ in anteceſſũ, antequam opus hoc à limine ſalutes, præmittenda eſſe indicauimus, ne in ſacrarium videaris admitti illotis, vt aiunt, manibus. Quædam autem opus ipſum Ariſtotelis, hiſtoriam ſcilicet de Animalibus, eius partitionem, & doctrinæ, quæ in ipſo tractatur, excellentiã attingent: quædam verò Scaligeri interpretationem, & Commentarios quos tibi primi offerimus. Et quia primæ ſunt illæ actiones, quibus ſtatus controuerſia mouetur, vnde videntur dictæ præiudiciales: age, videamus primùm de interpretatione & Cõmentarijs, quid nobis videatur: excipiamus præiudicales illas actiones, quas propoſituri ſunt quidã, qui inuidia potiùs ducti quàm beneuolẽtia, negare audebunt partũ hũc genuinũ & legitimum eſſe, aſſerentes, & quidẽ ſuperciliosè, vt ſunt ventoſi & rabulæ hodierni critici, non eumdẽ hunc eſſe,*

quē Iul. Cæſ. Scaliger ſuſtulit & perfecit antequā moreretur. Videor enim mihi iam audire inuidos, & nimiū ſibi arrogantes quoſdam, vociferantes & obijcientes theſaurum hunc à ſolo Ioſepho Scaligero nuper in Batauia in perniciem literarum extincto fuiſſe poſſeſſum, atque ab eo Bibliothecæ Lugduno-Batauæ legatum in tam remotas diſsitáſque orbis terras non potuiſſe perferri. Videor aliunde exorientes alios audire, qui, vt volunt videri ſoli ſapientes, & horum ſacrorum participes, vanorum hariolorum more, indicta cauſa, antequam oculos coniecerint in limen operis, ipſum condemnabunt cenſoria nota. Quod ne quis à nobis temerè dictum putet, ita ſtolidos iam fuiſſe aliquos oſtendere poſſumus, vt dubitauerint de fide operis, & fautoris. Legitima olim puberum ætas coram magiſtratu ex aſpectu corporis dijudicabatur, ita ut nemo inter puberes referri poſſet, quin oculi priùs & teſtium, & iudicum functi fuiſſent officio. Longè aliud agunt iudices iſti noſtri ſine iudicio: neque enim ex aſpectu de hoc iudicium ferunt, ſed temerariò & inconſultò excludunt eum foras, & relegant: neque permittunt, ſi non in puberum, at ſaltem in impuberum venire laterculum. Hos vt deſperatæ ſalutis homines ſinimus nos vt pecudes viuere, & modeſtioribus, iiſq; qui ratione ducuntur, breuiter enunciamus hiſtorica & ſincera fide, quo pacto ſe tota res habeat, & quomodo factum ſit, vt inciderint in manus noſtras hi Commentarij. Sciunt eruditi omnes, & hoc luce meridiana clarius eſt, bonam operum Ariſtotelis partem à Iul. Cæſ. Scaligero fuiſſe Commentarijs illuſtratam: atque illa omnia nobis perijſſe dolent, cum reliquis eius operibus quæ perfecerat, aut eiuſdem, aut diuerſi generis. Vt eruditiſsimos illos Originum, *quos tantopere laudat in hoc opere, libros: ſeptem de* Semine genitali, *tres de* Re equeſtri, *de* Exemplis eloquentiæ, Familiares, Exotericas, & Nobiles exercitationes, *& alia id genus innumera, in quibus mira arte & induſtria, humano pluſquam ingenio, ferè omnia expediuerat, quibus literati perduci poſſunt ad veram polymathiam. Quin autem idem diſcrimen, vel periculum ſubierint, & in eadem naue fuerint iſti Commentarij in* Ariſtotelis Hiſtoriam de Animalibus, *parum abfuiſſe poſteà declarabimus. Sed ope diuina factū fuit, vt tandem, & furum manus furentium, & veſanarum flammarum voracitatem euaſerint, & ad nos peruenerint non quidem integri & perfecti, ſed quales viri eruditi, aut Siluius Cæſar Scaliger, aut Ioſephus Iuſtus, nobis eos reliquere ex ſchedis paternis hinc inde conquiſitis, & à voracitate flammarum, & plagiariorum rapina conſeruatis. Nam autographum Iul. Cæſ. integrum reſtitiſſe non eſt veriſimile. Robertus enim ille Conſtantinus cui commiſſa fuerat editio* Comment. in Theoph. *& lib. Ariſtot. de* Plantis, *id miſerè fortè aboleri permiſerit. Et toto cælo aberrabamus, cùm alicubi teſtati ſumus, redemiſſe nos ipſummet autographum, de antigrapho loqui volebamus, quod opera Siluij, vel Ioſephi conſignatum fuit, vt docebimus paulò poſt. Vt autem tota res eluceſcat, inquirendum priùs vtrum hæc interpretatio & Commentarij à Iul. Cæſ. Scaligero ante obitum perfecti fuerint, & in hunc ordinem redacti, cuius exſcripti manu, vtrum varia inueniantur in Europa eorum exemplaria, tandémque, an quod tibi hodie damus opus, legitimum germanúmque ſit. Quod ſi diligenter exequamur, haud dubiè non leuiter functi videbimur officio noſtro. Quod igitur ſpectat ad primum: ferendum eſt nunquam fuiſſe ex omni parte perfectum hoc opus, & multa ab auctore relicta fuiſſe, quæ peracturus erat poſteà, vel maiori diligentia, vel acriori ingenij contentione. Nam dum verſaretur in labore, & cotidie excreſceret in molem volumen, ne impetus ille & vigor animi, quo pollebat in notando, & vertendo, aut commentando retardaretur, quæ grauiori indigebant conſideratione, & attentione penitiori, abſoluenda in aliud tempus relinquebat, aſteriſciſque notabat. Non vnum locum proferre poſſemus, ad opinionis noſtræ confirmationem, ſed numeroſos. Contenti tamen erimus, tanquam ἀφ' ἑςίας hunc proponere, qui omnium inſtar eſſe poterit, & cauſæ iugulum petet. In exemplari quod repræſentauimus hac editione, iſta leguntur initio lib. 5. Hiſtoriarum, pag. 515. Apoteleſmate 3. Vbi lacuna aſteriſco & ſtellulis notata eſt.* Deeſt huius pulcherrimæ & eruditæ contemplationis comparatio & demonſtratio, quam auctor morte præuentus inchoatam tantùm eámque admodum mutilam reliquit. *His ſi addas ſimilem alium locum, qui exſtat pag. 525. Apoteleſ. 5. facilè dignoſces coniecturam noſtram vndique veritate fulciri.* Hîc hanc partitionem (*inquit exſcriptor*) deeſſe nemo non videt. A ſuperioribus tamen, vbi animalium partitiones & differentiæ ponuntur, peti poteſt. Atq; vtinam multa quæ in hoc opere deſiderātur, tā cōmodè ſarciri poſſent. *Infinitas alias auctoritates defero, quibus liquidò probari poteſt, exſcriptorem, quiſquis ille fuerit, ſiue Siluius, ſiue Franciſcus Douza, vel non integro autographo vſum eſſe, vel ſi vnquā exſtiterit, quod non puto, ei non exhibitum fuiſſe. De integro autographo loquor: nam quis non auguretur ſchedas auctoris à filijs Siluio & Ioſepho inter alia illius Heoris opera fuiſſe repertas, & exſcriptori datas, vt, ſi nō in integrū & perfectum, at ſaltē in aliquem ordinē redigerentur? Quod teſtantur omnes illi loci in quibus legere eſt toties in hoc opere,* & hic quædam deeſſe ex auctoris notis deprehendimus: *quia, vt diximus, aſteriſcis erant notatæ lacunæ, quæ debebant ab eo repleri. Iamdiu eſt ex quo vulnus hoc inflictū eſt rei literariæ, nec χθὲς ἢ πρώην labes hæc contigit & iactura. Audi Siluium filiū anno 1584. in hæc erumpentē, in editione* Fragmenti, *quod vulgò* Decimus Hiſtoriarū *inſcribitur.* Commētarius in hoc Apoteleſma iniuria tēporis perijt. Nā cùm ciuilibus tumultibus plebs efferata in Scaligeri domū irruiſſet, vt ex ipſius hęredū incōmoditatibus ſua pararet cōmoda, ſurrepta omni pretioſa ſupellectile, direpto ſuburbano prætorio, Bibliotheca quæ magno conſtabat, magno librorum in omni diſciplinarum

plinarum genere referta eamdem experta eſt calamitatem. Opera autem ipſius, quæ multa erãt, & multis vigilijs elaborata, maximo & Reipublicæ literariæ, & bonorum incommodo barbarorum manus non effugerunt. Ex tanto naufragio quaſdam tabulas, quæ tanquam ſcopæ diſſolutæ huc & illuc miſerè iacebant, Siluius filius paternæ memoriæ ſtudioſus collegit, ne diutiùs hoc bono poſteritas careret, néve labores tanti viri merito ſuo fraudarentur. Dolendum tamẽ pro ingenti theſauro has paruas reliquias exhiberi. Scio quoque doctos & hanc particulam huius operis deſideraturos: ſed hoc malum deplorare quidem facile; at quod ipſi remedium afferat, perquirere difficile. *Ex quibus quis non videt iam ipſo anno* 1584. *& antè, rem literariam iacturam feciſſe τῶ αὐτογράφω, ſi vllum vnquam ab ipſo auctore ad finem perductum fuerit. Nam & ſuprà docuimus quædã aliquando ab eo fuiſſe relicta, diligentiùs aliàs conſideranda & contemplanda, quæ ſicco pede prætirire cogebatur, dum commentaretur. Audi iterum Siluium in Epiſtola ad Lectorem.* Vale Lector candide, & hoc munuſculo fruere, dum nouem integros dè Hiſtoria Animalium paramus. *Integros, non quòd abſolutos dare poſſet, & nulla lacuna hiulcos: ſed quòd libros omnes Hiſtoriarum Ariſtotelis ad vnum præpararet, quales hodie tibi offerimus. Qui enim potuiſſet integros nouem vulgare, qui ne quidem fragmentum ſiue decimum Hiſtoriarum abſolutum dare potuerat, licet à patre omnino perfectũ fuiſſet, & Briando Valleæ Senatori Burdigalenſi eius amico ſummo oblatum ſemel atque iterum: vt ex Epiſtola Iul. Cæſ. Scaligeri patebit, quæ à nobis fragmento illi præpoſita eſt. Hanc verò Siluij fuiſſe mentem docent quæ leguntur ipſo initio Dedicatoriæ Epiſtolæ ad illuſtriſſimum virum Ioannem Stephanum Durandum principem Senatus Toloſani.* Dum tibi, *inquit*, totum corpus lacerum & deformatum priſtino nitori reſtituo, hanc tabulam è tanto naufragio ereptam & ſuperſtitem tibi voueo dedicóque, vir clariſſime. *Debebat addere quantum fieri poterit; Nam ſi ſperabat ſe opus priſtino nitori reſtituturum, cur multis in locis deturpatum hactenus viſum eſt? Sed hæc non ita religioſè & ſtrictè capienda ſunt. Pollicebatur Siluius Cæſar, ſe ex ſchedis paternis Hiſtorias Ariſtotelis, & interpretationem, ac Commentarios redintegraturum, quantum patiebantur mortalis ingenij vires, & prout vir bonus ac prudẽs præſtare humanitùs poterat. Nam & ante mortem ipſius auctoris vereor vt perductum ſit ad vmbilicum. Multa quidem ſunt quæ nos de eo addubitare faciunt, ſed illa tamen nihil conuincunt, & probabilia tantùm ſunt. En tibi quæ leguntur in diplomate Regis, Editioni Theophraſti de* Cauſis Plantarum *poſtpoſito, an.* M. D. LXI. L'humble ſupplication de maiſtre Robert Conſtantin Medecin auons receuë, contenant qu'il a compoſé, redigé, & mis par eſcript certains Commentaires & corrections ſur pluſieurs liures, leſquels il feroit volontiers imprimer & mettre en lumiere. C'eſt à ſçauoir vn liure intitulé *Commentarij Iul. Cæſ. Scaligeri, & Animaduerſiones in lib. Theophraſt. de Hiſtoria Plantarum, & de Cauſis.* Vn autre auſſi intitulé *Iulij Cæſ. Scaligeri Commentarij in lib. Ariſtotelis de Hiſtoria Animalium cum figuris.* Vn autre intitulé *Iul. Cæſ. Scaligeri Poëtic. lib. 7. Commentarij in Hippocr. De Inſomnijs. Nobilium Exercitationum Tomi. Vnde fortè quis, & ex innumeris alijs locis, in quibus de hoc opere mentio, inducat & colligat, non aliàs Roberto Conſtantino traditurum & commiſſurum fuiſſe Iul. Cæſ. Scaligerum ſuos Commentarios, vt typis mandarentur, quin abſoluti & perfecti fuiſſent. Quod omnino probabile prima fronte videri poßit. Verùm vt vt ſit, quouis ſacramento aſſeuerandum eſt, vel non editioni paratum hoc opus tunc temporis fuiſſe, licet hoc Codicilli Regij præferant, ſed tantùm deſtinatum: vel ſi fides habenda publico illi inſtrumento, vt certè habenda eſt, fatendum non Scaligeri fuiſſe αὐτόγραφον, ſed Conſtantini. Legitur enim illic Conſtantinum omnia opera, de quibus fit mentio, manu ſua deſcripſiſſe & emendaſſe. Quo tempore autem conceſſum fuit diploma illud Regium, fato iam functus erat Iul. Cæſ. Scaliger, itaut non ab eo ſed à Siluio potiùs Conſtantinus opus iſtud haberet. Non poterat verò habere niſi vt à Siluio traditum eſt. Et ſi integrum eſt traditum, dicendum eſt, vel à Conſtantino non fuiſſe ſatis cautè curatum, vt audiui ſæpiùs conqueſtum fuiſſe, dum viueret, Ioſephum Scaligerum de fide iſtius Conſtantini, & quorundam aliorum quos dolebat, tanquam plagiarios, multa opera paterna furatos eſſe: vel ab eodem Conſtantino ad Siluium remiſſum non euaſiſſe flammarum, aut furum rapacitatem, contendendum. Certè Siluium hanc iacturam flammis, furibus, & bello, ac rapinis imputare iam à nobis probatum eſt, vt non ampliùs dubitandum videatur de fide Conſtantini. De qua velim audias hoc Iul. Cæſ. Scaligeri teſtimonium in Epiſt. quadam ad Maumontium manu Ioſephi ſcripta, paulò ni fallor antè mortem.* Theophraſtus, *inquit*, totus abſolutus eſt cum Commentarijs. Verùm quid tum poſtea, cum mea opera præſentis nequeant, neceſſe eſt ignibus abituri emendatum iri. Idem fiet de Hiſtorijs Animalium, déque cæteris omnibus monumentis, quæ capſas non admodum puſillas complent. Tametſi Poëticæ inſtitutiones meæ an euaſerint tam acerbam fortunam, an peiorem ſubierint, neſcio. Scito enim, haud ita diu multum eſſe, cùm illos libros dedi Lugdunum perferendos Roberto Conſtantino, cuius integritas & fides niſi æquarent ingentem eruditionẽ, hoc interueniẽte caſu quid hariolandum mihi fuerit, neſciam. Eos tamen tuæ fidei commendo tanquã poſtumos. *Dubitari poteſt vtrum de ſolis lib.* Poëtices *loquatur, an etiam de alijs, Theophraſto, & Ariſtotele. Sed ego exiſtimo de* Inſtitutionibus Poëticis, *eum tantùm loqui. Nam Siluium Theophraſtum miſiſſe ad Conſtan-*

tinum video, eiúſque Editionem abſolutam anno 1566. Iam autem multi anni effluxerant, ex quo deceſſerat Iul. Cæſ. Scaliger: obijt enim anno 1558. Vides quàm luculentum teſtimonium pro liberatione fidei Conſtantianæ: vides etiam quomodo mẽs illa Scaligeri præſcia veri prædixerit vera de fato quod ſubire debebãt Commentarij in Hiſtoriam de Animalibus Ariſtotelis. E libris verò Iul. Cæſ. Scaligeri quoſdam ſemper deſperatæ editionis credidit parens, quales laudatiſſimi illi Originum centum viginti, de quibus ipſe in nobili illa Epiſtola, quæ velut index abſolutiſſimus eſt laborum ſuorum. Sunt præterea, *inquit*, libri Originum centum viginti, quorum editionem propter molem deſperaui. *Quales etiam theſaurus ille Latinæ linguæ, ſiue potiùs Cornucopia omnium, cuius toties mentionem facit in Epiſtolis, & in ea præcipuè Maumontij, in qua de querelis Caroli Stephani Typographi agitur, qui recuſabat operam Typographicam locare ob neſcio quas rixas, ſiue fieri inhumanique animi ſtoliditatem: & Cõmentarij in hos Hiſtoriarum libros, ob quorum quoque molẽ, non tantùm parens, ſed & filius Ioſephus de editione deſperauerãt, vt ex eius illuſtri Epiſtola ad Caſeliũ ſcripta anno 1607. oſtendam paulò poſt. Atq; hæc ſunt quæ de autographo huius operis cenſuimus eſſe præmittẽda.*

Nunc aliud diligentiùs examinemus, & videamus cuius opera & diligentia in hunc ordinem redacti fuerint hi Commentarij. Quod, vt accuratiùs fiat, conandum nobis eſt hinc inde colligere argumenta, quibus probabiliter ſaltem oſtendamus, vel Siluij filij ætate provectioris, vel Ioſephi induſtria theſaurum hunc ad hoc æui fuiſſe conſeruatum, & à tenebris, quæ eum obſederant, vindicatum. Siluius Cæſar igitur, vel Ioſephus Scaliger de nouo huic operi vitam dedere: nec vllus eſt qui ex ſchedis paternis opus reficere potis fuerit, præter hæc duo mundi lumina: duos inquam illos heroas verè paternarum virtutum hæredes. Et ſi mihi vaticinari liceat, Siluius ille eſt, cuius ſtudio perductum ad finem eſt hoc opus, Siluius ille eſt cuius manu compactum eſt hoc exemplar quod hodie primi vulgamus. Non negamus quidem Ioſephum Scaligerum incomparabilem virum curâſſe etiam deſcribendum & in mundum redigendũ hoc opus: imo paucis interiectis docebimus ipſum vſum eſſe Franciſci Douzæ manu. Sed exemplar hoc noſtrum Siluij diligentiæ & paternæ memoriæ amori tribuimus. Multa ſunt quæ nos in hanc induxere ſententiam. Ac primùm, Fragmenti illius quod Decimi Hiſtoriarũ titulũ præ ſe fert Editio, quæ veluti teſſera eſt integræ Hiſtoriæ de Animalib. Deinde fides, quæ in illa editione ſe obſtrinxit reſtituendi operis paterni, & curãdi vulnus quod inflictum fuerat Reipublicæ literariæ dudum. Præterea primus hæres, & poſſeſſor ac dominus factus eſt eorum, quæ à patre relicta ſunt, tam facultatum quàm librorum, ac omnium ſchedarum ſuperſtitum. Et quod præcipuum hac in re eſt, & maioris momenti, ex literarum comparatione facilè elici poteſt, manu propriâ Siluij bonam partem exemplaris à nobis exhibiti fuiſſe deſcriptam. Dicam nudè & ſincerè quo pacto ſe res habeat, & quibus argumentis, probationibus, ac indicijs à nobis hoc collectum fuerit. Nuper, dũ ego cùm Franciſco Caluentio noſtri Ordinis præſide vigilantiſſimo & eruditiſſimo, de Scaligerorum heroïcis virtutibus agerem, déque futura huius operis editione confabularer, duobus libellis comiter, ac liberaliter ab eo exceptus fui, vno exarato manu & non adhuc vulgato, Palæmonis ſcilicet antiquiſſimi & excellentiſſimi Grãmatici de Metris, *cuius editione Heliæ Puſchij compilationem breui locupletabimus & adaugebimus: altero excuſo, fragmento videlicet Hiſtoriarum de Animalibus Ariſtotelis, quod â Siluio iam vulgatum ſub decimi Hiſtoriarum nomine, & olìm eidem Caluentio oblatum fuerat, propria manu correctum & in margine repurgatum ab innumeris erroribus Typographicis quibus ſcatebat. Hunc igitur excuſum mox auidè peruolutaui, deſiderio eum comparandi cum exemplari manuſcripto, quod penes me habebam. Dum verò totus in eo eſſem, & quædam à me notarentur ex Codice manu exarato quæ in excuſo non erant: ecce quaſdam notas marginales offendi, quæ id continebant quod deeſſe in excuſo notabam ex ſcripto. Subitò nouitate rei perculſus, cum attẽtius notatoris manum conſiderarem, vidi nouique eum non alium eſſe quàm exemplaris mei deſcriptorem, conieciíque ſtatim ex notis illis margini libri, mihi à præſide ampliſſimo donati, appoſitis, & ex his, quæ de Siluij dono retulerat, neminem præter Siluiũ exemplar meum compegiſſe. Quam coniecturam meam facilè viro ingenioſiſſimo, & de literis optimè merito probaui, vtpote qui eam alio validiſſimo, & irrefragabili argumento confirmarem, ducto videlicet ex ſimilitudine literarum, & characterum Siluij, quam deprehenderã ex comparatione ſchedarũ quarundam Iul. Cæſ. Scaligeri in lib. de* Officijs Cic. ad Calcagninũ, Grifolũ, & Maioragiũ, *quarũ proœmiũ Siluius deſcripſerat, integrũ opus ſine dubio perfecturus, ni extremũ diem morte confeciſſet. Nolui tamen mihi ſtatim ſuffenus eſſe, & opinioni meæ omnino ſubſcribere, imo ad obruſſam rationis omnia iterum perpendere decreui, & integrũ codicẽ perlegere. In quo perlegẽdo non referã hic quas confuſiones obſeruauerim, quæ paroramata, quæ in Priſcianum peccata, quos barbariſmos, quàm peſſimam orthographiam, quas lacunas, quam ἀταξίαν, quas omiſſiones, quas lacunas: commodior namque erit paulò poſt de his te monendi, lector beneuole, locus. Poterant hæc omnia non tantùm in aliam me trahere ſententiam, quòd ſcirem Siluium virum doctiſſimum, & à patre maximè commendatum fuiſſe: ſed etiam ab inſtituto planè deterrere. Subſtiti nihilominus, & rerum verborúmque, quæ inter legendum notabam, pondere refocillatus aleam ieci. Quamuis autem quæ à nobis conijciendo de Siluio dicta ſunt, probabilia & veroſimilia videantur, non ea tamen ita pro veris vẽditamus, quin facilè nobis perſuadere ſinamus, potuiſſe alium, præter Siluium hoc opus adornare. Nunquam enim dubitauimus, quin curauerit Ioſephus Iuſtus Scaliger deſcribendos hos Commentarios manu Franciſci Douzæ:*

nam &

Prolegomena.

Nam & ne nos dubitare quidem ſiuerunt Epiſtolæ eius poſtumæ, & quædam alia virorum clarorum teſtimonia, quæ poſtea afferemus. Quod etſi non pateret ſatis, indicarent tamen alia multa, quibus liquidiſsime probatur, τὸν μακαρίτην Ioſephum Scaligerum hanc prouinciam deſcribendi hos Commentarios ſatis moleſtam demandâſſe cuidam Batauo, cuius perfectum exemplar legatum fuit publicæ Bibliothecæ Lugduno-Batauæ, vt ipſi teſtati ſunt publicè, & index librorum ab Scaligero legatorum docet apertè. Eximet verò te ab hoc ſcrupulo, ſi remanſerit vllus, elegans illa & pereruditа Epiſtola Ioſephi ad Caſelium, in qua hæc leguntur ſub finem. Quòd Epiſtolæ patris mei tibi mirificè placent, equidem mihi gratulor parenti meo lectorem contigiſſe, qui vnus inſtar omnium eſt. *Et paulò poſt.* Epiſtolarum verò harum Editionem debemus optimo optimi parentis filio Franciſco Douzæ, qui multis forulis priuatarum Bibliothecarum excuſſis, eas blattis eripuit, Quin etiam poſt Editionem aliæ ex Germania illi miſſæ, nam talium ingens numerus adhuc in Bibliothecis latet. Idem nunc totus eſt in deſcribendo ingenti Commentario patris mei εἰς τὰ περὶ ζώων ἱστορίας. Opus eximium & immortalitate dignū, ſi filio honeſtè de patre gloriari licet. Lentum tamen eſt negotium, & vixdum intra ſpem editionis ob molem, & longum laborem deſcribendi. *Ex quibus vides quomodo moles voluminis eum deterreret, & quo pacto etiam vel ex ſchedis paternis, vel ex Siluij exemplari aliud componendum curaret diligentia & induſtria nobilis illius Franciſci Douzæ. Ego nullus dubito quin de eo etiam loqui voluerit idem Scaliger in altera Epiſtola ad Richardum Tompſonum, 8. Kalend. Quint. Iul. 1600. cùm ita amicum illum ſuum compellauit quodam in loco Epiſtolæ.* Ego tuis illis Analectis in Ariſtotelis περὶ ζώων ἱστορίας cœnulas patris mei inſtruam, cuius Commentarij deſcribuntur adhuc. Si quid amplius habes quod φιλοπονίαν noſtram iuuare poſſit comiter imperti: *Et reliqua, quæ legere eſt in illa Epiſtola pereleganti & peruenuſtæ. Vtinam autem Analecta in Hiſtorias Philoſophi de Animalibus Richardi Tompſoni viri vndiquaque Doctiſsimi, & cuius familiaritate vti mihi licuit per tempus quo Cantabrigiæ Anglorum mihi commorari datum fuit, dum in Britannia peregrinarer, videre mihi fuiſſet conceſſum: vtinam his frui, & hanc noſtram Editionem adornare. Certè tanti viri manes debito honore, & laude non fraudâſſemus. In locum enim noſtrarum imbecillium, & puerilium animaduerſionum eruditiſsimi & ingenioſiſsimi viri coniecturas & diuinationes ſubſtituiſſemus. Quare ſtudioſos omnes obteſtor, & obſecro quibus poſſum deuoti in Rempublicam literariam animi viribus, ſi quid habeant quod conferre poſsint ad has tam lautas epulas, ne morentur, ne cunctentur litteratos omnes ſibi deuincire: imò quamprimum fieri poterit, quæcumque habebunt vel ex ſe, vel ex ſcrinijs aliorum promant, & euulgent. Sed mirari aliquando ſubijt, cur hoc in loco vocet filius hos Commentarios* cænulas patris ſui? *nihil enim minus quàm cænulæ ſunt hi Commentarij, quin potius lautæ, regiæ, magnificæque epulæ vocari deberent, ex quibus quilibet eruditi haurire poterunt abundè & ſufficienter ad animorum ſuorum paſtum: ex quibus inquam Theologi, quæ ad Dei Optimi Maximi cognitionem, Philoſophi, quæ ad reconditiorem ſapientiam, & rerum notitiam, Medici, quæ ad naturæ miracula perſcrutanda, Philologi quæ ad variarum rerum ac eruditionis theſauros abſtruſiſsimos parandos faciunt, affluenter & inexhauſtè petere valebunt. Sed de his alius dicendi locus. Audiamus tandem Caſaubonum noſtrum, quem ſtrenuum habemus in hoc conuiuio ἱεραςτήν. Teſtum enim Ariſtotelis diligentiſsimè & fideliſsimè repurgatum ab eo repræſentauimus, & multùm notis marginalibus ipſius adiuti ſumus. Is in quadam Epiſtolæ Martialis Editioni antepoſitæ parte ita Scaligerum alloquitur.* Et hoc munere optatiſſimo, quod iam manu Franciſci Douzæ nobiliſſimi adoleſcentis deſcriptum & editioni paratum, te habere ſcimus τὰς ἀπαρχὰς τῆς γνησίας παιδείας ἱερὰς, tibi deuincias, *de hoc opere verba faciens: vt dubitare nemo debeat quin Batauі alio exemplari potiantur opera illius Douzæ deſcripto, neſcio an affecto, an abſoluto. Vtinam nobis eo vti datum fuiſſet: fortè & noſtrū hoc opus abſolutius & perfectius dediſſemus & ſi quæ deſint, quæ perpauca ſunt, feliciter ſuppleuiſſemus. Auguramur enim magnam illam & excellentem Ioſephi Scaligeri mentem, nullum non lapidem mouiſſe ad illuſtrationem & conſummationem operis paterni, quod multis ante obitum annis promiſerat ſe editurū. Certe cum paterna hæc ſcripta manibus diu triuiſſe, vt & nunquam ſatis laudatos Originum libros, conuincunt ſatis quæ ab eo apud Varronem diſputata ſunt in Coniectaneis, & apud Auſonium in Notis ad Moſellam, vbi de varijs piſcium generibus, & apud Virgiliū in Commentarijs ad Appendicem, quo loci de aquilis, Ciri & Epope agitur. Vbi ſi rectè calculum ponas, inuenies corruptiſsimos illos Aeſchyli verſus, qui in nono huius operis leguntur, ex eius coniectura emendatos. Quam quomodo Siluius in hac ſua collectione includere potuerit ſæpius demiratus ſum, qui viderem, vix eum vitam ad primam Notarū in Appendicem Virgil. editionem produxiſſe. Sed communicauerat Ioſephus longè ante editionem Append. Virgil. correctionem & emendationem illam ſuam Germano Siluio, vt opus fortè patris comitaretur ad immortalitatem, quod Siluius, ni fallor tunc reficiebat.*

Hæc verò hactenus minima fuere, ſoláque coniectura diſputatum huc vſque eſt. Veniamus ad reliqua, & tentemus demonſtrare, vt ab initio ſuſcepimus, germanum hunc eſſe Iul. Caſ. Scaligeri fœtum, neque ab eo di-

verſum eſſe deſcriptum exemplar Donziaca manu, quod in Bibliotheca publica Lugdun. Bat. viſitur. Ita ſiquidem ambages omnes remouebimus, & incredulis ipſis faciemus ſatis. Nullus eſt è paulò politioribus, qui non fateatur Ioſephum Scaligerum, verum, etiam poſt Siluij obitum, horum Commentariorum fuiſſe dominũ, & ex eis multa collegiſſe, quibus in tempore vteretur: maximè in vltimo opere, in quo ſtrenuiſſimè reſpondet fabuloſiſſima illi Burdonum fabulæ. Quotquot autem in illa Confutatione ab Ioſepho producti fuere loci ex his commentarijs, conferre libet, vt vno intuitu videant omnes eruditi, in noſtra hac editione eos reperiri: & ita cauſa cadant, quicumque ſiniſtrum tulerint de eius ſtatu iudicium. Primus itaque, qui in illa Cõfutatione locus occurrit, eſt ex 4 περὶ ζώων ἱστορίας, de Pica, legitúrque pag. 197. edit. 4. Lugdun. Batau. an 1609. ſicque habet. Apud Sigiſmũdum principem in Chroatia, picam quæ loquacitate ſua omnes demulceret, vidimus, & quod rarum eſt, ea tota alba erat. Ea poſtea donatus Michael patruelis, puer adhuc, cùm laridi fruſtũ ei obtuliſſet, ſtatim cõcidit. Quo caſu motus Benedictus pater, mihi tanquam eius rei auctori plagas minatus eſt, *& reliqua quæ exſtant in Commentar. ad lib. 4. Ariſtotel. pag. 497. Apoteles. 277. Edit. noſtræ, quibuſdam paululum immutatis. Nam vbi eſt* demulceret, *in Confutatione*, obtunderet, *legitur in editione noſtra. Præterea hæc paulò diuersè leguntur.* Cui cùm Valentinus patruelis meus laridi fruſtulũ. *At quæ de ceruo ſubiũguntur*: is poſteà Oſtronizam miſſus patruo breui tẽpore hungaricũ perſonabat, *pag. 291. in Confutatione reperiuntur, vbi pro* oſtronizã, *legas* oſtrozã. *Secundus eſt de Solea. pag. 208. non notato numero librorum Ariſtotelis, quo fit, vt de eo minus certi quid proferre poſſim. Verba ſic habent.* Soleã Græci bugloſſam, à linguæ bubulæ ſimilitudine: anguſtior enim eſt. Itaq; veteres Latini lingulacã, Hiſpani nũc lẽguada: *& cætera, quæ in exẽplari hoc noſtro memini non legiſſe. Et ſi alicubi legantur, in Commentario ad ſecundum Hiſtoriarum, inueniri ea par eſt, vbi de piſcibus omnis generis multa notatu digniſſima. Verùm nec illic ea nos offendimus, ſicut nec alibi quædam alia, quæ in illa Confutatione adferuntur, à me diligenter in numerum omiſſorum relata. Tertius de Tritonibus, pag. 286. è Comment. ad 2. Hiſtoriarum.* Hieronymus Dominius vir ſimpliciſſimi animi, præceptor meus è Norico in Oceano Gallæco, noctu hominem per anchorarium funem adrepſiſſe, ſecuris imminentis de portiſculi manu, metu demerſum vidiſſe ſeſe. *Quæ in editione quidem noſtra non leguntur, ſed tantùm quæ poſtea ſequuntur.* Sebaſtianus Epirota, patris mei miles. *Et alia quæ ſcripta ſunt pag. 232. & 233. Edit. noſtræ. Quartus eſt de apibus pag. 287. non addito lib. Ariſtotelis numero: ſed nos obſeruauimus è nono Hiſtoriarũ hæc eſſe, pag. 1126. Apoteles. 323. Quintus de Capreis, pag. 289. ſine notatione libror. Ariſtotelis, quæ inuenies pag. 255. Edit. noſtræ. Sextus de Equis pag. 291. è Commentario tertio in lib. 3. Hiſtoriarũ, quæ referuntur pag. 257. noſtræ Editionis. Septimus de Hieronymo Dominio, è ſecundo Commentar. pag. 296. qui à nobis notatus iam fuit. Octauus de orca, pag. 297. Confut. è ſecundo etiam Commentario in Hiſtor. Ariſtot. de Animalibus, pag. 232. Edit. noſtræ. Nonus de equo Hiſpano, è ſecundò etiam Commentario in Hiſtor. de Animalibus, pag. 297. in Confut.* In bello vulnerati non cadunt, *aliàs* cedunt. Vidimus nos ſeſſorem equitem auexiſſe è prælio, *& cætera quæ inuenies pag. 255. Edit. noſtræ. Decimus de Pediculis, è quarto Commentario in Hiſtor. de Animalibus. pag. 298. Confut.* Neque enim ſugunt, vt pulices, ſed rodunt. *Quæ etiamſi à nobis hîc non repetantur ex editione noſtra, tamen in ea inueniri certiſſimum eſt: quod & per ſe diligens & cautus lector poterit obſeruare. Quæ verò paulò poſt ſequuntur de paſſeribus, etiam legas in Edit. noſtra pag. 494. Vndecimus de Xiphia è ſecundo Commẽtario in lib. Hiſtor. pag. 299. Confutat.* Dixere nauiculatores mihi Iadertini, *&c. quæ non eſt legere in editione noſtra, quamuis exſtent de Xiphia multa in ſecundo. Haud dubiè oſcitantia & incuria potius exſcriptoris quàm typographi hoc factũ putem, qui hæc pauca deſcribere oblitus fuerit. Nam quæ poſtea leguntur de teſtudine marina, eadem pag. 299. inuenias in Edit. noſtra, ne mutata quidem ſyllaba, pag. 212. cùm de teſtudine agit. Sed aduerte in Confutatione addi hæc duo verba:* oculis eſſe pretioſiſſimis, & pupilla pretioſa inter lapillos. *Noſtra editio non habet hæc*, inter lapillos. *Duodecimus pag. 300. Confut. de Gallinæ cantu, è Comment. 4. in lib. Hiſtor.* Quin etiam cùm in Illyrijs eſſemus in excurſione Chriſtophori Frigepanis, & pernoctaremus in tugurio, *cum reliquis, quæ in Edit. noſtra leges pag. 495. Apoteleſ. 283. quibuſdam immutatis & additis, qualia ſunt hæc.* Affinis noſtri: & nos taciti pro prodigio accepimus. *Cõfutationis liber habet*, nos territi prodigio ſumus. *Et malè Editio noſtra habet* prehenſam in ſtatere appendit: *meliùs Confutationis liber*, ſtatera appendit. *Deinde meliùs etiam Confutat. liber*, poſtero die, nocte eandem, *&* ſubiugatum iri *pro* fugatum. *Decimuſtertius pag. Confut. 302. de velia aue, non notato Comment. loco.* Sed quomodo velia ſit auis peregrina? imò verò vulgaris eſt. Nam & in valle Polyzela ipſam vidimus, & in Iſtris vbi eam apellant varellam. *Quæ quidem eadem verba non legas in Edit. noſtra, ſed ferè ſimilia pag 1013. Apoteleſ. 180. vbi de Gnaphalo, Comment. nono in Hiſtor. de Animalibus. Decimuſquartus pag. 303. in Confut. de Aquilis, non notato numero librorum. Quæ omnia in ſecundo exſtant, pag. 248. noſtræ Edit. Decimuſquintus pag. 304. Confut. de Paulo Liechtenſthein, ſine librorum numero: quæ alicubi in noſtra hac editione, in ſexto, vel ſeptimo, aut nono, pag. 775. Apotel. 392. vbi de vrſa, ſi benè memini. Sextuſdecimus, p. 306.*

de cico

de ciconia, non addito librorum numero. Viuit ciconia, inquit, ſerpentibus: & reliqua, quæ videre eſt pag. noſtræ Editionis 1048. Apoteleſ. 167. cap. 20. Decimusſeptimus pag. 306. Confut. de Capreis iterum, nõ notato ordine librorum: ſed è ſecundo ſunt illa verba: eas tyrunculis nobis comitãtibus, vt legere eſt pag. 255. Edit. noſtræ. Decimusoctauus pag. 310. Confut. de Sigiſmundo iterum Chroatiæ principe, & pica: quæ vbi in noſtra Editione reperirentur, ſuprà indicauimus. Decimusnonus pag. 311. Confut. de equis belgicis: quæ omnia leges Comment. ſecundo in Hiſtoriam de Animalibus noſtræ Editionis, pag. 255. 256. 257. Vigeſimus, pag 312. Confut. de vrſa, vbi malè notatus numerus eſt librorum 4. περὶ ζώων, debet 6. Reperiuntur enim illa in ſexto pag. Editionis noſtræ 775. Apoteleſ. 392. Sed aduerte craſſum errorem in Confut. quo loci legitur, appetita plumbeis glandibus & ictu ſcorpionum: meliùs noſtra Editio, ſcipionum. Vigeſimusprimus de Pardo, & Hippolyto Eſtenſi, pag. Confutat. 313. Vigeſimusſecundus, de equis ſequentibus luporum veſtigia, pag. Confut. 313. malè è tertio Comment. eſt enim è ſecundo, vbi de equis pag. 255. 256. 257. Vigeſimustertius de Aquilis iterum Confut. pag. 314, & editionis noſtræ pag. 245. Secundùm hanc magnitudinem pygargus cauda albicante, vnde nomen. Hæc poſtrema verba exemplar noſtrum non habuit. Vigeſimusquartus pag. Confut. 316. de aquilis iterum, præſertim de nigris & rutilis. Nigram vnam, non præteriere menſes duo, aluimus pulcherrimam & compoſitiſſimam: & cætera quæ non, ſi benè memini, leguntur in noſtra hac Editione: ſicut nec quæ pag. 412. eiuſdem Confut. de oculis fuluis Scaligerorum è Commentario primo in Hiſtor. de Animalibus, afferuntur. Nam quæ pag. 70. Apoteleſ. 75. editionis noſtræ lib. 1. de Animalibus, ſcripta ſunt, penè quidem ſimilia videntur & ſenſum ferè eundem habent, ſed tamen verbis longè diuerſis concipiuntur. Locum vtrumque nos indicare voluimus, vt comparatio fiat, & obſeruetur ratio differentiæ, quæ tribus, aut quatuor vt plurimum in locis à nobis prolatis occurrit. Id autem diſcrimen naſci ſemper augurati ſumus ex negligentia deſcriptoris, qui vbique ſchedas Iul. Cæſ. Scaligeri vel non potuit legere, vel ſcribendo plura potuit omittere, ob neſcio quam rerum varietatem, & malè digeſtam Commentariorum molem. Atque hæc ſunt quæ maximè ad natalium & ingenuitatis probationem facere nobis videbantur. Multo plura quidem adducere poteramus pro libertate huius partus tuenda, vt omnes illos locos Commentariorum, in quibus eiuſdem Iul. Cæſ. Scaligeri varia opera tam edita, quàm ineditatories laudantur, ex quibus facilè arguat quis, neminem præter Iul. Cæſ. Scaligerum hoc opus æternum potuiſſe componere. Stili præterea potuiſſem indicare conuenientiam, & rerum tractandarum methodum, diuinam philoſophandi rationem, ingenij acumen ſupra humanum, mirabilem & plusquam laconicam breuitatem in explicandis ijs, quæ multitudine verborum indigere videntur, cenſuræ ſeueritatem, quæ ad antiquorum accedit leges, peculiarem rerum & verborum cognitionem, ac etymologiarum peritiam, incredibilem linguarum, præſertim Latinæ & Græcæ notitiam, ſcientiarum, quibus erat imbutus, nobilitatem, perfectam rei equeſtris, bellicæ, aucupij, & mathematicorum experientiam. Quæ omnia magnum illum Heroem in numerato habuiſſe ex huiuſce operis lectione diſci poteſt. Sed, & quæ ipſis horum Prolegomenon initijs diſputata ſunt, & præcipui illi à nobis ex Confutatione fab. Burd. collecti loci, ſufficere viſa ſunt ad dirimendam omnem controuerſiam, & occludendum os illorum, qui vel mutire audebunt, vel temerè contra veritatem quà iure quà iniuria pugnare. Pernicacibus tantùm & incredulis hæc dicta ſint, qui cur hæc aduerſus iſtud opus effutierint aut effutient, ignorant, niſi inuidiam dicamus eis has criminationes dictaſſe, quod tanti theſauri nos viderint dominos ac poſſeſſores.

De Interpretatione ſupereſt vt quædam ſubiungamus: quandoquidem multos etiam eſſe non ignoramus, qui vix ſibi perſuaderi permittent, genuinam hanc eſſe Scaligeri librorum Ariſtot. de Animalibus interpretationem: ob id ni fallor, quòd ſolos Commentarios pollicitum eſſe Scaligerum arbitrentur, nec de interpretatione vlla penè fiat mentio omnibus illis in locis, in quibus de hoc opere loquũtur auctores. Verum vel Ephectici illi videri volunt, & hodierno ingeniorum malè feriatorum morbo laborare, vel parum in lectione horum operum eos ſubactos eſſe fatendum eſt. Nam & ex ſolius fragmẽti, quod decimus Hiſtor. dicitur, lectione ediſcere potuerunt, Iul. Cæſ. Scaligerum Ariſtotelis libros omnes, eos præſertim qui ad naturæ cognitionem pertinent, non nude tantùm interpretatum, ſed & commentatum eſſe. Quod & ipſemet teſtatur in eleganti illa Epiſtola ad Briandum Valleam, quam excudendam curauimus ipſo Decimi principio. Fragmentum autem illud non ideò ſolùm vertit Latinè, quòd antiqua verſio à Gaza viſa non reperiretur tunc temporis: ſed quia integrum opus de Animalibus & vertere, & Commentari meditatus erat. Cur enim toties in Commentarijs notaretur Gazæ verſio, niſi vt noua & comptior & melior offerretur. Ne dubitent igitur impoſterum temerè, & credant ſe ipſiſſimos Scaligeri in lib. Ariſtot. de Animalibus Commentarios, & veram perfectámque interpretationem nactos eſſe. Quòd ſi renuant, & cauillari perſeuerent, conſiderent ſaltem præcipuam huiuſce operis dignitatem & laudem in elegantia verſionis ſitam eſſe, & eam ita cum Commentarijs conſentire, vt ab eodem auctore hæc omnia effluxiſſe & emanâſſe neceſſariò ſit admittendum: aut abſurdæ Pythagoræ metempſychoſis tuenda, & Scaligeri animam in corpus aliud tranſmigrâſſe ſuſtinendum eſt.

Nunc de Operis præſtantia, eius redemptione, & noſtris in eo euulgando curis quædam in tranſcurſu dicamus, antequàm primam huiuſce tractatus partem abſoluamus. Et primùm de extollendo hoc opere non eſt

quod tantopere ſimus ſolliciti: ſatis enim ipſum ſeſe exerit, & temerarij ſimus, ſi hæc paucis ſuſcipere audeamus. Quid enim canere de opere poſſimus, quod ſexaginta abhinc plus minúſue annis omnis Europa tanto deſiderio expetiuit. Contentus igitur in præſens ero vno Catone, Iſaaco Caſaubono, inquam, qui in Præfatione ad Opuſcula Poſtuma Ioſephi Scaligeri, Illuſtriſſimum Thuanum ita compellat. Quamobrem & iſtis, & illo tantopere deſiderato Arabicæ linguæ theſauro vnácum ſupellectile vniuerſa librorum Orientalibus linguis ſcriptorum, aliorúmque manuſcriptorum, nec non Commentarijs in Hiſtorias Animalium à Iulio Cæſare Scaligero labore ingenti compoſitis, his inquam omnibus, hoc eſt incomparabili quadam gaza ſoli iam, vt apparet, Bataui fruentur, qui & poſtremos vitæ illius annos obtinuerunt, & nunc mortui cineres poſſident. *Sed eiuſdem Caſauboni de hoc opere iudicium præſtat audire in Epiſtola, quam Editioni Martialis Græcæ præfixit: mirifice enim faciunt ad rem.* At tui parentis, *inquit*, Commentarios in libros Philoſophi de Hiſtoria Animalium, quando luce publica donatos videbimus, aut quamdiu operis diuini deſiderio ſapientiæ ſtudioſis erit languendum? En vnquam ille dies illuceſcet, qui nos voti huius damnabit. Ἔξεχε ἔξεχ' ὦ φίλ' ἥλιε. Per ego te paterni nominis reuerentiam conuenio atque obteſtor nobiliſſime Scaliger, per amorem tuum in literas, per quicquid denique tibi charum eſt, vt inæſtimabilem theſaurum, non librum herois θεοεικέλου primo quoque die in vulgus edas. *Quomodo autem ad nos peruenerit regium iſtud opus tandem enunciandum eſt, vt apertiùs adhuc videant omnes à Siluij ſucceſſoribus rectà fuiſſe comparatum. Siluius Cæſar Scaliger liberorum Iulij Cæſaris natu maximus, quandam e Gobaſiana familia nobili virginem in vxorem duxit, è qua nullos ſuſtulit liberos. Itaque rerum omnium & hæreditatis Siluianæ domina facta eſt, neptis aut ſoror eius Anna Scaligera, quæ primùm nupſit Mothano Pelegruao viro nobili: vnde etiam nulli orti ſunt liberi. Secundùm vero Sourcæo cuidam, qui ei ſuperuixit & omnium ſchedarum, librorum, voluminum & codicum ex ſucceſſione Siluij Annæ Scaligeræ vxori obuentorum poſſeſſor factus eſt. Cùm autem hic Sourcæus ad ſecunda vota conuolaſſet, & fato ſuo functus fuiſſet, Codices illi & omnes libri, quos beneficio primarum nuptiarum habuerat ex Annæ Scaligeræ reliquijs, penes ſecundam eius vxorem Mariam Dargellæam remanſere. Inter quos potiſſimùm inuentum hoc exemplar eſt Commentariorum Iul. Cæſ. Scaligeri in Hiſtoriam Ariſtot. de Animalibus, Siluij manu à tertio ad vltimum deſcriptum: quod à parente meo viro clariſſimo redemptum eſt, opera quorundam amicorum ſuorum, quibus hac in re vſus eſt pararijs, & proxenetis. Res autem tota peracta fuit cum honeſto quodam viro Lectoratenſi Argellææ ſecundæ Sourcæi vxoris affine, qui etiam præter alia, opus egregium eiuſdem Iul. Cæſ. Scaligeri in Mar. Tul. Cic. lib. de Officijs, & Cælij Calcagnini in eos Diſquiſitiones, Maioragij pro Cicerone defenſiones, & Grifoli lucubrationes, non adhuc vulgatum mihi communicauit, multoſque ſe libros excuſos habere affirmauit, Scaligeri manu in margine notatos: vt Herodotum ab initio ad calcem Notis illuſtratum, Galenum, Hippocratem Ariſtotelem, & alios eiuſdem farinæ, quorum nomina referre longum eſſet. Atque ex his ſatis apparet quàm verum ſit quod initio dicebamus, genuinas has eſſe magni Iul. Cæſ. Scaligeri in Ariſtot. Hiſtoriam de Animalibus curas.*

Poſtquam igitur exemplari redempto plene frui nobis datum fuit, cœpimus ſeriò de eius editione cogitare, ne tenebris videremur tantum opus velle premere perennibus, & ſoli lautis hiſce epulis excipi. Conati ſumus itaque ab anno 1615. ſtatim Batauos, quos altero exemplari manu Douziaca deſcripto ſciebamus gaudere, à veterno excitare, eos ex pollicitatione conuenire, rogare vt opus ederent, quod eorum fidei à Ioſepho Iuſto Scaligero commiſſum fuerat, ne moras ampliùs necterent. Quando verò nihil potuimus ab eis impetrare, vel quia proprijs curis & laboribus addicti eſſent, vel ob neſcio quas de religione contentiones, quæ haud dubiè nos ab eo tempore orbârunt infinitis operibus eximijs (vix enim mihi perſuadeam, tot excelſas animas, tot terſa & egregia ingenia, debitis muſarum penſis, annuiſque literarum tributis & vectigalibus rempublicam literariam voluiſſe fraudare:) onus immenſum in nos ſuſcepimus, licet onere, & regio & oneroſiſſimo fungeremur, quod à nobis cotidianam ſollicitudinem ac vigilantiam exegit. Et profectò præſtat quid in eo præſtiterimus hiſtoricè exponere, vt quam gratiam nobis habere debeant literati, iudicent, qui de huiuſmodi operibus iudicare meritò poſſunt & ſoliti ſunt. Sperabamus freta hæc nos ſine ſcopulis, ſine ſyrtibus tranaturos eſſe, & pleniſſimis velis nauigaturos: & certè magnam ſperandi nobis anſam præbere videbatur non tantùm exſcriptoris manus perelegans, ſed & fama vulgatúmque nomen Scaligerorum. Verùm decollauit hæc ſpes fere è portu ipſo nauigantibus. Poſtquam enim in ipſa maris malacia, dum nobis omnia ridebant, paulò attentiùs profundos aquarum gurgites, ac vndarum fluctuúmque decumanorum vortices conſiderauimus, huc illúcque nauibus æquora ſulcantes, inuictis infractiſque animis, de ſalute dubitare incepimus. Comperimus itaque, contrà quàm ſperare fas erat, exemplaris noſtri tertiam ferè partem incognita nobis omnino manu exaratam: à primo libro ſcilicet ad medium tertij: Reliqua verò Siluij quidem diligentia compacta, vt deprehendimus ex litterarum collatione, ſed tamen non ita accuratè, quin permulta offenderimus & caſtiganda, & expungenda. In eo ſiquidem multa erant ſatis confuſa, & non eodem ſemper ordine digeſta: nec

Apote-

Prolegomena.

Apoteleſmata omnibus in libris, iiſdem numeris notabantur, imò longè diuerſis, vt vel hinc inconſtantes, & non ſat propoſiti tenaces exſcriptores arguere liceret. Figuræ præterea quæ vel inter textum, vel in marginibus picta viſebantur, ita rudes & inuenuſta, vt nihil mirum videri debeat, ſi imperitus alioquin & inſcitus artis ſuæ ſculptor eas repræſentando, & imitando aliquando peccauerit. Tanta autem in orthographia tàm Græcorum quàm Latinorum menda exſtabant, vt penè de deſcribendo rurſus ingenti volumine fuerit cogitandum. Interpunctionum verò, colorum, & aliarum huiuſmodi inciſionum, tam parum fida obſeruatio, vt in his notandis & ponendis immenſus fuerit ſubeundus labor. Denique præter illa exſcriptorum peccata, quædam offendimus, quæ vt ad ipſius auctoris mores & religionem ſpectare, ita etiam Lectoris paulo moroſi, aut ſuperſtitioſi oculos morari potuiſſent. Qualia ſunt quæ de ſcapulario lib. 1. pag. 99. Apoteleſ. 124. de globulis quibus preces numeramus Chriſtiani, pag. 636. Apoteleſ. 311. de monachis, pag. 207. & 1112. Apoteleſ. 324. quædam cum libertate ſcripta ſunt. Ea nos quidem poteramus expungere, ſed veriti ſumus ne in multorum criminationes & querimonias incideremus, qui doluiſſent propria & ſola auctoritate noſtra, hæc minima damnâſſe, & exemplar nos truncâſſe ad libitum ſuſpicati eſſent. Maluimus mediam viam ſequi, ne illorum oculos & ſuperſtitioſam timiditatem, horum verò nimis confidentem pietatem læderemus. Exemplar igitur integrum repræſentauimus, & hæc tanquam aliud agendo ab auctore effutita, notanda cenſuimus in Animaduerſionibus. Nec ob id tamen animo defecimus, aut cœptis: imo viriliùs dum nos vrgerent diaria occupationes, dum ingruerent negotiorũ forenſium procella, & contraria mentem noſtram diſtraherent ſtudia, quo pede cœperamus, pereximus, & alacriùs curſum, quem fortuna & literatorum ac muſarum beneuolentia amicorúmque preces dederant, peregimus, per multa impedimenta eluctati. Contulimus ergo primùm Græca Ariſtotelis cum interpretatione Latina Scaligeri, ſequuti Apoteleſmatum ordinem, quem videbamus ab eo ſeruatum in editionibus aliorum operum, vt Hippocratis de Inſomniis, fragmentíque Hiſtoriarum de Animalibus: & in Græcis ne vel latum vnguem ab editione Caſauboni Lugdunenſi diſceſſimus, quæ & fideliſſima & caſtigatiſſima eſt, niſi vbi interpretis verba coëgerunt nos inuitos aliquando quædam in textu, aut immutare, aut interpolare, aut inuertere, aut expungere. Ariſtotelis præterea Græcum textum adiecimus in gratiam omnium ſtudioſorum, ne operis huiuſce lectioni vacantes, ſæpius auocarentur & auerterentur, alia volumina conſulere coacti, vnde Græca peterent & compararent, & vt quæ in Commentarijs explicantur nullo ſeruato ordine phraſium & verborum, aut quæ in textu leguntur, à quouis diſtingui & ſeparari quirent, vt decet. Hoc ſiquidem in opere exſcriptorem inuenies multoties nullam habuiſſe rationem ordinis, & omnia ſuſque deque vertiſſe: ita vt quæ occurrunt in textu primùm explicanda, aliquando vltimo loco collocentur, vel è contrario. Quod exſcriptoribus potiùs quàm auctori vitio malui vertere, qui in his ordinandis & digerendis negligenter & oſcitanter ſe geſſerunt. Titulos deinde & Capitum inſcriptiones, quæ penè omnes deerant, in ſecundo, tertio, quarto, & quinto addidimus & ſuppleuimus, non ſine magno periculi diſcrimine. Quis enim ignorat quàm periculoſæ plenum ſit alea, ſenſa aliena perſequi, & tantorum veſtigijs inhærere virorum? Vtinam lacunas, vel coniectura, vel ope cuiuſdam Codicis emendatioris & integrioris replere, & ex omni parte ſarcire potuiſſemus. Sed hoc exoptare facile quidem, laudabile & glorioſum eſt: ſuſcipere verò & tentare temerarium valde, difficile & impoſſibile. Nam alicubi tot tantáque deſunt, vt ne quidem ab auctore ipſo ante mortem ſint abſoluta, nec vt puto ab vllo exſcriptore inuenta. Non dubitamus autem quin multum exemplari Douziaco in pleriſque lacunarum illarum ſarciendis adiuti fuiſſemus: ideóque per aliquod tempus illo potiri ardentiſſimè expetiuimus. Verùm vt illud ſperare vanum, ita ſpectare deſidioſum, & inutile fuiſſet. Faciliùs enim Veneti Theſaurorum ſuorum, quàm Batani exemplaris Douziaci copiam fecerint. Interpretationem denique, vbi manca erat) obliti enim erant exſcriptores quædam Apoteleſmata deſcribere) ex ipſis Commentariorum verbis audacter & confidenter reſtituimus, vt monemus in Animaduerſionibus: & denſiſſimam erratorum ac mendorum ſiluam eruimus, ac cecidimus quanta fieri potuit diligentia. Animaduerſiones etiam in fine operis adiecimus breuiſſimas, tum ob ingentem voluminis molem, tum quia in eis rationem tantùm reddere voluimus illorum quæ à nobis, vel emendata, vel correcta ſunt. Nam quæ latiùs & fuſiùs in hos Ariſtotelis libros, & Scaligeri Commentarios & interpretationem ſcripta & diſputata ſunt, in Capita Variarum Lectionum quarum ſex libros editioni iam paratos habemus, redegimus: vbi in omne genus auctorum claſſicorum ſeueriſsimè inquiritur. Fragmentum quoque quod decimus Hiſtoriarum inſcribitur, iterum edendum curauimus maiori quàm antea eſſet ſollicitudine. Quæ enim in Siluij editione omiſſa fuerant, vt omnium Capitum epigraphas de nouo dedimus, & multa etiam quæ in Commentarijs erant præterita ex exemplari noſtro reſtituimus: abſterſis craſsis illis erroribus quos habebat prior editio, quæ ita mendoſa erat, vt & in præfationibus & dedicatorijs ipſis grauiter lapſum eſſet, vt apparebit ex editionis noſtræ cum altera collatione. Elegantiſsimas etiam duas Epiſtolas Iul. Caſ. Scaligeri adiecimus: vnam ſcilicet, ad Briandum Valleam Senatorem Burdigalenſem, cui integrum hoc opus dicauerat ante Fragmentum illud: alteram ad Boëthum, tanquam Indicem abſolutiſsimum omnium operum ſuorum in limine Commentariorum: quia eas digniſsimas cenſuimus,

quæ

quæ hanc editionem comitarentur: vt viderent omnes nihil nos omittere voluiſſe quod ad eius ornatum & illuſtrationem faceret. Atque hæc ſunt quæ paucis effanda videbantur de curis in vulgando hoc opere noſtris. Quia verò fieri vix poteſt, vel ob infinitum numerum mendarum quibus exemplar ſcatebat, quæ oculos etiam acutiorum fugere potuiſſent, vel ob Typographorum noſtrorum etiam tyrocinium & inertiam, quin multi commiſſi fuerint errores in opere tam magno, oramus candidum lectorem vt benignè condonet quæ ſpiſſimè hic peccata inueniet tum in omittendo, tum in committendo, & omnia humanitati tribuat cui peccare connatum eſt. Quod facilè, vt ſpero impetrabimus, ſi conſideret, & ſuſceptum à nobis hoc onus fuiſſe, dum grauioribus curis diſtringeremur, & muſæi noſtri fores ac parietes, litibus potiùs, & priuatis publicíſque negotijs, quàm dulcibus muſarum cantibus perſonarent. Quæ quàm parum conueniant inter ſe, & quàm difficilè ſit vtriſque perfectè poſſe vacare, nemo nouit niſi qui idem dolium verſare tentauit. Hanc gratiam ſi obtinuero, & te non ingratijs noſtrum hoc munus accepiſſe videro, polliceor breui & inſigne opus Iul. Cæſ. Scaligeri in lib. de Officijs, quod penes me habeo autographum, & bonam Familiarium Exercitationum partem communicaturum. De Nobilium enim Exercitationum Tomis tribus nihil certi adhuc proferre poſſum, quamuis aliqua mihi facta fuerit ſpes theſauros illos è tenebris eruendi. Præterea lib. 6. Variarum Lectionum, quos ſcripſi aliud agendo, ne inter legendum quæ ſubitò notabam exciderent. Plures poſſem, & ſi ſchedas meas diligentius excutere vellem, & non piguiſſet ſcribere quæ ſuboriebantur & veniebant in manum, dum calor ac ingenij acies plura ſuggerebant, & memoriæ non tantam habuiſſem fidem, nec margines librorum meorum, aut ſchedulas quæ periere facilè, repleuiſſem. Sexti demum Philoſophi opera quæ reperiuntur, ex Bibliotheca Regia eruta, nunquam Græcè edita, & noua interpretatione ac Commentarijs donata, cum gloſſario vocum Pyrrhoniarum. Quæ omnia ſi vitam Deus dederit, & otium res noſtræ nobis fecerint, daturi ſumus breui. Et hæc de interpretatione, Commentarijs Scaligeri, & curis noſtris dicta ſint.

De Ariſtotelis nunc libris Hiſtoriarum in ſecunda horum Prolegomenωn parte tractemus: & indagemus primùm, quanto in pretio apud veteres habiti ſint, quomodo diuiſi & in Capita diſtincti: quot fuerint, & quid in eis tractetur. Quæ ſi paucis & ſubtiliter à nobis explicentur, non parum conferent ad huiuſce operis excellentiſſimi perfectam cognitionem. De præſtantia itaque & excellentia horum librorum ſatis ſuperque dixiſſe videbimur, ſi partem illam Philoſophiæ quæ ad naturam pertinet, & maximè, & diuinitus coluiſſe Ariſtotelem ex veterum recentiorúmque teſtimonijs comprobemus, & quod præcipuum eſt, ex ipſiſmet Franciſci Patricij in eum conuitijs & criminationibus eliciamus. Vellemus equidem nobis hic liceret ſpatiari & cauſam ſummi Philoſophi defendere aduerſus Italum nullomodo italum, immodeſtum & temerarium criticum, peſſimum Philoſophum, ne dicam miſerrimum Philologum, qui auctorum loca quæ profert, vt videatur profusè doctus, nunquam ad vera critices normas perpendit, & ne quidem vllo in loco in penetralia myſteriorum Ariſtotelicorum ingreſſus eſt, nec vnquam odoratus ſenſa diuinæ breuitatis, oraculorum, elocutionis, & ſcientiæ diuini illius viri, quem ſemper Scaliger noſter præceptorem ſuum appellat. Sed & aliò nos vocant vltima hæc Prolegomenωn pars, res noſtræ, & Librariorum Typographorúmque auaritia. Et fortaſſe hoc extra rem ambitiosè captaſſe videremur. Commodior aliàs erit illas nugas caſtigandi locus, & nullo modo criticis contra Philoſophum & Peripateticos argumentis reſpondendi. Quis enim literatorum non miretur nullum ad hoc æui eorum qui Ariſtotelis ſectantur partes, & qui eius ſcripta nocturna diurnáque manu verſant, Diſcuſſionum Peripateticarum, libros non ex profeſſo excuſſiſſe, & immodeſtiam illam Platonici, vt vult videri, Philoſophi non repreſſiſſe. Redeamus in viam. Naturam adeo feliciter perſcrutatus eſt Ariſtoteles, vt vel hinc Dæmonij cognomen tulerit, & ab omnibus ferè naturæ miraculum, & Plinio peculiariter vir immenſæ ſubtilitatis fuerit dictus. Omitto quæ ex probatis claſſicíſque auctoribus elicere potis eſſem ad confirmationem huiuſce veritatis: nam & per ſe ſatis hæc aperta ſunt, & nullius indigent probationis. Vnicum tantùm Auerroem appellabo, qui inter alias quibus cumulatiſſimè Philoſophum onerat laudes, hoc eum ſemper ornat elogio, parentis ſcilicet & inuentoris naturalis Philoſophiæ. Scimus equidem non paucos ante eum non ſolùm dialecticam ſiue logicam, ſed & quæ ad naturam & mores ſpectant, pertractâſſe, ac omnes Philoſophiæ partes Ethicam ſiue moralem & ciuilem, Phyſicam ſiue naturalem, & dialecticam, & ſi quæ aliæ ſunt, in plures enim diuidas, ſi velis, ab innumeris tum Poëtis primùm, tum Philoſophis demum fuiſſe illuſtratas. Quis enim hoc ignorat? quis hoc ex Diogene Laërtio potiſſimum & alijs non didicit? Sed ideo non ex his inferas, non debere vel æſtimari, vel appellari Ariſtotelem præſtantiſſimum Philoſophum & in omnibus Philoſophiæ partibus excellentiſſimum. Potuerint enim alij, ante & poſt eum, & probè & verè Philoſophari: at nemo vnquam vno verbo Ariſtotelicè: ideſt nemo Philoſophiæ præſertim naturalis præter eum penetralia vidit: nemo Philoſophando ita elocutus eſt, nemo tam paucis tot vnquam complexus: nemo rerum naturæque vidit peruidítque tam perfectè cauſas. Inter opera autem quæ innumera compoſuit de naturali Philoſophia, primus ſine dubio locus tribuendus eſt libris illis quos περὶ ζῴων ἱστορίας inſcriptos hodie habemus. Opus enim multorum talentorum à Græcis di-

ctum

tum comperio apud Athenæum lib. 9. ἰωνίζων, *inquit*, δι' ὃ παρὰ τοῦ Ἀριστοτέλους μισθὸν ἠξιώθης τῆς ζώων ἐν τῇ πολυταλάντῳ πραγματείᾳ· ὀκτακόσια γὰρ εἰληφέναι τάλαντα παρ' Ἀλεξάνδρου τὸν Σταγειρίτην λόγος ἔχει εἰς τὴν περὶ τῶν ζώων ἱστορίαν. *A Latinis verò opus multorum hominum, vt vel ex inſigni hoc Plinÿ loco lib. 8. cap. 16. apparet.* Alexandro magno, *ait*, Rege inflammato cupidine animalium naturas noſcendi, delegatáque hac Commentatione Ariſtoteli ſummo in omni doctrina viro, aliquot millia hominum in totius Aſiæ Græciæque tractu parere iuſſa, omnium quos venatus, aucupia, piſcatúſque alebant, quibúſque viuaria, armenta, aluearia, piſcinæ, auiaria in cura erant, nequid vſquam gentium ignoraretur ab eo: quos percontando, quinquaginta ferme volumina illa præclara de Animalibus condidit. *Quod autem Alexandro hic tribuitur à Plinio, Philippo dari videtur ab Aeliano lib. 4.* Var. Hiſtor. *cap. 19.* Φίλιππος ὁ Μακεδὼν οὐ μόνον ἐλέγετο τὰ πολέμια εἶναι ἀγαθὸς, καὶ εἰπεῖν δεινὸς, ἀλλὰ καὶ παιδείαν ἀνδρειότατα ἐτίμα. Ἀριστοτέλει γοῦν χορηγήσας πλοῦτον ἀνενδεῆ, αἴτιος γέγονε πολλῆς καὶ ἄλλης πολυπειρίας, ἀτὰρ οὖν καὶ τῆς γνώσεως τῆς κατὰ ζῷα, καὶ τὴν ἱστορίαν αὐτοῦ ὁ τοῦ Νικομάχου διὰ τὴν τοῦ Φιλίππου περιουσίαν ἐκαρπώσατο. *Cæterùm, vtrum hodiernus horum librorum titulus qui vulgò circumfertur* περὶ ζώων ἱστορίας, *primigenius ſit, & in quot libros diuiſa fuerit hæc Hiſtoria, multum diúque quæſiuiſſe eruditos comperio: & adhuc ſub iudice lis eſt. Sunt enim è recentioribus, qui hunc vulgarem titulum non reſpuant cum quibuſdam antiquis. Alij verò qui non agnoſcant hoc modo, ſed leui mutatione & modica inuerſione,* ἱστορίαι περὶ ζώων, *vel* περὶ ζώων *ſimpliciter cum Diogene Laertio, qui nouem de Animalibus libros Ariſtotelem reliquiſſe teſtatur nominatim in indice librorum Philoſophi. Ego non hic aliorum opiniones referam, ſed meam ſimpliciter enunciabo. Auctor ſim omnino mutandæ epigraphes horum librorum. Et vbi vulgò legitur* περὶ ζώων ἱστορίας, *reponendum, vel* περὶ ζώων ἱστορίαι, *vel* περὶ ζώων *tantùm, id eſt* Hiſtoriæ de Animalibus, *vel* de Animalibus: *non* de Hiſtoria Animaliũ, *vt omnes ferè vertunt. Exiſtimamus ego cõmunem hunc eſſe errorem qui iam inualuit, ideóque noluimus temerè prima fronte mutare titulum, ſed retinuimus veterem. Quamquam in ea ſimus hæreſi, vt firmiter credamus epigramma illud eſſe emendandum eo quem iam diximus modo. Ariſtotelem ipſum vadem fidei noſtræ dare poſſumus, reiectis infinitis aliorum auctoritatibus. Certum eſt eum Hiſtoriam de Animalibus ſuam in alijs operibus laudaſſe. Nemo autem melius ipſo inſcribere poteſt hos libros de Animalibus. Videamus igitur quo pacto loquatur. lib. de Generat. Animal. 2. cap. 1.* διώρισται δὲ περὶ αὐτῶν ἀκριβέστερον ἐν ταῖς ἱστορίαις ταῖς περὶ ζώων. *Et cap. 4.* ὃν δὲ τρόπον ἔχει αὐτη, ἐκ τῶν ἱστοριῶν τῶν περὶ τὰ ζῷα δεῖ θεωρεῖν. *Cap. 11.* ἐκ τῶν ἀνατομῶν τεθεωρημένων καὶ ἱστοριῶν. *cap. 20.* γέγραπται ἐν ταῖς περὶ ζώων ἱστορίαις. *Et lib. 2. cap. 5.* ἐκ τῶν ἐν ταῖς ἱστορίαις γεγραμμένων. *Et lib. 3. cap. 1.* καθάπερ ἐν ταῖς ἱστορίαις γέγραπται. *cap. 2. rurſus* ἐκ τῶν ἐν ταῖς ἱστορίαις γεγραμμένων. *Et lib. 2. de Partibus, cap. 17.* εἴρηται δὲ περὶ αὐτῶν ἐν ταῖς ἱστορίαις ταῖς περὶ τῶν ζώων. *Et lib. 3. cap. 5.* καὶ ἐκ τῆς ζωϊκῆς ἱστορίας. *cap. 14.* ἐκ τῆς ἱστορίας τῆς περὶ τὰ ζῷα. *Et lib. de Reſpiratione. cap. 16.* καὶ ἐκ τῶν ἱστοριῶν τῶν περὶ τὰ ζῷα γεγραμμένων. *Vt non ampliùs dubitandum ſit de epigraphe horum librorum, quam hoc modo concipiendam cum Ariſtotele putamus:* ἱστορίαι περὶ ζώων. *Et quoties aliter apud eum ſcriptum eſt, ſine dubio corrigendum & mutandum: vt exempli gratia. cap. 11. lib. de Reſpiratione, quo loci legitur,* γέγραπται δὲ περὶ αὐτῶν δι' ἀκριβείας μᾶλλον ἐν τοῖς περὶ ζώων ἱστορίας: *facili & tamen certa mutatione ſcribendum,* ἐν ταῖς περὶ ζώων ἱστορίαις. *Solus enim hic locus eſt, quod ſciam, in quo librum hunc ſuum ita inſcripſit Philoſophus. Itaque pereruditè vt ſoles, vertit Scaliger noſter,* Hiſtoria de Animalibus: *non vt omnes vulgò* de Hiſtoria Animalium. *Legerat enim, vt erat conſummatiſſimus in ſcriptis Philoſophi, ſemper eum ita loquutum eſſe,* ἱστορίαι περὶ ζώων, *vel* ζωϊκὴ ἱστορία, *vel nudè* περὶ ζώων. *Inuenio & varios huius operis titulos apud pleroſque veterum auctorum. Cum enim integrum opus laudatur, ſunt qui dicant* τῶν ζώων, *vel* τῶν ζωϊκῶν: *quamquam exiſtiment non pauci diuerſa fuiſſe hæc opera,* τῶν ζώων, *&* τῶν ζωϊκῶν. *Alij verò cum id per partes citant, vel* περὶ ἰχθύων *dicunt, vel* περὶ τῶν ζώων ἠθῶν, *vel* περὶ ζώων ἐντόμων? *vt Athenæus ſæpius & Antigonus. Vnde videtur natus multiplex ille numerus librorum Ariſtotelis, in quibus agitur de Animalibus, qui tamdiu exercitos habuit omnes Philoſophi interpretes & Philologos. Multos enim videas, qui cum Diogene Laertio aſſeuerant nouem tantùm Hiſtoriarum de Animalibus libros ab Ariſtotele fuiſſe compoſitos, reiecto fragmento illo, cui vulgò decimi nomen dedere. In qua opinione Theodorum Gazam fuiſſe video. Et cum eo in hoc conſentit Scaliger, ſed non in conſtituendo librorum ordine. Quod enim in lib. de Generatione collocandum cenſet Gaza, id Scaliger ſeptimo Hiſtoriarum ſubiungendum opinatur. Alia non perſequor: per ſe enim lector eruditus hæc diſcrimina & differentias poterit obſeruare. Si antiquos conſulas, plures adhuc de numero librorum de Animalibus inuenies opiniones: non ſolùm enim nouem, aut decem, vt recentiores cum quibuſdam veteribus, ſed vndecim ſcriptos fuiſſe deprehendes. Vt apud Apollonium lib. de* Admirandis Hiſtorijs, *cap. 35. vbi vndecimus Hiſtoriarum Ariſtotelis laudatur.* ἱστορεῖ δὲ τοῦτο καὶ Ἀριστοτέλης ἐν τῇ ια τῶν ἱστοριῶν: *niſi illic dicamus errorem eſſe in numero librorum. Quod enim de grauidis mulieribus ibidem dicitur, eas faciliùs & ſine dolore parere, ſi continuò rem habeant cum viris tempore grauiditatis,*

tis, legas fortè in ſeptimo, vel alio Hiſtoriarum libro. Auerroës verò 7. Metaphyſ. Comm. 38. librum ſextum & decimum de Animalibus Ariſtotelis citat. Plinius quinquaginta fere volumina de Animalibus Philoſophum compoſuiſſe narrat lib.8. Cap. 16. Antigonus ἐν συναγωγῇ ἱστοριῶν παραδόξων, *Cap. 66. ſeptuaginta.* πλὴν, *inquit,* ὅτι Ἀριστοτέλης χαρίεις τῆς περὶ τοὺς βίους τῶν ζώων ἐξεργασίας, καὶ ἰδιαίτερά τινα διεξέρχεται, πάνυ πολλὴν ἐπιμέλειαν πεποιημένος ἐν τοῖς πλείστοις αὐτῶν, καὶ οἷον, ἔργῳ δὲ παρέργῳ χρώμενος τῇ περὶ τούτων ἐξηγήσει. τὰ γ᾽ οὖν πάντα σχεδὸν ἑβδομήκοντα περὶ αὐτῶν καταβέβληται βιβλία· καὶ πειρᾶται ἐξηγητικώτερον, ἢ ἱστορικώτερον ἐν ἑκάστοις ἀναστρέφεσθαι. *De numero librorum Ariſtotelis videat ipſe: non enim nos eum mendacij arguemus, qui tot diſcrepantes veterum & recentiorum ſententias eſſe ſciamus. Sed quæ ſub finem addit, Ariſtotelem nimirum in his Hiſtoriarum libris Commentatoris potiùs quàm Hiſtorici officio fuiſſe functum, falſiſſima eſſe facilè conuinci poteſt ex his quæ à Iul. Cæſ. Scaligero in Commentarijs explicata ſunt. Vbi toties monet Philoſophum Hiſtorici more, quæ ad Animalium naturam pertinent, narráſſe breuiter, nec in eorum contemplatione abſolutiori immoratum eſſe. Vtrum autem quæ* περὶ ζώων, *&* περὶ ζωϊκῶν *Ariſtoteles ſcripſerat, diuerſa fuerint, nunc non inquirimus, Apollonij* ἱστοριῶν θαυμασίων *cap.27. ſententiæ ſtantes, qui paucis de his ita indicat.* Δύο γάρ εἰσιν αὐτοῦ πραγματεῖαι, ἡ μὲν περὶ ζώων, ἡ δὲ περὶ τῶν ζωϊκῶν: *vt non ſit mirum ſi multoties apud Athenæum lib.8. laudetur Ariſtoteles* περὶ ζωϊκῶν *&* περὶ ζώων. *Nam & ζωϊκῶν eius idem auctor ſæpiùs citare ſolet: vt lib.7.* Ἀριστοτέλης ἐν τῷ ἐπιγραφομένῳ ζωϊκῷ ἢ περὶ ἰχθύων. *Liber de Piſcibus Ariſtotelis non alius eſt quàm quintus Hiſtoriarum qui hodie legitur: nec temerè exiſtimandum cùm quibuſdam viris doctis, peculiarem librum de piſcibus feciſſe Ariſtotelem qui hodie non exſtet. Solent Philologi antiqui libros Hiſtoriarum Ariſtotelis, vel ſub generali titulo,* περὶ ζώων *vel ſub peculiari,* περὶ ἰχθύων *&* περὶ ζώων ἠθῶν *laudare, vt quintum & nonũ indicent, in quibus de piſcibus nominatim, & moribus animantium. Quod diligenter animaduertendũ eſt, ne quis exiſtimet diuerſa hæc eſſe opera ab Hiſtoriarum libris adhuc ſuperſtitibus. Et vt tandẽ illud enunciemus, breuiter hac diſtinctione vtendum autumamus, cùm de Ariſtotelis libris de Animalibus, & eorũ numero agitur, vel apud auctores veteres generaliter libros* περὶ ζώων *Ariſtotelis laudari, vel Hiſtorias eiuſdem* περὶ ζώων. *Si Libri* περὶ ζώων, *haud dubiè plures quàm hodie exſtent eum compoſuiſſe confitendum eſt. Viginti namque tantùm & vnum diuerſis titulis habemus, cum tamen olim longè plures, vt vidimus, fuerint. Si vero Hiſtoria de Animalibus, auſim aſſeuerare nunquam plures eum ſcripſiſſe quàm nouem, quos nunc offerimus à Iul. Cæſ. Scaligero Commentarijs eruditiſſimis illuſtratos. Quid autem in eis tractetur reſtat vt paucis explicetur. Quod ſummatim exequemur, ſi priùs de præcedentibus horum librorum interpretationibus quædam allata ſuccinte fuerint, ne quid in his Prolegomenis intactum reliquiſſe videamur, quod ad huiuſce operis commendationem facere poſſit. De Auctoribus quidem, qui vel ante Ariſtotelem, vel eius tempore, vel poſt eum de Animalibus ſcripſere, tum Græcis tum Latinis, qui innumeri fuere, hîc fortè agendum fuiſſet per tranſennã, ſed hanc partem omittere coacti fuimus, quòd plura contineret: & hoc vnum te monitum voluimus, Lector, libros de Animalibus Ariſtotelis ab Ariſtophane Byzantio fuiſſe redactos in Epitomem, quod à nemine vidi adhuc obſeruatum. Auctorem habeo omni exceptione maiorem Hieroclem, qui, in proœmio operis Hippiatrici, antequam de equi febre tractet, ita loquitur.* Ἀριστοφάνης μὲν ὁ Βυζάντιος τὰ περὶ φύσεως ζώων ἐπιτεμνόμενος ἐκ τῶν Ἀριστοτέλους τοῦ φιλοσόφου φησὶν ἔτη ζῆν δύνασθαι ἵππους πεντήκοντα καὶ πρός. *Reliqua quæ de Antiquorum libris de Animalibus habemus ingenti labore collecta, in Commentarijs noſtris ad Sexti Philoſophi lib. producemus, vbi de Grammaticæ parte hiſtorica tractatur, quæ peculiarem hanc de Animalibus tractationem includit. Quando verò de Latinis verſionibus anterioribus pauca afferre nobis propoſitum eſt, vno verbo ſciendum, ante Theodorum Gazam neminem hiſtoriam hanc de Animalibus vertiſſe, præter veterem illum interpretem ignotum, qui Philoſophi opera verbo ad verbum Latine reddidit. Quidam Boëtio antiquam illam verſionem tribuunt: ſed falſo, vt opinamur, nam verbo tenus tranſtulit textum Philoſophi quiſquis ille fuerit qui primum operi admouit manum. At quæ hodie habemus à Boetio, non* κατὰ πόδα *ſed eleganter verſa ſunt. Multi quidẽ poſt Arabas, Ariſtotelis opera peculiaria vertêre Latine, de quibus hunc non agimus, ſed de interpretibus tantum hiſtoriarum. Theodorus Gaza poſt Auerroëm modo ſuo Ariſtotelis textum vertendo in Capita ſecuit, & poſt eum multi alij interpretes: vt Argyropilus, Beſſarion, alijque, pro libidine quiſque. Nam Ariſtotelis libri ante interpretes vno tenore legebantur, nec erant diſtincti aut in Capita, aut in ſummas, aut in alias ſectiones, quas interpretes primi induxere. Vnde fit vt antiquæ editiones operum Ariſtotelis Aldi ſine ſectionibus & diuiſionibus vllis videantur: non enim ſecuerat Philoſophus libros ſuos: ſed oratione continua ſcripſerat, vt & Plinius. Quod iamdiu viri Docti Nicolaus Leonicenus, Calcagninus, & alij obſeruârunt. Libros dico quos ſemper* λόγους *vocauit, vel* θεωρήματα: *non quod ideo negandum ſit eum nunquam* βιβλία *vocaſſe tractatus ſuos, & inde arguendum Rhetoricam ad Alexandrum fœtum ſpurium eſſe, temerarium enim hoc omnino & inſulſum ſit: ſed quia oratione perpetua ſemper ſcripti fuerint. Poſt Gazam nouum ſecandi modum attulit noſter Scaliger longè meliorem & ſenſui Philoſophi conuenientiorem. Nec enim tantùm in Capita diuerſa:*

ſed

Prolegomena.

ſed & in Apotelesmata hos libros diſtinxit, & ita per partes & tmemata interpretatus eſt noua omnino & facillima methodo, vt & memoriæ faciliùs ſuccurreretur, & omnia apertiùs & paucioribus pateſierent, contrà quàm autumauerit faciendum Auerroes, quem ipſe irridet initio Commentarij ad lib. 2. Videbis hîc igitur nouam planè, & admirabilem Capitum diſtinctionem, quæ ſine dubio maximum tibi commodum & vtilitatem allatura eſt, ſi eam diligentius perpendere velis. Paucis ſiquidem in explicatione vniuſcuiuſque Capitis & Apotelesmatis mens Ariſtotelis, & rerum illic tractatarum connexitas aperitur. Omnia denique noua quadam arte & methodo diuina ita perſpicuè elucidantur, diuiduntur, diſtinguntur, coniunguntur, vt nihil huic operi immortali deeſſe videatur. Itaque omnibus ſtudioſis confidenter conſulimus, vt accurata diligentia breues, quas in Explicatione Capitum & Apotelesmatum conficit ſummas, legant & relegant, ſi velint doctrinam quæ in his libris edocetur, in numerato habere. Nihil enim elegantius, doctius & ſolidius, diuiſionibus, connexionibus, ἀνακεφαλαιώσεσι, & interpretationibus quibus Scaliger noſter vtitur vt plurimum antequam verba Philoſophi interpretari ſuſcipiat. Hæc & ſimilia ſi ab ſtudioſo lectore interlegendum obſeruentur exactè, auſim polliceri, eum & meliorem & doctiorem ex horum librorum lectione euaſurum. Imponamus igitur finem his Prolegomenis, & ad auctorem ipſum & Commentarios eius veniamus: his breuiter præmiſſis, quæ totius Hiſtoriæ materiam ob oculos ponent. Animalium partes, generationes, opera, & mores expoſiturus Ariſtoteles iſtis libris, primo, ſecundo, tertio, quarto, & quinto, ſexto, ac ſeptimo duo capita prima, generationem ſcilicet & partes abſoluit: octauo verò opera perſequitur, & nono mores. Quæ omnia & ſpecialiter & profusè in Commentarijs enucleata & expoſita inuenies. Non te moramur diutius.

***

EX LIB. PRIMO IVL. CÆS. SCALIGERI,
in lib. duos de Plantis, qui falsò Ariſtoteli tribuuntur.

DE auibus quæ verè ſunt ἄποδες, non vt apud Philoſophum Cypſelli, quia κακόποδες, etiam genera duo legimus ex Hiſpanicis nauigationibus. Quæ abs te, Cæſar, puto non eſſe in *Hiſtoriarum* Commentarijs omiſſa: quos ſpectant magnopere ſtudioſi. Profectò nihil aliud quàm expectant inquit Ferrerius. Nam quando per te fiet vt ne ampliùs expectent? Hoc, me reſpiciens ea vultus modeſtia, dicebat ille, vt in ſuauitate facilè intelligerem conſiſtere tempeſtiuam reprehenſionem.

EX EPISTOLA TRIGESIMA-OCTAVA
ad Carolum Seuinum Aurelianenſem.

EGO cum nuper ad te binas dediſſem, non ſanè habebam quid ſcriberem; niſi rogaſſem euerteres iſtas Bibliothecas nouas librariorum, in quibus Decimum Hiſtoriarum Ariſtotelis audiebam deſcriptum vulgo typis Germanicis, auctore Trapezuntio Latinum factum. Eius vt opera tua fiat mihi copia, oro te atque obſecro. Vrgebis enim occaſionem edendi eum, qui à me verſus eſt, & explicatus Commentarijs. Id quod iam præſtitiſſem; ſed cum eſſem in eo vt vulgarem, cohibuit hunc impetum ſpes iſtius operæ, quam de te exactam velim.

IVLIVS CÆSAR SCALIGER BOETHIO S.

CVM tuæ mihi literæ debuerunt eſſe iucundiſſimæ, propterea quòd ferè ſcripta omnia ſuorum auctorum animos ac mores exprimunt: tui verò mores humanitatis pleniſſimi, animus candidiſſimus: tum mihi gratiſſimæ fuerũt, quia recens inter nos inſtitutæ amicitiæ fructum, cuius deſiderium ægrè ferebamus, repræſentârunt. Nam præterea quam inire à me potuiſſent gratiam propter infinitam in eis commendationem nominis noſtri: feciſſent ſanè, niſi tua hæc laudatio inſtare potiùs cedenti mihi viſa eſſet, quàm præcedentem ſequi. Damus tamen operam, atque, vt ſpero, quotidie dabimus impenſiorem: vt illud ſaltem diuini viri in animo, atque adeò præ omnibus tum officijs, tum cogitationibus habeamus, extremos rediſſe pudeat. Hoc vince. Nam quid aliud agendum mihi cenſeam, quàm vt extorqueam meæ conſcius mortalitatis imminenti fato iamiam futuræ æternitatis confeſſionem? quæ cùm mihi parata ſit benigniſſimi Dei pietate in eo curriculo, quod cum hoc præſenti propediem commutabimus: tum in hoc eodem, cuius incerto lapſu fruimur, imaginem quandam immortalitatis ex literarum monumentis apparatam video. Quamobrem non deſinam prouidere, ne egomet deſim mihi, atque interea qualemcunque vſuram capiam ciuilis beatitudinis. Itaque (nam hoc quoque nôſſe te auere vehementer ſcribis) nunc *Theophraſtum* expedio, mox daturus in *primum* Τέχνης fortaſſe non vulgares Commentarios. Certè multa ſunt præter communes, receptáſque ſententias, vt mea penè omnia: multa etiam præter expectationem. Cum quo iunximus Commentarios in librum Ariſtotelis perplexiſſimum Περὶ ἀκουστῶν. Poſt hoſce, * *Hiſtorias* Ariſtotelis Commentarijs. Atque hinc quæcunque, vel exagitata ſunt, vel non animaduerſa in Galenum. Hæc omnia iam parata ſunt. Adhæc libri de *Cauſsis* quatuor. Libri de *Cauſsis rerum naturalium ſecundùm genera*, quinquaginta: in quibus omnes Ariſtotelis, & Aphrodiſienſis quæſtiones collectæ ſunt, atque diſceptationibus breuiſſimis explicatæ. * Sunt præterea Libri *Originum* CXX. quorum editionem propter molem deſperaui. Item de *Inſcriptione* liber vnus. De *Semine genitali* libri ſeptem. *Exotericarum Exercitationum* libri XIIII. * *Familiarium exercitationum* libri quinque. *Nobilium exercitationum* tomi tres: quorum tertius ea continet quæ de Galeni locis ſuprà dicebamus. * Ad Maioragium, & Griſolum, & Calcagninum ſuper libris de *Officijs Ciceronis*. *Oratio in perſona M. Tullij antequam iret in exilium.* Oratio funebris, *de ijs qui bello Turcico ad Viennam ceciderunt*: quam dicaui S. P. Q. vniuerſi nominis Germani. Tertius tomus de *Sapientia*, & *beatitudine* libris ſeptem verſu Ionico à maiori. Item Poëtica alia multa: *Farrago. Archilochus. Hipponax. Ara. Aræ Hyeronimi Fra-*

coſtorij. Tumulus Adamantij catelli. Apicula. Teretiſmata. Anacreontica. Item *Græca Oda inſcripta Στεφανίσκοι.* Qui verò libri ſunt editi: Oratio pro M. Tullio *aduerſu Dialogum Eraſmi:* Oratio altera *aduerſus Eraſmi Epiſtolam*, qua negabat me prioris orationis auctorem: Oratio funebris in luctu Audecti Cæſaris filij. Poëmatia libris XIIII. De *Cauſſis linguæ Latinæ* lib. XIII. De *Inſomnijs* Hippocratis cum Commentarijs. Libri duo ſuper duos libros de *Plantis* falsò adſcriptos Ariſtoteli. *Poëtices* libros ſeptem nudiuſtertius miſi Lutetiam excudendos. Ad Idus Maias (vt mihi ſcribit Lutetia Maumontius vir bonus, doctus, & nobilis) liber quintuſdecimus *Exotericarum Exercitationum de Subtilitate* ad Hieronymum Cardanum, abſolutus erit. Multæ aliæ ſunt nugæ noſtræ. Sed & de his plus ſatis. Fortè etiam mihi ſublati ſunt à Cantabrico amanuenſi libri tres de *Re equeſtri*: & à Pædagogo Petrocorio libri tres de *Exemplis eloquentiæ*: in quibus auctores Latini cum Græcis conferuntur. Habes otij noſtri furta: nemo enim me implicatior. Vale.

* *Hiſtorias Ariſtotelis Commentarijs. Opus hoc primi nos vulgauimus.*

* *Ex eo opere infinita in his Commentarijs relata ſunt.*

* *Libros Familiarium Exercitationum integros penè dare poſſumus.*

* *Opus iſtud in Officia Ciceronis paramus propediem, cum Maioragij Calcagnini & Grifoli Opuſculis.*

Si quos præterea diuinus vir compoſuit libros, eos inuenies in magno hoc opere laudatos ni fallor. Interim hanc Epiſtolam pro indice certiſsimo horum librorum dare voluimus pro mantiſſa & in anteceſſum.

SYLLABVS AVTORVM,

QVI CITANTVR, VEL EMENDANTVR IN HOC OPERE.

A

AEgidius emendatus 33.
Aelianus citatus 46.190.198. 205. 218. 226. 230. 231. 232. 233. 234. 237. 240. 241. 242. 243. 244. 250. 252. 254. 260. 263. 267. 921.1086.
Aëtius citatus 37.972.
Afranius Poëta citatus 1222.
Albertus citatus 10.45.55.96.134.162.
Albertus emendatus 21.24.45.47.166.
Alcmæon Poëta citatus 791.
Alcæus citatus 128.
Alcibiades citatus 65.
Alexander citatus 77.
Alexandrides citatus 219.
Alexis citatus 219.
Alexides Poëta 387.
Ambroſius Leo Nolanus citatus 494.
Andreas citatus 545.
Appianus citatus 1082.
Appio Grammaticus citatus 223.
Apollodorus citatus 94.
Aratus citatus 63.
Archeſtratus citatus 217.223.231.407.546.
Archilochus citatus 224.
Archippus citatus 219.700.
Ariſtophanes citatus 85.96.104.244.333.400. 482.490.836.1092.169.
Ariſtophanis Scholiaſtes citatus 465.873.
Ariſtoteles citatus & emendatus 12.14.17.37.45. 46.93.65.71.82.92.97.110.126.129.142. 290.209.228.238.253.257.263.274.293.316. 317.319.324.326.394.457.475.499.559.762. 831.923.965.983.934.985.1036.
Athenæus citatus 12.13.93.94.168.170.180. 219.222.224.225.226.227.333.354.387.409. 412.437.482.509.571.592.702.703.708.709. 784.872.873.875.904.905.914.921.951.
Auerroës emendatus 57.147.360.
Auerroës citatus 7.465.841.
Auenzoar citatus 903.
Auſonius citatus 14.217.218.225.991.
Auicenna citatus 8.19.44.47.87.972.1038.

B

BArbarus citatus 971.

C

CAlepinus emendatus 891.
Callimachus citatus 100.106.210.253.499. 789.
Calliſthenes Poëta emendatus 778.
Catullus citatus 65.70.77.413.523.527.570. 760.791.
Cato citatus 65.297.841.
Cælius citatus 100.
Celſus citatus 61.138.169.375.437.830.
Celſus notatus 93.889.969.
Cæſar citatus 135.
Cicero citatus 5.12.14.15.19.26.42.45.59.61. 64.95.77.81.86.99.106.161.201.227.325. 341.361 458.459.480.572.575.576.605.
Columella citatus 58.223.281.353.610.709. 732.762.876.904.909.910.911.961.
Conciliator paſsim in Decimo.
Copus emendatus 403.
Curtius citatus 110.
Cratinus citatus 1031.
Clearchus citatus 94.
Cteſias citatus 189.235.264.398.
Chryſippus citatus 572.

D

D. Thomas citatus 465.
D.Hieronymus citatus 817.
Democritus emendatus 206.240.
Demonſtratus citatus 233.252.
Demoſthenes citatus 64.68.274.243.321.371. 394.459.48.513.719.801.817.878.943. 1073.
Diphilus citatus 224.
Diogenes Apolloniata citatus 303.
Dioſcorides citatus 241.242.437.471.483.599. 605.939.972.987.1051.
Domitius citatus 387.422.
Donatus citatus 484.
Dorio citatus 700.
Druſianus citatus 802.

E

EMpedocles citatus 5.
Ennius citatus 331.
Epicharmus Poëta 219.429.438.510.
Eraſmus emendatus 25.478.488.494.722.
Eraſiſtratus citatus 131.214.240.244.594.
Eratoſthenes citatus 128.

Erophilus citatus 131.
Euclides citatus 31.
Eupolis citatus 228.
Euripides citatus 128.390.

F.

FEſtus citatus 884.
Firmicus citatus 253.

G.

GAlenus citatus & quandoque emendatus 31. 32. 75. 37. 61. 63. 83. 84. 87. 97. 100. 101. 103. 108. 134. 139. 143. 145. 169. 174. 275. 276. 305. 308. 313. 319. 322. 376. 377. 341. 351. 357. 381. 403. 456. 458. 466. 488. 511. 516. 522. 538. 539. 551. 568. 53[illegible]. 592. 602. 603. 616. 617. 728. 771. 772. 794. 811. 816. 818. 843. 875. 888. 917. 956. 1007. 1017. 1096.
Gellius citatus 15. 19. 29. 64. 170. 188. 254. 487. 543. 776.
Gyllius citatus 243. 244.

H.

HEliodorus citatus 824.
Heluius Cinna citatus 763.
Hermolaüs citatus 131. 455. 483. 698. 614. 744.
Herodianus citatus 576.
Herodotus citatus 12. 63. 165. 218. 271. 321. 331. 383. 394. 397. 409. 506. 729. 776. 947.
Heſychius citatus 703. 720.
Hiceſius citatus 219. 707.
Higinus citatus 829.
Hippocrates citatus 36. 37. 87. 89. 95. 96. 103. 123. 145. 15[illegible]. 169. 225. 261. 357. 371. 373. 377. 513. 516. 539. 794. 811. 830. 888. 1022.
Hippocrates citatus 111.
Homerus citatus 14. 22. 71. 86. 100. 104. 131. 169. 187. 210. 309. 325. 354. 409. 423. 482. 495. 524. 736. 741. 744. 763. 767. 818. 894. 983. 1046. 1047. 1070. 1152.
Horatius citatus 64. 166. 168. 223. 247. 343. 362. 444. 459. 517. 540. 798. 926. 911. 939.

I.

IAmblicus citatus 2.
Interpres Pauli citatus 1222.
Interpres Galeni notatus [illegible]03.
Interpres Hippocratis citatus 729.
Interpres Nicandri citatus 243.
Iſocrates citatus 756.
Iuba citatus 231.
Iulius Pollux citatus 62. 63.
Iunius Columella 178.
Iuuenalis citatus 15. 1069. 1149.

L.

LAurentius valla citatus 19. 745.
Leonicenus citatus & notatus 965.
Leonidas Byzantius citatus 234.
Linacer emendatus 403.
Liuius citatus 1030.
Lucanus citatus 12.
Lucianus citatus 345. 592. 599. 607. 878. 943. 972.
Lucilius citatus 12. 93. 894.
Lucretius citatus 26. 297. 374. 484. 494. 766. 841. 904.
Lycophron citatus 451.

M.

MAcer citatus 545.
Macrobius citatus 17. 227.
Marcus Polus 258.
Martialis citatus 13. 223. 227. 378. 387. 763. 784. 1151.
Matron citatus 227.
Megaſtenes emendatus 240.
Menander citatus 700.
Mutianus citatus 198.

N.

NIcander citatus 12. 174. 205. 240. 241. 242. 243. 818. 972.
Nicander emendatus 545.
Nicoſtratus citatus 700.
Nigidius citatus 465. 600. 791.
Nymphes citatus 241. 252.

O.

OPpianus citatus 221. 224. 227. 703. 708. 709. 875. 878. 887. 909. 921. 952.
Oppianus emendatus 219. 545.
Ouidius citatus 62. 158. 244. 284. 302. 333. 336. 344. 355. 374. 378. 382. 400. 407. 431. 436. 437. 443. 510. 516. 551. 709. 1006.

P.

PAcuuius citatus 791.
Pagninus citatus 817.
Palæmon citatus 219.
Paulus Aegineta citatus 180. 906.
Pauſanias citatus 206.
Perotus Sipontinus emendatus 891.
Perſius citatus 62.
Polybius citatus 140. 187. 789.
Polybus medicus citatus 304.
Politianus defenſus 792. emendatus 576.
Pollux citatus 12. 64. 66. 68. 79. 80. 91. 94. 100. 101. 103. 104. 131. 170. 347. 354. 480. 482. 568. 599. 720. 744. 817. 899. 943.
Pollux emendatus 64. 88. 111. 123. 831.
Porphyrius citatus 35.
Plato citatus 6. 8. 24. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 61. 63. 64. 68. 94. 126. 128. 538. 744. 795.
Plato emendatus 496.
Plautus citatus 14. 29. 31. 62. 72. 93. 131. 211. 356. 425. 437. 466. 471. 487. 533. 541. 911.
Pherecrates citatus 333.
Philillius citatus 438.
Philiſtio Locrenſis citatus 128.
Plinius citatus 6. 9. 11. 12. 13. 14. 15. 17. 18. 19. 24. 28. 29.

28. 29. 36. 37. 39.45.46.55.56. 57.58.62.65. 68.70. 72.75. 77.80.82.83.90. 95. 104. 110. 133.140.141.160.167.190.199.207.211.216. 218.223.227.240.243.250.251.252.254.261. 273. 329. 332. 336. 355. 354. 257. 375. 382. 386. 387. 407. 416. 437. 438. 465. 506. 509.540.567.600.608.617.707.717.746.750 763.824.827.879.893.894.902.911.1045.
Plinius emendatus 12.13.14.49.65.72.83.89.92. 93. Et paſsim.
Ptolomæus citatus 354.
Plutarchus citatus 8. 56. 63. 131. 148. 168. 170. 180.211.223.459.480.490.50[illegible].734.817.836. 849.893.
Phrynicus citatus 355.

Q.

QVintilianus citatus 792.

R.

ROndeletius citatus 223.702.703.
Ruellius emendatus 250.

S.

SAluſtius citatus 68. 144. 297. 377. 499. 527. 769.797.
Statius citatus 797.
Strabo citatus 218.219.354.980.
Sextus Pompeius citatus 210.
Seruius emendatus 18.
Speuſippus citatus 599.
Stephanus citatus 219.354.
Simonides citatus 539.
Solinus citatus 190.196.
Sophocles citatus 18.541.607.817.
Sophron Poëta citatus 416.
Soſtratus citatus 231.242.712.
Scotus notatus 4.465.
Suetonius citatus 523.
Suidas citatus 94. 170. 387. 438.451.459. 703. 722.817.1033.
Syenneſis medicus Cyprius citatus 302.

T.

THemiſtius citatus 1202.
Theodorus Gaza laudatus,& paſsim emendatus, vt 2.6.745.&c.
Theophraſtus citatus 104.252.259.354.357.372. 762.963.
Theocritus citatus 170. 210. 482. 564. 722.824. 894.
Titinius in Pſaltria citatus 131.
Trogus citatus 17.
Tullius citatus 6.10.14.85.773.
Thucydides citatus 169.480.801.
Textus Ariſtotelis paſsim emendatus, maximè 19. 75.94.96.100.104.133.134.139.145.153.185. 363.440.743.745.746.753.755.758.808.820. 863.918.935.949. 951. 952.963. 970.1626. 1029.1030.1046.1057.

V.

VAlla citatus 361.
Varro citatus 12.33.58.144. 272. 362. 487. 517.610.727.793.910.911.1000.
Varro emendatus 160.909.
Verrius Flaccus citatus 998.
Virgilius citatus 6. 11. 14. 15.17.77.83.132.151. 205.211.228.252.267.276.281.321.337.354. 362.375.387.392.393.413.424.427.459.480. 531.533.537.543.555.581.610.718.723.745. 750.755.756.766.790.791.817.832.909.914. 958.961.974.1075.
Virgilius emendatus 26.296.
Vuottonus Anglus citatus 465.

X.

XEnophon citatus 164.169.446.535.1054.

Z.

ZOpyrus citatus 90.

ΑΡΙΣΤΟΤΕΛΟΥΣ

ΠΕΡΙ ΖΩΩΝ ΙΣΤΟΡΙΑΣ ΤΟ Α.

ARISTOTELIS HISTORIÆ DE ANIMALIBVS,

LIBER I.

Iulio Cæſare Scaligero Interprete.

CAPVT PRIMVM.

Τῶν ἐν τοῖς ζώοις μορίων, τὰ μέν ἐστιν ἀσύνθετα, ὅσα διαιρεῖται εἰς ὁμοιομερῆ, οἷον σάρκες εἰς σάρκας· τὰ δὲ σύνθετα, ὅσα εἰς ἀνομοιομερῆ, οἷον ἡ χεὶρ οὐκ εἰς χεῖρας διαιρεῖται, οὐδὲ τὸ πρόσωπον εἰς πρόσωπα. τῶν δὲ τοιούτων ἔνια, οὐ μόνον μέρη, ἀλλὰ καὶ μέλη καλεῖται· τοιαῦτα δ' ἐστὶν, ὅσα τῶν μερῶν ὅλα ὄντα ἕτερα μέρη ἔχει ἐν αὐτοῖς ἴδια, οἷον κεφαλὴ, καὶ σκέλος καὶ χεὶρ, καὶ ὅλος ὁ βραχίων, καὶ ὁ θώραξ· ταῦτα γὰρ αὐτά τέ ἐστι μέρη ὅλα, καὶ ἔστιν αὐτῶν ἕτερα μόρια. πάντα δὲ τὰ ἀνομοιομερῆ σύγκειται ἐκ τῶν ὁμοιομερῶν οἷον χεὶρ ἐκ σαρκὸς, νεύρων, καὶ ὀστῶν.

Animalium partes, alia ſimplices ſunt, quæ in conſimiles ſecantur, vt caro in carnes: alia compoſita, quæ in condiſſimiles. Neque enim manum in manus, aut faciem in facies diuides. Harum autem quædam non ſolùm partes, verumetiam membra nominantur. Huius generis ea ſunt, quarum hoc ipſum totum, quod ſunt, diuerſas in ſe partes continēt proprias: velut caput, crus, manus, item totum brachium, & id, quod thoracem appellamus. Hæ nanq; partes eiuſmodi ſunt, vt & totius tum nomen, tum rationem habeant: & in ſe alias particulas contineant. Omnes autem condiſſimiles ex conſimilibus concreta ſunt, quemadmodū manus è carne, neruis, oſsibus.

CÆSAR.

POSTEAQVAM principia prima declarata ſunt, materia prima, & forma vltima, quæ motus principium eſt in naturalibus, deuenimus ad materiam ſecundam in elementis, itémque eorum formam, quæ non iam motus ſimpliciter, ſed huius, atque illius motus cauſſa eſſet. Ac quanquam principium motus in elementis primum videtur, ſimúlque in quinto corpore ſuperiori; tamen natura quædam prior eſt omnibus communis, tametſi non vniuoca: quippe corpori æterno, & corruptibilibus, tum autem motui formæ brutæ in elementis, & motui voluntario in ſupremis. Communis tamen erit in elementis ipſis in eo, quod eſt mutare locum. Hoc erit pri-

mum principium motus:Secundum autem hoc, quod eſt, mutare vel appetere hunc aut illum: id quod in priuis elementis deſignabitur. Tertiam materiam in *Meteororum* libris contemplati ſumus;Quartam in natura terrarũ, vt Armenicæ, Lemniæ, eiuſmodi:Quintam in metallis:Sextam in lapillis: Septimam in plantis: Nunc ad octauam tranſeundum, quæ in animalibus ſpectetur. Fortaſſe verò videatur abſurdum cuipiam hoc, quod nunc agimus: vt vlterioris ordinis animalium,quàm plantarum materia videatur. At ſanè eſt,debetur enim formæ nobiliori materia nobilior, & compoſitior: adeò, vt materiam certam vltimam cælo ipſi attribuerint à noſtrati longè diuerſam; atque ita diuerſam,vt recentiores Platonici, Iamblichus,& alij haud procul eſſe à natura formæ non ſanè ineptè ſenſerint. Quamobrem ea pars in libris de Cælo,quæ Cæli motum ſtatuit,ſi formam ſpectes, commodiorem habebat locum in iis commentariis,qui de cauſſis motus communis omnibus animalibus ſunt conſcripti. Neque enim in eo motus eſt primus;cuiuſmodi elementis, ſed voluntarius, qualis in animalibus cæteris. Cælum nanque ipſum quoque animal eſt. Hîc igitur à materia partitur animalia, à partibus,ab earum ſubſtantia; differentiis, officiis, affectionibus, in magnitudine,ſitu,numero,figura,cæteris qualitatibus, proportione, item ab eo,quod eſt,haberi,aut abeſſe. Hoc agit in primo capite: In ſecundo autem de toto ipſo vniuerſali conſideratione,id eſt de animali,eiúſque differentiis ſecundùm genera inferiora, & vltimas ſpecies, per partes,vitæ modum,mores ad calcem vſque.

Hæc ſumma rerum: nunc particulatim ſenſa primùm, deinde verba perpendamus:poſtremò quid ſenſerit Theodorus, quomodo eloquutus fuerit videamus, qui modus atque ratio iudicij deinceps toto opere ſeruabitur.

Dixit, animalium partes, alias incompoſitas, alias compoſitas. Illas inter ſe ſimiles habere portiunculas omnes, in quas ſecantur: has autem, ſi ſecentur,diuerſas inter ſe partes obtinere. Caput enim non conſtare ex capitibus, ſed ex oculo, & naſo,& ore,quæ non ſunt ſimilia;quare compoſitum & dici, & eſſe: atque iccirco, totum, vniuocè appellari;proptereà quòd & nomen totius,habeat & rationem. At oſſis quamlibet partem os item eſſe; quapropter os eſſe partem incompoſitam.Intellige verò,incompoſitum, hîc æquiuocè. Nam præter Deum omnia compoſita ſunt. Naturalia hæc ex materia & forma; quin materia prima ipſa,quæ videtur adeò ſimplex, vt quibuſdam Philoſophis affinem non entis appellatam videamus, nihilo ſecius compoſita eſt, ex eo, quod eſt ſuum eſſe, & ex eo quod eſt ſua eſſentia. Eſt enim eſſentia materiæ primæ, potentia recipiendi omnes formas materiales, non potentia in prædicamento qualitatis, aut relationis, ſed in prædicamento ſubſtantiæ, quàm ſi potentiam nolis dicere: naturam dixeris. Partes igitur ipſæ quoque, quas hîc ait incompoſitas, venam, neruum,os,carnem, compoſitæ ſunt ſanè,atque ex diuerſis quidem: quippe ex elementis,quæ tamen cùm nequeas ſenſu diſtincta deſignare;factum eſt, vt pro conſimilibus accipiantur. Similitudinem habes in pariete: cuius partes condiſſimiles calx;lateres. Lateris quamlibet partem laterem dicas. Compoſitum tamen videmus è diuerſis:quippe ex terra & aqua, quibus lutũ factum fuerit. Duo animaduertes,vnum,cùm incepit à ſimplicibus, ſunt enim principia totius partes ipſæ, & quaſi materia; quas *integrantes*; idcirco noſtrates Philoſophi appellàrunt, *explentes* è Cicerone poſſis dicere curioſiùs: mihi placet hic Barbarorum ſimplicitas. Alterum quod notabis eſt, vox ἀσύνθετον, quare potius dixerit, quàm ἁπλῶν; ſanè aptior hæc vox & ſimplicior. Dicamus id ita ab eo factum,proptereà quòd diuiſio prima cuiuſque generis fit per affirmationem & negationem,ſic: λογικὸν, ἄλογον. Quod tanti viri ſi id fuit conſilium:quare non diuiſit ita, vt præponeret τὸ σύνθετον? negatio enim præſupponit affirmationem. Pro eo feciſſe videtur,quòd res ipſa ſimplex præponitur,tametſi voce compoſita. Vrbanè dixit:non ſolùm μέρη,ſed etiam μέλη. Latinè eam concinnitatem aſſequi non licet:*membrum* enim & *partem* alius atque alius ſonus obtinet. Quanquam membrum à Græco μεμελισμένον: quemadmodum diximus in *Originibus*. Sapida autem illa loquutio, αὐτὰ ἐστι μέρη ὅλα, καὶ ἔστιν αὐτῶν ἕτερα μόρια. Mutauit αὐτὰ, in αὐτῶν. & μέρος miſcuit cum eo, quod agnoſcit, ὅλον. Quare eiuſdem μέρους, quæ eſt pars,partem facit μόριον. Ita eſt antitheton ὅλου & μορίου, & diminutio contenti à continente: quippe ἐκ μέρους, μόριον. Hoc modo,atque præſcriptione. Totius vniuerſi ſunt partes quædam,quæ rationem obtinent cuiuſdam totius, ſicuti corporis pars caput, quod caput totum quoddam eſt;quia ex partibus diuerſis componitur; partes autem componentes, μόρια, non μέρη, quia partium partes eſſent. Conſilium interpretationis noſtræ. Planiùs diximus, *faciem in facies*; quàm vt Theodorus, *facies in facies*, & *manus in manus*. σύγκειται, verbum ſi reddas quale eſt, *conſita ſunt* dicas: quemadmodum diſſitum dicimus. Theodorus aut laſciuit, aut agit paraphraſten; ſic hoc in loco. *Apta*, inquit, *ſecari*: non ſanè ineptè; haud enim continuò ſecantur, ſed aptæ ſunt. Deſcripſit autem τὸ ὅλον, ad hunc modum: totius integritate deſcribuntur. Nos

rotundiùs,ac ſimpliciùs ſic : *quarum hoc ipſum totum quod ſunt.* Non rectè dixit, *intra ſe : in ſe,* potiùs, non enim ſunt ἐντὸς, quaſi in loco; ſed ἐν, quaſi in conſtitutione. Ridiculè verò neſcio quid opificij interſeruit. Theodorus , *quæ & ipſæ partes ſunt tota.* Nota accuratiùs. Omne quod eſt, totum eſt ſibi. Totum enim æquiuocè dicitur; aliquando enim eſt in prædicamento ſubſtantiæ, & conuertitur cum eo, quod dicimus, Ens : aliquando in prædicamento relationis: vt refertur ad partes. Iccirco carnis quælibet pars deſignata, totum quiddam eſt, pars tamen eſt totius cuiuſdam, putà, manus,capitis, pedis. Iccirco cum dixit Theodorus, *partes ipſæ tota*, malim ego ſic, *partes ipſæ cùm tota quædam ſint.* Dixit autem ἴδιον, quia oculus capiti proprius eſt : caro autem in capite & in pede, communis vtrique, & ibidem dixit, diuerſas : propterea quòd oculus ab aure differt, non autem caro à carne,quemadmodum dicebamus. Malè verò interpretatus eſt thoracem, *Pectus.* Nanque hoc ipſo libro thoracis partes ſtatuit Philoſophus & pectus, & ventrem. Sic etiam militare munimentum, quo horum vtrumque tegimur, apud veteres *Thoracis* indicatur appellatione. Videamus autem ὁμοιομερῆ, qua ratione, *ſimilares*, vocet. Verbi enim huius flexio denominatiua eſt. At prædicatio nequit fieri denominatiui de abſtracto ſuo. Nemo enim dicat, albedinem albam. Huius rei ratio alibi declarata eſt. Quanquam Latini oratores exceſſu quodam abuſi ſunt:cùm dicerent, *impudentem impudentiam.* Philoſophi autem eiuſcemodi figuris abſtinent : qualis & illa : *non es vitioſus. Zoile, ſed vitium.* Ergo pars ſimilis non poteſt dici ſimilaris : nihilo ſanè melius, quàm filius filiaris : aut angulus angularis : & annulus annularis. Sed filij peculium filiare erit : anguli linea angularis : digitus ab annulo annularis : qualitas carnis, ſimilaris : propterea quòd in ea carnis parte eſt, quæ carnis parti eſt ſimilis. Ita eſt miles manipularis, non ipſe manipulus. Certamen eſt ſingulare, quod inter ſingulos fit. Parma, lancea, diſciplina,ſtatura militis, militaris. Vir militaris,cuius robur,animus,ad militiam apta fuerint. Eſt autem ſimile, quod alterius qualitatem refert. Symbolum enim, id eſt cognatio quædam eſt in qualitatibus, quibus inter ſe ſimiles ſunt ſubſtantiæ. Ea nanque ſunt ſimilia,quorum qualitates eædem. Quapropter eſſe ſimul apta nata ſunt, vnde nomen *ſimilis.* Quippe cognata, & ſymbolum habentia facilè ſubſtantiam communem habere queunt. Sic igitur à ſimul, ſimile:quod aptitudinem ſignificat : quemadmodum parilis à pari : & flexilis à flexu. Itaque Theodorus non animaduertit in hac voce, ſimile,aptitudinem ad referendum, quare non debuit eam mutare. Nos eam & ſeruauimus, & addidimus vim mutuæ cum aliis relationis, appoſita præpoſitione : cùm diximus *conſimilem*, & *condiſſimilem.* Intelliges etiam quemadmodũ à notioribus progreditur Ariſtoteles, qui ſubſtantiarum, hoc eſt partium rationes diuidit per qualitates. Sanè per ſimilitudinem, ac diſſimilitudinem. Id quod hoc conſilio factum eſt, quia ſenſu ducimur ad intellectionem. Illud animaduertendum imprimis eſt : quòd non pauci errârunt:qui organica compoſita tantùm appellârunt. Non enim ſic habet. Quin vena organicum eſt:quin neruus maximè organicum : quæ tamen ſine controuerſia inter ſimplicia connumerantur. Organicum autem eſt,quaſi ἐργανικὸν : vnde etiam machinæ organicæ, ἐργάται.

II. ARISTOTELES.

Ἔχει δὲ τῶν ζώων ἔνια μὲν, πάντα τὰ μόρια ταὐτὰ ἀλλήλοις, ἔνια δ' ἕτερα. Ταὐτὰ δὲ τὰ μὲν εἴδη τῶν μορίων ἐστίν· οἷον ἀνθρώπου ῥὶν καὶ ὀφθαλμὸς ἀνθρώπου ῥινὶ καὶ ὀφθαλμῷ, καὶ σαρκὶ σάρξ, καὶ ὀστῷ ὀστοῦν. τὸν αὐτὸν δὲ τρόπον καὶ ἵππου καὶ τῶν ἄλλων ζώων, ὅσα τῷ εἴδει ταὐτὰ λέγομεν αὑτοῖς. ὁμοίως γὰρ ὥσπερ τὸ ὅλον ἔχει πρὸς τὸ ὅλον, καὶ τῶν μορίων ἔχει ἕκαστον πρὸς ἕκαστον. τὰ δὲ, ταὐτὰ μέν ἐστι, διαφέρει δὲ καθ' ὑπεροχὴν καὶ ἔλλειψιν, ὅσων τὸ γένος ἐστὶ ταὐτόν. λέγω δὲ γένος, οἷον ὄρνιθα καὶ ἰχθύν. τούτων γὰρ ἑκάτερον ἔχει διαφορὰν κατὰ τὸ γένος, καὶ πρὸς τὸ γένος, καὶ ἔστιν εἴδη πλείω ἰχθύων καὶ ὀρνίθων.

Animalium autem quædam partes habent,quæ eædem inter ſe ſunt omnes : quædam autem quæ non ſunt eædem. Horum autem illæ quidem ſpecies partium ſunt : ſicut hominis naſus, & oculus, hominis naſo & oculo idem eſt : item caro carni, & oſſi os. Eundem ad modum quæ aut equorum, aut aliorum ſunt animalium, eaſdem ſibi eſſe dicimus in quaque ſpecie. Etenim quam habet totum cum toto rationem, eandem quoque inter ſe eorum partes habent : quarum ſcilicet vnum genus eſt. Intelligo genus,vt Auium,& Piſcium. Horum enim vtrumque differt tum in genere, tum ſi ad genus referantur. Et complures ſunt auium, ac piſcium ſpecies.

CÆSAR.

POSTQVAM diſtinxit partium ſubſtantiam : eas relatiuè tanquam partes contemplatur. Etenim ſubſtantia quoque relatiuè dicitur : pes nanque & caput,& alicuius pes dicitur, & caput alicuius. Duplicis autem naturæ ipſas animaduertit : aut enim comparantur in ſpecie , aut in genere. Tunc duas ſtatuit propoſitiones. Prima eſt,partes eiuſdem ſpeciei ſunt eædem , quoniam ſpecies ſunt eædem. Hæc enim probatio eſt : propterea quòd tota ipſa inter ſe comparata quam habuerint proportionem , eandem partes quoque obtinebunt. Vbi ne aſpernemur Scoti ſubtilitatem , quæ an vera ſit , eſt à nobis alibi diſputatum : ſanè hic eaſdem ait partes indiuiduorum. At Scotus ita cenſuit , non accidentibus & materia tantùm differre ab ſe inuicem indiuidua , ſed certa præſcriptione qua fieret hæcceitas. Neceſſe enim eſt aliquid adueniſſe ſpeciei per quod,mea forma,non ſit forma Catonis. Si enim corporis accidentibus tantùm differrent , ſolutis corporibus vna vtriuſque forma eſſet, quæ poſt corporis ſolutionem in vnum fuerit reditura. Secunda propoſitio hæc eſt. Partes ſub eodem genere partim ſunt eædem,partim diuerſæ:eædem, quoniam generis natura ſumma eadem:diuerſæ , quia ſub ea generis natura latiore multæ ſunt ſpecies : quæ & inter ſe , ad ſummum genus comparatæ inæquales inueniuntur. Nam piſcis pro ſummo genere accipiatur:ſub eo eſt & ſpirans , & non ſpirans : & ruminans,& non ruminans : & ſanguineum,& exangue : & ſexu præditum , & ſexu carens:& vocale, & mutum : & oſſa habens,& ſpinam oſſis loco habens : & caudatum, & cauda carens.Quare his rationibus & partes differunt:& exceſſu ac defectu, atque proportione differentias illas ſtatuunt: veluti cùm alij corio,alij ſquamma,alij cruſta,alij teſta,alij cortice,vti diximus,conteguntur.Qui exceſſus,& defectus, & proportio nullam in ipſis indiuiduis ponit differentiam. Non eſt autem defectus exceſſui contrarium præcisè : niſi intelligas defectum talem , non autem ſimpliciter: exempli gratia,cauda Bouis excedit caudam Elephanti, Elephanto cauda non deſit ſimpliciter: habet quippe caudam : ſed deficitur ea magnitudine , quæ in bubula eſt. Sanè exceſſus eſt in prædicamento quantitatis : defectus ſimpliciter eſt in prædicamento τοῦ ἔχειν , per priuationem. Quod autem dixit : differunt inter ſe ſecundùm genus : verum eſt: differunt nanque inter ſe genere. Quemadmodum cetacea, & cartilaginea genere diſtant : quoniam multas horum vtrumque complectitur ſpecies. Cùm autem ait : ἓ πρὸς γένος : nequaquam verum eſt. Ad genus enim ſummum comparata æqualiter ſuſcipiunt prædicationem. Sanè haudquaquam differt cetaceum à cartilagineo quatenus piſces ſunt : ſed per differentias proprias generis ſubalterni : quæ ad genus ſummum applicatæ tanquam formæ ad materiam, hoc genus ſubalternum conſtituêre. Incepit autem ab his partibus, quæ inter ſe ſunt eædem : propterea quòd indiuidua ſunt primò nota nobis. Neque enim verum eſt primum cognitum eſſe genus : non enim nobis notum genus eſt, niſi ſpecierum comparatione : ac ne in confuſa quidem cognitione. Alter error eorum eſt , qui putarunt , genus & ſpecies eſſe opus intellectus noſtri. Nam hic Ariſtoteles non ex notionibus noſtris ait genera diſtingui, ſed ſecundum ſe per ipſas res,quæ in illis inſunt. Prædicationes enim falſæ eſſent, niſi res ipſæ ſubſiſterent. Duo itaque generibus attribuit : cum dicit eſſe vnum in multis, & de multis. In multis eſt res vniuerſalis, contra Platonem,qui ſeparatas à nobis noſtras ideas commentus fuit : eam rem generis nomine deſignamus : quæ ad hunc modum de multis dicitur per prædicationem. Quod autem ſpecies primo repræſentetur nobis , palam eſt. Quia ſimilitudo prius nobis nota eſt , quam diſſimilitudo , eſt enim affirmatio negatione prior. Similitudo autem gerit proportionem affirmationis : cum dicimus , hoc huic ſimile eſt: negationem diſſimilitudo, cum dicimus, non eſt Equo Cæſar ſimilis. At ſimilitudo in indiuiduis depræhenſa eſt ſub eadem ſpecie priùs, quàm diſſimilitudo in indiuiduis quæ ſub generibus diuerſis ſunt. Id quod clarius etiam ex eo patet , quod etiam nunc multa genera nomen nullum habent, iccirco , quia ne nota quidem ſunt. Quemadmodum ſummum genus Canis,& Lupi,& Vulpis : ſummum genus Palumbi, Columbi, Turturis. Dixit , ὅσα τῷ εἴδει ταυτὰ λέγομεν αὐτοῖς. Quæcumque eædem ſibi ſunt ſpecie, videtur ἀλλήλοις dicendum, non autem αὐτοῖς, propter comparationem : verum acutiſſimè ait : eaſdem eſſe ſibi ſpecie. Omnia enim, quæ ſub ſpecie ſunt, vnum in ea ſunt : ſunt autem ſibi eadem,ad alias autem partes comparatæ, diuerſæ. Dixit; τὰ μὲν εἴδη τῶν μορίων ἐστί. Et alterum membrum reſpondet : τὰ δ' αὐτὰ μὲν ὄντα : longa periodo : quoniam interponit probationem, ὁμοίως γὰρ ὥσπερ τὸ ὅλον πρὸς τὸ ὅλον : Si enim toti totum ſimile exiſtit, ergo & partes partibus. Hoc autem quomodo intelligatur , & an totum nihil ſit niſi ſuæ partes:

an ne tertium quid præter eas, in ſexto ac ſeptimo *Metaphyſices* eſt conſideratum. Locutionem animaduertes: *εἴδη μορίων ἐστί*. Nam ſi naſus, & oculus partium ſpecies ſunt: ergo ipſæ partium ſpecies conuenient. Sunt quippe formæ particulares in anima: ſicut triangula duo in quadrato vno poteſtate: per quas ſanè formas corporis partes tales ſunt, quales ſunt: & ibi, vbi ſunt: & ſic, vt ſunt: & tot, tantæque, quot, quantæque ſunt. Variauit igitur, *ὅσα μὲν εἴδει ταὐτὰ*, & *εἴδη μορίων*, quoniam probat eadem eſſe ſpecie, quorum ſpecies eadem eſt. Igitur ſi naſus eſt ſpecies partis in tota ſpecie hominis, huius hominis naſus cum alterius naſo hominis conueniet ſpecie partis: quoniam totius ſpecies in hoc, & totius in illo vna eſt. Vltimam probationem per copulatiuam conſtituit. Inquit enim: *καὶ ἔστιν εἴδη πλείω ἰχθύων*. Habet id ſignificandi robur, quod noſtrum *quippe*, ſic dicimus, *audieras*, *& fama fuit*.

III. ARISTOTELES.

Διαφέρει δὲ σχεδὸν τὰ πλεῖστα τῶν μορίων ἐν αὐτοῖς, παρὰ τὰς τῶν παθημάτων ἐναντιώσεις, οἷον χρώματος καὶ σχήματος, τῷ τὰ μὲν μᾶλλον αὐτὰ πεπονθέναι, τὰ δὲ ἧττον· ἔτι δὲ πλήθει καὶ ὀλιγότητι, καὶ μεγέθει καὶ σμικρότητι, καὶ ὅλως ὑπεροχῇ καὶ ἐλλείψει. τὰ μὲν γάρ ἐστι μαλακόστρακα αὐτῶν, τὰ δὲ ὀστρακόδερμα· καὶ τὰ μὲν μακρὸν ἔχει τὸ ῥύγχος, ὥσπερ αἱ γέρανοι, τὰ δὲ βραχύ. καὶ τὰ μὲν πολύπτερα, τὰ δ' ὀλιγόπτερά ἐστιν. οὐ μὴν ἀλλ' ἔνιά γε καὶ ἐν τούτοις ἕτερα ἑτέροις μόρια ὑπάρχει· οἷον τὰ μὲν ἔχει πλῆκτρα, τὰ δ' οὔ. καὶ τὰ μὲν λόφον ἔχει, τὰ δ' οὐκ ἔχει. ἀλλ', ὡς εἰπεῖν, τὰ πλεῖστα καὶ ἐξ ὧν μερῶν ὁ πᾶς ὄγκος συνέστηκεν, ἢ ταὐτά ἐστιν, ἢ διαφέρει τοῖς ἐναντίοις καθ' ὑπεροχὴν καὶ ἔλλειψιν. τὸ γὰρ μᾶλλον καὶ ἧττον, ὑπεροχὴν ἄν τις καὶ ἔλλειψιν θείη.

PLurium autem partium differentiæ ſumuntur à contrariis affectionibus: puta colore, & figura, aliæ ſiquidem magis, aliæ minus affectæ ſunt illis. Præterea multitudine, paucitate, magnitudine, exiguitate: omnino autem exceſſu ac defectu. Alia namque cruſta intecta ſunt, alia teſta. Quibuſdam roſtrum longum eſt, vt gruibus: quibuſdam breue. Nonnulla multis, aliqua paucis pennis prædita. Quinetiam in his quoque alia alijs partes inſunt: ſicuti quæ calcar habent, quo cætera carent. Et quibuſdam criſta eſt, aliis non item. Verùm, penè dixerim, plurimæ partes, ex quibus tota conſtat magnitudo, aut eædem ſunt, aut contrariorum differunt ratione, ſecundum exceſſum ac defectum. Hoc enim quod eſt plus & minus, ad exceſſum defectúmque referre poſſit aliquis.

CÆSAR.

PARTIVM naturam, atque appellationes cum ſcripſit primùm, ac deinde quemadmodum inter ſe differunt ſecundum ſubſtantiam, quippe genere, aut ſpecie: nunc per alia perducit prædicamenta. Atque hæc quidem omnia reducit ad contrariorum rationem, non ſolùm in qualitatibus, ſed etiam in magnitudine, & quod plus eſt, in figura, neque enim habet contrarium aut quantitas, aut figura. Quare coactus fuit deſignare per formalem contrarietatem, putà quatenus exceſſum & defectum intelliges, ita magnum paruo contrarium eſt relatiuè. Figuræ autem contrarium nullum inuenias, niſi accipias ſub contradictione ad hunc modum. Rotundum & non rotundum, per contrarium in priuatione, quod ad defectum accommodes. Sic poſuit roſtrum longum ſub magnitudine & figura in exceſſu. Ita potes exemplis percurrere ſententiam hanc. Proboſcis elephanto eſt, equum deficit: ſic teſtacea cruſtaceis comparata habent exceſſum in duritie. Pennarum paucitas, aut multitudo in prædicamento quantitatis ſub genere diſcreto, & in prædicamento, habere. Appellat autem omnes affectiones quæ euenire poſſunt, *παθήματα*. Sic in Prouerbio *παθήματα μαθήματα*: quot euenta, tot documenta. Habent Attici has alluſiones in delicijs. Sic in libro de *memoria*, *ἢ πάθη, ἢ μάθη*. At in decimo *hiſtoriarum* laxiùs videtur poſitum, *πάθος*, ad ſubſtantiam ſignificandam. Qua in re non eſt meritus Cicero veniam: cuius autoritas cum poſſet efficere, vt vox hæc, *paſſio*, pro recepta haberetur: maluit indigere: neque enim nomen hoc, *affectio*, explet *τὸ πάθος* ſignificatum: affectio namque potiùs *διάθεσιν* dicit, affectus ſum mærore, id eſt factus à mærore ad hoc aut illud, hoc autem eſt, *διατίθεσθαι*: at *παθεῖν* longè aliud eſt, quemadmodum ſcripſimus in libris *Origi-*

notabis locutionem, οὐ μὴν ἀλλ' ἔνια γε καὶ ἐν τούτοις ἕτερα ἑτέροις μόρια ὑπάρχει, οἷον τὰ μὲν ἔχει πλῆκτρα. Theodorus laxè comprehendit ſententiam his verbis: *ſed tamen in his quoque ratio partium diuerſa eſt.* Igitur, ἐν τούτοις, intelligit, Animalibus, ídque rectè, cum autem dixit, *ratio partium diuerſa eſt*; nihil noui attulit, nam & ij modi, quos narrabat, diuerſitatem indicabant magnitudinis, & paucitatis. At hic dicit, οὐ μὴν ἀλλὰ: id eſt, tametſi hæc ita ſe habent, tamen adhuc illud eſt impenſius obſeruandum: quod in his animalibus partes aliæ aliis inſunt: ita, vt quas alia habeant, iis alia careant. Nos ſimplicisſimè: *ſunt præterea certa quorundam partes.* Illud quoque haud negligendum, ἢ ταὐτά ἐστιν, ἢ διαφέρει τοῖς ἐναντίοις καθ' ὑπερβολήν τε καὶ ἔλλειψιν. Theodorus addidit coniunctionem: *aut eadem ſunt, aut ratione contrariorum, & per exceſſum:* non bene. Philoſophus enim cum diceret, contrarietatem, declarauit cuiuſmodi, per exceſſum ſcilicet & defectum, copulatiua autem illa, *&*, diſiungit membrum hoc: *per exceſſum & defectum*: ab illo, *ratione contrariorum*, malè. Idem λόφον maluit, *apicem*, interpretari, quàm *criſtam*, Plinium ſequutus, qui ita ſcripſit. *In capite paucis animalium, niſi volucribus apices.* Fortaſſe illius conſilij ratio fuerit, quaſi generis comprehenderet appellationem, tum ad carnes, cuiuſmodi gerit Gallus, tum ad pinnulas, quales ſunt Pauonibus. An cum criſtam gallinacei generis legeret ſpeciei vocem putarit? haud ſanè rectè. vocabuli nanque originem qui intelligat, aliter ſentiat. Eſt enim criſta, παρὰ τὸ κρίνεσθαι: quemadmodum & crinis, à numeroſa frequentia diſcretarũ pinnularum. Inde Achilles criſtatus. At apex, propterea quod aperetur, aptúſque eſſet, filus quidam in capidulo, aut galericulo Flaminis. Quod Virgilius pudenter, vt ſanè omnẽ eruditionem, deſignauit in Ænea tametſi armato: quem vbique ſummum & Imperatorem, & Pontificem agnoſceret. Quam ob cauſſam etiam inter prælia appellat pium. Græci priuatim κάλλαιον Gallorum criſtam dicunt, vnde Opicis ſemi-Æolenſibus, Galli, & Gallinæ, & Galeæ voces deductas puto. ὄγκος molem Theodorus, male. Non enim moles eſt in Acanthide, & Regulo auicellis: non in Apua: non in Pulice: in quibus alioqui ὄγκος eſt. Quantillum enim extat à quauis ſuperficie, ὄγκος dicitur. Moles autem grandiorum magnitudinum παρὰ τὰς ὕλας: Aëris quoque ὄγκον dixit Empedocles quemadmodum eſt apud Ariſtotelem in libro de *ſpiratione.* Plato etiam eundem ad modum ſignificandi ſemper vſus eſt. Quod eſt πλῆκτρον in codice Græco, Theodorus fuſiùs eſt interpretatus, *calcar*, ita vt adderet etiam *aculeum.* In quarto tamen de *cauſſis partium* diſtinguitur ἀπὸ τοῦ κέντρου. Idem μᾶλλον δὲ ἧττον ita tranſtulit, *pluris & minoris.* Nos vt comprehenderemus vtramque qualitatem, ſic. *Hoc, quod eſt plus, & minus.*

IIII. ARISTOTELES.

Ἔνια δὲ τῶν ζῴων, οὔτε εἴδει τὰ μόρια τὰ αὐτὰ ἔχει, οὔτε καθ' ὑπεροχὴν καὶ ἔλλειψιν, ἀλλὰ κατ' ἀναλογίαν· οἷον πέπονθεν ὀστοῦν πρὸς ἄκανθαν, καὶ ὄνυξ πρὸς ὁπλήν, καὶ χεὶρ πρὸς χηλήν, καὶ πρὸς πτερὸν λεπίς. ὃ γὰρ ἐν ὄρνιθι πτερὸν, τοῦτο δὲ ἐν ἰχθύϊ ἐστὶ λεπίς.

Quadam autem animalium partes neque ſpecie eadem ſunt, neque ſecundum exceſſum ac defectum: ſed proportione quadam. Quemadmodum ſi ſpinam cum oſſe, aut vnguem cum vngula compares; aut manum ad forcipem, aut pennam ad ſquammam. Quod enim in aue penna, hoc & in piſce ſquamma.

CÆSAR.

Tertivm modum aſsignat, quo inter ſe differant animalia: quem appellat κατ' ἀναλογίαν, tametſi quartum ſi intelligas, acutiùs perſpexeris, eſt enim prima differentia in genere, & ſpecie: ſecunda in defectu & exceſſu: tertia eorum, quorum quædam quaſdam partes habent, alia non: nam in exceſſu & defectu non erat priuatio, ſed poſitio pluris & paucioris. Quarta erit per analogiam, quam *proportionem* Latini appellârunt, atque ita etiam vtitur M. Tullius. In libro de *vniuerſitate* etiam *comparationem* vult appellare: non explet hoc illud. Multa comparantur, inter quæ nihil conueniat: vt homo, & Deus: præterea in altera ſpecie generis demonſtratiui, quæ eſt vituperatio, comparamus ea, quæ maximè diſſita, ac longinqua eſſe volumus oſtendere. Proportio pleniſſimè indicat. Nouam vocem videtur M. Tullius agnouiſſe: *proratio* æquè noua fuiſſet: efficaciùs tamen græcum ambitum deſignaſ-

ſet. Eſt enim ἀναλογία modus, quo quid cum aliquo conuenit, non totum, ſed proratione & proportione. Eſt autem duplex analogum; vniuocum, & æquiuocum, quemadmodum in 12. *Metaphyſices* declaratum eſt. Duæ namque ſpecies quoniam æquales non ſunt: vna enim eſſent; non duæ: iccirco alterâ altera nobilior, adeò, vt Auenroës hominem illiteratum ab hominis excluſerit ratione. Hoc hîc intelligit analogum Philoſophus. Spina enim piſcis, & os aliorum animalium vnum habent ſummum genus: verùm perfectius os eſt. Itaque etiam os piſcis appellatur cum adiectione, non autem ſimpliciter. Alterum analogum æquiuocum eſt: quod verum eſt analogum. Hoc enim eſt ἀναλέγεται, non autem ἀναφέρεται. Ab vna ſiquidem alteráve affectiuncula oblata nominandi occaſione, piſci voraci quadrupedis indidere nomen, lupúmque appellauere. Ita ἀναλέγεται πρὸς τὸν ἐκείνου λόγον. Sub huiuſcemodi ratione ſquammam refert ad pennam propter officij ſimilitudinem. Vtrunque enim tegendi munere fungitur. Quamobrem ſic reciprocabis. Penna eſt ſquamma piſcis: & è contrario laxè admodum, neque ſine aurium offenſione. Eſto igitur duplex analogia, aut proximorum ſecundum ſubſtantiam, aut ſimilium ſecundum officium. Sic in locuſtis forcipem manum appellabis, in Elephanto dentes cornua, proboſcidem manum. Prudenter verò tam ſimplices partes, quàm compoſitas ad exempla reduxit. Mira loquutio: οἷον πέπονθεν ὀστοῦν πρὸς ἄκανθαν; Immò enimuerò videtur ἄκανθα πεπονθέναι. Inferioris enim naturæ eſt, verùm loquendi modus ex atticiſmis eſt, & ſanè πάθος vniuerſam mutationem deſignat ac differentiam. Theodorus ὁπλὴν *vngulam* haud ſatis putauit dicere, niſi adderet *ſolidam*, quia in tertio χηλὴν diſtinguit ἀπὸ τῆς ὁπλῆς: in ſecundo tamen δίχηλα & μώνυχας pro differentiis ſtatuit, quare videtur χηλὴ eſſe altera pars vngulæ in boue, ſi bos eſt δίχηλον. Puto tamen χηλὴν nunquam pro ſolida vngula: ὁπλὴν autem pro omni vngularum genere poſſe accipi; ſiquidem etiam ὄνυξ in compoſitione, μώνυχας, etiam pro vngula poni licet. Quare cùm hic tam fiſſipedum, quàm ſolidungulorum comparet vngulas cum vnguibus, malim interpretari *vngulam* ὁπλὴν ſine additione. Idem χηλὴν in piſce & ſcorpione forcipatum pedem tranſtulit rectè, ſed malè eſt eloquutus, cum dixit, *forcipato pedis*, eſt enim pes ipſe forcipatus, quia pedis forceps eſt. τῷ δὲ ἐν ἰχθύι, nota coniunctionem, quæ videri queat cuipiam ſuperflua; at ſubeſt vis quædam, quaſi & in aue & in piſce eadem ſit natura: ſanè idem officium: non niſi acriori iudicio ſatisfaciat.

V. ARISTOTELES.

Τὰ μὲν οὖν μόρια, ἃ ἔχουσιν ἕκαστα τῶν ζῴων, τοῦτον τὸν τρόπον ἕτερά ἐστι καὶ ταὐτά, καὶ ἔτι τῇ θέσει τῶν μορίων. πολλὰ γὰρ τῶν ζῴων ἔχει μὲν τὰ αὐτὰ μέρη, ἀλλὰ κείμενα οὐχ ὡσαύτως· οἷον μαστούς, τὰ μὲν ἐν τῷ στήθει, τὰ δ' ἐν τοῖς μηροῖς.

Animalium partes igitur ſic ſe habent, vt aut eadem ſint, aut diuerſa. Quinetiam ſitu differunt; ſunt enim animalia multa, quæ tametſi eaſdem partes habent, non tamen eadem ſitas ratione: ſiquidem mammas alia in pectore, alia in feminibus.

CÆSAR.

PER ſpecies, per exceſſum, per proportionem differentias declarauit: nunc per ſitum. Mammas enim homo in pectore, Elephas ſub armis gerit, Leo in medio ventre, Equa in feminibus. Locum vbi indicauit, elicias ex eo ſitum: pectus enim, & femina, & armi, loca ſunt. Situs autem ex iis: propterea quod quæ ſunt in feminibus, pendent: quæ in pectore propendent. Itaque dixit, οὐχ ὡσαύτως: non autem οὐκ αὐτόθι. Animaduertes loquutionem, τὰ μὲν οὖν μόρια ἕτερά ἐστι καὶ ταὐτά. καὶ ἔτι τῇ θέσει τῶν μορίων. Sic enim alius fortaſſe dixiſſet. Animalia differunt partium ſubſtantia, quantitate vtraque, proportione, atque etiam loco, & ſitu, ipſe autem ſic: *partes differunt ſpecie, proportione defectu, ac præterea ſitu partium*: repetitum nomen poſuit loco pronominis. lego autem, καὶ ἔτι τῇ θέσει, non autem, ἐστι.

VI. ARISTOTELES.

Ἔστι δὲ τῶν ὁμοιομερῶν τὰ μὲν, μαλακὰ καὶ ὑγρὰ, τὰ δὲ ξηρὰ καὶ στερεά. οἷον ὑγρὰ μὲν, ἢ ὅλως, ἢ ἕως ἂν ᾖ ἐν τῇ φύσει, οἷον αἷμα, ἰχὼρ, πιμελὴ, στέαρ, μυελὸς, γονὴ, χολὴ, γάλα ἐν τοῖς ἔχουσι, σὰρξ τε, καὶ τὰ τούτοις ἀνάλογα. ἔτι ἄλλον τρόπον τὰ περιττώματα, οἷον φλέγμα, καὶ τὰ ὑποστήματα τῆς κοιλίας καὶ κύστεως. ξηρὰ δὲ καὶ στερεὰ, οἷον νεῦρον, δέρμα, φλὲψ, θρὶξ, ὀστοῦν, χόνδρος, ὄνυξ, κέρας. ὁμώνυμον γὰρ πρὸς τὸ γένος, ὅταν τῷ σχήματι καὶ τῷ ὅλῳ λέγηται κέρας. ἔτι ὅσα ἀνάλογα τούτοις.

Partes autem conſimiles, aliæ ſunt molles, & humidæ: aliæ ſiccæ, & duræ. Atque humidæ quidem aut omnino, aut quandiu in ſua natura ſunt: vt ſanguis, cruor, adeps, ſeuum, medulla, genitura, fel, lac, in quibus comperiuntur, item caro, & ea quæ horum ſequuntur proportionem. Præterea alia ratione excrementa: qualis eſt mucus, alui ſedimenta, & veſica. Siccæ autem, & duræ: cuiuſmodi neruus, cutis, vena, pilus, os, cartilago, vnguis, cornu. Aequiuocè enim refertur ad genus cornu, cum refertur pro figura, aut toto. In illis autem eadem ratio eſt, quæ his proportione reſpondent.

CÆSAR.

PARTIVM differentias alias deſignat à conſtitutione naturali: non quà partes ſunt, ſed quà hoc ſunt, quod ſunt. Vbi vides ordinem naturæ, atque Ariſtotelicæ contemplationis. nam in libris de *Cælo* qualitates primas perſequutus eſt, in libris de *Generatione* qua ratione venirent ad compoſitionem, in *Meteoris* quemadmodum efficerent quippiam durum, aut molle. Nunc ipſa illa dura, aut mollia deſcribit: non temerè breuitatis ſtudioſiſſimus duplicauit voces. In prima diuiſione, humidas & molles: nam & fluidæ ſunt, vt ſanguis, & non fluidæ, ſed tamen molles, id eſt tactui cedentes, vt caro. In altero membro, ſiccæ, quæ contrariæ ſunt humidis: earum definitio, quæ non egent alienis terminis ad conſiſtendum in certa quantitate. Vbi animaduertendum eſt, aquam quoque ſuis ipſam terminis præſcribi: non enim eſt infinita: icirco dixi, in certa quantitate, nam pugillus lapidis ſuis finibus continetur, vt ſemper ſit pugillus: aquæ pugillus non item, ſed diffunditur extra pugilli ambitum. Siccæ igitur hæ ſunt: ſiccarum modus alius quem στερεὸν vocat, nos *durum, & firmum* dicimus. Theodorus malè, *ſolidum*, eſt enim ſolidum, quod nullam habet cauitatem, & eſt modus ita à firmo ſegregatus, quemadmodum firmum ſiue durum à ſicco: pilus igitur ſiccus, non firmus: oſſis capitalis altera pars interior & ſicca, & firma, ſed non ſolida: altera tabella exterior, & ſicca, & firma, & ſolida. Sic Philoſophi verba ſunt accipienda, non ſupinè: nihil enim agas periculoſiùs, quàm ſi forum transferas in Lyceum. Priſci autem qui στερέωμα primum cælum appellàrunt, reliquêre nobis deſiderium inueſtigandi rationem. Nam aliorum quoque cælorum natura merita eſt, vt eiuſdem nominis fieret particeps. Exempla fluidarum facilia omnia, vna vox tardat curſum noſtrum, ἰχὼρ: ſanè eius vſus non vnus. Nam Homerus Deorum ſanguinem ſic appellat: quod eſt etiam in hiſtoria Alexandri magni: eſt & cruor, qui in cadaueribus: eſt & ſanies quædam apud medicos: eſt & id, quod pro ſanguine datum eſt inſectis. Hic verò nullum horum poteſt ſignificare, non ſaniem, naturalem enim rem dicit: non id, quod eſt in inſectis: nam hoc eſt analogum, & reſpondet ei parti: ἔτι ὅσα ἀνάλογα τούτοις, igitur videtur intelligere quatuor humiditates, quæ aliud à ſanguine apud principem Auicennam exactiſſimè digeruntur. ἐν τῇ φύσει: *in natura*, non enim ſatis habuit dicere in animali, poteſt enim eſſe in eo, & eſſe extra naturam. Sanguis enim & arenaſcit, & lapideſcit, vt vidimus: item lac coloſtratur, genitura gypſeſcit. Articulus igitur, τῇ, deſignat naturam eis debitam: vbi comprehendit officij rationem, non ſolum ſedem: quemadmodum malè addidit tanquam paraphraſin more ſuo Theodorus: nam in ſedibus quoque ſuis poſſunt alteraſcere, atque exire à natura ſua. ἐν τοῖς ἔχουσι, modus loquendi Ariſtotelis, neque ſolùm putes de lacte dictum, ſed etiam de aliis: nam lacte carent mares, felle Damæ, genitura Anguillæ, adipe Perdices: ſeuo homo. Itaque malè Theodorus anguſtiorem eam ſententiam fecerit, ἔτι ὅσα τούτοις ἀνάλογα Negat enim eiuſdem rationis eſſe carnem in homine, & pulpam in locuſta: ſed in hac carnis vicariam pulpam eſſe. Sic ſanguinis vicarium

ἰχῶρες, in inſectis. [illegible] & lu-
cum, & rorem,& lentorem, & ſaliuam quoque legas , & poſt hæc omnia ſaniem : qua *ἰχῶρες* in inſectis appellari poſſint. Sunt enim eiuſdẽ originis *ſanguis*,& *ſanies*,& *ſanctus*,& *ſanus* , & *ſeguine* Oſcorum voces,atque Opicorum. Cruor autem cadauerum tantum : hoc enim eſt, *κρόος*. Veris deinde partibus addidit non veras. *περιττώματα* , inquit , *ſuperfluitates* noſtri Barbari ſignatiſſimè. At Ciceroniani maluerunt dicere *excrementa* : cùm tamen apud illum nulla talis extet vox, neque ſanè omne ſuperfluum excernitur, ídque quod nondum excernitur, ſuperfluum erit, excrementum non erit. Quoniam igitur veræ partes non ſunt : addito elogio illas nominauit, ὑγρὰ, inquit, ζώων, poſuit τεγκτόν, ἀντὶ τοῦ, λόγον, neque enim alio modo liquida eſt vrina quàm ſanguis : ſed alia ratione veniunt excrementa ad hunc cenſum partium : propterea quod partium illarum partes ſunt inutiles. *φλέγμα* autem accepit pro eo , quod *βλαῦναι* propria voce dicimus: non autem pro pituita : diſtinxit enim à naturalibus partibus. *ὑποστήματα* , ſedimenta : ſubſidentia, rectè dixit in veſica ſubſidere : nam vrina ſanguinem ſupernatat, non ſubſidit. In exemplis duriorum vbi poſuit cornu : admonuit nos , æquiuocè dici ſi referantur ad nomen & rationem ea, quæ ſic appellantur. Cornua matricis ſunt, qui appellent : cornua papaueris : cornu copiæ: cornu fluuij : cornu aciei : cornua cochlearum : cornua tauri. Sanè, inquit , alia ratio eſt τοῦ ὅλου id eſt ſubſtantiæ, officij, duritiei : alia figuræ tantum, quæ tanquam pars quædam eſt illius totius, cuius ſimilitudine nomen diductum eſt. Quod autem ſolidum ſit id cuius pars nulla vacat, facilè intelliget, qui vocis originem contemplabitur, eſt enim à Græco, *ὅλον*, vnde *ὁλοσιδήρεια*, *ſoliſferrea haſta* apud Antiquos.

CAPVT SECVNDVM.

De Animalium differentiis ex vita, actionibus, moribus.

Αἱ δὲ διαφοραὶ τῶν ζώων εἰσὶ, κατά τε τοὺς βίους καὶ τὰς πράξεις, καὶ τὰ ἤθη, καὶ τὰ μόρια· περὶ ὧν τύπῳ μὲν εἴπωμεν πρῶτον, ὕστερον δὲ περὶ ἕκαστον γένος ἐπιστήσαντες ἐροῦμεν.

Differunt autem Animalia , vitæ , actionum, morum, partium ratione. De quibus paulò laxiùs dicendum à nobis primùm eſt : deinde prolixiùs de vnoquoque genere differendum.

CÆSAR.

POSTQVAM eſt animal conſtitutum à Philoſopho partibus enumeratis : quod ſecundùm eas partes in differentias certas partitus eſt : ſumit genus, quod venatus eſt, contemplatúrque triplici diſquiſitione : à vita, ab actionibus, à moribus. Intelligit autem vitam, tum tempus, tractúmque curriculi huius temperati per animæ, atque corporis coniunctionem : tum etiam victus rationem. Non ſolum igitur *ζωὴν*, quod vitalem calorem notat : quippe παρὰ τὸ ζεῖν τὸ ζῆν : cuius rei argumentum, quod hoc illi ceſſit detruſum ab regula infinitorum, quam τὸ ζεῖν prius occupauerat, non ſolum inquam *ζωὴν*, ſed etiam τὸν *βίον*, vnde vita noſtra, non *à vi*, vt ait Varro. *βίος* ergo & vitam ſignificat, & victum , & opes, ſine quibus haud ſatis conſtat victus. Differunt autem hac parte plurimum animalia. Alteram contemplationem perficimus ab actionibus, noluit dicere, ab officiis : propterea quod hoc ſolius hominis eſt, noluit ab operibus: neque enim omnia animalia opus faciunt: ſed pauca , vt apes, bombyces: maxima pars eſt *ἄεργον*, omnia aliquid agunt: ſaltem ſuggunt, vnde alantur. Tertia hiſtoria ſumetur à moribus. Eſt autem mos habitus naturalis ad aliquid agẽdum. Is duplex eſt: nam aut per ſe exit in actum: vt prædandi Aquilæ : aut diſciplina acquiritur : vt eidem Aquilæ reuertendi ad magiſtrum : vbi Anatem interfecit. Quod tamen habet item ſemina , atque initia naturalia. Nihil enim agit, quin prius

aptum fuerit ad agendum eo modo, quo agit. Hoc Græci dicunt, *πέφυκε* : Cicero *aptum natum*: id eſt, quod natura ſua afficitur ad adipiſcendum hanc poteſtatem, hoc enim eſt *apere*, *apiſci*, *adipiſci*. Vtrunque igitur coniunxit Philoſophus tanquam alterum alterius cauſſa ſit. Nam ſi tanquam diuerſa capita digeras, falleris.

Deinde partes vbi connumerauit, & ad alia tranſire vult: non rectè partiū iterum mentionem fecit: ſed ſic ſtatuere oportuit. Non ſolùm autem partibus inter ſe differunt animalia; quod ad formam ſpectat, vita, & vitæ finibus: ſcilicet actionibus, quarum mores cauſſæ ſunt. Viuimus enim vt agamus aliquid: agimus etiam quædam, vt viuamus: ſed animalium princeps homo viuit, vt agat. Eius enim finis eſt, contemplari, & bene agere. Nam actiones, quas agimus, vt viuamus: putà edere, bibere, dormire, ex vltimæ non ſunt: ſed fiunt propter illas alias perfectiores. Sic ſi dixiſſet: careret ſanè reprehenſione. Nunc typum neſcio quem dum proponit, laxe nimis tranſigit. Eum typum, *formulam* Theodorus, hic eſt interpretatus. Habes apud Medicos initia acceſſionum eo vocabulo deſignata: quaſi verberationem. Modulum non peſſimè dixeris: eſt enim delineatio quædam rudiuſcula, cuius præſcriptione ducuntur artifices ad ſerium opus inſtituendum atque excolendum. Cicero *formulam* exactiùs accipit, pro *verbis præſcriptis*, *atque conceptis* : ſic & Iureconſulti: eſt autem certa regula cuius vel fines, vel ordinem non liceat præterire: quemadmodum ijdem *formale precium* appellârunt, cuius quantitate tenetur [illegible], qui ſibi formauit. *Pingui Minerua* interpretatus eſt *τύπον* M. Tullius in libro de *amicitia* : *exempli gratia*, non malè verterunt alibi. Dixit *ἤθη* animalium, quæ non ſine voluntate, aut inſtinctu. iccirco Theophraſtus ſcripſit, plantas habere *πάθη*, non autem *ἤθη*. *ἐπιμονητικός* : vox Ariſtotelica eſt, frequenter quoque dicit: *ἔτι δ' ἐπιμεῖναι*, vnde & animalia quædam ait eſſe *ἐπιμονητικά*. Importunum hominem, atque vrgentem, atque inſtantem ſic appellamus: *ἐπιμονὴ* dicunt Oratores *immorari* : cùm amplificant, ſumpta metaphora à pertinacia militari, dum tuentur ſtationes. Theodorus *diſcuſſionem diligentem* cùm eſt interpretatus, fructum quidem indicat commorationis, vocis efficaciam non eſt conſequutus. Nos, *prolixi*, vocabulo moram indicauimus, ſimpliciſſimè, exactiùs immorantes, à telonæis ſumpta tranſlatione: neque enim abeunt prius, quàm emunxerint vectigali. Malè fecit Theodorus, cùm hic ſecundi capitis initium non fecit. Nam cùm partes declarauit; & animal, vti dixi, conſtituit: acceptum in genere deinceps diuidit ad hunc modum.

VIII. ARISTOTELES.

Εἰσὶ δὲ διαφοραὶ κατὰ τοὺς βίους καὶ τὰς πράξεις, καὶ τὰ ἤθη. αἰτιαὶ δὲ ἢ τὰ μὲν ἔνυδρα αὐτῶν ἐστι, τὰ δὲ, χερσαῖα· ἔνυδρα [δὲ] διχῶς· τὰ μὲν, ὅτι τὸν βίον καὶ τὴν τροφὴν ποιεῖται ἐν τῷ ὑγρῷ, καὶ δέχεται τὸ ὑγρὸν καὶ ἀφίησι· τούτου δὲ στερισκόμενα, οὐ δύναται ζῆν καὶ οἷον πολλοῖς συμβαίνει τῶν ἰχθύων. τὰ δὲ, τὴν μὲν τροφὴν ποιεῖται καὶ τὴν διατριβὴν ἐν τῷ ὑγρῷ, οὐ μέντοι δέχεται τὸ ὕδωρ, ἀλλὰ τὸν ἀέρα. καὶ γεννᾷ ἔξω. πολλὰ δ' ἐστὶ τοιαῦτα καὶ πεζὰ, ὥσπερ ἐνυδρὶς, καὶ λάταξ, καὶ κροκόδειλος· καὶ πτηνὰ, οἷον αἴθυια καὶ κολυμβίς· καὶ ἄποδα, οἷον ὕδρος. ἔνια δὲ τὴν μὲν τροφὴν ἐν τῷ ὑγρῷ ποιεῖται, καὶ οὐ δύναται ζῆν ἐκτὸς, οὐ μέντοι δέχεται οὔτε τὸν ἀέρα, οὔτε τὸ ὑγρόν· οἷον ἀκαλήφη, καὶ τὰ ὄστρεα. τῶν δὲ ἐνύδρων, τὰ μέν ἐστι θαλάττια, τὰ δὲ λιμναῖα, τὰ δὲ ποτάμια, τὰ δὲ τελματιαῖα, οἷον βάτραχος καὶ κορδύλος.

Differentiæ verò ſecundùm vitas, & actiones, & mores, ſunt cauſſæ propter quas alia ſunt aquatilia, alia terrena. Et aquatilia quidem duplicis naturæ. Quædam enim & in humido vitam agunt, & inde cibum captant, prætereà humorem tum recipiunt, tum remittunt: Quo ſi priuentur, viuere nequeunt. Id quod magnæ piſcium parti euenit. Quædam verò in humore quidem degunt, atque inde victum quærunt: verùm aërem recipiunt, non aquam: & extra eam pariunt: cuiuſmodi multa ſunt: tum eorum, quibus pedum ſolus vſus eſt, vt Lutra, Latax, Crocodilus: tum volucria, vt Mergus, & Anatula: tum carentia pedibus, vt Natrix. Sunt prætereà quæ in humido aluntur, neque ſinè eo viuendi habent poteſtatem, verùm ea neque aërem, neque aquā recipiunt: qualis eſt Vrtica, & Oſtrea. Horū autem aquatilium alia marina ſunt, alia lacuſtria, alia paluſtria, alia fluuialia, vt Rana, & Cordyla.

Digitized by Google

CÆSAR.

FAETVRVS partitiones generum ſecundùm viuendi rationes,dicit, differentias illas morum,& vitæ eſſe cauſſas ſic viuendi,& ſic agendi. Hoc autem veriſſimum eſt. Forma enim actionum cauſſa eſt. Ridemus enim quia dictat ratio,vita ſanè eſt actus animæ. Modus viuendi eſt à differentiis: ſunt enim formæ: quas formas affectus ſequuntur, quos vocant ἦθη. Hos autem affectus poſtremò ſequuntur actiones: exempli gratia. Iraſcor, quia iracundus: iracundus, quia igneus. Igneum hoc habeo à forma hominis, quibus ab aquatili differam. Probat demonſtratiuè alteram concluſionem ſic. Ergo quibuſdam ſemper in aquis viuendum: quibuſdam nunquam: aliqua certo modo in ipſis agitare habent. Ducit autem ſic, quoniam ſpirant. Duas autem aſſignat in nonnullis rationes:& propter vitam, quia aquam recipiunt: & propter victum, quia piſcibus aluntur. Diſtinguit igitur ſic. Alia terreſtria,alia aquatilia. Rectè conſtituit duo ſumma genera, reiecto volatili, propterea quòd alites partim in terra aluntur; partim in aëre, vt hirundo: partim in aqua vt anatulæ: videtur tamen ad hunc modum meliùs inſtituere potuiſſe. Animalium quædam recipiunt reddúntque ore, quædam nihil. Quæ recipiunt, ea aut aërem,aut aquam, eſt enim hoc eſſentiale magis, ac prius, quàm victum quærere, & aptius ſic diſtincta eſſent,quàm à locis. Nam per locorum differentias generum naturæ vel commodè, vel verè neutiquam diſtingui poſſunt. Habes enim in mari penè genera omnia: ſpirat phoca, recipit aquam mugil,vtrumque Delphin: egerit enim aquam fiſtula, ore aërem: neutrum oſtrea, veſcitur in aqua Lutra: vtrobique rana. Theodorus in contextu *fluuialia* præpoſuit, *paluſtria* in poſtremis, aliter quàm in noſtris exemplaribus. Partitur inde aquatilia duobus modis: quædam,inquit, & viuunt, quia trahunt aquam:& victitant, quia in humido aluntur. Nonnulla in humido aluntur, ſed ore trahunt aërem,non aquam. Diuidit hæc in πεζά, in volucria, in pedibus carentia: vbi exempla æquo animo accipienda ſunt. Mergus enim natura ſua in mari alitur. At nos captos mergos etiam intra domeſticos parietes viuere vidimus non ſolùm piſcibus,ſed etiam auium inteſtinis. Ardeolas quoque obſeruauimus inter cortales contracto collo prope aquæ alueolos inſidiari paſſerculis,qui potus gratia cùm eò accederent, momento temporis producta ceruice roſtro transfigebantur: eos illicò cum plumis omnibus aqua priùs madefactos integros deglutiebant. Tertium diuiſionis membrum ponit eorum,quæ in humido degentia neque aërem,neque aquam trahunt. Ita poſtquam dixit, [illegible], addidit tertium membrum vrticarum,atque oſtrearum. Augere potes hanc contemplationẽ iis, quæ aquá non trahunt ore ſed aërẽ: foris tamen nequaquá pariunt: vt delphin. Hæc eſt prima diuiſio. Altera à partibus loci. Aquę enim aut ſunt marinę,aut lacuſtres,aut paluſtres,aut fluuiales. Paludem à lacu ſic dignoſcimus. Aquam lacus habet viuam,& currentem: palus languidam,non currentem. Lacus Græcum nomen, λάκκος,enim capacem locum ſignificat. Palus ab effuſa planicie non coërcita ripis: indidem enim, *planum*: quaſi *palanum*. At ſtagnum, neque lacus eſt, quoniam non fluit, ſed ſtat: neque palus, quoniam aquam habet nitidam, & piſcinis aptam: vtrumque apud Poëtam. *Mitis vt in morem ſtagni, placidæque paludis, Sterneret æquor aquis.* An verò fluuiorum aqua, & aqua maris vna numero ſit: in libris naturalibus à nobis eſt diſputatum. Subtiliùs digerentur piſcium genera per differentias exactiores à locis,& à victu,nunc τύπῳ contenti eſſe debemus. Signatè dixit, στερεόδερμα, quoniam in aqua poſſunt contineri, & peribunt tamen: quippe ſi exerto, putà, capite, icirco dixit, *humore priuati*. Theodorus deformauit orationem, cùm dixit: *Animalium differentias in vita, & moribus, ex eo, quòd alia ſunt aquatilia, alia terreſtria.* At contrario ſenſu Philoſophus, procedit enim à priori, quippe à cauſſa ad effectum. Theodorus cauſſam per effectum probat præpoſterè: cauſſa nanque habitandi in aquis, aut ſpirandi fluit à principiis formalibus: propter quæ principia hoc illa ſunt,quod ſunt: deinde hic ſunt,vbi ſunt: ita cincinni ſcholaſticę loquutionis fœdarũt faciẽ Ariſtotelicę matronæ. [illegible] τὸ ὑγρὸν,καὶ ὁ [illegible], Theodorus addidit de ſuo, *per vices*. Nota vocem, ὑγρὸν, de aqua enim primùm olim dicta fuit, ac pluuiali quidem, eſt enim in ea, τὸ ὕειν. *Fluidum*, vertit Theodorus non malè: eandem nanque originem, aut cognatam habet, πλωΐζειν, vnde *pluuia*,& addita aſpiratione, *fluuia*, fuit enim vtrũmque aquæ epitheton. Tamen quia hic diuidit humorem in ſtantem, & fluuium, non ſatis circunſpectè præteriit Theodorus humoris autem vocabulum indidem habuit [illegible]

Maius opus alia in voce, πεζὰ, nanque Theodorus eſt *greſsilia* interpretatus, quæ tamen voces tam Latina, quàm Græca attentiùs ſunt conſiderandæ. Sic appellati milites, qui ſuorum pedum opera funguntur ad bellum: vnde & Latinis appellatio *pedis*. At infra, hæc πεζὰ diuidit in greſſilia, & ea, quæ pedibus omnino carent. Et hic volucria cùm ponit, non potuit à greſſilibus diſtinguere, quippe ea quoque & pedibus prædita ſunt, & pedibus gradiuntur. Quare æquiuocè cùm vtatur, ad greſſum arctare ſignificatum non potuit Theodorus. Qui alibi neque *pedeſtria* dicere debuit ob eaſdem rationes: neque *humilia*, quemadmodum excogitabamus non ineptè: quippe quæ humi degerent: ſed infeliciter, quoniam neque vſus patitur communis, neque permittit autoritas Philoſophi, qui auium genus grauiorum ſic appellare nos iuſſit. Depulſi igitur ad aliam interpretationem hunc ad modum circumlocuti ſumus. *Quæ pedes ſolos ad vſum progreßionis haberent*: vt ab auium motu ſegregaremus, quæ aues nihilo ſecius pedeſtres ſunt. Sic expleuimus hunc locum. Ariſtoteles in libro de *greſſu Animalium* vtitur voce commodiore, ὑπόποδα nanque appellat: vt aptè πεζὰ in ὑπόποδα, & ἄποδα, poſſis diuidere.

Theodorus: *ex humido victum petunt*. Nos, *in humido*, propiùs Ariſtotelis ſententiam: ſic enim loquitur, ἐν ὑγρῷ, & attentiore conſilio: non enim temerè loquitur Philoſophus. Quidam enim è piſcibus putantur aquam ſolam pro alimento habere. Nam de Balæna hoc aſſerunt, de Apuis etiam nonnulli. Quemadmodum de Chamæleonte: quem aëre ſolo paſci memoriæ prodidere: vt inter hæc analogia ſit quædam: ſicuti multa ſunt, quæ terram pro cibo habent. Bufonem in iis enumerant: inter piſces, Mugilem. Quædam igitur ἐν τῷ ὑγρῷ aluntur, at nequaquam τῷ ὑγρῷ, quædam τῷ ὑγρῷ. Et Ariſtoteles infrà cùm dixit, ἐκ τοῦ ὑγροῦ, non intellexit quaſi materiam, ſed tanquam è loco, in quo eſſet materia alimenti.

Ἔνυδριν Theodorus neſcio quamobrem *Lutrim* potius, quàm *Lutram*, voce & Latina & vſitata, & ſola. Sic eam Plinius quoque appellat in octauo, & in 32. Varro autem *Lytram*, quam iccirco dictam autumat, quia ſuccitis morſu radicibus arbores luat: id eſt ſoluat, & euertat. Accuratiùs igitur Latini, quàm Græci: qui ſimpliciter, ἔνυδριν ab aqua: neque tamen prætereundus locus ſine animaduerſione. Nanque ibi Varro Lutram, & Fibrum, eundem ait: ſi Fiber Caſtor eſt: Lutra non erit hoc animal, quod ſic vulgus vocat: ſed erit Latax: de quo Ariſtoteles in octauo latiùs. Apud Pollucem, & Athenæum vſque ad faſtidium alia res Latax eſt. Vini reliquiæ quas è calice effundebant arte quadam, vt ſonitum efficeret. De Latace Plinius nihil: de Fibro multa. Cuius etymon falsò narrat Varro, *ita*, inquit, *dictus: quia in fluuiorum extremis ripis viſus eſſet*: ſic *fibra*, & *fimbria*. Si Latina vox eſt, à findendo potius, & hiatu lacerationis. Barbari Dannubij accolæ tranſpoſitis ſyllabis pronunciant, *Biſer*. Neque verò quiſpiam obſtrepat nobis in hiſtoria hac vocum rationes perſcrutanti: ſimul enim aperit ſeſe res cum verborum etymologia. Varro Lutram in Ægypti flumine prodit: ſic Herodotus in Melpomene, ἐνύδριας καὶ κάστορας καὶ ἄλλα θηρία τετραγωνοπρόσωπα: τῶν τὰ δέρματα περὶ τὰς σισύρας παραρράπτεται, καὶ οἱ ὄρχεις αὐτῶν εἰσὶ χρήσιμοι ἐς ὑστερέων ἄκεσιν. ἔνυδρις igitur aliud à Caſtore & ab Latace. Sic nouimus alia quædam his ſimilia animalia quæ ex aquis expiſcantur victum. *Martres aquaticas* vocant, etiam fellis facie, colore fuliginoſo nitido tamen, aliud genus quod fætidiſſimum eſt, de quibus alibi.

Dixit πτηνὰ non, πτερωτά. propterea quòd volant multa, quæ pennata non ſunt, vt veſpertilio, ac multa inſectorum genera.

Mergum Latini, quoniam mare agat: hoc enim eſt *mergere*. Græci à colore fuſco αἴθυιαν. Eſt autem ſub vno ſummo genere cum Ardeis.

Κολυμβὶς, *vrinatricem* ad verbum Theodorus: ab actione Græcam expreſſit vocem. *Anatellam* maluimus nos. Eſt enim genus anatis minoris, quod metu Aquilæ gregatim volat: non audet icciřco in eas facere impreſſionem: alis enim timet ſuis. Icciřco à Taurinis *Gregoti* dicuntur, etiam in maritimis Adriæ æſtuariis frequentes capiuntur: ſed fætore piſcinæ non aſſuetis inſuaues. Earum meminit Athenæus in libro nono, atque agnoſcit roſtrum acutum. Idem, cùm ait, eſſe minimam omnium auium, quæ in aquis verſantur, fallitur. Extra nanque genus omne anatum ſunt aliæ multò minores: quas vulgò videmus in riuis victum quærere, cruribus & roſtro porrectioribus.

Hydrus à Latinis *Natrix* à natatu. Ita etiam Lucanus. Item Cicero in quarto *Academicarum*. Lucillius in ſecundo *Satyrarum*, oſtendit nobis & nomen, & ſyllabarum quantitatem eo verſu. *Si natibus Natricem impreſſit craſſam & capitatam*. Videbis apud Nicandrum, Chelydrum eundem & Dryinam; exiccatis enim aquis conſcendere in quercus, atque inde graſſari. Ranis maximè inſidiari vidimus: quarum magnitudo cùm ſuperaret earum fauces, aliquando dilabi ſpectauimus. *Aquax* à nobis olim audaciùs dictus eſt. Et hic Plinij negligentia, quæ Latinam hanc vocem

Digitized by Google

vocem omiſerit; qui tamen cognominem herbam Piceno familiarem ſcripſerit potiùs, quàm deſcripſerit.

Cordyla. Theodorus quare *Cordulam* potiùs, neſcio: alia *Cordilla* Martiali & Plinio. Thynnorum fœtus Pelamide minor. Quod animal Cordyla ſit, nobis multa vbiquè ſemper quærentibus etiam nunc ignotum. Ariſtoteles Siluri caudam, & pedes, ac branchias attribuit. De ea Plinius nihil. Athenæus in ſeptimo, Cordylon apud Ariſtotelem ait ἀμφίβιον narrari: eundémque in Solo poſitum interire. Cordylida quoque videtur eundem cenſuiſſe, & κορύδυλον.

Sic legebatur. εἰσὶ δὲ διαφοραὶ κατὰ τοὺς βίους, καὶ τὰς πράξεις, καὶ τὰ ἤθη. ἅπαντα δὲ ἢ τὰ μὲν ἔνυδρα. Lego ſic ἅπαντα, ἢ τὰ μέν. quare ſic legam, ſupra declaraui. Ineptè enim repeteret eſſe differentias ſecundùm vitas. Sed cùm dixit iam: *eſſe differentias*: addit, differentias illas eſſe cauſſas.

IX. ARISTOTELES.

Τῶν δὲ χερσαίων τὰ μὲν, δέχεται τὸν ἀέρα καὶ ἀφίησιν, ὃ καλεῖται ἀναπνεῖν καὶ ἐκπνεῖν· οἷον ἄνθρωπος, καὶ πάντα ὅσα πνεύμονα ἔχει τῶν χερσαίων. τὰ δὲ τὸν ἀέρα μὲν οὐ δέχεται, ζῇ δὲ, καὶ τὴν τροφὴν ἔχει ἐν τῇ γῇ· οἷον σφὴξ καὶ μέλιττα, καὶ τὰ ἄλλα ἔντομα. καλῶ δ' ἔντομα, ὅσα ἔχει κατὰ τὸ σῶμα ἐντομὰς, ἢ ἐν τοῖς ὑπτίοις, ἢ ἐν τούτοις τε καὶ τοῖς πρανέσι.

Terreſtrium autem animalium quædam aërem recipiunt reddúntque, id quod reſtare, & efflare vocant. Hæc facit homo & alia terreſtria quæ pulmonem habent. Alia aërem non recipiunt, & tamen viuunt: cibúmque in terra capiunt, qualis veſpa eſt, & apes, aliáque inſecta. Voco autem inſecta, quorum corpora aut in inferioribus partibus, aut & in his & in ſuperioribus, ſegmentis diſtincta ſunt.

CÆSAR.

SICVT anteà fecit in aquatilibus, ita nunc in terreſtribus: diſtinguit enim per ſpirationem, & declarat, quid ſit ſpirare. *Reſtare*, inquit, *& efflare* oſtendit exemplo. tum aſtruit cauſſam inſtrumentariam: pulmonem. pulmo ſcilicet hoc agit: tametſi motus eius cauſſa ſeptum tranſuerſum eſt: pulmonem ſiquidem mollem eſſe oportuit, non neruoſum: quæ eſt natura ad motum apparata. Circumſcribit officium ſpirationis, cùm dicit. *Quædam non ſpirant, & viuunt tamen*; propterea quòd ſpiratio non eſt vitæ neceſſaria. eſſet enim in omnibus viuentibus: ſed non eſt. Itaque tres erunt differentiæ. Vna ſpirantium, aliæ duæ non ſpirantium. Quippe quædam cibum capiunt, vt animalia: quædam non, vt plantæ, non enim cibum capiunt, ſed excipiunt. Ipſe tamen dixit: τροφὴν ἔχει: quoniam de animalibus tantùm hîc ſermo eſt. Quia verò ſupra prodiderat: piſces non ſpirare, & tamen viuere, atque cibum capere: iccirco addidit: *in terra*. Apponit exemplum Apum, & veſparum: quæ vocat: ἔντομα, Plinius *inſecta*. Declarat vocis rationem, quoniam diſſectiones habeant in corpore. Commiſſuris enim quibuſdam eorum partes aptæ ſunt ſic, quaſi animalia multa in vnum coëuntia, atque inter ſe cohærentia. Itaque diſſecta nihilominus viuunt: quemadmodum in ſecundo de *Anima* declaratum eſt. Qua proportione cenſentur annuloſa quoque; vt Lacertæ cauda, & Angues; propterea verò quòd eiuſmodi ſegmenta non eodem modo inſunt omnibus: iccirco vtriuſque partis ſubdidit rationem. Quædam enim habent in partibus inferioribus tantùm: quædam etiam in ſuperioribus.

Videamus verò an verboſus ſit. Nam cùm terreſtria diſtinxit per ſpirationem ab jis, quæ non ſpirant: *Quod facit*, inquit, *homo, & alia terreſtria*. Nam terreſtria ſumpſit ad diuiſionem. Et terreſtria diuiſa, ponit in diuiſione: vocem illam equidem ſubtcuiſſem: ſatis erat ſic: *& alia*.

Plinius, cùm vult piſces omnes ſpirare, delicias facit. Anhelationem adducit pro argumento fatigatis; quaſi verò potiùs illis ad id aër, quàm aqua debeatur. Item augeri Conchas Lunæ incrementis, pro altero argumento ſtatuit, ridiculè. Quid enim ad aërem? an verò ſpiramus commodiùs nos in pleniluniis? Tertium à ſomno, ineptum eſt; quaſi ſomnus pulmonis affectus ſit, non capitis. Vnum ſatis apparens à bullis. Verùm ridiculus item ſit, ſi putet, aërem in aqua ita eſſe, vt ſit diſtinctus. Nos non negamus, motu ſpumam cieri, calore nanque concepto aëreſcit aqua, & ampullaſcit. Ab auditu quintum ponit argumentum, & odoratu: at ad id aqua analoga

plantis idem contendam. Quod tamen exploſimus in Commentariis Ariſtotelicis. Auſonius de Barbo piſce, verſus luculentiſſimos in hac ſententia edidit,

—— Tibi contigit vni
Spirantum è numero non illaudata ſenectus.

Theodorus malè illud : ὃ καλοῦσιν ἀναπνεῖν ἢ ἐκπνεῖν, arctauit in vnicum verbum : *quæ*, inquit, *ſpiratio dicitur.* Nam aut genus eſt ſpiratio, quæ conſtat admiſſione aëris, & amiſſione : aut ſolum ſignificat actum aërem recipiendi: quoniam, expirare, contrarium deſignat. Quare aut genus poſuit indiſtinctum quod diſtinctum in ſuas partes digeſſit Ariſtoteles : aut alteram tantùm actionem. Sed profectò, πνεῖν, ſpirare eſt, quod conſtat actionibus contrarijs: quemadmodum, exempli gratia, in numero par, & impar : pars vna eſt ἀναπνεῖν, altera ἐκπνεῖν, quorum prius haud facilè interpretêre, ſi ſequaris vſum. Spirare dicuntur venti, cùm flant: inſpirare non dicimus, cùm aërem trahimus: ſed cùm aërem reddimus, atque protrudimus in quippiam. Hoc enim ſignificat, ἐκπνεῖν : ſed modum habet alium ſignificandi: quoniam non locum, vnde, notat : ſed locum, in quem. Expirare autem eſt, mori : ſpirationis terminum dicit, ſicut extorquere, expugnare, exorare. Quare efflare ſignificabit ἐκπνεῖν, reflare autem ἀναπνεῖν. Contrarium enim flatum indicat. Sic Cicero ad *Atticum* ſcribens ait: *Naues in Vticam delatas reflatu.* Flare non eſt genus vtrique, ſed idem vult quod efflare: verùm alia ratione. Græcum verbum eſt, φλᾶν : quo faucium ſonitum intelligimus, vbi quid calidum nimis ore mandimus: ſic παφλάζειν ſonum aquæ bullientis. Cõmodiſſimè Plautus, *Simul*, inquit, *ſorbere & flare nemo poteſt.* Eſt autem ſpirare, translatitium; nam veteres vtebantur pridem verbo alio: id fuit, *halare* : vndè anhelare, halandi reciprocam motionem appellabant.

Cùm eſt apud Philoſophum. τὰ δὲ τὸν ἀέρα μὲν οὐ δέχεται, ζῇ δὲ, καὶ τὴν τροφὴν ἔχει ἐν τῇ γῇ. Theodorus ſic. *Alia quamuis aërem recipiunt: tamen ſedem in terra perpetuò tenent : & victum indidem capiunt*, malè. Nam ſicut de vrticis, viuunt in aqua, quæ tamen neque aquam, neque aërem recipiunt: ita de his dicere voluit hic. Falſo codice falſus eſt. Neſcio verò quam ſedem, & eam quidẽ perpetuam addixit inſectis in terra, de ſuo. Sanè inſectorũ volat maxima pars. Illud autẽ, *perpetuò* inter ea, quæ ſuo loco μόνιμα nominamus, connumerari faceret ; quemadmodum in mari oſtrea.

Maior eiuſdem error ille. Quippe frequenter à Philoſophicæ orationis puritate cum deſciſcat, vt loquutioni indulgeat: at hic contrà, nimis addictum fuiſſe Græcis lineamentis mirum eſt, ὕπτιον enim *ſupinum*, πρανὲς *pronum* interpretatus eſt. Noſtræ quidem voces ab illis originem duxere, ſicut ὕπνος *ſomnus*, ita, ὕπτιος ab antiquis *ſupus* : poſteà vt à liberto libertinus, ita ab hoc *ſupinus*. πρανὴς iiſdẽ penè elementis, *pronum*. Vtroque vtitur Homerus. ὕπτιος ἐν κονίῃσι. Et πρηνέα δὸς πεσέειν. Vtrunque diuinus Poëta imitatus. *Hæret curru reſupinus inani*, &, *Pronum ſterne ſolo.* Eſt igitur ſupinus, qui cælum versùs habet faciem, Pronus, qui ad terram. Itaque colles ſupinos appellauit idem in tertio. *Georg.* quorum non eſſent ad amuſſim directa latera, ſed cælum versùs ſurrecta. Pronum autem Aurigam in verbera, id eſt inclinato vultu deſignauit idem. Quibus rationibus apud Latinos id intelligitur ſupinum, cuius partes, quę aut rectæ, aut infernæ debent eſſe, ſurſum verſum inuerſæ ſpectant, pronum è contrario. Ariſtoteles vocabuli originem potius eſt ſequutus, eſt enim ὕπτιον, quod, τὰ ὑπὸ, notet. Cùm igitur noſtrum ſupinum ſuperas ſpectet, ὕπτια quod inferas; quis ὕπτια poterit ſupina interpretari ? Qui enim Latinã profitetur orationẽ Latinorum vſum ſequi debet. Ac ſanè Philoſophus tales quales ſunt, conſiderauit: quippe τὰ ὑπὸ, ὕπτια. At Latini eaſdem quidem intelligunt, verùm mutato iam ſtatu. *Supinus* enim denominatiuum eſt: ſignificátque eum, qui *ſupas*, id eſt infernas partes inuerſas habet. In muſca pectus apud Ariſtotelem ſupina in parte exiſtit: idem tamen *pronum*, Latini dicunt, ſicut & aurigæ vultum Virgiliani. Illud è Metaphyſicis obſeruemus, idem eſſe ὕπτιον & πρανὲς in quibuſdam, idem náque ἄναντες καὶ κάταντες. In colle latus ſi ab ſummo ad imum decliuem, deuexúmque contemplère, deuergentem pronum dicas: propterea quòd ab ea linea quæ directa eſt in tranſuerſum declinat: ſi ad pedem adſtes aſcenſurus, ſupinum dices. Ad hunc vſum loquitur in nono Plinius. *Rhombi*, inquit, *reſupinati dextera ſint, quæ paſſeri læui.* In XI. verò cùm de inſectis loquitur, Latini ſermonis ſecutus vſum, non pronum aut ſupinum, ſed ceruices, & pectus. & aluum, & ſupernas partes memorat. Idem Pompilum è mari emergentem ſupinari optimè dicit, & in ſeptimo, virorum cadauera ſupina, fœminarum, prona fluitare. Quo in loco fallitur de naturæ prouidentia. Si enim prona fluitant turpius oſtendunt, quàm ſi ſupina fluitarent; & in viro par alioquin ratio pudendorum. Cauſſa autem eſt ob pondus ventrioſitatis. M. quoque Tullius ita loquitur. *Nihil habent*, inquit *hæc duo genera proni, & ſupera ſemper petunt.* Hoc quoque in Theophraſti Hiſtoria à

nobis

nobis animaduerſum eſt.

Segmenta diximus in ἀτόμοις animalibus commiſſuras: ſic Plinius orbis diuiſiones vocat. Et teſſellæ ab antiquis è citro, aut teſtudine ita appellatæ. Item *cunnæ ſegmentatæ* à Iuuenali.

Mira breuitate Græca illa Theodorus. ἢ ἐν τοῖς ὑπτίοις, ἢ ἐν τούτοις καὶ ἐν τοῖς πρανέσι. Inquit, *aut parte tantùm ſupina, aut etiam prona.*

X. ARISTOTELES.

Καὶ τῶν μὲν χερσαίων πολλά, ὥσπερ εἴρηται, ἐκ τοῦ ὑγροῦ τὴν τροφὴν πορίζεται· τῶν δ' ἐνύδρων καὶ δεχομένων τὴν θάλατταν, οὐδὲν ἐκ τῆς γῆς. ἔνια δὲ τῶν ζώων τὸ μὲν πρῶτον ζῇ ἐν τῷ ὑγρῷ· ἔπειτα δὲ μεταβάλλει εἰς τὴν ἄλλην μορφὴν, καὶ ζῇ ἔξω, οἷον ἐπὶ τῶν ἐν τοῖς ποταμοῖς ἐμπίδων· γίνεται δὲ ἐξ αὐτῶν ὁ οἶστρος.

Ac terreſtrium quidem multa, quemadmodum dictum, ex humido victum parant. Eorum autem aquatilium, quæ aquam recipiunt, de terra nullum quicquam petit ad cibum. Animalia quoque aliqua principio quidem in humido viuunt, tum autem in aliam mutata formam, foris agunt vitam. Tales ſunt culices fluuiatiles: ex quibus Aſili euadunt.

CÆSAR.

AVICTVS ratione comparat inter ſe genera comparatione reciproca. Ex terreſtribus aliquot, inquit, ex humido victũ quærunt: ex aquatilibus in terra nullum. Intellige aquatilia non præciſè, ſed quæ preſcribuntur ea differentia: δεχόμενα τὴν θάλασσαν. meliùs tamen dixiſſet τὸ ὕδωρ· Neque enim omnia ἔνυδρα, θαλάσσια ſunt. Ad hæc Gammaros aquam reddere acceptam ore ſcimus: eoſdem herba paſci noctu iccirco plenilunijs obſeruatos, atque deprehenſos venati ſumus. In alio autem genere quod aquam nullam recipit, penitus diuerſam agnoſcit naturam, quippe non ſolùm egredi ex humido eſcæ cauſſa; verùm etiam in terram ita egredi, vt in aquam non ampliùs reuertantur: apponit cauſſam latentem, propterea quòd aquatilem formam exuãt. Si velis defenſionem Philoſophi ſuſcipere: obiicias, non fruſtra poſuiſſe, τὴν θάλασσαν, vt Gammaros exciperet: fluuiales enim ſunt. At enimverò cancros marinos in Hiſtris idem facere vidimus: algam extra aquam depaſcere.

Theodorus ſcitiſſimè tranſtulit partem hanc. *Terram*, inquit, *cibi cauſſa petat.* Id eſt, egrediatur. Nam cùm terra ſubſternatur vbique mari: non ſolùm vluis, algáque complures piſces, verumetiam limo non pauci aluntur. Itaque πορίζεται dixit Philoſophus. Quoniam verbum hoc commeatum, ac ſubuectionem ſignificat paulò ſuperius, τροφὴν ἔχει: habent, vnde victitent. Et iam, ποιεῖται τροφήν. Ideſt, *flores, aliáque eiuſmodi vt ſibi pro eſca ſint, faciunt: faciunt è floribus cibum.*

Τῶν ἐνύδρων καὶ δεχομένων τὴν θάλατταν. Copulatiua eſt cauſſæ nota, quare non egrediantur.

Nota locutionem. οἷον ἐν τοῖς ποταμίοις. Subticuit verbum: has Hypallages frequentiſsimas Ariſtoteles, & Theophraſtus, atticiſſant.

Poſuit, μεταβάλλει, pro μεταβάλλεται. Sic etiã Gellius notauit. *Mutat*, pro *mutatur*. Obſeruabis articulum εἰς τὴν ἄλλην μορφήν. Certam enim aſcribit formam, in quam mutatur. Meliùs autem dicimus mutari in aliam formam, quàm mutare formam. Hoc enim totum quod eſt, culex, non mutat formam, ſed forma adueniens ſibi comparat priſtinam materiam ad mutationem, & nouam compoſitionem. Hoc in libris ſeptem de *Semine genitali* declaratum eſt. Signatiſſima verò vſi ſumus oratione. *Ex quibus euadunt Aſili.* Primum maluimus, γίνεται, euadunt, quàm fiunt, aut gignuntur. Ne quis Aſilos Culicum patres ſuſpicari poſſet. Tametſi aliud eſt, à quibus τὸ ὅθεν: & è quibus ἐξ ὧν. Sed verbum euado arriſit. Exuunt enim priorem faciem, & quaſi in nouam migrant. Deinde potius fuit mihi uti obliquo, quàm recto, *è quibus*: vt mutationem indicarem. Sic etiam Cicero loquitur, οἶστρον autem Latini à ſono Aſilum dixere, ſicut & Aſinum. Virgilius delitias facit: cùm ait Græcos vertiſſe Aſilum οἶστρῳ. Nam neque Alburni ſolius id animal eſt: & Græca vox prior.

Malè Theodorus pro fluuiatili paluſtrem tranſtulit. Nam eſt ποταμοῖς, ſiue ποταμίοις, emendatio autem (ſi hoc more ſuo auſus eſt) more ſuo temeraria, modò Padum flumen norit etiam à paludibus procul, aut in Caudicariis nauibus vnam modò æſtiuam noctem pernoctârit.

IX. ARISTOTELES.

Ἔτι τὰ μὲν ἐστὶ μόνιμα τῶν ζώων, τὰ δὲ μεταβλητικά· ἔστι δὲ τὰ μόνιμα, ἐν τῷ ὑγρῷ· τῶν δὲ χερσαίων οὐδὲν μόνιμόν ἐστιν. ἐν δὲ τῷ ὑγρῷ πολλὰ τῷ προσπεφυκέναι ζῇ, οἷον γένη ὀστρέων πολλά. δοκεῖ δὲ καὶ ὁ σπόγγος ἔχειν τινὰ αἴσθησιν. σημεῖον δὲ, ὅτι χαλεπώτερον ἀποσπᾶται, ἂν μὴ γίνηται λαθραίως ἡ κίνησις, ὥς φασι. τὰ δὲ καὶ προσφύεται, καὶ ἀπολύεται· οἷόν ἐστι γένος τι τῆς καλουμένης ἀκαλήφης. τούτων γάρ τινες νύκτωρ ἀπολυόμεναι νέμονται. πολλὰ δὲ ἀπολελυμένα μέν ἐστιν, ἀκίνητα δὲ, οἷον ὄστρεα καὶ τὰ καλούμενα αἰολοθούρια. τὰ δὲ, νευστικά, οἷον ἰχθύες καὶ τὰ μαλάκια, καὶ τὰ μαλακόστρακα, οἷον κάραβοι. τὰ δὲ, πορευτικά, οἷον τὸ τῶν καρκίνων γένος. τοῦτο γὰρ, ἔνυδρον ὂν τὴν φύσιν, πορευτικόν ἐστι.

Animalium quoque alia ſedem mutant: alia non. Quæ non mutant, ea omnia in humido viuunt. Nam terreſtrium, quod non mutet ſedem, inuenias nullum. At in humido multa iccirco viuunt, quoniam agnata ſunt: veluti Concharum genera complura. Videtur quoque ſpongia ſenſu eſſe prædita quopiam: ſiquidem difficillimè auelli aiunt, niſi ſenſim circum eam motus fiat. Quædam verò tametſi ſunt agnata: abſoluuntur tamen: cuiuſmodi genus eſt vrticæ quoddam: ſic enim eam vocant. Abſoluta nanque nonnulla paſcuntur noctu. Multa verò quanquam non adhæreſcunt: non mouentur tamen: quales Oſtreæ ſunt, & quæ Aeolothuria nominant. At alia natatu mouentur: vt piſces, & molluca, & cruſta intecta veluti Locuſtæ. At alia greſſu: quemadmodũ cancrorum genus. Quibus natura cùm aquam pro ſede aſsignârit, greſſum quoque attribuit.

CÆSAR.

Motu diſtinguit nunc. Motus autem duplex: totius, & partium. Cùm totum mouetur, τὸ πᾶν, mutatur: cùm partes mouentur ita vt totum non moueatur, ſitus tantùm *mutatur*. De hoc aliis locis pluribus abſolutiſsimo iudicio diſputatum eſt. Omnia animalia ſenſum habent, vnum ſaltem, tactus: ergo mouentur. Cæterùm quædam mouentur tota; vt aut euitent noxia, aut nanciſcantur, quæ vſui futura ſunt. Quædam non tota, vt oſtreæ: ſed contractione tantùm. Ea quo poſſunt modo vitant, aut adipiſcuntur. Ariſtoteles appellat, μόνιμα, non autem ἀκίνητα hic, prudenter: quaſi dicas *Stationaria*; manent enim ita vno in loco, vt ſecundum partes aliquas moueãtur. Æquiuocè tamen poſtea, ἀκίνητα, non prudenter: vni verò ſedi aquaticæ vnam hanc aſsignat differentiam, non mutandæ ſedis. Ratio ibidem eſt minus manifeſta: ſic autem patebit. Mare, atque aliæ aquæ mobiles ſunt. Itaque afferunt alimenta etiam non quærentibus. Facit autem demonſtrationem ad hunc modum. Si motus eſt propter victum, de quo iam diximus: ergo talis motus propter talem victum erit. Oſtreæ igitur quę humido aluntur ſolo, non cogentur petere peregrinando victum. Diſtinguit genera ſic. Piſces aut agnati ſunt, putà rupibus, & ſcopulis: aut ſoluti. Agnatorum quidam nunquam abſoluuntur: quidam in paſtum abeunt: liberorum, qui nõ adhæreſcunt, alij natatu mouentur: alij greſſu. Omiſit cochlearum motum, quæ neque greſſu, neque natatu. Præterea quartũ genus, quod omnino & pedibus, & pinnulis caret: atque in aqua flexibus quaſi repit: quemadmodum in terra angues. Cuiuſmodi muſtelarum genera. Quare & mutilus hic eſt, & confuſior τύπῳ ſuo.

Dixit igitur conchas viuere in humido, quia ſaxis hæreant, quibus agnatę ſunt. Hoc enim eſt τὸ προσπεφυκέναι· Ratio enim eſt τὸ τῷ· quod etiam atque etiam eſt conſiderandum. Neque enim ἐκ τῆς προσφύσεως vitam ducunt: ſed ἐκ τοῦ ὑγροῦ. voluit dicere: propterea quòd non mouentur, ex humido non exeunt, & viuunt: *in humido viuere neceſſario.* Duriuſcula tamen oratio eſt, & pluſquam τεχνῶδες· Affert ſpongię exemplum iccirco, quia verè videtur προσφύειν: & radicibus niti, tametſi etiam eſca ali autument forinſecus. Quare ne pro planta acciperetur, ſubdit, ei ſenſum ineſſe. Venatorum nanque motum ſi ſentiat, contractione teſtetur metum, atque difficiliùs auellatur.

Dixit vrticę genus quoddam: quoniam non omnes abſoluuntur: vt in quarto *Hiſtoriarum* declaratum eſt.

Theodorus προσπεφυκότα *affixa*: potiùs *natura agnata.* Alter error, πολλὰ, *plura.* neque enim maior piſcium pars agnata eſt. Interpretatus eſt ὄστρεον *conchas*: ὀστρέον igitur legendum eſt. Idem, λανθανόντως ἡ κίνησις: *niſi clanculum agatur.* Expreſſit aduerbium: motum non expreſſit. Nos, *ſenſim*, abſolutiùs. Similis ſuperiori laxitas orationis, προσφύεται: vertit *adhærere*: rectè ſanè: ſed debuit addere aliquid, quod indicaret, natura quadam id fieri. Sanè etiam lampetra hæret, ſicut vrtica. At non προσφύεται. non enim ibi, aut inde nata eſt. Vrticarum ortus indidem eſt, vbi hærent. In interpretatione [illegible], multa aut addidit, aut in exemplaribus locupletioribus inuenit. *Et quæ tota ſimplici mitiorique teſta operta, vertibula appellantur, & calli, aut tubera.* Vides hic multam & paraphraſin, & nominum ſupellectilem: quorum veſtigia nuſquam extant in Hiſtoria vlla naturali. Græca quoque vox nullam aptam præ ſe fert etymologiam: ex qua varietatem ἐκ τοῦ αἰόλου, & impetum ἐκ τοῦ θεῖν expiſcari audeamus.

Κάραβον Locuſtam interpretamur. Ita quod Ariſtoteles in octauo, Plinius in nono, *locuſtam* Quare non rectè fecit idem, qui inter Cancrorum genera, carabos connumerauit: contaminata hiſtoria ex quarto Ariſtotelis, vnde ſumpſit.

Theodorus cùm dixit, *ambulare poſſunt*, rectè vocis flexum expreſſit, πορευτικοί.

Τὸ τῶν καρκίνων γένος, perinde eſt, atque ſi diceret: πᾶν γένος.

Obſerua diligentiùs, Vrticas προσφύεσθαι καὶ ἀπολύεσθαι. Itaque dixit, ἀπολυόμεναι. At nihilominus de iis, quæ non προσφύεται, dixit: ἀπολελυμέναι: quod nonniſi de vinctis dici poſſe videatur. Intellexit. Natura ſuapte ſoluta, & libera. Hoc enim deſignat vis præteriti. Vt τὸ τί ἦν, εἶναι. Eſſe hoc, quod erat, id eſt rei naturam atque eſſentiam notare: quæ quoniam perpetua eſt, ac conſummata, per præteritum indicatur. Per imperfectum frequentiùs, quia perpetuationẽ quandam dicit. Etiam nunc ad modum hunc Vaſcones loquuntur, tametſi peſſimi philoſophi. *Hoc vinum bonum erat*: etiam nunc, cùm bonum eſt. Ita Poëta de Medica arbore. *Laurus erat.* Quem ſequutus Plinius in lib. 22. *Eadem erat Anthriſcus.*

Quanquam autem piſcium genus, *Mollia*, vocat Plinius in nono, atque ita Theodorus interpretatur: tamen quia eſt: τὰ μαλάκια: non autem: τὰ μαλακὰ: penitiùs explicanda eius verbi vis fuit. Itaque nos vocem, *Molluſca*, commenti ſumus latina ſanè proportione. Nam & *Nucem Molluſcam* Macrobius à Sueuio dici propter mollitudinem oſtendit. Et Plinius in 15. *Molluſcum tuber in Acere*, quod nequaquam tanta eſſet mollitie, atque nodi ipſi. Et apud eundem in 16. *Mollugo* lappaginis ſpecies, quæ minùs eſſet aſpera, quàm genus alterum, quod ea ratione Aſperugo vocaretur. *Mollucas* quoque vocant cancros Hiſtri, quibus amiſſa veteri cruſta, noua ſubit tenera.

Cruſta intecta interpretati ſumus è Plinio τὰ μαλακόστρακα: quales Gammari ſunt. Eorum tegmen tenerius: oſtrearum durius. Iccirco ὀστρακόδερμα vocantur, quæcunque oſtrearum duritie integuntur, eſt autem ὄστρεον, ab oſſis firmitate, ὀστέου στερεόν. Sic teſtudinem Latini à teſta. Plinius in 11. etiam *cruſtea*: Theodorus *cruſtata*, & *cruſtacea.* Cruſtæ durities à glacie, κρύος. Si græcum ambias, *Teſticoria*: ὀστρακόδερμα. μαλακόστρακα autem *Teſtimollia.* In nono, teſtudinum etiam corticem dicit: & Silicis duritiam oſtreis attribuit.

Obſeruabis attentiùs tum hîc, tùm alibi: piſcis vocem generi deſignatam, vulgò ab Ariſtotele contrahi ad ſpeciem, quæ diſtinguatur à mollucis, cetis, cruſtaceis, teſtaceis.

XII. ARISTOTELES.

Τῶν δὲ χερσαίων ἐστὶ τὰ μὲν, πτηνὰ, ὥσπερ ὄρνιθες καὶ μέλιτται· καὶ ταῦτ᾽ ἄλλον τρόπον διαφέρει ἀλλήλων· τὰ δὲ, πεζά. καὶ τῶν πεζῶν τὰ μὲν, πορευτικὰ· τὰ δὲ, ἑρπυστικά· τὰ δὲ, εἰλυστικά. πολλὰ δὲ

Terreſtrium autem quædam alites ſunt: vt aues, & apes; tametſi hæc inter ſe alia differunt ratione. Alia autem, quæ ad motum ſola terra nituntur: quorum quædam greſſilia ſunt: quædam repti-

πτέρυγα ταῦτα πάντα, καὶ τὰς ὄψεις ἐγγὺς ἀλλήλων. φαίνεται δ' ὁ μὲν ἄπους, πᾶσαν ὥραν· ἡ δὲ δρεπανὶς, ὅταν ὕσῃ τοῦ θέρους. τότε γὰρ καὶ ὁρᾶται καὶ ἁλίσκεται. ἄλλως δὲ καὶ σπάνιόν ἐστι τοῦτο τὸ ὄρνεον. πορευτικὰ δὲ καὶ νευστικὰ, πολλὰ τῶν ζώων ἐστίν.

tur. Quamobrem hoc auiculæ genus valde bonis aliis præditum eſt: quemadmodum aliæ quoque huic ſimiles, pedum iacturam alarum compenſant bonitate. Talis Hirundo eſt, & Riparia: quæ & moribus, & pennis, & facie inter ſe proximæ ſunt. Apparent autem ἄποδες *toto anni tempore. Riparia vero æſtate pluuia & videtur, & capitur. Alioqui rara inuentu auicula. Quæ autem & gradiuntur, & natant, multa inuenias animalia.*

CÆSAR.

POST aquatilium genera, terreſtria in duo ſecat: in ea, quæ alis moueantur: & in ea, quæ humi tantùm. Hæc in tria diuidit: quæ ambulant: quæ repunt: quæ volutantur. Non poſuit exempla. Primi generis homo eſt: ſecundi anguis: tertij vermes, qui mouentur fluctuatim. Addes tu & quartum genus in iis vermibus, qui in rubis, atque ocymo naſcuntur. Ii puſillos, pauculóſque pedes iuxta os habent: quibus hærent potiùs, quàm ingrediuntur. Caudæ loco forcipes bifurcatas, quibus & prehenſant, & inſiſtunt, elato capite prætentantes iter, atque captantes. Itaque arcuatim longis promouent interuallis. Innixi nanque pedibus adducunt ad eos forcipes, qui poſtrema in parte ſunt. Inde forcipibus incumbunt, atque erecti producta corporis proceritate tantundem occupant intercapedinis.

Mirum verò, cùm hæc diſtinxit, neque appoſuit exempla. Alata verò non diſtinxit, & exempla poſuit. Nam aues pennatæ ſunt: apes membranatæ.

Negauit animal vllum inueniri, quod alatum ſit, & careat pedibus. Hoc hîc dixit: quia alibi exactiùs docet animalia omnia duobus diametris moueri. Sanè in libris de *cauſſis partium*, & de *communi greſſu animalium*. Nos verò ſerpentes alatos aliquos legimus carentes pedibus in Luſitanorum nauigationibus. Quin ipſe quoque tales prodit infra apud Æthiopas: Obijcias etiam alatos piſces: cuculum, & hirundinem, qui veriſſimo volatu tranſmittunt maris tractus. Reſpōdebit natatum præter alas eis datum pro greſſu à natura. Ea igitur cauſſa eſt deſignata ab Ariſtotele: quare volatile tantùm nullum. Profundiùs eruas rationem: motus alitum in aëre tantùm fit. Materiatorum omnium natura motu laſſatur: motus aut à medio, aut ad medium, aut circa medium. Terreſtris moles à medio non mouetur vt quieſcat, ſed ad medium. Alata in humo quieſcent: ſed ab ea tolli nequeant. Motus autem in aëre, nullam quietem in eo pro fine ſuo poteſt adipiſci. Solius enim cæli motus circa medium eſt.

Comparat inter ſe genera. Nam à piſce auem cùm diſtinguamus: & piſcem inueniamus vnum ex omnibus natatilem abſque pedibus, non reperimus vllam alitem ſine pedibus. Cauſſa eſt: quia piſces pro ſolo aquam ſubſtratam habent, quibus ſuſtinentur ſinè motu: auibus aër id officij tribuere nequit. Remouet verò dubitationem de veſpertilione. De quo idem in libro de *communi greſſu*. Ait autem bipedem, duo ſanè cruſcula cum totidem habet pedibus, dum volat. Vbi verò alas contrahit, non iam bipes, ſed quadrupes incedit. In alarum nanque mucronibus vngues habent, qui in pedis vſum coëunt. Aliam deinde obiectionem diluit ſuauiſſima oratione, non tanquam diſputator, ſed lacteo verborum fluxu. Apodes, quiſpiam diceret, aues audimus appellatas. Sanè, inquit, non quòd pedibus careant: ſed quia κακόποδες. Quemadmodum & vitulus marinus. Alioqui vituli exemplum hîc temerè fuerit appoſitum. Tollit igitur negatio illa non ſubſtantiam pedum, ſed bonitatem tantùm. Sic molam matricis ἄμορφον in decimo appellauimus. Et ἄγλωσσον in Trachiniis vocat Barbarum Sophocles.

Drepanin Theodorus ad verbum *Falculam* interpretatus eſt aptiſſimè: verecundè appoſito veteri nomine Latino Ripariæ. Plinius in vndecimo *Drepanin* agnoſcit hinc mutuatus. In 30. autem *Ripariam* hirundinis vocat ſpeciem. Ariſtoteles hirundinis faciem & mores aſcribit: cætera aut tacuit, aut aliter prodidit. Color non niger, vt vulgaribus, ſed fuluus. Vt temerè putârit Seruius temerè poſitum epitheton hirundinis à doctiſſimo Poëta: qui eam *nigram* vocat. Nigræ enim volitant per ædes: vt ille ſcripſit: Ripariæ autem à conſortio noſtro longè ſunt alienæ. Nidificant in ripis fluuiorum, vnde nomen. Sæpè ad Garumnam vidimus. Aliter ſuas deſcribit Ariſtoteles. In Græcia puto raræ, ita enim prodit. Hîc frequentes, etiam cùm hæc ſcriberemus ſuperuolabant ſibilantes maximo æſtu: non ſolùm in pluuia, vt ait ipſe. *Godalios* nominant Vaſco-

nes. Taurini cùm ageremus, animaduertimus ſupra portæ templi coronam earum nidum inter ſtructuram lapidum. Eis corpora minora vulgaribus. Migrant autumno, ſicut & illæ, gregibus confertiſsimis. Imbre deprehenſæ tunc demum in tecta ſubuolant. Ibi ſtupidulæ, atque horridulæ, oblitæ fugæ, manu immobiles capiuntur.

Mirum quod dicit, nobis eſſe debet. In Græcia fortaſſe verum eſt: Apodes toto anno apparere. Nobis æſtate tantùm. Apodes intelligit eos, quorum tractat hiſtoriam in nono. Ii quia nidũ conficiunt ad ciſtellæ ſiue capſulæ faciem, quam κυψέλην Græci vocant: inde *Cypſelli* dicti ſunt. *Dardanellos* vocant Veneti. Ligures Taurini *Bimios* à ſono vocis. Ariſtoteles in nono ait ab Hirundine ægrè dignoſci. Sanè eorum magnitudo duplo, aut etiam triplo maior. Facies terra, ore ſparſo, vertice depreſſo. In opis murorum nidulantur, non multùm penitus ſubeunt, ſed oras magis frequentant: ne reptatio aut moram injjciat, aut negotium faceſſat. Hærent igitur potius, quam conſiſtunt: vnde expeditiùs librent corpora. Adeò pingueſcunt, vt in menſa faſtidium pariant. Humi aliquo caſu deprehenſi nullo negotio capiuntur.

Theodorus Græcam vocem ἄποους cùm voluit Latinam facere, imprudentiſſimè poſuit æquiuocationem τῇ ὄρνιθι, ἐ τῇ μελίττῃ. Sic enim ſcripſit *Apes*.

Potuiſſet Ariſtoteles addere miſtum genus: id eſt graues alites cortales. Quippe alatæ ſunt, alis non vtuntur: ſicuti ἄποδες pedes habent, pedum vſum non habent, penitior etiam hiſtoria eſt. Gruum pullos ſi alas inter villaticas paſtiones, tametſi natura ſua plurimum polleant volatu: tamen ita obliuiſcuntur, vt ne ad ſuperuolantes quidem grues ſubuolent. Idem euenit & Ardeolis.

In fine huius partis oportet rationem reddamus: quamobrem ad piſcium pedes redeat. Hîc enim terreſtria tantùm tractat. Hoc ſic agit. Dixerat. Nulla auis ſine pedibus. Poteram rogare. An piſcis quoque nullus ſine pedibus? negat hoc. Theodorus autẽ quaſi hinc auſpicaretur aliam contemplationem ſic dixit. *At verò quæ greſſilia eadémque natatilia ſint, complura reperiuntur, nec non differentias illas vitæ, actionéſque animantium continent.* Peſſimè ſanè. Nam clauſula prior pertinet ad comparationem piſcium cum volucribus, natura greſſionis: altera autem initium ſtatuit eius narrationis, quæ ducit nos in vitæ morúmque cognitionem.

Κακόποδας idem peſſimè eſt, *Depedes*, interpretatus. Eſt enim depes, pede carens. Hoc autem damnat Ariſtoteles. Dicet ita capi, *Depes*, ſicuti deformis; non enim caret forma: ſed admiſſu forma notat turpitudinem. Hæc defenſio fallax eſt. Deformis, enim tollit formam, non ſubſtantificam, ſed concinnitatis. Eſt enim forma æquiuocum. Interdum pro Entelechia: hanc non tollit deforme: interdum ἀντὶ τοῦ κάλλους: eam tollit deforme. At pes in Animali æquiuocum non eſt. *Depes* igitur, ἄπους eſt: κακόπους prauipes. Sic ὁμοιόπτερα: volatu ſimilia, pennis potiùs. Nam veſpertilio volatu ſimilis eſt Hirundini: ὁμοιόπτερον non eſt.

Ambitioſè etiam illud ſimpliciſſimum Philoſophi, ἔστι δ' ἄπτερον τοῦτο τὸ ὀρνίθιον. σχεδὸν δὲ τὰ ὅμοια αὐτῶν ἄπτερα ἐστὶ, κακόποδα δέ. Quod genus auiculæ pennis plurimum valet. Sicut cætera quoque propè ſimilia, vt pennis præualere, ſic pedibus degenerare videntur. Quæro à quibus degenerent. Non à ſuo genere. Tales enim pedes attribuit natura. Ergo à genere auium ſummo, quibus boni pedes ſunt attributi: membra orationis reſpondere debent. Præualebunt igitur pennis etiam cæteris omnibus auium generibus. Hoc autem falſum. Aquila enim diem integrum perpetuo volatu ſuperat. Alter error. *Prope*, inquit, *ſimilia*. Malè: non eget ſimilitudo hoc aduerbio, σχεδόν. ſed eſt σχεδὸν ἄπτερα, id eſt ferè omnia alarum vi inſigni pollent.

Idem nihilo meliùs dixit, *tractilia*, ἑλκτικά, neque enim εἰλίζειν trahere, ſed voluere. Neque trahunt ſeſe vermes, ſed è contrario, impulſu potiùs mouentur. Non enim primam quanque partem, putà caput, trahunt partes poſteriores, ſed impellunt. Nam quomodo trahetur id, quod mouetur primo loco: motus ſanè prioris partis à quiete poſteriorum eſt. Neque eſt, ἑλκτικά: ſed παρὰ τὸ ἑλελίζειν εἰλκτικά.

Illud quoque peſſimè, δερμόπτερα, *cuteis pennis*, non enim pennam hîc πτερὸν ſed alam ſignifi-

pro paruo ſemper vtuntur. *Mancos* potiùs vertam, eundem Tullium ſequutus, qui *mancam naturam* dicit imperfectam: & *mancam virtutem*, quaſi inchoatam. *Mutili* apud Vitruuium ſunt pro columnis, non porrecti ad fulturæ debitam magnitudinem. Tales ſunt pedes imperfecti.

Ὄψεις *ſpeciem* rectè dixit Theodorus. Eſt enim ὀπτεύειν *ſpecere*. Cæterùm æquiuocæ voces minitantur philoſophis naufragia: apud quos ſpecies eſt vniuerſum illud continens indiuidua. ὄψις potiùs facies: quo ſignificato notauit apud veteres Gellius.

XIII. ARISTOTELES.

Εἰσὶ δὲ καὶ αἱ τοιαίδε διαφοραὶ κατὰ τοὺς βίους, καὶ τὰς πράξεις. τὰ μὲν γὰρ αὐτῶν, ἐστὶν ἀγελαῖα· τὰ δὲ μοναδικὰ, καὶ πεζὰ, καὶ πτηνὰ, καὶ πλωτά· τὰ δ', ἐπαμφοτερίζει. καὶ τῶν ἀγελαίων καὶ τῶν μοναδικῶν, τὰ μὲν, πολιτικά· τὰ δὲ, σποραδικά ἐστιν. ἀγελαῖα μὲν οὖν, οἷον ἐν τοῖς πτηνοῖς, τὸ τῶν περιστερῶν γένος, καὶ γέρανος, καὶ κύκνος· γαμψώνυχον δὲ οὐδὲν ἀγελαῖον. καὶ τῶν πλωτῶν, πολλὰ γένη τῶν ἰχθύων, οἷον οὓς καλοῦσι δρομάδας, θύννοι, πηλαμίδες, ἀμίαι· ὁ δ' ἄνθρωπος, ἐπαμφοτερίζει. πολιτικὰ δ' ἐστὶν, ὧν ἕν τι καὶ κοινὸν γίνεται πάντων τὸ ἔργον· ὅπερ οὐ πάντα ποιεῖ τὰ ἀγελαῖα. ἔστι δὲ τοιοῦτον, ἄνθρωπος, μέλιττα, σφὴξ, μύρμηξ, γέρανος. καὶ τούτων τὰ μὲν, ὑφ' ἡγεμόνα ἐστί· τὰ δ', ἄναρχα· οἷον, γέρανος, καὶ τὸ τῶν μελιττῶν γένος, ὑφ' ἡγεμόνα· μύρμηκες δὲ καὶ μυρία ἄλλα, ἄναρχα. καὶ τὰ μὲν, ἐπιδημητικὰ καὶ τῶν ἀγελαίων καὶ τῶν μοναδικῶν· τὰ δὲ, ἐκτοπιστικά.

Svnt prætereà tum vita, tum actiones, quibus ad hunc modum differunt animalia. Partim enim gregalia ſunt, partim ſolitaria: tam ambulatiua, quã volucria, ac natatilia. Quædam verò vtranque nacta naturam ſunt, & gregalem, & ſolitariam. Item alia Ciuilia, alia ſparſa. Gregales ſunt inter alites columbæ, grus, olor. Vncunguium nulla. Inter natatiles multa piſcium genera: quales Thynni, qui curſores cognominantur: item Pelamides, & Amiæ. Homo autem vtrãque obtinet naturam. Ciuiles animantes ſunt, quæ vnum communiter exercent opus. Id quod non omnes faciunt gregales. Hoc in genere homo eſt, Apes, Veſpa, Formica, Grus. Harum autem nonnulla ſub duce ſunt: quædam principatu carent. quemadmodum grus, & apum genus ſub duce degunt. Formicæ autem, aliáque plurima nullum habent principem. Tam verò gregalibus, quàm ſolitariis communes affectiones, & non migrare, & peregrinare.

CÆSAR.

PVLCHERRIMA narratione, quod inſtituerat, proſequitur digerere differentias à vitæ & morum obſeruatione. Animantes aliæ gregatim viuunt, aliæ ſibi quæque ſeorſum ſinè operis aut victus communione. Apponit gregalium affectû: carere vnguibus prædatricibus, tametſi inuerſa oratione hoc dicit. Ait enim vncungues nõ eſſe gregales. Sanè diſtingue prędatrices ab vncunguibus: itémque moderare hiſtoriæ huic. Vncunguis eſt hirundo & prædatrix, non vnguibus; roſtro prædatrix, non adunco: non eſt vncunguis Anas, prædatrix tamen. Eſt genus auis candidæ, magnitudine mediocri, in æſtuarijs Adriaticis & ad Cymaclum: *Cocallum* vocant. Ex volatu ſpeculatur piſciculos in ſummo æquore, quos temporis momento delata pedibus capit: gregatim volat. Solitariam nullam inuenias. Declarauit ciuiles more ſuo, ideſt ſubtiliſſimè. Quarum, inquit, vnus finis vno in opere communi. Eas partitur in monarchiæ habitum, & populi faciem. Mirum verò Tyrannidem in illis nullam. Solus enim animantium omnium homo contaminat naturam ſuam. Tertium inter hæc modum poterat ſtatuere, qualis eſt in genere gallinaceo. Nam & rege carere queunt: & cùm gallum habent, ſequuntur, atque ei parent: Victoris à certamine latus ſtipant: voce accinunt triumphum. Eſt & alius modus. Nam quædam copulantur matrimoniis ſtatis temporibus: vt perdices. Quædam nunquam: ſed peracto coitu aut abeunt, aut à fœmella expelluntur: vt cuculus. Fiunt autem gregales perdices, dum mater vna pullos alit multos. Adhuc alia ratio. Hirundines ſemper binæ viuunt: nunquam plures, immo de tecto pugnant. Demum vbi emigraturæ ſunt in gregem coëunt. Vidi ego tanquam præcones circumuolitantes, vociferantes, caſtigantes ſeniores: cùm in arborem patulam conueniſſent tanta frequentia vt foliorum faciem tegerent, numerum ſuperarent. Atque inde dato ſigno quaſi caſtra mouiſſe. Itaque eam deſignabis differentiam, quædam neque ſolæ; coniuges

enim ſemper degunt:neque gregales: vt Turtures. Concludit in fine communem omnibus affectionem. Nam quædam emigrant: vt Hirundines, Grues. Quædam non, vt paſſer. Hic erat locus declarandi naturam ambiguam τῶν φωλευόντων. Nam neque migrant:non enim abeunt, neque manent:non enim apparent.

Ex his colliges ſuperiores differentias à partibus,& à locis. Has autem à vitâ & moribus. Vtraſque autem miſceri ſimul, quemadmodum in exemplis videre eſt.

Patet etiam non rectè dixiſſe μοναδικά. Nam tametſi quædam gregales non ſunt:non omnes tamen ſolitarię:ſed quædam coniuges: vt Turtures.

Gregem intelligimus multitudinem, quę binarium excedit numerum, ἀγέλην Gręci dicunt. Quia ἀγελάζειν ſit *connectare.*

Theodorus malè πλωτὰ, *natantes*, aptitudinem enim ſignificat Græca vox, Latini *Natatile* dicent:ſicut *volatile ferrum.* Ridiculè Albertus νευστικὰ non παρὰ τὸ νεῖν *à natando*, ſed παρὰ τὸ νεύειν *à nutando* legit,& interpretatur: *quæ motu capitis natant.* Iudicabis an νευστικὰ legendum ſit.

Idem σποραδικὰ, *inciuilia.* Sanè etiam τὰ μοναδικὰ ſunt inciuilia. Nos *ſparſa* ſicut ſemen quod ſinè ordine iactum tametſi vno in loco frequens eſt: tamen temerè locum ſibi quodque obtinet.

Non rectè πηλαμίδες *Limoſas* tranſtulit Theodorus. Nam etſi à limo dicuntur tamen Limarias, non Limoſas dixeris.

Ambitioſè quoque idem ſimplicitatem Atticæ Sirenes contaminauit. Ariſtoteles ſic πολιτικὰ δ᾽ ἐστὶν, ὧν ἕν τι καὶ κοινὸν γίνεται πάντων τὸ ἔργον. Ille ſic. *Ciuiles appello animantes, quæ labori communicãt, idem, quarum opus communi efficitur opera: munúſque idem omni eſt.* Omitto barbaram locutionem. Quid enim eſt, communicant idem labori? omitto argutiolam, quaſi Grammaticis ſcriberet, operis & operę. At laborem, quare addit? nam neque Apum rex laborat quicquam, neque communis opera eſt. Sed opus vnum, & commune. Quoniam hoc omnes agunt apes, vt ſocietas incertis officijs ne diſſipetur.

Facetè dixit philoſophus ἐπιδημητικά. Nam quod animal manet, neque mutat ſedem, manet inter populares ſuos. Arcta tamen ſignificatio eſt ad gregales & ciuiles tantùm. Conuenit verò nihiloſecius etiam ſolitarijs. Iccircò autem videtur ἐκτοπιστικὰ dixiſſe, non autem ἀποδημητικά: quia quæ abeunt, ea gregalia ſunt. Totus autem grex abit, non relinquit populum: quæ vis ſignificationis eſt in verbo, ἀποδημεῖν.

XIIII. ARISTOTELES.

Καὶ τὰ μὲν, σαρκοφάγα· τὰ δὲ, παμφάγα· τὰ δὲ, καρποφάγα· τὰ δὲ, ἰδιότροφα, οἷον, τὸ τῶν μελιττῶν γένος, καὶ τὸ τῶν ἀραχνῶν. τὰ μὲν γὰρ μέλιτι καί τισιν ἄλλοις ὀλίγοις τῶν γλυκέων χρῆται τροφῇ· οἱ δ᾽ ἀράχναι, ἀπὸ τῆς τῶν μυιῶν θήρας ζῶσι. τὰ δ᾽, ἰχθύσι χρῆται τροφῇ. καὶ τὰ μὲν, θηρευτικά· τὰ δὲ, θησαυριστικὰ τῆς τροφῆς ἐστι· τὰ δ᾽, οὔ.

Svnt, quæ veſcantur carne: ſunt, quæ ex omnibus eſcam parent: ſunt quibus fructus pro pabulo habeantur. Aluntur quædam certo paſtu, velut Apes & Araneæ. Apes enim melle, atque alijs quibuſdam dulciarijs paucis vtuntur ad veſcendum. Araneæ ex venatu victitant muſcis. Alia animantes piſcatu victum quærunt. Quædam ſanè prædatrices ſunt. Eo etiam differunt: quòd partim recondunt cibos: partim non.

CÆSAR.

Vita & victu nunc agnoſcit differentias. Immò interponit potiùs. Nam cùm gregales recenſuerit, & ciuiles, atque eiuſmodi: rectiùs feciſſet, ſi quæ ſtatim hanc ſequuntur commentationem his illico coniunxiſſet. De ædificijs ſiquidem, ac lu-

παμφάγα aut in fine poſita oportuit,aut ante omnia membra,&valde periculoſum eſt verbum, παμφάγον. Fortaſſe nullum inuenias,quod omnia illa voret. Membrum quoque quod narrat victum à piſcibus procul diſsipauit. Poſteà quaſi membrum aliud appoſuit:prædatrices. Quantò meliùs ſic. Quædam venatu vitam ſuſtentant,aliæ aliis rebus, aut oblatis, vt herba grues: aut quæſitis, vt nucleo auellanæ,glandiſve gracculus:aut factis, vt apes. Aliæ quocumque cibi genere vitam colunt. Venatrices partim carne,partim piſcibus.Secundum genus,aut fructu oblato,aut radice eruta,aut melle facto. Ad hæc genera cætera reducas:veluti tineas, coſſos, ſcorpiones:quos ſcimus ſitu ſolo ali.

In fine commentarij diximus:quaſdam cibum recondere. *Condum* enim vocant Latini, qui reponit cibum:vt faciunt formicæ, erinacei. Rapaces alites quia carne victitant,nequeunt diutiùs ſeruare.In nidis tamen Bubonis Leporum reliquias inuenimus. Prædatricibus igitur theſaurus nullus,vecticulariam enim vitam agunt.

Ἰδιόξοφα. Theodorus vertit ſic. *Alia,quæ cibo ſui generis vtuntur.* Ambigua ſanè oratio. Videntur enim ἀλληλοφαγεῖν. quaſi ſuum genus pro cibo habeant. De quo in ſequentibus libris exactiſſimè eſt diſputatum. Nos commodiùs. *Quædam certo ciborum genere aluntur.* Peculiaris quiſpiam cibus eſt nonnullis.

Et illas partes minùs aptè coniunxit. καὶ τὰ μὲν θηρευτικὰ, τὰ δὲ θησαυριστικὰ τῆς τροφῆς, τὰ δ' οὔ. Nam θηρευτικῶν nullum θησαυριστικόν. Theodorus qui profitetur omnia meliùs dicturum ſe,nihilo melius.

XV. ARISTOTELES.

Καὶ τὰ μὲν, οἰκητικὰ· τὰ δὲ, ἄοικα. οἰκητικὰ μὲν, οἷον ἀσπάλαξ, μῦς, μύρμηξ, μέλιττα. ἄοικα δὲ, πολλὰ τῶν ἐντόμων, καὶ τῶν τετραπόδων. ἔτι τοῖς τόποις τὰ μὲν, τρωγλοδυτικὰ, οἷον σαῦρα, ὄφις· τὰ δὲ, ὑπέργεια, οἷον ἵππος, κύων. καὶ τὰ μὲν, τρηματώδη· τὰ δὲ, ἄτρητα.

Quædam domicilia incolunt:alijs tecti vſus nullus. Illius generis ſunt,Talpa,Mus, Formica, Apes. Sub diuo agitant multa inſectorum genera: multa quadrupedum. Præterea locis diſtinguntur. Alia nanque foueas ſubeunt;vt Lacerti, Angues. Alia ſuper terram agitant:ſicut equus, canis. Nonnulla foramina ſibi excauant:quædam non.

CÆSAR.

NVnc à locorum accidentibus. Nam locus eſt,terra, aqua: At in terra quæ fouea eſt, aut caſa,aut tale aliquid,id modus quidam eſt loci. Itaque ſic ordinatiùs diſpoſuiſſet. Quædam viuunt ſinè tecto:quædam contrà. Quæ ſub tecto viuunt, ea aut cauernas ſubeunt,aut domicilia supernè parata incolunt. Adhuc minutiùs. Cauernarum differentiæ, in ſaxis vipera:in terra,cæteræ ſerpentes:in lignis & arundinibus,araneæ. Sub terra ſiue cauernis,in vacuo tamen, talpa: non in vacuo,Lumbrici. Proportio cauernarum,locus ſub Hydriis,Aſelli. Item exactiùs. Alia ſibi excauant,vbi habitent:vt meles, vulpes, cuniculus, picus. Alia non:ſed vitioſarum arborum cauis vtuntur:vt Apes,Glis. Vbi eſt proportio communicata à natura cum ijs, quæ ſibi nidum conſtruunt,velut hirundo:& quæ nullum ædificant: quorum duo genera. Columbi inuentis opis vtuntur.Cuculus ab alijs factum in ſua vertit commoda. Ita habes triplicem vſum habitationis. Vitæ commodum ſecuræ tempeſtatum, & prædarum. Vt ſit pro cella: in qua cibi ad futurum victum reponantur. Vt ſit,vbi pariant.

Theodorus non ſolùm domicilium aſſignat,ſed etiam eius fabricam: cum dicit, *Domicilium parant.* At apes non parant,ſed inuentum ſubeunt. Quarum exemplum hîc ponitur. Itaque habitationem tantùm deſignauit philoſophus, οἰκητικὸν, non opus. Dixiſſet enim, οἰκοδομητικόν. Addidit etiam, *Muſcam*, in noſtris codicibus non eſt.

Τὰ δ' ἄτρητα. Mira vox attributa animali quod foraminibus nullis vtitur: quæ vox loci eſt. Murus enim non pertuſus, ἄτρητος dicitur. Theodorus interpretatus eſt. *Alia nunquam eo munere funguntur.* At non eſt id,munus:ſed opus, Munus eſt opera publicè data imperio magiſtratus aut populi.

XVI. ARISTOTELES.

Καὶ τὰ μὲν νυκτερόβια, οἷον γλαὺξ, νυκτερίς· τὰ δ', ἐν τῷ φωτὶ ζῇ.

Alia quoque noctu victum quarunt: alia interdiu.

CÆSAR.

Tempore nunc contemplatur. Animantium maxima pars interdiu victum parant. Lux enim vitæ ſimilis: & vita lucis particeps. Æternæ enim vitæ fons, lucis fons eſt. At verò ne nox penitùs vitæ officiis vacaret, etiam quæ noctu eſcam quærerent natura quaſdam conſtituit animantes, ac magno quidem numero: item multis ex generibus. Quaſdam verò quæ vtroque tempore ad id vterentur. Noctu polypus exit è mari, vt furetur. In terreſtrium genere noctu tantùm quod venetur, nondum memini. Nam homo, vulpes, meles, erinaceus, lupus, mus indifferenter tam nocte, quàm die graſſantur. In volucrum tum pennatorum, tum inſectorum claſſibus complura. Duo igitur nocturnorum modi. Nam quædam in luce non vident: iccirco interdiu nequeunt agere. Quædam in luce non audent: vt lupus, vulpes, & homines furaces.

Malè illud eſt Theodorus. καὶ τὰ μὲν νυκτερόβια: τὰ δ' ἐν φωτὶ ζῇ. *Alia noctu vagantur, alia interdiu tantùm.* Non diſputamus de motu, ſed de vita ζῇ, & victu, βίος Nam homo etiam noctu vagatur, non tamen eſt νυκτερόβιος: vt hìc intelligit Philoſophus. Sic & lepus etiam noctu paſcitur, & equus: ſunt tamen ἡμερόβια. Noctu vagatur erinaceus, eſt tamen ἡμερόβιος.

XVII. ARISTOTELES.

Ἔτι τὰ μὲν ἥμερα, τὰ δ', ἄγρια. καὶ τὰ μὲν ἀεί, οἷον ἄνθρωπος καὶ ὀρεὺς ἀεὶ ἥμερα· καὶ ἄγρια, ὥσπερ πάρδαλις καὶ λύκος. τὰ δ', καὶ ἡμεροῦσθαι δύναται ταχὺ, οἷον ἐλέφας. ἔτι ἄλλον τρόπον. πάντα γὰρ ὅσα ἥμερά ἐστι γένη, καὶ ἄγριά ἐστιν, οἷον ἵπποι, βόες, ὕες, ἄνθρωποι, πρόβατα, αἶγες, κύνες.

Sunt etiam manſueta animantes: ſunt etiam fera. Qua ſanè aut ita ſunt ſemper: nempe homo, & mulus manſueta ſunt ſemper: ſic panthera, & lupus ſemper fera. Quadam verò etiam celeriter queunt cicuraſcere: vt elephas. Alia quoque ratio eſt. Omnia enim genera quacunque manſueta ſunt, etiam fera ſunt: equi, boues, ſues, homines, pecudes, capra, canes.

CÆSAR.

Quemadmodum toties dicendum eſt: confusè diſcutit. Miſcet nunc mores, quibus ſubdet vocum affectiones, quæ tamen à ſpiratione ſtatim pendent: de qua ſupra. Diſtinguit autem ſic. Aut ſunt manſuetæ, aut feræ. Addit etiam modum differentiæ. Aut enim ſemper ſunt manſuetæ, aut ſemper feræ: in vtroque autem genere contrà: non ſemper. Non ſunt igitur veræ differentiæ. Siquidem eadem affectio vtrique competit, & ab vtroque abeſt, παθήματα potiùs ſunto. De horum diſcriminum ratione in primo libro de *Plantis* eſt à nobis ſubtiliter diſputatum.

Exempla perpendenda. Muli enim efferantur cultu deſtituti. Lupus nunquam ita manſueſcit, quin lupinum habeat animum. Sed vulpes nunquam relinquit mores.

Poſuit primum modum per, ἀεί. Alterum ſubdit per, ταχύ. quædam, inquit, eorum quæ non ſemper fera ſunt, non ſolùm manſueſcunt, ſed etiam citò, aut facilè.

In fine oſtendit non eſſe differentias eſſentiales. Nam, inquit, omne genus, quòd ſua natura

Indiuidua manſueta non efferaſcere. Genera autem quæ habent indiuidua manſueta, etiam habere fera. In ferarum autem generibus quibuſdam omnia indiuidua æquè ſemper fera eſſe. Sicuti vnicornis, viperæ, hirundinis. Nota exempla, cætera nota ſunt. De pecudibus legimus in hiſtoriis. De hominibus referunt nauigationes Luſitanorum. Albertus feros homines ridiculè *Pygmæos* appellat. Tum autem falsò negat ſubſtantiæ rationem illis nobíſque communem eſſe: nomen ſolùm æquiuocè communicatum. Sic Auenroës auſus eſt ſcribere: hominem de docto, & indocto æquiuoce prædicari. Quaſi verò intellectus non ſit actus primus omnium hominum. Plinius murem cicurem euadere negat. Nos murem, & muſtelas ſolutas vidimus ad herum, heráſque rediiſſe, cùm reuocarentur. In manicis, & inter mamillas ſomnum; in menſa, atque ex ore præmanſum cibum capere.

In octauo Plinius *feri* nomen non contra manſuetum, ſed contra placidum diſtinxit. Nam ἄγριοι ab agris dixit Græcus: qui apud nos non eſſet. Iccirco ipſe Damas quas innoxias agnoſceret, feras dicere noluit, neque hirundines, neque mures domeſticos, neque apes. Iureconſulti quid ſtatuant vide, & iudica ex his. Nobis hæc arriſit diſtinctio. Animalia aut manſueta ſunt, aut non. Quæ non ſunt manſueta, aut ſunt mitia, aut noxia, quas & feras dicimus. *Ferum* autem & *ferocem* ab impetu veteres dixere: quoniam ſinè ratione pro libidine mouerentur. Sic enim loquuti ſunt de rebus conſilio carentibus. Sic Plato in Theæteto, φέρονται ὥσπερ τὰ ἀνερμάτιστα πλοῖα. *Mitem* autem à rectitudine, & ſimplicitate. Μίτον filum textores vocârunt & qui ad directiones amuſſi vtuntur: vnde refuſa ad mores ſignificatio. Ita Græci à luce ἥμερον. Placidi vox à Nautis orta: cùm mare viderent æquabile, πλάξ. Cicur autem ab ſono, quo adblandimur equarum pullis, cùm inſtituimus domationem.

Animaduerte Philoſophi locutionem, ἔστιν ἥμερα. ἄγρια pertæſum eſt tam longæ narrationis, tam repetitæ locutionis. Diſſimulauit igitur copulam: atque ita inculcauit.

XVIII. ARISTOTELES.

Καὶ τὰ μὲν, ψοφητικά· τὰ δ', ἄφωνα· τὰ δὲ, φωνήεντα. καὶ τούτων τὰ μὲν, διάλεκτον ἔχει· τὰ δὲ, ἀγράμματα. καὶ τὰ μὲν, κωτίλα, τὰ δὲ, σιγηλά, τὰ δὲ, λάλα· τὰ δ', ᾠδικά, τὰ δ', ἄνῳδα. πάντων δὲ κοινὸν, τὸ περὶ τὰς ὀχείας μάλιστα ᾄδειν καὶ λαλεῖν.

ANimātes prætereà alia ſonū edūt, alia muta, alia vocales. Hæ autem partim ſermone diſtinguunt vocem: partim ſunt illiterata. Item aliæ garrulæ, aliæ taciturnæ, aliæ loquaces, aliæ cantatrices, aliæ cantus ignaræ. Quibus omnibus id eſt peculiare, vt coïtus tempore cantillent, atque obloquantur.

CÆSAR.

AVocis habitu, & carentia, atque vſu diuidit, ſed confuſè vſque ad faſtidium. Eſt ſonus tam in animalis ore, quàm cæteris è corporibus expreſſus per colliſionem. Eſt ſolius animalis vox ab ore. Nam Cicadæ, & Locuſtæ attritu ventris edunt ſonum. Aſtrictus igitur ſonus ad os animalis, vox eſt. Adhuc autem circumſcripta flexibus quibuſdam vox, conſequitur ſermonis appellationem. Eſt enim ſermo, vox literata ſignificans. Vox, ſonus ex ore, aut in ore animalis. Sonus id quod ex eliſione corporum fit in aëre. Fit etiam ſermoni, aut voci ſimplici additio per tonos, & tempora: quæ eſt cantus definitio. Sic itaque meliùs dixiſſet. Quædam mutæ, quædam vocales. Vocalium aliæ taciturnæ, aliæ vocales. Vocalium nonnullæ ſonum edunt incompoſitum, nonnullæ literatum. Literata vox, quæ aut aſſequitur ſermonis perfectionem, aut non. Cantatrices autem reduces ad communem differentiam, & garritum.

Vides igitur quibus locis, quàm negligenter diſtribuit membra. Hîc primus aut error, aut etiam culpa. Quis enim dicat alia ſonum edunt, alia muta ſunt, alia vocalia. Alter multò maior, cùm ait, πάντων δὲ κοινόν. Nam quomodo omnium ſit communis affectus circa tempora coïtus cantillare, ſi quædam ſunt muta? prætereà omiſit, ſibilum. Serpentes enim, & teſtudines tantùm ſibilant. Comprehendatur verò ſub ψόφῳ. Sicut eſt ſtridor, muta verò animalia multa. Piſces penè omnes. Nam Delphin captus etiam gemitus edit veros.

Facetè

Facetè dixit: ἔχει διάλεκτον. Imitantur enim tantùm, & facetiùs ἀγράμματα, vox autem, κωτίλα, ſignata. Sic enim vocabant Thebani hirundines, & diſtinxit garrulas, qualis eſt hirundo, à loquacibus: cuiuſmodi eſt pica. Et rectè coniunxit ᾄδειν καὶ λαλεῖν, quia non omnia cantant: non omnia loquuntur. Vtriuſque etiam expertia quædam. Quare ψοφεῖν etiam addas.

Theodorus animaduertens ſolutam Philoſophi diligentiam, oblitus fidei & ſacramenti quod dicit interpres, auſus eſt aliter diſponere membra diuiſionum; ita vt non iam ſit Ariſtotelis liber, ſed Theodori.

Idem ψοφητικὸν malè eſt interpretatus, *ſtrepitum*, eſt enim corporum inanimatorum. Et peiore conſilio addidit, *tantùm*: ſuapte nanque natura contra diſtinguitur à voce, vbi de voce etiam ſimul loquimur. Intellexit autem ψόφον, non in ore: vox enim eſt; ſed qualem cicadarum dicebamus. Minùs etiam Latinè, *ſtrepitum elidunt*, elidimus enim corpora: ex afflictu illo fit ſtrepitus: Stultos Nominales euocandos ad eius patrocinium cenſeo: qui ſtrepitum & corpora, vnde fit, vnum eſſe mordicùs diſputabunt.

Ἀγράμματα, *illiterata* diximus: quomodo explicatum eſt à nobis in primo de *Cauſis linguæ Latinæ*. Qua ratione illiteratum, indoctum dicimus, qui tamen ſciat legere: multo maiore merito vocem, quæ literis exprimi nequeat.

Theodorus, λάλα, *oſcines*, inauſpicata voce. Solæ nanque aues quædam oſcines ſunt. Aues quædam alites, quæ tum huc, tum illuc volant: oſcines quæ tum à dextra, tum à ſiniſtra cantillant. Sic ait Cicero; ſed iam interpretatus fuerat, κωτίλα *loquaces*, malè. Non enim loquuntur, niſi quæ διάλεκτον habent. Harum quædam ſunt taciturnæ, vt corui: raró enim loquuntur. Quædam loquaces λάλαι: vt pſittaci virides, & picæ, & ſturni. Multæ igitur λάλαι, quæ oſcines non ſunt: vt ſturni ipſi. Multæ oſcines, quæ non λάλαι, vt corui. Luſit verò patientiam doctiorum, cùm dixit: *inoſcines*. Idem igitur, *blaterant*, λαλεῖν, malè.

De galli cantu quærebatur. Noctu enim excitatur ad canendum, penè auium ſola. Rara ſanè ad hoc. Eraſmus in ſuis centonibus, accepiſſe ait ſeſe cauſſam ignoratam ab aliis de amico ſuo intimo. *Nam*, inquit, *animal hoc eſſe libidinoſum conſtat. Memor igitur gallinarum, deſiderio excitatur ad canendum, inſtigante natiua ſalacitate.* Principio ſi Ariſtotelem, quem irridet, legiſſet: neque irrideret in hoc, quod probaret: neque illi amico ſuo attribueret, quod huius eſſet: neque admiraretur, quod Philoſophorum etiam cathedræ ſciunt. Falſum tamen eſſe de gallo quis neſcit? nam & gallinas habet ſecum: quas, ſi velit, ineat: & interdiu æquè canit, præſentibus concubinis: & à coïtu canit, cùm deſiderij ne reliquiæ vllæ quidem ſuperſunt. Anſer vero caſtiſſima auis, & quæ ſemel tantùm toto anni tractu venerem exercet, æquè noctu canit excubias vel etiam certis horis. Ad quarum regulam tanquam ad horologiorum fidem Vaſcones Ebuſi qui inter Oceanum, & Garumnam agitant, nocturnáque itinera auſpicantur. Patria enim voce ita loquuntur, vt vnam aut alteram vigiliam, primam ſecundámve anſerationem vocent.

XIX. ARISTOTELES.

Καὶ τὰ μὲν, ἀγροικονόμα ὥσπερ φάττα· τὰ δ' ὄρεια, ὥσπερ ἔποψ. τὰ δὲ, συνανθρωπίζει, οἷον περιστερά.

Campos alia incolunt, veluti palumbes, alia montes, vt vpupa: alia cum homine habitant, vt columba.

CÆSAR.

AD loca redit ſic, vt ad ferarum, cicurúmque diuiſionem quàm proximè accedat. Siquidem cum homine quædam habitant. Eas ad hunc modum dignoſces. Partim feras, vt hirundines: nunquam enim manſueſcunt: partim non ſemper, columbas enim non de manu ſolùm, ſed de ore quoque cibum capere vidimus. Item leporem cum canibus domeſticis ludentem. Partim etiam blandas, vt canes. Differentia quoque in his. Nam quædam ſponte habitant, vt hirundines: quædam aſſuefactæ tantùm, vt pſittacus.

Potuit addere, & debuit: quædam ſyluas habitare: alia aperta loca, & pura. Auium verò quarundam peculiare nunquam humi conſidere. Nonnullæ in arborem nunquam aſcendunt, perdix

Palumbem Philoſophus incolam campi dicit: nos videmus in Pyreneis frequentem, Suberinam ſectantes glandem, qua teneriores euadunt. In Alpibus Ligurinis deiecimus nos multas, eſu duriſſimas: in terra Vaſconia delicatas. *Aeriam* dixerit Virgilius, non quemadmodum piſcem pelagium: quæ alto aëre fruatur, vel animi cauſſa, vt Cirris: vel ſpeculatione, & apparatu ad impetum faciendum, vt genera Aquilarum. Sed aëriam, vagam. Quo nanque alio modo excuſes, haud ſanè ſcias. Adeò nanque humiles volant: vt facta feneſtra, ſic enim vocant, in ſyluis inter arborum interualla diſtentis retibus capiantur.

Ἄγραυλα, diuerſum ab eo, quod eſt: ἄγρια. Diximus, *campeſtria*, non agreſtia: propterea quòd ager etiam montes continet; at à montibus eas ſegregat Ariſtoteles. Campi autem appellatio ad planitiem tantùm. Græca eſt, κῆπος, quia horti in montibus infelices: plana amant, & culturæ ſumma cum fide reſpondent. Sic Lucretius, ſic vtitur Cicero: vt etiam quaſi duo agri membra diſtinguat, montem, & campum.

XX. ARISTOTELES.

Καὶ τὰ μὲν, ἀφροδισιαστικά, οἷον τὸ τῶν περδίκων καὶ ἀλεκτρυόνων γένος· τὰ δὲ, ἁγνευτικά, οἷον τὸ τῶν κορακοειδῶν ὀρνίθων γένος· ταῦτα γὰρ σπανίως τὴν ὀχείαν ποιεῖται.

Alia in venerem ſunt propenſiores, vt perdix, & gallinaceum genus. Alia caſtiores: cuiuſmodi genus id, quod corui ſpeciem repræſentat. Rarò nanque admodum hæ coïtum exercent.

CÆSAR.

Cum diſtinxit animantes ſecundùm affectiones, quæ ad ſpecies pertinent: nunc oſtendit, quibus differant affectibus, qui ad ſpeciei conſeruationem ſpectant. Coïtus enim propter propagationem: vt in primò de *Generatione animalium* dictum eſt. Quod ad opus ne eſſemus negligentiores, voluptatem addidit comitem natura.

Exactiùs dicetur poſteà: quouis tempore coïtum à quibuſdam exerceri: eſſe, quæ ſemel. Item ſtato tempore, aut incerto; prægnantes paucas coire. Priùs verò de ſexu dicere: in quibus eſt, in quibus non eſt, vt in anguillis: in quibus alter tantùm, vt in rubellis: in quibus vterque: vt in leporibus hermaphroditis. Non enim omnes tales ſunt. Eiuſmodi autem homines aliquot: equum verò vnum vidimus. Addes: quædam cum ſuo genere coeunt, quædam alieno.

Τὰ δ' ἁγνευτικά. Theodorus, *minùs Venere valent.* Malè explicauit: non enim de poteſtate loquitur Ariſtoteles. Canes enim ſalaciſſimi: verùm haud ita frequentes ſunt, atque illa. Nos *caſtum* diximus. Sic noſtri vitium, quem ἁγνὸν Græci vocant, etiam caſti cognomento inſignem reddidere. Sic agni puritatem ea voce veteres circumſcripsêre.

XXI. ARISTOTELES.

Καὶ τῶν θαλαττίων τὰ δὲ, πελάγια· τὰ δὲ, αἰγιαλώδη· τὰ δὲ, πετραῖα.

Marinarum autem animantium nonnullæ pelagiæ ſunt: quædam litorales: aliæ ſaxatiles.

CÆSAR.

Antequam ad piſces accederet: debuit alites à volatu diſtinguere, & ab eorum quiete, neutrum enim eodem modo. Altè volantes, vt captent prędam, aquilæ: vt captent loca, grues: vt hoſtem fugiant, alauda. Humiles aliæ, vt attagen, phaſianus, perdix, paſſer. Quædam media in regione, corui, milui. Quædam rotatibus ſcandunt aërem: vt accipitrum genera. Quædam directo ſubnixu ſuperant: vt columba, paſſer, aquilæ genus nobile, quod *Gryfalcum* vocant. Id volationis genus venatores aucupes, ſcalatim, fieri aiunt. Sunt quæ frequenti àlarum agitatione euadunt: veluti aquilæ generoſiores, quas *peregri-*

nos falcones nominant: ſunt quæ paſſis alis frequentiùs feruntur potiùs, quàm volant: qualis miluus. Nonnullæ directo curſu, vt anates: quædam interrupto: ídque non vno modo. Flexuoſo, anfractuoſo, retorto, perplexo hirundo: pica quaſi per gradus, verberatum cauda aërem non tam deiicit, quam ab eo reſilit inter volandum, ita, quemadmodum ſaltuatim ingreditur, ſaltuatim volat. Quædam cùm volant, ſilent: vt maxima pars. Quædam cantillant: fame miluus: metu hirundo: prædæ deſiderio coruum coruus inſectans: veneris cauſſa gallus, vbi demittit ſeſe de ornithone: animi gratia alauda: quæ etiam cùm altiore volatu cantionem auget. Quieſcunt autem, præter locorum rationem, ſi ad ſitum ſpectes, non vno modo. Nam aliæ ſemper rectæ rigidis cruribus etiam dormientes: aliæ in ventrem cubant. Duo item modi, quædam æqualiter: quædam etiam in latus, vt gallinæ. Ægolios autem nocturna auis, quam *Barbagiani* dicunt Thuſci, Vaſcones *Præſagam*, etiam porrecta ſuper ramis.

Sub hac ratione, quam in auibus hîc omiſit, piſcium tractat hiſtoriam Philoſophus. Pelagij ad litus non accedunt: in quibus cetacea omnia: neque enim librare niſi in profundo molem ſuam queunt. Contra litorales, qui vel fluctus, vel prædarum timent impreſſiones. Tum autem, quibus ingrediendi facultas data eſt: vt cancri ſaxatiles, qui hærent rupibus, aut earum cauernas colunt munimenti gratia, aut ex inſidiis exercent latrocinia. Vbi prudentiùs introſpiciendum eſt. Nam ripa maris, vt nunc vtar, duplex: litus, & rupes. Quo igitur in loco & rupes eſt, & profundum mare: iis in locis etiam Pelagiorum natura aliquando agitat. Eadem ratio & proportio fluuialium: Salmo aqua multa vehitur: turtur, qui etiam nunc nomen retinet in Gallia, *Trygones* enim vocant, ad ripas. Turdus, quam *Trutam* nominant, ſub lapidibus.

XXII. ARISTOTELES.

Ἔτι τὰ μὲν, ἀμυντικὰ· τὰ δὲ, φυλακτικά. ἔστι δὲ ἀμυντικὰ μὲν, ὅσα ἢ ἐπιτίθεται, ἢ ἀδικούμενα ἀμύνεται. φυλακτικὰ δὲ, ὅσα πρὸς τὸ μὴ παθεῖν τι, ἔχει ἐν αὑτοῖς ἀλεωρήν.

AD hæc quædam ad pugnandum apta ſunt: quibuſdam cauendi ingenium comparatum. Prioris generis ſunt, quæcunque aut inferunt bellum ipſa, aut illatum propulſant. Cautioribus autem cautio eſt, nequid capiant detrimenti.

CÆSAR.

NATVRÆ opes ad ſpeciem conſeruandam oſtendit ſupra: nunc autem ad indiuidua, dupléxque genus inſtituit declarare. Alteri vim attribuit, alteri conſilium mirifica naturæ perſcrutatione. Vim duas in partes diſtribuit faciendi iniuriam, & propulſandi. Cuiuſmodi non vnum genus. Nam ignobile genus accipitris, quam *poianam* nos, *pondralam* Taurini vocant, non propulſat iniuriam, quam ſibi vel coruus, vel cornix infert: ſed facit turdo, & merulæ, quos venatur. Aquila nigra & facit aliis, & propulſat ab æqualibus, accipit autem ab aquila fulua. Fulua aquila facit iniuriam cæteris omnibus: ipſa ab illis nihil patitur. Ex diuerſo cycnus propulſat, aquilam enim aut fugat aliquando, aut etiam vincit. Nulli autem facit: niſi piſces obiicias. Conſilium vnica deſcripſit parte, ad euitandum ſcilicet. Aſtu etiam malum dant quædam. Cancellus oſtream, quam nequit recludere, iniecto lapillo vorat: poſtquàm ex inſidiis, quoad ſeipſam aperiret, diutiùs obſeruârit.

Animaduertes quemadmodum duo affectus cùm ſint, inuadere, & defendere: alterius verbo vtrunque appellauit. Sic enim diuidit: ἀμυντικὸν, quod & alij ἐπιτίθεται, & περὶ ἑαυτοῦ ἀμύνεται. Eſt enim vlciſcentis, τὸ ἀμύνεσθαι. Vox Græca *vlciſci*: ἀλέξειν: ablata Æolenſium, quos imitamur, legibus, aſpiratione. Arctioribus tamen finibus concluſit conſuetudo. Quippe vltio nonniſi retaliatio eſt acceptæ iniuriæ, aut dati damni. ἀμύνεσθαι autem etiam facere, quominus inferatur.

Theodorus, ἀμυντικὰ, *viribus pollentia*, cùm interpretatur, abit ab ſenſu Philoſophi & à veritate diuerſus. Viribus ſiquidem magnis quædam ſunt, quæ neque inferunt bellum, neque propulſant: cerui magnæ ſunt vires, calcium ictus etiam lethales vidimus. Dama longè fortior catello eſt, cuius tamen aſpectum exhorreſcit, ac fugit. Item cuniculus multò robuſtior, quàm

viuerra, at eum viuerra conficit. A viribus igitur Ariſtoteles non diſtinxit, ſed à moribus. φρόνιμα autem mox pōnit Philoſophus æquiuocè.

Nihilo prudentiùs, φυλακτικὰ, *prudentia*. Qui enim Ariſtotelem interpretatur, eius more loqui debet: at ille vni animalium omnium homini datam agnoſcit prudentiam: certóque ſignificato φρόνιμον appellat. Theodorus autem etiam *prouidentiam* dicere auſus eſt: quæ, ſi Theologos conſulas ſolius Dei eſt: ſi Ciceronem ſaltem vni homini communicata: quæ propria voce προνοὶν dicatur.

Haud rectè idem ἀλεωρὴν *præſidium* dixit. Neque alius effugium putet eſſe, ſed euitationem, ἀλεύειν eſt, flexu corporis exire è telorum iactu. Præſidium autem vires dicit: & ſi ad animum conferatur, audaciam: effugium, fugam. Neque teſtudo, neque óſtrea, neque patella, neque cochlea fuga vitant pericula, ſed munimento. Contrà lepus, & mugil, fuga: polypus coloris mutatione: ſepia atramenti offuſione. Iccircò fuit excogitandum commune verbum: quo vtitur Cicero, cùm ait: *euitare dolorem*, ſic tollitur dolor aut ἀναισθησίαις, ea erunt ἀμυντικά: vt vis vi repellatur: aut ſubtracto ſenſu noſtro ναρκωτικοῖς, hæc erunt φυλακτικά.

Inuehere autem iniuriam, quemadmodum ille ſcribit, nondum memini ab aliquo veterum dictum. Etenim ſi caſum inuectum lego, non ſinè fortunæ mentione, aut intellectione poſitum videam.

Non eſt leuiter accipiendum, πρὸς τὸ μὴ παθεῖν τι. Nequid capiat detrimenti. Sæpe etiam ad interitum vſque diffunditur talis vſus orationis, ſic enim veteres loquebantur. ἤν τι πάθω. Quod Cicero: *ſiquid mihi humanitùs accidiſſet*.

XXIII. ARISTOTELES.

Διαφέρουσι δὲ ταῖς τοιαῖσδε διαφοραῖς κατὰ τὸ ἦθος· τὰ μὲν γάρ ἐστι πρᾶα καὶ δύσθυμα, καὶ οὐκ ἐνστατικά, οἷον βοῦς· τὰ δὲ, θυμώδη καὶ ἐνστατικὰ, καὶ ἀμαθῆ, οἷον ὗς ἄγριος· τὰ δὲ, φρόνιμα καὶ δειλὰ, οἷον ἔλαφος (καὶ) λαγὼς, δασύποδες. τὰ δὲ, ἀνελεύθερα καὶ ἐπίβουλα, οἷον οἱ ὄφεις· τὰ δὲ, ἐλευθέρα, καὶ ἀνδρεῖα καὶ εὐγενῆ, οἷον λέων. τὰ δὲ, γενναῖα καὶ ἄγρια καὶ ἐπίβουλα, οἷον λύκος. εὐγενὲς μὲν γάρ ἐστι τὸ ἐξ ἀγαθοῦ γένους· γενναῖον δὲ, τὸ μὴ ἐξιστάμενον ἐκ τῆς αὑτοῦ φύσεως. καὶ τὰ μὲν, πανοῦργα καὶ κακοῦργα, οἷον ἀλώπηξ· τὰ δὲ, θυμικὰ, καὶ φιλητικὰ καὶ θωπευτικὰ, οἷον κύων· τὰ δὲ, πρᾶα καὶ τιθασευτικὰ, οἷον ἐλέφας· τὰ δὲ, αἰσχυντηλὰ καὶ φυλακτικὰ οἷον χήν· τὰ δὲ, φθονερὰ καὶ φιλόκαλα, οἷον ταώς.

Differunt autem his diſcriminibus ſecundùm mores. Quædam ſunt mites, & remiſſo animo, neque peruicaces; vt vacca, quædam animoſæ, atque peruicaces, & inepta ad diſcendum: vt aper. Aliæ cauta, & meticuloſæ: vt ceruus, lupus, cuniculus. Aliæ illiberales, & inſidioſæ: vt ſerpens. Aliæ liberales, fortes, nobiles: vt leo. Aliæ generoſæ, feroces, & inſidioſæ: vt lupus. Nobile enim id eſt, quod genere bono prognatum eſt. Generoſum, quod non eſt egreſſum è natura ſua. Item alia verſuta, & malefica: vt vulpes. Aliæ iracundæ, amatrices, adulatrices: vt canis. Aliæ mites, ac manſueſcibiles: vt elephantus. Aliæ verecundæ, & cautæ: vt anſer. Aliæ inuidæ, & elegantes: vt pauo.

CÆSAR.

NVNC à moribus profitetur ſeſe recenſurum: verùm priore quoque commentario nihilo ſeciùs narrantur mores. Quid enim aliud ἀμυντικὸν, καὶ ἐπίβουλον? vtrunque enim ἐπιτίθεται. Meliùs igitur ſic. διαφέρουσι μὲν οὖν κατ᾽ ἦθος ταῖσδε διαφοραῖς διαφέρουσι δὲ καὶ τοιαῖσδε.

Πρᾶον, *mite* interpretati ſumus. Veteres languidum animum intelligebant: vnde *prauum* noſtrum interpoſito Aeolico elemento. Eſt enim κακὸν, & prauum apud nos idem, κακὸν imbellem ſignificabat: vnde *Cacula*, qui nondum eſſent milites belli erant, in prælijs non erant. Itaque in militia qui recto ac forti animo non eſſet, πρᾶος appellatus: atque inter Romanos, qui ſolos fortes in precio habebant, probri loco acceptum eſt. Iccircò Plato vtrunque coniunxit tanquam contraria tam in canonibus *ſuæ Reipublicæ*, quàm *in Theateto*, πρᾶοι αὖ εἰ διαφόρως, καὶ ἐπὶ τούτοις ἀνδρεῖον, παρ᾽ ὃν ποιοῦ.

Bouis exemplum minùs aptum eſt. Eſt enim talis nõ ſuapte natura, ſed exectione. Nam taurus eſſet: qui ſanè fortis, animoſus, generoſus, ἐνσημότατος. Sed intellexit vaccam. Itaque ambiguum tollas de Theodori negligentia.

Ἀθυμον, animo remiſſo. Vides hîc manifeſtam prauitatem. Nihil enim boni apportat, δύς. Qui animum deſpondit: δύσεργος.

In Codice noſtro erat, ὄνος ἄγριος. Theodorus legit ὃς ἄγριος. Neque enim onager animoſus eſt Sic etiam eſt apud Auicennam, qui per ſtultitiam τὸ ἀμαθὲς, expreſſit. Theodorus maluit dicere *Brutum*. Non rectè: Brutum enim ſordem, & ſordidationem ſignificat. βροτός. Vnde hominis epitheton: corruptibilis, immundi. Noſtri temperatiùs, *Mortales*: etiam terram brutam legas, ſed non eſt ἀμαθὴς: docetur enim concipere, & parere. Quid brutum Aſino magis? intelligit tamen, & iuſſus paret, atque agit mandata. Denique omnia bruta præter hominem.

Φρόνιμα quoque tranſtulit, *ingenioſa*, æquè malè. Ingenium enim eſt potiùs principium operæ cuiuſpiam. Intelligo principium, autorem, non partem operæ: multi ſinè ingenio ſunt prudentes: iccircò artem nullam callent; proſpiciunt tamen negotiis ſuis. Duo ſunt habitus diuerſi. Hoc enim eſt πρὸ γοῦ ἔχειν, φρόνιμον, addita aſpiratione Atticorum more. Omiſit hic Philoſophus animantes artifices, ἡ γὰρ μέλιττα τεχνίτις, non ſolùm enim fabricat nidum, vt cæteræ: ſed etiam opus facit, mel ipſum. Cauta cerua, quæ ſecundùm ſemitam parit: quam ſcit à feris deuitari propter hominis frequentationem. Næ illam fatuiſſimam: quæ ſi id ſcit, hoc quóque non nôrit homine teteriorem belluam nullam eſſe. Cautùs ceruus, qui vbi pinguedine diſtentus eſt, latet: ineptus enim ad fugam: cautus, qui amiſsis cornibus non comparet, inutilis factus ad defenſionem. Cautus lepus qui decurſo ſpatio, retroſpicit, laſſus clunibus ſolis demiſſis conſidit: vt capite erecto hoſtem ſpeculetur: idem ſentes, ſarmentáque propter ſemitam porrecta prærodit eouſque, quoad iter curſuro laxiùs fiat ſublatis impedimentis. Cautum igitur ſapiens, ingenioſum nemo dixerit: ſed Dædalum & ingenioſum, & cautum: Icarum ingenioſum, non cautum.

Daſypodem *cuniculum* interpretati ſumus cum Theodoro. Plinius in octauo & libro & capite, cùm Daſypodem ſcribit ſuperfœtare: itémque *Cuniculos* appellari ab Hiſpanis animalia fœcundiſsima videtur pro diuerſis agnouiſſe: nobis non placere prodidimus in hiſtoria leporum.

Ἐπίβουλα, rectiſsimè *inſidioſa*: quæ conſilijs alienis ἐπιβουλεύει. Theodorus addit, *perfida*, de ſuo. At quid tibi pollicitus ſerpens eſt, cui propterea, haberes fidem? infida potiùs: quibus nihil credas.

Κακοῦργα quoque mancè *malitioſum* vertit idem. Nam neque exprimit integram vocem Græcam: neque quoduis malitioſum maleficum eſt. Non enim puſilli vulpis catelli: non enim queũt malefacere. Malitioſa Pythias Terentiana, conqueritur ſibi deeſſe facultatem ad malefaciendum Parmenoni.

Idem τιθασσευτικὰ, *addicta manſuetudini*. Apta potiùs, aptitudinem enim non actũ ſignificat. Præterea addictus notat vim iure factam. Addicit enim mihi ſeruum prætor vel inuitum. At volens paret elephas, atque etiam libens. Lego τιθασσευτὰ, paſſiuè: non autem τιθασσευτικά, non enim cicurat, ſed cicuratur.

Θυμικὸν, *animoſum* Theodorus, benè. Sanè & hoc ſignificat vox illa; & canis verè animoſus eſt. Puto tamen à philoſopho poſitum pro iracundo, & irritabili. Ita partem animæ θυμικὸν appellat multis in locis Plato.

Verecundum anſerem cur dixerit Philoſophus, neſcio. Si eſt propterea quòd à coitu aiunt ſeſe purificare: nugæ. Nam & extra aquas coit: & publicè. Quin puellarum verberibus non deterrentur à coitu. Ad hæc, quæ verecundia: ſi, quod non verentur facere, vereantur factum. Pœnitentes potiùs dicas. Præterea cautus quomodo deprehendatur, æquè mihi incompertum eſt. Niſi iccirco intelligas, quia vel altiſſimos pontium fornices cùm ſubeunt, caput tunc ceruicéſque ſummittunt, ne offendant.

Πανοῦργον, *callidum* rectè Theodorus, nos *verſutum*, propiùs Græcæ voci. vertit enim ſe in omnia. Sic Plautinus Mercurius: *pater meus verſipellem ſe facit, quando lubet.*

Φιλόκαλον, Theodorus circumſcripſit multis verbis. *Ornatus, ac politura ſtudioſa.* Rectè ſanè: Elegantiæ vocabulo vno expleri Græcæ vocis ſignificatum è Gellio diſcere potuit. Præſertim cum illa verba ſtudium, & artificium deſignent, ſtudioſus ornatus, ornabit, ſe; non ornat ſe Pauo. Polituræ ſtudioſus, poliet ſe: muſca hoc facit, Pauo non facit.

Aſſentatrices Theodorus rectè: quæ ad alterius ſenſum ſenſum ſuum accommodant. Adulatorem autem canem potiùs, quàm aſſentatorem dicet, qui adulari ἀπὸ τὴν οὐρὰν de canibus tractum putant. A ſeruis ductũ malim. δοῦλοι. Nihil enim ſeruilius. Sic Plato in *Theæteto*, λόγω ἢ

θαυμάζειν καὶ ὑπερχαρίζεσθαι. Latinos autem præpoſitiones in compoſitione addere conſueuiſſe, quas Grammatici non recenſeant, patet in ebore, è Barro.

XXIIII. ARISTOTELES.

Βουλευτικὸν δὲ καὶ μόνον, ὅσον ἄνθρωπός ἐστι τῶν ζῴων. καὶ μνήμης μὲν καὶ διδαχῆς πολλὰ κοινωνεῖ· ἀναμιμνήσκεσθαι δὲ καὶ οὐδὲν ἄλλο δύναται, πλὴν ἄνθρωπος. περὶ ἕκαστον δὲ τῶν γενῶν, τά τε περὶ τὰ ἤθη καὶ τοὺς βίους ὕστερον λεχθήσεται, καὶ δι' ἀκριβείας μᾶλλον.

Animantium autem omnium ſolus homo conſilij capax eſt. Cùm autem cæterarum complures tum memoria, tum diſciplina participes ſint: at præter hominem nulla poteſt reminiſci. Sigillatim autem de omnibus generibus, déque morum, ac vitæ ratione exactiùs multò poſteà diſſeremus.

CÆSAR.

MVLTAS affectiones, multis communes generibus aſſignauit; nunc vnam vni homini, τὸ βουλεύεσθαι: & alteram, τὸ ἀναμιμνήσκεσθαι. Eſt autem βουλεύεσθαι, alia atque alia ex voluntate electio finis certi. Itáque à *volendo* propinqua voce ſic dixère, βουλεύεσθαι. quemadmodum βούλεσθαι. Bruta βούλεται quidem, at non βουλεύεται. ita ex Platone in quarto de *Repub.* diſces, aliud βούλεσθαι, aliud ἐθέλειν. Nos *Conſilium* dicimus, cùm ex multorum conſidentium voluntatibus elicimus, quod honeſtum ſit, quod vtile, quod neceſſarium. Verbum Latinum prudentius: monet enim nos, ne nobis ipſis cõfidamus: quin nemò neque ex ſua, neque ex vnius, ſed & aliena, & multorum prudentia commoda cuiuſque rei controuerſæ metiatur. Quemadmodum παρὰ τὸ μελετᾶν *meditari*: ita à conſidendo *conſilium*. Sic in ſeptimo *Phyſicorum* non ſtando, ſed ſedendo ſapientiores fieri nos. Itaque qui dicunt, quærunt, diſceptant in iudicio, ſtant: qui iudicant, ſedent. Quare peſſimè tranſtulit Theodorus: *cogitare*. Aliud eſt ἐνθυμεῖσθαι, aliud βουλεύεσθαι, ἐνθυμεῖσθαι, & ἐννοεῖν proxima ſunt, aut eadem, dicúntque diſcurſum illum mentis noſtræ, qui à propoſitis quibuſdam quædam deducit. Sæpè id fit nullo fine actionis deſignato. At ἡ βουλὴ dirigitur ad agendum aliquid. Ita, *cogitare*, Latinis eſt, quippiam quod in animo habeas repetere, coactis hinc inde rerum momentis. At hoc etiam brutis commune eſt. Speciem vaccæ abſentis taurus in memoria repetit. Et eſt quoddam φροντίζειν, ſumma contradictionis noſtræ in eo eſt: quòd ſinè deliberatione tum nos tum bruta ſæpe cogitant.

Ἀναμιμνήσκεσθαι autem eſt *reminiſci*. Memoria enim eſt phantaſmatum theſaurus receptorum: Quaſi dicas, imaginum penu quoddam, ex quo identidem ad aliquid dicendum, agendúmve multa, paucáve pro re atque tempore promuntur. Equus, quæ docetur, meminit poſtridiè. Non enim quiſpiam doceri quit, niſi adſit memoria: eſt quippe, vti dicebamus, cella diſciplinæ. Reminiſcentia autem eſt repetitio memoriæ abolitæ cuiuſpiam rei. Diſquiſitio verò illa fit diuinitùs, Plato in *Menone* & in *Phædone*, ex placitis Pythagoræ quem ipſe nimis ſequutus eſt, omnem vim noſtram cognoſcendi, cogitandi, aliarúmque poteſtatum, quibus intellectus noſter pollet, poſuit in fine reminiſcentiæ, renouari enim memoriam eorum officiorum quæ quibus perfuncti in aliis corporibus, noua μετεμψυχώσει adueniente coacti ſumus deſerere. Itaque aboleuit ſcientiam, quæ nouo habitu ex deducta concluſione acquireretur. Ariſtoteles eas picturas veritatis ſpongia deleuit omnes. Videamus verò aliquid noui more noſtro. Nihil enim turpius viro docto, quàm recitare. Quatuor habitus eſſe palàm eſt. Diſciplina ſimplex, memoria, diſciplina demonſtratiua, reminiſcentia. Diſciplinam ſimplicem intelligo, cognitionem quampiam: quippe receptionem equinæ ſpeciei, aut alterius rei. Memoriam voco, huiuſce cognitionis conſeruationem. Diſciplinam demonſtratiuam appello eam, quæ induit habitum immutabilem è neceſſariis. Reminiſcentiam dico, repetitionem diſciplinæ, quæ è memoria dilapſa fuerat, ſicut igitur ſe habet demonſtratiua diſciplina cum ſimplici: ita reminiſcentia cum memoria. Simplex enim diſciplina ex præſuppoſitis non fit, ſed ſimplici impreſſione. Sic & memoria. At demonſtratiua ex aliis fit, ita & reminiſcentia. Quare ſi ſemel aliquid diſcimus, idque in memoria perſtat, memores ſumus. Si obliuiſcimur, atque in memoriam per gradus quoſdam reuocamus, quaſi per ſigna certa, quæ propter vias conſtituuntur, in viam redeamus: tunc reminiſcimur. Quemadmodum igitur διδαχῆς καὶ μνήμης participes ſunt animantes multæ: ita neque ἐπιστήμης, neque conge-

neris eius [illegible] quæ ratione fit, participes erunt. Sed ſolus homo vtriuſque. Fit autem reminiſcentia non ſolùm per meipſum in me, ſed etiam per alium ſigna quędam ſuggerentem. Qui ſi rem ipſam precisè apponat, noua memoria erit, nō reminiſcentia. Quemadmodum in *Trinummo* Plautus. Charmidæ nomen Sycophanta oblitus fuerat: quòd ſi Charmides ſuggeſſiſſet, noua fuiſſet cognitio, noua memoria. Nunc ille, vt eluderet, apponebat multa nomina quę ab eadem ſyllaba initium haberent ſui. Non plenè definiuit Galenus [illegible] *intellectum repetitum.* Nam etiam ſimplicis memoriæ vis hoc poteſt efficere. Sic igitur intelligimus deducendo fieri reminiſcentiam. Quapropter aliquando per Solęciſmos euenire ait Ariſtoteles. Exempli gratia, ſi Catonis nomen oblitus fuero, diſquiram per Cotonem, & Cutonem, & eiuſmodi. Ad hunc ergo modum Plato in *Theæteto.* Euclides cùm Commentarios, & capita quędam de Socratis diſputatione conſcripſiſſet [illegible] per otium fuſiùs digerebat. Notabis vocem, compoſita eſt [illegible] : vnde [illegible] dicendum fuit, transpoſitas tamen ſyllabas videmus.

Nota atticiſmum inacceſſibilem. [illegible] Vulgus ſic dicat: [illegible].

Omiſit, vt dicebamus, alias multas differentias, quas in libris ſequentibus tractat attentiùs. Hic enim [illegible] excuſabilis eſt, quo, tanquam caupones vini pauxillum, hic vſus eſt ad prægustandum.

CAPVT TERTIVM.

De ratione partium in animalibus.

XXV. ARISTOTELES.

[illegible Greek text]

Mnibus autem animalibus quanquam communes illæ ſunt partes, & quæ cibum capiunt, & in quas recipitur: ea tamen tum eadem ſunt, tum diuerſa inter ſe iis, quibus diximus, rationibus aut ſpecie, aut exceſſu, aut proportione, aut ſitu. Præter hæc verò illas quoque plurima animalia communes habent, quibus cibi deiiciunt excrementa, & quibus cibum capiunt. Neque enim omnibus ea inſunt partes. Vocatur autem pars, qua cibus capitur, os, in quam recipitur, ventriculus. Tertia multis nominibus appellatur.

CÆSAR.

EXPLICATVRVS quas hic profitetur partes animalium, vnum mihi ſtatuo proponendum, ne, qui leget, expectet hic Galeni libros me tranſcripturum. Dii meliora. Non enim anatomiam exactam inſtituit philoſophus, ſed Medico perſcrutandam relinquit. Sic igitur aggrediamur. Partes, vt eſt pollicitus, exequitur exactiùs. Hinc veræ hiſtoriæ facit. Earum quoque cauſſas attingit interdum, modicè tamen: ne confundat cum ſimplici narratione anxiam philoſophiam. Cauſſas autem, interdum finalem: officia enim declarantur in definitionibus: vt os, eſt quo cibus capitur. Aliquando materialem: vt infra cùm dixit, carnem eſſe in ſanguineis animalibus: quoniam è ſanguine fiat caro. Harum partium tria ſtatuit genera, pro vita, pro ſanitate, pro ſpecie. Ita erunt duorum modorum, aut pro indiuiduo, aut pro ſpecie. Item rurſum triplices. Nam ſunt aut neceſſario, aut vtili, aut delectabili fine. Po-

ſtremò iterum duplices; aliæ enim ad corruptibile ſpectant, id eſt indiuiduum: aliæ ad æternum ſcilicet ad ſpeciem.

Duas partes omnibus communes primùm dicit: alteram, qua cibum capiunt: alteram, in quam recipiant. Mox non omnium animantium communes eſſe partes quaſdam, in quibus commemorat eam, qua cibum capiunt. Sic enim ſcriptum eſt: καὶ ᾗ λαμβάνει, manifeſta contradictio. Iccirco verba illa diſſimulauit ſe legere, atque omiſit Theodorus. Videntur tamen quæ ſequuntur reſpondere: cùm ait, καλεῖται δ' ᾧ μὲν λαμβάνει, στόμα, ac ſanè verum eſſe videtur, non omnibus animantibus os eſſe. Non enim ſpongiæ, non vrticæ. Sunt enim plantæ ſentientes. Quæ autem careant exitu, qua excrementa eſcarum deponantur adeò pauca ſunt: vt ſolum Ricinum eiuſmodi eſſe putem. Tertię autem partis nomina multa ſanè: quia ne excrementa quidem vnius modi, quædam liquida, quædam ſolidiora.

Pulcherrimus verò cinnus orationis, ᾧ δέχεται τὴν τροφὴν, καὶ εἰς ὃ δέχεται. Eodem verbo diuerſa repræſentauit genera, actiuum, & paſſiuum: declarauit nomina, hoc enim eſt veſtibulum ſcientiarum, τὸ τί ὀνόματος, ex quo, τὸ τί ἦν εἶναι, tum autem atrium eſt, τὸ διὰ τί, penetralia autem, τὸ συμπέρασμα. Os igitur Latinè, Gręcè στόμα, cuius officia duo miris pigmentis oſtentauit nobis Plato in *Timæo*. τὴν μὲν εἴσοδον ἀναγκαίων μηχανώμενοι χάριν. τὴν δ' ἔξοδον τῶν ἀρίστων. ἀναγκαῖον μὲν γὰρ πᾶν ὅσον εἰσέρχεται τροφὴν διδὸν τῷ σώματι. τὸ δὲ λόγων νᾶμα ἔξω ῥέον, καὶ ὑπηρετοῦν φρονήσει, κάλλιστον καὶ ἄριστον πάντων ναμάτων.

Exempla oris ſecundùm ſpeciem diuerſi; cancrorum, & equi, ſecundùm exceſſum: leonis & hominis: ſecundùm proportionem: oſtreæ, & mugilis: ſecundùm ſitum: ſiluri, & ſoleæ, & auratæ: verùm hæc poſteà latiùs.

Peſſimè Theodorus, εἰς ὃ δέχεται, *in quam deuoratur*. Nam neque Græca id ſonant: neque omnes animantes deuorant. Quædam enim ſuctu tantùm viuunt: quædam etiam rore: vt muſcæ, vt cicadæ. Vorare autem eſt, cum ſonitu edere, atque impetu: vt leones faciunt, βορᾶν.

Εἰς ὃ δέχεται, κοιλία. Duplêx hæc quibuſdam; vt ruminantibus. Ad hæc vocis huius vſus ad duo: ad ventriculum, & ad aluum. Iccirco Plato, & Galenus diſtinguunt per aduerbia: ἡ ἄνω, ἡ κάτω κοιλία; vt mox.

XXVI. ARISTOTELES.

Τοῦ δὲ περιττώματος ὄντος διττοῦ, ὅσα μὲν ἔχει δεκτικὰ μόρια τοῦ ὑγροῦ περιττώματος, ἔχει καὶ τῆς ξηρᾶς τροφῆς· ὅσα δὲ ταύτης, ἐκεῖνα οὐ πάντα. διὸ ὅσα κύστιν ἔχει, καὶ κοιλίαν ἔχει· ὅσα δὲ κοιλίαν ἔχει, οὐ πάντα κύστιν ἔχει. ὀνομάζεται γὰρ τὸ μὲν τῆς ὑγρᾶς περιττώσεως δεκτικὸν μόριον, κύστις· κοιλία δὲ, τὸ τῆς ξηρᾶς.

EA verò excrementa cùm duum generum ſint: quacũque animalia eas habent partes, quæ liquida excipiunt excrementa, eas quoque habent, quæ ſicca excipiunt. Quæ autem haſce habent, non omnia illas item habent. Ergo quæcunque veſicam habent, etiam ventrem habent. Quæ autem ventrem habent, non omnia veſicam habent. Nam ea pars, quæ humidum excipit excrementum, veſica nominatur. Quæ ſiccum excipit, venter.

CÆSAR.

QVONIAM animans cibo alitur, ſed non omnibus eius partibus; neceſſaria fuit & diſcretiua facultas, & excretiua. Item inſtrumenta ad excretionem. Ergo & locus, in quem conuenirent excrementa: vt continuo motu occupati careremus commoditate ciuilium officiorum. Quare quot erunt excrementa, tot erunt partes. Duplex autem eſt, ſiccum, & humidum. Pro ſicco animalia omnia partes habent: pro humido non omnia. Appellatur ſicci locus, venter, humidi veſica. Sic diſtinxit excrementa: membra illis deſtinata: animalia quæ quibus careant: nomina membrorum, tanta ſuauitate vt cælum mihi ab eo expictum, non ſordes narratæ videantur. Simul narrat, ſimul diuidit, ſimul ſtatuit appellationes. Excrementorùm nomina non potuit. Siccum Græci multis nominibus appellant: non

tamme ad arma vterentur. Honor ſit auribus, verum vocabulum, *Merda*, eſſet. Sanè [illegible]
[illegible]. Humidum dicitur, *vrina*, Græca voce, [illegible], nam nugatur Aegidius.
Animaduertes diligentiſſimè Atticis peculiarem puritatem: neque enim effugiunt eiuſdem
verbi repetitionem. Sic & hic & alibi [illegible], & aliis, vt Plato in *Phædone*, quoties poſuit eodem
pene verſu orationis [illegible], & initio librorum de *Repub.* [illegible]. Quam ſimplicitatem hoc
loco non ſum aſpernatus: nuſquam enim mutaui verbum.
Receptoria membra cum nominauit, ſubiicit excretoria. Quod tamen fuit neceſſarium. Sic-
corum dictu verecundiſſimè, ſedes: etiam, Anus, nequaquam improbior fuit vox, quam an-
nulus, [illegible] quoque Græci nominant. Habet alias appellationes, quas in *Orrgiasibus* diximus.
liquidum excrementum, reddimus, veretro. Sic enim appellat Varro, vt alias voces Grammati-
cis imperitentia relinquamus.
Siccum excrementum, vel durum, vel ſolidum dicas, haud magni refert, queſiadmodum li-
quidum, vel humidum.
Theodorus narrationem ſimplicem deduxit anxiè ad amuſsim. Explicatis nanque excremen-
tis, nomina non appoſuit Philoſophus: Theodorus de ſuo ſic: *Hoc eſt ſiccum, & humidum.*

XXVII. ARISTOTELES.

T[illegible]

A Liorum autem animalium pleraque tum has partes obtinent, tum eam qua ſemen emittunt genitale.

CÆSAR.

DE excrementis dicturos, inutilia præpoſuit duo: nunc vnum vtile apponit:
ſemen ſcilicet genitale, & aſſignat partem, quam non nominat, in ſequenti-
bus etiam conceptacula deſcribet.
Sperma omnibus rebus naſcentibus attribuitur pro principio ab Ariſto-
tele: [illegible] autem ſolis animalibus. *Genitura*, hæc à Latinis dicitur, nos libros
ſeptem inſcripſimus de *Semine genitali*, vtraque coniuncta voce.
Excrementa alia permulta ſunt: ſudor, ſordes aurium, lacrymæ, mucus,
ſputum. Quorum partim declarabit poſteà, partim addere poſſumus nos. Semen genitale, eſt
excrementum indiuidui ad ſpeciem conſeruandam. Lac, eſt excrementum ad eundem finem:
ex ſemine fit infans, lacte alitur. Si quis ſubtilius contemplatur, in homine pilorum partem ma-
ximam inueniet eſſe excrementa. Nullum enim finem habent æſtiuum, quid enim agunt pili
ſub axillis; ſed paſſiuum, ſicut cætera ſuperflua: excernuntur enim, vt corpus expurgetur.

XXVIII. ARISTOTELES.

K[illegible]

*A Tque ex his ea, quæ apta ſunt ad animal generandum, aliud quidem intra ſeipſum ta-
cit ſemen, aliud autem in alterum. Quod intra ſe
tacit, Fæmina vocatur: quod in hanc tacit, Mas. In
[illegible] verò Mas, & Fæmina non eſt.*

C Æ S A R.

ASSIGNAT membrorum illorum rationes: qualéque ſit illud totum, cuius hæ partes ſunt. Primùm ſimul complectitur hanc ſententiam: non omnibus animalibus ineſſe generandi vim, ἐν οἷς μὲν ὑπάρχει γένεσις ζώων. Ergo aliquibus non eſt γένεσις, ζώων, inquam. Non enim Anguillis. Dixit autem γένεσις ζώων: quia in quacumque re vegetata, eſt augmentum. Non poteſt autem fieri eiuſmodi incrementum ſinè ſubſtantiæ appoſitione noua. Hoc autem nequeat euenire abſque generatione. Non rectè tamen aſtringemus hanc contemplationem partium ad ea tantùm animalia, quæ generant. Aliquibus enim inſunt partes hæ, quæ tamen non generant: vt mulus, mula, ex verbis tamen Ariſtotelis coniectari quis poſſit, ſexum in generantibus tantùm eſſe. Diſtinguit autem ſexum ab actione ſeminis iaciendi, in ſe, & in alterum. Poſteà mira dexteritate vno definito, alterum per id definit. Fœmina, inquit, intrà ſe iacit: Mas in fœminam. γένεσιν autem ζώων, intelligimus non ſolùm de ζωοτόκοις, verumetiam de ὠοτόκοις, à quibus poſtmodùm ζῶα.

Nos exactiùs *intrà ſe*, diximus, quàm *in ſe*, ſanè præpoſitione longè efficaciore: nam & mas in ſe iacit, ſed ita, vt extra iaciat. Inter vaſa enim vnde mouetur ſemen, & locum extimum, interuallum illud totum eſt animalis.

Non eſt contemnendum, quod de hac definitione dici poteſt. Si fœmina iacit intrà ſe ſemen: ergo fœmina habet ſemen, quod ſi facit ad generationem, facit contra ipſum Ariſtotelem. Si non facit: ergo eſt æquiuoca definitio, non enim ſemen in vtraque definitione idem, & tamen tanquam per idem definit.

Potiore voce vtimur, quàm Græci. Illi γένος, malè: quippe ambigua ratione cum eo quod de ſpeciebus prædicatur. At in genere hoc, γένος illud comprehenditur. Nos autem, *ſexum*, quaſi modum in ſpecie, quo ſecatur ipſa in ſe, κατὰ συμβεβηκός, eſt enim à ſecundo, ἑκάς.

Male ſeparauit hoc caput à ſuperiore Theodorus: in quo aſſignat animalia, quæ membra habeant conſtituta propter generationem: de quibus ſanè pergit dicere.

Peſſimè verò idem, cùm dixit. *Mas, quod in alterum.* At nos admirati ſumus Ariſtotelis connexionem: qui ſic. τὸ δ᾽ εἰς τοῦτο: non autem εἰς ἕτερον, & fœmina extra ſe iacit ſemper, cùm non concipit: & in alterum poſſe iacere ſcit, qui rerum naturam in libris noſtris de *Semine genitali* perſcrutatus eſt.

XXIX. ARISTOTELES.

Ἡ δὲ τῶν μορίων τῶν πρὸς τὴν δημιουργίαν ταύτην, διαφέρει τὸ εἶδος. τὰ μὲν γὰρ, ἔχει ὑστέρας: τὰ δὲ, τὸ ἀνάλογον.

QVa in natura ipſa quoque ſpecies harum partium, quæ ad huiuſmodi opus faciendum comparatæ ſunt, differt. Nam quædam matricem habent; quædam rem eius vicariam.

C Æ S A R.

POSTQVAM ſexus nobis notus eſt: cuius partes ſunt mas, & fœmina: ſicuti numeri par, & impar: itémque ſexus officium definitum eſt per ſeminis iactum: ac præterea finis per generationem animalis: nunc declarat membra, vt inſtrumenta. Fœminæ, quam matricem vocat: qualis eſt in animalibus perfectis: aut eius vices quod gerat alia figura: eiuſmodi eſt in piſcibus.

Notabis locutionem breuiſsimam, dixerat ἄῤῥεν, καὶ θῆλυ: continuat orationem, ἡ inquit, δὲ τῶν μορίων διαφέρει τὸ εἶδος. Quia differentiæ erant, à ſpecie, ab exceſſu, à ſitu, à proportione, primariam poſuit, differt enim ſpecie inſtrumentum fœminæ ab inſtrumento maris. Iccirco dixit εἶδος τῶν μορίων. At quodnam εἶδος erit? eritne quemadmodum cùm ponebat exemplum ſupra differentiæ inter pedem hominis, & pedem Leonis? nam non eſſe ſic, videtur ex eo, quòd mas

[illegible] ſunt eiuſdem ſpeciei. Non eſt igitur eadem ratio, & æquiuocè accipiendum εἶδος hic [illegible]modus enim in ſpecie eſt diuerſus ſecundùm materiam: affectus potius, ſiue [illegible], & ἄρρεν in numero quemadmodum dicebamus: molliore etiam ratione. Nempe & impar nunquam coniunguntur in eodem numero. Mas, & fœmina, in eodem indi- [illegible] eſſe aliquando ſolent. εἶδος igitur hic erit figura, & facies, vt à Porphyrio quoque decoratur, [illegible]. Dixit igitur, ᾗ, id eſt qua in natura. Quo propoſito qua ratione, quo præſcripto. Quatenus: ideſt quibus limitibus naturæ. Theodorus neglexit. Appellant [illegible] facere, opus publicum. Nihil enim plus pertinere videtur ad publicam miniſterium, quam generatio. Sic in Timæo Plato Deum vocat δημιουργόν. Quia omiſerit negligentius maſcula inſtrumenta, vix excuſari queat. In decimo *Hiſtoriarum* matrix mulieris ſinibus comparatur: neque à Galeno prætermiſſum eſt, ὑστέραν nominat, [illegible] ſignatur, nam ὑστέρα communis vox etiam ad ſecundas.

CAPVT QVARTVM.

De partibus, quæ neceſſaria ſint omnibus animalibus.

XXX. ARISTOTELES.

[illegible]

HÆ igitur partes compluribus animantibus ſunt communes: at illas quæ ſunt neceſſaria, etiam omnibus ineſſe contigit. Solus autem ſenſuum tactus omnibus animantibus communis eſt. Quapropter membrum in quo ipſe exiſtit, caret nomine. Quod membrum eſt quibuſdam idem, in quibuſdam eius vicem aliud quid ſupplet.

CÆSAR.

CVM declarauit, neque matricem pro ſexu, neque excretorium membrum propter defectum omnibus ineſſe: ſubdit, eas partes non eſſe neceſſarias. Neque enim neceſſarium abeſſe ab eo poteſt, propter quod eſt. Nunc igitur partes exequitur neceſſarias. Aliquorum quidem generum: quemadmodum decebat, alias molles, alias duras. Docet autem non ſimplici narratione, ſed demonſtratione: ex libris Vniuerſalibus ſumpta eſt propoſitio illa. Senſus tactus omnibus animantibus eſt communis. Ergo, inquit, communis item erit pars illa, in qua fit ſenſus is. Cuius partis naturam duplicem oſtendit quippe aut primariam, & germanam, aut vicariam. Declarabit autem mox, carnem ſcilicet, aut quod carnis habeat proportionem. Vbi attentius ſi inſpicias, acutius diſputare poſſis: ſi enim pars non eadem in omnibus: ne ſenſus quidem, qui in ea, & per eam fit, idem erit in iiſdem; par enim demonſtrationis vis eſt ad communitatem, & identitatem.

Præterea animaduertes argumentum. Quoniam, inquit, eiuſmodi pars non eſt in omnibus [illegible] tantum: iccircò nomine carere. Ergo ſenſus quoque ipſe nomine carebit. [illegible] idem in homine & gallina: quemadmodum in libris *de Ani-* [illegible] quo nos videmus, vident modo. Sic matrix no- [illegible] Ratio, propter quam nomen non eſt [illegible] eſſe tactus in- [illegible]

fudit,ſic. *Partes hæ ſunt neceſſariæ, quæ omnibus, vel pluribus datæ ſunt Animalibus*, quàm bonus Philoſophus extiterit, ex his palam eſt, cùm dixit eſſe neceſſarias: & tamen non omnibus ineſſe.

XXXI. ARISTOTELES.

Ἔχει δὲ καὶ ὑγρότητα πᾶν ζῷον, ἧς στερισκόμενον, ἢ φύσει ἢ βίᾳ, φθείρεται. ἔτι ἐν ᾧ γίνεται, τοῦτο ἄλλο. ἔστι δὲ τοῦτο, τοῖς μὲν αἷμα καὶ φλέψ, τοῖς δὲ τὸ ἀνάλογον τούτων· ἔστι δ' ἀτελῆ ταῦτα· οἷον, τὸ μὲν ἲς, τὸ δ' ἰχώρ

Ineſt autem vnicuique animali etiam humor: quo vel natura, vel vi ſi priuetur, interit: ineſt etiam aliud, in quo ille exiſtit humor. Aliqua enim animalia habent & ſanguinem, & venam. Aliqua aliud quid eorum loco: verùm imperfecta ea ſunt: fibram ſcilicet, & ſaniem.

CÆSAR.

ADHVC alias partes eiuſdem modi numerat: quippe quatenus ſunt neceſſariæ: diuerſi autem modi: quatenus ſunt liquidæ. Vniuerſali nomine humorem appellauit, ὑγρότητα. Eſt enim caloris innati pabulum, quo deficiente deficit animal. Diuiſit autem mox vocem ac rem illam communem in duo. In ſanguinẽ, & ſanguini analogum. Simul, quia liquidi natura alienis terminis continetur, vaſa aſſignat nihilominus neceſſaria. Venam ſanguini attributam: & venæ analogum fibram, ſanguini analogum ſaniem. Hæc ſic ab Ariſtotele. An verò ita ſit, liquidũ quòd alienis finibus præſcribatur? prudenter intelligendum. Nullum corpus infinitum eſt: ergo etiam liquida ſuos habent limites natura propria: multa autem hîc ſunt perpendenda.

Non temerè dixit ſanguinem eſſe partem neceſſariam. Nam vulgus veterum Philoſophorum putabat ſanguinem eſſe animam. Quos poëtæ ſequuti auſi ſunt nugari: *Purpuream vomit ille animam.* Alij ſanguinem rati ſunt eſſe hominem, vt ait Hippocrates in libro de *Hominis natura.* Itaque Plinius mirabilis eſt, cùm miratur in XI. quî fieri poſſit, vt tactus non ſentiat: quo tamen ablato vita item auferatur. At enimverò tactus vitalitatis affectio eſt, non animalitatis. Sanguine non viuimus, ſed anima: cuius ſedes ſanguis eſt, aut analogum. Accepit autem ab Ariſtotele, ſanguinẽ non ſentire. Eſt autem ita ſedes, vt non ſit ſubiectum alio modo, quàm os. An verò ſpiritus, quæ partes ſunt ſanguinis ſubtiliores, animati ſint: non eſt hîc diſputandi locus.

Illud quoque contemplandum eſt: an natura poſſit amitti ſanguis vniuerſus nulla vi allata. Nam neque extrema ſenecta cùm diſſoluimur, ſanguis amittitur: neque qui tabe intereunt, exangues

exangues fuere. Neque ſi medicamento educatur: quod Galenus ſcripſit, repetit Conciliator, Auicennam nominatum prodit, natura id faciat potiùs, quàm vis: nihilo ſecius, atque venæ ſectio. Adeò verò à natura id agi poſſe falſum videtur: vt contra ſcriptum ſit ab Hippocrate, in omni purgatione ſanguinem poſtremum exire. Quare præter vitæ munus, attributæ etiam ſunt aliæ dotes. Craſſiorem ſanguinem viribus augendis apparari, ait Galenus. Argumentum ſumes à parte dextra noſtri corporis, valentior enim ea de cauſſa eſt. A iecore nanque craſſior, quàm à corde. Itaque etiam apoplexiæ in ſiniſtram frequentiùs ſoluuntur. Præterea ad prudentiam ſeminis præſtari à ſanguine ſcriptum eſt ab Hippocrate in primo de *Morbis*, ex antiquorum ſententia. A quo etiam pendere ingenij vim prodidit idem in libro de *Flatibus*. Quare molles carne aptiores ad diſciplinam, iactatum eſt vulgò, teſtante etiam Ariſtotele. Sanè ſpiritus ſubtiliores, agiliores, lucidiores &, vt ita dicam, ἀερωδεστέρους.

Neque negligenda recentiorum, quos iſtæ pecudes inſectantur, diligentia. Veteres enim vix videntur agnouiſſe ſecundas humiditates. Galenus paucula pauxillo verborum momento attigit. Ariſtoteles in primo, & ſecundo de *Generatione animalium*, in ſecundo, & tertio de *Cauſſis partium*, an eſſe vltimum alimentum. Non ſine cauſſa igitur ſubtracto alimento intereat animal: etiam ſi ſanguis ipſe anima non ſit. Quæ ad præſens opus ſunt, ſatis hæc ſunto: vbi de ſanguinis natura agit philoſophus, in tertio ſcilicet.

Appellant ἀρχὴν τὸ ἧπαρ. Sic e contrario docet Galenus ex Hippocrate.

Vitabis philoſophi breuitatem, ἔστι δὲ τοῖς μὲν αἷμα, τοῖς δὲ φλέψ, τοῖς δὲ ἀνάλογον. Dicendum fuit explicatiùs, ἔστι δὲ τοῖς ἔχουσι τὸ αἷμα καὶ μόριον τὸ δεκτικὸν αὐτοῦ: ὅπερ ἐστὶ φλέψ: ἄλλοις δὲ τὸ ἀνάλογον: vel, τοῖς μὲν ἐστὶν αἷμα, καὶ φλέψ.

Vbi eſt, ἶνες: ſcribes ἴς, id eſt fibra. Lata vox, nec æqualis ſignificationis. Nanque *fibra* apud Ciceronem eſt iecoris fiſſio ex libris *Aruſpicum*, eſt & radicula minuta craſſioribus adhærens. Analogia non inepta. Craſſitudo nanque illa in tenuiora quaſi fiſſa eſt. Eadem ratione nerui ſubtiliores ἶνες, vel à recentioribus: pari proportione filamenta, quæ in ſanguine quorundam animalium inueniuntur. Qua ſimilitudine Plinius *minutas venulas* in XI. ita quoque appellauit. Quare ἶνες non ſolùm erunt vicariæ τῶν φλεβῶν αἰμάτων: ſed etiam minores venæ φλέβες ἐν τοῖς ἐναίμοις: niſi temerarium ſit, *venaſtra*, ſcitè dicatur. Non minùs intelligas, ἰχῶρα eſſe item æquiuocum. Nam ſi eſt ἀνάλογον τοῦ αἵματος: quomodo dictum eſt ab eodem in tertio huius, τὸ αἷμα γίνεται ἐκ τοῦ ἰχῶρος πεττομένου.

Ἐν ᾧ γίνεται. Theodorus. *In quo & fiat, & contineatur*, infelix audacia. Non enim ſolis in venis continetur ſanguis, ſed etiam in ſinu cordis. Illud igitur nequaquam debuit addere de ſuo.

Idem malè interpretatus eſt hîc, ἄλλο, *diuerſum*. Diuerſum enim eſt, quod ab vno profectum aliò tendit, quàm ſuum compar: exempli gratia: pituita humor, bilis humor: vterque idem genus, diuerſa natura. Sic loquendum philoſopho: at hîc, vena, quanquam non eſt idem cum ſanguine: tamen non eſt diuerſum, ſed aliud.

XXXII. ARISTOTELES.

Ἡ δὲ ἁφὴ ἐν ὁμοιομερεῖ ἐγγίνεται μορίῳ, οἷον ἐν σαρκὶ, ἢ τοιούτῳ τινί· καὶ ὅλως ἐν τοῖς ἐναίμοις, ὅσα ἔχει αἷμα· τοῖς δὲ τὸ ἀνάλογον. πᾶσι δὲ [ἐν] τοῖς ὁμοιομερέσιν [illegible] πάντων [illegible] δῆλον.

Tactus igitur parti conſimili inſitus eſt: cuiuſmodi caro eſt, aut horũ quippiam. Omnino enim in ſanguineis partibus eo in genere animalium, quæ ſanguinea ſunt: in alio genere, iis partibus, quæ ſanguinis vicem tenent. Omnibus autem ſenſum hunc repræſentari per conſimiles partes manifeſtum eſt.

CÆSAR.

PROPTEREA quòd vnum quiddam membrum omnibus animantibus com-

pleuit numero plurali : non poterat in ſingulari : hoc Reginæ vtuntur : illum nanque vnum deſignaſſet. Excludit oſſa, & eiuſmodi : cùm arctauit ad ſanguineas tantùm partes. In fine occultè concludit, quod vult. Partes conſimiles communes eſſe omnibus : inſtrumentarias non omnibus. Quoniam ſenſus tactus, qui eſt communis, conſiſtit in paſſione : inſtrumentarias ad agendum apparatas eſſe à natura. Actiones autem non eaſdem omnibus : ergo ne agendi quidem partes eaſdem.

Πᾶσι δὲ τοῖς ὁμοιομερέσι, ne coniungas hæc ſimul. Sed πᾶσι ζώοις ἐγγίνεται ἐν τοῖς ὁμοιομερέσι. Theodorus *conſiſtit*, verè : ſed non expreſſit τὸ ἐνυπάρχει : nos, *inſitus eſt*, fit à natura.

Theodorus omiſit totum illud, ὅσα ἔχει αἷμα. Quoniam pars ſanguinea nonniſi in animalibus ſanguineis reperiatur, videntur illa ſuperfluò poſita. At ſi hæc hinc adimit, multa eiuſmodi aliunde quoque auferenda ſunt. Frequens enim eſt in hac loquutione Philoſophus, ἐν οἷς ἐστι, ἐν τοῖς ἔχουσι, cùm tamen palàm ſit, ea ineſſe, quæ narrat.

XXXIII. ARISTOTELES.

Αἱ δὲ ποιητικαὶ δυνάμεις, ἐν τοῖς ἀνομοιομερέσιν. οἷον τῆς τροφῆς ἐργασία, ἐν στόματι· καὶ ἡ τῆς κινήσεως τῆς κατὰ τόπον, ἐν ποσὶν, ἢ πτέρυξιν, ἢ τοῖς ἀνάλογον.

Poteſtates autem, quæ ad actiones pertinent: eæ in condiſſimilibus partibus conſtitutæ ſunt. Sic ore conficitur cibus: mouemur ſecundùm locum pedibus, aut alis, aut aliis membris his ſimilibus.

CAESAR.

NVNC oſtendit actiua membra eſſe condiſſimilia, exemplis : oris ad cibum : pedum, aut alarum ad motum : aut analogorum : putà annulorum in ſerpentibus, pinnularum in piſcibus. Dixit, *motum* : & addidit, *ſecundùm locum*. Quoniam & mouemur ſecundùm ſitum contractione, ac remiſſione. Item aliis motuum generibus, alterationis, augmenti, generationis. Quocirca Theodorus mirificè deficit, dum vult pluſquàm facere. Verbum enim *incedendi* appendit verbo κίνησιν κατὰ τόπον. Omitto, quod otioſi tantùm, aut potentis eſt incedere, incedunt enim ſoli ij, qui in loca cedentium leniter ambulant : ſummota à lictoribus turba, Reges : at quis dicat alis aquilam, mugilem pinnis incedere? Addidit quoque aduerbium, *ſicut* : quo in loco nulla fit ſimilitudo à philoſopho. Item illud, *è contrario*, æquè temerè.

Illud dubitari poſſit. Neruus è conſimilibus eſt : neruus mouet : non igitur actiones in condiſſimilibus tantùm. neque fugiendum eſt ad id, pedes explent actionem illam non neruus. Aio ego, motus in neruo primò & per ſe : in pede ſecundariò, & per neruum. Actio igitur pedis per neruum. Ergo actio nerui eſt : mouet enim neruus pedem. Sic pes ſentit per carnem ; ſenſus in carne eſt.

XXXIV. ARISTOTELES.

Πρὸς δὲ τούτοις, τὰ μὲν, ἔναιμα τυγχάνει ὄντα, οἷον ἄνθρωποι, καὶ ἵπποι, καὶ πάνθ' ὅσα ἢ ἄποδά ἐστι τέλεια ὄντα, ἢ δίποδα, ἢ τετράποδα· τὰ δὲ, ἄναιμα, οἷον μέλιττα καὶ σφὴξ, καὶ τῶν θαλαττίων, σηπία καὶ κάραβος, καὶ πάνθ' ὅσα πλείους ἔχει τεττάρων πόδας.

Ad hæc quædam animantes conſtant ſanguine: velut homines, & equi, & omnes, quæ aut pedibus carent, cùm tamen alioqui perfecta ſint, aut bipedes, aut quadrupedes: alia autem exangues ſunt: vt apes, & veſpa, & ex marinis, ſepia, & locuſta. Denique omnia, quæ plures quaternis pedes habent.

C Æ S A R.

INEPTE connectit hæc ſuperioribus, his verbis, πρὸς δὲ τούτοις: ſed cùm ſanguinem, aut analogum communem omnibus diſtribuiſſet: ſic loqueretur, τὰ δὲ ἔναιμα τελειότατα ὄντα. Incluſit intra ſanguineorum claſſem τὰ ἄποδα, addito illo, πάντα. Intelligit perfecta animalia quæ cor, iecur, cerebrum habent. Mancus ſanè, qui non priùs docuerit. Talis delphin, & alia pauca. Plinius hinc mutuatus, quę diceret de ſanguinis natura, ſic ſcripſit in vndecimo, *quibus plus quaterni pedes, malos.* Excludit illa quidem: at non ἄποδα ἄναιμα. Succinctè contexas ad hunc modum. Denique omnia modo perfecta ſint, ſiue binos, ſiue quaternos, ſiue nullos habeant pedes, alia omnia exanguia: nam quæ plures quaternis habent, ea omnia imperfecta. Vbi mirum ſanè animalia quædam ſolo ali ſanguine, vt culicem, & pulicem: & ex ſanguine non conſtitui in principiis ſuæ conformationis. Non erit igitur verum, iis animantes ali, ex quibus conſtant.

CAPVT QVINTVM.

De Animalium varia generatione.

XXXV. ARISTOTELES.

KAὶ τὰ μὲν ζῳοτοκεῖ τῶν ζῴων, τὰ δὲ ᾠοτοκεῖ, τὰ δὲ σκωληκοτοκεῖ. ζῳοτοκεῖ μὲν οἷον ἄνθρωπος καὶ ἵππος καὶ φώκη καὶ τἆλλα ὅσα ἔχει τρίχας, καὶ τῶν ἐνύδρων τὰ κητώδη, οἷον δελφὶς καὶ τὰ καλούμενα σελάχη. τούτων δὲ τὰ μὲν αὐλὸν ἔχει, βράγχια δ' οὐκ ἔχει, οἷον δελφὶς καὶ φάλαινα. ἔχει δ' ὁ μὲν δελφὶς τὸν αὐλὸν διὰ τοῦ νώτου, ἡ δὲ φάλαινα ἐν τῷ μετώπῳ. τὰ δὲ ἀκάλυπτα βράγχια, οἷον τὰ σελάχη, γαλεοί τε καὶ βάτοι.

SVnt præterea animantes quædam, quæ animal pariunt: quædam ouum: quædam vermem. Pariunt animal, homo, equus, vitulus marinus, atque alia, quæ pilos habent. Tum ex aquatilis cetacea: vt delphin, & quæ cartilaginea dicuntur. Horum autem aliqua fiſtulam habent, branchias non habent: vt delphin, balæna. Habet delphin in dorſo fiſtulam, balæna in fronte. Aliis branchiæ detecta ſunt, ſcilicet cartilagineis: vt muſtelo, & raia.

C Æ S A R.

SVPRA diſtinxit per partes, nunc per actiones. Ac primùm quidem per actionem generandi: ſed ita, vt partes quoque intermiſceat confundens more ſuo. Dicit, quædam animal parere: quædam ouum: quædam vermem. Videbimus qua ratione diſtinxit animal à verme, vermis enim animal eſt. Quare infra cùm definit vermem: ait aliud ex eo animal fieri. Intelligit animal gigni ſimile, & perfectum in ſuo genere: quódque ad vlteriorem generationem non promoueatur. Iccircò Theodorus de ſuo addidit, tanquam paraphraſtes, non tanquam interpres, *perfectum*. Circumſcribit animalis generationem tripliciter, abundicio pilorum; per genus cetaceorum; per cartilaginea. Secluſit igitur in genere πεζῶν, quæ

Quis dubitet rectiùs fieri potuiſſe: ſi genera præpoſita eſſent? Nunc declarat generationem per cetacea: quæ mihi ignota ſunt: longè verò magis etiam ipſa cartilaginea, maximè verò eadem ſub nomine *σελαχῶν*. Definit prætereà ouum quid ſit: at quid branchia, quid fiſtula, nihil. Sunt branchiæ rubræ carunculæ fibroſæ, lunatæ, ſeſe in aliquibus ſuperequitantes, ambitu ſerrato ad fauces. Hæ ſunt branchiæ internæ: exteriores corio duro atque os repræſentante conſtant. Vtroque genere aquam accipiunt, reddúntque. Habent hæ exteriores officium, quòd alæ quorundam inſectorum extrinſecus tegentes intus poſitas tenuiores. Hæc aliqui piſcium tegmenta habent, vt mugil, quidam non, vt cartilaginea nonnulla. Fiſtula verò eſt tubus ad aërem recipiendum.

Nihil ſanè attinebat ad præſentem contemplationem apponere haſce partes: quippe ad generationem nihil faciunt. Neque propterea generant animal, quia fiſtulam habeant, aut branchias detectas. Neque fiſtula ſignum erit illius generationis. Nam fiſtulas ſeptenas habent lampetræ: at eæ ouum pariunt.

Videndum an rectè dictum ſit à Theodoro, *ζῳοτόκα, quæ animal gignunt*. Omnia enim animalia, quæ fœcunda ſunt, gignunt animal: genitrices enim dicuntur catulorum ſuorum, at non omnia pariunt animal. Aliud eſt *τίκτειν*, aliud *γεννᾶν*. Tamen infrà, *τὰ δὲ ζῳοτοκεῖ ἐν αὑτοῖς*: laxè ſanè.

Theodorus maluit dicere, *alteris*: quàm explicare, vt fecit philoſophus, *οἷον τὰ σελάχη*, veritus pueriliter repetitionem vocis, qui tamen multis locis paraphraſten agit. non ſunt in noſtro codice illa verba: *reliquiſque generis eiuſdem*.

Nota, *ἐπὶ τῷ νώτῳ*, *à dorſo* interpretatus eſt Theodorus ex Plinio: qui & *ἐν τῷ μετώπῳ*, *à fronte*. Aut delphinum ignoramus nos, aut Ariſtoteles. Nam quos in Adriatico vidimus, quos in Oceano Britannico, fiſtulam versùs occiput habent. Idem philoſophus, eúmque ſequutus Plinius, os delphino agnoſcunt medio penè in ventre. At contrà cùm roſtrum acutum ſit, os hiatu maximo ab ſummo aperitur. Puto etiam, non enim nunc memini, è contrario imam mandibulam aliquanto porrectiorem.

XXXVI. ARISTOTELES.

Καλεῖται δ' ᾠὸν μὲν, τῶν κυημάτων τῶν τελείων, ἐξ οὗ γίγεται τὸ γιγνόμενον ζῷον, ἐκ μορίου τὴν ἀρχήν· τὸ δ' ἄλλο, τροφὴ τῷ γιγνομένῳ ἐστί.

Vocatur autem ouum fœtuum perfectorum, ex cuius parte fit principio animal, quod generatur: ex altera alimentum ipſi generato.

CÆSAR.

Definit ouum mirificis verbis, quorum ſingula maximis ad eius naturam momentis conſtant. Dixit, vocatur: quo duplicem haberemus notionem, τοῦ τι ὀνόματος, καὶ τοῦ τί ἦν εἶναι. Dixit, animalium perfectorum: quoniam imperfectorum vnicoloria ſunt: neque habent partem pro principio generationis, partem pro alimento. Id quod in ſexto exactiùs diſputabimus. Dixit, *κυημάτων*, non *ζῴων*: propterea quòd ſi ad matrem compares ouum, nihil aliud, quàm opus quoddam videatur: ſi ad fœtum, qui ex eo fit, eius finem notas. Itaque & à materia, & à fine, & à forma perfectam dedit definitionem: propterea quòd animalis formam gerit in potentia. Dixit *γίνεται*, quia ouum fœtus materia eſt: adeò vt nos in Commentariis *Plantarum* profeſſi ſimus, ouum non corrumpi, ſed perfici. Definit enim eſſe, quod nunc eſt: atque ita corrumpitur: ſed perficitur, & fit id, propter quod hoc eſt, quod futurum eſt: atque ita non corrumpitur.

Declarauit autem vtrunque & generationem, & generationis finem. Sic primùm tangit motum ipſum, quod appellant philoſophi, *in fieri*: cùm dixit, *γίνεται τὸ γινόμενον*: ſic enim lego: non, *γενόμενον*. Deinde, *τῷ γενομένῳ*: id eſt fœtui iam facto: non enim alitur, niſi aliquid formæ introductum ſit: licèt enim ſit indiuiſibilis: tamen ſecundùm materiæ inchoationem, ſic loquimur impræſentia: alibi ſubtiliùs. Vbi duo errores Theodori. *Principio*, inquit, *animal conſiſtit*. non conſiſtit, quod non eſt: quod fit non eſt: fœtus fit ex ouo: non igitur conſiſtit. Alter: *τῷ γενομένῳ*: *quod fit*, immò, *quod factum eſt*, id eſt inchoatum.

Dixit, τὴν ἀρχὴν, non ſolùm κατὰ τὴν ἀρχὴν, vt tempus notaret: ſed vt etiam tanquam principium fœtus agnoſceret.

Plinius neque definiuit ouum, neque hanc naturam explicauit: præſertim cùm è ſexto haberet, quæ diceret de origine, & alimento.

Theodorus illa malè eſt aſſequutus, τῶν κυημάτων τῶν τελείων: *ex fœtibus perfectis*, inquit. Neque enim vnum ex fœtibus eſt: ſed ex ouo fœtus: oua fętuum principia; fętus ouorum fines. Neque fętus perfectus ouum dici poteſt.

XXXVII. ARISTOTELES.

Σκώληξ δ' ἐστὶν, ἐξ ὃ ἄλλο γίνεται [ὅλω ὅλον] ζῶον, διαρθρωμένου καὶ αὐξανομένου τοῦ κυήματος.

Vermis autem eſt fœtus: ex quo, poſtquam fuerit dearticulatus, & auctus, aliud animal fit.

CÆSAR.

PVLCHRA hæc quoque definitio. Nam ad differentiam oui fœtum iam appellat, & ad differentiam perfectorum animalium: ex quo alterum animal fit. Fiunt tamen animalia quædam ex animalibus ſua in ſpecie perfectis: vt ex Culice Aſilus: & alia, de quibus in quinto. Addendæ igitur aliæ differentiæ, itaque dixit, dearticulatum: propemodum enim informis eſt.

Theodorus autem delitias facit. *Vermis*, inquit, *eſt, ex quo toto, animal totum per ſubiecti fœtus formationem, incrementúmque gignitur.* Principio Ariſtoteles non dixit, *totum.* Sed Theodori ſatagentia vana. Nam etiam ex ouo toto imperfectorum fit fœtus: neque enim egent alimento: ſicut neque, vbi perfecta ſunt animalia in ſua ſpecie, ſemper egent cibo: hyeme enim nihil eſcæ capiunt. Præterea non in omnibus fit totum animal: ſed alæ poſteà oriuntur, ex principiis formalibus, non ex materia. Videtur tamen Theodorus legiſſe ὅλον ζῶον quod in noſtro codice, ἄλλον, legimus, quia in ſecundo de *Generatione animalium* idem dicatur. At quid ſibi vult, cùm ait: *ſubiecti fœtus formationem?* nónne ipſe vermis fœtus eſt? Non quit fieri animal ex verme tanquam ex ſubiecto fœtu: ſubſtantiæ enim nulla ſubiicitur ſubſtantia: ſed tanquam ex termino: vt in *Phædone* declaratur, & in primo *Phyſicorum.* Præterea non expreſſit, τὸ διαρθρωμένον, *per formationem.* Nam ipſe vermis formatus eſt: & augetur antè, quàm mutetur. At philoſophus articuli vocabulo, immò articulationis mirificè & operam naturæ & opus cuiuſmodi eſſent, indicauit: quibus noua lineamenta deberentur: neque enim fruſtra eſt præpoſitio in ea compoſitione, διὰ. Poſtremò abutitur verbo, *gignitur*: non enim fit generatio, ſed perfectio generati; ſicuti fœtus humani in vtero poſt quadraginta dies. Quare vera eſt prædicatio: vermis eſt formica non dearticulata. Formicæ nanque forma in materia vermis eſt: quæ forma ſub duabus figuris poteſt eſſe propter ſuam imperfectionem: & ſibi fabricat ſecundam, fortaſſe etiam primam: quemadmodum in libris de *Semine genitali* acutiſſimè eſt diſputatum. Sicut etiam perfectiſſimę formę ſub figuris duabus eſſe poſſunt, vt anima humana ſub maſculo, & fœmina.

XXXVIII. ARISTOTELES.

C Æ S A R.

DIstinxit animantes, quarum aliquæ ouum parerent, aliquæ animal, aliquæ naturam mediam, vt vermem. Nunc enucleatius aperit. Nam illæ differentiæ erant fœtuum antè, quam ederentur. Nunc alias adiungit editorum: item aliam nondum editorum. Quoniam cartilaginea ſunt & ζωοτόκα, excludunt enim concepta oua antè, quam edant.

Peſſimè, vt monebamus ſupra, dicit: hominem ζωοτοκεῖν ἐν αὑτῷ: non enim τίκτει, ſed κύει. At σελάχη fortaſſe queas ita deſcribere: excludunt enim concepta intus: ſicut gallinæ foris.

Animaduertes & id: hîc clarè demonſtrari, quod ſupra de Theodori errore dicebamus: perfectum nanque fœtum ab ouo ſegregat, & vermes τῶν μὲν τελειωθέντος τοῦ κυήματος, ζῷον ἐξέρχεται).

Theodorus vbique horreſcens puritatem atque ſimplicitatem orationis, affectat ornamenta: verùm Ariſtotelis breuitas deterret ſapientes, acuit temerarios ad calamiſtros, quemadmodum de Cæſaris *Commentariis* Cicero dixit veriſſimè. Itaque τὸ ᾠοτοκεῖ Ariſtotelis auſus eſt vertere: *oua conficit*. Nullum animal facit oua: ſed virtus informatrix. Eiuſdem officinæ, cùm ait: *hominem animal intrà ſe formare*. Infelix etiam illud aduerbium, *illicò*: non enim ſtatim animal fit è ſemine, ſed quadrageſimo, cùm citiſſimè, pòſt die. Intereà verò plantæ tantùm vita viuit.

XXXIX. ARISTOTELES.

Τῶν δ' ᾠῶν τὰ μὲν, ὀστρακόδερμά ἐστι καὶ δίχροα, οἷον τὰ τῶν ὀρνίθων· τὰ δὲ, μαλακόδερμα, καὶ μονόχροα, οἷον τὰ τῶν σελαχῶν.

Ouorum autem quædam ſunt teſtaceo putamine, & duum colorum: qualia auium. Alia molli cute, & vnius coloris: veluti cartilagineis.

C Æ S A R.

QVæ definiuit, eorum nunc ponit differentias. Hîc ouorum: mox vermium. Rectiùs autem hæc definitioni ſtatim ſubtexuiſſet. Alias differentias exactiùs ponet in ſexto. Sanè Struthij Africani oua ὀστρακόδερμα: aliorum autem minùs longè dura, quàm hæc appellatio. Profectò minùs dura, quam Gammarorum cruſtæ, quæ μαλακόστρακα nominat.

Δίχροα, ambigua vox. Nam & medulla, vt ita dicam, ouorum quorundam duorum eſt colorum, & putamen nihilo ſeciùs: punctis enim variata multa, & maculis.

Minùs circumſpecta oratio Theodori. *Ouum*, ait, *putamine teſtaceo contineri*: oui enim pars putamen ipſum eſt: vt teſta oſtreæ: quis dicat hominem cute contineri? Et illa verba quæ in eius codice leguntur, quid agant, neſcio: ſunt verò hæc, *vermeſque pariunt*.

XL. ARISTOTELES.

Καὶ τῶν σκωλήκων οἱ μὲν, εὐθὺς κινητικοί· οἱ δ', ἀκίνητοι. ἀλλὰ περὶ μὲν τούτων ἐν τοῖς περὶ γενέσεως δι' ἀκριβείας ὕστερον ἐροῦμεν.

Vermes quoque alij ſtatim mobiles, alij immobiles; verùm de iis exactiùs poſteà dicemus, vbi tractabimus generationem.

CÆSAR.

NON temerè ponenda fuit à motu differentia. Videretur enim vermium natura illicò mobilis, quia dixerat eſſe vermem animal : ſi ſupra legas, ἄλλο aliud animal fit. Sanè formicarum fœtum vocat vermes : quæ vulgus oua. Non enim mouentur. Theodorus addidit de ſuo illa omnia, *nunc animalium reliquas differentias addimus*. Continuat enim ſic. ἔτι δὲ τῶν ζώων. Non enim illis verbis hæc cohærere queunt. Sed ἔστι μὲν οὖν.

CAPVT SEXTVM,

De partibus Animalium ad motum.

XLI. ARISTOTELES.

ΕΤΙ δὲ τῶν ζώων τὰ μὲν, ἔχει πόδας, τὰ δ', ἄποδα· καὶ τῶν ἐχόντων τὰ μὲν, δύο πόδας ἔχει, οἷον ἄνθρωπος καὶ ὄρνις μόνα· τὰ δὲ, τέτταρας, οἷον σαῦρα, καὶ κύων· τὰ δὲ, πλείους, οἷον σκολόπενδρα καὶ μέλιττα· πάντα δ' ἀρτίους ἔχει πόδας.

ANimalium præterea quædam pedes habent, quædam non habent. Et illa quidē aut binos, vt homo, & auis ſola. Alia quaternos, vt lacerta, & canis. Alia plures, vt ſcolopendra, & apes. Omnia autem pares.

CÆSAR.

CVM partes, quæ ad cibum pertinerent, recenſeret : partes quoque excrementorum neceſſe habuit dicere. Eſt enim excrementum cibi pars. Ea erant duum generum, inutilia, vt vrina: vtilia ad ſpeciem, vt ſemen. Itaque de vulua coactus fuit ſcribere. Quare detruſus eſt ad generationem antè, quàm partes abſolueret. Nunc ergo redit. Qua de cauſſa caput aliud faciendum fuit. Quid enim generationi cum pedibus? maximè verò debuit per initia recenſere partes has: immò verò primo quoque loco. Nam motus prima eſt affectio in natura. Triplicia autem cùm ſint motus genera in animali : humilia, id eſt quæ humi fiunt, aërea, aquatilia: per hæc tria deducendo contemplationem caput abſoluamus. A pedibus igitur initium facit, tanquam à notioribus: atque ſic ait, non eſſe partem neceſſariam: quoniam multa carent pedibus. Affectiones duas addit: vnam à numero; quia bini, aut quaterni, aut plures ſint: alteram ab affectu numeri: propterea quòd pares.

Dicit autem numerum appoſitis exemplis ζωοτόκων; & ᾠοτόκων vtrinque quia parit animal homo bipes: parit ouum auis bipes. Parit animal canis quadrupes: parit ouum lacerta quadrupes. Quo loco veſpertilionis hiſtoria expleri poteſt, quæ ſuperioribus, manca legitur. Idque ſine vitio. His in libris enim hoc frequenter fit: vt diſſipata rerum natura pernoſcatur. Non enim ſimplex hiſtoria eſt: ſed philoſophica, certis capitibus diſponens ea, quæ tractantur. Hîc igitur de pedibus, cùm ſcribat, veſpertilio qui peculiarem in hoc naturam habet, huc iterum arceſſi poteſt. Bipes quippe eſt, atque in terram delatus, rurſum tollitur in volatum, ſicut hirundo. Quin etiam graditur: ſed ita vt aliorum duorum pedum vtatur officio. Hi dum volat, nulli ſunt: vbi collegit alas, conformantur. Alarum enim oras ita habet ſinuatas, vt arcuum coronides inter ſe committantur, quem in locum interduas membranas cartilagineus torulus ab origine alarum

ad orám vſque extrema perductus quaſi procreat ex ſeſe vngulam aduncam. Cuius ope *paſſis* alis hæret parietibus vt muſcas nocturnas,& araneas venetur. Harum igitur conuentu atque cohæſione vngularum pes fit:alarum contractione, quaſi crus. Ita quadrupes reptat potius, quã incedit. Ea de cauſſa *murem pennatum*,& *murem volantem*,Gallia vocat, & Taurini. Mirum animal, bipes, quadrupes,ambulans non pedibus,volans non pennis,videns ſinè luce,cæcus in luce,extra lucem luce vtitur,in luce luce caret,auis cum dentibus, ſinè roſtro,cum mammis cum lacte,pullos etiam inter volandum gerit. Auicenna ait *Animal minùs quàm veſpertilio ſit, ab eius figura non abhorrens,inter apoda verè poſſe recenſeri. Vbi enim in terram ceciderit, reptare: neque vſu pedum quoque niti.* Nos ex genere Papilionum deprehendimus vnum & alterum in hortis noſtris, quod humi iacens magno alarum ſtrepitu excitauit nos ad quærendum quidnam eſſet id. Nullo enim conatu proficiebat ad ſeſe humo attollendum. Crura tamen habet vtrinque terna, coxis hiſpidis, ipſa nuda. Alas papilionis quatuor maximè mira arte, atque ſpectabili colore furuas, argentea ſcobe aſperſas, ſingulæ ſingulos oculos pauoninos,quaſi clauos habent in toga. Oræ imæ candidæ,tanquam limbus pallæ muliebris. Cornicula duo prætenta, veluti pinnulæ auiculæ cuiuſpiam, colore aureo. Corporis magnitudo quanta pullo veſpertilionis:figura adeò ſimilis,vt initio vnum eſſe arbitratus ſim. Color in tergo fuliginoſus, in ventre incanus. Tota facies villoſa,ac puluerosa,multis ſegmentis aluus compoſita: ipſa tumida ac maxima, ex qua lac iaculatur, eius figuram,quod eſſet tum rara,tum inſignis, expictam hîc dedimus.



Poſt quaternos pedes maiorem numerum non appoſuit, alibi fuſiùs declaraturus, ſunt enim quibuſdam ſeni, vt muſcæ,& apibus, diuerſis officijs: prioribus enim pro manibus muſca vtitur,quibus caput poliat, non minùs poſterioribus quoque,alas enim detergit. Apibus vſus poſteriorum ad colligendam ceram. Omnibus autem fingit cellulas. Sunt & octoni, & deni, & plures: vt ſuo loco videbimus. Diſpoſitio quoque pedum diuerſa, continuus ordo in aliis. Non in quodam genere Erucarum.

Plinius è Græcorum mendacijs excoluit nugarum apparatum: cùm Monopodas homines prodidit, qui etiam defendant pedis vmbra ſolis vim.

XLII. ARISTOTELES.

Τῶν δὲ ἐνύδρων ὅσα ἄποδα, τὰ μὲν, πτερύγια ἔχει, ὥσπερ ἰχθύες· καὶ τούτων οἱ μὲν, τέτρα πτερύγια, δύο μὲν ἄνω ἐν τοῖς πρανέσι, δύο δὲ κάτω ἐν τοῖς ὑπτίοις, οἷον χρύσοφρυς, καὶ λάβραξ· τὰ δὲ, δύο μόνον, ὅσα περιμήκη καὶ λεῖα· οἷον ἔγχελυς, καὶ γόγγρος. τὰ δὲ, ὅλως οὐκ ἔχει, οἷον μύραινα, ἀλλὰ χρῆται τῇ θαλάττῃ ὥσπερ καὶ οἱ ὄφεις τῇ γῇ, καὶ ἐν τῷ ὑγρῷ ὁμοίως νέουσι.

In natantium genere, quæ pedibus carent,alia pinnas habent: vt piſces,quorum quidam quaternas, binas in ſupernis,binas in inferioribus partibus: vt aurata, & lupus. Quidam duas tantùm:oblongi ſcilicet atque læues:vt anguilla, & conger. Alia verò omnino carent pinnis: vt muræna, ſed mari vtitur, quemadmodum ſerpentes terra, qui & in aqua ſimili modo natant.

CÆSAR.

PISCIVM motum motui comparat terreſtrium. Nanque analogas eſſe pedibus pinnas diximus. Quare etiam cum nomen, tum ſimilitudinem alarum gerunt. Nanque vt pulſu aëris feruntur alæ, & ferunt: ita promouent piſces ſecta, & pulſa aqua pinnulis. Declarat item numerum,vt in pedibus:item carentiam. Aliqui enim carent, vt muræna:alij binas habent:vt conger. Nonnulli quaternas: vt auratę. Raró autem addidit huic numero natura,vt in pedibus, proptereà quòd faciliùs in fluido motus fit. Fucino peculiarem prodidit piſ-

cem Plinius in nono natantem pinnis octonis. Ariſtoteles in quarto de *Cauſis partium* negat plures quaternis. Pares quoque, vt pedes, eſſe decet: quo remigium rectà fiat. Quare minùs benè videtur idem Plinius illa ſcripſiſſe, *nullæ ſuper quinas*, niſi numeret etiam eas quæ ſub ventre, aut in dorſo ſunt, alio tamen vſu. Oblongi piſces aut paucioribus aut nullis: quia flexuoſo corporis nixu aquam ſuperant; quemadmodum ſerpentes in terra.

Theodorus ita ſcripſit: vt illa, καὶ ἐν τῷ ὑγρῷ ναίουσι attribuerit murænæ. Nos malumus ſic. *Flexu nat muræna in mari, ſicut repit in terra ſerpens.* Quoniam ſerpentes eodem modo nant in aqua. Aſſentitur Plinius huic ſententiæ cùm addidit alterum membrum ſimilitudinis. *Muræna* inquit *in terra repit.* Sed Ariſtotelis breuitas fefellit Theodorum, ὥσπερ οἱ ὄφεις τῇ γῇ, καὶ ἐν τῷ ὑγρῷ ὁμοίως ναίουσι: lego νέουσι: Idem Theodorus νέουσι, peſſimè interpretatus eſt *repunt*, ſui ipſius imitator Philoſophus, in lib. περὶ πορείας, ſic, χρῶνται τῇ θαλάττῃ, ὥσπερ οἱ ὄφεις τῇ γῇ, καὶ τῇ θαλάττῃ· νέουσι γὰρ οἱ ὄφεις ὁμοίως καὶ ὅταν κινῶνται ἐπὶ τῆς γῆς. Plinius ludit nos, cùm ait, *ideò generis hac eſſe viuaciora.* Non enim à pinnis vita: neque à reptando: neque à corporis longitudine. Latis piſcibus eadem ad motum ratio in aqua. Flexu enim nant. Sed elatione, atque depreſſione, longi autem dextrorſum & ſiniſtrorſum. Hæc ſunt duo motuum genera. Tertium eſt in ijs animalibus, quæ ſaltuatim gradiuntur. Inclinatis enim retrò poplitibus proſiliunt. Sic Iaculus ſerpens collectus in ſpiram.

Murænę ſigna multa perſuaſerunt parum diligentibus, vt eam crederent, quam nunc lamperam vocant. Corpus longum: maculæ ſeptenæ: nullæ pinnæ: nullæ branchiæ. Cæterùm ſuo loco errorem caſtigauimus.

Labrax lupus eſt, optimus piſcis. *Lupacium* vocant Narbonenſes. Adriatici *Baicelum*. De eo alibi. Nunc aperiamus aliquid veteris hiſtoriæ more noſtro. *Lupum Lucium* hìc eſt Albertus interpretatus, & ſanè Labraci dentes nulli. Lucius voraciſſimus: quippe ne generi quidem ſuo parcit. Lucillum nos è Lucij ventre exemimus manu noſtra. Lucius quid fuerit antiquis quæritant, præſertim cùm maximo nunc in honore ſit. Nugantur deinde: palatorum differentias accuſant, nouas ganeas narrant. Lucius Aſellus eſt: laudatus à priſcis medicis, & Plinio: nunc quoque precioſus & expetitus, pro locorum tamen natura. Nam è ſtagnis tam marinis, quàm dulcibus, vt Prouincialibus, & Burdegalenſibus laxa carne eſt, inſipida, fuſca. Talis etiam in fluuijs Venetis. At è noſtro lacu, Alpinis, ac Pyrenæis fluminibus, candida carne, ſuffulta, cohærente, friabili: vt cuiuis optimorum comparari queat. Marinorum genera diuerſa. Iccircò Galli etiam *Merlucium*, quaſi *Maris Lucium* vocant, ſed de Aſellis alibi.

Χρύσοφρυς, Aurata à Latinis. Verùm non expreſſit totam vocem Græcam: nos itaque *Auricilium* aliàs auſi ſumus. De ea in octauo.

Congrum, etiam nunc ita vulgò appellamus. Burdegalenſes *Bertramam*.

Nihil refert referre Alberti errores, quibus hoc loco implicitus fuit. Siquis volet legere, facilè deprehendet.

XLIII. ARISTOTELES.

Τῶν δὲ σελαχῶν ἔνια μὲν, οὐκ ἔχει πτερύγια, οἷον τὰ πλατέα καὶ κερκοφόρα, ὥσπερ βάτος καὶ τρυγὼν, ἀλλ' αὐτοῖς τοῖς πλάτεσι· βάτος δ' ἔχει, καὶ ὅσων τὸ πλάτος μὴ ἔχει ἀπολελεπτυσ-

Inter cartilaginea, nonnulla pinnis carent: ſcilicet ea, quæ plana ſunt, & caudata, quo in numero Raia eſt, & Paſtinaca: ſed ipſa latitudine natant. At verò & Rana habet: & alia, quorum planities

pêre. Iccircò caudæ quoque differentia animaduerſa eſt. Propterea quòd id quoque inſtrumentum profuit ad natandum: ſicuti de locuſta dicebamus. Quare eadem Rana cùm careat cauda, pinnas habuit. Igitur fœdo errore ductus Theodorus *Raiam* βάτραχον tranſtulit. Nam quare daret pinnas ſimul & auferret eodem loco? ac ne quis librarij mendum putet: animaduertat hanc iniuriam ab eo in libro ſexto, cap. x. cap. XIIII. cap. XVII. In ſecundo libro, capite XIII. & libro nono, cap. XXVII. Iccircò de cauda neſcio quid obſcurius commentus eſt: cùm *mucronem* diceret. Quaſi τὸ λελεπτυσμένον ad anguſtias referatur, non ad tenuitatem latitudinis, quæ dimenſionem notat profunditatis? Quapropter coactus eſt per aduerſatiuam ſcribere ſic, *Raiam tamen.* Ita errorem culpa ſuffulſit. Plinius hîc agit negligentiùs.

Emenda Plinij codicem in Nono. *Erigi pinnas à Raia.* Corrige, *à Rana*, Sic enim piſciculos captat. Error tamen eſt. Non enim pinnas, ſed virgulas, ſiue radiolos erigit.

XLIIII. ARISTOTELES.

Ὅσα δὲ δοκεῖ πόδας ἔχειν, καθάπερ καὶ τὰ μαλάκια, τούτοις νεῖ, καὶ τοῖς πτερυγίοις, καὶ θᾶττον ἐπὶ τοῖς τοιούτοις τὸ κύτος τούτων ἑκάτερον, οἷον σηπία, καὶ τευθὶς, καὶ πολύποες· βαδίζει δὲ τὰ τῶν ἑκατέρων, ὥσπερ πολύπους·

Quæcumque verò pedes habere videntur: quemadmodum ij, quos Molluſcos piſces appellamus: & ipſis pedibus nant, & pinnis: quin his celeriùs venter mouetur. Neutra ope vtitur ſepia, neque loligo. At contrà vtraque polypus etiã vadit.

C Æ S A R.

NANDI facultatem multis attribuit partibus. Pinnis, pedibus, caudæ, flexibus, fluctuationi. Haſce poteſtates per genera digerit. Nunc in μαλακίοις, quorum modos agnoſcit duos. Quædam natare pinnis, & pedibus: quædam neque his, neque illis Auget pinnarum officium in Polypo. Nam vt pedes nant, vice pinnarum funguntur in aqua: ita in terra pedum vice pinnæ ad eundum. Pinnas tamen ad vehendum quàm pedes, præſtantiores. Appellauit κύτος ſaccum illum in quo os eſt: & ſanè in Polypo non abſurdè. Eſt enim miræ in aliquibus magnitudinis.

Dixit autem: *videntur habere pedes*: quoniam in ſepia non ſunt veri pedes. Nomen habent, ſinè officio.

Theodorus minùs intellexit: cùm ait. *Iners autem alueus ducitur.* Quid enim ſibi velit, id, haud facilè nôrim. Totus quoque contextus corruptus eſt, & inanis, κύτος etiam alibi, ſcortum aut ſcrotum ſignificat: ſaccum è corio.

In Græco codice, poſt τευθὶς, πολύποες ſuperfluè, & falsò. Contradiceret enim ſibi ipſe, οὐδέτερον, οἷον σηπία, καὶ τευθὶς, καὶ πολύποες. Nam polypo mox attribuit ἑκάτερον. Nota loquutionem τὰ τῶν ἑκατέρων.

Dubitabo autem de ſepiæ motu: ſi neque branchiis, neque pinnis nat: & puto mendoſum valde eſſe librum hic.

Polypum βαδίζειν, & in nono Ariſtoteles, & in nono Plinius: Aelianus quoque atque alij. Solum mollium exire in ſiccum, quà loca aſpera ſunt, captaréque piſcinas, apothecáſque ſalſamentarias: etiam in arbores aſcendère.

Eſt & motus, vt aiunt, loligini peculiaris. Efferre ſeſe ab aquis, interualláque non parua tranſmittere tanquam volatu. Vnde quaſi *voliginem* Varro dictum autumat. Ab atramento, *Calamarium*, Adriatici nominant: *Ligures Totanum*: Oceani noſtri accolæ, *Caſſerum*.

XLV. ARISTOTELES.

Τὰ δὲ σκληρόδερμα, οἷον κάραβος, τοῖς οὐραίοις νεῖ τάχιστα· τὰ δ᾽ ἐπὶ τὰ ἔμπροσθεν, τοῖς ἐν ἐκείνῃ πτερυγίοις· καὶ ὁ κόρδυλος τοῖς ποσὶ καὶ τῷ οὐραίῳ· ἔχει δ᾽ ὅμοιον γλανεῖ τὸ οὐραῖον, ὡς μικρὸν εἰκάσαι μεγάλῳ.

Quæ autem duro corio operta ſunt, vt locuſta: cauda natant, velociſſimè verò retrorſum pinnarum ope, quæ ad caudam ſunt. Præterea Cordyla, & cauda, & pedibus natat. Habet autem caudam, qualem Glanius: ſi magnis liceat parua componere.

CÆSAR.

AD aliud genus natatus confert contemplationem: quod ſupra μαλακόστρακα, nunc appellat σκληρόδερμα. Nam cum δέρμα molle ſit admodùm, ὄστρακον valde durum: cruſta quæ in medio eſt durum ſit corium, & mollis teſta. Itaque *cruſta intecta* Theodorus interpretatus eſt. Auxit motum natandi ſecundùm terminos: *non ſolùm*, inquit, *prorſum: ſed etiam retrorſum.*

Ac quemadmodum & pinnis, & pedibus polypus: ita & cauda, & pedibus cordila. Sic enim leges: non, vt in vulgaribus codicibus ſcriptum eſt, crocodilus. Nam Albertus falsò crocodili ſpeciem prodidit. Auicenna cordilam intellexit: & nouit: & nomen appoſuit gentis ſuæ, *Acamphi*: Habet enim caudam longè diuerſam à crocodilo: quippe laxam, & latam: vt eſt in quarto de *Cauſis partium*, crocodilum Aegyptij & olim ex Herodoto, & nunc *Kimpſac*.

Glanij caudæ cordilæ caudam comparat. Theodorus & hîc & alibi *Silurum* vertit, malè. Eſt enim Silurus quem *Sturionem* corruptis aliquot elementis propinquo vocamus ſono. Glanius autem dentes habet, & os ad roſtrum.

Dixit οὐραῖον quaſi generali voce ad οὐράν. neque enim vera eſt locuſtæ cauda: ſed quaſi id ſit denominatiuum: veluti ſi dicas, *Caudale*. vſus tamen eſt ſignato nomine, κέρκον, & addidit morem loquendi. Nanque ſicut dicimus ἐπὶ κεφαλὴν, ſic ipſe ἐπὶ κέρκον.

Lego, τάχιστα δ' ἐπὶ τὴν κέρκον, non immeritò velociùs retrorſùm, quàm prorſum. Nam vbi volunt promouere, oportet id caudæ impulſu faciant: nequit id effici, niſi priùs ea colligatur, nõ poteſt colligi quin motus fiat contrarius: iccircò non τάχιστα. At vbi retrocedunt: concuruata cauda *primo* & ſimplici motu corpus cæterum ipſam ad caudam retrahunt: icircò τάχιστα.

Eſt autem proprium horum animalium & ſimilium retrocedere ſinè corporis conuerſione. Sic ſcorpius vterque: ſic cancros etiam vidimus, etiam autores omnes ſcribunt.

Ait autem τάχιστα τοῖς ἐν ἐσχάτῳ πτερυγίοις. Sanè annuloſa caudæ cruſta eſt vt plicari queat. Habet autem in ambitu pinnulas: quemadmodum & paſſi piſces, vt ſolea, & turbo: & alij.

XLVI. ARISTOTELES.

Τῶν δὲ πτηνῶν τὰ μὲν, πτερωτά ἐστιν, οἷον ἀετὸς καὶ ἱέραξ. τὰ δὲ, πτιλωτὰ, οἷον μέλιττα καὶ μηλολόνθη· τὰ δὲ, δερμόπτερα, οἷον ἀλώπηξ καὶ νυκτερίς.

Volucres autem aliæ pennis prædita ſunt; vt aquila, & accipiter: aliæ earum loco membranas: vt apes, & ſcarabæus: aliæ corium habent: vt vulpes, & veſpertilio.

CÆSAR.

TERTIVM reſtabat genus, quod fertur aëre. Id ſecat in minora genera, ab alarum ſubſtantia ſumptis differentiis. Poſteà à numero idem aget, πτερὰ primam faciunt diuiſionem: nos pennas. Secunda eſt à membrana. Eſt enim exemplum in apibus, & ſcarabæis. Sunt autem proxima natura, & per quoſdam gradus affinia hæc: membrana, cutis, corium. Siccior eſt quàm cutis membrana, & lucidior. Corium cute durius. Quale in alis veſpertilionum, πτίλον, tamen poſuit pro ea, quam membranaceam hîc interpretamur. Veteres *plumam molliorem* ſic appellabant.

Vulpem appoſuit pro exemplo communi veſpertilionibus. Verùm neque ipſe alibi commemorat: neque hîc faciem prodit, neque Plinius meminit, neque Aelianus, neque Oppianus, neque Athenæus, neque Albertus ipſe: ſed coniecit in communem coniecturam; cùm dixit, Veſpertilio ſecundùm omne genus ſuum.

Theodorus membranam cùm poſuit, quare addiderit *ſicci* vocabulum, neſcio. Omnis enim membrana ſicca.

XLVII. ARISTOTELES.

Πτερωτὰ μὲν οὖν ἐστιν, ὅσα ἔναιμα, καὶ δερμόπτερα ὡσαύτως· πτιλωτὰ δὲ, ὅσα ἄναιμα, οἷον τὰ ἔντομα.

Svnt autem tam pennata, quàm quæ coriaceis vtuntur alis, ſanguinea. Quæ autē mēbrana volāt, exanguia. Quo in genere inſecta cōprehendūtur.

CÆSAR.

EA tria genera reducit ad duo: ad ſanguinea, & exanguia. Pennata, & coriata, ſanguinea agnoſcit: membranata, exanguia. Explicat etiam minutiùs. Inſecta, inquit. Intelligit autem non omnia inſecta, ſed volantia tantùm. Quare non ſunt paria membra. Nam poſtremum complectitur inſecta tantùm: primum autem duo genera. Vtraque tamen conuertitur in genere volucrum. Quæcumque ſanguinea, ea vel pennis, vel corio volant. Quæcunque exanguia, ea membranata ſunt: inſecta ſunt.

XLVIII. ARISTOTELES.

Ἔστι δὲ τὰ μὲν πτερωτὰ, καὶ δερμόπτερα, δίποδα [δὲ] ἅπαντα, ἢ ἄποδα. λέγονται γὰρ εἶναί τινες ὄφεις τοιοῦτοι περὶ Αἰθιοπίαν.

TAm ea igitur, quæ pennis[1], quàm quæ corio volant, aut binos pedes habent, aut nullos. Aiunt enim in terra Aethiopia ſerpentes eiuſmodi.

CÆSAR.

QVOD ſuprà negauerat. Volucre nullum extare, quod careat pedibus: hoc hîc ſtatuit ex auditu.

XLIX. ARISTOTELES.

ΤΟ μὲν οὖν πτερωτὸν γένος τῶν ζώων, ὄρνις καλεῖται. τὰ δὲ λοιπὰ δύο, ἀνώνυμα ἑνὶ ὀνόματι.

PEnnatum ergo genus, Auis vocatur. Reliqua duo genera vnicum nomen, quo dicerentur, non habuère.

CAESAR.

GENERVM naturæ, quam poſuit, apponit nomina. Itaque ea quæ diſtinguebantur natura: ſcilicet coriacea, ſanguinea: & membranata, quia carebant ſanguine: nunc à Philoſopho communis ſortis participia agnoſcuntur: quòd communi careant nomine. Quid mirum? diſſita enim ſunt maximis differentiis, ſanguinis, & non ſanguinis. Notabis etiam id. Ab auium appellatione ſeiunxit veſpertilionem: ὄρνις παρὰ τὸ ὀρνύναι. Sic *Auis*, παρὰ τὸ ἀίειν. Impetus eſt in vtraque ſignificatione communis etiam aliis: verùm vſus loquendi rex eſt.

L. ARISTOTELES.

ΤΩν δὲ πτηνῶν μὲν, ἀναίμων δὲ, τὰ μὲν κολεόπτερά ἐστιν· ἔχει γὰρ ἐν ἐλύτρῳ τὰ πτερὰ, οἷον αἱ μηλολόνθαι καὶ οἱ κάνθαροι· τὰ δ', ἀνέ-

QVæ volant, & carent ſanguine: eorum alæ partim vagina teguntur: eas ſiquidem ſub tegmine habent: quales Scarabæi pilularij, & quos

λυτρα

λυτρον· καὶ τούτων τὰ μὲν, δίπτερα, τὰ δὲ, τετράπτερα. τετράπτερα μὲν, ὅσα μέγεθος ἔχει, ἢ ὅσα ὀπισθόκεντρά ἐστι. δίπτερα δὲ, ὅσα ἢ μέγεθος μὴ ἔχει, ἢ ἐμπροσθόκεντρά ἐστι. τῶν δὲ κολεοπτέρων, οὐδὲν ἔχει κέντρον. τὰ δὲ δίπτερα, ἔμπροσθεν ἔχει τὰ κέντρα, οἷον μυῖα, καὶ μύωψ, καὶ οἶστρος, καὶ ἐμπίς.

canthar os Græci dicunt: alijs nullum tegmen eſt. Quorum quædam binis alis prædita ſunt, quædam quaternis. Quaternas habent alas, aut quæ præſtant magnitudine: aut quæ poſtrema in parte gerunt aculeum. Binas autem tantùm, quæ aut minora ſunt, aut aculeum in anterioribus gerunt partibus. Quibus verò vaginis munitæ alæ ſunt, ea nullum habent aculeum. At quæ binis feruntur alis, aculeo armata ſunt in parte anteriore: vt muſca, tabanus, aſilus, culex.

C Æ S A R.

EXANGVIBVS alæ aut tectæ ſunt, aut non. Nudæ alæ his aut binæ, vt muſcis: aut quaternæ, vt papilionibus. Nullum tamen ijs aculeum videmus, ſed promuſcidem in ſe conuolutam. Ponit proprietatem eorum, quæ tectas alas habent: carere aculeo. Tauri Scarabæi pluſquam aculeum habent, cornua validiſsima. Muſcam aculeatam non omnem, ſed genus quoddam ſuo loco declarauimus.

Idem appellat ἔλυτρον, & κουλεόν. Illud putamen ſignificat quale eſt ouorum: hoc vaginam. *Cruſtam* maluit dicere Theodorus Plinium ſequutus.

Qui diſtinxit πτερωτὸν & πτιλωτὸν, non rectè nunc confundit. Quid enim aliud eſt δίπτερον, quàm eſſe πτερωτόν? *pennas* quoque malè hic nominat Theodorus.

Indulſit ingenio & linguæ facilitati cùm compoſuit ὀπισθόκεντρα & ἐμπροσθόκεντρα. Theodorus illa, *in aluo habere*, verbis Plinij. Quare hæc quoque *in ore habere*, debuit. Plinius enim, *telum in ore*, dicit.

Μυῖα, muſca, μυίας ὤψ· μύωψ, qui muſcæ faciem gereret. Aſilum & Tabanum falsò Pliniùs eundem putauit: cum dixit in XI. *Aculeus in ore, vt Aſilo, ſiue Tabanum dici placet.* At non idem eſt. *Aſilus* eſt οἶστρος apud Virgilium. Ruffus eſt, Tabano minor: tabanus niger. Rariùs hominem petunt, frequentiùs armenta. Aſilus venenatior. Tabanus oculis prægrandibus, & Muſcæ propior facie. Itaque cùm Plinius ἐμπίδα *culicem* dicat: Virgilius *Aſilum* οἶστρον: Tabanus muſcam maximè repræſentet, neceſſariò erit μύωψ. Iccirco Plinius in eodem interpretatus Ariſtotelem ex quinto *Hiſtoriarum*: Tabanum ex ligno naſci, μύωπα tranſtulit, in libro autem XXX. etiam è vermiculis tabanos fieri.

Scarabæorum genera ſuo loco diximus, μηλολόνθας à pilulis. Canthari autem ſunt qui terram ſubeunt.

LI. ARISTOTELES.

Πάντα δὲ τὰ ἔντομα, ἐλάττω τὰ μεγέθη

QVæcunque autem carent ſanguine, ea ſanguineis

caloris : quaſi à forma ſit argumentum : aut nimium caloris , vt in cantharidibus. Calor enim quo creſcimus habere debet cum humido rationem æquabilitatis. Excipit autem ea, quæ agũt in humido : quanquam ne omnia quidem : ſed molluſcos tantùm. Subeſt ratio à tribus cauſſis. Multum materiæ: in humido nanque degunt. Item in eo humido, quod ſit dulcius. Nam & Ariſtoteles, & Theophraſtus dulci tantum ali viuentia autumant. Quam ſententiam diluimus in commentariis *de Plantis* : & in libris de *Semine genitali* : ne hîc repetatur refutatio. Tertia cauſſa; cùm locorum teporem attribuit rationi incrementorum , ſumma. Ab humido : à dulci : à tepido. Illa duo materiæ ſunt : hoc poſtremum formæ inſtrumentum. Comparat autem & terram aquæ, & aquæ ſalſæ dulcem , & aprica loca locis opacis. Præfer humorem ſicco, dulcem ſalſo, apricum opaco. Itaque cum terra diceret aquam potiorem , mare nominauit & prætulit : cùm humorem poſuit , & aquas nominauit , dulces pro potioribus habuit.

Breuitatem tamen vide , penè noxiam, Nam de molluſcis narratio eſt : ait , καὶ ἐν τῇ θαλάττῃ μᾶλλον , ἢ ἐν τῇ γῇ. At τὰ μαλάκια in terra nulla creſcunt. Marina enim omnia , iccirco ſubintellige. τὰ ἄναιμα , vt inſecta compares cum molluſcis.

Quæritur in ſecundo *de Generatione*, & in noſtris de *Semine genitali* : marina animalia plus creſcant , an terreſtria , atque vtris in locis maiora reperiantur.

LII. ARISTOTELES.

Κινεῖται δὲ πάντα τὰ κινούμενα τέτρασι σημείοις , ἢ πλείοσι· τὰ μὲν ἔναιμα, τέτρασι μόνον , οἷον ἄνθρωπος μὲν χερσὶ δυσὶ , καὶ ποσὶ δυσί· τὰ δὲ τετράποδα καὶ ἰχθύες , τὰ μὲν , τέτρασι ποσὶν , ὄρνις δὲ πτέρυξι δυσὶ καὶ ποσὶ δυσίν· οἱ δὲ , τέτρασι πτερυγίοις· ὅσα δὲ δύο ἔχει πτερύγια , ἢ ὅλως μὴ , οἷον ὄφις , τέτρασι σημείοις οὐθὲν ἧττον (αἱ γὰρ καμπαὶ , τέσσαρες) ἢ δύο [σὺν] τοῖς πτερυγίοις.

Quæcunque autem mouentur : ea aut quaternis mouentur notis, aut etiam pluribus. Quæ ſunt ſanguine conſtituta, quaternis tantùm. Quippe homo binis manibus, binis pedibus. Quadrupedes autem , & piſces illa quidem quaternis pedibus : Aues autem tum alis tum pedibus binis : illi autem quaternis pinnis. Nam quæ aut binis tantùm prædita pinnis ſunt , aut omnino nullas habent: vt ſerpens : ea nihilominus quaternis mouentur notis. Etenim flexiones quaternæ ſunt : aut binæ cum ipſis pinnis.

CÆSAR.

ALTERA capitis pars : vbi de motus inſtrumenti diſputauit : nunc de eorum numero , atque neceſſitate agit. Puto autem non minùs eum anxium fuiſſe ad breuitatem , quàm nos ad explicationem. Appellat notas, modos, & ſigna ipſa, quibus intelligimus aliquid moueri, inſtrumenta motus principalia , voce ſanè communi , σημεῖα. Quaſi puncta ſint quædam , à quibus motuum lineæ ducantur. Iccircò mox quadratum & diametrum nominabimus. Sunt autem gradus quaſi quidam. Nam in quadrupedibus apertum eſt. Quippe & æqualiter & ſimul mouẽtur notis quatuor. Obſcurior in aue , non enim mouet pedes, cùm alas mouet. In homine obſcuriſſima. Quippe manus alium ad finem , quàm ad mouendum, datæ. Eſt enim animal ad ſapientiam conditum : iccircò & ratio animæ pro manu , & corpori manus pro ratione attributa.

Remouet dubitationem. Piſces nonnulli binis tantùm mouentur pinnis : quidam etiam nullis. Reſpondet. Illis flexus corporis pro alteris binis pinnis facere. His flexus corporis numeroſiores pro quaternis , aut pluribus. In anguillis igitur duo genera flexionum & duæ pinnæ , quatuor ſunt ſigna in muræna : quatuor genera flexionum quatuor explent notas.

Hæc Philoſophus acutè ſanè , vt omnia. Dicamus tamen acutiùs. Illas flexuoſas reptationes non quatuor notas edere , ſed plures. Quemadmodum in animalibus longis pedes quaternis plures. Auibus quoque pedes aut manci , vt apodibus : aut inutiles ad motum , vt vncunguibus. Aquila enim vix conſiſtere in plano poteſt , nedum vt ambulet. Et cum aliqua moueantur ſenis pedibus , erunt quadrata , cum ſemiquàdratis. Quare etiam ſemiquadratorum rationem habebit natura : quemadmodum in homine.

Atque ita puto ab vno ad multa puncta naturæ progreſſionem agnoſcendam eſſe. Imperfecta enim pluribus egere : minùs perfecta quaternis : perfectum binis : vt hominem : perfectiſſimum vno : vt cælum, quod ipſum animal veriſſimum eſt.

Videamus nunc perplexam orationem. Sic enim ſcribit, τὰ μὲν τετράποδα, καὶ ἰχθύες· τὰ μὲν τέτρασι ποσί· ὄρνις δὲ πτέρυξι δυσί, καὶ ποσὶ δυσίν· οἱ δὲ τέτρασι πτερυγίοις. Sic enim alius dixiſſet, τὰ μὲν τετράποδα, καὶ ἰχθύες· τὰ μὲν τέτρασι ποσί· οἱ δὲ τέτρασι πτερυγίοις· ὄρνις δὲ πτέρυξι δυσί, καὶ ποσὶ δυσί. Itaque Theodorus ſuo arbitratu digeſſit.

LIII. ARISTOTELES.

Ὅσα δ' ἄναιμα ὄντα πλείους πόδας ἔχει, εἴτε πτηνὰ, εἴτε πεζὰ, σημείοις κινεῖται πλείοσιν, οἷον τὸ καλούμενον ζῷον ἐφήμερον, τέτρασι καὶ ποσὶ καὶ πτερυξί. τοῦτο γὰρ οὐ μόνον κατὰ τὸν βίον σημαίνει τὸ ἴδιον, ὅθεν καὶ τὴν ἐπωνυμίαν ἔχει, ἀλλ' ὅτι καὶ πτηνόν ἐστι, τετράπουν ὄν.

Exanguium verò quæ plures habent pedes, ſiue volucria ſint, ſiue humi tantùm ambulent, notis pluribus mouentur : quale animal eſt, quod Ephemerum dicitur. Quippe quatuor pedibus, aliſque totidem. Eſt autem peculiaris cuiuſdam naturæ, non ſolùm propter vitam, vnde & nomen habet; ſed etiam propterea quòd & volucre eſt, & quadrupes.

CÆSAR.

Affert hiſtoriam diuerſam à præſcriptis naturæ ſuperioris, quam in quinto fuſiùs narrat. Cicero quoque meminit in *Tuſcul.* Animal ad Hypanin fluuium interire quo die ortum eſt: vnde & Ephemeri nomen. Duplicatus eſt in eo notarum numerus : quaternas alas ſi ſpectes, & quaternos pedes. Excuſat autem hanc quaſi naturæ nouitatem, aitque non venire in aliorum cenſum : quoniam ne ſpatium vitæ quidem. Itaque appellat ἴδιον, quaſi extra differentias communis notionis. Cæterùm ſi araneæ octonis mouentur pedibus: nullam video nouitatem in eo, quòd octonis item ſignis motum ſuum perficiat : quatuor alis, quatuor pedibus : quemadmodum duæ alæ, & duo pedes, quatuor conficiebant. Sic etiam muſcæ octonis mouentur ſignis: ſenis pedibus, binis alis.

Maximè vellem, vt animalis illius figuram, magnitudinem, habitum omnem deſcripſiſſet. nam putaui aliquando id genus apud nos quoque eſſe : verùm vt puer tunc eram, cùm vidi : ita non omnia memineram. Vento quodam è Benaco flante deferuntur animalia quædam tanta multitudine, vt loca obumbrent. Quatuor alas habent longas, venoſas, quas nunquam contrahunt : quatuor pedes putabam : verùm ſex nunc memini, oculi grandiſſimi : cornicula puſilla duo, quaſi intercilia potiùs, quàm ſupercilia : thorax, atque venter ſimul, à quo cauda longiſſima, multinodis; mucrone bifido : color nitidus, aureus : volatus incertus, anfractuoſus vt muſcis : inter ſe ludunt, aut præliantur : vnum tantùm diem viuit, aut alterum. Adriatici *Curoculum* vocant. Multa Græca vocabula ibi circumferuntur : vt eſt ea regio obnoxia peregrinis: non pauca peregrina Exarchatus inuexère : ab oculorum ſpecie fortaſſe dixerunt. Noſtrates à figura, & impetu ſagittulam corrupta voce, *Sitnolla* : in Taurinis *Monachetta* nominatur : quia monachis oculi tantùm extant, & faciei tumor. Cætera omnia inuiſa. Eius figura vt promptiùs agnoſceretur, hic deſcripta eſt.

2



Theodorus Ephemeri nomine poſito, addidit interpretationem: ſed infeliciter dixit: *à vita die vno deſcribenda.*

Nihilo meliùs illud ſic tranſtulit. *Quippe quòd non ſolùm vita ſua ratione proprium id meritò habeat.* Quid enim habet proprium vitæ ratione? ſed ait philoſophus habere peculiarem, & modum vitæ, & modum pedum : non autem, id, hoc eſt modum pedum à modo vitæ. Quia igitur vitæ ſpatium aliud ſit, quàm aliis: nil mirum ſi item corporis conſtitutio alia ſit.

LIIII. ARISTOTELES.

Πάντα δὲ κινεῖται ὁμοίως, τὰ τετράποδα, καὶ πολύποδα. καὶ διάμετρον γὰρ κινεῖται.

Omnia autem tam quadrupeda, quàm multipeda ſimili mouentur modo: per diametrum ſcilicet.

CAESAR.

SI quatuor mouentur punctis: videndum nunc eſt quorſum, & vnde fluant lineæ: motus enim eſt corporis in loco: habétque tum principium, tum finem; ſi igitur quadratum eſt: quæremus: fiatne motus per laterane, an per frontem, an per diametrum: non enim aliter quit. Reſpondet per diametrum. Hoc ſanè verum eſt in multis: manifeſtum in equis, vbi ſuccuſſatim ambulant, tollunt enim pedem dextrum anteriorem ſimul cum ſiniſtro anteriore: in tollutariis id non fit. Aſelli nanque ſuapte natura ſicpote gradiuntur: vt ſimul ſiniſtrum tam anteriorem, quàm poſteriorem leuent: item dextrum. Locuſtæ autem & alia eiuſmodi in ſaltu per frontem à baſi quadrati mouentur. Lepus autem miro modo: tria tantùm veſtigia deprehendas: ita vt in locum vnius anterioris ponat vnum è poſtremis, ex altera parte non,ſed extra.

LV. ARISTOTELES.

ΤΑ μὲν οὖν ἄλλα ζῶα, δύο τοὺς ἡγεμόνας ἔχει πόδας· ὁ δὲ καρκίνος, μόνος τῶν ζώων, τέτταρας.

Ac reliqua quidem animalia binos pedes, quaſi duces, habent ad ingrediendum: ſolus cancer quatuor.

CÆSAR.

INSTRVMENTA, numerum, modum, principia poſuit motus: nunc differentiam in officio. Ait binos pedes ad ambulandum eſſe duces in omnibus, præterquàm in cancris, qui quaternos habeant. Neſcio an verum ſit; principio in araneis & muſcis fortaſſe idem. Maximum verò argumentum quod & attigimus ſupra: non enim mouentur in cane, non in teſtudine, vbi perſpicuum eſt id longè magis, priores pedes: ſed vnus è poſterioribus. Non enim tractu fit motus in animalibus, ſed appulſu poſteriorum: quorum fixione propiore tollatur corpus ad promouendum. Non igitur erunt duces: dixit τοὺς, id eſt, qui à natura apparati ſunt.

CAPVT SEPTIMVM.

De ſummis generibus, & mediis.

LVI. ARISTOTELES.

Γένη δ᾽ ἐστὶ μέγιστα τῶν ζῴων, εἰς ἃ διαιρεῖται τἆλλα ζῷα, τὰ δ᾽ ἐστὶν ἓν μὲν ὀρνίθων, ἓν δ᾽ ἰχθύων, ἄλλο δὲ κήτους. ταῦτα μὲν οὖν πάντα ἔναιμά ἐστιν.

SVnt autem genera ſumma quædam, quibus animalia diſtinguntur. Sunt verò hæc, vnum auium: alterum piſcium: tertium cetorum: quæ omnia conſtant ſanguine.

CÆSAR.

HOc capite repetit; colligit, quæ dixit, ſummis generibus: collecta auget: claudit τοῦ πόνου tractationem. Suprà igitur genera ipſa tam ſumma, quam media explicauit per denominatiua. à materia, ἔναιμα, ἄναιμα: à materia propiore: quadrupeda, alata, pinnata, caudata: à materiæ officio, πτηνά, πλωτά. à forma, gregalia, rapacia, ſolitaria. Nunc non per denominationem, ſed nominibus generi ſuo quibuſque propriis: quæ nonniſi ſumma tria inuenit: aues, piſces, cete. Nam, πεζὸν, erat nomen denominatiuum, ſicut & πτηνόν. Iccircò genera media recenſet, quorum quædam nomen habeant, quædam non. Nomen habet apud Latinos, pecus: iumentum; apud Græcos, λόφουροι: ὄσπρια. Nomen non habet genus commune aſino, equo, ginno: item aquilæ, accipitri. Quare quartam ponit ſententiam. Species, inquit, nomen obtinuêre: equus, leo, homo. Is igitur ordo, ea digeſtio. Genera ſumma tria nominata: genera media non nominata: genera media nominata: ſpecies nominatæ: genera ſuprema denominata à materus, & à formæ.

Igitur cùm dicit γένη δὲ ἐστι μέγιστα τῶν ζῴων, meliùs dixiſſet ἀνόμασται, quàm ἔστι. nam alia longè maiora ſunt, aut addidiſſet, ἀνομασμένα.

Notat autem quæ hic deſcribit, his differentiis: ſanguine, pilo, fœtus varietate. Atque hac excurſione priori huius libri parti, quæ formulam illam complectitur, imponit finem.

Quod alibi monuimus, hic ſatis conſtat. Piſcis vocabulum apud Ariſtotelem interdum genus natatilium omnium indicare: interdum genus medium: cuius congeneres ſunt molluſci, cruſtati, teſtacei, cetacei.

Hoc quoque alibi dictum eſt. Si piſci ſanguinem attribuit, putà mugili, quare eius ſpina non ſit os, ſed analogum: pulpa non ſit caro, ſed analogum: ſanguis igitur non erit ſanguis, ſed analogum.

Atticiſmo feſtiuo vſus eſt, ἓν μὲν ἓν δὲ ἄλλο δέ. Præterea: γένη δὲ ἐστι μέγιστα. τὰ δὲ ἐστιν, alius dixiſſet: ἔτι δὲ τάδε, aut, ταῦτα δέ ἐστι. Theodorus autem Aſiaticis verborum ambagibus indulſit. Sanè ferendus, ſi philoſophiam non contaminârent: omitto enim in ſchola Peripatetica verborum tumultum: in quæ digerantur, redigantúrque. At cùm dicit, *Summa genera conſtare generibus mediis*, & fallit, & fallitur: conſtituuntur enim genere ſuo & differentiis. Si enim cõſtarent generibus inferioribus, eſſent ipſamet ipſa genera inferiora. Quis dixit, corpus conſtare generibus animati, & inanimati? Eſt quidem totum integrum, quod partibus conſtat. Eſt totum definitum, quod genere & differentia conſtat. Eſt totum genericum, quod nequaquam conſtat ſuis ſpeciebus, ſed eſt ſpecierum ſuarum pars. Sic loquendum philoſopho eſt in Ariſtotelis ambulacris: accommodare oportet verba rebus, non res verbis alienis apud intellectum noſtrum deprauare.

LVII. ARISTOTELES.

Ἄλλο δὲ γένος ἐστὶ, τὸ τῶν ὀστρακοδέρμων, ὃ καλεῖται ὄστρεον· ἄλλο, τὸ τῶν μαλακοστράκων, ἀνώνυμον ἑνὶ ὀνόματι, οἷον κάραβοι, καὶ γένη τινὰ καρκίνων καὶ ἀστακῶν· ἄλλο, τὸ τῶν μαλακίων, οἷον τευθίδες τε, καὶ τεῦθοι, καὶ σηπίαι· ἕτερον, τὸ τῶν ἐντόμων. ταῦτα δὲ πάντα μέν ἐστιν ἄναιμα· ὅσα δὲ πόδας ἔχει, πολύποδα· τῶν δ' ἐντόμων ἔνια, καὶ πτηνά ἐστι.

Eſt & alind eorum genus, quæ teſta conteguntur: quod oſtreum appellatur. Item aliud, quod molliori teſta operitur: cæterùm nomine vno comprehenſum eſt: quales locuſtæ, & cancrorum genera quædam, atque gammarorum. Præterea aliud molluſcorum: cuiuſmodi lolligines, & lollij, & ſepiæ. Poſtremò inſectorum quoque genus eſt: quæ omnia carent ſanguine. Tum autem quibus pedes attributi ſunt, eos habent multos. Quinetiam inſectorum nonnulla volucria ſunt.

CÆSAR.

Post enumerata genera tria, quæ præſcripſerat ſanguinea natura, adnumerat nunc quatuor ſanguinis expertia. Primum vocat oſtreum. Plinius, quem hic ſequitur Theodorus, videtur *Conchas* vno genere appellare, ὀστρέιον ſpeciem facit Ariſtoteles, ὄστρεον genus. Concha tamen videatur apud Græcos ſpecies eſſe: etiam cochlea indidem. Tamen non laboro. Secundum genus molliori teſta tectum: quam icciřco ſuprà cruſtam appellabamus.

Aſtacem *Gammarum* interpretamur. Adriatici etiam nunc Græco nomine appellant: Ligures *Lingobam*.

Tertio loco ponit molluſcos: quarto inſecta: quorum tria ſtatuit genera: ἄποδα, volucria, & pedibus vtentia: aſſignata his differentia, πολύποδα.

Theodorus alibi infeliciſſimè vſus eſt hoc verbo, *patior. Natura,* inquit, *patitur habere pedes*. Habent igitur à ſeipſis. Ridiculum: ego patior ſcribere de me ipſo, ego patior tibi dare librum.

LVIII. ARISTOTELES.

Τῶν δὲ λοιπῶν ζώων οὐκέτι τὰ γένη μεγάλα. οὐ γὰρ περιέχει πολλὰ εἴδη ἓν εἶδος, ἀλλὰ τὸ μέν ἐστιν ἁπλοῦν αὐτὸ οὐκ ἔχον διαφορὰν τὸ εἶδος, οἷον ἄνθρωπος.

Cætera verò animalia nequaquam magnis generibus comprehenduntur: neque enim vna ſpecies multas ſpecies complectitur: ſed aut ipſa ſimplex eſt: neque differentias capit, vt homo.

CÆSAR.

Declarat genera quæ ſubalterna vocant noſtri philoſophi: & ſpecies, quas ijdem appellant ſpecialiſſimas: quas negat capere differentias: differre enim numero tantum indiuidua dixerunt veteres. Nos quid ſentiamus, ſatis ſupra oſtenſum eſt: ac ſpecies quidem conſtituitur differentia, in differentias autem non ſecatur. Quare minùs commodè dixit ipſe in ſingulari: οὐκ ἔχει διαφοράν. immò ἔχει διαφορὰν: ἀλλ' οὐκ ἔχει διαφοράς.

Diuiſimus autem hunc contextum in duo, τὸ μὲν: τὰ δὲ, propter materiæ diuerſitatem.

LIX. ARISTOTELES.

Τὰ δ', ἔχει μὲν, ἀλλ' ἀνώνυμα τὰ εἴδη. ἔστι γὰρ τὰ τετράποδα εἴδη καὶ μὴ πτερωτὰ, ἔναιμα μὲν πάντα.

Aut genus alias quidem capit ſpecies, ſed ipſum nomine caret. Nam inter quadrupedes, quæ pennas non habent, ſpecies inuenies: eáſque ſanguinis omnes participes.

CÆSAR.

SPECIES mediæ, quæ & genera ſunt hac ratione alias continent ſub ſe ſpecies: non omnibus autem nomina indita ſunt. Ratio, quia non omnes notæ. Cuniculo, & lepori, vnum genus eſt: item aſino, & equo. Adeò autem ignota multis: vt etiam quidam communem naturam generum in ſpeciebus eſſe negarint, ſecluſo ſcilicet opere intellectus. Quorum vanitas in duodecimo *Metaphyſices* exploſa eſt.

Caue ſcopulum. Quadrupedes, inquit, quæ pennis carent. At ſolum Ephemerum, puto, quadrupes eſt inter alata. Item nullam quadrupedem pennatam eſſe. Præterea cùm ponit propoſitionem: τὰ δ' ἔχει μὲν ἀνώνυμα δέ: debet exemplo probare At ſubdit, ἔστι γὰρ τὰ τετράποδα εἴδη ἔναιμα μὲν πάντα. Quid tum ſi etiam ἄναιμα: non enim aduerſatur hoc amplitudini generum. Nam crabroni, veſpæ, api, fuco, furi, vnum genus eſt commune ἀνώνυμον δέ. Et cùm addit ἔναιμα μὲν πάντα: voluit oſtendere, & quadrupedes, & pennatas eſſe ſpecies, quia τὸ ἔναιμον, eſt genus etiam vtriſque: & tamen eſſe genera ſpecierum: vt leonis, canis, aquilæ, accipitris: ἀνώνυμα tamen.

LX. ARISTOTELES.

Ἀλλὰ τὰ μὲν ζωοτόκα, τὰ δ' ᾠοτόκα αὐτῶν. ὅσα μὲν οὖν ζωοτόκα, οὐ πάντα τρίχας ἔχει· ὅσα δ' ᾠοτόκα, φολίδας ἔχει. ἔστι δ' ἡ φολὶς ὅμοιον χώρᾳ λεπίδος.

Verùm horum alia animal, alia ouum pariunt. Quæ animal pariunt non omnia pilos habent: quæ ouum pariunt ſquallida ſunt. Eſt autem ſquallor iſte, ſi loci naturam ſpectes, ſquammæ ſimilis.

CÆSAR.

DIVIDIT quadrupeda in eas ſpecies quas contineri dicebat tanquam à genere: quia, inquit, ouum quædam, animal alia pariunt: præterea alia differentia minutior. Animal parientium quædam pilos habent, quædam non.

Nondum tamen mihi genus illud compertum eſt inter quadrupedes, quod & animal pariat, & careat pilo. Nam quòd quadrupedum tantùm genus tractet hîc, patet: per aduerſatiuam, ἀλλὰ. licet inquit ſint ἔναιμα tamen hoc differunt: & per, αὐτῶν, & per differentias: quia quæ oua pariunt ſunt φολιδωτά: quippe lacerti, & teſtudines. Nam eorum cutis aſpera eſt, quaſi contextu ſquammarum. Iccircò dixit τὴν φολίδα eſſe ſimilem ſquammæ χώρᾳ: locus enim vtrique idem: quippe ad cutem. Quinetiam facies ſimilis, iccircò Latini *ſquallorem*, dixere, & *ſquammam* eadem origine: quoniam non vt in cute, æquabilis eſſet ſuperficies, hoc enim eſt σκαλεύειν, & σκαληνόν. Quare Theodorus ineptè nimis, *corticem*. Quis enim dicat lacertum tegi cortice? eſt autem *ſqualla* diminutum à ſquamma. Mallem verò cum Alberto dicere *ſquammationem*, quàm corticem. Non enim ineptæ ſunt voces, aut barbaræ in philoſophia, quæ rerum principia aſſequuntur.

LXI. ARISTOTELES.

Ἄπουν δὲ ὅσον ἐστὶν, ἔναιμον πεζὸν, τὸ τῶν ὄφεων γένος. ἔστι δὲ τοῦτο φολιδωτόν. ἀλλ' οἱ μὲν ἄλλοι ᾠοτοκοῦσιν ὄφεις, ἡ δ' ἔχιδνα μόνον ζωοτοκεῖ.

Ex ijs, quæ terræ ſolo vtuntur ad motum ſuum, & ſanguine præditus ſerpens eſt, & natura caret pedibus, & ſquallet cute. Horum genus vniuerſum ouiparum eſt: præter viperam: ſola nanque parit animal.

CÆSAR.

PROPTEREA quòd dixerat, quadrupedes corio ſquallenti tectas oua parere: eadémque eſſe ſanguinea: oſtendit etiam genus vnum, quod ſerpentum dicitur, quanquam ſanguineum, & ſquallens: pedibus tamen carere, & oua parere. Quare cùm ab illa priori deſciſcat natura in hoc, quod non habet pedes: eã etiã naturam minus plenè ſeruat. Neque enim totum genus tale eſt; ſiquidem vipera, quæ ſub eo genere vna ſpecierum eſt, animal parit.

Nota: ἡ δ' ἐχίδνα μόνον, ζωοτοκεῖ, id eſt μόνη, de ſpecie dixit, εἶδος ἐχίδνας μόνον. Tranſlata nota diſtinctionis ſenſus totus conturbetur. ἡ δ' ἐχίδνα, μόνον ζωοτοκεῖ.

Quare dixit, φύσει ἄπουν? omne enim, quod eſt hoc, quod eſt, natura tale eſt. Quippe mutila, non ſunt id, quod ſunt: ſed ſunt hoc, quod non ſunt valde nanque obſeruandum eſt, τὸ τὶ ἦν εἶναι.

Hinc prætereà patet, quàm ſit periculoſum minùs ſignatè loqui. Nam Theodorus, *Animal*, inquit, *gignit*. Vipera enim gignit ouum intrà ſe: quod ouum non parit, ſed animal ex eô. Gignere, eſt ſubſtantiam efficere: parere, eſt officium in lucem edendi: vt ſcilicet pareat. Nam ad eundem quoque modum cæteræ ſerpentes gignerent animal: ex ouis enim catulos edunt.

Et ſupra diſpeximus, & nunc admonendi ſumus, Theodorus πεζὸν quomodo *pedeſtre*, dixit, quod eſt ἄπουν: hoc ipſo in loco? Nam πεζὸν non à pedibus, ſed παρὰ τὸ πέδον, quod & δάπεδον Iccircò nos & *terram*, & *terræ ſolum* nominauimus.

LXII. ARISTOTELES.

Τὰ μὲν γὰρ ζωοτοκοῦντα, οὐ πάντα τρίχας ἔχει. καὶ γὰρ τῶν ἰχθύων τινὲς ζωοτοκοῦσιν. ὅσα μέντοι ἔχει τρίχας, ἅπαντα ζωοτοκεῖ. τριχῶν γὰρ τὸ εἶδος θετέον καὶ τὰς ἀκανθώδεις τρίχας, οἵας οἱ χερσαῖοι ἔχουσιν ἐχῖνοι, καὶ οἱ ὕστριχες. τριχὸς γὰρ χρείαν παρέχουσι, ἀλλ' οὐ ποδῶν ὥσπερ αἱ τῶν θαλαττίων.

Quæ verò animal pariunt, ea non omnia pilos habent: nam & piſces quidam pariunt animal. Quæcumque tamen pilos habent, omnia pariunt animal. Siquidem in pilorum genere cenſendi ſunt pili ij, qui ſpinæ ſpeciem præſeferunt. Quales erinacei gerunt, & ſpini. Pilorum nanque vſum præbent, non pedum, vt echinis.

CAESAR.

POTERAT quiſpiam de ſuperiore propoſitione dubitare. Non omnia quæ animal pariunt, pilos habent. Probat ipſam. Piſces, inquit, aliquot pilis carent: atque animal pariunt: vt Delphin. Prætereà putaſſet aliquis, conuerti poſſe propoſitionem ſic: ergo non omnia, quæ pilos habent, animal pariunt. Hic aufert hanc controuerſiam. Iccirco vtitur aduerſatiua, μέντοι. Non nunc fallitur, cùm repetit hanc ſententiam: latiùs enim ſumit eam, quàm fecerat in quadrupedibus. Diſtinguit deinde pilorum naturam. Vt alij veri ſint, quales equis: alij analogi, quales erinaceis. Probat hoc ab officio. Quoniam, inquit, non ceſſêre in vſum pedum: ſicut ij, quibus ingrediuntur marini Echini. Vbi mirabilem breuitatem oſtendit nobis. Nam & ſpinas erinacei in pilorum cenſum recepit: & reddidit ſimul rationem: & echinos, qui ſimilibus eſſent ſpinis præditi, excluſit ab animal pariundo: propterea quòd pedes eſſent, non pili. Pilorum enim natura in brutis ad munimentum comparata eſt. Itaque Hyſtriches etiam pro telis habent.

Echinum vtrunque à caſtaneæ ſpecie, cuius id nomen fuit, dixêre Græci: marinum, & terreſtre. Quos & appellationibus diſtinxêre. Plinius marinum, *Echinum* vocat; terreſtrem, *Erinaceum*. Itali vtrunque *Riccium*, Ligures, echinos marinos, *Caſtaneas marinas*, & peculiariter *Zinzinos*,

Hyſtricem, ſine aſpiratione Latini proferunt. De eo ſuo loco. *Spinum* nos commodiſſimè. Nam & Itali *porcum ſpinum* dicunt: & Galli haud ſecus multò: etiam *ſpinaceum* potes dicere.

LXIII. ARISTOTELES.

Τοῦ δὲ γένους τῶν τετραπόδων ζώων, καὶ ζωοτόκων, εἴδη μέν εἰσι πολλά, ἀνώνυμα δέ· ἄλλα ἢ καθ᾽ ἕκαστον αὐτῶν, ὡς εἰπεῖν, ὥσπερ ἄνθρωπος εἴρηται, λέων, ἔλαφος, ἵππος, κύων, καὶ τἆλλα τοῦτον τὸν τρόπον· ἐπεὶ ἔστιν ἕν τι γένος καὶ ἐπὶ τοῖς ἔχουσι χαίτην λοφούροις καλουμένοις, οἷον ἵππῳ, καὶ ὄνῳ, καὶ ὀρεῖ, καὶ γίννῳ, καὶ ἴννῳ, καὶ ταῖς ἐν Συρίᾳ καλουμέναις ἡμιόνοις, αἳ καλοῦνται ἡμίονοι δι᾽ ὁμοιότητα, οὐκ οὖσαι ἁπλῶς τὸ αὐτὸ εἶδος· καὶ γὰρ ὀχεύονται καὶ γεννῶνται ἐξ ἀλλήλων. διὸ καὶ χωρὶς λαμβάνοντας, ἀνάγκη θεωρεῖν ἑκάστου τὴν φύσιν αὐτῶν.

Quadrupedum autem genere, quod animal parit, multa ſanè ſpecies complectuntur. Verùm ea nomine carent. Aliæ autem ſub his ſunt quodammodo ſingulares: quemadmodum de homine diximus: leo, ceruus, equus, canis, & eiuſmodi. Nam ea, quæ iubata ſunt, & iumenta vocamus, vnū quoddā genus habent commune: vt equus, aſinus, mulus, ginnus hinnus. Præterea Syriæ mulæ: quæ mulæ quidem nomine appellantur, propter ſimilitudinem: non quòd ſimpliciter eiuſdem ſint ſpeciei. Siquidem ex concubitu inter ſe gignūtur. Quare eas ſpecies neceſſe eſt ſeparatim, & capere vnamquanque, & earum naturam contemplari.

CÆSAR.

SEORSVM in quadrupedum genere, quæ animal pariunt, colligit exempla omnium. Summum quidem genus hoc. Deinde media, quæ huius ſupremi ratione vocat ſpecies. Poſtremò ſpecies vltimas, quæ ſub ipſis ſunt mediis generibus. Eas ſpecies appellat, καθ᾽ ἕκαστον: quia non continent in ſe alia vniuerſalia: ſed quia indiuidua verè ſunt καθ᾽ ἕκαστον, dixit, ὡς εἰπεῖν. Eſt enim ſpecies τὸ ὅλον. τὰ καθ᾽ ἕκαστον, verò, indiuidua, in quæ illa ſpecies ſecata eſt. ἐκὰς, vnde noſtrum *ſecare*.

Quare addidit ζώων, poſt τετράποδα? non neceſſariò, ſed animi gratia ſpecies nanque eſt τοῦ ζώου τὸ τετράπουν.

Quare addit, ζωοτόκων? non rectè ſanè. Nanque & ᾠοτόκων genus eſt ſummum. Genera media, lacertaceum, teſtudinaceum. Nam teſtudinum ſpecies non vna: nemoralis, aquatica, aquaticæ ſpecies marina, ſtāgnalis, paluſtris. Lacertorum ſpecies, crocodilus, ſcincus, lacertus viridis, lacertus muralis, ſtellio.

An verò ſpecies vltima pereat ſublatis indiuiduis, vel in re, vel prædicatione in propoſitionibus in ſeptimo, & duodecimo *Metaphyſices*, diſputandum. Prætereà ſpecies vltima egeàtne multis indiuiduis, an vnum tantùm ſit ſatis. Hîc autem non eſt locus.

Dixit: ἁπλῶς τὸ αὐτὸ εἶδος, mirificis verbis. ἁπλῶς, quia ſunt mulæ, cum adiectione; quippe Syriæ: & propter ſimilitudinem. Theodorus temerè & omiſit, & addidit, & tranſtulit, ὡς εἰπεῖν, ad ἀνώνυμα δέ: cùm neſciret, quare addidiſſet, τῷ, καθ᾽ ἕκαστον. & dixit, *intelliguntur*: laxè nimis. Quaſi ſpecies illæ ex intellectione tantùm ſint. Quòd ſi ſciſſet, à quibuſdam hoc mordicùs teneri; non coniecisſet eos in vanam ſpem ex Ariſtotelis auctoritate. Si enim hæc legant: ita Græcè ſcriptum putent: deinde nugis conſtrepant, vt conſueuêre.

Ariſtoteles dixit, εἴδη πολλὰ, ἀνώνυμα δέ. non cuncta: ſed πολλὰ, quia ſtatim λοφοῦρα, nominat: *iumenta* Plinius interpretatur. Theodorus omiſit χαίτην: ſanè vocem neceſſariam, quæ pro ſpeciei illius differentia poneretur potiùs, quàm λόφος ἐν τῇ οὐρᾷ. Nam iumenta ſola iubam illam in ceruice habent: leones, & canes multi, vt nos obſeruauimus, etiam in pectore. At non ſola habent pilos in cauda. Nam & bos non minùs penè, quàm aſinus, & vulpes multùm, & Sciuri maximè.

Equo & Aſino genus aſſignat vnum commune. Rectè ſanè. Adeò nanque propinqua eſt natura vtriuſque, vt ex vtroque fiat tertium; mulus ſcilicet: vbi diſceptârunt Philoſophi, an ſpecies miſcerentur. Ac de Elementis ipſis diu diſputârunt: & cum illis nos quoque ſuo loco. Elementa enim non propter ſe facta ſunt, ſed propter ſpecies, quarum forent materia. Nec propterea ſunt ad aliquid: quemadmodum ſemen propter futuram plantam: vt perficiatur. Auenroës nugatur, mediam eſſe eorum naturam inter accidens, & ſubſtantiam: vndecimum enim prædicamentum ſtatuendum eſſet. Species autem miſceri palàm eſt, ob affinitatem: quemadmodum & plantæ quædam, & quædam animalia mutantur in alia. Hæc in Commentariis de *Plantis* ſu-

per Ariſtot.& in libris de *Semine genitali* fuſiùs.

Diuerſa fecit, ὄρεα, γίννον, ἵννον, & ἡμίονοι τοὺ περὶ τὴν Συρίαν. In ſexto *Hiſtoriarum* innum ex equa, & mulo ortum prodit. Hoc genus nobis ignotum eſt. Ibi ait hoc eſſe *ginnum*, quod νάννον in homine & μετάχοιρον in porco. Nos & agnoſcimus, & habuimus ex tauro & equa ortum. Mirum: Plinius de ginnis nihil. Sed in octauo mulum ex equa,& aſino: hinnulos ex equo & aſina. Quanquam in principio eius capitis negligenter ſcripſit ſic. *Mulum ex equa & aſino: mulam ex Aſina & equo*: quaſi verò propterea ſexus varietur. Columella meliùs: quod & quotidie nobis compertum eſt: vtrunque ex vtriſque: itémque ex onagro & equa. Appellatos ab hinnitu patris. *hinnos*, ait, & Varro in ſecundo de *Re ruſtica*. Plinius de Syriacis mulabus ſcribens, autorem facit Theophraſtum: Ariſtotelem, vnde ille ſumpſit, non nominat. Proditque è Cappadocia, non è Syria, M. Varro & Columella ex libris Dionyſij, & Magonis, in Africa.

CAPVT OCTAVVM.

Accuratiore opera perſequenda, quæ ad demonſtrationem ſint neceſſaria. A partibus incipiendum, primúmque ab homine: quia notior.

LXIIII. ARISTOTELES.

Ταῦτα μὲν οὖν τοῦτον τὸν τρόπον εἴρηται νῦν, ὡς ἐν τύπῳ, γεύματος χάριν. περὶ δ' ὅσων ἐ ὅσα θεωρητέον, δι' ἀκριβείας ὕστερον ἐροῦμεν, ἵνα πρῶτον τὰς ὑπαρχούσας διαφορὰς, καὶ τὰ συμβεβηκότα πᾶσι λαμβάνωμεν. μετὰ δὲ τοῦτο, τὰς αἰτίας τούτων πειρατέον εὑρεῖν. οὕτω γὰρ κατὰ φύσιν ἐστὶ ποιεῖσθαι τὴν μέθοδον, ὑπαρχούσης [τῆς] ἱστορίας τῆς περὶ ἕκαστον. περὶ ὧν τε γὰρ, καὶ ἐξ ὧν εἶναι δεῖ τὴν ἀπόδειξιν, ἐκ τούτων γίνεται φανερόν.

HÆc igitur hactenus tanquam pro modulo quodam, ac quaſi guſtus gratia appoſita ſint. Quæ verò recognoſcenda ſunt ad contemplandum: & quantum operæ ijs ſit dandum, accuratiùs poſteà declarabimus. Vt primo loco eas, quibus conſtituuntur, differentias: eáſque quæ omnibus contingunt, affectiones, accipiamus. Deinde horum cauſſas inueſtigare conabimur. Sic enim naturæ præſcripto viam rationémque huiuſce narrationis, quæ ad vnamquamque ſpeciem pertinet, inſtituendum. Quo fiet: vt manifeſtò intelligamus, & quæ, & per quæ fieri oporteat demonſtrationem.

CÆSAR.

MERITO alio capite auſpicanda alia opera eſt. Eſt enim altera libri pars. Adeò errauit Theodorus: cùm huiuſce capitis contextum cum ſuperioribus continuauit. Nam his ita conſtitutis, decurſis partium differentiis, earum notionibus, officijs: enumeratis, diſtinctíſque in ſuas ſpecies generibus: nunc oſtendit, quo id conſilio egerit. Aitque ſeſe appoſuiſſe quaſi ad guſtãdum. Quare acriorem, attentiorémque diligentiam dilatam in ſequentes libros. Intereà indicaſſe tantùm, quaſi rerum cumulum. Poſt hæc, inquit, ea omnia, eóque modo perſcrutabimur, atque excutiemus: vt demonſtratio ex his confieri queat. Fit autem demonſtratio per cauſſas priores, & notiores: quibus cognoſcimus affectus proprios ineſſe neceſſariò ſubiectis ſuis. Quare & notiones, & genera, & differentias, & affectus, & cauſſas pollicetur ſe profeſſurum. Exempli gratia: homo eſt architectus: quia animal rationale. Viuit in aere: quia ſpirat. deinde reſoluere ad alias cauſſas. Spirat: quia habet pulmonem, & ad alium modum cauſſæ. Habet pulmonem: vt ſpiret. Præterea, habet pulmonem: quia habet

cor. ὑποδείξεως nomen etiam agnoſcit Cicero in ſua *Academia.*

Interpretati ſumus paulò laxiùs: πῶ ipſe dicit: nos aliter deduximus: *Hactenus*; ſic enim Cicero.

Dixit: περὶ ὅσων, καὶ ὅσα. Atticiſmus agnominationis Platoni frequentiſſimus, & Hippocrati: πάντα πᾶσι. πάντως καὶ περὶ πάντων. πρῶτον περὶ πρώτων ὅλον ὅλως: vſque ad faſtidium auribus paulò ſeuerioribus, περὶ ὅσων, περὶ ὧν: numerum, & claſſes oſtendit, cùm dicit, περὶ ὅσων, magnitudinem, finéſque ipſos tangit contemplationis: cùm ait ὅσα, quanta, id eſt, naturam, affectiones, cauſſas: quouſque, quatenus, quoad: quàm magna ſint ea in natura.

Τὰ συμβεβηκότα, *accidentia*, rectiſſimè Theodorus: adueniunt enim ſpeciei, à genere & differentiis: immò in genus à differentiis. Iccircò, vti diximus, malè dixit, *iuncta*: nemo enim purè loquatur, ſi dicat: ambulationem iunctam homini.

Propoſuit primùm differentias, & accidentia: deinde cauſſas; quoniam ex illis has venabimur. Iccircò dixit, πειρατέον, modeſtiſſimè, à notioribus enim: quare non rectè dixit, hunc eſſe naturæ ordinem, κατὰ φύσιν. Finis enim naturæ primùm eſt; deinde forma: ſecundùm quam comparat materiam, in quam educit accidentia communia ex differentiis ſuperioribus: propria ex propioribus. Exempli gratia: felicitas cauſſa fuit creandi hominem; & ſic creandi, vt animæ diuinæ particeps eſſet, bipes eſſet, rectus eſſet, manus haberet, loqueretur. Cauſſa illa prima fuit apud naturam. Qui volet excuſare parentem vniuerſæ philoſophiæ, dicet: κατὰ φύσιν, non ſecundùm ordinem: res ipſas, id eſt φυσικῶς.

Τ' ὑπαρχούσης τῆς ἱστορίας, non temerè vox illa: ſed ſignatiſſima. Subiectum enim eſt, ſpecies, demonſtrationis: quæ ſpecies cognoſcitur ex ipſa narratione.

LXV. ARISTOTELES.

Ληπτέον δὲ πρῶτον τὰ μέρη τῶν ζῴων ἐξ ὧν συνέστηκε. κατὰ γὰρ ταῦτα μάλιστα καὶ πρῶτα διαφέρει καὶ ὅλα, ἢ τῷ τὰ μὲν ἔχειν, τὰ δὲ μὴ ἔχειν, ἢ τῇ θέσει καὶ τῇ τάξει, ἢ καὶ κατὰ τὰς εἰρημένας πρότερον διαφοράς, εἴδει καὶ ὑπεροχῇ, καὶ ἀναλογίᾳ, καὶ τῶν παθημάτων ἐναντιότητι.

Quibus igitur è partibus animalia conſtituuntur, ea primùm capiendæ ſunt. Propterea quòd ſecundùm has ipſa tota inter ſe & maximè, & primùm differunt iis, quibus diximus, modis. Quippe alia habent: alia aut non habent, aut non eodem ſitu, aut non eodem ordine, aut non eadem ſpecie, aut non eadem quantitate: aut quia earum vice alias gerunt, aut contrariis præditas qualitatibus.

CÆSAR.

SI igitur differentiæ primo quoque loco ſunt contemplandæ; ea ſunt item primo quoque loco contemplanda, quibus eæ conſtant differentiæ. Declarat quid id ſit. Partes, inquit: quibus ipſa tota conſtituta ſunt. Poſt hæc oſtendit modos differentiarum, quæ & per ſe hîc, & quòd ſupra memorata ſunt, plana puto. Exemplorum tamen gratia, quæ omiſit ipſe; paulò fuſiùs diſponemus. A defectu maxima differentia, ac penè genus, vel modus ſummus differendi. nam defectus eſt in ſubſtantia: itaque habent quædam quaſdam, alia non habent: vt aquila cornua, aut defectus præcisè ſubſtantiæ: quod analogiam parit. Cornua limax habet; oculos cancer: ſed non eſt vniuoca ſubſtantia. Aut defectus quantitatis vel continuæ, vt in cornibus capreoli, ſi ceruum ſpectes: vel diſcretæ, vt in dentibus. Aut defectus ordinis, vt dentium in lampetra, & aſello. Aut ſitus: vt in mammis elephanti, & ouis. Aut qualitatum: color in pilis, & oculis leonis, hominis, equi. A calore, alæ cantharidis, & lampyridis. Duritia, aſperitas, & eiuſmodi: vt in cute anguillæ, ſquatinæ, mugilis, turſionis. Figuras quoque contrarias inter ſe ſtatuere potuit: ſcilicet contradictoriè: cornu enim monocerotis rectum eſt, contrarium cornibus veruecinis obliquis, non quatenus obliqua ſunt, ſed quatenus non recta. Vnus modus differentiarum, quem dicit, à ſpecie: eſt in primo capite, quod hîc recenſuimus. Defectus verus, non habere. Defectus alius, non habere ſecundùm ſpeciem, vt naſus hominis, & ſimiæ. Defectus non præcisè habendi: cùm etiam egreditur genus proximum ita, vt ne vniuocum quidem ſit. Sic non ſolùm fuſiùs, ſed etiam acutiùs, quàm philoſophus.

Dixit : μάλιστα, ἢ πρῶτα, primùm differunt : quia materia ſubſternitur formæ,forma aduenit: tametſi forma prior eſt,apud datorem formarum : tamen in hoc,materia προϋπάρχει, hîc:μάλιστα autem quia forma differunt:quæ in hac materia eſt, vt ab alia differat materia. Dixit etiam maximè : quia actionibus quoque differunt : at eæ & poſteriores ſunt partibus : iccircò πρῶτα, & à partibus dependent:iccircò non μάλιστα:ſed partes μάλιστα.

Dixit : ληπτέον: voce non vulgari. Supponit enim ſuum ſubiectum eſſe artifex , ipsúmque capit , aut ſumit. Iccircò argumenta quoque θέσεις, & ὑποθέσεις dicuntur. Theodorus ſatis habuit dicere : *enumeraſſe :* qui Ariſtotelis profunda & ſignata verba , fori cincinnis facit ſæpè triuialia. Ille verò nihil temerè:ſemper ſibi ſimilis.

LXVI. ARISTOTELES.

Πρῶτον δὲ τὰ τοῦ ἀνθρώπου μέρη ληπτέον. ὥσπερ γὰρ τὰ νομίσματα πρὸς τὸ αὑτοῖς ἕκαστοι γνωριμώτατον δοκιμάζουσιν, οὕτω δὲ καὶ ἐν τοῖς ἄλλοις. ὁ δ᾽ ἄνθρωπος τῶν ζῴων γνωριμώτατον ἡμῖν ἐξ ἀνάγκης ἐστί. τῇ μὲν οὖν αἰσθήσει οὐκ ἄδηλα τὰ μόρια. ὅμως δ᾽ ἕνεκεν τοῦ μὴ παραλείπειν τε τὸ ἐφεξῆς, καὶ τοῦ λόγον ἔχειν μετὰ τῆς αἰσθήσεως, λεκτέον τὰ μέρη πρῶτον τὰ ὀργανικά, εἶτα τὰ ὁμοιομερῆ.

INcipiendum igitur ab hominis partibus eſt. Nam quemadmodum numos exploramus:vnumquemque cum eo conferendo, qui nobis notiſsimus eſt : ita hoc in aliis quoque agendum eſt. Atqui homo inter omnia animalia nobis notiſsimus eſt neceſſariò. Ac tametſi ſenſui ipſi manifeſta ſunt partes noſtræ:tamen nequid ordinis prætermittatur : & ſanè rationem cum ſenſu coniunctam eſſe par eſt:de his quoque dicemus. At primùm quidem de inſtrumentariis : deinde de conſimilibus.

CAESAR.

A PARTIBVS incipiendum. At cùm varia ſint ipſa tota : à cuius potiſſimum totius partibus initium ſumemus ? Ab hominis ſcilicet , ratio. Notiſsimus eſt , ratio. Quia ad notiſsima quæque referimus ea , de quibus iudicium facturi ſumus. addit ; *neceſſariò* : quia natura ſpecies ſibi notiſsima : inſunt enim eadem principia.

Hypophora tacita : vt quid explicare partes noſtras : ſi ſunt notiſsimæ ? Anthypophora duabus rationibus : prima , ne ordo interrumpatur : nequid deſit ad plenam ſcientiam. Altera , cum ſenſu ratio coniuncta eſſe debet : iccircò etiam notiſsima ſub artis præceptiones rediguntur; à ſenſu autem oriri diſciplinarum principia, in *Poſteriorum Reſolutoriorum* primo declaratum eſt.

Eodem conſilio primùm declarat inſtrumentaria : quippe ab officiis notiora. Deinde ſimpliciora : quorum affectiones notæ minùs. Qua parte ſentiamus , dubitarunt : qua ambulamus, non.

Theodorus , non ſolùm partes , ſed etiam , exteriores ſcripſit : non malè , ita erat in codice Græco. Nam mox huius conſilij rationem philoſophus explicabit.

Ληπτέον τὰ μέρη. Incipiendum à partibus, idem eſt capere,& incipere.

CAPVT NONVM.

De partibus hominis inſtrumentariis exterioribus.

LXVII. ARISTOTELES.

Μέγιστα μὲν οὖν ἐστι τάδε τῶν μερῶν, εἰς ἃ διαιρεῖται τὸ σῶμα τὸ σύνολον, κεφαλή, αὐχήν, θώραξ, βραχίονες δύο, σκέλη δύο, τὸ ἀπ' αὐχένος μέχρι αἰδοίων κύτος, ὃ καλεῖται θώραξ.

Maxima igitur partes, in quas vniuerſum ſecatur corpus, hæ ſunt: caput, collum, thorax, brachia duo, crura duo. thoracem voco alueum illum, qui à collo ad pudenda vſque pertinet.

CÆSAR.

Nvmerare partes incipit: maximam verò quanque propterea quòd hæ notiſsimæ ſanè ſunt. Vbi totum illud, quod à iuguli furcula ad coxendicum iuncturam pertinet, thoracem appellauit. Id quod & ſupra monuimus. Complectitur autem καὶ τὸ στῆθος, καὶ τὴν κάτω κοιλίαν, ſcilicet tam pectus, quàm ventrem. Plato in *Timæo*, aut ſimul confudit, aut quod peius eſt, à pectore diſtinxit thoracem, ἐν δὲ τοῖς στήθεσι, καὶ τῷ καλουμένῳ θώρακι τὸ τῆς ψυχῆς θνητὸν γένος ἐνέδουν. Nam aut explicauit τὸ στῆθος per id, quod θώρακα vocabat: aut inferiorem tantùm partem intellexit τὸν θώρακα, quippe in qua eſſet iecur: ſedes animæ, vt ipſe autumat, mortalis. Ariſtoteles autem haud multò poſt vtitur pro pectore tantùm. Icircò vox hæc cùm eſſet ambigua: ſeipſum hîc philoſophus interpretatus eſt. Plinius quoque lib. 20. & locis aliis multis: ſimul Celſus in quinto, pro pectore. Priſci Latini pro toto tractu corporis noſtri anteriore. Conſtat id ex eo, cùm militare munimentum, quod eam partem vſque ad pubem tegeret, *Thoraca* nominarunt. A Galeno pectus.

Τὸ σύνολον, idem eſt, τὸ ὅλον: verùm efficaciorem habet ſignificatum: compoſitionem enim quandam connotat, κύτος etiam Plato appellat.

Δύο βραχίονες: Theodorus, *duplex brachium*: ſanè benè, & ex vſu. Sic enim loquuntur omnes: etiam Cicero: *plica* tamen eius origo eſt πλέκειν Græcum: omne igitur brachium duplex eſt: plicatur enim. Tantùm diſtat à vulgò philoſophus: quantùm vel à prodigo, vel ab auaro, liberalis prudénſque paterfamilias. Ratio vocis in pugillaribus manifeſta; quos duplices, triplices, à numero plicationum, id eſt tabellarum appellabant. Malim in Lyceo dicere: brachia duo: aut gemina.

Illud peſsimè, μέγιστα μέρη, *ſummas partes.* Nam æquiuocum eſt, ſummum: *ſummum, in ſuperficie*, vt apud Ciceronem. *Summum, quod in vertice, in ſummo columnæ*, apud eundem. Itaque cutis ſumma pars eſt: ſi profunda ſpectes. Capitis pars non ſumma, id eſt non magna: frons, ſumma erit, id eſt in ſuperioribus. Addidit etiam, *Primas*, de ſuo, ductus à verbis illis: μάλιστα, καὶ πρῶτα διαφέρει. At neque hîc ponere debuit, quod non erat: neque addere, quod iam dictum eſt.

Idem omiſit interpretari, τὸ κύτος, & negligenter nimis tranſtulit, *partem*: addidit etiam neſcio quid inepti: cùm dixit, *Trunca.*

LXVIII. ARISTOTELES.

Κεφαλῆς μὲν οὖν μέρος τὸ μὲν τριχωτὸν, κρανίον καλεῖται. τούτου δὲ μέρη, τὸ μὲν πρόσθιον, βρέγμα, ὑστερογενές· τελευταῖον γὰρ τῶν ἐν τῷ σώματι πήγνυται ὀστῶν· τὸ δ' ὀπίσθιον, ἰνίον μέσον δ' ἰνίου καὶ βρέγματος, κορυφή. ὑπὸ μὲν οὖν τὸ βρέγμα, ὁ ἐγκέφαλός ἐστι· τὸ δ' ἰνίον, κενόν ἐστι. τὸ δὲ κρανίον ἅπαν, ἀραιὸν ὀστοῦν, στρογγύλον, ἀσάρκῳ δέρματι περιεχόμενον. ἔχει δὲ ῥαφὰς, τὸ μὲν γυναικῶν, μίαν κύκλῳ· τὸ δ' ἀνδρῶν, τρεῖς εἰς ἓν συναπτούσας, ὡς ἐπὶ τὸ πολύ. ἤδη δὲ ὠμμένη ἐστὶ κεφαλὴ ἀνδρὸς οὐδεμίαν ἔχουσα ῥαφήν. τοῦ δὲ κρανίου, κορυφὴ καλεῖται τὸ μέσον καὶ λύσωμα τῶν τριχῶν. τοῦτο δ' ἐνίοις διπλοῦν ἐστι. γίνονται γάρ τινες δικόρυφοι, οὐ τῷ ὀστῷ, ἀλλὰ τῇ τῶν τριχῶν λύσει.

Capitis igitur pars, quæ pilis tegi ſolet, caluaria dicitur. Huius partes duæ, anterior, quæ poſt natum hominem generatur, bregma. Omnium enim oſsium, quæ in corpore ſunt, poſtremum concreſcit. Altera pars poſterior, occiput. Inter occipitium, & bregma, vertex. Sub bregmate cerebrum: occipitium inane eſt. Caluaria tota rarum os, rotundum, ex carni cute amictum. Habet autem ſuturas, in mulieribus vnam in orbem: in viris ternas, in vnum magna ex parte coëuntes. Viri tamen caput viſum eſt ſinè ſutura. Meditullium autem caluariæ, quem diximus verticem, etiam explicatio capillorum dicitur à Græcis. Eſt autem in quibuſdam geminum: nam ij Biuertices ſunt: non oſſe geminato, ſed capillorum explicatione.

CÆSAR.

IN ſuas partes exteriores caput ſecat. Nam cerebri mentionem cùm facit, eo facit conſilio: vt indicet, qua parte bregma eſt. Nullum enim hîc locum habet narratió partium interiorum. Κρανίον: *Caluariam* Latini dicunt ab accidenti: quoniam calua fiat. Eſt autem Caluum, quaſi capillis vacuum: quemadmodũ *in Originibus* dictum eſt. Eius pars anterior, bregma: à mollitie opinor: poſterior ἰνίον: quia inde oriantur Nerui: *hæ* enim filamenta, quibus nerui contexuntur. Medium, κορυφή. Hanc nos *verticem*: à puncti ſimilitudine, circa quod cælum vertitur: quem πόλον, à verſationis frequentia nominant. ἰνίον, nos *occiput*: quoniam ob caput additum quiddam eſſet. Sic veteres ob Romam, ad Romam. Eam partem Pericles quia cæteris haberet productiorem à Cratino dictus eſt *Echinocephalus*. Bregma Plinius *verticem*, malè, ex Ariſtotele. *Diu*, inquit, *palpitans vertex*. Sic confudit cum κορυφῇ. Theodorus *ſinciput*, longè peius. Neque enim quid eſſet, nouit: neque à Grammaticis rectè explicatum, ita vt illi explicauerant, & accepit, & acceptum reddidit. Sinciput in *Menæchmis* pro capitis parte poſuit. Plinius in octauo *Cenſorijs legibus interdicta cænis*, ait, *Sincipitia verrina*. At in capite verrino nihil ſapidi præter roſtrum, & aurem. Iccirco Perſius cum ſincipite aurem nominat. Quare ſinciput, ſatis conſtat eſſe, ſciſſum caput: quaſi ſcinciput, abiecto ſanè elemento: quemadmodum apud Ouidium; *Reſæuiat* prima ſyllaba correpta fuerat tamen ſcæuum: σκαιόν. Dimidium igitur capitis eſt ſinciput: non autem pars anterior. Non enim tam occipiti: vt inepti Grammatici ſomniârunt: quam toti capiti integro contrarium habet ſignificatum. Magnum prætereà ex vſu antiquorum argumentũ: quibus in Adagio fuit: *frons occipitio prior*. Non dixêre: ſinciput occipitio prior. At conueniebat magis, ſi contraria fuiſſent.

Εἰς ἓν συναπτούσας, *in vnum*, intelligit. Quia fiſſura vna continua ad diuerſos tamen angulos.

Λύσωμα eſt, vnde erumpunt capilli ſupremo vertice: perinde atque ad naſcendum inde exoluantur. Iccircò diximus, *explicationem*: Theodorus, *æquamentum*, quia diſcrimen ibi fiat, vnde æqualiter demittantur crines. κρίνειν: *Diſcerniculum*, ſi id ſpectes, queas dicere.

Sanè omnis ſolutio, æquatio eſt. Feſtiuè Plautus: *opera pro pecunia*. Quare Itali λίτρα, id eſt pecuniam redemptitiam, *Talionem* vocant. At λύσωμα capillorum nullam habet æquationem. Ariſtoteles geminum quibuſdam prodit: vulgò id conſpicitur: etiam in affini noſtro. Iulius Pollux priſcorum autoritate ait eiuſmodi homines longæuos iudicatos.

Definit Caluariam, os, rotundum, rarum, ex carni cute amictum, eſt membrana ambiens, quod, περικράνιον, vocant. Neſcio an hoc intellexerit. Nam ſanè, cutis, extima craſſa eſt: ſentit. non igitur ſinè carne. Quippe neruea natura ſola compacta non eſt. Sanguinem enim fundit ſe-

cta. Iccirco Theodorus ἄσαρκα *Gracilem*, quomodo dixerit, neſcio, non enim omnia gracilia ἄσαρκα.

Recenſet Caluariæ τὰ ἴδια, τριχωτόν. Itaque Plato in *Timæo* dixit κατατετμημένον τὸ δέρμα. Narrátque ibi capillorum ortum: item aliam affectionem. ῥαφὰς, ſuturas, *commiſſuras* recentiores vocant: committuntur enim oſſium oræ ſerratim. Herodotus idem ſcribit: poſt pugnam Perſicam inuentum caput ſine commiſſuris. Idem Aratus in Iatricis teſtatus eſt.

Πολλαὶ δ' ἀῤῥαφέες κεφαλαὶ πάγεν ἀνθρώποισι.

Omiſit autem duas temporales, quas vulgus *mendoſas* vocat, quæ tametſi non tranſmittunt, tamen non erant negligendæ.

Illud acriùs intuendum; verúmne ſit: occiput inane eſſe: medula nanque duriore & rubentiore, quàm cerebrum ſit, oppletum eſt. Ea pars à Barbaris *nucca*, & *nocra* dicitur. Quemadmodum Arabes τὸ βρέγμα, *Nathi*; partem autem poſteriorem etiam ἐγκεφαλίδα, quaſi cerebellum nō ineptè, alij παρεγκέφαλον: velut additamentum quoddam: aut ſi dicas, cerebri aſſeſſorem. Non puto eſſe verum, quod ait Pollux, ἐπικρανίδα etiam dictum: non enim conuenit. Plutarchus ab Eraſiſtrato τὴν μήνιγγα, ita prodidit appellatam. ſanè κράνειον ſi ſcribas, tanquam denominatiuum ſit; ita vt κρανὶς pro cerebro capiatur. Itaque ἐπικρανὶς eſſe poſſit ambiens cerebrum mēbrana. Cerebellum autē non: ſed παρεγκρανὶς potiùs: niſi ſit, quemadmodū ἐπίῤῥημα. neque laboro.

Dixit, ὀστοῦ ἀραιὸν, ſi intelligit propter ſuturas: eſto. Valdè tamen laxa oratio: ſin ipſius oſſis contextum agnouit: falſus eſt. Caluaria nanque denſiſſima eſt: adeò verò denſa, vt coacta fuerit natura ſuturis aperire: quo liberiùs cerebrum excrementa tranſmitteret Iccircò mulieres perturbationibus aptiores.

Diſcrimen τὸ μέσον, λόσσεμα *aquamentum* Theodorus: quia inde æqualiter capilli demittantur. Non enim eam acutè meditatus eſt, atque nos ſuprà putabamus, tamen Græca vox id non ſonat.

Miram verò Latinitatis inopiam: ſi ita cogar ſcribere, quemadmodum Theodorus, *capitis pars, quæ capillis intecta eſt*, calua appellatur. Quis caluum dicet capillatum? In cadaueribus ita agnoſcas. Quemadmodum Plinius in XXVIII. idem etiam *Caluariam* vocat. Præclariùs agitur cum vulgo vel Gallico, vel Italo, qui *teſtam* nominant. Sicut Latini Concharum, atque Oſtrearum operimenta. Noſtri Barbari, *capitis clypeum*, alij etiam *Ollam* appellârunt.

Theodorus, ὕστερον γίνε, *nouiſsimè conſiſtere ſolita*. Aliud eſt γίνεσθαι, conſiſtere, verbum commune eſt ad mobilia, vbi quieſcunt.

Περιεχόμενον, ſic etiam Galenus. Theodorus *obductum*, optimè. Nos *amictum*, ἀμπεχόμενον. Sic Plato περιαμφιέννυ.

Τὴν κύκλῳ ῥαφήν. in orbem. Vnde veteres eas commiſſuras στεφανιαίας appellabant.

Iulius Pollux totum capitis os, κεφαλῆς κύτος dictum ſcribit. κύτος enim quodcumque caperet, vocabant. Vnde & *Cutis* noſtra. De hoc & ſupra. Sic στεφάνην ait idem nominatum interuallum quod capitur ab oſſe, μεταξὺ τοῦ βρέγματος, ἐ τοῦ ἰνίου. Quare & μεσόκρανον.

LXIX. ARISTOTELES.

Τὸ δ' ὑπὸ τὸ κρανίον, ὀνομάζεται πρόσωπον ἐπὶ μόνου τῶν ἄλλων ζώων ἀνθρώπου. ἰχθύος γὰρ καὶ βοὸς, οὐ λέγεται πρόσωπον.

Quod Caluaria ſubiacet, ſolo in homine vultus vocatur: in cæteris animalibus non item. Neque enim piſcis, aut bouis vultum dicimus.

CAESAR.

NVNC partes inferas capitis. Notiſsima verò facies: vnde & initium. Attribuit ſoli homini πρόσωπον. Id verò an rectè: inueſtigari poteſt, tum origine nominis, tum loquendi vſu. Origo valde reclamat, πρόσωπον, τὸ πρὸς τὴν ὄψιν: quodcumque occurreret. Sicuti quod ponè eſſet: κάτοπιν. Itaque Pindarus in *Olympionicis* de ædibus loquēs: ἀρχομένου δ' ἔργου πρόσωπον χρὴ θέμεν τηλαυγές. In ſimia Philoſophus πρόσωπον cū nominat,

facit ob ſimilitudinem, at cùm & in Crocodilo, & in Chamæleonte: ſanè refigit leges ſuas. In Hippopotamo cautiùs ὄψιν non προσέθηκε. Pollux in ſecundo, negat præter hominẽ, vlli, ex aliis animalibus πρόσωπον eſſe: exceptis Auibus, in quibus ῥάμφος, & ῥύγχος. Nos apud Latinos, vocem hanc, *facies*, cùm etiam ad vniuerſum corpus, etiam ad res inanimas transferri videremus certi ſignificati vſum circumſcripſimus nomine longè ſignatiore, *vultum* enim maluimus, qui verè ſolius hominis dicitur. Eſt enim habitus faciei voluntatem indicans. Græci carent hac vocabuli commoditate: ſed πρόσωπον dicunt. Sic Demoſthenes in orationibus contra *Phormionẽ*, & contra *Dionyſodorum*: & in priore oratione aduerſus *Ariſtogitonem*, ποίοις προσώποις, ἢ τίσιν ὀφθαλμοῖς ἀποβλέψηθε. Caſtigatior ætas aſtrinxit ad hominem tantùm: cùm veteres vaſcula, quibus leonum, aut boum facies affiҫta eſſent προσωποῦντα appellarint. Latinis autem *faciem* pro vniuerſis corporum noſtrorum lineamentis dictam etiam Gellius docuit. Sic *belli facies* Hiſtorici ſacri libri etiam *terræ faciem*. Denique quodcunque fieret, eius rei facies rectè, vt diceretur, inſtitutũ eſt. Sicuti quod videretur, Græci εἶδος. Vultus tamẽ in brutis quoque imago quædã perſpicacioribus deprehẽdi poteſt. Pollux abuſus eſt voce, πρόσωπον, pro eo toto, quod Ariſt. κεφαλήν.

Haud rectè caput aliud ſecat à priore Theodorus. Tot enim in partes digerenda narratio eſt, in quot diuiſit corpus humanum Philoſophus principales. Itaque continuatis etiamnum tractibus oportet capitis ius perſequi: vt vno capite caput vnum complectamur.

Nota loquutionem, ἐπὶ μόνῳ τῶν ἄλλων ζώων, ἀνθρώπου. Non dixit, ἀνθρώπῳ.

LXX. ARISTOTELES.

Προσώπου δὲ, τὸ μὲν ὑπὸ τὸ βρέγμα, μεταξὺ τῶν ὀμμάτων, μέτωπον. τοῦτο [δὲ] ὅσοις μὲν μέγα, βραδύτεροι· ὅσοις δὲ μικρὸν, εὐκίνητοι· καὶ ὅσοις μὲν πλατὺ, ἐκστατικοί· ὅσοις δὲ περιφερὲς, θυμικοί.

Vultus pars frons eſt. Ea & bregmati ſubeſt, & oculos interiacet. Hanc ſiquis nactus fuerit magnam tardiore ingenio erit. Qui paruam, mutabilis. Quibus lata fuerit, ſtupidi. Rotunda iracundum indicat.

CÆSAR.

FRONTEM Græci, μέτωπον, quare dixerint: neſcio. Non enim conuenit τὸ ὄνομα. quippe μεταξὺ τῶν ὀμμάτων nequaquam eſt: ſed ſupra oculos. Naſus enim eſt inter oculos. Itaque ne Ariſtoteles quidem rectè locum aſſignauit.

Notas ab hac parte ſumit ad indicia animi. Iacit, vt ſolet, in hiſtoria ſemina eorũ, quę fuſiùs certis libris explicãtur. Sic in libro de *Anima* ſtatuit principia, ſenſus, memoriæ, colorum & eiuſmodi: quæ accuratiore opera propriis commentariis deinde perſequitur. Atque hic neceſſariò hæc pauca indicat: quia pollicitus eſt docere nos quemadmodum ipſis in partibus differentiæ conſiſtant animalium. Duas nunc in fronte agnoſcit à quantitate, totidem à figura. Magna frons tarditatem. Cauſſa. Virtus minus apta ſede circumſcripta: ſed diſſipata. Parua inconſtantis animi nota. Inopia ſpirituum exiguo loco: tum autem anguſtiæ verſationem efferueſcentium ac reciprocantium deſignat. Lata ſtupidum, atque etiam ſtolidum ſignificat, admiratorem etiam rerum vulgarium. Accedit ad naturam magnæ. Magnam intelligo duabus dimenſionibus: latam per tractum qui duo tempora interiacet. Quare vt illi tardi: ſic ij ſtupidi. Rotunda iracundum. Calorem enim profitetur, & cerebri prominentiam.

Ὑπὸ τὸ βρέγμα, μεταξὺ τῶν ὀμμάτων Theodorus: *ſub ſincipite poſita inter id ipſum atque oculos*. At ille non dixit, μεταξὺ αὐτοῦ τε καὶ ὀμμάτων, eſſet enim μετωποβρέγμα, aut μεταβρέγματον.

Βραδύτεροι, *Segnes* idem: intellige de animo. Mouemur enim ad agendum animi imperio, qui ſi ſine igne eſt, id eſt ſegnis ſine ſpiritibus, non capeſſit prouinciam, ad officia, quæ opus ſunt. Velim tamen acutè omnia. Hic βραδὺς non motum ſignificat, ſed habitum: torporem animi, defectum acuminis. Segnis autem poteſt eſſe etiam acutus: qui delicatus nolit. Sic εὐκίνητοι, nos *mutabiles* meliùs, quàm Theodorus *mobiles*. Mutatio nanque potius eſt animi: mobilitas corporis. Tametſi vtrique vtrumque aptari ex vſu poteſt. Inconſtantiã cũ mobilitate coniungit Cicero.

enim exprimit rem ipſam. Nam & furioſis id euenit : at ij nequaquam ἔκστασιν patiuntur : nulla illis quies. Præterea non mouentur mente, ſicuti collegam Senatu mouit Cato. Mens ipſa mouetur, vt vult Plato : & mouet nos vt vult Ariſtoteles. Iccircò Cicero in Quarto *Academicorum* ait nos moueri mente, & ſenſibus. Non hoc ſignificatu, quo vtitur hîc Theodorus : ſed quemadmodum à gubernatore mouetur nauis. Plinius, à quo totam huius partis interpretationem deſcripſit Theodorus, hanc quartam clauſulam omiſit, de frontis latitudine, quare eius ſententiam περὶ ἐκστάσεως cùm non habeamus : placet, per ſtuporem interpretari. Etenim animo minùs attento ſunt. Iccirco dicere ſolemus : *Hoc age*, ſemper enim aliud agunt. ἐμβροντήτους autẽ fuiſſe Alcibiadẽ proditũ eſt & ab aliis, & à Polluce, ex cuius hiſtoria hanc ſententiã poteris perpẽdere.

Diximus : *nactus fuerit*, valdè ſignato verbo. *Nanciſci* enim eſt natura adipiſci, ab eadem origine Naſcor, & Nanciſcor.

LXXI. ARISTOTELES.

Ὑπὸ δὲ τῷ μετώπῳ, ὀφρύες διφυεῖς· ὧν αἱ μὲν εὐθεῖαι μαλακοῦ ἤθους σημεῖον· αἱ δὲ πρὸς τὴν ῥῖνα τὴν καμπυλότητα ἔχουσαι, στρυφνοῦ· αἱ δὲ πρὸς τοὺς κροτάφους, μώμου καὶ εἴρωνος· αἱ δὲ κατεσπασμέναι, φθόνου.

Sub fronte gemina ſupercilia. Quæ vbi recta ſunt, molles indicant mores. Si ad naſum inflectuntur, aſperum hominem oſtendunt : ſi ad tempora, obtrectatorem, & diſsimulatorem. Contracta autem, inuidum.

CÆSAR.

SVPERCILIA ſunt arquatæ quaſi portulæ quædam ſupra oculos, pilis veſtitæ, *Cilium*, ait Plinius *appellatum ambitum genæ ſuperioris*, ita è Græca voce, κυλίβαι, Latini id vocârunt, quod Græco vocabulo caret.

Μαλακὸν ἦθος, nihil boni ſonat apud Græcos, parum virile. Iccircò *molles mores* nos. Theodorus maluit *mollem animum*, Plinium hîc per omnia *ſequutus*. non idem ſignificatus expletur. Sic στρυφνὸν, Græca voce, *Auſterum*, Latini *aſperum*. Qualem Demeam Terentianum. Sic μῶμον, *deriſorem*, non rectè : tametſi Plinio autore. Mimus deriſor eſt. Vt ſcurra, Latinus, Thymele, Panniculus : Momus obtrectator alienæ laudis. εἴρωνα Cicero *diſsimulatorem*, qui aliter loquitur, atque ſentit. Sic κατεσπασμέναι, *demiſſa*; *contracta* meliùs exprimit vim vocis : quæ conueniat ſupercilijs, ſicuti de ſcapulis *in Phyſiognomicis* idem. ἄνω ἀνεσπασμέναι, ἐποφθαλμιᾷν inuidere.

LXXII. ARISTOTELES.

Ὑφ' αἷς, ὀφθαλμοί. οὗτοι κατὰ φύσιν δύο. τούτων μέρη ἑκατέρου, βλέφαρα, τὸ ἄνω καὶ κάτω· τούτου τρίχες (αἱ) ἔσχαται, βλεφαρίδες. τὸ δ' ἐντὸς τοῦ ὀφθαλμοῦ, τὸ μὲν ὑγρὸν, ᾧ βλέπει, κόρη· τὸ δὲ περὶ τοῦτο, μέλαν· τὸ δ' ἐκτὸς τούτου, λευκόν.

Superciliis oculos natura ſubdidit duos: quorum partes tam inferiores, quàm ſuperiores, genæ dicuntur. Harum oras ambientes pili, Palpebræ. Partes interiores, quæ humida eſt, vocatur pupilla : viſionis inſtrumentum. Quod eam circumdat, nigrum appellatur: quod extra id eſt, Album.

CÆSAR.

OCVLI operimentum oculi partem dixit, minùs accuratè. Eruto enim oculo manet gena. Dixit oculos duos κατὰ φύσιν. vt excluderet fabulas Niſitarum Aetiophũ, quos prodidêre quaternis oculis : ſanè ob peritiam ſagittandi. Sicut Arimaſpi vnoculi dicti ſunt eadem de cauſſa. Argum autem centoculum, à pertinacia vigilandi. Habes & Cyclopas.

Pupilla à Græcis κόρη, eadem ratione. Sic & Vaſcones eadem voce infantulum & hanc oculi partem. *pupula*, Catullus. Quia cùm à nobis inſpicitur, ipſi nos intus quaſi pupulum intuemur. Plinius in XI. κορυβαντιᾷν eos dici, qui oculis dormiant apertis. Aliud tamen κόρυς, aliud, κόρη. Theodorus τὸ λευκὸν, peſſimè tranſtulit *albuginem*. Eſt enim Albugo vitium oculi, ἄργεμον, & ἄργεμα; & λεύκωμα.

Non conuenit inter M. Tullium,& Plinium, & veteres. In duodecim tabulis *Gena* pro parte faciei vtrinque à naſo tuberante poſita eſt, à figura *malam* dictam putant. Marcus Tullius in ſecundo de *Natura deorum* dixit: *Palpebras eſſe oculorum tegumenta, & pilorum vallo muniri.* Item *reciſis palpebris regulum vigilia, atque inedia necatum.* Plinius oculorum tegmina *Genas* nominat atque in genis palpebras agnoſcit: quarum etiam defluxum notat. Hæc in XI. Qui tamen in XXII. *palpebrarum pilos* dicit. Itaque Theodorus habuit, quos ſequeretur: nos quorum pigeret.

Iam initio libri monebamus generatim partes recenſeri ab Ariſtotele, non enim tanquam medicus exequitur: ſed medicis præbet principia. Iccirco cranei os duplex non agnouit: denſum exterius: infrà illud alterum, ita cohærens, vt continuum videatur: natura diuerſum tamen: ſpongioſum enim. Ita Aurium anfractum: narium columellam: alia multa communi profeſſione aut diſſimulat, aut comprehendit. Hac quoque in parte oculorum partes minutiores neutiquã perſequitur. Neque in libris de *Cauſſis partium.* Nos animi, & ſtudioſorum cauſſa rei nobiliſſimæ deſcriptiunculam paulò accuratiorem ponemus hîc. Vt igitur à nominibus incipiamus: inuenies apud Hippocratem in libro de *Viſu corrupto*, τὴν στεφάνην τοῦ ὀφθαλμοῦ, orbem genarum, qui in auibus quibuſdam, & piſcibus circuli figuram præ ſe fert exactam. Pollux exactiùs, ambitioſiùs quàm Medici, in medio nigri pupillam agnoſcit, cuius fulgorem vocat γλήνην, circulum, qui pupillam ambit, Iridem: Album, quod ponè pupillam eſt, σφενδόνην, καὶ λοβάδα, id eſt fundam, & ligulam: eius Ligulæ finem, πρέμνον: Nigrum circa pupillam, στεφάνας, circulum, qui ſub iride eſt, & Album contingit, ἅλω, id eſt Aream. Oculi partes alias tunicas nominat: ponitque quatuor numero. Extimam κερατοειδῆ: nos *Corneam*: aſſignat affectiones, & ſubſtantiam: firmam, albam, ægrè ſciſſilem, neruoſam, cartilagineam, craſſam, tranſlucidam. Alteram, quæ huic ſubeſt, ῥαγοειδῆ: nos *vueam*: denſam, ſanguineam, ſubglaucam, pertuſam. Tertiam φακοειδῆ, & κρυσταλλοειδῆ, & ὑαλοειδῆ: nos *Cryſtallinam.* Quartam ἀραχνοειδῆ, nos *Araneam* item ἀμφιβληστροειδῆ, quaſi Reticulum. Ipſum autem cauum oculorum, quaſi capſam dixeris, κόγχας vocat. Albertus *orbitam* barbarè: ſunt enim ſub ea appellatione rotæ veſtigia in puluere. Plinius in XI. membranas appellat etiam tunicas: ſed membranas potiùs intimas, extimas tunicas, quas & craſſas agnoſcit. Feneſtrationes quas attribuit, videris: ſicut neque rectè dixit, quaſi vitrum eſſe tranſlucidam: hoc enim humoris eſt, non tunicarum. Nam ſanè cornu quoque tranſlucet. Ridiculum verò, cùm meatus plures ab oculo ad cerebrum pertinere accepiſſet ab Ariſtotele: & iccircò ſcriberet, venam ab oculo ab cerebrum pertingere: emendare voluit: atque ait, Se potiùs cenſere: non ad cerebrum ſed ad ſtomachum duci. Propterea quòd, inquit, *Nulli eruuntur oculi ſinè ſtomachi euerſione.* Nam ad cerebrum neceſſe eſt primum. Nerui autem, quos vulgus appellat, *reuerſiuos*, affinitate quadam cerebrum cum ventriculo coniungunt. Rara vulnera in capite, modò cuiuſpiam ſint momenti, ſinè ſubuerſione ſtomachi. Tribus latrunculis erui vidimus oculos ſinè vomitu.


Hæ igitur oculi partes. Pollux, credo ex Ariſtotele, etiam operimenta ipſa inter partes recenſet. Hoc quàm probandum eſſet, ſupra viſum eſt. Nihilo magis, quàm vagina gladij. Negabamus cilium Græcè dici. Ipſe tamen κοῖλον appellat τὸ κάτω βλέφαρον: vnde ſanè potuit noſtrum. Placet magis quod iam dictum eſt. Idem ſuperius βλεφάρων ἐπικοιλίδα, & κοιλίδα, neſcio quare flexu diminutiuo: cùm ea palpebra maior ſit. Palpebrarum rugas à Poëtis idem prodit ἴλιγγας appellatas. Theodorus non rectè *Cilia* βλεφαρίδας.

Vt exactiùs enarremus, noſtro modo digeremus, atque etiam pictam dabimus hiſtoriã hanc. Oculus quaternas habet tunicas: humores binos: ſed tam tunicæ, quàm humores ſibiipſis diſſimiles ſunt propter ſitum aut anteriorem, aut poſteriorem. Præter humorem intimum, qui vnus eſt, & ſui ſimilis vtrobique: & tunicam extimam, quæ vna, & vniformis. Cryſtallinus igitur in medio eſt, quem & *Glacialem* nominãt: ſimilis, vti dicebamus, ſibi colore, & ſubſtantia: iccirco nomẽ ſecundùm partes ſuas nõ mutat, quemadmodum alij vel humores vel tunicæ: diſſimilis tamen figura. Nam in parte anteriori planior eſt, quàm rotundior, ita vt ſit globulus, ibi depreſſior. Alter humor in parte poſteriore dicitur *Vitreus*, in anteriore *Albumineus* ab oui albumine, quod repræſentat ſubſtantiã ſua. Tunica quæ continuò ambit glacialem à parte poſteriore dicitur *Retina*: quia in retis modum texta eſt: in anteriore, *Aranea*, ſuper qua diffunditur ſu-

extima complectitur craſſa, & lucida: quæ ab officio *coniunctiua* dicta fuit. vt clariùs intelligatur duplicem ſubiecimus picturam, quam olim veteres ἰκόνα Græci appellabant.

Oculos cum binis pupillis Plinius in ſeptimo prodidit, eóſque maleficos.





LXXIII. ARISTOTELES.

Κοινὸν δὲ τῆς βλεφαρίδος μέρος τῆς ἄνω καὶ κάτω, κανθοί, δύο μὲν πρὸς τῇ ῥινί, δύο δὲ πρὸς τοῖς κροτάφοις. οἳ ἂν μὲν ὦσι μακροί, κακοηθείας σημεῖον· ἂν δ᾽ ὥσπερ οἱ κτένες κρεώδεις ἔχωσι τὸ πρὸς τοῦ μυκτῆρος, πονηρίας.

Communis autem palpebra pars tam inferioris, quàm ſuperioris: anguli duo iuxta naſum, duo iuxta tempora. Qui ſi longi ſunt, nequitiam ſignificant. Sin ita ſint carnoſi, ut pectines, propè naſum, prauitatis indicia ſunt.

n. Neutiquam tamen verum est ... βλεφαρίδα definiuit: αἱ ἔσχαται τελευταὶ τῶν βλεφάρων. At anguli pilorum partes non ſunt: βλεφάρων legerem hic, & genas reponerem: niſi infrà quoque ſic loqueretur: adeò negligenter vtitur nominibus. Maior animaduerſio: ſitne angulus linearum pars: an anguli lineæ. Videntur enim, quà coëunt genæ, ipſæ eſſe partes anguli. Altera animaduerſio: nondum, quid ſint tempora, declarauit: & definiuit ab ipſis angulos oculorum. Sunt autem κρόταφοι ſiue tempora, planities vtrinque à fronte ad capillos, ſed de his mox.

Theodorus more ſuo paraphraſten egit: τὸ, μακρὸν. Ariſtotelis ſic eſt interpretatus: *Iuſtò longiores.* At enimuerò vacat illa additio, longiùs enim & breuiùs τῶν πρός τι. Quinetiam ſi dico: longum: intelligo plus quàm par ſit: cùm de angulo verba facio. Natura ſua longi ſunt anguli: itaque cùm accipio, μακρὸν, pro ſigno: intelligo longiorem: eſt enim longum, quodcunque habet duas lineas inter ſe reſpondentes, aliis duabus longiores: ſi quaternas habeat, ad eam proportionem etiam *Triangulum* dices: ſi duas quàm vna longiores; *Baſim*, & latus. Circularem figuram, quæ in ouo eſt, aliter deſcribes, vt longam intelligas: orbis compreſſus. Plinius angulos non deſcripſit, ſed exemplo tantùm nominauit. *Claudio Cæſari*, inquit, *ab angulis candore carnoſo, ſanguineíſque venis ſubinde ſuffuſi.*

Theodorus μυκτῆρας, *Nares*: at nares oculos non attingunt, ſed naſi partes ſunt imæ, mobiles, tanquam folles. Græca vox, ſi vt Plato fecit, facias: ille in *Cratylo*, ἦρα ... τὸν ἀέρα: quia ſit ... ἦρα, qua in geminatione inuenies, ἀήρ. Sic tu, ῥῖνα ῥῖνα: inuenies intus *Nares*: ita libet cùm tanto viro iocari apud ſtudioſos: μυκτὴρ in ſingulari naſum ſignificat: μυκτῆρες, nares: vnde *Muccus.*

Duo ſunt nomina: κακοήθεια, & πονηρία. κακὸς, nequam, nihili, alibi declarauimus, & in *Originibus* fuſiùs: κακοήθης, cuius mores nullam admittunt caſtigationem. Moroſus, qui ſuis viuit moribus. Sic vlcera incurabilia, κακοήθη: quæ non admittunt Medici prudentiam. Εὐήθειαν vſus extorſit ad deteriorem ſignificationem, accipiunt enim vùlgò pro fatuitate. Plato autem ſapienter iubet in primo *Reipub.* ſumendum pro animi facilitate generoſa. Sanè inquam ſapienter: oportet enim contrarium eſſe τῆς κακοηθείας. πονηρία àutem eſt, efficacia ad malè agendum: *Prauitatem* Latini dixêre: de cuius ſignificatu, & origine alibi. Salluſtius vtrunque attribuit Catilinæ, κακοήθειαν καὶ πονηρίαν. *Ingenio*, inquit, *malo prauóque.* Malum natura, prauum aſſuetudine, atque opera. Nam πόνος laborem ſignificat: vnde πόνηρος, laborioſus: & πονηρὸς, qui multum operæ ponit ad malè agendum. Hoc declarauit de Æſchine Demoſthenes per verbum, πονηρεύεσθαι, in oratione de *malè adminiſtrata legatione*, in qua etiam haud multò poſt nomen ponit, πονήρευμα, id eſt prauitas, aut peruerſitas. Quo nomine etiam in oratione priore *aduersùs Ariſtogitonem* vſus eſt. declarat reipſa ſignificatum: cùm Tanagræi hoſpitis naſum mordícus abſumpſerat. Theodorus κακοήθη, *maleficum*: aliud tamen κακοήθεια, aliud κακοποιΐα. hoc vtitur in oratione *ad Demonicum* Iſocrates: κακοήθεια ſuis moribus contenta eſt: κακοποιΐα etiam aliis malè facit. Neque poteſt κακοήθειαν dicere, maleficentiam: & πονηρίαν malitiam. Aut vnum ſunto: aut ſi malitia habitus eſt, maleficentia erit habitudinis perfectio in opere: potiùs è contrario, πονηρία ſit maleficentia: malitia κακοήθεια.

Pollux τοὺς κανθοὺς, τῶν βλεφάρων ἄκρα deſcribit: eorum radices, ἐγκανθίδας, & ἐπικανθίδας: priuatim ab officio lacrymandi ij, qui ad naſum ſunt, ῥευτῆρες: & metaphoricè, πηγαί. qui temporibus affines ſunt, παρωπίας.

Quaſi κτένες carnoſi. non ſatis mihi facit illa vox, κτένες: omnino vereor ne quod mendum ſit, quæ enim cum pectine ſimilitudo? Theodorus tamen ita legit. Albertus de angulis nihil.

LXXIIII. ARISTOTELES.

Τὰ μὲν οὖν ἄλλα ζῷα πάντων τῶν ζῴων, πλὴν τῶν ὀστρακοδέρμων, καὶ εἴ τι ἄλλο ἀτελὲς, ἔχει

Omnes igitur animantes oculis prædita fuere, præter eas, quæ teſta operta ſunt: & ſi quæ aliæ im-

ὀφθαλμούς· τὰ δὲ ζωοτόκα πάντα, πλὴν ἀσπάλακος. τοῦτον δὲ τρόπον μέν τινα ἔχειν ἂν θείη τις, ὅλως δ᾽ οὐκ ἔχει· ὅλως μὲν γὰρ οὔθ᾽ ὁρᾷ, οὔτ᾽ ἔχει εἰς τὸ φανερὸν δήλους ὀφθαλμούς· ἀφαιρεθέντος δὲ τοῦ δέρματος, ἔχει τήν τε χώραν τῶν ὀμμάτων, καὶ τῶν ὀφθαλμῶν τὰ μέλανα κατὰ τὸν τόπον καὶ τὴν χώραν τὴν φύσει τοῖς ὀφθαλμοῖς ὑπάρχουσαν ἐν τῷ ἐκτός, ὡς ἐν τῇ γενέσει πηρουμένων, καὶ ἐπιφυομένου τοῦ δέρματος.

perfecta. Quæ verò animal pariũt, ea omnes quoq;, niſi talpa. Verùm hanc quoque aliquo modo habere quis cenſere poſſit: At omnino neutiquam habet. Omnino enim nihil videt. Neque manifeſtò apparentes oculi ſunt. Detracta verò pellicula, & oculorum ſpatium inuenies, & humorem nigrum, qui ſecundùm & locum, & ſpatium eſt à natura ipſis oculis attributus: perinde quaſi inchoatos pellicula extrinſecùs occupârit.

C Æ S A R.

OCVLI ſubſtantia, & partibus tanquam totius cuiuſdam explicatis: appellat enim talia membra, ὅλα: nunc tanquam totius, id eſt animalis partem contemplatur. Oſtendit igitur, quod pollicebatur, defectum, & habitum. Duas inſtituit diuiſiones: animal aliud perfectum, aliud imperfectum. Imperfecta carent oculis: vt oſtreæ, & patellæ, vrticæ, alia eiuſmodi. Perfecta, quæ animal pariunt, omnia: vnam talpam excipit. Excipit dubitationem, aítque oculi & locum, & ſpatium exiſtere. Sed ex oculi ſubſtantia nihil, præter id, quod nigrum appellabat, ídque prominere: hoc enim eſt, quod dicebat, ἐν τῷ ἐκτός.

Ὅλως δ᾽ οὐκ ἔχει. non eſt negatio totius, quæ totum tollat, nulla relicta parte: ſed quæ tollat totius perfectionem, & partem relinquat: iccircò dixit, πηρουμένους. At, ὅλως μὲν γὰρ οὔθ᾽ ὁρᾷ: totam aufert viſionem. Niſi enim, ὅλως, ſit æquiuocum hîc, ſibi contradicat. nam nihil ſanè videt, at nonnihil habet oculi: quippe habet nigrum. Quod autem ait, ὡς πηρουμένους, rectè accipiendum eſt: nam quod ad oculorum attinet naturam, ſunt πηρούμενοι: quod ad ſpeciem ipſam talpæ ſpectat: ſunt perfecti. neque enim aliis oculis talpa, vt talpa vti poſſet. Quippe aëre non fruitur ad viſionem: ſed ſub terra lumbricos venatur, & radicibus veſcitur. Neque inde in aërem extracta diu viuit: iccircò dixit, ὡς, quaſi, ſi cæteris oculis comparentur, & nos valdè circumſpecta voce expreſſimus: *inchoatos*: etiam *præuentos* dicere poſſis ab ipſa pellicula ante, quàm abſoluerentur. ipſe ait: quaſi dum fierent, malè affectos, ſiue læſos, ἐν τῇ γενέσει. ἐν τῷ γενέσθαι. Theodorus τὸ ὡς, malè tranſtulit: non tanquam attentatam ſimilitudinem: ſed vt cauſſam: cùm dixit, *vtpote*: ſic enim loquitur Cicero. Moroſiùs verò tot verbis, πηρουμένους: *preſſi, confuſi, oblæſi*: oblæſi, ſanè benè, & quidem mutilati, at confuſi non ſunt: non enim in eo nigro ſunt partes cæteræ: prætereà, preſſi, nihilo meliùs conuenit: neque enim depreſſio cauſſa eſt τῆς πηρώσεως: neque commodè dixit: *oblæſi eſſent, dum crearentur*: immò oblæſi fuerint: peregrina enim ſtructura eſt.

Accuratior fuiſſet oratio ad hunc modum, πλὴν τῶν ἀτελῶν, οἷον τὸ τῶν ὀστρακοδέρμων γένος: melius enim excipimus vniuerſaliter & aſſignamus exempla: deinde ſubdere καὶ τῶν τελείων, τοῦ ἀσπάλακος. Nam videtur explêſſe ſententiam: quoniam de iis, quæ animal pariunt, ſtatuit. Ergo de ouiparis quid dicemus? Equidem ſic ſcripſiſſem: perfecta omnia oculos habent, præter talpam. Sanè oſtracea neutiquam perfecta. Eſt autem oculorum ordo atque natura ſic pote agnoſcenda. Carere, vt oſtrea: habere, vt aquilæ. Deinde media duo: eorum vice aliquid habere, vt cornicula, limaces. Aut imperfectos habere: ídque duobus modis, aut inchoatos vt talpæ: aut perfectos in ſuo genere, vt cancri: vident enim. ſunt autem oculorum multæ affectiones à motu. Aliter mouentur maximæ animalium parti, aliter cancris: emiſſitij enim ſunt: aliter chamæleonti, cui circumaguntur: de cæteris affectibus fuſiùs in quarto.

Facit in anthypophora ſyllogiſmum. ὅλως οὐχ ὁρᾷ ἀσπάλαξ: igitur, ὅλως οὐκ ἔχει ὀφθαλμούς: maior propoſitio eſt: ὁρᾷ πᾶν ζῷον ὀφθαλμοῖς.

Dixit: εἰς τὸ φανερὸν δήλους ὀφθαλμούς. quoniam orbes quidem apparent, ἐν τῷ φανερῷ: at non ſunt δῆλοι ὀφθαλμοί. Item detracto corio, δῆλοι εἰσὶ ὀφθαλμοὶ πηρούμενοι ἀλλ᾽ οὐκ ἐν τῷ φανερῷ. At Theodorus *perſpicuos* interpretatus eſt, malè. Eſt enim perſpicuum τὸ διαφανές, idem quod perlucidum: per quod peruadit & lux, in pellucido: & ſpecies, in perſpicuo. Ita perſpicua oratio, & luculenta, & dilucida: cuius verba, verborúmque textus non morantur animum tranſmittentem ſeſe ad ſententias. Deſidero autem in ea voce, πηρούμενοι. aliud, quàm *læſionem*. Nam in quarto de *Generatione animalium* cùm ait philoſophus: δεῖ δὲ ὑπολαμβάνειν ὥσπερ ἀναπηρίαν τὴν θηλύτητα φυσικήν: nequeam dicere *læſionem*, ſed *defectum*, ac *mutilationem*. Læſio enim eſt vitij oblatio: ſiue id famæ eueniat, ſiue opibus, ſiue corpori. Hoc autem, quo abeſt à maris perfectione fœmina, non eſt læ-

data ea perfectione,quæ maſculo debebatur. An vero verum ſit id : fœminam eſſe naturæ *ἀναπηρίαν* tum alibi, tum in libris de *Semine genitali* declaratum eſt.

Poſuit τὸν τόπον καὶ τὴν χώραν, non ſuperfluò. τόπος locus ipſe eſt : χώρα, loci affectio, id eſt capacitas. Idem ſentiunt Geographi. Nam χώρα regio eſt , quoniam multa caperet : τόπος, locus partialis.Itaque Coſmographus eſt,qui cælum ac terram deſcribit. Geographus, qui terram tantùm,ſed vniuerſam. Chorographus , qui prouinciam vnam , aut alteram. Topographus , qui vrbem vnam , aut plures : ad hæc ſepulcra , aras,aditus,ſaltus minutatim, veluti Pauſanias. At Theodorus, *χώραν, deſcriptionem,&* *ſitum τόπον*, malè tranſtulit.

Ὑπάρχουσαν, id eſt ſubſiſtentem oculis , ſignatiſſimè : propterea quòd oculis ſubeſt : addidit, φύσει:id eſt naturæ opera, & conſilio ſubſtratam oculis regionem.

Ἐν τῷ ἐκτὸς : quaſi extima pellicula intimum opus affectum ante,quàm perfectum fuerit,præuenerit, atque occupârit.

Theodorus , *habent* , inquit , *profectò oculos*. At philoſopho non eſt iurandum, ne ſi Socrates quidem per canem iuret. Iuramus enim in re dubia,vbi deeſt ratio, aut conſenſus populi ad conſenſum auditorum:intelligo populum, in quo etiam ſapientes cenſeantur.Addidit etiam de ſuo, *pretentam*, cùm membranam deſcriberet : non malè,ſed non fideliter; apud Plinium legerat : at Plinius ſuis non alienis legibus loquitur.

LXXV. ARISTOTELES.

Ὀφθαλμοῦ δὲ τὸ μὲν λευκὸν, ὅμοιον, ὡς ἐπιτοπολὺ, πᾶσι. τὸ δὲ καλούμενον μέλαν, διαφέρει. τοῖς μὲν γάρ ἐστι μέλαν, τοῖς δὲ σφόδρα γλαυκὸν, τοῖς δὲ χαροπὸν, ἐνίοις δὲ αἰγωπὸν. τοῦτο ἤθους βελτίστου σημεῖον, καὶ πρὸς ὀξύτητα ὄψεως κράτιστον.

Oculorum id, quod album diximus, omnibus ferè idem. Nigrum autem variatur. Nam quibuſdam nigrum ſanè eſt, aliis autem cæſium admodum, nonnullis fuluum, quibuſdam caprinum. Hoc & optimorum indicium morum eſt, & ad videndum acutiſſimum.

CAESAR.

SIMVL oculorum notat differentias, ſimul æquiuocum oſtendit, quod appellabat, *μέλαν* : iccircò nos addidimus aduerbium *ſanè*, qui enim Latinè loqui ſcit, intelligit hic huius vocis vim.

Quatuor tantùm agnouit colores : quippe quaſi principes , non quaſi certis præſcriptos differentiis. Nam à nigro ad album ſi tranſeas : antequàm perueneris multam inuenias varietatem. Plumbei, viridis,ſapphirini, cinerei,cæſij,fului, ſanguinei,crocei,atque eiuſmodi. Glaucum eſſe cæſium,cæſium non eſſe ſanguineum in Commentariis de *Plantis* declarauimus aduersùs triuiales magiſtros aliquos. *χαροπὸν fuluum* diximus rectè, Plinius *ruffum*: cuiuſmodi aquilæ,& leoni : quem Catullus *cæſium* cùm dixit, ſanè neſcio. Cæſium enim eſt à cæli colore. glaucum:quales in noctua;& eius numine Pallade,& in omnibus penè Scaligeris. αἰγωπὸν à capris dictum facilè agnoſcitur. Neſcio an Plinius curauerit interpretandum : dixit enim,*aliis nigra,aliis atra, aliis ruffa,aliis cæſia*. Nam idem atrum, & nigrum eſt:niſi atrum fuliginoſum putârit : at idem in oculis eſt, quod *χαροπόν*. Præterea capellarum pupilla nigra ſubcæruleo cæſio aut ſapphirino miſta eſt. Iris autem ambiens, de qua hîc ſermo eſt, aureo nitore diluta.

Cum Ariſtoteles in *Phyſiognomicis* multorum notas indiciorum ad animalia referat : mirum quo pacto caprinis oculis attribuat optimorum morum argumentum. At enimuerò capra maleficum animal : etiam venenato plantis dente. Tum autem ſtolida,ſtupida, inuida,ſalaciſſima, fætidiſſima. Præterea raptrices aues omnes , quibus viſus acutiſſimus à natura datus eſt , fuluis oculis ſunt , non caprinis : non igitur *αἰγωπὸν ὀξύτατον*. Plinius ex veterum ſententia capras non

Digitized by Google

minus noctu quàm die videre.

Scriptum erat, ἤθους βέλτιςον σημεῖον. Fortaſſe hypallage vſus eſt: ſi βελτίςου, non legatur.

Albertus huc importunè tranſtulit vniuerſam phyſiognomiæ ſcientiam. Hiſtoria nanque nuda eſt, iaciens, vti dicebamus, libris diuerſis ſemina ſuæ cuique culturæ.

LXXVI. ARISTOTELES.

Μόνον δὲ μάλιςα, ἢ μᾶλλον τῶν ζώων ἄνθρωπος, πολύχροις τὰ ὄμματα ἐστι· τῶν δ' ἄλλων, ἓν εἶδος. Ἵπποι δὲ γίνονται γλαυκοὶ ἔνιοι.

Solus autem animalium homo aut potiſſimùm, aut pluſquàm cætera alio, atque alio colore oculos præditos habet: reliquis vnus color, præterquam equis: quorum aliquibus cæſij.

CÆSAR.

MORE ſuo declaratam partem, agnoſcit in ſuis certis ſpeciebus. Animaduertes in equo nigro albos oculos. In cato nigro viridiſſimos. In equo cerebri ratio ſubeſt: in felle corij & pili. Nam cati omnes cùm ſint cæſij: ater color admiſtus cæruleum effecit. Sic Æthiopes cæſij nulli, aut pauci: item Syri, Mauri, Indi. Contra Germani, Britanni, Belgæ ferè cæſij, aut cærulei, aut ſuffului.

Dixit: μόνος δὲ μάλιςα, ἢ μᾶλλον. At enimuerò ſi eſt ſolus: non eſt addendum, μάλιςα. Sic enim diſiungit hæc duo Homerus, cùm dicit: παρ' ἐμοίγε καὶ ἄλλοι οἵ κέ με τιμήσουσι· μάλιςα δὲ μητίετα Ζεύς. Nos non auſi quicquam innouare, non mutauimus. Theodorus etiam diſtorſit, cùm addidit: *ergo. Solus ergo potiſſimum animalium.*

Oculorum vitia Plinius recenſet. *Strabones*, Græcum eſt: ſicut & ϐολλὸς, & Latinum merum, *Petus*. Sunt & Lucini, qui puſillos habent. Et Coclites. Martialis *deſioculum*, feſtiuè: ſed non eſt hîc locus.

LXXVII. ARISTOTELES.

Τῶν δ' ὀφθαλμῶν οἱ μὲν, μεγάλοι· οἱ δὲ, μικροί· οἱ δὲ, μέσοι· [οἱ δὲ μέσοι] βέλτιςοι.

Oculi quidam magni, quidam parui, quidam modici: hi optimi ſunt.

CÆSAR.

QVANTITATE differentias: quas etiam examinat. Mediocres præfert: ſed breuiſſimè: tu intelliges & ad videndum, & ad animi affectus bonos indicandos. Nam grandes vim habent diſſipatam, & notæ ſunt bruti animi, pertinacis, à diſciplina auerſi, pigri, præcipitis, impudentis: puſilli mobilem animum, ſubdolum, inuidum, ſuſpicacem. Trogus addidit longitudinem: malefici cordis indicium. Omnes ſanè oculi rotundi ſunt: at operimenta non vno modo: quare quibuſdam oblongi apparent: piſcibus, atque auibus orbicularia ora genarum: homini, & pecori in angulos excurrentia. Felibus, & leonibus, tribulorum figura.

LXXVIII. ARISTOTELES.

Καὶ ἢ ἐκτὸς σφόδρα, ἢ ἐντὸς, ἢ μέσως τούτων. οἱ δ' ἐντὸς μάλιςα, ὀξυωπέςατοι ἐπὶ παντὸς ζώου· τὸ δὲ μέσον, ἤθους βελτίςου σημεῖον.

Item aut extant valdè, aut in profundo, aut medio ſpatio ſiti ſunt. Ac profundi quidem quouis in genere animalium acutiſſimi ſunt ad videndum. Qui verò media in regione ſunt conſtituti, optimorum notam morum habentur.

ASITV contemplatur : plana ſunt omnia. Cauſſa facilis intellectu, quare qui in receſſu ſiti ſunt, optimè videant : ſpecies enim integriores perferuntur ſub vmbracula : non enim aëris motu diſſipantur. Cauſſa contraria in contrariis, ſcilicet extantibus. Hæc ſic. in equo autem extantes quærimus : ſuillos non damnamus, ſed aſpernamur : tanquam ſigna animi aut ſopiti, aut degeneris, aut rebellis. Aquilis, atque aliis eiuſmodi æquabili ſitu poſiti acutiſſimè omnium vident : hoc erit à ſubſtantia, non à ſitu. Non poſuit mores τῶν ἐντὸς, καὶ τῶν ἐκτὸς. Illi acuti, ſubdoli, ſuſpitioſi : hi temerarij, inconſiderati : ſed his hîc parcè. In cæteris animantibus quàm diuerſa natura. Catellis quàm minimis quàm maximi quàm maximè extantes : elephanto minimi. Cruſtaceis productiles : omiſit, orbes plenos, cauos, circa oculos. quibus caui, maximè crudeles.

Theodorus, ἢ *μέσως κειμένων, modicè ſiti*. Latinis euenire vſu nequit, vt ea verba cohæreant : neque rectè dixit, ἢ *ἐντὸς, conditi*. Conditum eſt, quod non apparet. Neque fideliter illa. ἐπὶ παντὸς ζώου : *in genere quoque brutorum animalium*. Plinius tamen *conditos* dicit.

Animaduertes diuerſa naturæ condimenta. Nam qui in receſſu ſunt, vident meliùs in ſua ſpecie : non tamen generi genus ſi compares : quippe cancri tunc commodiùs vident, cùm promotos intendunt extrorſum. Eſt enim quaſi vice genarum ipſis retractio.

LXXIX. ARISTOTELES.

Καὶ ἢ σκαρδαμυκτικοὶ, ἢ ἀτενεῖς, ἢ μέσοι. βέλτιστοι δ' ἤθους [σημεῖον] οἱ μέσοι· ἐκείνων δ' ὁ μὲν, ἀναιδής· ὁ δὲ, ἀβέβαιος.

PRætereà aut nictabundi ſunt, aut intenti, aut media inter hos natura Hi optimæ naturæ ſunt argumentum. Nam hi impudentiã : illi inconſtantiam deſignant.

CÆSAR.

AMOTV certo nunc. Impudentem ait, intentiorem : inconſtantem, mobilem. Sanè illum pertinacem à pertinacia : hunc mobilem à mobilitate. Plinius ἀτενεῖς ſic eſt interpretatus : *candidi pars extenta* : peſſimè. neque enim à candido, neque à candidi tractu impudentiam elicimus : ſed à rigiditate, vt in canibus, in quibus candidi minimum. Idcirco Homerus, κυνὸς ὄμματ' ἔχων, & κυνῶπιδα. Nam ſi pudor in virgine oculos deiicit : vt eſt apud Homerum noſtrum : ergo in contrarium intendet impudentia. Pudor enim eſt metus reprehenſionis. At qui contuetur, is fidit ſibi. Theodorus addidit, *rigidi*.

Nictabundi, σκαρδαμυκτικοί. Plinius ſic. *Identidem operire ſolent*. Theodorus incommodè : *nimiùm conniuent*, debuit : *nimis frequenter*. Cùm oculos operio, conniueo : ſi diutiùs contineo, nimiùm conniueo. Actionis frequentiam, non tractum quæro.

Peſſimè Theodorus, ἢ *μέσοι : aut modicè nutant*. Non enim oculorum eſt, nutare : ſed capitis. Annuere, eſt acclinare caput : abnuere, reclinare : renuere, modicè circumagere. Nictare, oculorum : in Plauti *Aſinaria*.

Notabis ambitum vocis huius, *μέσοι*, apud Ariſtotelem : in magnitudine, & in motu : *μέσως*, in loco. *Reliquorum* ἐκείνων Theod.

Oculorum affectiones à vita. Vltimi perficiuntur, tametſi initio maximi : attenuantur, aut retrahuntur nimio venereorum vſu : exiccantur metu : lætitia grandeſcunt latioribus palpebris : ira inflammantur : pudore deiiciuntur : votis tolluntur, minis ex obliquo torquentur : aſſeueratione intenduntur. Primos philoſophi mori aiunt. Hoc nos ſæpè animaduertimus.

LXXX. ARI

Digitized by Google

LXXX. ARISTOTELES.

Ἔστι δὲ κεφαλῆς μόριον, δι' οὗ ἀκούει, ἄπνουν, τὸ οὖς. Ἀλκμαίων γὰρ οὐκ ἀληθῆ λέγει, φάμενος ἀναπνεῖν τὰς αἶγας κατὰ τὰ ὦτα.

Eſt præterea capitis pars, qua audimus, nec ſpiramus, auris: neque enim Alcmaonis ſententia vera eſt, qui putauit capellas auribus ſpirare.

CAESAR.

TRANSIT ad alteram capitis partem: reiicîtque Alcmæonis ſententiam & damnat, in Pliniano codice *Archelaus* non *Alcmaeon* ſcriptum eſt. Hermolaüs nihil. puto illi viro ita perſuaſum, quod capellæ eſſent valdè ſimæ. Verùm naribus ſternutant: ergo & ſpirant.

Mirabere ſolitam breuitatem, ἔστι δὴ κεφαλῆς μόριον δι' οὗ ἀκούει ἄπνουν τὸ οὖς. Totum, pars, officium, definitio, reiectio ſententiæ, nomen: ſimul omnia, δι' οὗ ἀκούει: caput, oportet, intelligas. Theodorus, ἄπνουν: *ita vt nulla ſpiratio deſideretur*: ambitioſum, nec minus ambiguum loquendi genus. Nam neque pedes deſiderant ſpirationem: quia non opus habent ea: neque pulmo: quoniam eam habet.

LXXXI. ARISTOTELES.

Ὠτὸς δὲ μέρος, τὸ μὲν, ἀνώνυμον, τὸ δὲ, λοβός. ὅλον δὲ ἐκ χόνδρου καὶ σαρκὸς σύγκειται· ἔσω δὲ τὴν μὲν φύσιν ἔχει, οἷον οἱ στρόμβοι· τὸ δὲ ἔσχατον ὀστοῦν, ὅμοιον τῷ ὠτί, εἰς ὃ, ὥσπερ ἀγγεῖον ἔσχατον, ἀφικνεῖται ὁ ψόφος. τοῦτο δ' εἰς μὲν τὸν ἐγκέφαλον οὐκ ἔχει πόρον· εἰς δὲ τὸν τοῦ στόματος οὐρανόν· καὶ ἐκ τοῦ ἐγκεφάλου, φλὲψ τείνει εἰς ταὐτό.

Eius pars altera caret nomine, altera λοβὸς *Græcè dicitur. Ipſa tota ex cartilagine, atque carne conſtat. Regio intima cochleis ſimilis eſt, extremo oſſe auriculam imitans, in quod tanquam in vltimum vas peruenit ſonus: neque ad cerebrum ab eo meatus vllus, ſed in canum oris. At à cerebro ad ipſum vena tendit.*

CAESAR.

BREVITAS ſubripuit nobis partitionem. Sic enim debuit. Auris partes duæ: exterior, & interior. Exterioris partes totidem: altera ſuperior, quæ caret nomine: altera λοβὸς dicitur. Tunc ſanè carebat nomine ea pars. At medici poſteriores ſcitiſſimè affinxerunt, πτερύγιον enim appellarunt ab alæ, quam imitatur ſimilitudine. Quæ pars pendula eſt, ea λοβὸς: quia eſſet quaſi phaſelus leguminis genus. Vnde ἐλλόβια, apud Græcos: Latini *inaures* communi & vulgata voce, propria & priſca, *ſtalagmia*: quòd tanquam guttæ penderent vniones. Non omnibus ea pars eſt auribus: non enim iis, qui noctu nati ſunt: ſed qui interdiu maxima ex parte. Latini ei parti nomen non impoſuêre: ſicuti Græci vniuerſæ. *Auriculam* nos totum illud extimum: illi tam illud, quàm quod intus eſt, οὖς. Theodorus haſce inopias cùm animaduerteret, audacia Græca fidem prodidit. Nam &, *auriculam*, addidit: & πτερύγιον, & λοβόν. Cùm tamen Ariſtoteles ita ſcriptum reliquiſſet, τὸ μὲν ἀνώνυμον. Nam quibus Græca tranſtulit Theodorus? nonne ignaris Græcarum literarum. Hi igitur, ſi vſus veniat, quouis pignore etiam Ariſtotelis temporibus eam partem nominatam contendant: propterea *pinna*, malè tranſtulit: alæ enim puſillæ figuram habet: toleretur tamen: at peſſimè, λοβὸν, *fibram*, deceptus à partibus iecinorum, & quæ pendent. Ita enim dictæ ſunt, quia fiſſæ. At in auricula nulla fiſſio.

Notabis duplicem ſimilitudinem alteram ab altera dependentem. Auriculam comparat cochleæ, auriculæ oſsis anfractum: vt ſibi ſimilis tota ſit auris.

Quod ſtrombis anfractum ſimilem narrat Ariſtoteles adeò verum eſt: vt poſteriores medici etiam κοχλίου nomen indiderint.

Theodorus, ψόφον, *ſtrepitum*, malè, *ſonum*. Sonus enim genus ad omnia.

Auris diuiditur in os, carnem, cartilaginem. Figuram intus & extra habet anfructuoſam: ne aëris impetu membrana interior dirumperetur; quam pro quarta parte apponas, licet: ſed perinde atque fluctus obiectu ſcopulorum fractus in portum lenior ſeſe recipit potiùs, quàm fertur. Partes haud omnibus eædem: ſed nunc de humana aure loquimur. Partes minutiores: foramen, quà aër admittitur, *σκολιὸς πόρος*, *Anfractuoſus meatus*. Quà oſſa gemina coëunt ad aurem amplectendam, *ζύγωμα*: quia coniunguntur: *iugum*, vel *iugamentum*: & *καρκίνος*, id eſt *cancer*, à figura. Interior ſinus *σκάφος*, *Scapha*, cuius pars intima *κυψέλη*: id eſt *capſula*: vnde & ſordes indidem apud Græcos ita dictæ. *Fornix*, *Aſtacus*: ſicut ſupra, *cancer*. Quod ſubeſt, quaſi areola, *croton*. Fornicis pars, quæ ad intimum neruum pertinet, tragos, *hircus*. Quæ exaduerſum ei eſt, antitragos: id eſt *Obhircus*. Phaſeli pars, quæ extat, *προλόβιον*. Quæ ad capſulam appenſa eſt, *τέττιξ*: id eſt *Cicada*. Quæ huic è ſuperiore cauo imminet, *ἀντιτέττιξ*. Hirci pars, quæ tempora contingit, *ἀκόνη*: id eſt *cos*. Sinus capſulam ambiens, *ἐχινίσκος*: *Ericiolum*. Qui ad foramen aditus eſt, *Camara*, veſtibulum interius, *κύαρ*: id eſt *Curuedo*. Radix ſub Phaſelo, *μύουρον*. quia oſculum Buccini repræſentat. Totus ambitus ſub Ala, *Helix*: id eſt *Anfractus*. Pars huic aduerſa, *ἀνθέλιξ*. Quæ huic ſubeſt, *Concha*. Hæc ſunt Græculorum in nominibus otia: quæ nomina niſi ſcriptis recognoſcant, illis ipſis, qui ineptè ſatagunt, memoria excidant.

LXXXII. ARISTOTELES.

Περαίνουσι δὲ καὶ οἱ ὀφθαλμοὶ εἰς τὸν ἐγκέφαλον, καὶ κεῖται ὑπὸ φλεβίῳ ἑκάτερος.

AT oculi ad cerebrum pertingunt puſilla venæ beneficio: ſub qua vterque ſitus eſt.

CÆSAR.

VTINAM non inter auris hiſtoriam de oculis loqueretur. Neque enim pluris eſſe debuit ſimilitudo, & comparatio cum aure, quàm tractus commentationis. Vtinam referre inſtituiſſet oculorum aliam cum cerebro affinitatem, quam per venam illam, quam etiam diminuit vocis flexu: *φλεβίον* enim vocat. Nam cùm oculus membrum ſit: & motus, & ſenſus habere debuit inſtrumenta. Itaque tria neruorum genera ſunt ei attributa: eáque omnia à cerebro. Vnum, commune omnibus animalibus ad tactionem ſentiendam. Alterum, ad mouendum. Ij ſunt ad angulos: vt dextrorſum, & ſiniſtrorſum: ſurſum, & deorſum moueantur: atque etiam in cruſtaceis prorſum, rurſum. Tertium genus craſſiſſimum, ab aliis diuerſum, quia cauum intus. Singuli hinc inde ex duabus cerebri partibus ad medium coëuntes in communem tubum, qui intus eſt: vnus vt viſus fiat: atque inde ad ſuum vterque oculum reuertentes.

Theodorus legit *ὑπὲρ φλεβίου*. At enimverò ſub venis ſunt, ſiue neruis, non ſuper. Quin tantillo interuallo ſui oblitus eſt. Dicebat enim à cerebro venam deſcendere.

LXXXIII. ARISTOTELES.

Ἀκίνητον δὲ τὸ οὖς ἄνθρωπος ἔχει μόνος τῶν ἐχόντων τοῦτο τὸ μόριον. τῶν γὰρ ἐχόντων ἀκοὴν, τὰ μὲν, ἔχει ὦτα, τὰ δὲ, οὐκ ἔχει, ἀλλὰ τὸν πόρον φανερὸν, οἷον ὅσα πτερωτὰ, ἢ φολιδωτά. ὅσα δὲ ζῳοτοκεῖ, ἔξω φώκης τε καὶ δελφῖνος, καὶ τῶν ἄλλων ὅσα γε κητώδη, πάντα ἔχει τὰ ὦτα· ζῳοτοκεῖ γὰρ καὶ τὰ σελάχη· ἀλλὰ μόνον ἄνθρωπος οὐ κινεῖ. ἡ μὲν οὖν φώκη, πόρους ἔχει φανεροὺς ᾗ ἀκούει· ὁ δὲ δελφὶς,

OMne animal, quodcumque auriculas habet, eas mouet, præter hominem. Nam quæ audiendi ſenſu prædita ſunt, alia auriculas habent, alia non: ſed meatum manifeſtum. Quo in genere & pennata ſunt, & quæ cute ſquallida conteguntur. At quæcunque animal pariunt: vt vitulus marinus, & Delphin, atque alia, quæ cetacea ſunt: omnia habent auriculas. Siquidem animal pariunt etiam cartilaginea. Vnus homo aurem habet immobilem. Ac vitulo quidem manife-

Digitized by Google

ἀκούει μὲν, οὐκ ἔχει δὲ ὦτα. τὰ δ᾽ ἄλλα κινεῖ πάντα.

ſtus eſt meatus ob audiendum : delphin verò tametſi audit, tamen aures nullas habet. Cætera omnia mouent.

C Æ S A R.

AVRICVLATVM intelliges, tametſi quemadmodum apud Græcos οὖς, ita etiam Latinis æquiuocum eſt, *Auris*. Dicebant enim *auribus lupum teneo*, & *Auritos lepores*. Auriculam ſimia neque mouet, neque non mouet : ita vt eſt, neque homo, neque non homo.

Plinium ſequutus Theodorus neglexit illa verba, τῶν ἐχόντων τοῦτο τὸ μόριον. At frequens eſt is loquendi modus Ariſtoteli. Plinius de capellarum cornibus, rectè : quia quædam cornutæ ſunt, quædam natura mutilæ.

Deducit minutatim cognitionem huius partis per genera. Sic breuiter, ac perſpicuè digeres. Audientibus animalibus quibuſdam auriculæ : aliis ſine auriculis aures, quem πόρον vocat : vt vitulo marino. Nonnullis ne is quidem πόρον, veluti Delphino. Aſtrinxit autem hæc ad ζωοτόκα. Iccircò addidit exceptioni etiam σελάχη. Quamquam oratione minùs æquabili, ζωοτόκα γάρ. Non enim eſt redditio cauſſæ. Alius ſic dixiſſet, πλὴν κητωδῶν, καὶ σελαχῶν, ζωοτοκεῖ γὰρ καὶ τὰ σελάχη.

De delphino, οὐκ ἔχει ὦτα, vides πόρον, ὦτα appellare. Nam in quarto negat ei meatum vllum apparere.

Dixit πτερωτά, non πτηνά. Quoniam in volucribus inſectis nihil apparet, contrà veſpertilio etiam auriculas veras habet. Animal enim parit : in noctuarum genere quoque auriculas deprehendas, è pennis illas quidem, ſed quæ rationem habeant aliarum, ἀναλογίαν.

Theodorus peſſimè, *ſquammata* : neque enim piſces tales ſunt, & ſquammati ſunt tamen. Idem ambitioſè de Delphino οὐκ ἔχει ὦτα. Sed nullis cauernis, quæ vicem præſtent aurium.

Auricularum motus varij. Surrigunt ad ſtrepitum : præſertim cerui. Equus in morſu vtranque retroagit : vbi obliquè aſpicit, eam in partem, alteram reducit. Lepores in curſu humeris acclinant. Plinius alias notas recenſet.

LXXXIIII. A R I S T O T E L E S.

ΚΕῖται δὲ τὰ ὦτα ἐπὶ τῆς αὐτῆς περιφερείας τοῖς ὀφθαλμοῖς, καὶ οὐχ, ὥσπερ ἐνίοις τῶν τετραπόδων, ἄνωθεν.

SIta Aures ſunt eodem in orbe, in quo & oculi, non autem ſupra : veluti in quibuſdam quadrupedibus.

C AE S A R.

LOCVM deſignat. Si à vertice orbem ducas circino : ſecabis, inquit, æquè aures ambas, atque oculum vtrunque. Hoc in homine : nam in quadrupedibus aliter, oculi tamen paulò ſunt excelſiores. Aures ſub oſſe.

Περιφέρειαν, *orbem* dicimus. Recentiores *circumferentiam* dicunt voce admodum ſcita : neque pudeat vti. Eadem nanque proportione eſt, qua intelligentia.

Oculis, auribúſque clauſis naſcuntur catuli, & feles, atque alia : non vt aiunt, quod matrix vnguium vncitate ſtimuletur ad exigendum fœtum : ſed ita præſcribente natura. Certis enim ſtatiſque diebus eduntur. Quod certum eſt, neutiquam erit κατὰ συμβεβηκός.

· Κεῖται, emendauimus in codice, quòd κινεῖται, ſcriptum fuit.

LXXXV. ARISTOTELES.

Ὤτων δὲ, τὰ μὲν, ψιλά· τὰ δὲ, δασέα· τὰ δὲ, μέσα· βέλτιστα δὲ τὰ μέσα πρὸς ἀκοὴν, ἤθους δ' οὐδὲν σημαίνει.

AVrium aliæ glabræ, aliæ inter vtranque naturam. Hæ ad audiendum cæteris præſtant. Verùm ab huiuſmodi affectionibus nullum argumentum accipias ad morum indicia.

CÆSAR.

A PRÆDICAMENTO, habere. Mira tamen narrat: à piloſitate aures nihil indicare, cùm tamen brutos homines auribus piloſis videamus: dociles nequaquam. Sic animalia quibus auriculæ intus piloſæ, contumacia, rebellia, auerſa à diſciplina. Canes, qui humano vſui proximi ſunt, læuiſſimas intus. Prætereà modice piloſas ad audiendum accommodatiſſimas: videtur ſubeſſe ratio. Nam denſitas nimia impediat. Glabritas offenſionibus obnoxia ſit. Ego contrà ſentio. Nam auditus eſt diſciplinæ ſenſus: ergo in animali diſciplinæ capaciſſimo, ſenſus is debet eſſe exquiſitiſſimus: inſtrumentum ipſum aptiſſimum. Hominis autem aures maximè vacant pilis. Canes etiam dormientes minimo ſono excitantur.

LXXXVI. ARISTOTELES.

Καὶ ἢ μεγάλα, ἢ μικρὰ, ἢ μέσα· ἢ ἐπανεστηκότα σφόδρα, ἢ οὐθὲν, ἢ μέσον. τὰ δὲ μέσα, βελτίστου ἤθους σημεῖον· τὰ δὲ μεγάλα, καὶ ἐπανεστηκότα, μωρολογίας καὶ ἀδολεσχίας.

ITem aut magna ſunt, aut parua, aut mediocres, Atque etiam aut ſurrecta valdè, aut nihil, aut mediocriter. Mediocris natura optimos deſignat mores. Magna, & ſurrectæ ſtultiloquentiam, & multiloquentiam.

CÆSAR.

BREVITATIS cauſſa ſimul quantitatem, & ſitum contemplatur. Quapropter nos quoque in vnam coniecimus particulam. Surrectas intelligit, quæ hærent capitis parietibus: quarumque torulus ſummus nullus eſt: ſed in mucronem explicatus, atque protenſus. Nam pecudum, canúmque aures, cæterorúmque brutorum torulum habent nullum. Iccircò bruti quoque homines illi. Grandes quoque quibus exiſtunt, aſinini ſunt ii, aut mulini. Quibuſdam pendulæ ſunt: qui *Flacci* à Romanis dicebantur: tardi homines, inepti, operæ perditæ, ſui admiratores, alieno iudicio non excitantur. Paruæ, contumaciam, ſtultitiam, vanitatem, animi impetum rationis præoccupatorem.

Cæterùm in brutis animalibus longè alia ſigna ſunt: variúmque iudicium eodem in opere naturæ. Mulis, atque Aſinis quantò erectiores tantò firmiores, atque laborioſiores. Equi ſi magnas habent, atque erectas, minùs generoſi: ſi pendulas, atque diuaricatas, multi ſegnes: non paucos optimos & vidimus, & aliquot habuimus. Mulos pendulæ damnant nequitiæ. Elephantus omnium brutorum minimè brutus, & maximas & maximè pendulas habet. Porcorum genus quoddam longiſſimas, latiſſimas ad roſtrum vſque porrectas, in alio genere breues ſunt. Illi ferociores, atque edaciores. Breuiſſimæ leoni, ac penè nullæ: item felibus: vulpi haud multò maiores. Muſtellarum generi vniuerſo curtiſſimæ: quorum omnium pars vaferrima, pars magnanima imprimis. Capras è Syria vidimus: quarum auriculæ terram contingerent, etiam ſtantium, nec valdè inclinatarum: noſtratibus breues ſunt. Eadem tamen vtriſque natura. Canes ſagaces Hiſpanici longas, & flaccidas habent. Hi maximè curſitant: maximè ſatagunt: obediunt tamen, atque etiam à præda reuocantur. At aliud genus, quos *currentes* vocat Gallia, longiſſimis auriculis, parciùs laborant: ſenſim hauriunt odorem: auras captant: humi excipiunt halitum: deprehenſis ſemel veſtigiis reuocati non redeunt: coúſque feram perſequuntur, dum fiant compotes, etiam imminentem noctem ſuſque deque habent.

Οὐθὲν Theodorus *parum*: immò, *nihil*, ſic enim ſunt pendulæ.

LXXXVII. ARISTOTELES.

Τὸ δὲ μεταξὺ ὀφθαλμοῦ καὶ ὠτὸς καὶ κορυφῆς, καλεῖται κρόταφος.

Qvod inter oculum, aurem, & verticem interiacet, vocatur tempus.

CAESAR.

SVPRA oculorum angulos deſcripſerat à naſo, & temporibus: quorum neutrum adhuc oſtenderat. Nunc tempora, quid ſint, docet tribus circumſcripta limitibus. Notas nullas ponit. At craſſa, certiſſimum ſignum ſunt inertiæ, atque amentiæ. Itaque doctiſsimus Poëtæ, *cana* vocat. Eorum affectio eſt, primam oſtendere canitiem. Iccircò Homerus πολιοκροτάφους, dicit: ſicuti verticis calueſcere. Contrà, occipitio ſera canities, nunquam caluitium. Videbis apud Alexandrum in Problemat.

Hinc patere poteſt vanum Theodori conſilium: qui diuerſo capite abſcidit aurium hiſtoriam ab oculis. Si enim partibus ſingulis ſingula ſecet capita, ridiculè vnius verſus ſæpè conficiet caput, vt *lineale* poſſis illud appellare, quemadmodum Cicero *conſulem Dialem*: qui vno fuiſſet die. Quare omnia ſimul ponere coactus eſt.

LXXXVIII. ARISTOTELES.

Ἔτι προσώπου μέρος, τὸ μὲν ὂν τῷ πνεύματι πόρος, ῥίς· καὶ γὰρ ἀναπνεῖ καὶ ἐκπνεῖ ταύτῃ, καὶ ὁ πταρμὸς διὰ ταύτης γίνεται, πνεύματος ἀθρόου ἔξοδος, σημεῖον οἰωνιστικὸν καὶ ἱερὸν μόνον τῶν πνευμάτων. ἀλλὰ δὴ ἀνάπνευσις καὶ ἔκπνευσις γίνεται εἰς τὸ στῆθος, καὶ ἀδύνατον χωρὶς τοῖς μυκτῆρσιν ἀναπνεῦσαι ἢ ἐκπνεῦσαι, διὰ τὸ ἐκ στήθους εἶναι τὴν ἀναπνοὴν καὶ ἐκπνοὴν κατὰ τὸν γαργαρεῶνα, καὶ μὴ ἐκ τῆς κεφαλῆς τινὶ μέρει.

FAciei pars naſus eſt, qua ſpiritus commeat. Hac enim reſpiramus, atque expiramus. Hac præterea fit ſternutatio: quæ eſt, exitus ſpiritus conferti. Argumento eſt: quod ſolus flatuum habetur ſacer: atque etiam pro augurio. Cùm autem è pectore, non ex vlla parte capitis procedat reſpiratio, & expiratio per guttur: reſpiratio, & expiratio, quæ fit naribus, in pectus ipſum ita pertendet, vt ſine ipſo fieri non poſſit.

CÆSAR.

QVOD de aure fecerat, nunc de naſo. Nam & partem dicit: & officium declarat ſeruitutis, quam debet pectori. Oſtendit etiam commune vtrique membrũ, guttur. At quoniam priſci animaduertebant per caput ſpiritum commeare: putabant à capite duci. Itaque etiam inſecta ſpirare, tametſi carentia pulmone. Iccircò docet: à pectore procedere expirationem, & in pectus reſpirationem, à naribus per guttur. Ac quanquam etiam ore ſpiramus: tamen neceſſe fuit, vt per caput tranſiret: tum vt ingrediendo ventilaret: tum vt regrediendo euerreret: tum vt olfactus ſenſum expleret, qui per aërem fit. Niſi enim reſpires, odorem non percipias. Addit & aliud officium, ſternutandi, & definit. Sternutatio eſt exitus ſpiritus conferti. Sic enim interpretor, ἀθρόου: non, quemadmodum Theodorus, *vniuerſi*, non dixit ὅλου. Si enim arteria & pulmones amitterent vniuerſum ſpiritum: daretur vacuum, aut cuncta creparent. Sed ita eſt: qui ſpiritus ſenſim per expirationem exibat, in ſternutatione confertus impetu expulſus erumpit. Veteres rudes amitti animam ſuſpicabantur. Iccircò ait Plinius in XXVIII. *Reuocari ferculum ſternutamento, & ſternutamentis additas ſalutationes,* Qui mos etiamnunc durat. Pro augurio quoque acceptum bono, aut non bono: perinde atque dextra ſiniſtràve nare prodiiſſet. Quod & Catullus indicauit: & alios item prodidiſſe in *Originibus* noſtris ſcriptum reliquimus.

Nota licentiam: ἀναπνοὴν καὶ ἐκπνοὴν ἐκ στήθους: cùm ἐκπνοὴ ſola. Contrà, ἀνάπνευσις, καὶ

ἐκπνεύσεις εἰς τὸ ϛῆθος: cùm ἀνάπνευσις ſola. Placebit ſuauiſſima veritas. Verbum, ἀναπνεῦσαι, ἐκπνεῦσαι, verbale, ἀνάπνευσις, ἔκπνευσις, Nomen, ἀναπνοὴ, ἐκπνοή.

Dixit: μόνος τῶν πνευμάτων: quoniam alia multa πνεύματα, Gemitus, ſuſpirium, tuſſis, riſus, ſingultus, quos omnes ciemus ore. Nam qui aliunde exeunt, aut ridiculi, aut inciuiles. Sicuti ne ructus quidem valdè ciuilis.

Οἰωνιστικόν, vultur dicitur οἰωνὸς, quoniam ſolitarius volat: niſi cum ad cadauera congregantur. Quare eorum frequentia in Auguriis inſignis. Vnde & Romæ faſtigium auſpicati ſint primi Romani *Vulturij*. Quare etiam in talis *vulturij* ſignum agnouit Plautus.

Magnus Theodori error. *Non poſſe in pectus trahi ſpiritum, niſi naribus.* Quin ore commodiùs. Sic enim in anhelitus difficultatibus. Ariſtoteles contrà: non eſſe per nares ſpirationem niſi de pectore. Non meminerat Philoſophi ſententiam in libro de *Spiratione*: vbi ita ſcribit; ἀναπνεῖ δὲ φανερῶς ἀναπνέοντα διὰ τῆς ἀρτηρίας, διά τε τοῦ ϛόματος ἅμα, καὶ τῶν μυκτήρων. Idem *Gurgulionem*: nos *Guttur*: vt animalis æquiuocum nomen effugeremus.

Conuertimus verborum ordinem: aptior enim ſententia eſt: neque quicquam læditur

LXXXIX. ARISTOTELES.

Ἐνδέχεται δὲ καὶ μὴ χρώμενον ταύτῃ ζῆν.

Poteſt autem vita etiam ſine ſpiratione exiſtere.

CÆSAR.

Dvobvs modis intelligam. Vitam etiam non ſpirantibus conſtare. Non ſpirantia duum modorum. Quæ pulmone carent: veluti inſecta, & quæ pulmonem habent, contento diu ſpiritu, non propterea vitâ priuantur. Veteres impugnat. Nam Pythagoreorum quidam omnia viuentia ſpirare aiebant. Nil mirum. Animas noſtras qui in fabas transferrent: non faciebant fabas homines: ſed ſeipſos fabas efficiebant.

XC. ARISTOTELES.

Ἡ δ' ὄσφρησις γίνεται διὰ τούτου τοῦ μέρους. αὕτη δ' ἐϛὶν ἡ αἴσθησις ὀσμῆς.

Fit etiam per hanc partem olfactus, qui odorandi ſenſus eſt.

CÆSAR.

Officia tria, ſpirandi, olfaciendi, ſternutandi; atque is ordo. Eſt enim maxime neceſſaria ſpiratio. Olfactio proximum tenet locum. Eſt enim affectio animalis: ſternutatio, accidens. Non enim neceſſaria. Quippe non naturalis rei euacuatio: multi enim vixerunt ſine ſternutatione. Ordinem igitur non ſeruauit. Quemadmodum autem odoratio fiat, ſiue olfactio: non eſt hîc locus. Non enim ſimplicem narrationem decet excurſionibus diſtrahere. In libris noſtris *Iudiciorum* abundè ſatis, opinor, diſputatum eſt: an rectè reprehenſum ab ſeſe Galenus Ariſtotelem putârit.

Ὄσφρησις αἴσθησις τῆς ὀσμῆς: definitio olfactus. Quaſi ὀσμῆς φέρησις, Latinæ vocis origo hinc, ὀδμὴ, *odor*, mutam in liquidam vertere: oleo, olfactus, ſicut *meditor*, μελετῶ. Sed hæc in *Originibus* aptiùs.

XCI. ARISTOTELES.

Εὐκίνητος δ' ὁ μυκτὴρ, καὶ οὐχ ὥσπερ τὸ οὖς ἀκίνητον κατ' ἰδίαν.

Commodè autem mouetur naſus. Non vt aures peculiari quadam natura immobiles.

CÆSAR.

NASVM mobilem communi cum cæteris natura. Nam peculiare ſibi hoc habent aures,inquit, cùm non mouentur. Nam cùm membra animalium partes ſint, illius vniuerſæ naturæ participes eſſe debent. Animal autem voluntariò mouetur: ergo officialia membra videbantur talia fore. Etenim ſi audire nolim, occludere poſſe aures decuit. Cæterùm apertas natura eſſe voluit ſemper, ſemper vt addiſceremus. Itaque ex omni diametro audimus, non ex vno tantùm: ex vno tantùm videmus. Quare Theodorus non hoc animaduertit: qui, κατ' ἰδίαν, id eſt *propriam peculiarémque naturam quieſcendi aurium*, dixit: *ſua compage* ſanè frigidè, atque alieno ſenſu ab Ariſtotelis ſententia.

Quod autem ait Philoſophus: naſum moueri poſſe: cùm ex cartilagine, atque oſſe conſtet: non fuit verum in ſe: ſed duobus moueri contingit modis: altero, per accidens: altero per alia. Igitur nullo modo per ſe: nam conſtringitur, & dilatatur per ſpiritum commeantem: diſtorquetur, tollitur, ſubducitur, demittitur per muſculos malarum, aut labiorum: qui muſculi ab eo alieni ſunt.

Quæ diſcrimina in auribus animaduerterat, debuit & in naſo declarare. Nam quibuſdam foramina ſunt, neque peruia ad cerebrum: vt piſcibus. Aliis foramina peruia quidem, ſed ſine naſo: vt pecori. vni homini extat naſus: item ſimiæ, quantùm in cæteris quoque ſimilis eſt. In auibus roſtrum naſi repræſentat figuram: præſertim in ægolio, quam *Praſagam* Vaſcones vocant. Non parua veſtigia in fele, & in leone.

Εὐκίνητος, quia quædam εὐκίνητα, quædam δυσκίνητα. Commodè *mobilem* diximus nos: cum modo: hoc enim eſt facilè, & εὐ. Theodorus neglexit. *mobilis*, inquit.

XCII. ARISTOTELES.

Μέρος δ' αὐτοῦ, τὸ μὲν διάφραγμα, χόνδρος· τὸ δὲ ὀχέτευμα, κενόν.

Eius partes: tum diſſepiens cartilago: tum tubi inanes.

CAESAR.

BREVITAS nimia: quod enim diſterminat, non totum è cartilagine: pars enim ſuperior ex oſſe. Præterea nares non nominauit, qui ſunt duo folliculi vtrinque tumidi. Cùm autem dixit, tubos inanes, declarauit naſum ex ſolido, & vacuo conſtare. Solida ſunt, os, cartilago, caro, cutis. Nares enim non penitùs carent quadam carnis natura miſta cùm cartilagine: ſanè ima pars media carnis aliquid habet.

Διάφραγμα, Theodorus *interſeptum: diſſeptum* potiùs: nos *diſſepiens*. Neque enim ſepes ſeptum eſt: ſed id quod intus eſt. Tamen Latini veteres ſic ſunt locuti.

Dixit: ὀχέτευμα. Theodorus, *meatum:* laxè ſanè. Nos *Tubos* ab aquæductibus ſumpta & Græca, & Latina tranſlatione: Pollux αὐλοὺς nominat, *fiſtulas*, ἀναπνέονται δ' αἱ μυκτῆρες δυοῖν αὐλοῖς.

XCIII. ARISTOTELES.

Ἔστι γὰρ ὁ μυκτὴρ διχότομος.

Eſt enim naſus bipartitus.

C Æ S A R.

SI dixiſſet: ἓν δὲ ἑκατέρωθεν ὀχέτευμα: ſatis habuiſſet. Nunc quia in ſingulari, ὀχέτευμα: neceſſariò addidit rationem, quare diaphragma appellârit.

Quare indicia à naſo nulla conſtituerit, neſcio. Multa enim fiunt hinc. vaſtitas, pecudis animum, aut beſtiæ immanitatem: breuitas, obſtinatam perſuaſionem, ſtolidam confidentiam: craſſitudo, tarditatem: anguſtia, & tenuitas, acumen: acutus mucro, iracundiam præſentiſſimam: nodus in mucrone, pecudem: curuitas, virilitatem: ſimitas, tergiuerſationem. ab his *Simonum* nomina: atque vt innuere videtur in *Sympoſio* Plato: Sillenorum. Plinius quoque hinc ducit. At Pollux ab oculis potiùs: quoniam ἰλλαίνειν, oculorum ſit: qui & ἴλλοι, dicti ſunt. Vnde σείειν τοὺς ἴλλους: atque inde *ſilli*. Sunt, quibus naſus planus eſt, ac ſparſus: eos fuge: audaces, perulcaces, inſidioſos. Septi pars ima propendet nonnullis: hi ſunt magnanimi, ſpiritúſque, vt ita dicam, durioris: iniurias meminerunt, etiam cùm ignouerint. Contrà, quibus ea pars tota operitur narium folliculis: ſuſpicaces, auari, vani, futiles.

Græci minutiùs naſi particulas proſequuti ſunt: ſtatim à ſuperciliis, ἠθμὸν, colatorium, diſſepimentum, κίονα, columnam: ſanè columnæ neque ſpecies, neque officium: ſed parietis potiùs, vt veteres dicebant, integertini. Cùm enim familiam herciſcebant, crates ſtruebant, quæ &, *gerra*, Æolica voce dicebantur: globulus extremus σφαιρίον, *pilula*. Folliculus vtrinque πτερύγια, *ala*. *Tubi*, θαλάμαι: eis ſolum quoddam aſſignat Pollux: mihi non notum eſt: vereor etiam, vt verum ſit, cùm *folliculos*, ait ὑπήνας appellatos: ſanè ὑπήνη, *Barba*.

Affectus extremæ cartilaginis in quam exit mucro: bipartitam eſſe, ad tactum ſaltem: quibuſdam etiam conſpicuam.

XCIIII. ARISTOTELES.

Τοῖς δ' ἐλέφασιν ὁ μυκτὴρ γίνεται μακρὸς καὶ ἰσχυρὸς, καὶ χρῆται αὐτῷ ὥσπερ χειρί. προσάγεταί τε γὰρ καὶ λαμβάνει τούτῳ, καὶ εἰς τὸ στόμα προσφέρεται τὴν τροφὴν, καὶ τὴν ὑγρὰν καὶ τὴν ξηρὰν, μόνον τῶν ζώων.

Elephantorum naſus tum longus, tum validus eſt: quo etiam pro manu vtitur. Nanque & ipſum admouet, & eo prehendit, & ad os adducit tam cibum, quàm potum. Id quod vni ipſi tantùm contigit.

C Æ S A R.

QVONIAM præter ſupradicta officia, ad quæ naſus erat deſtinatus, in elephanto nouam quandam naturam peculiarem animaduertebat: hîc appoſuit. Contrahit, ac producit eum ſubeuntibus inter ſe annulis. In eius ſummo cauum quaſi acceptabulum quoddam eſt, quod & explicat, & cogit: hauritque aquam, hauſtam ſibique bibit, quáque vult, ſpargit. Promuſcidem, & proboſcidem, & naſum, & manum, à loco, & ab officiis alio, atque alio nomine agnouerunt. Talis fabricatus, datúſque à natura ob vaſtitatem. Neque enim tantæ moli ſatis erat colli ad paſcendum.

Obſerua τὴν τροφὴν ὑγρὰν ξηράν. Nobis non licet cibi ſignificatum ad aquam extendere. Itaque Theodorus malè: *Cibos tam ſiccos, quàm humidos* dixit. Lac quidem cibus humidus eſt, eſto: at aqua, non eſt cibus humidus. Philoſophus intellexit & edere, & potare.

Peſſimè idem: γίνεται, *augetur*. γίνεται, ἐστι ſignificat à naturæ opere: ſicut ὑπάρχει à naturæ principiis.

Idem προσάγεται. *Colligunt cibos*: malè, *admouet*, inquit, *cibis: producit ad cibos*. Nam cùm quieſcit contracta, & breuis eſt promuſcis: admouent igitur ad imam, putà, terram, vbi iacent poma, aut hordeum: deinde capiunt: tum autem adducunt ad os.

Animaduerte in muſcis haud contemnendam ſimilitudinem: niſi quòd per promuſcidem ſu-

gunt: ſuctúmque in aluum demittunt. At elephanti ad os ſubducunt.

Eſt & aliud quibuſdam in animalibus officium naſi. Quemadmodum in ſuibus ad radices eruendas. In quibuſdam etiam cauandæ terræ ad foueas.

XCV. ARISTOTELES.

Ἔτι σιαγόνες δύο. τούτων τὸ πρόσθιον, γένειον· τὸ δ' ὀπίσθιον, γένυς.

Mandibulæ prætereà duæ: quarum pars anterior γένειον, poſterior γένυς.

CÆSAR.

DESCENDIT ab oculis, & naſo, & aure: totúmque vocat id, quod ſubeſt, σιαγόνας: partem anteriorem vtriuſque, γένειον: poſteriorem γένυν. Nos minùs commodè Latinum dare poſſumus nomen. Neque enim γένειον *mentum* hîc dicam: quis enim pro mento capiet eam partem mandibulæ ſuperioris, quæ ſubeſt naribus? Nam ſanè γένειον dicant Græci à barbæ genitura. Theodorus tamen auſus eſt *mentum* dicere: inferioris tamen ſolius eſt. Quemadmodum non rectè aſtrinxit ad poſteriorem partem mandibulæ appellationem: quantum enim eſt ſub naſo inter vtranque aurem, mandibula eſt. Ad hæc σιαγόνες mandibulæ quidem ſunt tota inferior: at non tota ſuperior: ſed qua tantùm parte mandendi officium facit. Nam ſupra eam partem id, quod oculo ſubeſt, tanquam pomum & rotunditate, & colore *malam* priſci ὡσὰν τὸ μῆλον, appellârunt. qui minutiùs ſecant, putant: huic parti ſubiacere eam, quam Græci vocant παρειάν. In XII. tabulis, aiunt, *Genas* eas partes dici: nihil tamen certi afferunt, quod neget, operimenta oculorum ſignificari: in leſſo enim vtrunque radi ſolet vnguibus, quod à Græculis mulieribus nos fieri vidimus. *Maxilla* Græcum eſt: μάσταξ: ſic *maſſa*, μᾶζα. Mandere, maſſam dare: ſubigere in alueolo farinam: à cuius ſimilitudine, quod ore conficeretur, dictum eſt opus. A maxilla *malam* deducit Cicero: non erit igitur ὡσὰν τὸ μῆλον, vt Pollux: neque pars illa ſumma, ſed tota: & maxilla idem erit quod *Mandibula*: vt nequeat Theodorus maxillæ partem dicere *Mandibulam*. Quòd autem vtraque, maxilla ſit, patet: *Maxillares* enim dentes appellamus.

Plinius vni homini malas attribuit: ſed ſi figuram ſpectes: non noges leoni, & felibus. Mentum quoque iiſdem, fortaſſe etiam pulcherrimum: cæteris non extat, ſed ſubditum eſt.

Si quæras nomina, ita finges: vt ſequantur originem Græcam: γένειον, *Barbitium*: *Barbotium* vocant Itali nonnulli. γένυς à ſecuris figura dicta eſt: cuius eſt ſimillima. Nam poſterior pars perſimilis eſt dolabræ: ſi igitur affectas nomen: *Dolabellam* dicito.

A maxillis aliquot ſigna. Quibus latum mentum, Lurcones: quibus acutum, verſatiles: quibus dolabellæ latæ, ac grandes, inciuiles.

Maximæ animalium parti mandibula inferior intra ſuperiorem cohibetur. Paucis contrà: veluti quibuſdam mulis, qui *Beſſi* à Gabalorum perorigis perhibentur: hi ferè è tauris geniti. Id hominibus ſignum animi contumacis, ſuperbi, contemptoris, vltoris.

XCVI. ARISTOTELES.

Κινεῖ δὲ πάντα τὰ ζῷα τὴν κάτωθεν γένυν, πλὴν τοῦ ποταμίου κροκοδείλου. οὗτος γὰρ τὴν ἄνω μόνον.

Inferiorem maxillam animalia mouent omnia: vno excepto aquatili crocodilo, qui ſuperiorem tantùm.

CÆSAR.

OBSERVAT inſtitutum: vt enarratam partem deſignet in animali; addátque differentias. Crocodili proprium motum maxillæ docet: cauſſa, quare non moueat inferiorem: quia ingens bellua curtis cruribus propè humum inferiorem cùm habeat, locum vaſto hiatui dare non potuit. Addidit fluuialem; quia etiam terreſtris eſt. De vtriuſque ventre, in ſe-

cundo : de fœtura, in quinto. Plinius in xxviii. ambos agnoſcit : terreſtri victum à floribus, iiſque odoratiſſimis. Ariſtoteles vtrique naturam communem : maiori victum & in terra, & in aqua : in ſecundo de *Cauſſis partium*.

Obſeruauimus nos : pſittacos quoque ſuperius roſtrum mouere, non ſolùm inferius : vt aues cæteræ.

XCVII. ARISTOTELES.

Μετὰ δὲ τὴν ῥῖνα χείλη δύο, σὰρξ εὐκίνητος.

Poſt naſum labia duo carne conſtant bene mobili.

CÆSAR.

Svb naſo, poſt naſum dicit, ad ordinem potiùs orationis reſpiciens, quàm ad ſitum, locúmve. Exiliter nimis deſcribebat labiorum ſubſtantiam, cùm carnem tantùm nominaret : itaque addidit, eſſe mobilem. Indicauit enim contextum villorum mirabilem. Quare etiam auxit, cùm dixit : εὖ. Habent enim omnia genera motuum & tota ipſa, & ſingulæ partes eius. Inuenias moderationem in omnibus, exceſſum in omnibus: continentiam, vaſtitatem, contractionem, remiſſionem, expreſſionem, exporrectionem, coitionem, diductionem, apertionem, clauſionem, rotundationem, angulationem, diſtortionem, æquationem. Ita tria genera motuum habes : ſurſum, deorſum : rurſum, prorſum : ſiniſtrorſum, dextrorſum. In riſu, in fletu, in tuſſi, in ſingultu, in vomitu, in potu, in eſu, in metu, in lætitia, in mœrore, alium, atque alium ſitum habent. Multa quoque ſedes animi ad indicandum, demonſtrant non pauci labiis frequentiùs, quàm digitis : iam in ſermone diuinitus officio funguntur ſuo. Difficulter igitur coëunt ſciſſa: quia neruacea natura tota.

Animaduertes ex his, atque ex iis, quæ ſupra dicta ſunt, quàm non æquè ſit naſus εὐκίνητος, & labia ipſa : quibus æquè ſit vox hæc appoſita.

Labiorum & conſtitutio, & officia aliis alia : labra mollia, vt canibus, dura lacerto : teſtudini duriora : calloſa piſcibus : quibuſdam etiam oſſea, cute amicta : auibus cornea, pro iis enim roſtrum : excepto veſpertilione, qui auis eſt, non eſt. Eorum figura & quantitas non vna : longa, curta, recta, adunca : rotundo mucrone, acuto. Plinius errauit, qui raptricibus auibus adunca aſſignârit : recta enim multis : rapto viuit hirundo, cypſellus, mergus, coruus tam marinus, quàm terreſtris, fulica, ardeæ, merops, cuculus, alia : omnia rectis roſtris. In homine ad loquendum: equus quaſi manu vtitur ad fœnum colligendum : ſicuti bos lingua : bibunt boues labiis ſummis, & homo, & alia non pauca.

Os, tota illa dicitur apertura labiorum : oris vaſtitas iis, qui laniatu viuunt, vt leoni, & cani, & lupo. Equus puſillum habet : teſtudo latum, & lacertus maximis hiatibus. Homo rotundum, vnde & nomen : vaſtum alites omnes : vaſtiſſimum, quæ piſcibus victitant : ſciſſum cartilagineæ: rotundum ſilurus, & muſtela : paruum maxima pars : in Sparo adeò exiguum animaduertimus, vt hamo nonniſi perpuſillo capiatur.

Cognomina à labiis Græci duxêre : χείλωνες, Latini : *Labeones*, etiam *Brochos* Plinius putat. Nos à dentibus potiùs : ſicut & ipſe paulò infra : dentium brochitate.

Signa à labiis : manſueti, quibus tenuiſſimi : nec niſi prouocati : tumidi contumelioſis, impudicis : molles mollibus : duri ſuperbis. Oris vaſtitas brutum dicit hominem : anguſtum os, ſibi placentem, mendacem, inconſtantem, loquutulcium : mediocre magnanimum, inuitè ſeruientem. Qui ſibi labia mordicus identidem tenent, cogitabundo ſunt animo, & vltore: multi etiam amentes : aliqui furioſi.

Pollux labiorum coïtionem à Græcis ait, προστομίαν, appellari: qua parte maxillas contingunt, χαλινός : ipſorum filum, quod extat, πρόχειλον : in labro inferiore notam, τύλοι : ſuperioris canaliculum, φίλτρον : tota pars labra ambiens, κημός. Noſtri *Buccam*, totum hoc, quod labiorum eſt. Græcum eſt, βοάω, βώξ, vox.

XCVIII. ARISTOTELES.

ΤΟ' δ' ἐντὸς στόμα σιαγόνων καὶ χειλῶν. τούτου μέρη, τὸ μὲν, οὐρανὸς· τὸ δὲ, φάρυγξ. τὸ δ' αἰσθητικὸν χυμοῦ, γλῶττα· ἡ δ' αἴσθησις, ἐν τῷ ἄκρῳ· ἐὰν δὲ ἐπὶ τῷ πλατεῖ ἐπιτεθῇ, ἧττον.

Qvod intra maxillas ac labia continetur, os eſt. Cuius partes palatum, & fauces, & guſtus inſtrumentum lingua: in mucrone potiſſimum: nam lata pars minus ſentit.

CAESAR.

LATINI extimam tantùm regionem dixerunt, os. Ipſe quanquam profitetur ſe exteriora tantum tractare, tamen linguam, & alias partes interiores recenſet. At nullo id errore facit: ſunt enim quaſi exteriora, quæ vt videas, non eſt opus ſecto corpore. Partem ſuperiorem ὑπερῴαν Græci, quaſi *Canaculum*: item κοῖλον, καὶ οὐρανὸν: *Cælum oris* etiam nunc Itali. Palatum autem ob latitudinem: interioris receſſus. *Fauces*: φάρυγξ: Græci φάυγξ: propterea quòd inde ſermo procederet. Itaque doctiſſimus Poëta, quo nemo ſubtiliùs Latinam linguam calluit, nemo pudentiùs oſtentauit, dixit: *Et vox faucibus haſit*. Linguam quoque partem enumerat: ſed eius partis, quæ linguæ ſubeſt, nullam facit mentionem. Linguæ autem ſubſtantiam mox: σὰρξ μανὴ σομφή: & officium; αἰσθάνεται: carnis tamen ratio non vna. Communis, & ſine controuerſia, atque prima de qua ἀνάλογον hoc, caro, prædicatur. Alia in gingiuis, in lingua, in glandulis, in viſceribus, quæ iccircò παρέγχυμα à veteribus dicta Galenus ait: officia verò alia: bibit ea canis: bos tergit nares: inter edendum, vti dicebamus, pro manu vtitur: quemadmodum labris iumenta. Nobis quoque ad verſandum cibum, eundem præſtat vſum: verùm hæc fuſiùs, atque accuratiùs in libris de *Cauſis*: hîc enim, ſimplex narratio eſt.

Omiſit declarare differentias in animalibus, ἐκ τοῦ ἔχειν ἢ μή: ἐκ τοῦ ὅπως καὶ μή. alibi tamen ſupplet: in ſecundo: verùm in hoc quoque aliarum partium eiuſcemodi proſequutus eſt differentias: quemadmodum de auribus. Nam in ſecundo diſcerptim: & in narratione generum. Hic autem locus eſt differentiis explicandis in genere linguæ, tanquam partis ſuo proprio cenſu. Piſcibus ferè nulla: balænæ immanis: obſcura & hærens, vt crocodilo: paulò explicatior Cyprino: ſi vera lingua eſt, ac non palati callus: haud multò diſſimilis barbo. Lupo piſci, vbi coctus eſt, adeò dearticulata: vt veram linguam intelligas. Aliis mucro tantùm abſolutus, vt gallinis: aliis è contrario, ad radicem ſoluta, mucrone hærens: vt ranis. Aliæ differentiæ: mollis, vt homini: ferrea duritia, vt purpuris: mucronata, vt auibus: obtuſa, vt homini: bifida, vt anguibus: lacertis & bifida, & piloſa: vitulo marino ſciſſa: craſſa pſittacis: tenuis anſeri: plana homini, canaliculata auibus: teres penè bobus: pro lingua aculeus muſcarum generi, ad ſuctum tantùm vulgaribus muſcis: longa longiroſtris: longiſſima in vagina pico martio: aſpera felibus, & leonibus: adeò, vt lambendo cutem attenuantibus ſubeat rabies, vbi ad ſanguinem peruenerint.

Græca vox eſt λείχειν: mediam pro aſpirata poſuere: fuit enim initio, *liga*, vnde & *ligula*: addita liquida ad ſonum: ſicut, λάβω, λαμβάνω.

Guſtus ſedem in lingua cæteris animalibus, Plinius tradit: homini etiam in palato. De Palato hîc Ariſtoteles nihil. At nos id experti ſumus: Plinio verò quis dixit: in palato non eſſe cæteris animalibus? Nam ſale non ſolùm linguam equis, verumetiam palatum fricamus ad guſtum acuendum

Pollux, vt ſolet, diligenter partes oris: etiam, vt Ariſtoteli contradicat. Nam eam partem, quæ ſub labris eſt in maxilla inferiore γένειον nominat: mentum autem ἀνθερεῶνα. Sic *florem* dixere veteres, *primo flore veſtibat genas*. Oris partem ſuperam anteriorem *Cælum* vocat: ὑπερῴαν *Palatum*. In cuius parte intima columellam: κίονα. A qua ait, ridiculè, obturari meatum cibi, ne confertus demittatur. Non enim ea de cauſſa facta, & poſita eſt: ſed ne cibus in guttur deſcendat. Eam quoque viam, ſiue canalem, qua tranſit cibus, non rectè vocat gargareona: hæc enim eſt fiſtula ſpiritus: quod *Guttur* alio nomine & diximus iam, & mox dicemus. βρόγχον eandem columellam nominatam ſcribit. Non ferendus cùm addit, σταφυλὴν nominari, ſi inflammetur. Alia

enim pars eſt vua pendens ab imo palato, alia erecta ab ima lingua. πόλον etiam partem quandam ibi notat. Fauces dicit, ἰσθμὸν, ob anguſtias nuncupatas: id ex aliis quoque leges: & παρίσθμια circumſita vtrinque loca. Verùm hæc diligentiùs obſeruanda ſunt accuratioribus. Nam quod eſt mari νῆσος, hoc eſt in terra λίμνη. Latini inſulam, & Lacum. Item quod eſt πορθμὸς inter duas terras: *fretum* nos dicimus: quale ad Abylan, & Calpen: ad Seſton, & Abydum: ad Rhegium, & Meſſanam: ad Eretriam, & Aulidem: hoc eſt ἰσθμὸς inter duo maria: vt nunc Corinthiacus: & olim qui Siciliam Italiæ coniungebat. Quare vt ibi ſolida terra: ita in faucibus ſolida caro fuerit: peruiæ nanque anguſtiæ liquidæ inter terras πορθμὸς: peruiæ anguſtiæ ſolidæ inter aquas, ἰσθμὸς: igitur neque faucium caua Iſthmos eſſe poteſt: ſed πορθμὸς potiùs: qua vel ſpiritus commeet, vel tranſeat cibus.

Linguæ autem definitionem idem Pollux hanc ſtatuit, πλέγμα ὀμβρον καὶ φλεβῶν σαρκῶδες, affectus aſcribit, ἀραιὰ καὶ εὐέλικτος. Tum porro alios, κάτωθεν μὲν λεῖα κατὰ τοὔδαφος τοῦ στόματος, ἄνωθεν δὲ τραχεῖα κατὰ τὸ πρὸς ὑπερῴαν μέρος. Item alium, ὀξεῖα καθὸ συμμίσγει τῷ ἀέρι. Apponit nomen, ὃ καὶ καλεῖται προγλωσσίς. Prætereà dicit carnem, qua inferiori iungitur maxillæ, ὑπογλωσσίδα: intelligit autem quam κίονα vocabat: adeo, vt colligebat, idem variè prodit. Nam ἐπιγλωσσὶς, inquit, à palato pendet. Vult vuam dicere: ita ea quæ ſubeſt ὑπογλωσσίς. Nos autem illam, vuam. Hanc autem quam ὑπογλωσσίδα vocat hîc, ἐπιγλωσσίδα: impoſita enim linguæ eſt: ſimilem ait Ederaceo folio, non malè. Ego nihil vnquam vidi ſimilius, atque Gallinæ vropygium. Vtrinque linguæ cauernam, χηραμοι: vel, vt alij, παράσυρα.

Error autem eiuſdem non minor: cùm ſic colligit, ἔργα μὲν οὖν γλώσσης, γεῦσις, καὶ φωνὴ, καὶ λόγος: διάλεκτον quidem lingua efficit: vocem autem non facit. Eſt enim ſonus qualiſcumque ex ore animalis: etiam gemitus, vox eſt. Contrà vocis vitia, nullo linguæ vitio. Ferula ſua caſtigandi ſunt Grammatici, quorum Remmon fuit Eraſmus. Is in libro de *Lingua*: ait piſcibus nullam eſſe vocem, quia lingua item nulla: præſertim cùm piſces aliquot linguam habeant: Balæna etiam ad pondo duum milium.

Theodorus τὸ πλατὺ, *interiore* interpretatus eſt. Verùm Ariſtoteles interioris etiam latitudinem indicauit.

XCIX. ARISTOTELES.

Αἰσθάνεται δὲ καὶ αὕτη ἡ ἄλλη σὰρξ πάντων, οἷον σκληροῦ, θερμοῦ, καὶ ψυχροῦ καθ' ὁτιοῦν μέρος, ὥσπερ καὶ χυμοῦ.

Sentit autem, etiam quæ alia caro, omnia: durum, calidum, frigidum, quaqua ſui parte: quemadmodum & ſaporem.

CAESAR.

Tactvs quidã guſtus eſt: ait ipſe in lib. de *Anima*: quia ſcilicet per tactũ fit. Eſt autẽ guſtus linguæ vt lingua eſt: tactus autẽ linguæ, vt caro eſt. Iccircò dixit: ἄλλη, quia aut pars, aut ſpecies carnis ſit. Et appoſuit obiecta. Durum: ſub hoc intellige etiam contrarium poſitiuum, molle: æquè enim obiecta ſunt. Nam contrarium priuationis non ſentitur. Quod enim non eſt, non eſt obiectum ſenſus: ſed intellectus tantùm: neque per ſe: non enim cauſſat ſpeciem: ſed ad ſuum contrarium cùm relatum fuerit. Iccircò Galenus negat, ab ſeſe συστολὴν perceptam. Addidit καθ' ὁτιοῦν μέρος. Aequalis igitur eſt conſtitutionis: ſi æqualiter officio fungitur: ὥσπερ καὶ χυμοῦ. Comparatio receptionis ſpeciei ſenſibilis: non autem affectuum duorum qui ab eſſentia fluunt. Nam, vti dicebamus, ſentit durum γενικῶς, vt caro: ſentit ſaporem ἰδίᾳ.

Theodorus, quam malè omiſerit, καὶ ἡ ἄλλη σάρξ: ex his, quæ diſputauimus, ſatis patet.

C. ARISTOTELES.

Αὕτη δὲ ἡ πλατεῖα, ἢ στενὴ, ἢ μέση· ἡ μέση δὲ βελτίστη· καὶ ἡ σαφεστάτη.

Hæc aut lata eſt, aut anguſta, aut mediocris: quæ eſt & optima, & explanatiſſima.

CÆSAR.

Σαφιστάτη *explanatiſſima.* Nam Plinius Metellum Pontificem fuiſſe ait *lingua inexplanata.* M. Tullius eodem modo ait, *explanatam vocum impreſſionem.* ea igitur lingua, quæ, cùm loquitur, nullius eget prætereà, interpretis, ipſamet ſeſe explanat. Eſt igitur explanata.

CI. ARISTOTELES.

Ἢ καὶ λελυμένη, ἢ καταδεδεμένη, ὥσπερ τοῖς ψελλοῖς καὶ τοῖς τραυλοῖς.

Aut ſoluta, aut impedita: qualis blæſorum, & balborum.

CÆSAR.

Plinius *cohærentem* dicit, quæ ſoluta non eſt, καταδεδεμένην, vincta, impedita. Vincti enim compedibus impediti ſunt. Cicero eandem vinctionem intellexit, cùm ait: *Linguæ ſic inhærent, vt loqui non poſſint. Hæ ſcalpello reſecta liberantur.* Ad eundem modum in primo de *Oratore*: *linguæ ſolutionem* vocat: id eſt facultatem explicatæ loquutionis.

Ψελλὸς, & τραυλὸς, vocant Græci vitia duo: Latini *blæſum, & balbum* certis nominibus. Cicero voce communi, *hæſitare.* Nos quæ obſeruauimus, dicamus: mox ad hæc, quæ poſſumus, reducamus. Sunt impeditæ linguæ, quæ nihil ſani pronunciant. Has non alio vocabulo, quàm impeditionis, deſignem. Sunt hæſitantes, quarum fluxus in verbis non eſt: ſed hærent verba. Præſertim in his literis, M. N. T. B. P. C. quidam etiam in aliis. Hos Arabes vocant *Altheta.* Sunt qui quaſdam litteras non planè enunciant: vt R, & S. Alij verò mutant qualis fuiſſe Alcibiades ab Ariſtophane deſcribitur. R, enim ægrè pronunciabat: quemadmodum & Demoſthenes, mutabat Alcibiades in L. Demoſthenes deprauabat. Erat ille ψελλός: hic τραυλός. Ego quoque puer craſsè R. edebam: quaſi addito, G. Nunc vt euitem, languidum. Bononienſes etiam nunc corrupta voce vocant *Bſeſſolos* eos, qui ſibilum addunt pronunciationi, proxima vox, ψελλοί, Veneti faceti ſunt: *Balbi* à Romanis dicuntur qui L, nimium frequenter arceſſebant: ipſi autem L in R mutârunt, *Barboſſos* appellârunt. Apud Ciceronem etiam *Bambalionem* leges in ſecũda *Antoniana.* Tales ſunt, qui confusè. Ψελλὸς Theodorus *Tortores.* Id carnificẽ ſignificat, Puto legendũ, *Tortiorum.* Sed vaſta vox eſt: ambigua eſt, à ſignificato abhorrens eſt, ψέλλιον enim tametſi armillam ſignificat, tamen ori nihil conuenit: ne ſi aptare quidem velis eam quoque ſignificationem, qua freni pars indicatur. Battologia hæſitantia, ac fortaſſe etiam ſoni confuſio. Hæſitantia autem ipſa à Græcis, ἰσχοφωνία. Inuenies errorem doctiorum, qui ἰσχνοφωνίαν ſcripſerunt: cùm hoc non ſit vitium pronunciationis, ſed vocis qualitas.

CII. ARISTOTELES.

Ἔστι δὲ γλῶττα σὰρξ μανὴ καὶ σομφή.

Eſt autem lingua, caro rara, & fungoſa.

CÆSAR.

Vt profitetur hiſtoriæ titulo ſimplicem narrationem: non digerit ſententias more ſuo, quem ſeruat è philoſophiæ legibus in aliis libris: poſuit enim priùs affectiones, quàm definitionem. Eam tandem verò hic. Dicit, *caro*, modus enim quidam carnis. De teſtibus infra: ἔτι αὐτὸ σαρκί, ἔτι πόρρω σαρκός. Duas apponit differentias: μανὴ, σομφή. μανὸν eſt genus: *Rarum.* multa ſunt rara, quæ nequaquam σομφά: vt tela, & arenoſa terra; cuius partes non cohærent: at σομφὸν ſpecies eſt, cuius partes partim cohærent partim non cohærent: idque in corpore corpulento. Nam

tela ad planitiem potiùs ſolam. Latinis vox deeſt. Dicunt enim à Spongia, & à Fungo, *ſpongioſum, fungoſum.* Quid ipſam ſpongiam, ipſúmque fungum ſi definiamus? σομφὸν Græcus dicet: non auſim ego ſolutum, laxum potiùs. Habes & in *Problematibus.*

Cicero in lib. de *Natura Deorum* de linguæ ſitu & officio: de ſubſtantia nihil. *In ore* inquit *ſita lingua eſt: finita dentibus, quæ ſonos diſtinctos, atque expreſſos efficit, cùm ad dentes, atque alias partes appellit oris.* Itaque plectri ſimilem linguam noſtri ſolent dicere, chordarum dentes. Sic Pollux πλῆκτρον ait appellatam.

CIII. ARISTOTELES.

Ταύτης τὶ μέρος ἐπιγλωττὶς.

Huius pars quædam Ligula eſt.

CÆSAR.

INTELLIGIT illud quod vropygio ſimile dicebamus: linguæ enim faciem habet, quantitatem non habet: & linguæ radicibus impoſita: iccircò Græcis ἐπιγλωττὶς. Omnia deſignans: rem, figuram, quantitatem, locum. Situm non potuit ſimul explicare. Eſt autem erecta: vt locum det commeanti per arteriam aëri. Ad arteriam nanque appoſita eſt: vt eam occludat, cùm cibus in vlteriorem fiſtulam, qui eſt ſtomachus demittitur. Propterea Cicero commodiùs ita dixiſſet in libr. de *Natura Deorum*, quàm cùm ita ſcriptum reliquit. *Linguam ad radices eius hærens excipit ſtomachus*: inter ſtomachum enim & linguam guttur eſt. Intelligo nunc ſtomachum, τῷ σόματι ἐχόμενον. Non autem imum cauum ei ſubiacens, quem & *ſtomachum*, & *Ventriculum* appellamus. Priſci enim ſic loquebantur: vt apud Homerum, ὁ γὰρ ὑπὸ σομάχου βῆσας ἕλε νηλέϊ χαλκῷ. In primo *Iliados.* Plinius *Gulam.* Græci οἰσόφαγον. Quia intrò auferat, quod editur. Plinius quoque ligulam hanc minorem vocat *linguam.* Sed multis obſepſit erroribus. Primus. *Duabus*, ait, *interpoſitam fiſtulis ad operam geminam. Vna eſt: quia Arteriam operiat, cùm cibus demittitur. Altera: quòd Gulam occludat, cùm ſpiritus commeat.* Secundus error, cùm arteriam vocat *Epiglosſida.* Tertius, vbi ait *Arteriam eſſe interiorem, Gulam exteriorem*: contrarium enim verum eſt. Quartus, *inter epulandum*, inquit, *claudit Guttur.* Sanè in omni deglutione, etiam ſaliuæ: non ſolùm cibi. Quintus verò pudendis ineptiis fœdus eſt: neque enim quis intelligat verba illa; *Ne*, inquit, *reſtagnatio intempeſtiua alui obſtrepat.* Neque qua ratione cohæreat alui reſtagnatio neſcio quæ, cum ea clauſione, quæ debetur à ligula gutturi. Ita Recitatores falluntur, vbi verſantur in campo Philoſophiæ. Nam Plinius, qui corpus nullum ſecuiſſet: animalia perpauca nota haberet: herbam nullam eruiſſet: è libris librum confecit ſuum. Ab Eraſiſtrato mutuatum illa conſtat è ſeptimo *Sympoſiacorum* Plutarchi. Vbi etiam μέταυλον appellat, quaſi inter duos αὐλοὺς, & addit: φθεγγομένων δ' ἐπανίσταται τοῦ σομάχου, σιτουμένων δὲ καὶ πινόντων τῇ ἀρτηρίᾳ.

CIIII. ARISTOTELES.

Καὶ τὸ μὲν διφυὲς τοῦ σόματος, παρίσθμιον· τὸ δὲ πολυφυὲς, οὖλον. σάρκινα δὲ ταῦτα.

Poſt hæc, quod bipartitum eſt, tonſillæ dicuntur: quod multipartitum, gingiua: carnea hæc.

CÆSAR.

ITA quoque Plinius interpretatus eſt: Tonſillas in Homine, παρίσθμια: in ſue, Glandulas.

Suo arbitratu laſciuit Philoſophus ob vocis commoditatem. αὐτοφυὲς, dicimus, quod natura ſua conſtat, quod aliunde natum non eſt. διφυὲς, quod in duo diuiſum.

πολυφυὴς quod in multa. Sicut digitorum naturam ἀπὸ φυῆ, manus enim vna multos fundit: indidem enim verbum hoc Latinum. Tonſillæ igitur poſſint dici ἀφυεῖς: quia ſint ſeparatæ. At gingiua non eodem modo. Vnico enim tenore ab vno oris angulo ad alterum pertinent: potiùs, πολυφυεῖς: quia multa fundunt: quippe dentes. Vnde gingiua à gignendo. Cùm autem gingiuæ dens pars non ſit: dentium ratione πολυφυὴς neutiquam dici ita poſſit: vt, *in multa ſciſſa*, aut *fiſſa*, quemadmodum vertit Theodorus, intelligi queat: ſed potiùs multiforata. Placuit tamen ſic Philoſopho. Iudicium tamen noſtrum aut eum torquet, aut torquetur ab eo.

CV. ARISTOTELES.

Ἐντὸς δ' ὀδόντες ὀςεῖνοι.

Intus autem dentes oſſei.

CAESAR.

Dentes an eſſent oſſa multi diſputârunt. Ratio dubitandi: quia oſſa non ſentiunt: dentes ſentiunt. Contraria ratio: facies, duritia, color. Ex Ariſtotele hîc nihil certi. Denominatiuo enim vtitur: ὀςεῖνοι. Sic diceremus: gingiuas, non carnem: ſed carneas. Hoc tamen nihil non afficit. Quia linguam, carnem: non carneã dixit. Autoritas eiuſdem aliunde petitur. In ſecundo de *Generatione animalium* ait; dentium, atque oſſium naturam eandem. Quinetiam ex oſſibus gigni in tertio quoque *Hiſtoriarum* ita ſcribit, οἱ δ' ὀδόντες κατὰ τὴν ὀςῶν εἰσι φύσιν. Id eſt oſſium ſequuntur colorem. Quod autem aiunt, dentes ſentire: id ſimpliciter falſum eſt. Non enim cùm ſecantur, limantúrve ſentiunt: ſed calorem, frigúſque tantùm. Idque per neruum à quo oriuntur. Quæ verò addunt argumenta alia, aut ignarorum ſunt, aut inconſideratorum. Nemo enim doctus neget eos oſſa eſſe: quia careant medulla. Videant Ariſtotelem, in tertio nanque aliqua recenſet. Imprudens autem argumentum illud. Dentes amiſſi renaſcuntur: nam ſubnaſcuntur noui: non, qui cecidere, iterum naſcuntur. Præterea quis neget oſſa creſcere quoad creſcimus? eo igitur tempore illi ipſi quoque generantur. Augmentum enim eſt partis generatio. Partis autem ac totius ratio eadem. Ad hæc, vertex ipſe in infantibus diſſitus poſteà coït. Noua igitur oſſis generatio. Galenus quoque in ea ætate oſſis veram aſſerit generationem vniuocam. Quid quod è Teredine os dolere ait Hippocrates in ſecundo de *Morbis*: ὀδύνη inquit, λαμβάνει ἀπὸ τούτου ὀςέον. Vt acuamur ad id, quod reſtat dimidium argumenti. Calorem, & frigus ſentiunt. Id penè ſolutum eſt. Aio enim per neruum ſentire non ſua ſubſtantia: vt aliæ partes, quæ ſentiunt. Cæteráque oſſa ſi neruo apta eſſent, fore vt ſentiant. Nego etiam illud: proprium eſſe oſſis, carere ſenſu. Sed ſic dicam. Oſſa alia ſentiunt: alia non. Auicenna quoque inter capitis oſſa connumerat. Galenus aduersùs negantes, tanquam Sophiſtas etiam ſtomachatur.

Dentes non omnibus iidem: non ſubſtantia, non figura, non numero, non magnitudine, non ordine, non colore, non ſitu, non inſtauratione, non ætate, non vſu. Subſtantia: oſſei homini, elephanto cornei. Figura: adunci, recti, plani, teretes. Numero: pauci homini, multi lãpetræ: magni apro, parui homini. In verſum vnũ homini, in orbem lampetræ. Candidiores cani, quàm equo. Situs in ordine declaratus eſt. Inſtaurantur homini non omnes. Non enim qui poſtremi naſcuntur. Ætatem appello tempus, quo conſiſtunt. Vſum pleriſque ad mandendum: apris ad præliandum: cani ad mordendum. Eorum differentias alio modo in ſecundo. Etiam à loco. Quia dentes quibuſdam in lingua: quemadmodum in eodem declaratum eſt. Eſt etiam diſcrimen in eo modo, quem ſupra dicebamus: ab eo, quod eſt, habere, & non habere. A proportione quoque Plinius. Nam inſectis aculeum pro dentibus eſſe ait. Sanè ſi eo vtantur ad ſugendum. Et rideamus: ſi in ima aluo dentes habere dicamus. An verò Elephanti quos habent, dentes cornuáve dici mereantur; ſuo loco diſputatum

eſt. Nam hîc quæ hominis tantùm partes ſunt, conſideramus. Quare dicere poſſumus aliquas hiſtorias, quæ aliter de hominum dentibus narrent. Pyrrhum Epirotarum Regem vnum os continuum pro dentibus habuiſſe, lineis tantùm diſtinctum. Cyrenæo cuidam nomine Euryphyi idem eueniſſe. Timarchum duos ordines habuiſſe: aliqui addunt, maxillarium tantùm. Hunc Timarchum Nicoclis filium ait Pollux. Græci triplicem dentium ſeriem in Hercule prodiderunt.

Cum dentibus nati quidam. Maximæ parti hominum ſeptimo poſt menſe. Dentibus humanis ineſſe virus ait Plinius. Hoc quoque vidimus nos, ſed iratorum: at Plinij argumentum falſum. *Speculi nitorem*, inquit, *ex aduerſo nudati hebetant.* Non intellexit, id halitu fieri: nàm ſpiritum ſi contineas nihil tale contingit. Nam quod addit, necari columborum fœtus implumes: id verò aureum mendacium eſt. Nihil enim necant tanquam dentes: ſed tanquam ſolutionem continui faciunt.

Dentium affectus: planities interior, minor: orbis enim minor. Alter. ſoli omnium rerum, quæ radicationis naturam obtinent, pendent, radicibus ſuperioribus. Cætera cuncta radices imas habent: de ſuperioribus loquor.

Signa à dentibus. Candidos, ingenij bonitatem: omittimus Æthiopes. Incompoſitos, animi ferociam. Si admodum nudantur inter loquendum, labiorum potiùs affectio eſt; ſtolidi ſunt, ſibi placent, voluptuoſi. Longi dentes, inuidos: curti, voraces. Signa à numero: viuaciores, quibus ſeriùs naſcuntur: item quibus coniunctiores. Vno amiſſo, reliquos duos vicinos aliquando ita coïre vidimus, vt nullum defuiſſe putaremus.

Græca nomina: primores quatuor τομεῖς, ſectores: & διχαστῆρες, diuiſores: γελασῖνοι, quoniam in riſu aperiuntur. κτένες, etiam ait Pollux: quia κτείνουσι ὅπερ λάβωσι: vnde & pectinis nomen. Poſt hos, κυνόδοντες, canini: proximi, γόμφιοι, binis radicibus: quaſi clauos dicas. Inde μύλαι: molares: quorum poſtremi σωφρονιστῆρες: quia cùm naſcuntur, ingenium vegetius fiat ad ſapiendum. Tandem erumpunt ij, quos à tarditate ὀψιγόνους vocat Pollux, Ariſtoteles κραντῆρας παρὰ τὸ κραίνειν. Latini *Genuinos.* In codice Pollucis error eſt: poſtremos quinos binis radicibus prodit ſemel: iterum autem ternis. Nos vidimus & ternis, & binis. Molarium partem, quæ carni proxima: μυλίσκοι: ſuperiorem, qua molunt: τραπέζαι: cauam partem, ὀλμίσκοι, id eſt, *mortariola*: quæ pars ex vtraque hac eſt conſtituta, φάτνη. Galenus tamen φάτνην dentium ſedem vocat: quaſi alueum: à ſtabulis vox ſumpta eſt. Dentium totus ordo, φραγμὸς: ſepes, gingiua, οὖλον. Γαμφηλαὶ, & σιαγόνες, maxillæ: in quibus infixi. Partiuntur quoque gingiuas. Nam οὖλα, τὰ ἔξωθεν τὰ ἔνδοθεν, ἔνουλα: vt ait Pollux. Equidem longè commodiùs putem: totum, οὖλον, dici. Interiorem partem, ἔνουλον: exteriorem, ἔξουλον. Dentium interualla, ἁρμοὶ: quaſi cohæſionem, aut compagem dicas.

CVI. ARISTOTELES.

Ἔσω δ' ἄλλο μέρειον σταφυλοφόρον, κίων ἐπὶ φλεβός· ὃς ἐὰν ἐξυγρανθεὶς φλεγμήνῃ, σταφυλὴ καλεῖται καὶ πνίγει.

In receſſu autem alia pars vuigera, columella. * * * *Quæ* * *humore concepto inflammetur, vocatur vua: & ſuffocat.*

CÆSAR.

VVAM appellarunt veteres ſatis aptè, quia pendet: tamen vniformis eſt: non acinoſa: ne penitus nomen conueniat: tantò minùs hoc, quod hîc Ariſtoteles, σταφυλοφόρον: non enim gerit vuam. Niſi ſi intelligas, cùm tumeſcit: quod additur vuam dici: quod igitur prius erat, vuam gerat. A morbo autem non rectè membrum denominamus. Plinius vuam ſimpliciter appellat. Medici Græci tam membrum quàm morbum, σταφυλὴν eodem modo. Vua igitur eſto, quia pendet: at columnam quis pendentem vidit vnquam?

Ἐξυγρανθείς. τὸ ἐξ, exceſſum ſignificat: non temerè addidit Ariſt. humorem. Nam ſicca inflammatio φλόγωσις non ſuffocat: cum humore φλεγμονή. Theodorus fruſtra addidit de ſuo, *intumeſcat.* Satis enim, ἐξυγραίνεται: quippe adueniente humore præter naturam, ne-

ceſſe eſt, abſceſſum fieri : & corpus molle vel facile intumeſcere. Hippocrates, ſiue ille Polybus in libro περὶ παθῶν, & nomen ponit morbi, & augmentum partis in morbo, & nocumentum: ἢν δ' ἡ σταφυλὴ καταχρεμασθῇ, καὶ πνίγει: aitque etiam γαργαρεῶνα appellari. Quinetiam quid hîc ſit ἐπὶ φλεβὸς in libro de *Morbis* ſecundo declaratur. σταφυλὴ γίνεται, ὅταν ἐς τὸν γαργαρεῶνα καταβῇ φλέγμα ἀπὸ τῆς κεφαλῆς καὶ κατακρέμαται, καὶ γίνεται ἐρυθρός. ἢν δὲ πλείονα χρόνον γένηται, μελαίνεται. μελαίνεται δὲ ὅτι ἐπὶ φλεβός ἐστι γαργαρεὼν παχέος· καὶ ἐπὴν φλεγμαίνῃ μελαίνεται. Hîc etiam appellat, gargareona, partem ipſam, & ait inſidere venæ: ſicut hîc Ariſtoteles: additque παχέος: & in fine Commentarij, ἀποπνίγονται: in eodem libro ἐκπίμπλαται ὁ γαργαρεὼν ὕδατος: quomodo hîc dicitur, ἐξογκωθείς.

Tonſillas Plinius in ſuperiore parte quomodo agnouerit: neſcio. Ita enim ſcribit in XI. *Tonſillæ, inter quas vua pendet.* Hæ cùm laborant ſuo morbo ἀντιάδες ab Hippocrate tunc dicuntur.

CAPVT DECIMVM.

De Collo.

CVII. ARISTOTELES.

ΑΥχὴν δὲ τὸ μεταξὺ προσώπου καὶ θώρακος.

Collum dicitur, quod inter faciem, & thoracem eſt.

CAESAR.

DESCENDIT ad alias partes. Theodorus errorem continuauit: cùm thoracem *Pectus* eſt interpretatus. Thoracis enim mox partem pectus videbimus.

Colli ſigna: craſſum & carnoſum, haud ſatis ingenij: venoſum, laſciuum: latum, confidentem: longum, infidum animum, & verſatilem: immobile, proditorem, inſidioſum, pertinacem: rectum, confidentem: tortum, ſubdolum, cogitabundum: pronum, auarum, ſupinum, ſtolidum, futilem, vanum. A motu, ὁ βυσαύχην, qui contractis humeris collum obſidet: fallacem, & alienarum cogitationum occupatorem.

CVIII. ARISTOTELES.

ΚΑὶ τούτου τὸ μὲν πρόσθιον μέρος, λάρυγξ· τὸ δὲ ὀπίσθιον, στόμαχος.

Eius anterior pars, guttur: poſterior, gula.

CÆSAR.

CONFVSE diuidit collum philoſophus: partitur enim in anteriorem, & poſteriorem: vtranque verò confundit: poſteriorem etiam mutat. Nam, ὀπίσθιον στόμαχον vocat hîc: mox ὀπίσθιον ἰσθμὸν. Confundit autem ſic: quia primo loco, τούτου, ſignificat collum: bene ſanè. At ſecundo loco, τούτου, quid ſignat? vtrum tandem στόμαχον, an λάρυγγα vtrum dicat, malè: partitur enim in ἀρτηρίαν quæ eadem eſt, & λάρυγξ, & in ſtomachum.

Λάρυγξ, à capacitate. ἀρτηρία, à proportione cæterorum vaſorum, quæ ſimiliter appellantur: vehit enim ſpiritum, vt illæ: quanquam ſine ſanguine.

Gutturis vitium tumor. Plinius homini & ſuillo generi ab aquis: ſanè ita eſt. In Liguribus Taurinis qui Alpium aquas bibunt, monſtroſi ea parte euadunt. *Gutturoſos* paulò corruptiore voce nominant: ſub Rhætis & Vindelicis montibus idem euenit: *Gos*, appellant. Quibuſdam vidimus quinque geminos tanta vaſtitate, vt maximam barbam æquarent. Vox his penè nulla, anhelitus infelix. Plinius malè elocutus eſt, quod rectè ſentiebat. *Guttur*, inquit, *intumeſcit*. Haud ſanè guttur: ſed extra guttur eſt tumor ſub cute, guttur ipſum comprimens.

CIX. ARISTOTELES.

Τοῦτου δὲ τὸ μὲν χονδρῶδες καὶ πρόσθιον, δι' οὗ ἡ φωνὴ καὶ ἀναπνοὴ, ἀρτηρία· τὸ δὲ σαρκῶδες, στόμαχος, ἐντὸς πρὸ τῆς ῥάχεως.

Vocatur quoque arteria anterior eius pars, quæ eſt cartilaginea: qua & vox, & ſpiratio eſt. At gula, carnoſa, interiori loco, ſpinæ appoſita.

CÆSAR.

Nomen, ſubſtantia, officium, ſitus, τοῦ λάρυγγος. Nomen inquam aliud à priore. Gulæ idem nomen στόμαχος: tamen etiam οἰσόφαγος. Prætereà, locus: ἐντὸς, inquit. Tum autem ſitus: πρὸ τῆς ῥάχεως. Item ſubſtantia: carnea. Officium non poſuit.

CX. ARISTOTELES.

Τὸ δ' ὀπίσθιον αὐχένος μέρος ἐπωμίς.

Poſterior autem, ceruix.

CÆSAR.

Non temerè, vt philoſopho: ſed temerè, vt interprete additum eſt à Theodoro, *extima*: vt eſſet τὸ ὀπίσθιον ἐντὸς, ὁ στόμαχος: τὸ ὀπίσθιον ἐκτὸς, ἡ ἐπωμίς. *Ceruix* à Plinio. Par Latinis, atque Græcis ratio. Latini à gerendo, quia caput gereret: Græci à gerendo, quia ab humeris gereretur.

Diſtinctiùs à Latinis: extimæ partes, anterior iugulum: poſterior ceruix: intimæ, anterior guttur, poſterior gula.

Cui iugulum cauum non eſt, is Bardus à Phyſiognomicis iudicatur. Zopyrus de Socrate ſic pronunciauit: vt eſt in libro de *Fato* Ciceronis.

Homini peculiarem partem iugulum eſſe, ait Plinius in vndecimo. Ego contra puto: homini per tranſlationem. Boum proprium eſſe, vbi iungerentur.

CAPVT VNDECIMVM.

De Thorace, & eius partibus.

CXI. ARISTOTELES.

Ταῦτα μὲν οὖν τὰ μόρια μέχρι τοῦ θώρακος. θώρακος δὲ μέρη, τὰ μὲν πρόσθια, τὰ δ᾽, ὀπίσθια. πρῶτον μὲν μετὰ τὸν αὐχένα. ἐν τοῖς προσθίοις, στῆθος, διφυὲς μαστοῖς. τούτων ἡ θηλὴ διφυής, δι᾽ ἧς τοῖς θήλεσι τὸ γάλα διηθεῖται· ὁ δὲ μαστός, μανός. ἐγγίνεται δὲ καὶ ἐν τοῖς ἄρρεσι γάλα· ἀλλὰ πυκνὴ ἡ σάρξ τοῖς ἄρρεσι, ταῖς δὲ γυναιξὶ σομφὴ καὶ πόρων μεστή.

HÆ ſunt vſque ad thoracem partes. Porro thoracis aliæ anteriores, aliæ poſteriores. Primum igitur pectus in anteriore parte ſub collo eſt geminis mammillis: in quarum ſingulis papilla: qua in fæmellis percolatur lac. Nam mammillæ rara textura eſt. Quanquam etiam in maribus lac aliquando gignitur quibus ſanè denſa caro. At mulieri ſpongioſa, atque plena meatibus.

CÆSAR.

THORACEM debuit ſecare in partes interiores, atque exteriores. Hoc iam factum eſt. Nunc in anteriores, & poſteriores: mox ſuperiores & inferiores. In dextram & ſiniſtram non potuit: quia par & æqualis vtrinque natura. Icircò dixit, διφυὲς. Hoc enim ſonat vnam naturam in duabus partibus. Anteriores duæ: ſuperior, pectus: inferior, venter. Poſteriores duæ: ſuperior, dorſum; inferior, nates. Pectus à collo vbi claues coëunt, ad eam partem, quæ prima mollis tangenti occurrit. Ponit partes, mammillas: numerum, geminas: portiones partium, papillas. In quibus, vtrunque ſexum. Diſtinguit officia: in fœminis propter lac. Apponit hiſtoriam. In maribus lac viſum. Addit rationem quaſi cum ſyllogiſmo. Percolatur lac, quia rara. Obiectio per exceptionem: dicit aliquando. Naturale, ſed non ordinarium: in maribus lac. Ratio diuerſa, faciens ad obiectionem. Quibus, inquit, denſa. Intellige minùs raram. Niſi enim eſſet peruia, non tranſmitteretur.

Facetè admodum. *Plena foraminibus.* Quis enim dicat plenum vacuitate, niſi vrbanè. Sic paraſitum fame plenum. Peruiam interpretati fuiſſemus: ſed tollebatur orationis feſtiuitas. Theodorus expreſſit ſenſum optimè: *foraminulenta*: verùm dictio paulò vaſtior.

Idem minùs plenè aſſequutus eſt, τὸ διηθεῖται: cùm dixit, *tranſmiſſum.* Nam & à ventriculo ſuccus tranſmittitur in inteſtina: at non διηθεῖται. Addidit de ſuo, *elicitur.*

Idem non bene, *iuncta papilla*: neque enim iuncta eſt, ſed vera mammæ pars continua. Quæ iuncta ſunt, cohærent: non ſunt partes eius, quicum iunguntur.

Pectoris pars ima, στέρνον. Pars ſub mammillis, προκάρδιον, quaſi *præcordia*: ſed nos, interiorem membranam, quæ obtenditur. Eſt autem προκάρδιον, quam *Malogranatum* dicunt medici, ad os ventriculi caueola illa, quę pectoris cartilagini ſubiecta eſt. Quo loco curuatur pectus, ἀνακάρδιον: & σφαγὴ, à cædis opportuno loco.

Cum Ariſtoteles colli partes recenſuit, etiam interiores contra inſtitutum: exteriorum enim tantùm propoſita hiſtoria eſt: quare non coſtas. Sanè iccircò pectus dictum. Compactum enim eſt: vnde poëta *pectoris crates* dixit. Earum numerum & naturam ex Anatomia colliges: neque enim huc transferam: quippe nuda hic hiſtoria, & ſimplex. Eſt autem coſta os arcuatum tectum membranis. Græci πλευραί: Pollux neutro genere τὰ πλευρὰ partes ſub ala.

Dixit: στῆθος διφυὲς μαστοῖς. Atticiſſima loquutione: id eſt partitum in mammas. Habes μαστοφυὲς

quod vnicum, & continuum, διφυὴς, quod bipartitum: vti ſupra dicebamus, πολυφυὴς: vt gingiuas dicebat.

Pectus non ſolùm homini: non omnibus tamen. Non habent, quæ carent cruribus: quæ collo, quæ humeris, armiſve. Non igitur omnia quæ ſpirant: tametſi ſpiramentorum capſa eſt. Non enim Delphin, quanquam aliquid eius loco intus habet. Latum leoni, & feli, & hominis aliis multis carinatum: vt auibus, ad ſecandum nempe aërem: ſimplex homini: palearia tauro: leoni iubatum.

Quibus latum, animoſi: anguſtum ſubdolis: carinatum homini ſegni: tametſi aues non ſegnes: non tamen omnes diligentes. Sunt enim multæ χαλκόβιοι. hirſutum brutales.

Pectoris vitia ὕβος Gibbus, tumor, λόρδωσις depreſſio, à cucurbita illud Hiſpani aliquando vocant. Strumam quidam anteriorem tumorem accuratiùs dici putant. *Gibbam ſub ceruice* vocat Suetonius, *Struma* Celſo, aliud, & Plinio.

CXII. ARISTOTELES.

Μετὰ δὲ τὸν θώρακα, ἐν τοῖς προσθίοις γαστήρ· καὶ ταύτης ῥίζα, ὀμφαλός·

Poſt Thoracem venter in anteriori parte: cuius radix vmbilicus.

CÆSAR.

Ad motum ſpirandi coſtas mobiles à muſculis, & à diaphragmate. Oſſeas ad munimentum. Ventri nihil horum opus fuit: & oportuit diſtendi cùm impleretur. Itaque oſſibus vacuum ſacco ſuo contentus fuit. Plinius hoc malè locutus eſt: *cui neceſſe*, inquit, *eſſet increſcere*. Sic videtur de adultione loqui. Hoc enim incrementum eſt. At id commune cæteris quoque partibus.

Non rectè abutitur hac voce θώραξ Ariſtoteles hic pro pectore. Thoracis enim partem facit, & ϛῆθος, & ϛέρνον: Suprà χόλος μέχρι αἰδοίων. Thoracem tractum illum totum etiam Pollux vocat: atque ὅλμον quoque dictum prodidit.

Ventris vmbilicum radicem dicere videtur iccircò: quia totius hominis radix eſt. Alitur enim inde fœtus, quemadmodum radice ſua plantæ. Venter autem tanquam miniſter, aut ſequeſter. Itaque facetè in libris de *Semine genitali* dicebamus: immeritò accuſatum à membris ventrem in Apologo veteri qui eſt apud Liuium: quòd ei ſeruirent omnia inerti atque ignauo. Nam in creatione atque conſtitutione totius membris omnibus aliis à ventre cibus eſt ſuppeditatus. Et illud ipſum τὸ γίνεσθαι, καὶ τὸ εἶναι, ſecundùm materiam. Etiam nunc vulgus à ventris auara receptione, *gaſtare*, conſumere ait.

An vmbilicus hominis meditullium ſit: id quod profitentur doctiores: ex Vitruuio petitum tute lineis ductis examinatum deprehendes.

A ventre notæ ſumuntur hæ. Quibus exuctus, atque cauus, inuidi, ſordidi: quibus rotundus, ſobrij: quibus longus, ſegnes, voraces: quibus prominens, ſomniculoſi, pigri, ſtupidi. Vmbilicus quibus extat, ſalaciſſimi: quibus cauus, non minùs ſalaces: ſed veretrum iis breuius.

CXIII. ARISTOTELES.

Ὑπόρριζον δὲ, τὸ μὲν διφυὲς, λαγών· τὸ δὲ μονοφυὲς, τὸ μὲν ὑπὸ τὸν ὀμφαλὸν, ἦτρον. τούτου δὲ τὸ ἔσχατον, ἐπίσιον·

Qvod radici ſubeſt duplex, ilia dicuntur: quod vnicum eſt ſub vmbilico, aluus: cuius pars extrema, Pubes.

CÆSAR.

Plinivs hanc partem negligentiùs. Itaque reliquit inter nos, & Theodorum lites. Nam cum hic ventris notet partes tres, non conuenit. duplicem vnam dixit, λαγόνα, nos *ile*. Non enim ſolùm inteſtina περὶ τὸ εἰλεῖσθαι, ſed etiam eorum quaſi capſa inde

dicta. In plurali vſitatiùs, *ilia*. Pars ea eſt quæ inter coſtas, & coxendicem ab latere. In bobus penè ſemper ſubſidens. Idcircò Græci etiam *κενεῶνα*, à vacuitate. Qui ilia *παρὰ τὰς ἴλας* ducunt, falluntur: ſed hæc in *Originibus*. Celſus malè inter coxas & pubem collocat. Plinius de hac parte nihil. Ile autem quid ſit, ter poſuit in XI. ſemel rectè pro exili inteſtino. Iterum malè: vbi Ile & Græcis *κοῖλον* appellari ſcribit. Tertio nihilomeliùs: cùm ſcribit, inter veſicam, & aluum arterias ſitas ad pubem tendere, atque Ilia nominari.

Ἦτρον, *ſumen* Theodorus, atque *abdomen*. Verùm porcorum tantùm fuere abdomina, in Cenſoriis enim legibus abdomina interdicta ſine adiectione: ſuilla enim intelligebantur. Nam cùm tranſtulit Satyrus ad hominem, id contumeliæ gratia fecit: vt eum porcum vocaret. Et ſanè eſt pingue illud abditum, vnde & nomen: nihil ad hominem pertinens: igitur etiam in XI. *Abdomen in ſcropha* dicit Plinius. Celſus tamen abdomen etiam in homine vocat, quod à coxis, & pube præcordiorum tenus pertinet. Ego *Aluum* malo. Alueus enim eſt. Itaque etiam Græci *κύθος*. Nam aluum medici cùm laxare aiunt: accepere quod extra eſt, ad inteſtinorum deſignationem. Laxantur enim inteſtina. Inteſtina autem qui caperet alueus, *Aluus*, à ſimilitudine dictus eſt. Nam ſumen appellare, haudquaquam decet. Suillum enim tantùm eſt. Plinius ait Publij Mimographi inuentum, nomen hoc fuiſſe. Sanè piget me tanti viri: qui non meminiſſet tantò antea à veteribus vocem illam frequentatam, non quemadmodum vtebatur Lucilius, cuius verſus ex quarto *Satyrarum* recitat Nonius: mammam enim ait ſignificari: ſed ex Plauti *Captiuis* citet verſum ex ore paraſiti. *Quanta ſumini abſumedo.* ἦτρον, quoque declarat Pollux, Demoſthenes ponit in actione iniuriarum contra *Cononem*. Item Plato *in Phædone*: cùm poneret maleficij cicutæ ſignum. Dioſcorides nihil. Athenæus ἦτρα inter Bellaria.

Defendetur igitur Celſi auctoritate Theodorus in Abdomine: at à nullo, cùm ait ἐπίσιον *Aqualiculum*. Aqualiculus enim id eſt, in quod aqua intercus colligitur: totus ventris, vt ita dicam vter: vt eſt apud Satyrum, qui pinguis hominis ſupra modum & hydropem imitantis aqualiculum vocauit. Non enim poterat alui partem imam ſic appellare: quippe nunquam prominet: ſed ventrem, quem à voracitate tumidum, etiam *Popam* appellarunt, à popinis frequentatis. Ad hæc Pollux, ἐπίσιον, quid eſſet, declarauit: cùm ἥβην etiam vocat: atque ex medicorum libris, ἐφήβαιον. Itaque nos *Pubem*. Nam, inguen, inferior pars eſt ad generandum, vnde & nomen. Pubem quoque Celſus vocat.

Minutiores partes. Summum vmbilici, ἀκρομφάλιον: pars ſupra ipſum ἐπομφάλιον: inferior ὑπομφάλιον: ambiens vmbilicum pellis, γραῖα: à rugis fortaſſe: quaſi aniculam dicas. Inter ilia, vmbilicum, & coſtas, ὑπολάσπιον, quæ pars lieni, & iecori ſuperpoſita eſt.

Ὑπόρριζον igitur & ὑπομφάλιον idem, ſi ῥίζα & ὀμφαλὸς idem. Sub vmbilico tamen nemo dixit eſſe ilia: ſed quod vtrinque obtenditur.

Theodorus negligenter nimis, τὸ δὲ μονοφυὲς, tranſtulit: *quod rectè ſubiungitur.*

CXIIII. ARISTOTELES.

Τὸ δ' ὑπὲρ τὸν ὀμφαλόν, ὑποχόνδριον. τὸ δὲ κοινὸν ὑποχονδρίου καὶ λαγόνος, χολάς.

Quod ſupra vmbilicum eſt, hypochondrion dicitur. Huic autem & iliis commune, cholas.

CAESAR.

Qvemadmodvm negabamus ilia ſub vmbilico: ſed à lateribus agnoſcebamus: ita nunc quod ſupra vmbilicum eſt, ſi rectè deſcribas, neutiquam eſt hypochondrion: ſed ad latera tibi declinandum, vt inuenias.

Quæro etiam ſi tradit mihi partem, quam appellat, ὑποχόνδριον: quare non & eam, quæ χόνδρος, peculiari nomine dicatur. Nam ſanè latiſſima vox eſt: quippe omni cartilagini communis. Et ſanè ſuprà non erat ὑπόρριζον ἀπὸ ῥίζας.

Nolim cum Theodoro dicere ſic: χολὰς, *cholago*. Conueniet enim cum pharmaco bilem educente: neque eſt neceſſarius flexus ille Latinis in vocabulo ipſis ignoto. Neque non rectiùs dicetur, *Ilias*, quàm *Iliago*. Feliciùs tranſtulit, ὑποχόνδριον, *ſubcartilagium*.

Error pudendus in noſtro codice, ὑπὸ τὸν ὀμφαλόν. leges ὑπέρ. Nemo enim dicat ſub vmbilico ſita hypochondria.

Illud maioris operæ. Cùm enim legeremus κοινὸν ὑποχονδρίου καὶ λαγόνος: arbitrabar, quaſi pro interpoſita parte deſignari: quemadmodum in agro dicere ſoliti ſumus terminum vtrique communem. Itaque cùm non appareret ſpatium nobis inter ilia & hypochondria: ſenſimus falli nos. non enim in eo ſignificatu capitur, commune; ſed totus tractus à coſtis ad coxendicem, qui diuiditur in hypochondrium ſuprà, in ilia infra. χολὰς ab Ariſtotele nominatur; vetuſta vox in hoc vſu. Nam alij χολάδας, *inteſtina* vocari prodidere ab eo, quod χολὴν excipiunt. Sanè Athenæus in ſeptimo χόλικας bouis ait. Suidas interpretatur *inteſtina*.

Theodorus addidit de ſuo: *cauum*. Sanè in bobus cauum eſt maius, quàm alij cuipiam animali: homini non, niſi macilento: at bene habito ea pars ſanè plus tumet, quàm pectus.

CXV. ARISTOTELES.

Τὸ δ᾽ ὄπισθεν, διάζωμα μὲν, ἡ ὀσφὺς, ὅθεν καὶ τοὔνομα ἔχει· δοκεῖ γὰρ εἶναι περὶ ἰσοφυές.

In parte poſteriori ad cincturam, lumbus, qui Græcè ὀσφὺς *dicitur: vnde & nomen habet: videtur enim eſſe quidam* ἰσοφυὴς: *id eſt æquali magnitudine natus.*

CAESAR.

AD cincturam lumbos ſtatuit. Quare cùm duodecim ſint vertebræ ſub Atlante vſque ad cincturam; duodecimam, quæ ima eſt διαζωστῆρα appellarunt: iccircò hìc διάζωμα philoſophus: & anteriorem partem huic reſpondentem ζώνην dicit. Pollux ὀσφύας vocatas tradit, quaſi ἰσοφύας: proptereà quòd carnes æquali pondere, figura, menſura agnatæ ſunt: ſic enim lego in codice: ſic legit Suidas. Apollodorus autem quaſi ὀστοφυεῖς: quia oſſa ita veſtiunt, vt ab illis fundi videantur. ψόας & φυσιαὶ etiam apud Platonem habes. Athenæus in nono ex multis autoribus alia nomina colligit. Ac primùm quidem ψύας nominatas ait, quia leuiter ab oſſibus auellerentur: alia etiam etyma colligit: ſed non eſt hìc locus. In *Originibus* ſatis dictum eſt. Idem ex Simariſti ſententia: ὁ ψύος αἱ ἐκ πλαγίων σάρκες ἀποπηκνῦσαι, ψύαι· τὰ δ᾽ ἐκ προσθεν κοιλιακὰ λέγουσι ... Clearchus in ſecundo de *Oſſibus*, σάρκας μυώδεις καθ᾽ ἑκάτερον μέρος, ἃς οἱ μὲν ψύας, οἱ δ᾽ ἀλώπεκας, οἱ δὲ νευρομήτρας καλοῦσι. Pollux etiam ἰξὺν lumbum vocat: ψόας apud Suidam ſcriptum eſt, & ψοιαὶ, apud alios.

Lumbi vox Latinis, aut quia ſolutior pars eſt, cùm cætera ſit ſpina rigidior, aut quia eiuſmodi caro ab oſſibus illis facilè ſoluatur.

Theodorus, qui non ſolùm Græca efficeret Latina etiam inuita: ſed Latina quoque pluſquam Latina: reliquit miſerum Lectorem Græcarum neſcium literarum, ſuſpenſum. Vnde enim expiſcabitur *parem præcincturam* ex eo, quod dicitur, ὀσφύς?

CXVI. ARISTOTELES.

Τοῦ δὲ διεξοδικοῦ, τὸ μὲν, οἷον ἐφ᾽ ἕδραν ὄν, γλουτός· τὸ δ᾽ ἐν ᾧ στρέφεται ὁ μηρὸς, κοτυληδών.

Quæ pars ad excrementa eſt, ea eſt duplex. Altera, quaſi ſtragulum, nates: altera, in quo vertitur coxa, acceptabulum.

CÆSAR.

IMVM τοῦ κύτους, nates, ad poſteriora: ſimul poſtremum os cauum, in cuius orbe vertitur coxæ os. διεξοδικὸν pudenter dixit, ad exeundum. Nates, quaſi ſtragulum dixit, ἐφ᾽ ἕδραν: ſuper ſellis enim ſternitur aliquid tomentaceum, vt mollius ſedeatur. Non id in ſimia: plana enim & coriacea. Multa alia ſedent animalia: Sciuri,

feles, canes, cuniculi, lepores. Homini autem potiſſimum data ea pars eſt, ad commodiùs cogitandum: tametſi Peripatetici maluerint ambulare. *μηρὸν* intellexit, *μηροῦ κορυφήν.* Clauæ enim caput repræſentat. *κοτύλη* vaſis genus: à cuius cauitate ſinus quoſdam, & oras, & caua, in matrice, in oſſibus, in brachiis polyporum: pyxides non ineptè Medici.

Theodorus *femur*, & *coxa*. Femur, à ferendo; coxa, à coaſſatione, & cogendo: vulgus, *Ancas*, non ineptè à flexu. Femen interior pars ad inguina.

CXVII. ARISTOTELES.

Τοῦ δὲ θήλεος ἴδιον μέρος, ὑστέρα.

Fæmina peculiaris pars, matrix.

CÆSAR.

HOMINIS partes recenſet. Homo mas, & fæmina. Fæminæ partes proprias ab officio ſuprà, mammas: à figura, & ſitu communes cum maſculo. Nunc item matricem, propriam: ſicut mox in maribus alia. Mirum videatur: quid Ariſtoteles interiora attingat. Sanè matricem, quia membrum genitale in fæmina: quemadmodum in mari penem. Tantò minùs ineptè, quòd conueniebat inter hæc membra ſimilitudine quadam contrarietatis. nam vt extat penis & prominet ſolidus: ita eſt collum matricis vacuum è contrario, in receſſu ſcilicet. Vt ſunt colei pleni, globoſi: ita matricis ſinus intus vacuus: verùm hæc in ſeptimo, & in decimo exactiùs: in libris de *Semine genitali* etiam accuratiùs deſcripta ſunt.

CXVIII. ARISTOTELES.

Καὶ τοῦ ἄρρενος, αἰδοῖον, ἔξωθεν ἐπὶ τέλει τοῦ θώρακος, διμερές. τὸ μὲν ἄκρον σαρκῶδες καὶ λεῖον, ὡς εἰπεῖν, ἴσον, ὃ καλεῖται βάλανος. τὸ δὲ περὶ αὐτὴν ἀνώνυμον δέρμα· ὃ ἐὰν διακοπῇ, οὐ συμφύεται, οὐδὲ γνάθος οὐδὲ βλεφαρίς. κοινὸν δὲ τούτῳ καὶ τῇ βαλάνῳ, ἀκροποσθία. τὸ δὲ λοιπὸν μέρος, χονδρῶδες, εὐαυξές, καὶ ἐξέρχεται καὶ εἰσέρχεται ἐναντίως ἢ τοῖς λοφούροις.

Maſculo penis extat in fine thoracis: cuius partes duæ. Summum quidem carne conſtat leui, &, vt ita dicam, æquali: ac vocatur glans: ea tegitur pelle, cui nomen à Græcis impoſitum non eſt. Quæ, ſi ſecetur, non coit: ſicuti neque gena, neque palpebra. Communis pars huic pelli, & glandi, acropoſthia. Altera pars cartilaginea, facilè capiens incrementa: egreditur autem atque ingreditur contra, quàm iumentis.

CÆSAR.

MASCVLA genitalia deſcribit multis modis: extantia. Nam de muliebribus dicet: *κοῖλον*. Locum, in imo thoracis. aſſignat partes: vnam cartilagineam, *εὐαυξῆ*: quippe habilem ad tumeſcendum: alteram partem diuidit in duas: vnam carneæ ſubſtantiæ. Addit qualitates: *λεῖαν*: item figuram: *ἴσον*, æquabilem ſuperficiem. Alteram, cutem eſſe: & carere nomine. Aſſignat affectionem: non coaleſcere, ſi ſcindatur. Aſcribit communem naturam cum aliis, gena, & palpebra. Aſſignat toti differentiam, qua diſtinguatur à iumentis. Nam iumentorum penis exit, ſed ita, vt nulla pellis reliqua ſit. Noſtra ſemper eſt. itaque glans commeat: id quod Græci *αὐτοπολοῦ*: proptereà quòd penis *τύλος* quoque diceretur. Quare haud ſatis plenè *ἐναντίως*: non enim contrario exit motu. Sed ita admitti poteſt: cùm ſunt contraria fieri ſic, & non fieri, per contradictionem.

Non eſt autem verum illud: *ἐξέρχεται, καὶ εἰσέρχεται*: non enim ſubit, atque exit: ſed pellis abducitur, & adducitur.

Γνάθος, malam, & genam, ad buccam vſque ſignificat eadem natura. Hanc ſententiam Hippocrates quoque dixit in ſexto *Aphoriſmorum*, ſed ampliorem: addidit enim alia. Plinius properans, & commiſcens vniuerſam omiſit partem hanc. Tantùm de veſica, & quibuſdam membra-

nis ait in xi. non *ſolideſcere* : ſignata voce, neque ab omnibus intellecta : ſolidum nanque eſt, cui nihil admiſtum. Hæc vulnere diſſita coeunt quidem, at diuerſa natura ſequeſtra : quippe analoga, non eadem. In oſſe, vena, membranis quibuſdam, aut membranaceis. Hippocrates etiam ſubtiliùs. nam hic γνάθον ſimpliciter. Ille γνάθυ τὸ λεπτόν. ſcilicet quæ pars carnoſa non eſt.

Ἐὰν διακοπῇ. Theodorus, *vulnere obducto.* Nemo Latinè ſic loquutus eſt : obducimus enim aliquid ad obſtruendum, vt callum natura, aut corticem, aut cicatricem : vulnus autem contrà, diſſipat.

Haud vna præterea dubitatio, ἀνώνυμον dicit pellem circa glandem : communem partem glandi, & ei pelli ἀκροποσθίαν. Pollux πόσθην τὸ ἐπὶ τῇ βαλάνῳ δέρμα. Iam videtur tota pellis πόσθη, ſummum pellis ἀκροποσθία. pro tota ea totum nomen hoc in ſexto *Aphoriſmorum* videtur accepiſſe Hippocrates : ἀκροπόσθιον vocat. In libro περὶ ἑλκῶν. πόσθιον, qua voce etiam Ariſtophanes vſus eſt. Ad hæc non videtur verum quicquam habere in ἀκροποσθία ἡ βάλανος. Et ſi ita appellabat vulgus, eſto. Igitur communis ſit vox tam glandi, quàm pelli, quia penis vtraque ſuprema pars. At ſi nomen glans eſt alteri parti, quare non erit alteri, πόσθιον : quod apud Hippocratem eſt. Latini ſanè pellem, *præputium* vocant : quoniam præ pudendis eſſet. Aliquot nationes glandem illam, *Fabam* nominant, non ineptè : oſculum enim ſummæ glandis repræſentatur ab eo, quod in faba *Hilum* veteres appellabant.

Καὶ λεῖον, ὡς εἰπεῖν, ἴσον. quia non verè æquali eſt circumferentia : iccircò dixit, ὡς εἰπεῖν. Theodorus peſſimè addidit hanc orationis moderationem, carni. *Carne*, inquit, *propemodùm conſtans.* Immò verò carne, tam vera, quàm in lingua, & aliis : non autem, propemodùm. Idem de ſuo addidit, *faciem*, & *turbinatam.* Iniuriam fecit Ariſtoteli, qui non dixit : & multis, qui non habent talem. Quibuſdam enim adeò rotunda eſt, vt torno facta videatur: præſertim qui membrum illud immane habent. Clauæ enim quaſi cuiuſdam tuberatus globus : inde *mutoniati*, & *mutinum*: ſed hæc in *Originibus*.

Dixit, ἀνομοιομερὲς, non ἀνομοφυές : quia diſſimiles partes ſunt : non eadem natura.

Erat mendum in codice εὐαγὲς : quod bene fragile ſignificabat. Legendum εὐαυξὲς : augetur enim flatu, & ſpiritu, & ſanguine mirabilem in magnitudinem : ſi communem conſideres habitudinem. Quidam Galeniſtæ negarunt glandem turgeſcere : malim tamen ſenſum profiteri.

Differentia in animalibus: quibuſdam oſſeum: viuerræ, muſtelæ, vulpi, lupo, aliis. vrſo mortuo cornu duritiam nanciſci. Camelis eſſe neruеum : aſperrimum felibus : mucronatum ſuibus, ac tauris, glande prope nulla : pileatum equis : quibuſdam etiam piloſum : vt vidimus. Simio iuuenculo præputium hæret tubuli oræ, quo tubo vrina redditur : adulto ſeparatur, atque aperit glandem.

CXIX. ARISTOTELES.

Τοῦ δ' αἰδοίου ὑποκάτω ὄρχεις δύο. τὸ δὲ περιέχον δέρμα, ὃ καλεῖται ὄσχεος. οἱ δ' ὄρχεις, οὔτε ταὐτὸ σαρκὶ, οὔτε πόῤῥω σαρκός. ὃν τρόπον δ' ἔχουσιν, ὕστερον δι' ἀκριβείας λεχθήσεται καθόλου περὶ πάντων τῶν τοιούτων μορίων.

Infra penem teſtes gemini, cute circumtecti, quæ ſcortum dicitur. Ipſi neque caro, neque carnis natura procul : poſteà tum hi quemadmodum ſeſe habeant, tum de aliis vniuerſis partibus diligenter dicemus.

CÆSAR.

Carnem non eſſe teſtes ſimpliciter, ex ἀδένων natura Medici. Galenus eandem attribuit, quam agnoſcit in mammillis. ὄσχεος, & ὄσχεον legas, & ὀσχέαν. Latini *ſcortum*, & *ſcrotum*, vt quiſque meliùs, difficiliùſve pronunciabat: ſicut φάσγανον, σφάγανον, dictum etiam *ſcrutum* communi cum inteſtinis appellatione. Sic enim pelles interiores nominaſſe videntur : vnde & proſtantes mulierculas, quæ pelliculam vuluæ exercerent, *ſcorta*, quaſi nihil aliud præterea eſſent. Similiter paraſitos, γνάθωνας : perinde atque nil niſi *mandibulæ* exiſterent.

Plinius, in xxxvii. capite libri vndecimi, cùm membra profiteretur animalium : de muliebri vtero perpauxilla; de porcarum vulua multa : de virilibus nihil. Ergo qui deſcribere ea eſſet oblitus,

oblitus, in Capite XXXXIX. quaſi ſcripſiſſet, ita dicit, tanquam enarrauerit.

Theodorus, τὸ αἰδοῖον, *Genitale membrum* vocat. At enimverò teſtes ipſi quoque genitalia membra ſunt. Ac ſanè multò magis. Sinè pene enim gignunt aues, quibus teſtes ſunt. Ita Pollux: τὸ δὲ πᾶν τοῦτο αἰδοῖον.

Accuratiùs hæc ex Galeno & Polluce, & aliis. Penem totum καυλὸν vocant. Vnde *Caulis* Latinum olim, poſteà *Colis*: vt *Plauſtrum Ploſtrum*. Vnde *Colei* teſtes ipſi. Quos Latini à Lana etiam *Lanuninos*: vt auerterent à turpitudine vocem minùs frequentatam. In *Originibus* etiam quaſi eſſent in vagina: κολεός à numero διδύμους quoque vocat Pollux. A cole per medium cutis extimæ, quà ſinus aut ſulcus quidam eſt, ſuturæ facie excurſus quidam exiſtit. Totus tractus περίναιος, & τράμις quaſi Carina, & ὄρρος vnde & ὀρρωδεῖν frequens Platoni verbum. περιναίῳ extremum oſculum, δακτύλιον, etiam nunc Thuſci *Annellum*: quia Latini *Anum*. Partem ſub cole, *Taurum*, Scorti partem demiſſam, λακκόπεδον. Quare λακοσχίας eos cognominatos ab Athenienſibus, quibus id penderet ſemper. Vulturno, & Auſtro flante laxior eſt quod inter femina, & ſcortum, ac præputium exiſteret, πληχάδες. vaſa, quæ neruos appellat falsò Pollux, quibus appenſi Colei ſunt, κρεμαστῆρες. Teſtis ſuperior pars, *Caput*, dicitur: inferior, *Fundus*. παραστάται *vaſa ſeminalia*: quorum inuolucra à Galeno diligentiùs animaduerſa: de qua ſimul & teſtium ſubſtantia, officio, affectibus, in libris noſtris de *Semine genitali* tot tantâque dicta ſunt, vt ad veritatem ſatis eſſe videantur.

Signa ad Phyſiognomiam petas ab aliis. Malo enim verecundus, quàm ſciens videri.

CXX. ARISTOTELES.

Τὸ δὲ τῆς γυναικὸς αἰδοῖον, ἐξ ἐναντίας τῷ τοῦ ἄρρενος. κοῖλον γὰρ τὸ ὑπὸ τὴν ἥβην, καὶ οὐχ ὥσπερ τὸ τοῦ ἄρρενος ἐξεστηκός. καὶ οὐρήθρα ἔξω τῶν ὑστερῶν, δίοδος τῷ σπέρματι τοῦ ἄρρενος.

Mvliebre genitale contrario modo ſitum eſt, atque maſculi. Nam cauum eſt ſub pube: non, quemadmodum in maſculo, extans. Præterea collum habet à matrice, quaſi tranſitum quempiam ob maſculi ſemen.

CAESAR.

QVEMADMODVM mammas, ita genitalia vtriuſque ſexus. Ponit res, ſimilitudinem, ſitum, partes. οὐρήθραν & ὑστέρας: eſt οὐρήθρα protenſa quaſi fiſtula, quam ceruicem alij cum elegantioribus, nos *collum* cum Barbaris maluimus vocare. Nam ceruix poſterior colli pars à gerendo, ſolida: vti ſupra dictum eſt. Collum totum illud, cauum intus. Ita in matrice hoc: ceruix nulla. οὐρήθραν Græci non rectè. Neque enim à matrice collum, quod porrigitur, eſt exitus pro vrina. Sed quod in definitione δίοδος τῷ σπέρματι τοῦ ἄρρενος. Ex ſuperioribus definitionibus. Vbi fœmina in ſe proiiciebat: mas in fœminam. Neque ſolùm dixit, ὁδὸν: ſed δίοδον. Vt tranſmittatur in aliud. Peruium. Nos, *tranſitum*. Theodorus *acceſſum* non benè. Nam acceſſus, finem connotat. At ſeminis finis non eſt hic: ſed porrò. Iccircò δίοδος. ὁδὸς διὰ, πρὸς ἄλλο. Idem ἐξεστηκὸς *propenſum*, peſſimè. Non enim ſic contrarium eſſet τῷ κοίλῳ. Sed parum curauit Philoſophiæ vim Theodorus, modò putaret ſe meliùs Latinè dicere, quàm Græcè Ariſtoteles.

Aliqui putârunt in mulieribus tantùm dici pectinem, κτεὶς à Græcis. ἐπίσειον autem etiam maribus commune. Alia minuta vſque ad faſtidium. Hiatus, σχίσμα. Caruncula in eius medio σκαῖρον, νύμφη, μύρτον, ἐπιδερίς, κλειτορίς. Labia μυρτοχειλίδες, κρημνοί, πτερυγώματα, non ineptè: crenata enim ſunt: quemadmodum & canum labra interiora.

CXXI. ARISTOTELES

Τοῦ δ' ὑγροῦ περιττώματος, ἀμφοῖν ἔξοδος.

Vtrique autem ſexui hæc humida exeunt excrementa.

CÆSAR.

SEPARATA ſupra membra & officia. Nunc officium vni membro vtrique cõmune: mulieri æquè ac viro ea parte vrina redditur. Per hiatum fœmina: ac proptereà diſſipata, nec ſine magno ſtrepitu. Maribus per tubum, anguſto meatu collecta: atque iccircò longè contentius. Eſt & aliis quibuſdam animalibus commune officium aliud, ad excrementa etiam ſolidiora: vt in auibus.

Theodorus purè loquentes ludit. *Exitum ſubminiſtrandum.* Nec ipſi coqui ſic Romæ loquuti ſunt. Non offendit Barbaros, ac ſupinos: verè Latinos excruciat.

Non ſeparauimus dictionem hanc à ſuperiori Capite diuerſo: quia ſimul hæc erant cum cæteris membris in ea parte, quæ propoſita eſt. κύΘος enim capſa omnium horum eſt. Theodorus more ſuo diſiunxit ſine iudicio.

CXXII. ARISTOTELES.

Κοινὸν δὲ μέρος αὐχένος καὶ στήθους, σφαγή· πλευρᾶς δὲ καὶ βραχίονος καὶ ὤμου, μασχάλη· μηροῦ δὲ καὶ ἤτρου, βουβών. μηροῦ δὲ καὶ γλουτοῦ τὸ ἐντὸς, περίνεος· μηροῦ δὲ καὶ γλουτοῦ τὸ ἔξω, ὑπογλουτίς.

Communis autem colli, ac pectoris pars, iugulum. coſta, & brachij, & humeri, Ala. Feminis & alui, inguen. Inter coxam, & nates pars interior, femen: exterior, femur.

CÆSAR.

Ἀνακεφαλαίωσις quædam eſt cum auctario. Partium enumeraturam confines quaſdam nominat, etiam non nominatarum, quas item nominat.

De iugulo ſupra, in quo reprehendebamus Græcos. Nam quare σφαγή, antequàm vnquam aperiretur ferro: à carnifice vocabula accipere, ſanè inciuile.

Ἦτρον hìc *imum ventrem*, Theodorus malè: qui ipſe etiam aliter ſupra. Sanè ἦτρον erat ſtatim ſub vmbilico: in imo autem ἐπίσιον. Sitne verò Theodori error, an culpa Philoſophi laxè loquentis? Profectò vtriuſque: illius, vt interpretis: huius, vt autoris. Nam interpres autorum lapſus, quales quales ſunt, repræſentare debet. Ariſtoteles autem, ἦτρον cùm ſub vmbilico ſtatim agnoſcat: non potuit hìc bubonum facere affinem.

Interiorem partem, quam obſiderent coxa, & nates, ridiculè appellauit *Coles* Theodorus. Caua enim & ſubſidens neutiquam colium imitatione inueniet appellationem. Neque colis erit, id eſt καυλός. Denique inepit! ſed femen eſt: ſicut exterior, femur: quod *ſubnatale* cùm tranſtulit idem, adulatus eſt Græco vocabulo. Eſt enim femur tota caro in ſumma coxa ſub natibus, & alui iunctura: ab eadem origine pars interior, femen.

CAPVT DVODECIMVM.

De Thoracis partibus poſterioribus.

CXXIII. ARISTOTELES.

Θώρακος δὲ περὶ μὲν τῶν ἔμπροσθεν εἴρηται· τοῦ δὲ στήθους τὸ ὄπισθεν, νῶτον.

Thoracis igitur partes, quæ eſſent anteriores, diximus: pectoris autem poſterior pars, dorſum appellatur.

C AE S A R.

Qvia motus tria genera, vt alibi dictum eſt, quæ bipartiuntur: ideircò rectè ſecreuit poſteriora ab anterioribus: ſuperiora ab inferioribus: propterea quòd diſſimilia eſſent. Dextras autem & ſiniſtras non diſparauimus: quia ſunt aut διφυεῖς, aut quaſi διφυεῖς: omnino enim ſimiles: tametſi officia inæqualia. Dextrum enim brachium, aut in quibuſdam ſiniſtrum, valentius: in paucis aut nullis æqua vel vis, vel habilitas: de exterioribus loquor omnibus: nam interiorum aliquæ pares, vt tonſillæ, teſtes: aliquæ inæquales, & diſſimiles, & diuerſæ. Situs alius reni dextro: altior enim: diſſimilis pars dextra ventriculi à ſiniſtra. Diuerſum hepar à plene.

Breuitatem admirabilem, ſi ſpectes, deprehendes: νῶτον è regione pectoris ſtatuit: nos *dorſum*: quia deorſum vergit.

Theodorus & hîc & alibi aliter, quàm Cicero conſueuit, ſolet. Græci ita loquuntur: ταῦτα μὲν μέχρι τούτου: τὰ δ᾽ ἐφεξῆς ἐστιν ἀμφισβητούμενα. Theodorus prioris inciſi verba Capiti ſuperiori ſemper adiungit: initium ſequentis ab alio inciſo facit. At Latini contrà. *Hactenus aruorum cultus: nunc*, &c. Ita Cicero in libris *Officiorum*. Et ſanè Græca coniunguntur per μὲν, & δέ.

CXXIV. ARISTOTELES.

Νώτου δὲ μέρη ὠμοπλάται δύο, καὶ ῥάχις.

Dorſi partes ſcapulæ duæ, & ſpina.

C AE S A R.

Ωμοπλάται ſunt latæ partes ſub humeris: τὸ πλάτος τὸ ὑπὸ τῶν ὤμων: nos *ſcapulas*: quia interſtitium ἐσκαφθαι excauatum eſt. Inde *ſcapularium*, amictus dæmonum olim bonorum, nunc malorum.

Ῥάχις ſpinam: ea tota ſi dorſi pars eſt, vt hîc ait: longior erit pars ipſo, cuius pars eſt, toto. ῥάχις enim ad os vſque imum vltimum. At dorſum τοῦ στήθους τὸ ὄπισθεν tantùm; ῥάχις autem reſpondet vniuerſo θώρακι. ῥάχεως δὲ πέρι tum in *Originibus*, tum in Commentariis Ariſtotelis de *Plantis* & fuſiùs, & diligentiùs dictum eſt.

Indicia à dorſo, & ſcapulis: qui recti, & rigidi: ſuperbi, leues. Quibus curuum; inuidi, verſuti: mediocre ſapientibus: quibus vallis illa valde caua: triſtes, atque animo vel deiecto, vel ſimulato: quibus humeri demiſſi: ſui amantes, aliorum contemptores.

CXXV. ARISTOTELES.

Ὑποκάτω δὲ κατὰ τὴν γαστέρα τοῦ θώρακος, ὀσφύς.

Infra, quæ pars reſpondet ventri, lumbi.

CAESAR.

HANC partem ſupra cum anterioribus inter poſteriores numerauit. Sanè ob affinitatem, & ordinem. ſunt autem lumbi præſcripti vertebris quinque. In noſtro codice ita ſcriptum erat. κατὰ τὴν γαστέρα τοῦ θώρακος. expunximus duo poſtrema verba: neque agnoſcit hîc ea Theodorus.

CXXVI. ARISTOTELES.

Κοινὸν δὲ τοῦ ἄνω καὶ κάτω, πλευραί, ἑκατέρωθεν ὀκτώ. περὶ γὰρ λυγνίων τῶν καλουμένων ἑπταπλεύρων, οὐθενός πω ἀξιοπίστου ἀκηκόαμεν.

Communes autem tam ſuperiori, quàm inferiori, coſtæ vtrinque octonæ. Nam quod aiunt: quoſdam ſeptenis eſſe coſtis, qui Lygnij appellantur: nullus explorata fidei autor eſt.

CAESAR.

ADMISCET nunc oſſa: ſanè omnia oſſa ſeorſum alij. Seorſum venas, arterias, neruos, muſculos. Ait communes ſuperis partibus, & inferis: quinetiam anterioribus & poſterioribus: inter poſteriores autem recenſet potiùs, quia maior earum pars ibi: & omnes inde. An verò rectè dixit communes tam ſuperioribus, quàm inferioribus? nequaquam. Pectus enim tantùm ſepiunt: inferior quippe venter ante: ponè lumbi.

Theodorus non Lygnios, ſed *Turdulos* vocat, gentémque eſſe dicit: verùm neque cum turdo quicquam eſt λυγιῷ commercij: neque Plinius aut Lygniorum, cùm de coſtis meminit, aut coſtarum facit mentionem, vbi de Turdulis in tertio bis, bis in quarto ſcribit. Nihil Strabo: Cælius in ſecundo *Antiquarum lectionum*, non *Lygnios*, ſed *Ligures* ſcriptum reliquit. Apud Pollucem eadem lectio, quæ in noſtro codice Ariſtotelico.

Diligentiùs ſic. ſumma dorſi, vtrinque ſcapulæ duæ, ὠμοπλάται. earum planicies, τράπεζαι: haud penitus temerè à Barbaris *Spatulæ*: ſanè à latitudine. In medio vertebrarum ſeries, quam *Spinam* appellârunt, quia illas ἀκάνθας: item σπονδύλους, & ἀστραγάλους, & κύβους etiam quidam. Latina vox à Græca: nam etiam στροφεῖς. Eæ pro ceruice ſeptem: pro dorſo duodecim: pro lumbis quinque. Suprema vocatur ἐπιστροφεὺς in ſummo ceruicis ſuper qua fit capitis conuerſio: vnde & hoc nomen, & apud Callimachum κλονίς. Pollux etiam ab Hippocrate ὀδόντα dictam prodidit: verùm in iis, quæ extant, nondum memini. In eius lateribus duo ſinus ſunt, in quos induunt ſeſe duæ tanquam papillæ oſſis capitis, quæ κορῶναι à Græcis. Secunda vertebra, ἄξων: quoniam immobilis ſit, quemadmodum rotarum axes: ea inſerta eſt & ſuperiori, & inferiori ſingulis brachiolis, quæ dicuntur κάτοχοι, id eſt *nexus*. Septima quoniam gerit onera ſuperiorum, *Atlas*, dicitur. Quæ huic ſubeſt, ſimul carnem qua obducta eſt, ἀσφάλειαν, & λοφαδίαν, & λοφίαν vocarunt. Proximam ab hac, μασχαλιστῆρα: id eſt *axillarem*: reliquas πλευρίτας, *coſtales*: vſque ad duodecimam ab atlante: quam ab cinctu διαζωστῆρα nominant. Poſtremas quinque lumbis attributas, ὀσφυοσπόνδυλα, earum ſupremam νεφρίτην à renibus: imam autem ἀσφαλτίτην. ſub his os ſacrum, quod & latum vocat Galenus: ſub eo κόκκυξ: quod etiam ὑποσπονδύλιον nonnulli, & ὀῤῥοπύγιον: eius mucronem κορυφήν. Lumborum medullam ἄκνηστιν, in pecore & aliis quadrupedibus: etiam ab Homero in homine. vertebrarum medullam σπονδυλίτιν: eius tractus, σκώληκα: quaſi vermis quidam: item ἱερὰ σύριγξ. ea medulla continetur membranula prætenui & molli. In piſcibus nerui ſpeciem præbet. totus vertebrarum contextus, ῥάχις: pars vertebræ eminens, *mas*, dicitur: propterea quòd affinis ſui cauum ſubit: quod iccircò *fœminam*, vocarunt. Septem in dorſo eminentias, aſperitates Græci nominârunt, ab inæqualitate ſcilicet: τραχύτητας, ſub prima vertebra duas

agnoſcunt, κυνόλοφα appellant, duas obliquas χέρια. Reliquis nomen non ponunt. Summum dorſum à curuitate χελώνιον ab latere ſcapularum πτελύγια. eorum obliquas partes μετάφρενα: inter quæ id quod deorſum vergit, μετάφρενον, ſcapulis ſubditum imminentibus. Spina ipſa ad vſque lumbos etiam ῥάχις dicta fuit: cuius extrema pars ad cinctum, ἀντίστερνον: quoniam, στέρνον, imam partem pectoris eſſe malunt: στῆθος ſummam. Vertebrarum numerus non idem omnibus.

Coſtas maiores, *Veras* vocant: minores, *Spurias*. Barbari noſtri *Mendoſas*. Coſtarum oſſa ſpathæ: quarum latiores facies, πλάται: anguſtiores, κοντία, quæ ad ſpinam pertinent. Duæ ſummæ dicuntur ἀντίστροφοι: duæ proximæ στερεαί: duæ ſequentes, στερνίτιδες, quæ ad cartilagines deſinunt: duæ περιστεροι. Spuriæ autem quatuor, μαλθακαί, à mollitie.

Quæ oſſa vtrinque circumſiſtunt lumborum ima, ſub quibus nates ſunt: ea ἰσχία, & σκαφία & κοχώνας, & πόγαια, & πρεχώνας, vocat Pollux. Cæterum idem mox ἰσχία dicit extantes ſub lumbis carnes, ſub quibus nates: quarum partes, quibus ſedem contingimus ἑδράσματα. In his oſſibus cauernæ, quas κοτύλας: in eas induunt ſe coxæ clauis ſuis, quas capita vocabat Ariſtoteles, & Pollux ſupra: hic verò etiam plectrum, etiam κοτυληδόνα caput ipſum, quaſi marem: κοτύλην cauum, quaſi fœminam. Ariſtoteles κοτυληδόνα ſemper cauum, & Galenus. Quin etiam ligamentum ipſum ἰσχίον nominarunt aliqui: quod falsò Pollux vocat neruum. Quod autem Ariſtoteles ὑπόγλουτον, Pollux ὑπογλουτίδα.

CAP. DECIMVMTERTIVM.

De ratione partium inter ſe.

CXXVII. ARISTOTELES.

Ἔχει δ᾽ ὁ ἄνθρωπος καὶ τὸ ἄνω καὶ τὸ κάτω, καὶ τὰ ἔμπροσθεν, καὶ τὰ ὀπίσθια, καὶ δεξιὰ καὶ ἀριστερά.

Habet autem homo partes ſuperas, & inferas: anteriores, & poſteriores: dextras, & ſiniſtras.

C. AESAR.

Neſcio quo fato, quod initio diuiſionis poſitum oportuit: vti diuideret in dextram & ſiniſtram: quibus oculos, aures, brachia, crura, aliáque paria complecteretur: hic poſt & diuiſiones, & diuiſionum exempla ſtatuit. Quare tum propter hoc, tum quia partium harum, atque illarum ponit differentias: Ad hæc addit partes nondum nominatas: ſimul anteriores & poſteriores confundit cum aliis, aliorúmque differentiis comparat: coacti ſumus caput diſponere ſeparatum: ac iudicare potiùs corruptum ordinem, quàm rem planam explanare. Quippe, vt & ſupra, & aliis in libris declaratum eſt, omne corpus tres habet dimenſiones: latum, longum, profundum. Ac corporum quidem alia organica ſunt, alia ſimplicia: quæ ſunt ſimplicia partes habent inter ſe omnes ſimiles: quæ organica, alias ſimiles, alias diſſimiles. Hoc itaque perſequitur ad hunc modum.

Animaduertas quemadmodum medias omiſit. Quippe naſus anterior quidem eſt: at neque in dextra, neque in ſiniſtra. Oculus autem anterior æquè eſt: at vel dexter, vel ſiniſter. Vertex neque anterior neque poſterior: neque in dextra, neque in ſiniſtra ſed ſuperior tantùm & medius. Ea quoque differentia aliquid eſt.

Notabis & id, ait enim τὸ ἄνω καὶ τὸ κάτω. In aliis autẽ τὰ ἔμπροσθεν καὶ ἀριστερά. in plurali. Tamen etiam ſunt τὰ ἄνω multa. Si velis ſatagere, ita dicas: vnum imum, centrum: vnum ſummum, circumferentia: cælum: ante, ponè: dextrorſum, ſiniſtrorſum, multa. Ad hanc ideam hæc hunc ad modum direxiſſe.

CXXVIII. ARISTOTELES.

Τὰ μὲν οὖν δεξιὰ καὶ ἀριστερὰ, ὅμοια σχεδὸν ἐν τοῖς μέρεσι, καὶ τὰ αὐτὰ πάντα, πλὴν ἀσθενέστερα τὰ ἀριστερά.

Dextra igitur atque ſiniſtra partes omnes inter ſe ſimiles fere, atque eadem: præterquàm quòd ſiniſtra imbecilliores.

CÆSAR.

IN comparatione ponit ſimilitudinem, identitatem, diſſimilitudinem. Similitudo in figura: oculorum, aurium, brachiorum, aliorum. Identitas à forma partiali. diſſimilitudo in quibuſdam, imbecillitas. non enim in omnibus: non in oculo, non in aure; in manu ſanè: robuſtior enim dextera. In *Problematibus* cauſſam reddit. Manus, inquit, ad actionem: ſenſus ad paſſionem pertinet: iccircò ſentiunt æqualiter: mouentur non æqualiter, reſponſio mutila. Nam quare actio non erit æqualis, vt paſſio? ſi non eſt: cur non addidit rationem? At ratio materialis: ſanguinis craſſitudo ſimul, & multitudo. non propter exercitium tantùm eæ partes grandiores: ſed ea eſt cauſſa etiam exercitij: exercitij finis motio. Motio autem in animali ita fit, vt pars ſit mota, pars quieſcat: fuit autem à natura vt ſiniſtra quieſceret maxima ex parte. nam in multis dextra quietior: vegetior ſiniſtra. Sicuti legimus interiorum membrorum mutatas ſedes. Qui verò crediti ſunt poſſe vtrinque, quemadmodum Parthenopæus, horum multos vidimus: ſanè valent vtriſque, verùm altera plus multò. Subeſt ciuilis nec auerſa à Philoſophia. Cor Rex eſt: cætera membra ſeruiunt.

Non eſt negligendum, quod dixit. ὅμοια πάντα ἐν τοῖς μέρεσι. non dixit: ὅμοια ἅπαντα μέρη: vt non ſolùm partes indicaret, ſed etiam partes partium.

CXXIX. ARISTOTELES.

Τὰ δ' ὀπίσθια τοῖς ἔμπροσθεν ἀνόμοια, καὶ τὰ κάτω τοῖς ἄνω· πλὴν ὅμοια εἰσὶ τὰ κάτω τοῦ ἤτρου πρὸς τὸ πρόσωπον, εὐσαρκίᾳ καὶ ἀσαρκίᾳ· καὶ τὰ σκέλη πρὸς τοὺς βραχίονας ἀντίκειται· καὶ οἷς βραχεῖς οἱ ἀγκῶνες, καὶ οἱ μηροὶ ὡς ἐπὶ τὸ πολύ· καὶ οἷς οἱ πόδες μικροὶ, καὶ αἱ χεῖρες.

AT quæ ante, & ponè, inter ſe diſſimilia. Item quæ ſupra, & infra. quanquam eo ſimilia, quòd infera, quæ ad pubem ſunt, faciei reſpondent corpulentia, aut macritudine. Crura quoque contrario ſitu ſunt, atque brachia: prætereà qui curtis oſſibus cubitalibus ſunt, ij coxas quoque magna ex parte breues habent. Ac quibus ſunt puſilli pedes, manus item parua.

CÆSAR.

DExtræ ſiniſtræq́; ſic conueniunt, ſic differunt. Anteriores verò & poſteriores ſic. Ventrioſi, inquit, pleniore quoque ore ſunt. ſic ſimilitudo in quantitate. manuum ac pedum: oſſium crurum, & brachiorum. Eſt etiam ſimilitudo à contrariis. nam quemadmodum brachia intrò plicantur, ſic & crura: ecce ſimilitudinem. contrarietas autem propter quam dixit, ἀντίκειν-ται: eſt quia plicaturæ aduerſæ inter ſe ſunt, quemadmodum & Hippocrates.

Theodorus igitur peſſimè: ἀντίκεισθαι, *communem ineunt rationem*: neque explicat, neque interpretatur. Sed vnam fecit ſententiam ex duabus. At ille: καὶ οἷς βραχεῖς.

Corpulentiam & gracilitatem ventris cum facie conſtituit. Alia quoque membra ſimiliter reſpondent inter ſe. Brachiorum cum coxis ſemper. Mammillarum aut pectoris cum dorſo ſæpe.

Ἀσαρκίαν gracilitatem Theodorus. Tamen gracile poteſt eſſe corpus vniuerſum, & tamen

multum carnis habere. Macilentiam malim. Significat enim carnis priuationem. Sicut ἀσαρκία quia longiora, quæ macra, μακρόν.

Ἀγκῶνα hîc accipit pro oſſe ab humero ad flexuram. Verum ἀγκὼν flexionem verè ſignificat. Nam qua ratione Drepanum in Sicilia: eâdem in Piceno Anconam. Cubitum Latini. κύβον enim angulos habet multos, & Pollux ab Hippocrate acceptum κύβιτον, putat Dorienſium eſſe vocem: vnde Epicharmus κυβιτίζειν ſcripſerit pro eo, quod eſt pulſare. Ipſe autem Hippocrates in libro de *fracturis* ἀγκῶνα pro plicaturæ loco accipit nō ſemel. Et Pollux in primo: curruum curuaturas eodem nomine, quas & ἴτυας. At hîc Ariſtoteles pro oſſe recto, quod ad flexionem pertinet. Pro vtra verò parte? nam *cubitus* Latinis eſt, qui à curuatura ad manum tenditur. Ea tamen pars neutiquā reſpondet coxæ: ſed ſuperius os ad humerum. Vnicum enim eſt, ſicut & in coxa: & thoraci affine, ſicut & coxa: & quibus carnoſum, carnoſa etiam coxa. Ariſtoteles ita vſus eſt eſt voce, ἀγκὼν, pro oſſe recto: quemadmodum Latini cubito ad menſuram. Et Pollux idem aliter, τὸ μὲν πᾶν ἀγκὼν καλεῖται. Sic & Galenus.

CAPVT DECIMVM QVARTVM.

De iis quæ ſupernè hærent Thoraci.

CXXX. ARISTOTELES.

Κῶλον δὲ τὸ μὲν διφυὲς, βραχίων· βραχίονος δὲ, ὦμος, ἀγκὼν, ὠλέκρανον, πῆχυς, χείρ·

Membrum autem geminum, brachium eſt. Brachij partes, humerus, humerale, cubitus, vlna, manus.

CAESAR.

Alio capite percenſenda, quæ iam enarratis addita ſunt. Brachium dicit, διφυὲς, vt cætera ſupra. *Geminum*, interpretati ſumus: non, *duplex*, non ſolùm eſt duplex, quia plicatur: ſed geminum, quemadmodum Lumbi.

Scriptum eſt: κῶλον, non κῶλοι. Quaſi poſuerit vocem hanc membrum ipſa cum re. Cuius naturas agnoſcat duas ſimiles: ſuperam, brachij: & inferam, cruris. Iccircò quaſi partiatur, hîc ait, κῶλον: & infra, cùm de crure loquitur, κῶλου eodem caſu.

Theodori errorem habes, qui διφυὲς, *bipartitam compactionem* interpretatus eſt, quaſi velit dicere duas brachij partes compactas.

Idem ὦμον, *agilem lacertum* ridiculè interpretatus eſt. Nam Ariſtoteles ſic vocauit brachij caput, quod ad humerum eſt. Omiſit autem, πῆχυν. Sanè partem neceſſariam. Ea enim eſt, quam Latini *vlnam* vocant. Græcum nomen eſt, ὠλένη, vnde noſtrum. Idem ὠλένη καὶ πῆχυς, ex Polluce. Rectè Theodorus ὠλέκρανον *Gibberum*. Nanque ἀγκὼν, eſt conuexum cubiti: ὠλέκρανον curuum extrinſecus. Iccircò lectio noſtri codicis non eſt penitus aſpernanda. Sic enim ſcriptum fuit, ἀγκῶνος ὠλέκρανον, quaſi vna pars. Vt cubiti curuaturam exteriorem intelligas. Neque mirum cùm ἀγκῶνα acceperit hîc pro membro, non pro flexione: vbi dicebat, ὡς βραχεῖς οἱ ἀγκῶνες. Nos tamen legebamus, ἀγκὼν, ὠλέκρανον, vtrum commodius videatur, eſto.

Pollux aliter digerit. Brachium βραχίονα ſuperiorem partem, inferiorem πῆχυν nominat, id eſt cubitum. Totum igitur nomine carebit. Atque βραχίονα dictum, quia eſſet quàm πῆχυς breuius, falsò: eſt enim longius, quod & Galenus docet. Pars ſumma ὦμος: cuius faſtigium ἀκρωμία, ἀκρωμολία, ὤμου κεφαλὴ, ἐπωμίς. Vbi aptatur cæteris oſsibus, ὠμοκοτύλη, & ἐπιτόνους. Sub

humeris laxa cauitas, alæ: μασχάλαι. ab ineruditis μάλη. Brachij extima, μύες: intima παρωλένια. Mihi videtur Pollux hîc aut malè recitare, aut non bene ſentientes ſequi. Nam muſculi interiores ſunt maximi, παρωλένια verò quomodo ſint: inter quæ & ὠλένην, cubitus ſit. Sanè cubitus ipſe παρωλένιον dici potiùs meretur. Ait etiam ἀγκάλας appellatas, ego cum cubiti nomine affinitatem video. Vlnæ ſumma pars ἀκρωλένιον & ἐπίπηχυ: ima ad manum ἀγοστός. Habes apud Homerum in duodecimo *Iliados*: vbi ἀγκῶνα interpretes putarunt commune nomen brachij capitibus, tam quibus iugulo adiunguntur, quàm quibus ad cubitum coëunt: κορώνας quaſi clauæ. Alij ἄρμους dixerunt: id eſt cohæſiones protuberantes: vnde *armi* in pecudibus: nam humeri in ſolo homine: vt ait Plinius: & iugulum, & vlnæ, & brachia. Tamen idem Leonis quoque brachia vocat in XI. Eaſdem clauas, etiam κονδύλους quidam ab eodem tumore. Vlnæ oſſa Barbari *Focilia*: politiores, *radios*, ex iis quod exilius eſt: κερκίδα, Græci, & παραπήχυον: quaſi acceſsionem ad explendam vlnam. Maius os προπήχιον. Extrema vlnæ pars haud continuò cum manu committitur: ſed octo oſsiculorum interuentu. Eorum oſsium textus totus, καρπός dicitur. Arabes, *Raſcet*. Grammatici quidam *Ir*. Theodorus nō ineptè *Brachiale*. Brachij imum, quod huic parti committitur, προκάρπιον: vbi oſsis capitulum in malleoli modum extat.

CXXXI. ARISTOTELES.

Χειρὸς δὲ, θέναρ, δάκτυλοι πέντε. δακτύλου δὲ τὸ μὲν καμπτικὸν, κόνδυλος· τὸ δ' ἄκαμπτον, φάλαγξ. δάκτυλος δ' ὁ μὲν μέγας, μονοκόνδυλος· οἱ δ' ἄλλοι, δικόνδυλοι.

Manus verò vola, digiti quini. Digiti quod plicatile eſt, nodus. Quod flecti nequit, articulus. Vnico nodo Pollex flectitur, cæteri duobus.

CÆSAR.

THEODORVS θέναρ, *palma*. Nō ſic eſt: ſed θέναρ & digiti palmæ partes ſūt, eſt enim palma, παλάμη: tota manus paſſa. Idē palma, & pugnus, hic, manus cōdenſata cōtractione. Illa, manus rarefacta dilatatione: μανόν. Hoc alibi quoque dictum eſt. Idem igitur in ſubſtantia: contrarium autem in figura. Vola autem θέναρ eſt. Caua manus planities: quaſi funda manus, à iactu ita dicta, βάλλω βέβολα, *volares lapides*: & *volema pyra* inde.

Digiti à Latinis δείκνυσθαι. Ex multis officiis hoc prætendere. Eorum partes oſſa. Sanè verò. An verò nodus digiti pars eſt: ciuiliter loquendo, eſt. Philoſophus accuratiùs. Quippe pars quæ plicatur, & quæ non plicatur, eadem. Sed qua plicatur, nodus: qua non plicatur, articulus. Eſt autem nodus, affectio: non pars: ſcilicet nexus, & plicatio. Ex iunco, ſparto, vimine, fune, fit nodus. Nodus etiam dictus in arundine, & in arboribus apud Theophraſtum, ὄζος, duritia extans. Ad has ſimilitudines digiti pars comparata nomen inuenit. Fatalis Plinij ad omnia properantis negligentia: qui Latinè, κόνδυλοι, quomodo diceremus, non docuit, toties digitis commemoratis. Eius tamen autoritate damnatur Theodorus: qui κόνδυλοι auſus eſt *articulos* dicere. Nam phalangas hîc Ariſtotelis Plinius *articulos* eſt interpretatus, & rectè, ἄρθρα enim ſunt. Vide verò ſubtiliùs ſimul, & apertiùs. Si articulos dicas κονδύλους Ariſtotelis: qua ratione cum Ariſtotele dixeris pollicem vnico flecti articulo?

Pollux etiam attentiùs, quàm Ariſtoteles. Nam plicatile vocat κόνδυλον Philoſophus. At Pollux τὰ προύχοντα κατὰ τὰς συμβολάς.

Phalangem os ipſum vocat Ariſtoteles, & Ariſtophanes. Latè fuſa vox ad alia oblonga, & teretia. ſic haſtæ: ligna quibus nauigia ſuppoſitis deducerētur. Puto *vaſa* à Venetis vocari: aut ſaltē aliud tale quid. Non enim vidi, niſi in maritimis Carnorum. Legimus apud veteres Annibalem, captiuorum corpora, quaſi phalanges habuiſſe, ad deducendas naues. *Phalas* etiam priſci dixere.

Senos digitos quamplurimis vidimus in vna manu: multis in vtraque, vnum & in his, & in vtroque pede. Bifidum pollicem frequenter: etiam alterum agnatum: etiam minimo minuſculum cohærentem.

Digitorum nomina, à magnitudine: magnus, & paruus, duo extremi. Magnum μέγαν propter craſſitudinem, & vim. Itaque etiam ἀντίχειρα: ſicut Homerus ἀντίθεον: & nos *pollicem*. Minimum ob exilitatem, & imbecillitatem. Articulorum numero illum ſuperat: longitudine æquat, à loco: μέσον *medium*, καὶ παράμεσον *annularem*. Proximum magno *indicem* Latini pecu-

liari officio: à quo omnes dicebantur, digiti, παρὰ τὸ δείκνυσθαι: vt ſupra ſcriptum eſt. Eum Græci λίχανον. Proptereà quòd veteres, id quod etiam nunc nutrices faciunt, ante cochlearis vſum eo lingebant pultes. Medium priſci etiam *impudicum* cognominârunt: nam quare *Medicus* appelletur, nullus me docere potuit. Poſtremum *Annularem*, ſed hæc ab *Originibus* noſtris petēda.

CXXXII. ARISTOTELES.

Ἡ δὲ κάμψις καὶ τοῦ βραχίονος καὶ τοῦ δακτύλου ἐντὸς πᾶσι· κάμπτεται δὲ βραχίων κατὰ τὸ ἀλέκρανον.

Introrſum flectitur omnibus tam digitus, quàm brachium. Atque hinc qua flexus fit, cubitus, appellatur.

CÆSAR.

PHYSICIS inſiſtit veſtigiis: motum enim deſignat. Ex his oſtendit miſeram naturam noſtram: qui omnium rerum vacui oriamur. Iccircò flexio ad nos: curuatura enim ad captionem: non ad dandum. Sic admouemus ori cibum. Solus pſittacus cùm apprehenderit clauſa manu, eam extrorſum flectit, vt ori eſcam applicet.

Animaduertes vbi ſit ἀλέκρανον, ad curuaturam. At vtrum ſit non declarat interiórne, an exterior.

CXXXIII. ARISTOTELES.

Χειρὸς δὲ, τὸ μὲν ἐντὸς, θέναρ, σαρκῶδες, καὶ διηρημένον ἄρθροις, τοῖς μὲν μακροβίοις, ἑνὶ ἢ δυσὶ δι᾽ ὅλου· τοῖς δὲ βραχυβίοις δυσὶ, καὶ οὐ δι᾽ ὅλου.

Manus interior carnoſa, vola, diſtincta linea vna, aut duabus totum ſpatium ſecantibus: indicio vitæ longioris. Nam quibus breuior: iis lineæ duæ præciſæ.

CÆSAR.

DECLARAT volæ ſubſtantiam à carne: item accidentia à lineis: vocat autem ἄρθρα, alio modo, quàm mox: ἄρθρα χειρὸς καὶ βραχίονος, καρπός. Nam καρπὸς ſubſtantia eſt: linea, diuiſura tantùm: ἄρθρον enim communi modo commiſſura. Manus linea cutem committere videtur: *ſciſſuras* Theodorus: etiam *ſulcos*, poſſis. Chiromantici, *lineas*, eſt enim linea, quæ diſcriminat duo, neque eorum pars eſt: dicta à lini tenuitate.

Lineæ manus primariæ tot, quot membra principalia. *Vitalis*, quæ à corde, vt aiunt, fabricata eſt. Hepatis vocant, *Menſalem* ſtomachi, proſperitatis. Mediam inter vitalem, & menſalem, capitis. Vt igitur tueamur benemeritum præceptorem: ne dicamus ab ipſo duas tantùm lineas deſignatas: nam earum numerus ne remigi quidem ignotus eſt: ſed quibus vna aut duæ δι᾽ ὅλου, longæui: alioqui οὐ δι᾽ ὅλου. Hoc δι᾽ ὅλου Theodorus *per totam*. dixiſſet δι᾽ ὅλου τῆς χειρός. an verò ſignificat continuitatem: non autem totius ſpatij comprehenſionem? Nam ſanè vitalis ſi totum tractum capit, bona eſt. item *Stomachalis*. Cæteræ autem ſi ad extremam vſque manum deducantur, mala multa portendunt.

Melius dixiſſet, τὸ μὲν οὖν χειρὸς ἐντὸς: quàm, δέ. videtur enim repetere de vola, quæ dixerat. At dicta potiùs explicari oportet.

CXXXIV. ARISTOTELES.

Ἄρθρα δὲ χειρὸς καὶ βραχίονος, καρπός.

Brachij manúſque articulatio, capulus manus dicitur.

CÆSAR.

IN noſtro codice ſic habet. Theodorus antepoſuit hæc ſuperioribus. Haud tamen propterea laborandum: obturbare enim ſeriem nihil curat Philoſophus in hac hiſtoria.

Καρπὸν Theodorus *Brachiale*, rectiſſimè atque aptiſſimè. non enim habebat Latinum. Nos *Capulum* à multarum rerum ſimilitudine. *Cobum* etiam manus dixiſſemus non temerè. Item *Iugum* commodiſsimè, & molliſsimè. Audacius, *Manile*. *Armillare*, non penitus ineptum. ἄρθρα hîc Theodorus, *Nodum*, malè. Non enim ſine cauſſa Philoſophus numero plurali: octonis enim conſtat oſſibus: neque nodus eſt, ſed confinium quoddam potius. *aptationem* qui dicet, Ciceronem ducem habebit loquutionis.

CXXXV. ARISTOTELES.

Τὸ δὲ ἔξω τῆς χειρὸς, νευρῶδες καὶ ἀνώνυμον.

Extima pars manus neruoſa eſt, & nomine caret.

CAESAR.

ILLA intus, carnoſa, nominata. Hæc foris, neruoſa, ſine nomine. Barbari noſtri ex Arabibus exteriores partes, *ſylueſtres*: interiores, *domeſticas* appellârunt. Ait nomen non habere. Hanc inopiam illius poſteri non ſunt paſſi. Quippe excogitârunt hæc, μετακάρπιον, & ὀπισθοθέναρ. Latini *Dorſum manus*: etiam quidam *Pectinem* à ſimilitudine. Diuiſio præterea volæ ad hunc modum eſt. A Chiromãticis, montes, valles ſiue ſinus, lineæ. A Philoſophis, & à Medicis ſic. A pollice ad indicem, θέναρ: ab indice ad minimum, ὑποθέναρ. Sinus ſiue cauum, κοτύλη. Inter cotulam & μετακάρπιον, στῆθος, & ἄνδηρον. Totum autem hoc, δράξ.

Exterioris partis inter pollicẽ, atque indicẽ, ὀπισθοθέναρ. Totus tractus δῶρον, & κτείς, & μετακάρπιον pars, qualem nomen indicat, μετὰ τὸν καρπόν. στῆθος exterius interiori reſpondens: ſanè ſine analogia: nulli enim animalium duo pectora: ταρσὸς quoque vt ſit ea pars pectinis, quæ ad digitos eſt, fortaſſe minùs rectè opinati ſunt. Vero ſimilius videatur, ita dici palma: ſi ſpectes ταρσὸν in pede, eſſe veſtigium ipſum totum, vnde etiam vrbis nomen. Præſertim cùm eadem pars dicta ſit, κράβος. Non enim poteſt eſſe vis manus in ea ſola, quæ ſita eſt in neruis exterioribus, in interioribus enim totam potentiam apprehendendi, & continendi poſuit Natura.

Digitorum partes, φάλαγγες, ἄρθρα, σκυταλίδες: quaſi *ſurculos* dicas. Eorum extrema κόνδυλοι. Vnde & plagæ pugnis inflictæ à Græcis, ſicut *Talitrum*, quod medio digito adducto in ſinum pollicis, & cum impetu abducto. Extrema pectinis quæ iunguntur cum clauiculis digitorum, μετακόνδυλα. Summorum articulorum ima pars, ῥιζώνυχες: ſũma, ὄνυχες. Vngium partes intimæ, κρυπτά: extimæ, ἄρτιμοι. Labra, quibus vtrinque obſidentur, παρωνύχιαι, à quibus & morbus, quod Barbari noſtri *Panaritium*. Earum ſinus ad vnguis exitum, γωνία. Lunulæ in ortus initio candidæ, ἀναβολή. Maculæ in ipſis, νεφέλαι: noſtrum vulgus, *mendacia*. Pulpellæ ſummorum interiores digitorum, ῥᾶγες: id eſt acini: & κορυφαί. Pugnum etiam πίτυλον Græci vocant.

Vniuerſa manus oſſa ſex & viginti recenſuit Solenſis Clearchus, diſcipulus Ariſtotelis.

A manibus indicia. Grandes manus brutum hominem: latæ fortem: longæ mollem; craſſæ voracem: planæ laborioſum, ſtolidum, fallacem: cauæ acutum, mulieroſum, muſicum: molles mores conſimiles: ſolidæ iudicium acre, animum ſolutum: venoſæ Veneris appetentem, iracundum: maculoſæ, ſubdolum, crudelem: macilentæ irritabilem: piloſæ robuſtum, libidinoſum tardum, auarum cogitabundum. Digiti longi breuem vitam: craſſi pecudem: graciles imbecillum: nodi extuberantes proditorem, aut leuem, ſui ſtudioſum, auarum, mẽdacem. Qui ſi fuerint quaſi cinere aut farina aſperſi, ac ſquallidi: caue tibi. Quibus digiti trepidant, ſi quid prehendere petunt: ij præpropero animo ſunt, omnia ſpe complectuntur. Quibus in ſummo acuti, raro malè cogitantes: Quibus retrorſum facilè recuruantur, liberales. Carnoſa internodia voracem,

aut bibacem, aut libidinoſum. Humanioris tamē animi nota eſt. Vngues curti, peſſimo animo, ſubdolo, pellaci, mutabili. Quibus longi, humani, faciles, optimis moribus: quibus maculoſi, mendaces: quibus ſanguinei, faciles: quibus molles, prudentes: quibus duri memorioſi: quibus craſſi, triſtes: quibus manus femur, quod volam obſidet ſub auriculari, grande eſt, & craſſum atque prominens, optimi, & leues ipſi, niſi irritentur: præterea hilari, atque alacres: quibus torus pollici ſubditus, eminens atque carnoſus, libidinoſi, atque incurioſi: quibus vtrunque horū ſubſidit, itémque ea pars, quæ extrinſecus inter pollicis indicíſque radices turgere ſolet: ij peſſimi: auariſſimi, inſidioſiſſimi: quibus iugum manus latum, fortes: inſidi tamen: quibus teres, molles: quibus quadratum, duri, aſperi: quibus tenue, iactabundi.

CAPVT DECIMVM-QVINTVM.

De partibus ſub Thorace.

CXXXVI. ARISTOTELES.

Κῶλον δὲ διμερὲς ἄλλο, σκέλος.

Membrum bipartitum alterum, crus.

CAESAR.

Separandum Caput fuit hoc, quippe poſtremam diuiſionis partem continet, crura. Quæ bipartita dicit Philoſophus: quia finditur ibi thorax. Sic habes, διμερὲς, & διμοιρὲς, ſicuti διφυές.

CXXXVII. ARISTOTELES.

Σκέλους δὲ τὸ μὲν ἀμφικέφαλον, μηρός· τὸ δὲ ὀλισθαίνον ἐπίεδρον, μύλη· τὸ δὲ δίοστεον, κνήμη.

Cuius pars anceps, coxa eſt. Quæ verò circa ſedis locum verſatilis, mola. Quæ gemino conſtat oſſe, tibia.

CAESAR.

Citra pedem treis partes agnoſcit. ἀμφικέφαλον coxæ os: quia clauatum eſt & in ſummo, & in imo. Iccircò *anceps* diximus. non autem *biceps*: vt Theodorus: hoc enim eſt, δικέφαλον. quod in vno vertice duo habet capita. Gladius autem anceps, cuius mucro in ſummo & imo, capulus in medio. Ancipitis vox aliam habet ſignificationem per metaphoram. Verùm hæc vera: quemadmodum fuſiùs in *Originibus*. Inferiùs tamen capita bina ſunt.

Scriptum eſt in noſtro codice, μικρόν. Legimus μηρόν. δίοστεον tibiam dicit, quaſi bioſſem. Sicut pedem, πολύοστεον: nam coxa, μονόστεον. mola, autem coxæ pars, quæ quoniam verteretur ſub ea parte, cuius vſus plurimus ad ſedendum, nomen inuenit, μύλη. Cognominatur autem à Philoſopho ſimul & definitur, ὀλισθαίνεδρος, παρὰ τὸ ὀλισθάνειν quaſi ἑδρόκλονος.

Tibiæ nomen in libris *Poëticis*, atque in *Originibus* declaratum eſt. κνήμη Græcis.

In Theodori codice mendum reor. Ait enim, *mola, quod locum orbiculatum foris adiectum eſt.*

CXXXVIII. ARISTOTELES.

Καὶ ταύτης τὸ μὲν πρόσθιον, ἀντικνήμιον· τὸ δ' ὄπισθιον, γαστροκνημία, σὰρξ νευρώδης [ἢ φλεβώδης.]

Eius pars anterior nomen non habet apud Latinos Græci ἀντικνήμιον. Poſterior, ſura, neruoſa, venoſáque carne conſtans.

CAESAR.

INCVRIA, inopia, audacia, proportio vocum multum mihi negotij faceſſunt: pars enim anterior tibiæ neque apud Latinos vllum, neque apud Græcos verum nomen inuenit. Illorum inopia: horum indiligentia, ἀντικνήμιον, vocant. At enimverò ſi totum membrum κνήμη: quid erit ἀντικνήμιον? Latinitatem cùm voluit augere Theodorus, illuſit nobis. Appellauit enim, *cream*. At quid crea eſt? an quia *Ocream* dixerunt veteres? hoc ſanè cruris indumentum: quaſi *Obcrus*. Igitur Ocrea ſi eſt ob cream: crea totum erit crus, non autem anterior pars. Quòd enim vniuerſam tibiam ambiant, videmus in ſtatuis Romanis. Vocum autem proportio etiam Plinij obſtrepit autoritati. Nemo, præter ipſum inuenietur antiquorum qui, quid eſſet ſura, declarârit. *Sura*, inquit, *ſolius hominis. Quippe carnoſa tibiæ pars.* At caro illa nullam habet ſurculi ſimilitudinem. *Surus* enim palum ſignificat ex Ennio, & Feſto. Cuius diminutiuum *ſurculus*. Vtrunque à ſurgendo: vtrunque in plantis. Cuius ſimilitudo in tibiæ parte anteriore: in carnoſa, nulla. Itaque non carnem illam ventrioſam, quam iccircò γαστροκνήμιον Græci appellârunt, ſed os tenuius oſſi craſsiori exteriori latere applicatum Galenus vocat ἀντικνήμιον. Quod os, rectè ſuram dicas. Ariſtoteles autem os maius. *Focilia* Barbari, quaſi *Fulcilia*.

Ægyptiam fœminam ſinè carne illa fuiſſe, Plinius tradit. Sanè animalia cætera nullam habẽt. Momus irridebat naturam, quæ tibiam muniſſet ea parte, qua non offenderemus. *Motus enim*, inquit, *antrorſum: natura Momum caſtigabat*: armâſſe ſeſe partem inopem conſilij obſeruare nos anteriorem partem ab offenſione poſſe.

Theodorus Codicis errorem ſequutus eſt, νευρώδης, ἢ φλεβώδης. immo, vt nos legimus, ἢ φλεβώδης. Nam & neruos habet validos, & venarum multum. Ibi nanque varices.

A cruribus indicia tædet ponere. Neque enim hîc agimus Phyſiognomum: ſed, vti dicebamus, ſemina iacimus ad meſſem aliorum librorum. Longiora crura amentem, animo varium, fluctuantem: curta infidum, arrogantem: exilia auarum, libidinoſum: craſſa pecudem.

Crurum vitia Plinius vix attigit: ea ex Galeno, & Latinis explicauimus in Commentarijs ſuper libros de *Plantis* Ariſtotelis.

CXXXIX. ARISTOTELES.

Τοῖς μὲν ἀνεσπασμένη ἄνω πρὸς τὴν ἰγνύν, ὅσοι μεγάλα τὰ ἰσχία ἔχουσι· τοῖς δ' ἐναντίον, κατεσπασμένη.

Quibus cruris venter ſurſum ſubductus eſt ad poplitem: ij nates grandiores habent. Contra, quibus demiſſus.

CÆSAR.

QVAM inſtituit crurum natiúmque comparationem, ſanè non fallacem modò, ſed mendacem quoque inueniemus. Immò verò craſſiſſimis natibus ſunt, qui deuexum cruris ventrem habent. Exemplum certum & vniuerſale in mulieribus.

Haud parua & illa ceſſatio. Cùm ἰγνὺν nuſquam nominauit: quónam modo faciat hic metam γαστροκνημίας. Poples ſinus poſt genu, quem κωμπὴν mox nominat: dictus quia ponè plicatur. Plinius in Octauo, vitulorum ſuffragines ita vocauit.

CXL. ARISTOTELES.

TO' δὲ ἔσχατον ἀντικνημίου, σφυρόν, διφυὲς ἐν ἑκατέρῳ τῷ σκέλει.

EXtremum oſsis maioris, malleolus, vtraque in tibia geminus.

CÆSAR.

Σφυρὸν, malleum inſtrumentum dicimus: ſic & malleolos ſarmentorum ab extuberantia capitulorum: ſic in ſurculis à Theophraſto, κορυνάς. Itaque puto à Barbaris *Cauillam* corruptè, & fuiſſe *Clauillam*, à clauæ nodis.

Signa à malleolis pauca, ſed veriſſima. Quibus multum extant, inuidi: quibus nimis ſubſidunt, ſegnes.

Animaduertes Theodori loquutionem. *Geminus vtrique partitus lateri eſt.* neque enim eſt geminus vtrique lateri.

Notabis & hoc, quod his defuit. Malleolos in ſingulis brachiis ſingulos: eóſque à radio tenuiore brachij extare, qua proportione ad pedes quoque: non ex maiore oſſe binos, vt hîc ait, ſed ſingulos: & ſingulos à minore quoque extuberare.

CXLI. ARISTOTELES.

TO' δὲ πολύοστον τοῦ σκέλους, πούς.

TIbiæ pars multis conſtans oſsibus, pes.

CÆSAR.

QVi ſupra definiuit τὸ σκέλος, τὸ δίοστον, non rectè nunc dicit, τὸ πολύοστον eſſe σκέλους partem. Ariſtoteles igitur hîc, σκέλους. Theodorus Tibiæ nomen ſuppreſſit: Philoſophi errorem texit: interpretis malam fidem detexit.

CXLII. ARISTOTELES.

TOύτου δὲ τὸ μὲν ὀπίσθιον μέρος, πτέρνα. τὸ δ᾽ ἔμπρόσθιον τοῦ ποδὸς, τὸ μὲν ἐσχισμένον, δάκτυλοι πέντε.

HVius pars poſterior calcaneus. anterior autem quà ſciſſa eſt, digiti quini exiſtunt.

CÆSAR.

Πτέρναν, *Calcaneum* diximus cum Latinis: quòd ea pars maximè attingat ac premat terram. *Perna & Pernio* in porcis vna extrita litera: pes poſterior etiam cum parte coxæ. Hiſpani etiam hominis crura.

CXLIII. ARISTOTELES.

TO' δὲ σαρκῶδες κάτωθεν, τὸ δ᾽ ἄνωθεν ἐν τοῖς πραέσι, νευρῶδες καὶ ἀνώνυμον.

INferior autem carnoſa: ſupera verò neruoſa, & carens nomine.

CÆSAR.

ΠΟλύοστον dixit. nunc πολυμερὲς oſtendit: eſt pars poſterior, calcaneus. anterior, digiti: media duplex, ſuperior neruoſa: inferior carnoſa. Superiorem nomine carere ait: inferioris nomen non ponit. Pollux tamen, ταρσὸν, hanc vocat. Vulgus noſtrate

ſuperiorem, *Collum pedis* nulla ratione. vtrunque potuit ſic dicere: nomine caret. Theodorus *Plantam* dici, ſcripſit, contra fidem interpretis: contra Latinitatis rationem. *Planta* enim eſt in pede, quod in manu, *Palma*, dicta à planicie, quaſi *Palanta*. Inferiorem autem *Veſtigium* appellari. Sanè Plinius pro pedis ea parte in ſecundo. *Apud Indum flumen duos eſſe montes, alterum ferrum tenere, alterum reſpuere. Itaque ſi claui inſint calciamentis: ab altero veſtigia auelli nequire: in altero ſiſti non poſſe.* Idem in XI. de Cameli pede loquens, *Veſtigio*, inquit, *carnoſo*. Et in eodem libro, de Simiæ planta pedis. At Curtius, & ante eum M. Tullius, pro forma impreſſa in puluerem, aut in limum à pede: neque aliter. Et puto ſic ſolùm veteres loquutos: quippe in quæ væ id eſt valdè ſtaretur. non ab diuturnitate, ſed à vi inſtandi.

CXLIIII. ARISTOTELES.

Δακτύλου δὲ τὸ μὲν ὄνυξ, τὸ δὲ καμπή· πάντων δὲ ὁ ὄνυξ ἐπ' ἄκρων· μονόκαμπτοι δὲ πάντες οἱ κάτω δάκτυλοι.

Digitorum partes, tum vnguis, tum plicatura: vnguis omnibus in ſummo: plicatura vna omnibus inferioribus.

CÆSAR.

DICI nequit, quàm nollem hoc ſic à Philoſopho ſcriptum, qui μονοκάμπτους pedum digitos profeſſus eſt. Nihilo enim paucioribus conſtant articulis, quàm ij, qui ſunt in manibus: totidémque flexionibus plicantur: tametſi minùs plicatiles ſunt. Quippe ad comprehenſionem neutiquam comparati. In Simiis apertiùs deprehenditur: quibus illæ etiam pro manibus vtantur aliquando.

Theodorus καμπὴ, *Nodus*, non rectè. Etenim καμπὴ curuitatem aut notat, aut promittit. Nodus cohæſionem tantùm, aut tumorem, etiam in non curuis.

CXLV. ARISTOTELES.

ΤΟῦ δὲ ποδὸς ὅσοις μὲν τὸ ἐντὸς παχὺ καὶ μὴ κοῖλον, ἀλλὰ βαίνουσιν ὅλῳ, οὗτοι πανοῦργοι.

QVi interiorem pedis partem craſſam, non cauam habent ita, vt tota planta ingrediantur: verſuti.

CAESAR.

PLINIVS cognomina deducit à pedum habitudine, quæ in *Originibus*, atque in libris *De Semine genitali* narrata ſunt. *Planci*, qui plantam planam, non cauam habent. Nam & tabulas ita veteres appellabant: ita nunc Galli: ita Ligures Taurini. Craſſam ait Philoſophus, non quæ exereuerit: ſed quæ explêrit, quod vacuum eſſe debet. Hos verſutos ait. At *Panſæ*, quibus ſparſa admodum planta eſt. Hos ſtolidos, & pecora propemodum agnoſcas. *Scauri*, quibus caui pedes: ingenio ſimplici, & vegeto. Quibus digiti extenſi, ſegnes: quibus contracti, laborioſi: quibus pollex reſupinus, impudentes: quibus flectitur introrſum, aliquando etiam ſeſe vt ſubdat proximo, pervicaces. *Falcones* ait Feſtus dictos, in ſexto: at in tertio, etiam *Capyas*. Regio animo ij, ſed infelici. Quibus pedes, cruráve crepant inter eundum, ſalaces.

Nota. τὸ ἐντὸς poſuit pro, τὸ κάτω. Nam τὸ ἐντὸς eſt inter pollicis latus, & malleolum interiorem. τὸ ἐκτὸς latus inter minimum & malleolum exterius. quod verò hîc intelligit τὸ κάτω eſt, inter radicem inferiorem digitorum, & calcem.

Πανοῦργοι. Theodorus, *Verſuti*. ſatis habuit, addidit, *& fraudulenti*. Quot tamen ſine fraude verſuti ſunt? neque omnis πανοῦργος, continuò κακοῦργος. τὸ πᾶν, hic vitium non ſignificat.

CXLVI. ARISTOTELES.

Κοινὸν δὴ μηροῦ καὶ κνήμης, γόνυ, καμπή.

Commune coxa ac tibia, genu, & poples.

CAESAR.

NON eſt commune, quale ſupra dicebamus: ſed tanquam vtriuſque non ſolum meta, ſed etiam pars ad officium flexionis. Supra erat ἀγκὼν, καὶ ὠλέκρανον: nunc eadem proportio: ἀγκῶνος, τὸ γόνυ. ὠλεκράνῳ, ἡ ἰγνύς: quam hîc καμπὴν, vocat.

Antiqui in genibus: in cauo ſcilicet ſub patella, animam eſſe arbitrabantur: quemadmodum & Plinius cenſet: propterea quòd lethalia ibi vulnera: quaſi euolante inde anima. Itaque in eis Religionem poſuiſſe: quamobrem ſupplices demittere genua, perinde atque vitam ſummittant: eius, cui ſupplicant, attingere ſua: tanquam inde vitam paciſcantur.

A genibus ſigna: quibus tumida, ſalaces, acuti, ſui ſtudioſi, fraudulenti. A coxis: recta, & rigida, minùs agiles facere: minùs aptos ad equitandum. Curua ingenioſos notat, quique data occaſione fraudes nectant. Gloriæ ſunt appetentes, minùs proceri fiunt: craſſiores minùs audacibus: tenuiores inſidis.

Cruris partes minutiùs, & nomina. Totum crus non ſolum κῶλον: ſed etiam κώλυμα. Coxæ pars ſuperior, quæ in vertebram ingreditur, caput dicunt: *malleum* Galli. Eminentiam Græci τρόχαντηρα. Toroſæ carnes communi voce, μῦες. Pars interior, quæ femina dicebamus, παραμήρια, quæ in medio coxarum, μεσομήρια. Quà coxa cum tibia committitur ad flexum, γόνυ. Os orbiculare genu impoſitum, à nobis *Rotula* & ab Hiſpanis, item ſcutula, & patella. Græcis multa vocabula; ἐπιγονατὶς, κόγχη, μύλη, ἐπιμυλὶς ab Hippocrate: μυλακρὶς ab Hipponacte. Muſculus ad genu pertinens, ἐπιγουνίς. Sinus qui ponè reſpondet curuaturæ genuum, ἰγνύη. Tota pars à genu, tibia: duobus conſtans oſſibus inæquali longitudine: non enim tenuius coxam attingit: impari craſſitudine: tota fultura in maiore, quod anterius, & interius ſimul eſt. *Focilia* barbari quaſi *Fulcilia* dixere. Tenuius παρακνήμιον: quaſi tibiæ acceſſionem: craſſius προκνήμιον: eius partem anteriorem, ἀντικνήμιον: pulpa tibiæ, γαστροκνήμιον. ima pars quæ vtrinque, καρκίς. puſilla oſſa quæ ſubtus ſunt, περόναι & παρακερκίδες, & ab eorum firmitate, σφίγγες. Neruus à poplite ad calcem, τένων, inquit, Pollux. At nomen commune. pars ima tibiæ, σφυρὸν: addit Pollux, etiam πέζαν: at enimuerò πέζα eſt, quod πόδιον, vnde noſter, *Pes*. Etiam ἀστραγάλους habes apud Galenum atque alios: verùm in ſecundo videbimus. πτέρνα pro voce noua habetur Polluci, σκελὶς pro veteri: quod vides falsò eum profiteri. Nam Ariſtoteles ſic vocat: qui inter vetuſtos eſt: poſt ἀστραγάλους eſſe pedem. Galenus pedis partem facit. Pedis partes anteriores oſſibus neruiſque conſtantes πεδίον. quæ pars digitis adiacet, ταρσός: poſterior, πτέρνα: infera, πέλμα: pars craſſa digitis adiacens, στῆθος: nos puluillum. Nam προστηθίδα qui appellat, quod στῆθος vocet, non habet. Citra eam, κοῖλον. Addit Pollux, digitorum nomina eadem quæ in manu. Sanè ſitus ſimilis perſuaſerit ad dignotionem. At verò quis annularem dicat? Græcis plus licuit: quia nomina à locis, & magnitudine, & vicinia poſuere. Vidimus nos Neapolitanum quendam Antonium nomine, pedibus ſuentem, cibos ſecantem, ori admouentem, aures ſcabentem, clauum figentem, etiam ſcribentem: in eo ſanè digitos ab officiis denominare potuiſſes. Cui Natura peculiare id attribuerat pro eo, quod manibus, atque etiam brachiis carere fecerat à principiis ſuis. Sub digitis ſciſſuras, χίμετλα: ſuper digitis, πταίσματα.

CAP. DECIMVMSEXTVM.

Comparatio partium in cæteris: recenſio accuratior.

CXLVII. ARISTOTELES.

Ταῦτα μὲν οὖν τὰ μέρη, κοινὰ καὶ θήλεος καὶ ἄρρενος. ἡ δὲ θέσις τῶν μερῶν πρὸς τὸ ἄνω καὶ κάτω, καὶ πρόσθιον καὶ ὀπίσθιον, καὶ δεξιὸν καὶ ἀριστερόν, ὡς ἔχει, φανερὰ μὲν ἂν εἶναι δόξειε τὰ ἔξωθεν κατὰ τὴν αἴσθησιν. οὐ μὴν ἀλλὰ διὰ τὴν αὐτὴν αἰτίαν λεκτέον, δι' ἥνπερ καὶ τὰ πρότερον εἰρήκαμεν, ἵνα περαίνηται τὸ ἐφεξῆς, καὶ καταριθμουμένων, ὅπως ἧττον λανθάνῃ τὰ μὴ τὸν αὐτὸν ἔχοντα τρόπον, ἐπί τε τῶν ἄλλων ζώων, καὶ ἐπὶ τῶν ἀνθρώπων.

Mari, ac fœminæ communes partes hæ. Quæ vt poſitæ ſunt ſupra & infra, ante & ponè, ad dextram & ſiniſtram, videri fortaſſe poſſint nota ſenſui, cùm ſunt exteriores. Verùm eadē de cauſſa, quam ſupra dicebamus, de ipſis item ſcribendum eſt: vt ſcilicet tum ordo abſoluatur: tum illis enumeratis conſtet, quæ homini cæteriſque animantibus non conueniant.

CAESAR.

Extimarum partium abſoluta narratione, videbatur tranſeundum ad interiores: id quod Philoſophus quare differat, ſui conſilij reddit rationem. Repetendæ, inquit, quo conſtet differentia earum in homine, atque aliis. Notæ igitur ſunt hactenus per hanc hiſtoriam: quippe ſenſus iudex rerum eſt, quæ apparent. Apparent autem exteriora. Ecce ſyllogiſmum. At enimverò, inquit, agnoſcendus earum ſitus in cæteris quoque, ídque ſecundum triplicem dimenſionem. Non poteſt agnoſci, niſi per comparationem. Comparatio non fit per ſenſum, quemadmodum in ſecundo, & tertio de *Anima*, ſcriptum eſt. Igitur dicendum amplius. Ecce alterum ſyllogiſmum. Quos iccircò digeſſi, quia oratio hic ſubobſcura, & duriuſcula ſanè eſt.

Theodorus. τὰ πρότερον, *ſuperiora*, At quænam ſuperiora? immò verò aduerbium eſt τὰ πρότερον. Quam cauſſam prius diximus. Dixit autem ſuprà, in octauo Capite, ὅπως δ' ἕνεκεν τοῦ μὴ παραλιπεῖν τι τὸ ἐφεξῆς, καὶ τοῦ λόγον ἔχειν μετὰ τῆς αἰσθήσεως. Eſt igitur τὰ πρότερον, ſicuti τανῦν & τήμερον ἔχειν, & εἰς ἀρχήν. Theodori autem tranſlatio hunc habet ſenſum. Deſcribendus eſt partium ſitus, eadem de cauſſa, qua ſuperiores partes enumerauimus. Vides nugationem: eædem nanque partes ſunt. Quid igitur ait ſuperiores? quaſi ab his diuerſas.

Alter eiuſdem error: cùm Caput continuauit. Adeò enim diuerſum eſt à ſuperioribus, vt neceſſitatem ponat nouæ deſcriptionis.

Ex libris *Metaphyſices* etiam errorem occultum vulgi iudicio deprehēdes. Sic enim ait Theodorus. *Quo minùs lateant ea, quæ non modo eodem homines, quo cætera animalia poſſident.* Comparatio tanque cum fit cuiuſpiam rei quæ ineſt præſtantiori, & deteriori: hoc ad illud tanquam ad menſuram referendum eſt. Quæ fuit cauſſa ſapienti viro Ariſtoteli, vt hominem ſibi, eiúſque partes proponeret, ad quas aliorum animalium naturam reduceret. Theodorus autē Animalium cæterorum naturam præponit hac oratione. *Homo non habet eo modo partes, quo reliquæ animantes.* Ita oratio Philoſophorum neutiquam vulgari ſermone contineri poteſt.

CXLVIII. ARISTOTELES.

Μάλιστα δ' ἔχει διωρισμένα πρὸς τοὺς κατὰ φύσιν τόπους τὰ ἄνω καὶ κάτω ἄνθρωπος τῶν

Igitur ſi cum locis, quos Natura ſupra, infráque diſpoſuit ſupera, inferaque hominis partes comparentur inuenias

ἄλλων ζώων. τά τε γὰρ ἄνω καὶ κάτω, πρὸς τὰ τοῦ παντὸς ἄνω καὶ κάτω τέτακται. τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ τὰ πρόσθια καὶ τὰ ὀπίσθια, καὶ τὰ δεξιὰ καὶ τὰ ἀριστερὰ, κατὰ φύσιν ἔχει. τῶν δ᾽ ἄλλων ζώων, τὰ μὲν οὐκ ἔχει, τὰ δ᾽ ἔχει μὲν, συγκεχυμένα δ᾽ ἔχει μᾶλλον.


inuenias ipſum facilè cæteris anteire animantibus. Ita eæ ad vniuerſi orbis ſitum, atque ordinem accedunt, quemadmodum anteriores quoque & poſteriores. Item dextra, atque ſiniſtra. At alia animalia aut eas nentiquam nacta ſunt, aut non ita expreſſas.

C Æ S A R.

DVas facit nectítque comparationes. Hominem reducit ad vniuerſi rationem: cæteras animantes ad rationem hominis. Habes igitur cælum in ſummo: ita caput, quod inſtrumentum rationis eſt. Cælum αἰθὴρ, à perpetuo rotatu, ſic perpetua motio in intellectu ſapientis. Aër conuenit cum pectore. Aqua cum aluo. Terra cum ſolidis partibus inferioribus. Quare Homo à Græcis ἄνθρωπος, quoniam ἄνω ἀθρεῖ ὀπί. Sic ſupera & infera. An verò ante, & pone eſt in vniuerſo? eſt ſanè. Mouetur enim antrorſum primum mobile: quemadmodum aliis in libris declarauimus, non autem à dextra in ſiniſtram: quod nugati ſunt Pythagoræi. Haud enim par eſt, tam nobile animal habere partes inter ſe diſſimiles: ita vt altera alterâ potior ſit. Præctereà ſi dextrum eſt oriens, occidens ſiniſtrum: caput erit in Antarctico, pedes in Arctico. Quod ridiculum eſt. Nobilior enim pars terræ nobiliori cæli parti ſubiecta eſt. Hæc autem noſtra nobilior. Aliorum autem orbium capita, vbi pedes illius: pedes, vbi capita. Alias rationes habes in noſtris Commentarijs. Sed prono motu mouetur Cælum, antrorſum ſcilicet: quoniam enim locum habet optimum, extra quem eſſe non poteſt: pérque partes tantùm debuit moueri: firmi quippiam datum oportuit. Non fuit terra. Nanque etiam ſi non exiſteret terra nihilo ſecius moueretur. Sed partes duæ, quas à vertendo πόλους Græci nominârunt: in his tanquam pedes habet vtrinque vnum, & pronum prorſum promouet.

Dixit, alia animalia aut carere illis partibus penitus, aut confuſas habere. συγκεχυμένα, ex Cicerone diximus, *non expreſſas*. Quia aut capite carent, aut non habent ſitum. vt homo. Tametſi de Auibus, quod opponas, habes. Cæterum illarum corpus in bilibrio eſt ſuper coxis: noſtrum autem ad perpendiculum. Quare ne caput quidem ipſarum ad amuſsim corpori impoſitum eſt tanquam in ſupremo loco: manifeſtior autem differentia in dextro, & ſiniſtro: neque enim dignoſcas in quadrupede, aut aue, aut ſerpente. In piſcibus tamen multis etiam extrinſecus deſignabis dextrum & ſiniſtrum. Neque ſolùm in Planis, verumetiam in iis, qui ſunt ſicut Scombri. Id quod ab ipſo Ariſtotele nequaquam animaduerſum fuerat. Manifeſtiſſima verò diſſimilitudo in ſitu anteriorum & poſteriorum. Quippe quadrupedes poſteriora cælum versùs habent: anteriora terram ſpectant: neque videntur antrorſum procedere; ſi partes ipſas ſpectes: ſed ſurſum verſum moueri: caput enim ſemper prius eſt. Potius ad imitationem cæli, quàm homo ipſe. Quod cælum quaſi in caput ſemper vertitur: quemadmodum & Rota. Dico quaſi in caput: quià tota circumferentia caput eſt: axis autem pedes.

Pulcherrima verò dubitatio. Nam ſi motu agit in hæc inferiora: ergo quo mouetur modo, eo modo aget. Mouetur autem ſuper axe à polo ad polum quiete manifeſta: ergo quæ linea ducetur ab æquatore, ſola pertinget ad centrum, ſoláque influet: cæteræ lineæ extra centrum, atque etiam extra terram. Vt ſit A B poli, & inter eos axis, A B C, circumferentia. D centrum terræ. E Linea ab æquatore. F G H, alia lineæ perpendiculares à circumferentia quæ mouetur, ad axem ſuper quo mouetur. Verùm in noſtris Commentariis hæc diſcuſſimus.



CXLIX. ARISTOTELES.

Ἡ μὲν οὖν κεφαλὴ πᾶσιν ἄνω πρὸς τὸ σῶμα τὸ ἑαυτῶν· ὁ δ' ἄνθρωπος μόνος, ὥσπερ εἴρηται, πρὸς τὸ τοῦ ὅλου τελειωθεὶς, ἔχει τοῦτο τὸ μόριον.

Ac caput ipſum quidem omnibus impoſitum corpori ſuo fuit. Solus tamen homo, perfectus ad vniuerſi rationem, corpus habet ſuum.

CAESAR.

Hinc iam incipit exponere particulatim, compararéque hominis partes cum partibus vniuerſi. A capite meritò incipit: quippe in voce hac incipit, & in hac, principium, capitis vox eſt. Ait igitur: quanquam omnia capita in ſummo ſunt corpore: tamen ſolum hominem ad perpendiculum habere. In ſummo quidem habent cætera, at in ſummo non ferunt. Iccircò dixit, πρὸς τὸ σῶμα τὸ ἑαυτῶν. Nam πρὸς τὸν οὐρανὸν, non habent: ſolus homo habet. atque ita explicauimus, quod more ſuo reliquit indiſcuſſum.

Dixit hominem τελειωθέντα, non τέλειον, vt differret à Deo. Solus enim Deus τέλειος. quippe à nullo: homo autem ab illo τελειωθείς.

Theodorus addidit temerè: *cæteris*. At Ariſtoteles tam homini, quàm aliis caput in ſummo corporis impoſitum ſcribit. Itaque non excipit hominem in hoc: ſed quod etiam habendo caput ipſum eodem quo cæteræ animantes loco; etiam geſtatione, & vſu, & fine vniuerſo ſimilis orbi ſit. Quare malè omiſit Theodorus, μόνος. Addidit & alia non neceſſaria.

CL. ARISTOTELES.

Μετὰ δὲ τὴν κεφαλήν, ἐστιν ὁ αὐχήν, εἶτα στῆθος καὶ νῶτον, τὸ μὲν, ἐκ τοῦ πρόσθεν, τὸ δ', ἐκ τοῦ ὄπισθεν. ἐχόμενα τούτων· γαστὴρ καὶ ὀσφὺς καὶ αἰδοῖον, καὶ ἰσχίον· εἶτα μηρὸς καὶ κνήμη, τελευταῖον δὲ πόδες. εἰς τὸ πρόσθεν δὲ καὶ τὰ σκέλη τὴν κάμψιν ἔχει, ἐφ' ὃ καὶ ἡ πορεία· καὶ τῶν ποδῶν τὸ κινητικώτερον μέρος, καὶ ἡ κάμψις· ἡ δὲ πτέρνα [ἡ] ἐκ τοῦ ὄπισθεν· τῶν δὲ σφυρῶν ἑκάτερον κατὰ τὸ οὖς.

Suſtinetur à collo caput: ſub collo pectus ante, dorſumponè. ſequuntur illud venter, hoc lumbi: tum autem genitalia, & nates: mox coxa, & tibia. Poſtremò pedes ſunt. Flectuntur antrorſum etiam crura, quam in partem mouentur quoque ingreſſu, & pedum tum pars mobilior, tum flexus. at calcaneus ponè eſt: malleolus autem vterque ab latere ſecundùm aurem.

CAESAR.

Repetita ab ipſo, non ſunt à nobis repetenda. Innuit autem partes anteriores mobiles eſſe: propterea quòd totum in eam partem mobile eſt. Mobilitatem autem duplicem: & in actione ipſa, ingrediendi ſcilicet: & in ea, quæ tanquam inſtrumentum quoddam ad hanc eſt comparata. Intelligo flexionem crurum, & pedum. Nam ingreſſio eſt carptio quaſi quædam ſubjecti ſoli. Itaque flexio prorſum eſſe debuit: ſublato enim pede, ac poſteà affixo, quaſi attrahimus ad nos ſolum. At aues non item: ſed affixo pede nihilominus adhuc obliquum crus habent, itaque erigere ſeſe coguntur. Neque enim verus eis greſſus deſtinatus eſt. At ad volatum eadem, qua crura noſtra, ipſis alæ inſtitutæ ſunt: quippe prorſum flectunt. Quin & piſcium pinnæ hoc item mouentur modo, vt aquam ſibi ſubigant. Pedis autem poſterior pars ad firmamentum potiùs, quàm ad motum data.

Cùm malleoli quatuor ſint, aures duæ tantùm: quomodo erunt malleoli ſecundum aurem? Sanè rectè: ad auris enim perpendiculum ſunt: ab lateribus ſinguli, ſinguli intus ad eandem lineam. Theodorus paraphraſten ſeſe mirum exhibuit multis illis verbis. *Malleoli ſitum aurium imitantur: quippe qui latera tenent imi cruris: quomodo aures iunctæ lateribus capitis habentur.*

CLI. ARISTOTELES.

Ἐκ δὲ τῶν πλαγίων τῶν δεξιῶν καὶ τῶν ἀριστερῶν, οἱ βραχίονες, τὴν κάμψιν ἔχοντες εἰς τὸ ἐντός, ὥστε τὰ κυρτὰ τῶν σκελῶν καὶ τῶν βραχιόνων πρὸς ἄλληλα εἶναι, ἐπ' ἀνθρώπου μάλιστα.

Ab vtroque latere tum dextro, tum ſiniſtro flexionem exercent introrſum brachia. itaque curuatio eorum, atque crurum inter ſe reſpondent: præſertim in homine.

CÆSAR.

CRVRVM, & brachiorum flexiones inter ſe contrarias, vt ſupra, oſtendit: ſed hîc addidit, præſertim, *μάλιστα*. propterçà quòd cum in aliis, tum in homine expreſſius eſt. Lacertaceum enim genus eodem modo flectit. In pecudibus & iumentis contrà: in muſcis & cancris certa alia ratione flectuntur: ſed de his ſuo loco.

Dixit autem πρὸς ἄλληλα. id eſt æqua proportione, ac modo reſpondent. ſicut lineæ dicuntur παράλληλαι, quarum tenor, & interuallum æquè idem.

Theodorus de ſuo addidit: *dependent*. prætereà maximo errore lapſus eſt: cùm, deuexum, dixit *curuaturam*. Nam deuexum depreſſum ſignificat; itaque conuexum cauum. κυρτὰ autem genuum & brachiorum mutuo reſponſu, curuatura eſt, non cauitas.

CLII. ARISTOTELES.

Τὰς δὲ αἰσθήσεις καὶ τὰ αἰσθητήρια, ὀφθαλμοὺς καὶ μυκτῆρας καὶ γλῶτταν, ἐπὶ τὸ αὐτό, καὶ εἰς τὸ πρόσθεν ἔχει.

Senſus autem, eorúmque inſtrumenta, oculos, nares, linguam, eandem in partem anteriorem habet.

CAESAR.

SENSVS treis anteriores ſtatuit Natura: quippe oculi ad motum comparati: vt duces, aut antecurſores eſſent. Item guſtus inſtrumentum, & odoratus, quia ad manum.

Non dicit ſenſus omnes, vbi ait τὰς αἰσθήσεις. ſed, τὰς, hîc ſignificat, ταύτας: hoſce tres ſenſus.

Ἐπὶ τὸ αὐτὸ: non autem ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ. vt indicaret profectionem ſpirituum à partibus intimis, ad partes ſenſorias. Theodorus addidit, *ſpectantes*. Ego nunquam poſuiſſem, cùm de oculis, lingua, auribus loquerer: oculi ſpectent: cætera non.

CLIII. ARISTOTELES.

Τὴν δὲ ἀκοὴν καὶ τὸ αἰσθητήριον αὐτῆς, καὶ τὰ ὦτα, ἐκ τοῦ πλαγίου μὲν, ἐπὶ τῆς αὐτῆς δὲ περιφερείας τοῖς ὄμμασι.


At auditum, eiúſque inſtrumentum, & aures ipſas tum ab latere ſtatuit Natura, tum ad libellam oculorum.

CAESAR.

AD latera, vt vndique audiat. verùm hæc in libris de *Cauſis*. Dixit: auditum, inſtrumentum, aures. Quoniam ἀκοὴ, eſt vis ipſa ſentiendi. Aures, aditus ad aëris pulſum excipiendum. Inſtrumentum audiendi intelligo, aërem intimum, neruum, Meningam. Quare per copulas ſic ſcripſit. τὴν ἀκοὴν, καὶ τὸ αἰσθητήριον αὐτῆς, καὶ τὰ ὦτα. At

Theodorus de triuio, non ex Lyceo. *Auditum, eiúſque partem ſenſoriam*, id eſt, *aures*. Sanè neque aures, neque nares, ſunt τὸ αἰσθητικόν.

Ἐπὶ τῆς αὐτῆς περιφερείας. Theodorus, *eodem in orbe*, rectiſſimè. Nos, *ad libellam*. Tranſuerſa enim linea ad libellam ducitur: altera hanc ſecans angulos rectos faciens, ad perpendiculum. Falſum verò eſſe hoc, etiam ſuprà diximus. Aures enim oculo inferiores.



CLIIII. ARISTOTELES.

Τὰ δ' ὄμματα ἐλάχιστον κατὰ τὸ μέγεθος διέστηκεν ἄνθρωπος τῶν ζώων.

Humani oculi minimo interſtitio inter ſe abſunt, ſi magnitudinem contemplere, prout in aliis animalibus.

CAESAR.

Totius Hominis intelligit magnitudinem. Verùm paſſerum, ſolearúmque oculos contemplator. Penè enim ſe contingunt. Atticiſſimè, ἄνθρωπος τὰ ὄμματα διέστηκεν. Theodorus: *diſtant oculi hominis ſibi.* Nihil barbarius. Nihil enim ab ſe diſtat, niſi amens. Barbari verò ſic loquuntur, *mihi diſto.*

CLV. ARISTOTELES.

Ἔχει δὲ ἀκριβεστάτην ἄνθρωπος τῶν αἰσθήσεων τὴν ἁφήν, δεύτερον δὲ γεῦσιν. ἐν δὲ ταῖς ἄλλαις, λείπεται πολλῶν.

Est homini ſenſuum præſtantiſſimus tactus. Deinde guſtus. Ceteris ſenſibus aliorum animalium pleraque anteunt.

CÆSAR.

Ambigua oratio diligentius obſeruanda eſt. Compararit ne ſenſus Hominis inter ſe, an ad alia animalia. Nam ſi aliis compares animantibus: viſu multis cedit: at idem viſu multa ſuperat. Auditu à talpa vincitur: at ceruum vincit. Odoratu præſtant vultures: at ipſe capellis, & ouibus. Guſtum verò ſi conſideres: eum puto à plurimis animalibus anteiri. Quippe res duras gallinæ deprehendunt primo quoque linguæ tactu, quales ſint. Homo nonniſi comminutarum: atque propterea opus habuit ſaliuæ admiſtione. Præterea cum brutiſſimus ſenſus ſit: atque eius vſus frequenter vitio datus: Brutis eum potius conuenire par eſt. Nos itaque præter communem ſententiam, noſtro more, aliquid dicamus. Homini tactum eſſe & inter ſuos ſenſus, & inter omnes aliorum præſtantiſsimum. Tenuiſſima enim cute eſt. Hoc ſit ſine controuerſia. Bonitas autem ſenſus cum duplex ſit: vna in celeritate, & acumine poſita: altera in iudicando multa ſenſilia: videamus in his quæ ratio ſit inita à natura in nobis, & in aliis. Ac in ſenſu tactus tum celeritas, tum acumen in nobis ſumma ſunt. Iudicium verò tantùm, vt è cæteris animalibus nullum, ne comparari quidem dignum ſit. Iccircò Barbari partim, partim ſupini malè digeſſerunt hanc ſentiendi vim. Nam in pupula digiti indicis manus dextræ cùm eam poteſtatem inſignem præ cæteris dicerent: rectè ſentiebant. Erat hæc veterum

veterum ſententia. Cùm eis obiiciebatur, iuxta oculum, ſecundum aures, ſub alis, ſub pedibus fieri ſenſionem exquiſitiorem: quid reſponderent, non habebant. Itaque ſic diſtinguendum fuit. Celeritatem &, vt ita dicam, præciſionem quandam ſenſus in his deprehendi, & agnoſci poſſe: in ſummo Indicis temperamentum medium eſſe ad extrema omnia percipienda. Ad hãc rationem reducendam alteram conſiderationem. Nam à certis animalibus quouis ſenſu ſuperamur, ſi certa extrema ſpectes. Auenam enim ſtatim in os admiſſam Gallina integram citiùs deprehendet, quàm nos comminutam. At iudicationem è media temperatura quæ homini debetur ad intellectionem, nobis deſignatam à natura. Prætereà quòd ad tactum pertinet: negandum à tenuitate cutis tactum agnoſci, eiúſque perfectionem. Nam ſub pedibus, vbi craſſiſſima eſt, vel pilo tactus reſilio. Hæc ſic ſi cum aliis comparetur. Si autem ſenſus inter ſe ipſo in homine conferantur; Viſus videtur eſſe maximus: ad cælum enim vſque pertingit. Secundo loco Auditus. Tertio Olfactus. Illud autem accuratiùs contemplandum. Si ſenſus ſunt propter intellectum: ergo qui ſenſus plus ſeruiunt intellectui, ij homini debentur perfectiores. Itaque in herbis explorandis guſtus præferetur. Ad cæteras Naturæ cognitiones viſus præferetur. Et ſanè anteit guſtus actionem in ipſis item herbis. Non igitur tactus, aut guſtus præſtantiſsimus. Nam ſanè tactus quàm minimum ſeruit intellectioni: guſtus non multùm. Ad hæc cùm perfectionem quæramus, & perfectio duplex ſit: quædam ſimplex, alia certum directa ad finem: ſimplex fortaſſe erit in aliis: in viſu autem & auditu ea, quæ ad intellectionem ſuppeditetur. Vter verò vel vtilis vel neceſſarius magis? nam ſanè in primo *Metaphyſices* dictus eſt auditus diſciplinæ ſenſus. Sic eſt reſpondendum. Scientiam duobus modis naneiſcimur. Aut per nos, aut ab aliis. Qui igitur diſcunt, auditum viſu potiore vſu habent: qui ab ſeipſis promouent: iis eſt viſus maioris operæ. In Mathematicis verò etiam cùm audias à præceptore: viſus nihilominus eſt neceſſarius. De amplitudine diximus: cùm oſtendebamus longiùs videre nos quàm audire. De perfectione: vbi diſcuſsimus finem vniuſcuiuſque. De ambitu verò quid ſtatuemus? Quís nam ſenſuum quàm plurima comprehendit? nam præter ſenſilia propria, ſunt & communia: vt magnitudo, & figura, atque alia, à quibus diſcluditur guſtus, olfactus, auditus. Magnitudinem nunc intelligo corporum. Nam magnam vocem inter hæc, hac ſub ratione non admitto. Vter igitur tactus, an viſus vel plura, vel melius comprehendit: & puto viſum. Ita ſit viſus perfectiſsimus ad intellectionem & finem hominis. Tactus autem exquiſitiſsimus: quia minimo quoque ſenſili moueatur. Quemadmodum ſupra de pedum planta dicebamus. Quis autem iudicat ſuo in genere plures differentias? videntur omnes æquè: ſi rerum omnium cognitio homini à Deo apparata eſt. Et cognitionis vniuerſæ vel duces, vel miniſtri ſenſus omnes ſuo quiſque ab obiecto: vt vocant Philoſophi.

Explicatis noua quadam ſubtilitate quæſtionibus, illud nunc agendum. Quid Philoſophus intellexerit. Nempe cum aliis comparat animantibus. Ait enim in cæteris ſuperari. Quare innuit tactu, & guſtu non ſuperari. Nam tametſi guſtum in gallinis obiecimus: & in limacibus tactus videatur exquiſitior quàm is, qui in homine eſt: at in vtroque genere obſcurius ab illis ſentiri differentias. Itaque dixit, *ἀκριβεστάτην*, *non μεγίστην*.

CAPVT DECIMVM SEPTIMVM.

De partibus Hominis interioribus.

CLVI. ARISTOTELES.

TA μὲν οὖν μόρια τὰ πρὸς τὴν ἔξω ἐπιφάνειαν, τοῦτον τέτακται τὸν τρόπον, καὶ καθάπερ ἐλέχθη, ὀνομάζεταί τε μάλιστα, καὶ γνώριμα διὰ τὴν συνήθειαν

QVæ hominis partes extimæ apparent, tum ſitu, tum nominibus vſitatis, eo, quo diximus, modo ſic pote nota ſunt. Contrà, interiores ignota, quamobrem ad aliorum partes

ἐστι· τὰ δ' ἐντὸς, τοὐναντίον· ἀγνώριστα γάρ ἐστι [μάλιστα] τὰ τῶν ἀνθρώπων. ὥστε δεῖ πρὸς τὰ τῶν ἄλλων μόρια ζώων ἀνάγοντας σκοπεῖν, οἷς ἔχει παραπλησίαν τὴν φύσιν.

partes animantium relatas, quibuſcum habent naturæ affinitatem, contemplari debemus.

CAESAR.

CVM à notioribus ſemper inueſtigat: ab exterioribus noſtris cœpit narrare. eodem inſtituto abſtinet nunc ab interioribus humanis. Serò enim homo ſectus eſt, & raro. Quin Galenus cùm animaduertat, quæ omiſerit Ariſtoteles, nunc quæ Galenus errârit recentiorum diligentia deſignat. Animalia autem alia quotidie vel cibi gratia aperiuntur. Quare commodiùs illis conſideratis humanas quoque partes ad eas relatas diſquiremus.

Τὰ πρὸς τὴν ἔξω ἐμφάνειαν: Atticiſsimè: alius τὰ ἔξωθεν· τὰ ἐν τῇ ἐμφανείᾳ. Signatiùs tamen ſic. πρός. Quia non ſolum quæ videntur, ſed etiam paulò interiores narrauit quæ ad exteriorum tamen narrationem pertinerent, vt vertebras, & guttur & alia.

Γνώριμα, tum ex nominibus, tum ex conſuetudine. Quia conuenit inter omnes, eas eſſe eiuſmodi propterea quòd nomen ex conſenſu poſitum, ex vſu eſt perpetuatum. Theodorus addidit repetitò, *cognita per ſitum*. Neque verum eſt, eſſe eas cognitas per ſitum. Non enim caput rectum omnibus. Homini quidem: boui & aſino pendens. Non eſt cognitum, eſſe caput per ſitum: ſitus enim non vnus: caput autem vnum.

Etiam obſcura eſt oratio eiuſdem. *Cognita per vſum*: χρεία vſus eſt, συνήθεια conſuetudo. Videtur Theodorus dicere notas eſſe per vſum: id eſt, vtendo. At vertebræ, de quibus dixit, non ſunt cognitæ per vſum: ſed per conſiderationem. Philoſophus non ſic. Sed: & nominatæ, & cognitæ ex conſuetudine nominum: & quia ita conſueuerunt & agnoſcere, & appellare.

CLVII. ARISTOTELES.

Πρῶτον μὲν οὖν τῆς κεφαλῆς κεῖται, τὴν θέσιν ἐν τῷ πρόσθεν ἔχων ὁ ἐγκέφαλος. ὁμοίως δὲ καὶ τοῖς ἄλλοις ζώοις, ὅσα ἔχει τοῦτο τὸ μόριον.

PRincipio, quod ad capitis interiora ſpectat, cerebrum quæ habent animalia, ea, quemadmodum & homo, in anteriore parte ſitum obtinent.

CÆSAR.

NON omnia animalia caput habent: quare neque cerebrum. Itaque ſi ſic dixiſſet: quæ caput habent, cerebrum habent: cerebrum autem in anteriore parte ſitum intus: planiùs dictum fuiſſet. Breuiſsimè tamen: τῆς κεφαλῆς. Subticuit partem, eámque interiorem. Et quando addidit: ὅσα ἔχει τοῦτο τὸ μόριον: ambiguum fecit, quid ſentiret: cerebrum ne, an caput. Sed non eſt argutandum. Sic enim ſolet. Ab inſectis tamen aufert cerebrum, & quiddam vicarium ponit: ſenſus verò cum à cerebro ſint, ſi cerebrum æquiuocè de nobis & de inſectis dicatur: igitur & ſenſus. A principio enim æquiuoco vniuoca deduci non queunt. At dicebat ſenſus aliquos in aliis eſſe meliores. Sanè apes maximè longinquos flores odorantur: quos vix nos è medio interuallo. Sic etiam cordis vicarium quiddam eſſe, non cor in eiſdem: quare etiam vltimum principium: hoc enim ipſe ponit cor: æquiuocum erit. Ergo & facultates.

CLVIII. ARISTOTELES.

Ἔχει δὲ ἅπαντα ὅσα ἔχει αἷμα, καὶ ἔστιν ἔναιμα, καὶ ἔτι τὰ μαλάκια. κατὰ μέγεθος δὲ ὁμοίως ἔχει ἄνθρωπος πλεῖστον ἐγκέφαλον καὶ ὑγρότατον.

HAbent cerebrum omnia, quæ ſanguinem habent, & ſãguinea ſũt. Ad hæc mollucа. Ceterũ homini, pro eius magnitudine, ineſt maximũ, & humidiſſimũ.

CAESAR.

PARTEM interiorem cerebrum agnoſcit in aliis generibus ab hominis ſpecie. ſummum genus, ἔναιμα. Præter id, genus aliud, μαλάκια. cætera aut non habent, vt oſtrea: aut confuſum, vt cruſtacea.

Dixit: quæ ſanguinem habent, & ſunt ſanguinea. Propterea quòd quędam ſanguinem habent, at non ſunt ſanguinea. Habent autem ſanguinem in ventriculo, quem ſuxerunt: qualia Pulices, culices, & eiuſmodi. Non tamen habent in venis: iccircò ſanguinea non ſunt. Quemadmodum Lactucæ ſuccum in ventriculo habeo, in venis non habeo: ſed ex Lactuca ſanguinem. Ita inſecta ex ſanguine à ventriculo, non ſanguinem in venis. Nam quemadmodum è non ſanguine natura ſanguineorum ſanguinem conficit: ita natura exanguium à ſanguine, non ſanguinem. Itaque malè Theodorus: ὅσα ἔχει αἷμα, καὶ ἔναιμά ἐστι. *Quæ ſanguinem obtinent, ac ob eam rem ſanguinea dicuntur.* Non enim eſt copula, καὶ, exponens, ſed arctans priora verba.

Quæres an verum ſit. Hominis cerebrum eſſe maximum: pro eius mole, & humidiſſimum. Nam puto piſcibus eſſe humidius, muccus enim penè eſt. Magnitudo quoque in eorum quibuſdam nota. Quidam nanque toti penè caput ſunt. *Marſones* vocat vulgus noſtrum, Taurini *Botas*, Vaſcones *Capitamolarum*. Horum quippe capita penè trientem excedunt: immò æquant ſemiſſem, aut etiam ſuperant. Sunt Muſteli capite ingenti: ſunt Gobij valdè magno: Balenæ etiam vaſto. Nam quarum lingua centies vicies quinquies pondo: cerebrum ad olei multa milia: & paſſerum cerebella totam ollam implent capitis, quæ eis maior eſt pro portione, quàm nobis: neque enim maxillas habent. Caput noſtrum, ſi cætero corpori comparetur ad totam magnitudinem, non eſt pars quintadecima. Paſſeris caput ad paſſerem vix eſt quinta. Delirat Plinius, cùm ait: *piſcibus capita grandiſſima: quo faciliùs mergantur.* Primùm Balæna maximum habet: eáque opus habet non multa merſione, ſpirat enim. Delphin in eodem ſpirantium genere non maximum habet. Paſſeres, quibus ſtatus in fundo, minimum. In eodem genere mugilum, aliis magnum, aliis non tantum: omnibus idem victus, ijdem mores. Deinde motus non ab elementis, ſed ab animali virtute in animalibus. Ter tantùm ponderis haud tam citò deſcendat, atque falco cùm in anatem ſe demittit: cui caput minimum eſt.

Scriptum erat in noſtro Codice, κατὰ μέγεθος δ' ὁμοίως ἔχει ἄνθρωπος: expunximus ὁμοίως: nondum enim de cerebro maximo aut humidiſſimo loquutus erat: vt hanc cieret ſimilitudinem.

CLIX. ARISTOTELES.

Ὑμένες δὲ αὐτὸν δύο περιέχουσιν· ὁ μὲν περὶ τὸ ὀστοῦν, ἰσχυρότερος· ὁ δὲ περὶ αὐτὸν ἐγκέφαλον, ἧττον ἐκείνου.

Duabus autem membranis continetur, altera validiore, quæ circum os eſt, altera minùs valida, quę ipſum ambit.

CAESAR.

DVRAM exteriorem, minùs duram interiorem membranam deſcribit. *Matrem* vtranque vocant recentiores. Notabis τὸ περὶ non eodem modo poſitum. περὶ ἐγκέφαλον, rectè. Continet enim. At περὶ τὸ ὀστοῦν, ambitum quidem notat oſſis: verùm interiorem. Sub oſſe nanque eſt. Durè ſanè. Dixit, ἧττον, minus ſcilicet ἰσχυρός: Iccircò Theodorus, *infirmiorem.* Non rectè autem, περὶ τὸ ὀστοῦν, *oſſi adhærens.* Quin diſtat magno interuallo per nouilunium. Cerebri enim crementa ac diſpendia ſimul cum Luna fiunt: neque illud benè, ὁ δὲ περὶ αὐτὸν, *attingens.* Non enim dicit tractum.

CLX.

CLX. ARISTOTELES.

Διφυὴς δ᾽ ἐν πᾶσιν ἐστὶν ὁ ἐγκέφαλος, καὶ ἐπὶ τούτῳ ἡ καλουμένη παρεγκεφαλίς· ἔσχατον δ᾽ ἑτέραν ἔχουσα τὴν μορφὴν, καὶ κατὰ τὴν ἁφὴν, καὶ κατὰ τὴν ὄψιν.

Bipartitum omnibus cerebrum eſt. Eiúſque poſtremæ parti adiunctum id, quod cerebellum appellant, tum tactu, tum aſpectu diuerſam formam habens.

CAESAR.

DVAS oſtendit diuiſiones: vnam in cerebro: alteram cerebelli à cerebro. Voco cerebellum, quod recentiores *Nucam*, vel *Nocram*. Cerebrum enim diuiditur à carunculis mamillaribus ad eam vſque partem, quæ ſub os Lambdæ eſt: vbi deficit Pia Mater. Sub eo eſt παρεγκεφαλὶς: quaſi acceſſio ad cerebrum. Nomen igitur dicit locum, & naturam, παρὰ locum: ἐγκεφαλὶς, naturam. Philoſophus tamen dixit, ἐπὶ τούτῳ: id eſt ſequens. declarat igitur nomen exiguitatem, Philoſophus autem corpulentiam: durius enim eſt: & figuram. Illud ad tactum, hoc ad viſum: alia nanque facies. Dixit μορφὴν, quæ ſanè reſpondet viſui. At ad tactum quid faciat, μορφὴ? niſi dicat: ab his ſenſibus deprehendi alia forma in cerebello, quàm in cerebro. Ad hæc rubrius eſt, quàm cerebrum. Guſtum tacuit: propterea quòd de hominis cerebro agit: at de aliis quoque profitetur. Eſt autem cerebrum inſipidum potiùs quàm dulce: cerebellum aliquid addit ad ſaporem illius, quanquam perpauxillum.

CLXI. ARISTOTELES.

ΤΟ᾽ δ᾽ ὄπισθεν τῆς κεφαλῆς, κενὸν καὶ κοῖλον πᾶσιν, ὡς ἑκάστοις ὑπάρχει μέγεθος.

Capitis poſtrema pars omnibus inanis, & caua pro cuiuſque magnitudine.

CÆSAR.

HOc ſupra quoque dixit: appellauítque ἰνίον. Dixit autem præpoſterè caua & inanis: id quod ſæpe in his libris oſtenſuri ſumus. Sanè ſi eſt inanis, etiam caua erit: non igitur addendum. At contrà, non omne cauum, continuò inane. Sunt multa caua plena. Immò nihil poteſt plenum dici, quod idem cauum nequeat intelligi, melius igitur. κοῖλον, καὶ κενόν.

Κατὰ τὸ μέγεθος. Id eſt, ſi magnitudinem capitis ſpectes, vacua videtur. Nam tametſi multa medulla eſt in quibuſdam, caput ijs magnum adeò, vt inanis eſſe cauitas videatur. Theodorus autem fallitur, *prout*, inquit, *cuiuſque magnitudo*. Id eſt, eſſe valde cauam valde magnis, minùs minoribus.

CLXII. ARISTOTELES.

ἜΝια μὲν γὰρ μεγάλην ἔχει τὴν κεφαλὴν, τὸ δ᾽ ὑποκείμενον τοῦ προσώπου μόριον ἔλαττον, ὅσα στρογγυλοπρόσωπα. τὰ δὲ τὴν μὲν κεφαλὴν μικρὰν, τὰς δὲ σιαγόνας μακράς· οἷον τὸ τῶν λοφούρων γένος πᾶν.

Nam quæcunque rotunda facie ſunt: iis caput ſanè magnum: atque ei facies puſilla ſubeſt. Quæ verò maxillas prælongas habent; horum caput paruum eſt: quale iumentis omnibus.

CAESAR.

QVONIAM cerebri narrauit magnitudinem: & occipitis oſtendit inanitatem, eámque ex capitum proportionibus: capitum metitur magnitudinem, ex faciei, atque maxillarum proportione. Abutitur tamen capitis nomine. Accipit enim pro ea parte quæ olla capitis dicitur à vulgo nõ ineptè, totũ ipſũ. Nam ſupra etiã faciem, etiã mãdibulas capitis partes faciebat. Intelligit igitur hîc cuppam, ſiue cameram: quæ longè grãdior eſt auibus

quàm

quàm nobis,aut pecori : quippe roſtra pro mandibulis admodum puſilla. Animaduertes quorſum diffundat appellationem, τοῦ προσώπου. Nam videtur etiam ad bruta : id quod tamen ſupra negabat: dicit enim ἔνια: non de Homine ſolo.

CLXIII. ARISTOTELES.

Ἄναιμος δ' ὁ ἐγκέφαλος ἅπασι, καὶ οὐδεμίαν ἔχει ἐν αὑτῷ φλέβα, καὶ θιγγανόμενος κατὰ φύσιν ψυχρός.

Exangue omnibus cerebrum eſt: ac ne vllam quidem in ſe venam habet. Tum autem ſuapte natura ad tactum frigidum.

CÆSAR.

Non docet hîc medullàne ſit, an aliud : diſtulit enim ad ſecundum librum de *Cauſis*. ſaltem ſimplicem dixiſſet ſententiam, quemadmodum cum alia pleraque deſcribit. etiam ſternutationem. Non eſt autem medulla, ſi frigidum; medullæ namque calidiores. Quod autem ait Plinius : *non eſſe medullam,quia coquendo dureſcat* : falſa vtitur ratione. dureſcunt enim medullæ coctæ : percoctæ etiamnum concreſcunt magis. Non temerè dixit,exangue : & addidit,carere venis. Nam quædam exanguia natura ſua ſunt:in quibus tamen venæ intercurrunt: quemadmodum membrana ipſa qua tegitur.

Ψυχρὸς κατὰ φύσιν, ſua ſubſtantia,& concretione frigidum. Nam viuentis cerebrum propter ſpirituum frequentiam calorem obtinet. Quod autem tale datum ſit à Natura , vt cordis æſtum temperaret,quemadmodum ipſe in ſecundo de *Cauſis* profitetur, excitat dubitationem in Polypis : quibus ne gutta quidem ſanguinis.

CLXIIII. ARISTOTELES.

Ἔχει δ' ἐν τῷ μέσῳ ὁ τῶν πλείστων πᾶς, κοῖλόν τι μικρόν.

Habet autem in medio puſillum cauum quiddam, paucis exceptis animalibus.

CÆSAR.

In cerebri medio cauitatem quandã agnoſcit. Cæterùm tam perplexo deſignat Atticiſmo , vt Latinè reddi nequeat. Quis enim dicat commodè, ac non ineptè : ὁ τῶν πλείστων πᾶς? Quæ verba,ſi introſpectes,habent neſcio quid duriuſculi in re tam molli. Quid enim eſt omne cerebrum plurimorum ? Si cerebrum : ergo in quibus ineſt. Si omnium : ergo non plurimorum. Si plurimorum ; ergo non omne. Theodorus autem ſuo more audet in re tam ſeria delitias facere. *In pleriſque*,inquit, *omnibus*. At enimuerò neutiquam opus eſt facere Philoſophi orationem ex matrona meretricem. Nam plerique , & plerunque non ſignificat,omnes,aut ſemper. Antiqui in ſermone quotidiano cum modeſtè loquerentur , in re certa ita dicebant. *Quod plerique* : deinde ſubdebant : *omnes faciunt adoleſcentes*,& ſubticebant : immò. Sed geſtu,& ſono vocis mutato ſupplebant defectui aduerbij corrigentis cum aſſeueratione:ſiue coniunctionis aduerſantis. non enim laboro. Sic etiam dicebant in *Eunucho*. *His ſex ſeptem non vidiſſe menſibus*.

Cauum autem non vnum habet,ſed tria : quos *Ventriculos* nominamus. Hos ex Anatomia petes. Satis enim eſt hîc, vti dicebamus,dare principia ſuæ artis Medicis : qui ibi incipiunt,vbi nos finem facimus. Sic pleræq; aliæ partes à nobis ſubticentur : ne oſtentatio tædium pariat:quemadmodum qui libros integros tranſcribunt Galeni,quò legiſſe videantur.

L

CLXV. ARISTOTELES.

Ἡ δὲ περὶ αὐτὸν μῆνιγξ, φλεβώδης ἐστίν. ἔστι δ' ἡ μῆνιγξ, ὑμὴν δερματικὸς, ὁ περιέχων τὸν ἐγκέφαλον.

Eſt autem, qua amicitur cerebrum, membrana venoſa, cutis ſpecie.

CÆSAR.

Qvod ſupra omiſerat, ponit: officium, & eſſentiam ſimul cum nomine ſtatuit: appellat enim μήνιγγα, & dicit inuolui ab ea cerebrum, & ait venoſam: hæc eſt περίστασις circumſtantia: & addit, δερματικός, cutacea: media inter cutem, & membranam: differentia arctans membranæ naturam ad cutem.

Theodorus peſſimè putauit membrana hac non cerebrum, ſed cauum illud obduci.

CLXVI. ARISTOTELES.

Ὑπὲρ δὲ τὸν ἐγκέφαλον, λεπτότατον ὀστοῦν καὶ ἀσθενέστατον τῆς κεφαλῆς ἐστιν, ὃ καλεῖται βρέγμα.

Super cerebrum tenuiſſima, atque infirmiſſima capitis pars, os eſt: qui vertex dicitur.

CAESAR.

Qvemadmodvm ſupra, cùm exteriores narraret partes, cerebrum nominabat: ita cum hîc cerebrum deſcribit, repetit βρέγματος hiſtoriam. Nos, vt ſupra, *Verticem* interpretati ſumus ex Plinio. Theodorus longè aliter legit. *Oſſe*, inquit, *poſtremo continetur, quod occiput dicitur.* Cùm de cerebro loquatur, non potuit dicere contineri occipite: nam ibi eſt, παρεγκεφαλίς. Albertus vtranque miſcuit lectionem iiſdem verbis ſic: *In poſteriori parte ad ſuturam Lambdæ os ſubtile debile. ſupra cerebrum etiam os ſubtile debile in ſincipite: quod vocatur os prora capitis.*

CLXVII. ARISTOTELES.

Φέρουσι δ' ἐκ τοῦ ὀφθαλμοῦ τρεῖς πόροι εἰς τὸν ἐγκέφαλον· ὁ μὲν μέγιστος καὶ ὁ μέσος, εἰς τὴν παρεγκεφαλίδα· ὁ δ' ἐλάχιστος, εἰς αὐτὸν τὸν ἐγκέφαλον. ἐλάχιστος δ' ἐστὶν, ὁ πρὸς τῷ μυκτῆρι μάλιστα. οἱ μὲν οὖν μέγιστοι, παράλληλοί εἰσι, καὶ οὐ συμπίπτουσιν· οἱ δὲ μέσοι, συμπίπτουσι (δῆλοι δὲ τοῦτο μάλιστα ἐπὶ τῶν ἰχθύων) καὶ γὰρ ἐγγύτεροι οὗτοι τοῦ ἐγκεφάλου, ἢ οἱ μεγάλοι. οἱ δὲ ἐλάχιστοι, πλεῖστόν τε ἀπήρτηνται ἀλλήλων, καὶ οὐ συμπίπτουσιν.

Tres meatus ab oculo ferunt: eorum minimus, qui proximè naſum eſt, ad cerebrum: reliqui duo maximus, & minimus ad cerebellum. Ac maximi quidem æquali inter ſe diſtant ſpatio, neque coëunt: mediocres verò in vnum coëunt. Id quod in piſcibus apertiùs agnoſcitur: ij nanque propiores cerebro ſunt, quàm magni. Minimi autem plurimum abſiſtunt ab ſe inuicem, neque coëunt.

CAESAR.

Nvmervm, magnitudinem, ſitum, terminos meatuum: poſtremò etiam quibus ex animalibus poſſis hæc commodiùs obſeruare: officia autem hîc non poſuit. Peripatetici verò ita ſentiunt. Inter ventriculum cerebri anteriorem ac poſteriorem duæ venæ ſunt, quæ ad cerebrum ſubeunt, ex quibus aiunt texi ſecundinam: venarum autem rami certo globulo innituntur, qui glandis ſpeciem præ ſe fert: atque id vacui explet, quod inter ventriculos, ac venas ſitum eſt. Super ventriculo medio caruncula eſt, quam ab ſimilitudine, *Vermicularem* nominârunt. Ad quam partem fert ſpecies ab oculo meatus magnus. Mediocrem verò aiunt

eſſe iter ſpirituum per cellulas: vtrunque autem ad poſticum cerebri pertendere. At paruum meatum anteriorem cerebri proram aperire ad naſum: atque per eum fieri odoratum. An verò ita ſit, in iis, quos conſcripſimus de Galeno, Commentariis, acutiſſimè diſputatum eſt.

Cùm dixit, *παράλληλοι εἰσι*: ſuperfluò addidit, *καὶ οὐ συμπίπτουσι*. Nam hoc eſt vnum è principiis Geometriæ. Eſt autem *συμπίπτειν concidere*. Sicut de vaſis, & matrice, apud Hippocratem, & Ariſtotelem.

Pollux quare partem cerebri poſteriorem *Baſin* appellet, haud ſatis habet rationis: neque enim ibi ſidit, & in quadrupedum cerebris ea pars ſuperior eſt. Idem membranas etiam appellat *εἰλαμίδας, inuolucra.*

CAPVT DECIMVM-OCTAVVM.

De gutture, & pulmone.

CLXVIII. ARISTOTELES.

Ἐντὸς δὲ τοῦ αὐχένος, ὅ, τε οἰσοφάγος κὶ λαιμός ἐστιν, ἔχων δὲ ἐπωνυμίαν ἀπὸ τοῦ μήκους καὶ τῆς στενότητος· καὶ ἡ ἀρτηρία.

INtra collum & gula eſt, quæ quod eſſet oblonga atque anguſta, nomen inuenit apud Græcos: & arteria.

CÆSAR.

SVPERIORIBVS commentationibus ita capita diuiſa ſunt: quemadmodum & membra. Quippe in caput, collum, thoracem, atque alia. At nunc non poſſumus eundem ſeruare ordinem. Nanque intra collum duo diuerſa membra ſunt: ſed ita cum quibuſdam aliis coniuncta, vt nullo modo ſeparari queant oratione. Arteria enim ſiue guttur cum pulmone quaſi vnum eſt. Gula verò cum ventriculo & inteſtinis. Quare commodiùs facturi videbamur: ſi de arteria & pulmone ſimul, de illis item ſimul ſeorſum: poſtremò de viſceribus diceremus.

Ac de arteria quidem tum reipſa, tum nomine ſupra quoque. *στόμαχον* autem ibi appellabat, quem nunc *οἰσοφάγον*. Ac quanquam mox de hoc, hîc autem de arteria: tamen *οἰσοφάγου* appellationem deducit à longitudine & anguſtiis: mihi verò non idem videtur. Sed à ferendo intrò quod eſculentum eſſet: *λαιμὸν* etiam vocant. Eius igitur rei, quam nondum attingit, nominis rationem affert. De arteriæ vocabulo, quam hîc narrare inſtituit, nihil. Eſt autem dicta hæc canna, arteria, per proportionem, ac ſimilitudinem: propterea quòd ſit via ſpiritus: quemadmodum id venæ genus, per quod ſpiritus commeat: quæ vena quia aſſiduè mouetur elatione, & depreſſione, *ἀρτηρία* dicta fuit: ſicut *πολυάρτην* ait Homerus.

At gula à Latinis inuenit Græcam appellationem: quippe à curuitate, & cauitate. ſic etiam *γύαλα* pocula apud Megarenſes. Et cauernæ apud Sophoclem in Philoctete. Theodorus *Gula* nomen cùm poneret, adderétque ex Ariſtotele nomen inueniſſe à longitudine, & anguſtia: debuit addere, ſicut nos, *Græcis*. Nam è voce hac *Gula* nihil tale expiſcabere. Idem facetè addidit: *cui comes arteria iungitur.* Nam & ſanè iungitur, & comes eſt. Cùm enim mouetur gula ad ſubducendum cibum, eodem itinere ſubiicit ſeſe ipſum quoque guttur.

CLXIX. ARISTOTELES.

Πρότερον δὲ τῇ θέσει ἡ ἀρτηρία κεῖται τοῦ οἰσοφάγου ἐν πᾶσι τοῖς ἔχουσιν αὐτήν.

ANte gulam autem arteria ſita eſt omnibus animalibus, quibus data eſt.

CÆSAR.

REPETIT, quod ſupra dixit: more autem ſuo addidit, τοῖς ἔχουσι. quanquam hîc neceſſariò id addere debuit, quia dicebat: ἐν πᾶσι. Satis tamen erat: arteria prior, quàm gula eſt. Intelligitur enim in animalibus: eſſe verò in iis, quibus data ſit à natura. Ac ſanè hoc de ea dici in iis, in quibus ſit. Situm igitur narrat: mox ſubſtantiam: quia ſitus notior: & à notioribus proceſſus.

CLXX. ARISTOTELES.

Ἔχει δὲ ταύτην πάντα, ὅσαπερ καὶ πνεύμονα ἔχει.

DAta eſt autem omnibus, quibus & pulmo.

CAESAR.

QVONIAM dicebat arteriæ locum in iis, quibus data erat: oſtendit quæ ſint ea animalia, quibus data fuit. Ab officio colligitur. Nam ſi ad meatum ſpiritus; & ſpiritus à pulmone: illa ſine hoc non erit. An verò pulmo cuipiam ſinè arteria? Nam delphin per fiſtulam ſpirat. In ſecundo *Hiſtoriarum* omnia ſpirantia habere pulmonem, & gulam. Delphinis quoque arteriam eſſe ad fiſtulam pertinentem.

CLXXI. ARISTOTELES.

Ἔστι δ' ἡ μὲν ἀρτηρία, χονδρώδης τὴν φύσιν, καὶ ὀλίγαιμος, πολλοῖς λεπτοῖς φλεβίοις περιεχομένη.

ESt autem arteria cartilaginoſa natura, & ſanguinis exigui, frequentibus tenuibus circundata venulis.

CÆSAR.

NVNC ſubſtantiam declarat omiſſo ſitu, quem tamen mox repetet: ita more ſuo hiſce in hiſtoriis incedit ſaltuatim. Mirus verborum contextus. Nam ſequentia ſemper aut præcedentibus adimunt aliquid; vt, *Medicus, pictus*, aut addunt: vt, *Imperator, cautus*, aut oſtendunt rationem: quam, *expoſitionem*, vocant: vt, *Dilexit filium, vnicum*. Itaque cùm dixiſſet: cartilaginoſam: quia ſanguine caret cartilago: caſtigauit hoc, atque addidit: exiguum obtinere ſanguinem. Ac ne quis de modo dubitaret: venas deſignauit, eáſque licèt multas, tamen tenues. Theodorus omiſit, πολλοῖς, malè.

CLXXII.

CLXXII. ARISTOTELES.

Κεῖται δ' ἐπὶ μὲν τῇ ἄκρᾳ πρὸς τὸ στόμα, κατὰ τὴν ἐκ τῶν μυκτήρων σύντρησιν εἰς τὸ στόμα· ᾗ καὶ ὅταν πίνοντες ἀνασπάσωσί τι τοῦ ποτοῦ, χωρεῖ ἐκ τοῦ στόματος διὰ τῶν μυκτήρων ἔξω.

AD ſuperam partem os versùs poſita eſt è foraminum regione de naribus ad os pertinentium: qua parte exit ab ore humor per nares, qui inter bibendum eo fortè retrahatur.

CÆSAR.

DECLARAT ab euentu eius ſitum repetitum hîc: ab euentu, inquam, potiùs, quàm à natura. Nam ita inſtituit natura vt ad foramina ſuſpiceret arteriæ tubus: quo aër à pulmone rectà ſubiret ad cerebrum. verùm quia hoc erat obſcurum: quod omnibus conſtabat, adduxit ad argumentum. Nemo non aliquando è riſu, aut alio impulſu retractum à faucibus vinum in nares exegit. Impulſio autem à flatu: flatus ab arteria.

Theodorus tametſi ſenſum expreſsit: haud tamen, ᾗ, interpretatus eſt: ſed maluit dicere: *vnde fit*. Neque fortaſſe rectè loquutus eſt: *è regione foraminibus*: ſed *foraminum*.

CLXXIII. ARISTOTELES.

Μεταξὺ δ' ἔχει τῶν τρήσεων, τὴν ἐπιγλωττίδα καλουμένην, ἐπιπτύσσεσθαι δυναμένην, ἐπὶ τὸ τῆς ἀρτηρίας τρῆμα τὸ εἰς τὸ στόμα τεῖνον.

INter hæc foramina hunc ad vſum habet ligulam: vt eius oſtiolum, quod ad os patet, applicatu ſuo queat operire.

CÆSAR.

NIHIL noui huc afferemus: ſupra enim ſatis dictum eſt. Eſt autem poſita inter foramina ſuperiora, non autem inter gulæ arteriæque foramen: vt Plinium ſupra malè ſenſiſſe oſtendebamus.

Theodorus addidit: *per vices*. neque declarauit τὸ ἐπιπτύσσεσθαι. At neceſſe eſt intelligere, quonammodo operiat: plicatu ſcilicet: quem propter, ἐπὶ, præpoſitionem, *applicatum*, diximus: qua præpoſitione motus notatus eſt, & connotata erectio. Aptiùs autem nos, τρῆμα, *oſtiolum*, quam vt Theodorus, *foramentum*: neque enim ſatisfacit æquè.

CLXXIV. ARISTOTELES.

Ταύτῃ δὲ τὸ πέρας συνήρτηται τῆς γλώττης. ἐπὶ δὲ θάτερα καθήκει εἰς τὸ μεταξὺ τοῦ πνεύμονος.

HVic coniuncta poſtrema linguæ pars eſt. Ex altera parte in medium pulmonis deſcendit ſinum.

CAESAR.

TERMINOS nunc declarat, quibus intelligas longitudinem. Et mutauit membra orationis. Nam ſic diceret alius. ἄυτη τῷ πέρατι μὲν συνήρτηται γλώσσης· ἐπὶ θάτερα δέ. & ſignatum verbum eſt, συνήρτηται: ſicut artus inter ſe. Neque verò τὸ μεταξὺ. leui eſt intellectione accipiendum. Non enim ſolum medium ſignificat, ſed etiam medij ipſius vacuum: quam rem mox apertiùs ſcribit.

CXLXV. ARISTOTELES.

Εἶτα ἀπὸ τούτου σχίζεται εἰς ἑκάτερον τῶν μερῶν τοῦ πνεύμονος. θέλει γὰρ εἶναι διμερὴς ὁ πνεύμων

INde in vtranque pulmonis ſcinditur partem: vult enim pulmonis natura bipartita eſſe in omnibus, qui-

ἐν ἅπασι τοῖς ἔχουσιν αὐτόν. ἀλλ' ἐν μὲν τοῖς ζωοτόκοις, οὐχ ὁμοίως ἡ διάστασις φανερά, ἥκιστα δ' ἐν ἀνθρώπῳ. ἔστι δ' οὐ πολυσχιδὴς ὁ τοῦ ἀνθρώπου, ὥσπερ ἐνίων ζωοτόκων, οὐδὲ λεῖος, ἀλλ' ἔχει ἀνωμαλίαν. ἐν δὲ τοῖς ᾠοτόκοις, οἷον ὄρνισι καὶ τῶν τετραπόδων ὅσα ᾠοτόκα, πολὺ τὸ μέρος ἑκάτερον ἀπ' ἀλλήλων ἔσχισται, ὥστε δοκεῖν δύο ἔχειν πνεύμονας.

bus ineſt. Caterùm in ijs, quæ animal pariunt diſtantia illa haud æquè manifeſta eſt. Ac minimum verò in Homine, vt quibuſdam animal generantibus, in quo neque multifidus, neque leuis, ſed inæqualis. Quæ autem oua pariunt, ſiue aues ſint, ſiue quadrupedes, vtraque pars longè ab altera diſsita eſt adeò, vt duo pulmones eſſe videantur.

CAESAR.

PVlmonis partes, & qualitates, atque in animalibus differentias eius: Bipartium in omnibus. In Homine ſciſſuras obſcuriores: in alijs explanatiores, præſertim ouiparis.

Dixit vrbanè: θέλει γὰρ εἶναι διμερής. *Vult.* Theodorus auxit: *expetit.* eſt enim expetitio voluntas in deſiderio cum electione. Sic in *Phædro* Socrates: ait ſe minùs libenter ruſticari: propterea quòd arbores eum docere nolint.

Notabis. cùm dixit, διμερής; poſteà dixit πολυσχιδής. at, πολύ, non dicitur de duobus: ſicuti neque, πᾶς. quemadmodum in primo de *Cælo* ſcriptum eſt.

Quod ſupra monuimus per initia, ſæpè iam vidimus, & frequenter videbimus. ὅσα ἔχει, & ἐν τοῖς ἔχουσι.

Theodorus peſſimè abuſus eſt aduerbio, *præterea. Pulmonis*, inquit, *diſtinctio non æquè apparet, miniméque in Homine. Eſt præterea hominis pulmo ſimplicior.* quid enim præterea? Præter ea, quæ dicit de pulmone Hominis, quid addit? nouúm ne eſt, de pulmonis humani ſimplicitate dicere? & addidit de ſuo: *ſimplicior.*

CLXXVI. ARISTOTELES.

KΑὶ (ἀπὸ) μιᾶς δύο ἐστὶ μόρια τῆς ἀρτηρίας, εἰς ἑκάτερον τὸ μέρος τείνοντα τοῦ πνεύμονος.

ITa vna Arteria in duas partita tendit in vtranque pulmonis partem.

CAESAR.

VNus pulmo bipartitus. Arteria, quæ pulmoni ſtruiret, item & vna, & bipartita, & in pulmonis totidem partes fuſa.

Mirus Atticiſmus. καὶ ἀπὸ μιᾶς δύο ἐστὶ μόρια τῆς ἀρτηρίας. nam eſt, ἀπὸ μιᾶς ἀρτηρίας: & μόρια τῆς ἀρτηρίας. vtrique vt ſeruiat vna vox, breuitate admirabili.

Multa malè Theodorus. τείνουσι, *dependent. induunt* potiùs præterea non benè dixit *latus*, primùm quia, latus, extimum quid notat. Deinde eſt latus, rerum continuarum. Latera trianguli, latus Hominis. At Ariſtoteles partem dixit, μέρος enim ſignificat diuiſionem, aut conſignificat. Verùm quia Philoſophus dixerat μόρια Arteriæ, & μέρος pulmonis: ne, partis, vocabulum repeteret: vt fugiat faſtidium, impingit.

CLXXVII. ARISTOTELES.

ΜΥΤήρτηται δὲ καὶ τῇ μεγάλῃ φλεβὶ, καὶ τῇ ἀορτῇ καλουμένῃ.

VEna quoque magna, atque ei, quæ Aorta dicitur, coaptatur.

CÆSAR.

HOc quoque intempeſtiuè. Nanque Arteriam in pulmonis ſpatia inſinuantem ſeſe cùm deſcriberet, proſequi debuit, quæ mox dicit: non hæc interponere. *Magna vena, & Aorta quæ ſit, ſuo loco declarabimus.* Qui enim diſcit, & qui docet, quædam debent ſupponere. In Tertio igitur profitebimur.

Συνήρτηται: connectitur, Theodorus. *Copulata eſt*, in præterito: à Natura ſcilicet: neque eſt nexus, ſed aptatio. Addidit etiam de ſuo: *alteri, venæ maiori, ac alteri*: ſcilicet venæ, quæ Aorta dicitur. Sic Philoſophus in tertio, Aortam, *venam minorem* appellat.

CLXXVIII. ARISTOTELES.

Φυσωμένης δὲ τῆς ἀρτηρίας, διαδίδωσιν εἰς τὰ κοῖλα [μέρη] τοῦ πνεύμονος τὸ πνεῦμα. ταῦτα δὲ διαφύσεις ἔχει χονδρώδεις εἰς ὀξὺ συνηκούσας. ἐκ δὲ τῶν διαφύσεων τρήματα διὰ παντός ἐστι τοῦ πνεύμονος, ἀεὶ ἐκ μειζόνων εἰς ἐλάττω διαδιδόμενα.

INflata autem Arteria in Pulmonis ſinus redundat ſpiritus. Qui ſinus cartilagineos agnatos habent tubulos continuo tractu anguſtiores: à quibus foramina totum vſque per pulmonem ita diſsita ſunt, vt maiora ſemper à minoribus excipiantur.

CÆSAR.

COMMVNE vtrique deſcribit officium: pulmoniſque partes intimas ad ſpiritum excipiendum mirificis verbis. Arteria tanquam arbor eſt. Truncus eſt ab ore ad pulmonem. Ibi duo brachia: tum ramuli, quorum tractus ſemper exilior fit. Hoc eſt, εἰς ὀξὺ συνηκούσας. Non quod coëant ipſi rami: ſed latera tubulorum, ſiue fiſtularum. Sic infra de corde: τὸ ἄκρον εἰς ὀξὺ συνῆκται.

Φυσωμένης, paſſiuè, inflata. Spiritus conceptus abditur in pulmonem: verùm quia diſtribuitur in fiſtulas: icircò dixit, διαδίδωσι. Lucretij verbum ſignatiſſimum ad literam: *diditur*. Alio modo eſt in fine commentarij, διαδιδόμενα, ſicut διαδοχὴ regni: quaſi διαδεχόμενα. appellauit autem διαφύσεις, *agnaſcentias*, nam *corpuſculi* nomine peſſimè expreſſit Theodorus. Habes toties apud Galenum: προσφύσεις Idem eſt διαφύσεις, Sed διὰ præpoſitio ſignificat diſtributionem. Sic ἔκφυσις & σύμφυσις. Expreſſimus autem τὸ ἀεὶ per, *vſque* διὰ παντός τοῦ πνεύμονος ἀεί. *Totum vſque per pulmonem.*

CLXXIX. ARISTOTELES.

Συνήρτηται δὲ καὶ ἡ καρδία τῇ ἀρτηρίᾳ, πιμελώδεσι καὶ χονδρώδεσι [καὶ ἰνώδεσι] δεσμοῖς· ᾗ δὲ συνήρτηται, κοῖλόν ἐστι.

COr item vinculis tum pinguibus, tum cartilagineis Arteriæ appenſum eſt, & qua eſt appenſum, cauum eſt.

CAESAR.

ARTERIÆ officium erat, vt perflaret cor: nunc etiam ab ea ſuſtineri dicitur. Hoc enim eſt hîc συνηρτῆσθαι. Non enim ſolùm ſignificat copulationem, ſed etiam appenſionem. Simul cordis declarat partem. Cauum ſcilicet eſſe, qua appenſum eſt. Miram verò naturam vinculorum: quæ ſimul coniungant & pinguedinem, & cartilaginoſitatem.

Theodorus ἤρτηται ſemper, minus plenè: *iungitur, nectitur*. Addidit etiam *fibroſis*: aut de ſuo, aut ex opulentiore exemplari. Nam in noſtro non erat.

CLXXX. ARISTOTELES.

Φυσωμένης δὲ τῆς ἀρτηρίας, ἐν ἐνίοις μὲν οὐ κατάδηλον ποιεῖ· ἐν δὲ τοῖς μείζοσι τῶν ζώων, δῆλον ὅτι εἰσέρχεται τὸ πνεῦμα εἰς αὐτήν.

VBi arteria inflatur, haud ſatis conſtat in quibuſdam animalibus, an cor ſubeat ſpiritus: at in maioribus conſtat.

CÆSAR.

QVOD narrabamus officium, cor perflandi, perpendit in diuerſo genere animalium. Et æquale pro cuiuſque natura prædicat, aut ſaltem admittit. At obſcurum eſſe ſenſibus. Ratio verò eſt. Nam quædam minima refrigeratione opus habent: vt talpæ. Neceſſariò tamen demittitur aër. Quid enim ageret in arteria, niſi prorſum ſubiret? porrò altera ratio. Non eget arteria aere ad refrigerandum. Exanguis eſt. Frigida eſt ſua natura. Cor calidum. Igitur eget inſpiratione. Item expiratione vt exoneret ſe fumis.

CLXXXI. ARISTOTELES.

Ἡ μὲν οὖν ἀρτηρία τοῦτον ἔχει τὸν τρόπον, καὶ δέχεται μόνον τὸ πνεῦμα καὶ ἀφίησιν, ἄλλο δ' οὐθὲν, οὔτε ξηρὸν, οὔθ' ὑγρὸν, ἢ μόνον παρέχει, ἕως ἂν ἐκβήξῃ τὸ κατελθόν.

Hunc ad modum ſe habet Arteria. Iſque vſus vnus eius accipiendi, reddendique ſpiritus: non ad cibum vel ſiccum, vel humidum comparata. Quin, ſi quid inciderit, angat: donec eruperit.

CÆSAR.

COLLIGIT: ſimul Antiquis contradicit: qui gulam ſolidiorum ciborum meatum agnoſcerent: guttur autem liquidorum De hoc ſupra ſatis. Sed quia repetit: non negligenda hæc. Philiſtio Locrenſis medicus Hippocraticus, à Ligula ſegregari cibum, vt in Gulam: potum, vt in pulmones deſcendat. Quid item Plato ſenſerit in *Timæo*, videre potes. Nam Alcæus dixit: τέγγε πνεύμονας οἴνῳ. Idem Eratoſthenes in *Epigrammate*. In *Colacibus* Eupolis. Et Euripides. Neque enim penitus falſum eſt; tametſi non quo putabant modo. Nihil labitur per Arteriam: omnia per Gulam: à Gula reſudat in Arteriam, per annulos, quibus vtraque inter ſe committitur.

Mira breuitas: ἢ μόνον παρέχει, & ſcitè, ἐκβήξῃ. Vt indicaret, vim naturæ fieri: ſiquid fortè dilabatur. Theodorus, *excutiat*. Illud ſignatiùs, abſolutum videtur, ἐκβήξῃ: *erumpat*, & τὸ κατελθὸν, recto caſu. Expellitur tamen non ab arteria, ſed à ſpiritu. Paraphraſis eſt: τὸ κατελθὸν *deerrauerit*: quod autem ait. *Neque ſiccum, neque humidum ipſa pati poteſt.* Sanè perfalſum eſt: neque à Philoſopho dictum. Sed οὐ δέχεται, inquit, οὔθ' ὑγρον, οὔτε ξηρόν. Scilicet demiſſum pro cibo: ſed Gulæ illud officium eſt. Nam ſanè frequenter humorem, vti dicebamus, admittit. Nimis igitur ampla vox: *pati poteſt.*

CAPVT DECIMVM NONVM.

De Gula, Ventriculo, Inteſtinis.

CLXXXII. ARISTOTELES.

Ὁ δὲ στόμαχος, ᾗ ἤρτηται μὲν ἄνωθεν ἀπὸ τοῦ στόματος, ἐχόμενος τῆς ἀρτηρίας, συνεχὴς ὢν πρὸς τε ῥάχιν καὶ τὴν ἀρτηρίαν, ὑμενώδεσι δεσμοῖς· τελευτᾷ δὲ διὰ τοῦ διαζώματος· εἰς τὴν φύσιν, καὶ τάσιν ἔχων, καὶ ἐπὶ μῆκος καὶ ἐπὶ πλάτος.

Gula supernè ad os appenſa eſt ponè arteriam eique coniuncta, ac dorſo membranaceis vinculis, per præcordia ad ventriculum deſinit: carnea natura, quæque in longum, & in latum diſtendi queat.

C AE S A R.

ALTERVM membrum, quod intra collum continetur, Gula. Cuius ſitum, ordinem, ſubſtantiam, magnitudinem, qualitates ad certos motus ob officium deſcribit. Situs, intra collum: ordo, poſt Arteriam: ſubſtantia, carnea natura: magnitudo, ad ventriculum: qualitates ad diſtentionem tum in longum, cùm ſubit ad capiendum cibum: tum in latum, cùm maiorem bolum, quàm os fiſtulæ eſt, accipit, atque tranſmittit. Veluti Hydrus, vbi Ranam quater ſe craſſiorem deglutit. In Gruibus quoque, & Ardeis quotidie id videmus. Hoc eſt, τάσιν ἔχον. Non ſolùm præſentem longitudinem, ſed etiam aptitudinem ad productiorem: quemadmodum alibi quoque monuimus. Velut in tertio de *Veſica*. Rectè autem ἤρτηται ἀπὸ τοῦ στόματος. Eſt enim Etymologia: στόμαχος, στόματος ἐχόμενος: aut στόμα ἔχων. Quod autem hîc ait ἐχόμενος τῆς ἀρτηρίας, aliter accipiendum eſt. Non enim ſignificat, *coniunctam*: ſed *ſequentem*. Nam ſtatim ait: συνεχὴς ὤν. Theodorus hoc neglexit: aut omiſit tanquam ſuperfluum ac bis poſitum. At ſanè cum cæteri, tum Ariſtoteles ſic vtitur.

Laxè tamen loquutus eſt Philoſophus, cùm dixit, συνεχής. Nam quomodo dicetur Gula cõtinua Dorſo? non enim eſt cum eo membrum vnum. Nam συνεχῆ ἐστιν, ὧν τὰ ἔσχατα ἕν. Annexa potiùs vinculis. Hic erat locus Theodoro conandi meliùs dicere, quàm dicat Philoſophus.

Theodorus legit ἰσάδιοι, non autem ὁμοιάδιοι: vt eſt in noſtro codice: & alter error, διὰ τοῦ στόματος: lego: διαζώματος.

CLXXXIII. ARISTOTELES.

Ἡ δὲ κοιλία ἡ τοῦ ἀνθρώπου, ὁμοία τῇ κυνείᾳ ἐστίν. οὐ πολλῷ γὰρ τοῦ ἐντέρου μείζων, ἀλλ' ἐοικυῖα οἷον ἐντέρῳ τινὶ εὖρος ἔχοντι.

HVmanus ventriculus canino perſimilis eſt: paulò ipſo inteſtino maior. Quin latioris cuiuſpiam inteſtini ſpeciem præ ſe fert.

C AE S A R.

INSTITVTO ſuo incumbit: vt humanas è brutis agnoſcat partes. Duas tamen facit comparationes. Vnam in genere totius: cùm comparat caninæ: alteram in genere partium: cùm comparat inteſtino. Vbi auſus eſt dicere, οὐ πολλῷ μείζων ἐστίν. Eſt enim vel maximo inteſtino quadruplo maior.

CLXXXIV. ARISTOTELES.

Εἶτα ἔντερον ἁπλοῦν εἱλιγμένον, εἶτα ἔντερον εὖρος ἔχον.

SVb eo inteſtinum eſt ſimplex, flexuoſum: inde alterum latius.

C Æ S A R.

INTESTINORVM naturam omnem ſub duobus modis comprehendit: exilioris, & latioris. At Medici longè exquiſitiùs ea contemplati ſunt. Quemadmodum mox recenſebimus.

CLXXXV. ARISTOTELES.

Ἡ δὲ κάτω κοιλία, ὁμοία τῇ ὑείᾳ· πλατεῖα γάρ ἐστι, καὶ τὸ ἀπὸ ταύτης πρὸς τὴν ἕδραν, παχὺ καὶ βραχύ.

AT aluus ſuillæ ſimilis: nam & ipſa lata eſt: & quæ ſub ea pars ad ſedem vergit, breuis ac craſſa.

CAESAR.

Cavvm omne κοῖλον. κοιλία tam ventriculus, quàm aluus eandem ob cauſam. Quare addidere, κάτω; cùm inferiorem deſignarent. Pollux τὴν κάτω κοιλίαν haud maiore ambitu agnoſcit, quàm κῶλον, & τυφλοῦ, & ἀπευθυσμένη.

Obſeruandum, quod dixit: τὸ ἀπὸ ταύτης. Innuunt enim verba: quaſi ea pars quæ ad ſedem eſt, eius pars non ſit. Theodorus verò ambitioſè addidit verbum, *tranſmittat*.

CLXXXVI. ARISTOTELES.

Τὸ δ' ἐπίπλοον, ἀπὸ μέσης τῆς κοιλίας ἤρτηται. ἔστι δὲ τὴν φύσιν ὑμὴν πιμελώδης, ὥσπερ καὶ τοῖς ἄλλοις τοῖς μονοκοιλίοις καὶ ἀμφόδουσιν.

Omentum autem membrana pinguis eſt à media pendens aluo. Idque etiam in iis animantibus, quæ & ſupra, infráque dentes habent, & vnicum tantum obtinent ventriculum.

CÆSAR.

Membrana quidem tenuiſſima eſt ipſa, at macularum tenore pinguium diſtincta, à media dependens aluo: inteſtina operiens ac fouens. Iccircò Græci ἐπίπλοον. Quia eſſet obductum ſuperficiei. Latinis eadem ratio, *omentum*: valde conciſa voce: fuit enim operimentum. Reticulum multis in locis terræ Italiæ. Arabes, *Zirb*.

Recenſet animalia, in quibus agnoſcat. Aufert ab iis quæ ruminant, & ſuperioribus carent dentibus. Et dixit ἄλλοις: quia homo quoque eſt eiuſmodi: μονοκοίλιον, & ἀμφόδους quæ vnum ventrem habent: ſemel tantú coquit cibum: habuit omentum ad augendã concoctionẽ. Quæ autem διχοίλια ſunt, ruminant. Bis igitur operantur, & iterum apparatũ cõficiunt.

Animaduertes, quod monebamus, præpoſterum verborum ordinem. Dixit enim μονοκοιλίοις καὶ ἀμφοδοῦσι. At omnia μονοκοίλια, ἀμφόδοντα. Itaque non debuit addere. Idem eſt, atque ſi dicas: Animal rationis capax, mortale. Si ἀμφόδοντας præpoſuiſſet: ſinè flagitio addere poterat: μονοκοιλίους. Lepus enim ἀμφόδους: at non μονοκοίλιος.

Ἀμφόδοντα Plinius ſemper interpretatur: *vtrinque dentatum* Sic eum alibi ſequutus Theodorus. Aduerbium tamen, *vtrinque*, latera potius connotat. Ego, ſi liceat, malim: *ambidentata* dicere, ἄμφω enim hîc ſunt ambæ maxillæ. Hoc loco Theodorus, *vtraque parte oris*: ſcilicet ea, quæ dentibus prædita eſſe debet, aut ſolet.

Quod hîc dicit μονοκοιλίοις: Plinius in XI. ſic interpretatus eſt: *vtrinque dentata nec ruminantia*. Quia ruminantia διχοίλια.

CLXXXVII. ARISTOTELES.

Ὑπὲρ δὲ τῶν ἐντέρων, τὸ μεσεντέριόν ἐστιν. ὑμενῶδες δ' ἐστὶ τοῦτο καὶ πλατὺ καὶ πῖον γίνεται. ἐξήρτηται δὲ ἐκ τῆς μεγάλης φλεβὸς καὶ τῆς ἀορτῆς, καὶ δι' αὐτοῦ φλέβες πολλαὶ καὶ πυκναί, καὶ κατατείνουσαι πρὸς τὴν τῶν ἐντέρων θέσιν, ἄνωθεν ἀρξάμεναι μέχρι κάτω.

Supra inteſtina Meſenterium eſt, membranaceum, latúmque quinetiam pingueſcit. Pérq; ipſum multæ frequentéſque venæ à vena magna, & Aorta depẽdentes, per ipſum ad eam partem in qua inteſtina ſita ſunt, à ſummo incipientes ad imum vſque pertendunt.

CÆSAR.

Cvm deſcripſit inteſtina, inteſtinorum cardinem nominat Meſenterium. Locus: ſupra inteſtina: natura, è membrana: figura, latum: affectio; pingueſcit: affinitas, annexum magnæ venæ eſt: modus, per venas: modus venarum, ab ſummo, per ipſum ad ima vſque, qua ſita ſunt inteſtina.

Sanè

Sanè non reſpondet Etymon, *ὑπὲρ τῶν ἐντέρων*: & tamen dicitur, *μέσον τῶν ἐντέρων*. Neque tam ſupra, vt dicimus nos; aut ſuper, vt malè dicit Theodorus: quàm ſub inteſtinis eſt: & baſis quaſi quædam eorum: non enim tot ſeſe ſinus poſſent ſuſtinere. Quare cum alij, tum Eraſiſtratus, *ὑμένα ἐκ φλεβῶν, ἢ νεύρων συμπλοκῆς, νεφροῖς δὲ καὶ κοιλίᾳ γειτνιῶν, τὴν τροφὴν ἀναπέμπουσαν εἰς τὸ ἧπαρ*.

At Theodorus, *Lactes*, appellauit: cùm præ oculis haberet Cynoſuram ſuam, Plinium dico: *ſunt enim*, vt ille ait, *inteſtina mox à ventriculo*. Videtur autem addere quaſi Etymologiam, *per quæ*, inquit, *labitur cibus: tanquam à labendo, Lactes*. Mihi videtur lapſus ille & cum omnibus inteſtinis communicatus: & in ea parte difficilior ob inuolucra multa. Eſt enim ile in aliis animalibus, quod in homine & oue, lactes. Ego puto à mollitudine dictos: tenella enim admodum eiuſmodi ſunt inteſtina. Primúmque reor poſitum nomen in Agninis: quemadmodum eſt apud Titinium in *Pſaltria*. *Cerebellum, agninos Lactes*. Et Plautus in *Gurgulione* pro inteſtinis, iiſque mollibus agnouit. Negat enim fugitiuum canem vinciri poſſe agninis Lactibus. Ad vincula igitur aptos, præ mollitie ineptos intelligas. Ita idem oſtendit in Homine. *Ita vacuitate venio laxis Lactibus*. Probus tamen aliter ſenſit, & malè: nullum enim habuit Autorem. Hermolaus etiam alios citat, in Caſtigationibus vndecimi libri.

Obſeruandum & id. Neutiquam eſſe tam membranaceum corpus hoc, atque omentum, atque eius pingue penitiùs inſinuatum: carnéque haud omnino carere.

Theodorus, *πρὸς τὴν τῶν ἐντέρων θέσιν*, delicatè interpretatus eſt. Omiſit enim *θέσιν*. At non eſt omittenda. Nanque non ſolùm ad inteſtina, verùm etiam ad ipſorum ſitum ſpectat: quippe quæ ipſi Meſenterio annexa ſunt.

Cæteras huiuſce commentationis particulas vel mutilo, vel ambitioſo verborum apparatu idem perſequutus eſt, dedignatus nominare venam magnam, & Aortam. *Ex pari illo*, inquit, *venarum grandium*. Quid dixit: illo? venas enim nondum deſcripſimus. Ad hæc illæ quidem nequaquam pares ſunt: non officio, vt videbimus: non magnitudine: Aorta nanque minor. Aortæ autem officium potiùs arteriæ, quàm venæ.

Hæc de arteria, pulmone, gula, ventriculo, inteſtinis, meſenterio, Ariſtoteles. Nos more noſtro breuiſſimè, ſiquid excutiendum ex aliis eſt, ſinè faſtidio expleamus. Ad linguæ radices imas carunculæ adiacent vtrinque ſingulæ: quæ *παρίσθμια* ſupra, atque ex Hippocrate *Antiades* dicebamus. Craſſiores, atque rotundiores ſub his, *μῆλα* dicunt: id eſt, *mala*, *Amygdalas* noſtri Barbari. *Cerebri emunctoria*, Medici. Ea non ſolùm linguæ affinia, verùm etiam tenuioribus membranis cum Gula coniuncta ſunt. Eas falsò Pollux prodit, æquè rubicundas atque ſuperiores. Idem, vt hinc inde decerpebat, peſsimè putauit eandem *φάρυγγα*, & Arteriam, peius adhuc, *τὸν στόμαχον εἰς ὃν τὰ ἐδέσματα καταπίνουσιν*. Nam *φάρυγξ* Gulá eſt: *λάρυγξ* Guttur: ſicut & *βρόγχον*, vti dicebamus: quem Plutarchus in ſeptimo *Sympoſiacon* ait, vas eſſe ſpiritus. *σφάραγον* quoque ab ſonitu vocatum fuiſſe ab antiquis. Homerus autem Cyclopis Gulam *φάρυγγα*, appellauit.

Gutturis ſummum obtinet os, quod *ὑοειδὲς* nominârunt, ab eius literæ ſimilitudine, quam Pythagoræ cognominant. Hoc à figura. ab officio autem Erophylus *προστάτην* dixit: quaſi *τῶν ἀιπάδων* aſſeſſorem. *Aſſidelam*, auſus eſſem: niſi veteres ea voce menſam agnouiſſent. Summa gutturis pars in ipſo oſculo fiſtulæ, *λάρυγξ*. id quod in viris prominet: nam rarum in fæminis *βρόγχος*, & *γαργαρεών*: noſtri *Gurgulionem*.

Pulmonis partes, quæ dorſo hærent, *λοβοί*. Meatus, in quos ſeſe induit arteria, *σύριγγες*, *fiſtulæ*: ego *tubulos*: vt in aquæductibus dicebamus: & quia tubæ officium, ac ſonum faciunt. *σήραγγες*, cauernæ à Plutarcho. Etiam *βράγχια* Pollux dicta obſeruauit. Quinetiam Aortas. Quatuor è tuniculis guttur contextum idem cùm ſcribit, non animaduertit corporum diuerſitatem. materia enim quadruplex eſt: neruus, arteria, vena, membrana. In XXII. *Iliados* Homerica vox eſt, *λαυκανίην*, ibi interpretes Grammatici eſſe aiunt Gulam, qua conciſa intercipi cibi capiendi officium. Icircò poëtam cecinisſe, ab eius vulnere conſequi interitum. Hanc ſententiam Pollux quoque ſequitur. Malumus nos cum Plutarcho: qui in ſeptimo *Simpoſiacon* agnoſcit pro gutture.

Gulæ nomina ſupra diximus: Arabes vocant, *Meri*. Ex Hippocrate Galenus in primo de *Semine* accipi docet, *στόμαχον*, etiã pro matricis collo. Eſt enim matrix, vt vẽtriculus: eius collum, vt Gula: tum figura, tum motu, tum officio: huius ad cibum, illius ad ſemen attrahendũ. Itaque qui matricis ceruicem quàm collum appellare malunt: verborum vim produnt. Eſt enim colli pars ceruix, vti dicebamus, poſterior, & ſolida. Collum autem totum illud cauum: à cuius ſimilitudine pars illa in matrice dicta eſt. Annectitur ante cum arteria inchoatis annellis: ponè cum

cum ſpina ternis adminiculis, neruo, arteria, vena. Alij etiam membranas animaduêrtere. Duplicem autem demittit ſinum in auibus. Prior eſt, in quem congregatur cibus primùm: iccirco φρηγορεῶνα vocant, Ariſtoteles πρόλοβον, Columella, & Virgilius *ingluuiem*: quia in gula ſit: Aquitani in Vaſconia, *Pappachum*. Alicubi in Italia, *Pongam*. Alter ſinus inferior, ventriculus. Haud diſpar proportio in ruminantibus. Duos nanque ventres item habent. Vnum, in quem herbam cæſam, non manſam demittunt: quam poſteà commodiùs ac ſolutiùs ructu reuocatam remandunt. Alterum imum in quem manſum recipiatur. Abſolutiùs hæc in ſecundo: vbi etiam quatuor ſinus pingit philoſophus.

Ventriculi laxitas maior ſiniſtra in parte eſt. Ipſe ſub præcordiorum tractu ſitus. Eius quaſi ſoboles quædam inteſtinum prodit dextram potiùs ad partem, haud multùm à ſpina diſtans. Dicitúrque id πυλωρὸς: cuius officium eſt, acceptum ſuccum à ventriculo in proximum inteſtinum tranſmittere: quod νῆστιν vocant. Cuius naturam etiam Celſus ignorauit: docuiſſet enim nos, in nullo vnquam animali quicquam ſucci in eo inuentum à diſſectoribus. Itaque *ieiunum*, appellârunt hoc, illud à primario officio, *ianitorem*. Ex Polluce quoque ieiuni nomẽ, vnde tractum ſit, vix queas intelligere. Subeſt ieiunum coſtæ ſpuriæ, quæ læuorſum ad ilia pertinet. Extimum contextum neruaceum habet: interiore ſuperficie plus carnis obtinet. Ab hoc ſub vmbilici regione tenue eſt inteſtinum perplexiſſimis anfractibus implicatum, totũ illud implens ſpatium. Delirat Pollux: qui illud ſcribat, ad duo deſinere inteſtina: vnum quod in dextra parte ſitum, cæcum vocat: neque nominis reddit rationem. Alterum, quod ſanè κῶλον dicitur ab omnibus: ab eodem verò κάτω κοιλία: ab Homero, vt aiunt, γαστήρ. Eius ſedes ſub dextro Hypochondrio. Committi κῶλον cum recto: ἀπευθυσμένον vocant: eiúſque oram δακτύλιον, ſicut & σφιγκτῆρα eadem ratione, qua Latini, *Anum*. Qua verò confinium vtriuſque eſt, ἀρχόν. Cæcum Celſus putat, quia dextrorſum peruium non eſt: ſed in ſiniſtram tantùm. Sanè rati ſunt fundum illius ad eam partem nihil trãſmittere: verùm aliter ſe res habet. Succus à gracilibus cum deſcendit in Cæcum cogitur ſurſum remeare, quia ſinu quodã ipſum pendet. Aditúmque atque exitum valdè vicinos habet. Quamobrem etiam *Saccum* appellauêre: Noſtri Barbari *Monoculum*. Sanè diligentiores inter Ianitorem, & Ieiunum, etiam eum agnouerunt, quem δωδεκαδάκτυλον à certa longitudine appellârunt.

Περιτόναιον autem Pollux: χιτὼν ὑπὸ νεφρῶν ἐπὶ πάντα τὰ ἔντερα σχιζόμενος. Melius dixiſſet: μεριζόμενος Partitus enim eſt ſinè ſectione, quoniam communis. Arabes *Mirac* vocant: vtrem quendam inteſtina cohibentem. At Barbari noſtri ignorauêre, quid intereſſet inter περίταιον, & περιτόναιον.

CAPVT VIGESIMVM.

De Corde.

CLXXXVIII. ARISTOTELES.

Τὰ μὲν οὖν περὶ τὸν στόμαχον καὶ τὴν ἀρτηρίαν, οὕτως ἔχει, καὶ τὰ περὶ τὴν κοιλίαν. ἡ δὲ καρδία ἔχει μὲν τρεῖς κοιλίας.

Hæc de Gula, Gutture, ventre. Cor autem tres habet ſinus.

CÆSAR.

Coniungit Epilogo ea, quæ dicturus eſt. Dixit περὶ τὴν κοιλίαν. Qua voce puto comprehenſum ventriculum, ventrémque. Itaque vertimus: *ventre*. De viſceribus autem dicturus, cor antepoſuit cæteris. Initium narrationis facit à partibus, ob officium potius, quàm à ſubſtantia. Cauernæ enim vacuæ. A ſubſtantia melius feciſſet.

CLXXXIX. ARISTOTELES.

Κεῖται δ' ἀνωτέρω τοῦ πνεύμονος κατὰ τὴν σχίσιν τῆς ἀρτηρίας.

Situm eſt Pulmone ſuperius : quâ Arteria bipartitur.

CAESAR.

NVNQVAM tam perplexabili in patrocinio fui. Nam & ſupra ὑπὸ τὸν ὀμφαλὸν τὸ ὑποχόνδριον ſtatuebat. Et infra dicet : hepar ὑπὲρ τὸ διάζωμα. Et hîc ait : cor eſſe ἀνωτέρω τοῦ πνεύμονος. Omnia falsò. Sed illa in librariorum culpam reiiciantur : At hîc quam rationem ineamus defenſionis ? cor eſſe ſupra pulmonē. Fruſtra verò Theodorus emollire tentauit : cùm addidit : *Paulò*. Quare ſic lego : πρὸς τὰ ἀνωτέρω τοῦ πνεύμονος. Atque ita ſanè eſt, in ſinu enim pulmonis ita poſitum eſt, vt ipſo in receſſu ab eo amplectatur.

CXC. ARISTOTELES.

Ἔχει δ' ὑμένα πιμελώδη καὶ παχύν, ᾗ προσπέφυκε τῇ φλεβὶ τῇ μεγάλῃ καὶ τῇ ἀορτῇ. κεῖται δ' ἐπὶ τῇ ἀορτῇ κατὰ τὰ ὀξέα. κεῖται δὲ τὰ ὀξέα κατὰ τὸ στῆθος ὁμοίως ἁπάντων τῶν ζῴων, ὅσα ἔχει στῆθος. πᾶσι δ' ὁμοίως καὶ τοῖς ἔχουσι καὶ τοῖς μὴ ἔχουσι τοῦτο τὸ μόριον, εἰς τὸ πρόσθεν ἔχει ἡ καρδία τὸ ὀξύ. λάθοι δ' ἂν πολλάκις, διὰ τὸ μεταπίπτειν διαιρούμενον. τὸ δὲ κυρτὸν αὐτῆς, ἐστὶν ἄνω. ἔχει δὲ τὸ ὀξὺ σαρκῶδες ἐπὶ πολύ, καὶ πυκνόν· καὶ ἐν τοῖς κοίλοις αὐτῆς νεῦρα ἔνεστι.

Habet autem membranam pinguem, craſſámque: qua tum magnæ venæ, tum Aortæ annexum eſt. Verùm Aortæ prope mucronem : qui mucro pectus verſùm directus eſt omnibus animantibus, quæ pectus habent. Quin omnibus ſimiliter tum his, tum iis, quæ carent pectore, in anteriorem partem vergit cordis faſtigium. Sæpè verò latere poteſt: propterea quòd in diſſecando concidit. Curua autem pars ſupernè eſt. Præterea mucro ipſe carnoſus admodum, atque denſus eſt. At in cauernis illis nerui inſunt.

CAESAR.

LOCVM ſupra, nunc partes : membranam. Situm : ad modum pyramidis erecto mucrone. Figuram non declarat : ſed innuit deſcripto mucrone. Differentia inter mucronem, & cauernas. Ille carnoſus : hæ neruoſæ. Ille denſus : hæ cauæ. Oſtendit etiam quibus inſit. Nam quædam carent pectore: vt Delphin. Eximit dubitationem. Quare non videatur aliquando mucrone intento ad pectus. Quia, inquit, extincto animali retenduntur fibræ : atque depletur cor ſpiritu : itaque concidit.

Dixit ἔχει ὑμένα. meliùs ἔχεται ὑπὸ τοῦ ὑμένος. Et illam correctionem πᾶσι δ' ὁμοίως καὶ τοῖς ἔχουσι: potuit etiam ſic Atticiſſimè : κεῖται δὲ εἰς τὸ πρόσθεν τὸ ὀξὺ ἅπασιν ὅλως καὶ ὁμοίως, καὶ τοῖς στῆθος ἔχουσι καὶ τοῖς μὴ ἔχουσι. οὐ γὰρ πάντα ἔχει.

Λάθοι δ' ἂν πολλάκις. Nam ſi lateret ſemper : eſſet incompertum. Quod autem ait, μεταπίπτει διαιρούμενον. *diſſectum* : potiùs, *diſſecto animali*. Sic etiam Theodorus. Verùm malè : *dimoueatur* : μεταπίπτει. Non enim mouetur loco, ſed ſitu. Non igitur dimouetur.

CXCI. ARISTOTELES.

Κεῖται δὲ τὴν θέσιν ἐν μὲν τοῖς ἄλλοις κατὰ μέσον τοῦ στήθους, ὅσα ἔχει στῆθος. τοῖς δ' ἀνθρώποις, ἐν τοῖς ἀριστεροῖς μᾶλλον, μικρὸν τῆς διαιρέσεως τῶν μαστῶν ἐγκλίνουσα εἰς τὸν ἀριστερὸν μαστόν, ἐν τῷ ἄνω μέρει τοῦ στήθους. καὶ οὔτε μεγάλη. τό τε ὅλον αὐτῆς εἶδος οὐ προμηκές ἐστιν, ἀλλὰ στρογγυλώτερον· πλὴν τὸ ἄκρον εἰς ὀξὺ συνῆκται.

Ac cætera quidem animalia, quibus pectus eſt, in eius medio Cor ſitum habent. Vnus homo in partem ſiniſteriorem aliquanto à diuiſione mammillarum: quippe læuam mammam verſus pectoris ſuperiora obtinens. Cor neque magnum eſt, neque longum : ſed rotundius : ita tamen, vt turbinetur.

CÆSAR.

COMPARAT ſitum cordis in homine, ac cæteris animalibus: & figuram apponit; eſt enim in metæ modum teres ac turbinatum: ſed ita, vt aliquantò magis curuum ſit in parte ſuperiore. Sic deſcribit mucronem, quem ſupra nominauit tantùm.

Neque verum eſt in medio cæteris eſſe animantibus. Non enim ſuibus, neque aliis multis. Et ratio ſubeſt, vt ſit in medio: in medio enim arteria.

Theodorus malè interpretatus eſt, *προμήκης oblongum*. Immò oblongum eſt. Eſt enim oblongum, quod paulùm exit ab orbiculari: at προμήκης apud Græcos eſt, quod non paruo tractu explet longitudinem. Oblongum Latinis longitudinem dicit, ſed connotat breuitatem. Nam longum in figura: breuitas in relatione. Sic *obloqui*. Eam hîc hæc vim obtinet præpoſitio, quam in ſubalbido, & ſubnigro, ſub. Oblongum eſt ouum gallinaceum: quoniam non eſt circinatæ rotunditatis. Longum autem duobus modis. Aut ſimpliciter: quia omne corpus longitudinem habet; eſt enim vna ex tribus dimenſionibus: aut quia reſpicit eam dimenſionem cæteris maiorem. Sic dicimus quadratum longum: cuius duo latera pedalia: baſis & linea parallela tripedales.

Laſciuit idem. *εἰς τὸ ὀξὺ συνῆκται. In acutum ſe colligit*: optimè. at quid addit? *exítque penè in mucronem*. Quid addit Aſiaticum ſalſamentum Atticis pulmentis ſuauiſsimis? Albertus recitat duos mucrones in corde Simij inuentos.

Monuimus frequenter ab eo dici: *ἐν τοῖς ἔχουσι*. At enimverò neceſſe hîc habuit addere: quia non omnia ςῆθος habent.

Ait autem Philoſophus, eſſe non magnum. Cùm enim ſit principium principiorum in animali: non indiguit materiali magnitudine. Itaque & paruum fuit hoc ipſo. Et paruum ſi ad corporis magnitudinem comparetur. Et paruum, ſi conſideres, quot, quantáque ab illo oriuntur. Non tanquam ab ſede animæ, ſed tanquam materiæ multæ, à materia vna. Nam & venas, vt ita dicam, creat: & arterias: & neruos. Galenus autem cùm contradicit; peſſimus fuit Philoſophus: quia tria ſtatueret diuerſa principia. Vna enim anima, vnum membrum: à quo cætera.

CXCII. ARISTOTELES.

Ἔχει καὶ κοιλίας τρεῖς, ὥσπερ εἴρηται. μεγίστην μὲν, τὴν ἐν τοῖς δεξιοῖς· ἐλαχίστην δὲ, τὴν ἐν τοῖς ἀριστεροῖς. μέσην δὲ μεγέθει, τὴν ἐν τοῖς ἀνὰ μέσον· καὶ εἰσὶν εἰς τὸν πνεύμονα τετρημέναι πᾶσαι. ἀμφοτέρας δὲ ἔχει τὰς δύο μικρὰς, καὶ εἰς τὸν πνεύμονα τετρημένας ἁπάσας. κατάδηλον δὲ κατὰ μίαν τῶν κοιλιῶν κάτωθεν ἐκ τῆς προσφύσεως.

IGitur, vti ſuprà diximus, ſinus habet tres. Maximum in parte dextra, minimum in ſiniſtra, in medio mediocrem. Omnes tamen in pulmonem foraminibus feruntur: etiam duo minores, id quod in vno apparet manifeſtè.

CAESAR.

QVOD intempeſtiuè poſuerat, nunc ſuo cogitur loco repetere. Aſſignat loca ventriculis cordis. Maximum dextro, ſiniſtrum minimo, medium mediocri. Communis natura: aditus ad pulmonem. In maximo ſinu liquido conſtare: in reliquis non item ob exiguitatem.

Atticiſmus: *τέτρηνται εἰς πνεύμονα*. & *τετρημένας*. deleuimus: *ἁπάσας*. Nam ſatis eſt; *ἀμφοτέρας*: & *τὸ πᾶν* de duobus nunquam: vt ex primo cæli ſupra monebamus. Prætereà iam dixerat: *πᾶσαι*.

Atticas alluſiones obſeruabis, *μέσην δὲ μεγέθει τὴν ἐν τοῖς ἀνὰ μέσον*. Theodorus verba cùm vellet ſeruare, vſum amiſit. Neque enim Latinè quiſquam dixerit: *medium magnitudine*: ſed *mediocre*, & *modicum*. Neſcio an Latinè dixerit; *ad pulmonem redduntur*.

CXCIII.

CXCIII. ARISTOTELES.

Κατὰ μὲν τὴν μεγίστην κοιλίαν, ἐξήρτηται τῇ μεγίστῃ φλεβὶ, πρὸς ἣν καὶ τὸ μεσεντέριόν ἐστι· κατὰ δὲ τὴν μέσην, τῇ ἀορτῇ.

Hæret parte inferiore, appenſumque eſt venæ magnæ ſecus ſinum maximum, ad quam venam etiam iacet Meſenterium. Iuxta verò ſinum medium Aortæ annexum eſt.

CAESAR.

Πρόσφυσιν narrat: id eſt naturalem adhæſionem. Eámque duplicem ad ſinus duos. Faceta contemplatio. Profitemur à corde & venam illam, & Aortam oriri: & tamen his appenſum dicimus. Turpe videtur, principium aliorum ab illis pendere. Sanè optimum δημιουργὸν: qui ſibi adminiculum ac requiem comparauit.

CXCIV. ARISTOTELES.

Φέρουσι δὲ καὶ εἰς τὸν πνεύμονα πόροι ἀπὸ τῆς καρδίας, καὶ σχίζονται τὸν αὐτὸν τρόπον ὅνπερ ἡ ἀρτηρία. κατὰ πάντα τὸν πνεύμονα παρακολουθοῦντες τοῖς ἀπὸ τῆς ἀρτηρίας. ἐπάνω δ' εἰσὶν αἱ ἀπὸ τῆς καρδίας πόροι, οὐδεὶς δέ ἐστι κοινὸς πόρος, ἀλλὰ διὰ τὴν σύναψιν δέχονται τὸ πνεῦμα, καὶ τῇ καρδίᾳ διαπέμπουσι. φέρει γὰρ ὁ μὲν, ἐπὶ τὸ δεξιὸν κοῖλον τῶν πόρων· ὁ δὲ, εἰς τὸν ἀριστερὸν πόρον.

Meatus autem qui à Corde in pulmonem ferunt: ij & eodem ſcinduntur modo, quo arteria: & arteriæ fiſtulas totum per Pulmonem aſſequuntur. Sunt autem in parte cordis ſuperiore. Neque verò vnus communis eſt. Sed inter ſe coaptati recipiunt ſpiritum, quem ad Cor tranſmittunt. Alter enim in dextrum ſinum: alter in ſiniſtrum meatum.

CAESAR.

REDIT ad ſinus cordis, & meatus pulmonis. Simul docet officium: ſimul declarat eorum naturam & ſitum, & locum. Locum in parte cordis ſuperiore: deſcendit enim ad eos ſpiritus à Pulmone. Intelligas quomodo ſoluas dubitationem. Supra dicebat: inferiore parte eſſe appenſum venæ ad magnũ ſinum. Nunc ait ſinus eſſe in ſuperioribus. Sanè ita eſt. Quia latior pars cordis dicitur eſſe infera: quoniam mucro ſurrectus eſt. At eadem eſt ſupera quia vergit ad Pulmonem. Situs meatum Pulmonis & Cordis ita eſt: vt non ſit vnus continuus paries ipſarum fiſtularum: ſed coaptatur vnus alteri oſculis inter ſe commiſſis. Hoc eſt quod dicebat οὐδεὶς κοινός. Neuter è magnis vno contextu. Nullus inquit ille. Quia quatuor ſunt. Duo Arteriæ, duo cordis.

Non negligenda Philoſophi oratio. Nanque dextrum appellauit κοῖλον τῶν πόρων: cauum, ſinum. Siniſtrum autem qui eſſet minimus, πόρον tantùm. Et initio propoſitionis dixit, φέρουσι: conuenit enim cum eo quod dicit mox: διαπέμπουσι. Eſt enim proprium τοῦ πόρου.

Theodorus autem nihil ſignatè. φέρουσι, *tendunt*. Non ſatis eſt. Addidit: *perpetui*: de ſuo ſinè neceſſitate. At non ſinè periculo. Poſſit enim cuipiam videri contradictio. Quia dicat: οὐδεὶς κοινὸς πόρος. Non enim eſt perpetuus contextus. παρακολουθοῦσι, *ſequuntur*: mutilè. Immò *comitantur*. Sequimur enim ponè. Item: οὐδεὶς κοινὸς πόρος ἐστί. Verùm hi ſuperiorem obtinent ſitum: neque vllo communi foramine ad illos commeant. Immò commeant communi foramine quippe perpetuo, ad illos vſque. Debuit dicere, communi cum illis foramine. oratio autem tota barbara, atque inſcita. Voluit intelligere: communi textu. Neque verbum commeare accipitur niſi quemadmodum Cæſar in primo *commentariorum*. Item: φέρει μὲν: *pertinent*: peſſimè: ſed, *fert ſpiritum*. Sic λεωφόρος, via.

CXCV. ARISTOTELES.

Περὶ δὲ τῆς φλεβὸς τῆς μεγάλης καὶ τῆς ἀορτῆς καθ' αὑτὰς κοινῇ περὶ ἀμφοτέρων ἐροῦμεν ὕστερον.

De magna verò vena, déque Aorta communi commentatione ſuo loco poſteà dicemus.

CAESAR.

QVONIAM mentionem fecerat de vena, & Aorta: ne quis expectaret earum deſcriptionem: oſtendit hîc, non ſuo loco facturum, ſi deſcribat eas. Icircò dixit καθ' αὑτὰς: quod ad eas pertinet, ſeorſum ab aliis. Quod oportet coniungere cum κοινῇ: non autem, cum ἐροῦμεν.

CXCVI. ARISTOTELES.

Αἷμα δὲ πλεῖστον μὲν ὁ πνεύμων ἔχει τῶν ἐν τοῖς ζώοις μορίων, τοῖς ἔχουσί τε πνεύμονα, καὶ ζωοτοκοῦσιν ἐν αὐτοῖς τε καὶ ἐκτός. ἅπας μὲν γάρ ἐστι σομφός· παρ' ἑκάστην δὲ τὴν σύριγγα, πόροι φέρουσι τῆς μεγάλης φλεβός.

Eorum animantium, quæ & pulmonem habent, & animal tam intrà ſe, quàm extra pariunt, nullum membrum tantùm obtinet ſanguinis, quantùm Pulmo. Quippe & ſua natura ſpongioſus eſt totus: & magnæ venæ meatus ad ſingulas fiſtulas ferunt.

CAESAR.

DICTVRVS de cordis ea natura, quæ eſt: ſanguinem in ſe cōtinere: hoc quoque de pulmone prodit. Ponit hîc vnam differentiam: qua ſuperat Pulmo alia membra omnia: ſcilicet multitudinem ſiue copiam ſanguinis. Hac cor ſuperatur. Mox aliam ponet qua Cor ſuperat. Quippe in venis, non in ſe, pulmo habet. Cor in ſe, non in venis. Tametſi cùm de pulmone ſupra ſcriberet: hæc quoque ibi appoſita oportuit. Pulmo igitur ſanguinis continet plurimum. Videtur reddere quaſi rationem: cùm ait, eſſe totum ſpongioſum. Videtur, inquam. Non enim eſt vera ratio. Multa enim rara ac ſpongioſa neutiquam proptereà ſanguinem obtinent. Cuiuſmodi mammæ ſunt. Eſt tamen imago quaſi quædam rationis, vt quòd frequentibus cauernis hiet, multum queat ſanguinis & excipere, & habere.

Animaduertes, vt ſemper, dicendi modum: pulmo in animalibus pulmonem habentibus. Dixit: ζωοτοκοῦσιν ἐκτός: vt caperet hac ſententia etiam Viperam.

Theodorus mundiſsimè dixit: *excipere à maiore vena riuulos.* Nam & πόροι cauitatem interpretatus eſt: & expreſſit officium.

Non rectè idem: barbara enim oratio. *Pulmo ex cæteris membris plurimum obtinet ſanguinis.* Et præter barbariam, periculi plena. Videtur enim dicere: habere plurimum ſanguinem ex illis.

Ambitioſè & illud. *Membra quæ conſtituunt animal.* Non enim conſtituunt partes totum: ſed ex partibus conſtituitur ipſum ab opifice. Nemo doctus attribuat actionem materiæ.

Minus benè & id: σομφὸς *inanis.* Immò *plenus ſanguine.* Nam ſtatim negat eſſe inanem; κενὸν enim qui putent, falſi. *Cauum* dices: etiam ſignatiùs *cauernoſum.*

CXCVII. ARISTOTELES.

Ἀλλ' οἱ νομίζοντες εἶναι κενὸν, διηπάτηνται, θεωροῦντες τοὺς ἐξῃρημένους ἐκ τῶν διῃρημένων ζώων, ὧν εὐθέως ἐξελήλυθε τὸ αἷμα ἀθρόον.

Nam qui putârunt inanem ipſum eſſe, eo falſi ſunt: quòd viderent è diſſectis animalibus exemptos pulmones, à quibus vniuerſus ſtatim ſanguis effluxerat.

CAESAR

CÆSAR.

SIMVL errorem, errorïſque ponit occaſionem. Notabis, διαιρουμένων, ſicut alibi pro ἀνατεταμένων. Dixit: ἀθέως: &, ἀθρόον. Quæ nanque citò fiunt: neque ſui relinquunt, veſtigium: ea ſenſum maximè fallunt.

Theodorus: ἐξαιρουμένως: *detraxerunt.* Potiùs *extraxerint.*

CXCVIII. ARISTOTELES.

Τῶν δ' ἄλλων σπλάγχνων, ἡ καρδία μόνον ἔχει αἷμα. καὶ ὁ μὲν πνεύμων, οὐκ ἐν αὐτῷ, ἀλλ' ἐν ταῖς φλεψὶν· ἡ δὲ καρδία, ἐν αὐτῇ. ἐν ἑκάστῃ γὰρ ἔχει αἷμα τῶν κοιλιῶν· λεπτότατον δ' ἐστὶ τὸ ἐν τῇ μέσῃ.

Omnium autem membrorum ſolum cor ſanguinem continet. Nam pulmo non in ſe, ſed in venis habet: at cor in ſe ipſo; quippe intrà ſinus ſingulos. Atque is, qui medio in ſinu continetur, tenuiſsimus eſt.

CÆSAR.

DVo oſtendit membra ſanguinem continere, cor & venas. Sic pulmo ſanguinem habet, quia venas: ſic hepar: ſic alia. Cordis ſubſtantia ſinè venis ſanguini pro vaſe eſt. Vnde veriſſimum argumentum: ſanguinem hinc tanquam à fonte primario ortum habere in animali: ciúſque naturam in ventriculo in potentia, vt aiũt: in venis inchoatam: in iecore factam: in corde perfectam inueniri. Nam cum aliqua cordis parte eiuſdem eſſe ſubſtantiæ venas nemo dubitârit: hepatis verò maſſæ vniuerſæ cum venis nullam intercedere naturæ communis neceſſitudinem.

Animaduerte loquutionem, μόνον τῶν ἄλλων. Excludit enim, non diſtribuit. Diſtribueret autem, ſi diceret: μόνον ἁπάντων.

Cor in extis inuentum non eſſe, tametſi in Hiſtoriis, & apud Plinium proditum eſt: tamen ego tam falſum puto, quàm illi verum credidêre.

Pollux περικάρδιον appellat ὑμένα τὸν διαφράττοντα τὸν θώρακα. Quem etiam χιτῶνα vocat. Verùm χιτὼν nuſquam niſi membrana amiciens. Et ea membrana, quæ pectus diuidit *Mediaſtinum* à Barbaris Latina voce, ſed aliena à vulgari ſignificato nominatur. Quare ὑμὴν rectè: at χιτὼν non rectè. Prætereà περικάρδιον, nihilo rectius. Sed περικάρδιον eſt χιτὼν cordi circumfuſa: cuius vtilitates Anatomicorum eſt declarare. Pertinétque ad libros de *Cauſsis partium. Capſulam* vocant noſtrates.

Quod ad cordis partes pertinet: quà ſidit, κεφαλή. Mucro, πυθμὴν quaſi fundus. Sinuum oræ, ὦτα. Et ſanè aurium quandam præbent ſpeciem. Ad ſeptimam vertebram caro, quæ ad cordis rem pertinet ἀδενώδης eſt, & θυμὸς vocatur. Pectoris ſpatia, τὰ κατὰ θώρακος. *Capſam* alij vocârunt. *Caſſum* Itali: quia vacuum. *Clibanum* Medici.

CAPVT VIGESIMVM PRIMVM.

De Præcordijs.

CXCIX. ARISTOTELES.

Ὑπὸ δὲ τὸν πνεύμονά ἐστι τὸ διάζωμα τὸ τοῦ θώρακος, αἱ καλούμεναι φρένες· πρὸς μὲν τὰ πλευρὰ καὶ τὰ ὑποχόνδρια καὶ τὴν ῥάχιν συνηρτημέναι· ἐν μέσῳ δ' ἔχει τὰ λεπτὰ καὶ ὑμενώδη. ἔχει δὲ καὶ δι' ἑαυτοῦ φλέβας τεταμένας.

Pectoris ſeptum ſub Pulmone eſt: quod præcordia appellârunt, coſtis, hypochondriiſque ac ſpinæ connexa. Cuius quidem tractus medius, tenuis ac membranaceus: cæterum venæ quoque per ipſum intentæ ſunt.

CAESAR.

QVOD membrum eſſet maximè neceſſarium: quippe autor penè ſolus ſpirationis: idque neque cum corde, neque aliis cum viſceribus communem haberet naturam, à cæteris partibus ſeparato Capite contemplandum eſſe duximus. Declarat autem ſubſtantiam cum totius, tum partium: vbi medium ipſius membranaceum oſtendit: venis item aſſignatis. Nomina quoque duo. Vnum commune, *διάζωμα*: alterum peculiare, *φρένες*. Latini, inter quos Celſus, *ſeptum* vocant: propterea quòd ab inferioribus ſuperiora arcet viſcera. Quam vocem miror Plinium prætermiſiſſe. Signatior eſt Græca *διάζωμα*, ſi ſpectes ſitum: ſi officium, Latinam anteponas. *διάφραγμα* vtrunque explet. Theodorus addidit de ſuo: *cinctum*: vt exprimeret, *διάζωμα*. *Tranſuerſum* Latini cognominant: nam cinctum, non probo: eſt enim cinctus ad coxendices ſub ilibus.

Theodorus: *τεταμένας*, *porrectas*. Poteſt tamen eſſe porrectum, neque intentum. At membrum ipſum admodum intentum eſt: quemadmodum etiam vtitur Plinius cùm de eo loquitur in XI.

Appellatur autem & hîc, & in ſecundo *Hiſtoriarum* *διάζωμα*: & in tertio de *Cauſſis partium* & in quarto, *διάφραγμα* à Medicis omnibus, & à Platone in Timæo: & ab Ariſtotele in tertio de *Cauſſis* alio flexu. *ἡ φύσις*, inquit, *οἰκοδόμημα ποιήσασα καὶ φραγμὸν τὰς φρένας*.

CC. ARISTOTELES.

Εἰσὶ δὲ καὶ αἱ τοῦ ἀνθρώπου φλέβες παχεῖαι, ὡς κατὰ τὸ ἀνάλογον τοῦ ἀνθρωπίνου σώματος.

Hominis verò venæ: ſi ad corpus ſpectes, craſſæ ſunt.

CAESAR.

QVid hic cum venis? An extraordinario iudicio non ſuo loco præcipitem dedit hanc ſententiam? An de venis tantùm diaphragmatis humani?

CAPVT VIGESIMVM-SECVNDVM.

De Iecore, & Liene.

CCI. ARISTOTELES.

Ὑπὸ δὲ τὸ διάζωμα, ἐν μὲν τοῖς δεξιοῖς κεῖται τὸ ἧπαρ, ἐν δὲ τοῖς ἀριστεροῖς ὁ σπλὴν, ὁμοίως ἐν ἅπασι τοῖς ἔχουσι ταῦτα τὰ μόρια κατὰ φύσιν, καὶ μὴ τερατωδῶς. ἤδη γὰρ ὦπται μετηλλαχότα τὴν τάξιν ἔν τισι τῶν τετραπόδων. συνήρτηται δὲ τῇ κάτω κοιλίᾳ κατὰ τὸ ἐπίπλοον.

SVb præcordiis dextra in parte iecur, in ſiniſtra lien eſt æquè omnibus, quæ his prædita ſunt membris. Nam in quibuſdam quadrupedibus ordinem hunc mutatum eſſe, aliquando obſeruatum eſt. Eam verò ad alui partem appenſa ſunt, quæ ſecundùm omentum eſt.

CAESAR

CÆSAR.

VNico agendum eſt Capite de vtroque. Nanque jecoris ἐκμαγεῖον ſplenem Plato appellauit. Loca vides præſcripta: ſub præcordijs vtrunque; Hoc in dextra, illud in ſiniſtra. Lien aliquanto quàm jecur, inferius: vt cordi cedat. De jecoris & lienis natura, in libris de *Cauſis*. Falsò à poëtis noſtris attributū lieni riſum. puto iccircò, quia fons eſt atræ bilis: quæ materia riſui contraria. Eâ liberum lienem indicium eſſe hilaritatis, non cauſſam.

In Codice Græco ſcriptum eſt, ὑπὸ δὲ τὸ διάζωμα. Theodorus quoque ita legit: *ſupra*, inquit, *ſeptum*. Quis non videt eſſe librarij mendum: eſt enim, ὑπὸ; non ὑπέρ. Theodoro autem euenit quod ait Galenus de Herbariis ex auditu: in ſexto enim de *Simplicibus* ita ſcribit. ἀφιστάσθω γὰρ καὶ πολὺ μᾶλλον ἔτι Παμφίλου, τοῦ μηδ' ὄναρ ἑωρακότος ποτὲ τὰς βοτάνας, ὧν τὰς ἰδέας ἐπιχειρεῖ γράφειν. οἱ γὰρ τοιοῦτοι τῶν ἀνθρώπων, ὥσπερ οὖν καὶ ὁ Ταραντῖνος Ἡρακλείδης ἤλεγξεν αὐτοὺς, ὁμοιότατοι τοῖς κήρυξιν εἰσὶν, ὅσοι τὰ τῆς ἰδέας γνωρίσματα κηρύττουσιν ἀποδεδρακότος ἀνδραπόδου, αὐτοὶ μηδεπώποτε θεασάμενοι. λαμβάνουσι μὲν γὰρ τὰ γνωρίσματα παρὰ τῶν εἰδότων: λέγουσι δὲ ὡς ἑωρακότες αὐτὰ, ἃ μηδὲ εἰ παρεστὼς ὁ κηρυττόμενος τύχῃ, διαγνῶναι δυνάμενοι. Putamúſne Theodorum, ſi vel in vmbra Anatomiæ ſemel conſediſſet, pati potuiſſe tam indignum tanto Philoſopho monſtrum?

Eſt & aliud obſeruandum. Nemo, ne pueri quidem, neſcit: verba ſingulari numero aptari pluralibus neutris Atticorum more. Itaque cùm eſſet ſcriptum: συνήρτηται: non putaui plus ad jecur, quàm ad lienem appenſionem hanc attinere. atque ita verum eſt. Ad omentum enim ſita ſunt hæc viſcera. At Theodorus, de liene ſolùm. Quod ſi inuenit in exemplaribus: ea debuit ſcutica judicij ſui caſtigare.

CCII. ARISTOTELES.

ΤΗν δ' ὄψιν ἐστὶν ὁ τοῦ ἀνθρώπου σπλὴν, στενὸς καὶ μακρὸς, ὅμοιος τῷ ὑείῳ.

HVmanus lien anguſtus, & longus eſt, lienis ſuilli facie.

CÆSAR.

AB ignobiliori incipit: quia ſimplicius membrum: minoris & operis, & operæ, vel ad agendum, vel ad cognoſcendum. Rectè autem comparauit ſuillo. Nam arietinus minus oblongus: obrotundior, ac ſemijecorina figura. Quam verò ſubſtantiam vocāt Medici, ſubticuit: rarus ac læuis ſimul & leuis eſt: prætereà ſubniger, ſubluſtris: ſcuti forma curuus, atque cauus: neque contemnendo Theodori errore qui dum loquutioni ſtudet, rem deſerit. *Suillo*, inquit, *ſimili: ſed ſpecie anguſta, & longa*. Nemo doctus dubitet disjungi orationem poſteriorem à priori, conjunctione illa: *ſed*. vt ſit ſimilis ſuillo alia re, quàm anguſtia, & longitudine. At enimuerò his ipſis ſuillo ſimilis eſt.

CCIII. ARISTOTELES.

ΤΟ δ' ἧπαρ, ὡς μὲν ἐπὶ τὸ πολὺ, καὶ ἐν τοῖς πλείστοις, οὐκ ἔχει χολήν· ἐπ' ἐνίοις δὲ ἔπεστι.

IEcur magna ex parte, atque in plurimis animalibus ſine felle eſt: in quibuſdam autem habet.

CÆSAR.

ANtequàm declaret hepatis faciem, magnitudinem, ſubſtantiam: de felle diſputat. quod tamen nondum, quid eſſet, docuit. Profectò non ſatis ordine: præſertim cùm interponat mox faciem: tum ad fel redeat. minùs ſanè commodè.

Nota loquutionem. ἧπαρ οὐκ ἔχει χολήν: de hepate loquitur. mutat deinde: ἐπ' ἐνίοις δ' ἔπεστι. ſcilicet χολή. non autem ἧπαρ: de quo dicebat.

Animaduertes & illa. ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ, καὶ ἐν πλείστοις. oblitus ſuæ breuitatis ſeipſum declarat altero tanto orationis.

Theodorus turbauit ſimplicitatem. ἐπ' ἐνίοις δ' ἔπεστι. *In nonnullis id ſibi habere annexum videtur.* Expendenda & ipſa ſententia. Nam ſanè fel in plurimis piſcibus eſt: in multis auibus. verùm in ſecundo libro exactiùs.

CCIIII. ARISTOTELES.

Στρογγύλον δ' ἐστὶ τὸ τοῦ ἀνθρώπου ἧπαρ, καὶ ὅμοιον τῷ βοείῳ.

Est Homini rotundum iecur, ac bubulo ſimile.

CÆSAR.

COacti ſumus partiri minutiores in partes hæc; propterea quòd ordo erat ſaltuatim interceptus. Quod autem dicit, rotundum eſſe: ad id reſpexit: vt eius figuræ majorem partem repræſentaret. Habet enim pinnas.

CCV. ARISTOTELES.

Συμβαίνει δὲ τοῦτο καὶ ἐν τοῖς ἱερείοις· οἷον ἐν μὲν τόπῳ τινὶ τῆς ἐν Εὐβοίᾳ Χαλκιδικῆς, οὐκ ἔχει τὰ πρόβατα χολήν· ἐν δὲ Νάξῳ, πάντα σχεδὸν τὰ τετράποδα τοσαύτην, ὥστε ἐκπλήττεσθαι τοὺς θύοντας τῶν ξένων, οἰομένους αὑτῶν ἴδιον εἶναι τὸ σημεῖον, ἀλλ' οὐ φύσει αὐτῶν εἶναι τοιαύτην.

Contingit autem etiam in victimis hoc: quale tum in Euboïca Chalcidis agro quodam: carent enim felle pecudes: tum in Naxo: vbi tam grande habent omnes penè quadrupedes: vt qui ibi peregrini rem faciunt diuinam, percellantur eo, quòd putent ad ſe priuatim illud quaſi oſtentum, non quaſi Natura inſtitutum pertinere.

CÆSAR.

REdit ad fel: atque oſtendit, quemadmodum in quibuſdam inſit: in alijs non. Quod addit, euenire & alibi in victimis. Quare qui illis in locis rem diuinam faciunt, arbitrantur æquè portentum eſſe, quod tamen, inquit, non eſt: ſed natura loci peculiaris.

Notabis Ariſtotelis orationem malè à Theodoro animaduerſam. συμβαίνει δὲ τοῦτο καὶ ἐν τοῖς ἱερείοις, οἷον ἐν μὲν τόπῳ, &c. ἐν δὲ Νάξῳ. vtrunque ſcilicet euenit, & defectus, & exuperantia, in victimis alia per loca: ad portenta: quemadmodum ex natura in Eubœa, & Naxo. iccircò dixit, καὶ iccircò dixit, τοῦτο, οἷον. id eſt τοιοῦτο ἐν τοῖς ἱερείοις, οἷον περ τῇ μὲν ἐλλείψει ἐν Εὐβοίᾳ, τῇ δὲ ὑπερβολῇ ἐν τῇ Νάξῳ. At Theodorus expoſuit: τοῦτο, fellis priuationem. At iam de felle deſierat loqui. In ſecundo hanc eandem repetit hiſtoriam. Plinius non ſolùm grande, ſed etiam geminum prodidit: & ad Actium portentum narrat.

Dixit Euboïcam Chalcidem: quia & in Sicilia tradidit Polybius. Fuêre item Chalcidenſes etiam in Syria, in Aetolia, in Peloponneſo. Macris etiam dicta Eubœa; nunc inſula Nigri pontis.

Subeſt etiam ablatio ſuperſtitionis. reducente Philoſopho ad naturam veterum amentiam: qui in viſceribus hirci ſalutem ſuam poſitam arbitrabantur.

CCVI. ARISTOTELES.

Προσπέφυκε δὲ τῇ μεγάλῃ φλεβὶ τὸ ἧπαρ, τῇ δ' ἀορτῇ οὐ κοινωνεῖ. διὰ γὰρ τοῦ ἥπατος διέχει ἡ ἀπὸ τῆς μεγάλης φλεβὸς φλέψ, ᾗ αἱ καλούμεναι πύλαι εἰσὶ τοῦ ἥπατος.

Magna vena iecur annexum eſt: cum Arteria nulla ei coniunctio intercedit. Tranſmeat enim ipſum vena à maiore illa producta, qua parte iecoris portæ appellantur.

CAESAR.

Hecoris connexionem, quod etiam in alijs egit, declarat. à magna nanque vena brachium quaſi quoddam in gibbum ingreditur, caua deinde ſubit: atque porrò in Meſeraicas diſpertita ab inteſtinis ſuccum ſugit. Quamobrem ſuccus is, vbi vult ſanguis fieri, nomen ei venæ dedit, eiúſque parti, qua in cauum ſeſe induit: à quo aditu jecoris portæ nominatæ ſunt. Ariſtoteles autem obſcurè portas illas declarauit: videntur enim ex eius dictis eſſe ibi, quo vena illa, quæ à maiore ducta eſt, proficiſcitur. Sanè porta eſt, vbi in fœtu hepar accipiat à corde ſanguinem ad alendum corpus: id quod etiam Plinius videtur ſentire.

Theodorus non expleuit verba illa. τῇ δ' ἀορτῇ οὐ κοινωνεῖ: cùm dixit: *Nulla ex parte Aortam attingens*. Quippe magnam venam jecur non attingit, ſed eius ramum. At κοινωνεῖ maximam vim obtinet: vt iaciat fundaměta vel *συμπαθείας*, vel affinitatis, ſiue cum toto, ſiue cum partibus.

Idem malè: *Vena etiam, quæ à maiore proficiſcitur*. Neque enim addere debuit, *etiam*: ſed reddere ſimpliciter rationem, quâ maiori venæ jecur appenſum eſt: quippe eius venæ neceſſitudine, quæ ab illa producta per ipſum perducitur.

CCVII. ARISTOTELES.

Συνήρτηται δὲ καὶ ὁ σπλὴν τῇ μεγάλῃ φλεβὶ μόνον. τείνει γὰρ ἀπ' αὐτῆς φλὲψ εἰς τὸν σπλῆνα.

ATque eodem modo in ſplenem altera proficiſcitur à maiore, qua illi tantum appenſus eſt.

CÆSAR.

HAc quoque ratione ſplen exigere poterat à nobis, vt ſeſe cum jecoris hiſtoria coniungeremus. Eodem enim modo, atque eidem venæ, quo, cuique illud annexum eſt, annectitur.

Μόνον: excludit Arteriam, & valet, atque ſuperior oratio. τῇ ἀρτηρίᾳ οὐ κοινωνεῖ.

CAPVT VIGESIMVM-TERTIVM,

De Renibus, & Veſica.

CCVIII. ARISTOTELES.

MΕτὰ δὲ ταῦτα οἱ νεφροὶ πρὸς αὐτῇ τῇ ῥάχει κεῖνται, τὴν φύσιν ὄντες τοῖς βοείοις ὅμοιοι.

SVb his ad ſpinam Renes ſiti ſunt, natura ſimiles bubulis.

CÆSAR.

REſtant Renes, & Genitalia. De illis nunc: faciem per ſolam comparationem deſcribit: de jecore diligentiùs, itémque corde: illud orbiculare, hoc turbinatum. Sunt autem renes oblongi, curui, teretes, læues, denſi. Curuitas exterior eſt: cauitas intus: in quam duo quaſi globuli coëant. Itaque Faſeolis qui eos comparet, nihil prætereà aptius inuenerit.

CCIX. ARISTOTELES.

ἈΝώτερος δὲ ὁ δεξιὸς ἐστὶν ἐν πᾶσι τοῖς ζώοις τοῖς ἔχουσι νεφρούς· καὶ ἐλάττω δὲ πιμελὴν ἔχει τοῦ ἀριστεροῦ, καὶ αὐχμηρότερος ὁ δεξιός. ἐν πᾶσι δ' ἔχει ὁμοίως τοῖς ἄλλοις καὶ τοῦτο.

IN omnibus animantibus, quæ renes habent, dexter ſiniſtro & altior eſt, & minus pinguis, & ſiccior. Id quod æquè in omnibus aliis inuenitur.

CÆSAR.

NVMERVM cùm non explicauit: ſicut ſupra, cùm dicebat διφυής: tamen innuit: vbi dextrum, & ſiniſtrum nominat. Quos & inter ſe comparat. Dextrum altiorem aiunt, vi caloris, qui in iecore eſt, attractum. Alterum autem depreſſiorem, vt cordi cederet: verùm equidem aliter cenſeo. Cor enim, quàm hepar minorem occupat locum: & ſupra diaphragma. Iecur autem infra: cui decuit cedere ea de cauſſa renem. At hæc ad libros de *Cauſis*.

Memineris frequentis loquutionis. ἐν τοῖς ἔχουσι νεφρούς. Et animaduertes, cùm dixit: ἐλάττω πιμελὴν: quare addiderit, αὐχμηρότερος. Nam ſi habet ἐλάττω: ergo habet: ſi eſt αὐχμηρότερος: ergo eſt, αὐχμηρός. præterea intellige renem nullum pinguem ipſum: ſed pinguedine obſideri.

Non minoris operæ illud. Cùm dixit: ἐν πᾶσι τοῖς ἔχουσι: quare addit: ἐν πᾶσι δ' ἔχει ὁμοίως τοῖς ἄλλοις καὶ τοῦτο. Quid enim eſt id, quod eſt aliud ab omnibus? Nam ſanè de homine ſolo nunc loquatur: quid igitur dixit πᾶσι ζώοις.

Καὶ τοῦτο. propterea quòd multa alia membra ſimilia habet cum plurimis animalibus. Iccircò dixit: & hoc.

CCX. ARISTOTELES.

Φέρουσι δὲ εἰς αὐτοὺς πόροι ἔκ τε τῆς μεγάλης φλεβὸς καὶ τῆς ἀορτῆς, πλὴν οὐκ εἰς τὸ κοῖλον. ἔχουσι γὰρ οἱ νεφροὶ ἐν μέσῳ κοῖλον, οἱ μὲν μεῖζον, οἱ δὲ ἔλαττον, πλὴν οἱ τῆς φώκης. οὗτοι δ' ὅμοιοι τοῖς βοείοις ὄντες, στερεώτατοι πάντων εἰσίν. οἱ δὲ πόροι οἱ τείνοντες εἰς αὐτούς, εἰς τὸ σῶμα καταναλίσκονται τῶν νεφρῶν. σημεῖον δὲ ὅτι οὐ περαίνουσι, τὸ μὴ ἔχειν αἷμα μηδὲ πήγνυσθαι ἐν αὐτοῖς.

FErunt ad eos meatus à magna vena, & aorta, non tamen in cauum, quod ipſi habent in medio, aliqui maius, aliqui minus. Soli vitulo marino bubulis quidem ſimiles, cæterùm ſolidiſſimi ſunt. Quos diximus, meatus, qui ad ipſos tendunt, in eorum corpus abſumuntur. Argumentum, quod non penetrent, eſt: quia neque ſanguinem intus habent, neque concretionem.

CÆSAR.

SINVS in omnibus, præterquàm in marino vitulo: eos ſinus non eiuſdem in omnibus magnitudinis. Ad renes peruenire tubos à vena & arteria. Eos tubos non induere ſeſe in cauum illum ſinum, ſed in corpus renum abſumi. Argumentum: quia, inquit, ſanguis intus inuenitur nullus, neque liquidus, neque concretus.

Vtinam verò nunquam dixiſſet hoc tantus vir. Nam ea vena, quam emulgentem vocant, ab latere venæ magnæ exit, atque intrà renem demittit ſeſe: vt delatam eò cum ſanguine percolet vrinam: quam fiſcellæ modo tranſmittit, tanquam ſerum.

Theodorus legit, μηδὲν πήγνυσθαι. auxit errorem. Nos in diſſectis corporibus ſanguinem, & thrombos, & arenas, & lapides inuenimus.

CCXI. ARISTOTELES.

Ἔχουσι δὲ κοιλίαν, ὥσπερ εἴρηται, μικράν. ἐκ δὲ τοῦ κοίλου τῶν νεφρῶν, φέρουσιν εἰς τὴν κύστιν πόροι δύο νευρικοί, καὶ ἄλλοι ἐκ τῆς ἀορτῆς ἰσχυροὶ καὶ συνεχεῖς.

EX eo igitur ſinu, quem puſillum dicebamus duo tubi multæ firmitatis in veſicam tendunt. Item alij ex aorta validi, & continui.

CAESAR

CÆSAR.

QVID igitur in veſicā ferant, quod ab aliis non acceperint ſuperioribus? Quare parietes ſuperiorum in corpus renum abſumantur: ſanè at illarum vacuitas fiſtularum ad renum vacuitatem adit, atque vna cum ea fit. Non tamen verum eſt ad renes quicquam ex arteria demitti ad veſicam: nam neque in corpus: nulla enim arteria in ea viſitur: neque in vacuum. non enim excernitur ex illa quicquam. Sed ſeminalia vaſa in renes non ſubeunt: ad quos antequàm deuenias, videbis ab emulgentibus ea demitti ad meatum commune ſemini, & vrinæ.

Dixit: νεανικὰς ab ætate, firmitatis indicatrice. Sic & Galenus vtitur, pro validis. In tertio autem libro penè nullis mutatis verbis hæc eadem repetit. Theodorus νεανικὰς, *inſignes*: haud ſatis inſignitè.

CCXII. ARISTOTELES.

Ἐκ μέσου δὲ τῶν νεφρῶν ἑκατέρου, φλὲψ κοίλη καὶ νευρώδης ἐξήρτηται, τείνουσα παρ' αὐτὴν τὴν ῥάχιν, διὰ τῶν στενῶν· εἶτα εἰς ἑκάτερον τὸ ἰσχίον ἀφανίζονται, καὶ πάλιν δῆλαι γίνονται, τεταμέναι πρὸς τὸ ἰσχίον. αὗται δ' αἱ ἀποτομαὶ τῶν φλεβῶν εἰς τὴν κύστιν καθήκουσι.

E Renum medio vena ſingula caua, ac neruoſa per anguſtias ſpinæ tendunt: quæ inde in clunes vbi peruenêre, non comparent, niſi mox iuxta ipſos iterum diſtentæ. Caterùm hæ venæ in veſicam deſinunt.

CÆSAR.

PER vacua dicit deduci atq; anguſta ſpinæ: inde immergi in craſſas partes: poſteà denuò comparere iuxta eaſdem: deſinere autem ad veſicam. Hoc enim eſt ἀποτομαί. non tam capita vt ait Theodorus, quàm fines.

At enimuerò cùm ſub renibus à renibus nullus ſanguis ſit: in renibus enim percolatur, quid agerent venæ illæ in ἰσχίοις? præthereà cur appellauit eas cauas? eſt ne vena vlla non caua? An inſignem fiſtulam deſignatam voluit; quemadmodum etiam cùm magnam venam item κοίλην vocauêre?

Ἰσχίον *Clunes* interpretati ſumus. Theodorus *coxam*. At quo itinere, immò quónam demum ſaltu tranſmittant tanta ſpatia à renibus, vt redeant ad veſicam? Sanè coxæ diſſitæ ſunt à toto alueo ſuperiore. Et ipſe Ariſtoteles pro alia parte, quàm coxa accipit ἰσχίον, in ſecundo: & ἰσχίον in brutis non agnoſcit. σαρκώδη ἔχει μάλιστα τοῦ σώματος τὰ ἰσχία καὶ τοὺς μηρούς. aliud igitur, quàm coxa eſt. Et nates intelligit, vbi ſuperiorem partem accipit; vbi inferiorem, femora: & in quarto de *Cauſis partium* hæc eadem: vbi Theodorus ἰσχία, *nates*.

CCXIII. ARISTOTELES.

Τελευταία γὰρ ἡ κύστις κεῖται, τὴν μὲν ἐξάρτησιν ἔχουσα ἐπὶ τοῖς ἀπὸ τῶν νεφρῶν τεταμένοις πόροις παρὰ τὸν καυλὸν, τὸν ἐπὶ τὴν οὐρήθραν τείνοντα, καὶ σχεδὸν πάντῃ κύκλῳ λεπτοῖς καὶ ἰνώδεσιν ὑμενίοις ἐστὶ προσειλημμένη, παραπλησίοις οὖσι τρόπον τινὰ τῷ διαζώματι τοῦ θώρακος.

POſtrema enim veſica eſt appenſa tubis, qui de renibus intenduntur ad collum, quod in vrinalem meatum tendit: penè quaquauerſum tenuibus, ac fibroſis alligata membranulis: quæ propemodùm ſimiles ſint textura præcordiorum.

CAESAR

CÆSAR.

SVBSTANTIA, ſitus, figura, affinitates: τελευταῖα, ἰσομόρφη, ὁμοῖα, κύκλῳ. Item partes. Collum, οὐρήθραν. Deſignatio per comparationem cum diaphragmate.

Τείνον πιᾷ. nos *propemodum*. Theodorus obſcuriſſimè: *proximis*: eſt enim valde ambigua vox.

Αὐλὸν ſcriptum eſt: & mox καυλὸν: hoc vtuntur omnes: illud non ineptum ad meatum colli veſicæ ſignificandum,

CCXIIII. ARISTOTELES.

Ἔστι δ' ἡ τοῦ ἀνθρώπου κύστις ἐπιεικῶς ἔχουσα μέγεθος.

Est autem humana veſica magna admodum.

CAESAR.

QVOD deerat, apponit: dixit, ἐπιεικῶς: ne vaſtitatem intelligeres. Theodorus dixit: *proportione*. Eſt autem Atticiſmus. ἔχουσα μέγεθος ἐπιεικῶς, per aduerbium. vnde verba ſua Theodorus acceperit, neſcio: quàm cæterorum amplior. Nam neque noſtri exemplaris verba ſonant id: neque verum eſt. Suilla enim grandiſſima, & fortaſſe aliæ multæ,

CAPVT VIGESIMVM-QVARTVM.

De Pudendis.

CCXV. ARISTOTELES.

Πρὸς δὲ τὸν καυλὸν τῆς κύστεως, συνήρτηται τὸ αἰδοῖον, τὸ μὲν ἐξωτάτω τρῆμα συνερρωγὸς εἰς ταὐτό, μικρὸν δ' ὑποκάτω.

AD veſica collum appenſum veretrum eſt: altero foramine, quod extrinſecus videtur, ſciſſum: alterum habet paulò infrà ad eundem exitum.

CAESAR.

NVNC ad poſtrema membra diuertit: ea ſunt genitalia: non tamen ita Inſcripſimus: proptereà quòd etiam ad alium vſum ſunt. Iccircò membrum cùm poſuit, & nominauit: deſignauit meatus duos: vnum, qui videtur: quem extimum vocat: alterum in eodem canali paulò inferius: hic ad ſemen genitale conſtitutus eſt à natura: ille ad vrinam emittendam frequentius: vbi verò opus eſt, etiam ad illud idem, ad quod & hic. Hæc eſt ſententia: nunc verba, & modum videamus.

Αἰδοῖον: *pudendum*, omnia illa membra pudenda ſunt: etiam δακτύλιος: quem tamen non ſic appellant. *Genitale*, Theodorus rectè: at genitalia etiam teſtes: etiam in fœminis. *Venem* Salluſtius: nos *Veretrum* voce inuſitatiore, atque ob id magis verecunda, ex Varrone. Et ſanè exprimit ad literam τοῦ αἰδοίου ſignificatum.

Ait

Ait vnum canalem μικρὸν ὑποκάτω. *Inferius*: interius potiùs dixeris: at nec vnus eſt, ſed duo: capita illa quidem ſiue ἀποβομαὶ vaſorum ſeminalium ad initia fiſtulæ illius ſubeuntes in ipſam mentulam. Sic enim etiam appellant Græca voce, μύθη: non vt ineptiunt Grammatici.

Loquutio cuiuſmodi? ἐξωτάτω de duobus. Et διερρωγὸς, violentiam ſignificat: neque ſolùm dicit, *peruium*: vt tranſtulit Theodorus: ſed *ſciſſum*. nam peruium eſt, quodcunque, quocunque modo vacuum, quod tranſmittat: at διερρωγὸς, eſt vt in ſecundo, de vulua ſcrofæ, ἀνερρωγὸς, & de leonis ore. Ita hiatus penis, non eſt rotunda ora, ſed ſciſſa. Sic igitur lego. τὸ μὲν ἐξωτάτω στόμα διερρωγὸς, τὸ δὲ εἰς ταυτὸ, μικρὸν δ' ὑποκάτω. Potes & ſic. τὸ μὲν ἐξωτάτω στόμα· τὸ δὲ συνερρωγὸς εἰς ταυτὸ, μικρὸν δ' ὑποκάτω. Cuius alterum foramen extimum: alterum paulò interiùs, ad illud idem hiatum ſuum dirigens. Quomodo dixit Theodorus, videris.

CCXVI. ARISTOTELES.

ΤΟ μὲν οὖν, εἰς τὰς ὄρχεις φέρει τῶν σπερμάτων. τὸ δὲ, πρὸς τὴν κύστιν, νευρῶδες καὶ χονδρῶδες ὄν.

QVorum hoc quidem ad teſtes: illud ad veſicam neruoſum, atque cartilaginoſum tendit.

CAESAR.

MEATVVM naturam potius, quàm officium declarat. Tractus quidem ad teſtes, & ad veſicam. Sanè non vt eò ferant quippiam: ſed vt inde. Deſcribit & ſubſtantiam alterius tantùm. Alterius minùs rectè omiſit: ſicut nec illud explanatè ſatis, cùm dixit: τὸ μὲν, τὸ δέ. neſcias enim vtrum vtro.

CCXVII. ARISTOTELES.

ΤΟύτου δ' ἐξήρτηνται οἱ ὄρχεις τοῖς ἄρρεσι· περὶ ὧν ἐν τοῖς κοινῇ λεγομένοις ἅμα καὶ περὶ τούτων ὑστέρων διορισθήσονται, πῶς ἔχουσι. τὸν αὐτὸν δὲ τρόπον καὶ ἐν τῷ θήλει πάντα πέφυκε.

EX eo dependent teſtes maribus, de quibus quemadmodum ſeſe habeant, in communi partium commentatione, ſimul cum matricibus diſſeretur.

CAESAR.

ALTERA pars genitalium membrorum in maribus teſtes: in fœminis matrix: tametſi in his quoque teſtes: ſitum hîc tantùm: exactiùs poſteà, in ſecundo, tertio, quinto, & ſexto *Hiſtoriarum*, in quarto de *Cauſſis*, in primo, & quinto de *Generatione animalium*. Ab Hippocrate, & Galeno ſæpe: ſed in libris de *Semine genitali* benè multa.

Legitur corruptè. περὶ ὧν, καὶ περὶ τούτων ὑστέρων διορισθήσονται. De quibus, & de his. ſanè perperam. Sic lego. καὶ περὶ τῶν ὑστέρων.

CCXVIII. ARISTOTELES.

Διαφέρει γὰρ οὐθενὶ τῷ ἴσω, πλὴν ταῖς ὑστέραις· ὧν ἡ μὲν ὄψις θεωρείσθω ἐκ τῆς διαγραφῆς, τῆς ἐν ταῖς ἀνατομαῖς· ἡ δὲ θέσις ἐστὶν ἐπὶ τοῖς ἐντέροις· ἐπὶ δὲ τῆς ὑστέρας ἡ κύστις.

MOdus idem penitus in fœminarum quoque genitalibus: ſoláque matrice intus differunt. Quæ, quod ad faciem pertinet, è diſſectionum libris, & pictura nota eſſe poterit. Quod verò ad ſitum ſpectat: iacet illa tum ſuper inteſtinis, tum ſub veſica.

CÆSAR.

EXTIMIS differre partibus marem, ac fœminam. Intus eaſdem eſſe: præter matricem. Cautius tamen. Teſtes quidem ſunt, & ad teſtes meatus: at ſitu, & figura, & magnitudine longè diuerſa omnia. Intellige, *πάντα*, ſcilicet *πρὸς τὴν γένεσιν*. Theodorus ludit ignaros Græcarum literarum. *πέφυκε*. *Natura conformauit*: eſto. At cùm addit: atque diſpoſuit: de ſuo ſanè, ignarus atque arrogans: qui haſce notas inurat Ariſtoteli: nam fac omnes partes ſimiles: at nulla ſimilis diſpoſitio: diuerſiſſimus enim ſitus omnium. *πάντα*, diximus: *penitus*: aptiſſimè: etiam loca interiora connotat: præterquàm quod explet, *τὸ πάντα*.

Theodorus addidit: *à priore parte*.

CCXIX. ARISTOTELES.

Λέκτέοι δὲ καὶ περὶ ὑστερῶν κοινῇ πασῶν ἐν τοῖς ἑπομένοις. οὔτε γὰρ ὅμοιαι πᾶσιν, οὔθ' ὁμοίως ἔχουσι.

AC de matricibus quoque omnibus communi opera poſtea dicendum eſt. Neque enim omnibus ſimiles, ſimilitérve ſita.

CÆSAR.

QVOD ſupra dicebat λεγομένοις, hîc ἑπομένοις. vtrobique κοινῇ. Ibi tam de maribus, quàm de fœminis. Hic tam de homine, quàm de brutis. Reddit rationem futuræ Theoriæ. Nam neque ſimiles ſunt: vel forma, vel figura, vel magnitudine, vel ſubſtantia, vel officio: quia quædam diutius, quædam minùs diu ferunt: hoc eſt ὅμοιαι: neque ὁμοίως: hoc eſt quod ad ſitum pertinet. Sic & apud Theophraſtum abundè declarauimus. Theodorus, ὁμοίως, pro forma accipit: multum in oratione Ariſtotelica verſatus, parum exercitatus in Philoſophia.

Idem addidit ea omnia. *Si vterus cæterorum quoque animalium vulua dicenda eſt.* At enimvero, vterus animalium potiùs, ex illis enim vtres; pelles enim ſunt caprarum. Eadem origo vocis. *Venter*, à tumore: alter venter, matrix: ὁ ὕτερος, ὕτερος Æolicè: quos Latini penè ſemper imitati ſunt. Hoc tamen dixit quia ex Plinio vuluam porcellinam legebat. Et in XI. vuluam in aliis animalibus dici: in muliere vterum, quaſi vtriculum: vulua autem etiam in mulieribus. Omnis enim capacitas, *Vulga*. inde corrupta vox.

CCXX. ARISTOTELES.

Τὰ μὲν οὖν μόρια, καὶ τὰ ἐντὸς, καὶ τὰ ἐκτὸς τῶν αἰσθητῶν, ταῦτα καὶ τοιαῦτα, καὶ τοῦτον ἔχει τὸν τρόπον.

ANimantium partes tum exteriores, tum interiores, hæ, & tales ſunt: & hunc ad modum ſeſe habent.

CÆSAR.

COLLIGIT totius ſeriem commentationis, vt ad alia tranſeat. Et tria dicit: ταῦτα: vt indicet ſubſtantiam: τοιαῦτα, figuram, magnitudinem, & alia talia: putà, numerum, craſſitudinem, macritudinem, firmitatem, cauitatem, ſoliditatem: τοῦτον τὸν τρόπον, ſitum, officium, & eiuſmodi.

LIBRI PRIMI FINIS.

ΑΡΙΣΤΟΤΕΛΟΥΣ ΠΕΡΙ ΖΩΩΝ ΙΣΤΟρίας τὸ Β.

ARISTOTELIS HISTORIÆ DE ANIMALIBVS Liber II.

CAPVT PRIMVM,

De Capite, & Collo aliorum animalium.

I. ARISTOTELES.

ΤΩΝ δ' ἄλλων ζώων τὰ μόρια τὰ μὲν, κοινὰ πάντων ἐστὶν, ὥσπερ εἴρηται πρότερον, τὰ δὲ, γενῶν τινῶν. τὰ αὐτὰ δὲ καὶ ἕτερά ἐστιν ἀλλήλων, τὸν ἤδη πολλάκις εἰρημένον τρόπον. σχεδὸν γὰρ ὅσα γένει ἐστι γένη ἕτερα τῶν ζώων, καὶ τὰ πλεῖστα τῶν μορίων ἔχει ἕτερα τῷ εἴδει· καὶ τὰ μὲν, κατ' ἀναλογίαν ἀδιάφορα μόνον, τῷ γένει δ' ἕτερα· τὰ δὲ, τῷ γένει μὲν ταὐτὰ, τῷ εἴδει δ' ἕτερα· πολλὰ δὲ τοῖς μὲν ὑπάρχει, τοῖς δ' οὐχ ὑπάρχει.

CAEterarum partes animantium, aliæ communes omnibus ſunt: aliæ generibus quibuſdam peculiares. Hanc verò conueniendi differendive rationem eo modo intelligimus, qui toties à nobis explicatus eſt. Quæ nanque genera diuerſa ſunt inter ſe, ea ferè partes plurimas inter ſe ſpecie differentes habẽt. Aliæ verò proportione tãtùm cõueniunt, genere antẽ nõ. Aliæ genere quidem ſunt eadem, ſpecie diuerſæ. Ad hæc quæ partes cuipiã inſunt, non omnibus cõtinuò datæ sũt.

CAESAR.

AVENROES multa præclarè, multa multorum odio ex libidine animi ſcripſit. omitto, quæ aduersùs leges omnes: quæ aduersùs medicos: quod nunc inſtat, agamus. Eos, qui libros vel ſuos, vel alienos in membra certa diuiderent, ait intellectus imbecillitate id feciſſe. Deſignans Azarauium, Alpharabium, Algazelem, Abenſceni partim æmulos, partim hoſtes ſuos. Ego verò ex Ariſtotele, atque veritate ita cenſeo. Duo eſſe in viris ſapientibus præſtantiſſima. τὴν ἐπιςήμην, καὶ τὴν παιδείαν. Multi ſciunt: pauci inſtituti ſunt ad demonſtrandum id, quod ſciunt. Eos itaque, qui libros in membra deſignata partiuntur, eáque membra certas in portiones: tantùm abeſt, vt cum illius calumnia damnem: vt ſolos putem meritò ſapientes appellari. Quippe qui omnia habeant & in numerato, & eo ordine quo vel de noſtra intellectione, vel de naturæ legibus eliciuntur. Quare irriſa Auenroïs irriſione, ad hunc modum ſecabimus librum hunc.

Poſt membrorum notiones καθ' αὐτὰς, καὶ κατὰ μόνας: nunc ea vult contemplari, quatenus in vniuerſa natura ſunt omnium animalium. Itaque eas partes comparaturus, repetit iactum ſuperioribus commentationibus fundamentum. Quod, cuiuſmodi ſit, mox indicabimus. Nunc ad diuiſionem accedamus.

Diuiditur liber hîc in partes duas. In prima comparat membra extima: qua in parte quatuor inſtituit commentationes. In prima comparantur viuiparæ animantes ſanguineæ quadrupedes & inter ſe, & cum homine. In ſecunda ouiparæ ſanguineæ quadrupedes. In tertia aues. In quarta genus aquatile. In ſecunda parte duo agit. Nam & membra ſimplicia exequitur: & viſcerum rationem perſcrutatur. Quo in loco videbis, vt ſatisfaciat. Nam multæ partes interiores ſunt ſimplices: cutis autem & ſimplex, & exterior. Nunc ad explicationem animum aduertamus.

Conuenire inter ſe, aut differre per omnia penè prædicamenta,& ſupra diximus:& hic repetendum cenſet. Nam genus,aut ſpecies non eadem omnibus : item quantitas alia vt in vulpis cauda,& in cauda cerui. Qualitates differentiæ à colore, figura, mollitia,ſiccitate,aliis. Relatio. Naſus elephanti non ad ſpirandum ſolùm, ſed ad manus officia quoque refertur. Actio. Dentes exerti ad prælia, non ad cibum. τὸ ποῦ. Non enim mammæ omnibus in pectore. τὸ πῶς. Cornua erecta aliis,aliis flexa. τὸ ἔχειν. Cauda caret ſimiarum genus quoddam : quoddam non. Præterea in eodem prædicamento. Genere : aut ſpecie : aut proportione,vel differunt, vel conueniunt:vt os equi,& ſpina mugilis.Hæc ſic : nunc ſingula perpendamus.

Ait : quaſdam partes eſſe omnibus communes animantibus.Hoc quoque ſupra attigit. Nam ſenſus alij alias deficiunt : tactus omnibus communis eſt : ergo etiam inſtrumentum.Hoc ſtatuebamus , exempli gratia, carnem. Cæterùm hoc quàm verum ſit,ex ipſo diſces Philoſopho : qui carnem non eandem in omnibus prædicat : non ſpecie,non genere, ſed analogia.Quod ſi ita eſt: non erit hoc membrum diuiſionis diuerſum ab eo,quod mox dicit. καὶ τὰ μὲν κατ' ἀναλογίαν διαφέρει. Hæc prima dubitatio eſt.Altera non minor:non enim dicere potuit τὰ πάντα.vnum tantùm enim eſt : putà caro : tactus inſtrumentum omnibus commune : igitur ἓν κοινὸν μορίον πᾶσι , non πάντα.

Τὰ γένη ἕτερα ἀλλήλων, ἃ ἕτερα ἔχει μόρια τῷ εἴδει; quæ genera inter ſe ſunt diuerſa , ea partes habent ſpecie diuerſas:immò genere diuerſas,nõ ſpecie.Et ſpecies diuerſæ partes habent inter ſe ſpecie diuerſas:præterea quare dixit : σχεδὸν ? immò,omnia : non autem, ferè:& quare τὰ πλεῖστα τῶν μορίων ? immò verò τὰ πάντα.Nam vt forma alia eſt : ita & partes. neque ſolas organicas ſiue compoſitas : vt manum,aut caudam,aut oculum : ſed etiam oſſa,& venas,& arterias, & carnem ipſam : puto enim leonis carnem,à carne hominis ſpecie differre.

Communis vſus loquendi talis fuiſſet. τῶν δ' ἐν ἄλλοις ζώοις μορίων,τὰ μὲν, &c. ipſe dixit:τὰ μόρια,τὰ μὲν. Hanc figuram etiam notat Plutarchus apud Homerum. Et Cæſar ea vtitur in *Commentarijs*.

Diximus : *non continuò data ſunt* : id eſt , non eſt continuatum opus naturæ : quod cœperat in conſtruenda manu hominis, cùm pedes conſtitueret equi.

II. ARISTOTELES.

Τὰ μὲν οὖν τετράποδα καὶ ζωοτοκοῦντα, κεφαλήν μὲν ἔχει, καὶ αὐχένα, καὶ τὰ ἐν τῇ κεφαλῇ μόρια ἅπαντα. διαφέρει δὲ τὰς μορφὰς τῶν μορίων ἕκαστον. καὶ ὁ μὲν λέων τὸ τοῦ αὐχένος ἔχει ἓν ὀστοῦν, σφονδύλους δ' οὐκ ἔχει· τὰ δ' ἐντὸς ἀνοιχθεὶς, ὅμοια ἔχει ἅπαντα κυνί.

Igitur quadrupedes,quæ animal pariunt, capite, colloque , atque omnibus, quæ in capite inſunt, particulis prædita ſunt. verùm ſecundum figuram differunt partes inter ſe. Itaque leonis ceruix nullis vertebris vnico tantum oſſe conſtat. At interiora omnia ſimilia caninis continentur.

CÆSAR.

A Capite incipit : procedítque per pectus ad brachia, & crura, eorúmque officia. Quare ſecundùm has ipſas partes in capita ſecanda erit commentatio:tametſi Philoſophus ipſe, vt ſolet, parum accuratè ſeruato ordine immiſcet ſæpenumero aliena.

Præſcribit igitur capitis naturam certis generibus. Quadrupedum ſcilicet quæ animal pariunt. Accuratiùs animaduertas , etiam bipedes , etiam ouiparas animantes omnes caput habere. Quare ſeparatas oportuit ab iis, quæ non ſolùm caput , verumetiam collum habent:bipedes enim omnes collum habent,& quadrupedes omnes etiam ouiparæ.Tertio loco ſeparare & illud membrum. καὶ τὰ ἐν τῇ κεφαλῇ μόρια πάντα. Neque enim quæcunque caput habent,etiam dentes habent. Sic igitur fuiſſet. Caput illa omnia : collum non omnia : pauciora adhuc etiam capitis partes.

Ponit

Ponit autem ſimilitudinem cum cane leoni:ponit differentias in figura,& κατὰ τὸ ἔχειν:quia caret vertebris leonina ceruix.

Μορφὴν figuram potiùs,quàm formam interpretati ſumus : & explicatius eſt,ſic : omnia ſimilia caninis:ſcilicet partibus : quàm, vt ipſe dicit,κυνί:cani. Similiora adhuc felibus,quàm canibus: minimum enim differt à leone catus.

CAPVT SECVNDVM,

De ijs, quæ pro brachiis ſunt,& manibus.

III. ARISTOTELES.

Ἔχει δὲ τὰ τετράποδα ζῶα καὶ ζωοτόκα ἀντὶ τῶν βραχιόνων, σκέλη πρόσθια· πάντα μὲν τὰ τετράποδα, μάλιστα δὲ ἀνάλογοι ταῖς χερσὶ τὰ πολυσχιδῆ αὐτῶν. χρῆται γὰρ πρὸς πολλὰ ὡς χερσί. καὶ τὰ ἀριστερὰ δὲ ἧττον ἔχει ἀπολελυμένα τῶν ἀνθρώπων· πλὴν τοῦ ἐλέφαντος. οὗτος δὲ τά τε περὶ τοὺς δακτύλους ἀδιαρθρότερα ἔχει τῶν ποδῶν, καὶ τὰ πρόσθια σκέλη πολλῷ μείζω. ἔστι δὲ πενταδάκτυλον, καὶ πρὸς τοῖς ὀπισθίοις σκέλεσι, σφυρὰ ἔχει βραχέα.

Habent autem quadrupedes omnes, quæ animal pariunt,brachiorum loco anteriora crura: potiſſimum quibus multifidi pedes ſunt, ijs manuum vice ad pleraque vtūtur.Quin brutorum ſiniſtra minùs ſunt abſoluta.Excepto elephanto,qui digitos quinque numero in pedibus minus habet expreſſos: & anteriora crura maiora multò.Tum in poſterioribus breues malleolos.

CÆSAR.

Et facilis eſt intellectu,& ſuauis ſtructura.Ait hoc de ζωοτόκοις. Quinetiam lacertæ cruribus anterioribus cauant terram, & teſtudines. Cùm autem alæ in gallinaceis locum teneant brachiorum : & terram fodiant pedibus : manuum proportio erit etiam in poſterioribus. Apertiùs autem & in cane, qui redditam vrinam operit ſcalptu pedum poſteriorum. Et leonem vidimus, vbi ſeſe vellet in puluere volutare, poſterioribus pedibus ſtrauiſſe ſibi ſolum:non temerè, parcit enim anterioribus vnguibus ad vſum pugnæ. Equum Hiſpanicum habuimus nos forma atque ingenio præſtantem. Is denegatum à nobis fænum pedibus poſterioribus colligebat : attractúmque ad os,edebat.

Dixit μάλιστα τὰ πολυσχιδῆ. quoniam natura ſimilior manui, ſi figuram ſpectes : quare & officium : & dixit μάλιστα : quia etiam non πολυσχιδῆ.vt equus : pugnat enim & ſcalpit pedibus anterioribus. In Myſia, & Scythia accepi de patre meo viro fortiſſimo qui præfuerat Sarmatarum equitatui multos annos :equos indigenas glaciem vngula tabefacere aut perrumpere in hyeme, vnde herbam detectam ſibi habeant in pabulum.

Ait brutis ſiniſtra crura minùs abſoluta. ἀπολελυμένα, abſoluta ad agilitatem.valde dubito an verum ſit.Curſus enim æqualis atque æquè ab vtroque. Debetur igitur æqualitas inſtrumentis: ad curſum enim, non ad opus à Natura ſunt inſtituta.ἀπολελυμένα : *abſoluta,non impedita.* appellauit θηρία, *Bruta omnia* : Cicero, *Beſtias.* Noſtrates Germani videntur ſimul cum Græcis eundem ſonum obtinere : *Tierer.*

Excepto elephanto. Quidnam excipit? dixit ἧττον ἀπολελυμένα : *minùs abſoluta.* Quo modo excipit elephantum : qui habet etiam ἀδιάρθρωτα. Quia illæ beſtiæ ſiniſtrum tantùm habent rudius : elephantus autem vtrunque. Addit etiam alteram differentiam.Cui crura anteriora ſint

poſterioribus longiora : contra, quàm in cæteris. Sic & homini brachia breuiora, quàm crura. Eſt brachiis breuitas ad agilitatem : cruribus magnitudo ad robur : gerunt enim. Camelopardali quoque crura anteriora, valde longiora ſunt poſterioribus. Diximus *ἀδιάρθρωτα non expreſſa* : Ciceronem ſequuti. *Indearticulata*.

Σφυρὰ βραχέα. vt oſtendat etiam in hoc, τὸ ἀδιάρθρωτον. & dixit πρὸς τοῖς σκέλεσι. Non autem ἐν τοῖς : vt declararet extantes malleolos. Nihil enim fruſtra vir hic. Plinius in XI. σφυρὰ articulos transfert minùs rectè : *in poſterioribus*, inquit, *articuli breues*. Theodorus malè omiſit βραχέα. Addidit de ſuo ; *imis*. Addidit de ſuo : *agilem*. Et laſciuit ibi. *Hæ manibus digitato pede ſuo reſpondent*.

Oratio plus omni melle dulcior. Et illa quis aſſequatur, οὗτος δὲ τό τι περὶ τοὺς δακτύλους ἀδιαρθρώτερα ἔχει τῶν ποδῶν.

IV. ARISTOTELES.

Ἔχει δὲ μυκτῆρα τοιοῦτον καὶ τηλικοῦτον, ὥστε ἀντὶ χειρῶν ἔχειν αὐτόν. αἴρει γὰρ καὶ ἐσθίει, ὀρέγων τούτῳ εἰς τὸ στόμα, καὶ τῷ ἐλεφαντιστῇ ἄνω ὀρέγει τούτῳ, καὶ δένδρα ἀνασπᾷ, καὶ διὰ τοῦ ὕδατος βαδίζων, τούτῳ ἀναφυσᾷ. τῷ δ' ἄκρῳ ἐγκλίνει, οὐ κάμπτεται δέ· χονδρῶδες γὰρ ἔχει.

Talem verò tantúmque Naſum habet, vt ei manuum teneat vicem. Hoc enim tum cibum, potúmque in os refert ; tum inſidenti rectori porrigit. Quin arbores extirpat ipſas. Cùm per aquas vadit, hoc reflat. Eius ſumma pars cartilaginoſa eſt. Itaque non plicatur, ſed recuruatur.

CÆSAR.

COACTVS fecit : vt Naſi hiſtoriam hîc admiſceret. Nam cum Hominis manibus ac brachiis animalium crura comparabat. Ergo Elephas, cui minùs eſſent diſcreti digiti, atque ad manuum officia ineptiores, aliud habuit à Natura ſibi datum membrum, quod ſuppleret. De eo membro igitur cōmodè ſatis hîc. Duos flexus notat. Et cùm in os ſubducit : & cùm retrò porrigit rectori. Vires addit : arbores eruit : vſus ad vires : vſus ad cibum : vſus ad potum : vſus ad ſpirandum : ſubſtantiam declarat : cartilaginoſum. Sic eſt, τοιοῦτος ad officia & ingenium : τοσοῦτος ad vires, & ſpatia. Nam ſi rectori reflectit, prælongum eſſe oportet.

Theodorus Hiſtoriæ amplitudinem veram falſis anguſtiis coarctauit cùm dixit : *Nonniſi ad os naſum mouere*, & quid eſt : *nonniſi* : vt manum repræſentet ? neque planè expreſſit : ὀρέγει ἐλεφαντιστῇ. Non enim ſolùm manum, ſed etiam cibum. ἐλεφαντιστὴν *ſeſſorem*, an *rectorem* dicas : nihil refert. Idem omiſit : ἄνω. Neque rectè ἀνασπᾷ *ſternit*. *Eruit, extirpat*. Hoc enim operoſius. Nāque humeris quoque proſternit : manu verò etiam euellit. Addidit de ſuo illa omnia : *immerſus, ea ipſa edita in ſublime reſtat, atque reſpirat*. Neque diminutiuum prudenter affectauit in re tam vaſta. *Aduncìuſcula*, & *rigidiuſcula*. Ariſtoteles dicit : τῷ δ' ἄκρῳ ἐγκλίνει. Non ſolùm quòd ſit curua : ſed etiā quòd curueſcat aliquantùm : ſtet tamē citra plicaturam : id quod facile eſt cætero tractui, plicatur enim. Sic & nares noſtræ cartilagineæ ſunt : & curueſcere queūt, plicari nequeūt.

V. ARISTOTELES.

Μόνον δὲ καὶ ἀμφιδέξιον γίνεται τῶν ἄλλων ζώων, ἄνθρωπος.

Soli Homini vtriuſquè manus æqualis vſus datus eſt.

CÆSAR.

DEDVCITVR è ſuperioribus. Si aliorum animalium ſiniſtra crura minus ſunt abſoluta : ergo eorum vſus minor, quàm dextrorum. Si Hippocrati fidem habeas, hîc marem intelligas. Nam fœminam negat ille ambidexteram. Cæterùm vterque fallitur. Nam ſi ἀπολελυμένον intelligit de conformatione : falſum eſt. Neque in auibus, neque in

aliis

alus quicquam differt vtriuſuis ab altero dearticulatio. De agilitate verò, & ſupra diximus, & hîc intelligi poteſt: æquè feles & vrſos, & equos vtroque vti crure ad officia à natura comparata. Fœminas verò pleraſque nouimus nos vtraque ſuentes manu egregiè. Ad munera verò familiaria ita accommodatarum etiã magnum vidimus numerum. Parthenopæum vnum è ducibus Aetolis ἀμφιδέξιον Poëtæ cecinêre. In lib. περὶ πορείας, affirmat dextras animalium expreſſiores. Habes exemplum in cancris.

Ἀμφιδέξιον, ambidextrum, feliciſſimè, atque ad literam. Non ſitu, dextra enim vna tantum in parte eſt: ſed officio. Et ſanè hoc ſonat nomen. δεξιὰ, παρὰ τὸ δέχεσθαι.

CAPVT TERTIVM.

De Pectore, & Mammis.

VI.° ARISTOTELES.

Τὸ δὲ ςῆθος τοῦ τῶν ἀνθρώπων, πάντα τὰ ζῶα ἀνάλογον ἔχει τοῦτο τὸ μόριον, ἀλλ' οὐχ ὅμοιον. ὁ μὲν γὰρ, πλατὺ τὸ ςῆθος, τὰ δ' ἄλλα, ςενόν. μαστοὺς δ' οὐκ ἔχει οὐθὲν ἐν τῷ πρόσθεν, ἀλλ' ἢ ἄνθρωπος. ὁ δ' ἐλέφας ἔχει μὲν μαστοὺς δύο, ἀλλ' οὐκ ἐν τῷ ςήθει, ἀλλὰ πρὸς τῷ ςήθει.

Humano pectori aliquid quod reſpondeat, ſed diſsimile, animalia omnia habent. Homini enim latum eſt: cæteris anguſtum. Præterea ei mammæ in parte ſunt anteriore: at illorum nulli. Nam Elephantus quanquam duas tantùm: iuxta pectus potius, quàm in pectore tamen habet.

CÆSAR.

PECTVS poſt brachia: eiúſque partes, mammas: in homine quidem. Nam beſtiæ non in pectore habent eas. Quin neque Elephantus: ſed prope pectus potius: quippe ab latere ſub armis.

Vtinam verò tot coarctationum, τετραπόδων, & ζωοτόκων, quas alibi fecit, vnam nobis hîc impertitus fuiſſet. Nam quis ferat eum dicentem: omnia animalia habere aliquid pro pectore? ſaltem πάλιν dixiſſet. Non enim oſtrea, non Echini. Theodorus verò & à fide interpretandi deſciuit: & impudentem fecit orationem. Nam Philoſophus ἀνάλογον μόριον dixit voce communi, ad pectus, & ad pectori analogum. At ille *pectus* poſuit. Quod autem dicit *proportionatum*, neque verum pectus: eſt quia non omnia pulmonem, non omnia cor habent: ſed cordi analogum: quare etiam pectori, quod membrum pro corde eſt à natura comparatum. Sunt etiam quædam confuſa: quæ pectus cum capite & ventre ſimul habent. Quare ſeriò ac verò proportio quædam eſt: non pectus verum.

Illud quoque obſeruandum. Verum ne ſit: cæteris animalibus anguſtum eſſe. Nam ſi leonem, aut vrſum contemplêre, aliter ſentias. Quin equos generoſos etiam vaſto, non ſolùm lato inuenias. Quod diuinus Poëta verecundè, vt cætera omnia, profeſſus eſt. *Luxuriátque toris animoſum pectus.* An verò de ſubiecta coſtarum carina intelligendum eſt? non enim id ſolum, quod inter brachia, aut crura anteriora interiacet, pro pectore accipiendum: ſed pro ea parte vniuerſa quæ coſtarum crate ſepta eſt? Quod ſi ita eſt: qua ratione eas neges elephanto in pectore. Ita enimverò dico: ſi pectus ea eſt pars lata: elephantus in pectore habet; atque ita habet vt directa linea, non diſtent ſitu ab humanis. Sanè eas ſub armis gerit. Sin eſt carinata etiam: nihilominus in pectore.

Theodorus, πρὸς τῷ ςήθει; *citra pectus.* malè. Cùm collum narraſti: quod citra pectus fuerit, aut ſub collo, aut in collo erit. Præterea *vltra*, &, *citra*, viciniam non deſignant: at τὸ πρὸς, deſignat.

Nota dicendi modum, τῷ ςήθει ἀνάλογον ἔχει τοῦτο τὸ μόριον. quod μόριον? nullum enim dixit.

CAPVT QVARTVM.

De Cruribus, & eorum flexionibus.

VII. ARISTOTELES.

Τὰς δὲ κάμψεις τῶν κώλων καὶ τῶν ἐμπροσθίων καὶ τῶν ὀπισθίων ὑπεναντίας ἔχουσι καὶ ἑαυταῖς, καὶ ταῖς τοῦ ἀνθρώπου καμπαῖς, πλὴν ἐλέφαντος. τοῖς μὲν γὰρ ζῳοτόκοις τῶν τετραπόδων, [πλὴν ἐλέφαντος.] κάμπτεται τὰ μὲν πρόσθια εἰς τὸ πρόσθεν τὰ δὲ ὀπίσθια εἰς τοὔπισθεν. καὶ ἔχουσι τὰ κοῖλα τῆς περιφερείας πρὸς ἄλληλα ἐστραμμένα.

Crurum autem plicaturas tam anteriorum, quàm poſteriorum, & inter ſeipſas, & humanis aduerſas habent. Quadrupedes enim, quæ animal pariunt, anteriora crura prorſuam, poſteriora ponè flectunt. Itaque curuaturæ caua inter ſe obuerſa ſunt.

CAESAR.

PECTORIS hiſtoriam, ad quam ſit mox reuerſurus, quare omittat, neſcio. Crurum hic flexuras comparat & inter ſe in beſtiis, & cum humanis. Genuum tamen prius poſitas differentias oportuit. Nam biſulcæ & ſolipedes vera genua habent. Vnus omnium homo, patellam. At πολυχιδῆ, vt canes, & leones, genibus carent. Statim enim pectinem pedis habent multa in oſſa diuiſum. Qui tamen pecten non in omnibus attingit terram: ſed in vrſis maior pars: in canibus ea tantùm, quæ pedis eſt.

Animalia, inquit, crura ſua curuant contraria flexione: ſcilicet poſteriora prioribus. Sed is flectendi modus in pecoribus, contrarius eſt plicationibus hominis. Pecudes enim & iumenta & alia eiuſmodi, (nam Lacertæ, & id genus, aliter) antrorſum priora, poſteriora retrorſum flectunt. Ergo contrariæ inter ſe flexiones ſunt. Contrariæ etiam humanis. Nos enim priores artus, id eſt Brachia plicamus retrorſum, crura antrorſum. Addit Geometricam rationem cùm dicit. In quadrupedibus viuiparis, cauas lineas orbis inter ſe conuerſas eſſe. Nam earum pedibus pedes vbi coniuncti ſunt: orbis conformatur ſimulacrum.

Comparationis initia ampla ſunt: neque enim cuiuſmodi animalia illa ſint, præſcribit, quæ contrario motu flectant. Vnum excipit Elephantum deinde in exemplis, atque explicationibus comparationis reſtringit ſententiam ad ζῳοτόκα & quadrupedes. Neque enim omnia animalia contrario flexu plicant: id eſt alio, quàm homo. Quippe Lacertus vti dicebamus, aliter. Hoc & ipſe ſtatim declarat.

Obſeruandum & id. Elephantum & anteriora, & poſteriora antrorſum flectere.

Appellauit κῶλα. Nobis nomen commune non eſt cruribus, & brachiis: niſi membra: hoc eſt, μέλη: aut artus, dicas. Plinius quoque in XI. *Artuum ſuffragines* appellauit τῶν κώλων τὰς ἰγνύας.

Τὰ κοῖλα, *conuexa*. Sic enim ſunt conuexa cæli. Pars autem exterior *curua*, τὸ κυρτόν. Nam Grammatici delirant. Cauum enim & conuexum idem.

Ἐστραμμένα, *obuerſa*, ἐναντία *aduerſa* potiùs quàm contraria. Sed non conſequuti ſumus alluſionem Atticam: τὰ πρόσθια εἰς τὸ ὄπισθεν, τὰ ὀπίσθια εἰς τοὔπισθεν. Quaſi natura ſit ſibi alludens. Anteriora antrorſum, poſteriora poſtrorſum, ſi liceat.

VIII.

VIII. ARISTOTELES.

Ὁ δὲ ἐλέφας, οὐχ οὕτως, ὡς λέγουσί τινες, ἀλλὰ συγκαθίζει καὶ κάμπτει τὰ σκέλη, πλὴν οὐ δύναται διὰ τὸ βάρος ἐπ' ἀμφότερα ἅμα, ἀλλ' ἀνακλίνεται ἢ ἐπὶ τὰ ἀριστερὰ, ἢ ἐπὶ τὰ δεξιὰ, καὶ καθεύδει ἐν τούτῳ τῷ σχήματι κάμπτει δὲ τὰ ὀπίσθια σκέλη ὥσπερ ἄνθρωπος.

Elephantus autem non quemadmodum prodidere: ſed & ipſe tum ſubſidet, tum crura flectit. Caterùm nequit ſuper vtroque latere ſimul propter onus. Sed reclinatur ſuper ſiniſtram, aut ſuper dextram. Atque eo habitu quieſcit. Flectit autem crura poſteriora more hominis.

CAESAR.

Explicat exceptionem, quam poſuerat in ſuperiore Hiſtoria de flexuris. Cum dicebat, πλὴν ἐλέφαντος. Etiam vulgi opinio eſt. Elephantos acclines arboribus cubare clunibus inſidentes: propterea quod crura non flecterent. Itaque ſuccisis arboribus euerſos capi. Donec miſſus ab Rege Luſitanorum vnus Romam inſcitiæ caliginem diſcuſſit. Reddit rationem: quare ſuper pectore non cubet. Quia moles, inquit, impedimento eſt.

Non placet verbum, quod addidit Theodorus: *agit*. Peſſimè verò coniunxit. συγκαθίζει, καὶ κάμπτει. *Conſidendo flectit.* Non enim ſemper, vbi flectit, conſidit. Quaſi non flectat, niſi conſidendo. Sed & conſidit in clunes: & flectit. Neque rectè dixit: *vtrunque in latus æquilibrio quodam vergere.* Non enim poſſumus coniungere hæc duo. *Vergere*, & *æquilibrium*. Vergere enim eſt in latus vnum tantùm. *ἀνακλίνεται reclinatur.* Theodorus, *incubat.* ἀνακλίνεσθαι, & motum ſignificat inclinationis, aut reclinationis: & quietem poſt motum. Incubat, autem, quietem tantùm.

IX. ARISTOTELES.

Τοῖς ὠοτόκοις δὲ, ὥσπερ κροκοδείλῳ, καὶ σαύρᾳ, καὶ τοῖς ἄλλοις τοῖς τοιούτοις ἅπασιν, ἀμφότερα τὰ σκέλη καὶ τὰ πρόσθια καὶ τὰ ὀπίσθια εἰς τὸ πρόσθεν κάμπτεται, μικρὸν εἰς τὸ πλάγιον παρεγκλίνοντα. ὁμοίως δὲ καὶ τοῖς ἄλλοις τοῖς πολύποσι. πλὴν τὰ μεταξὺ τῶν ἐσχάτων ἀεὶ ἐπαμφοτερίζει, καὶ τὴν κάμψιν ἔχει εἰς τὸ πλάγιον μᾶλλον.

Quæ verò oua pariunt: qualis Crocodilus, & Lacertus, atque alia eiuſmodi: iis omnibus tam priora, quàm poſteriora crura flectuntur retrorſum pauliſper in latus inclinata. Similiter & iis, quæ multis pedibus gradiuntur. Niſi quòd vltimorum crurum media curuatura vtrã in partem vergant, in ambiguo eſt: ſed ad latus potius curuantur.

CAESAR.

Aliorum exequitur aliam naturam. Quadrupedes ouiparæ, vt Lacertus, & Crocodilus, & aliæ: quippe teſtudinum genera omnia: crura flectunt omnia retrorſum. Sic, inquit, & multipedes, vt muſcæ, & apes, & aliæ: quarum poſteriora mediam curuaturam in latus flectunt. Aranearum verò etiam quaſi in orbem colliguntur: puto ob corporis rotunditatem.

Dixit: πλὴν τὰ μεταξὺ τῶν ἐσχάτων. Theodorus infeliciter. *Niſi quòd medij pedes ſubinde ambigui.* Intellexit igitur pedes τὰ ἔσχατα. & crura, τὰ μεταξύ. At contrà eſt. Nam media intelligit flexiones crurum: & poſtrema accipit pro cruribus. Nam pedibus Aranei carent. Sed totum crus eſt articulis, & curuaturis conſtans.

Turpe mendum turpi in codice. τὰ ὀπίσθια εἰς τὸ πρόσθεν: lego εἰς τοὔπισθεν. Id enim mox negat.

Nota. diſtinguit πολύποδας à quadrupedibus. Quoniam τετράποδας appellat priuatim.

X. ARISTO

X. ARISTOTELES.

Ὁ δ᾽ ἄνθρωπος ἄμφω τὰς καμπὰς τῶν κώλων ἐπὶ τὸ αὐτὸ ἔχει [καὶ] ἐξ ἐναντίας· τοὺς μὲν βραχίονας, εἰς τοὔπισθεν κάμπτει. πλὴν μικρὸν ἐβλαισωται ἐπὶ τὰ πλάγια τὰ ἐκτός, τὰ δὲ σκέλη, εἰς τοὔμπροσθεν.

Homo autem vtraſque artuum inflexiones eandem in partem verſas, atque inter ſe contrarias habet. Nanque brachia retrò flectit, quanquam paulùm extrorſum obliquata: crura antrorſum.

C AE S A R.

QVADRVPEDES viuiparæ aduerſas inter ſe: ita & homo: ſed contrario ſitu. Hoc & in priore libro dicebat: ouiparæ retrò omnia: multipedum extrema in latus: ſic hominis brachia in latus.

Ἐβλαισωνται ἐπὶ τὰ πλάγια τὰ ἐκτός. Sic lege. Quia obliquum ſiue latus quit eſſe tam intus, quàm foris: iccircò declarauit. εἰς τὰ ἐκτός. Satis erat ἐβλαίσωνται. Hoc enim declaratum eſt. βλαισὸν in cruribus: quorum curuitas extrinſecus eſt.

Τὰ δὲ σκέλη εἰς τοὔμπροσθεν. Theodorus de ſuo addidit: *rectè*. Ad differentiam τῶν πλαγίων.

XI. ARISTOTELES.

Εἰς δὲ τὸ ὄπισθεν, τά τε πρόσθια καὶ τὰ ὀπίσθια οὐδὲν κάμπτεται τῶν ζώων.

AT quod animal tam priora, quàm poſteriora antrorſum flectat, inuenias nullum.

C AE S A R.

IN Codice, εἰς τὸ ὄπισθεν, ſcriptum eſt. Sed eſt contrarium iis, quæ ſupra diximus. Nam lacertos, & teſtudines ita flectere prodidimus. Theodorus legit, εἰς τὸ πρόσθεν: At hoc æquè falſum eſt. Elephantus enim tam poſteriora, quàm priora prorſum curuat. Quippe qui etiam genua ſummittat. Ita ſunt quatuor modi flexionum. Omnia antrorſum, vt Elephantus: omnia retrorſum, vt Lacertus. Aduerſa curua inter ſe, vt in homine: aduerſa caua inter ſe, vt in pecore.

XII. ARISTOTELES.

Ἐναντίως δὲ τοῖς ἀγκῶσι καὶ τοῖς προσθίοις σκέλεσιν, ἡ τῶν ὤμων ἔχει καμπὴ πᾶσι· καὶ τῶν ὄπισθεν γονάτων, ἡ τῶν ἰσχίων ὥστ᾽ ἐπεὶ ὁ ἄνθρωπος τοῖς πολλοῖς ἐναντίως κάμπτει, καὶ οἱ τὰ τοιαῦτα ἔχοντες ἐναντίως.

OMnium humeri contrario plicantur flexu, quàm aut cubiti, aut anteriora crura. Item ſuffragines contrà, quàm coxa. Igitur homo cum è contrario flectat, atque multa: ipſa quoque quæ membra hæc habent, flectunt è contrario.

C Æ S A R.

POSTQVAM partes haſce inter ſeſe comparauit ad flexuram: nunc eas comparat cum alia flexione, eáque & ſuperiore, quæ eſt in humero; & inferiore, quæ eſt in coxendice. In homine igitur comparat cubitum cum humero. In beſtiis armos cum cruribus anterioribus: & nihilominus poſteriores flexiones inter ſe. Ac poſteriorum quidem ratio patet in omnibus. In anterioribus beſtiarum verum eſt. De humano verò humero accuratiùs

curatiùs videndum. Non nego plicari modo contrario. Sed verbum ſupra poſitum, ἰϐλίσωνται, dominatur.

Dixit τοῖς πολλοῖς: quia non omnia. Non enim Lacerti: non Elephantus. Dixit, οἱ τὰ τοιαῦτα ἔχοντες, ἐναντίως. Quid eſt, οἱ. Quibus animalium generibus accommodari poteſt nota maſculina? & quænam ſunt, quæ habeant eas partes, quas homines habent: in quibus flexiones ſint contrariæ cæteris animalibus? quippe vnum ſimiarum genus.

Locupletiùs Latini: *humerum*, *armum*. ipſe ἀδιορίστως. Præterea vſus eſt hac voce, γόνυ, pro illa, ἰγνύα.

Theodorus egit paraphraſten, non interpretem: cùm dixit. *Humeri*, *Armiue*. Idem, quod Ariſtoteles affirmatiuè poſuit: οἱ τὰ τοιαῦτα ἔχοντες: ille oratione dubia. *Si qua alia membris huiuſcemodi conſtant.*

XIII. ARISTOTELES.

Παραπλησίους δὲ τὰς καμπὰς ἔχει καὶ ὁ ὄρνις τοῖς τετράποσι ζώοις. δίπους μὲν γὰρ ὤν, τὰ μὲν σκέλη εἰς τὰ ὄπισθεν κάμπτει· ἀντὶ δὲ τῶν βραχιόνων καὶ σκελῶν τῶν ἔμπροσθεν, πτέρυγας ἔχει, ὧν ἡ κάμψις ἐστὶν εἰς τὸ πρόσθεν.

At aues quadrupedum flexionibus ſimiles propemodum ſuas habent. Quippe bipedes cùm ſint, crura ipſa retroflectunt. In brachiorum verò, priorúmque crurum loco alas prorſum curuant.

CAESAR.

Divinvs vir id ſemper agit, vt reducat, quæ poteſt, ad vnũ. Itaque auium quoque naturam eandẽ docet eſſe ad flectendum cũ natura quadrupedum. Non omnes intellige quadrupedes. Non ouiparas. Non omnes viuiparas. Nõ enim Elephantum. Adſcribit proportionem alarum brachiis non immeritò. Anſeres, enim inter ſe pugnãt alis. Equidem aquilam anatariam vel generoſam, ad hunc modum deiectam de cœlo ad anatem inter pugnam vidi.

Cùm autem frequentius officium ſit in alis ad carpendum iter, quàm aliud agendum: non inconſultò addidit, τὰ μὲν σκέλη. Itaque tametſi quadrupedibus comparat propter flexum: tamen etiam hominem notat, cùm brachia nominat, propter actiones alis attributas. Tum autem quia bipes animal auis eſt, alas brachiorum potiùs, quàm crurum vice obtinere videantur.

Παραπλησίως. Non penitus ſimiles, ſed adſimiles, penè ſimiles. Hoc enim eſt, παρά. Demit enim, παραμωλύνη: παραφρονής. Sanè haud omnino ſimiliter curuant. Nam quanquam antrorſum, non tamen linea directa, ſed introrſum potiùs: ſicut contrà, homo brachia extrorſum.

XIV. ARISTOTELES.

Ἡ δὲ φώκη, ὥσπερ ἀνάπηρωμένον τετράπουν ἐστίν. εὐθὺς γὰρ ἔχει μετὰ τὴν ὠμοπλάτην τοὺς πόδας ὁμοίους χερσίν, ὥσπερ καὶ αἱ τῆς ἄρκτου. πεντадάκτυλοι γάρ εἰσι, καὶ ἕκαστος τῶν δακτύλων καμπὰς ἔχει τρεῖς, καὶ ὄνυχα [οὐ μέγαν·] οἱ δ' ὀπίσθιοι πόδες, πεντadάκτυλοι μέν εἰσι, καὶ τὰς καμπὰς καὶ τοὺς ὄνυχας ὁμοίους ἔχουσι τοῖς προσθίοις· τῷ δὲ σχήματι, παραπλήσιαι ταῖς τῶν ἰχθύων οὐραῖς εἰσιν.

Marinus autem vitulus tanquam mutilus quadrupes eſt. Etenim ſub armis ſtatim pedes habet manibus ſimiles, velut vrſinos. Nempe quinis diſcreti ſunt digitis. Quorum ſinguli ternas habent flexiones, atque vnguem grandem vnum. Poſteriores quoque pedes, numero quidem & curuatura digitorum, item ipſis vnguibus ſimiles habet prioribus. Cæterum figura ad piſcium caudas propiùs accedunt.

CAESAR.

Cvm de flexuris crurum ſcriberet: oſtendit ſeſe animal quadrupes ſinè ipſis. Quare coactus eſt illud, mutilum, appellare. Itaque reptanti ſimiliorem vidimus in Illyrio, quàm ingredienti.

Theodorus

Theodorus more ſuo *συγκεχυμένον læſum*, non malè. Rectiſsimè verò *καμπὰς articulos*. Sunt enim artus commiſſuræ oſſium: Græca vox, *ἄρθρον*. Sic vtitur Cicero. Animaduertemus tamen non omnem commiſſuram habere flexionem. In libro *περὶ πορείας* eſt, *διάρθρωσις* diſcretio membrorum commiſſorum. Idem legit cum negatione, *ὄνυχα οὐ μέγαν*. At enimverò grandes obtinet. Quippe digitorum extrema pars penè tota cartilago eſt. Ait poſteriores ſimiles caudis piſcium. Iccircò Plinius *pinnas* appellauit.

XV. ARISTOTELES.

Αἱ δὲ κινήσεις τῶν ζώων, τῶν μὲν τετραπόδων καὶ πολυποδων, κατὰ διάμετρόν εἰσι, καὶ ἑστᾶσιν οὕτως.

Animantium, ſiue quatuor, ſiue plures habeāt pedes, motus, ac ſtatus per diametrū eſt.

CÆSAR.

ALTERA pars hæc capitis huius eſt. Declarata crurum ſubſtantia, numero, flexu, officium, officiíque modo explicat. Quippe motum. Quæ eſt ratio formalis totius Phyſicæ contemplationis. Linea quadratum dimetiens eſt quæ ab angulo ad angulum ducta, totum ſpatium ſecat in duo triangula. Equus itaque cùm ſuccuſſat, vtrumque ſimul tollit pedem dextrum anteriorem & ſiniſtrum poſteriorem: deinde alios duos pari ratione ac momento. Is igitur eſt diameter; vt appellant; verùm non omnis motus talis eſt. Quippe alio modo ſalit equus: iunctis æquè poſterioribus: priora tamen non ſimul fortaſſe demittit, quod & in curſu latet in poſterioribus: priora autem non ſimul. Quare non de omni motu ſentiendum eſt. Poſtremò ne in eadem quidem ſpecie. Quippe Aſinus ſuccuſſat per diametrum: at cùm ambulat gradatim ſicut Aſturcones: id quod *tollutim* ait Plautus: non iam per diametrum ſed per latera mouetur, duo ſimul dextra, duo ſiniſtra tollens crura. Hæc ſanè ita ſunto. At quomodo ait ſtatum animalium eſſe per diametrum? non enim intelligo: niſi dicat angulos inter ſe æqualiter reſpondere. Itaque habes & motum, & quietem. Quorum vtrunque ſubeſt naturali conſiderationi. Hunc mouendi modum habes etiam in libro *περὶ πορείας* iiſdem verbis. Ibi *διάμετρον* interpretati ſunt, *per tranſuerſum*. Dixiſſem: *per lineam tranſuerſam*: vt intelligerem partium motum. Nam animal ipſum mouetur per directum, non per tranſuerſum. Tertium caput omiſit, de incubatu. Non enim omnia ſimiliter. Elephas in alterutrum, vti dicebamus. Fœtæ canes frequentius quadratæ jacent. Item Leones. Nam quod ait Plinius in libro vndecimo, capite XLV. *in ſiniſtris cubare omnia*, tam fœdum eſt mendacium, quàm vulgaris deprehenſio.

Ἑστᾶσι, Theodorus, *ſubſiſtunt*. Sanè aliud quid eſt. Et Liuius & Cicero vtuntur, pro expectare: ac quaſi ab inſidiis.

XVI. ARISTOTELES.

Ἡ δ' ἀρχὴ, ἀπὸ τῶν δεξιῶν πᾶσι.

Omnibus autem initium à dextra parte eſt.

CÆSAR.

INTER motam rem, & mouentem quid ſit differentiæ: ac quemadmodum diuerſa eſſe neceſſe eſt: declarauimus in libris *Phyſicorum*. Ac præterea in libris de *Cælo*: quodcunque mouetur, ſuper aliquo quieſcente moueri. Siniſtram verò animalis partem eſſe quaſi rem ſtabilem ſuper qua vertatur motus: dextram à qua motus principium ſit: in libris de *Cælo*, & in libro *περὶ πορείας* probatum eſt Id quod hîc ſimpliciter narrat. Fortaſſe in auium alis verum non eſt. Certè vix dignoſcas. In equis ſæpenumero obſeruauimus, item in canibus dextrum pedem aliquanto priorem. Propterea in choreis ſiniſtrum mouemus pedem: non vt naturæ aduerſemur, quæ omnium bonarum artium mater eſt, & norma: ſed vt oſtendamus aliquid aut didiciſſe, aut docuiſſe, aliud, quàm quod

à natura

à natura etiam rudibus ſuppeditari poſſit. Cantabri tamen etiam choreas dextrorſum ducunt: priorémque dextrum pedem producunt.

De animalium motu cùm dicat Ariſtoteles hîc, & non omnia pedes habeant: malè addidit Theodorus de ſuo: *incedendi.* Nam & volandi intelligit, & natandi, & rependi. Etenim in libro περὶ πορείας ait, volatum eſſe proprium motum volucribus, non autem inceſſum: ſed inceſſum eſſe, quaſi ſuccenturiatum volatui: propterea quòd nequirent perpetuo in volatu eſſe. Sanè κίνησιν dixit Philoſophus, non πορείαν hîc. Voluit enim etiam ad brachia referri.

Quo in loco intelligas acutiùs, quæ ab aliis diſcuſſa non ſunt. Inceſſus enim ſiue ingreſſus: nihil enim differt: nam & apud Curtium & apud Plinium nihil differt: ſpecies eſt motionis. Motus enim comprehendit & ingreſſum, & volatum, & natatum, & ſaltum, & curſum, & flexum, & rotationem, & reptationem, & alia talia. Quare dubitabis: qua ratione præpoſuerit libris de *Communi motu animalium* Philoſophus libros de *Ingreſſu animalium.* Hoc primum. Deinde: Cur antepoſuerit librum de *Ingreſſu* libris de *Anima.* Ratio primæ dubitationis, eſt. Quia generalis tractatio antecedit particularem. Ratio ſecundæ dubitationis eſt. Quia ingreſſus, eſt officium totius per animam. Nondum igitur nota anima non poteſt agnoſci eius actio. Ita hîc reſpondendum eſt. In libro de *Greſſu* partes recenſeri ad greſſionem, & greſſionis proportionem, cuiuſmodi volatus eſt, & reptatus: atque horum omnium tum modos, tum cauſſas conſiderari. Iccircò eſſe eum librum librorum priorum quatuor περὶ μορίων ibi à nobis dictum eſt. Librum autem de *Motu animalium* rectè poſt Animæ libros poſitum: quia animæ actio motus eſt in ipſo compoſito. Ante libros de *Anima* poſitum de *Greſſione*, quia tanquam partes ibi tractantur cum cauſſis, vti dicebamus. non igitur motus ſubiectum in eo eſt: ſed pars animalis ſub ratione motus. Quia motus finis.

XVII. ARISTOTELES.

Κατὰ σκέλος δὲ βαδίζουσιν ὅ τε λέων, καὶ αἱ κάμηλοι ἀμφότεραι, αἵ τε Βακτριαναὶ, καὶ αἱ Ἀράβιαι. τὸ δὲ κατὰ σκέλος ἐστὶν, ὅτι οὐ προβαίνει τοῦ ἀριστεροῦ τὸ δεξιὸν, ἀλλ᾽ ἐπακολουθεῖ.

Tum leo, tum Camelorum genus vtrunque Bactrianum ſcilicet, atque Arabicum, pedatim ambulant. Hoc eſt, quòd, ſiniſter pes dextrum non antecedit, ſed ſubſequitur.

CAESAR.

POSTQVAM oſtendit principium motus eſſe à dextra: & in libro περὶ πορείας, ſiniſtram eſſe quaſi pro re quieſcente: docet hoc apertiùs in hiſtoria Leonis, & Camelorum. In aliis enim animalibus quantùm pes dexter promouet à linea in qua æquè cum ſiniſtro conſiſtebat: tantùm ſiniſter ante dextrum. In Leone autem non item. Sed ſubſiſtit ſiniſter citra illud ſpatium. Quare non immerito κατὰ σκέλος dixerunt Græci. Eſt enim quaſi clauda ambulatio. Non item fit triangulum ἰσοσκελές.

Accuratiùs animaduertes greſſionem eorum animalium, quorum pedes poſteriores prælongi ſunt: cuiuſmodi vrſis, & ſimiis. Sæpe enim obliqui incedunt: ne poſterior pes in anteriorem impingat: ſed vt vacuum ſpatium obtineat, alter ſub ventre, alter extra latus ponit veſtigium. Contrà lepores adeò quadratè eunt: vt in niuibus terna tantùm inuenerimus aliquando veſtigia. Ita vt vnus è poſterioribus nouam notam imprimeret: alter non, ſed in prioris foueolam ſeſe immitteret.

Nota loquutionem: neceſſe enim eſt vt προβαίνει dicatur de Leone, non de dextro. Sic: ὁ λέων οὐ προβαίνει τοῦ ἀριστεροῦ τὸ δεξιόν. & τὸ δεξιὸν ſit accuſatiuus. οὐ βαίνει πρὸ τὸ δεξιὸν τοῦ ἀριστεροῦ: ſed ſequitur τὸ δεξιὸν ſuo ſiniſtro.

. XVIII. ARISTOTELES.

Ἔχουσι δὲ τὰ τετράποδα ζῷα, ὅσα μὲν ὁ ἄνθρωπος ἐμπρόσθια ἔχει ἐν τῷ πρόσθεν, κάτω ἐν τοῖς ὑπτίοις· τὰ δὲ ὀπίσθια, ἐν τοῖς πρανέσιν.

Quæ homini ſunt in parte anteriori, ea infernè habent quadrupedes. Quæ homini poſteriora, ea illis supernè ſunt.

CÆSAR.

STATVM hominis cæleſtem intelligas. Os enim *Deus ſublime dedit: cælúmque videre iuſſit, & erectos ad ſidera tollere vultus.* Tum brutorum diuerſam naturam narrat. Nam pars anterior proportionem habet cum ſuperiore. Quippe quod ſuperum eſt, & quod ante nos eſt, videtur noſtrâ magis intereſſe: & in quod animum potiùs intendamus. Quod autem infra, & quod poſt nos eſt: infra noſtram naturam, & poſt eam eſſe. Bruta igitur cùm poſt nos ſint: eas partes, quæ in nobis priores ſunt, ipſa habent quaſi poſteriores. Quippe tectas, aut à Cælo auerſas. Contrà, poſteriores noſtras, ipſa priores habent, ſcilicet in ſupera cæli obuerſas.

XIX. ARISTOTELES.

Ἔτι δὲ τὰ πλεῖστα κέρκον ἔχει, καὶ γὰρ καὶ ἡ φώκη μικρὰν ἔχει, ὁμοίαν τῇ τοῦ ἐλάφου. περὶ δὲ τῶν πιθηκοειδῶν ζῴων, ὕστερον διορισθήσεται.

Plurima præterea caudam habent. Nam vitulo quoque marino puſilla eſt Ceruinæ ſimilis. De Simiarum verò generibus poſteà diſceptabitur.

CÆSAR.

AVELLENDA erat pars hæc à parte ſuperiore: aliud enim, quàm crura tractat. Quin hîc vix attingit, mox rediturus. Tamen quia clunibus appenſa eſt, cruribus vicina: hîc maluit poſitam.

Οὐρὰν ita eſſe ampliore ſignificato, quàm κέρκον. Eſt enim etiam in piſcibus: ſicut οὐραῖον. Propterea quòd extremum ſit, παρὰ τὸ ὁρίζειν. At κέρκος id ſignificat, quod longum eſt: vt in cebis, vulpibus, leonibus, tauris. Nam ſi quibus breuiuſculum eſt: quantitas mutatur, non ſubſtantia.

Dixit: plurima. Nam canum genus videtur vulgo etiam penè veſtigio ipſo caudæ carere. Item Simias. Quare de ipſis pollicetur ſe dicturum. Præſcripſit differentia, cùm dixit: quadrupedes. Eſt autem diuerſitas in eodem genere ſummo: putà Simiaceo, & Scorpiaceo. Scorpij nanque vulgares caudam prælongam habent: ſcorpij librarij nullam. Multa quoque alia genera tota carent. Sepiæ, araneæ, aliáque inſecta multa. Cancri, Stella piſcis, Pulmones, Rota, Echini. Hominum familias quaſdam in Hibernia caudatas Galli vulgò prædicant. Eſt autem autem hîc caudę tractanda hiſtoria: neque enim alibi vberius. Nullam igitur habent ferè quæ rotunda ſunt. Nam Faber piſcis, quem Adriatici *Columbum* vocant, tametſi rotundiſſimus, caudillam tamen habet. Fluitaret enim ſinè gubernaculo, pluſquam plani, pluſquam longi. Cauda aut lata eſt vt piſcibus: eáque non vno ſitu. Aliis ſecundũ aquę planiciem: qualis Gammaris, & Locuſtis, & Soleis: aliis cultellatim ſecans aquam: vt anguillis. Aut eſt teres: vt quadrupedibus. His aut longa, vt Tauris: aut curta, vt Ceruis. Tenuis Elephanto: Craſſa Arietibus Syris: porrecta Aſino: intorta Suibus: Reflexa supernè Cani: infernè aut ad latera Leoni, & Ceborum generibus quibuſdam, qui ea etiam pro manu vtuntur: ſetoſa Equis: piloſa Vulpi: minus piloſa Sorici: Nam Muribus ima parte hirtam Plinius cùm prodit, non omnes in memoria habebat; etiam totam Sciurus; etiam ij, quos *Varios* vocant.

vocant. Quibuſdam æqualiter pilis obſita: aliis non ita vt boui. Caluеſcit viuerris, ſi coïtus tempore non admittantur. Totius corporis naturam ferè ſequitur: iccircò lacertis ſqualli-da. Tum his, tum ſerpentibus abſciſſam renaſci. Nos Lacertum murarium excaudatum, etiam ſequenti anno ſine cauda vidimus. Equis iuuenibus ſi, aut nodus imus auferatur, aut cauda tota abſcindatur: videmus nos clunes luculentum capere incrementum. Catellum, ſi dentibus idem nodus dematur, in rabiem non agi. Plinius caudæ ſcorpionum aculeum ineſſe ait: qui-buſdam etiam geminos. Alio loco dentem vocat, non aculeum: atque ternos aliquibus, non geminos. In lacertorum piſcium genere ſerrata eſt ab lateribus non ſuis, ſed corporis, ſenticis modo. Vnica maximæ animalium parti. Gemina generi cuidam ſcarabæorum: *Gryllos* vocant. etiam quibuſdam trigemina, media duabus reliquis porrectiore. Vulgus hos putat non ſtridere. Auibus cauda nulla: ſed eius loco caruncula quædam, è qua pennæ prodeunt ad caudæ vices: quibus iter dirigunt. *Vropygium* vocant Græci. Etiam ſcriptum eſt in libro περὶ πορείας, ὀρροπύ-γιον: quod in locuſtis agnoſcat. Verùm in eodem libro quæras quó nam modo dicat ὀρροπύ-γιον ἀποβάλλει ὁ ταώς. Non enim videtur verum, pauonem abiicere eam caudillam, quæ for-ma eſt Lanceolæ, ſiue ſpiculi. Alio modo habet id veſpertilio. Neque verum eſt, quod aiunt Philoſophi, inſecta cauda carere. Nam locuſtæ quiddam habent. Animal verò quod ſupra deſcripſimus priore libro, caudam etiam longiſsimam. οὐραῖον in piſcibus appellat Ariſtoteles, potiùs quàm οὐράν: quaſi ſit analogum: non vniuocum verum. A caudis indicia ad corporum conſtitutionem ſunt. Craſſa cauda & magna canes curſores leporarios docet deteriores. Craſſa equis robur: præſertim ſi attrectatam intra clunes aſtringant. Minùs exprompto motu ad cal-caria ij ſunt, qui caudam iactant. Frequens vitium Calabris, & Apulis. Mores quoque inde aperiuntur. Blandi canes motant: irritati mouent ſed rariùs. In ſublime erecta, & in ſe conuo-luta acrem canem notat: ſub aluum deiecta degenerem. Sic eam habet Lupus cùm fugam meditatur. Quo minùs Phyſiognomi reducere queant apoteleſmata ſua ad propoſita princi-pia. Nam Leo cùm maximè vult pugnare ſubtus curuat. Feles fluctuanti motu vibrant. Lacertis quoque geminas tradit Plinius. Gyrinis vnica primùm, mox bifurcatur, atque, quod mirum eſt, in pedes abit: vt fiat Rana.

CAPVT QVINTVM.

De Pilorum generibus, & locis.

XX. ARISTOTELES.

Πάντα δ' ὅσα τετράποδα καὶ ζωοτόκα, δασέα (ὡς εἰπεῖν) ἐστὶ, καὶ οὐχ ὥσπερ ὁ ἄνθρωπος, ὀλιγότριχον καὶ μικρότριχον, πλὴν τῆς κεφαλῆς· τὴν δὲ κεφαλὴν δασύτατον τῶν ζώων.

QVadrupedes, quæ animal pariunt, piloſæ penè omnes. Non, qualis homo. Is excepto capite, quod omnium animalium piloſiſſimum habet, rarum ac minutum edit pilum.

CAESAR.

QVOD ſæpe facit ipſe, nos item monemus ſæpe. Conſtituta ſpatia identidem tranſilit. Quid enim pilo cum cruribus, ad quæ mox etiam rediturus eſſet? nam membra ſunt, aut neceſſaria, aut ad vſum, aut ad decorem. Neceſſaria ſunt, ſine quibus vita, & ſenſus conſtare nequit: neceſſaria ad indiuidui conſtitutionem, atque conſeruationem. Cuiuſmodi, cor, hepar, cerebrum.

neceſſaria ad ſpeciem propagandam alia ratione: veluti partes genitales. Vtilia ſunt quæ viuendi meliorem faciunt conditionem. Vt pes, manus, oculus, alia. Decor in iis conſtat, quibus neceſſitas, atque vſus carere poteſt. Pilus, qui munimenti gratia datus eſt, non eſt neceſſarius, ſed vtilis. Alterum pilorum genus eſt ad decorem. Cuiuſmodi ſunt ſupercilia. Tertium genus longè diuerſum: excrementitium enim eſt. Quale id, quod ſub axillis, & ad pubem. Quin impedimento eſt aliquando: veluti muſtaces ad cibum capiendum: tonſione enim egent. Itaque etiam alibi à nobis dictum eſt, quædam habere finem in ſe propter ſe: quemadmodum homo animam rationalem, quæ poſtquam eſt introducta, ceſſat generatio. Quædam habere quidem eundem finem: omne enim quod eſt in prædicamento ſubſtantiæ, eſt abſolutum: & habet eſſe ſuum propter ſe: tamen hoc, quod ſunt, fuêre propter aliud. Veluti pili excrementitij. Sunt enim hoc, quod ſunt: ſed facti ſunt hoc, vt ne eſſent, quod erant in corpore: excrementum enim erant. Hoc in genere etiam vermes cenſentur, qui in ventre generantur. Nunc Philoſophi ſententiam videamus.

Quadrupedes, inquit, piloſæ. Addidit: quæ animal pariunt: vt exciperet lacertum, teſtudinem, crocodilum, ſcincum. Non tamen conſtat nobis, quare addiderit: *ὡς εἰπεῖν.* Quaſi verò ne iſtæ quidem quadrupedes ita circumſcriptæ, omnes piloſæ ſint. Nulla tamen in mentem venit nobis niſi ſit: *δασέα ὡς εἰπεῖν*: piloſa pene tota.

Quod ait: Hominis caput *δασύτατον τῶν ζώων*: id verum eſt, ſi capillorum ſpectes prolixitatem. Quoniam cæteris in partibus *μικρόθριχον* agnoſcebat. Sed ſi opponas ei, quod eſt, *ὀλιγόθριχον*: falſum ſit: neque enim vrſus denſiores habet: in quo vix diducere pilos queas, vt cutem capias oculis.

Μικρόθριχον, nos *minutum*, vertimus, quò breuitatem, atque tenuitatem vnico ſimul verbo indicaremus. Quare effugimus, quod dixit Theodorus: *integitur pilis.* Neque enim tegitur homo pilis: qui & rari, & exigui.

Idem *caput hominis hirtiſſimum* cùm dixit, duriuſculam fecit ſententiam. hirtas beſtias dicimus, quarum pilus aſperior eſt: veluti cùm canes hirrire dicuntur, eorum pilus ſurrigitur. Plinius quoque boum caudas extremas cùm hirtas ſcripſiſſet: maluit leporem dicere animalium omnium villoſiſſimum. Verùm idem (& puto verba eſſe Trogi) hirtos homines libidinoſiſſimos prodidit: atque hi beſtiis ſanè haud abſimiles.

Quod Ariſtoteles duplici præſcriptione concluſit, *ζωοτόκα*, & *ὡς εἰπεῖν*: Plinius incautiùs, ac liberiùs ſinè his. Libro nanque XI. *Quæ animal*, inquit *pariunt, pilos habent.* Alterutrum additum oportuit, aut, quadrupedes: aut *ὡς εἰπεῖν.* Profectò Delphinas exemiſſet ex hoc numero: vt omittamus cartilaginea, & viperam.

Nota loquutionem, *πάντα δασέα*, in plurali. *οὐχ ὥσπερ ἄνθρωπος ὀλιγόθριχον, καὶ μικρόθριχον.* In neutro, quod non conuenit cum maſculino, *ἄνθρωπος*: neque cum plurali, *δασέα.*

XXI. ARISTOTELES.

Ἔστι δὲ τῶν μὲν ἄλλων ζώων τῶν ἐχόντων τρίχας, τὰ πρανῆ δασύτερα. τὰ δὲ ὕπτια, ἢ λεῖα πάμπαν, ἢ δασέα ἧττον. ὁ δὲ ἄνθρωπος τοὐναντίον.

Quæ aliorum piloſorum animalium in cælum ſpectant partes, ea hirtiores ſunt: contrà, quæ in terram, aut omnino læuia, aut minus villoſa. Homo autem è contrario.

CÆSAR.

QVEMADMODVM in ſitu, ita in pilorum natura aliorum partes animalium partibus humanis contrario ſe habent modo. Nam vt venter homini anterior eſt, brutis à cælo auerſum: dorſum autem è contrario: ita piloſa illis dorſa, homini læuia: venter contrà, piloſus, homini; illis aut nudus, aut piloſus minùs. Quem ad locum accommo

accommodes ea, quæ in libro *περὶ πορείας* ſcripta ſunt. Ait enim animalibus à natura datam progreſſionem antrorſum: quam in partem etiam oculi duces ſpectent. Igitur ſi ea, quæ cæteris animantibus anteriora ſunt, ſunt homini ſuperiora: in ſuperiora ſemper homini ſubeundum relictáque terrarum fæce, cognatum cælum capiendum.

Neque verò caret ratione pilorum diſpoſitio hæc. Pilus enim cum magna ex parte ad tegendum comparatus ſit: quæ pars detectior eſſet, pilo munita eſt: ſanè pars ſuperior tam hominis quàm beſtiarum. Tametſi acutius contemplanti mihi minùs placet, pilos à natura nobis impoſitos, quorum ope caput muniatur: ſatis enim fecit ingenti ac diuino manuum munere. Habet autem pilus etiam præter hanc cauſſam, quæ eſt finis, cauſſam efficientem, & materialem. Nam pars brutorum ima, venter ſcilicet, calorem habet ſpirituoſiorem, ac minùs ſiccum. Pilus itaque mollior fuit, & rarior. In Homine verò propterea quòd rariore eſſet textura pectus, & pubes, & mentum, & alæ: Iccircò piloſus ibi fuit. Quare hac parte ſudamus plus, dorſo autem minùs. Nam quod aiunt pubis villos ad tegenda pudenda comparatos, mera dementia eſt. Quid enim de barba dicemus? quid illa tegat? pulcherrimam diuiniſſimámque hominis partem? An vt rarò loquamur? vt enim loquamur, vt victum capiamus attendēda, diducendáque eſt. Quid Fœminæ? quas decuit nunquam loqui? atque viri quidem artem habent ad ea tegendum, quæ nos potius, quàm natura pudenda fecit: & pilos, quibus ea tegant, habent. Pueri, qui nullam artem habent, ne pilos quidem habent, & frequenter aperiunt, ac temerè tamen. At enimverò in pube iecoris, in mento cerebri, in alis cordis excrementa ſunt. Verùm vti dicebamus pilus à ſudore nihil differt: niſi concretione.

Sub ventre autem quæ animalia læuia penitus ſint, nondum memini. Niſi ſi fortaſſe Elephas. Et ouium genus quoddam, quas *Apicas* vocabant priſci. Item Gallinæ Britannicæ, quæ mira magnitudine ſunt, nullis ad pectus plumis.

XXII. ARISTOTELES.

Καὶ βλεφαρίδας ὁ μὲν ἄνθρωπος ἐπ' ἄμφω ἔχει, καὶ ἐν μασχάλαις ἔχει τρίχας, καὶ ἐπὶ τῆς ἥβης· τῶν δ' ἄλλων οὐθὲν οὔτε τούτων οὐδέτερον, οὔτε τὴν κάτωθεν βλεφαρίδα, ἀλλὰ κάτωθεν τοῦ βλεφάρου ἐνίοις μανιαὶ τρίχες πεφύκασιν.

Ac palpebras homo vtraque in gena habet tum & in alis, & in pube pilos. Cætera animantes neque in his locis, neque in gena inferiore. Sed ſub ipſam genam & paucos, & pauca.

CAESAR.

Sane euenit, vt quamlibet piloſæ beſtiæ, ad pubem, & ſub alis glabriores ſint. Sicut quibuſdam equis, frequenter Britannis, vt ne ad nares quidem vllum pilum habeant. Qui ad pubem pilis careat, eum hominem eſſe infœcundum. Puellam nos mira ſpecie, vulgaris pudicitiæ nouimus iam viginti annos natam, præter caput cæteras partes omnes puras habuiſſe. Tria prætereà notabis. Situm pilorum: cùm negat in gena, & ſubtus agnoſcit pilos: paucitatem eorum: paucitatem animalium, quibus id obuenerit. Quàm verò hoc verum ſit, & ſupra monuimus: & ſpectare potes tu.

Theodorus, vt ſupra animaduertebamus, & hîc *βλεφαρίδα*, *Cilium*. Nam quomodo dicas cum Plinio Cilium ſectum non coire? cilium enim habent, id eſt ſummum genæ ambitum: cilij pilos non habere ait Ariſtoteles. Sic enim appellat Cicero nomine communi in lib. de *Natura Deorum*. *Munitæ ſunt palpebræ tanquam vallo pilorum.*

Luxuriat & ibi: *Alas oppletas pilis.* Neque plenas dixit Ariſtoteles: neque verò ſunt.

XXIII. ARISTOTELES.

Αὐτῶν δὲ τῶν τετραπόδων καὶ τρίχας ἐχόντων, τῶν μὲν ἅπαν τὸ σῶμα δασύ, καθάπερ ὗς, καὶ ἄρκτου, καὶ κυνός· τὰ δὲ δασύτερα τὸν αὐχένα ὁμοίως πάντῃ, οἷον ὅσα χαίτην ἔχει. ὥσπερ λέων· τὰ δ', ἐπὶ τῷ ὑπερνεῖ τοῦ αὐχένος, ἀπὸ τῆς κεφαλῆς μέχρι τῆς ἀκρωμίας, οἷον ὅσα λοφιὰν ἔχει, ὥσπερ ἵππος καὶ ὀρεύς, καὶ τῶν ἀγρίων καὶ κερατοφόρων βόνασσος. ἔχει δὲ καὶ ὁ ἱππέλαφος ἐπὶ τῇ ἀκρωμίᾳ χαίτην, καὶ τὸ θηρίον τὸ ἱππάρδιον ὀνομαζόμενον· ἀπὸ δὲ τῆς κεφαλῆς ἐπὶ τὴν ἀκρωμίαν, λεπτὴν ἑκάτερον. ἰδίᾳ δὲ ὁ ἱππέλαφος πώγωνα ἔχει κατὰ τὸν λάρυγγα. ἔστι δ' ἀμφότερα κερατοφόρα καὶ διχηλά· ἡ δὲ θήλεια ἱππέλαφος οὐκ ἔχει κέρατα. τὸ δὲ μέγεθός ἐστι τούτου τοῦ ζῴου, ἐλάφῳ προσεμφερές. γίνονται δ' οἱ ἱππέλαφοι ἐν Ἀραχώταις, οὗπερ καὶ οἱ βόες οἱ ἄγριοι. διαφέρουσι δ' οἱ ἄγριοι τῶν ἡμέρων, ὅσον περ οἱ ὗες οἱ ἄγριοι πρὸς τοὺς ἡμέρους. μέλανές τε γάρ εἰσι, καὶ ἰσχυροὶ τὸ εἶδος, καὶ ἐπίγρυποι· τὰ δὲ κέρατα ἐξυπτιάζοντα ἔχουσι. μᾶλλον δὲ τὰ τῶν ἱππελάφων κέρατα, παραπλήσια τοῖς τῆς δορκάδος ἐστίν.

Quadrupedum, quæ pilo integuntur, aut corpus hirtum eſt totum: qualis ſus, vrſus, canis: aut colli partes æquè omnes hirtiores: ſicuti quæ iubata ſunt, quomodo leo: aut colli ſuperior tātùm pars, quæ à capite ad armos pertinet. Quo in genere capronata ſunt. Velut equus, & mulus: & ex feris cornutis bonaſſus. Habet item equicervus in ſummis armis iubam: & ea fera quæ Pardium *appellatur: ac prætereà à capite ad armos tenuem vtrunque. Ad hæc peculiaris equiceruo pendet ad guttur barba. Vtrunque animal & cornigerum, & biſulcum: niſi quòd equicerua cornibus caret. Magnitudo ei cerui. Naſcuntur in Arachotis: ſicut & feri boues. Qui à cicuribus eo differunt modo, quo ab apris ſues. Niger eis color, robur validum. Naſi tractus ſubaquilinus, cornua reſupinatiora. At Equiceruis ſunt, qualia capreis.*

CAESAR.

POST vulgares pilorum, iubarúmque differentias, addit peculiarem Equiceruo. Quippe barbam: eámque ad guttur, non ad mentum. Simiarum grandiorum genus ea quoque parte barbatum vidimus. Genus hoc pauonum quod ab Indis allatum alimus, barbam habet è ſetis craſſiſsimis, rigidiſsimíſque à pectore propendentem. Græci ἱππέλαφον vocant miſta voce miſtam naturam. Albertus ex Auicenna ait vaccarum genus eſſe agreſtium. Et in Septentrionalibus regionibus inueniri. Atque etiam ad equitandum domari, atque accommodari. Plinius de eo nihil. Ob eius verò naturam paulò rariorem auectus eſt ad cæterarum partium hiſtoriam, extra pilorum, quam inſtituit, narrationem. Id quod ſæpe facit.

Dixit: δασύτερα τὸν αὐχένα ὁμοίως πάντῃ. Duo notat. Primum. Corpus reliquum hirtum: collum hírſutius, ad differentiam ſuperiorum quæ hirta æquè erant tota. Deinde dicit: ὁμοίως πάντῃ. Similiter quaquauerſum, ad differentiam iumentorum, quæ in colli dorſo tantùm iubam gerunt. Addit exemplum: ὅσα ἔχει χαίτην, ὥσπερ λέων. Quæcunque habent iubam: ſicut Leo. Nam & alia præter Leonem iubam eundem ad modũ habent: veluti Leucocrocuta. Canes quoque grandiores habuimus: atque vnum habemus etiamnunc puſillum iubatum Leonis modo, animo inuicto, *Adamantem* nomine, dignum qui nobiſcum inter hæc ſcripta viuat. In exemplis autem canem addit negligenter. Habent enim in cauda iubam, ſicut equus in ceruice, ſed è contrario: quippe inferiore parte.

Animaduertes, λοφιὰν, & χαίτην. Vix dicas Leonis λοφιάν. λόφος enim ſummitatem ſignificat.

Ex antiquis Verrij Lectionibus capronas intelligimus crines iumentorum, qui ad frontem pendent. Quare & nos rectè *capronata* ea diximus hic: & non rectè *capronas* Theodorus in ἀκρωμίᾳ.

Πάρδιον in noſtro codice ſcriptum eſt. Theodorus legit ἱππάρδιον; ductus ab iuba ad equum agnoſcendum in ea fera miſtum, ſicut ἐν ἱππελάφῳ. Neutra vox apud quempiam, quod ſciam extat autorem. Nihil Solinus: nihil Plinius. Albertus quoque non notam hanc feram habuit. E Suida cùm quærerem, tametſi ſine ſpe (nihil enim in eo libro exquiſiti) pro eo inueni ἱππαλεκτρυόνα, id eſt, Equigallum. Quem ait animalis genus ineptiſsimum.

Theodorus neſcio quo conſilio ad ea verba: ἔχει δὲ καὶ ὁ ἱππέλαφος ἐπὶ τῇ ἀκρωμίᾳ χαίτην, addidit

addidit, *ſatis iubæ*: prætereà λεπτὴν, *tenuiſſimam*, temerè: qui enim nunquam vidiſſet, quare adderet ſuperlationem?

Idem dixit: *crineſcit*: pro eo, quod eſt: *crines habet*. nam calueſcit, caluus fit: crineſcit, crinis fit. Maluit etiam dicere: *villum in barbæ modum*, quàm barbam, vt Philoſophus: πώγωνα. Credo, ſi ei veniſſet in mentem, aruncum, poſuiſſet: quemadmodum capronas.

Vrbanos boues nihilo feliciùs, pro mitibus. Sunt domiti, ſunt armentarij: vrbani nulli ſunt, ſed ruſtici omnes. Sic dicimus *villaticas paſtiones*: quin Iureconſulti *Ruſticum* ab vſu ruris etiam id, quod in vrbe eſſet, non vrbanum, tametſi eſt in vrbe, appellauerunt.

Prætereà noluit dicere, aprum, & ſuem. Sed *ſuem ſylueſtrem*, & *vrbanum*: quoniam bouem item ſylueſtrem, & vrbanum dixerat: vt eaſdem voces redderet in comparatione. At vrbani ſues à ſylueſtribus nihilo differunt: ſunt enim vrbani iidem, qui in gregibus ſylueſtrem glandem edebant. Nam in agro Ferentano, in Sabinis, in Vmbria, in Calabria multò maximos videas greges qui nunquam tecta ſubeunt. Et ſanè agreſtes ſues ab apris hoc differunt: quo feri boues illi, ab armentariis. Neque verò temerè modum addidit differentiæ inter boues illos ſylueſtres, & mites: propterea quòd de aliis feris bobus longè diuerſa alibi hiſtoria eſt.

Ἐπίγρυποι: interpretatur, *rictu leuiter adunco*. At rictus extrema oris pars eſt ſummis in labiis ſita. Vt apud Lucretium in quinto. *Mollia ricta fremunt duros nudantia dentes*. Cæterùm ἐπίγρυποι eam intelligit partem, quæ ab oculis ad nares, faciei quaſi dorſum efficit: quæ maximæ boum parti curua eſt: aduncum potiùs accipias quod extremum inflexum eſt. Hoc enim eſt, *vncum*: vnde *vngues*: quales aquilarum. Naſum curuum, *Aquilinum* omnes vocant. quod hîc de illis bobus ait, in Germanicis equis multis animaduertimus.

Cornua ἐξυπτιάζοντα, reſupinata, reflexa. Nam Ariſtoteles τὰ ὕπτια, quæ ſubtus ſunt, vbique dicit: igitur ἐξ ὑπτίων mutata: vt ſint πρανῆ, id eſt obuerſa cælo.

Arachotæ dicuntur à Plinio populi Indiæ, in ſexto. Strabo in XI. Arachotos: vtroque modo Stephanus. In Parthia malè ſtatuit Albertus.

XXIV. ARISTOTELES.

Ὁ δὲ ἐλέφας, ἥκιστα δασύς ἐστι τῶν τετραπόδων.

INter quadrupedes elephantus minimè hirtus eſt.

CÆSAR.

ADDITVM oportuit: quæ animal pariunt: alioqui falſum erit. Nanque ouipara ſcabra ſunt: vt lacerta.

XXV. ARISTOTELES.

Ἀκολουθοῦσι δὲ κατὰ τὸ σῶμα καὶ αἱ κέρκοι δασύτητι καὶ ψιλότητι, ὅσων αἱ κέρκοι μέγεθος ἔχουσιν. ἔνια γὰρ μικρὰν ἔχει πάμπαν.

SEquuntur autem tum piloſi, tum glabri corporis rationem caudæ: modò magnitudinem quampiam ſortitæ ſint. Nam quibuſdam puſillæ admodum ſunt.

CAESAR.

ETIAM ſic vertas. *Quorum cauda non, vt quibuſdam exigua*, ſed iuſta conſtat magnitudine: ea pilorum tum denſitate, tum raritate corporis ipſius eiuſmodi habitum ſequuntur. De partibus imis, ac ſummis: de collo, de armis, de alis, de pube, de gutture Hippelaphi dixit: de hominis mento nihil: nunc de caudis. Eas corpori reſpondere: quod attinet ad villorum modum, atque rationem. Ergo ſetoſa erit cauda iumentis, quoniam & ceruix: pilus quoque naturæ eiuſdem. Sic lanoſa pecudi. Hoc ſanè modo ſequitur: at in denſitate,

& ea, quam ψιλότητα vocat, non ſequitur. Canes Leporarij è Thracia, & Aſia curtipili ſunt: quorum cauda valde iubata. Sciuri verò corpus mediocriter villoſum: at cauda adeò tecta longis villis, vt & eius vibratione tanquam alis ſaltu maxima ſpatia tranſmittat, & penè totum corpus inuerſa contegat. Etiam illa differentia. Leonis ima aluus maximè villoſa. Canum quorundam brachiorum acies quæ aluum reſpicit. Cæterorum animalium ea pars quam talum vocat Xenophon alia ratione quàm Ariſtoteles, & ad pedis poſteriora pertinet in imo crure, valdè glabra eſt, in leone, cane, vrſo, camelo, boue: in equis villoſa: maximè verò in Germanicis. Bouis item corpus æquali pilo: cauda inæquali.

Præterea non rectè dixit: ψιλότητι. Neque enim animalia caudata vlla pilo carent. At ψιλὸν pilo nudum ſignificat: quod & ex Polluce: profectò μανότητι dicendum fuit.

Cùm dicit μέγεθος ἔχουσι: ne intellige Mathematicè. Nanque omne corpus magnitudine aliqua conſtat: ſed ciuiliter. Magnum enim vulgò dicitur, quod lineas aut angulos circumferentiæ multùm diſtantes habet.

Ἀκολουθοῦσι: *ſequuntur* potiùs, quàm *imitantur*: vt Theodorus. Nam ſequuntur eiuſdem naturæ: imitatio eſt diuerſæ. Illud ſubſtantiam connotat, hoc ſimilitudinem.

Notabis loquutionem. ἀκολουθοῦσι δὲ κατὰ τὸ σῶμα: alius dixiſſet: τῇ κατὰ τὸ σῶμα δασύτητι, & dixit: ἔνια, cùm tamen, αἱ κέρκοι, aut mutauit, cùm diceret κέρκοι ἔχουσι μέγεθος: intulit, ἔνια ſcilicet ζῶα.

Pilum, quodcunque eſſet longum Græci. Clauam, haſtam, columnas factitias ad ſuſtentandum, genere tamen alio. Pila. Sed hæc in *Originibus*. pilorum differentiæ. Durus, vt ſeta: à ſuibus: mollis, vt lana: multi inter hæc modi: in boue, equo, lutra, lepore, hirco, vulpe, lynce, martibus, canibus, fele. Longus, breuis: craſſus, tenuis: denſus, rarus: criſpus, porrectus: lenis, durus. Etiam in erinaceis quæ inſunt ſpicula ad pilorum retulimus rationem. Item à coloribus, vel perpetuis, vel mutatis. Inde cognomina Ruſſorum Criſporum, Xanthorum, Flauiorum, Fuluiorum, Ænobarborum, Caniorum, & à priuatione Caluorum, & alia, quæ in *Originibus*.

Indicia autem paucula. hirti, feri, aut ſtupidi: læues effæminati: ruffi, infidi: criſpi non minùs. calui ſalaces.

CAPVT SEXTVM,

De Cameli partibus.

XXVI. ARISTOTELES.

Ι' δὲ κάμηλοι, ἴδιον ἔχουσι παρὰ τὰ ἄλλα τετράποδα, τὸν καλούμενον ὕβον ἐπὶ τῷ νώτῳ. διαφέρουσι δ' αἱ Βάκτριαι τῶν Ἀραβίων. αἱ μὲν γὰρ, δύο ἔχουσιν ὕβους· αἱ δ' ἕνα μόνον, ἄλλον δ' ἔχουσιν ὕβον τοιοῦτον, οἷον ἄνω, ἐν τοῖς κάτω ἐφ' οὗ, ὅταν κατακλιθῇ εἰς γόνατα, ἐπήρεισται τὸ ἄλλο σῶμα. θηλὰς δ' ἔχει τέτταρας ἡ κάμηλος, ὥσπερ βοῦς, καὶ κέρκον ὁμοίαν ὄνῳ, καὶ τὸ αἰδοῖον ὄπισθεν. καὶ γόνυ δ' ἔχει ἐν ἑκάστῳ σκέλει ἕν, καὶ καμπὰς οὐ πλείους, ὥσπερ λέγουσί τινες, ἀλλὰ φαίνεται διὰ τὴν ὑπόστασιν τῆς κοιλίας. καὶ ἀστράγαλον δὲ ὅμοιον μὲν βοΐ, ἰσχίον δὲ μικρὸν ὡς κατὰ τὸ μέγεθος. ἔστι δὲ διχηλὸν καὶ οὐκ ἀμφόδουν· διχηλὸν δὲ ὧδε. ἐκ μὲν γὰρ τοῦ ὄπισθεν μικρὸν ἔσχισται μέχρι τῆς δευτέρας καμπῆς τῶν δακτύλων. τὸ δ' ἔμπροσ-

Camelis peculiare in dorſo gibber eſt, quo cætera carent animalia. Hoc & inter ſe differunt. Nanque Arabici vnum tantùm habent, Bactriani geminum. Habent prætereà infernè gibbum alterum ſimile ſuperiori: quo reliquum fulcitur corpus: vbi genua ſummittit: papillæ ei quaternæ, quot & vaccis. Cauda aſininæ ſimilis. Genitalē ponè. In vnoquoque crure genu vnum: neque plures plicaturæ, vt aiunt quidam. Verùm tot videntur: propterea quòd alno ſubducta ſunt. Similis bubulo talus. Clunes pro corporis ratione exiguæ. Biſulcum eſt, & ſuperioribus carens dentibus. Biſulcum verò hunc ad modum. A poſteriore parte ad ſecundam vſque digitorum flexionem bipartitur pes. At ante-

θεν,

θεν, ἔχουσι μικρὰ, ὅσον ἄχρι τῆς πρώτης καμπῆς τῶν δακτύλων ἐπ᾽ ἄκρον τέτταρα· καὶ ἔστι τι διὰ μέσου τῶν σχισμάτων, ὥσπερ τοῖς χησίν. ὁ δὲ ποὺς ἐστὶ κάτωθεν σαρκώδης, ὥσπερ καὶ αἱ τῶν ἄρκτων. διὸ καὶ τὰς εἰς πόλεμον ἰούσας ὑποδύουσι καρβατίναις, ὅταν ἀλγήσωσιν.

rior leuiter quadripartita eſt ad primos vſque nodos eorundem. Explet autem fiſſurarum interualla tale quid, quale & anſeribus. pedis planta carnoſa, velut vrſis. Itaque in bellorum expeditionibus carbatinis calciant, cùm dolore afficiuntur.

CAESAR.

QVOD ſæpe monuimus, ordinem non ſeruat. Nam quæ alibi ſuo quæque loco recenſet membra multorum: hîc vnius multa. Separato igitur capite & tractatu perpetuò explicauimus. Agit autem hoc in iis ſpeciebus, quæ minùs ſunt vulgatæ. Cuiuſmodi Chamæleon, & Bonaſſus, & alia.

Ὥσπερ λέγουσί τινες. Innuit Herodotum qui in *Thalia* quaternas coxas attribuit cameli cruribus poſterioribus.

Εἰς πόλεμον ἰούσας. Theodorus, *longiore itinere fatiſcunt.* Non tamen hiſcunt cameli pedes, ſed ἀλγοῦσι, inquit hîc Philoſophus: maluit ille tamen Plinium imitari. Carbatinas autem calceos eſſe quos *Sclopos* Vaſcones vocant, notum eſt.

Ὕβον maluit item ex eodem Plinio *Tuber* appellare. ὕβωσις tamen non ſemper eſt extuberatio. Nam ſi contraria eſt τῇ λορδώσει, quemadmodum Galenus rectè: qui homines prælongi incuruantur: eos ait Ariſtoteles in libro περὶ πορείας, λορδοὺς eſſe: ergo ex altera parte erit ὕβωσις, id eſt concuruatio ſine tubere. puto Latinos feciſſe *Gibbum* ex eo, quod Græcis erat, ὕβος: mutata aſpiratione in eam literam, quæ prima eſt: quemadmodum in libris de *Cauſſis linguæ Latinæ* monuimus, & quidam Vaſcones etiamnunc pro eo quod eſt, hodie, dicunt ſua lingua, *Godie.* Sicut & noſtrates ruſtici vulpem, *Golpem* vocant. Dicitur etiam *Gibber.* Hiſpani quoque curuos homines ſic appellant, & ipſorum gibbum à cucurbita.

Ἐπήρεισται, *incumbit,* Theodorus. At hoc non ſignificat, & in genua quoque incumbit: fulcitur, ad verbum. ἕρματα nauium ſubductarum ſunt, quibus στηρίζονται. Nos *fulturas,* & *Tibicines* appellamus. Sed & hîc Plinium imitatus eſt.

Obſerua diligentiam orationis: reliquum, inquit, corpus: non, totum: quoniam & ipſe gibbus corporis pars eſt.

Ἀλλὰ καὶ εἶναι δοκεῖ διὰ τὴν ὑπόστασιν τῆς κοιλίας. Adeò ſuccincta atque ſubducta aluo ſunt: vt coxæ multum aperiatur, atque videatur: adeò, vt duplex coxa putari poſſit. Sanè venter ſi ſubſidit; rectè de eo dicas, ὑπόστασιν: minùs tamen vſitatè. Nam quæ ima petunt, ea ὑφίστασι. At venter ad ſpinam adducitur, cum ſubſidit. Theodorus videtur, ἀπόστασιν, legiſſe: transfert enim, *interuallum.* An Plinius de hoc quicquam, non memini: & erat res notatu digna.

CAPVT SEPTIMVM.

De cruribus, pedibus, talis, cornibus.

XXVII. ARISTOTELES.

Ἅπαντα δὲ τὰ τετράποδα, ὀστώδη τὰ σκέλη ἔχει, καὶ νευρώδη, καὶ ἄσαρκα· ὅλως δὲ καὶ τἆλλα ζῶα ἅπαντα, ὅσα ἔχει πόδας, ἐκτὸς ἀνθρώπου.

Omnes quadrupedes oſſea crura habent, & neruoſa, & macra: omnino verò etiam alia omnia animalia, quibus pedes ſunt: præter hominem.

CAESAR

CÆSAR.

REDIT ad crura ordine interrupto. Inde ad pedes accedet: & cum his ad cornua: propterea quòd certæ pedum naturæ cornua debentur. Diuidit crura in carnoſa, quæ vni homini attributa ait: & macra, quæ in cæteris omnibus agnoſcit. Breuiter ſic dixiſſem. Crura omnium plus oſſis, minùs carnis habent: præter hominem. Nam quod addit: ὅσα ἔχει πόδας: aut ſuo more fecit: veluti cùm toties monuimus: ὅσα ἔχει· ἐν οἷς ἐστὶ τοῦτο τὸ μόριον· ἐν τοῖς ἔχουσι, aut intellexit eſſe aliquibus crura ſine pedibus: quemadmodum in cancris, & in araneis fortaſſe: in puncto enim veſtigium eorum eſt. accuratiùs dixiſſem: ὅσα ἔχει ὀστέα. Nam polypis crura veriſſima ſunt: nullo tamen oſſe. memineris elephantorum cruribus plurimum ineſſe pulpæ.

Theodorus longè diuerſus abit. Quinetiam nullum, quod pedibus conſtet, excepto homine, pedes habere carnoſos perſpectum eſt. Ac præterquam quòd ipſe de pedibus loquitur, Ariſtoteles de cruribus: falſum eſt oppidò, quod dicit: nullam beſtiam pedes habere carnoſos. Carnoſiſſimi lepori, & vrſo. Cani quoque non parum, & feli. De camelo nihil dicam, ac de elephanto: quibus ſanè videntur ſubditi puluilli. Albertus autem eandem cum Theodoro lectionem agnoſcit, ſed alio modo: de cruribus enim nihil, ſed de pedibus: ſic. *Pedes omnium quadrupedum creati ſunt ex oſſibus plurimis, & neruis fortibus, & pauca carne: & animalium bipedum ſimiliter, præter ſolum hominem.* Vbi vides priorem partem ſententiæ falſam. nam pedes quadrupedum biſulcarum ex paucis oſſibus conſtant, poſterior verò veriſſima eſt. Aues enim pedes macros habent.

Neque contemnenda eſt animaduerſio orationis. *Quæ*, inquit Theodorus, *pedibus conſtant.* Nam vtróuis ſignificato verbi huius abuſus eſt. Conſtare dicam eum qui ſtat: quis ergo dicat animalia quæ conſtant pedibus: id eſt quæ conſiſtunt? nemo Philoſophus. neque pedum officium ad ſtandum ſolum, neque primùm. Motus enim perficit animalia, non quies. Altero ſignificatu dicimus, totum conſtare ex partibus: at enimuerò cùm de omnibus loquimur. Quis enim dicat hominem conſtare naſo? niſi adiungat partes cæteras.

XXVIII. ARISTOTELES.

Ἔστι δὲ καὶ ἄισχια. καὶ γὰρ οἱ ὄρνιθες ἔτι μᾶλλον τοῦτο πεπόνθασιν· ὁ δὲ ἄνθρωπος τοὐναντίον. σαρκώδη γὰρ ἔχει σχεδὸν μάλιστα τοῦ σώματος τὰ ἰσχία καὶ τοὺς μηροὺς, καὶ τὰς κνήμας. αἱ γὰρ καλούμεναι γαστροκνημίαι, ἐν ταῖς κνήμαις εἰσὶ σαρκώδεις.

Natibus quoque carent illa: qua parte aues etiam ſunt ſtrigoſiores. Contra, homo præ cætero corpore nates ferè habet carnoſiſſimas: ac prætereà & coxas, & tibias. Nam quæ ſura dicitur, carn. ſa eſt.

CÆSAR.

PARS hominis propria, nates. Carnes geminæ rotundæ globoſæ ſub ſpina coxis applicatæ, extuberantes. Aues maximè carent his. Equi femora & coxas carnoſas habent, at non extuberant in nates.

Theodorus ἰσχία hîc malè interpretatur *clunes*. Nanque clunes habent & quadrupedes, & quod plus eſt, aues. Nanque Naſidieni palumbes ait Horatius allatas in conuiuium ſine clunibus. Sanè non vno modo accipit ἰσχίον Ariſtoteles. nam hîc cùm dicat ἄισχια eſſe animalia: ἰσχίον in ipſis alibi non ſemel agnoſcit. In libro περὶ πορείας ait aues habere ἰσχίον ſimile coxæ. Eſt autem ἰσχίον coxæ pars ſuperior, & craſſior qua committitur cum ea parte in homine, quam hîc ἰσχίον vocat: alij πύγας, nonnulli γλουτόν: nos *clunes* communi cum aliis animantibus vocabulo: *nates* vni homini peculiare.

Idem ridicula oratione Philoſophi venuſtatem deformauit. αἱ γὰρ καλούμεναι γαστροκνημίαι ἐν ταῖς κνήμαις εἰσὶ σαρκώδεις. Ille ſic meretricula ſimul & falſa loquutione: *Quas enim Suras vocamus, nonniſi carnis copia partis tibiæ poſteriore complentur.* Nam neque σαρκώδης dicit carnis copiam, ſed naturam tantùm: eſt enim σαρκώδης, quæcunque ac quantulacunque particula carnem habens: & nefas eſt Philoſopho dicere: cruris ventrem (ſic enim etiam vulgò vocant ab ſimilitudine) nonniſi carne oppleri. Sunt enim νεῦρα, & muſculi: vnde fortaſſe ſura (non vt ſupra querebamur)

rebamur) à lacertis, σαῦροι. Præterea ſi ſura oppletur nonniſi carne: ſura ab ea carne aliud erit. Sicut triticum aliud ab ſacco, qui oppletur eo: adeò malæ Latinitatis, peruerſæ Philoſophiæ autor eſt.

Dixit: σχεδὸν. ferè omnium partium carnoſiſſimam hanc. Equidem aduerbium illud, ſi ſapiam, dempſerim. Hoc enim certiſſimum eſt. Atque ita fabricatas, quaſi ſtragulum ad ſedendum.

Illud quoque acutiùs obſeruandum. Equos fortaſſe natibus non carere: ſed ſubtrahere ſeſe oculis ob corporis ſitum, atque habitum. Nam quemadmodum homo ſi quadrupes fiat, abſconduntur: ita equus ſi erigatur, excitantur.

XXIX. ARISTOTELES.

ΤΩ͂ν δὲ τετραπόδων καὶ ἐναίμων καὶ ζωοτόκων, τὰ μέν ἐστι πολυσχιδῆ, ὥσπερ αἱ τοῦ ἀνθρώπου χεῖρες καὶ οἱ πόδες· πολυδάκτυλα γὰρ ἔνιά ἐστιν, οἷον λέων, κύων, πάρδαλις· τὰ δὲ, δισχιδῆ, καὶ ἀντὶ τῶν ὀνύχων χηλὰς ἔχει, ὥσπερ πρόβατον, καὶ αἴξ, καὶ ἔλαφος, καὶ ὁ ποτάμιος ἵππος· τὰ δὲ, ἀσχιδῆ, οἷον τὰ μώνυχα, ὥσπερ ἵππος καὶ ὀρεύς. τὸ δὲ τῶν ὑῶν γένος ἐπαμφοτερίζει. εἰσὶ γὰρ καὶ ἐν Ἰλλυριοῖς καὶ ἐν Παιονίᾳ, καὶ ἄλλοθι, μώνυχες ὗες. τὰ μὲν οὖν διχαλὰ, δύο ἔχει σχίσεις [ἔμπροσθεν καὶ] ὄπισθεν· τοῖς δὲ μώνυξι, τοῦτ' ἐστὶ συνεχές.

QVadrupedes quæ ſanguine concreta ſunt, & animal pariunt: aliæ multifidos pedes habent: quemadmodum homo & manus, & pedes. Sunt enim quædam multidigitæ: vt leo, canis, panthera. aliæ bifidos, quibus vnguium loco vngulæ ſunt. Qualis ouis, capra, ceruus, equus fluuialis. Aliæ continuos: vt quæ vnica vngula conſtant: velut equus, & mulus. In vtroque genere inuenias ſuem. Nanque apud Illyrios, & Pæonas, aliíſque in locis vnicam tantùm habet vngulam. Igitur biſulca duas habent fiſſuras retrò. Quæ verò vnam habent vngulam, iis hæc continua eſt.

CAESAR.

CRVRVM partem per modos contemplatur: non enim habere pedem vel ſolidum, vel fiſſum differentia ſpecifica eſt. Quippe in eadem ſpecie vtrunque inuenitur. nam ſues noſtrates biſulci ſunt: Illyrij ſolidipedes. Idque eo modo eſſe dicemus, quo ſexum diſcernimus: cuius variatione ſpecies non variatur.

Reſtrinxit hiſtoriã ad quadrupedes, quæ poterat ad omnes referri. Nã aues omnes πολυσχιδεῖς ſunt. Struthiones bifidi. Differũt autem digitorum numero illæ. Quaternis prædatrices, quibus pollex in parte poſteriori verè ἀντίχειρ dici poteſt. Item aliæ multæ. At anſer ternis tantùm. Iccircò minima de cauſſa in clunes concidunt. Item ſitu. Nanque tres anteriores habet magna pars, vnum ponè. At hyinx binos antè, & poſt. Hoc animaduertit Ariſtoteles, & à Plinio recitatur. Pſittaci neuter meminit: à nobis animaduerſum hoc eſt. Similiter etiam Picus Martius. Præterea diſcretione. Explicatos habent prædatrices: paluſtres & eiuſmodi ad nandum membrana iunctos. Fulicis non penitus iunguntur: ſed barbulis ſquammarum ſpecie vtrinque quaſi remigium habent. Piloſi pedes hirundini, & cypſello: aliis læues: ſed ſquammellis quaſi quibuſdam contexto corio tecti. Lutei quibuſdam: nigriores robur indicant in aquilarum & accipitrum genere.

Neſcio an neceſſariò addidit, ζωοτόκα. Nam crocodilus, & teſtudo, & ſtellio, & chamæleon ad haſce eaſdem veniunt differentias. ſunt enim πολυσχιδεῖς. Præterea omnes quadrupedes ἔναιμα ſunt, præter vnum illud τετράπτερον ἐφήμερον. quare ne id quidem adiectum oportuit.

Habent Græci ὁπλὴν, χηλὴν, ὄνυχα. ὁπλὴ eorum tantùm eſt, quæ vnicam habent vngulam. χηλὴ nunquam pro iis, quæ digitata ſunt. pro ὁπλῇ tamen poni ex eo patet, quod διχηλὸν dicimus: habent igitur duas χηλάς. at vtraque ſolida eſt, & ex natura τῆς ὁπλῆς. Satis tamen fuerat dicere, χηλωτόν. Cæterùm in cancrorum quoque generibus pedum forcipes ſignificat. Quemadmodum autem Plinius biſulcum dicat δίχηλον, videndum eſt: ſunt enim vniſulca: vnicam enim fiſſuram habent, non duas: vt videtur hîc ſentire Philoſophus. διχαλὰ δύο ἔχει σχίσεις ὄπισθεν. Quod Theodorus conatus eſt reducere ad veritatem his verbis: *biſulca binis fiſſuris vtrinque à parte priore, poſterioréque diducuntur.* Hoc nos nunquam vidimus. ὄνυξ autem etiam pro ὁπλῇ, ſed in compoſitione tantùm. Sic enim appellantur μώνυχες quibus vnica tantùm ὁπλή. *Solipedem* Plinius vocat: obſeruabis & illud. διχαλὸν potiùs, quàm δίχηλον.

Πολυδάκτυλα, multidigita: ſicuti ſedigitus. Plinius *digitatum.* Theodorus ἀσχιδῆ *infiſſa.* Non tamen

tamen ſic ſemper negatur. Infractum, informatum, & alia multa.

Ἀμφοτερίζει *ambiguum*, Theodorus. Ambiguus ſum quid agam: neutrum ago. ἀμφοτερίζων vtrunque obtinet. Sic Plinius: *ſues in vtroque genere exiſtimantur.*

Canibus non quini digiti omnibus: ſed maiori parti quaterni: quintus aliquibus: verè extra ſeriem aliorum, altiùs appenſus. Venatores olim ſecuimus; læduntur enim ibi multùm, & ſæpe.

XXX. ARISTOTELES.

Ἔστι δὲ καὶ τὰ μὲν κερατοφόρα, τὰ δ᾽, ἄκερα. τῶν ζώων αὐτῶν τὰ μὲν πλεῖστά γε τῶν ἐχόντων κέρατα, διχηλὰ κατὰ φύσιν ἐστίν, οἷον βοῦς, καὶ ἔλαφος, καὶ αἴξ. μώνυχον δὲ καὶ δίκερων οὐθὲν ἡμῖν ὦπται. μονοκέρατα δὲ καὶ μώνυχα, ὀλίγα, οἷον ὁ Ἰνδικὸς ὄνος μονόκερως. μονόκερων δὲ καὶ διχηλὸν, ὄρυξ.

Svnt autem partim cornigeræ, partim non. Cornigerarum maxima pars biſulca ſuapte natura eſt: veluti bos, ceruus, capra. Solidungula, & bicornis, nulla nobis viſa eſt. At vnicornes, & ſolidungulæ, paucæ: vt aſinus Indicus. Vnicornis autem, & biſulca, oryx.

CÆSAR.

Agnoscit aliud membrum, cornu ſcilicet: cuius naturam cum natura pedum coniungat. Cornuum ſubſtantiam, affectiones, numerum in librum tertium diſtulit narrare. At enimuerò locus hîc erat maximè opportunus. Plinius in XI. diligenter de cornibus multa: negligenter illud: cùm biſulca binis præſcribit. Hic enim Oryx, & μονόκερων, & διχηλόν.

Ἄκερα, *mutila* Theodorus: fortaſſe minùs plenè. Quis enim mutilum dicat equum, propterea quòd cornua non habeat? nihilo meliùs, quàm catulum cæcum vbi naſcitur. Mutilum taurum agnoſcimus, cui cornua execta ſunt. Sic Horatius *mutilum* vocat *Cicerrum*: cui cicatrix fœdaſſet frontem.

Ὄρυξ. Animal barbarum ex Aphrica. Iuuenalis *Gætulum* appellat. Plinius *Aegyptium*, aitque obuerſum ad orientem Caniculam, eam quaſi venerari. Plutarchus in libro, ὅτι φρονιμώτερα τὰ ἔνυδρα ἢ τὰ χερσαῖα, ſcribit Ægyptios ab Afris irrideri, qui id ſua in beſtia admirantur. Libycas enim capellas idem facere. Addit ibi Plutarchus quo nomine Caniculam vocent Ægyptij: Σῶθιν: & illud, conſpecto ſidere Oryga vocem emittere. Feræ faciem nullam præterea: neque Athenæus ipſe, ſed nomen tantùm in pompa Philadelphi ponit.

XXXI. ARISTOTELES.

Καὶ ἀστράγαλον δὲ ὁ Ἰνδικὸς ὄνος ἔχει τῶν μωνύχων μόνον. ἡ γὰρ ὗς, ὥσπερ ἐλέχθη πρότερον, ἐπαμφοτερίζει· διὸ καὶ οὐκ ἀστράγαλόν ἐστι. τῶν δὲ διχηλῶν πολλὰ ἔχει ἀστράγαλον. πολυσχιδὲς δὲ οὐθὲν ὦπται τοιοῦτον ἔχον ἀστράγαλον, ὥσπερ οὐδ᾽ ἄνθρωπος· ἀλλὰ ἡ μὲν λύγξ, ὅμοιον ἡμιαστραγάλῳ· ὁ δὲ λέων, οἷόνπερ πλάττουσι, λαβυρινθώδης.

Idem aſinus Indicus talum quoque habet ſolus omnium ſolidungulorum: nam quod ſuibus talus non ſit, id quod dicebamus, in cauſſa eſt: quoniam in vtroque genere recenſetur. At biſulcorum talum habent multa: multifidorum nullum: ſicuti neque homo. Tantùm lynx ſemitalo ſimile quiddam: tum leo anfractuoſum, labyrinthi, vt pingunt, modo.

CÆSAR.

Qvemadmodvm peculiari natura Indicus aſinus, & ſolidungulus erat, & cornutus: ita & ſolidungulus eſt, & talum habet. A qua occaſione perget enarrare in quibus ſit talus. Quatuor igitur ponit. vbi ſit: biſulca. vbi ſit dimidiatus: lynx. vbi deprauatus: leo. vbi non ſit: homo.

Cùm negaret talum in multifidis: addidit, ὥσπερ οὐδ᾽ ἄνθρωπος. Quoniam in vnoquoque genere perfectiſſimum quiddam eſt, ad quod alia reducuntur: ſic homo hoc loco norma erit τῶν πολυσχιδῶν.

Notabis loquendi modum. Vbi de ſue dixit, appoſuit. ὗς δὲ οὐκ ἀστράγαλον ἔχει. Non dixit, carere: ſed negauit ἀστράγαλον eſſe. Vbi videtur innuere, aliquid eſſe in ſue, quod tamẽ ἀστράγαλον negari poſsit. Hoc nos contemplati ſumus. Et ſanè nihil differt ab aliis talis, qui ſunt in ouibus: nõ figura, non loco, non ſitu. An officio differant, ipſe viderit: qui talum datum ait ad robur, ac firmitatem in quarto de *Cauſſis*, ad celeritatem minùs. Nam ſus fortior eſt, quam velocior. Habet autem ſus non ſolùm in poſterioribus, ſed etiam in anterioribus oſſa inter duos radios. In illis talum, in his oſſicula, ſicut & alia bifida ad genu. Cauſſa quoque quam affert, minùs ſatisfacit. Quia, inquit, ἀμφοτερίζει. Eſto. Sus tamen biſulcus debuit habere, etiam ſi Illyricus non habuit.

λαβυρινθώδης, ὥσπερ πλάττουσι. Prægnans oratio, & breuitas Attica. Deeſt enim, ὥσπερ πλάττουσι λαβύρινθον. Tales figuras ex Homero, Ariſtophane, Thucydide animaduertimus, & recenſuimus in libris tribus de *Exemplis eloquentiæ*: quos libros mihi furati ſunt. Theodorus dictione ita non eſt aſſequutus. *Anfractuoſum*, inquit, *quale effingunt*. Quid nam eſt illud quale? non enim talum effingunt pictores: neque, quale, conuenit cum labyrintho. Sic optimè: *anfractuoſum, quales fingunt Labyrinthos.*

Quemadmodum verò alibi monuimus: vel vſus vulgi, vel veterum autoritas extorſit: vt etiam in aliis, quàm in biſulcis talum agnoſceremus, cúmque non inter duos artus: quemadmodum rectè deſignat Ariſtoteles: ſed in imo pede. Sic Hippocrates, ſic Galenus, ſic Pollux, Cicero, Plautus, Ouidius, Xenophon quoque in Equis. Quare hunc talum Ariſtotelicum miſerrimè Albertus pro calcaneo accepit. Plinius quoque etiam deſcripſit. *Talus*, inquit, *eſt in articulo pedis, ventre eminens, concauus in vertebra ligatus.* Sed paulò ſuperiùs quæ ſcribit, accepit ex Ariſtotele. Animalia, quæ cornigera non ſunt, ſolidam habere vngulam: eíſque hoc pro talo eſſe. Putauit talum in eadem ſitum parte, in qua vngula ſolida eſſet; quæ vngula illius teneret vicem. Quippe non longè ab his eadem ſententia clarior. In pedibus talos habere, quæ ſeuo pingueſcunt. Quin Celſus in octauo, & in pede ſtatuit, & homini attribuit. Ac nomen quidem commune eſto: res tamen longè diuerſa eſt. Quippe etiam ſpinæ vertebras eadem voce dictas ſupra oſtendimus. Eſt igitur os inter cruris radium poſterioris, & os coxæ. Quatuor habet facies: vnam ventrioſam, alteram ſubſidentem ex aduerſo illius: vtranque latiorem: laterá non ita lata: inter ſe diſſimilia ſola parte ſuperiore, quæ in altero hebetior, in altero acumen habet aduncum. Illud humanæ auriculæ non abſimile, lobo tamen latiuſculo.

A priſcis paſtoribus otioſis poſt epulas, & ſacra facta, ex victimis collecta oſſa, atque in luſus conuerſa. Itaque cum talum reperiſſent quatuor facies oſtendentem, totidem iactus cum nominibus atque præmiis inſtituerunt. Quo igitur modo difficiliùs ſtaret: ea tum facies, quæ oſtenderetur, plurimi æſtimârunt: *Venerémque* appellârunt: cuius numen apud iuuentutem otioſam ſummo ſemper in honore fuit. Erat autem Venus in ea, quæ auriculam, vti dicebamus, repræſentat. Aduerſa enim ei pars vnca illa eſt, ſuper qua ægrè quit conſiſtere. Quam partem, propterea quòd erat contraria lucroſiſſimæ, damnoſiſſimam eſſe voluerunt: *Canémque* ipſam appellauerunt. Pollux venerem eundem, quem & ἑξίτην, fuiſſe prodit. *Senionem* vocabant noſtri: quemadmodum contrarium latus, quem *Canem* nominabamus, vnitatem deſignabat. Nihil enim minus vnitate. Quare verò ſenionem potius dixerint, quam quaternionem, cùm quatuor tantùm laterum corpus illud ſit: ratio eſt. Quippe veneris nomen primum, & priſcum fuit. Senionis appellatio poſteriùs acceſſit ex imitatione τῶν κύβων. Luſerunt enim poſteà κύβοις arte factis: quibus neceſſe fuit ſex imponere facies: quæ & in talis eſſent. Verùm in talis duæ ad conſiſtendum ineptæ ſunt. In cubis tot quot eſſent facies, tot eis numerorum notas impoſuêre: ab vnitate ad Senionem vſque. Qui numerus maximus cùm eſſet ibi, meritus eſt quaſi cæteris anteire. Duo verò alia latera talorum mediocris eſſe fortunæ voluerunt: propterea quòd faciliùs euenirent. Itaque ternionem in curuo ac prominente, quaternionem in cauo poſuere: propterea quòd difficiliùs ſuper ventre conſiſteret. Quos duos numeros maluerunt, quàm binarium, & quinarium multis de cauſſis. Primùm quia diſtarent æquè ambo ſimul, tanquam medij, ab ſummo, id eſt, ſenario, & imo ideſt, vnitate. Deinde quia dualis numerus tanquam infelix ab Antiquis repudiatus eſt. Iccircò Aeoles, & eorum imitatores Latini eum numerum in oratione ſua ſunt aſpernati: quem tamen & cæteri Græci retinerent, & adumbrarent Hebræi. Ad hæc Ternio erat dimidium Senionis. Poſtremò quaternio rectè admittebatur in poſſeſſionem corporis quadrilateri. Hinc patent errores multi. Nam qui aiunt, duo latera nihil ſignificâſſe, infrequentes bonarum literarum, multi furti ſine bono iudicio rei fuere. Præterea qui putârunt πεττοὺς, ſiue πεσσοὺς eoſdem eſſe, quos & κύβους, falſi ſunt. πεττοὶ nan-

que fuêre calculi diſcolores : quibus etiam nunc vtimur : aliquando duodenis , aliàs nouenis mira arte. Erat priſcis ſuus mos his ludendi. In alueoli medio linea dirigebatur , quam *Sacram* nominabant. Eius meminit Theocritus , & Plutarchus eo commentario, *quo diiudicat animalium terreſtrium , & aquatilium prudentiam.* Longè maximè illi quoque deceperant nos adoleſcentes: qui κύβοις negabant eſſe teſſeram Latinis , atque talum potiùs agnoſcebant. Erroris cauſſa fuit nomen. Quippe τέτταρα , quatuor : quatuor autem in talo facies : in cubo autem ſex. Cæterùm quadrantalis corporis facies ſex eſſe neceſſe eſt. Neque verò tam tollunt cubici corporis figuram, quàm conſtituunt. Quatuor enim angulis confecta planicies fluxione ſua tale corpus gignit. Alius error. Venerem cognominatam aiunt κωλιάδα in talo : quia ea coleretur in agro Attico. Sanè ita eſt de cognomine : verùm non κωλιὰς , ſed κῶα Venus illa dicta fuit : atque ita vocat Pollux. Quemadmodum pars contraria , quem *canem* nominabamus , χῖος , & χιὰς : ab inſulis vtrunque latus , & incolarum moribus. Ac de Cois nihil legi quod poſsit exprobrari. Et puto pro laude acceptum nomen. Nam & ante Herculem fortes fuêre , quippe ipſum in fugam coniectum coëgerunt latitare apud mulierem Thraciam fœminea tectum veſte. Quo tempore Meropes appellabantur. Poſteà verò ad ipſum Herculem originem ſuam retulêre. Quare in epiſtola ad Artaxerxen ita ſcripſerunt. *Sibi cautionem eſſe, ne quid indignum Merope, & Hercule, & Aeſculapio faciant.* Dores quoque erant : qui morum grauitatem ſeruârunt. At Chij Iones : qui iactati ſunt luxuriæ infamia , & morum prauitate. Habes hoc apud Athenæum in primo : quorum deſcribit menſas tanquam gulonum : eóſque Sybaritis comparat. Pro ebrioſis deſignati in Comędiis : tanquam proles Ænopionis, qui primus vitem ſeuerit. Idem Athenæus in ſexto narrat præterea ambitionem atque impotentiam. Quippe primos poſt Lacedæmonios ac Theſſalos Ergaſtula inſtituiſſe. Quos Barbaros per contemptum appellârint : ſicuti illi εἵλωτας , atque πενέστας ſuos. Interpres Ariſtophanis etiam ἀσελγεῖς agnoſcit : Plutarchus etiam deſcribit in *Laconicis dictis* : quippe ab illis & vomitu, & peiore materia confœdatas Ephororum ſellas. Igitur non immeritò in eodem cenſu Græci , quo Latini canes habuêre. Quapropter à Plauto etiam *vulturius* dictus eſt. Sicut ab eodem, Venus, *baſilicus* : ſcilicet iactus. Regis enim eſt tollere. Luſêre verò vnico primùm talo : mox etiam pluribus. Atque ex concordia vel diſcordia facierum leges impoſitæ : quarum quædam erant communes : communíque conſenſu obſeruabantur: Quædam, vt eſt animus humanus nouarum appetens rerum , ex eorum libidine , qui luderent, præſcribebantur. Communis lex in vno talo. Qui *canem* iaceret, vnum ponebat : qui *venerem*, tollebat vniuerſos : qui *ternionem*, tres : qui *quaternionem*, quatuor auferebat. In multis talis venus erat : quoties diſſiderent omnes facies : quatuor enim tali erant. Priuatim verò luſerunt etiam octonis in Steſichori gratiam, vt aiunt : cuius ſepulcrum totidem conſtaret lateribus. Vnde & prouerbium : ἅπαντ' ὀκτώ. Auguſtum quoque legimus apud Gellium ſuo arbitratu leges ludo fixiſſe. Mirum : qui Romanas refixerat. Et ſcribit Pollux auctum talorum numerum ad xxx. vſque : quot Athenis fuiſſent tyranni. Vnio autem in teſſeris dicebatur, *Aſinus*. Ternis teſſeris cùm luderent , facies aliis aliæ commendatæ ſunt. Scribunt quidam, *Nonem*, fuiſſe iactum feliciſſimum. His aduerſatur Pollux : qui & prouerbium in votis ludentium narrat , ἢ τρὶς ἕξ , ἢ τρεῖς κύβοι. Sanè benè. Nanque vt in talis venus mittebatur , quoties diuerſæ inter ſe eſſent omnes facies : ita è contrario in teſſeris , quoties omnes ſimiles. Cæterùm non niſi in duobus numeris : aut igitur in ſummo : ἢ τρὶς ἕξ. Quod explebat duodeuiginti : non autem nouē vt iidem aiunt : ἢ τρεῖς κύβοι : id eſt, tres vniones : κύβοι enim appellabant etiam notam ipſam vnitatis in teſſeris : quemadmodum ait Pollux. ídque non ſinè ratione. Nam teſſera vna vnum tantùm punctum edere poterat. Errant prætereà more ſuo cùm ſcribunt. *Midam* fuiſſe nomen in teſſeris fortunati iactus. Contrà enim Pollux in ſeptimo inter infelices connumerat, damnata ſcilicet meliore conſilio auaritia. Quanquam paulò poſt idem inter mediocres iactus recenſet. Apud Suidam quoque διβυλόπαιδι ſcriptum eſt : non , vt ille , διβολόπαισι. Fortaſſe fuit inuocantis modus : quemadmodum frater inuocauit Pandarum apud poëtam. Et Plautinus Gurgulio inuocauit almam ſuam nutricem Heram. Quæ vt apertiùs cognoſcerentur , ſubiecta pictura deſignata ſunt.



A Pars ſuperior ad coxam.

B Pars exterior ad latus, quæ & χῖα.



A Pars ſuperior ad coxæ os.

B Pars interior, quæ & κῷα, ſcilicet in latere interiore.



A Antennæ, κεραῖαι.

B Pars caua in quam ſubit coxæ fibula, tota eſt interior reſpiciens ad crura anteriora.



A Antennæ.

B Pars curua quæ eſt ſub vnco, & hæret oſſi reſpiciens ad poſteriora ſub cauda, quam Ariſtoteles appellat [illegible].

XXXII. ARISTOTELES.

Πάντα δὲ τὰ ἔχοντα ἀστράγαλον, ἐν τοῖς ὄπισθεν ἔχει σκέλεσιν.


QVibus talus eſt, eum omnia poſteri oribu in cruribus habent.

CÆSAR.

IN libris de *Machinis* Ariſtoteles feſtiuè quærit. Quid eſt, quòd onus quodpiam tollere ſi nequeamus, accepto vecte & adhibito tollemus? Nam ſi propter pōdus non poterã: addito pondere quî potero? In quarto autem de *Cauſſis* ait: pondus quidem afferri à talo: ſed cum pondere firmitatem. Eſto igitur talus tanquam vectes. Videtur autem eſſe talus in ſuffragine, quod *Interpenſiuum in cauadijs* apud Vitruuium. Sunt autem Interpenſiua trabes à parietibus productæ, quemadmodum cephoræ mutilorum, ad ſuſtinendas colliquias. Eæ trabes duum ſunt modorum: alteræ directæ: alteræ


P

ex obliquo: quas obliquas non ineptè Vaſcones *Subbarbas* vocant: Græci *Ancones*, ſanè mutilorum officium generoſius, quàm ipſi mutili, facientes. Ita his talis innixus radio cruris obnititur oſſi coxæ: cuius tanquam dens rotæ piſtrinariæ, aut quaſi fibula in eum demittitur.



A Interpſiuũ.

B Mutilus.



A Interpſiuũ.

B Ancon.

XXXIII. ARISTOTELES.

Ἔχει δὲ ὀρθὸν τὸν ἀστράγαλον ἐν τῇ καμπῇ, τὸ μὲν πρανὲς ἔξω, τὸ δ᾽ ὕπτιον εἴσω· καὶ τὰ μὲν κῷα ἐντὸς ἐστραμμένα πρὸς ἄλληλα, τὰ δὲ χῖα καλούμενα, ἔξω, καὶ τὰς κεραίας ἄνω. ἡ μὲν οὖν θέσις τοῦ ἀστραγάλου τοῖς ἔχουσι πᾶσι, τοῦτον ἔχει τὸν τρόπον.

Eumque erectum in ſuffragine ita: ut ſuperior pars extrorſum, inferior autem introrſum ſpectet. Et quæ Coa dicuntur, intus inter ſe obuerſa: quæ appellantur Chia, foris: quæ antennæ nominantur, supernè. Qui ſitus ad hunc modum omnibus eſt.

CAESAR.

Tali locum, ſitúmque refert. Accuratiùs ſic. Talus prope totus contegitur cauo oſſe cruris: quod os tali ipſius tergum operit, atque etiam oblongo ſuperat vertice. Is vertex neruum, ſiue chordam, ſeu tendinem validum excipit, ac ſibi annexum tranſmittit ad calcem. Talus capite ſurrecto ſubit os coxæ: quod os fibulam, quam dicebamus, in tali ſinum demittit: atque ibi vniuerſam cohæſionem ſiſtit ad angulum, ob ſaltum capiendum: quemadmodum cauda ferrea in baliſta ſiſtit id, quod *Nucem* appellant, ne conuertatur, atque funem amittat. Iccircò talum ipſum noſtrates etiam nunc *Nuculam* ſua lingua vocant: alij accolæ *patellam*. Figura nerui.



A Os coxæ.

B Os tibiæ.
C Neruus.

Bis ait, ἔξω; bis ἔσω, ἐντός: ſemel, ἄνω. Quinque igitur notat facies. Quatum quatuor planiores: quinta non niſi cæterarum in ſummo confinium. Sunt igitur in ſingulis cruribus duæ facies, quæ foras ſpectant: duæ, quæ intrò. Superior, inquit, extrorſum. Superiorem appellat, quæ tumore ſuo dorſi ſpeciem præſefert. Nam ei aduerſa ex altera parte in cauum quiddam ſubſidit, quaſi Baſis ſit. Illa igitur ſuperior ſiue πρανής, oſſi hæret: quare extrorſum ſpectat ſub caudam. Id eſt ὄπισθεν. Ariſtoteles non dixit, ὄπισθεν: quia totum membrum, de quo ſcribit, ὄπισθεν eſt. Altera quoque eius facies extrorſum ſpectat: ſcilicet ad latus: quæ facies ea eſt, quam vncam agnoſcebamus: & χῖα dicitur ab Ariſtotele. Duæ reliquæ facies intrò ſpectant: quippe caua Talis pars ſub ventrem animalis reſpicit crura anteriora: altera introrſum nihilominus: quippe ad ſuum crus compar: quam faciem ſimilem dicebamus auriculæ humanæ. Antennæ autem in coxæ os ſeſe induunt. Ima pars huic ſimilis in Tibiæ os demittitur. Coa igitur ſunt intus inter ſe obuerſa. Idem in *partem domeſticam*: vt vocant noſtri Barbari. Chia foras auerſa in partem ſyluestrem. Vbi errores corriges. κῷα: non κῶλα, & χῖα, non ἰσχία. Ex Theodoro neutrum intelligas: qui *Venerem*, & *canem* maluit transferre.

Hæc tametſi videntur præter narrationem naturalem, & ad litteras humaniores propius accedere: tamen vt multos errores tolleremus: & rem perſpicuam faceremus: libuit excurrere. Nam libros *Originum* vbi hæc optimè digeruntur, quando edentur, ſanè neſcio. Ita otium placet huic ſæculo deſidioſo.

Illud ſeriæ operæ. In quarto de *cauſſis*. Philoſophus ait: Taligera eſſe non poſſe ſolidipeda. Quoniam quod os in illis ſit Talus, abſit quaſi pars à pede. Materialem ſanè ſententiam: neque feliciorem, quàm quæ de cornibus ac dentibus ſuperioribus à nobis exploſa eſt. Figuras & hîc appinximus.



B Vertex oſſis.

A Canis, ſiue Chia.



A fibula

B Tali pars ima cum cauo.

XXXIV. ARISTOTELES.

Διχηλὰ δ' ἅμα καὶ χαίτην ἔχοντα, καὶ κέρατα δύο κεκαμμένα εἰς αὑτὰ, ἔστιν ἔνια τῶν ζώων, οἷον ὁ βόνασος ὃς γίνεται περὶ τὴν Παιονίαν καὶ τὴν Μηδικήν.

QVæ verò biſulca ſint, & iubam gerant, tum bina habeant cornua in ſe inflexa, aliqua ſunt animalia. Qualis Bonaſſus: qui apud Paonas, atque in terra Media gignitur.

CÆSAR.

NIsi Talorum hiſtoriam è Cameli narratione duxiſſet, atque interpoſuiſſet: aliud hinc Caput ſtatuiſſemus. Verùm ad cornua redit: quæ cùm pedum ratione coniungat.

Cùm nonniſi Bonaſſum talem deſcribat: neque fortaſſe alia eiuſmodi animans extet: commodiùs dixiſſet. μόνος δ' ὁ βόνασος &c. Addidit autem κεκαμμένα κέρατα: propterea quòd Hippelaphus erecta habet. Cæterùm vtrunque debuit coniungere: atque interponere diſcrimen.

Albertus cùm Bonaſi hiſtoriam attigiſſet : auſus eſt ſimilem dicere Bufalis noſtris. Cùm tamen Bufalus nullam iubam habeat, & pilo ſit penè nullo. De eo in hiſtoria boum ſatis à nobis dictum eſt.

XXXV. ARISTOTELES.

Πάντα δὲ ὅσα κερατοφόρα, τετράποδά ἐστιν, εἰ μή τι κατὰ μεταφορὰν λέγεται ἔχειν κέρας, καὶ λόγου χάριν, ὥσπερ τοὺς περὶ Θήβας ὄφεις οἱ Αἰγύπτιοί φασιν, ἔχοντας ἐπανάστασιν, ὅσον προφάσεως χάριν.

Sanè omnes animantes cornigeræ, quadrupedes ſunt. Niſi ſiquid per tranſlationem, ac verbi gratia, cornu dicatur. Quemadmodum Thebanis ſerpentibus Aegyptij aiunt extare à capite quiddam quaſi vice cornuum.

CÆSAR.

CORNV non poſſe diſiungi à quadrupedum natura, monet. Remouet dubitationem de Ægyptiis ſerpentibus, quibus quiddam à capite extet. Id per tranſlationem dictum, ait. Quæ ſit tranſlatio, non eſt hîc locus. addit : καὶ λόγου χάριν. Id eſt: non quòd ita ſit: ſed quoniam ſermonis vſus vulgò inualuit. Quare etiam πρόφασιν vocat. *Cornuum veſtigium* interpretatus eſt Theodorus : minùs aptè : quid enim appellat, veſtigium ? τύπος, hoc eſt: at cornua ſunt ſerpentibus illis : non qualia verè cornigeris animalibus : ſed, vt hîc inquit : κατὰ πρόφασιν. Galenus in libro de *Theriaca* ad Piſonem appellat in Baſiliſco, ὑπεροχάς. Nicander autem etiam κέρατα vocat τῶν κεραστῶν, in quibus non ſolùm bina, verùm etiam quaterna agnoſcit. Ariſtoteles autem non vocat κέρας, ſed ἐπανάστασιν, ſicut Galenus ὑπεροχήν. Et addit vocem ſanè feſtiuam, ac penè Comicam : ὅσον προφάσεως χάριν. Poteram dicere, *Inſigne* : quaſi quòd cornuum inſigne eſſet : ſicut leo, aut vrſus, aut aquila inſignia nobilitatis : & edera vini venalis ſignum, vel inſigne. Eſt autem πρόφασις, id dictum, quod pro alio dicitur, & tranſlatum etiam ad facta, quæ vice aliorum factorum fiunt. Hoc enim ſonat vox ipſa. Iccircò Latinè vtimur, excuſatione. Eſt enim excuſatio id, quod ex cauſſa tollit, aut deiicit. Non feci, quia non potui. non poſſe, ἀδυναμία excuſatio eſt. Tollit enim cauſſam, qua fiebam reus verbum in eam ſententiam eſt apud Demoſthenem in oratione περὶ στεφάνου, & contra *Apaturium* : προφασίζω. *Prætexere cauſſam* Cicero dicit : pro occaſione vtitur Hippocrates, ἐκ πάσης προφάσιος πτερνίζουσι. Hæ omnes conueniunt ſignificationes. Nam id quod gerunt ſerpentes Thebani, occaſio eſt, quo minùs vera cornua gerant. Altera ſignificatio. Prætexunt hoc, naturæ cornuum. Tertia. Excuſat id vera cornua, quæ non adſunt: quorum loco, & vice extet.

Theodorus omiſit, λόγου χάριν. Et dixit : *qui per tranſlationem cornu habere dicatur.* mallem, *quid.*

Notabis verbum ſignatum : λέγεται, tum quia refert ex hiſtoria Ægyptiorum: tum quia cornua non ſunt, ſed dicuntur eſſe.

Ἐπαναστάσεις : per verbum, *extare*, interpretati ſumus : plus tamen ſignificat excitatam à natura eam partem, quæ in cornuum imaginem erecta videretur.

XXXVI. ARISTOTELES.

Τῶν δ' ἐχόντων κέρατα, δι' ὅλου μὲν ἔχει στερεὸν μόνον ἔλαφος, τὰ δ' ἄλλα κοῖλα μέχρι τινὸς μᾶλλον, τὸ δ' ἔσχατον στερεόν. τὸ μὲν οὖν κοῖλον ἐκ τοῦ δέρματος πέφυκε μᾶλλον· περὶ δὲ τοῦτο περιήρμοσται τὸ στερεὸν ἐκ τῶν ὀστῶν, οἷον τὰ κέρατα τῶν βοῶν.

Cornua vni ceruo tota ſolida ſunt: aliis maiore parte caua, ad extremum ſolida. Caua igitur pars è corie nata eſt : circum quam de oſſe obductum eſt illud ſolidum. Qualia bubula ſunt.

CAESAR

CAESAR.

A Partium ſitu cornuum differentiam contemplatur, per ſoliditatem, & cauitatem: cuius rei ſubſtantiam, atque originem declarat. Nam cauam partem è cute concreſcere: durum autem ipſum è natura, & ſeminio oſſium ipſorum.

Videamus quemadmodum vtatur voce illa, *στερεόν*. Nam caua cornua negat eſſe *στερεά*. Eorum tamen partem, *στερεὸν*, eſſe dicit. Igitur cùm pars ſit *στερεά*, pars non ſit: quonam modo totum erit vel *στερεὸν* vel non? ſanè ita eſt. Si *στερεὸν* virtus eſt: & pars cornu ſit, pars non ſit: nequeat totum denominari à parte perfecta pro perfecto: cuius pars perfecta non ſit. Itaque cornua non ſunt *στερεὰ*: id eſt plena & ſolida: quia pars caua. Non igitur *στερεὰ*: quia non tota. Non tamen hoc quærimus. Sed quod dixit: *τὸ στερεὸν* id eſſe, quod cauitatem ambit. Sanè bene. Eſt enim ſolidũ. Igitur *τὸ στερεὸν* eſt, cuius pars nulla vacua. Id aut pars tota totius. Exẽpli gratia ſummitas cornuum, tota ſolida eſt: cuius intus nulla cauitas: at pars ima quæ hæret capiti eſt non *στερεὰ*: eius tamen pars partis eſt *στερεὰ*, quæ ambit cauum.

Theodorus autem malè dixit *στερεὸν concretum*. Nam etiam caua cornua in cauum concreta ſunt. Eſt enim & *κρᾶσις*, & *κατάστασις* eorum talis. Neque meliùs dixit: *περιήρμοσται*, *ſubit*: immo *circuit, obit, obducitur*: ad verbum, *circumaptatur*.

Μέχρι τινὸς μᾶλλον. Theodorus neglexit *τὸ μᾶλλον*. Id eſt plus caua quàm ſolida. Vt *μέχρι τινὸς*, ſignificet ſpatium cauitatis: *μᾶλλον*, notet & præſcribat modum ſpatij. In bubulis verum eſt: in capreolis & aliis eiuſmodi videndum. Etiam Damarum cornua conſideranda ſeorſum.

Theodorus *δέρμα* *cutem* tranſtulit. Sanè cutis eſt quod Græci *σκῦτος*, dempto ſibilo. Sic *Scuta* cute obducta.

Magna dubitatio de eo quod hîc prodit. Ait, cauum è ſubſtantia eadem fieri, qua corium: quod circumſtat, & obducitur, ex oſſe eſſe An quia intus in cauo cornuum nulla cutis eſt. Ratio haud ſatis valida. Neque ex cutis materia factum puto magis quod intus, quàm quod foris. Quin neutrum puto: ſed ex oſſe. Itaque Limacina cornua reliqui corporis ſequi mollitudinem. Quod ſi alterum ex oſſe alterum ex cute oritur: conſentaneum magis eſt, interiora ex oſſe conſtare, atque ab eo habere ortum: exteriora ex cute, quæ eis hæret, duci. Nam & ramorum cortex trunci ex cortice fit: ex ligno lignum: è medulla medulla.

XXXVII. ARISTOTELES.

Ἀποβάλλει δὲ τὰ κέρατα μόνον ἔλαφος κατ᾽ ἔτος, ἀρξάμενος ἀπὸ διετοῦς, καὶ πάλιν φύει· τὰ δ᾽ ἄλλα, συνεχῶς ἔχει, ἐὰν μή τι βίᾳ πηρωθείῃ.

Solus Ceruus à bimatu quotannis amittit cornua: tum renaſcuntur. Alia animantes, niſi vi mutilentur, nulla amittunt.

CÆSAR.

A Svbstantia, & partibus, affectionem non ſolùm ſimpliciter *τοῦ ἔχειν, καὶ τοῦ μὴ ἔχειν*: ſed *τοῦ μέχρι τοῦ ἔχειν, καὶ μή, καὶ πῶς*.

Signatè *πηρωθείῃ*. De Cornibus: *mutilare*, vti dicebamus. At *πάλιν φύει*, non ſignatè, craſſa nanque oratio eſt: ſi de cornibus intelligas. Non enim ipſa *πάλιν*: ſed alia eorum loco. Si dicas: ceruus fundit: rectiùs.

Κατ᾽ ἔτος Ariſtoteles: quotannis, rotundiùs quàm omnibus annis.

CAPVT OCTAVVM.

De Mammis & Papillis.

XXXVIII. ARISTOTELES.

Ἔτι δὲ περί τε τοὺς μαστοὺς ὑπεναντίως ἐν τοῖς ἄλλοις ζώοις ὑπάρχει, πρὸς αὑτά τε καὶ πρὸς τὸν ἄνθρωπον, καὶ περὶ τὰ ὄργανα τὰ χρήσιμα πρὸς τὴν ὀχείαν. τὰ μὲν γὰρ, ἔμπροσθεν ἔχει τοὺς μαστοὺς ἐν τῷ στήθει, ἢ πρὸς τῷ στήθει, καὶ δύο μαστοὺς, καὶ δύο θηλὰς, ὥσπερ ἄνθρωπος καὶ ὁ ἐλέφας, καθάπερ ἔμπροσθεν εἴρηται. καὶ γὰρ ὁ ἐλέφας ἔχει τοὺς μαστοὺς δύο περὶ τὰς μασχάλας· ἔχει δὲ καὶ ἡ θήλεια τοὺς μαστοὺς μικροὺς παντελῶς, καὶ οὐ κατὰ λόγον τοῦ σώματος, ὥς' ἐκ τοῦ πλαγίου μὴ πάνυ ὁρᾶν· ἔχουσι δὲ καὶ οἱ ἄῤῥενες μαστοὺς, ὥσπερ αἱ θήλειαι, μικροὺς παντελῶς· ἡ δ' ἄρκτος, τέτταρας.

Cæteræ animantes tum mammillarum tū eorum membrorum, quæ ad Veneris vſum comparata ſunt, rationē non ſolùm inter ſe diuerſam ipſa, ſed etiam cum homine, ſi conferantur, habent. Quibuſdam enim aut in pectoris parte anteriore, aut ſecundum pectus mammæ ſita ſunt duæ: duæque papillæ: quot & homini, quot & Elephanto: quemadmodum ſupra quoque dictum eſt. Habet enim Elephantus mammas duas ad axillas. Quæ etiamnum ipſi fœminæ perpuſillæ ſunt: ſi corporis ſpectes magnitudinem: adeò verò vt ex obliquo vix oculis deprehendi poſſint. Vrſa autem quaternas.

CÆSAR.

VNICO Capite tam mammæ, quàm genitalia contemplanda proponuntur; proptereà quòd hæc ad generationem, illa ad generatorum faciunt conſeruationē. Verùm cùm genitalium natura neutiquam ſequatur mammarum rationem: nos audacter in aliud Caput diſtulimus. Neque enim aut numeri, aut ſitus variatio in mammillis diuerſum vel ſitum, vel numerum efficit genitalium.

Comparat autem tum animantes alias inter ſe: aitque diuerſas: tum refert ad hominem: à cuius natura item diſſidere dicit: duplici primùm modo. Loco, & numero. Præterea partium partibus. Nam duas mammas, ſinguliſque mammis papillas ſingulas: vaccæ autem duas mammas, ſingulis mammis papillas binas.

Ὑπεναντίως, *ſubcontrariè.* Quoniā pectus non eſt contrariū feminibus, ſed ſub contraria appellatione: quatenus pectus ante femina: femina poſt pectus. Ante, enim & poſt, ſunt cōtraria. Dixit autem πρὸς αὑτὰ in genere. Species ſpeciei. Quia ταυτὸ eſt in genere ſpecies cum alia ſpecie.

Μὴ πάνυ ὁρᾶν, abſolutè poſuit ὁρᾶν, ἢ ἰδεῖν. Nam ſanè alius dixiſſet, ὁρᾶσθαι. Verbosè quoque de Elephanto mari ac fœmina: quæ nos in rotundiorem orationem redegimus.

Περὶ τὰς μασχάλας: non in alis, ſed ad axillas. Sic & ſuprà, οὐκ ἐν τῷ στήθει, ἀλλὰ πρὸς τῷ στήθει.

XXXIX. ARISTOTELES.

ΤΑ δὲ, δύο μὲν μαστοὺς ἔχει ἐν τοῖς μηροῖς, καὶ τὰς θηλὰς δύο, ὥσπερ πρόβατον· τὰ δὲ, τέτταρας θηλὰς, ὥσπερ βοῦς.

QVædam duo habent in feminibus vbera, totidémque papillas: vt Ouis. Quædam papillas quaternas: veluti Vacca.

CÆSAR.

LOCVM alium, & numerum diuerſum. Artificium autem naturæ tectum eſt. Nam tametſi duas habet mammillas Vacca: tamen vtrinque ſingulas continet quaſi ſpongias è quibus demittit Lac per totidem papillas.

In libris de *ſemine genitali* declarauimus an verum eſſet quod iactatum fuerat mammarum numerum

numerum eundem eſſe, cum numero fœtuum: non enim plures parere, quàm quot alere queat. Falſum enim eſt. Nam duos, cum plurimos, edit vitulos vacca: quatuor tamen papillas habet. Sus etiam ſexdecim: tot enim vidimus. Mulier ternos ſæpe: ſæpe enim item vidimus. Etiam ſeptenos. Vnde familiæ Porcelliorum Patauij, & alibi.

XL. ARISTOTELES.

Τὰ δ', οὔτ' ἐν τῷ στήθει ἔχει τοὺς μαστούς, οὔτ' ἐν τοῖς μηροῖς, ἀλλ' ἐν τῇ γαστρὶ, οἷον κύων καὶ ὗς. καὶ πολλούς, οὐ πάντας δ' ἴσους.

Nonnulla neque in pectore, neque in feminibus, ſed in ventre: eáſque plures, neque omnes æquales: vt Canis, & Sus.

CAESAR.

Habet Canis mas interdum tam grandes: vt niſi propiùs ſpectes, fœtam putes. Leporarium habuimus nos animoſum, atque inſigni celeritate tam grandibus papillis, vt ſolo genitali marem cognoſceres.

XLI. ARISTOTELES.

Τὰ μὲν οὖν ἄλλα, πλείους ἔχει· ἡ δὲ πάρδαλις, τέτταρας ἐν τῇ γαστρί· [ἡ δὲ λέαινα, δύο ἐν τῇ γαστρί.]

Plures igitur mammas aliæ: at Panthera quatuor, Leæna duas: vtraque in ventre.

CAESAR.

Tam biſulcis, quàm multifidis, & plures & in ventre: quippe ſuibus, & canibus. nunc etiam pauciores multifidis: veluti Pantheræ quatuor: & Leænæ vel duas tantùm. Vnde fiat, vt eiuſdem dubitationis memineris. Nam ſi prima fœtura quinque parit Leæna, animal alioqui ſæuum, atque irritabile: qua pace alit impari præſidio tantum numerũ?

XLII. ARISTOTELES.

Ἔχει δὲ καὶ ἡ κάμηλος μαστοὺς δύο καὶ θηλὰς τέτταρας, ὥσπερ ὁ βοῦς.

Sunt & Camelo duæ mammæ, papillæ quatuor, quemadmodum & Vaccæ.

CAESAR.

Qvod ſupra dixit extra ordinem, nunc eum repetere ſeries hiſtoriæ coëgit. Sed & cùm de Boue loqueretur, hoc ibi apponere ſatis fuiſſet.

XLIII. ARISTOTELES.

Τῶν δὲ μωνύχων τὰ ἄρρενα οὐκ ἔχουσι μαστούς, πλὴν ὅσα ἐοίκασι τῇ μητρί. ὅπερ συμβαίνει ἐπὶ τῶν ἵππων.

Quibus eſt vngula ſolida, in iis mares papillas habent nullas: niſi ſiqui matribus ſimiles extiterint. Id quod equorum naturæ contigit.

CAESAR

CÆSAR.

Elephanto non eſſe ſolidam vngulam, ſed digitatum aliquo modo pedẽ, ſupra dicebamus. Iccirco eo in genere mas quoque papillas habere potuit. At è ſolidipedum natura, nullus. Excipit eos, qui matres forma repræſentant: aſcribitque hoc equorum generi.

Non eſt autem exigua faciliſve diſquiſitio: quam ob cauſſam natura maribus addiderit papillas. Pulchriores enim Canes, quibus abſunt. Item in Elephanto vix cernuntur. Vir verò non oſtendit : non enim id faceret viriliter. Nam quod ait Ariſtoteles in quarto de *Cauſſis*: ad operimentum cordis apparatas à natura: ſanè eſto. Ea pars carnoſa, quaſi pro ſtipatore agat erga ſuum principem. At papillarum notæ? verùm in libris de *Semine genitali* tum hanc, tum alias multas abſoluimus quæſtiones.

CAPVT NONVM.

De Membris Genitalibus.

XLIV. ARISTOTELES.

Τὰ δ' αἰδοῖα, τῶν μὲν ἀρρένων τὰ μὲν, ἔξω ἔχει, οἷον ἄνθρωπος καὶ ἵππος, καὶ ἄλλα πολλά. τὰ δ' ἐντὸς, ὥσπερ δελφίς. καὶ τῶν ἔξω δ' ἐχόντων, τὰ μὲν, εἰς τὸ πρόσθεν, ὥσπερ καὶ τὰ εἰρημένα· τὰ δὲ εἰς τοὔπισθεν.

Maribus genitale membrum quibuſdam extat: vt homini, & equo, & aliis multis. quibuſdam intus conditum eſt: vt Delphino. Quibus extat, alia ipſum in parte habent anteriore: velut ea, quæ ſupra diximus: alia in poſteriore

CÆSAR.

Differentias ſitus aggreditur membrorum genitalium. Diuerſo quoque modo extat. Nam tametſi apparet, vagina tamen ventri cohærente conditur in equo. Homini autem pendet: vnde & *penem* dictum putant. Delphino conditum oportuit: quò planicies opportunior eſſet ad lapſum. Exactiùs in principio tertij.

Τῶν ἀρρένων τὸ αἰδοῖον. *Virile genitale* interpretati fueramus, ſequuti Iunium Columellam, qui in Suilli pecoris caſtratione ad eum modum loquutus eſt. verùm poſtea & illius licentiam notauimus, & damnauimus noſtram.

In noſtro codice deerat τὰ δὲ εἰς τοὔπισθεν.

XLV. ARISTOTELES.

Καὶ τούτων τὰ μὲν, ἀπολελυμένα καὶ τὸ αἰδοῖον καὶ τοὺς ὄρχεις, ὥσπερ ἄνθρωπος· τὰ δὲ, πρὸς τῇ γαστρὶ καὶ τοὺς ὄρχεις καὶ τὸ αἰδοῖον· καὶ τὰ μὲν, μᾶλλον, τὰ δὲ, ἧττον ἀπολελυμένα, οὐ γὰρ ὡσαύτως ἀπολέλυται κάπρῳ καὶ ἵππῳ τοῦτο τὸ μόριον.

Atque horum partim ſunt, quæ & genitale, & teſtes explicatos habent, velut Homo: ad ventrem tum hoc, tum illos. Neque verò æquè omnibus explicantur, ſed alij plus, alij minùs: non enim equo & Apro ſimiliter.

CAESAR.

C AE S A R.

DIFFERENTIAM ſupra à loco intus, & foris: nunc à modo loci: id eſt à ſitu. Sic in libro de *Spiritu*, quem nos & primi & ſoli Autori ſuo reſtituimus, ait ἐν τῷ ποσῷ ἐστὶ τὸ μέγα, καὶ τὸ μικρὸν· τὸ δὲ σκληρὸν καὶ τὸ ποιὸν ἐν τῷ ποιῷ τῆς μίξεως. Nam habendo ad ventrem, aut ad femina genitale, locum declaramus: at habere exertum, ſiue explicatum, aut tectum, ſiue conditum, id ſitum eſt in ſitu partium. Homini igitur explicatiſſimi tum teſtes, tum genitale: feli obſcuriſſimum vtrunque: ſimiæ genitale tantùm explicatum, Teſtes non item. Contra equo Teſtes tantum, genitale minus. πρὸς γαστρί, ventri adhæreſcunt. ἀπολελυμένα, *abſoluta*, Theodorus ad verbum. Verùm vrticæ, quæ fluitant & ore nihilo ſecius lapidibus adhæreſcunt, non ſunt ἀπολελυμέναι in primo libro. at hæ ſunt ſimiles peni humano. *Exerta*, *explicata*, plus placet.

Καὶ τούτων τὰ μὲν ἀπολελυμένα. Intellige de iis, quæ εἰς τὸ πρόσθεν. Nam quæ ὄπισθεν habent, ad ventrem non habent: at hîc dicit, πρὸς γαστρί. Nota εἰς τὸ πρόσθεν: non enim eſt, ἐν τῷ πρόσθεν. ſed ἐν τῷ ὄπισθεν vergit πρὸς τὸ πρόσθεν. Nam quædam etiam ἐν τῷ ὄπισθεν, etiam πρὸς τὸ ὄπισθεν. Multa enim talia: quemadmodũ ſcribitur in quinto *Hiſtoriarum*. Et puſilla inſecta lenticulæ figura & magnitudine cohærentia in coïtu partibus poſterioribus quotidie videmus in hortis.

XLVI. ARISTOTELES.

Ἔχει δὲ ὁ ἐλέφας τὸ αἰδοῖον ὅμοιον μὲν ἵππῳ, μικρὸν δὲ καὶ οὐ κατὰ λόγον τοῦ σώματος· τοὺς δ' ὄρχεις, οὐκ ἔξω φανερούς, ἀλλ' ἐντὸς περὶ τοὺς νεφρούς. διὸ καὶ ἐν τῇ ὀχείᾳ ἀπαλλάττεται ταχέως.

Elephantus equino ſimile veretrum habet, ſed paruum, neque pro corporis ratione. Cæterùm teſtes neutiquam foris in aperto, ſed intus circa renes. Quo fit, vt coïtum celeriter abſoluat.

C AE S A R.

COMPARAT Elephantum minus ſanè notum cum equo, quem notiſſimum habemus. Quo conſilio etiam ſupra Camelum cum Vacca. Ait Elephantum celeriter expedire coïtum, propterea quòd prope renes habeat teſtes. Hanc rem diligentiùs exequitur in primo de *Generatione animalium*. Sic Aues citò abſoluere initum eandem ob cauſſam: neque enim mæandros habent ſeminarios tam longè inuolutos. Equus tamen agitatione nulla perficit celeriter coïtum: cui tantùm teſtium tam prolixè pendet. Contra, canis multum, diúque anhelat: qui alioqui ſuccinctos gerat. Sanè cani eæ regiones peranguſtæ, pérque inuolutæ ſunt: quare & ad vrinam reddendam elato pede opus habet: & ad craſſiora excrementa deiicienda magnis conatibus afficitur. At Equo laxiſſimi ſunt meatus. Piſces autem ſolo attritu, atque in tranſcurſu peragunt: quia iis teſtes nulli.

XLVII. ARISTOTELES.

Καὶ τὰ μὲν, ἀπολελυμένους ἔχει τοὺς ὄρχεις, ὥσπερ ἵππος· τὰ δ', οὐκ ἀπολελυμένους, ὥσπερ κάπρος.

Teſtes quoque habent quædam explicatos, vt Equus: quædam inhærentes, vt Aper.

C Æ S A R.

NVLLVM veritus faſtidium, alioqui diuina Autor breuitate, repetit & eandem rem, & exemplum idem.

XLVIII.

XLVIII. ARISTOTELES.

Ἡ δὲ θήλεια, τὰ αἰδοῖα ἔχει ἐν ᾧ τόπῳ τὰ οὔθατα τῶν προβάτων ἐστίν. ὅταν δὲ ὀργᾷ ὀχεύεσθαι, ἀνασπᾷ ἄνω, καὶ ἐκτρέπει πρὸς τὸν ἔξω τόπον, ὥστε ῥᾳδίαν εἶναι τῷ ἄρρενι τὴν ὀχείαν. ἀνέρρωγε δὲ ἐπιεικῶς ἐπὶ πολὺ τὸ αἰδοῖον.

At fœmina vulua eſt ea in parte, vbi Ouis vbera. Itaque coitus tempore eam ſurſum attractam foras vertit. Quocirca facilis fit maſculo coitus. Illius autem os latè admodum patet.

CÆSAR.

CVM Appi maſculi teſtes deſcriberet, fœminæ vuluam ſubiecit ſtatim: quoniam ab aliorum ſitu diuerſa eſſet, Quippe ima in parte ad femina. Quare, vbi in venerem agitur, ſurſum tractam mari obiicit inuerſam.

Ὀργᾷ, *per libidinem turget.* Siç de arboribus Theophraſtus. Sic in morbis Hippocrates furioſis. Inde, *ira*, apud Græcos, ὀργή. Habent ipſi vocem communem hanc ὀργᾶν, & κνίζεσθαι. apud Terentium, *vri.* Etiam *prurire* Martialis Verba item peculiaria περδικίζειν, ſi vti velis, ab inſigni libidine eius auis. Nos *equire, catulire, ſubare*. His appetitus Veneris declaratur Eſt etiam κιττᾶν: quo deſignatur appetitus prægnantium. Apud Paulum in primo, Plutarchum in *Preceptis Politicis*. Apud veteres in Latona prægnante, vt recitat Athenæus.

Ἀνερρωγὸς. ſupra diximus, & διερρωγὸς, de hiatibus ab Ariſtotele vſurpari. Sic de Leonis ore. Plinius ſimpliciſſimè. *Ora apertiora laniatu viuentibus*. Ariſtotelis verba ſunt. ἀνέρρωγε δὲ ἐπιεικῶς ἐπὶ πολύ. Miram verborum coniunctionem. ἀνέρρωγε lacerum. Notat hic vaſtitatem. ἐπιεικῶς, moderatur: ſignificat enim modum quendam. ἐπὶ πολύ, deſignat vltra metam. Quare Theodorus anxiè interpretatus eſt. *Reſciſſum id longè productius, & dehiſcens amplius eſt.* Vides verba: audis ſtrepitum. *ἀνέρρωγε laxum* dices. *ἐπιεικῶς admodum, ἐπὶ πολὺ valdè.* Facilitas igitur duplex mari. Apparatus ex obuerſione, & laxitas.

XLIX. ARISTOTELES.

Τοῖς μὲν οὖν πλείστοις αὐτῶν, τὰ αἰδοῖα τοῦτον ἔχει τὸν τρόπον.

Maxima igitur animalium pars genitalia ſic ſe habet.

CAESAR.

DIXIT, maximam partem, non omnes, propter Lepores, & Aues, & piſces: de quibus accuratius in quinto *Hiſtoriarum*, in quarto de *Partibus*, in primo de *Generatione animalium*.

L. ARISTOTELES.

Ἔνια δὲ ὀπισθουρητικά ἐστιν, οἷον λύγξ, λέων, κάμηλος, καὶ δασύπους.

Nonnulla verò vrinam retrorſum reddunt: vt Lynx, Leo, Camelus, Cuniculus.

CÆSAR.

CVM ſitum genitalium contemplatus eſt: quorum duo eſſent officia, coëundi, & vrinam reddendi: illud modicè attigit, diligentiùs exequuturus: hoc nunc hîc agit. Nam quibus retro ſunt genitalia, retro quoque vrinam reddunt. Demonſtratio eſt à cauſſa finali, & affectibus coniunctis. Nam ſi retro eſt genitale, & genitale reddendæ vrinæ

deſtinatum tanquam fini ſuo eſt: ergo retro reddet.

Δασύποδα *cuniculum* interpretati ſumus; de quo amplius ſuo loco inter lepores. Nam ſanè lepus ipſe quoque conquiniſcens vrinam reddit more catellarum.

LI. ARISTOTELES.

Τὰ μὲν οὖν ἄρρενα, ὑπεναντίως ἔχει ἀλλήλοις, καθάπερ εἴρηται. τὰ δὲ θήλεα, πάντα ὀπισθουρητικά ἐστι. καὶ γὰρ ὁ θῆλυς ἐλέφας ἔχει τὰ αἰδοῖα ὑπὸ τοῖς μηροῖς, καθάπερ καὶ τὰ ἄλλα.

Ac mares quidem, ſicuti dictum eſt, membra hæc aduerſo inter ſe ſitu habent: fæmellæ autem omnes retro vrinam reddunt. Nam & in genere Elephantorum fæmella genitale ſuum ſub feminibus habet: quemadmodum & cætera.

CAESAR.

VIDEBATVR, quoniam mares inter ſe contrarium & ſitum, & officium ad vrinam reddendam haberent: in fæmellis idem quoque fortaſſe conſtitutum. Tollit dubitationem propoſitione vniuerſali. Omnes retrò reddere. Hoc tamen in beſtiis ſolis verum eſt. Nam virgines mulieres vidimus nos ad parietem etiam alto iaculatu emittere vrinam. Corruptæ autem ne retrò quidem reddunt: ſed coxim conquiniſcentes.

Non eſt verum noſtras quadrupedes ὑπὸ τοῖς μηροῖς habere ſua genitalia. Non eſt igitur, καθάπερ καὶ τὰ ἄλλα.

Sues fœminæ longè retro iaculantur vrinam nullo nixu. Equæ crura diuaricant, atque ante pedes mingunt: quippe abductis & diſtentis cruribus nituntur. Contra canes ſeſsim retractis.

Ὑπεναντίως hîc accepit pro verè contrariò, non vt ſupra dicebamus de mammis, pro diuerſo. Quare non ſatis eſt, quod dixit Theodorus, *diſcrepant.*

LII. ARISTOTELES.

Τῶν δ' αἰδοίων διαφορὰ, πολλή ἐστι. τὰ μὲν γὰρ, ἔχει τὸ αἰδοῖον χονδρῶδες καὶ σαρκῶδες, ὥσπερ ἄνθρωπος. τὸ μὲν οὖν σαρκῶδες, οὐκ ἐμφυσᾶται· τὸ δὲ χονδρῶδες, ἔχει αὔξησιν.

Nec eadem omnibus natura veretris: valde enim differunt. Aliis cartilaginoſum, & carnoſum: vt Homini. Atque ea pars, quæ carnoſa eſt, non turgeſcit: quæ verò cartilaginea, augeſcendi facultatẽ habet.

CÆSAR.

QVAM ſubſtantiam ſupra declarauit in Hominis genitali, eam hîc repetit: vt cum aliis comparet. Negat carnoſam partem turgeſcere. Immo verò etiam glans ipſa & tumidior fit, & durior. Et ſanè cartilago non habet τάσιν: ſic enim loquitur Ariſtoteles. Non enim adeo rara eſt. Quin neque vena, neque arteria: vt ait ipſe in libro de *Spiritu*, intendi valde poteſt; ſicut neruus, ſed dirumpitur. Quare conceptacula vacua implentur ſpiritu: atque ita parietes diſtenduntur. Igitur carnoſas quoque partes cùm ſubeant frequentes arteriolæ; eæ quoque inflabũtur.

Ἐμφυσᾶται, *turgeſcit, inflatur.* φῦσα, bulla; aquæ particula vento concepto à ſumma planicie abſiſtens, ac tumens. Sic folles fornacarij.

Ἔχει αὔξησιν: non ſolum actum dicit, ſed etiam poteſtatem. Theodorus pluribus verbis fatigatus eſt, neque expreſsit. *Intumeſcit, excreſcitque.* Sanè in octauo *Metaphyſices* declarauimus verum eſſe; quodcunque tumet, tumeſcere & poſſe, & potuiſſe. Qui ridet, ridere potuit. Cùm tamen declarabo naturam veſicæ, non dicam: corpus tenue intumeſcens, ſed aptum ad tumeſcendum. Præterea αὔξησις naturalis eſt: excreſcentia non eſt. Eſt enim exceſſus in excreſcentia. Veluti cùm orationem dicimus excreſcere in caput.

LIII. ARISTOTELES.

Τὰ δὲ, νευρώδη, οἷον καμήλου καὶ ἐλάφου.

Aliis neruaceum: vt Ceruo, & Camelo.

CAESAR.

CAMELINVM genitale eſſe populis Orientalibus pro nerui vſu ad arcus intendendos in quinto *Hiſtoriarum* ſcriptum eſt. Sanè quî id fieri poſſit, nondum in mentem venit, neutiquam enim reſpondet genitalis longitudo, nerui ſagittariorũ longitudini.

LIIII. ARISTOTELES.

Τὰ δὲ ὀστώδη, ὥσπερ ἀλώπεκος καὶ λύκου, καὶ ἴκτιδος, καὶ γαλῆς. καὶ γὰρ ἡ γαλῆ ὀστοῦν ἔχει τὸ αἰδοῖον.

Aliis oſſeum: vt vulpi, lupo, viuerræ, muſtelæ: nam hæc quoque tale habet.

CAESAR.

OMISIT illam differentiam, quam recenſet Plinius. *Vrſo, cùm expirârit, corneſcere.*

Viuerram ἴκτιδα, interpretatur hîc Plinius: quare Theodorus non debuit profiteri ſeſe autorem huius ſententiæ. Sic enim ſcribit. *Ictidi, id eſt muſtelæ ruſticæ, quam viuerram interpretor.* Muſtelam agreſtem vocat Ariſtoteles in nono. Nam muſtela vulgaris etiam vrbana, etiam ruſtica eadem eſt. Vtinam vero ſic ſemper faceret Theodorus: vt poſita voce Græca Latinam apponeret. Nunc ſæpe fingit ſua, quæ nuſquam alibi extent. Animaduertendum verò eſt accuratiùs: an Ictis ſit viuerra. Nam Ictidem ait Ariſtoteles eſſe mellis auidiſſimam: à nobis oblatum viuerræ noſtræ recuſârunt. Vulgus *Furetum* vocat. Cuniculis infeſtum etiam Plinius prodit. Strabo in tertio, Africanis catellis capiſtratis venari Balearicos cuniculos, non viuerris ſcribit. Cæterùm de viuerra, déque hoc catellorum genere ſuo loco.

CAPVT DECIMVM.

De Partium incrementis, earúmque ratione.

LV. ARISTOTELES.

Πρὸς δὲ τούτοις ὁ μὲν ἄνθρωπος τελειωθεὶς, τὰ ἄνω ἔχει ἐλάττω τῶν κάτωθεν· τὰ δ' ἄλλα ζῷα, ὅσα ἔναιμα, τοὐναντίον· λέγομεν δὲ ἄνω, τὸ ἀπὸ κεφαλῆς μέχει τῶν μορίων, ᾗ ἡ τοῦ περιττώματός ἐστιν ἔξοδος. κάτω δὲ, τὸ ἀπὸ τούτου λοιπόν.

Ad hæc Homo, vbi iuſto eſt abſolutus incremento, ſuperiores partes inferioribus minores habet. Reliqua animantes, modò ſanguine concreta ſint, è contrario: ſuperiores intelligo, quæ ab ipſo capite ad exitum excrementi vſque pertinent: reliquas autem inferiores.

CAESAR.

NON erat his hic locus: incrementum enim eſt affectio partium omnium vniuerſalis. hic autem partes ſigillatim comparantur. Intellige verò hanc comparationem ſic. ἐλάττω, inquit, ſuperiores: ſcilicet breuiores. Sin molem ipſam contemplere: multò grauiores ſunt ſuperiores. Dixit autem τελειωθεὶς: quia dum adoleſcimus, ſuperiores ſunt maiores.

In

In libro περὶ πορείας, ait: νανώδη in infantibus eſſe. Quia Nanis vaſtum caput, corpus ingens, crura penè nulla.

Neque verò hæc leuiter prætereunda: ſed more noſtro de ſingulis dubitandum. Ac primùm quidem: an verum ſit, humani corporis partes ſuperiores eſſe minores. Deinde an neceſſariò appoſuerit, ὅσα ἔναιμα: quaſi excludat ἄναιμα ab hac natura. Ac ductis ratione tantùm videbitur ſanè in omnibus id eſſe oportere: vt inferiora exiſtant grandiora atque robuſtiora. Iccirco culmina in acutum producuntur: & muri tabulatorum ſuperiorum minus craſſi: item columnæ: quod enim gerit robuſtius eſſe debet. Demonſtratio eſt à cauſſa finali: & officio. Contrarium tamen videtur in beſtiis. Crura enim exilia præut corporis moles eis comparari queat. Et ratio optima. Nã non ſolum gerunt corpus, ſed etiã à corpore geruntur: in motu enim à corpore ſuſtinentur, cùm à terra attolluntur. Quare leuia fuiſſe par eſt: tum ne deorſum aggrauarent cùm tollerentur: tum vt faciliora forent ad motum. Quare ſatis habuit natura robuſta ea vique bona prædita potiùs, quàm mole, facere. Quod cùm ita ſit in beſtiis: quamobrem in homine, qui illarum norma eſt, non fuerit? Conſideratur menſura corporis humani in tertio à Vitruuio dupliciter, in circulo, & in quadrato. Vbi in quadrato manifeſtum punctum medium inter ſummum verticem, & imum calcem, eſt pectinis pars, vnde oritur penis: quemadmodum ſummi artifices deſcripſêre. Nam cubiti quartam partem ait Vitruuius: at duo cubiti ab ſummo vertice ad imum pectinem. Præterea & idem ſtatuit, & manifeſtum eſt: vmbilicum eſſe medium punctum hominis inter ſumma digitorum tam pedum quam manuum, ſi intra circulum pandantur. At diuiſo humano corpore in partes triginta: ab vmbilico ad punctum pectinis tres interſunt. Quare ex totæ in parte ſuperiore cùm ſint: vel præſtabunt inferioribus hac ratione, vel altera, quæ eſt in quadratura, compenſabunt. Figuras ſubiecimus.


A. Vertex.

E. Manus.


D. Vmbilicus.

B. punctum pectinis.

C. Calces.



A C. Corpus hominis diuiſum in triginta partes.



B. Manuũ. ſummitas.

A. Vmbilicus.

C. pedum ſummitas.

B B C C. Corpus hominis in circulo diuaricatum.

Reſtat altera quæſtio. An ea quæ ἄναιμα vocat eximantur ex hoc cenſu. Sane inſecta non ita poſſis amouere. Sunt enim eadem figura, qua & quadrupedes. Corpus enim à cruribus geritur eorum, quæ crura habent: tametſi non facilè diuiſeris equum in partem ſuperiorem vſque ad oſtium excremẽti, & inferiorem. In cruſtaceis quoque pars ſuperior longè maior item in teſtaceis quæ cochleam habent. Maxima enim eorum pars ab eo loco ad verticem. Par ratio in ſepiarum generibus. Quare an alia ſint, quæ ei aſtipulentur, nobis contradicant, ampliùs quærendum.

Theodorus, ἀπὸ κεφαλῆς: *quantum de capite*. Quare potius, quàm *à capite*: ne ipſe quidem ſciat.

ARISTOTELES LVI.

Τοῖς μὲν οὖν ἔχουσι πόδας, τὸ ὀπίσθιόν ἐστι σκέλος τὸ κάτωθεν μέρος πρὸς τὸ μέγεθος. τοῖς δὲ μὴ ἔχουσιν, οὐραὶ καὶ κέρκοι, καὶ τὰ τοιαῦτα.

Eorum igitur, quæ pedes habent, poſterius crus, inferior pars eſt magnitudinis totius: at in iis, quæ carẽt pedibus, caudarum genera omnia, atque alia talia.

C Æ S A R.

POSTQVAM hominis ſegmenta declarauit deſignatis vtriuſque partis differentiis: oſtendit nunc idem in cæteris animantibus, quibuſcum hominem comparauit: appellátque partem inferiorem, poſteriora crura eorum , quibus ſubſunt. At quibus nulla ſubſunt, eorum loco caudas. Neque id immeritò, anteriora nanque crura brachiis ſupra comparabamus.

Quoniam, vt ſupra monebamus, κέρκος longior cauda eſt: quanta cebis, & leonibus, & bobus: οὐρὰ autem communius quiddam, & extremum tantùm: qualis in piſcibus: iccirco vtrunque poſuit hîc Ariſtoteles. Verùm Latini cùm nullum habeant vocabulum tale: optimo conſilio, generis nomine, vtrunque complexi ſumus. Theodorus iccirco οὐρὰν non *caudam*, ſed, *aliquid vice caudæ* interpretatus eſt. Neque enim eſt caudæ vice, οὐρά: ſed genus caudæ. Caudæ autem vicem tenent ea, quæ illis mox verbis deſignantur: καὶ τὰ τοιαῦτα. intelligit autem, filamenta Locuſtarum & Gryllorum, & aliorum quorundam inſectorum: & ὀρροπύγια auium.

LVII. ARISTOTELES.

Τελειούμενα μὲν οὖν, τοιαῦτ' ἐστίν. ἐν δὲ τῇ αὐξήσει διαφέρει. ὁ μὲν γὰρ ἄνθρωπος, μείζω τὰ ἄνω ἔχει νέος ὤν, ἢ τὰ κάτω· αὐξανόμενος δὲ, μεταβάλλει τοὐναντίον. διὸ καὶ μόνον οὐ τὴν αὐτὴν κίνησιν ποιεῖται τῆς πορείας, νέος ὢν καὶ τελειωθείς· ἀλλὰ τὸ πρῶτον, παιδίον ὄν, ἕρπει τετραποδίζον.

Atque hæc quidem, poſtquam ſua explêrint incrementa, talia ſunt. At inter augeſcendum diuerſo modo ſeſe habent. Homo nanque dum adoleſcit maiora habet ſuperiora, quàm inferiora: vbi verò auctus eſt, in contrarium mutatur habitum. Itaque ſolus quoque animalium non eodem incedit modo cùm tener eſt, & cùm adultus. Per initia enim, dum infans eſt, repit quadrupes.

C AE S A R.

HAVD negligendum: τελειωθεὶς, αὐξανόμενος, ἐν τῇ αὐξήσει, νέος. prima duo idem ſignificant. νέος, initium ætatis, infantiam. ἐν τῇ αὐξήσει, medium tempus. Iccirco dixit ἕρπει, non autem, βαδίζει, & μόνον: quia cum cæteris comparat. Theodorus, μείζω, hic *longiora*.

Οὐ τὴν αὐτὴν κίνησιν ποιεῖται τῆς πορείας. Non eundem motum ingreſſionis, quia aliis motibus non mutatur. Theodorus quaſi apud Sphyngem cauſſam dicat, addidit: *deinde ſe erigit: bipéſque incedit.*

Partitur autem Philoſophus hanc hiſtoriam in tria capita. Prima duo ſunt: quia aliter in homine, aliter in aliis. Tertium eſt: æqualiter creſcunt. Id quod nunc agit.

LVIII. ARISTOTELES.

Τὰ δ' ἀνάλογον ἀποδίδωσι τὴν αὔξησιν, οἷον κύων.

Alia verò per proportionem proceſſus incrementi faciunt: vt canis.

C Æ S A R.

EXEMPLVM quoque hîc animaduertendum eſt. Canes enim craſſiſſimis cruribus oriuntur: parúmque addunt ad eam craſſitudinem. Nam de roſtro nihil dicam: non enim inter haſce partes comprehenditur: rotundo ſanè capite & compacto primùm ſunt: poſteà roſtrum valde producunt.

Ἀποδίδωσιν αὔξησιν: mira loquutio: immò capiunt, non dant. ἀποδίδωσιν πρὸς τὸ αὐξάνεσθαι.

LIX. ARISTOTELES.

ΕΝια δὲ, τὸ πρῶτον ἐλάττω τὰ ἄνω, τὰ δὲ κάτω μείζονα ἔχει· αὐξανόμενα δὲ τὰ ἄνω γίνεται μείζω, ὥσπερ τὰ λοφοῦρα. τούτων γὰρ οὐδὲν μεῖζον γίνεται· ὅπερον [δὲ] τὸ ἀπὸ τῆς ὁπλῆς μέχρι τῆς ἰσχίου.

Quædam primùm maiora habent inferiora, quàm ſuperiora: tum inter creſcendum ſuperiora euadunt maiora: veluti veterinorum genus. His enim quantum eſt ab vngula ad femur, nihil poſteà creſcit.

CAESAR.

SECVNDVM membrum quod dicebamus, ponit tertio loco: aliter enim atque e contrario creſcunt veterina, atque homo: à femore enim ad vngulam quicquid eſt vel coxæ vel cruris negat creſcere. Addunt etiam rationem: quoniam, inquiunt, pede poſteriore aurem ſcalpunt. Verùm nobis, qui multos aluimus, atque domuimus equos, facile fuit hæc refellere: creſcit enim crus etiam ab ſuffragine ad vngulam. Argumentum de ſcalptu ridiculum. Nam ſi crus non creſcit: & cætera in equis bellatoribus ad miram vſque creſcunt magnitudinem: quomodo iam adulti atque perfecti ſcalpent? at ſcalpunt quidem. Theodorus autem cùm hîc *ἰσχίον clunes* interpretatur, auget dubitationem. Nam quemadmodum non creſcat clunibus & partibus quæ ad clunes, atque ſub clunibus ſunt: ſi venter interdum ſeſquipede plus diſtat à terra in adulto, quàm in pullo?

Omiſit Philoſophus alias proportiones. Nam maribus magna ex parte ſuperiora latiora ſunt: ídque tam homini, quàm beſtiis: pectus latum clunes minùs craſſæ, minùs craſſa femora: præſertim mulis. Mulabus contrà: pleniora poſteriora, & habitiora: pectus anguſtius. Prætereà mulæ primum triennium poſteris partibus capiunt incrementum: quadriennio ſequenti anterioribus.

Corrige ſic. οὐδὲν μεῖζον γίνεται ὕστερον τὸ ἀπὸ τῆς ὁπλῆς.

CAPVT VNDECIMVM,

De Dentibus.

LX. ARISTOTELES.

ΕΣτι δὲ καὶ περὶ τοὺς ὀδόντας πολλὴ διαφορὰ τοῖς ἄλλοις ζώοις, καὶ πρὸς αὑτὰ, καὶ πρὸς τὸν ἄνθρωπον. ἔχει μὲν γὰρ πάντα ὀδόντας, ὅσα τετράποδα, καὶ ἔναιμα, καὶ ζωοτόκα.

Est quoque dentium diſcrimen multum in cæteris animantibus: tum ſi inter ſe, tum etiam ſi cum homine comparentur. Nam quæ pedibus quatuor prædita ſunt, modo ſanguine concreta animal pariant, dentes habent cuncta.

CAESAR.

REDIT ad eas capitis partes, quæ quia non omnibus eſſent animalibus, inter primores non recenſuit: ac poſt alias diſtulit. Addidit *ζωοτόκα*, propter Scincum: dentes enim habet nullos. dixit *τετράποδα*, propter cartilaginea: quare autem addiderit *ἔναιμα*, etiam ſupra dubitabamus. Nullum enim animal viuiparum ſanguine caret. Itaque ſatis illud erat. Habent autem dentes præter hæc quæ ſunt in tribus contrariis differentiis. Non quadrupes eſt, vipera: non viuipari, piſces multi: adeò dentati quidam vt nomen adepti ſint, *Dentices*. *ἄναιμα* etiam quædam:

vt cochleæ. argumentum ſumunt ab eroſis frondibus: in quibus aperta veſtigia dentium. Nos etiam vidimus ipſos. Surculum in os inditum benè profundè adegimus: in ſole poſita explicuit ſe: ter quater repetitum eſt: donec mortua exertis dentibus circum ſurculum aſtrictis appenſa eſt. Etiam viuipara quædam dentibus carent: vt balæna. Hiatus ei vaſtus loco dentium. Ridiculè lupum piſcem appellârunt λάβρακα, qui dentes nullos haberet. Inter ἄναιμα, mollucæ, quoque & cancri dentati.

LXI. ARISTOTELES.

Ἀλλὰ πρῶτον τὰ μὲν ἐστιν ἀμφόδοντα, τὰ δ' οὔ. ὅσα μὲν γάρ ἐστι κερατοφόρα, οὐκ ἀμφόδοντά ἐστιν, οὐ γὰρ ἔχει τοὺς προσθίους ὀδόντας ἐπὶ τῆς ἄνω σιαγόνος.

Primum igitur quædam ſupera, inferâque maxilla dentata ſunt: quædam non. Etenim cornigera in altera tantùm dentes habent: carent enim primoribus maxillæ ſuperioris.

CAESAR.

POSITA vniuerſali dentium natura in præſcriptis animalibus, digerit differentias: ſtatuitque primam. iccircò dixit πρῶτον: quia dixerat; πολλὴ διαφορά. præſcribit limites differentiæ οὐκ ἀμφοδόντων, à cornibus. Sunt autem ἀμφόδοντα, παρὰ τὸ ἄμφω τὰς σιαγόνας ἔχειν, non autem ἀπὸ τοῦ ἀμφί. quo fit, vt non placeat nobis Plinij interpretatio per vocem: *vtrinque*. Eſt enim vtrinque dextrum & ſiniſtrum. Alia dimenſio ſupra & infra in maxillis.

LXII. ARISTOTELES.

Ἔστι δ' ἔνια οὐκ ἀμφόδοντα καὶ ἀκέρατα, οἷον κάμηλος.

At non omnia, quæ dentibus illis carent, continuò cornuta ſunt; vt camelus.

CAESAR.

QVONIAM veteres putabant: ex ea materia, quæ dentibus deberetur ſuperioribus, vbi ij non eſſent, conflata eſſe cornua: oſtendit quædam non ſolùm in ſexu, quales ſunt ceruæ, ſed etiam toto genere carere: quibus ne illi quidem dentes dati ſunt. Stultum enim fuit putare deeſſe naturæ materiam: quæ natura nihil aliud, quàm poteſtas Dei eſt. Ac quanquam in Commentariis librorum, qui de *Plantis* aſcribuntur Ariſtoteli, ſatis multa diximus aduersùs ſententiam hanc: tamen quia hîc eſt locus peculiaris, pauca ſunt apponenda. Ac primùm quidem argumentum eſto hoc, quod poſuimus, de Deo. Præterea verò, quis putet tantos futuros dentes ceruo, quanta ſunt cornua. Ad hæc dentium generatio maior atque vberior in primore ætate: cornua ceruo maiora adultiori. Item animaduertendum eſt quod ait Philoſophus in ſecundo de *Cauſsis partium*. Dentium originem eſſe ab oſſe. At oſsis & cornuum naturam longè diuerſam. Itaque dentes igni non flectuntur: cornua flectuntur. Scribit etiam hîc Philoſophus Camelum dentes nullos habere ſuperiores: idem tamen cornua nulla habet. Contra oues quædam fœminæ cornutæ ſunt, quædam non: neutræ ea parte dentatæ. Capræ quoque aliæ cornutæ, aliæ non: vtraſque tamen primores habere dentes geminos ſcribit Plinius. Ex quibus conſtat, eos, qui putârunt à Plinio corrigi Ariſtotelem, longè plurimum falli. Illud accuratius more noſtro. Dentes in genere ceruino ſuperiores nullos eſſe, quia non egeant inſtrumento ad ſecandum herbam: quippe ruminaturi. Cornua verò maſculo pro telis data, fœminæ non. Quemadmodum ne calcaria quidem gallinis, ſed gallo tantùm. Quæ tamen calcaria in roſtrum illis, aut in dentes non abierint.

Ne repeteretur vox illa inuiſa, ἀμφόδοντα: per circumſcriptionem dixi: *quæ dentibus illis carent*, τὰ οὐκ ἀμφόδοντα.

LXIII. ARISTOTELES.

ΚΑὶ τὰ μὲν, χαυλιόδοντας ἔχει, ὥσπερ οἱ ἄῤῥενες ὗες· τὰ δὲ, οὐκ ἔχει.

QVadam exertos dentes habent : vt ſues mares: quædam non.

CAESAR.

ALIA differentia à dentium figura : quam diuidit in treis. χαυλιόδοντας, καρχαρόδοντας, ἀνεπαλλάκτους : vbi id obſeruabis, tam dentes, quàm animal ipſum dentatum καρχαρόδοντα vocari : vt hîc Ariſtoteles, de dentibus : in decimo *Iliados* de canibus. κάρχαρον autem *aſperum* ſignificat: cuiuſmodi eſt ad tactum ſerræ acies: aut ſquatinæ corium. Cognomen Thraſonis quem fuiſſe κόλακα Hieronymi Syracuſanorum tyranni Polybius ſcripſit. χαυλιόδοντας autem interpretatur Plinius *exertos* : quales ſuibus maribus eſt, & elephanto.

Theodorus ὗν ἄῤῥενα, hîc *Aprum* interpretatus eſt : at Verres etiam gregales noſtri vel prægrandes habent : quinetiam non ſolùm mares, ſed etiam ſcrofæ ipſæ ſatis inſigni magnitudine, ſed deorſum obuerſos.

LXIV. ARISTOTELES:

ΕΤι δὲ τὰ μὲν ἐστὶ καρχαρόδοντα αὐτῶν, οἷον λέων, καὶ πάρδαλις, καὶ κύων.

QVadam verò ſerratos : ſicut leo , panthera, canis.

CAESAR.

EIVSDEM figuræ ſunt & χαυλιόδοντες, & καρχαρόδοντες. ſunt enim inæquales inter ſe, & teretes in mucronem exeuntes. Cæterùm illi extant : hi non. In ſimiarum genere ſerratorum eos qui canini dicuntur, adeò excreſcere vidimus, vt exerti extarent. Verùm officium manſit: nam exerti dati ſunt ad ictum : canini ad morſum.

LXV. ARISTOTELES.

ΤΑ δὲ, ἀνεπάλλακτα, οἷον ἵππος, καὶ βοῦς. καρχαρόδοντα γάρ ἐστιν, ὅσα ἐπαλλάττει [τοὺς ὀδόντας] τοὺς ὀξεῖς ὁμοῦ.

ALia æquatos : vt equus , & bos. Nam ſerrati dicuntur ipſi acuti , cùm omnes ſimul mutatam habent ſuperficiem.

CÆSAR.

APPOSITA tertia differentia eorum, quos ἀνεπαλλάκτους vocat: inter hos, & ſerratos quid interſit, oſtendit. qui ſcilicet non ſunt immutati ab æquata ſuperficie, ſerratos dicit. Plinius *Continuos* interpretatus eſt. Cæterùm minùs bene. Cõtinua ſunt, quorum extrema ſunt eadem. Timocharem continuos habuiſſe diximus in primo. Et leucocrocutæ os perpetuum pro dentibus, in octauo idem Plinius prodit. Exertus quoque dens elephanti, ſi Latinum hominem interroges, an ſit continuus ? non negabit. Equi dentes, an ſint continui? negabit. Neque enim omnium vna ſuperficies : at continui vna eſt. Itaque μώνυχας diſtinxit ſupra à biſulcis : quia quod in his diſtans, in illis ſit continuum. *Aequales* transferebamus : verùm non placuit : magnitudinis enim identitatem ſignificat: quod & in ſerratis euenire poteſt. cùm, *æquos*,

mallemus: ſuſpecta fuit vox eandem ob cauſſam. Demum *æquatos*, poſuimus. Hoc quidem rem ipſam ſignificat: verbum Græcum non exprimit. ἀνπαλλακδι ſignificat *non mutatum*. Sanè puto vulgare nomen fuiſſe, quo vſus ſit Philoſophus. Non enim ſatisfacit. Nam ſic ſerrati viderentur fuiſſe prius ęquati: deinde mutati. Cùm contra eueniat: ſerrati enim in canibus, longo vſu attriti æquantur. Difficilis ſanè oratio, ęgréque ſeſe dans ad Latinitatem conſequendam: ac pręterea de cuius fide dubites: ὀξεῖς appellauit ſupra, primores. An vero ſoli primores ſerrati? nequaquam, & ὀξὺ & aciem ſignificat, & mucronem. Quare in æquatis ὀξεῖς dicentur propter aciem: in ſerratis propter mucronem. Hęc eſto mutatio.

Notabis & illam differentiam in cuniculo, lepore, & aliis. Inter primores binos extare præter cæteros. Et apud Gellium videbis de bidentibus. Non enim ſumus Grammatici, vt omnia transſcribamus. In tertio autem *Hiſtoriarum* Myſticeto piſci pro dentibus pilos legimus: lampetrę dentes, quaſi vngues auium paulò attritiuſculos dicas.

Dixit autem ὁμῶ: quaſi ὁμοίως, aut quaſi πάντων. Eſt enim relatio æqualis inæqualitatis.

Theodorus niſi alium diuerſum à noſtro codicem habuerit, ludit nos ſua interpretatione. Quid enim ad verba Philoſophi verba illa, *Series acutorum dentium mutua inſertione pectinatim ſe conſtipat.* ἐπαλλάττει τοὺς ὀξεῖς ὁμῶ. Quid inſertio ad æqualitatem? quid pectinatim? nonne & ſerrati pectinatim? nonne dentes pectinis ſerratis potius ſimiles, quàm ἀνπαλλάκδις? quid conſtipat? ſunt in hominibus quibuſdam rari dentes, neque conſtipati: erunt ne igitur iſti ipſi excluſi à modo τῶν ἀνπαλλάκτων?

LXVI. ARISTOTELES.

Ἅμα δ᾽ χαυλιόδοντα καὶ κέρας οὐδὲν ἔχει ζῶον. οὐδὲ καρχαρόδουν, ἢ τούτων θάτερον.

QVæ cornua, & exertos ſimul gerat dẽtes, animãtem nullam inuenias. Neque quæ ſerratos, & illorum alterutrum.

CAESAR.

CORNVA: exerti, ſerrati. Hæc diuiſio. Negat duo quæuis horum in vnum corpus conuenire. Ratio eſt. Parata quaſi tela. Vnum igitur ſatis eſſe. Certis enim contenta præſidiis aliud alij tribuit. Homini nullum: iccircò ei manum dedit artificem præſidiorum. Cæteris animantibus ſalus, aut libertas, aut vltio quæſita fuit: alij cauda, alij capite, alij pedibus, alij aluo: vt Bonaſſo. Ergo ſerrati dentes ad morſum. Vngues cum his coniuncti ad capiendum, & retinendum. Cornua ad ictum: iccirco exertis nulla. Exerti enim ad ictum. Adeò, vt quidam exertos cornua, non dentes appellârint. Calce tamen & cornu petit Bos.

Miram breuitatem. Cornua, & exerti nunquam ſimul. Deinde addit. Neque ſerrati cum alterutro: ſcilicet vel cornibus, vel exertis. Sus tamen gregarius, ſeu verres morſu pugnat: tametſi exertum habet dentem: quia degenerem, neque Apro comparandum.

LXVII. ARISTOTELES.

Τὰ δ᾽ πλεῖστα τοὺς προσθίους ἔχει ὀξεῖς, τοὺς δ᾽ ἐντὸς πλατεῖς.

PArs tamen maxima primores acutos habet: interiores autem latos.

CAESAR.

SI ſpecies comparentur, veritas intelligetur. Nam præter ea, quę rapto viuũt, canis quoque ſerratos habet. Latum appellat in ſummo. Sicut etiam ὀξὺ. Malè πλατεῖς *planos* Theodorus: non enim plani ſunt, ſed caui, & inæquali dorſo. Eſt affectio lati, planum: cuius pars extat nulla: ἰσόπεδον. Dixit etiam: maxima pars: propterea quòd iumentorum ſpecies omnes primores illos nequaquam habent acutos: ſed lata ſuperficie ſuperiore. Si tamen ſpectes interiorum latitudinem, non penitus aſperneris hanc ſententiam: excipiet etiam alia mox.

LXVIII. ARISTOTELES.

Ἡ δὲ φώκη καρχαρόδους ἐστὶ πᾶσι τοῖς ὀδοῦσιν, ὡς ἐπαλλάττουσα τῷ γένει τῶν ἰχθύων. οἱ γὰρ ἰχθύες πάντες σχεδὸν καρχαρόδοντές εἰσι.

AT marinus vitulus vniuerſos ſerratos habet. Quippe qui cum natura piſcium ſuam commutet. Quorum genera penè omnia talia ſunt.

CÆSAR.

EXcipit igitur Phocam: ſimul apponit rationem. Quia piſcium naturæ affinis ſit. Tum ponit ſyllogiſmi maiorem propoſitionem. Piſcium pars maxima ſerrata. Non dixit, omnes: nam & Balenæ dentes nulli ſunt: & Scarum Ariſtoteles negat ſerratum in hoc libro. Vbi cum addit ſolum piſcium ita eſſe: non meminerat Denticis. Quippe Denticem in Hiſtrico mari, & in Narbonenſi vidimus teretibus dentibus, omnibus æqualibus quaſi paxillis, qui citharæ aptantur.

LXIX. ARISTOTELES.

Διστοίχους δὲ ὀδόντας οὐδὲν ἔχει τούτων τῶν γενῶν.

QVod duplici dentium ordine præditum ſit, nullum horum generum eſt.

CÆSAR.

ALIAM agnoſcit differentiam ab eorum ſitu & loco. Nullum eorum, quæ dixit, generum duplicata ſerie. Intellige genera, quæ ſupra memorauimus. Nam quaſi ἀδήλου excipit ab his Mantichoram. Neque ſine dubitatione. Itaque Theodorus: *τούτων τῶν γενῶν: in orbe noſtro* interpretatus eſt. Quod ſi Ariſtoteles dixiſſet, non potuiſſet ita continuare orationem. ἔστι δέ τι, εἰ δεῖ πιστεῦσαι Κτησίᾳ. Non enim attuliſſet ſub dubitatione. Narrat igitur quaſi proditum hoc: illa autem quaſi comperta. Dentem autem in palato vni, aut alteri vidimus homini. Lampetra verò plenum os dentibus habet: item piſces alij nonnulli plures ordines.

LXX. ARISTOTELES.

Ἔστι δέ τι, εἰ δεῖ πιστεῦσαι Κτησίᾳ. ἐκεῖνος γὰρ ἐν Ἰνδοῖς τὸ θηρίον, ᾧ ὄνομα εἶναι μαρτιχόραν, τοῦτ᾽ ἔχειν ἐπ᾽ ἀμφότερά φησι τριστοίχους τοὺς ὀδόντας. εἶναι δὲ μέγεθος μὲν ἡλίκον λέοντα, καὶ δασὺ ὁμοίως, καὶ πόδας ἔχειν ὁμοίους. πρόσωπον δὲ καὶ ὦτα ἀνθρωποειδές. τὸ δ᾽ ὄμμα γλαυκόν, τὸ δὲ χρῶμα κινναβάρινον· τὴν δὲ κέρκον, ὁμοίαν τῇ τοῦ σκορπίου τοῦ χερσαίου, ἐν ᾗ κέντρον ἔχειν, καὶ τὰς ἀποφυάδας ἀπακοντίζειν. φθέγγεσθαι δ᾽ ὅμοιον φωνῇ σύριγγος καὶ σάλπιγγος· ταχὺ δὲ θεῖν οὐχ ἧττον τῶν ἐλάφων, καὶ εἶναι ἄγριον καὶ ἀνθρωποφάγον.

NAm ſi Cteſiæ credimus, non deeſt genus tale. Scribit ille apud Indos beſtiam eſſe nomine Mantichoram, trina in ſingulis maxillis dentium ſerie, Leonis modo magnam, atque hirtam, pedibúſque ſimilibus. Hominis tum facie, tum auriculis. Ceſiis oculis, colore rubro. Terreſtris ſcorpionis cauda cum aculeo, ac ſpiculis agnatis miſſilibus. Voce fiſtulæ, tubæque ſonum imitari. Celeritate nihilo quàm Ceruum ſegniorem. Feram præterea eſſe, atque humana carne veſci ſolitam.

CAESAR.

CAESAR.

HIc quoque vt alibi, dentium hiſtoria ductus ad Mantichoram, præter propoſitum onerat auditorem aliorum quoque membrorum narratione. Orationis attende mirabilem breuitatem. Nam cùm vnicum aculeum attribuat: dicit enim, ἐν ἧ κέντρον, ſubdit iaculari τὰς ἀποφυάδας. Plinius obſcuriùs: *ſcorpionis modo ſpicula infigentem.* Et ſanè ſcorpio ſpicula non infigit. Ariſtotelis hiantem breuitatem farcit Ælianus. In caudæ ſummo aculeum maiorem cubitali: reliquo tractu ſpicula funis craſſitudine, longitudine pedali vtrinque agnata, iacere in venatores vulnere lethali: antrorſum contorta cauda, retrorſum porrecta. Subnaſci alia perpetuis Naturæ opibus. Vnde intelligamus, quare ἀποφυάδας vocârit Ariſtoteles. Per initia ætatis pullos nondum armatos habere caudas. Quamobrem captorum caudas ad ſaxa allidere, ne obarmentur. Equidem abſcinderem. Corpus non Leonis vt hîc, ſed canis modo hirtum. Mãtichoræ nomen apud Indos lingua patria homicidium deſignare. Plinius. Ex Iuba etiam in Aethiopia naſci: humanáſque voces imitari. Aelianus cerui attribuit pernicitatem. Addit Solinus. Saltu & curſu adeò valere: vt neque ſpatio vllo defatigetur continuus curſus, neque vllo interuallo intercipiatur. Breuiſſimè dicas. Camporum atque foſſarum tranſmiſſio nulla difficilis.

Nota: τοῦτ᾽ ἔχειν. Non tamen eſt, τοῦτο. διπλάσιον nanque dixit: at Mantichoræ τριπλάσιον attribuit.

Theodorus omiſit, ἐστὶ δέ τι. Quoniam dixerat: *orbe noſtro*, τούτων τῶν γενῶν: non potuit referre τὸ γένος τι. Idem, τὸ δασύ, *hirtitudinem*: hirta ſanè voce. Præterea haud tutò diſceſſit ab duce ſuo Plinio, qui, ὦτα, *auriculas*: longè ſignatius, quàm ipſe, *aures.*

Κινναβάρινον: *rubrica*, non malè. Solinus, & Plinius, *ſanguineo*, nos ſimpliciſsimè, *rubro.* Non temerè tamen viuidum Cinnabari expreſſêre illi per ſanguinem: multi enim gradus in rubore.

Animaduerte tranſpoſita verba. Nam φθόγγος cuiuſque rei ſonus eſt, at φωνὴ animalium tantùm. Philoſophus communem ſequutus ſignificatum dixit φθέγγεσθαι Mantichoram. Sic dicimus diphthongos. Theodorus diſiunxit: *fiſtulæ, tubæve.* Plinius aliter: *vocis*, inquit, *vt ſi miſceatur fiſtulæ & tubæ concentus.* Sic coniunctim Philoſophus hîc.

Idem Theodorus addidit de ſuo. τὸ ἄγριον. *Feritas tanta, vt nunquam poſſit miteſcere.* At Aelianus prodit: Cteſiam ſcripſiſſe: viſam ab ſeſe in Perſia regi ex India dono miſſam. Videntur igitur aut deponere, aut remittere. Et captos pullos quem in vſum ſeruent, ſi non manſueſcant? prętereà cùm alij non tradant: Autor, quem interpretatur, non ſcribat: temerè additum reor. Addidit etiam de ſuo *pectinatim.* Verùm ἐναλλάκταις dentibus cùm hanc pectinis pręſcripſerit differentiam non rectè tranſtulit ad naturam ſerratorum.

LXXI. ARISTOTELES.

ἌΝθρωπος μὲν οὖν βάλλει τοὺς ὀδόντας· βάλλει δὲ καὶ ἄλλα τῶν ζώων, οἷον ἵππος, καὶ ὀρεύς, καὶ ὄνος· βάλλει δ᾽ ἄνθρωπος τοὺς προσθίους, τοὺς δὲ γομφίους οὐθὲν βάλλει τῶν ζώων. ὗς δ᾽ ὅλως οὐθένα βάλλει τῶν ὀδόντων.

AMittit homo dentes: amittunt cætera animalia: equus, mulus, aſinus: verùm homo primores tantùm. Maxillares nullum animal. Sus nullum.

CAESAR.

ALIA affectio à mutando, & ſubnaſcendo. Duo notat. Animalia, quę mutent: animalia quos mutent. Suem nullum amittere. Maxillarium nullum amitti. Primores in quibuſdam amitti. Maximus natu liberorum noſtrorum, item mater, ego quoque maxillares amiſi, qui ante quartumdecimum annum nati fuerant: quibus, quos nunc habeo, ſucceſſere.

LXXII. ARISTOTELES.

Περὶ δὲ τῶν κυνῶν ἀμφισβητεῖται. καὶ οἱ μὲν ὅλως οὐκ οἴονται βάλλειν οὐθένα αὐτούς· οἱ δὲ, τοὺς κυνόδοντας μόνον. οὐκ ἴσασι δ' ὅτι βάλλει καθάπερ καὶ ἄνθρωπος, ἀλλὰ λανθάνει, διὰ τὸ μὴ βάλλειν πρότερον, πρὶν ὑποφυῶσιν ἐντὸς ἴσοι. ὁμοίως δὲ καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων τῶν ἀγρίων εἰκὸς συμβαίνειν, ἐπεὶ λέγονταί γε τοὺς κυνόδοντας μόνον βάλλειν.

Canes an amitterent, dubitatum eſt. Quidam negârunt, vllum ipſis mutari: alij caninos tantum abiici. Verùm deprehenſi ſunt mutare, ſicut & homo. Latuit autem id, propterea quòd non priùs abiiciunt, quàm alij pares illis intus ſubnaſcantur. Id quod in aliis quoq; animalibus, quæ fera ſũt, euenire par eſt. Quippe quæ dicũtur amittere caninos.

CAESAR.

THEODORVS dentes à dentibus diſtraxit: vt hîc Caput quaſi diuerſum, ſtatueret. Cùm tamen vna eádemque affectio: ſcilicet amittendi, nihiloſecius tractaretur. Quod autem ait hîc Philoſophus, iamdiu à nobis obſeruatum eſt. Caninos iuxta cæteros naſci, atque veteres æquare priùs, quàm illi decidant: quarto circiter ætatis menſe. Quare τὸ ὑποφυῶσι, non tempus, ſed Naturæ hîc ſeriem indicat. Neque enim vt alij illorum loco ſubnaſcuntur: ſed, vti diximus, propè illos. Veteraſcunt eo tempore priores illi rubigine quadam. Haud temerè igitur dixit, ἐντός. Quippe inter dentem & dentem: non autem gingiuæ ambitu interiore. Id enim falſum eſſet. Ac de caninis hoc tantùm. Nam qui infinitos penè aluimus canes, nullum aliorum cadere in prima vidimus ætate. Feſtiuum verò, ſi animaduertas, acutos illos extantes ſolos caninos dici; cæteros non dici, qui nihilominus canis ſint.

Καθάπερ ἄνθρωπος. haud ſanè verum eſt. Nam homo primores quoque mutat, canis autem non mutat: ſed caninos tantùm, quemadmodum in ſexto quoque libro narratum eſt.

Ἐπὶ τῶν ἄλλων τῶν ἀγρίων. vox ἄλλων, refert animalia neque coniungitur cum, ἀγρίων: ſed ἀγρίων eſt explicatio & expreſſio, atque præſcriptio illius. In aliis, quæ fera ſunt. Canis enim non eſt inter feras. Itaque Theodorus oblitus eſt hîc ſuæ ſatagentiæ, quam toties alibi exercet. Dixit enim: in aliis feris.

Εἰκός. quoniam feræ nequeunt ita tractari: vt id in eis exploretur. In dentibus enim earum eſt hominis pernicies.

LXXIII. ARISTOTELES.

Τοὺς δὲ κύνας διαγινώσκουσι τοὺς νεωτέρους καὶ πρεσβυτέρους ἐκ τῶν ὀδόντων. οἱ μὲν γὰρ νέοι, λευκοὺς ἔχουσι καὶ ὀξεῖς τοὺς ὀδόντας· οἱ πρεσβύτεροι δὲ, μέλανας καὶ ἀμβλεῖς.

Canum ætates pro dentium ratione exploratas habent. Iunioribus nanque & candidi, & acuti: vetulis nigri, atque obtuſi.

CÆSAR.

ET rem tanquam rem deſcribit: quippe qualitatem dentium: & tanquam ſignum animaduertit: eſſe enim ætatis indices. Domeſticis ſanè canibus celeriùs nigreſcunt: quia calda vorant. Itaque etiam celeriùs cadunt. Carnibus quoque veſcentium anima fœtida eſt.

Theodorus barbarè nimis dixit *Canem recentem, & vetuſtum.* Recens enim eſt temporis, ſiue ſæculi: non ætatis in animali. Itaque canis vetulus dicetur recens, ſi noſtro natus tempore comparetur cum canibus Euandri. Sic enim dixit Cicero, *Curios priſcos, Marios recentes: ſic recens memoria, recens diſciplina. Friſcum* dicit vulgus Italicum, & Gallicum, à Germana voce: dicimus enim, *Morgen frie.* Cras manè. recens enim dies eſt ſummo manè: quod & lepidiſſimus Poëta dixit illo verſu

verſu. *Iamiam albicaſſit Phœbus, & recentatur.* Vetuſtum quoque canem pro vetulo nemo Latinorum dixerit. Sed Vlyſſis canem vetuſtum : etiam Cephali catellum ſi tractes in hiſtoria, appellabis vetuſtum, vel tunc cùm narrabis eius ſagacitatem in tenella ætate, ad hunc modum. Catelli natura eadem nunc manet, quæ olim fuit. primos enim dies non vident : tam inquam hi noſtri recentes, quàm vetuſti illi, Cephali, Hippolyti, Actæonis, Dianæ. Cicero *equum tenerum, & vetulum* dixit. Item *vetulam & nouellam arborem.*

Ἀμβλεῖς, obtuſi. ἀναβάλλειν, iterum atque iterum pulſare, & pertinet ad dentes, qui diuturnis operibus acie exuti ſunt. *Hebetes* Plinius dicit *elephantorum dentes attritu.* Vocabuli origo in *Originibus* noſtris explicata eſt.

LXXIV. ARISTOTELES.

ΕΝαντίως δὲ πρὸς τἄλλα ζῶα, καὶ ἐπὶ τῶν ἵππων συμβαίνει. τὰ μὲν γὰρ ἄλλα ζῶα, πρεσβύτερα γινόμενα, μελαντέρους ἔχει τοὺς ὀδόντας· ὁ δὲ ἵππος, λευκοτέρους.

DEntium natura contrario ſeſe habet modo ſi equos cum cæteris compares animalibus. Illa enim affecta ætate nigriores habent: equus candidiores.

CÆSAR.

NEscio quo pacto hoc tuear: prima enim ætate equino dente nihil candidius: flaueſcit à viceſimo menſe. Tum autem qui ſuboriuntur, non ſolùm paruitate, ſed etiam candore à vetulis diſtinguuntur. Clauus quoque : ſic enim caninum vocant : ima in parte rubigineſcit. At ſi ſummam, qua cibum molunt, ſpectes ſuperficiem, quam ego *patellam* voco, ante ſeptimum annum nigrum quiddam intus in cauo inuenias, quod Itali *Faſeolum* nominant. Eſt enim tanquam hilum in faba. Poſteà iis attritis exutis nigredine illa, candor prouectioris ætatis indicium ſubit. Illud in equis animaduertendum: procedente ætate primores dentes adeò creſcere, vt cùm inter ſe concurrunt, maxillares coire nequeant. macreſcit icciro equus tunc: propterea quòd eſcam non poteſt conficere. Icciro lima caſtigant anteriores.

Theodorus hoc quoque malè diſtinxit Caput à Capite. Vnum enim agit : vt affectiones dentium per genera cõtempletur. ſubiectum igitur eſt, Dens, non autem animalium genera: ſed hæc propter dentem conſideramus. non fuit bonus Philoſophus Theodorus.

LXXV. ARISTOTELES.

ΟΡίζουσι δὲ τούς τε ὀξεῖς καὶ τοὺς πλατεῖς, οἱ καλούμενοι κυνόδοντες, ἀμφοτέρων μετέχοντες τῆς μορφῆς. ἄνωθεν μὲν γάρ εἰσι πλατεῖς, κάτωθεν δέ εἰσιν ὀξεῖς.

LAtos ab acutis diſterminant ij, quos caninos vocant, vtrorumque figuræ participes. Ima enim in parte lati ſunt, in ſummo acuti.

CAESAR.

NVnc ſpecies inter ſe comparat: id quòd per initia factum oportuit antè, quàm affectiones ſcrutaretur : declarat caninorum ſubſtantiam à figura, miro lepore naturæ artificium aſſequutus. Nam quoniam communi confinio diſterminant latos ab acutis : icciro figuram quoque communem miſtámque ex vtraque ſunt conſequuti. Latis ſimiles ima in parte, acutis in ſumma. Quin etiam his proximi qui ſunt, haud ita quadrati, atque cæteri maxillares videntur.

In noſtro exemplari aduerbia erant commutata. κάτωθεν ὀξεῖς, ἄνωθεν πλατεῖς. Nam ſuperioris quoque maxillæ dentes ſi contempleris ; ima eorum pars eſt ſumma, & ſumma eſt ima. radix enim eſt ſuperior.

Theodorus, ὀξεῖς, *acutinſculos* : ambitioſè. Immò canini omnibus mucronati. Ij autem, quos

Acutos vocat, non omnibus acies eſt: ſed multis planities: vt equis, & hominibus quibuſdam. vere acuti canini ſunt. Quòd ſi voluit facere comparationem caninorum cum primoribus: iam non verum ſit, quod ait Ariſtoteles. Quippe primorum naturam præſcribit ea differentia: qua acutos dicat: poſteriorum, qua latos. Caninos, vt ſunt medij ſitu: ita participes vtriuſque naturæ. Ima parte latos imitari: ſumma acutos. participes igitur ſi ſunt canini latitudinis, non ſuperant aliorum latitudinem: partem enim capiunt: μετέχουσι. participes acutiei, non ſuperabunt aliorum acumen, partem enim capiunt.

Dentium figuram exactiùs deſcribes. quadrati maxillares; ſemiquadrati primores: canini inter horum modum vſque ad teretem ambitum. Nam exerti elephanto teretes admodum: apro trianguli ſemiorbiculari dorſo, quæ pars extrorſum obuerſa eſt.

LXXVI. ARISTOTELES.

Ἔχουσι δὲ πλείους οἱ ἄρρενες τῶν θηλειῶν ὀδόντας καὶ ἐν ἀνθρώποις, καὶ ἐπὶ προβάτων καὶ αἰγῶν καὶ ὑῶν. ἐπὶ δὲ τῶν ἄλλων, οὐ τεθεώρηταί πω ταῦτα.

Sunt maribus plures, quàm fæmellis, tam in hominibus, quàm in pecore, tum ouium, tum caprarum, tum porcorum. Nam in aliis nondum obſeruatum eſt.

CAESAR.

A Sexibus, numeri ſtatuit differentiam. Imperfectiore nanque materia fæmina eſt. Itaque celerius abſoluitur poſtquam nata eſt: minùs enim operæ ponit natura: ac propterea citiùs ſeneſcit: habet enim terminum propè. Contrà, antequàm naſcatur: quoniam principia ſunt infirmiora. Quibus demum principiis comparatis, atque conſtitutis poſteà celeriùs nanciſcitur finem: quia ad pauca deſtinata eſt. Maris principia vegeta atque fortia ſtatim ſeſe confirmant. Eadem quoniam ad ſumma quæque erigunt ſeſe, ſerò perficiuntur. Iccircò præcoqua ingenia præueniunt frugem, atque ibi fatiſcunt.

Dixit, in aliis non eſſe compertum: vt acueret nos ad inueſtigandum. In muliere non ſæpe triginta. Maximæ parti etiam pauciores.

LXXVII. ARISTOTELES.

Ὅσοι δὲ πλείους ἔχουσι μακροβιώτεροι. ὡς ἐπιτοπολύ εἰσιν· οἱ δ᾽ ἐλάττους καὶ ἀραιόδοντες, ὡς ἐπιτοπολὺ βραχυβιώτεροι.

Quibus plures ſunt, eorum magnæ parti vita longior. Quibus pauciores, aut nulli, breuior.

CÆSAR.

SVPRA indicia ætatis: nunc tractus eiuſdem. Nam ſi ætate proueniunt, mutantur, ſubnaſcuntur, cadunt: etiam videntur illius ſpatia deſignare. Igitur qui frequentes habent, multum humidi, multúmque caloris poſſidere par eſt: hæc autem ſunt fundamenta vitæ. Quibus pauciores, minùs. Qui nullos, perparua vitæ pignora. Vidimus enim puellam quæ nullos haberet, ea ad decimum non appulit annum: grandiſſimo erat capite: neque vnquam biberat.

Ἀραιόδοντες Theodorus interpretatus eſt, *rariores*: non vt illa particula tolleret totum, ſed frequentiam. quemadmodum in *Trachiniis* Sophocles, ἄγλωσσοι, non *elinguem*, ſed *Barbarum* dicit. Nullum tamen autorem, quem ſequatur, habet. Plinius ſuperiori indicio contentus longæuitatis, hoc non adiecit. Albertus paucitatem, & raritatem, & diſtantiam. Intellige verò ſuum cuique numerum: quo quicquam indiuiduum defraudetur. Nanque genera ſi compares: longè aliter inuenias. Ceruus quàm equus pauciores: diutius tamen viuit. Nullos coruus, & viuere aiunt ſæcula. Habent autem proportionem: dentium frequentia, aut paucitas, cum ortu cito, aut ſero. Sicinius Romanorum fortiſſimus Dentati cognomen cum dentibus ex vtero matris

ſecum tulit. Cn. autem Papyrius Carbo dentes ſimiliter ſine cognomine. Pro portento in fæmina habitum apud aruſpices, quæ Valeria appellabatur, prodit Plinius. Vtrum verò ſignum ſit, roboris ne, an imbecillitatis, ſi ſerò naſcantur: diſceptatur. Nam aut eſt defectus materiæ & caloris: aut oſſa ſunt robuſtiſſima: è quibus educi nequeant. Itaque non paucis cum magno cruciatu, aluíque profluuio enaſcuntur: adeò vt Hippocrates de *Dentitione* librum confecerit.

LXXVIII. ARISTOTELES.

Φύονται δ᾽ οἱ τελευταῖοι τοῖς ἀνθρώποις γόμφιοι, οὓς καλοῦσι κραντῆρας, περὶ τὰ εἴκοσιν ἔτη καὶ ἀνδράσι καὶ γυναιξίν. ἤδη δέ τισι γυναιξὶ καὶ ὀγδοήκοντα ἐτῶν οὔσαις, ἔφυσαν γόμφιοι ἐν τοῖς ἐσχάτοις, πόνον παρέχοντες ἐν τῇ ἀνατολῇ· καὶ ἀνδράσιν ὡσαύτως. τοῦτο δὲ συμβαίνει, ὅσοις ἂν μὴ ἐν τῇ ἡλικίᾳ ἀνατείλωσιν οἱ κραντῆρες.

Omnium poſtremi oriuntur maxillares illi, quos Genuinos *vocant, viceſimo vitæ anno tam viro quàm mulieri: quanquam octogenariis fœminis aliquot, item viris orti ſunt olim in ſedibus vltimis maximo cum dolore. Hoc autem quibus in iuuenta nati non fuerint, euenire ſolet.*

CÆSAR.

Male igitur de iactu prius, quàm de ortu: non enim amittuntur, niſi orti: eſt enim habitus prior priuatione. Ex Plinio *κραντῆρας Genuinos* interpretati ſumus: ita dictos, quia poſtremò generantur. Ad verbum *Molares*, ab officio.

Quæ Ariſtoteles *τοῦτο δὲ συμβαίνει ὅσοις ἐν τῇ ἡλικίᾳ μὴ ἀνατείλωσιν*, in Plinij codicibus ita ſunt. *Sed quibus in iuuenta non fuere nati, decidere in ſenecta, & mox renaſci certum eſt.* Quomodo decidunt, ſi non fuere nati. itaque puncto opus eſt. Naſci octogeſimo anno: ſed ita demum, ſi non fuerint in iuuenta nati. Incipit deinde aliud apoteleſma. Decidere aliquibus in ſenecta non vano euentu vt in pleriſque: ſed renaſci.

Ἐν τοῖς ἐσχάτοις. Theodorus *nouiſſimi* ex Plinio. Nouiſſimos naſci ſcimus: tempus id ſignificat. *τὸ δὲ ἔσχατον*, ſedem.

Circa viceſimum, inquit, annum. Etiam obſeruauimus ad viceſimum octauum: idq; in pluribus.

LXXIX. ARISTOTELES

Ὁ δ᾽ ἐλέφας, ὀδόντας μὲν ἔχει τέτταρας ἐφ᾽ ἑκάτερα, οἷς κατεργάζεται τὴν τροφήν· λεαίνει δ᾽ ὥσπερ κρίμνα· χωρὶς δὲ τούτων ἄλλους δύο τοὺς μεγάλους. ὁ μὲν οὖν ἄρρην τούτους ἔχει μεγάλους τε καὶ ἀνασίμους· ἡ δὲ θήλεια, μικροὺς καὶ ἐξ ἐναντίας τοῖς ἄρρεσι. κάτω δὲ οἱ ὀδόντες βλέπουσιν. ἔχει δ᾽ ὁ ἐλέφας εὐθὺς γενόμενος ὀδόντας· τοὺς μέντοι μεγάλους, ἀδήλους τὸ πρῶτον.

Elephanto quaterni vtrinque ſunt, quibus in farinæ modum, quaſi mola cibum conficit. Præter hos habet alios duos illos magnos. Mas quidem magnos & ſurſum auerſos: fœmina paruos & contrario ſitu, quàm mas: deorſum enim ſpectant. Statim natus dentes habet: ſed grandes illos nondum per initia.

CÆSAR.

Si ἐφ᾽ ἑκάτερα, maxillam ſignificat: obteſtor, mutandam, quam ſcripſi, lectionem. neque enim dixerim *vtrinque*, ſed *in vtraque*. Theodorus tamen *vtrinque* ait. Plinij, & Æliani negligentia fouet dubitationem. Nobis non licuit redarguere: nullum enim attrectauimus. veroſimilius eſt tantam molem ad commeatum habere quaternos vtrinque. Dixit *ἐργάζεται*, cùm cibum nominaret: vbi verò dixit *κρίμνα*, appoſuit *λεαίνει*.

Τοὺς μεγάλους. Non eſt articulus otioſus. Nobiles enim illos magnos indicat. Nos quoque expreſſimus. Theodorus neglexit.

Ἄνω σιμωὶ. *reſimatos* Theodorus: nos *auerſos* optimè. tales enim ſunt. Neque enim ſima pars nobis oſtenditur contra tuentibus, ſed curua.

Κάτω δὲ οἱ ὀδόντες. ſuperflua repetitio, οἱ ὀδόντες. Et ſcribo, γὰρ, non autem δὲ. eſt enim redditio cauſſæ: quare ſint ἐπὶ τὰ ἐναντίας: dixit ἄνω, dicit κάτω. faciem enim eandem obtinent: ſitum non obtinent. De hac differentia Plinius nihil. Alij toti generi deuexos cùm ſcribant, doceant quem in modum elephanti pugnent dentibus, ſi mucro ad armos, aut etiam genua ſpectet. Theodorus addidit de ſuo, *proníque deuiant*. Primùm nego eſſe pronos, retro enim curuantur. pronus eſt, qui antrorſum propendet. Deinde neſcio quid ſit: *deuiant*.

Cogit me iudiciorum diuerſitas latiùs vagari. Dentes quidam appellant: quia inter dentes. Aiúntque nihil à caninis differre, niſi longitudine. Alij autem negant dentem cauum eſſe. Elephantis autem dens ille cauus. Prætereà dentes neque obtemperare, neque vinci ignibus. Elephanti dentem igni domari: id quod etiam cornibus eueniat. Denique dentem à natura comparatum ad cibum, aut morſum. Exertos autem dentes, ad ictum: quemadmodum & cornua. Deſtruunt autem argumentum à loco. Nam cornua in fronte, in ſuperciliis, in naſo. Ergo quid prohibet etiam in ore? præterea decidunt non ſemel Elephantis, ſicut & Ceruis cornua. Ariſtoteles in tertio de *Cauſſis partium* videtur à natura cornuum ſegregâſſe. Ait enim pro cornibus cõpenſatum Elephantum aliis præſidiis. Argumentum verò de cauitate, commune eſt. Nam ne omnia quidem cornua caua, non enim cerui. Itaq; nõ omnes dentes pleni. Quod aiũt de materia domari ignibus. Reſpondent. Declinare ab aliis dentium ſpeciebus hac differentia. Præterea ſi, in Elephanto cornu eſt, non dens: in apro item erit cornu, non dens. At dens apri neutiquam igni paret. Quod afferunt de caſu: contra apponunt. Non omnia cornua cadere: non omnes dentes. Itaque mediam naturam inter has eſſe poſſe.

LXXX. ARISTOTELES.

Γλῶτταν δὲ ἔχει μικράν τι σφόδρα, καὶ ἐντός· ὥστε ἔργον εἶναι ἰδεῖν.

Linguam verò paruam admodum, atque in receſſu: vix vt cerni queat.

CAESAR.

Manifesta culpa hìc alieno loco linguam deſcribit. de qua mox fuſius: itaque non fuit conſilium Caput hoc à ſuperiorbus ſeparare. Id quod tamen fecit Theodorus non penitus ſine cauſſa.

Ὥστε ἔργον εἶναι ἰδεῖν. Vt operoſum ſit videre. Theodorus τὸ ἐντὸς comparatione auxit. *interiùs quàm alijs animalibus*. Audacter ſanè: quis enim iſtuc diſpexit in omnibus.

CAPVT DVODECIMVM,

De Ore.

LXXXI. ARISTOTELES.

Ἔχουσι δὲ [τὰ ζῶα καὶ] τὰ μεγέθη διαφέροντα τοῦ στόματος. τῶν μὲν γάρ ἐστι τὰ στόματα ἀνερρωγότα, ὥσπερ κυνὸς καὶ λέοντος, καὶ πάντων τῶν καρχαροδόντων. τὰ δὲ, μικρόστομα, ὥσπερ ἄνθρωπος· τὰ δὲ, μεταξὺ, ὥσπερ τὸ τῶν ὑῶν γένος, ὁ δὲ ἵππος ὁ ποτάμιος ὁ ἐν Αἰγύπτῳ.

Oris quoque magnitudine differunt animalia. Aliis hiatus vaſtus: vt cani, & leoni, & ſerratis aliis. Nonnullis paruus, vt homini. Quibuſdam mediocris, vt generi ſuillo, & Aegyptio equo fluuiali.

C Æ S A R.

NVNC ad aliud ſe confert membrum, quod ſuperiore libro delineârat. *ἀνεῤῥωγότα*, *lacerum. reſciſſum* Theodorus Plinium ſequutus: qui in octauo de Leucocrocuta. *Ore ad nares vſque reſciſſo.* corrige, *ad aures.* Sic enim Solinus *ad aures vſque dehiſcente.* Homini os clauſum, paruum. Hiatus tamen magnus.

LXXXII. ARISTOTELES.

Χαίτην μὲν ἔχει, ὥσπερ ἵππος· δίχηλον δ' ἐστιν, ὥσπερ βοῦς· τὴν δ' ὄψιν, σιμός. ἔχει δὲ καὶ ἀστράγαλον, ὥσπερ τὰ δίχηλα, καὶ χαυλιόδοντας ὑποφαινομένους, κέρκον δ' ὑός, φωνὴν δ' ἵππου· μέγεθος δ' ἐστὶν ἡλίκον ὄνος. τοῦ δὲ δέρματος τὸ πάχος, ὥστε δόρατα ποιεῖσθαι ἐξ αὐτοῦ· τὰ δ' ἐντὸς ἔχει ὅμοια ἵππῳ καὶ ὄνῳ.

QVi iubam habet inſtar equi, éſtque biſulcus vt bos, & facie ſimus. habet autem talum biſulcorum more & ſubexertos dentes, caudam ſuis, equi vocem, magnitudine aſinina eſt, talique craßitudine corij, vt ex eo haſtæ tornentur: interiora verò habet ſimilia equo & aſino.

C Æ S A R.

RELATO Hippopotami ore ad exempla, Illico arripuit occaſionem totius hiſtoriæ explicandæ. Itaque nobis quoque licuerit: vbi ille omiſerit, veluti de ſerpentibus, & aliis.

Ὄψιν. noluit *πρόσωπον*, de hoc in primo. *Roſtrum* Plinius, & eum ſequutus Theodorus. *ὑποφαινομένους.* Plinius arbitratu ſuo dixit, *minùs noxios:* propterea quòd fortaſſe minus extarent ad ictum. minus ſatisfacit tamen. Noxa enim non omnis è magnitudine. viperæ minimi, & nocentiſſimi. Nos penitus expreſſimus: *ſubexertos.* Exertum, naturam indicauit: *ſub*, præpoſitio ſitum minus extantium.

Ὥστε δόρατα ποιεῖσθαι ἐξ αὐτοῦ. Saltem dixiſſet *δοράτια*: vt eſſent *iacula*, non autem *venabula*, vt ait Theodorus. Non nos primos anxit hæc hiſtoria. Nam Plinius *ad galeas, & ſcuta commodum* dixit *corium.* Nam ne è teſtudine quidem lanceam conficias, & quæ venabula ex corio quod aſini non excedit magnitudinem: aut quis credat eſſe craſſitudinem ternum digitorum? *κόρυθας* pro eo, quod ſcriptum eſt *δόρατα*, malim. Aiunt præterea depaſci ſegetes conſultò certis ſpatiis tanquam in diurnam annonam dimetitum prius, auerſíſque veſtigiis in aquam regredi. quidam putant vt fallat veſtigantes tanquam Cacus Herculem: quorum argumentum placet. alij aiunt, vt ſemper ſit in ſpecula: ne à tergo vltores eum aggrediantur. In octauo *Hiſtoriarum* proditum eſt, animal hoc ſine humore viuere non poſſe. Venam ſibi incidere impreſſo in arundinetum crure. Vbi quantum ſit ſatis profuſum ſanguinis animaduertit: limo vulnus obducere. Quod ſi ita eſt: ſapientiorem puto, quàm medicos quos Galenus appellat *αἱματοφόβους*. Cùm adoleuit roboris ſui facere periculum: tum autem patrem exigere è luſtris ſi non repugnet ille: repugnantem verò interficere: vt matris inceſtu potiatur. Hippopotamum *Fluuiequum* potes interpretari.

CAPVT

CAPVT DECIMVMTERTIVM.

De Simijs.

LXXXIII. ARISTOTELES.

Ἔνια δὲ τῶν ζῴων ἐπαμφοτερίζει τὴν φύσιν, τῷ τε ἀνθρώπῳ καὶ τοῖς τετράποσιν, οἷον πίθηκοι καὶ κῆβοι, καὶ κυνοκέφαλοι. ἔστι δ' ὁ μὲν κῆβος, πίθηκος ἔχων οὐράν. καὶ οἱ κυνοκέφαλοι δὲ τὴν αὐτὴν ἔχουσι μορφὴν τοῖς πιθήκοις, πλὴν μείζονές τ' εἰσὶ, καὶ ἰσχυρότεροι, καὶ τὰ πρόσωπα ἔχοντες κυνοειδέστερα. ἔτι δὲ ἀγριώτερά τε τὰ ἤθη, καὶ τοὺς ὀδόντας ἔχουσι κυνοειδεστέρους καὶ ἰσχυροτέρους.

Inter hominem, quadrupedúmque genus natura quadam media, atque vtrique communis eſt. Quales, ſimia, cebus, caniceps. Eſt autem cebus ſimia caudata. Caniceps communem cum ſimia formam habet: niſi quòd & maior, & robuſtior eſt: faciémque habet caninæ propiorem. Tum moribus exiſtunt efferatioribus. Dentes quoque caniniores, atque firmiores.

CÆSAR.

Hactenvs quadrupedum quod eſſet ab homine diuerſum, nunc inter eos coniunctionem quandam, atque affinitatem commemorat, media natura quædam, quæ ſpectatur in genere ſimiarum. Nam cùm homini quædam attribueret peculiaria, quæ à quadrupedibus amoueret: poterat quis obiicere, ea quoque in quadrupedibus reperiri: quippe in ſimiis: reſpondet. Naturam earum eſſe quaſi confinium vtriuſque. Species igitur primum explicat. Poſteà oſtendet quemadmodum in hoc animali vtraque natura miſta ſit. Hoc eſt quod ait, ἐπαμφοτερίζει.

Cæterùm cùm hîc, quemadmodum alias multas, hiſtoriam mutilam tradat: explebimus nos ex iis, quæ comperta habemus. πίθηκοι Græci genus vniuerſum videntur appellaſſe nondum cognitis cæteris: quibus importatis noua nomina impoſuêre. Nam καρκοπίθηκος ſpecies eſt, cum additione. dicitur autem ſimia, non ab *imitatione*: vt Grammatici imperiti: ſed à *ſimitate*. Capellæ enim haud æquè ſimæ ſunt. Mauris *Bugia* vocatur: vnde Itali ſubdolos, ac mendaces ea notant appellatione. Italia alicubi *Monam*. Galli *Cinge*. Noſtratis Germaniæ vulgus *Aff*. Eius genera ſumma duo. Alterum ſine cauda: alterum caudatum. Cauda carens vulgarem ſimiam complectitur, & cynocephalum: qui *caniceps* à nobis hoc loco dictus eſt. vulgaris ſimia & flauo, & viridi, & crocco, & glauco eſt colore. Cynocephalum vidimus prægrandem, quinquenni puero parem, pilo nigriore ſub mento duntaxat barba demiſſa totum collum operiebat. Maleficum imprimis animal, ac fœdiſſimum: in venerem pronum ſupra quàm dici poſſit. Caudatorum ſpecies multas nouimus. Vnam canino item capite ac dentibus: inſidioſum: cauda valde prolixa: colore admodum crocco. *Catum Maimonum* vocabant me puero. & puto Rhætos noſtros appellaſſe *Merkatz*, tanta pertinacia ad maleficium: vt ne extirpatis quidem dentibus tuti eſſemus. Altera ſpecies huic proxima, ſed nullo maleficio metuendus: ſubtriſtis potiùs. id quod luna caua ait Plinius huic generi euenire. Sibijpſe caudam erodit: præſertim ſi carnem guſtarit: ſemper querulus eſt. Tertium videmus facie, & toto capite rotundiore: varium picarum modo ex nigro & ſubcinericio grandiſſimis macularum tractibus: graui ſono vocis: indocilem. Quartum multo iucundiſſimum ac facetiſsimum ſcurram, omnia imitantem, vt mirarer ſæpè: hoc genus plus diſtare ab homine (caudam enim habet) quàm quæ nullam habent: & tamen eſſe penè hominem verum tum moribus, tum intellectione. Galli *Guenon* vocant. Maximè ſimus eſt, naribus laxis & repandis: ſubnigra facie: corpore exucto, & ſtrigoſo: cauda ſubtus verſum plicatili, tam præſentaneæ opis, vt ad quencunque caſum tanquã manu vtatur: ex ea pendet, ea vincit, trahit, verberat. Pannos vidimus lauare, nuces malleo rumpere: ſua manu bibere: etiam ſcripturientem mirati ſumus. Manticam nobis per rimam inſpectantibus aperuit: catenam traduxit: ſupellectilem extu-

lit: pectines eduxit, capiti admouit. Mutianus cùm prodidit, etiam latrunculis luſiſſe ſimiam: de hoc genere ſcripſiſſe videtur. de odore tamen nihil: ſunt enim odore admirabili: quem augent ceparum eſu: quarum partem cùm vorârint, fruſto, quod ſupereſt, ſeſe fricant quaqua poſſunt: tum olent ſuauius, quàm quæuis Romana larua purpurata. Cæterum nihil omittit intereà domi, quin populetur, aut deuaſtet. Arbores nouellas, ramos adultarum, ſpecula, vitra omnia diſturbat. Turturem candidam, & pſittacum, quos ſibi præferri videret, interfecit. Ignem ſummum in atrium è foco pertulit, idem facturus in fænilia, ſi in mentem veniſſet. Vocem hîc ab aliis longè diuerſam emittit. Nam ſimia ſtridet: hic fiſtulæ in modum modulatur. acuit vocem læſus: quemadmodum & hominem ait Ariſtoteles in *Phyſiognomicis*: quam tum minutiſsimis creberrimis accentibus diſſecat. Ac tametſi hîc non eſt locus de moribus animalium diſputandi: ſed fit hoc in nono *Hiſtoriarum*: tamen quia Ariſtoteles de his nihil: & in hoc libro atque alibi, & de ſimia & de aliis memorat quædam: cuiuſmodi eſt, ἀποφυάδας ἀκοντίζειν, & ἀνθρωποφάγον, & ἀλιτηρότερον τῆς ἀληθείας de crocodilo: viſum eſt nobis neutiquam amittendam occaſionem hanc. Illud commune omnibus generibus: geſticulatio. Ioue tonante expaueſcere adeò, vt etiam colorem mutent: ſuſpecto cælo vbi vbi queant ſeſe abſcondant. ad euitandos ictus nullum animal attentius: vt vix fallas. id adeò ex viſu euenire intelligo, quem omnium quadrupedum acutiſſimum certiſsimùmque habere illud argumentum eſt. Pulicem ab initio ſaltus oculis conſequitur: vixque conſidentem illico opprimit. Brachiorum robore imprimis excellit: pedibus manuum officia facit: vbi opus ſit: vidimus nos vinctum, cùm diſiectam procul à nobis nucem manibus attingere nequiret, pedibus tentâſſe: vbi id non proceſsit, feſtuca apprehenſa cibum propius attraxiſſe. niſi coactus in manus nunquam, ſed in pedes ſe demittit. Fugientem vidimus, è culmine in culmen trans viam cùm vellet tranſilire, catenam, quæ pendebat, manu collegiſſe. Saltum auerſum vnus omnium animalium ſuaptè natura facit: quem de eo didicit homo. Ridet quoque, atque etiam cachinnatur. Catellos, atque infantulos mirè diligit. vnum in ſummas tegulas aſportaſſe aliquando audiuimus. Ælianus infantillum aqua calida necâſſe prodidit: cui nutricem apparâſſe lauacra vidiſſet. Cercopithecum adeò exhorrere crocodilum: vt cætera omnia pericula nihili pendat. Crocodilum cùm non haberemus, lacertum appoſuimus non ſine illius magna abominatione, & ſpectantium riſu. Carnes non omnia genera attingunt: ídque ſerò. Citius tunc ſeneſcunt: & frequenti laborant faſtidio. Quo ſeſe leuant guſtatis herbis. Acerrima quæque appetunt: miro modo caſtaneas: ſed præter cætera, bellariis magnopere delectantur. Vini adeò auidus, vt multa eius ſpe faciat iuſſus. Frigoris impatiens hybernos ad focos totum ſe exporrigit. Si eius copia non ſit: ita ſeſe colligit, quemadmodum aiunt, humanum fætum in vtero ſeſe continere, ſubducto inter humeros capite, concuruato dorſo, manibus inter inguina demiſsis conglobatur. Minutiora animalia, quæ ceperit, deuorat. Muſcas mirè odit. Cùm apricatur, corpus curat. Gaudet pulcher haberi: auditque libens laudes. Intelligit conuicia: ſi poteſt, aufugit: ſin minus, triſtis eſt: imbecilliores etiam malè habet. quod reliquum eſt, procul abſterret conuiciantes: vultus ſeueritate, truculentis buccis, oculis intentis. Quippiam ſurrepturus, diſsimulat, atque aliorſum ſpectat: mox inuadit deimprouiſo: ac fuga ſeſe ſubtrahit è ſupplicio. accuſatus tum de ſuperiore loco cauſſam dicit, frequenti mandibularum agitatione crimen negans, aut pænam deprecans. Non ſemel accepit de me medicamentum maximis in morbis etiam libens: vt & hoc ſuperentur noſtri γαστρίμαργοι. Buccarum manticulas habet, in quibus recondat cibum, quaſi comederit, intereà aliud rogat. Etiam catulos ex ipſis natos audieram in prouincia Narbonenſi, cùm hæc proderem. vt & illud Plinij inter cætera vanum ſit. Feras, quæ manſueſcerent, non gignere. Præſertim cùm ipſe ſcribat: ſimias catulos ſuos oſtentare, quos domi pepererint. Puto ego nullum penè animal homini magis inimicum homine. Secundo loco ſimiam ſtatuo. Nam infantes non naturæ gratia, ſed catulorum ſuorum vel memoria, vel deſiderio, certè ſimilitudine caros habent. In Numidia milites qui fuere, narrârunt nobis: vidiſſe ſeſe eorum greges, ad exercitus, quos viderant, ordines inſtruere, cogere, caſtigare: pro lanceis ramos, aut feſtucas in humeris habere: ſiſtere agmen, procurrere, recurrere. verum eius rei fides penès autores eſto. Ælianus etiam ſtudioſè aurigantem ſe vidiſſe prodit. Felem inſequentem cùm ſe arbore ſuperata euadere fruſtra videret, quò ille quoque arrepſiſſet: ſimiam tenuiſsimo ramulo, quô hoſtis accedere metueret, commiſſam ſalutem tutatam eſſe. Aiunt geminos ſæpè parere. Venatoribus inſectantibus, eum quem plus amet, tollere inter vlnas neglecto altero. Hunc impendente metu conſilium è re capere: in matris ſcapulas inſilire. Illam de fuga, atque onere eius, quem complexu aufert, feſſam, ipſum remittere, atque relinquere, præruptáque petere, altero nunquam ſeſe auellente. Ita, quem amaret, amittere: quem contemneret, ſeruari. Hæc hactenus

nus comperta genera habemus: ſi quis plura nota habeat, addet ad ſcientiam. Nam & nouæ terræ ſunt repertæ, & nouum genus hominum, incompertáque antehac animalia. Hæc ſanè mera hiſtoria eſt. Ælianus apud Indiæ populos Praſios ſimiarum magnitudinem Hircanos æquare canes, comam, barbámque nullo artificio compoſitam habere. Leoninam caudam flauam capiti concolorem: cætero corpore albas eſſe. Montana colere: ex iis locis victum ſibi quærere. Latagen vrbem eius regionis caput eſſe: in eius ſuburbia frequentes quotidie conuenire. Regis iuſſu oblatam oryzam eſitare: exacta fame innoxias redire. Idque è Megaſthenis hiſtoria deſcripiſſe. Hanc ſpeciem recenſet ipſe ſine nomine: Plinius *Callitrichen* vocat. Plinius autor eſt Orſeos Indiæ populos candidas ſimias populares habere. hoc & è Luſitanis nauigatoribus audiuimus. Ruffarum genus apud Indos item produnt tanta libidine, vt mulieres etiam publicè adoriantur. Itaque vnum id genus & negligi, & tanquam adulterum exigi è ciuitatibus. Ridiculum mirum de venatione. Neque retibus, neque canibus capi, ſed dolis. vt enim rerum omnium imitabundas tradunt: calceos in conſpectu poni, quos ſibi induunt venatores, tum alios plumbeos quibus laqueus ſubſit, diſponunt. Inde abitum ſimulant, atque latent. Aduolant ſimiæ: calceos inducunt: nodum è vinculo nectunt. Ita fugæ præſidio deſtitutæ prehenduntur. Prætereà peluim aqua plenam ſtatui: ea aqua venatores oculos lauare ſibi: tum effuſa, viſcum indere: quo illæ ſibi oculos inuiſcent. In Luſitanis nauigationibus aliud genus longè diuerſum repertum eſt. Poſteriore parte ſimiam, anteriore vulpem referre: quaſi vulpiſimiam dicas, ſicuti vulpanſerem. Humanis pedibus, noctuæ auribus. Imi ventris corium duplex eſſe. altero viſcera atque inteſtina tegi: alterum Bulgæ vicem tenere: in ea enim catulos condi, neque niſi ad ſugendum lac, exire. Id animal in Paira regione eſſe, quæ oram extremæ ambit Æthiopiæ. Hanc Plinius in octauo videtur deſignare: quam *Cephon* nominat. verùm quum nullam, præter pedum hiſtoriam, ponat: non poſſumus affirmare.

Malè fecit Ariſtoteles: qui, cùm ſimiarum genera hîc enumeraret, non meminerit τοῦ χοιροπιθήκου: de quo paulò infra. Huius ſpeciem neque vidimus, neque audiuimus de ea quicquam: niſi ea ſit, quam circulatores quidam circumferebant. *Suſimiam* potes commodiſſimè interpretari. facies alterius hæc eſt.



LXXXIV. ARISTOTELES.

Οἱ δὲ πίθηκοι, δασεῖς μὲν εἰσι τὰ πρανῆ, ὡς ὄντες τετράποδες· καὶ τὰ ὕπτια δὲ ὡσαύτως, ὡς ὄντες ἀνθρωποειδεῖς. τοῦτο γὰρ ἐπὶ τῶν ἀνθρώπων ἐναντίως ἔχει καὶ ἐπὶ τῶν τετραπόδων, καθάπερ ἐλέχθη πρότερον. πλὴν ἥ τε θρὶξ παχεῖα, καὶ δασεῖς ἐπ' ἀμφότερα σφόδρα εἰσὶν οἱ πίθηκοι. τὸ δὲ πρόσωπον, ἔχει πολλὰς ὁμοιότητας τῷ τοῦ ἀνθρώπου. καὶ γὰρ μυκτῆρας, καὶ ὦτα παραπλήσια ἔχει καὶ ὀδόντας, ὥσπερ ὁ ἄνθρωπος, καὶ τοὺς προσθίους καὶ τοὺς γομφίους. ἔτι δὲ βλεφαρίδας, τῶν ἄλλων τετραπόδων οὐκ ἐπ' ἀμφότερα ἐχόντων, οὗτος ἔχει μὲν, λεπτὰς δὲ σφόδρα, καὶ μᾶλλον τὰς κάτω, καὶ μικρὰς πάμπαν· τὰ γὰρ ἄλλα τετράποδα ταύτας οὐκ ἔχει. ἔχει δὲ ἐν τῷ στήθει δύο θηλὰς μαστῶν

Simiæ partes quæ cælum ſpectant, vt piloſæ ſunt: proptereà quòd quadrupedum generi aſcribuntur: ita quæ ad terram deuergunt quoque: quia hominis ſpeciem referunt. Nam in homine, & quadrupedibus hoc contrario ſe habere modo ſupra dictum eſt. Cæterùm ſimijs craſſus pilus, ac prædenſus vtraque in parte eſt. Eius verò facies multis modis humanæ ſimilis. Quippe tum nares, tum auriculæ: item dentes tam primores, quàm maxillares ſunt propemodum tales, quales & homini. Quinetiam quadrupedes cæteræ cùm in vtraque gena neutiquam palpebras habeant: ipſa habet, ſed tenues admodum: tenuiores verò inferiores, atque perpuſillos: quibus carent quadrupedes aliæ. Ei ſunt in pectore papillæ duæ paruarum mammarum.

μικρῶν. ἔχει δὲ καὶ βραχίονας, ὥσπερ ἄνθρωπος, πλὴν δασεῖς· καὶ κάμπτει καὶ τούτους καὶ τὰ σκέλη ὥσπερ ἄνθρωπος, τὰς περιφερείας πρὸς ἀλλήλας ἀμφοτέρων τῶν κώλων. πρὸς δὲ τούτοις, χεῖρας καὶ δακτύλους καὶ ὄνυχας ὁμοίους τοῖς ἀνθρώπου· πλὴν πάντα ταῦτα ἐπὶ τὸ θηριωδέστερον. ἰδίους δὲ τοὺς πόδας· εἰσὶ γὰρ οἷον χεῖρες μεγάλαι. καὶ οἱ δάκτυλοι, ὥσπερ οἱ τῶν χειρῶν· ὁ μέσος, μακρότατος· καὶ τὸ κάτω τοῦ ποδὸς, χειρὶ ὅμοιον πλὴν ἐπὶ τὸ μῆκος τῆς χειρὸς ἐπὶ τὰ ἔσχατα τεῖνον, καθάπερ θέναρ. τοῦτο δὲ ἐπ' ἄκρου σκληρότερον, κακῶς, καὶ ἀμυδρῶς μιμούμενον πτέρναν. κέχρηται δὲ τοῖς ποσὶν ἐπ' ἄμφω, καὶ ὡς χερσὶ, καὶ ὡς ποσὶ, καὶ συγκάμπτει ὥσπερ χεῖρας. ἔχει δὲ τὸν ἀγκῶνα καὶ τὸν μηρὸν βραχεῖς, ὥσπερ πρὸς τὸν βραχίονα καὶ τὴν κνήμην. ὀμφαλὸν δ' ἐξέχοντα μὲν οὐκ ἔχει, σκληρὸν δέ τι καὶ κατὰ τὸν τόπον τοῦτον τοῦ ὀμφαλοῦ· τὰ δ' ἄνω τῶν κάτω πολὺ μείζονα ἔχει, ὥσπερ τὰ τετράποδα. σχεδὸν γὰρ, ὥσπερ πέντε πρὸς τρία ἐστὶ, καὶ διά τε ταῦτα, καὶ διὰ τὸ τοὺς πόδας ἔχειν ὁμοίους χερσὶ, καὶ ὥσπερ ἂν εἰ συγκειμένους ἐκ χειρὸς καὶ ποδός· ἐκ μὲν ποδὸς, κατὰ τὸ τῆς πτέρνης ἔσχατον· ἐκ δὲ χειρὸς, τἄλλα μέρη. καὶ γὰρ οἱ δάκτυλοι ἔχουσι τὸ καλούμενον θέναρ. διατελεῖ δὲ τὸν πλείω χρόνον τετράπουν ὂν μᾶλλον ἢ ὀρθόν· καὶ οὔτε ἰσχία ἔχει ὡς τετράπουν ὄν, οὔτε κέρκον ὡς δίπουν, πλὴν μικρὸν τὸ ὅλον, ὅσον σημείου χάριν. ἔχει δὲ καὶ τὸ αἰδοῖον ἡ θήλεια ὅμοιον γυναικός· ὁ δ' ἄρρην, κυνωδέστερον ἢ ἀνθρώπου. οἱ δὲ κῆβοι, καθάπερ εἴρηται πρότερον, ἔχουσι κέρκον· τὰ δ' ἐντὸς διαιρεθέντα, ὅμοια ἔχουσιν ἀνθρώπῳ πάντα τὰ τοιαῦτα.

Ad hæc, hominis brachia, niſi hirta eſſent. Quæ etiam ſicut & crura hominis modo inflectat. Nam & horum, & illorum curuaturas inter ſe habet contrarias. Tum manus, digitos, vngues, quaſi humanos. Verùm hæc omnia ferinam ad naturam potiùs vergunt. Suus quidam modus pedibus, ac peculiaris. Etenim quaſi manus quædam magnæ ſunt. Quippe & digiti in iis, veluti manuum, medio longiſſimo. Et planta manui ſimilis, quanquam porrectior ad extremum vſque, ſicuti vola. Cuius poſtremum calloſius eſt: inepta, atque inexplanata calcanei ſimilitudine. Pedum vſus, & pro manibus, & pro pedibus: flectit enim eos manuum modo. Superior brachij pars, & coxa, breues: ſi ad vlnæ, & tibiæ magnitudinem referantur. Vmbilicus non prominet: ſed durum quiddam ibi inuenias. Supera partes inferis maiores: quaſi ſi quinarium cum ternario conferas. Hoc autem tum ex quadrupedum natura: tum propterea quòd pedes & manibus ſimiles habet, & quaſi ex pedum, manuúmque conſtitutione compoſitos. Nam calcanei poſtrema pedem, cætera partes manum repræſentant. Habent enim digiti id, quod volam appellamus. Quadrupedis habitu frequentiore eſt: proque eo nates non habet: neque caudam, quoniam bipes. Sed perpuſillam omnino illam, & notæ tantùm gratia. Fœminæ genitale muliebri ſpecie eſt: maribus canina potius, quàm humana. Cebi, ſicuti diximus, caudati ſunt. Vniuerſo generi viſcera ſimilia humanis.

CAESAR.

Post enumeratas ſpecies oſtendit communionem cum homine, & cum quadrupedibus: quemadmodum propoſuerat. Sunt autem communionum capita hæc. Hominis hoc. Pectus, venter, femina hirta. In facie naſum, auriculas: item dentes omnes. Palpebras in vtraque gena. Mammas in pectore binas cum totidem papillis. Brachiorum oſſa, curuaturáſque, atque crurum flexiones. Manus, digitos, vngues, calcaneum, vmbilicum. Cauda caret: prætereà genitalia vtroque in ſexu. Poſtremò viſcera ſimilia omnia. Quadrupedum autem affinitas, hæc: quoniam dorſum hirtum habet. Hoc enim ab homine abſtulit ſupra Philoſophus. Iccirco in *Phyſiognomicis* hirtidorſos homines ferinos iudicat. Dorſum quoque ſimia habet, quàm pectus piloſius: item pectus ipſum, ac ventrem plus, quàm homo. Prætereà pilum horridiorem genæ inferis: palpebras exiliores, & rariores quàm homo. Brachia hirſuta. Manus, digitos, vngues ad beſtiarum genera degenerantia. Superam partem infera maiorem. Cuius rei cauſſas aſſignat duas, ex duobus principiis acceptis à natura. Primum eſt: quia quadrupedes tales agnouimus ſupra. Simiam autem maiorem ætatis partem agere habitu quadrupedis, quàm bipedis. Alterum eſt: quia pedes non modò pedes ſunt: ſed etiam manuum & formam admiſtam obtinent, & officium faciunt. Sic intelligit; ſuperiorum partium tantam eſſe vim: vt etiam inferiorum loca occupârint. Habet prætereà ex quadrupedum natura ſimia hoc: vt natibus careat: neque tamen penitus cauda careat: gerere enim caudæ quaſi notam quandam. poſtremò genitale ſimius canino ſimilius. Hæc cùm gerat ſeparatim partim cum beſtiis partim cum homine communia: illud habuit ſibi peculiare, quòd eſſet in vno membro ex duobus compoſito. Pedes enim ſola omnium ex pedum manuúmque conſtitutione compoſitos.

Caudæ notam, ſiue veſtigium animaduertit: quam vix oculis deprehendas. Tactu tamen

ſubeſſe intelligas: quam ſi attrectare tentes, prompta miráque celeritate ſeſe ſubtrahit: ridiculáque indignatione læſam præ ſe fert.

Dixit: τὰ ὕπτια pilosa more hominis: quaſi verò vrſi, lynces, vulpes, tales non ſint. Leo quoque pendulos habet pilos ſub ventre longiores quàm in dorſo. Sunt itaque ſuapte natura hirtæ feræ, non hominis participatu.

Caninum genitale dixit ſimij, non temerè. Nodos enim quoſdam deprehendimus: differt autem figura glandis: prætereà in iuuenculo ſimio id obſeruauimus: præputio tegi totum: neque quicquam extare præter foramen: pelliculæ enim oram oſculo foraminis vniri: adultis poſteà detegitur.

Nota loquutionem. τὰ δ' ἐντὸς διαιρεθέντα ὅμοια ἔχουσιν ἀνθρώπῳ. At ſanè etiam ſi non diſſecentur habent ſimilia. Voluit dicere, ὁρᾶται.

Item illam. πλὴν ἡ θρὶξ παχεῖα, καὶ δασεῖς ἐπ' ἀμφότερα σφόδρα εἰσὶν οἱ πίθηκοι. Mutat enim: alius dixiſſet, καὶ δασεία ἐπ' ἀμφότερά ἐστι τοῖς πιθήκοις.

Obſeruabis etiam verboſiorem, cùm de palpebris loquitur. Commodiùs ſic. Quinetiam inferioris genæ palpebris cùm careant quadrupedes: habet ipſa in vtriſque, ſed tenues: inferiores autem etiam tenuiores atque minores.

Vrſi naturam ſi inter hominem, & ſimiam appoſuiſſet, ſine reprehenſione pleniorem nobis ſcientiam oſtendiſſet. Ad eum nanque modum ſummus opifex rerum ſeriem concatenauit à planta ad hominem: vt quaſi ſine vllo cohæreant interuallo. Sic ζωόφυτα cum plantis bruta coniungunt. Sic cum homine ſimia, quadrupedes. Itaque in hominis quoque ſpecie inueniamus diuinos, humanos, feros: poſt hos ſatyros, tum ſimias, inde cynocephalos, hinc cebos: poſteà vrſos, hinc canes aut alia. Partium quoque coniunctionem intelligas ex eo, quòd quædam ἀμφοτερίζουσι: vt canum quidam quinis digitis, alij quatuor. Sus & biſulcus, & ſolipes: prætereà confuſas ſpecies: vt mulorum, hybridarum, lyciſcarum. Item ex hirco, & oue. Poſtremò partes ipſæ quoque diuerſarum ſpecierum in vna: biſulcus & ſolipes idem camelus, multifidus & ſolipes idem elephás: prætereà eiuſdem ſpeciei partes: vt manus & pes, in pede ſimiæ. Caput, pectus, venter ſub vna cruſta cancri.

Theodorus: λεπτὰς δὲ σφόδρα, καὶ μικρὰς πάμπαν: legit μακράς. At enimuero breuiſſimum ibi pilum habent. Albertus quoque legit, *curtum*, & *ſubtilem*. Et ſanè Ariſtoteles vult ea in parte degenerantem ab homine oſtendere. Nam quòd habet, homini ſimilis eſt: quòd tenues, & curtas, quadrupedi. Eſt enim non benè habere ſimile ei, quod eſt, non habere.

Malè quoque interpretatus eſt, πάμπαν, *potiſſimum*, *& quinque digitorum medium*, *longiorem*: *longiſſimum* potiùs: in quo certiorem haberet autorem Ariſtotelem quem ſequeretur: ait enim μακρότατος: quàm Plinium, quem æmularetur: qui dixit, *longiorem*.

Idem τὰ ἔσχατα *poſtrema*: potiùs *extrema*: tendit enim ea pars in anteriorem partem. è contrario, τὸ ἄκρον, cùm de calce loquitur: poſtremum potiùs dixiſſet, quàm extremum.

Lacertum βραχίονα. vitanda ambiguitas Philoſopho: Medici enim lacertos muſculóſque eoſdem ſtatuunt: pro vtroque tamen Cicero.

Καὶ γὰρ οἱ δάκτυλοι ἔχουσι τὸ ἐχόμενον θέναρ. Theodorus: *digiti nanque volæ ſpeciem gerunt*. At digitos quis volam dicat? ſed appoſitos volæ dicit Philoſophus. Sic dicimus ἐχόμενον *conſequens*: apud Galenum ταῖς ἐχομέναις, ſignificat, *quotidie*, id eſt continentibus diebus.

Κῆβοι κέρκον ἔχουσι. Ariſtophanis interpres Ἀχαρνεῦσι, κόλουρα appellat animalia ſine cauda: atque ob id incepta ſacrificiis.

CAPVT

CAPVT DECIMVM-QVARTVM,

De partibus quadrupedum oua parientium.

LXXXV. ARISTOTELES.

ΤΑ μὲν οὖν εἰς τὸ ἐκτὸς τῶν ζωοτοκούντων μόρια, τοῦτον ἔχει τὸν τρόπον. τὰ δὲ τετράποδα μὲν, ᾠοτόκα δὲ καὶ ἔναιμα, (οὐδὲν δὲ ᾠοτοκεῖ χερσαῖον καὶ ἔναιμον, μὴ τετράπουν ὄν, ἢ ἄπουν) κεφαλὴν μὲν ἔχει καὶ αὐχένα καὶ νῶτον, καὶ τὰ πρανῆ, καὶ τὰ ὕπτια τοῦ σώματος. ἔτι δὲ σκέλη πρόσθια καὶ ὀπίσθια, καὶ τὸ ἀνάλογον τῷ στήθει, ὥσπερ τὰ ζωοτόκα τῶν τετραπόδων· καὶ κέρκον τὰ μὲν πλεῖστα, μείζω· ὀλίγα δὲ, ἐλάττω. πάντα δὲ πολυδάκτυλα καὶ πολυσχιδῆ ἐστι τὰ τοιαῦτα.

IGitur quæ animal pariunt, partes extimas ad hunc habent modum. At quadrupedes, quæ oua edunt, & ſanguine conſtant (neque enim vllum terrenum animal concretum ſanguine eſt, quin idem aut quatuor, aut nullis pedibus fultum ſit) eæ caput habent, & collum, & dorſum, & quæ cælum ſpectant partes corporis, & quæ terram. Item crura tum anteriora, tum poſteriora: præterea aliquid vice pectoris, ſicuti & quadrupedes illæ, quæ animal pariunt. Plurimæ quoque caudam gerunt longiorem, paucæ breuem. Cæterùm omnes multidigitæ, ac multifidæ exiſtunt.

CAESAR.

LIBER hic in duas ſecabatur partes. In priore continetur narratio partium exteriorum: in poſteriore interiorum. Priorem partem in particulas digeſſimus pro materiæ ratione. Iccirco hæc eſto portio altera de ouiparis. Summatim igitur declarat, in quibus conueniat ouiparis cum viuiparis. Sic enim procedit per veſtigia iam nota. Nunc ergo de quadrupedibus: mox alterum apponet genus, quod hîc deſignat. Ait enim aut quaternis, aut nullis fulciri pedibus.

Τετράποδα, ᾠοτόκα, καὶ ἔναιμα. Supra diſpiciebamus, an neceſſariò hæc iungerentur. Neque inueniebamus vllam quadrupedem viuiparam, quæ non eſſet ἔναιμος. Puto idem de ouiparis quadrupedibus: & τὸ ἔναιμα, additum eſſe ad explicationem, non autem ad differentiam. Nam ἐφήμερον animal inſectum ἄναιμον quadrupes eſt. Verùm quòd diecula vitam tranſigat, neque viuiparum, neque ouiparum fuerit.

Feſtiuè dixit: quadrupedes habere crura anteriora, & poſteriora. Quis enim dubitet?

Ait: vice pectoris aliquid habere. Sanè ita eſt. Cùm enim caput attollunt, aliquid infra collum è regione erectum oſtentant. Id quod etiam in teſtudinibus animaduertas. verùm intus conditum.

Cùm legis: καὶ κέρκον τὰ μὲν πλεῖστα: ſtatim coniunge, μείζω. Caudam enim omnes gerunt: non ſolùm plurimæ: ſed plurimæ gerunt longam, paucæ curtam: vt teſtudines. prolixa lacertorum generibus, ſcinco, crocodilo, ſalamandræ, chamæleoni, ſtellionibus.

Εἰς τὸ ἐκτὸς, extimæ partes, nouo modo loquendi: quod & ſupra, & mox dicet, τὰ ἔξω.

Dixit: πολυδάκτυλα, καὶ πολυσχιδῆ. non nugatione, vt quis putare poſſit: ſed propterea quòd quibuſdam digiti non ſunt ita expreſſi: quo in genere teſtudines exiſtunt: addidit πολυσχιδῆ. Quaſi dicat: ſaltem multifidi. Theodorus otioſè hoc præteriit, & veros digitos, eóſque dearticulatos æquè omnibus aſcripſit. *Pedes*, inquit, *in plures digitos habent diſcretos.*

LXXXVI.

LXXXVI. ARISTOTELES.

Πρὸς δὲ τούτοις, καὶ τὰ αἰσθητήρια καὶ γλῶτταν πάντα, πλὴν ὁ ἐν Αἰγύπτῳ κροκόδειλος. ἔοικε δὲ παραπλήσιος τῶν ἰχθύων τισίν. ὅλως μὲν γὰρ οἱ ἰχθύες ἀκανθώδη, καὶ οὐκ ἀπολελυμένην ἔχουσι τὴν γλῶτταν· ἔνιοι δὲ πάμπαν λεῖον καὶ ἀδιάρθρωτον τὸν τόπον, μὴ ἐγκλίνωσι σφόδρα τὸ χεῖλος.

Partes etiam ſentiendi officio deſtinatas, ac linguam quoque omnes habent, præter Aegyptium crocodilum. Is nanque piſcium quorundam naturæ propior eſt. At piſcibus ſpinea, atque inexplicata lingua eſt omnino. Quidam etiam læuem atque indiſcretum locum habent penitus: niſi labra vehementer diducantur.

CÆSAR.

NVNC à membris, in quibus ſenſuum ſedes, ac vis eſt, agnoſcit Linguam in omnibus, excepto crocodilo. Reddit cauſſam. Quoniam piſcium naturæ particeps ſit. Maior propoſitio ſyllogiſmi: piſces lingua carent: aut inexplicatam & cohærentem habent.

Non rectè dixit *τὰ αἰσθητήρια*, *ſenſus*, Theodorus. neque enim de ſenſibus loquitur, ſed de membris. Quædam enim animalia habent ſenſus, ſenſuum inſtrumenta cum cæteris communia non habent. neque nares, neque linguam piſces: odoratum nihilo ſeciùs in ipſis eſſe manifeſtum eſt, itémque guſtum. Addidit idem de ſuo: ſenſus totidem, quot cæteris quadrupedibus. Nam talpa quadrupes eſt: & quatuor tantùm ſenſus habet. Vides quanto periculo inurantur Philoſophi dicta calamiſtris.

Ὅλως hic idem ſignificat, quod *πάντες*, id eſt ὅλον γένος ἰχθύων: vbi vides differentias in linguis. *ἀκανθώδη* intelligit maxillæ inferiori adeò hærentem, vt eius ſpinæ pars videatur. Eſt aliis carnea vt in lupis animaduertimus: verùm, niſi coquantur, haud ita expreſſa diſcernitur. Vltima differentia duobus verbis dignoſcitur. Primum eſt, ἀδιάρθρωτον: non enim poteſt eſſe indiſcreta atque inſeparata lingua, niſi inſit. Alterum eſt, λεῖον. In quibus linguæ locus adeò planus, ac læuis eſt, vt nulla inſit, & ſit locus ſine locato. Theodorus longa circuitione verborum omnia confudit. De his in quarto exactiùs.

Ὁ ἐν Αἰγύπτῳ. Elegantia. alius dixiſſet, ὁ Αἰγύπτιος: Faciunt hæc verba ſuſpicari, alibi quàm in Ægypto eſſe crocodilos: ſanè id verum eſt. Nanque & olim ſcriptum fuit in fluuiis Indiæ belluas illas inueniri: & nuper compertum eſt in Africæ flumine Senega maximos eſſe.

Μὴ ἐγκλίνωσι σφόδρα τὸ χεῖλος. Atticiſmus, pro eo, quod alij dicerent: μὴ ἐγκλινομένου τοῦ χείλους. Quaſi dicat: tibi ſit locus ille penitus ἀδιάρθρωτος, non reclinanti labrum.

Πάμπαν, dixit Theodorus: *adeò*. Nobis bene cecidit: vt cùm, *omnino*, interpretari poſſemus: maluerimus dicere, *penitus*. Quod aduerbium maximè ad linguæ ſitum eſt accommodatum.

LXXXVII. ARISTOTELES.

Ὦτα δ' οὐκ ἔχουσιν, ἀλλὰ τὸν πόρον τῆς ἀκοῆς μόνον φανερὰ τὰ τοιαῦτα.

Auriculas quoque nullas, ſed ad audiendum meatus tantùm habent omnia.

CÆSAR.

ECCE quemadmodum membrorum, non ſenſuum tractat, τὸ ἔχειν, τὸ πῶς, τὸ τί, τὸ μὴ ἔχειν: ſicuti initio propoſuerat. Eſt autem natura ouiparorum: tametſi non eorum tantùm. Nam inter aquatilia, etiam quæ animal pariunt, auriculis carent.

LXXXVIII. ARISTOTELES.

Οὔτε δὲ μαστούς, οὔτε αἰδοῖον, οὔτε ὄρχεις ἔξω φανερούς, ἀλλ' ἐντός.

Neque mammas, neque genitale, neque teſticulos manifeſtos, ſed intus.

CAESAR

CÆSAR.

DIXERAT, αἰσθητήρια: & exequutus eſt. Nunc membra generationis recenſet: & ea quibus fætus editus capiat commoda. Eſt autem his quoque in capitibus differentia. Nanque mammas omnino habent nullas: ſed neque mammarum, aut proportionem, aut vſum. Genitale non habent: at vſum habent coëundi: affricatione enim quadam explent: quemadmodum piſces, & ſerpentes. Teſtium verò non ſolum vſum, ſed etiam ſubſtantiam habent.

LXXXIX. ARISTOTELES.

ΟΥ'δὲ τρίχας, ἀλλὰ πάντ' ἐϛὶ φολιδωτά.

NEque pilos: ſed omnia ſcabro corio teguntur.

CÆSAR.

SANE ita eſt in cæteris: in teſtudinibus tẽperanda oratio eſt. Quippe eæ tantùm partes, quæ mobiles apparent, ſcabræ ſunt. Nam cortex ille craſſior tametſi pro corio eſt: tamen videtur peculiarem naturam quandam ſibi vindicaſſe. Quid? quod cæteræ quoque cutis aliquantam obtinet proportionem. Cancellatis enim quibuſdam quaſi plagulis diſcretus ſquammarum lineamenta repræſentat.

Φολιδωτὰ Theodorus more ſuo *corticem* tranſtulit. At Plinius in XXVIII. de Scinco loquens: *Squammarum ſeta ad caudam verſa.*

XC. ARISTOTELES.

Ε'ϛι δ' καρχαρόδοντα πάντα.

OMnibus ſerrati dentes.

CÆSAR.

VIDE diligenter quid ſentire debeas. Nam Scincus nullum penitus dentem habet: ſed hiatum vaſtiſſimum, & oram oris continua acie penè orbiculari: figura à crocodilo non differt, ſed ſquammularum ſitu: auerſas enim à cauda eſſe ait Plinius. maximum eſſe Indicum, mox Arabicum. Alia quoque Lacertaceorum genera ſunt. Lacertus, Stellio Moluris, Salamandra, Chamælee, Lacertorum genera ſumma duo: vnum minuſculum fului coloris in maceriis & parietinis latens: apricator maximus eſt. Hominem fugit: à felibus mirè expetitur: cum igitur ex inſidiis captum ſi deuorarint, maceſcunt adeò, vix vt queant conſiſtere. Nullo enim cibo proficiunt: neque niſi ſub hyemem reſtituuntur. Tum verò euadunt nitidiſſimi. Alterum genus prægrande etiam cubitalem implet magnitudinem: aliquando etiam excedit. Colore aureo lucet, aut pallido. Hominis aiunt eſſe amantiſſimum. Prætereuntem ſanè è ſepibus, aut riparum toris adeò contentis obtuetur oculis, vt nunquam nictet: quinetiam circumacto capite obtutu eum proſequitur. Ferunt dormientem hominem ſeruare, ne ab anguibus quippiam capiat detrimenti. Nam cùm ſerpentum generibus maximas gerit inimicitias. Igitur oppreſſum ſomno meſſorem cùm aggreditur coluber, Lacertus vnguibus adrepens hominem excitat. Tum communem hoſtem pariter inſequuntur. Vtriuſque pugna memorabilis à nobis diu ſpectata eſt in ſylua noſtra. Quod maximè mireris, non audere anguem ore aggredi aduerſarium: ſed cauda pugnare. Lacertus omnes aditus ad illius fauces tentare. Ille in orbem ſeſe colligere, atque altè elatus vibrare linguam: poſteà extinuatus ſimulata fuga, tum cauda impetere, tum ex obliquo inceſſere. Ego

ſtupidus non tam pugnam mirari, quàm quòd me præſentem atque etiam cum telo ad manum neuter aufugeret. Anguis metu, ne à tergo correptus hoſti pœnas daret. Lacertus, credo, opem à me ſperans. Intereà caudæ ictum cùm fruſtra euadere conatus eſſet ſemel, atque tum anguis eliſum inuaderet, ego illum diſſecui. Lacertus reſumpto animo hoſtem mordicus arreptum nõ prius dimiſit, quàm porrectũ, ac moribundũ viderit. Hunc Lacertũ appellant Thuſci *Ramarrum* noſtrates Ligurum: *Stellionem*, *Blandam* Vaſcones vocant, ventre turgido eſt, ſegnis. Colore ſubnigro, maculis croceis aut pallidis: vnde & nomen. A quo crimen Iureconſulti nominárunt. Non ſolus Virgilius credidit frumentorum perniciem. Nam id vulgò quoque perſuaſum eſt. In fimetis ſæpe reperitur. Huic quoque oculorum orbes contentiſſimorum ſine nictatione. Putant eius obtutum pernicioſum. Moluris aquaticus lacertus eſt, colore fuſco. Vaſcones falsò vocant *Scorpionem*. Eius meminit Nicander in hiſtoria Chelydri. Vbi enim ſtagna exaruerint, id genus ſerpentũ egredi ad ranas moluridáſq; per prata perſequẽdas. Vbi fallitur Interpres, qui Locuſtarum ſpeciem ait eſſe Molurida. à cauda nomen traxere, diminutiua figura à Moluris ſerpentibus.

Salamandræ formam non deſcripſit Ariſtoteles ſimili, atque aliis de animalibus, incuria animaduertenda. Eſt autem Lacerti facie, ſed cauda breuiore, morſu noxio. In quinto *Hiſtoriarum* ſcribit Philoſophus ignem ab ea extingui. Quare ineptè pingunt eam ignes ore iaculantem. Aelianus ait à Fabris deprehendi, quoties animaduertant fruſtra flare folles: neque ignem edi à ſuccenſis carbonibus. Plinius tradit, ſtellatam eſſe: non niſi magnis imbribus prouenire: ſerenitate deficere. Vidimus ad radices & initia Apennini in Taurinis prope Padum cinerei coloris Lacertulam in carioſo tigno Caſtri veteris: vnde etiam ali eam putabamus. Prodidit enim ſe ſonitu corroſionis. Hæc ſunt genera comperta nobis. Nunc de Crocodilo atque Chamæleonte cum Ariſtotele videamus.

XCI. ARISTOTELES.

Οἱ δὲ κροκόδειλοι οἱ ποτάμιοι, ἔχουσιν ὀφθαλμοὺς μὲν ὑός, ὀδόντας δὲ μεγάλους καὶ χαυλιόδοντας καὶ ὄνυχας ἰσχυροὺς, καὶ δέρμα ἄρρηκτον φολιδωτόν. βλέπουσι δ' ἐν μὲν τῷ ὕδατι φαύλως, ἔξω δ' ὀξύτατα. τὴν μὲν οὖν ἡμέραν ἐν τῇ γῇ τὸ πλεῖστον διατρίβουσι, τὴν δὲ νύκτα, ἐν τῷ ὕδατι. ἀλεεινότερον γάρ ἐστι τῆς αἰθρίας.

Fluuiales Crocodili ſuillos habent oculos, dentes magnos & exertos, vngues validos, corium impenetrabile, ſquallidum. ſub aqua obſcurè, extra acutiſſimè vident. Maximam igitur diei partem in terra agitant, noctu ſub aqua: proptereà quòd ea tepidior ſit, quam ſerenus aer.

CAESAR.

HIc erat locus partiendi hiſtoriam Crocodilorum in duo genera: fluuiale, & terreſtre. De terreſtri mox in hoc libro, & in quinto. In quibus locis, ne repetamus, exequemur narrationem. Græcum nomen eſt Crocodilus: verùm Etymologia ignota. Grammatici ſuo more nugantur, metuere eum croci colorem. Id quod à nemine proditum eſt. Aegyptios appellâſſe *Kimpſac* olim, ſcribit Herodotus. Nos ſcimus etiam nunc apud illos durare vocem hanc. Mauri nominant *Tenchia*.

Aſcribit cauſſam, quare noctu ſub aqua degat, teporem. Ego aliter cenſeo. Verùm inſidias munitiore conſiſtere loco. Nam ſanè nocturnum gelu in Aegypto blandius eſt, quàm tepor æſtate: & exuſtum ſole ſolum longè calidius. Subter aquam tamen eo quoque agit tempore.

XCII. ARISTOTELES.

Ὁ δὲ χαμαιλέων, ὅλον μὲν τοῦ σώματος ἔχει τὸ σχῆμα σαυροειδές. τὰ δὲ πλευρὰ, κάτω καθήκει, συνάπτοντα πρὸς τὸ ὑπογάστριον, καθάπερ τοῖς ἰχθύσι. καὶ ἡ ῥάχις ἐπανέστηκεν ὁμοίως τῇ τῶν ἰχθύων. τὸ δὲ πρόσωπον ὁμοιότατον τῷ τοῦ χοιροπιθήκου. κέρκον δ' ἔχει μακρὰν σφόδρα, εἰς

Chamæleontis totum corpus Lacerti ſpecie eſt: coſtis demiſſioribus, quæ ſub ventrem, ſicut in piſcibus, coëunt. Dorſum quoque piſcium modo eminet. Facies ſimillima ei generi ſimiarum, quæ roſtrum præ ſe ferunt porcinum. Prolixam valdè caudã habet in mucronem extenuatam, atque multùm conuolutam

λεπτὸν καθήκουσαν, καὶ συνελιττομένην ἐπὶ πολὺ καθάπερ ἱμάντα. μετεωρότερος δ' ἐστὶ τῇ ἀπὸ τῆς γῆς ἀποστάσει τῶν σαυρῶν. τὰς δὲ καμπὰς τῶν σκελῶν καθάπερ οἱ σαῦροι ἔχει. τῶν δὲ ποδῶν ἕκαστος αὐτοῦ, διῄρηται εἰς μέρη, θέσιν ὁμοίαν πρὸς αὐτὰ ἔχοντα, οἵανπερ ὁ μέγας ἡμῶν δάκτυλος πρὸς τὸ λοιπὸν τῆς χειρὸς ἀντίθεσιν ἔχει. ἐπὶ βραχὺ δὲ καὶ τούτων τῶν μερῶν ἕκαστον διῄρηται εἰς τινας δακτύλους· τῶν μὲν ἐμπροσθίων ποδῶν, τὰ μὲν πρὸς αὐτῷ, τριχὰ, τὰ δ' ἐκτὸς, διχά. τῶν δὲ ὀπισθίων τὰ μὲν πρὸς αὐτοῦ, διχὰ, τὰ δ' ἐκτὸς, τριχά. ἔχει δὲ καὶ ὀνύχια ἐπὶ τούτων ὅμοια τοῖς τῶν γαμψωνύχων. τραχὺ δ' ἔχει ὅλον τὸ σῶμα, καθάπερ ὁ κροκόδειλος. ὀφθαλμοὺς δ' ἔχει ἐν κοίλῳ κειμένους καὶ μεγάλους σφόδρα, καὶ στρογγύλους, καὶ δέρματι ὁμοίῳ τοῦ λοιποῦ σώματος περιεχομένους. κατὰ μέσους δ' αὐτοὺς διαλέλειπται μικρὰ τῇ ὄψει χώρα, δι' ἧς ὁρᾷ. οὐδέποτε δὲ τῷ δέρματι ἐπικαλύπτει τοῦτο. στρέφει δὲ τὸν ὀφθαλμὸν κύκλῳ, καὶ τὴν ὄψιν ἐπὶ πάντας τοὺς τόπους μεταβάλλει, καὶ οὕτως ὁρᾷ ὃ βούλεται. τῆς δὲ χροιᾶς ἡ μεταβολὴ ἐμφυσωμένῳ αὐτῷ γίνεται. ἔχει δὲ καὶ μέλαιναν ταύτην, οὐ πόρρω τῆς τῶν κροκοδείλων, καὶ ὠχρὰν καθάπερ οἱ σαῦροι, μέλανι, ὥσπερ τὰ παρδάλια, διαπεποικιλμένην. γίνεται δὲ καθ' ἅπαν τὸ σῶμα αὐτοῦ ἡ τοιαύτη μεταβολή. καὶ γὰρ οἱ ὀφθαλμοὶ συμμεταβάλλουσιν ὁμοίως τῷ λοιπῷ σώματι, καὶ ἡ κέρκος. ἡ δὲ κίνησις αὐτοῦ νωθὴς ἰσχυρῶς ἐστι, καθάπερ ἡ τῶν χελωνῶν. ἀποθνήσκων τε ὠχρὸς γίνεται· καὶ τελευτήσαντος αὐτοῦ, ἡ χροιὰ τοιαύτη ἐστί. τὰ δὲ περὶ τὸν στόμαχον καὶ τὴν ἀρτηρίαν ὁμοίως ἔχει τοῖς σαύροις κείμενα. σάρκα δ' οὐδαμοῦ ἔχει, πλὴν πρὸς τῇ κεφαλῇ καὶ ταῖς σιαγόσιν. ἄσαρκα δὲ παντελῶς ἐστι καὶ ταῖς σιαγόσιν ὀλίγα σαρκία, καὶ περὶ ἄκραν τὴν τῆς κέρκου πρόσφυσιν. καὶ αἷμα δ' ἔχει περί τε τὴν καρδίαν μόνον, καὶ τὰ ὄμματα, καὶ τὸν ἄνω τῆς καρδίας τόπον, καὶ ὅσα ἀπὸ τούτων φλέβια ἀποτείνει. ἔστι δὲ καὶ ἐν τούτοις βραχὺ παντελῶς. κεῖται δὲ καὶ ὁ ἐγκέφαλος ἀνώτερον μὲν ὀλίγον τῶν ὀφθαλμῶν, συνεχὴς δὲ τούτοις. περιαιρεθέντος δὲ τοῦ ἔξωθεν δέρματος τῶν ὀφθαλμῶν, περιέχει τι διαλάμπον, διὰ τούτων οἷον κρίκος χαλκοῦς λεπτός. καθ' ἅπαν δὲ αὐτοῦ τὸ σῶμα σχεδὸν διατείνουσιν ὑμένες πολλοὶ [καὶ ἰσχυροὶ,] καὶ πολὺ ὑπερβάλλοντες τῶν περὶ τὰ λοιπὰ ὑπαρχόντων. ἐνεργεῖ δὲ καὶ τῷ πνεύματι, ἀνατετμημένος ὅλος ἐπὶ πολὺν χρόνον, βραχείας ἰσχυρῶς ἔτι κινήσεως ἐν αὐτῷ περὶ τὴν καρδίαν οὔσης, καὶ συνάγει διαφερόντως μὲν τὰ περὶ τὰ πλευρὰ, οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ τὰ λοιπὰ μέρη τοῦ σώματος. σπλῆνα δ' οὐδαμοῦ ἔχει φανερόν. φωλεύει δὲ καθάπερ οἱ σαῦροι.

lori modo. Excelſiore habitu eſt à terra, quàm Lacertas. Crurum flexiones vt illi. Singuli pedes bipartiti eo inter ſe ſunt ſitu, quo pollex noſter ad reliquam manum obuerſus eſt. Harum partium vtraque in digitos quoſdam breues diſcreta. Priorum pedum pars interior in tres, exterior in duos. Poſteriorum interior in duos, exterior in tres. In quibus vnguiculi vnci. Cutis, cuiuſmodi Crocodilo, aſpera. Oculi in cauo prægrandes, ac rotundi. Eos operit cutis reliquæ ſimilis, modicè in medio pertuſa, quâ viſum tranſmittat. Neque vnquam coit ad tegendum. Vertit oculos in orbem: transfértque viſum, quoquoverſus intueri velit. Mutat colorem vbi inflatur Nanque ſuapte natura niger eſt, nec abſimilis Crocodilo: ſed pallore Lacerti, & perinde atque Pantheræ nigrore variatus. Mutatur vero color toto corpore. Nam & cum eo oculi quoque, atque etiam cauda. Mouetur valde ſegniter: nihilò ſane expeditius quàm teſtudo. Palleſcit moriens: qui color etiam defuncto durat. Gula, gutturiſque ſitus, qualis & Lacerto. Carne Caret penitus, præterquàm in capite & maxillis. Tametſi in his quoque caruncula admodum & pauca & macilenta exiſtit: atque etiam circa extremæ caudæ radicem. Sanguinem circum cor, atque oculos, partes eas quæ ſupra Cor ſunt: & iis in venulis, quæ ab illis tendunt tantùm: atque in ipſis quoque exiguum admodum. Paulò ſupra oculos Cerebrum, quibus etiam continuatur. Adempta ab oculis cute continetur intus fulgidum quiddam tenuis annuli ænei ſimile. Toto penè corpore diſtenduntur membranæ multæ, ac validæ, longéque quàm in cæteris firmiores. Spirat etiam diſſectus totus longo poſt tempore, pauxillo etiamnum motu durante cordis. Ac præclarè contrahit non ſolùm latera, verùm etiam cæteras corporis partes. Lienem, qui quidem videatur, nullum habet. Latet Lacertorum more.

C Æ S A R.

VIDES Philoſophi diligentiam in narratione tam vilis beſtiolæ. Quam diligentiam vtinam vbique præſtitiſſet. Dicet Chamæleontis raram eſſe hiſtoriam, atque iccircò multa opera elaboratam. Cætera nota omnibus indicatione ſola opus habuiſſe. Ego verò ita cenſeo. Philoſopho nihil omittendum; ſempérque ita exiſtimandum: ſicubi quippiam notum ſit, multis ignotum eſſe. Quare cùm omnibus ſcribat, communis omnibus beneficij gratiam facere debere. Plinius de Chamæleonte multa, quippe etiam ex aliis, quàm ex Ariſtotele. Peculiaris autem natura ei multis in partibus. Pedum differentia, oculorum, ſanguinis, carnis, motus, cauda: coloris mutatio, ſpiratio diſſecti, Lien nullus, & alia quæ Demo-

critus libro certo curauit explicanda. Plinius pauidiſſimum animal prodidit: eámque ait coloris mutandi cauſſam. Detrahere ſupra ſe volantem accipitrem, lacerandúmque præbere iis, quæ illi prædæ eſſe conſueuêre. Venenoſum præterea atque Elephanto perniciem afferre, niſi deuoret Oleaſtrum.

Χοιροπίθηκον, quid intelligat, neque ipſe in genere ſimiarum declarauit: neque nobis compertum eſt. *ſimiam porcariam* interpretatur Theodorus ſecutus vocabuli filum. *Suſsimiam* dicet qui audeat: quemadmodum alibi monuimus.

Νωθὴς ἰσχυρῶς. Feſtiuè. Atque ſi dicas: Monachus bene malus.

Haud facilè intelligas, quare circumagat oculos ad videndum. Si enim feneſtella illa tranſmittit viſum: quid opus eſt verſatione? an totus oculus pro pupilla eſt? itaque ſpiritibus abſumptis vno in loco, vertitur ad alios alibi ſuppeditandum.

Μετεωρότερος ἐστι τῇ ἀπὸ τῆς γῆς ἀποστάσει. Theodorus ſimpliciſſimè: *elatior à terra*. Non expreſſit efficaciam Græcæ orationis: quam vt aſſequeremur, diximus: habitu. Nam & dorſo elatius eſt. At non eſt ἀπόστασις. *Dorſum* maluimus, ῥάχιν, quàm *ſpinam*: vt totam partem cõprehenderemus. Plinius tamen: ſpinæ acutiore curuatura ἐπανέστηκε: *curuum eſt*. Ita eſt & ἀπόστασις, & ἐπανάστασις.

Ἐπὶ πολύ. multum implicatam. Theodorus addidit: *longis*. Contra ibi: ὁ μέγας ἡμῶν δάκτυλος, omiſit ἡμῶν. Quia manus fiebat mentio: intelligebatur hominis digitus.

Πρὸς αὐτῷ. Pars, quæ ipſi obuerſa eſt: id eſt interior. *domeſticam* vocant noſtri Barbari.

Μικρά. Theodorus, *perquàm exigua*. Nimis auxit paruitatem præter Philoſophi ſententiam.

Plinius in octauo, viperinis orbibus caudæ plicaturam ſimilem dicit. Addit eſſe hianti ſemper ore. Nec aliunde, quàm ex aëre capere cibum. Circa caprificum efferari, aliàs innoxium. reddere colorem, quemcumque attigerit, præter candidum, & rubrum. Reddit etiam cauſſam quare ſit μετεωρότερος. Ait enim crura eſſe ſurrectiora. Plutarchus ſolum colorem album excipit.

Στρέφει ὀφθαλμούς. Neſcio quare addiderit Theodorus illa verba. *Nec pupillæ motu, ſed oculi verſatione*. Quomodo pupilla non moueatur, ſi verſetur oculus: aut quomodo pupilla moueatur oculo non moto.

Aelianus pugnare eum prodit cum ſerpente fretus feſtuca latiore, quam ore gerat. Tergus enim habere ſerpentum dentibus impenetrabile. Eſſe autem Indiæ peculiare.

Τὴν πρόσφυσιν τῆς κέρκου. Plinius, *caudæ commiſſuram*. Locum expreſſit, vocem defraudauit. Agnaſcentia eſt πρόσφυσις. multa committi, quæ non προσφύεται, conſtat ex Galeni monumentis. Theodorus etiam locum deprauatè deſignauit. *Poſtremum caudæ*, inquit. At poſtremum caudarum eſt mucro. Quod autem hic ait Philoſophus: ἄκραν: demonſtrat agnaſcentem partem ſummam caudæ, quà ſpina eſſe deſinit.

Obſeruato, quid intelligat Plinius in XI. Chamæleonti pulmonem portione eſſe maximum: & nihil aliud intus. Nam & cor habet: & iecoris efficaciam narrat ipſe in libro XXVIII.

Theodorus, ἐν κοίλῳ, *in receſſu*. Poteſt eſſe receſſus ſinè cauitate. Sunt enim oſſa in receſſu cruris. Et cauitas ſinè receſſu.

Mutatur, inquit, *color toto corpore*. Addidit, etiam *oculorum*. Quia non neceſſariò ſequuntur oculi colorem cutis: quemadmodum pilus, & vnguis, aut vngula, id quod in tertio *Hiſtoriarum* proditum eſt. At caudam quare addidit? nonne ea corporis pars eſt?

Ἄσαρκα δ᾽ παντελῶς πλὴν ἐπὶ τῆς σιαγόσιν ὀλίγα σαρκία. Caro ſinè carnè, id eſt macilenta. Theodorus neglexit Miram verò naturam. Carere carne, præterquàm in capite, & maxillis. Quippe cætera animalia ibi quàm minimum carnis obtinent.

Συνεχής. Continuum oculis cerebrum fortaſſe ſinè neruis: vt & hoc ſit ei peculiare: quemadmodum carunculis fit odoratus in nobis. Quare minùs fideliter Theodorus, *contiguum*.

Videndum quid ſit: membranas habet toto corpore firmiores τῶν περὶ τὰ λοιπὰ ὑπαρχόντων. Si ſunt toto corpore: quidnam illud reliquum ſit?

Περὶ τὰ πλευρά. *Latera* rectiſſimè interpretère: ſunt enim circum coſtas, & animaduertes elegantiam. ἐνεργεῖ τῷ πηδήματι. Dubito an ſit ſcribendum: τοῦ πηδήματι. Philoſophus ait: coſtas contrahere, atque etiam cæteras partes. Id quod ſanè plus eſt. Nanque circa cor reſiduus vigor propinqua loca ſanè mouere queat: remotiora minimè. Contra Theodorus inuertit orationem. *Cùm alias*, inquit, *partes contrahit: tum vel maximè coſtas cogere, atque adducere poteſt*. quis ſcit an aduerbium, διαφερόντως, non ſolùm coſtis, ſed etiam membris aliis commune fecerit Philoſophus? neque maius eſt hoc, quod plus moueret coſtas, quàm alia membra: ſed illud, quod membra longinqua moueat. Id voluit, οὐ μὴν ἀλλά.

CAPVT DECIMVM-QVINTVM,

De partibus auium.

XCIII. ARISTOTELES.

Ὁμοίως δ' ἔνια μόρια καὶ οἱ ὄρνιθες τοῖς εἰρημένοις ἔχουσι ζῴοις. καὶ γὰρ κεφαλὴν καὶ αὐχένα πάντ' ἔχει, καὶ νῶτον, καὶ τὰ ὕπτια τοῦ σώματος, καὶ τὸ ἀνάλογον τῷ στήθει. σκέλη δὲ δύο, καθάπερ ἄνθρωπος, μάλιστα τῶν ζῴων· πλὴν κάμπτει εἰς τοὔπισθεν ὁμοίως τοῖς τετράποσιν, ὥσπερ εἴρηται πρότερον. χεῖρας δὲ οὐδὲ πόδας προσθίους ἔχει, ἀλλὰ πτέρυγας ἴδιον πρὸς τὰ ἄλλα ζῷα. ἔτι δὲ τὸ ἰσχίον ὅμοιον μηρῷ μακρὸν καὶ προσπεφυκὸς μέχρις ὑπὸ μέσην τὴν γαστέρα, ὥστε δοκεῖν διαιρούμενον μηρὸν εἶναι· τὸν δὲ μηρὸν μεταξὺ τῆς κνήμης, ἕτερόν τι μέρος. μεγίστους δὲ τοὺς μηροὺς ἔχει τὰ γαμψώνυχα τῶν ὀρνίθων, καὶ τὸ στῆθος ἰσχυρότερον τῶν ἄλλων.

AVes quoque partes quaſdam ſimiles habent iis, quas diximus, animantibus. Quippe caput, collum omnes, & dorſum, & eas, quæ terram ſpectant, quæque pectoris vicem gerunt. Potiſsimum autem omnium animalium bipedes ſunt, vt homo: quanquam retrorſum curuant crura quadrupedum modo, quo ſupra diximus. At manus, pedéſve anteriores habent nullos: ſed alas, peculiare ſibi præter cæteras animantes. Ad hæc femur ſimile coxæ, longum, ad medium vſque ſubeuntem atque affixum ventrem. Quod cùm auulſum eſt, coxam putes. At ipſa coxa, quæ inter hoc & tibiam eſt, alia quædam pars eſſe videatur. Vncungues aues & maximas habent coxas, & pectus aliis robuſtius.

C Æ S A R.

HOc genere auium ſummo intelligimus hic aliud Caput. Conuenire aues cum cæteris omnibus animalibus certis membris, prima parte docet: capite, collo, pectore. In ſecunda, partim cum homine quia bipedes, partim cum aliis, quia contrario flectunt modo. In tertia, cum neutris: quoniam neque manus habent, neque crura anteriora: ſed proprium ſibi membrum, alas. In quarta deſcribit non membrum peculiare, ſed membri modum. Femur nanque adeò longum habere, vt eius pars medium ſub ventrem tranſmiſſa ibi affigatur: pars extra ſit, atque cruri innitatur. Igitur cùm auellitur, ea pars ſuperior, quæ adhærebat, videatur fuiſſe femur: ea verò quæ extabat, & ſuberat, non femur, ſed aliud quid. In vltima parte aſſignat certo auium generi huius membri modum: itémque pectoris.

Cùm diceret, ὕπτια: debebat ſuo more ſubdere, πρανῆ verùm maluit, νῶτον.

Dixit: μάλιστα τῶν ζῴων. Immò verò μόνον τῶν ζῴων, non μάλιστα. Niſi obiicias dracones quoſpiam bipedes, eóſque ſinè âlis. Nam τὸ μάλιστα refertur ad animalia cætera: non autem ad ipſum auium genus ſummú: quaſi dicas: maxima pars, idq́; propter veſpertilionem, quæ ſit quadrupes.

Dixit, χεῖρας, οὐδὲ πόδας προσθίους. Vt per χεῖρας ab homine, per πόδας ab aliis diſtingueret. Omiſit ſcribere, quemadmodum eorum genera quædam ipſis pedibus in manuum vſum conuerſis cibum caperent.

Dixit, ἰσχίον ὅμοιον τῷ μηρῷ. At enimuerò ἀΐσχια dixit alibi animalia: atque horum potiſſimum aues. Theodorus autem *clunem* τὸ ἰσχίον, malè. Nam neque culum attingit, vt ſint quaſi culunes: & in auibus clunes vropygium eſſe docuimus ſimul, cum poſtremo ventre, quem *Croupion* vocant Galli. Neque μηρὸς femur eſt, ſed coxa. Femur enim ſumma coxæ pars eſt, qua fertur ac fert. Neque rectè dixit προσπεφυκέναι *perpetua cohæſione*. Nam perpetuum eſt continuum: at cohærens continuum non eſt. Quod ſi vult dicere, eam partem hærere ſinè interuallo: omnes ſanè partes quà hærent, hærent ſinè intermiſſione. Denique ea vox ſuperflua eſt. Omiſit etiam τὸ ὑπὸ· μέχρις ὑπὸ: vſque ſub medium ventrem: ſubdis enim: ſicuti nos poſûimus. Maior adhuc error reſtat. Nam quod Ariſtoteles dixit: τὸν δὲ μηρὸν μεταξὺ κνήμης ἕτερόν τι μέρος: ſubintelligit δοκεῖν εἶναι.

Theodo

Theodorus autem ſubintelligit, ἐστί. malè. Nam ſi non auellatur, coxa quæ apparet, coxa videtur eſſe. Cùm auulſum eſt: pars ſuperior videatur coxa, quæ latebat: prior igitur coxa non videatur. Non enim in ſuperiore loco eſt, qui coxæ debetur. Sic etiam diſputat Theophraſtus de bulbis ceparum, an radices ſint: propterea quòd fibræ, quæ ſubſunt radices eſſe negari nequeant.

Vncungues magnis coxis præditæ: ne intellige omnes dimenſiones. Nanque longicrures aues longiſsimas habent coxas: vncungues craſſiſſimas: ſunt enim inſtrumenta ad prædam cõparandã. Falco autẽ ſuffragine poſteriore adeò valet, vt anates eius vi ac robore ſolius ictas interficiat.

Erat mendum in codice turpiſſimum: κάμπτει εἰς τοὔμπροσθεν: ſcribe εἰς τοὔπισθεν.

XCIIII. ARISTOTELES.

Πολυώνυχοι δέ εἰσι πάντες οἱ ὄρνιθες· ἔτι δὲ πολυσχιδεῖς τρόπον τινὰ πάντες. τῶν μὲν γὰρ πλείστων διῄρηνται οἱ δάκτυλοι· τὰ δὲ πλωτὰ, στεγανόποδά ἐστι· διηρθρωμένους δ᾽ ἔχει καὶ χωριστοὺς δακτύλους.

Auium pedes multis vnguibus prediti ſunt: ſed & multifariam diſcreti quodammodo omnibus: plurimis nanque digiti diſsiti ſunt. Quæ autẽ natatu victũ quærunt, etſi eorum pedes ſunt planicie cõtinua, dearticulatos tamen, atque diſtinctos habent digitos.

CAESAR.

Auium quædam continuos pedes habent, vt anſer: quædam ſciſſos: verùm & hæ, & illæ digitos ab ſe inuicem diſtinctos: quanquã enim cohærent in anſere membranæ interuentu, tamen diſſiti ſunt. Iccircò poſt, πολυώνυχοι, addidit, πολυσχιδεῖς: quia poſſunt eſſe vngues multi in pede indiſcreto: ac propterea dixit omnibus eſſe digitos expreſſos, ſed quodammodo.

Struthio tamen ille magnus Africanus peculiari natura exemptus eſt ab hac hiſtoria. Biſulcum enim eſt.

Notabis differentias τῆς πολυσχιδίας. διῄρηται. διηρθρωμένως. χωριστούς.

Theodorus. *Copia vnguium auibus eſt*: etiam copia roſtri: quod tamen vnicum habent. Neque ortum, neque vſum vocis calluit. Coapia fuit, id eſt colligantia: icircò dicimus factam mihi copiam legendi: quia lectio mihi coaptatur: vnde & copula in canibus, & aliis.

Idem διηρθρωμένως, *perfectos*. Hoc noluit dicere Ariſtoteles. Perfectus eſt lapis: at non διήρθρωται. Sed articulos habere, quales digitorum naturæ debentur in aliis explicatorum.

Στεγανόποδα Plinius *planipedes* vocat. At enimuerò aues omnes, quibus vngues vnci non ſunt, planipedes exiſtunt. Earum pleræque nunquam in arbores aſcendunt, niſi metu accipitris. Talia ſunt alaudarum genera. Verùm nequaquam στεγανόποδες ſunt. στεγανὸν enim continuum ſignificat hîc, à pellibus militaribus, & tentoriis ſumptum: ſub quibus tecti hyemabant.

Πλωτὰ, *nantes*, Theodorus. Non expreſſit natandi naturam, ſed actum. At actus conuenit omnibus animalibus: ſciunt enim natare omnia præter hominem. Gallinas nos, & perdicem vnam Dalmaticam in aqua vidimus diu, neque ſubmerſas. Natrices ſunt, πλωτά.

XCV. ARISTOTELES.

Εἰσὶ δὲ, ὅσοι αὐτῶν μετεωρίζονται, πάντες τετραδάκτυλοι. τρεῖς μὲν γὰρ εἰς τὸ ἔμπροσθεν, ἕνα δὲ εἰς τὸ ὄπισθεν χείλωνοι οἱ πλεῖστοι ἀντὶ πτέρνης. ὀλίγοι δέ τινες, δύο μὲν ἔμπροσθεν, δύο δὲ ὄπισθεν, οἷον ἡ καλουμένη ἴυγξ. αὕτη δ᾽ ἐστὶ μικρὰ μὲν μείζων σπίζης· τὸ δὲ εἶδος ποικίλον. ἴδια δ᾽ ἔχει τά τε περὶ τοὺς δακτύλους, καὶ τὴν γλῶτταν, ὁμοίως τοῖς ὄφεσιν. ἔχει γὰρ ἐπὶ μῆκος ἔκτασιν, καὶ ἐπὶ τέτταρας δακτύλους, καὶ πάλιν συστέλλεται εἰς ἑαυτήν. ἔτι δὲ περιστρέφει τὸν τράχηλον εἰς τοὔπισω, τοῦ λοιποῦ σώματος ἠρεμοῦντος, καθάπερ οἱ ὄφεις. ὄνυχας δ᾽ ἔχει μεγάλους μὲν, ὁμοίους μέντοι πεφυκότας τοῖς τῶν κολοιῶν. τῇ δὲ φωνῇ τρίζει.

Quæ volatu ſublimes feruntur, omnibus quaterni digiti. Tres in anteriore parte, vnus ponè pro calcaneo plurimis. Paucæ binos ante, totidem poſt habent. Qualis ea, quàm Iyngem vocant: paulò maior quàm fringuilla eſt, vario colore: peculiari digitorum natura: tam lingua, quàm ſerpentum modo ad trientis porrectam longitudinem arbitratu ſuo intrò contrahit. Præterea cætero corpore immobili collum circumagit in tergum quemadmodum & angues. Magni ei vngues, & quales monedulis: vox ſtridula.

γον, pro, τ' ὀσφρίσεως: inſtrumentum pro ſenſu. rectiùs ſubdit, τῆς ἀκοῆς, & aufert μυκτῆρας auibus. Mihi videtur roſtrum veriſſimus naſus. Nares verò etiam extantibus folliculis, quales noſtræ.

Intelliges ab auium genere ſegregâſſe hic veſpertilionem. Ille enim dentes habet.

XCVII. ARISTOTELES.

Ὀφθαλμοὺς δὲ πάντες, καθάπερ καὶ τἆλλα ζῷα, δύο, ἄνευ βλεφαρίδων. μύουσι δ' οἱ βαρεῖς τῷ κάτω βλεφάρῳ· σκαρδαμύττουσι δὲ ἐκ τοῦ κανθοῦ δέρματι ἐπιόντι πάντες· οἱ δὲ γλαυκώδεις τῶν ὀρνίθων, καὶ τῷ ἄνω βλεφάρῳ. τὸ δ' αὐτὸ τοῦτο ποιοῦσι καὶ τὰ φολιδωτά, οἷον αἱ σαῦραι, καὶ τἆλλα τὰ ὁμοιότροπα γένη τῶν ζῴων. μύουσι γὰρ τῇ κάτω βλεφαρίδι πάντες. οὐ μέντοι σκαρδαμύττουσί γε πάντες, ὥσπερ οἱ ὄρνιθες.

Oculos ſimiliter, atque aliæ animantes, duos ſine palpebris. Conniuent inferiore gena grauiores. Nictant ab angulo obeunte membrana omnes. Noctuinum genus etiam ſuperiore. Id quod lacerti quoque faciunt, aliaque eiuſmodi ſpecies ſqualenti contecta cute. Conniuent enim inferiore omnes: non omnes tamen eo, quo diximus, nictans modo.

CAESAR.

OMISSA lingua oculos recenſet. Numerum ponit. Partes declarat. Palpebras, genas, membranam. Genarum officium ad conniuendum. Contrario modo atque homo, qui ſuperiore, atque etiam vtraque aliquando. Contrarius igitur modus is: diuerſus autem ille de membrana ab angulo. Commune agnoſcit genæ illius vſum etiam cum iis, quæ ſcabra teguntur cute. Hac ergo parte ſimiles: illa diſsimiles, quia non ſimiliter nictant. Dixit autem non omnes: quia difficile eſt dicere: nullum. Non enim omnia nobis explorata ſunt. Excipe ex omnibus chamæleontem: qui neque μύει, neque σκαρδαμύττει.

Falſum eſt: carere eas palpebris. Nam tametſi pilos non habent: at minutiſsimam plumam habent. Id quod vel ipſis in Gallinis vulgò videre licet. Luculentæ verò ſunt in generibus alaudarum.

Falſum & illud: nictare omnes. Non enim Pſittacus. Quod autem ait: conniuere inferiore grauiores: ne propterea auferas ab aliis. Idem enim in multis obſeruauimus.

Abutitur quoque vocibus. Nam cum βλεφαρίδας neget: haud multò poſt ait. μύουσι τῇ κάτω βλεφαρίδι: pro βλεφάρῳ.

Duo verba agnoſcit. μύειν καὶ σκαρδαμύττειν. Atque illud commune facit: hoc membranæ peculiare arbitratu ſuo. Nam hominis quoque eſt, τὸ σκαρδαμύττειν. Vt apud Plutarchum ἐν τοῖς Ἑλληνικοῖς. Sic nos aſtrinximus noſtrum, *nictare*, iiſdem legibus. Nam Plautus in hominis gena agnoſcit, in *Aſinaria.* Et habemus Plinium audaciæ noſtræ autorem.

Idem τοὺς βαρεῖς, *Grauiores* interpretatur: quem nos quoque ſequuti ſumus. Non quò pondus indicaremus. Nam perpuſillæ quædam auiculæ vix à terra attolluntur: quales minores ſcolopaces. Contra maximę altiſsimè volant: vt aquila: ſed vt volatus habitum deſignemus. Alibi aliàs, *Humiles*, diximus nos ex Virgilio: — *Humilis volat æquora iuxta.*

Dixit: μύουσι πάντες: οὐ σκαρδαμύττουσι δὲ πάντες ὥσπερ οἱ ὄρνιθες: meliùs dixiſſet: ὥσπερ ἔνιοι οἱ ὄρνιθες. Non enim omnes aues membranam illam habent: non enim pſittacus. Theodorus omiſit: οὐ πάντες: magno errore: non enim omnes lacertacei membranam habent: & quidam habent.

Animaduerte accuratiùs quod verbum eſt in codice Græco γλαυκώδεις. Plinius aliter agnouit. *Columba*, inquit, *& ſimilia.* Hoc verbo: *& ſimilia*: vocis illius caudam expreſsit: τὸ εἶδος. Idem, quod Ariſtotelis ait: πάντες μύουσι τῇ κάτω: ille vni attribuit crocodilo: minus rectè.

Nota minùs commodum contextum orationis: οἱ δὲ γλαυκώδεις τῶν ὀρνίθων, καὶ τῷ ἄνω βλεφάρῳ· τὸ δ' αὐτὸ τοῦτο ποιοῦσι καὶ τὰ φολιδωτά. οἷον αἱ σαῦραι, καὶ τὰ ἄλλα τὰ ὁμοιότροπα γένη τῶν ζῴων. μύουσι γὰρ τῇ κάτω βλεφαρίδι πάντες. Cùm dixit: καὶ τῷ ἄνω βλεφάρῳ, & infert, τὸ αὐτὸ: nónne putes referri ad illud: καὶ τῷ ἄνω.

Nictationis neceſsitatem ad oculorum teneritudinem retulit Plinius: conniuendi autem ad pauorem: ſuperiorem cauſſam accepit à Philoſopho ex quarto de *Partibus.*

XCVIII. ARISTOTELES.

Ἔτι δ' οὔτε φολίδας οὔτε τρίχας ἔχουσιν, ἀλλὰ πτερά. τὰ δὲ πτερὰ ἔχει καὶ καυλὸν ἅπαντα.

Præterea neque ſcabram cutem, neque pilos habent, ſed pennas. Pennæ autem omnes etiam caulem habent.

CAESAR.

PARTES peculiares ad tegendum, quæ aliis reſpondeant, aſſignat: pennas pro pilo: & ſcabricie. Pennarum item partem vnam tantum, quam καυλὸν vocat, Plinius *Caulem*. Eius partes duæ: altera teres inanis, medulla arida intus, inæquali, trāſlucida, ab imo ad ſummum porrecta, cuneatim compacta: altera quadrilatera, ſolida, parte introſpectante canaliculata, extra dorſo læui, ſubtereti. Vtrinque pluma eſt. Inferior ordo breuior, ſuperior prolixior. Plumarum partes diſcretæ ita ſunt, vt nihilo ſecius minutiſſimo pilo inter ſe cohæreant.

XCIX. ARISTOTELES.

Καὶ οὐρὰν μὲν οὐκ ἔχουσιν, ὀῤῥοπύγιον δέ· αἱ μὲν μακροσκελεῖς καὶ στεγανόποδες, βραχύ· αἱ δ' ἐναντίαι, μέγα.

Pro cauda Clunem habent: ac breuem quidem ea, quibus aut crura longa, aut pedes continuata planicie dati ſunt. At quibus contrario modo ex ſeſe habent partes, longum.

CAESAR.

VICARIAS ſupra poſuit partes: nunc vnam reliquam. Tria enim animaduertimus: κέρκον, οὐραῖον, ὀῤῥοπύγιον. κέρκος, cauda eſt vera, quæ extra reliquum corpus exit, vt equo, & aliis: οὐραῖον, eſt cauda corpori continuata, qualis piſcibus: ὀῤῥοπύγιον, eſt caudilla. Cuiuſmodi in auibus videtur poſtrema corporis parte, venabuli figura. Plinius neque vropygij, neque clunium fecit mentionem. Nos vtrunque idem eſſe in auibus contendimus. Sunt enim quemadmodum alibi diximus, *Clunes*. Theodorus hic texit nomen Latina circuitione. *Cauda*, inquit, *tali carent, qualis data eſt quadrupedibus: ſed pennis conditam gerunt*. Nemo dubitat, ὀῤῥοπύγιον, vocem compoſitam eſſe, ex cauda, & natibus. Quare clunes partes culum circunſtantes ſunto: clunem autem in ſingulari eam intelligo: eſt etiam ὀρροπύγιον ſcriptum. Quoniam ὄῤῥος ſedis pars, vt alibi dictum eſt. In lib. περὶ πορείας, appellat Locuſtæ marinæ caudam ὀῤῥοπύγιον.

Theodorus male μακροσκελεῖς *longipedes*. Nam etiam Alaudæ longipedes ſunt: quæ tamen βραχυσκελεῖς. De crure loquitur, non de pedibus.

C. ARISTOTELES.

Καὶ ἔτοι μὲν πρὸς τῇ γαστρὶ τοὺς πόδας ἔχουσιν ὅταν πέτωνται αἱ δὲ μικροῤῥοπύγιοι, ἐκτεταμένους.

Atque hæ ad ventrem contractos in volatu pedes habent: paruiclunes, porrectos.

CAESAR.

AFFECTIONEM in volando per clunis indicia, & officium. Neque caret ratione. Eſt enim caudilla eiuſmodi pro gubernaculo ad volandum, ſicuti ſcriptum eſt in libro περὶ πορείας, τὸ δ' ὀῤῥοπύγιον τοῖς πτηνοῖς πρὸς τὸ κατευθύνειν τὴν πτῆσιν, ὥσπερ τὰ πηδάλια. Icirco quæ aues breue illud habent, minus directo feruntur curſu: niſi aliunde ſubue-

niatur à natura. Id quod fit opera longiorum crurum: quibus ſub caudam porrectis ſuppleant quod deeſt in vropygio.

Vſus eſt vaſto vocabulo, μικρουροπύγια. Concinnius noſtrum: *paruiclunes*. Intellige verò τοὺς πόδας, etiam crura contrahi.

CI. ARISTOTELES.

Καὶ γὰρ γλῶτταν ἅπαντες, ταύτην δ' ἀνομοίαν. αἱ μὲν γὰρ μακράν, αἱ δὲ πλατεῖαν· μάλιστα δὲ τῶν ζώων μετὰ τὸν ἄνθρωπον, γράμματα φθέγγεται ἔνια τῶν ὀρνίθων γένη. τοιαῦτα δ' ἐστὶ τὰ πλατύγλωσσα αὐτῶν μάλιστα.

Linguam item omnes, ſed diuerſam: aliæ longam, aliæ latam. Auium quædam præter cætera animalia, homine excepto, literas ſono exprimant: quales potiſſimum eæ ſunt, quæ latam linguam habent.

CÆSAR.

SVPRA hoc tractandum fuit: vbi de aliis ſenſuum inſtrumentis ſcriberet. μάλιστα τῶν ζώων, & μάλιστα τὰ πλατύγλωσσα: ſcilicet τῶν μὴ πλατυγλώσσων. Sturnus ſanè longam habet: & pica, & coruus: qui mirificè exprimunt voces literatas: dixit autem μάλιστα: quia natura prima, & ſimplici, etiam in quadrupedibus idem inuenias. In oue, B. in boue, M. in cane, R. verùm ea nequeant induci ad alios ſonos: quemadmodum pſittacus. Leucocrocutam Indiæ beſtiam aiunt humanas voces imitari.

CII. ARISTOTELES.

Τὴν δ' ἐπιγλωττίδα ἐπὶ τῆς ἀρτηρίας, οὐθὲν τῶν ᾠοτοκούντων ἔχει, ἀλλὰ συνάγει καὶ διοίγει τὸν πόρον, ὥστε μηθὲν κατιέναι τῶν ἐχόντων βάρος ἐπὶ τὸν πνεύμονα.

Ligulam, quæ gurgulioni impoſita ſit, nulla habet ouiparorum. Sed apertione, atque contractione ita meatum temperant, vt prohibeant, nequid grauioris in pulmonem demittatur.

CÆSAR.

PARS eſt vna, ex iis, quæ propoſitæ ſunt in tractanda hac hiſtoria: τὸ μὴ ἔχειν. Carent igitur epiglottide. An verò aliquid ibi analogum ſit? ſanè eſt. Quippe villoſum ſiue fibroſum quiddam, quod adducitur ad conſtringendum.

Dixit: nequid τῶν ἐχόντων βάρος: voluit intelligere, ſolidiora. Nam alibi oſtendimus liquida demitti: patet verò in phthiſicis: in quibus multa deſcendit pituita.

Theodorus addidit: *operiendi miniſtram*. Item, *pro ſui commodi deſiderio*: pueriles cincinni.

CIII. ARISTOTELES.

Γένη δ' ἔνια τῶν ὀρνίθων ἔχει καὶ πλῆκτρον. γαμψώνυχον δ' ἅμα καὶ πλῆκτρον ἔχον, οὐθέν. ἔστι δὲ τὰ μὲν γαμψώνυχα, τῶν πτητικῶν· τὰ δὲ πληκτροφόρα, τῶν βαρέων.

Quibuſdam etiam calcaria ſunt. Vncungues verò ſimul & calcarigera, nulla. Sunt autem vncungues volucres: calcarigera, humiles.

CÆSAR.

PARTEM hanc peculiarem: quæ ad pugnam data eſt. Inſiliunt enim Galli in dorſum hoſtis: atque tundunt calcaribus: propterea ſatis habeant telorum: neque egeant vnguium vncorum apparatu. Simile eſt, atque illud, quod dicebatur, de cornibus, de dentibus exertis, & ſerratis. Non enim ſimul inueniri.

Πτηνά, *Volucres* vertimus: aliàs etiam alites. Nam tametſi volucres vulgò dicuntur, & alites: minùs tamen exquiſitè. Quippe in augurum diſciplinis, quæ in volatu haberent obſeruationem, alites dictæ ſunt. Icircò à pullis tripudium tantùm expectabant: cantum ab oſcinibus: volatum ab alitibus. Sic augurium à garritu: γῆρυς. Auſpicium ab inſpectione. Quædam tamen & graues ſunt, & alites: vt in genere anſerum.

Plinius πλῆκτρον, *radium*. Idem eſt calcar.

CLV. ARISTOTELES.

Ἔτι δ᾽ ἔνια τῶν ὀρνέων λόφον ἔχουσι, τὰ μὲν αὐτῶν τῶν πτερῶν ἐπανεστηκότα· ὁ δ᾽ ἀλεκτρυὼν μόνος ἴδιον, ὃ οὔτε σάρξ ἐστιν, οὔτε πόρρω σαρκὸς τὴν φύσιν.

Præterea quædam criſtam habent ſurrectis conſtantem pennis. Solus Gallus peculiarem ſibi: quæ neque caro ſit, neque à natura carnis aliena.

CÆSAR.

Aliam etiam partem huic generi ſummo propriam, ſed non toti: ad hæc eius differentias in ſpeciebus. Indicauit tamen potius, quàm enumerauit. Nam alaudis ſua eſt: ſua ardeolis. Alia pauonibus: omnes ex plumeæ. Gallo & pauoni Indico carniformis: neque caro, neque non caro. Sicut & pulmo, & iecur, & alia, quæ Eraſiſtratus παρεγχύματα. Omiſit autem Galli barbulas pendentes. Notabis quarundam gallinarum criſtas in ſemipilei formam auerſas: etiam in vpupa inuenies differentiam.

CAPVT DECIMVM-SEXTVM,

De piſcium partibus.

CV. ARISTOTELES.

Τῶν δ᾽ ἐνύδρων ζώων τὸ τῶν ἰχθύων γένος, ἓν ἀπὸ τῶν ἄλλων ἀφωρισμένον, πολλὰς περιέχον ἰδέας. κεφαλὴν μὲν γὰρ ἔχει, καὶ τὰ πρανῆ, καὶ τὰ ὕπτια, ἐν ᾧ τόπῳ ἡ γαστὴρ καὶ τὰ σπλάγχνα· καὶ ὀπισθεν οὐραῖον συνεχὲς ἔχει, καὶ ἄσχιστον. τοῦτο δ᾽ οὐ πᾶσιν ὅμοιον. αὐχένα δὲ οὐδεὶς ἔχει ἰχθύς, οὐδὲ κῶλον οὐθέν, οὐδ᾽ ὄρχεις ὅλως, οὔτ᾽ ἐντός, οὔτ᾽ ἐκτός· οὐδὲ μαστούς.

Inter eas, quæ aquas incolunt, animantes, piſcium genus ſolum ab aliis multarum ambitu formarum diſtinctum eſt. Habet enim caput, & eas partes, quæ cælum ſpectant: tum eas, quæ deorſum vergunt: vbi venter, atque inteſtina exiſtunt: poſtremóque corpori caudam continuatam, atque indiuiſam, alij aliam. Collo carent omnes, & brachiis, & cruribus. Teſtes quoque vel extantes, vel reconditos habent nullos. Ac ne mammas quidem.

CAESAR.

Alivd nunc ſummum tractat genus, ἰχθύος nomine. Quo tamen abutitur: infra enim diſtinguit tanquam ſpeciem ἰχθύων, à cetaceis, mollucis, & aliis. Hoc genus igitur ait variis formis præter cætera aquatilia diſtingui. verbi gratia, corio, ſquamma, ſpina, cartilagine, branchiis, pinnis, cauda, dentibus, quemadmodum poſteà diſſeremus.

Nunc

Nunc ſummi generis differentias notat, quibus diſtinguantur à cæteris, non ſolùm aquatilibus, ſed etiam terreſtribus. Differentiæ hæ ſunt. Collo carere, brachiis, cruribus, teſtibus, mammis. Conueniunt autem: quia caput habent, & πρανῆ, & ὕπτια, & ventrem, & inteſtina, & caudam.

Ἰδέας, *formas*, id eſt figuras: quæ tamen reſpondent τῷ εἴδει ſuo cuiuſque: & τῇ ἰδέᾳ ſpeciem, ſpeciéique partes conſtituenti.

Περιέχον, per, *ambitum*, interpretati ſumus. Generis enim ambitu ſpecies continentur. Theodorus tanquam aliud agens, neglexit: maluítque dicere; *euariet*, & addidit: *iure diſtingui*: neque diſtingui ſimpliciter: ſed diſtingui poſſe. Quaſi verò noſtra opera diſtinguantur: non autem ſua ipſæ natura diſtinctæ ſint.

Dixit: ἔχει μὲν γὰρ: non rectè, γάρ. Nulla enim ratio hîc reddenda eſt, quare caput habeant. Neque enim eo differunt, quòd caput habent: ſed conueniunt. Hîc autem de differentia loquitur, non de conuenientia.

Quoniam partes, quæ caudæ ſunt, in iis, quæ pedibus carent, ſupra appellauit inferiores Philoſophus: ſicut & mox de delphino: ἄνω, dixit: ſcilicet ad pectus: cùm tamen de parte, quæ infra eſt, ac terram ſpectat, loqueretur: iccircò τὰ πρανῆ, & τὰ ὕπτια, non potuimus interpretari: ſuperas, & inferas: ſed per cæli ſitum, ac terræ, deſcripſimus. τὰ ὕπτια, tamen *deuexas*, optimè diceres. τὰ πρανῆ, nondum in mentem venit.

Οὐραῖον, dixit: non, οὐράν. Quaſi vera cauda non ſit: caudalem partem quaſi dicas. συνεχές, corpori continuam: id eſt, vno tractu protentam, non appenſam, quemadmodum cæteris animalibus: omnibus enim pendet, etiam lacertis, ſi à terra tollantur. Quare igitur addidit, ἄχιστον? quia ſanè omnibus eſt continua: ſed cæteris animantibus quaſi abſciſſa à corpore. Nam corpus cæterum corpulentius: cauda quaſi aliud quiddam, illicò deficitur ab ea craſsitudine. vox tamen haud ita blanditur auribus delicatioribus. χιστὸν enim eſt *fiſſile*: quid autem fiſsile ſit, in quarto *Meteororum* declarauimus. Fiſsile eſt, quod cæptum findi plus finditur: at piſcium caudæ penè omnium pinnulis quibuſdam poſtrema in parte fiſſæ ſunt. Aſtacorum verò etiam crenulis diuiſæ. Sed voluit intelligere, expreſſam, & διηρθρωμένην non eſſe.

Οὐχ' ὅμοιον. ſanè diuerſa & figura eſt, & magnitudo, & ſitus. Lunata, quadrangula, pectinata, crenata, mucronatior, ſequens corporis planitiem ita, vt qua parte latior piſcis ſit, eius item latitudo repræſentetur. Aliis è contrariis lateribus. Prior modus eſt in plurimis: veluti in ſoleis, & mugilum generibus, atque eiuſmodi. Alter in delphino: non enim ſecat mare eius cauda ſicut venter: ſed æmulatur æquor ipſum linea, quam appellant Mathematici *parallelam*. Id ita à natura inſtitutum eſt, vt ei aſſultus facilior ſit: talis etiam in iis eſt, qui cauda natant, ſicut locuſtis: ſquillæ alio habent modo.

Κῶλον. Vbique ſic appellat brachia, & pedes Ariſtoteles. Theodorus maluit, *manus*, & *pedes*. At dicet Ariſtoteles bouem κῶλα habere, manus tamen non.

Theodorus omiſit: οὔτ' ἐκτὸς, οὔτ' ἐντός: minus rectè: ſunt enim teſtium differentiæ.

CVI. ARISTOTELES.

Τοῦτο μὲν οὖν ὅλως, οὐδ' ἄλλο οὐθὲν τῶν μὴ ζωοτοκούντων, οὐδὲ τὰ ζωοτοκοῦντα πάντα, ἀλλ' ὅσα εὐθὺς ἐν αὑτοῖς ζωοτοκεῖ, καὶ μὴ ᾠοτοκεῖ πρῶτον. καὶ γὰρ ὁ δελφὶς ζωοτοκεῖ· διὸ ἔχει μαστοὺς δύο, οὐκ ἄνω δέ, ἀλλὰ πλησίον τῶν ἄρθρων. ἔχει δ' οὐχ ὥσπερ τὰ τετράποδα, ἐπιφανεῖς θηλάς, ἀλλ' οἷον ῥύακας δύο ἑκατέρωθεν ἐκ τῶν πλαγίων ἕνα, ἐξ ὧν τὸ γάλα ῥεῖ· καὶ θηλάζεται ὑπὸ τῶν τέκνων παρακολουθούντων· καὶ τοῦτο ὦπται ἤδη ὑπό τινων φανερῶς.

Ac mammas quidem neque aliud eorum vllum, quæ animal non pariunt, neque animal parientia omnia: ſed ea tantùm, quæ intra ſe, non ex ouo prius genito, verùm animal concipiunt ſtatim. Nam quòd delphinus animal concipit, iccircò mammas habet duas non in parte ſuperiore, ſed prope genitale: quanquam non extant papillæ: quemadmodum quadrupedibus: ſed quaſi tubulos habet duos, vtrinque ſingulos ab latere, quà lac effluat: quod ſugitur ab aſſequentibus catulis. Id quod à nonnullis palàm ſpectatum eſt.

CAESAR

CAESAR.

QVONIAM mammarum meminerat in piſcium genere: icciircò, alieno licèt loco, de earum ambitu diſſerit. Carere quæ animal non pariunt, omnia. Quæ animal pariunt, habere non omnia: ſed quæ intra ſe concipiunt.

Dicit & hîc, & alibi: ἐν αὑτοῖς ζῳοτοκεῖ. vbi, τίκτειν, pro *concipere*, præter vſum. Neque enim ita loqui licebit: ἔτεκεν, id eſt *peperit*. Nam antequam pariat, etiam ἔτεκεν. Sed ζῳοκύει dictum oportuit. Quippe vipera, & cartilaginea ᾠοκύει primùm, deinde ζῳοκύει, poſtremò ζῳοτοκεῖ.

Monuimus, ἄνω, in Delphino non dorſum, ſed pectoris partes deſignare, quanquam imas. Id quod fuſiùs ſuo loco declaratum eſt.

Ponit mammarum differentiam in Delphino, & quadrupedibus. Igitur mammarum aliæ papillas habent, aliæ non habent.

Πλησίον τῶν ἄρθρων. id eſt αἰδοίων. Nouè ſanè. Plinius nullo nos adiuuit indicio. Nam de eorum mammis nuſquam.

Theodorus omiſit mammarum numerum. Et ῥύακας *Alueolos* interpretatur. At alueus non eſt vndique tectus. *Tubulos* maluimus, vt alibi, πόρους. Tamen ῥύακας non aliter, quàm *riuulos*, aut riuulorum alueos interpretêre.

CVII. ARISTOTELES.

Οἱ δ' ἰχθύες, ὥσπερ εἴρηται, οὔτε μασοὺς ἔχουσιν, οὔτε αἰδοίου πόρον ἐκτὸς οὐθένα φανερόν.

AT piſces, vt dictum eſt, neque mammas habent neque extantis genitalis meatum vllum manifeſtum.

CÆSAR.

SEMPER fere coniungit mammarum, genitaliúmque hiſtoriam Philoſophus, cognata enim ſunt ad eundem finem.

Theodorus legit ἐντὸς φανερὸν, non autem ἐκτός. Mihi tamen videtur noſtra lectio aptior. Nam hæc eſt differentia aliorum piſcium, & Delphinorum. Delphini mammas habent papillas extantes non habent, ſed meatus: piſces neque mammas neque meatus, foris ſcilicet. Nam Delphinis meatus apparent. Piſces autem intus habere meatus genitales, & neceſſe eſt, & nemo eſt qui neget. Et Philoſophus in quarto de *Partibus*, in piſcibus teſtes non agnoſcit, neque intus, neque foris: at meatum intus ait tum ad alia excrementa, tum ad ſemen exigendum. Quas in XI. Plinius *venas* appellat, atque à renibus deducit. Quaſi in piſcibus renes ſint.

CVIII. ARISTOTELES.

Ἴδιον δ' ἔχουσι τό τε τῶν βραγχίων, ᾗ τὸ ὕδωρ ἀφιᾶσι, δεξάμενοι κατὰ τὸ στόμα· καὶ τὰ πτερύγια, οἱ μὲν πλεῖστοι, τέτταρα· οἱ δὲ προμήκεις, οἷον ἔγχελυς, δύο, ὄντα πρὸς τὰ βράγχια. ὁμοίως δὲ καὶ κεστρεῖς, οἷον ἐν Σιφαις οἱ ἐν τῇ λίμνῃ, δύο· καὶ ἡ καλουμένη ταινία ὡσαύτως. ἔνια δὲ τῶν προμηκῶν, οὐδὲ πτερύγια ἔχει, οἷον σμύραινα· οὐδὲ τὰ βράγχια διηρθρωμένα ὁμοίως τοῖς ἄλλοις ἰχθύσιν.

BRanchiarum quoque natura peculiaris eſt eis. Ore enim exceptam aquam reddũt illis. Pinnæ plurimis quaternæ longis, quales Anguillæ ſunt: binæ prope branchias. Totidem & Mugilum generi, quod in Sipharum ſtagno eſt. Item ei, quæ Vitta appellatur. Quidam longorum nullas: vt Muræna: quæ branchias ipſas quoque minus habet explicatas.

CAESAR

CÆSAR.

MEMBRA duo aſſignat piſcibus peculiaria, branchias, & pinnas. Branchiæ ſunt alæ quaſi quædam ponè maxillas, rubræ, ſemicirculares, intus in conuexo læues, extima ora ſerratæ: quarum motu aquam in aqua, in aëre aërem reddunt. Latini Græca voce tanquam ſua vſi ſunt. Italum vulgus *Guanze*, corrupta voce, origine non inciuili. *Aquari* eſt aquam haurire. Dixerunt igitur quaſi *Aquantias*. Pinna autem eſt τὸ πτερύγιον. quaſi ala, aut remi quædam palmula, qua aquam impellunt ad promouendum. Iccircò breuioribus piſcibus, quaternæ: longis binæ tantùm fuêre ſatis. Quibuſdam etiam nullæ, quoniam corporis flexu prolaberentur. Neque enim pinnæ vlli vſui fuiſſent. Cùm eſſem in naui, neque ventus flaret: *Calmum* vocant Hiſtri: gubernatorem animaduerti ſæpe clauum dextrorſum ſiniſtrorſum alterno nixu impellere. Roganti mihi an tentaret vento puppim obuertere, quaſi captans: negauit. Sed ea alternatione nonnihil proficere ad curſum. Hoc tunc miles rudis ridere: nunc admirari, atque agnoſcere cauſſam in hac natura flexu natantium piſcium. Rationem horum motuum, atque præſcriptionem ſtatuit in libro de *Motu Animalium* Philoſophus. In quarto autem de *Partibus* tractat pinnarum & vſum & cauſſas. Qui piſces quaternas habent, iis ſingulæ vtrinque ſecundùm branchias ſunt: totidem ad ventrem imum, ad quadrupedum analogiam. Vnam in medio ventre, alteram ad finem dorſi. Extremum caudæ totum pinnarum natura conſtat.

Ἔγχελυν, *Anguillam* nos ab Anguis ſimilitudine. Spinam in medio excurrentem ad caudam vſque habet. Quare Archeſtratus apud Athenæum in octauo, quare dixerit ἀπύρηνος, neſcio. ἔγχελυς, ἣ φύσει ἐστὶν ἀπύρηνος μόνος ἰχθῦς. Quòd ſi reſpexit ad minutiores ſpinulas, quibus caret, ſanè non erit ſolus, vt ille ait, piſcis iis carens incommodis. Anguillarum genera ſumma duo, marinum, & fluuiale. Marino ſapor deterior, caro fluidior, laxior, minus candida. Branchiæ maiores. Roſtrum pandum magis, magíſque latum. Caput denique craſſius: multo etiamnum quà cætero corpori committitur. *Marganium* Vaſcones vocant. Fluuiales roſtro acuto, capite ſtricto; longè maximè marinis anteferendæ. Adriatici ad Cymacli ſtagna tribus appellationibus tres oſtendunt magnitudines. Minimas *Buratellos* nominant. Franci *Pimperneaus*. Maximas *Meliorامenta*. Copaidas à Bœotia commendatas vides apud Ariſtophanem tot locis, adeo vt quibuſdam libris interpretes ita ſcripſerint. κωπαΐς, id eſt *Anguilla*. Ego puto è lacu noſtro Benaco non inferiores, ac fortaſſe præſtantiores.

Longorum piſcium genus ſummum non paucas continet ſpecies. Primum ſtatues ſerpentum naturam: quam multiformem ait Philoſophus: tametſi in nono vnam tantùm deſcribit faciem. Alteram Anguillis. In tertia Congrum. In quarta Murænam. Poſtremam Lampetram.

Eſt igitur Conger vnius modi, longus piſcis, carne candida: frequens in cibis Aremoricis nomine non mutato. Ebuſi *Bertramam* tamen vocant. Miræ eſt in Oceano magnitudinis. Vidimus, quem vtraque manu nequiiſſes amplecti: binis nant pinnis. De eo, Athenæus in octauo. γρύλλος ὅμοιος ἐγχέλυι, ἄσωμος δέ. Sic enim appellatum ait in ſeptimo. Et declarat vocem, ἄσωμος, inuſitato ſignificatu. Quoniam minus eſſet ἔγχυλος. Maſſilienſes *Phialaſſum* vocant.

Murænæ facies eadem. Verùm branchias haud ita expreſſas gerit. Pinnas verò nullas. Præter ſpinam principalem, ad latera multas habet ariſtas: quæ ſi corium inuerſum detrahatur, cum eo ſimul omnes educuntur.

Lampetra igitur neque ſerpentum in numero erit. Caput enim illis in roſtrum anguſtum exit: ipſa autem oris rictum habet rotundum. Neque Muræna, vt ſunt arbitrati. Habet enim Muræna dentes ſerratos. Lampetra ad nullum penè vſum puſillos, & tanquam vnguiculos, toto ore diſperſos. Muræna branchias habet quatuor: Lampetra nullam: ſed foramina ſeptena vtrinque. Muræna ſpinam habet, & ſpinulas: Lampetra neutrum, ſed cartilaginem chordæ ſpecie vnam tantum: quæ Aprili menſe dureſcit. Iccircò Aquitani tunc *Chordatas* nominant. Quidam olim *Tineam* mihi nominârunt. Verùm Plinio vox in mari nulla eiuſmodi: neque Ariſtoteli, neque Oppiano, neque Aeliano, neque alij, quod ſciam. Recentiorum aliqui arbitrati ſunt eſſe *Muſtelam*, quam deſcribit Auſonius in *Moſella*. Quam ſententiam vt refellamus, verba ipſius Poëtæ ſatis monent nos. Primùm ait:

Quæque per Illyricum, per ſtagna binominis Iſtri
Spumarum indicio caperis Muſtella natantûm.

Nulla ſanè in Illyrio: ac ne in Adriatico quidem vſquam. Neque ſpuma natans indicat Lampetram ſubeſſe. Deinde ait

——— *atra supernè*

Puncta notant tergum, qua lutea circuit Iris.

In Lampetra non potius puncta, quàm maculæ procurrentes, eæque confuſæ inter ſe. Lutea verò Iris nuſquam. Neque ea, quam præterea addit, cærulea viriditas vſquam eſt.

Lubrica caruleus perducit tergora fucus.

Neque ventrioſa eſt. Non ipſa fœmina inquam. Non cùm prægnans eſt. Cùm alioqui matrix maxima ſit, contineátque ouorum innumerabilem multitudinem. Quid quod lubricitas, quæ ab illo tergori aſcribitur, totum corpus ad caudam vſque pertinet? tantùm abeſt, vt conueniat cum eo, quod de ſua muſtela narrat.

at illinc

Vſque ſub extremam ſquallet cutis arida caudam.

Videamus nunc duo. Primùm quid ſit Muſtela antiquis: deinde an nobis vllus piſcis eiuſmodi facie ſit. Aelianus Muſtelam breuem ait piſcem hepati piſcis ſimilem. Saxatilem eſſe, & algis veſci. pupillis eſſe cæruleis. Plinius inter marinos cùm numerauit tanquam lautiſſimum, ait, *in Rhatico lacu Brigantino amulas marinis naſci.* Quo ſanè in lacu nullam nos Lampetram vidimus. Sed tum alios piſces, tum genus quoddam non abſimile Truttis, pictum, ventre pingui. Cui non eſt diſſimilis marina Muſtela, ſic enim etiamnunc vocant Prouinciales. Pinnas è cute potius quàm è ſpinis contextas diceres: vnam à dorſo ad caudam perpetuam: ſingulas vtrinque ſecundùm branchias. Is piſcis quem Lugduni eſitauimus, *Lotam* vocant, hanc eandem ſpeciem repræſentat. Cæterùm pinnam habet inter caput & ventrem. Quid igitur erit Lampetra? Ac res quidem non narrata Priſcis: vetus tamen eſt: nec nomen habet proprium ſed commune. Nondum enim venerat ad menſas. Didicimus autem ex XVII Strabonis libro, in Mauruſiis genitas olim βδέλλας, id eſt Hirudines ἑπταπήχεις τετρημένα ἐχούσας τὰ βράγχια πρὸς τὸ πνεῖν. Mutila quidem narratio, ſed tamen quæ rem explicet ex ore hominis rem ipſam ignorante. Quid enim ſimilius hirudini Lampetra? ita hæret, ita ſuctu viuit. Iam foramina deſignat: iam loca foraminum πρὸς τὸ πνεῖν. Neque verò branchias perforatas eſſe neceſſe eſt. Hoc enim ille mutilè, vti dicebamus: ſed loco branchiarum foramina: aut locum branchiarum pertuſum. Magnitudo verò ne obſtrepat. Nam bicubitales vidimus nos, & Scombri Iſtrici palmum rarum excedunt: in Oceano Britannico duplum. Vuæ quoque noſtræ puſillæ: apud eundem autorem eodem in libro cubitales. Hoc igitur lampetra eſt. Hirudo marina, fluuios ſubiens, eſculenta: ore dentibus vncis confertis pleno. Cartilaginem quaſi chordam à capite ad caudam perpetuam habet. Cartilago in capite oſſis vice. Pro branchiis foramina ſeptena. Caro lamellatim, & cuneatim alicubi cohærens, viſcida: verùm minus, quàm Anguillę. Oua fœminæ fœtida. Mas teretior, & ſapidior. Caro compactior. Qui tuentur eam ſententiam, quâ Muſtela, atque Lampetra vnum exiſtimatur: corrupere duo loca. vnus eſt apud Plinium in nono. Vbi legitur in omnibus exemplaribus, etiam quæ excudiſſet diuinus vir Hermolaüs, *marinis amulas.* aiunt in vetuſtis, quos ſcio ego nullos habere, codicibus ſcriptum eſſe: *Muranis amulas.* Cùm tamen nullo in Germaniæ lacu Lampetra omnino reperiatur. Alter locus eſt in libro Herodoti, qui in *Melpomene* ſic ſcribit. εἰσὶ δὲ καὶ γαλαὶ ἐν τῷ σιλφίῳ γενόμεναι τῇσι ταρτησίῃσι ὁμοιόταται. Nónne hæc ſunt Strabonis verba in tertio? γαλᾶς δέ, ὅσας ἡ λιβύη φέρει φημιζόμενος παρίασιν ὡς ὀπάς. Intelligit viuerras, vt ſuo loco dictum eſt. Quis enim vnquam vidit in Silphio, quæ loca humore carent, naſci Lampetras? Lampetrarum genera tria differunt inter ſe, magnitudine, cute, colore, guſtu, natalibus. Maiorum longitudo, quantam diximus: maior cubitali frequentior. Craſſitudo, quæ manum non impleat: pollicis atque indicis complexum ſuperet. In medio genere non ſæpe maiuſculam pedali: craſſitudo pollicis: minima rarò ſemipedalis, quòd equidem adhuc viderim: craſſitudo Anſerinæ plumæ. Cutis magna vt Anguillis: ſcabra mediocribus: minimis vt Limacis, aut hirudinis. Color vniuerſalis maximis, qui Anguillis: maculoſus tamen: mediocribus ſubaureus: minimis Limacis, aut hirudinis. Priora duo genera maiora fluuios ſubeunt. Tertium ſub cæno agitat: nec niſi exagitato eo, atque calcato extruduntur. Sapor maximis penè carnis: mediocribus medicatior: minimis Limacis. Itaque qui lampetram à Lambendis petris dictam putàrunt, non meminerant, capillas fluminibus ſabuloſis: paruulas autem ſub cæno. Non negamus hærere eas ore ſolidæ cuipiam rei: cætero corpore fluitare: quemadmodum de vrticis ἀπολελυμένοις ſcribit Ariſtoteles: vnde eas vrticas eiuſmodi quidam ſint falsò arbitrati.

Mugilum nomina multa Græcis, & Italis. Latini hoc tantùm norunt. Nam Cephali vox Gręca eſt.

ca eſt. Nequid omittamus, Hiceſium ex Athenæo tanquam diligentiorem anteferemus cæteris autoribus. λευκίσκον genus ſummum facit. Nominis rationem ignoro. Neque enim omnes albi ſunt. Species digerit, κέφαλον, κεςρέα, χελῶνα, μύξινον. In quibus etiam ordinem ſtatuit ad veſcẽdum. Cephalum præſtantiſſimum: ſecundo loco κεςρέα. Tertio Myxinos: poſtremo χελῶνες, quos etiam Bacchos cognominat. Etiam addunt aliam ſpeciem, quam κεφαλῖνον vocant, cognomine βλεψίαν. Agnoſcunt etiam Sargum inter Mugiles: alium à Sargo de quo Oppianus. Quam ambiguitatem vt tollant, Sargonem non Sargum nominârunt. Sicuti Myxonem, quem ſupra Myxinum, alij Myxum. Præterea aliam quoque ſpeciem, quam φεραῖον appellant. Ac Chelonẽ quidem propter terram degere alíque ſabulo, & limo; Pheræum autem procul à terra, & ali ſuo mucco. Vbi videris an ſit myxon. Autores enim diuerſis nominibus ſæpe eandem ſpeciem repræſentant, dum nihil volunt omittere. Quemadmodum ipſe Athenæus omnia ex omnibus cõuerrens. Id quod apparet etiam in hac hiſtoria: cùm νῆστιν ſpeciem à cæteris diuerſam ſtatuit, propterea quòd ex Archippo legerat, νήστεις κεςρεῖς. & apud Alexim & alios. Sanè verò non eſt ſpecies diuerſa, ſed tempus. Cùm Mugil ieiunus eſt, tunc guſtu ſuauiſſimo exiſtit. Inteſtina præſtantiſſima, & lautiſſima appetuntur à piſciuoris. Iique tunc Mugiles ab Iſtris vocantur, *Cenali da bon budello*. Quippe limo cùm veſcantur ſi ſaturi capiuntur, peſſimè olent. Quare qui diſtinxerunt etiam κεφαλῖνον ἀπὸ τοῦ κεφάλου, neſcio an nobis impoſuerint. Anaxandrides enim in fabula, quam inſcripſit, *Vlyſſes*: κεςρῖνον pro κεςρέα poſuit. Igitur de ieiuno Mugili Athenæus cùm ita ſcribit, vt tunc deterior eſſe videatur, vehementer errat. Vbi etiam ridiculus eſt: qui aiat, νῆστιν appellari Mugilem, quia nulla re animata veſcatur. Nam & alia multa ſolo veſcuntur cœno. Alius error ex eodem, & Oppiano. Non infeſtari ab aliis, quia ne ipſi quidem alios. Primùm ratio puerilis. Apuæ enim prędæ ſunt omnibus, ipſis nullus. Deinde hiſtoria falſa. Lupus enim Mugilem conficit. Item Delphinum vidimus nos eos inſectantem. A Lupo quoque cauda abſciſſa abire produnt, & viuere. Ariſtoteles de fœtu eorum prodit hoc: non deuorati, ſed adultos. Ridiculum. Ex quo libro corriges Athenæi codicem, vbi Pheræos ſcribitur. Iam hîc vnus error. alter cùm pro ſpecie diuerſa ponitur. Eſt enim idem cum Chelone. Sed longè à littore paſcitur. Iccircò περαίας à philoſopho ibi dicitur. Non quaſi nomine proprio, ſed denominatiuo παρὰ τὸ πέρας. Sic vides Grammaticorum nugas. Ex Euthydemo idem Athenæus adiungit ſpecies duas adhuc. σφηνέα, & δακτυλέα. Priorem quia ſit λαγαρὸς, καὶ τετράγωνος. Sanè nomen à cunei figura. Sed λαγαρὸς non conuenit neque, cuneo, neque quod ait Galenus, humori aut ſucco ἰσχναινομένῳ. δακτυλέα verò, cuius latitudo citra binos digitos conſiſtat. Ex Polemone & Epicharmo ait κεςρεῖς à quibuſdam πλῶτες appellatos: χελῶνες, & χαλῶνες, & χειλῶνες legimus. Apud Athenæum corruptè alicubi καλῶνες. Mentitur egregiè cum Mugilem ex Ariſtotelis ſententia καρχαρόδοντα ſcripſit. Eſt & hoc genus ab aliis diuerſum, quod hîc recitatur è Siphis: quod cùm fuerit nauale Theſpienſium, malui ſtagnum marinum, quam lacum λίμνην dicere. Stephanus Siphas appellat: Strabo Creuſam in nono, illorum nauale nominat. Sipharum nulla apud eum mentio, neque apud Plinium. Eſt & aliud genus, quod non è mari, & fœmina, ſed è limo gigni tradit Philoſophus in quinto, & in ſexto *Hiſtoriarum*: Myxones Maſſilienſes propè vera voce, *Maſſonos*. κεφάλους Latini *Capitones*: *Cymaclenſes Caoſtellos*, quaſi *capiſtellos*. Siphenſium Mugilum meminit Philoſophus etiam in libro περὶ πορείας, & in quarto de *Cauſis partium*.

Ταινίαν piſcem, *vittam*, appellauimus. Sanè cùm præter hunc locum, nullum habeas præterea quo videas planorum ſpecies diſtinctas ab Ariſtotele, qui ψῆττης nomen ſolum ponit: dicendum hîc de his. Plani piſces comprehendunt tam ſpina, quam cartilagine præditos quoſdam. De cartilaginibus poſteà. Plani piſces ſpina præditi ſunt. Rhombus, paſſer, ſolea, vitta. Rhombus, maximus in Oceano: *Turbot* vocant: qui Turbo ῥόμβον ſignificat. Omnia hæc dorſum fuſcum aut nigrum habent: Rhombus etiam quaſi clauiculis inæqualem. Venter omnibus candidus. Hæc quanquam plana ſunt, tamen os ad latus habent, qua parte venter eſt. Eſt enim venter in vno latere, dorſum in altero. Non idem modus omnibus. Nam venter paſſeri dexter. Cùm dico ventrem eſſe album; intelligo partem, quam ὑπτίαν vocat Ariſtoteles. Cùm aio, ventrem eſſe ad latus; intelligo partem animalis continentem cibum, & inteſtina. Itaque haud planè natant ſed paulò demiſſiore latere, in quo venter eſt. Quamobrem oculorum quoque ſitum eiuſmodi habuere. Neque enim æquè diſtant ab vtroque latere, tametſi in ſummo ſunt. Sed alter penè in dorſo verticis, alter penè in ore. Atque hic quidem non ſolum propior latus oris, verùm etiam deuexior. Alter autem linea paulò ſuperiore, & ſuperior quidem ad dorſum obtutum obuerſum intendit, alter autem ad os. Branchias ſecundum oris poſitionem: alteram in parte ſupera, alteram in ima. Pinnas quaternas. Vnam in medio planiciei ſuperioris, alteram in latere eiuſdem in

planicie inferiore illis reſpondentes. Paſſerũ genera multa. Et Frãcis, & Liguribus, & Adriaticis: A craſſitudine, tenuitate, dorſi tumore inæquali, barbaris vbique nominibus. *Platuſſam* nomine generis græco Vaſcones. Idem enim ſonat, quod paſſer. Huius generis rotunditas à Rhombi modo parum differt. Solea oblongior eſt. Solus piſcium vult diu ſeruari, vt magis ſapiat. Cæteros prouerbium eſt, viuos comedi oportere. Ideſt quàm recentiſſimos. *Bugloſſum* etiam nominârunt, quaſi linguam bubulam: quia eſſet, quàm paſſer, porrectior: iccirco etiam Plautinam Lingulacam hanc eſſe autumant. Sanè Hiſpani *Lenguadam* nunc quoque vocitant. Tænia huic per omnia ſimilis, ſed aſtrictior, & minus corpulenta. Ariſtotelis ψῆτταν modò *paſſerem* transfert Plinius, modò *Rhombum*: vt in libro nono, ex nono *Hiſtoriarum* de aſtutia piſcium. At in eodem libro capite XVI. vtitur Græca voce, Pſetta. Corriges ex libris noſtrarum Originum in tranſcurſu eorum errorem, qui putârunt: piſcem dictum Paſſerem ab aue: quoniam dorſo atro, ventre candidus ſit. potius Hirundinem repræſentaret. Sed eſt, quemadmodum dicimus paſſis velis.

Διηρθρωμένα βράγχια. Exactiùs perpendes. Theodorus *integra*. Non ſatisfacit: digiti manus mutilati, ſunt διηρθρωμένοι, non tamen integri: ſed κεκολοβωμένοι. Integrum mutilo eſt contrarium: ἀδιάρθρωτον delineato, & expreſſo. Confuſum διηρθρωμένῳ.

CIX. ARISTOTELES.

Αὐτῶν δὲ τῶν ἐχόντων τὰ βράγχια, τὰ μὲν ἔχει ἐπικαλύμματα τοῖς βραγχίοις· τὰ δὲ σελάχη πάντα, ἀκάλυπτα. καὶ τὰ μὲν ἔχοντα καλύμματα, πάντα ἐκ πλαγίου ἔχει τὰ βράγχια. τῶν δὲ σελαχῶν, τὰ μὲν πλατέα, κάτω ἐν τοῖς ὑπτίοις, οἷον νάρκη καὶ βάτος· τὰ δὲ προμήκη, διατόρως ἔχει ἐν τοῖς πλαγίοις, οἷον πάντα τὰ γαλεώδη. ὁ δὲ βάτραχος, ἐκ πλαγίου μὲν ἔχει, καλυπτόμενα δ᾽ οὐκ ἀκανθώδει καλύμματι, ὥσπερ οἱ μὴ σελαχώδεις, ἀλλὰ δερματώδει.

Branchiæ aliis tectæ ſunt, aliis non: vt cartilagineis omnibus. Quibus tectæ ſunt, eas ab latere habent. At in genere cartilagineo, quæ lata ſunt, parte inferiore: vt Torpedo, Raia. Longa autem vario modo. Ab lateribus vt Muſtelacea omnia. Rana quanquam à lateribus, non tamen ſpineo tegumento: ſicut piſces ij, qui cartilaginei non ſunt: ſed cutis ſpecie opertas.

CAESAR.

PLINIVS, qui omnem naturam profiteretur, nihil ipſe indagaſſet, omnia promeret ex aliis, miſerrimam hiſtoriam de branchiis, eámque tum diſperſam, tum pene nullam inſtituit. Ariſtoteles multas recenſet differentias, à tegumento vnam, à ſitu alteram, eámque aut ab latere, aut in imis. A tegumenti ſubſtantia tertiam. Quoniam Rana & in lateribus habet contra naturam cartilagineorum planorum, cùm tamen ipſa plana ſit: & tectas, cùm cartilaginea detectas habeant. Prætereà alio modo tectas, quàm ij piſces, qui & ab lateribus, & tectas habent. Quippe cute, aut cutacea, non autem ſpinacea natura. Addes, à non habendo, vt oſtreæ: ab aliter habendo, vt Murenæ: à proportione, & vicariis, vt ſunt fiſtulæ in Lampetra, & alio modo fiſtula in Delphino. Itémque in Cancris alia facies.

Atticiſmus, αὐτῶν δὲ τῶν ἐχόντων, τὰ μὲν ἔχει. Concluſimus gyro breuiore. Vbi vides frequentiam verbi ἔχει: quemadmodum alibi monuimus ſæpe.

Ἀκανθώδει. Non intelligit ſpinoſum, vt alibi: hoc eſt ſenticoſum, & quod pungat: ſed ſpinea ſubſtantia: quæ eſt vice oſſis in piſcibus.

Ἐκ πλαγίου, *à latere*, diximus: quoniam latus in facie quoque eſt. Sed ſi dicas cum Theodoro, *Lateribus adhærent*: intelligas apud Latinè loquentes τὰ πλευρά. Neque proba loquutio de branchiis: *adhærent*, ſunt enim affixæ.

Duo genera τῶν σελάχων ſi partitus eſſet nobis longa, & plana: iam hæc intelligeremus. Nunc autem aliunde id eruendum eſt. Cartilaginea igitur τὰ σελάχη ſunt. Aiunt Ariſtotelem hanc vocem primum commentum. Deductamque ex eo, quod fulgorem quendam iaculari inflexu videantur. Mihi is fulgor in aliis quoque ſquammigeris deprehenditur: aut ne in illis quidem σέλας illud. Plinius à firmitate & flexibilitate ſimul optimè cartilaginea. Alios quoque piſces extra genus illud appellârunt veteres Græci cartilagineos: in quibus eſt Matron in *Parodiis*. ψῆτταν χονδροφυῆ. Sunt autem genera ſumma tria. Plana, longa, media. Plani cartilaginei ſunt Bos, Raia, Squatina, Torpedo, Rana, Squatraia, Paſtinaca, Lamia, Aquila. Longi lampetrarum ſpecies. Mediocris longitudinis, Muſteli. Bos recitatur tantùm ab Ariſtotele in quinto, non au-

tem

tem deſcribitur. In ſexto autem inter Priſtes & Balænas. Sanè ſuo loco oſtendimus: piſces omnes, qui in magnitudinem excreſcant, inter cetaceos recenſitos ab antiquis. Iccircò etiã Thunnos. Quare cùm Bos ingens ſit adeò, vt duodecim expleat cubitos: fortaſſe commiſcuit Ariſtoteles. Nunc neque eius diligentia, neque Plinij deſcriptionibus fit, vt quicquam ex nono ſciamus. In XXXII. Box alius eſt. Quem locum condidit ex catalogo quopiam piſcium potius, quàm ex hiſtoria. Oppianus in ſecundo ſic depinxit, latum duodecim cubitos, ignauum, imbellem, in limo porrectum inſidiari vrinantibus. Humanæ enim carnis auidiſſimum. Neque vi ſed dolis valere. Dentes enim ei eſſe puſillos, neque robuſtos. Vbi igitur nautam, aut ſpongiarium, aut purpurarium, aut piſcatorem ſub aqua conſpexit, attollitur procul: atque ſupernatans occupat pondere. Lamiæ quoque nomen tantùm ponit in genere cartilagineorum Philoſophus: prætereà nihil. Plinius in nono præter nomen nihil. Raia autem latitudine ſua valde affectat rotunditatem. Græci *Baton*. Tria eius genera. Læuis, maculoſa, ſpinoſa. Læuis cute æquali eſt, maxima in hoc genere: λειόβατος à Græcis: à nobis *Læuiraia*. Maculoſa à Græcis *Aſterias*, quaſi ſtellata. Spinoſam à clauis Prouinciales *clauellatam* non ineptè. Squatina haud ita diffunditur in latum. Oblongior ſanè. Iccirco *piſcem Angelum* vocant iidem. Videtur enim alas vtrinque pandere: ῥίνην Græci à cute, quæ adeò aſpera eſt, vt limæ dentes repræſentet. Iccircò Latini *Squatinam* à ſcabricie. Duo genera; ſtrictior, & latior. Quare hanc, cute ſquatinæ, latitudine Raiam propiore, ῥινόβατον Græci, nos *Squatraiam* ex Theodoro. Huic contra morem cæterorum cartilagineorum os ad roſtrum, non ad gulam ſubtus mandibulam inferiorem. Paſtinaca ſimili facie, à Græcis τρυγών. Vtriuſque nominis obſcura eſt ratio. Nam neque herbæ, neque aui ſimilis. Radium in cauda gerit vulnere interdum lethali: longum ad ſemipedem in quibuſdam. Ait Oppianus aggreſſam piſces, non prius vorare, quàm eos interfecerit. Is radius ſerræ modo dentes reflexos habet. Huic perſimilis Aquila eſt, apud Italos nomine non mutato. Minùs lata, pinnis porrectioribus. Creſcere hanc quoque ad ingentem magnitudinem. Torpedo non abſimili facie. Græcis νάρκη. non temerè. Subiecta à piſcatore pedibus meis penè me excuſſit è veſtigio. Iccircò Aremorici etiamnunc *Tremulam* vocant. Prouinciales corrupta voce *Turpiliam*. Ranæ eadem figura, ſed capite grandiſſimo. Carunculas quaſi pilos duos in vertice gerit capitatos, quibus proiecta in arena aut limo tecta allicit piſces ad veſcendum. Vbi ad ſurrectos aut flu tantes acceſſerint, ad os ſenſim contrahit, quod in roſtro, vt Rana vulgaris, non ſubter mandibulas inferiores habet: atque ita captos deuorat. Id quod commodiùs efficit: proptereà quòd inferius labrum porrectum eſt, recipitque ſuperius ita, vt os contrario modo quàm cæteris cęlo obuerſum exiſtat: cutis in capite aſpera, cætera non item. Dorſum nigrum. Pinnæ binæ in imo, totidem ad latera. Oculi grandiſſimi ſummo vertice. Tota ſpecies ad Ranam vulgarem accedit: niſi quòd aliquot cirruli breuiores quàm ij, qui capiti inſident, excurrunt per dorſum. Siculi Lamiæ nomen huic falsò attribuerunt. Latinum vetus obtinent Campani, *Piſcatricem* vocant. Græci βάτραχον. Iſtri *piſcem Roſpum*. Roſpus enim ipſis Bufo eſt: Taurinis *Bota*: Lombardis *Zatto*. De Lampetris ſupra ſatis. De Muſtelis nunc. Ariſtoteles γαλεοὺς vocat: eorum ſpecies hæ. Canes, vulpes, Muſteli. Muſtelorum ſpecies, Læues, Centrinæ, Acanthiæ. Ac caniculæ quidem diuerſæ ſunt ab iis, quos *canes marinos* veteres, Oppiani ſæculum *Amias*, poſteriores *Troctas* appellàrunt: quemadmodum ſuo loco dictum eſt. Totum genus Muſtelorum vocat Canis nomine Oppianus, coniungens generis appellationem æquiuocam cum canibus illis maioribus maleficis, quos pelagios ſtatuit. Alios canes ἐν πηλοῖσι βαθέσι. Et diuidit in κεντρίνας, & γαλεούς. γαλεοὺς autem in σκύμνους, id eſt caniculas, λείους; id eſt Læues, & ἀκανθίας id eſt ſpinos. Et ſubdit ἐν δ' ἄρα τοῖσι ῥῖναι ἀλωπεκίαι καὶ ποικίλοι. Quæ adhuc tria genera videntur, ῥῖναι, qui Squatinarum aſperitate nomen meriti ſint, ἀλωπεκίας, quas vulpes etiam Ariſtoteles vocat in ſexto, & ποικίλοι id eſt varij. Eundẽ tamen faciunt cæteri autores Læuem, Muſtelum, & Varium: quem iccircò ἀστερίαν, id eſt ſtellatũ nominat Ariſtoteles. Quo in libro σκύλια appellat, quos σκύμνους Oppianus. Etiam cognominat νεβρίας, fortaſſe à maculis, & ait eſſe γαλεούς. Oppianus ait omnibus eandem faciem. Plinius de caniculis maleficio caput vnum condit: figurã nullam. De aliis nihil. De vulpeculæ marinę aſtutia tantùm. De Galeo in catalogo illo piſciũ nomen ſolum. Nã in præcedente libro pro Galeote falsò poſuit. Pręterea nihil. Aelianus pręter Caniculam maleficam duo genera agnoſcit. Centrinem, in qua ſpinæ duæ duræ, altera in ſummo vertice, altera in cauda. Additque hanc eſſe quibuſdam venenatam. Galeon alteram eſſe ſpeciem, quæ varia ſit. Ita non diſtinxit Centrinas ab Acanthiis. Valde tamen differunt. Nanque Centrinæ roſtra duo habent, non vnum: corium ſpiſſum, quod inue-

teratum dureſcit. Dorſum cauum habet ſpinis armatum cæterum corpus in ſex diductum acies dentatas, à capite ad caudam. Pinnas duas habet: oculos grandiſsimos, os infernè. De his Oppianus in ſecundo, non ſine venenati aculei mentione. Achanthias, quem nos *Spinum*, Theodorus *Spinacem* vocat, ſimilis eſt læui, niſi de ſpinis. Læuis autem corpus habet figura gobij, roſtro tamen latiſsimo. Capite, vt omne genus hoc, maximo. Rubris maculis aſperſus, addendum cartilagineis, genus aliud æ longis, ſed alio modo: neque enim teres eſt βελόνη, ſed aliquanto preſsior, *Acuciculam* vocant Iſtri à roſtro acuto & longo. Spina vera non eſt, ſed cartilago. Caro mira intus viridis: etiam ſanguineam, etiam croceam vidimus. In quibus ſcilicet ac lampetris, tametſi cartilagineis, hoc notabis: oua edere, non autem animal intus ex ouo antea formatum.

Nota rurſus dictionis modum. τῶν ἰχθύων τὰ βράγχια, τὰ μὲν ἔχει ἐπικαλύμματα τοῖς βραγχίοις: alius dixiſſet: τῶν βραγχίων τὰ μὲν ἔχει ἐπικαλύμματα: at ille etiam mox: τῶν ἰχθύων τὰ βράγχια, τῶν μὲν ἐστιν ἁπλᾶ τὰ βράγχια: nec multò poſt τὰ μὲν ὀλίγα βράγχια ἔχει, τὰ δὲ πλῆθος βραγχίων: vt inepti barbari intelligant Atticam ſimplicitatem: ſicut monuimus alibi in repetitione verbi, ἔχει: ne blaterent à Theodoro Ariſtotelem dictionis elegantia ſuperatum.

Idem, ἐκ πλαγίου, *in obliquum*. Non, ſed *in latus*: vbi ſanè rectæ ſunt, non obliquæ.

Τὰ δὲ πρανῆ διαφόρως ἔχει ἐν τοῖς πλαγίοις. Theodorus omiſit, διαφόρως. Vox tamen neceſſaria: quia non vno modo ſunt in planis, & in oblongis.

Nihilo meliùs de ranæ branchiis. *Deductas*, inquit, *in latera*. Immò *ſubductas*: nam in aliis inferiori parte ſunt: neutro tamen modo loquerer.

Eiuſdem fatalis error: qui ſæpè βάτον pro, βάτραχον legit: at hîc pudendus. Nam hoc eodem loco ἐν τοῖς ὑπτίοις βάτον: quónam igitur modo βάτον ἐκ πλαγίου.

CX. ARISTOTELES.

Ἔτι δὲ τῶν ἰχθύων βράγχια, τὰ μὲν ἁπλᾶ ἐστι τὰ βράγχια, τὰ δὲ διπλᾶ· τὸ δὲ ἔσχατον, πρὸς τὸ σῶμα πάντων ἁπλοῦν.

Prætereà aut ſimplices ſunt, aut duplices: extremum tamen, quod verſum corpus eſt, ſimplex.

CAESAR.

Alia differentia à partibus ex numero. Duplex enim etſi relationem dicit: eam tamen in numero deſignat, non ſine augmento. Dicit autem etiam in iis, quæ duplices ſunt, id quod arcuatum eſt corpori hærens, eſſe ſimplex. Quare pennæ quaſi quædam, cùm diductæ ſunt, videntur.

CXI. ARISTOTELES.

Καὶ πάλιν, τὰ μὲν, ὀλίγα βράγχια ἔχει· τὰ δὲ, πλῆθος βραγχίων· ἴσα δὲ ἐφ᾽ ἑκάτερα πάντες. ἔχει δὲ ὁ ἐλάχιστα ἔχων, ἓν ἐφ᾽ ἑκάτερα βράγχιον διπλοῦν δὲ τοῦτο, οἷον ὁ κάπρος. οἱ δὲ, δύο ἐφ᾽ ἑκάτερα, τὸ μὲν ἁπλοῦν, τὸ δὲ, διπλοῦν· οἷον γόγγρος καὶ σκάρος. οἱ δὲ, τέτταρα ἐφ᾽ ἑκάτερα ἁπλᾶ· οἷον ἔλλοψ, συναγρίς, σμύραινα, ἔγχελυς, οἱ δὲ, τέτταρα μὲν, δίστοιχα δὲ, πλὴν τοῦ ἐσχάτου· οἷον κίχλη καὶ πέρκη, καὶ γλάνις, καὶ κυπρῖνος. ἔχουσι δὲ καὶ οἱ γαλεώδεις διπλᾶ πάντες, καὶ πέντε ἐφ᾽ ἑκάτερα· ὁ δὲ ξιφίας, ὀκτὼ διπλᾶ. περὶ μὲν οὖν πλήθους βραγχίων ἐν τοῖς ἰχθύσι, τοῦτον ἔχει τὸν τρόπον.

Item alij paucas habent, alij multas: æquali tamen vtrinque numero. Vnum ex vtroque latere, qui pauciſsimas. Aliqui eam duplicem, vt aper. Alij vtrinque binas, ſed alteram duplicem, alteram ſimplicem, vt conger, & ſcarus. Alij quaternas vtrinque ſimplices, vt elops, ſynagris, murana, anguilla. Alij quaternas quidem, at duplices omnes præter vltimam, vt turdus, perca, glanis, cyprinus. Muſtelaceum genus vniuerſum duplices vtrinque quinas. Gladius octonas item duplices: atque is numeri in branchiis piſcium modus eſt.

CAESAR

C ÆSAR.

De branchiarum habitu ſupra dixit: nunc de earum quantitate diſcreta. Nam aliud eſt branchiam ſimplicem aut duplicem habere: aliud, multas, aut paucas: poſſet vnam branchiam habere, eámque duplicem, vt aper: poſſit & ſimplices multas, vt anguilla. Plinius in re tam naturæ neceſſaria cum tantùm haberet autorem, tam explicatam hiſtoriam, frigidè ſimul, & ineptè tribus verbis abſoluit. *Branchias*, inquit *alij multiplices, alij duplices, alij ſimplices habent*: confudit multitudinem cum multiplicate.

Eſt igitur minimus numerus ſingularum. Maximus octonarum. Totidem ſemper in vtroque latere, non ſine ratione: quemadmodum & dentes, & oculi. In planis quibuſdam inæqualitas faciei poterat perſuadere branchiarum inæqualitatem. Eodem tamen in latere non æqualis omnibus natura. In quarto de *Cauſsis partium* declarata ratio eſt.

Τὸ δ᾽ ἔσχατον πρὸς τὸ σῶμα πάντων ἁπλοῦν. Ita compoſita branchia eſt, vt pars interior quæ hæret corpori ſit ſpina, ſemicircularis, nuda in conuexo: in curuo ſit pilis horrida rubris, qui pili ſpinacei: in quibus ſunt vnica ſiue acie, ſiue claſſe, ex branchiæ dicuntur ſimplices. Quæ autem duplices agnoſcuntur, ab vnica illa ſpina ſemicirculari, duæ acies eiuſmodi pilorum pendent. Icircò dixit, quod hæret corpori, ſimplex eſt: ne putares, quemadmodum pilorum ordo duplex eſt: ita eſſe duplicem arcum illum, cui annectuntur. Quare non rectè dixit Theodorus. Omnibus tamen ſimplex, quæ nouiſſima. τὸ ἔσχατον intellexit totam branchiam vltimam: nos cum Ariſtotele branchiæ cuiuſcunque partem quæ vltima videtur nobis. Error ſatis patet in exemplis. Nam ſi muſteli omnes vtrinque quinas omnes duplices: gladius octonas omnes duplices habent: vltima non erit ſimplex omnibus.

Κάπρος. *Aper* à nobis, à Plinio *aper,* in XI. ex quarto *Hiſtoriarum*, Acheloi fluminis incolam, eúmque grunnitu vocalem: vnde & nomen. Nulla tamen forma proditur ab autoribus. Videndum an is ſit, quem *Capriſcum* Macedones vocant, & Siculi *Porcum*, corio duro, ſolido, aſpero. Athenæus in octauo, an hunc intellexerit καπρίσκον, videndum: etiam ὗν appellatum ait: βορμώδη, ἢ σκληρόν: quòd ſi verba ſequentia ad eundem pertinent, non erit idem. τὸ δέρμα, inquit, ἄσιμον: hoc icircò dico, quia corruptus codex eſt. κίθαρον δ᾽ ἀπηλότερος. Nam ſi legas κίθαρος: non pertinent: ſi legas κίθαρον, conſequere.

Scarus etiamnunc nomen ſuum retinet apud Græcos inſulanos. Alga veſci aiunt, & ſolum ruminare. Alij principatum attribuere: alij commendârunt tantùm, vt Horatius: alij viſcera ſola, vt Martialis. Nonnulli damnârunt: propterea quòd leporem marinum ad veſcendum venatur: vbi alteram vides controuerſiam inter hos, & illos, qui eum alga paſcebant ſola. De eius moribus, & natalibus in octauo, & nono *Hiſtoriarum*. In hoc videbimus haud multo poſt errorem diuini præceptoris, qui ſolum Scarum ait carere dentibus ſerratis. Sanè Dentices ego comedi, quorum dentes æquales omnes erant, ac teretes, nec abſimiles à paxillis citharæ.

Ἔλλοπα, *Acipenſerem* interpretatur Theodorus ſequutus Apionem Grammaticum & Plutarchum, qui eundem putarunt. Plinius quoque in nono in eadem ſententia & fuit, & permanſit: quoad legit librum de *Piſcibus* Ouidij, qui negat Elopen notum eſſe littoribus Latinis: quamobrem ille in XXXII. alium arbitratus eſt ab Acipenſere. Cæterùm Archeſtratus, qui patinarum excellentiſſimus fuit Ariſtoteles, ad Syracuſas non ſolùm capi Elopen, verumetiam præſtantiſſimum eſſe. Nam Ælianus, & Columella qui in Pamphylio tantùm capi ſcripſerunt, capturæ raritate falſi ſunt. maluimus nos Elopis nomen retinere quouſque quis meliore iudicio antiquum & Latinum protulerit, quàm de opinione noſtra decedere, qua Acipenſerem Sturionem noſtrum eſſe comprobauimus, non ſine honorifica Rondeletij noſtri, viri doctiſsimi mentione. Squammas ad caput obuerſas habere produnt, quod cùm legiſſent quidam apud Athenæum Acipenſeri aſcribi, eũdem cum Elope arbitrati ſunt. Félque non ad hepar, ſed in inteſtinis habet. De ſquammis Elopis Ariſtoteles nihil: vt adduxerit hoc quoque Grammaticos ad dubitandum, eſſétne idem cum Acipenſere: præſertim cùm eſſet res in natura noua, ac rara, nec tanti viri diligentia indigna. Rondeletius id optimè refellit, nec poſſe ordini naturæ conuenire, nos quoque in Exercitationibus noſtris ad Cardanum diſputauimus. Archeſtratus Rhodium γαλεὸν eundem putauit cum Romano Acipenſere meritò: *Quem*, inquit, *cum tibia, & à coronatis ad conuiuia afferri ſolitus erat*: atque piſces ἔλλας, & ἔλλοπας cognominatos Athenæus docet in ſeptimo: ſed hæc ad Grammaticos.

Synagris à Theodoro & hîc & alibi, *Dentex*. Eſt tamen Dentex συνόδων: à Liguribus etiamnunc ſic appellatus. Veneti, & Iſtri *Dentalem* vocant: alius à Synagri, quanquam ſimilis: ſicuti Pagrus ab Erythino. Aliud eſt Synodontis: quippe maior Pelamis, ex Diphilo. Plinij pudenda vel obliuio, vel negligentia. Qui neque Synagrin, neque Denticem nominauit. Quinetiam Synodontem nullo in loco poſuit, niſi cùm de gemma Synodõtite ſcribit, quæ de cerebro piſcis talis ſit. Duæ igitur erunt ſpecies συνόδους, & συναγρίς, ac præter has tertia apud Diphilum, Charax: quem Synagridis ſimilem ait, ſed præſtantiorem. Neque ſolæ hæ ſpecies affines ſunt vel ſubſtantia, vel facie: ſed aliæ complures. Atque vna quidem duas ſub ſeſe continens adeò ſimiles, vt etiam peritiores feſellerint: altera Pagrus eſt, altera Erythinus. Quinetiam Chromis, & Acarnan, & Orphus, & Epatus, & Anthias, rubri omnes. Diuerſi ab his figurâ, coloris eiuſdem, Mullus, Scorpius, Mæna. Item Coccyx, Miluus: de quibus hîc non eſt dicendum: forma enim diuerſi ſunt.

Dentices teretiores ſunt, quàm Pagri: non enim ita compreſsi exiſtunt, vt in ventrem ambitus adeò curuetur. Capite grandiſsimo ſunt, non vt Gobiones, aut Muſteli, ſed porrecto: plurimum occupat magnitudinis ea pars, quæ branchiarum eſt: etiam verticem latiorem habent, quàm Pagri. Dentes verò, vnde etiam dicti ſunt, confertos atque cohærentes, teretes, æquales inter ſe, non in mucronem acuminati, ad pungendum, ſed in planiciem quaſi mutilos ad molendum.

Pagrus & Erythinus adeò, vti dicebamus, ſimiles: vt etiam admonitos fallant. Eis forma Auratæ, quanquam aliquantò minùs ventrioſa, & omnino porrectior: quemadmodum cùm eos inter ſe compares, animaduertas Erythinum ſtrictiorem, & tam capite, quàm cauda productiore. Denique latior & corpulentior Pagrus eſt. Pinnis quoque differunt. Pagros demiſsiores, Erythino magis ad dorſum. Neque Ligures, neque Iſtri diſtingunt: ſed illi vtrunque *Pagros*, hi *Arbores* nominant. Romani *Fraellinos*. Hiſpani *Pagellos*. Athenæus nuſquam Pagrum, ſed Phagrum appellat. Idem ait à Cyrenæis, ὕκην olim appellatum: quanquam alibi in eodem libro, ὕκκην, ſcriptum inuenias. Quemadmodum Erithinum, & Erithrinum. *Rubellionem* transfert Theodorus aptiſſimè. Galli tamen ſua lingua Muſteli ſpeciem ſic nominãt *Roget*. Hæc de marinis: nam etiam fluuiales agnoſcit Ariſtoteles. Hi ſunt, quos Gallia, *Bremas* vocat. Vaſcones *Brignas*. Lauti in Ligeri fluuio. Pagris ſimillimi, ſed minore rubore, carne laxiore. Athenæus Grammaticorum more nomina multa multis è locis collecta ſatis habet indicare. Itaque Abramin piſcem cùm ſolùm nominat, neque deſcribit: non docet nos iſne ſit, an alius.

Chromis, etiamnunc ſic vocatur à Liguribus, conciſa tamen voce. *Chro*: ita enim in plurimis facere conſueuerunt. Veneti malè *Cornum*. Nam neque color, neque ſpecies conuenit. Chromion ab Epicharmo appellatum legimus in ſeptimo apud Athenæum: plus etiam, quàm figura ei conuenit cum Erithino. Nam ſinè maribus concipere ac parere æquè, atque illi exiſtimantur: quemadmodum Plinius in nono. Quod aliunde, quàm ab Ariſtotele accipit: qui de Pſetta, & Channa, & Erithino prodit hoc multis in locis: de Chromi non.

Acarnan. hunc Ariſtoteles non nominat: ſed Athenæus. Acarne in XXXII. Plinij ſcriptum eſt, neque alibi, niſi in eo catalogo, & quaſi indice ſine hiſtoria.

Orphus piſcis Græcis notus. Rhodienſes etiamnunc ita vocant. Calabri *Cergnam*. Prouinciales primam literam detrahunt. Theodorus illos ſecutus *Cernuam* Latinis dedit. Eius mores in quinto & octauo Ariſtoteles: verùm hîc genera tantùm digerimus: cætera ſuis locis. Plinius nihil, niſi quòd φωλεύει.

Epatum non ineptè *Iecorinum* vertunt, à colore ſcilicet. Quanquan enim rubet, tamen iecoris fuſcedinem ſaturam repræſentat. De eo Plinius nihil: haud multò plura Ariſtoteles. *Lebiam* etiam nominatum ait Athenæus. Qui & aſpiratè ſcribendum iubet, quoniam & hepar ex Grammaticorum obſeruationibus apud Archilochum.

Anthiam ſimilem diximus iis, qui ſupra ſcripti ſunt: color enim ſuaſit, & figura. Magnitudo verò longè alia: eſt enim Thunno haud multò minor. Salmoni ſimillimus, & æquè magnus. Guttas tamen aureas illas nullas habet: ſquamma tamen rubicundior. Venter prominentior: in tertio Oppianus eius capturam vbi deſcribit, óſtendit eius vires maximas. Hiſtoriam venationis eiuſmodi habes etiam apud Plinium in nono. Aiunt, is vbi ſit, maleficum piſcem nullum inueniri. Itaque Sacrum appellatum: quemadmodum & alios, Callionymum, ac Pompilum. Neque putes eius vi fugari belluas: dentibus enim caret: itaque στόμα ἄοπλον dicit Oppianus. Lupum tamen inuadit, & conficit. κάλλιχθυν idem eum cognominat. Quare locus ſit vacuus à marinis beſtiis diſputatum eſt in nono *Hiſtoriarum*. Athenæus in ſeptimo recitat more ſuo ſine iudicio. Addit κάλλιχθυν ab Ariſtotele deſcribi καρχαρόδοντα. καλλιώνυμον in ſecundo & in octauo legimus, κάλλιχθυν nuſquam apud eum. Præterea eundem cum anthia quis putârit: ſi alter

καρχα

καρχαρόδους, alteri σώμα ἄσπιλον. Plutarchus quoque eius meminit.

Quoniam Salmoni ſimilem agnouimus, neque Salmonis meminit Ariſtoteles, de eo hîc ſcribamus. Solus veterum Plinius ipſum videtur agnouiſſe: Græcorum nullus: non enim ex Oceano ingreditur Mediterraneum. Quare vehementer falſi ſunt, qui in Rhodano eius natalia aſſignant. Eius faciem ac colorem tribus ætatibus atque magnitudinibus communem declarat Auſonius in ſua *Moſella* luculentiſſimis verſibus. Quibus & nomina apponit. Maximum natu *Salmonem* vocat: minimus dicitur *Salar*: mediocrem appellat *Sarionem*. Ac quanquam tribus diuerſis locis diſtinctam narrat hiſtoriam: tamen vnum eſſe ſpecie, non vnum ætate pinxiſſe videtur. Sic enim de Sarione ſcribit. *Qui necdum Salmo, nec iam Salar:* Vbi non negligenter id quoque obſeruandum eſt. Nam in Garumna fluuio poſt Burdegalam, Toloſam vſque multi Salmones capiuntur: Salares multi: Sariones vix decem annis duo. Nec minùs id animaduertendum: ſupra Toloſam Pyrenæos verſus Salmones perpaucos: ad montana, nullos. Sariones, & Salares permultos. Contendere autem diuerſis ſtudiis plebem. Salares vulgus *Tecones* vocat: alij aiunt creſcere, fieríque Salmones: alij negant. Icciro recentiorum nonnulli Salarem eum eſſe, qui *Trutta* vulgò dicatur. Ne negemus nos. Hoc quærimus: quo nomine Trutta ab antiquis agnita ſit. Nam ſanè *Trocta* non eſt. Sed Trocta, Amia: de quibus alio loco. Sanè Auſonius, & Lucium, & Tincam, & Alauſam, nominat: quæ veteres appellationes ipſi ignotas retinere debuerant. Quare ac Salar quidem eius autoritate debuit in Truttis vim priſcæ appellationis retinere. Trutta enim piſcis nobiliſſimus in Italia, Germania, Gallia. Nam qui aiunt piſces olim optimos nullo nunc in honore eſſe: contrà, precioſos nobis viles veteribus fuiſſe, fugam faciunt. Turdi genus ſummum, marinum, & fluuiatile. Marinum notum omnibus eſt. Duas ſub ſe habet ſpecies: vna nomine generis vocatur, altera Merula dicitur: vtraque forma Tincæ proxima: magnitudine nunquam, quòd viderimus, excedens pedem: rarò explet. Dorſo fuſco aut ſubnigro; ventre maculis purpureis aut albis vario. Merula nigrior. Nomen adhuc retinent ſuũ, vterque in littoribus Mediterraneis ſupra Narbonem: inferiores accolæ *Rocaudos* vocant: propterea quòd imprimis ſaxatiles ſunt. *Rocam* enim rupem Maſſilienſes patrio veteri ſermone etiamnunc nominant: ῥώξ. Veneti ab ſimilitudine Merulam, *Tencam marinam* dicunt. Qui in aquis dulcibus degit Turdus multas ſub ſe habet ſpecies. Grãdiſsimus Salmo eſt. Nã in Rheno fluuio quaternos pedes excedit interdum. Clariſsimè ab Auſonio deſcribitur. Caput læue: corpus cæterum ſquammoſum: venter opimus, atque ſapore excellenti: os paruum ſine dentibus. Caro carnis noſtræ colore dilutiore, lamellis conſerta. Iecore ſuauiſsimo: viſus eſt catarractas piſtrinorum ſaltu aut impetu contra præcipites aquas ſubire ſæpe: ibi tum lautiſsimus: quippe corpore exercitato. Alioqui grauiuſculus cibus, atque inter concoquendum regurgitans. Salitum inſuauem inuenimus nos. Sario, qui proxima eſt magnitudine, multis in locis reperitur: quippe in Lacubus Germaniæ, & ad Pyrenæos. *Truttam Salmonencam* vocant: omnium piſcium, vt aiunt, ſuauiſsimam. Nos enim multos maritimos ſuauiores edimus. Tertia ſpecies Salar eſt: adeò excellenti ſapore, vt fallat etiam ſobrios conuiuas. Omnibus color idem, & guttæ aureæ, rubræ, purpureæ: quæ etiam marinorum Turdorum notæ ſunt. Is quoque infinitis penè locis capitur. In Liguribus Taurinis ad vallem, quæ Pagni dicitur: in Aruernis: in Pyrenæis: in Germania. Hæc ſpecies Auriguttatarum ſumma, tres comprehendens. Alia & tergi, & carnis colore differens. Nam ei ſquamma nigrior in dorſo. Caro exalbida. Sapor qualis Scombris optimis. Tales ſunt in Coaciis ad Alpes Iulias, & alibi. Eius ſpecies, omnium piſcium nobiliſsima ea, quem *Carpionem* in Benaco nominamus. Cuius duo nihiloſecius modi ſunt: magnitudine & ſapore diuerſi. E regione Gardæ oppidi Carpionis captura frequentior. Variantur eæ ſpecies etiam figura partium. Eſt enim in eo fluuio, qui Britones à Nortmanis diſpeſcit Trutta cuius roſtri inferior pars ſuperiorem perforat, atque in eam ſubit.

Mullus ventre longè eſt caſtigatiore, & Mænarum potiùs figura. Barbulas habent: quapropter ab Iſtris *Barbi* dicuntur. Ligures *Trigias* vocant Græca veteri appellatione. τρίγλη, quod nomen aiunt inde ortum, quia ter gignat ſingulis annis. Haud procul ab Adriatica voce Burdegalenſes dicunt, *Babebauts*. Videtur Athenæus in ſeptimo agnouiſſe aliam ſpeciem eius, quæ barbata non ſit: quia à Sophrone putârit dictam γενειᾶτιν, quæ & barbata ſit, & ſuauior. Nos nullum niſi barbatum vidimus. Aiunt quidam nonniſi deſquammatum rubeſcere: ego ipſis in ſquammis viuentis nitorem rubrum vidi ſemper. Athenæus ait Mullum valdè venereis aduerſari: quare eo Diana apud priſcós in ſacris non tam placetur propter nominum ſimilitudinem τρίγλης & Triuiæ, quàm propter caſtitatem.

Scorpius longè maior quam Mullus eſt: ſanguineis maculis inſignis, quales nigræ ſunt in pellibus

libus Felium quos Veneti *Syrianos* vocant. Hunc putant marem : Scorpænam autem fæminam. Quod miror : non equidem ob coloris diuerſitatem : quippe Scorpæna nigra eſt : ſed quòd Scorpius pelagius eſt : Scorpæna litoralis. Huic ſapor minùs commendatus,quàm ſcorpio. Iſtri maculoſum Scorpænam vocant : Prouinciales *Raſcaſſam*. In dorſo & branchiis aculeos gerit validos,pernicioſo tactu : vnde & nomen à terreni Scorpij ſimilitudine.

Mænæ rubor cærulo pingitur.Eius genera hæc.Mæna, quam Iſtri : vbi optimas Aprili menſe eſitauimus, *Menolam*:Prouinciales *Mendolam*. Fæmina aluo eſt porrectiore:Mas teretior,ſolidior, ſapidior. Raro ſemipedem excedit. A colore ſpecies duæ. Altera albidior, quanquam decolor per hyemem vniuerſa natura. Altera maculis nigris,quas *Menolas ſclauas* vocant Iſtri.Illas autem exalbidas, Græci *Leucomænidas*,& *Smaridas*. Sic etiam nunc Calabri.Prouinciales *Gerres* : Veneti paulò corruptius *Ziroli*:ſicut ad Puteolos , *Cerres*. Neque ſolùm colorem, ſed etiam & ſaporem, & nomen mutant.Appetente coïtus tempore, mas deterior. Itaque τράγος,id eſt hircus tunc appellatur. Athenæus Smarides etiam ſine ſibilo dictas putat, à quibuſdam verò κυνὸς εὐνὰ,& ἑκάτης βρώματα, quia parum durant.Quòd autem fallatur Theodorus,qui *Aleculas* μαινίδια interpretatur:ſuo loco diximus.Et quòd errent qui *Bocas* eaſdem putent, quas & *Leucomænidas*:Polyochus in *Corinthiaſta* apud Athenæum oſtendit. De his ſuo loco.

Perca inter piſces nobiliſſimos. Lombardis, *peſce perſego*. Figura Auratam haud peſſimè imitatur : minùs tamen lata eſt, & dorſo craſſiore. Squammis minoribus, candidioribus. Fluuialem omnes norunt : marinam pauci : de qua Ariſtoteles in nono.Saxatilis vtraque.

Glanin, *ilurum* vbique Theodorus interpretatur, Plinium ſequutus. Fortaſſe quia apud Ariſtotelem Siluri nomen nuſquam.Ælianus tamen diuerſos eſſe docet. Ait enim in Mæandro Glanios Siluris ſimiles. Idem verò in Iſtro fluuio Siluros capi. Athenæus in Iſtro Glanin nominat. Itaque confuſa nomina in eodem vides. Quare vnum qui putárunt, optimo argumento impugnárunt eorum ſententiam , qui Silurum Sturionem eſſe autumant. Nam Glanis apud omnes autores, aut hamum ſpoliat eſca : aut totum deuorat : lineam robuſtiſſimam ſecat dentibus. Equos inuadit in fluminibus, atque demerſos conficit. Sturio autem dentem nullum habet : ſed infra mandibulam quam vnicam habet,foramen potius , quàm os , ad apprehendendum valdè ineptum. Nos aliquando putauimus, Silurum eſſe Sturionem, corruptis aliquantùm elementis: qui aut Silurum eundem cum Glani credidere, falſi ſunt ob ſimilitudinem. Eſt enim in Iſtro Silurus , & Glanis , qui Lucij ſimillimus eſt. Eum nos vidimus ingenti mole. Sanè Lucij ſpeciem æquus rerum æſtimator haud procul à forma Sturionis intelliget. Item roſtrum, porrectum, latiuſculum, ſubſimum, pandum. Dorſum curuum. Sturiones iuuenculos Adriani *Porcelettas* vocant. Quod Ælianus prodebat, Glanin Siluro ſimilem in Lyciæ fluuiis homines vorare : Pauſanias aliis verbis ſcribit. Glaniis ſimiles piſces ita graſſari : vt videatur Siluri nomen neſciſſe. Verùm multis in locis eius autoritas recitatur potiùs,quàm probatur.Stultum eſt putare Sturionem aut ignotum, aut non deſcriptum ab antiquis.Quidam recentiorum de eo cùm ſcriberent,putárunt aquam ore acceptam non branchiis ſed ore regerere. Qui non animaduertere ei fiſtulam eſſe in vertice , ſicut & Delphino. Neque Attilus eſt quem maximum in Pado prodit Plinius: nanque etiam nunc Attilus penè ſuum ſeruat nomen. *Adel*,alij *Attina* : nonnulli *Adena*,ignobilis is,neque expetitus, neque expetendus. Vaſtus tamen, quem vidimus ad Argtentam. Decepit alios nominis affinitas, me Bononiæ agente Philoſophiæ cauſſa,prædicantes Sturionem eſſe Turſionem Plinij. Si Plinius Turſionem Phocænam interpretatus eſt : quonam modo erit Sturio?Phocæna animal parit : oua Sturio : ex quibus facimus ſalſamentum,quod vocatur *Cauiarum*: aliud à Garo, quod falsò docebant nos præceptores : aliud ab iis,quæ ᾠὰ ταριχὰ vocamus : qui fuit error etiam doctiorum. Sunt enim ᾠὰ ταριχὰ , quas proxima voce nominant *Botargas* : ex ouis piſcium compoſitas ac membrana obductas : præſertim,vt aiunt,ex Mugilum ouis. De Sturione autem multa in Commentariis de ſubtilitate ad Cardanum : quædam ſupra attigimus,hîc etiam nonnulla addemus. Verſus qui ab Auſonio de Siluro ſcripti ſunt,in multis huic piſci conueniunt : multa tamen ſunt quæ nos adducunt vt Acipenſerem veterum putemus : quibus autem rationibus alibi dictum eſt. Galli Sturionem *Eſturgeon*,Vaſcones *Creac* vocant : adeò creſcit vt duodeuicenos pedes æquet : tam grandem enim vnum vidimus. In Garumna aliquando capitur : in Padi oſtiis frequentiſsimus. Eius fætus adhuc tenellos *porcelletas* vt ſupra diximus Ferrarienſes vocant : molliori callo nihil habentes offenſionis. Cùm verò adulti ſunt : armantur in dorſo, loricæ in modum oſſeis lamellis aliquot: pro ſpina chordam habent. Cauda pugnant : roſtro impetunt ſed non lacerant : ſolidum enim habent atque ore carens, Os autem ipſum valde, & reductum.Sanè is piſcis ad eam Delphini ſpeciem nonnihil accedere videtur, quam multis in

locis

locis pictam cernere licet: vt non mirum, ſi nonnulli, cùm legiſſent apud Auſonium Silurum fluuiorum Delphinum vocari, hunc eo argumento certiſque aliis indiciis ducti, Silurum exiſtimârint. Acipenſeris vox tota Latina videtur: præſertim cùm in vetuſtis Macrobij exemplaribus *Aquipenſer* legatur. Summo in honore fuiſſe apud Ciceronem in libro ſecundo de *Fato* videmus. Idem teſtatur Plinius, ſed apud priſcos ſuo tempore vilem. Martialis tamen qui ſub iiſdem floruit Imperatoribus maximè ait commendatum cùm ſuis verſibus iubet, mittendum ad principis menſas. Matron quoque eum piſcium principem vocauit, atque Ambroſiæ comparat.

Cyprinum, *Carpam* dicimus. Conuenit id quod de lingua palatíve craſſitie ſcribit Ariſtoteles in quarto. Quòd canicula læditur: quòd in profundo parit. Ad hæc branchiarum numerus ac modus. Etiam nomen alludit. Haud enim multùm abeſt Carpa à Cyprino. Veneti *Rainam* vocât Lombardis *Bulber.* Aliquibus etiam *Quaiastro.* Ariſtoteles fluuialem agnoſcit. Oppianus etiam marinum. Is eum quinos quotannis partus edere. Ariſtoteles etiam ſenos.

Gladius ita dictus, quia à Græcis ξιφίας: propterea quòd gladium in roſtro gerit: iccircò Prouincialibus, *piſcis Imperator.* Acies pernicioſa, impetus immanis, robur firmiſsimum. Ait Oppianus ſimul cum vita mucronis vim aboleri. Ad litus Populoniæ exemptum capto longè duriſsimum inuenimus. *Galeoten* Strabo nominat: átque egredientium è Ponto piſcium venatione pingueſcere. Hunc etiam *Thurianum*, ſiue *tomum Thurianum* appellatum ſcribit in XXXII. Plinius. In ſexto Athenæus marinæ Caniculæ partem Thurianum eſſe ſcribit. Fortaſſe vtrunque verum eſt. ex vtroque ſalſamenta facta, cæſaque in laminas τόμους θουριανοὺς dicta. Caret dentibus Xiphias. Pinnam in dorſo gerit innoxiam, quaſi cartilagunculis conſtantem. *Piſcem ſpatham* vocant Dalmatæ & Apuli. Prouinciales autem alium quendam ſic nominant: cuius cauda enſis gerat ſimilitudinem: de quo ab antiquis nihil.

CXII. ARISTOTELES.

Ἔτι δὲ πρὸς τἆλλα ζῷα, οἱ ἰχθύες διαφέρουσι πρὸς τῇ διαφορᾷ τῇ περὶ τὰ βράγχια. οὔτε γὰρ, ὥσπερ τῶν πεζῶν ὅσα ζωοτοκεῖ, ἔχει τρίχας οὔθ', ὥσπερ ἔνια τῶν ᾠοτοκούντων τετραπόδων, φολίδας· οὔτε, ὡς τὸ τῶν ὀρνίθων γένος πτερωτόν· ἀλλ' αἱ μὲν πλεῖσται αὐτῶν, λεπιδωτοί εἰσιν, ὀλίγοι δέ τινες, τραχεῖς. ἐλάχιστον δ' ἐστὶ πλῆθος αὐτῶν τὸ λεῖον. τῶν μὲν οὖν σελαχῶν, τὰ μὲν τραχέα ἐστί· τὰ δὲ, λεῖα· γόγγροι δὲ, καὶ ἐγχέλυες, καὶ θύννοι, τῶν λείων.

Habent & aliud, præterquàm branchiarum, diſcrimen piſces. Neque enim pedeſtrium more animantium viuipararum pilis teguntur. Neque obducuntur ſquallida cute: quemadmodum onipararum quadrupedum quædam. Neque pennas habent, ſicuti auium genus. Sed ipſorum plurimi ſquammati ſunt: pauci aſperi: pauciſsimi læues. Cartilagineorum quidam aſperi ſunt, quidam læues. Congri, & Anguillæ, & Thunni, læues.

CÆSAR.

Satis erat ſic dicere: differunt etiam extimo naturali tegumento: quanquam non vno omnes. Nam pars maxima ſquammis tegitur: pauciſsimi corio, aut cute læui: minores enim cute: cetaceo corio obducuntur. Mediocris numerus eſt aſperorum. Squammarum quoque differentias ſtatuendum: quidam enim puſillis, alij latioribus muniti ſunt.

Ait pauciſsimos eſſe læues: ego puto Aſperorum numerum eſſe minimum. Læues autem multos ſcimus. Nam præter vnam muſteli ſpeciem, & ſquatinam, vnus aut alter aſpero eſt corio: vt Gladius, & Porcus, quem κάπρον dicebamus. Læues autem, Anguilla, Lampetra, Conger, Soleæ, Rombi, Paſſeres, Vittæ. Thunnum quoque cùm memorat, potuit addere & Delphinos ponticos: non enim illis hi maiores.

Obſeruabis acutiùs, quæ ab eo ſolutiùs dicuntur. Nam ſquamma eſt vti pilus, aut penna. Squammati enim nihilo ſecius cute veſtiuntur: è qua prodeunt ſquammæ: quemadmodum in aliis animantibus pluma, aut pilus. Sic igitur ſolertiùs digeras. Animalia omnia pro munimento extimo habent corium, aut cutem: neque enim commune vtrique ſpeciei nomen generis poſitum non eſt. Aliqua autem ad hunc modum nuda ſunt: vt piſces, quos læues nos, Plinius *Lubricos* nominat: alia pilum prætereà habent, vt quadrupedes viuiparæ: alia plumam, vt aues: nonnulla etiam teſta prætereà conduntur: vt oſtrea, & cochleæ, & teſtudines. Corij autem modus non

vnus:

vnus. Aut enim læuis, vt Anguillæ: aut clauatus, vt Raiæ: aut aſper, vt ſquatinæ: aut ſquallidus, vt Anguibus.

Non poſuit τὰς φολίδας piſcibus. Teſtudo tamen, qua teſta non tegitur, cute ſquallet. Eſt præterea πλεκτὸν quiddam in cautibus fluuiorum, qui e Pyrene in Bigerones decurrunt. Ex vno callo, qui ſaxis hæret, frequentes quaſi pedes exeunt, tanquam è radice caules. Ij pedes intus inanes, nil niſi corium ſunt φολιδωτόν. In ſummo vngulæ ſunt vnca facie, ex vnguiculis cohærentibus minutioribus ſingulæ conſtantes. Eæ biualues ſunt: hærentibus membranulæ rubræ beneficio foribus in dorſo. In ſinu apertiles. tabella item rubra habent. Intus ligulas lentas flexas, militarium criſtarum figura: numero interdum octonas, aut plures. Materia qualis eſt in ſquillarum pedibus, modò ſint molliores. Vbi ſurrecti ſunt hi pedes ex illo callo, atque hiant: ſanè dixeris Hydram pictam. Quare poſthac Latinis cum noua hiſtoria nouum nomen tranſmiſimus. Incolæ abſectos pedes, callum ad obſonia in foro venalem habent.

Hydra Pyrenea Pictura.



Hians.

Nota loquutionem. πρὸς τὰ ἄλλα ζῶα διαφέρουσι. Ab aliis differunt animalibus. & πρὸς τῇ διαφορᾷ ad differentiam branchiarum. Quaſi dicat. Piſcibus natura addidit differentiæ branchiarum aliam differentiam: qua differant à cęteris animantibus.

Τραχεῖς, Theodorus, *ſcabros*. Sanè ſquatinam ita dixêre priſci, quòd eſſet ſcabra nos: φολιδωτὸν vbi ſcabrum, aut ſquallidum. Sanè φολὶς: eſt minutiuſcula λεπὶς. & λέπρα, ſcabies à Latinis, non ſolùm ψώρα. βάτον Græci Raiam aſperam: quoniam quaſi vnguibus iis, qui in rubo ſunt, conſertis tecta ſit. Sic poëta *Squallentem auro loricam*, quoniam ſquammis, quemadmodum & nunc, inter ſe ſubeuntibus compoſita erat.

CXIII. ARISTOTELES.

Καρχαρόδοντες δὲ πάντες οἱ ἰχθύες ἔξω τοῦ σκάρου· καὶ πάντες ἔχουσιν ὀξεῖς τοὺς ὀδόντας, καὶ πολυστοίχους, καὶ ἔνιοι ἐν τῇ γλώττῃ.

Excepto Scaro Serratis omnes ſunt dẽtibus, iiſque acutis. Nonnullis quoque eorum ordine multiplici: atque etiam in lingua.

CÆSAR.

PONIT differentiam inter eos. Meliùs ſic dixiſſet. Quibuſdam ſunt dentes. Quidam carent. Maior error, cùm ait omnibus ſerratos eſſe excepto vno Scaro. Nam & Dentici mutilos alibi ſcripſimus. Itaque non eſt verum eſſe ὀξεῖς. Dentium modi multi. Myſticeto pili pro dentibus: vt eſt in tertio. Lampetræ tanquam vngues rubi. Lucio curui. Delphino recti. Quónam verò modo dentes in lingua, ſi linguam piſcibus eſſe negat? per totum os ſparſos Lampetra. Lucius puſillos in palato. Multos ordines Lupus. Superfluò addidit ὀξεῖς. Hoc enim eſt in definitione ſerratorum. Notabis

tabis & loquendi modum πάντες : & mox : πάντα.

Theodorus codicem ſequutus cæcum, facilè lapſus eſt. καὶ πάντ' ἔχουσιν ὀξεῖς τοὺς ὀδόντας, καὶ πολυστοίχους, καὶ ἔνιοι ἐν τῇ γλώττῃ. *Ac omnes*, inquit, *ſerie dentium acuta, ac multiplici fulciuntur.* Non potuit apertius mendacium dicere. Satis mentitur, cùm ait, omnibus ſerratos eſſe dentes. Hic erat locus apponendi ſuum illud tot locis fruſtra repetitum: οἱ ἔχοντες : καὶ, ὅσα ἔχει. Quis præterea tueatur: omnibus eſſe πολυστοίχους? Itaq; ſic ſcribendum eſt. καὶ πολυστοίχους ἔνιοι, καὶ ἐν τῇ γλώττῃ.

CXIV. ARISTOTELES.

ΚΑὶ γλῶτταν σκληρὰν καὶ ἀκανθώδη ἔχουσι, καὶ προσπεφυκυῖαν οὕτως, ὥς ἐνίοτε μὴ δοκεῖν ἔχειν.

DVram verò linguam, ac ſpineam, atque adhærentem adeò, vt nullam aliquando habere videantur.

C Æ S A R.

ALIBI nullam linguam. Hoc hîc moderatur. E' ſitu enim iudicari nullam, quia adhæreſcat. E' ſubſtantia tamen indicari. Quatuor igitur ſtatuit. Subſtantiam: quippe τὸ ἔχειν τὸ ὄν. ſitum, προσπεφυκυῖαν. Duas qualitates, duritiam, & τὸ ἀκανθῶδες. Eſt tamen in quibuſdam vera lingua, & mollis. Vt in genere Luporum. Quod circulatores venale circumferunt, triquetrum, vtrinque ſerratum: aiúntque fulminis lapidem: alij paulominùs impudentiores ſerpentum linguam autumant: nos certorum piſcium linguam ſuſpicati ſumus.

Nota, ἐνίοτε, aduerbium pro nomine, ἐνίους. Theodorus maluit, *penè*: *ferè* debuit dicere, vt raritatem in generis ſpeciebus oſtenderet: non autem *penè*. Hoc enim in omnibus imperfectionem illam potiùs indicat. Qui verè Latinè loquuntur, hoc ſoli percipiunt.

CXV. ARISTOTELES.

ΤΟ' δὲ στόμα, οἱ μὲν ἀνερρωγός, ὥσπερ [ἔνια] τῶν ᾠοτόκων καὶ τετραπόδων.

ORis hiatum vaſtum eorum quidam: quemad modum ea quadrupedes, quæ oua pariunt.

C Æ S A R.

QVOTIES aliquod genus ad aliud refertur per analogiam, Philoſophus conſueuit agnoſcere leges illas proportionum. Sic Simiam aliqua ex parte attribuit Hominum partibus, nonnunquam recenſet inter quadrupedes. Hac ratione Piſces, quippe qui ſint inter ouiparas animantes, ad nobiliora genera reducit ouipararum, quadrupedum ſcilicet, quòd attinet ad oris hiatum. Hanc lectionem probat Theodorus, ᾠοτόκων. Nam ſanè quæ animal pariunt quadrupedes non omnes vaſto ſunt ore. Sed eæ tantum, quæ pedes habent digitatos. Noſtri codices habent ζωοτόκων. Minùs placet.

Dixit, οἱ μὲν. Id eſt, τινές. Mira locutio, cui nihil reddatur: οἱ δὲ. Sanè bene, τινές. Multi enim ipſorum ore puſillo ſunt. Scarus adeò paruo, vt hamo nonniſi perexiguo capiatur. Pauci inquam hiatu vaſto ſunt. Non ipſe Lupus. Ouiparæ autem quadrupedes omnes. Teſtudo, Lacertacea vniuerſa.

CXVI. ARISTOTELES.

ΤΩν δ' αἰσθητηρίων τῶν μὲν ἄλλων οὐδὲν ἔχουσι φανερόν, οὔτ' αὐτό, οὔτε τοὺς πόρους, οὔτ' ἀκοῆς, οὔτ' ὀσφρήσεως. ὀφθαλμοὺς δὲ πάντες ἔχουσιν ἄνευ βλεφάρων, οὐ σκληρόφθαλμοι ὄντες.

SEntiendi inſtrumenta, neq; ipſa, neque eorũ meatus conſpicui ſunt, exceptis oculis. Non enim aut audiendi, aut odorandi partibus præditi exiſtunt: Oculi quoque carent genis, cùm tamen duri nõ ſunt.

C Æ S A R.

SENSUS habent, inſtrumēta non habent, inſtrumentorū meatibus carēt. Vident, ſenſus officiū, ſiue actio eſt. Actionē accipio hic paulò craſſius. Alibi ſubtiliſſimè diſcuſſum eſt. Oculus inſtrumentum eſt. Meatus ad videndū, nullus. Non enim opus eſt. Audiunt. Auris nulla. Cuiuſmodi in nobis. Sed neque meatus: qualis Auibus. Olfaciunt. Meatus tamē nullus. Non enim qui in naribus vidētur, peruij ſunt. Noluit enim aquam introducere ad cerebrum Natura. Sed membranula interſita tranſmittit: quemadmodum in auribus noſtris ſonum. Murænis inaures quomodo, vt aiunt indiderint: quæ aures nullas haberent, neſcio.

Obſeruabis igitur quod dixit. *πόρυς ὐκ ἴχειν φανερὸς*. Habent tum in naribus manifeſtos. Sed quò pertingant, *ὐ φανερόν*.

Οὐκ ὄντες σκληρόφθαλμοι. Theodorus, *ſed non duri*. Immò aduerſatiuā vtendum eſt. Nam duri oculi non habent opus tegumento. Teneri habent. Piſcium oculi teneri ſunt: & tamen genis carent: cum ſuaptè natura deberent muniri. Atque ita dicebamus: Crocodilum non nictare: non enim egere nictatione ob oculorum duritiam.

Quod ad ſentiendi vel vim, vel inſtrumenta pertinet, mira hiſtoria hîc de piſcibus apponenda eſt. Aelianus ex Leonide Byzantio ait: in Rubro mari piſcem grandiori Gobio parem, nullis oculis, ore nullo, capite ita informi, vt dignoſci tamen poſſit, Branchiis natare. Imo ventre ſmaragdinam viriditatem in ſinum collectam pro oculis, & vice oris eſſe. Ad veſcendum non ſolùm inutilem, ſed etiam pernicioſum. Qui enim hunc comederit, ei poſt vehementiſſima tormina ventrem diſrumpi. Exemptus ex humore turgeſcit. Augetur inflatio attrectatione adeò, vt frequētiore motu totus perlucere videatur. Tandē pari afficitur ſupplicio, atque hominem comedentem affeciſſet. Diſrumpitur enim. Quinetiam ſi antè, quàm moriatur, mari tunc reddideris, haudquaquam mergitur: ſed inflatæ veſicæ more fluitare. Vnde & nomen *φύσαλοι* inueniſſe. Quaſi marinam veſicam dicas.

Proxima vox alterius piſcis Aegyptij apud eundem: quem tamen fatali ſua negligentia non deſcribit. *Phyſan* vocat. Natura hæc. Eius iecur cum Lunæ incrementis, decrementiſque ſentire vel augmentum, vel diſpendia. Neque verò ſolo hepate affici: ſed vniuerſi corporis habitudine modo opima eſſe, modo graciliore.

CXVII. ARISTOTELES.

Ἔναιμον μὲν οὖν ἐστιν ἅπαν τὸ τῶν ἰχθύων γένος.

Vniuerſum ſanè piſcium genus ſanguine concretum eſt.

C Æ S A R.

Ἰχθὺς, vt ſatis notum eſt, non pro vniuerſo genere. Illud enim eſt, *πλωτόν*. Sed quod neque cetaceum ſit, neque oſtreaceum, neque cruſtaceum, neque cartilaginoſum, neque molle. Hæc tàmen differentia communis eſt cum maiore parte. Siquidem cetacea ſanguinem habent, & quos hîc *ἰχθῦς* vocat, ſimul & cartilaginea. Quanquam nulla ratio eſt, qua cartilaginea cōiungat cum piſcibus, cetacea diſiungat. Os enim & cartilago à ſpina aut æquè, aut genere analogico differunt. Quòd autem cartilaginea ſimul cum Piſcibus recenſeat ex his, quæ ſequuntur, patet.

CXVIII. ARISTOTELES.

Εἰσὶ δὲ αὐτῶν, οἱ μὲν, ᾠοτόκοι οἱ δὲ, ζωοτόκοι. οἱ μὲν λεπιδωτοὶ, ὅσοι πάντες ᾠοτόκοι· τὰ δὲ σελάχη, πάντα ζωοτόκα, πλὴν βατράχου.

Eorum aliqui ouum, aliqui animal pariunt. Squammati omnes oua: cartilaginea animal, præter Ranam.

C Æ S A R

CÆSAR.

POST membra indiuiduo debita, nunc officium membrorum tradit: quod ad ſpeciei perpetuitatem facit. Ranam ait ouum parere. Hoc idem dicit Aelianus. Sed tamen inter excundum ouo diſrupto catuli caput extare.

Cùm igitur cetacea omiſerit: rectè factum iri cenſeo, ſi eorum genera hîc digerantur. Quare enim minus, quàm eorum, quos hîc ἰχθῦς vocat?

Cetacea ſunt, alia ſuaptè natura, Balæna, Orca, Delphin, Lamia, Aries, Phyſeter, Leo, Priſtis, Zygæna, Maltha, Panthera, Arbor, Rota, Vitulus, Turſio, Equus, Grus, Tritones, Satyri, Nereides: aliis nomen hoc nequaquam à vera generis ſubſtantia, ſed à ſola magnitudine acceſſit. Silurus, Eſos, Attilus, Polypus, Teſtudo, Glanis, Cyprinus, Bos, vermis Indicus, Thynnus, Crocodilus, Scolopendra. Cete enim ſic definiunt. Animal aquatile grande, cuius partes ſolidiſſimæ vera oſſa ſunt, non autem ſpinæ, aut cartilagines. Aliqui addiderunt, ζωοτόκα, verùm de Arboribus, & Rota non eſt exploratum. Nos in hoc non laboramus. Quod autem Cetaceis magnitudo nomen dederit, ſatis patet ex vſu vocum, κῆτος enim *capacitatem* ſignificat. Sic κήτιον *Turricula luſoria*. Itaque κήτημα *Salitura*, & ſalſamenta ipſa. Cuiuſmodi ex Thunnis noſtro in mari, & Tyrrheno. Ex Cantabrico, quam *Porcinam* vocant, de Balæna. Ex Ponto *Moronam, Schinale*, Venetiis: *Moſſame* Genuæ. Iccircò autem ſalita, quia propter vaſtitatem veſcendo recentia abſumi non poſſent. Iuba enim ex mari Indico in Arabiæ flumen ſubiiſſe prodidit cete ſexcentos pedes longum, trecentos ſexaginta latum. Cuius pingui aduerſus Aſilos perunxerint Camelos negotiatores. Quod autem nomen ceti etiam aliis piſcibus communicatum ſit: videmus apud Autores: qui Thynnum inter cetacea commemorant. Melandryes enim ad ingentem magnitudinem miros faciunt proceſſus. Sed & Horcynum ex Thynnorum genere κῆτος appellatum eſſe tradit Archeſtratus. Itaque Soſtratus Pelamidem θυννίδα vocat; adoleſcentiorem, θυννον: adultum ὄρκυνον: abſolutum, κῆτος. Et Græci Siculi Thynnorum piſcationem κήτειαν vocare conſueuerant. An verò omnia cete fiſtula ſpirent? Delphino ait in dorſo eſſe Plinius, & Ariſtoteles, διὰ τοῦ νώτου, inquit: nos animaduertimus in capite habere, non in dorſo. Sanè vitulus neque branchias habet, neque fiſtulam. Neque omnia pinnas: neque dentes omnia Non enim Balæna; ſed carneas quaſdam ſecturas, aut taleas. Nihil igitur certi proprij, habent, aut differentiæ, niſi os, non ſpinam: vti dicebamus: & vaſtitatem.

Balæna igitur capta eſt in Oceano Britannico longitudinis pedum cxx. altitudinis tantæ vt obequitantium non ſolùm conſpectus adimeretur: id enim parum eſt: ſed voces inter ſe tanquam trans collem editæ viderentur. Caput penè quarta pars fuit corporis totius, ad duo milia pondo lingua acceſſit. Oculi puſilli. Vix enim bubulorum excedunt magnitudinem, decem pedes inter ſe diſtantes. In ſuperciliis lamellas habet, quæ cum caput mergit, attolluntur ab aqua: atque ita videndi poteſtas fit: vbi verò ex aqua exerit, concidunt lamellæ, atque tegunt oculos. Ita comparato aduerſus tantæ peſtis impetum à natura præſidio cuiuſpiam quaſi cæcitatis. Rictus xx. pedes patebat. Hiatus lembum integrum excipiebat. Mandibulæ longæ p. xxv.

Apricatur interdum ac laſciuit excurſu, tantúmque excitat ſpumarum, vt montes niuei procul videantur. Creditur ea ſpuma paſci: nam quantum piſcium ei ſatis eſſe poſſit? præterea aiunt Baſci nihil intus vnquam ſe inueniſſe. Quod autem Aelianus ait Balænam in ſiccum egredi vbi ſolis radiis incaleſcat, falſum eſt: neque enim niſi expulſa altum vado mutat: neque Baſci eam vident, neque capiunt ab Octobris initio vſque ad Decembris finem. At centum penè pedes excedit magnitudine interdum, vt nuper nobis relatum eſt; vicenum binum pedum coſtas vidimus, quibus Baſci pro materia ſepiunt hortos ſenum denum pedum pinnas. Ex eius capite olei factum quantùm multa Gallica dolia caperent. Lac ei eſt ſubcæruleo colore: papillæ geminæ: catulos comites itineris diu habet ne ab aliis belluis diſcerpantur. Cum marem excipit viſa eſt ſe reſupinare mulieris more: mari clauæ modo genitale fuit. E ſpecula Baſcus cùm balænam excepit, ſigno dato conſcendunt omnes lembos. Fuſcinas ferreas alligatas fune prælongo iniiciunt, inde aufugiunt relicto ferro. Illa adeò excandeſcit, vt cieat tempeſtates, mare verrat, piſcatorias euertat. Cauda maximè pugnat: vbi laſſata eſt diuturna agitatione, de integro aggreſſi vulnerant, donec in vitalia ferrum adactum interimat. Inde multo remulco in terram trahunt: inter ſe linguam & pingue partiti, cætera vulgò relinquunt vilia. In Gaditano ante brumam non conſpiciuntur. Plinius cùm dicit ora Balænas in fronte

habere, intellexit fiſtulas & malè os appellauit: ea enim in ſublime nimbos iactant. Idem in mari Indico iugerum quaternum eſſe, ex Oneſicrito multa talia mutuatus gratis, qui trecentorum ſeptuagenum quinum pedum prodiderit.

At Orca oblonga eſt non tam lata, dentibus robuſtiſſimis, rictu non lato vt Balæna ſed acuto: triremis æquat longitudinem dorſo recuruo: taliſque viſa eſt à commilitone noſtro extrà Gades, cui Codro nomen fuerat. Caudæ lunatas cuſpides quindecim pedum ab æquore ſummo extitiſſe. Vtriuſque pugna narratur à Plinio lib. ix. Addita etiam ab Orca ſagacitate, quæ aut pinguedine otioſam, aut fœtam aggrediatur. Itaque ab latere incurſu tanquam triremis roſtro oppugnare: illam ad flectendum ineptam, fuga in altum ſalutem quærere, Orcam ſe opponere, in vada aut ad cautes impingere. Orcam quoque memorat in portu Oſtienſi à Claudio principe expugnatam, quæ in vado cùm ſulcaſſet arenæ aggeribus cincta immobilis facta eſt.

Priſtes maximas in mari Indico Aelianus ac Plinius tradunt. De his Ariſtoteles nihil. Plinius earum facit mentionem in nono, ducentorum cubitorum magnitudine. Idem quoque in trigeſimo ſexto meminit ſimulacri à Scopa facti, vbi Tritones chorúſque Phorci & Priſtes viſebantur, ſed nuſquam formam oſtendit. Neque ex Aeliani hiſtoria qualis ſit Priſtes poteris cognoſcere. Nam reliquarum multarum nomina produnt facies, Elephantus, Leo, Equus, Aſinus, Taurus, quorum capita repræſentant. Aiunt enim eas exire in terram, radicibus frugibúſque populatis in humidum remeare.

Ante omnia Aries inſidioſus ac ferox, caput habet quale nomen præbuit, Mas vitta regia inſignis, fœmina cirrulós quaſi barbam mento appenſos, cornibus impetit ac diſiicit obiecta. Carniuorum, immite, atque callidum animal: excitis namque natatu reflatúque ſuo tempeſtatibus naufragia molitur, vti corpora depaſcatur. In Tyrrheno mari & noſtra tempeſtate frequenter viſitur. Obſeruat procul tacitus exorto paulisper capite. Etiam naufragio qui enataſſet atque in ſcopulo conſediſſet, quoniam ad eum accedere non poſſet, aquarum mole impegiſſe, deturbatúmque deuoraſſe ferunt. Tanquam angues à ceruis, ita vitulum marinum ab ariete ſpiritus contentione attrahi ex cauernis, in quas fuga hoſtem euaſerat, aiunt.

Libella qualis ſit ab Aeliano non deſcribitur, ſed à nauiculatoribus abominatam inauſpicato occurſu atque etiam aſpectu. Ea ab Ariſtotele Ζύγαινα vocatur, quia ſimilis eſt ſtateræ iugo cum ligulis, à quibuſdam Italis *baliſtam* appellatam ſcimus. Idem Aelianus Maltham belluam eſſe inexpugnabilem, cuius tamen formam non exprimit.

Phyſeteres, ingentis columnæ modo ſeſe attollunt, aquarúmque nimbos eiaculantur, partim vt mergant, partim vt proſpectu adempto præda potiantur. In Rubro mari nauigantes peſtem hanc auertunt tintinnabulorum ſtrepitu, quæ ad proram ſuſpenſa habent. Nearchi claſſem obruituri fugati ſunt clamore tubarum.

Arborem quam Plinius in Oceano Gaditano ait tantam, tantiſque ramis, vt credita ſit ob vaſtitatem fretum tranſmittere non potuiſſe, non hic ſcripſiſſem, niſi iam piaculum factum ſit etiam mendacia præterijſſe.

Rotæ gregales ſunt, quaternis radiis orbem fulciunt: modiolorum capita oculis illuſtrantur, miro naturæ opere hoc monſtro cæli motum imitantis. Spinis horrent prælongis. Promouent arbitratu ſuo, atque emergunt magno impetu è profundo reſilientes.

Nereides & Tritones humanam ſpeciem præ ſe ferunt, neque fabula eſt. Antiqui prodidere & viuunt hodie qui viuos viderint. Demoſtratus in Tanagea oppido conditum vnum à ſe viſum ſcripſit: corij detractum puſillum in ignem iniectum teterrimum halaſſe fumum. Pauſanias Romæ Tritonem vidiſſe pro pilo modum cutis qualis in rana eſt; cætero corpore minutis ſquamellis obſitum. Mirum branchias ſub auribus dicere habuiſſe, cui etiam manus eſſent, in quibus vngues cochleæ tegumento ſimiles, ſub aluo caudam pro pedibus. Tiberio principi Olyſſiponenſium legationem narraſſe auditum Tritonem concha canentem narrat Plinius; atque in eodem littore Nereidem ſpectatam: & Diuo Auguſto Galliæ legatum in littore exanimes apparuiſſe complures. Idem quoque audiſſe de illuſtribus viris, bonis equitibus Romanis, marinũ hominem in Oceano Gaditano nauigia noctu opprimentem: ſub eodem principe in littus Lugdunenſis prouinciæ Nereides expulſas idem autor eſt. Non hic repetam quid Hieronymo Dominio viro nobiliſſimo è Norico præceptori meo acciderit, cùm à nobis in Commentariis *de Subtilitate* ad Cardanum hæc, multaque alia quæ ad hanc rem ſpectant, ſcripta ſint. Sebaſtianus Gadarus Epirota patris mei miles ab ſeſe vnum viſum Tritonem inter Apolloniam & Dyrrhachium me adoleſcente prædicabat & etiam irridente: Georgius Malacaſſa ex eadem terra eiuſdémque contubernij, præfectus leuibus equitibus, ab ſe vnum ſpectatum Methone

in

in littus eiectum: Conſtantinus Palæocapus à patre ſuo viſum vnum in ſinu Euboico cùm militaret aduerſus Baiazetem Othomanum, narrauit mihi. Valerius Teſira Valentianus eques patri meo ab ſeſe vnum viſum viuum exceptum retibus, palóque alligatum, Legatis, quorum nūc in mentem non venit mihi, oſtentatum, quaſi ad ſupplicium maleficum quempiam virum. Summiſſum deinde equitem qui ſuum affinem legatis diceret, oraret impetrarent à rege veniam, ſe eius beneficij memorem, neque ingratum futurum. Legatus impetrat de ſubridente rege, nam mox ſolutis vinculis in mare de ſcopulo vbi vinctus ſteterat, præcipitem ſeſe dedit. In Gylij acceſſionibus ſcriptum eſt, ad littus Dalmatiæ ſæpe capi marinos homines: item ad mare Rubrum quorum è coriis conficiantur calceamenta longo vix vſu expugnabilia. Etiā Theodorum Gazam cùm eſſet in Peloponneſo, Nereidis eiectæ in littus etiamnum ſpirantis ſpectaculo interfuiſſe; eam ſeptam confluentis populi corona humano gemitu ſortem ſuam deploraſſe, atque maxima lacrymarum vi, diuini viri illius miſericordiam meruiſſe: eius iuſſu cum de via deceſſum eſſet, branchiis atque cauda ad mare adrepſiſſe atque ex oculis ſpectantium ſubtraxiſſe: facie fuiſſe etiam decora ſcribit, corpore ſquammis ad vmbilicum vſque tecto, caudam qualem videmus locuſtarū. Ad hæc Georgium Trapezuntium in maritimo fonte puellæ ſpeciem laſciuiētis obſeruaſſe: piſcatorē Maſſilieſem narrare ſolitū Renato regi dono datū Tritonem vnū. Draconnetū Bonifacium Neapolitanū in Hiſpania ſe militāte, captum ex Oceano Mauritaniæ, allatúmque vnū, proceriorē humana ſtatura, capillo & barba horrida, cæruleo colore, pinnis mēbrana interlucenti intertextis. In Epiro aquantes mulierculas è proximo fonte Tritonem Veneris gratia ſolitum inſidiari. Non huius rei fidem penès autores, atque in medium relinquimus.

Φώκη, vitulus marinus non ſolum habet inde nomen, quòd *in ſomno mugitum edat*, vt ait Plinius, ſed quod facie tota perſimilis ſit. Pilo quoque facies eadē ſed ſublustrior eſt & dilutior color. Auriculis caret, & pro his cauernas habet. Lingua ei duplex, oculi in varios colores ſubinde mutantur. Corio cingula conficiunt aduersùs fulminum vim. Inhorreſcere ea maris tempeſtatibus vidimus nos. Item recedente maris æſtu ait Plinius lib. IX. Grauiſſimo ſomno premi præter cætera omnia animalia ita eſſe ei peculiare, vt etiam dextram pinnā capiti ſubditam conciliare ſomnos prodiderit idem. Quin etiam docile eſſe animal, excaperéque nomen ſuū vocatum aſſenſione, quam fremitu teſtetur; addit etiam populum voce ſalutare iuſſum. Nam cicurē eum fieri idē prodidit lib. X. Quod ampliùs Aelianus ex Eudemio ſcribit, etiā cū vrinatore vnū olim in ſpelunca diuerſari ſolitum. Tergus habet ictibus haud facilè peruiū: itaq; raro interimi niſi capite eliſo. In coïtu more canū cohæret: parit cū plurimos geminos in terra more pecudum; quos paulatim in humida deductos aſſuefacit mare ingredi, tū ſubire nunquā ante diē duodecimū. Cū Plinius ait *ſecūdo partus reddit initu*, neſciebā quid vellet ſibi. Cōcipere ſecūdo initu dicimus: partū reddere ſecūdo initu nihil animaliū vnquā vidim⁹. Arabicarū Phocarū terg⁹ Iuba prodidit ternas heminas capere: rete capiuntur nō hamo, nec niſi celeriter in terrā tractę: plagas enim lacerāt.

De Hippopotamo ad Cardanum nonnulla ſcripſimus, quæ autem omiſimus hic addemus. Aelianus, quòd auerſis veſtigiis in Nilum remeet non id agere, ait, ne deprehendatur, ſed vt agricolarum impetum aduerſo pectore excipiat. Eius inſignem impietatem prodidère: parentem enim ſuum interficere impij concubitus gratia: adultum ſtatim periculum virium pugnando facere: cedenti patri non inſtare, ſed vitæ veniam dare: tum matrem inire. At inſtanti illi mortem afferre vt inceſtis nuptiis, ſolutus metu atque obtrectatione, frui poſſit: quinque cubitorum excelſitatem æquare, non diſſimilem cætero capite Elephanto: nam aures, caudam, vocem quidam habet. Vnus omnium animalium vtrinque dentes ternos exertos habet: parítque quotannis. Hippopotamus Gambræ fluuij ex nauigationibus Luſitanis deſcribitur: Bouis corpore, binis exertis dentibus: Aprorum modo, cætera Niliaco ſimilis.

Poſt Hippopotamum Crocodilus eſt deſcribendus. De quo poſt Ariſtotelē, Pliniū, Aelianum, & alios quid dicam non habeo. Præcipuè verò cùm à nobis hac in re ſtudioſo lectori exactè ſatisfactū putamus in Cōmentariis noſtris de ſubtilitate, vbi quædam adduximus, quæ fortaſſe multos latuerāt. Igitur hic repetenda non sūt. Qui exiſtimàrunt Crocodilū tātùm Nili eſſe accolam ex Hiſpanorū, & Luſitanorum nauigationibus cōtrarium deprehendent. Multi ſunt in America, & India qui paſſim eſitētur vitulinæ carnis ſapore, at quæ moſchū redoleat. vtriſque eadem facies: ſed Niloticis Americi & Indici magnitudine cedunt. Atq; qui fluuij eos producunt, etiam Hippopotamorum generationis ſunt autores. Quemadmodum in Nilo.

Gruē marinū Corinthiaci ſinus indigenā quindecim pedum explere magnitudinē ſcriptū eſt. ore & capite gruis: totis ſquāmis tegitur pennarū gruinarū facie: tanto impetu ſaltū edere, vt teli contentionem æquet. Demoſtratus cū cùm diſſecuiſſet, triquetra figura, ſpinas eius inuenit. Iecur oblongum, fellis folliculum recentis fabæ thecam repræſentare. Addit exemptum iecur ad ma-

ximam magnitudinem intumuiſſe : fel lapidem cui impoſitum fuerat conſumpſiſſe. Aelianus Epidaurienſium mendacia ridicula recitat : è gruum genitura quæ de volantibus prociderit procreari. Vt etiam maris Rubri ſimias è ſimiarum ſemine natas dicere cogaris, item homines marinos, vitulos, aliáque talia quæ terreſtrium ſpeciem præ ſe ferunt.

Nobiliſſimus cetaceorum Delphin: eius genera duo, alterum in Indico mari immanitate etiam hominibus infeſta : alterum nobile hominíſque amiciſſimum. In ſinu Adriatico primum eum vidimus, tum ad Catanam cùm eſſemus. Poſtremum ex Oceano Cantabrico in Vaſconiam aduectum. Longè alia facie eſt atque pingitur. Vt mirum ſit formæ pulchritudinem ei à quibuſdam doctis viris attributam; cùm & colore, habitu corporis penè omnium generi piſcium cedat. Is qui pictura circumfertur ſimo roſtro eſt, vertice capitis rotundo, curuo maximè dorſo, oculis grandibus, ore valdè reducto : quem ſitum oris de Ariſtotele, & Plinio acceperant. At is qui circumferebatur, quanquam à Luſitanis, Cantabris, Vaſconibus pro Delphino cognitus ſit, derecto in acutum roſtro eſt, non abſimili ſuillo, oculis item porcinis puſillis, fiſtulam in vertice habet. Cæterum corpus non magis curuum quàm piſces reliqui. Adeò pingueſcit vt & inde, & à capitis ſimilitudine *Marinum ſuem* Galli appellàrint paulò corruptiore voce *Marſuin*. Expetuntur vulgò menſis, præſertim incruſtati atque aromate conditi. Minores eorum *Marſupe* vocantur. Quorum autem roſtrum caniculæ ſimile *Turſiones* puto dici non multum Delphinis diſſimiles. Fuſcinulam ad funiculum alligatam impingunt venatores : laxatóque fune abire ſinunt. Ille ex agitatione fatigatus tandem trahitur. Catulum transfixum mater non deſerit, alterúmque interea caudæ verberatione ablegat à periculo. Neque mater ſola ſobolem captiuam ſequitur, ſed etiam ſocij gregales qui grandiores ſunt: nam paruuli præ metu aufugiunt. Quomodo autem fœtus in infantia geſtant infirmos vt prodidere, animo aſſequi nequeo, qua ratione lubricum corpus, teres tereti, lubricóque inſidere poſſit : viſi ſunt dormire atque etiam ſtertentes in ſummo æquore fluitare, inde aiunt delatos in fundum atque expergefactos ad ſumma redire ſomnos repetitum. Tradunt etiam funera efferentes viſos eſſe : ex longa prædæ perſequendæ mora coactos ſeſe colligere ad ſpiritus recipiendos. Tanto autem efferuntur impetu vt naues tranſiliant. Minimam piſcatoriam in qua eſſemus nos, Cephalus tranſiliit. Sed cùm ait Ariſtoteles malos nauium tranſmittere puto ludebat. Captus gemitum edit : donec expiret : nec diu extra aquam viuit. Mirum cùm Anguillæ quæ aquam ſpirant, extra aquam ſeptem dies viuant, ille qui aërem ſpirat, in aëre diu nequeat. Paruuli cum maioribus natu agitant, tutiores ſic ab inſidiis atque impetu helluarum. Ordines obſeruant : in prima acie infirmiores, ne obnoxios iniuriæ poſt terga relictos negligenter amittant. Narrant fabulæ Græcæ, ad Hipponem, ad Iaſſum vrbem, ad Alexandriam, ad Naupactum, ad Tarentum, item ad Puteolos eos humano amore captos, vexiſſe in altum pueros ac rurſus terræ reddidiſſe, defunctos luxiſſe, alios etiam deſiderio expiràſſe. Illud vulgò iactatum à nautis Siculis accepi : eum qui è Delphino eſitarit, ab ipſis in mari lacerari. Quaſi verò viceſimo anno poſt, odoris virus duret ex epulis. Nam quòd narrant de Cærano Pario qui de piſcatoribus Delphinos redemptos mari remiſerat, eum naufragio ſolum ab iis auectum, omne Græcum mendacium ſuperat. Sed pulchrior fabulæ cauda. Cæranum affines in littore ſepultura affecerunt, Delphines funus frequentes celebràrunt. Reſtincto rogo tanquam iuſtis perſolutis abierunt. In vrbe Pleroſelino, ex aniculæ manu cibum capere ſolitum vnum ab ſeſe viſum Leonida Byzantius ſcripſit, eundémque adultum prædas cum illa & eius filio conuictore communicaſſe. Idem vulgò cum piſcatoribus ad Eubœam facere ait Ælianus : fide atque ope communi piſcari. Multa alia recenſentur quæ noſtram ſuperent fidem : vt & ridiculum illud ducamus *imonis* eis nomen gratum eſſe, quoniam ſimi ſint, vt ne hîc quoque Græcia careat mendacio. Irritatum mare ab imis ſedibus præſentientes præſagiunt futuras tempeſtates luſuum laſciuia. Decimo anno iuſtam explere magnitudinem, triceſimo vitam obſeruatum eſt. Eius lingua ſuillæ ſimilis eſt. In Gange Indiæ flumine *Plataniſtas* vocant quindecim cubitorum magnitudine, roſtro & cauda Delphini.

Nunc de Thynno cum meritò inter cetacea numeretur, dicendum eſt. Thynnum Hiſpani *Ctono* vocant. Veneti eius ſalſamenta *Tonina* : dictum putant ita à Græcis propter impetum: hoc enim eſt θύειν. Præcipuam ei aſcribit Plinius magnitudinem : ad talenta enim x v. inuentum qui pependerit. Eiuſdem caudæ latitudinem duo cubita & palmum. Idem ex Ariſtotele falsò dixit Thynnos non alibi, quàm in Ponto fœtificare: addidiſſet tamen citra Gades : verè pariunt. Cordylla dicitur fœtus qui redeuntem matrem comitatur. Autumno grandiuſculi. *Pelamides* vocari à luto Plinius tradit, cùm eis atque luto nihil commune ſit. At ille *limoſas* appellat, eúmque ſequutus Theodorus ex epitheto proprium nomen efficere auſus eſt : altero autem ætatis anno ingreſſi, Thynni: *Melandria* aſſulatim conciſa fruſtra dicuntur. Hæc Plinius. At ſupra ex diligentio-

ribus ganeis Melandrias eſſe Thynnos ipſos, cum magnitudine meriti ſunt Cete nomen. Pelamides in Adriaticum neſcio an deferantur: nondum enim ibi vidimus, cùm non procul Pola illorum piſcium venationi interfuerimus aliquando. Et ad oram Ligurum frequentiùs capiuntur quas corrupto vocabulo *Paremias* vocant: negántque iidem eas creſcere, atque Thynnos euadere. Sed vanum hominum genus eſt auerſum à literis, iudicio peruerſo, pertinaciſsimo animo. Mares in ventre pinnam nullam habent. Altero oculo minùs videt Thynnus, lepida voce icciréò dictus ab Ariſtotele ἑτερόφθαλμος alteroculus. Dextram itaque in partem ſemper vertunt iter, quoniam inde plus cernunt. Expectant ſecundos flatus: cùm greges mouent, æſtum ſolis fugientes conferti radiorum vim leniunt. Bruma quieſcunt à peregrinando, quemcumque eo tempore nacti ſint locum: vſque in æquinoctium obſeruatis hybernaculis, niſi tepore quopiam aut plenilunio illecti. Itaque raró niſi inter duo æquinoctia capiuntur. Ergo ab æſtu & maris ſalacia abſcedentes in loca humoris dulcioris Pontum petunt magna pars, pauci in Propontide æſtiua habent. Nauigiorum interdum comites, ne tridentis quidem iactibus territi: quare ab eo officio *Pompilos* vocant. Vitam longiſſimam Thynnis biennio tradunt: ſaginam tantam adipiſci, vt ſcindantur. Quadrantali agmine incedere aiunt. Itaque è ſpecula ordinibus numeratis vniuerſam aciem computationibus deprehendunt: in agmine cùm ſunt ordines non laxant, non voce, non ſonitu non ictu, ſed fragore turmæ diſturbantur. Eorum tempus tranſmigrationis tam Græci quàm Hiſpani norunt. Itaque ſigno è ſpecula dato piſcatores retia circumdant magno in Hiſpania Regulorum emolumento, impoſitis ad eam rem vectigalibus. Thynnorum fæminæ in prolem editam ita graſſantur ad vorandum, vt eorum qui aufugerit is demum ſaluus ſit.

Nec omittẽda Amia Thynno corpore ſimilis: ſubeunt Pontũ vt Thynni: appetitur à belluis, ſed quia gregalis eſt, iuuatur à ſuo congenere, & probè vlciſcitur: dentes enim robuſtos habet, vt ait Philoſophus infra in nono. Scolopendram tam ex Æliani hiſtoria, quàm ex Indicarum peregrinationum Commentariis ex cetaceorum & immanium belluarum marinarum genere cognoſcimus, ſic à pedum multitudine vocatam: eius corpus mare Indicum innatare viderunt, ad tantam magnitudinem vt triremem æquaret: pilos magnos in naribus geſtat. Sunt & alij piſces qui ad cetaceam magnitudinem procedunt, de quibus ſuo loco dicetur.

Hic meritò apponemus vermem Gangis Indiæ fluuij ex Plinio & Æliano, qui ad ſexaginta cubitorum magnitudinem procedit, colore cęruleo, binis branchiis, tantis viribus, vt potantes Elephantos, promuſcide apprehenſa, in profundum trahat: dentes eius quadranguli. Ælianus in flumine Indo alterum prodit vermem longum ſeptem cubita, paulò minus craſſum, quàm quantus hominis amplexus ſit. In maxilla vtraque ſingulos habet dentes quadrangulos, longitudine cubitali, quodcunque comprehendit etiam lapidem, conterit. Cœno gaudet: interdiu in aqua degit: noctu egreſſus in pecora graſſatur: vel bouem abſtractum in fluuium deuorat totum præter ventrem. Aquantia iumenta mordicus apprehenſa atque demerſa conficit. Corium binos digitos craſſum eſt: venantur in vſum bellicum hamo ferreo catenæ ferreæ appenſo, obductóque agno integro. Tractum atque multa oppugnatione interfectum, pendulum ſtatuunt diebus XXX. Ita in fictilia ſtillat oleum craſſum. Ait Cteſias mendax, eo oleo lignorum aceruos totos illicò ſine igne conflagrare, neque vllis artibus reſtingui poſſe, atque ita Perſarum Reges vrbes expugnare. Vermes hi, etſi ex cetaceorum genere, quæ animal pariunt, non ſint, tamen ob immenſam magnitudinem meritò inter cetacea, quæ belluarum aquatilium nomine cenſentur, reponi poſſunt. Cùm antiqui, vt ſupra diximus, piſces qui ad tantam molem excreſcerent, hoc nomine donarint.

Quoniam autem cetaceorum genera diximus ſigillatim: poſſumus nunc Peripatetico inſtituto videre quas habeant partes, & quibus careant. Nam dentes quædam habent, quædam non, vt Balæna & Gladius: quædam exertos, vt Hippopotamus: alia ſerratos: quædam teretes, vt noſter Delphinus, aliis ij paulò latiores vt Phocæ, aliis quadranguli vt vermi Indico: aliis plani vt Hippopotamo. Quædam os vaſtum habent: vt Delphini noſtri: quædam roſtrum latum, vt Balæna: quædam acutum, vt Delphin: quædam os in roſtro, vt cætera omnia, præter Delphinum Ariſtotelicum, & Sturionem, qui propter magnitudinem more veterum inter cetacea reponi poſſet: hi enim os infra roſtrum habent. Quædam bipedes vt Tritones, quædam quadrupedes vt Hippopotamus: quædam multipedes vt Scolopendra: quædam pedibus carent vt Balæna, Thynnus, Delphin. Item aliis pedes digitati vt Crocodilo & Phocæ: aliis biſulci vt Hippopotamo. Collum habent Triton, Crocodilus: Balæna, Delphin nullum, quanquam ſpirantia: fiſtula enim de ſuperiori parte trahunt aërem. Oculos ſine gena Delphin: genas penſiles Balæna, genas opertiles Triton. Quædam tardè mouentur vt Balæna, quædam expeditioris ſunt motus vt Canis cetaceus.

(Nam de aliis canibus ſuo loco.) Delphin verò velociſſimus eſt.

Hoc quoque loco non ex genere aut magnitudine, ſed ex officio dicendum eſt de Cetorum duce: quanquam incompertum eſt Cantabris quod Græci de eo prodidere: puſillum eſſe & præire Cete: caudæque motione admonere vadorum, aut inſidiarum. hunc longum piſcem eſſe, colore albo, capite prælongo, anguſta cauda refert Ælianus.

Hæc de Cetaceo genere in præſentia ſatis ſint: nunc ad Ariſtotelis inſtitutum reuertamur.

CAPVT DECIMVM-SEPTIMVM,

De Serpentibus.

CXIX. ARISTOTELES.

Λοιπὸν δὲ τῶν ἐναίμων ζώων τὸ τῶν ὄφεων γένος. ἔστι δὲ κοινὸν ἀμφοῖν· τὸ μὲν γὰρ πλεῖστον αὐτῶν, χερσαῖόν ἐστιν· ὀλίγοι δὲ τὸ τῶν ἐνύδρων, ὃ ἐν τοῖς ποταμίοις ὕδασι διατελεῖ. εἰσὶ δὲ καὶ θαλάττιοι ὄφεις, παραπλήσιοι τὴν μορφὴν τοῖς χερσαίοις τἆλλα· πλὴν τὴν κεφαλὴν ἔχουσι γογγροειδεστέραν. γένη δὲ πολλὰ τῶν θαλαττίων ὄφεών ἐστι, καὶ χρόαν ἔχουσι παντοδαπήν. οὐ γίνονται δ' οὗτοι ἐν τοῖς σφόδρα βαθέσιν.

Reliquum eſt inter animalia ſanguine concreta, ſerpentum genus. Eſt autem vtriuſque particeps naturæ. Maxima etenim pars terreſtris eſt, pauciores ex aquaticis, fluuiales. Nam in mari quoque multa ſunt genera terreſtribus ſimilia, niſi quòd caput gerunt Congro propiorem. Color omnis generis: in valde profundis locis non gignuntur.

CAESAR.

VIDEMVS quàm negligenter cetacea omiſerit, quæ ab ἰχθύσι diſtincta eſſe vbique voluit: cùm dicit reliquum eſſe inter ſanguinea ſerpentum genus: ipſum partitur in terreſtrem naturam & aquaticam: hanc in duas fluuialem & marinam. numeri ponit differentias: fluuiales paucos eſſe ſerpentes, marinos multos: addit & à figura: marinorum Congri caput ſpecie. Item à colore: poſtremò à loco.

Dixit ἀμφοῖν moroſa ac mutila breuitate. Iam enim diu eſt cùm de terreſtri natura nihil eſt locutus παντοδαπὴν χρόαν omnimodum colorem. Theodorus moderauit vocis inſolentiam, cùm dixit *numeroſæ varietatis.*

Τὰ *βαθέα gurgites* malè interpretatus eſt Theodorus. Nam gurges propriè eſt, vbi vortices ſunt, & veloces motus, περὶ τὴν γοργότητα.

CXX. ARISTOTELES.

Ἄποδες δ' εἰσὶν οἱ ὄφεις, ὥσπερ τὸ τῶν ἰχθύων γένος.

PEdibus carent quemadmodum & piſces.

CAESAR.

COMMVNEM naturam cum terreſtribus habent, quia in terra degunt: cum aquatilibus quia in aquis: etiam vtriſque dulcibus & ſalſis: quia partim oua pariunt, partim animal: quia pedibus carent & in terra repunt, vtrinque naturæ partem mutuantur.

Theodorus peſſimè tranſtulit particulam hanc poſt hiſtoriam Scolopendræ.

CXXI. ARISTOTELES.

Εἰσὶ δὲ σκολόπενδραι θαλάσσιαι παραπλήσιαι τῷ εἴδει ταῖς χερσαίαις· τὸ δὲ μέγεθος, μικρῷ ἐλάττους. γίνονται δὲ περὶ τοὺς πετρώδεις τόπους. τὴν δὲ χροιάν εἰσιν ἐρυθρότεραι, καὶ πολύποδες μᾶλλον, καὶ λεπτοσκελέστεραι τῶν χερσαίων. οὐ γίνονται δ᾽ αὗται, ὥσπερ οὐδ᾽ οἱ ὄφεις, ἐν τοῖς βαθέσι σφόδρα.

Scolopendras quoque ſaxoſis locis mare fert, terrenis ſimiles, ſed paulò minores atque rubicundiores: pluribus item pedibus, cruribus gracilioribus: quæ ſicuti de ſerpentibus diximus, in profundis locis non proueniunt.

C Æ S A R.

QVONIAM ſerpentes aquaticos terreſtribus ſimiles dixit, etiam Scolopendras narrat. Differentias apponit, magnitudinis, coloris, crurum, pedum: natalium cum ſerpentibus communitatem, quòd ad profundum ſpectat: diuerſitatem, quòd ad ſaxoſa loca pertinet.

Supra in cetaceorum deſcriptione, Scolopendræ Oceani Indici meminimus: at hæc, de qua nunc Philoſophus, ex inſectis eſt.

CXXII. ARISTOTELES.

Ἔστι δ᾽ ἰχθύδιόν τι τῶν πετραίων, ὃ καλοῦσί τινες ἐχενηΐδα, καὶ χρῶνταί τινες αὐτῷ πρὸς δίκας καὶ φίλτρα. ἔστι δὲ ἄβρωτον. τοῦτο δ᾽ ἔνιοι φασὶν ἔχειν πόδας, οὐκ ἔχον· ἀλλὰ φαίνεται, διὰ τὸ τὰς πτέρυγας ὁμοίας ἔχειν ποσί.

Est autem piſciculus ſaxatilis quidam, quem nonnulli Echeneida *nominant: quo vtuntur aliqui, tum ad amatoria, tum ad iudicia, inutilis ad veſcendum. Non defuere qui falsò ei pedes aſcripſerint, decepti pinnis, quæ pedum præ ſe ferunt ſpeciem.*

C AE S A R.

PESSIMO conſilio tranſpoſuit piſcem poſt ſerpentum hiſtoriam, præſertim cùm pedes ei eſſe neget, aliquo nanque prætextu huc ad Scolopendras tranſtuliſſet.

Prudenter noluit prædicare eius vſum ad amatoria, ſed aſcribit aliis. Plinius in IX. cùm hæc hinc accepiſſet, minùs candidè autoris vnde ſumpſerat opinionem, perſpexit. Nam cùm ait, Ariſtotelem arbitrari Echeneida pedes habere, tam ei id falsò imponit, quàm ipſe Ariſtoteles eos qui ita arbitrentur falsò exiſtimare cenſet: felici enim Atticiſmo vſus, hanc calumniæ notam diluit, φασὶν ἔχειν πόδας οὐκ ἔχον.

Theodorus totam inuertit orationem. Incipit enim Philoſophus à narratione pura, ipſe verò ab exceptione: deinde addidit, ſaxis aſſuetum eſſe.

De Echeneide in Exercitationibus noſtris ad Cardanum plura: addam hîc Aeliano eſſe Pelagium piſcem nigrum Anguillæ mediocris magnitudine. Plinius in XXXII. Limacis magnæ ſimilem ex relatione eorum, qui Echeneidem videre remorantem Gaij principis nauem, tradit. Idem in IX. ex Mutiani ſententia Muricem eſſe latiorem purpura; neque aſpero, neque rotundo ore, neque in angulos prodeunte roſtro: ſed ſimplice, concha vtroque latere ſeſe colligente.

CAPVT

CAPVT DECIMVM-OCTAVVM,

De membris interioribus animalium in ſummis generibus.

CXXIII. ARISTOTELES.

Τὰ μὲν οὖν ἔξω μόρια, καὶ πόσα καὶ ποῖα τῶν ἐναίμων ζώων, καὶ τίνας ἔχει πρὸς ἄλληλα διαφοράς, εἴρηται· τὰ δ' ἐντὸς πῶς ἔχει, λεκτέον ἐν τοῖς ἐναίμοις ζώοις πρῶτον. τούτῳ γὰρ διαφέρει τὰ μέγιστα γένη πρὸς τὰ λοιπὰ τῶν ἄλλων ζώων, τῷ τὰ μὲν, ἔναιμα, τὰ δ', ἄναιμα εἶναι. ἔστι δὲ ταῦτα, ἄνθρωπός τε καὶ τὰ ζωοτόκα τῶν τετραπόδων, [καὶ ὄρνις,] καὶ ἰχθύς. καὶ κῆτος, καὶ εἴ τι ἄλλο ἀνώνυμόν ἐστι, διὰ τὸ μὴ εἶναι γένος, ἀλλ' ἁπλοῦν τὸ εἶδος ἐπὶ τῶν καθ' ἕκαστα, οἷον ὄφις καὶ κροκόδειλος.

Tot taléſque ſunt animalium ſanguine concretorum partes extimæ, atque rationes quibus ipſæ inter ſe differunt. Nunc verò primo loco in ijſdem generibus quonam modo ſe habeant dicendum eſt. Hoc enim differunt ſumma genera ab aliis animalibus, ſanguine aut concreta eſſe, aut carere. Sunt autem eiuſmodi, tum homo, tum ea quadrupedes quæ animal pariunt. Item auis, & piſcis, & cetus, & ſi quid aliud nomine caret, propterea quòd nomine non complectatur, ſed ſimplex ſpecies in indiuiduis ipſis: vt ſerpens & Crocodilus.

CAESAR.

HÆc eſt ſecunda principalis pars, in qua principalem prioris libri commentationem perſequitur: comparando inter ſe membra animalium in generibus ſummis: orſus ab animalibus ſanguine concretis. Reddit rationem: quoniam in duo hæc genera ſumma totus animalium ambitus diuidatur, in ſanguineum & non ſanguineum: ponit genera media & ſpecies ſanguineorum: hominem tanquam ſpeciem: quadrupedes animal parientes tanquam genus. Item auem, & piſcem, & cetum. Poſtremò oſtendit alia quoque eſſe extra genera hæc, quæ careant generis nomine. Apponit exempla. Nam, inquit, ſerpens & Crocodilus ſanguinea: ſed generis nomen non habent, ſed ſpecies ſunt.

Cùm hæc ſit ſummaria ſententia commentationis huius, in ea multa animaduertenda ſunt. Primùm hiſtoriam hanc adeò intermiſcet: vt difficile nobis fuerit in apoteleſmata ſecare. Deinde repetitio huius vocis ἔναιμα. Cùm enim dicit ἐν τοῖς ἐναίμοις πρῶτον, debuit dicere ἐν τοῖς αὐτοῖς. Tertiò conſideranda ſunt hæc τούτῳ γὰρ διαφέρει τὰ μέγιστα γένη πρὸς τὰ λοιπὰ τῶν ἄλλων ζώων, τῷ τὰ μὲν ἔναιμα, τὰ δ', ἄναιμα εἶναι. Nam qua ratione poſſunt omnia animalia diuiſa in partes duas, differre πρὸς τὰ λοιπὰ τῶν ἄλλων ζώων? Itaque qui tueri volent Philoſophum, oportet vt hæc verba omnia eradant. Quartò illa διὰ τὸ μὴ εἶναι γένος : dicit non habere nomen generis, quoniam genus non ſit ſicut ſerpens, & Crocodilus. Species enim, inquit, ſimplices ſunt: cùm enim ſit ſpeciès, quæ etiam genus ſit, vt piſcis: ſpecies enim animalis ſanguinei eſt, & genus ad Scombrum & Auratam, intelligit nunc ſpeciem ſimplicem, quæ ſpecies tantùm ſit. Verùm exempla longè aliena ſunt à veritate. Neque enim Crocodilus ſpecies eſt vltima, quam barbari *ſpecialiſsimam* vocant, Ariſtoteles *ſimplicem*, ſed genus ad Crocodilos duos. Sed quadrupedes ouiparæ vnum genus non habent. Teſtudo enim ſeorſum eſt à Lacertis & Crocodilo. At cùm dixit ſerpentem eſſe ſpeciem ſimplicem, non eſt ferendus. Eſt enim genus vel maximum, ſpecies continens longè plures quàm Cetus.

Illud quoque in hoc obſeruandum: cùm negat nomen non eſſe impoſitum: quoniam genus non ſit. Nam & multis quæ genera ſunt, nomen non eſt inditum, vt Muſtellarum generi, & Columbo, Turturi, Palumbi, aliiſque eiuſmodi.

Dixit numerum ὅσα : quantitates ποῖα : ſubſtantiam διαφοράς. Nota etiam locutionem τῷ διαφέρειν, Atticè omiſit præpoſitionem κατὰ. Poſteà mutauit orationem cùm dixit, πῶς.

Dixit : ἁπλοῦν τὸ εἶδος, ἐπὶ τῶν καθ' ἕκαστα. In indiuiduis ſpeciem ſimplicem eſſe. Eſt enim in lib. de *Interpretatione* dictum à nobis, ſpeciem eſſe vnum in multis tanquam rem, & de multis tanquam à nobis intellectam. At genus in indiuiduis non eſt per ſe : ſed in ſpeciebus, & per ſpecies in indiuiduis.

Duæ ſunt Philoſophorum orationes, καθ' ὅλου, quod *vniuerſale* nos dicimus, & καθ' ἕκαστα, quod *ſingulare*. Præpoſitio illa communicationem quandam ſignificat efficaci partitione.

Theodorus ποῖα tranſtulit *quæ*, malè : figuram enim voluit intelligere non ſubſtantiam : dixit etiam *diſſonent* : quoniam verbum συμφωνεῖν etiam Philoſophis vſitatum fuiſſe in decimo oſtendimus, ſed Græcis hoc duriuſculum & eſt nobis.

Τὸ πῶς ἔχειν, *ordinem* idem interpretatus eſt, malè : πῶς enim & ordinem, & ſitum, & qualitates omnes ſignificat. Cùm autem Philoſophus ait : καὶ τὰ ζῳοτόκα τῶν τετραπόδων. Theodorus etiam addidit ᾠοτόκα.

Quoniam autem & hîc docuimus maximi generis eſſe ſerpentis nomen, & ipſe exteriorum partium nullam facit mentionem : prætereà eas ſpecies, quæ hoc genere continentur, negligenter, vt alia pleráque omiſit, quàm breuiſſimè poterimus enumeremus. Hîc enim locus eſt. Serpens dicta eſt παρὰ τὸ ἕρπειν. Anguis à tenuitate & proceritate, ἄγχω, quoniam quaſi diſtrictus eſſet. Coluber à cauernis quas ſubeat, κολυμβᾶν. Angues omnes longitudine tenuitatem penſârunt. Omnes ſine pedibus (niſi ſi qui Ægyptij pedibus anſerinis vt ait Plinius) quod non eſt abſurdum, ſicut in humore flexu tantùm natat Lampetra, Anguilla etiam pinnis duabus. Squalida cute integuntur, quam quoniam vere exuant, *Vernatio* à Latinis dicta eſt, à Græcis σύφαρ. Serpentum alius niger, alius luteus, dorſum omnibus coloratius : venter pallidior, aut albidior, certè dilutior. Alij ſunt punctis interſtincti, aliis vitta eſt à capite ad caudam, argenti, auri, æris, minij colore. Alij breuiores, alij longiores : omnibus cauda in tenuitatem abiens xv. cubitorum in India, ad mare Rubrum x l. in Æthiopia paſſuum x x x. cóſque Elephantorum interfectores patria voce vocari fertur. In Phrygia pedum x l. Addunt fabulam, erectos ad amnem Rhyndacum hiante ore ſuperuolantes aues afflatas attrahere, redeuntibus deinde gregibus è pabulo inſidiari. xxx. cubitorum longam ſecundus Ptolomæus cùm expugnare iuberet, è ſuis aliquot amiſit. Poſteà per inſidias exceptam rete robuſtiſſimo viuam præfractis dentibus Alexandriam perductam aiunt. Luſitani nauigatores, in Africæ regione Senega ſerpentes prodidere quibus integram capram deuorare mos ſit. In Inſula quam *Hiſpaniolam* vocant mirandæ magnitudinis : ſed innoxias. In Inſula ab iiſdem *Cuba* nominata, ad veſcendum adeò ſuaues, vt ſolis regibus inter epulas apponantur. In prouincia Calecuti vaſtiſſimo eſſe capite, porci maximi magnitudine : pro numine ab rege coli : itaque earum maximam vim eſſe. In Macra ſerpens ſpectaculo fuit mortua iugeris longitudine : tam craſſa, vt vtrinque ſedentes in equis contueri inter ſe ſedentes nequirent. Hiatu tam vaſto, vt equiti aditus eſſe poſſet. Squammas clypeorum orbibus pares. Ad Cathaium, quæ pars vltima Scythiæ eſt, quinquagenum pedum ſerpentes eſſe, denos pedes implere craſſitudine, vngues leoninas habere ſine pedibus memoriæ proditum eſt: oculorum orbes pedum ternum, tam grandi hiatu, vt hominem integrum excipere valeant: formidini eſſe cæteris omnibus animantibus, etiam vrſis, & leonibus, quos noctu inuadant & conficiant : interdiu latere : ingredientibus terra, quæ tota conſtat ſabulonibus, ſubſidit tanto ſulco, vt dolium ea parte tractum putes. In eo ſulco latentes hamos ferreos præacutos figunt venatores, quibus illa transfixa, aut perit, aut inutilis fit ad ſubſiſtendum. Ad Eufratæ quoque ortum ſcriptum eſt ſerpentes quaſdam indigenis innoxias eſſe, peregrinis autem infeſtas. Fœniculum guſtant cùm exeunt ſenectam, oculóſque eius ſucco liniunt, veternum hybernum ex acie eo remedio diſcutientes. Lacertorum prælia cum ſerpentibus diximus. Teſtudines quoque inimicæ ſunt : cunilam bubulam prælium inituræ prægustant. Muſtella quoque cum iiſdem pugnatura rutam edit. Fraxinus inimiciſſima ex arboribus, adeò vt ne vmbram quidem attingant: contra Edera amica. Ex herbis autem multæ natura aduerſæ. Item Galbani nidor : nunquam in trifolio viſuntur. Cùm ſol in Cancro eſt torquentur. Serpentes latrâſſe pulſo Tarquinio inter prodigiorum fabulas proditum eſt, atque additum ſerpentem à terra non recipi homine percuſſo : nam quare eam fouet, quam ſciat eſſe percuſſuram? Hominis ſaliua, & eis & cæteris omnibus venenatis exitio eſt. Serpentes fœminæ maiores, quàm mares. Difficilis eorum ſitus ad degluciendum. Itaque elato capite ab imo ventre ſe erigunt cui innituntur, vt deſcendat cibus. Contrahi dicuntur ceruini ſanguinis nidore, ſi cum eo dracontium, lentiſcus, cunilago, & an-

chuſa vrantur vnà; diſſipari eoſdem ſi excepto ſanguine pyrethrum addatur. Etiam Marſorum cantu exciri, item Pſyllorum & quorundam in Cypro inſula, qui ideò Ophiogenes vocabantur. fertur etiam genus hominum fuiſſe in Helleſpōto circa Parium, qui Ophiogenes dicti & qui ſerpentum ictus contactu leuare ſoliti eſſent, & manu impoſita venena extrahere corpori. Serpentes betonica herba circumdatæ, non tranſiliunt: ſed ſeipſæ flagellatu interimunt. Ex auium ſanguine ſerpentem oriri Democritus mentitus eſt. Sicut & Megaſthenes qui in India integros boues à ſerpentibus deuorari prodidit. Aelianus ex defuncti hominis medulla ſpinæ ſerpentem generari ſcripſit, quod compertum non habeo.

Humano generi cùm infeſtiſſimus hoſtis ſit ſerpens, nonnullos tamen à draconibus, item ab aliis eiuſmodi adamatas mulieres antiquorum monumentis patet. Ad Blaſimontem in Prætura Vaſatenſi ſecundùm fluuium Dordonam, in lectis tam frequentes ſunt, támque longinqua conſuetudine, vt aduenis tantum metum faciant; nulli noceant. Inde fabulæ Scipionem, Alexandrúmque editum ex anguis concubitu. Herodæ regis Iudæorum tempore à dracone puellam adamatam perhibent. Eius abſentia, deſiderium multis modis teſtatum. Addit nomen Plutarchus alteri, *Aetolidem* appellatam ait, quam à parentibus iccircò abductam, à dracone poſteà inuentam, caudæ verberibus amatoriè caſtigatam. Etiam contrà latronum impetum latum auxilium adoleſcenti à dracone, quicum à prima infantia fuerat nutritus. Fertur & Pindum Lycaonis filium è venatione quotidiana impartiſſe aliquid draconi: cum fratrum inſidiis circumuentum atque interfectum: quos Draco deprehenſos necauit. Aleua Theſſalus à ſerpente adamatus fuit. Apud Indos vnus ab Alexandro repertus fuit ab incolis pro numine cultus, longitudine LXX. cubitorum; oculi Macedonici clypei æquabant ambitum. In iiſdem regionibus, vnum quadragenûm ſenûm, alterum octogenûm cubitorum memorant: ex Aethiopia quoque Philadelpho adportatos duos, alterum quatuordecim cubitorum, alterum vno minorem: Euergetæ regis temporibus vnum ſeptem, alterum nouem. Tertium in Aeſculapij tēplo nutritum. Aſpides in Aethiopia quaternûm cubitorum viſæ fuerunt. Apud Chios quoque ingentem tradunt, ſed non notant magnitudinem. Ad flumen Bagradam ab exercitu expugnatam CXX. pedum longam tradit Plinius.

Annua fame durare ſerpentes, & algore confici Plinius ſcripſit. Nos incluſum lignea cauea anguem media æſtate, duos menſes viuum habuimus nullo fotum alimento. Hyeme autem conduntur: aliæ in terra, aliæ in ſaxis: cæteræ arborum cauis. colorem trahere è cauernis in quibus habitant proditum eſt. Coëunt complexu adeò conſerto vt vna biceps eſſe videatur. Omnes præter viperam ouis terra tectis incubant. Exuunt ſenectam anguſto loco inter duos lapides aut arboris foramine verno tempore: vnde etiam *vernatio* pellis illa dicta eſt. Vini appetentes ſunt Itaque & ad ſepes diſpoſitis doliolis ebrias vel ipſas viperas capiunt.

Dracones à cæteris anguibus ita diſtingunt: colore nigro, ventre ſubuiridi, dentium ordine triplici oculis igneis. Ex inferiori mandibula carunculæ appendicem, barbulæ ſpeciem pręſe ferre. Aiunt imparem eſſe animo noxam. Magno impetu debile vulnus infligere: cum Aquila pugnare. Leporem captum ex vnguibus eximere. Fabulam eſſe puto, cùm futurum eſt vt poma eſitet, ſylueſtrem lactucam lambere aduerſùs inflationem. Pugnaturus noxias mandit radices, vt inde capiat veneni incrementa. Id quod etiam Ariſtoteles innuere videtur in octauo *Hiſtoriarum*: exitiabile virus eſſe venenatorum quæ alterum venenatum deuorârint. Elephantorum ſunt inimiciſſimi.

Venenatorum principes tres Baſiliſcus, Aſpis, Vipera, quæ nobilis tamen remedio aduerſùs elephanticam peſtem eſt.

Baſiliſci formam mentiti ſunt vulgò, gallinaceo ſimilem, & pedibus binis. Neque enim abſimilis cæteris eſt niſi macula in vertice candida quaſi diademate, vnde nomen regiū: Regulum quoque Latini vocant. Item non flexu incedit, ſed celſus & erectus in medio: non excedit XII. digitorum magnitudinem: acuto capite, colore flauo. Sibilo fugat ſerpentes etiam depaſcentes cadauer aliquod. Ipſe prædam nactus ſolus, repetito ſibilo ſigno dato reuocat. Eius abitu repetunt epulas intermiſſas. Olfactu cæteras animantes, ſolo obtutu hominem necat. Baculo demorſo tenentem interimere aiunt. In Circumpadanis, ex vepretis exiliens ſerpens craſſus & informis non ſolùm interficientem ſe interfecit veneno per haſtam ſubeunte, ſed etiam equi aurem tranſiliendo cum attigiſſet, & equus & eques obiere mea tempeſtate. Aureum colorem imitatur. Plaga quam inflixit, incenditur totum corpus, liuidúmque membratim dilabitur. Caſtoreo medetur vulnus & papaueris ſucco, ſi Eraſiſtrato credamus: quod ſi verum eſt, coniiciendum non ſemper viſu ſolo interficere. Aelianus ſanari poſſe negat; neque Nicander curam vllam pollicitus eſt. Cadauera ab ipſo facta nulla auium attingit. Aſpis

Aſpis ab Italorum vulgo *Surdus* cognominatur. Nos aliquando vidimus cantationibus è cauernis exciri ſerpentes. Aſpidem aiunt verborum vim vbi ſenſerit, promouere ad euocatorem: ſolùm abſiſtere quantum ſatis putet ad euadendum. Inde alteram aurem terræ affigere, alteram cauda indita obſtruere, ita cõſopiri non poſſe: magnis mendaciis: neque enim aures habet. Longitudine à quinis pedibus ad totidem cubita procedere conſtat: corpore arenas ſulcat: rectà incedit, motu minimè vegeto: oculis cõniuentibus dormitabundæ ſimilis: quam ignauiam accepto ſonitu, aut viſu aliquo illicò excutit atque caput tollit. Verùm auditu promptiore eſſe, viſu hebetiore, oculóſque non in fronte ſed in temporibus ſitos, eóſque ſanguineos fertur. Craſſitudo ei iaculi venatorij. Color alius alij. Pallidus, cinereus, puluereus, ſqualidus, viridis, giluus maculoſus, fuliginoſus in terra Aethiopia. Tubercula in fronte duo. Turget pugnam inituræ collum: præliis ſignum ſibilo dat: curui dentes in inferiori mandibula quatuor tunica ad radices obducti. His plagam vix apparentem infligit, neque nimium tumorem tollit, nec dignam cuius curam habeas, præſertim cùm nullum afferat dolorem. Eam vix deprehendi oculis ait Aelianus. Dioſcorides quaſi acus punctionem, à qua ſanguinis perpuſillum fluit, íſque niger. Addit Aelianus cõuulſionem & viſus obſcurationem. Dioſcorides, colorem ἀιεώνιον & ſubuiridem, cordis exiguam mordicationem: frontis conuulſionem. Genæ mouentur quaſi dormitantibus. Aelianus quartam horam vitæ finem ſtatuit. Dioſcorides diem tertium ad ſummum. Coniuges vna ſemper vagantur: altera interfecta, alterã perpetuo animo vlciſcendi eſſe, notatúmque percuſſorem, intacta cætera turba vel frequenti, appetere, neque vllo arceri præſidio, quàm omniũ interuentu teſtatur Plinius. Idem prodit aſpides polio mitigari, ſtrychni radice ei admota ſoporem adferri. Qui tamen alibi negat ſanari poſſe niſi præciſa parte affecta, quod & quidam plus fama quàm re docti falsò prodidere. Nam idem Plinius multa remedia apponit: item Dioſcorides eadem quæ ad ceraſtas. Immò etiam aduersùs baſiliſcum commune ſubſidiũ tauri ſanguinem: cuius vi concretum venenum non promoueat ad cor. Ariſtoteles hanc dirimit litem. Certis locis venena eſſe ſine remedio: Africanas aſpides mortiferas omnino eſſe, remedio nullo. Ex aſpidum obſeruatione Nili præcipiuntur incrementa, quoniam alio tempore propter flumen ſtabulantur, tum verò oua transferunt. Anſerum paſtorem Aegypti ab aſpide adamatum fabulantur: *Thermoth* eam etiamnunc appellant, quod nomen non ignoraſſe videmus Aelianum. Olim Iſidis ſimulachrum ea coronabatur: & in diademate pictam circumferebant reges, quoniam ſacram putarent. In ſacris ædibus ſubterraneis cellulis extructis, alebantur bubulo adipe, exiſtimatum ab eis probos viros non attingi: etiam cicures factas nihil nocere: menſis etiam aſſuefactas produnt: placari farina melle ac vino medicata.

Falsò à multis creditum fuit viperas parientes perire. Eæ ſolæ reptilium ouum non pariunt ſed animal perfectum: intus quidem ouum habent, quod intus fouent & catulos excludunt, viuúmque animal ſic edunt: quod etiam à nobis in Exercitationibus de ſubtilitate ſcriptum eſt. Ἔχις à Græcis mas, ἐχίδνη fœmina. Differt mas à fœmina quoniam capite acutiore eſt, hæc latiore. Item fœminæ venter amplior, illi ſtrigoſior: huic cauda in acutum attenuatur vt muribus: fœminæ quaſi præſecta videtur. Mas acriore motu fertur, illa temperatiore. Vtrique oculi ignei maximè cùm iraſcuntur, lingua bifida: vtrique dura aſperitate ſquallet tergus: vtrique prolixi tractus. Vtrique etiam bini dentes in inferiori mandibula, caninis ſimiles, membranula amicti, quos etiam exertos ad maleficium pro voluntate mouent. A mare perculſi conuelluntur, à fœmina non item. Fæminæ vulnus albidius aiunt. Fœminæ morſum eſſe infeſtiorem contrà quàm Auicenna ſcripſerit multi prodidere. Differunt etiam magnitudine: Europea vipera minor: Aſianas Nicander etiam ὀργυιόεντας dicit atque maiores. Nymphes in Troglodytis ſeptenûm denûm cubitorum refert. Differunt & colore & ſpecie. Quoniam candicantes fert terra Megara ad montem Pambonium, quibus etiam idem Nicander cornua tribuit. Irritata biſulcam linguam vibrat, rictúmque lambit, caudam poſtremam ſinuat. Omnibus confeſſum eſt maris morſum intelligi ex veſtigio binûm dentium, fœminæ ex pluribus: maris dentes acutiores, fœminæ latiores. Ex vulnere exit ſanies primùm ſuppinguis, mox cruenta, aliquando decolor: circumtumet caro ſubuiridis aut ſubrubens aut liuida aut aquoſa. Tollitur ampullis turgidis quales ab igni excitantur, atque inde in vicinas graſſata partes eas depopulatur. Ipſa peſtis intus vrit, ſingultus ciet, & rauim, gutture atque columella infeſtatis: aggrauátque corpus vertigine atque caligine, ſoluitque membrorum conſtantiam. Ipſum ægrum alius ſubinde color occupat: pallidus, niger liuidus, viridis, cærulæus: iecur inceditur: ægrè mingit. Interdum aret ſiti: interdum extremos alget vngues. Tum autem rigor vniuerſum quatit corpus, gelidiſſimóque ſudore diffluit.

Quod ait Plinius ſerpentum ſolam viperam terra condi, cæteras arborum aut ſaxorum cauis, non ſcripſiſſet, ſi plus vidiſſet quàm legiſſet, Sæpenumerò nos è terra egreſſos angues aut fugimus, aut ſectati ſumus. Sed & Ariſtoteles libro octauo *Hiſtoriarum* contradicit. Viperam ſaxis condi, cæteras ſerpentes terræ cauernis. Viperam in vſum cibi fuiſſe exemptis interaneis, quatuórque digitorum menſura vtrinque præciſa, cum ſale diſcoctam Plinius autor eſt. Idem ex ea in olla putrefacta vermiculos naſci. Antiquorum opinio fuit: viperæ dum coit mos caput marem indere: quod illa præ ea voluptate arrodit. Vincentius Camerinus circulator multas in lignea theca circumferebat, quas nos vidimus. At ille negabat ſe vnquam vllius caput eroſum inueniſſe. Multas tamen viperillas fœminæ enixæ erant. Earũ oua mollia & vnius coloris qualia piſcium: tertia die intra ſe catulos excludit: xx. ferè diebus ſingulis ſingulos tantùm edit. Quare poſtremi moræ impatientes eroſis parentis lateribus, erumpunt. At nullius latus vnquam in iis, quas vidimus eruptum, neque eroſum cernebatur; omnes partes corporis integræ. Exiſtimabatur capite maris eroſo plagam fœminę infeſtiorẽ. Certè conſtat eam ſcorpionem vorare ſolitam, ex eóque nocẽtior morſus efficitur. viperam etiẽ radicum venenatarũ vſu euadere nocentiorem ſolóque afflatu, Pauſanas ſcripſit. Cõtrà in regione Balſami innoxias eſſe propter ſucci diuinitatẽ. Infeſtior quoque eſſe perhibetur cùm redit à coitu: item cùm cerui vim euaſit, aut cùm exuit ſenectam. Exuit autem eam tam verè quàm autumno. Vulgus Italicum eam partim *Maraſſum*, partim *Scorcionum* vocat.

Ceraſtes viperæ adeò ſimilis eſt, vt legentes aut venantes fallat: maxima nobiliſſimi medicamenti iniuria, cùm pro vipera in theriacam Ceraſtem indant. Nomen à cornibus inuenit quæ frumenti granis aſſimilia vidimus nos gemina: Nicander etiam quaterna eodem in genere agnoſcit. Eam reliquo corpore latitante, corniculis motis auiculas ad prædã inuitare aiũt: obliquo tractu fertur magno ſquammarum ſonitu, quas albicantes habet. Inſidioſum animal in concolori arena conditum, aut in orbita latitat impetum facturum. Ab latere hominem adoritur etiam aliquando ex inſidiis. Morſu appetitus locus tumet in calli duritiem & claui faciem capitati, leuiter circumturgentibus liuidis ampullis. Fluit è vulnere ſanies interdum nigra, interdum ſubliuida. Percuſſis vitæ finis nona dies. Intereà non magno dolore tentantur: inguinum diſtentione magis laborant & vtróque poplite: mota mente ſtupent: caligant oculi, corpus ipſum liueſcit. Neque ſæpe quempiam ex eo ictu mortem euadere ait Nicander, conuulſione interiore aſſerit Dioſcorides.

Hemorrhous mas, Hemorrhois fœmina, non longior quàm quantùm humani pedis tractus porrigitur, aliqui hunc ad viperam referendum putant: multæ tamen ſunt notæ, quæ hunc vniuerſum faciunt. A capite latiuſculo ſemper ad extremum caudæ attenuatur. Statim enim à capite conſtringitur, atque inde habitu eſt tenuiſsimo, præſertim poſt vmbilicum. Cornicula duo candida gerit in fronte, cæterùm corpore aut igneo, aut peruſto colore. Oculos habet locuſtis ſimiles. Caput horridiſſimum: obliquus incedit, fluctuanti & quaſi fracto dorſo, ventre terram radens magno ſtrepitu. Inflicto vulnere tumet locus decolori liuiditate. Aluus in aquoſa ſoluitur excrementa: cor dolet: tum vniuerſum corpus mirificis dolorum appulſibus occupatum extenuatur. Prima die de naribus (vnde nomen habet) collo, auribus ſanguis exilit virulenta concretus bili. Lotium excernitur rubens: puſtulæ marcidæ rumpuntur tuſſi: ac vomitu ſanguis egeritur. Verba Nicandri. γαςὴρ δ' ὑδατόεσσα διέσσυτο: tum Græci tum Latini interpretes, *Siticuloſam* ſunt interpretati, duriuſculè. Appoſitum enim eſt διέσσυτο, citatur aluus liquidis humoribus: quod Dioſcorides διαχωρήματα αἱματώδη ἐκκρίνεται ait. Fæminæ morſus alia habent ſigna. Percuſsis gingiuæ inflammantur ſtatim ab imis radicibus, quare dentes ipſis putreſcunt illicò: tum autem ab vnguibus ſanguis exit continuò impetu.

Σηπεδὼν Sapedo Hemorrhoi ſimilis, niſi quod carnibus caret, éſtque motu incitatiore quàm Hemorrhous. Caudam in obliquum ſinuans trahit, ita vt breuiuſcula videatur. Grandiore eſt capite. Magnis doloribus percuſſi afficiuntur. Tabefacta cute capillus defluit attenuatus atque exuctus: item ſupercilia & palpebræ. Totum corpus fæda vitiligine ſquallens ſoluitur in tabem, vnde & nomen beſtiæ. Oculi caligantes marceſcunt.

Dipſas viperæ facie eſt, ſed vt minuſcula, ita nocentior mortis feſtinatione. Eius cauda ad extremam tenuitatem atrior eſt: vnde etiam μελανοῦρος nominata ſit; Quanquam Soſtratus albam eſſe corpore cætero, ſed eius caudam duabus lineis diſtinctam nigris ſcripſit. Eius morſu cor incenditur inexhauſta ſitis conſequitur, quæ nullo humore domari poſſit. Itaque tantùm potant vt vmbilicus diſrumpatur. Quare Dioſcorides ait πρηστῆρα ἢ καῦσον, Dipſadem cognominatam. At Aelianus preſterem diuerſum agnoſcit: aliaque ſigna ponit morſus: ſtupõrem, immobilitatem

licatem, obliuionem, caliginem afferri, vrinam ac ſpiritum intercipi: defluxis pilis conuelli totum, ac tandem ſuffocari. Itaque nomen communicatum pro arbitrio ab effectione. Nam Aelianus dictam ſcribit etiam *Annobaten* & *Centrida*. Interpres Nicandri *Centrinem*, quoniam ſtimulo ſimilis ſit lato capite & collo, poſtrema cauda tenuis.

Hydrum aſpidis ſimilem ab aqua ſtagnorum, quorum incola eſt, dixêre: ex eâdem cauſſa Latini *Natricem*: à nobis etiam olim dictus *Aquex*. Quandiu ſuppetit aqua ſtagnis, ranis veſci vidimus nos: coaxantes enim in aprico ex inſidiis obliquus inuadit. Illa morſu correpta clamorem tollit, atque in aquam trahit; hîc lubricus ſubſiſtere non valet. Tum maior eſt rana, quàm vt primo captu deuorari poſſit. Quare dum morſum repetere vult, quo vlteriùs occupatum deglutiat, faciliùs illam abire vidimus, hunc ad aliam prædam conuerſum eſſe. Areſcente palude æſtu caniculæ in vias prodit longè nocētior. Atque orbitarū puluerē depaſci viſus eſt, tum vocatur *Cherſydrus* id eſt, terreſtris Natrix. Alij molliore voce *Chelydrū* priore correpta dixêre. Dū ranas perſequitur, μύωψ quem *tabanum* interpretamur, ei inimicus ſtagni item incola eum inuadit, ille fuga primum, mox vbi nihil proficit, etiam cauerna quercina aut faginea ſalutem petit. Conditur enim, etiā fago, aut quercu à qua *Dryina* quoque vocatur, quaſi Quercuam dicas. Quare mirum eſt Nicandrum diuerſis capitibus duobus de Hydro & Dryina ſcripſiſſe: Dryinámque Hydro ſimilem feciſſe; cùm ipſe eundem dicit relicto ſtagno & palude atque vlua, perſequi ranunculas in pratis. Cinereum tergus eſt, lato capite, odore tetro. Morſu nigrum tumorem tollit, puſtuloſum atque interdum aquæ plenum. Fætent percuſſi, mota mente ſtupent, mœſtitiáque conficiuntur: abit coloris flos: caligant oculi: vertigines occupant: alij mugiunt & ſuffocantur obſtruitur vrinæ exitus. Somniculoſi ſtertunt, crebríſque ſingultibus afficiuntur: bilem aut ſanguinem eructant, ac vomunt: ſitis vehemens, & tremor in membris magnus. Nicandri verba hæc ſunt de eo: χροιὰ δ' ἀμπέσχηται. Interpres Græcus atque eum ſequuti Latini ἀποσύφεται ὠχρὰ γίνεται: nullo autore σύπτειν palleſcere, ſed retinere aut obtinere. Nicander duos agnoſcit. Item Dioſcorides qui ſeorſum de Hydro ſigna poſuit. Diffindi latè vlcus liuidum, ex quo ſanies nigra & multa: addit etiam fætidam, quod ſignum Dryinæ erat. Nicander aridam cutem circumputreſcere, igneis quati doloribus, multis puſtulis. Colubrum hydrum interpretatur Gyllius, ex cuius morſu Aelianus ait etiam rabiem ſequi. Plinius in VI. Hydros marinos ait vicenûm cubitorum viſos in ſinu Arabico. Idem in XXIX. profitetur Hydrum eſſe omnium anguium pulcherrimum, & nulli venenatorum noxa inferiorem.

Amphisbæna parua & minimè vegeto motu, capitibus binis, alterum enim loco caudæ habet: quare lepidiſsimè Nicander nominis etymologiam imitatus eſt, cùm dixit ἀμφικάρηνον, id eſt *ancipitem*: ſic enim dicta eſt, quia vtrinque vtròque verſum procedit; nulla facta conuerſione: colore eſt terreo punctis interſtincto, corio robuſto, quod ei detrahitur appetente verè antequam cicada canat. Inde oleaſtri ramum deglubunt cúmque pelle ea induunt; valere enim dicunt ad membra gelu torpentia. Luminum acie imbecilla atque obſcura eſt, obductis prælongis genis. Tenuitate eſſe ſimilem lumbricis terreſtribus ait Nicander.

Viperæ morſum ſimilem infligere, parique cura confici ait Dioſcorides. Quare excuſauit Nicandrum, qui ſuper ea re nullum verbum fecit. At Plinius diuerſa remedia pleráque tradit.

Scytale Amphisbænæ ſimilis eſt, ſed craſſior, adeò vt penè carere cauda videatur. Itaque caudam eius ὑπόδειον, dixit Nicander, id eſt quæ cauda dici non mereatur. Vere cùm exuit ſenectam, nequaquam aliarum more fæniculum appetit; ſed inter ſaxa inuento cubili tenet ſe, alitúrque terra ipſa, neque vnquam ſitim pellere poteſt. Gyllius malè & fæniculum edere ſcripſit, & ὄγκος longitudinem interpretatus eſt τῆς δ' ἕλμινθος πέλει ὄγκος. Prætereà quòd de Amphisbæna dicit poëta ipſe Scytalæ attribuit. Scytale autem manubrij ligonis craſſitudine eſt: Amphisbæna autem lumbrici. Itaque nomen inuenit Scytale, quoniam eſſet craſſa, & tereti tenore penè æqualis ſibi: ſignificat enim σκυτάλη *taleam*, ſiue *ſurculum*.

Chencryne, quam etiam Leonem vocant, ſquammis pictis eſt: Chencrum vocat Dioſcorides: In Thracia frequens. Ipſum ſibi genus diuerſum eſt varietate craſsitiei & proceritatis. Sanguinis eſt ſitiens admodum, præſertim æſtate: cùm etiam pecori inſidiatur pleno de grege quem velit appetens, atque ſpiris implicatum exugat: eſt enim prælongus ferè; mobilitate prompta atque pernici: quare eum non euadunt fuga, niſi obliqua. Ipſe enim cogitur rectà impetere ob difficilem vertebrarum conuerſum in flexibus. Percuſſo venter impletur aqua intercute, vlcus viperino ſimile eſt. Putreſcit locus, & circumtumeſcentes carnes cadunt. Obliuione & grauitate capitis laborat. Inteſti-

na craſſiora, & veſicam, & iecur, Eraſiſtratus inueniſſe dicit eorum corruptum. Gyllius cùm moneret obliquo curſu fugiendum, non Cenchrinæ ſoli flexionum difficultatem attribuit, ſed vniuerſo ſerpentum generi: cùm tamen plurimæ earum non niſi flexibus promoueantur.

Seps ſerpens alia à Sepedone quinûm pedum interdum longitudine: quatuor dentes tuniculæ vaginis obductos habet: in colorem tranſit loci in quo ſit, Chamæleontis more ipſe, ſuapte natura æneis lineis pictus, vnde & Chalcis dictus eſt: percuſſus putreſcit ac moritur: ſaxa incolit, frequens Syriæ, Lyciæ & Cypro.

Acontiæ Græcè, Latinè *Iaculi*: viatorem aut aliud animal obſeruant, aut imo viæ latere aut ex arboris ſpecula captant ex inſidiis: in orbem coacti ſpiris caput occultant, tum exſinuant ſeſe tanto impetu vt xx. cubitorum ſpatium tranſmittere poſſe dicantur: atque ei quod appetiuerint, adhæreſcant illicò.

Porphyrus Indica ſerpens purpurea, vnde & nomen inuenit, capite candidiſſimo, palmi magnitudine: dentibus caret: itaque ne mordet quidem, alia parte nocens: vomitu quod exegerit contactum tabefacit. Ergo captum de cauda ſuſpendunt: ſubiecto æneo vaſe excipiunt quod ex eius gula manat, electri colore corpulenta concretione. Altero vaſe tabem omnem cadaueris ſtillantem condenſatámque atro colore ſeruant. Vtrumque ad venena mirificum: prior ſanies valentior: qui ex ea, vel ad Seſamini grani hauſerit magnitudinem primùm conuellitur: deinde oculi peruertuntur: per nares expreſſum cerebrum diſtillat. Itaque præſentiſſima morte afficitur: hócque in beneficij loco ponitur. Nam ſi minori quantitate guſtetur, etiam mora cruciatus auget. Niger liquor tabem annuam affert ac tandem mortem. Nonnulli etiam biennij ſpatio miſerrimè animam trahentes ægram extabuere.

Boæ ſerpentes in tantam exceſcunt magnitudinem, vt in Vaticano ſub Claudio principe in vnius ventre ſolidus infans inuentus ſit: ali eas bubulo lacte; vnde nomen inuentum ait, Plinius.

Hyenam pro ſerpente non ſolùm pro fera quadrupede Aelianus agnoſcit, ſolus omnium quos legerim: eíque ſexus mutationem attribuit, quam omnes quadrupedi. Neſcio an fabulis ductus Tireſiæ; qui ſexum mutârit poſtquam ſerpentes coitu implexos diſiunxiſſet: proinde quaſi à ſerpentibus parem naturam in ſe inducerit. At Ouidius hyenam, quæ fæmina ſit, tergo marem excipere ait: non eſt igitur ſerpens.

Paria, quæ & Parya & παρείας commendata eſt innocentia igneo colore, acerrimo viſu, vaſto hiatu. Hanc, quoniam innoxia eſt, deo Aeſculapio conſecratam fuiſſe tradit Aelianus. Ariſtophanes in *Pluto* huius meminit. Quo in loco interpres ait eam non mordere, aut ſi mordeat non nocere: dictam autem διὰ τὸ ἐκπῆρθαι τὰς παρειάς. alij διὰ τὸ παρειὰς μεγάλας ἔχειν. magnas enim maxillas habet. In Alexandria viſitur.

Bicipites ſerpentes in flumine Perſiæ Arcade appellato, binis ad caudam pedibus traduntur; quarum capita alba tantùm, cæterum corpus nigrum habent. Quatuor cubitorum eſſe magnitudine feruntur: interdiu quieſcere: noctu aquantibus ex inſidiis afferre mortem.

Hæc ſunt genera maleficiis nobilitata: nam multa alia inuenias haud magnæ rei, quæ à noxæ aut naturæ defectu nominârunt, vt Elopas quoniam luſci eſſent, & alios quoniam cæci typhlópas, corúmque fæminas typhlænas: vtrúmque autem typhlinum: ij etiam calcati non irritantur: *Cæciliam* non ineptè interpretatus eſt Theodorus: alios dixerunt à colore arenæ Ammodeas, quos Nicander eâdem ratione Lybias vocat: tu etiam *Liuias* potes dicere, inde enim noſtra vox, quo colore oliuæ ſunt. Item alios muribus tantùm infeſtos, Myothecas, quos Nicander Myagros eâdem ratione vocat, cognominátque *Coronatos* à pictura linearum. Sunt & ſurdi, vnde etiam κωφίαι dicti. Quanquam in vetuſtiſſimo codice qui inter paucos nobiliſſimæ Canis principis Scaligeri bibliothecæ nobis ſuperſtes eſt: φαγίαι ſcriptum eſt à voracitate ſcilicet. Cæterùm Cophiam eundem cum Typhlino alij prodidere, capite murenæ, oculis exiguis: corio tam duro, vt ferrum ægrè admittat.

Habes etiam quos Moluros vocant, quorum formam non produnt. Sicuti neque eorum, qui in Corcyra dicuntur eſſe: natura tantùm referunt retorqueri contra inſequentes ſeſe: peſtiferóque afflatos halitu à captura auertere venatores. Atque de ſerpentum ſpeciebus hactenus: nunc ad Ariſtotelem.

CXXIIII.

CXXIIII. ARISTOTELES.

Ὅσα μὲν οὖν ἐστι τετράποδα καὶ ζῳοτόκα, στόμαχον μὲν ἔχουσι, καὶ ἀρτηρίαν πάντ' ἔχει, καὶ κείμενα τὸν αὐτὸν τρόπον ὥσπερ ἐν τοῖς ἀνθρώποις· ὁμοίως δὲ καὶ ὅσα ᾠοτοκεῖ τῶν τετραπόδων. καὶ ἐν τοῖς ὄρνισιν ἀλλὰ τοῖς εἴδεσι τῶν μορίων τούτων διαφέρουσιν. ὅλως δὲ πάντα ὅσα τὸν ἀέρα δεχόμενα, ἀναπνεῖ καὶ ἐκπνεῖ, πάντ' ἔχει πνεύμονα καὶ ἀρτηρίαν, καὶ στόμαχον, καὶ τὴν θέσιν τοῦ στομάχου καὶ τῆς ἀρτηρίας ὁμοίως, ἀλλ' οὐχ ὅμοια.

Quadrupedes omnes quæque animal, quæque oua pariunt, item aues, denique quodcumque aëris receptione reſpirat & expirat, gulam arteriámque, atque etiam pulmonem habent. Quin etiam tum gula, tum arteriæ ſimilem diſpoſitionem: quanquam horum membrorum ſpecies inter ſe ſint differentes.

CÆSAR.

CVM vno verbo potuerit dicere omnia ſpirantia; & hæc membra, & membrorum ſitum ſimilem habere: tum enumerare genera in exemplis: euerſo ordine dixit, idem ſæpius repetens. Cuius tædio rei, in orbem nos collegimus fluctuantem orationem. Interpretati ſumus alibi arteriam hanc guttur. Sed cùm ea quæ fiſtula ſpirant arteriam habeant, guttur non habeant, non potui tam fuſum nomen coartare.

Dicit tria: primum. Omnia ſpirantia tria hæc habere membra, pulmonem arteriam, gulam. Secundum: ſitum ac diſpoſitionem arteriæ, gulæ ſimilem. Tertium: horum membrorum alias aliis ſpecies eſſe. Neque enim guttur aues, noſtro habent ſimile: neque ligula clauditur, ſed oræ conſtrictione. At cùm pollicitus ſit Philoſophus hominis partium notitiam elicere ex partibus aliorum animalium, contrà nunc facit: ad hominem enim illas refert: ſunt aliis, inquit, ſicut homini.

Malè interpretatur Theodorus cùm ſic dixit: *habent pulmonem, arteriam, gulam, & ſitum gulæ, atque arteriæ ſimilem, quanquam eas partes diſsimiles.* Intelligis ſimilem pulmonem, & arteriam, & gulam, & ſitum: & poſteà diſſimiles. Itaque oratio ſuſpendenda eſt inter vocem illam, gulam, & illas, & ſitum gulæ. more ſuo quoque τὸν ἀέρα δεχόμενα ἀναπνεῖ καὶ ἐκπνεῖ aërem reddere & accipere dixit: at folles fabriles etiam faciunt: proprio verbo vtendum eſt animalium, *Spirare*. Non temerè enim addidit ea omnia verba Philoſophus.

CXXV. ARISTOTELES.

Τὸν δὲ πνεύμονα, οὔθ' ὅμοιον, οὔτε δὲ τῇ θέσει ὁμοίως ἔχοντα.

Pulmonem autem neque ſimilem, neque ſimili ſitu.

CAESAR.

OMNIA habent pulmonem, gulam, arteriam: omnia habent ſitum gulæ & arteriæ ſimilem, ſed ipſa hæc diſſimilia: pulmonem autem neque ſimilem, omnia neque ſimili ſitu diſpoſitum. Quare breuior fuit Theodorus cùm ſic tranſtulit: *pulmonem autem ne ſitu quidem ſimili continent.* Omiſit enim maximè neceſſarium verbum οὔθ' ὅμοιον. Nam gula & arteria in iis in quibus diſſimiliter ſitæ erant, diſſimiles erant. At pulmo & ſitu & figura diſſimilis. Voluit autem τὸ οὔθ' ὅμοιον complecti illis verbis: *ne ſitu quidem.* Id eſt neque forma, neque ſitu.

Declaratum autem eſt quemadmodum auium pulmo fiſſus ſit, ſerpentium ſimplex. Item in octauo *Hiſtoriarum* non omnibus æquè fungoſum eſſe.

CXXVI. ARISTOTELES.

Ἔτι δὲ καρδίαν ἅπαντ᾽ ἔχει, ὅσα αἷμα ἔχει καὶ τὸ διάζωμα, ὃ καλοῦνται φρένες· ἀλλ᾽ ἐν τοῖς μικροῖς διὰ λεπτότητα καὶ σμικρότητα, οὐ φαίνεται ὁμοίως, πλὴν ἐν τῇ καρδίᾳ. ἴδιον δ᾽ ἐστὶν ἐπὶ τῶν βοῶν. ἔστι γάρ τι γένος βοῶν, ἀλλ᾽ οὐ πάντες, ὃ ἔχει ἐν τῇ καρδίᾳ ὀστοῦν. [ἔχει δὲ καὶ ἡ τῶν ἵππων καρδία ὀστοῦν.]

Quæ ſanguinea natura concreta ſunt, cor habent omnia, & ſeptum tranſuerſum, quæ præcordia appellant. Cæterùm in minutis animantibus obſcurior eſt ſanguis, quàm vt ſimili modo perſpici poſſit, propter tenuitatem atque paruitatem, niſi in corde tantùm. Proprium eſt cuidam boum ſpeciei (neque enim omnes boues id habent) os in corde gerere. At in equarum quoque corde os eſt.

CÆSAR.

A Pulmone ad cor deſcendit, quod ait datum omnibus quæ ſanguinem habent. Quanquam, inquit, in iis quæ ἔναιμα appellamus, ſanguis ipſe non æquè omnibus perſpicitur. Non enim minutioribus animalibus præterquàm in corde, propter λεπτότητα, id eſt tenuitatem, ſcilicet ſanguinis: quoniam minùs craſſus in paruis animalibus magna ex parte ſanguis eſt: & σμικρότητα ipſorum ſcilicet animalium. Venæ enim adeò anguſtæ ac puſillæ ſunt, vt vix deprehendantur. Dixit ὁμοίως, ſcilicet τοῖς μεγάλοις.

In ſecunda parte peculiare dicit quorundam boum eſſe, os in corde gerere. Itaque cùm ἴδιον dicatur quod vni & ſoli ſemper adeſt, de eo ſignificato nihil nunc dicimus. Commune autem id habent cum equis & ceruis, è quorum cordibus oſſa extraximus nos contra recentiorum arrogantiam, quorum aliqui negant ineſſe: aliqui irrident eius vſum, aiúntque etiam de bouis corde peti ad eadem commoda poſſe. Quaſi verò argutari tantùm in re medica ſatis ſit. Neque membra eorúmque partes alias aliis in animantibus virtutes à natura ſunt conſecuta.

Theodorus φρένες: *præcordia*, & *cinctus*, de ſuo addidit: quaſi τὸ διάζωμα ad verbum tranſtulit.

Ἀλλ᾽ ἐν τοῖς μικροῖς οὐ φαίνεται ὁμοίως. Theodorus: *verùm hoc in minutis ſpectari non poteſt.* Quid intelligit per pronomen iſtud, *Hoc?* Nam hîc Ariſtoteles de tribus loquitur: de ſanguine, de ſepto, de corde, & dicit: πλὴν ἐν τῇ καρδίᾳ. Pronomen igitur illud Theodori, & verbum, *ſpectari*, de corde dici non poteſt. Quid enim eſt cor, niſi in corde ſpectari? de ſepto quoque falſum eſt: non enim in corde eſt: ergo de ſanguine dicitur, quem attribuit omnibus cor habentibus. Sed apponit differentiam à magnitudine. Nam in magnis etiam extra cor, putà in venis videas ſanguinem: in paruis non niſi in corde: quare Theodorus minùs bene intellexit.

Illud quoque non rectè: *oſſiculum continere aiunt:* non enim (aiunt) dixit Ariſtoteles, ſed ἔστι.

Theodori codex caret illis verbis. ἔχει δὲ καὶ τὸ τῶν ἵππων καρδία ὀστοῦν.

CXXVII. ARISTOTELES.

Πλεύμονα δ᾽ οὐ πάντα ἔχει· οἷον ἰχθὺς οὐκ ἔχει, οὐδὲ τι ἄλλο τῶν ζώων ὃ ἔχει βράγχια.

Non omnia animalia pulmonem habent: non enim piſcis, neque aliorum quicquam animalium, quæ branchias habent.

CÆSAR.

Saltuatim tota hac commentatione procedit: omiſſo pulmone de corde dixit: nunc ad pulmonem redit, negátque datum piſcibus: ratio reddita eſt in primo libro, neque enim ſpirant: addit neque aliorum vllum animalium, cui branchiæ datæ ſunt. Vult intelligere alia genera ab ἰχθύων genere, cartilaginea ſcilicet. Nam ἰχθύων ſæpe oſtendimus arctè admodum ab eo capi.

CXXVIII. ARISTOTELES.

Καὶ ἧπαρ ἅπαντ' ἔχει, ὅσαπερ αἷμα.

Omnibus quoque iecur ineſt, quibus & ſanguis.

CÆSAR.

ANGVINEM efficit è ſuccis de ventriculo acceptis iecur, quare neceſſariò hæc ambo coniunguntur.

CXXIX. ARISTOTELES.

Σπλῆνα δὲ τὰ πλεῖστα ἔχει, ὅσαπερ καὶ αἷμα. τὰ δὲ πολλὰ τῶν μὴ ζῳοτοκούντων, ἀλλ' ᾠοτοκούντων, μικρὸν ἔχει τὸν σπλῆνα οὕτως, ὥστε λανθάνειν ὀλίγοις τὴν αἴσθησιν, ἔν τε τοῖς ὄρνισι τοῖς πλείστοις, οἷον ἐν περιστερᾷ, καὶ ἰκτῖνι, καὶ ἱέρακι, καὶ γλαυκί· ὁ δ' αἰγοκέφαλος ὅλως οὐκ ἔχει. ἐπὶ τῶν ᾠοτόκων δὲ καὶ τετραπόδων, τὸν αὐτὸν τρόπον ἔχει. μικρὸν γὰρ πάμπαν ἔχουσι καὶ ταῦτα, οἷον χελώνη, μῦς, φρύνη, σαῦρος καὶ κροκόδειλος, καὶ βάτραχος.

At lien maiori tantùm parti ſanguineorum: eorum autem quæ non animal, ſed ouum pariunt, multa exiguum habent, adeò vt à paucis ſenſu percipi poſſit. Maxima ſanè auium pars talis eſt, vt Columba, Miluus, Accipiter, Noctua. At Aegocephalus omnino non habet. Eadem natura quadrupedum quæ oua pariunt: vt puſillus admodum ſit, Teſtudini, Lutariæ, Rubeta, Lacerto, Crocodilo, Rana.

CAESAR.

NON omnia ſanguinea lienem habere, ſed maiorem partem eorum dicit: tum autem ouiparorum ſi quæ ſint quæ habent, tam exiguus eſt vt penè fugiat ſenſum. Dicit maximam partem auium eiuſmodi eſſe. Apponit tria tantùm exempla, Columbæ Miluij, Accipitris, Noctuæ. Negat Ægocephalum habere: dicit poſtremò ouiparis quadrupedibus conuenire cum ouiparis quas ſupra dixit, in eo exiguus lien his quoque eſt. Adiicit exempla deinde.

Cùm in initio commentationis diceret in vniuerſali: quæ oua pariunt exiguum habere: in fine addidit, quadrupedes quæ oua pariunt, inutili repetitione.

Dixit: σπλῆνα δὲ τὰ πλεῖστα ἔχει. Theodorus vertit, *magna ex parte omnibus eſt*: quam orationem Apollo neſciat ſoluere in partes ſibiipſis conſtantes. Cùm enim dicimus magna ex parte, excludimus totius ſignificationem: nam *omni ex parte beatum* dicit Horatius τὸ πανόλβιον: at mortales magna ex parte beati eſſe poſſunt, non omni ex parte.

Exempla nunc recenſeamus inſtituto noſtro. Nam is eſt liber in quo partes conſiderantur: videamus igitur, formas, magnitudines, colores.

Genus ſummum caret nomine: cuius ambitu continetur Columba, Palumbus, Turtur. Ea genera ſerò agnoſcit Ariſtoteles in quinto.

Columbarum ſpecies maxima ea quæ pedes plumis veſtitos habet: περιστερὰ Græcis & τρήρων in cubiculis manſueſcens, & ſub grabatis nidificans: quare Veneti *ſubſcabellas* nominant. Parit penè toto anno, paucis hyberni temporis exceptis menſibus. Minùs ſtudioſum genus ad victum facit familiaritas atque opportunitas menſarum: caro quoque pinguior, ſed minùs iucunda ad veſcendum. Plurimæ earum candidæ, ſed viſenda magnitudine inter eas nitore puniceo. Raræ apud nos: in prouincia Narbonenſi frequentiores: nonnullæ etiam variæ.

Altera ſpecies turres colit, in quibus nidos conſtruit ſelectis ad arbitrium feſtuculis: nam obiectas data opera paleas negligit, quanquam commodiore loco: minores ſunt ſuperioribus: neque manſueſiunt, quanquam ad nota redeant diuerticula: media natura inter feras & altiles. Earum color plurimarum ſubniger. Quare πελειὰς à liuore dicta fuit. Itaque *Liuiam* vertit Theodorus feliciſſimè: nos à turribus etiam *Turriliam*: rubentibus cruribus eſt, pedibus robuſtis,

gregatim viuit & humi conſidit. Aquila imminente ſtipatæ volant, ſi qua ſola excidit è grege, vidimus contentione volandi illius pertinaciam fregiſſe.

Tertia ſpecies hilarior eſt colore, plus habens punicici: vngues minùs detriti: in arboribus enim conſidet frequentiùs. Cætera illis ſimilis etiam magnitudine: quanquam Græcas maiores eſſe colligimus ex Ariſtotele. Francia *Biſetum* vocat à colore. Ariſtoteles à muſtulento nitore οἰνάδα, Theodorus rectè *Vinaginem*: nos *vinulam*, & à fabis *fabariam*. Taurini & Vaſcones à rupibus *Rupiliam*. Narbonenſis Prouincia à petris, *Perencam*: guſtu eſt longè omnium præſtantiore. Nec audiendi ſunt qui Vinaginem cum Turrilia confuderunt. Nam ſi Vinago, vt ait Ariſtoteles lib. 5. *Hiſtor. Anim.* Autumno apparet, & tunc maximè capitur, quomodo poterit eſſe πυργίτης. Eam quam ſecundę ſpeciei fecimus, quæ propriè & verè πυργίτης, & Turrilia eſt, quidam etiam pro Viuagine temerè, Vinaginem verò pro palumbo poſuerunt: nos autem has tres ſpecies hîc agnoſcimus, quibus omnes notæ ipſis ab Ariſtotele attributæ conueniunt.

Palumbus omnium maximus eſt, à fabaria puniceum, à Turrilia nigrum accepit colorem, ipſe de ſuo addidit fuſcum ſubcinereum: à Græcis φάττα, & φάβη & φὰψ dicitur. Alitur glande cum matura eſt, frequens in Suberum ſyluis in Vaſconia, integris interdum captis gregibus. Caro durior cæteris. Si aſſaueris eam quoad cocta ſit, inſuauis: cruentum eſitant.

Turtur omnium minimus, ſpecie minùs compacta cruribus nigris, penna raua. Coniugatum viuit. Extincto conſorte thori aiunt perpetua lugere viduitate. Peperêre nobis dum hæc ſcriberemus altiles: ſagina moriuntur: neque enim aliter à delicatis interemptæ eſitantur.

Genus item ſummum ſine nomine complectitur Aquilam, Miluum, Vulturem, & Accipitrem. Quorum ſpecies quoniam inter ſe maximè ſunt non ſolùm affines, ſed etiam implicatæ, perſequemur quas nouimus, atque cum antiquis nominibus conferemus. Ariſtoteles autem modò in quinto, modò in nono, modò alibi recenſet genera, malè.

Aquilarum maxima, ac fortiſſima eſt fuluo colore, quam Græci γνήσιον vocant, quoniam verè Aquila ſit nobilitatis. Hanc in Norico vidimus, & manſuetam, & ad venandum doctam, tam vaſtæ magnitudinis, vt Germanicus ſatelles principis Bauariæ doleret cubitum geſtando.

Alterum genus huic magnitudine proximum. Itaque ὑπαιετὸς à Græcis dicitur. Theodorus rectè vertit *ſubaquilam*: item *Ciconiam montanam*, Græci ὀρειπέλαργον, nos *vulturaquilam* vertimus. Habet & nomen aliud ab alarum notis, & capitis candore *Perenopterus*. Alæ breuiores: cauda longior, vulturum generi proprior. In hoc etiam genere, ea quæ tertio ex ouo parua editur, *Vulturella*, dicitur à quibuſdam Italorum: à Coruo etiam fugatur.

Tertium genus ſecundùm hanc magnitudinem Pygargus cauda albicante. Theodorus vertit *Albicillam*, & *Hinnulariam*: lepores enim venatur, etiam nobis venantibus. Catellum è ſagacibus aggreſſa eſt in montanis Taurinorum ſub Alpibus Iuliis. Cùm hæc ſcriberemus ad oppidum in Vaſconia, cui nomen Pluma cum ſerpente congreſſa, ac ſpiris inuoluta à Vaſcone comprehenſa atque ad nos relata eſt.

Quarto in genere hac minor Plangos ab Ariſtotele dicitur, & Clanga, & νηττοφόνος Anataria, & μόρφνα à pennarum maculis. Theodorus vertit *Næuiam*, ſecundùm lacus anatulis inſidiari ait Ariſtoteles. Hæc eſt quam noſtri *Sacrum* vocant.

Quintum genus Haliæetus dicitur ab Ariſtotele. Marina aquila, ceruice magna & craſſa, alis curuis, cauda lata. In littoribus graſſatur non ſemper euentu bono, quippe onere interdum mergitur quod ferre nequeat. Eſt falco ruſticus, falsò dictus à Plinio è diuerſo aquilarum genere procreari. Eſt enim generoſus, & oculorum acie valet adeò, vt Solem continenti obtutu contrà ſpectet, coactóſque pullos idem facere, probet an legitimi dici mereantur: nam quem viderit lacrymantem eiicit. Cirides aues maritimas inſectatur, quas *Garzetas* vocant Taurini. Eum eſſe putamus Niſum Virgilij.

Sextum genus minimum corpore, viribus & nobilitate præſtantiſſimum, colore nigro, vocat Ariſtoteles μελανάετον. Theodorus rectè *pullam*, malè *fuluam* interpretatus eſt: leporaria etiam cognominatur, λαγωφόνος. Syluas colit, intrepida eſt, liberalis, volatu perniciſſimo.

Hæ ſunt Aquilæ Ariſtotelicæ. Nunc Accipitrum genera recenſeamus. Buteo qui & Triorches, Æſalò, Circus, Aſterias, Phaſſophanos. σπίζιας, λειοτελόρχαι, qui ſint latiores. Perca, σπίζιαι, λεῖοι, φρυνόλοχοι. Quorum faciem nullam declarat maxima negligentia. Indagemus igitur poſitis à nobis ſpeciebus.

Buteo, Buteo corrupta vna litera ab Italicis ruſticis dicitur is, quem *Pionem* à capiendo Veneti, ab aucupiis Taurinorum & Gallorum *Milan*: quem *Miluum* non rectè interpretantur. Nam Ictinus Græcis Miluus noſter eſt quem *Regalem Milanum* vocant. Buteo niger eſt, Miluus fuluus,

ſummis

ſummis alis albis, querulo ſibilo ſordes appetens, inteſtina ſurripiens: etiam huic pugna cum coruo ſæpe inferiori. *Buſoc* Vaſcones nominant, Taurini *Pondralam*: par vtrique magnitudo Miluo, & Buteoni.

Buteoni ſimilis eſt quem *Rondonem* Lombardi vocant, longiſſimis alis, nigerrimum, hirundinis facie: niſi quòd adunco roſtro eſt: cruribus breuioribus, ſed hirſutis & robuſtis. Huius quoque capturæ interfuimus, magna pugnandi contentione: potes intelligere eſſe ὑποτριόρχην.

Plinius ait Æſalonem paruam eſſe auem: cuius ſententia facilè me adducit, vt eam putem eſſe quæ à Gallis *Eſmerillon* vocatur. Idem, Ariſtotelem ſecutus, ait eam cum coruo & vulpe inimicitias exercere. Mirum ſi parua, cum vulture pugnare ab eodem Ariſtotele prodatur: apparet omnĩ tempore.

Circum tertium genus eſſe Accipitrum, ait Ariſtoteles, atque vulpi inimicam, eámque inuadere: apparet ergo eam magnam eſſe auem. Plinius eam vno pede claudicare ſcribit: quare non facile eſt nomini vulgari notam aſſignare.

Ἀστερίαν vertit Theodorus *Stellarem*. Quidam putant eſſe Accipitrem: conuenit & hoc cognomen ſpeciei Alcionum, qui ὀξεῖς ab Ariſtotele vocantur. Exiſtimant etiam nonnulli Aſteriam vocari à volatus altitudine: atque inde noſtrum *Aſturem* eſſe, tum nominis affinitate, tum etiam alarum pernicitate ducti. Ex affinitate nominis ſæpenumero cauendum eſt, & cautè abſtinendum, ne in errorem vulgi incidamus, quemadmodum ille qui ἱέρακα putauit eſſe vulgarem Sacrum, quòd vox communis ad id nomen alluderet, cùm ἱέραξ ſit nomen huic generi accommodatum, quemadmodum Accipiter apud nos. ἀστερίαν igitur, id eſt, ſtellarem puto noſtrum Aſturem: eſt enim punctis quibuſdam tanquam ſtellis totus pictus in pectore, fuluo colore in dorſo.

Φασσοφόνος Palumbarius, vt qui Palũbos, σπιζίας Fringillarius, vt qui fringillas conſectetur: eis tamen non ideò quòd eæ aues ſint ipſis ſolæ præda, nomẽ eſſe puto, ſed quòd præcipuè ipſarum, carne delectentur. Difficile certè eſt omnes has ſpecies ad genera Ariſtotelis dirigere. Nouimus nunc magnatum cura multas aues rapaces ad aucupium educari, quarum quia ab antiquis facies negligenter prodita eſt, in ipſa veritatis indagatione hæreamus. Multæ notæ multis conueniunt, & is qui vulgò *Falco*, & qui *Lanierius*, & *Aſturus* dicitur, perdices, palumbos, picas, & huius generis aues conſectantur. Quare certè periculoſum ſententiam ſuam dicere. Nos tamen ſi ἀστερίας ſit Aſturus, hunc putamus *Lanierium*. Qui verò exiſtimauit Æſalonem *Lanierium* eſſe: ſi parua auis Æſalo Plinio eſt. (nã de magnitudine nihil ab Ariſtotele) Lanierius Æſalo eſſe non poterit. Fringillarius autem aut *Sparuerius* erit, aut is qui vulgò *Hobereau*. ſequitur autem iſte venatores, vt quas auiculas canes educunt in eas irruat: atque huic eam appellationem conuenire putarem, ni certus eſſem, alteri Fringillas cibo eſſe gratiſſimo: quare eorum opinioni accedimus, qui Fringillarium Sparuerium eſſe dicunt.

Φρυνολόγον, rubetarium poſſumus dicere: humilis volat, & rubetis paſci nomen indicat: ranis, ſerpentibus, lacertis, muribus veſcitur: vulgus *Goiran*, & *Bondrée* vocat: puto eam eſſe auem, quæ in Petragoriis *Tartane* dicitur, & in Taurinis *Pondral*. Accipitres autem ab eſu cordis abſtinere falsò prodiderunt antiqui: nobis enim dantibus ſæpenumerò deuorârunt. Tum fabulæ iniicere eos humum cadaueribus humanis. Pudet etiam alia mendacia Græcorum referre. Eſt & illud clarum mendacium, Accipitrum oſſa, quæ in cruribus ſunt, ad ſeſe aurum attrahere, quemadmodum ferrum magnes.

Reſtant λεῖος, πέρκος, & πτέρνις. Hæc certè genera notitiæ noſtræ ſuperfuere: fortaſſe ne Ariſtoteli ipſi cognita ſunt, qui nomina nuda appoſuit: fortaſſe bina aut terna vni. Nam nocturnam accipitris ſpeciem acrem, ac pugnacem Iones *Chalcida*, cætera Græcia *Cymindin* appellabat. Quin etiam idem Ariſtoteles in IX. eandem cum quadam quæ *Ptyx* appellaretur, eſſe dicit, ex ſententia neſcio cuius: adeò ipſe, quæ eſſet πτύξ ignorabat.

Videmus præthereà ab Ariſtotele eam auem, quam *Gryſalcum* dicimus, non notam. Eſt enim omnium generoſſimus: compoſito nomine è duabus vocibus priore fabuloſa, altera recentioris vſus: quaſi *Gryphen falconem*, à magnitudine. Eſt enim per omnia falconi perſimilis: ſed triplo maiorem vidimus: vnum principi Sabaudiano, alterum Henrico Nauarræ Regi. Dimiſſus è manibus conſpicatus prædam per circuitus, vt cætera, non aggreditur, ſed raptim directo volatu: quod icciro *Scalatim* vocant Itali. Buteonem temporis puncto deiectum vidimus. Item anſerem ſylueſtrem vnum atque alterum, miluos plures, gruem vnam, olorem vnum.

Reſtat prætereà è Græcis nominibus vnum adhuc, φήνη. Theodorus *Oſſifragam* ex Plinio, qui eius pietatem ex Ariſtotele, qua eiectos ab aquila pullos educat, cùm enarrat, *Oſſifragam* interpretatur

pretatur. Thuſcámque ait vocem eſſe, & à Latinis *Barbatam* appellari: parum valere oculis Ariſtoteles, & cinereo colore eſſe, magnitudine aquilam ſuperare. Idem Plinius ex diuerſo aquilarum genere Haliætum,& hoc oſſifragarum genus, ex eo minores vultures generari ex ſcripſit.

Eſt & *Immiſſulus*, apud Latinos auguriis deſtinata ales, ex Verrij Flacci *lectionibus* notum nomen tantùm nobis: eandémque eſſe cum oſſifraga dicit lib.IX.& *Regulum*, quoque appellari. In XVII. autem etiam *Sanqualem*, Oſca, vt opinor, voce nominat. At in I. lib. & XIII. *Oſſifragam*, ab Immiſſulo, etiam Opij autoritate diuerſam facit. Maſſurius apud Plinium Sanqualem oſſifragam eſſe dicit: immiſſulum autem aquilæ pullum priùſquàm cauda albicet. Alij immiſſulum vulturis pullum eſſe aiunt.

Eſt & Tinnunculus, qui columbarum comes, ac patronus exiſtimatur à Plinio, ac vnà in turribus habitare. Eſt enim Tinnunculus, Cenchris Æliani. Eum *Gauinellam* Itali, Vaſcones *Segairol*, quòd paſſeres è ſepibus fuget, & capiat: Franci *Quercerellam*, non corrupta voce, quaſi Cenchrellellam, vt ait Ruellius in Millio: ſed quaſi *Querquerellam*. Nam, *Querquerum*, lamentabile dixerunt veteres: ſemper enim ſtridet, & queri videtur.

Non eſt mirum tantùm hîc eſſe tenebrarum. Primùm quia genere multa ſunt. Deinde quia ab antiquis malè explicata: tum quia pleráque inter ſe affinia, diuerſa etiam generant. Poſtremò cum terna oua pariant: è primo maximi eduntur, ex tertio minimi qui mares & tercellini: è ſecundo, ſecundi & mediocres. Itaque quaſi aliæ, atque aliæ à priſcis etiamnum rudibus agnitæ ſunt, quæ vno eſſent in genere eædem.

Ælianus etiam vnum aquilæ genus commentus eſt, quæ *Iouis* appelletur, minimè, cruentam, aut carniuoram: ſed herba tantùm veſci. Item alias fabellas: aquilarum pennas cum aliarum auium pennis commiſtas incorruptas durare, illas putreſcere. Prætereà amores, vnámque in amatoris rogum inieciſſe ſe. Eas nugas etiam Plinius ſecutus eſt. Ad hæc beneficia: Trituratorem qui aquilam è draconis ſpiris exemiſſet hoſte interfecto, ab eadem beneficiaria ſeruatum; euerſo alis poculo è quo is potaturus erat, quoniam draconis veneno fons infectus eſſet. Ita gaudet Græcia mendaciis. Aquilas non bibere, quoniam ſanguinem hauriant, falsò idem ait. Nam leo ſanguine exucto bibit tamen. Nunquam coitum recuſare ſi mas appetat, proditur. Lapidem *Aëtitem*, id eſt, Aquilarem, quem aiunt in nidum ſupportari, prægnantémque eſſe habemus nos vnum. De cuius natura & concretione aliquid à nobis dictum eſt in Commentariis de *Subtilitate* ad Cardanum. Fertur item aquilarum diuinum eſſe volatum, regnáque portendere: generoſo ſpiritu eſſe, nec cadauerum quidquam contingere: nec repetere ſemel omiſſam prædam, ſed aliis auibus relinquere: Cornicum ſtrepitum & garritum contemnere, neque eas impetere. In Creta etiam Tauros correptis cornibus expugnari. Compulſum ad prærupta vbi videt, oculos fodit, atque ruina exanimato potita veſcitur: pullos vehementer amat. Itaque etiam cum dracone inſidiatore pugnam capit. Sed eoſdem fames eiicere ſuadet: neque enim ſufficere iam grandiuſculis cibus potis eſt: ergo tunc auium lata vaſta eſt regio. Quare etiam teſtudines venari coguntur magno aſtu, in ſublime elatis atque deiectis diffracto cortice epulantur. Iam tum ſqualles, & ſtudio, & fame. Itaque *Exaëtos* vocatur, quaſi exaquilam dicas. Ælianus quoque ait *Chryſaëton* aquilam quandam vocari, quam etiam ἀστερίαν nominat: ſed Ariſtoteles ἀστερίαν inter accipitres agnoſcit. Sic & *Morphnam*, alij inter aquilas, alij inter accipitres connumerant. Rhodi nullam aquilam eſſe ſcriptum reliquit Plinius. Idem autor eſt à Nigidio appellari *Subidem* auem, quæ aquilæ oua frangit: fortaſſe *Chalcis* eſt nocturnus accipiter, qui cum aquila pugnat tanta animi contentione, vt ſemel complexæ à paſtoribus comprehendantur. Memoriæ quoque proditum eſt vulturem, olorem, trochilum, chalcidem, ardeolam, draconem, cum aquila pugnare. Idq; in comperto habemus interire aquilam fame, accreſcente ſuperiore roſtro adeò, vt inferius aperiri non queat.

Οἰωνοὶ dicuntur vultures propriè, & γῦπες: ſic enim vultures vocârunt antiqui, quoniam eas ſolitarias eſſe viderent aues: cùm tamen etiam in comitatu volent. Eorum duo ſunt genera, magnitudine impari. Color minori candidus, maiori ſubfuſcior: pluma vtrique prolixiuſcula, ſecturis pilorum breuiſſimis, adeò mollibus, vt pilo propior eſſe videatur. In Pyrenæis inacceſſis montibus nidificat, vt verum ſit quod Ariſtoteles reprehendit ex Herodoro Bryſonis patre: qui cenſuerit ex ignoto nobis orbe aduolare eos, quoniam nidus raró viſus ſit. Cantabri etiam anniculis minores comprehendunt, fertur oua bina edere: cùm Æſalone & aquila pugnare: cadauerum verò nidorem procul ſentire, atque ea etiam oculis deprehendere, naturæ communi proximum eſt. At exercitum ſequi quaſi, cognoſcant futuras cædes exquiſitæ cuiuſpiam intellectionis eſt. Verùm enimuero biduo, vt plurimum, vel ſeptimo ante die præſentiſcere bellorum euenta,

euenta, conuerſóſque ſpectare eas copias, quæ ſint interituræ, inter Græcorum mendacia referendum. Illud quoque eiuſdem notæ, in eo genere nullum eſſe marem: ſed Euri, aut Auſtri flatibus exceptis impleri: neque dum finis nugarum. Nigros eſſe ambigui inter aquilas, & vultures generis: hos eſſe mares, & nidos facere, verùm non oua, ſed pullos parere. Illicóque editos ad volandũ aptos eſſe. Iunoni ſacram alitem apud Ægyptios eſſe aiunt: eiuſque pennis Iſidis caput ornare ſolitos. Miror & illud: cùm auis huius nidus vix ſexcenteſimo anno ab vno, vel altero vix deprehenſus ſit, quid venerit in mentem narratoribus noſtris. Sexies vicenos dies inſtitui ab ipſis ad alendam prolem: neque humo pedem tollere ad volandum bis totidem ſibi viuere: quinos ſtudere concipiendo. Qua enim re alitur totos tot dies illos tam immanis beſtia? aut qua ope conſulit, & ſubuenit famelicæ ſemper proli? reſpondent de femore ſuo ad edendum apponere. Quaſi femur illud Elephanti cuiuſpiam ſit: aut ſuccreſcat Tityj iecoris more: vnguenti odore fugantur: Seſeleos ſemen edere viſi ſunt.

Noctuarum genus ſummum multa genera complectitur. *βόας*, ἐλεὸς, *αἰγώλιος*, σκὼψ, νυκτικόραξ, γλαύξ.

Hæc genera recenſet Ariſtoteles in VIII. aitque *βύαδα*, vnde *Bubonis* nomen noſtrum, eſſe Aquila non minorem, ſimilémque noctuæ. Sanè ita eſt, *Dux* appellatur à Taurinis, & in Gallia. Docilis auis ad fallendum aquilas, cuius auſpiciis illas capi vidimus nos. Auriculas è pinnulis habet: Noctua non habet.

Tum dicit ἐλεὸν eſſe maiorem gallinaceo. Theodorus *Aluconem* vocat: miro iudicio; Italicum nomen, *Alocco* reducens ad Latinam normam; qua intelligimus nocturnam auem ſine lucis vſu. Verùm Italicum vulgus etiam genus illud Bubonis, *Alocco* vocat. Dictus ἐλεὸς, propter vocem flebilem quam edit: vnde *Vlulam* Latini ipſum appellârunt: ſic enim clamat: *vhu, vhu*, quaſi *va, va*: ἐλελεῦς etiam Bacchus.

At *αἰγώλιος*, falsò à Theodoro *Vlula* interpretatur duabus de cauſſis: primùm quia diuerſus eſt ab ἐλεῷ, ἐλεὸς enim eſt vlula. Deinde quia in eodem libro ſui oblitus, nycticoracem, *Vlulam* interpretatur, cum in ſuperioribus, νυκτικόρακα *Cicumam* vocet, & ab αἰγωλίῳ, alium faciat. Eſt autem *αἰγώλιος*, idem qui *αἰγοκέφαλος*, magnitudine pullæ auis, aurita, colore cinereo, roſtro adunco, ita demiſſo, vt capræ naſum præ ſe ferat, cæterámque faciem, etiam oculos. Taurinis *Dama*.

Aſio duplici ſibilo canit, altero longiore. Noctua ſingulari & breui. Edit etiam voces quaſi infantis vagientis. Item cachinnantis: σκῶπα *Alionem* nos interpretamur: locuſtis, quæ alis carent, veſcuntur aſiones menſe Septembri. Noſtri agricolæ & venatores eos hoc menſe captos edunt: ſunt enim pinguiſſimi. à Vaſconibus *Tuquetz*, vocantur, quaſi *Duquetz*, parui duces, qui ſemper apparent, *ἀείσκωπες*, id eſt *perennaſiones*.

Noctua auriculis caret, ea eſt γλαύξ, ea ab Italis *Ciuetta* à Vaſconibus *Canecca*, à Gallis *Cheneche* dicitur. longè minoris vænit Aſio quàm noctua. Quare aucupes exemptis pinnulis pro noctuis cariùs eos vendunt.

Nycticorax qui ſit facilè non iudicarim: eum aliquando arbitratus ſum qui *Dama* à Taurinis Liguribus dicitur; ſed eam puto eſſe αἰγώλιον. Ariſtoteles in octauo ὠτὸν, νυκτικόρακα, quoſdam appellare ait. Plinius *Otida* vocat: atque à quibuſdam Latinis *Aſionem* dici ſcribit: auémque imitatricem, paraſiticam, & ſaltatricem ex Ariſtotele. Quare σκῶπα ὠτὸν, ſeu, vt ait Plinius, Otida, & nycticoracem, Aſionem eſſe dicendum eſt. At Theodorus νυκτικόρακα falsò *Cicumam* interpretatus eſt. Nam cùm vnicum haberet huius nominis autorem Feſtum, qui nocturnam tantùm auem indicaret, non debuit huic aui quæ Latinum haberet, nomen alterum imponere: habebat enim ex Plinio interprete Ariſtotelis verba. ὠτὸς igitur erit nycticorax, noctuæ ſimilis, prætérquam pinnulas plumarum in capite habens: à quibus nomen habet quaſi auritam dixeris. Plinius maiorem noctua ſcribit. Ariſtoteles minorem: vtranque nos vidimus. in ſexto Ariſtoteles inter magnas aues ὠτίδα ponit quam tamen diuerſam ab ὠτῷ puto.

Illud notandum, Plinium tantùm poſuiſſe inter aues nocturnas, quæ vngues vncos habent, bubonem, vlulam, & noctuam: idem ſcribit in Creta nullam noctuam naſci, & importatam non viuere.

Eſt & aliud genus nocturnæ auis, quæ αἰγοθήλας dicitur: auis inauſpicatiſſimi ominis vulgò habetur: eſt minor Oto, ſed vaſtiſſimo oris hiatu fœda. Galli *Freſaie*, Vaſcones *Breſague*, quaſi præſaga. Latinè *Caprimulgus*, & fur nocturnus: quidam Strigem eſſe dicunt. Plinius tamen cap. XXXIX. lib. XI. quæ ſit auium non conſtare arbitratur, caprarum caulas ſubintrat, vt earum lac ſuggat, vnde nomen: aiunt eam inuerſam volare.

Poſt hæc enumerat Ariſtoteles inter quadrupedes, quæ oua pariunt Teſtudinem lutariam, rubetam

betam Lacertũ Crocodilum & Ranam. Ac reliqua oua parere certiſsimum eſt. Sed ranas rubetáſve ſcimus nos animal edere, carunculas ſcilicet, oculis cauda deformatis. E cauda mox fiſſa pedes fiunt poſteriores. Cùm eſſemus in Inſula Diomedis, ſæuiſſimiſque detineremur multis diebus, tempeſtatibus, afflicta roſtrata naui noſtra, ranæ catulos obſeruauimus tales. *Gyrinos* Græci vocant.

Theodorus legit μῦς, & vertit, *mus aquaticus*: ἐμὺς in optimis exemplaribus ſcriptum eſt: neque fieri poteſt, vt mus aquaticus, quem ſæpe in alueis piſtrinorum vidimus, pilo contectus oua edat: quinimò animal viuum edit. Sic & in v. *hiſtoriarum*, vbi vulgo μῦς ſcriptum eſt: quod & idem Theodorus, *murem aquatilem* reddidit, quamuis ſtatim *lutariam teſtudinem* intelligat, ἐμὺς reponendum eſt. Lutarias enim teſtudines, & quæ in aqua viuunt *Emydas* vocari ait Plinius.

Teſtudo à Græcis χελώνη, à Gallis *tortue*, ab Italis *biſſa ſcuellera*, à Taurinis *Serp copera*. Id ſignificat ſpeciem anguis quem capite præ ſe ferat, ſcutula aut cuppa intectam: ſibilum quoque anguis edit. Duo genera marina, & altera. Marinæ roſtrum eſt vt auibus duriſſimum: cætera ſimiles ſunt. Alterum genus aquas item intrabit ſi libera ſit. Alitur etiam in hortis ad edendum. Effodit ſibi hybernacula vbi lateat ſub terra. In ſtagnis Cantabriæ finitimis ingens copia. Simplex color commendatur: nam variæ luteis maculis reiiciuntur à menſis. Terreſtres quæ ideò χέρσιναι, in Africa nullo humore præterquàm rore viuunt. Indicarum teſtudinum corticibus ſingulis tegi & in Gange earum cuppas viginti amphoras capere; iiſque pro cymbis vti accolas maris Rubri in ſcriptis relatum eſt: capíque fluitantes, poſtquam ſiccato cortice æſtu meridiano, mergi non poſſunt. Nos duas cuppas vidimus mediocris ſcuti magnitudine. aiunt etiam inter dormiendum eas ſtertere; ſubire amnem Eleuterum ex Phœnicio mari; conchiliis ali teſtis earum roſtri duritiæ effractis: oua parere auium ſimillima ad centena, iis ſicca terra obrutis, & complanato ſolo, incubare noctibus, relicta nota pedum veſtigio, vt ſciant repetere. Fabula autem oculorum aëre catulos excludere. Fœminam coïtum recuſare donec mas feſtucam imponat eiuſdem puto veritatis: coire mare ſuperueniente ait Ariſtoteles. At, Demoſtratus fœminam ſupinari, quod veroſimiliùs eſt. Condiunt mendacium Græci hoc: aiúntque herbam ore afferri à maribus ignotam nobis, cuius tactu fœmina pariat. Eorumque diſſenſio detegit vanitatem; quidam aiunt dolorem afferre maris genitale: quidam præſentire futuram ſe prædam aquilæ, quoniam ſupinata in coïtu conuertere ſeſe nequeat. Quod tamen falſum eſt. Facilius enim è ſupina prona fit, quàm è contrario. Nymphes autor eſt Troglodyticas ſex modios Atticos capere, Plinius eis attribuit cornua, etiam mobilia, quibus pro remigio vtantur. *Celtinas* vocant: ſcopulorum ſpecie ſed rara: ab accolis tanquam ſacræ adorantur. Aiunt quoque marinæ caput abſciſſum non ſtatim mori, ſed & ad manus obtectum conniuere, quin etiam morſu appetere: oculis eſſe nitidiſſimis, & pupilla preciosa. Quod cùm ſerò legiſſem, dolebam amiſſam occaſionem mihi proſpiciendi vera ne eſſent. Nam pueri admodum vnam habuimus altilem dono miſſam patri è Tergeſtino ſinu. Relatum quoque eſt teſtudinem cum vipera pugnare, & victam eam edere: mederique ſibi origano.

Rana βάτραχος, vtrunque nomen à ſonitu. Galli *Grenoille* Summum genus continet Ranam, & Buffonem. Rana duûm eſt generum: aquatica & terreſtris: aquaticas etiam in ſtagnis maris ſalſis vidimus: vulgaris altera in dulcibus: in aquis calidis Piſanorum Plinius autor eſt. Mutas fuiſſe in Macedonia, & in Inſula Seripho, mutas quoque fuiſſe in Cyrenis: poſteà eodem tranſlatas, vocales duraſſe: vt appareat genus eſſe aliud: quale & quoddam quod in arundinetis naſcitur ſine voce. Eaſdem tamen è Seripho tràſlatas vocales eſſe tradit Ælianus. At in Pierium Stagnum iniectas vocales, ibi ſilere Theophraſtus aquæ frigus in cauſſa putat. Sonum quem cient mares coïtus tempore, vlulatum Græci dicunt ὀλολυγόνα, recepto aëre, aut aqua, aut vtroque inter guttur & linguæ originem, quâ parte potiſſimum eſt abſoluta. Nam mucro hæret ori. præter morem vocaliores, imminentes prædicunt tempeſtates. Ranas è limo natas, in limum reſolui compertum eſt: ipſis multa contraria: ipſæ apibus, quas aquantes venantur, ab eis verò ictæ nihil ſentiunt. Aiunt ranam Ægyptiam Natricis ingluuiem effugere, mordicus arundinis feſtucam tenentem, cuius obiectu illius os lædat.

Terreſtre genus duplex: alterum in rubis tantùm degens: Græci φρῦνος, Latini à loco *Rubetas* dicunt: corpore vaſto & paluſtri Ranæ proprior, quæ ambo ad veneficia famoſæ ſunt: rubeta autem ſolo etiam aſpectu noxio: afflatum ab ea hominem palleſcere aliquot diebus: bina ei iecora eſſe, altero mortem, altero remedium afferri, inter Græca monumenta ſcriptum eſt. Alterum etiam in arbores ſcandit, puſillo corpore, viriditate conſpicua, cantu longè clariore.

De

De Bufone nihil Ariſtoteles, quin ne nomen quidem apud Pliniũ. At apud Poëtam eſt. *Inuentúſque canus buſo.* Galli *Crapaut.* Italiæ pars *Roſpo.* Taurini *Babi,* ignaua beſtia eſt, non ſolùm hyeme, quam totam ſub terra latens tranſigit, ſed etiam æſtate ſegnis enim adeò eſt, vt nihil inertius, Ranæ quidem figura, ſed ventrioſus & magnitudine quadruplo maiore. Ad Lunæ radios quaſi apricantes multos deprehendimus. Vocem edit miſtam è ſibilo, & vlulatu: excipit ictus impunè tergo: niſi capite eliſo ægrè conficitur. Auerſum vrinam reddere ob oculos perſecutoris pernicioſam ruricolis perſuaſum eſt.

CXXX. ARISTOTELES.

Χολὴν δὲ τῶν ζώων τὰ μὲν ἔχει, τὰ δ᾽ οὐκ ἔχει, ἐπὶ τῷ ἥπατι. τῶν μὲν ζῳοτόκων καὶ τετραπόδων, ἔλαφος οὐκ ἔχει, οὐδὲ πρόξ· ἔτι δὲ τάδε, ἵππος, ὀρεύς, ὄνος, φώκη, καὶ τῶν μυῶν ἔνιοι. τῶν δ᾽ ἐλάφων αἱ Ἀχαΐναι καλούμεναι, δοκοῦσιν ἔχειν ἐν τῇ κέρκῳ χολήν. ἔστι δ᾽ ὃ λέγουσι, τὸ μὲν χρῶμα, ὅμοιον χολῇ, οὐ μέντοι ὅλον ὑγρὸν οὕτως, ἀλλ᾽ ὅμοιον τῷ τοῦ σπληνὸς τὰ ἐντός.

Fel animalia quædam habent, quædam ad hepar non habent. Nam in quadrupedum genere, quæ animal pariunt, neque ceruus, neque dama, neque equus, neque mulus, neque aſinus, neque marinus vitulus, neque murium ſpecies quædam. At cerui qui Achaïni cognominantur, in cauda videntur habere. Quòd autem ſic autumant, eſt fellis quidem colore: verùm concretius, & lieni ſimilius quod attinet ad partes interiores.

CÆSAR.

TRANSFERT hiſtoriam ad fel: breuiſſima narratione: ſic enim dixiſſet: fel quædam non habent, vt ceruus & alia; quædam habent: ſed alia aliis locis: aliqua ad iecur, vt taurus: aliqua ad inteſtina, vt quidam piſces: aliqua ad caudam, vt Achaini cerui, quos in IX. etiam Achaïtas vocat. Quæ ad hepar habent, ſeparatum vt homo: alia confuſum in hepate, vt Elephantus. At ipſe hîc breuiſſimus. τὰ μὲν ἔχει τὰ δ᾽ οὐκ ἔχει ἐπὶ τῷ ἥπατι. Plinius ex Ariſtotele cùm neget ceruos habere fel: poſteà tamen nimis diffuſa vſus eſt ſententia: cùm dicat ideò à canibus non attingi propter amaritudinem fellis, quod in cauda habent. At Ariſtoteles Achaïnos tantùm habere, ait. Quod autem dicitur eum cornu ſiniſtrum, Plinius ait dextrum, occulere, falſum eſt: & nos habuimus, & vidimus multa. menſe Aprili ferè amittunt quotannis niſi caſtrati: ij enim neque edunt nec amittunt. Iactis cornibus vitant frequentes locos conſcij amiſſi præſidij. De cornibus eorum malè diſputat Ariſtoteles in IX. confundens generationem cum membris: malè inquam; non quòd vitium id ſit in hiſtoria: ſed quia cùm ſeparatim dicere inſtituit, ſeipſum fallit: ſimiliter & de mammis, & de iis quas dicit eſſe aure ſciſſa apud Arginuſſam in monte Elapho Aſiæ. Fœmina caret cornibus. Callimachus tam̃ ei potuit attribuere, quàm aurea eadem dicere: pari licentia fœminæ ceruæ in Francia cornua etiamnunc ſpectantur. Anniculis nondum cornua, ſed veſtigium tantùm inchoatorum. Bimulis ſimplicia ſurculis ſimilia: vnde Græci παπαλίας vocant. Plinius *Subulones* ceruas vocat, nec ſatis explicat, ætatiſne ſit an generis diuerſi nomen. Theodorus ætatis putat rectè. Bifida in trimatu ſubnaſcuntur: tum multiplicantur rami quotannis, vno addito, vſque ad annum ſextum: poſteà eadem habitudine ſemper: ſupra frontem ſtatim ad ortum cornuum prodeunt, ex aduerſo mucrones ab vtroque ſinguli, quos Græci vocant ἀμυντῆρας; *propugnacula* ſi velis dicas, ſeu potiùs & melius *proſubulas*: veteli cerui his carent: dentéſque decidunt prouectioribus: muſcas quoque aſpellunt cornibus: amiſſis iis opaca illorum tædio petunt: paſcuntur noctu vitatis inſidiis. Cùm ſubcreſcunt tenera attrectauimus ſæpenumero quaſi cute obducta, eáque ſubhirta: vt conſtet exteriorem partem quaſi è cute prodire, cuius aliquandiu ſeruat imaginem, contrà quàm ſenſit Ariſtoteles. Sole poſteà indurari idem autor eſt. Illud quoque ab eodem eſt animaduertendum: periculum facere attritis cornibus ad arbores, an ſatis ſint firma. Idq; deprehendi cùm non doleant: vbi robuſta euaſere, tum eo freti præſidio, otioſi ab iniuria relictis receſſibus, aliis locis agitant: conſpecta eſt eorum cornibus innata, atque adrepens edera, quippe tenellis primùm. Alia quoque de cauſſa latent: ſaginati ſcilicet æſtatis tempore, ne corporis moles in mora primùm, ac mox interitu ſit. Mugit coïtus tempore mas, fœmina cùm in metu eſt: ſalaciſſimus eſt mas, maximóque fertur impetu. Mas duriore genitali eſt: itaque raro ſuſtinet initum fœmina,

ſed fugit. Ille nihiloſecius in tergo hærens perficit. Interdum ſummittit genua atque excipit quieta. Eodem impetu alias alibi petitas init Autumni initio. Tum fœtere mares ſenſimus & nos. Eo tempore etiam homines expugnare; vtuntur enim maxima riualitate. Semel atque iterum interfuimus huic ſpectaculo: item nigreſcit facies: primis quibuſque imbribus mitiores,& nitidiores facti repetunt loca priſtina,& greges vnde abſceſſerant: æſtus impatiens animal aquas ore tenus ſubit: ſerpentem deuoraturus Elaphoboſium edit. Venatores tamen aiunt eum hoc facere poſtquàm ſerpentem ederit, quam è cauo elicit afflatu tantùm: itaque reiuueneſcere, ac viuere diu incorruptam vitæ longitudinem ait Ariſtoteles. Lapillum dicitur deuorare cerua cùm ſe grauidam ſenſerit, gerit vterum menſes octo: ſingulos plurimum, rarò geminos parit, iuxta ſemitas, quò gnara eſt feras non adire: mirum ceruam feras vitare, & hominis veſtigia non perhorreſcere. Iamque viſas aiunt in venatu vrgentibus canibus, vltro ad hominem confugere, quaſi ſalutem aut veniam petens: mammas quatuor habet, vt vacca. Editi fœtus illicò inuolucrum deuorat: deinde ſeſeli, vt ait Ariſtoteles,&, vt addit Plinius, Aro depaſta ad pullum redit. Plinius, non ſolùm à partu, ſed etiam parituram Seſelim edere è Cicerone accepit. Tum locum præruptum eligit vnico aditu cauum, vbi pugna petitam pugnare eam tradunt: hinnulus celerrimè adoleſcit: à venatore percuſſus cancros edit: ſagittis ictus Dictamum deuorat: cuius eſu ſagittas excuti & decidere perhibetur: cantu item mulceri: quem detentum dulcedine alius ex inſidiis interimit. Cerui demiſſis auribus ſubſurdi ſunt, arrectis acerrimo auditu: non vtuntur perpetua, ſed interrupta fuga, auferunt ſeſe è conſpectu quantum poſſunt. Tum ſiſtunt ſeſe auerſi tamen, ac reſpiciunt donec ſuperueniat venator: ibi fugam redintegrant. Id iccircò facere ait Ariſtoteles quoniam inteſtinis ſunt imbecilles adeò, vt ventre percuſſo integro etiamnum tergore rumpantur intus. Id quod in vi. dixit lib. cùm hîc inter membra debuiſſet. Hyeme marceſcunt: vere curſus perniciſſimus. Fugere vento ſecundo, vt veſtigia abeant cum ipſis addere debuit Plinius, etiam vt canum ſigna, etiam vt odor amittatur: non paruam cauſſam illam arbitror, vt celeritatem addat ventus: vt ne ſpiritus occludatur. Aiunt animal eſſe ſtupidum: accedente equo aut bucula, hominem aut non cernere, aut eum ipſum, arcúſque atque ſagittas admirari. Tranare maria gregatim leuatis capitibus onere cornuum, imponendo prænatantis clunibus, directo ita ordine, vt primus defeſſus in poſtremum agmen recreet ceruices laſſas. Sicque à Cilicia in Cyprum trãquilla malacia expectata traiicere: ſic etiam ex Epiro in Corcyram: neque viſu tãtùm, ſed etiam odore captare terras. Color omnibus fuluus, maculas quaſdam habent: clunibus color dilutior. Sertorij ceruam candidam fuiſſe proditum eſt: gracillimis ſunt cruribus, collo item grandi & ſinuato, fronte lata; roſtro repando. Saltu maximè valent. Calce tam anteriore quàm poſteriore impetunt. Equitem poſteriore calce in ſaltu percuſſum Romæ excuſſit: igneſcit plaga ex eo ictu, non ſemper tamen, ſed ſi inter menſem Maium, & Septembrem infligatur. Sexum de veſtigiis, item fœtas, prætereà ætatem cognoſcunt venatores: etiam è fimo petunt indicia, tum viſu, tum odoratu. A frondibus decuſſis etiam mares cognoſcunt, quas in tranſitu cornua deuaſtãrint. Febribus eos carere quoque aiunt: atque eum qui quotidie eorum carnem guſtârit, vnico ictu modo interfectorum, eo morbo nunquam tentari. Item in Africa nullos eſſe, in Helleſponto fines ſuos non tranſgredi. Cor ipſis maximum, ſanguis ſine fibris. Falsò verò dicitur cicures factos non concipere. Nos enim aliquot vidimus: os in corde habere & ceruam in vulua, & nos experti ſumus, & Plinius tradit. Gillius eis quaternas nares attribuit. In Libya ceruum ſopitum inuadunt ſerpentes multæ ſimul ad hoſtem quaſi ſigno dato: hærentes omni è parte corporis, alias excutit, alias lacerat. Infixa capita cùm non ſine maximo dolore abſtrahere poteſt, cancros fluuiatiles edit. Illa dilabuntur: cicatrices obdurantur: ſi verò Africa ceruos non gignit, mirũ cur in Lybia id fieri prodat Ælianus. Accepta vulnera, cauẽt ne Solis radiis tacta putreſiant: vitant igitur aprica donec coaleſcant. Democritum autem aiunt ſcripſiſſe cauſſas, quare ceruis cornua renaſcantur, os capitis rariſſimum eſſe; venas eò plurimas coire craſſiſſimáſque; ventrem calidiſſimum, multum ſanguinis ſummittentem. Item pinguem habitum eo reſolui; aëre indurari; vetera nouis protrudi. in Scythia olim ceruis manſuefactis vſos populos quoſdam pro equis in ſcriptis relatũ eſt. Item eos in capite vermes habere; & à phalangio læſos ſylueſtrem ederam edere. Ptolemæum quoque Philadelphum ceruum habuiſſe Gręci ſermonis intelligentem. Quo factum eſt, vt Indorum vanitas deprehenderetur; qui ſuæ tantùm linguæ ceruos gnaros iactitarent.

Poſt ceruos reliqua genera ſtrictim recenſeamus: nam in *Commentariis* ad Cardanum ſatis abundè, quid ſentiremus ſcripſimus: quare qui plura volet, ab ipſis petat. πρόκα Theodorus *Damã* interpretatur rectè: non enim, vt quidam putt, dama eſt πλατύκερως. πλατύκερως verò qui *Daim*

à Gallis

à Gallis dicitur,à cornuum forma nomen habet. Damarum cornua ſunt antrorſum flexa,ita appoſita, vt nullo ei ſint vſui ad ſui defenſionem. Ideo Martialis imbelles, & prædam canum eſſe ait. Huius ferè ſimilis caprea altera rupicapræ ſpecies;cornuum ſitu differt; hæc enim retrorſum reflexa gerit: Cantabri *Iſard* vocant, & vulgus *Camucciam*, hæc eſt δόρκος:pilo ſunt breui, corio craſſo:ſed vbi ſubactum eſt mollitudine, omnia vincere coria: flauo colore,ſaltu maximè valet: eas tyrunculis nobis comitantibus ægréque aſſequentibus ſummo ſtudio maiore periculo venari vidimus D. Maximilianum.Captas iuuenculas habuit Bonifacius patruus manſuetas:è quibus vnam ſpectabamus ſumma cum iucunditate captam imagine capreoli in aulæo texti:ad eam maximis ex interuallis ſalire,atque calce impetere. δόρκας eſt capreolus, cui in tergo hærent maculæ,cornibus ceruo ſimilis & corpore:ſed minore ſtatura:cornicula ramoſa gerit in ſummo.

Eſt & Gazela nomen,& res barbara capreoli ſimillima: mirabili velocitate: longiſſimis graciliſſimíſque cruribus; colore fuluo, aluo nigris tractibus diſtincta; cornua capreoli ſimilia;caput tamen argutius: oculi nitor niger. In India etiam exertis dentibus eſſe aiunt: ex his Moſchum prouenire alibi retulimus.

Ibex qui prima rupicapræ eſt ſpecies à Germanis *Boueſten* vocatur: non ſolùm montibus in Libycis, ſed etiam in Alpibus noſtris, & Pyrenæis frequens. Sed Libycas boum magnitudine mentiuntur Græci. Tum faciem pingunt ſic: rotunda fronte, cauis oculis,breuibus tibiis hirtis, quemadmodum & armis: cornua in auerſum valde diuaricata; ad armos vſque deuexa curuitate.Saliunt de rupe in rupem, vel procul diſſitam: à qua ſi aberrent per rupes alias deuolutæ non rumpuntur:non appeti ſolas animalium à ſcorpionibus memoriæ proditum eſt:maxima ob id Coptitarum veneratione,vbi ſcorpionum punctiones maximè lethales ſunt.

De Tragelapho & Hippolapho, quædam in Commentariis de *Subtilitate*. Quis autem ſit Pygardus apud Plinium inter hæc genera nondum intelligo. Strepſicerotes verò in ouili genere recenſentur.

Equorum genus multiplex, quemadmodum in libris de *Re equeſtri* à nobis declaratum eſt: Neque poſt canes vlla in natura tantùm inuenias varietatis. Hiſpanicis habitudo agilior,animus inexpugnabilis. In ſtabulo mites ſunt: herum ingredientem notant aure altera: mox adeuntem reflexo collo obſeruant. In bello vulnerati non cedunt: vidimus nos ſeſſorem equitem auexiſſe è prælio; flumen vadaſſe: cui plurimum inteſtinorum è vulnere delapſum humo traheretur. Celeritas in curſu admirabilis; promptitudo ad giros penè ignea. Facilitas ad retinendum quantam velis: voluntas ad impellendum docilis: minùs plenis clunibus plurimi eorum. Caput argutiſſimum,ceruix erecta: ſinuata; ſed imprimis lacertoſa firmitate inſignis. Contraria habitudo Friſis, Batauis, & Belgicis. Moles tam ſegnis ad giros, quàm vaſta ad impetum. Curſus tamen pernix. Os duriſſimum: vngula fragilis, eadémque plana. Crura hirta parte poſteriore.Spiritus contumax: vulnerati refugiunt, atque ſeſſorem ſuum hoſtis ictibus expoſitum produnt.Ceruix magnæ parti eorum pendula eſt. Media natura Aluernis & Calabris. Hi enim multùm inter ſe ſimiles ſunt. Nam & artus habent compactiores quàm Hiſpani, & agilitatem non contemnendam, & laboris ſunt patientiores: animoſiores tamen Calabri. Duo armenta me puero erant regia: *Electa* altera dicebatur, altera *Perfecta*: in quibus bellatoris equi numeri omnes, etiam à faſtidioſo milite reperiebantur. Fiunt optimi ex matre Belgica,& patre Bætico. Illius robur,huius ſpiritus nanciſcuntur: híque propiores Calabris ſunt. Luſitani leuiores ſunt Bæticis, ſiculi Calabris. Thraces & Syri Siculorum ſpeciem habent. Sarmatarum nomina ſunt, & Myſorum: *Valachi, Croati, Bulgari, Boſni, Seruij*. Thracum omnes naturam repræſentant laboris præter cæteros, atque inediæ patientiſſimi. Nec abſimiles Theſſali, Epirotæ, Epidaurici, qui etiam pro Thracibus venduntur. Africani ſtrigoſiores: ſed curſu cæteros omnes anteunt. Sunt ad Pyrenæos montes duo,totidémque paſcua,Lauedani ditionem vocant: par vtrobique magnitudo, forma,habitudo: verùm impar bonitas. Hiſpanica ſpecies vtrique,ſed alteris vitiũ contumaciæ, alteris probitas Calabriæ, patientia Thraciæ. Nihil præſtantius ſpuriis. Ex matre Bataua,patre Calabro,aut Hiſpano:matre Calabra,patre Thrace,aut Hiſpano: ſeneſcunt Hiſpani citò. Sexto anno perficiuntur ad diſciplinam & robur. Calaber & Belga ſeptimo anno etiam pullus appellatur. Decimo iam valet. Stupidus Calaber vſque ad ſeptimum, rudíſque,mollis, lentus:vbi verò ſuarum virium ſciens factus eſt: ſumpſítque ſpiritum ætatis melioris, celerrimè alio animo euadit, vt cum eo nullum genus poſſit comparari. Picenates, Vmbri, Latini, omnes anno tertio penè perfecti: octauo inutiles ſunt. A coloribus ſigna habes: optimi ſpadices; præſertim quibus fulgor aureus igneum ruborem acuit.Præferuntur his nõ animo, ſed patientia,qui eum colorem caſtaneæ fuligine infuſcàrunt: *Aleſanos* Hiſpani nominant: ſunt optimi nigri, ſed minimè du-

rant: ferè ſunt præſtantiſſimi cæſiis plagulis candidi, ſi caput & crura nigra ſint: meliores cæſij ipſi nigris notulis plagulati: celeriùs tamen ducunt ilia: vetulis abeunt rotulæ atque in puncta ſoluuntur, quas *Muſcas* nominant. Giluos, *Soros* vocant Itali, quibus ſi fulgur nitoris abſit damnantur. Sunt patientes laboris, muſteo colore candido aſperſi. Vrbinatis Ducis quadrigas vidimus nos æquè varias grandiſſimis tractibus candidi & nigri; hos Galli *Picas* vocant: cæteri colores damnantur. Candidus à Virgilio immeritò: optimos enim vidimus, & bellatores: *Damas* vocant. Prætereà tollutarios Anglicos candidos penè omnes optimos verò: quare & Albinos. Habes & alias bonitatis notas. Rotulam in fronte candidam: *ſtellam* vocant: ea ſi ad nares demittatur, minuit indicaturam. Item vnum pedem candidum, vt tres: modo ſiniſter poſterior ne ſit: proditores enim heri ſui dicunt eſſe: ſi quatuor ſint candidi contemnuntur, niſi ad imparem numerum ſtella addatur: ſi candor etiam crura occupet altiùs, deſpicabiliores. Ego nullum pedem album velim: deteriores enim vngulæ ſunt.

Ab officiis quoque & vſu alias differentias explicant. Quidam bellatores, alij viatores compactæ mediocritatis: alij curſores ad certamina, ſtrigoſi: alij ſuccuſſatores: alij tollutarij, quos à prouincia Hiſpanica *Tibeldones* è Gallecis, & minori forma *Aſturcones* ab Aſturibus populis cognominârunt. Iamdiu eſt cùm in mulas ſtudium illud tranſtulerunt. Alij veterini, alij currules, alij heleyarij, alij aratores, alij trituratores, alij admiſſarij. Incenduntur mirificè ruúntque in venerem odore, aut voce ſollicitati. Tranſmittunt montes: tranant flumina: nec modus ſalacitati: patiuntur initum fœminæ etiam fœtæ: neque ſenecta tollit generis vitium: vnde ἱππομανεῖν Græci dicunt in fœminas, iacto prouerbio libidinoſas. Stato tamen tempore concipiunt, vere, & autumno. Sed vere & ſæpiùs, ob ſanguinis motum, & commodiùs ob pabulum. Exacto nanque menſe XI. pariunt. Tertio inde die vidimus equam admittere marem, & concipere: lac nihilo deterius. Qui autumno concipiuntur, auguſto editi, inter deteriores computantur: habéntque ſuper armos ad ceruicem diuerſionem quandam pilorum in rotæ modum. Eum equum tu ne emito tibi, neque amico dono des: neque probum profitere mentitu us. aiunt libidinem tolli tonſa iuba. Certè Aruernis armentariis id equabus incommodare. Falſum eſt quod ait Ariſtoteles, equam aſini initum non pati, niſi idem cùm pullus eſſet, equam non ſuxerit: tum ſeniores vtroque ſexu fœcundiores eſſe: quadraginta annos equum impleuiſſe fœminam. Falſum & illud quod vulgo iactant, non implere marem niſi recens pabulum ederit. Vbi olfecit naturam fœminæ admiſſarius, erecto contra cælum vultu rictum deducit, ac dentes nudat: tum conſcenſæ mordicus ceruices appetit: quare in os indimus taleam robuſteam, freni modo, ne coire dentes poſſint. Equa ſtans facillimè edit pullum: vbi peperit ſtatim ſecundas vorat; & quod *Hippomanes* vocant caricæ magnitudine, nigro colore è fronte pulli: eo præerepto furiatur, neque pullum patitur ſugere. Eiuſdem nominis eſt & virus quod à partu diſtillat. Hippomanes alij ad lumbos, alij ad genitalia eſſe dicunt. Edito ceruix non ſatis eſt procera: ſed triduo perficitur, vt terram rictu poſſit attingere: potu pingueſcunt præſertim aqua cænoſa. Plurimis tentantur morbis: ſed pluribus domeſtici quàm gregarij: ſed etiam gregarij podagra. Verùm de his tertio libro *De re equeſtri* à nobis ſcriptum eſt. Cum Camelo naturales, perpetuáſque exercet inimicitias: cuius ne odorem ferat quidem. Herum nôrunt omnes: ſed & quidam adamârunt, vt Bucephalus Alexandrum, & ſuus Cæſarem: cuius priores pedes non ſine digitorum notis fuiſſe perhibent: nullúmque alium ſeſſorem paſſos fuiſſe. Alij odio habent, plagarum ſcilicet memores, præſertim Belgæ; è quorum multis vnum vidimus magna ſignificatione adeuntem herum auerſari, appropinquantem calcibus dentibúſque inceſſere, nec niſi tectum conſcendi pati: famuli tractationem, ſeſſionémque æquo animo ferre. Vnum & nos horum habuimus, qui monitus æſtus & plagarum pridianarum, cubanti mihi ſequenti nocte ſub dio, mordicus humerum arripuit thoracis beneficio ſeruatum: contra Scytharum regulam, occiſum herum, vltum equum, hoſte morſibus confecto. Fertur Nicomede defuncto equum cibo abſtinuiſſe atque obiiſſe. Illud quoque: occiſi abs ſe Antiochi equum, Centaretrium Galatam conſcendiſſe. Illum indignatum, effreni pernicitate de præruptis, ſéque, illúmque præcipitem datum exanimaſſe. Generoſiores Calabri: quorum aliquot ad tubæ ſignum inſanire vidimus: quoſdam prætenta concurſibus publicis ſpatia ingredi nolle, poſtquam ictum lanceæ ſemel pertulerint. Addunt & pudorem. Cum matre enim conſuetudinem quoſdam habere noluiſſe: opertis oculis iniiſſe tanquam alienam, detracto velamine cognitam fraudem vltos eſſe, peroriga lacerato: in Scythia culpam aliter vltos: detecto ſtupro ambos matrem natúmque ſeſe præcipites dediſſe. Itaque cum ſororibus, quàm cum matre frequentior libentiórque paſtio. Puto & illud Græcorum mendacium fuiſſe: vniuerſum Sybaritarum equitatum, erectum in pedes poſteriores ad Symphoniam ſaltitaſſe. Collecta ab humo tela

equiti

equiti porrigere ſolitos quoque relatum eſt. Nos vnum habuimus Hiſpanicum, qui pedibus poſterioribus fœnum ad ſeſe traheret ſimiarum more, quoniam paleis tantùm aleretur. Ad LXXV. annos vixiſſe vnum ſcriptum eſt. XXX. agebat annum is qui geſſit Carolū Regem, mirabili ad Tarum prælio, etiam iampridem altero in bellis amiſſo oculo. Aiunt amiſſa parente in grege reliquas fœtas orbum alere. Idq; perdifficile eſt ad credendum. Acerrimum quenque inter potandum maximè roſtrum mergere verum eſt. Certè deteriore anhelitu ſunt qui ſummis labris boum more bibunt. Fœminæ dum currunt, ſi libido vrinam reddendi inceſſat, non propterea curſum intermittunt. Iccirco Scythæ in latrociniis vtuntur equarum opera: ſimul quoniam lac earum potant. Memoriæ quoque proditum eſt equam prægnantem viciſſe Olympia. Miror Plinium ſeueriſſimi iudicij hominem pro conſtanti re affirmare, Luſitanas equas vento concipere. Neroni fuere equæ hermaphroditæ è Treuerico agro adductæ. Sunt & equi pumili apud nos: ſed minimi apud Pſyllorum gentem eam, quæ in India eſt: neque enim maiores arietibus noſtris ibi naſcuntur. vnum vidimus ex Aruernis, cui genitale inter clunes ſub cauda eſſet. Aiebat herus è camelo genitum; & ſanè pilus fouebat hominis impoſturam camelo, quàm equo proprior. Plinius in XXVIII. equorum ferorum mentionem facit ſemel, atque iterum. Item in octauo: ignoratóſque à Græcis ait. Illud autem ex eodem Plinio falſum: luporum veſtigia ſequentes equos rumpi ſub equite. Noſtri enim nunquam rupti ſunt, tot fugatis lupis, & non paucis interfectis. In agro Ferentino vnum confecimus plus horas tres veſtigia ſecuti. In Taurinis duos. In montibus Seguſianis vnum. Infatigabiles curſu fieri equos lupino dente adalligato falſum quoque experti ſumus. Et Syros tamen vidimus multa eiuſmodi nequicquam monilibus appenſa gerere. Nudum equum præfecti noſtri viri fortiſſimi Rutſchani, qui magiſter equitum Diui Maximiliani fuit, facilem attrectatu vidimus; at phaleratum ne attingeres. Is equus Boëmicus fuit, patientia, pernicitate, obedientia, forma, atque animo præſtantiſſimus omnium quos vidimus. habebat & ſimilem Bonifacius princeps patruus meus, quem dono acceperat à Sigiſmundo Croatiæ principe, familiæ noſtræ amico ſummo. *Lycoſpadas* equos Græci dixere, qui impetum lupi pulli euaſiſſent. Nam pernices atque animoſos ex eo intelligimus, quòd lupum vel iuuenculi effugerint. At quod aiunt morſu luporum fieri meliores falſum eſt: quin deteriores fuiſſe, & conuulſione crurum laboraſſe ex vulnere aliquot vidimus. Ridiculè Ælianus ſcriptum reliquit, Celtas alere boues, & equos piſcibus. Idem de Horotis, atque Gedroſiis prodidit: item de Macedonibus & Lydis. Puto eiuſdem vanitatis eſſe, ſiſti equos curtules, ſi lupi calcaneum attigerint. In Æthiopia memorantur equi feri duobus dentibus acutis exertis, & venenatis præditi: biſulci; iuba ad caudam perpetua: nunquam cicurantur: ſed capti inedia ſeruitutem effugiunt. Aiunt item Indicos equos eſſe vnico cornu, eius naturæ vt iniectum in ipſum venenum, atque inde hauſtum nihil lædat. Hunc *μονοκέρωτα* eſſe putamus: de quo cum aſinis quædam.

Proxima aſinorum natura, ſed ſi animum ſpectes, longo proxima interuallo. Duo genera vulgaris & Indicus: vulgaris, alius altilis, alius ferus: ipſis contumax ac brutus ſpiritus, ſegnitia, impudentia, turpitudo, triſtitia: operæ vilioris, ſed imprimis vtilis: geſtando nunquam defatigatur; & arando prodeſt plurimum: victus parciſsimi. Præſtantiſsimi in Græcia, Arcades. In Italia Reatini. In Gallia Aruernos mirati ſumus iuſtam mulorum magnitudinem procul mentientes: vt falsò prodiderit Ariſtoteles Galliam aſinis carere. Mirum animal ad ærumnas natum. Quòd ſi de operæ contentione, vt recrees, remittas, claudicet, & deterius fiat. Miſcetur cum equina natura: efficítque tertium quiddã notabili robore & patientia ad labores. Triceſimo menſe coire incipit: annicula aſina vna fœta olim viſa fuit. Si poſt equi initum admittatur, corrumpit illius ſemen, aut etiam fœtum: contrà equus ſi poſt illius coïtum ineat fœminam, non corrumpit: aſinam quidam aiunt ſterilem fieri, niſi pariat antequam *Gnomonam* amittat. Plinius eos dentes pullinos vocat: ſemen reiicit poſt initum, niſi verberibus agitetur. Tempus geſtandi fœtum quantum & equabus: rarò edit geminos. Sterileſcere verò tot annis, quot grana hordei contacta ederit, Græcis credendum non eſt: tenebras petit paritura: à partu ſeptimo die marem admittit. Viuunt ad triginta annos: fœmina etiam excedit: potu pingueſcunt. Sanguis aſini craſsiſsimus & nigerrimus. Scythia & Pontus carent aſinis: quoniam algoris impatiens ſit animal. Iccirco ſolſtitio admittitur non æquinoctio; quoniam calore plus vigent, atque ideò in Thracia, Epiro, & Illyrio parui ſunt: per ignes ad fœtus penetrare, per aquas nolleſcitanto earum tædio, vt ait Plinius, aut metu, vt ne pontes quidem tranſeant, ſubterlabentis aſpectu fluuij excepta luce per hiatus plancarum: id certè maximum experimento didici eſſe mendacium. Nam potant de Garumna: at ille negat, vel pedem velle tingere. Et vadant riuum noſtrum in Viueſiano. Item ſcribit potare nolle ſi aquæ immutentur, altero tanto mendacio. In ſomnis crurum agitatio ac iactatio, argu-

mentum eſt eas videre viſa multa. Itaque laxiùs ſtabulantur præſertim fœtæ. Aiunt è coloribus palpebrarum fœtus totidem colores totidem ducere. Aſinum odêre Ægyptij. Item tibiam: vel propter ſoni ſimilitudinem, vel quoniam ex oſsibus eorum illas fieri conſuetum erat. Mœcenas primus aſini pullum menſis appoſuit: etiam nunc vulgò in Aquitania eſitant. Aſinus pilo habentium animalium, ſicut ouis, pediculis immunis eſſe arbitratur. In Scythia cornutos eſſe aſinos refert Ælianus, quorum Stygi Arcadiæ aquam cornua contineant: eáque per Sopatrum Alexandro magno miſſa non paruæ fuiſſe admirationi, miſsáque Delphos, vt dedicarentur.

Indici aſini equis pares, capite purpureo idem ceruino vnicum in fronte cornu habent; cuius mucro puniceus: ad radicem candidum, in medio nigrum: armillis aureis cingebatur olim in vſum poculorum inſignibus aduersùm morbos multos remediis: ſolus è cornigeris ſolidungulus eſt & talum habet, cúmque nigrum foris, & intus: pernicitate equos ſuperare dicitur. An ſint quos μονοκέρωτας dicunt, aut peculiari nomine vnicornes, dubitare facit tum multorum, tum etiam Vartomani hiſtoria, qui ſe in Arabia duos viuos vidiſſe ſcripſit: quos non ſolidungulos, & pedibus Elephantinis, vt Plinius & Ariſtoteles, ſed fiſſis & ceruinis facit. Idem ferè ſimilem ceruo, excepta iuba, capite, collo, & cruribus, miniméque ferocem: cùm tamen, viuum capi poſſe negat Plinius, Marcus Polus in ſua peregrinatione Indica, ait in prouincia Baſmanorum vnicornes eſſe paulò minores Elephantis, capite ſuillo & gaudere cœno; in media fronte cornu vnum gerere craſſum & atrum, linguam quoque ſpinoſam, qua lædant cætera animalia. At Plinius caput ceruinum, pedes Elephantinos, caudam Apri, mugitum grauem, & reliquum corpus equi ſimile attribuit. Idem boues quoque in India ſolidis vngulis vnicornes. Ita hæ ſpecies confuſæ videntur à Scriptoribus, vt maximo reipublicæ literariæ incommodo quid certi in re tam varia poſſis ſtatuere difficile ſit. Nam ſuum μονοκέρωτα Plinius alibi aſinum Indicum vocat: cúmque ſolum ſolidũgulorum vnicum cornu habere, ſui oblitus, ait, cùm anteà boues Indicos vnicornes & ſolidungulos connumerârit. Cornuum quæ paſsim videntur varietas auget difficultatem: nam adeo craſſum, longum, & ponderoſum vidimus vt miraremur tam graue ceruicem ferre poſſe: atque ideo putamus illud eius animalis quod à Marco Polo deſcribitur fuiſſe. Alia duo vidimus minora quæ cubitus duos non excederẽt, quæ monocerotis ferebantur, diuerſa facie à ſuperiori, nam aliquomodo ſtrigoſa & contorta erant, alterum autẽ leue & planum. Quid igitur ſtatuemus? aut ſcriptores inter ſe non conuenire, aut plures ſpecies fatendum eſt. Vartomani tamen monocerotem Ariſtoteli & Plinio incognitam fuiſſe puto, eóſque tantum de Aſino Indico locutos: qui planè alius ſit ab vnicorne, cui hoc peculiare nomen eſt, de qua Vartomanum loqui vera exiſtimo. Aſinus autem Indicus, Indię deſerta incolit: pugnat pro pullis calcibus, atque etiam morſu: mirum. Nam quibus cornua dura ſunt, quod dentibus corripuêre facile ſoluunt, carnes ob amaritudinem inutiles.

Onagri vulgares velociſsimi ſunt, auribus prælongis: colore candido: nigra vitta dorſum diſpeſcit, vnus multis fœminis & dux & maritus vtitur riualitate etiam pullorum: parturienti fœminæ aſsidens obſeruat mas an fœmina edatur: lingit editam fœminam; marem aggreditur mordicus. Mater etſi leuata partu nondum ſatis ſit, opem fert, interponens ſeſe quaqua ille impetum facit. Pullos inter delicatos cibos Africa celebrat, quos *Laliſiones* vocabat. In Phrygia & Lycaonia onagri præcipuè commendantur. In Africæ Mauruſia terra ſunt aſini feroces tanta celeritate, vt volare videantur, citò tamen pedibus feſſi capiuntur.

De mulis libro 1. ſatis dictum eſt: déque vitulo marino ſuo loco, nunc de muribus videamus. Si murem, muſtelámque ſub vno genere concipiamus, latiſsimè patere videbimus. Mus Gręca vox eſt μῦς. Mures alij vulgares, alij nobiliores. Vulgarium genera duo, domeſticum & piſtrinarium, quem *ſoricem* vocant, longè minus nitidum & ignauiorem & pinguiorem. Sunt & aquatici quos nos piſciculos venari vidimus. Color omnibus nigræ fuliginis. Vnum nos candidiſsimum habuimus, oculis igneis, qui eroſa cauea profugit. Mus naſci è fimetis argumentum fuit, viſo vno aut altero ibi inchoato. In nauibus recentibus natos mures ſcimus, quæ terram nunquam attigerint: quare ſale deguſtato ſinè coitu prægnantes effici verum eſſe potuit. Plinius decreſcente Nilo mures reperiri etiamnum aliqua partẽ quæ nondum terram mutando exuerit, ait. Idem quoque euenire in Thebaide ſcribit Ælianus cùm pluit grandine. Item in Ægypto cùm pluit puſillis guttis. Mure fœmina prægnante diſſecta, inuentos intus fœtus prægnãtium ſpecie apud Perſas memorat Plinius. In miliario vaſe incluſa prægnante, paruo poſt tempore reſerato, inuenti fuêre centum viginti. Tanta oriuntur interdum multitudine, vt vna nocte magnas ſegetes abſumant: neque vllo remedio aut venatu vinci exercitus ille poteſt niſi imbribus. Statim enim aboletur: mori turis ſtatum in capite vermiculus gignitur, eóſque præſentiſcere ruinas locorum, quos

quos incolant, atque emigrare, vt ex oppido Helice, pro confeſſo habetur: quorum fibræ cum luna creſcunt & decreſcunt. A ſerpentibus læſi condrillen edunt;id accidit ſæpenumero agreſtibus,qui nihil à domeſticis differunt. Vnum vidimus nos ouum cauda obuolutum habere. Mures arroſère Lauinij argenteos clypeos ante Marſicum bellum. In Gyaro etiam ferrum. Item in Paro. Item in Teredone Babylonica. Furaciſſimi ſunt & ſalaciſſimi vſque ad prouerbiũ:eligunt quoque optimum quemque panem quem arrodant. Ægyptijs pilus prædurus vt Erinaceis. Africani cùm biberint moriuntur, quoniam aſſueti potu non ſint aquarum penuria. Cyrenis ſunt pungente pilo, facie vt felis,quos *Echenatas* vocant. Ibi & alia genera: alij fronte lata, alij acuta. Plinius mures in fonte Arcadiæ conuerſari ait; nos in fluentis frequenter vidimus. Quod verò apud Ælianum Gillius mures viperæ ſpeciem, ſimilitudinémque habere ait: falſus eſt nimis affinitate ἐχῖνον & ἐχίδναν. Theophraſtus in Ægypto bipedes tradit: priorum enim tanquam manuum,non tanquam pedum vſum habere. Et cùm fugiunt ſectatores,non currere,ſed ſalire. Sorices ſunt ἀσουραῖοι roſtro maximè acuto,auriculis rotundis,oculis minimis,ac penè nullis; dentibus robuſtiſſimis, colore dilutiore,quàm mures.

Sunt & alia genera. Glires,Sciuri,Erinacei, Põtici;Glis eſt habitiore corpore,quàm mus domeſticus,cinereo colore, nuces populantur ac poma. In opuli vitioſi cauo vnum hyeme deprehendimus ſopitum,quem & diſſecuimus immotum penè,& puſilla cordis palpitatione;calore minimo. Inter ambitioſiores epulas legibus Cenſoriis connumerati,vetitíque apponi. Fagi glande ſaginantur. μυοξὸν ab Oppiano vocari alibi docuimus.

Sciuri nitidiores:à caudę vmbra dicti,qua in clunibus ſidentes toti penè ad frangẽdum æſtum conteguntur, eiúſque vibratu tanquam ala aere pulſo ſaltum edunt inſignem, magno ſpatio tranſmiſſo in longinquam arborem tranſilientes. Auellanas mirè appetunt,ſedentes edunt,priores pedes in vſum manuum habent. Præuidere tempeſtates dicuntur: obturaréque cauernæ fores:quà ſit ventus ſpiraturus,auerſas alias aperire.

Erinaceus ἐχῖνος χερσαῖος à Græcis,mus eſt,pro pilo ſpinas habens,duûm generum. Alter caninam vocem, alter ſuillam edit longè ſuauioribus carnibus: rictu ſuillo. Deprehenſus in orbem cogit ſe, neque ſoluitur facile niſi humoris aſperſu: ſuper iacentia poma volutatus, vnum etiam ore apprehenſum oneratur,conuehítque in hybernacula:vrinam deſperatione vltima reddit,qua ſpinas corrumpi tradunt: eóſque id conſultò facere,vt eas vitient propter quas petuntur:peti verò in vſum veſtium expoliandarum. Creta erinaceum nullum habet. Plinius ſcribit eius carnem iucundam eſſe, ſi percuſſo capite vno ictu interimatur, priuſquam vrinam in ſe reddat: neque ſtranguria vnquam tentari,qui tum eius carnes ederit: contrà reddita vrina cum morbum contrahere:at nos hoc falſum eſſe experti ſumus. Cum ſerpente ſpinarum vallo tantùm pugnat,contractus inanes ictus contemnit,illa ſeipſam imprudenter conficit. Quod de Sciuri prudentia aduerſus tempeſtates diximus,hoc idem de Erinaceis proditum eſt.

Pontici mures candidi ſunt. Armenos putârunt ſæcula deteriora, vnde & nominârunt *Armellinos*; tanta mundicie eſſe dicuntur,vt cœno cincti malint capi,quàm fœdari. Eos non tam Pontus, quàm Suecia mittit. Alij ſunt qui varij iccirco à pellitoribus appellantur, quoniam ventre tantùm albi ſunt,dorſo fuſciuſculo. Itaque etiam, *doſſua*, vocant ſulturas veſtium ab ijs.

Alpinos facit Plinius his non abſimiles ſed minores. Aiunt marem ac fœminam alternis vicibus,alterum ſupinum quaſi plauſtrum agere:complexum fructus quos conuehere velit:alterum eius cauda mordicus arrepta trahere. Itaque eo tempore detrito dorſo videri.

Marmota,quam nonnulli in murium genere ponunt,nihil cum ipſis commune habet. conuenit cum Sciuro,vt ſedentes prioribus pedibus eum edunt, pro manibus vtantur:conuenit cum gliribus, vt totam hiemem dormientes tranſigant. Eius hiſtoriam ampliorem qui volet,petat è Commentarijs noſtris ad Cardanum. Herodotus in Melpomene poſt Tritonem fluuium ad Occidentem multa animalia numerat,inter quæ murum generatria: οἱ δίποδες:alterum ζεγέρις vocatur ab indigenis,à Græcis,interpretantur *βουν*.tertium genus ἐχῖνες.

Muſtelarum genera multa. magnitudo & color longè diuerſa inter ſe. Omnes carniuoræ & propriè ad vulpis naturam accedunt: vt à minima muſtela domeſtica ad vulpem, quaſi ad ſupremam ſpeciem,ceteræ gradum facere videantur. ſpecies autem ſunt hæ. Muſtela, Viuerra, Fuina, Martes, Gineta, Lutra, Ichneumon, Meles, Vulpes.

Muſtelam inter mures numerauit vetuſtas; addita ſignificatione porrectæ longitudinis. Telum enim ſignificauit Græco vſu γαλῆ: Græci γαλῆν vocant:breuiſſimis cruribus,dorſo porrecto eſt, vt quaſi repere videatur: auribus mutilis, colore fuluo, ventre candidiore, voce quaſi infantis. populatrix pullorum, auicularúmque æque noctu atque interdiu. aggreditur & oua, pulléſque

cornicis. In guttur inuadit;tum hauſto ſanguine cerebrum exugit. pugnat cum ſerpente, rutæ præſidio freta,quam prius eſitat. idem pugnatura cum mure. ore parere fabuloſum, neque receptum.vnicum hoc animal baſiliſco exitio eſſe aiunt:neque fortuitò,ſed etiam conſultò exquiſitis cauernis interficere ſimul, & odore necare. In domibus noſtris verſatur, quotidiéque catulos ſuos inſidiarum metu transfert, transitque in alienas ædes,quæ verò ſunt in Pordoſelene inſula,ſedem in viciniam non mutant. maximum habet pro portione cor,quemadmodum & mures.ipſarum fel venenum eſt:contrà tamen aſpides,remedium efficax. Thebani Ægyptij muſtelam pro numine coluerunt.

Alterum genus ruſticarum quas Græci ἰκτίδας vocant. Theodorus *Viuerras* vertit. An verò eæ ſint,dubito adhuc. ſunt enim quædam ſylueſtres muſtelæ domeſticis non diſsimiles.Ictis mella populatur,at Viuerræ vni aut alteri obiectum mel vidimus aſpernatum.vna etiam guſtato eo penè interiit.multa de Viuerra in *Exercitationibus* ad Cardanum. eſt enim Viuerra muſtelis duplo aut etiam amplius maior, colore dilutiore. manſueſcit , ouis alitur & lacte ac pane diluto ad cuniculorum venationem, quos è cauis ſexcuplo & amplius ſe maiores fugat:ſi cunctentur interficit. Saltuatim ingreditur:ludicra , laſciua , nec ſinè voce : fœtore non ferendo. Plinius viuerræ oſſeum genitale attribuit , quemadmodum Ictidi Ariſtoteles , quod mouit Theodorum Ictidem , viuerram interpretari.

Fuina &Martres longæ,grandiores ſunt,mordaciſſimæ ſunt:aliquãdo manſueſcunt:cohortes deuaſtant. Differunt inter ſe ; nota vna veriſſima.Fuinæ guttur albicat: Martri ſubluteum eſt. Fœtida fuina;martris odor non iniucundus. Atrior illa,hęc fuluior.Tria martriũ genera: alterum dilutius haud magni precij: Calabria eas fert:alterum coloratius in Aruernis , & Alpibus Pyreneis. Tertium precioſiſſimum è Ponto,Myſia,Sarmatia,Pruſſia, Scythia , & Moſchouitis. argenteis ſubinde pilis aliorum nitorem illuſtrantibus. *Sebellinas* cognominant.

Gineta ab his nihilo diſtat quàm colore.Cinerea tota eſt: nigerrimis picta tractibus. vnam vidimus non minus quàm viuerra ſit,manſuetam.

His quoque addi poteſt Lutra quæ ab Ariſtotele ἐνυδρις appellatur vulgo cognita : & ſtagnorum peſtis maxima: ea enim ingreditur ac piſces populatur. Adeò manſuetas eſſe in Suetia & Gottia in ipſorum commentarijs legimus, vt & ad vocem ſeu nutum coqui ſtagna ingrediantur, raptóſque piſces ipſi curandos portent. aliam eſſe à Caſtore contra Varronis ſentẽtiam alibi à nobis dictum eſt.Refert & Ælianus caniculas fluuiatiles paruulorum terreſtrium canum ſpecie piloſa cauda:è quarum pelle calcei confecti neruorum dolori prodeſſe. eandémque vim habere earum ſanguinem,miſtum aqua & aceto.

Ichneumõ muri propior,ſed roſtro acutiore eſt, Ægypti incola:aſpidis & crocodili inimicus. crocodili enim dormientis per fauces vt telum immiſſus inteſtina corrodit: viuerræ eſt magnitudine,pilo horrido:lumbricis,cochleis,ſerpentibus,muribus, auibus viuit. hodie vulgus *murem Pharaonis* vocat.

Meles quoque his generibus iungetur. terra conditur vt vulpes,vineas populatur. *Taſſum* vocat Italia,& Vaſconia: Francia *Blereau*. inflat tergus aduerſus ictus & morſus canum. ipſe dentibus pugnaciſsimus: horrido pilo,inuicto pluuijs; iccirco pharetras faciunt. crura ei breuia. color palloris cinericij,ſubfuſci. Eorum duo produntur genera:caninum & ſuillum. prius facilè cicuratur.alterum aut nunquam;aut difficile.differentia tamen potius in carnium eſu, quàm in figura diſcernitur. omnes enim quotquot mihi videre contigit ſimiles fuêre. addunt ruſtici eos ad anum tot habere foramina,quot annos nati ſunt.Britones *Bondobant* vocant.

Vulpes notum animal,etiam prouerbijs ob infidelitatem atque aſtutiam. ἀλώπηξ Græci nominant. Franci *Renard*.ſub terra luſtra ſua habet longè diſsita à veſtigijs omnibus. Deprehenditur ſtrage cadauerum gallinaceorum,& odore.In venatu plus vitat,quàm currit.nunquam enim rectà excurrit, ſed reflexo itinere obſeruat progredientes canes ; ipſa orbibus implicatis fallit auerſos , atque ſe ſubtrahit. Morſu acerrimo eſt:raróque inulta perit: impactis in rictum canum dentibus. In cauum ſuum metu canum compulſam diſpoſitis per ora alia cauernarum retibus aut cuſtodibus fumo exigimus in appoſitum ſaccum. Quo tempore tantum effundit fœtidi fumi per extrema ſedis,vix vt durare queant venatores.auditu eſſe acerrimo fertur. Admota enim aure glaciato fluuio , deprehendit ex ſubterlabenti agmine cruſtæ craſsitiem idoneam ad transmittendum:cornix,ardeola, miluus , vulpino generi inimicus. veſparum fauos populatur , expugnatis prius veſpis. auerſam enim in alueum immittit caudam ; cui illæ irritatæ adhærent. quare ad arborem alliſas enecat.Nouit & vrina reddita erinaceum in vnum cõtractum globum ſoluere,aut metu ſui coactum contracto ſpiritu ſuffocari. Mortuam cùm ſe eſſe ſimulat,otidas,

& alias

& alias aues accedentes repentina aggreſſione capit. Cauda in fluuium demiſſa inuitat piſciculos, qua extracta & excuſſa, deuorat: leporem diuturnis excurſibus fatigatum capi à vulpe ad id illum impellente falſum puto: ſi enim ille tot confecerit ſpatia, vulpes iiſdem non confectis, quomodo comprehendat: confectis verò, quomodo laſſa non ſit? In Creta nullæ ſunt vulpes. Earum generoſiſſimas pelles in Alpibus Gebennæ Italia putat: amygdalas amaras ſi ederint, moriuntur. In Caſpiorum Satrapia ferunt vulpes eſſe innoxias, & canum potius blanditias repræſentare: vrbes quoque adire, atque hominibus adulari: itaque non capi quoniam non capiant, magnámque in multitudinem creſcere.

Ait Philoſophus murium quædam genera fel habere, quædam non. Aper, camelus, delphin, equus, mulus, aſinus, ceruus, dama, marinus vitulus nullum. Obſeruârunt & hominum aliquot caruiſſe, quibus vita quoque prolixior & ſecundior. Verùm cùm in quibuſdam partes aliquas inuenirent extremæ amaritudinis, ibi eſſe putârunt. Ergo canes quòd cerui caudam aſpernarentur atque ab ea abhorreſcerent, ibi eſſe exiſtimabant, aut etiam ob eandem cauſſam, in inteſtinis: ſicut equis in aluo. Cæterum vaſe priuatim à natura dicato cùm non contineatur in equis, ibi potiùs eſſe ſuſpicati ſunt, quàm vera profeſſi. Nam ſi, vt ait Plinius, eſt purgamentum peſſimi ſanguinis; neceſſe habuit natura certis finibus non ſolùm ſeparare, ſed etiam continere. Idem ex Hippocrate cùm dicit in felle nigro eſſe inſaniam hominis, rectè. Cùm verò ait, eo toto reddito mortem ſequi, neque adiicit cauſſam, faciet ſuſpicari imperitos in eo vitam eſſe, ſed non ita eſt: nanque eius exitu, intelligitur eiuſdem effrenis efferueſcentia, quare necat. Idem nugatur bilem, ſiue fel, in animum infundi. Quomodo enim corpus cum re corpore carente miſceatur? putat quoque venenum eſſe ſerpentium: quibus etiam ſit plurimum, ſicut & piſcibus: ſicut nullum iis quæ in Ponto veſcuntur abſynthio. Locus non idem omnibus: nam quibuſdam hæret iecori, vt homini, aliis renibus iunctum inteſtino altera tantùm ex parte, vt coruis, coturnicibus, phaſianis: aliis inteſtino tantùm, vt columbis: pleriſque toto inteſtino, vt accipitri & miluo: paucis auium in pectore. Idem Plinius cùm dicit, enumeratis quibuſdam quæ in inteſtino habent, cæteris inquit, in pectore. At is numerus maior eſſet: non igitur paucæ. Idem ait Neptuno, humoriſque potentiæ ab aruſpicinis dicatum. Sed neque cauſſam addit ipſe, neque nos vel ſomniare quiuimus, niſi quam Gellius affert ab Neptuno immanitatem: ſed cum humore nihil conuenit. Calidum enim & ſiccum fel vt in XXVIII. idem cum cæteris Medicis conſentit.

CXXXI. ARISTOTELES.

Σκώληκας μέντοι πάντες ἔχουσιν ἐν τῇ κεφαλῇ ζῶντας· ἐγγίνονται δὲ ὑποκάτω τοῦ ὑπογλωττίου ἐν τῷ κοίλῳ, καὶ περὶ τὸν σφόνδυλον, ᾗ ἡ κεφαλὴ προσπέφυκε· τὸ μέγεθος οὐκ ἐλάττους ὄντες τῶν μεγίστων εὐλῶν. ἐγγίνονται δὲ ἀθρόοι καὶ συνεχεῖς· τὸν ἀριθμὸν δ' εἰσὶ μάλιστα περὶ εἴκοσι.

Vermes in capite viuos habent omnes ſub lingua concauitate, circa vertebram cui commiſſum caput eſt; pares iis, qui vel maximi putribus in carnibus enaſcuntur, ad viginti numero conſertos, atque complicatos.

CÆSAR.

Ecce omiſſa fellis commentatione, ad caput reuertitur vt ceruinos vermes narret: quod in capitis hiſtoria reponere debebat. Eſt enim τὸ capiti ἐνδεχόμενον πάθημα.

Nota aduerſatiuam *μέντοι*, otioſam: quaſi velit dicere. Quanquam natura negauit vnam partem, fel ſcilicet, tamen non negauit vermes. Sed duriuſculum eſt: neque enim loco illius hoc datum eſt.

Ἧ *προσπέφυκε ἡ κεφαλή*. Theodorus, *qua ceruice innectitur caput*: duriuſculo verbo: annectitur enim non innectitur.

In noſtro manuſcripto exemplari, quod ex reliquiis principis Canis Scaligeri nobis cum quibuſdam aliis conſeruatum eſt non εὐλῶν, ſed δειλῶν ſcriptum eſt. δειλῶ enim conſtat vermes eſſe ſæuos.

CXXXII.

CXXXII. ARISTOTELES.

Χολὴν μὲν οὖν οὐκ ἔχουσιν οἱ ἔλαφοι, ὥσπερ εἴρηται. τὸ δ' ἔντερον αὐτῶν ἐστι πικρὸν οὕτως, ὥστε μηδὲ τοὺς κύνας ἐθέλειν ἐσθίειν, ἂν μὴ σφόδρα πίων ᾖ ὁ ἔλαφος.

Felle igitur, quemadmodum diximus, carent cerui: cæterùm eorum inteſtinum adeò amarum eſt, vt ne comedere canes quidem velint: niſi ceruus ipſe valde pinguis ſit.

CÆSAR.

REDIT ad fel per Epanaphoram: apponit eius loco naturam inteſtini, cuius amaritudinem à canum abſtinentia notat. Tertio loco notat in tranſcurſu pinguem ſaporem ad dulcedinem declinare, adeò, vt etiam amaras res temperet. Ac de guſtibus quidem in lib. de *Senſu* ſatis abundè à nobis dictum eſt: pingue autem multùm aëris atque aquæ habere, & ad dulce accedere oſtendimus.

Τὸ δὲ, nos meliùs per *cæterum* quàm Theodorus per *quanquam*. Neque enim vult dicere in inteſtinis fel eſſe, neque enim reperitur: ſed fellis tantum amaritudinem ineſſe: non igitur opus eſt aduerſatiua, ſed diſiunctiua.

CXXXIII. ARISTOTELES.

Ἔχει δὲ καὶ ὁ ἐλέφας τὸ ἧπαρ ἄχολον μὲν, τεμνομένου μέντοι περὶ τὸν τόπον, οὗ τοῖς ἔχουσιν ἐπιφύεται ἡ χολὴ, ῥεῖ ὑγρότης χολώδης, ἢ πλείων ἢ ἐλάττων.

Elephanti autem iecur felle quidem caret. At eâ parte diſſecta qua fel ineſſe aliis conſueuit, fluit felleus humor exiguus, interdum etiam largior.

CÆSAR.

ELEPHANTVS in folliculo non habet fel, ſed fuſum in hepate, illa eadem parte, qua & alia.

Ἢ πλείων ἢ ἐλάττων, Theodorus *plus minus*. Sed Latinis eæ voces ſignificant, *ferè*, *&* *circiter*. Sunt anni plus minùs decem, id eſt circiter decem. Quid igitur ſignificaret, fluit felleus humor ferè. Sed Ariſtoteles intellexit variam quantitatem: de Elephanto aliquid ſupra attigimus: nunc amplius dicamus.

Elephantus terreſtrium omnium maxima bellua, ſed non maximè bruta. Senſu enim intellectionis cùm per ſe, tum ad diſciplinam maximè viget: ei etiam religionis affectionem aſcribunt. Lunam ſalutare poſtquàm aſperſu aquæ ſeſe purificârint, quod inter narrationes Græcas referendum cenſeo: addunt & Solem exorientem adorare. *Barrum* Afri vocant. Latini, quia primi ab ipſis in Lucanis Pyrrhi Regis bello viſi *Lucas boues* appellârunt. Eorum Indi maximi, qui *Praſſij* dicuntur, nouenûm cubitûm altitudine, quinûm latitudine, proximi qui *Taxilæ* vocantur: ſunt prætereà Africani: deinde Arabes minimi, quos *nothos* vocant. Indorum Taprobanici præſtantiores ſunt, quàm qui in continenti oriuntur. Duriſſimum tergum, rariſſimus pilus contegit: etiam in cauda non multùm frequens, quam ſuillæ ſpecie gerit: cutis cancellata. Promuſcide pro manu vtitur, quam etiam in eo *manum* vocant: oculis pro corporis ratione paruis: auriculis demiſſis: dentibus duobus, vt Apris excertis maximis: ob quos aiunt ſe peti ſcire: quare viſis venatoribus primos conſtituunt quibus minimi ſunt dentes, vt minuant exiſtimationis ſpem: tandem circumuenti frangunt ad arborem, vt ſeſe redimant præda: horum ſitum Aprorum diſsimilem quidam aiunt, cùm horum ſurſum, eorum verò ſeorſum ſpectent: quod falſum eſt; quanquam fœminas tales geſtare dicat Ariſtoteles. Olim ſummo in precio ebur: nunc ſumma vilitas. Expetitur rarò vlli operi, præterquàm pectinum. Dentium vſum atque officia eos partiri aiunt. Altero radices fodiunt: alterius mucroni parcunt ob pugnandum: eorum candore iuuenta dignoſcitur: pedes habent priores poſterioribus maiores, quibus digiti quinque informes & indiuiſi inſunt. Nigro ſunt colore, candidum vnum legimus in monumentis literarum. Eúmque pro altore

ſuo ita pugnaſſe, vt fugatis inſectatoribus, partim etiam occiſis, leuatum terra in ſtabula detulerit: in Æthiopia infima aiunt Elephantos eſſe maximos eóſque omnes albos. Illud non minùs miraculum aut mendacium: non tranſire maria niſi promiſſo reditu, etiam iureiurando. At docilitatis eſſe miræ, ac iuſſa facere certum eſt. Saltare ad tibiam & tympanum: at noctu meditari præcepta, quæ interdiu dictata ſint, neſcio cui, aut quomodo id cognitum eſſe poſsit: noſſe autem ſua nomina, cum canibus id commune habent. Maximæ ſunt memoriæ: agnitúmque in ſenecta ab eo eum, qui in iuuenta rector fuiſſet, conſtat. Item accipere ſtipem à populo & rectori porrigere: vnum etiam finxiſſe iram, atque arrepto puero, elatóque in altum non amiſiſſe metu per iocum hactenus facto. Iuiſſe verò per epulantium triclinia ſine nocumento mihi incredibile ſit: neque ſi vellet tanta moles poſſet: vt taceam eos per funes inceſsiſſe à Plinio ſcriptum: quæ enim contentio, aut qui demum funis tam bello funambulo ſatis eſſe videatur? vt & perfidus ſit aucto mendacio. Auerſos quoque ſubire funes, atque etiam regredi: inſectatione verò potiùs quàm riſu dignus, cùm dicat vnum, & cõcinnam orationem, nec ſolutam, ſed pedibus ſenis conſtantem, vt & hoc audiret Græcia, ſcripſiſſe. Multa quoque de ipſis alia prædicantur. Errabundo viatori in ſolitudine, & parcere, & vltrò viam oſtendere: hoc fortè fortuna obuiis. Nam ſi veſtigia humana deprehenderint, inſidias metuere: olfacere (odoratu enim ſagaciſſimo ſunt) ſubſiſtere, proflare, erutum veſtigium proximo tradere, cum alteri vſque ad extremum agmen. Tum cogi & dirigi in aciem. Gregatim enim agitare. Maximum natu pro duce haberi: feſſos de via vitulos præ ſe agere ne relinquantur. Item amnem tranſmiſſuri minimos præmittere, ne maiores ſi pereant eorum obiectu, creſcens aquarum cumulus minores obruat ſubſequentes: fabulas apponunt. Eum, qui ſemper agminis dux fuiſſet, eique nomen *Aiaci* erat, vado fluminis tentato cùm pertinaciter abſtitiſſet, notatum ignominia, inedia vitam finiſſe: quoniam alius *Patroclus* nomine, qui id muneris perfeciſſet, argenteis phaleris, quibus gaudent, & principatu donatus eſſet. Addunt & riſus materiam, non expoſuiſſe ſeſe ei certationi Patroclum, niſi publica pronunciatione propoſitis præmiis. Aiunt Elephantum ſtabularij furtum olim vltum eſſe. Nam cùm ille de diurno demenſo quiddam ſubtraxiſſet, ſubſtratíſque lapidibus hordei menſuram ſummis æquatis corbulæ labiis mentitus eſſet: ex eóque quod præcipuum ſibi ſublegiſſet, factam polentam coqueret; Elephantus vtrunque animaduertens, collectum ſabulum in polenta diffudit. Ita & lapides ſabulo, & furtum incommodo, & ieiunium ieiunio compenſauit. Victum victoris vocem fugere credibile eſt: ſic facit Gallinaceus, & Canis. Terram & verbenas porrigere qui credit, etiam Elephantum homini præferat. Quod ad coïtum attinet, pudore eodem ſunt quo feles & cameli: nunquam enim palam coëunt. Oderunt adulteria quàm qui maximè: vt ea etiam nonnunquam detexerint: ferunt quoque eos, adulteros deprehenſos transfixiſſe: alij addunt transfixis illis veſte ſtragula turpitudinem contexiſſe: aduenientíque altori ſuo reiecto operimento vxorem mæcham, atque adulterum oſtendiſſe. Fertur Bocchum Regem fruſtra x x x. Elephantis iuſſiſſe, fruſtráque eos laceſſere feciſſe, vt irritarentur aduersùs totidem alligatos ſtipitibus, in quos animaduertere inſtituerat: amaſſe mulierem στεφανοπλόκον in Alexandria, item alterum aliam μυροπώλιν in Antiochia Ælianus memorat: delectatur enim mundiciis, odores vnguentúmque amat: cibus eorum fructus agreſtes, etiam hordeo aluntur. Modios Macedonicos nouem vno paſtu deuoráſſe viſi ſunt: inutile id & non ſine periculo: ſeni in communi vſu: ſatis largè ſi vnus addatur. Farinæ non plures quinis: vini cotylæ ſenæ: fuit qui Macedonica quadrantalia aquæ vno ſiccârit potu quatuordecim: atque eiuſdem diei ſero, octo: veſcitur prætereà caricis, vuis, alliis, cepe, iuncis, frondibus ederaceis: truncos etiam auidè appetunt: minorum palmarum vertices paſcuntur ſtantes; maiorum fronte proſtratarum pedibus depreſſarum. Terram quoque deuorant atque etiam lapides, mira naturæ aſſuefactione: niſi enim frequenter eam ediſſent, malè habent: è proculcata aqua libentiùs, quàm è nitida bibunt: defecti pabulo radices eruunt quibus inuentis, non priùs veſcuntur, quàm repetito grege allatam partem oſtenderint: ſocióſque in prædæ partem vocarint: ſine potu dies octo durare poſſunt. Inteſtinorum inflatione laborant, intercepto exitu vtriuſque excrementi. Item alui profluuio: quorum morborum curationes in octauo libro proſequitur Ariſtoteles. Plinius ſcribit marem quinquennem, fœminam duplo grandiorem coïre. Ariſtoteles vtrunque vigeſimo ætatis anno in lib. v I. At in v. marem quinto, ſextóve, fœminam duodecimo: aut cùm ſerò, quartodecimo: tanta inconſtantia tantus vir: interponere item triennium inter partum & coitum. Sed & Plinius quid velit neſcio cùm ita ſcribit: *initur biennio*, addit deinde *nonniſi certis & diebus, & dierum numero*; quinis, ſcilicet, aut ſenis. Ariſtoteles ver aſſignat: biennio gerit: alij menſibus duodeuiginti tantùm. Nam decem annis geſtare, vt vulgò dicitur, ita falſum eſt: ſingulos parere vulgus putat. Plinius peſſimè imponit

ponit Ariſtoteli, cùm dicit eum ſcripſiſſe: *Elephantum non amplius quàm ſingulos ſemel gignere*, ſingulos enim gignit, ſed non ſemel: at compertum eſt non ſolùm ſingulos, ſed & ternos & quaternos: tot enim vituli ſæpenumero viſi ſunt comitari fœminam. Bimeſtris, trimeſtriſve vituli magnitudine eſt fœtus: ſtatim natus dentes habet, ſed maiores minùs conſpicuos: ſtatim quoque ſugit ore non manu. Mas eam quam impleuit, ampliùs non attingit: efferatus libidinis copia arbores caſáſque proſternit. Quare Indi bellatores ab initu prohibent: temperántque eorum furorem pabulo vberiore, contrà quàm aliorum natura fert: turgent enim crapulis. Cùm amnes tranant, vitulos tenellos, vadandi inualidos dentium eminentia ſublatos ad frontem ferunt. Quod officium miror quare matribus attribuerint: cùm fœminis dicantur ab Ariſtotele, vt à nobis relatum eſt, dentes non ſurſum ſed deorſum ſpectare, ſuperiori de maxilla demiſſos. Eorum alij paluſtres incompoſiti, alij campeſtres leuiores, alij montani inſidioſi: vita longiſſima CC. annorum communis CXX. ſexageſimus annus flos ætatis. Algoris impatientes ſunt: aquas amant, atque earum frequentes accolæ: negat Ariſtoteles præ ponderis vaſtitate natare poſſe: ſed vadare extante extrema promuſcidis ora, per quam ſpiritum recipiant. Qui verò ſcripſere, in digitos pedes diuiſos eſſe, verum prodidere: at cùm reddunt ſic; ex quo fit eos minimè eſſe habiles ad natandum, digni non ſunt qui refellantur. Venandi multiplex ratio, alij cicuribus inſidentes feros aſſequuntur: pugna commiſſa defatigatos conſcendunt ac regunt: alij excelſa arbore occulti, in prætereuntis dorſum extremum deſiliunt: appenſáque cauda quàm celerrimè poſſunt poplites ſuccidunt: aliquando eliduntur belluæ ruina: alij in conuallem manu facta longa fuga agitatos impellunt, ibique concluſos domant: alij arcubus humi fixis ingentibus multa opera contentis, iacula procul dirigunt: vulneratum ſanguine obſeruato tandem adipiſcuntur. Mirum quod addunt: cùm in foueam vnus delatus ſit, ab aliis aggerem in cauum ingeri, vt ſternatur iter exituro. Argumentum amiſſæ feritatis, ramus à domitore pacatè acceptus. Quandiu rectore inſidentur, parent omnes. At ille vbi deſiluerit non omnes ſeruant manſuetudinem. Itaque catenis vinciuntur, præſertim pedes primores, verberibúſque aliorum Elephantorum caſtigantur. Turriculas ipſis imponunt. In quibus duo cùm minimum propugnatores: tertius regit belluam, vocéque iubet quid agendum ei ſit: ad XV. armatos etiam aiunt aliquando viſos gerere: mollius incedit iuuencus Elephas: adultis fluctuat dorſum: genua flectit ſeſſorem accepturus dorſo: neque loro aut fræno reguntur, ſed iuſſu tantum. Alij foueis inſtratis frondibus incautos excipiunt: faméque domitant: hordei ſucco facilè miteſcunt. Neque verò ſemper eos fallunt foueæ: ſed animaduerſis illis, tum vitant, tum circumacto itinere directa in venatores impetum faciunt: viſa eſt fœmina Elephas cùm ſoboles in foueam incidiſſet, ſeſe in eandem dediſſe præcipitem. Cæteri profligati conferto agmine abeunt: mutilis inutilibúſque in medium receptis, pro eis pugnant. Cadauer commilitonis non priùs deſerere, quàm humum iniecerint, aut ſi non vacat, ſaltem ramum: fides penès autores eſto. Atque illud: eum moriturum hauſta terra, ſuſpectantem cælum, vitæ finem adorare. In pedes collimant iaculatores, quoniam ij molliſſimi ſint, & læſi ineptas lædunt moles eas ad dimicandum: memoriæ proditum eſt vnum confoſſis pedibus, repſiſſe genibus in cateruas. Mares animoſiores: itaque fœminarum vſus in bellis rarior: ſuilli pecoris ſtridore auertuntur, ſed & murem adeò odere, vt cibo abſtineant, ſi quid ſit quod eius odorem ferat. Hauſta hirudine vehementer cruciantur, hærente peſte viſceribus. Ignem quoque magnopere exhorrere perhibentur: itaque eos incenſis ſyluis circumuentos capi. Mares tamen alij animoſiores, alij fœminas dixerunt, atque oneribus portandis firmiores: tanta eſt inconſtantia mendaciorum: potu indigenarum ad prælia fieri audaciores produntur: in prælio barritum ad animi incitationem edunt: perterrentur ipſi contrà armorum concrepatione, & tubarum ſonitu, virorúmq; clamoribus adeò, vt in loca prius euitata incauti ſeſe præcipites dent. Alia venãdi ratio fœminas ad quarũ auditus cùm irruant mares, per pontem eo conſilio factum ingrediuntur. Tum venatores pontem demoliuntur: illi cadunt: domant circumſecta colli cute, atque in vulnus loco immiſſo, vt doloris metu ne repugnent. Arietis conſpectu iras deponere aiunt, mirum tamen ab iiſdem Elephantis cornua arietis odio eſſe: item concentu atque tibiis mulceri. Aiunt captum Elephantum noctu murmurare, eiúſque rei cauſſam multi aſcribunt generoſo animo ſeruitutis incommoda deploranti. Indorum Regi olim quatuor, & viginti Elephanti ſtipatorum munere fungere ſoliti erant: puto eſſe mendacium triginta millia Elephantorum eum in prælium ducere. Etiam è Cteſiæ mendaciis obſeruârunt, tria millia Elephantorum eſſe eidem Regi: quorum opera non niſi ad euertendos vrbium muros vtantur. Quòd aiunt Elephanti nihil eſſe eſculentum præter manum, & labra, & dentium medullam, falſum eſſe nobis oſtendêre Luſitani: qui de coxa ait Æthiopum Reges eſitare iuuenculorum tamen

men

men carnes præferri ſenioribus.Relatum quoque ab iiſdem eſt in Maidegaſcar eorum veretrum Regibus in delicijs eſſe.Fœminarum quoque ebur præſtantius eſſe aſſerunt.Decimo quoque anno dentes illos nobiles ipſis decidere, ac ſubnaſci : defodi autem dentes ab eis mendacium puto: atque illud inueſtigari dentes appoſitis vtribus aquæ plenis. exiccari enim vtres eos qui defoſſis dentibus impoſiti ſint.Elephanti hoſtis draco perhibetur: decerpentis arborum cacumina ex inſidijs obſeruat os, quod librato corpore, atque immiſſo,ſtrangulat. Ille concidens mole ſua interfectorem conficit: inter ſe infixa tela extrahere dicuntur,aut ipſos ſibi oleæ flore,oleiue guſtatu mederi. Cutem ipſorum eſſe duriſſimam pro comperto eſt,& Plinius ſcribit : quamuis omnium quadrupedum ſubtilitas maxima ipſis tribuatur:quia ſenſus & cutis tenuitatis eandem putat eſſe proportionem.At nemo penè acriùs ſentit quam aſinus : vel muſcæ attactum ſimpliciter tanto agitatu detrectat, vt ſe demittat in præceps.

CXXXIIII. ARISTOTELES.

Τῶν δὲ δεχομένων τὴν θάλατταν, καὶ ἐχόντων πνεύμονα, δελφὶς οὐκ ἔχει χολήν· οἱ δ᾽ ὄρνιθες καὶ ἰχθύες, πάντες ἔχουσι, καὶ τὰ ᾠοτόκα καὶ τετράποδα, καὶ ὡς ἐπὶ πᾶν εἰπεῖν, ἢ πλείω, ἢ ἐλάττω· ἀλλ᾽ οἱ μὲν πρὸς τῷ ἥπατι τῶν ἰχθύων, οἷον οἵ τε γαλεώδεις, καὶ γλάνις, καὶ ῥίνη καὶ λειόβατος, καὶ νάρκη καὶ τῶν μακρῶν, ἔγχελυς, καὶ βελόνη, καὶ ζύγαινα. ἔχει δὲ καὶ ὁ καλλιώνυμος ἐπὶ τῷ ἥπατι, ὅσπερ ἔχει μεγίστην τῶν ἰχθύων, ὡς κατὰ μέγεθος. οἱ δὲ ἄλλοι πρὸς τοῖς ἐντέροις ἔχουσιν, ἀποτεταμένην ἀπὸ τοῦ ἥπατος, πόροις ἐνίοις πάνυ λεπτοῖς. ἡ μὲν οὖν ἀμία παρὰ τὸ ἔντερον, παρατεταμένην ἰσομήκη ἔχει. πολλάκις δὲ καὶ ἐπαναδίπλωμα. οἱ δ᾽ ἄλλοι πρὸς τοῖς ἐντέροις, οἱ μὲν πορρώτερον οἱ δ᾽ ἐγγύτερον, οἷον βάτραχος, ἔλλοψ. συναγρὶς, σμύραινα, ξιφίας. πολλάκις δὲ καὶ τὸ αὐτὸ γένος ἐπ᾽ ἀμφότερα φαίνεται ἔχον, οἷον γόγγρος. οἱ μὲν, πρὸς τῷ ἥπατι· οἱ δὲ κάτω ἀπηρτημένην.

Inter ea quæ mare recipiunt ,atque pulmonem habent, Delphin felle caret: at aues & piſces omnes habent:præterea ouipara quadrupedes. Denique vt abſoluam,aut plus,aut minùs. Cæterùm piſces ad iecur:vt Muſtelorum genera, & Glanis,Squatina,Leuis raia, Torpedo. Et ex longis, Anguilla, Acus, Zygæna. Callionymus autem in iecore vel omnium piſcium maximè pro portione. Cæteri ad inteſtina extentum ab iecore meatibus quibuſdam admodum tenuibus. Amia ad inteſtinum porrectum fel habet pari cum inteſtino longitudine: ſæpè verò etiam replicatum.alij ad inteſtina,partim longiùs , partim propiùs.Vt Rana,Ellops,Dentex,Muræna, Gladius, Hirundo , Paſſer : frequenter in eodem genere vtrumlibet deprehendas : vt Conger, alius ad hepar, alius infra appenſum.

CAESAR.

THeodorus non rectè addidit: *vnus*.Nam neque eſt apud Ariſtotelem vox ea μόνος. Et non facile eſt cætera omnia excludere.

Duo loca attribuit natura felli.Iecur & inteſtina:modum variauit.Nam partim πρὸς τῷ ἥπατι. partim ἐπὶ τῷ ἥπατι.at Theodorus malè promiſcuit vtrunque interpretando *in iecore, alijs etiam infra iecur,appenſum tamen*.In inteſtinis modus quoque idem nō eſt. Nam alijs ab hepate ad ea protenditur: alijs æqualis eſt cum inteſtinis , magnitudine : alijs propiùs, alijs longinquius. alijs ſimplex , alijs replicatum.Differt etiam fel magnitudine in generibus. Callionymus enim maximum habet.Neque ſolùm in diuerſis generibus ſitus diuerſus eſt,ſed etiam in eodem. Congris enim quibuſdam iecori hæret, quibuſdam appenſum eſt.

Poſuit exempla muſtelorum,glanis,planorum quorundam,& longorum.De quibus generibus ſupra à nobis abundè diſputatum eſt:nunc verò aliquid de reliquis dicendum eſt.

Callionymum vbique *pulchrum* Theodorus interpretatur. at Plinius Græco maluit vti vocabulo:vocatur & οὐρανοσκόπος,caret Latino nomine at: *cæliſpex* dicetur appoſitiſſimè: ita enim Romæ Apollo cognominabatur.Ipſius faciem neque Plinius neque Ariſtoteles tradiderunt , littoralem tantùm eſſe,& quod hic de felle,ſcribit. Quidam putant eundem eſſe quem cognominârunt ἡμερόκοιτον quaſi *Diecubum*. Interdiu enim ignauus iacet,noctu errat ad cibos, quibus adeò expletur,vt etiam ab ore ſummo redundet.Tum ſatur abijcit ſe in fundum immobilem, cæteris prædam piſcibus:ex temporis opera nomen nactus,νύκτερος etiam dictus.

Amiæ gregales ſunt:tam alga quàm carne veſcuntur : alia fluuiatilis, alia marina: illa præſtantior:vere in Pontum cum Thynnis & ſcombris tranant vbi æſtiuentur.Infelix piſcis,& multorum præda piſcium:de quo Plinium quidquam ſcripſiſſe non memini. Aiunt amiarum ma-

gnitudinem Thynnis cedere, dẽtibus eſſe acutiſſimis, quibus fretæ turmatim Delphinum ſegregatum nactæ adoriuntur, atque interdum poſt multam pugnam lacerant: ſemel enim demorſum locum nunquam amittunt, niſi ablata cui adhæſerint partẽ. Interdum præ vulneribus in rabiem actum palantes aliæ aliò fugiunt.

Reſtat hirundo χελιδών: extra mare elata non ſolùm exilit, vt delphin & loligo, ſed etiam volat: ſunt enim ei pinnæ latæ ac longæ, quales veſpertilioni certis cartilaginum interuallis contextæ cõtentæq́. Nomen habet ab auicula, cuius habitum admodum repræſentat. Par natura & alterius piſcis, quem à ſimilitudine item accipitrem nominant, ſed is minùs altè fertur: adeò vt ambigas, volétne, an ſummo æquore fluitet.

CXXXV. ARISTOTELES.

Ὁμοίως δ' ἔχει τοῦτο καὶ ἐπὶ τῶν ὀρνίθων. ἔνιοι γὰρ πρὸς τῇ κοιλίᾳ ἔχουσιν, οἱ δὲ πρὸς τοῖς ἐντέροις τὴν χολὴν, οἷον περιστερὰ, κόραξ, ὄρτυξ, χελιδὼν, στρουθός. ἔνιοι δ', ἅμα πρὸς τῷ ἥπατι ἔχουσι καὶ πρὸς τῇ κοιλίᾳ, οἷον αἰγοκέφαλος. οἱ δ', ἅμα πρὸς τῷ ἥπατι καὶ τοῖς ἐντέροις, οἷον ἱέραξ καὶ ἰκτῖνος.

Idem modus in auibus quoque eſt. Quædam enim ad ventrem, aliæ ad inteſtina fel habent, vt columba, coruus, coturnix, hirundo, paſſer: nonnullæ & ad iecur, & ad ventrem ſimul vt capriceps: aliquæ ad inteſtina ſimul vt accipiter & miluus.

CAESAR.

Tranſit ad auium fel: quibuſdam in ventre, quibuſdam in inteſtinis, quibuſdam ad iecur & vẽtrem, quibuſdam ad iecur & inteſtina. In quadruplici diuiſione: mirum quare omiſerit quintam quæ princeps erat: ad iecur tantùm ſcilicet, vt Gallinis & Attagenis.

Coruus, cornix, gracculúſque genus vnum ſummum habẽt. Coruus à Græco κόραξ, vtrumque à ſono vocis. Duo eius genera. Alterum in terra, alterum in mari ac fluuijs victum quærens. Maiùs hoc aquatile & pedibus planis ad natandum, etiamnunc vulgò *marinum coruum* vocitãt: ſolum ex eo genere quæ in aqua victum quæritant ait Ariſtoteles in arboribus & inſidere & nidificare, falsò. Ardeola enim vel in altiſsimis populis nidulatur. Hoc coruorum genus caluum conſpicitur ſæpenumero. Terreſtri victui aſſuetum ingenioſum animal eſt, & ſermonis humani capax. Domi tamen aſſuetum maleficum eſt. Pertuſos enim roſtro libros muſicos quà erant notulæ grandiores vidimus: alterius petulantia effoſſos infanti oculos in cunis: totis quoque culinis fraudulentum inſidiatorem vnum: voraciſsimum enim eſt, ac vix explebile animal. Nigris eſt pennis, ſed albeſcentes vidimus interdum: eos in Ægypto quàm in Græcia tradit Ariſtoteles. Ore coire crediti ſunt, quoniam rarò iniri deprehendantur: nidificant locis ieiunis, ne cibi frequentia inuitatæ aues atque alia animalia ad maleficia, lædant. Quaterna quináue oua fouent & vigeſimo die poſt excludunt: adultum fœtum non nido ſolo, ſed totis regionis finibus exigunt. pulli pulſi parem gratiam genitoribus referunt, eos enim non alunt. Cum Æſalone & miluo pugnant: prætereà cum chloreo mutuis inſidijs oua corrumpendo. Item cum Tauro & Aſino: illius oculos impetunt, huius vlcera ſcabunt ac vellicant. Vulpi amicus Coruus eſt, fértque opem illi ab Æſalone vexatæ. Inſidẽtem tergo ſuilli gregis vidimus ſæpenumero pacatum ac ſine maleficio laſciuire tum cantu in gutture, tum ludicra ſaltatione. Pugnat & cum Chameleonte, non ſine veneni periculo quod euadit lauro deuorata: putârunt antiqui ineſſe ipſi diuinum ingenium quo futura præſentiſceret, neque ſolùm præſciendo tempeſtates, ſed etiam iras deorum interpretando. Quare factum ſit, vt quo tempore Mediæ hoſpites apud Pharſala periere, Athenis totâque Peloponneſo defuerint. Vidimus nos coruũ venatu aſſuetum quemadmodũ accipitres. Per æſtatem alui lubricitate infeſtatur, iccirco à liquidioribus cibis abſtinet: tum autem ab æſtate in autumnum ſiti eos affici proditum eſt, ſexagenis, vt aiunt, diebus antequàm fici percoquantur: in agro fertili gregatim diuerſantur: in ſterili pauciores, neque ſæpe plures binis. Fabulatur Ælianus Coruum vetulum cùm pullos alere neſciat, ſeipſum in cibum præbere: vnde natum ſit prouerbium, *Mali corui malum ouum*: non enim inde natum id prouerbium alibi à nobis dictum eſt.

Cornicem Græci κορώνην vocant, falsò creditam dictámque à noſtris præceptoribus eſſe Corui fœminam. Eſt enim diuerſa ſpecies, quantitate, voce, moribus. Minor enim eſt, voce fuſiore,

lon

longiore, elatiore ab gutture. Cætera omnia ſimilis: contra Corui ingenium, etiam pullos volantes etiamnum paſcit. Aiunt etiam Coruo dociliorem. Nuces roſtro inuictas è ſummo volatu in tegulas demiſſas frangere didicit: in præſagijs obſeruata non ſemper, vt quidam putârunt, inauſpicata, ſed ſiniſtra tantùm, vt doctiſsimus Poëta docuit. Noctuæ oua frangit interdiu, illa huius noctu: eſt & muſtelæ inimica quæ ſua oua deuoret: pugnat & cum ardeola: aiunt eam inuiolatæ eſſe tum amicitiæ, tum conſortij maritalis: alterutro abſumpto coniugem viduam vitam perpetuò agere. Fabulantur Ægyptij Martem regem cornicem habuiſſe quæ literas quoquo iuſſa eſſet perferret. Eum mortuam ſepulturæ honore affeciſſe apud lacum cui Miris nomen fuerit. Alitur cornix & carne & alio pabulo: perſequitur & cadauera. Itaque in publicis patibulis ſæpe, littoribúſque ad naufraga cadauera conſpicitur. Quandiu incubat, incubat enim poſt ſolſtitium, eis mares cibum ſuggerunt. Produnt eam nunquam Athenis viſam.

Gracculum Græci κολοιὸν vocant. Latini etiam *monedulam* vocabant: à voce quam edit dictus eſt: nō quod gregatim volet, vt quidā voluerunt: monedula aut ab auſpicijs, quoniam oſcen eſſet: *manere* enim apud veteres ſignificabat idem quod loqui. Quatuor genera facit Ariſtoteles. Vnum Coraciam, rutilo roſtro, tereti, cornicis magnitudine. Alterum quod appellat λύκον, id eſt, lupum. Tertium puſillum, ludicrum, & ſcurram vocat: præterea quartum Lydiæ & Phrygiæ tantū peculiare. Lauri folio annuum faſtidium exuūt. Tempeſtates præſagiunt ſerò à pabulis cùm recedūt. Locuſtarum hoſtes maximi: ob id colebantur in inſula Lemno, & Illyrico, & Theſſalia: ſunt quoque natæ comparatæque natura ſua ad furandum: glandes alióſque fructus condunt. Æra domeſtica, annulos, digitalia, crepundiáque, atque alia talia furantur, reponúntque, prouiſo prius ne deprehendantur dum tollunt, tum ne theſaurus reperiatur. Obſeruato quo congereret, multa inuenimus quæ exprobrabamus ſubrepta familiaribus. Illa animaduertens anteuertit nobis ac præcucurrit: magnóque riſui fuit nobis cum furta egereremus circumſiliens atque adgarriens. In menſa cibum ſolita capere, tum ad abacum aduolans, è pateris bibere, in humeris inſidere conuiuarū, atque ex ore ſenſim offulas captare: etiam canes aliquid comedentes irritare, vt omiſſo cibo potiretur atque auolaret: ſpecula omnia perfodiunt. Miro enim generis ſui amore tenentur. Quare etiam pelui oleo plena capiuntur. Vbi enim in labro inſederint, demiſſæ in oleum imagine ſua captæ, ad volandum ineptæ fiunt.

Coturnix ὄρτυξ vulgò *Qualea*: à cantu quo primam ſyllabam iterat: auis parua humilis volat. cùm remeat aura vehitur propter pondus corporis & paruas vires: coturnicum dux Glottis, oris, cychramus, & ortygometra. Quæ autem ſit ortygometra, tacet Plinius. Ariſtoteles paluſtrium formæ accedere, ac coturnicibus cùm abeunt ducem ſe præbere, tantùm: coturnices aliquādo menſis damnatas, ob venenum ipſis cibo gratiſſimum refert Plinius: at nunc maximè expetuntur.

Quatuor genera hirundinum ſunt: primum noſtrum commune, quod in tectis noſtris nidificat garrulum, quod bis parere animaduertimus. Alterum minus & ſubfuluum ſtridulum in turribus portarum & feneſtrarum faſtigijs nidificans: nos hîc *Godalios* vocamus. Tertium quater toto corpore grandius, quod falsò ἄπους dicitur, ſed verè vt ait Ariſtoteles κυψέλους, & cypſellus. Quartum his ſimile, ſed Buteonis magnitudine.

Paſſer eſt gregalis auis horreorum & cauorum quæ in muris ſunt, incola: in ipſis vt victum quærat, in his nidificet quamuis & alibi: clamoſum & ſalax animal: de quo quid poſt Ariſtotelem dicam amplius nihil habeo: nota auis.

CXXXVI. ARISTOTELES.

Νεφροὺς δὲ καὶ κύστιν τὰ μὲν ζωοτόκα τῶν τετραπόδων πάντ' ἔχει· ὅσα δὲ ᾠοτοκεῖ, τῶν μὲν ἄλλων οὐδὲν ἔχει, οἷον οὔτ' ὄρνις οὔτ' ἰχθύς. τῶν δὲ τετραπόδων, μόνη χελώνη ἡ θαλαττία μέγεθος κατὰ λόγον τῶν ἄλλων μορίων. ὁμοίους δ' ἔχει τοὺς νεφροὺς ἡ θαλαττία χελώνη τοῖς βοείοις. ἔστι δὲ ὁ τοῦ βοὸς, οἷον ἐκ πολλῶν μικρῶν εἷς συγκείμενος. ἔχει δὲ καὶ ὁ βόνασος τὰ ἐντὸς ἅπαντα ὅμοια βοΐ.

Renes autem, & veſicam quadrupedes omnes habent quæ ſcilicet animal pariunt. At ouiparorum nulla, neque enim aut auis aut piſcis: præter vnam quadrupedem teſtudinem marinam, magnitudine cæteris reſpondentem membris, ſimilitudine bubulos renes repreſentantem. Sunt enim bubuli quaſi è multis renunculis compoſiti. Habet autem Bonaſus quoque omnia viſcera bubulis ſimilia.

CAESAR.

NVnc renum rationem veſicæque contemplatur perſpicua diſquiſitione. Bubulorum quoque conſtitutionem priuatam indicat. Illud tamen obſeruandum: cùm facta bouis mentione præter propoſitum, quo de renibus tantùm agit, ſubdidit Bonaſi cum boue ſimilitudinem.

Theodorus Caput ſeparatum fecit minus commodè. Nam ſi ſuprà pulmonem & cor cum felle vnico iunxit Capite, quantò hîc aptiùs renes cum iecore?

Τὰ ἐντὸς, *interiora* rectè Theodorus: nos concinniùs *viſcera*: viſcus enim eſt quodcunque tergore aut cute continetur.

CAPVT DECIMVM-NONVM,

De partium interiorum ſitu.

CXXXVII. ARISTOTELES.

ΤΗ͂ δὲ θέσει, ὅσα ἔχει, πάντα τὰ μόρια ταῦτα ὁμοίως κείμενα ἔχει. τήν τε καρδίαν περὶ τὸ μέσον, πλὴν ἐν ἀνθρώπῳ. οὗτος δ᾽ ἐν τῷ ἀριστερῷ μᾶλλον μέρει, καθάπερ ἐλέχθη πρότερον. ἔχει δὲ καὶ τὸ ὀξὺ ἡ καρδία πάντων εἰς τὸ ἔμπροσθεν· πλὴν ἐπὶ τῶν ἰχθύων οὐκ ἂν δόξειεν. οὐ γὰρ πρὸς τὸ στῆθος ἔχει τὸ ὀξὺ, ἀλλὰ πρὸς τὴν κεφαλὴν, καὶ πρὸς τὸ στόμα. ἀνήρτηται δ᾽ αὐτῶν τὸ ἄκρον εἰς ὃ συνάπτει τὰ βράγχια ἀλλήλοις, τὰ δεξιὰ καὶ τὰ ἀριστερά. εἰσὶ δὲ καὶ ἄλλοι πόροι τεταμένοι ἐξ αὐτῆς εἰς ἕκαστον τῶν βραγχίων, μείζους μὲν τοῖς μείζοσι, ἐλάττους δὲ τοῖς ἐλάττοσι. ὁ δ᾽ ἐπ᾽ ἄκρας τῆς καρδίας τοῖς μεγάλοις αὐτῶν, σφόδρα παχὺς αὐλός ἐστι καὶ λευκός.

QVod verò ad ſitum pertinet, quæ animantia partes haſce obtinent, ſimili modo diſpoſitas habent. Tum cor in medio, præterquàm homo cui in ſiniſtriore parte eſt, quemadmodum ſupra diximus. Præterea cordis mucro omnibus prorſum ſpectat: quanquam aliter in piſcibus videri poteſt. Neque enim ad pectus, ſed ad caput & os proſtat mucro: atque his appenſum eſt eius ſummum qua parte leua, dextraque branchiæ committuntur. Multi quoque alij ex corde meatus in vnam quamque branchiam protenduntur maiores minoréſque, pro corporum portione. Cæterùm in magnis piſcibus valde craſſus tubus eſt, & albus is qui in ſummo corde eſt.

CAESAR.

HINC conſultò aliud Caput auſpicandum fuit. Nam ſupra de partibus intraneis, carúmque numero, & figura, & quantitate ſimul confuſè prodidit: nunc de ſitu ſeparatim dicere inſtituit. Cæterùm vereor vt tueri eum poſſimus, cùm vno excepto homine cæteris animantibus cor in medio attribuit. Qui enim canem & porcum ſecuerit, in ſiniſtra potius inueniet. reliqua perſpicua ſunt. Nota & illud. Cum meatus vllius nullam fecerit mentionem, dicit tamen: εἰσὶ δὲ καὶ ἄλλοι πόροι: τὸ ἄλλοι nanque otioſum eſt.

Theodorus non rectè ſeparauit propoſitionem ab executione: cùm ſuperiore in Capite verba illa reliquit. Situs idem earum partium eſt omnibus quæ ex his conſtant. Hæc eſt propoſitio futuræ operæ. Poſteà diſcerpſit partem, qua exequitur propoſita, in alterum Caput tranſlatam.

Cùm intelligas cor non eſſe omnibus in medio pectore, tum plus accuſes Theodorum qui de ſuo addidit, *prorſus*: hoc voluit ſignificare quod vulgus dicit *præcisè*: non quod nos dicimus,

prorſum, τὸ πρόσθεν; ſic enim Latinè accipiendum eſt ab ijs, qui integrè caſtéque in oratione Romana verſantur: vt apud Terentium, *curſitari rurſum, prorſum*.

Idem reliquit κεφαλήν, & os tantùm in piſcibus nominauit: *συνάπτει, coeunt, copulántque*: alterum redundat. Non ſine culpa omiſit illud quoque: τοῖς μεγάλοις αὐτῶν: ſed negligentiùs dixit: *inter quos*, non enim omnibus piſcibus, ſed magnis tantum craſſam fiſtulam attributam, intelligimus: addidit etiam cincinnum illum: *pro deſiderio magnitudinis*.

CXXXVIII. ARISTOTELES.

Στόμαχον δ' ὀλίγοι ἔχουσι τῶν ἰχθύων, οἷον γόγγρος καὶ ἔγχελυς, καὶ οὗτοι μικρόν.

AT gulam pauci piſcium nacti ſunt: quippe conger, & anguilla, ſed & hi exiguam.

CÆSAR.

VIdeamus incuriam ſapientiſsimi viri: nunc enim non de partibus, ſed de ſitu diſputamus: ſupra hoc dicendum fuit. hoc autem loco, quomodo ſitam habeant.

CXXXIX. ARISTOTELES.

ΚΑὶ τὸ ἧπαρ τοῖς ἔχουσι, τοῖς μὲν ἀσχιδὲς ἔχουσιν, [ἐστιν] ἐν τοῖς δεξιοῖς ὅλον. τοῖς δὲ ἐσχισμένον ἀπ' ἀρχῆς, τὸ μεῖζον ἐν τοῖς δεξιοῖς. ἐνίοις γὰρ ἑκάτερον τὸ μόριον ἀπήρτηται, καὶ οὐ συμπέφυκεν ἡ ἀρχή· οἷον τῶν τε ἰχθύων τοῖς γαλεώδεσι, καὶ δασυπόδων τι γένος, ὃ ἐστι καὶ ἄλλοθι, καὶ περὶ τὴν λίμνην τὴν Βόλβην, ἐν τῇ καλουμένῃ Συκίνῃ, οὓς ἄν τις δόξειε δύο ἥπατα ἔχειν, διὰ τὸ πόῤῥω τοὺς πόρους συνάπτειν, ὥσπερ καὶ ἐπὶ τοῦ τῶν ὀρνίθων πνεύμονος.

ANimantes quæ iecur continuum habent, ijs in dextra parte totum ſitum eſt. At quæ ſtatim ab ſummo fiſſum obtinent, maior portio in dextra iacet. In quibuſdam enim vtraque pars appenſa eſt, non ipſo coniuncta principio: quale inter piſces habent muſteli: & leporum genus quoddam, cum alibi, tum ad paludem Bolbam, in terra quæ Sicyna appellatur. Eos nanque credideris bina habere iecora: propterea quòd fibræ longè coeant: cuiuſmodi auium pulmones videmus.

CÆSAR.

IEcoris nunc ſitum atque habitum perſcrutatur, aitque non eodem modo in omnibus eſſe: ſed alijs continuum, alijs fiſſum. Intelligo continuum, quod ab ſummo vno tenore ſuperficiem habet integram. Nam omnia iecora ab imo fiſſa ſunt: vnde ab Aquitanis *pinnæ* dicuntur, à Latinis *fibræ*. vnde *fiſſum* potius dicimus nos, quàm *ſciſſum*. Quanquam σχιστὸν eſt eſt *ſciſſum* ad litteram. *Fiſſum* autem Latinè puriùs repræſentat iecoris nomen, vtrunque ab hiatu: alteri detracta aſpiratione: in altero, mutata in Æolicum elementum.

Minus fideliter interpretatus eſt ea verba Theodorus: ἐνίοις γὰρ ἑκάτερον τὸ μόριον ἀπήρτηται· καὶ οὐ συμπέφυκεν ἡ ἀρχή. Sic enim *Quibuſdam enim partes ſepoſitæ ſunt, nec eadem certa origine continentur*: ἀπήρτηται ſemper appenſum ſignificat. Addidit etiam vocem hanc, *certa*: neque exprimit συμπέφυκεν ἡ ἀρχή: nam eſt continuata ſumma iecoris pars: at Theodorus *certa origine contineri*. Immò eandem habent originem, atque in ea continentur: at ipſæ inter ſe non continentur.

Addidit etiam quadrupedes cùm de leporum genere loqueretur.

Τοὺς πόρους Ariſtoteles, ἀντὶ τοῦ τὰ μόρια poſuit. Itaque nos fibras tranſtulimus communi vtriuſque voce. Nota eiuſdem locutionem: οἷον τῶν τε ἰχθύων τοῖς γαλεώδεσι, καὶ δασυπόδων τι γένος: mutauit caſus: γαλεώδεσι, & γένος.

CXL. ARISTOTELES.

Καὶ ὁ σπλὴν δ' ἐστὶ πᾶσιν ἐν τοῖς ἀριστεροῖς κατὰ φύσιν· καὶ οἱ νεφροὶ, τοῖς ἔχουσι, κείμενοι τὸν αὐτὸν ἔχουσι τρόπον· ἤδη δὲ διανοιχθέν τι τῶν τετραπόδων ὤφθη ἔχον τὸν σπλῆνα μὲν ἐν τοῖς δεξιοῖς, τὸ δ' ἧπαρ ἐν τοῖς ἀριστεροῖς· ἀλλὰ τὰ τοιαῦτα ὡς τέρατα κρίνεται.

Lien quoque omnibus in ſiniſtra parte, legibus naturæ ſitus eſt. Tum renes quæ habent animantes eis omnibus æquè iacent. Ac fuit quidem cùm aperta quadrupede inuentus eſt lien in dextra parte, iecur in ſiniſtra. Id quod oſtenti loco habitum eſt.

CAESAR.

De liene ſtatim poſt hepar dicturus, quare interpoſuit renum hiſtoriam: ac non priùs perſecutus eſt ſitum hunc, quem oſtenti loco ſtatuit? Sed codex Theodori nullam de renibus facit mentionem: ipſe autem Theodorus, addidit ex priuato fortaſſe codice, illa verba. *Iecori aduerſans.*

CXLI. ARISTOTELES.

Τείνει ἡ μὲν ἀρτηρία πᾶσιν εἰς τὸν πνεύμονα. ὃν δὲ τρόπον, ὕστερον ἐροῦμεν.

Tendit arteria omnibus in pulmonem, cuius rei modum poſteà explicabimus.

CÆSAR.

Rectius feciſſet ſi cum corde & pulmone arteriam natura coniunctam, narratione quoque coniunxiſſet.

CXLII. ARISTOTELES.

Ὁ δὲ στόμαχος, εἰς τὴν κοιλίαν διὰ τοῦ διαζώματος, ὅσα ἔχει στόμαχον. οἱ γὰρ ἰχθύες, ὥσπερ εἴρηται, οἱ πλεῖστοι οὐκ ἔχουσιν. ἀλλ' εὐθὺς πρὸς τὸ στόμα συνάπτει ἡ κοιλία· διὸ πολλάκις ἐνίοις τῶν μεγάλων διώκουσι τοὺς ἐλάττους, προπίπτει ἡ κοιλία εἰς τὸ στόμα.

At in quibus gula eſt, in ijs demittitur ad ventriculum per tranſuerſum ſeptum. Neque enim piſces, præter paucos, quemadmodum diximus, gula præditi ſunt: ſed illicò ori ipſi ventriculus aptus eſt: atque ob eam cauſam maioribus piſcibus procidit in os ventriculus, cùm minores inſectantur.

CAESAR.

OMISSA arteria in calcem huiuſce commentationis, gulam contemplatur. Ea ſanè committitur ventriculo poſtquàm præcordia tranſmiſit: piſces quos excipit, iam ſuprà demonſtrauit, anguillam, & congrum. Nota locutionem: ὁ δὲ στόμαχος εἰς τὴν κοιλίαν διὰ τοῦ διαζώματος, ὅσα ἔχει στόμαχον: deeſt enim, ἐν πᾶσι aut ἐν ζώοις.

Item Atticiſmus obſeruetur: οἱ ἰχθύες οἱ πλεῖστοι, pro eo quod eſt τῶν ἰχθύων: Theodorus. τοῖς διώκουσι addidit: *per impetum.*

ARISTO

CXLIII. ARISTOTELES.

Ἔχει δὲ κοιλίαν πάντα τὰ εἰρημένα, καὶ κειμένην ὁμοίως· κεῖται γὰρ ὑπὸ τὸ διάζωμα εὐθύς· καὶ τὸ ἔντερον ἐχόμενον, καὶ τελευτῶν πρὸς τὴν ἔξοδον τῆς τροφῆς, καὶ τὸν καλούμενον ἀρχόν.

Habent quæ diximus ventrem omnia, ſimiliq; ſitu poſitum: iacet enim ſub præcordijs ſtatim, continuatúmque inteſtino deſinit ad cibi exitum, quæ pars, anus dicitur.

CÆSAR.

VNO tractu ab ſumma gula ad extrema inteſtini ora pergit: ἀρχὸν Græci eam vocant. Latini ab rotundine, *anum*.

Ἐχόμενον maluit Theodorus *porrectum*, nos *continuatum*.

CXLIV. ARISTOTELES.

Ἀνομοίας δ' ἔχουσι τὰς κοιλίας. πρῶτον μὲν γὰρ, τῶν τετραπόδων καὶ ζωοτόκων ὅσα μή ἐστιν ἀμφόδοντα τῶν κερατοφόρων, τέτταρας ἔχει τοὺς τοιούτους πόρους· ἃ δὴ καὶ λέγεται μηρυκάζειν. διήκει γὰρ, ὁ μὲν στόμαχος, ἀπὸ τοῦ στόματος ἀρξάμενος, ἐπὶ τὰ κάτω παρὰ τὸν πνεύμονα, ἀπὸ τοῦ διαζώματος ἐπὶ τὴν κοιλίαν τὴν μεγάλην. αὕτη δ' ἐστὶ τὰ ἔσω τραχεῖα, καὶ διειλημμένη.

CÆterùm abſimiles ventres habent. Principio cornigeræ quadrupedes quæ animal pariunt, alteráque tantùm maxilla dentatæ ſunt, eiuſmodi meatus quaternos habent, quæ ruminare quoque dicuntur. Ab ore enim incipiens gula per pulmonis regionem pertranſit à præcordijs in ventrem magnum, qui intus aſpera, atque rugoſa eſt ſuperficie.

CÆSAR.

POSITA natura qua conueniunt, nunc ſtatuit qua differunt inter ſe. Itaque quatuor conditiones ponit: cornigeras quadrupedes animal parturientes altera maxilla dentatas: quibus quatuor ventriculos attribuit: quos non appellat ventriculos, ſed πόρους: quaſi ſinus dicas, non quidem ad verbum, ſed ad ſenſum: ab officio cibi tranſmittendi eos nominauit. Quatuor eas conditiones neceſſarias ad diſtinguendum alia genera complura inſtituit: lepus enim ruminat: & quadrupes eſt: ſed vtrâque maxilla dentes gerit. At Camelus altera tantùm, verùm corniger non eſt. At quare addidit ζωοτόκα? neque quadrupes ᾠοτόκος teſtudo, & lacertorum quæ diximus genera: at illa cornigera non ſunt. Et aut vtrâque maxilla dentata, aut nullis dentibus, vt Scinchi. quare videtur ea differentia fruſtra ac ſuperfluò addita eſſe?

Neque in mentem venire poteſt, quare poſuerit dictionem illam, πρῶτον: quaſi verò aliam aſſignet differentiam qua diſcrepent præter hanc: neque enim vllam ſtatuit.

Facetè alluſit ad originem vocis: ὁ μὲν στόμαχος ἀπὸ τοῦ στόματος.

τὰ ἔσω more ſuo: pro τὰ ἐντός. Ita etiam Herodotus tum alibi, tum in *Euterpe*.

διειλημμένη: *interceptum* interpretatus eſt Theodorus nos *diducta ſuperficie*, id eſt, inæquali ac rugoſa: non plana ac diſtenta.

CXLV. ARISTOTELES

Συνήρτηται δ' αὐτῇ πλησίον τῆς τοῦ στομάχου προσβολῆς, ὁ καλούμενος κεκρύφαλος, ἀπὸ τῆς ὄψεως. ἔστι γὰρ τὰ μὲν ἔξωθεν, ὅμοιος τῇ κοιλίᾳ· τὰ δ' ἐντὸς, ὅμοιος τοῖς πλεκτοῖς κεκρυφάλοις. μεγέθει δὲ πολὺ ἐλάττων ἐστὶν ὁ κεκρύφαλος τῆς κοιλίας.

HVic ventriculo qua parte ei gula applicatur, committitur id quod reticulum dicunt à ſimilitudine. Nanque extrinſecus ventriculo intus plicatis reticulis ſimile eſt. Magnitudine tamen longè minus ventriculo eſt.

CÆSAR.

ALTERVM ſinum explicat, eiúſque ſitum, atque etiam qualitates. Appenſus enim eſt ventriculo ea parte, qua illi committitur gula: ventriculo extrinſecus ſpecie ſimilis: magnitudine minor. Intus rugis compoſitis inæqualis quibus fœminarum reticula repræſentant vnde nomen apud Græcos κεκρύφαλος.

CXXXXVI. ARISTOTELES.

Τούτῳ δ᾽ ἔχεται ὁ ἐχῖνος, τὰ ἐντὸς ὢν τραχὺς καὶ πλακώδης· τὸ δὲ μέγεθος παραπλήσιος τῷ κεκρυφάλῳ.

Huic continuatur omaſum intus aſper, & plagulis cauus, magnitudine proximum reticulo.

CÆSAR.

Ἐχῖνον *Omaſum* Latini dixere. Græci ab aſperitate: ſimilis enim eſt fauis alueariorum, cellulis differtus in ſpongiæ modum, quas πλάκας vocat Ariſtoteles, vnde Latinum nomen *Plaga*. Theodorus non malè *Cancellatum*, ſed minùs exprimit tamen. Cutis Elephanti cancellata eſt, nec tamen πλακώδης: malè autem addidit *Cruſtatum*, quoniam πλὰξ cruſtam ſignificat. Ariſtoteles abuſus eſſet verbo ὅμοιος ſi poſuiſſet, ſed dixit παραπλήσιος μεγέθει. Theodorus omiſit.

CXXXXVII. ARISTOTELES.


Μετὰ δὲ τοῦτον, τὸ καλούμενον ἤνυστρόν ἐστι, τῷ μὲν μεγέθει, τοῦ ἐχίνου μεῖζον τὸ δὲ σχῆμα, προμηκέστερον. ἔχει δ᾽ ἐντὸς πλάκας πολλὰς καὶ μεγάλας καὶ λείας.

Poſt hoc, eſt quem aſellum vocant: omaſo quidem minor ſed prolixior: refertus multis ſinubus grandibus, ac læuibus.

CÆSAR.

Ἤνυστρον in quod omnia ſuperna exhaurirentur Græci dixere. Latini priſci bellorum quàm culinæ ſcientiores id non nominârunt. Itaque Theodorus *Abomaſum* dicere conatus eſt. Noſtri ruſtici *Aſellum* vocant, atque ita appellare maluimus: quòd ſi id nomen minùs placet, ex Varrone *Faliſcum* vocitabimus. Sinus multos habet quos πλάκας vocat Ariſtoteles.

Neſcio quid, *Innormatum* dicit Theodorus. At norma eſt γνώμων Geometrarum, *Quadram* vulgus vocat: qui addit quadrato, auget, non mutat. A. Gula. B. ventriculus. C. inuolucrum. D. erinaceus E. aſellus. F. inteſtinum.



CXXXXVIII. ARISTOTELES.

Ἀπὸ δὲ τούτου τὸ ἔντερον ἤδη.

Inde iam inteſtinum.

C AE S A R.

QVONIAM ſuperiùs de inteſtinis ſubtiliùs dictum eſt, nunc abſtinet à repetendo.

CXXXIX. ARISTOTELES.

Τὰ μὲν οὖν κερατοφόρα καὶ μὴ ἀμφόδοντα, τοιαύτην ἔχει τὴν κοιλίαν. διαφέρει δὲ πρὸς ἄλληλα τοῖς σχήμασι καὶ τοῖς μεγέθεσι τούτῳ, καὶ τῷ τὸν στόμαχον εἰς μέσην ἢ πλαγίαν τείνειν τὴν κοιλίαν.

Quæ cornuta dentes altera tantùm maxilla gerunt, ad hunc modum ventrem habent: differúntque inter ſe figura & magnitudine: ac prætereà quòd alij ad medium ventrem, alij ad eius latus gula pertinet.

C AE S A R.

COLLIGIT quæ dixit: addítque differre magnitudine: hoc clarum erat, quippe bos & hædus eo differunt. Addidit etiam figura: quoniam oblongiora omnia capræ quàm boui proportione corporis vniuerſi. Tertiam appoſuit differentiam: quoniam gula alijs ad medium ventrem, alijs ad latus committitur: atque huius rei malè omiſit exempla Ariſtoteles: quare more noſtro ponemus.

* *

Deſunt hæc exempla.

Nota Atticiſmum. τοῖς σχήμασι καὶ τοῖς μεγέθεσι: poſteà dicit τούτῳ, καὶ τῷ τὸν στόμαχον &c. vox illa τούτῳ ad ornatum interpoſita eſt.

CL. ARISTOTELES.

Τὰ δ' ἀμφόδοντα, μίαν ἔχει τὴν κοιλίαν, οἷον ἄνθρωπος, ὗς, κύων, ἄρκτος, λέων, λύκος· ἔχει δὲ καὶ ὁ θὼς πάντα τὰ ἐντός, ὅμοια λύκῳ.

At verò vtráque dentata maxilla vnicum ventriculum habent: vt homo, ſus, canis, vrſus, leo, lupus. Quinetiam Thoes omnia viſcera lupo ſimilia obtinent.

C AE S A R.

ALtera animalium differentia, quæ vtrâque maxilla dentes gerunt: ei differentiæ affectum proprium aſcribit: quòd vnico contenta ſint ventriculo. Tertio loco ponit exempla. Quarto mentionem facit animalis quod Thoem vocat: de quo in Hiſtoria noſtra ſatis ſcriptum eſt. *Lupum ceruarium* vocat Theodorus. Nos vulgò *Lyncem ceruarium* dicimus. Plinius in Capite de lupis, ceruarij facit mentionem. Neque eius figuram oſtendit nobis, cùm tamen ſpectaculorum memoriam proderet vnius è Gallia Romam allati. Thoes verò quaſi aliud animal Græca voce appellat & alibi eodem libro: & in decimo.

CLI. ARISTOTELES.

Πάντα μὲν οὖν ἔχει μίαν κοιλίαν, καὶ μετὰ ταῦτα τὸ ἔντερον· ἀλλὰ τὰ μὲν, ἔχει μείζω τὴν κοιλίαν, ὥσπερ ὗς καὶ ἄρκτος· καὶ ἡ γε τῆς ὑός, ὀλίγας ἔχει λείας πλάκας· τὰ δὲ πολὺ ἐλάττω, καὶ οὐ πολὺ μείζω τοῦ ἐντέρου, καθάπερ κύων, καὶ λέων, καὶ ἄνθρωπος.

Omnia igitur vno ventriculo prædita ſunt, à quo inteſtinum: verùm quibuſdam maior eſt. vt ſuillo pecori & vrſis. Tum autem ſuillus ventriculus modicis leuibus rugis plagulatus eſt. Alijs minor eſt, neque excedens magnitudine inteſtinum: vt cani, leoni, homini.

CAESAR.

CÆSAR.

QVOD ſupra fecit in iis quæ multiplicem habent ventriculum, idem nunc agit in ſimplici ventriculo præditis. Primùm poſuit quo conuenirent: nunc ponit quo differunt: & ſuibus quidem eſſe ventriculum modicis ſinubus: homini autem, & cani, & leoni etiam pauciores, neque multò maiores inteſtino.

Ex his colligemus, horum omnium animalium ventriculum eſſe ſinuoſum. Sed in illis ſuperioribus adeò diſſitos ſinus eſſe, vt plures ventriculi eſſe iudicentur.

Aduerte locutionem Atticam: καὶ ἔχει τῆς ὑὸς, fœminino enim vti maluit: prætereà orationem mutatam καὶ ἔχει τῆς ὑὸς: & poſteà dicit τὰ δὲ πολὺ ἐλάττω: ſcilicet alia genera habent pauciores plagulas quàm ſuillus.

Erat mendum in Codice ἐντέρου pro ἐντέρω.

Quod autem ait Ariſtoteles homini ventriculum non multò maiorem eſſe inteſtino, longè alienum eſt à veritate. Multa cadauera ſecari, ſectáque vidimus ad XXX. numero, in quorum aliquibus ventriculus dimidium capitis ſuperabat capacitate: aliis etiam maior, paucis minor.

CLII. ARISTOTELES.

ΚΑὶ τῶν ἄλλων δὲ τὰ εἴδη διέστηκε πρὸς τὰς τούτων κοιλίας. τὰ μὲν γὰρ, ὑῒ ὁμοίαν ἔχει, τὰ δὲ, κυνί· καὶ τὰ μείζω καὶ τὰ ἐλάττω τῶν ζῴων ὡσαύτως. διαφορὰ δὲ καὶ ἐν τούτοις κατὰ τὰ μεγέθη καὶ τὰ σχήματα, καὶ πάχη καὶ λεπτότητας ὑπάρχει τὰς τῆς κοιλίας, καὶ κατὰ τοῦ στομάχου τὴν θέσιν τῆς συντρήσεως.

ALiorum quoque ſpecies ad horum relata ventriculos, differunt: quædam enim tum maiores, tum minores in genere animalium ſuillo, quædam canino ſimilem habent. Differunt etiam magnitudine, & figura, & craſſitie, & tenuitate. Ad hæc, ſitu gula qua committitur ad ingreſſum ventriculi.

CÆSAR.

SEMPER aliquid notiſſimum ponit Ariſtoteles, ad quod nos dirigat, vt ignota cognoſcamus. Itaque propoſitis canina & ſuilla ſpecie, refert alias ad has. Aítque ita illas inter ſe differre, ſicuti & has: ſecundo loco aſſignat differentias à magnitudine, à figura, à craſſitudine, à commiſſura gulæ cum ventriculo, quod & ſupra dixit: quoniam aliis directo iungitur, aliis à latere.

Κατὰ τὴν σύντρησιν: mirum verbum: foramen ſignificat, & vtrique membro communicatum: nos cùm *ingreſſum* dicimus, & foraminis officio addito non ſolùm interpretati ſumus, ſed etiam ſuperauimus. Theodorus multis ambagibus ſic: *quo meatum ad ventrem ducat, & connio iungatur foramini.*

CLIII. ARISTOTELES.

Διαφέρει δὲ καὶ ἡ τῶν ἐντέρων φύσις ἑκατέροις τῶν εἰρημένων ζῴων, τοῖς τε μὴ ἀμφόδουσι, καὶ τοῖς ἀμφόδουσι, τοῖς τε μεγέθει καὶ πάχει, καὶ ταῖς ἐπαναδιπλώσεσι. πάντα δὲ μείζω τὰ τῶν μὴ ἀμφοδόντων ἐστί. καὶ γὰρ αὐτὰ πάντα μείζω. μικρὰ μὲν γὰρ ὀλίγα, πάμπαν δὲ μικρὸν οὐδέν ἐστι κερατοφόρον.

IN animantibus quæ altera tantùm, & quæ vtráque maxilla dentata ſunt, diuerſa eſt natura inteſtinorum. Magnitudine, craſſitudine, replicationibus. Semidentatis maiora omnia, quippe maioribus: pauca enim parua ſunt. Cornigerorum enim quod omnino exiguum ſit, inuenias nullum.

CÆSAR.

NVNC inteſtinorum texit Hiſtoriam: aitque diuerſa eſſe in iis quibus dixit generibus: facit demonſtrationem ἑτεροδόντων, maiora eſſe: quoniam ipſa maiora ſint. Aſtruit exceptionem ſed paucorum: putà hædi & agni: poſtremo loco propoſitionem ſtatuit vniuerſalem: nullum cornigerum puſillum eſſe. Intendit excludere paruitatem leporis, vulpis, muris, & eiuſmodi.

Τὰ

Τὰ μὲν ἀμφόδοντα, feſtiuè *ſemidentata* appellauimus, vt ſi dicas ἡμιόδοντα: ſed feliciùs dicas, *infra dentata*, & ἀμφόδοντα *andentata*: verùm tam caſtæ orationi parcè inſerenda eſt ambitio vocularum.

Duriore oratione vſus eſt Theodorus cùm dixit: *inteſtinorum natura ſibi differt magnitudine.* Primùm, quòd neſcio an Latina ſit coniunctio eius verbi cum eo caſu. Deinde quam dicat naturam ab ſe differre. Nam quanquam diuerſa eſt in andentatis, & ſemidentatis, non tamen ab ſeſe diuerſa eſt, ſed ipſæ ſpecies diuerſæ. Non eſt diuerſum genus in ſpeciebus, ſed idem: non diuerſa ab ſeipſa natura in ſpeciebus; ſed ſpecies per differentiam diuerſæ.

Καὶ γὰρ αὐτὰ πάντα μείζω, *auctiora* dixit Theodorus, malè: eſt auctior lepus anniculus vitulo bimeſtri, at minor eſt.

Vtrobique dixit Ariſtoteles μικρὸν, & cùm excepit aliquot pauca, & cùm negauit vllum cornigerum puſillum, ſed addit aduerbium πάμπαν: nos vt apprehenderemus hanc paruitatem, quam excludit à cornigeris, *exiguum* diximus, *puſillum* etiam dicas: nam *pumilum* non rectè voces: pumilum enim eſt iuſta ſua magnitudine defraudatum.

CLIV. ARISTOTELES.

Ἔχουσι δ' ἔνια καὶ ἀποφυάδας τῶν ἐντέρων, ἰυθυέντερον δ' οὐθέν ἐστι, μὴ ἀμφόδουν.

Sunt quibuſdam appendices inteſtinorum: neque enim recta inteſtina vlli quod vtrâque maxilla dentatum non ſit.

CÆSAR.

AFFECTIONEM propriam ſemidentatorum ponit: appellat ἀποφυάδας, agnatos ſcilicet ſinus: ſic rami appellantur etiam in neruis & venis. Vox frequens Galeno.

Εὐθυέντερον: felicitate compoſitionis vſus eſt, vt indicaret flexiones inteſtinorum: at Theodorus incurrit imprudens in ambiguam orationem: ait enim *inteſtinum rectum nulli*: at hoc falſum eſt: habent ea quoque inteſtinum quod rectum vocatur. Eam perplexitatem vt vitaremus, transferremúſque ad Ariſtotelis ſententiam: plurali numero poſuimus.

CLV. ARISTOTELES.

Ὁ δ' ἐλέφας ἔντερον ἔχει συμφύσεις ἔχον, ὥστε φαίνεσθαι τέτταρας κοιλίας ἔχειν. ἐν τούτῳ καὶ ἡ τροφὴ ἐγγίνεται, χωρὶς δ' οὐκ ἔχει ἀγγεῖον. καὶ τὰ σπλάγχνα δ' ἔχει παραπλήσια τοῖς ὑείοις, πλὴν τὸ μὲν ἧπαρ, τετραπλάσιον τοῦ βοείου, καὶ τἆλλα· τὸν δὲ σπλῆνα, ἐλάττω ἢ κατὰ λόγον.

Elephanti inteſtinum tot cognatos habet ſinus, vt ei quatuor alui eſſe videantur: præter hoc, nullum aliud eſt cibi receptaculum. Viſcera quoque ſuillis ſimilia ſunt, præter iecur quod bubulo maius eſt quadruplo, ſicut & alia: ſolùs lien longè minor, quàm pro corporis ratione.

CÆSAR.

QVONIAM flexuras inteſtinorum contemplabatur, eaſdem adeò multiplices in Elephanto obſeruauit, vt quaternos ventres aſſignari poſſe dicat: ſecundo loco negat cibum alium locum habere, in quem recipiatur. Ergo ventriculum nullum habet elephas, ſed idem cum inteſtino vnus eſt: quare non rectè Theodorus hîc κοιλίας, *aluos* interpretatus eſt: aluus enim ſub ventriculo eſt. Tertio loco ſuillis comparat eius σπλάγχνα: *exta* dixit Theodorus malè: vox enim ſacrifica eſt, & quæ extremitatem tantùm ſignificet: de omnibus viſceribus pronunciauit Ariſtoteles. Quarto loco notat iecoris magnitudinem

tudinem extra propoſitum. Item lienis alieno quippe loco.

Multis in locis obſeruauimus frequentiam huius verbi ἔχω apud Ariſtotelem. Hîc autem ex eo penè catenam nexuit.

Appellauit συμφύσεις quas ſupra ἀποφυάδας, ſed ἀποφύας originem tantùm declarat: at συμφύσις etiam ſitum: quoniam non ſolùm appenſi ſunt ſinus, ſed etiam iuncti. Theodorus vertit *ſinuoſum inteſtinum*: at enimuero inteſtinum conuerſum eſſe poteſt abſquè συμφυσέων ſinubus: ſinuoſa ſunt volumina anguium apud Virgilium: verùm hîc aliud agimus: mirum verò eadem vox alio habitu exprimet quod quærebamus: ſinuòſus anguis: at eius corpus ſinus non habet: ſinus eſt in gremio & in portu ſimplici arcu, aut circo contento: at ſinuoſus non eſt.

Ἀγγεῖον vocauit conceptaculum: ſicut & Galenus venas ἀγγεῖα, vaſa.

Theodorus ſic: *exta quoque eidem ſuillis proxima, ſed maiora*: iecur enim quadruplo maius bubulo eſt: & reliqua pari ratione. In noſtro codice deſunt illa verba: *ſed maiora*. Quæ ſi poſuiſſet Ariſtoteles, non repetiſſet illa mox: καὶ τ' ἄλλα.

CLVI. ARISTOTELES.

Τὸν αὐτὸν δὲ τρόπον ἔχει καὶ τὰ περὶ τὴν κοιλίαν, καὶ τὴν τῶν ἐντέρων φύσιν, καὶ τοῖς τετράποσι μὲν [τῶν ζωοτόκων,] ᾠοτόκοις δέ, οἷον χελώνῃ χερσαίᾳ, καὶ χελώνῃ θαλαττίᾳ, καὶ σαύρᾳ, καὶ τοῖς κροκοδείλοις ἀμφοῖν, καὶ πᾶσιν ὁμοίως τοῖς τοιούτοις. ἁπλῆν τε γὰρ ἔχουσι καὶ μίαν τὴν κοιλίαν, καὶ τὰ μὲν ὁμοίαν τῇ ὑείᾳ, τὰ δὲ τῇ τοῦ κυνός.

Eadem ventriculi ratio, naturáque inteſtinorum in quadrupedibus animantibus, quæ oua pariunt: vtráque teſtudine terreſtri marináque, vtroque crocodilo, lacerta, atque omnibus eiuſmodi: ſimplicem enim habent, vnicúmque ventriculum, partim ſuillo, partim canino ſimilem.

CAESAR.

CVm quadrupedes in duo diſtinxit, eas quæ animal pariunt: perſecutus eſt: nunc ouiparas tractat: quare mendum erat in codice ζωοτόκων. ζῴων legendùm eſt.

CAPVT VIGESIMVM.

Serpentum membra.

CLVII. ARISTOTELES.

Τὸ δὲ τῶν ὄφεων γένος ὅμοιόν ἐστι, καὶ ἔχει παραπλήσιον σχεδὸν πάντα τῶν πεζῶν καὶ ᾠοτόκων τοῖς σαύροις, εἴ τις μῆκος ἀποδιδοὺς αὐτοῖς ἀφέλοι τοὺς πόδας. φολιδωτόν τε γάρ ἐστι, καὶ τὰ πρανῆ καὶ τὰ ὕπτια παραπλήσια τούτοις ἔχει· πλὴν ὄρχεις οὐκ ἔχει, ἀλλ' ὥσπερ ἰχθῦς, δύο πόρους εἰς ἓν συνάπτοντας· καὶ τὴν ὑστέραν [μακρὰν] καὶ δικρόαν. τὰ δ' ἄλλα τὰ ἐντὸς, τὰ αὐτὰ τοῖς σαύροις, πλὴν ἅπαντα διὰ τὴν στενότητα καὶ τὸ μῆκος, στενὰ καὶ μακρὰ τὰ σπλάγχνα· ὥστε καὶ λανθάνειν διὰ τὴν ὁμοιότητα τῶν σχημάτων. τήν τε γὰρ ἀρτηρίαν ἔχει σφόδρα μακρὰν, ἔτι δὲ μακρότερον τὸν στόμαχον. ἀρχὴ δὲ τῆς ἀρτηρίας πρὸς αὐτῷ ἐστὶ τῷ στόματι, ὥστε δο-

Serpentum genus omni penè ex parte lacertis ſimile eſt, ex ijs, quæ humi agitant, & oua pariunt: ſi longitudinem attribuas, pedes adimas. Nanque & ſqualenti cute opertæ ſunt, & partes tam ſuperas quàm inferas proximæ natura habent. Teſtibus carent tamen: quorum loco meatus duos quemadmodum & piſces, vnum in locum concurrentes obtinent: tum autem vuluam longam & biforem. Cætera omnia eadem cum lacertis. Ceterùm quòd viſcera, & præanguſta, & prælonga ſint, propter corporis anguſtiam, ac prolixitatem, ſenſum fallunt figurarum ſimilitudine. Arteria enim valde longa eſt, ſed gula longior. Arteriæ initium ad os ita eſt, vt

κεῖν ὑπὸ ταύτην εἶναι τὴν γλῶτταν. προέχειν δὲ δοκεῖ τῆς γλώττης ἡ ἀρτηρία, διὰ τὸ συσπᾶσθαι τὴν γλῶτταν, καὶ μὴ μένειν ὥσπερ τοῖς ἄλλοις. ἔστι δ' ἡ γλῶττα λεπτὴ, καὶ μακρὰ, καὶ μέλαινα, καὶ ἐξέρχεται μέχρι πόῤῥω. ἴδιον δὲ παρὰ τὰς τῶν ἄλλων γλώττας ἔχουσι καὶ οἱ ὄφεις καὶ οἱ σαῦροι, τὸ δίκροον αὐτῶν εἶναι τὴν γλῶτταν ἄκραν· πολὺ δὲ μάλιστα οἱ ὄφεις. τὰ γὰρ ἄκρα αὐτῶν ἐστὶ λεπτὰ, ὥσπερ τρίχες.

ei ſubiacere lingua videatur: verùm propterea quòd lingua contrahitur, neque vt in aliis conſtat, imminere ei arteria videtur. Eſt lingua ſerpentium tenuis, longa, nigra, porróque admodum exeritur. Hoc quoque habet in genere atque lacertis peculiare: quòd biſulca eſt in ſummo: ſed fiſſa magis ſerpentibus, atque vſque ad pilorum tenuitatem.

C Æ S A R.

SVPRA animalia recenſuit ſecundùm vnamquamque partem: nunc contrà, omnes partes recenſet in vno genere animalium. Ita cùm variauit inſtitutum coacti ſumus ſcindere commentationem in nouum Caput: in ſerpentum enim natura perſequitur omnia membra.

Auſpicatur à notioribus, comparátque lacertis de quibus iam dixit per ἀντιστροφήν: ſic quaſi dicat lacertum eſſe anguem pedatum, anguem eſſe lacertum dipodem.

Aſſignat ſimilitudinem in cute: & ſimiliter partium tam dorſi quàm alui. Poſt hæc differentiam: quoniam teſtibus careant. Tum communem naturam cum piſcibus, per meatus ſeminarios. Inde alterum ſexum de vulua quam biforem aſſignat: poſt hæc concludit eandem cum lacertis conſtitutionem: poſteà reſpondet obiectioni tacitæ: non poſſe deprehendi partium differentiã propter figurarum ſimilitudinem: aſsignat huius ſimilitudinis cauſſam, tenuitatem, & prolixitatem. Apponit huius cauſſam loci anguſtiam: ita demonſtratio completa eſt.

Exequitur partes: ab arteria incipit: gulam dicit longiorem: ſitum arteriæ declarat imminentis linguæ ortu ſuo: dicit cauſſam: quoniam contracta lingua ſubſidit. Ita apponit affectum linguæ, ſcilicet contractionem. Alterum addit, facultatem prorſum exerendi. Hæc à motu: illa à qualitatibus nigra: à figura, biſulca: à quantitate, longa: à partium conſtitutione, tenuis. Communicat cum lacertis fiſſuram. Superat lacertis magnitudine fiſsionis.

Nota τῶν πεζῶν καὶ ᾠοτόκων ſuperfluè additum, neque cuiquam ſeruire intellectioni. Item cùm dixit μάλιστα de duobus: comparat enim lacertos & ſerpentes.

Theodorus neſcio qua de cauſſa addidit illa verba: *nulla euariat ratione.* Nanque variat, vt indicatum eſt. Idcircóque addidit Ariſtoteles χεδόν.

Vuluam bifidam, & *linguam bifidam* habent ſerpentes, vt interpretatur Theodorus, & ait vtrobique Ariſtoteles δικρόαν, verùm æquiuocè. Nanque diuerſo modo ſunt. Fiſſura linguæ in medio eſt: ſolidæ partes vtrinque. At in vulua è contrario: ſolida pars in medio pro pariete: vtrinque ſinus vacui: ſic Iſthmus & fretum, inſula & lacus correſpondent. Voluit dicere: vacuum vuluæ fiſſum eſt, & ſolidum linguæ. Nos maluimus *biforem* quàm *bifidam.*

Cùm gulam longiorem intelligere habeamus: aut contrarium percipias, ex oratione Theodori, aut ambigas: ſic enim ſcribit. *Arteria longa admodum eſt, atque etiam gula longior.*

Maior error cùm dicit: *vt eſſe ſub lingua videatur.* Immò è contrario lingua ſub arteria: reddit enim huius rei rationem, vt docuimus.

Illud quoque non rectè addidit de ſuo; *atque ſi extrahas.* Nanque etiam ſi non extrahas, exerunt angues linguam porrò vſque: addidítque etiam de ſuo: *vibretur*, & λεπτὰ *tenuiſſimum* extulit in ſuperlatiuum: cæterùm *capillamentis diſcreta* non eſt, ſed in tenuitatem exilem deſinit.

Aa

CLVIII. ARISTOTELES.

Ἔχει δὲ καὶ ἡ φώκη ἐσχισμένην τὴν γλῶτταν.

Vitulo quoque marino lingua fiſſa eſt.

CAESAR.

Consvltivs tranſtuliſſet particulam hanc eam in commentationem, quæ de lingua agit: nunc ab re intermiſcet vitulum marinum ſerpentibus.

CLIX. ARISTOTELES.

Τὴν δὲ κοιλίαν ὁ ὄφις ἔχει οἷον ἔντερον εὐρυχωρέστερον, ὁμοίαν τῇ τοῦ κυνός. εἶτα τὸ ἔντερον μακρὸν καὶ λεπτὸν, καὶ μέχρι τοῦ τέλους ἕν. ἐπὶ δὲ τοῦ φάρυγγος ἡ καρδία μικρὰ καὶ μακρὰ, καὶ νεφροειδής· διὸ δόξειεν ἂν ἐνίοτε, οὐ πρὸς τὸ στῆθος ἔχειν τὸ ὀξύ. εἶθ' ὁ πνεύμων ἁπλοῦς, ἰνώδει πόρῳ διηρθρωμένος, καὶ μακρὸς σφόδρα, καὶ πολὺ ἀπηρτημένος τῆς καρδίας. καὶ τὸ ἧπαρ μακρὸν καὶ ἁπλοῦν· σπλῆνα δὲ μικρὸν καὶ στρογγύλον, ὥσπερ καὶ οἱ σαῦροι. χολὴν δ' ἔχει ὁμοίως τοῖς ἰχθύσιν. αἱ μὲν γὰρ ὕδροι, ἐπὶ τῷ ἥπατι ἔχουσιν· οἱ δ' ἄλλοι, πρὸς τοῖς ἐντέροις, ὡς ἐπιτοπολύ. καρχαρόδοντες δὲ πάντες εἰσί. πλευρὰς δ' ἔχουσιν ἴσας ταῖς ἐν τῷ μηνὶ ἡμέραις· τριάκοντα γὰρ ἔχουσι. λέγουσι δέ τινες συμβαίνειν περὶ τοὺς ὄφεις τὸ αὐτὸ, ὅπερ καὶ περὶ τοὺς νεοττοὺς τῶν χελιδόνων. ἐὰν γάρ τις ἐκκεντήσῃ τὰ ὄμματα τῶν ὄφεων, φασὶ φύεσθαι πάλιν· καὶ κέρκοι δὲ ἀποτεμνόμεναι τῶν τε σαύρων καὶ τῶν ὄφεων, φύονται.

Serpentis ventriculus inteſtino aſſimilis eſt laxiuſculo canini ſpecie. Tum inteſtinum longum tenue, vno tenore vſque ad exitum. In gutture cor puſillum oblongum renunculi figura: quam ob cauſſam fit aliquando vt credatur mucronem ad pectus non intendi: præterea pulmo ſimplex fibraceis fiſtulis directus, longus valde, valdéque procul appenſus à corde. Iecur longum & ſimplex: lien longus & teres qualis in lacertis: fel quemadmodum in piſcibus. Natrices nanque ad iecur habent: magna aliorum pars ad inteſtina. Serpentum generi vniuerſo ſerrati ſunt dentes: coſtæ tot, quot in menſe dies, xxx. ſcilicet. Nonnulli memoria prodidere communi natura eis atque hirundinis pullis eſſe comparatum, vt expuncti oculi renaſcantur. Nam tum lacertorum, tum ſerpentum caudæ abſciſſæ redintegrantur.

CÆSAR.

Redit ad ſerpentum partes, ſed ſaltuatim. Nam priùs de corde, quàm de pulmone, poſt iecur, lienem. De dentibus ponit in ſpeciebus differentiam. Quod ad fel attinet, quibuſdam eſſe ad hepar, aliis ad inteſtina. Nam Plinius ludit operam qui prodidit in dentibus fel habere, iiſque pertuſis. Idq; venenum eorum eſſe. In calce communem naturam oculorum cum pullis hirundinis, & caudarum cum lacertis prodit. Verùm alterum ex aliorum relatione, alterum ipſe aſſerit.

Obſeruato: καὶ μέχρι τοῦ τέλους ἕν: hic, ἕν, non vnum ſignificat, ſed ſimplex; id eſt, non diuerſa facie: omnibus enim in animalibus vnum eſt inteſtinum ſubſtantia μέχρι τέλους: ſed diuerſum facie aliquibus ſecundùm partes. Itaque Theodorus dixit, *vniforme*: τέλος maluimus nos *exitum* dicere, quoniam & finem ſignificat, & exitum excrementorum, quòd innuat locum.

Nota poſt cor quod in faucibus locat, ſic dicit: εἶθ' ὁ πνεύμων: minùs rectè: neque enim eſt εἶτα: ſed ἄνω.

Διηρθρωμένος: directus: ſed licenti nimis voce. Neque enim ἄρθρα ibi, neque diſſimilitudo multa partium eius membri.

Nota & illud: Atticè numerum pro numero poſuiſſe: ἰνώδει πόρῳ: pro eo quod eſſe debuit ἰνώδεσι πόροις: neque enim vnam tantùm fiſtulam habent.

Animaduerte fecunditatem ingenij feſtiuam. Cùm coſtarum numerum non ſimpliciter dixit: ſed ad dierum quantitatem retulit.

Videto

Videto etiam illam locutionem : κέρκοι ἀποτεμνόμεναι φύονται. Neque enim naſcuntur illæ caudæ abſciſſæ, ſed in abſciſſarum aliarum locum aliæ. Ita tamen loquimur.

Vſi ſumus diminutiuo, *laxiuſculo* : quoniam non admodum laxus eſt ventriculus in ſerpentibus.

Theodorus, ἰνώδης πόρος διηρθρωμένος, *fibroſus, fiſtuloſus* : rectiſſimè ſi ex his verbis intelligere cogamur, fiſtulas illas eſſe fibraceas : ſed non eſt neceſſe.

Ἐπὶ τοῦ δὲ φάρυγγος : *arteria poſtrema* Theodorus : meliùs *ſuprema.*

Theodorus de liene legit μικρὸν καὶ στρογγύλον : *exiguus rotundúſque.* Credo deterruit eum vocum contrarietas apparens : ſi μακρὸν legeret. Quoniam longum & rotundum idem non ſit. At στρογγύλον hîc teretem ſignificat. Et ſanè in ſerpente omnia oblonga præter cor, ipsúmque ob longum.

Ἐκκεντήσαι *lacerare*, quàm *expungere* maluit Theodorus. Plinius, *eruere*, dixit. Idem, *cauda amputata* potiùs, quàm *abſciſſa.* At vitis amputatur relicto quod velis, cùm circumadimis ſuperflua : cauda autem abſcinditur, non amputatur : ſed Plinium ſecutus eſt, vim verbi non attendit.

Hoc igitur excuſetur : illud nequaquam : cùm καρχαρόδοντας, interpretatus eſt *exertos dentes* : nam neque id ſonat vox Græca : neque verum eſt : neque exerti ſunt duo illi quos longiſſimos, tradit Plinius in ſerpentibus. Quanquam præ cæteris extent.

CAPVT VIGESIMVM-PRIMVM,

De ventriculo & inteſtinis piſcium.

CLX. ARISTOTELES.

Ὡσαύτως δὲ καὶ τοῖς ἰχθύσιν ἔχει τὰ περὶ τὰ ἔντερα, καὶ τὴν κοιλίαν. μίαν γὰρ καὶ ἁπλῆν ἔχουσι, διαφέρουσαν τοῖς σχήμασιν. ἔνιοι γὰρ πάμπαν ἐντεροειδῆ ἔχουσιν, οἷον ὃν καλοῦσι σκάρον, ὃς δὴ καὶ μόνος ἰχθὺς δοκεῖ μηρυκάζειν· καὶ τὸ τοῦ ἐντέρου δὲ μέγεθος ἁπλοῦν, καὶ ἀναδίπλωσιν ἔχει, ὃ ἀναλύεται εἰς ἕν.

Similis eſt & in piſcibus ventriculi atque inteſtinorum natura. Vnum quippe habent, ac ſimplicem, figura tantùm diuerſam. Quibuſdam nanque alterius forma eſt : vt ſcaro, quem ſolum ex piſcibus putant ruminare : inteſtinum quoque quantum quantum eſt, ſimplex eſt, ac replicatum in vnum reſolui poteſt.

CÆSAR.

A SERPENTIBVS ad piſces transfert orationem : ſimplici eos eſſe tum ventriculo, tum inteſtino. Sed alia alij figura. Ponit exemplum ſcari : addit rationem : quoniam inquit, ruminat : neceſſe igitur eſt alia longè figura ei conſtare inteſtinum ac cæteris. In tertia parte ſoluit dubitationem : diceret aliquis, non ſimplex eſſe, ſed replicatum, atque inuolutum. Hoc, inquit, nihil eſt : nam ſi reſoluas, eiuſdem tenoris ac naturæ omnes inuenias partes.

Dixit δοκεῖ, circumſpectè de re dubia, ne redarguatur.

Τὸ τοῦ ἐντέρου μέγεθος : non ſatis putauit ſi diceret, τὸ ἔντερον : nos pleniſſimè vt opinor, *quantum quantum.*

Εἰς ἕν. Theodorus, *in vnum continuúmque* ambitioſè.

CLXI. ARISTOTELES.

Ἴδιον δὲ τῶν ἰχθύων ἐστὶ, καὶ τῶν ὀρνίθων τῶν πλείστων, τὸ ἔχειν ἀποφυάδας. ἀλλ' οἱ μὲν ὄρνιθες, κάτωθεν καὶ ὀλίγας· οἱ δ' ἰχθύες, πλείους ἄνωθεν περὶ τὴν κοιλίαν. καὶ ἔνιοι πολλὰς, οἷον κωβιὸς, γαλεὸς, πέρκη, σκορπίος, κιθαρὸς, τρίγλη, σπάρος· ὁ δὲ κεστρεὺς, ἐπὶ μὲν θάτερα τῆς κοιλίας, πολλὰς, ἐπὶ θάτερα δὲ μίαν. ἔνιοι δ' ἔχουσι μὲν, ὀλίγας δὲ, οἷον ἥπατος καὶ γλαῦκος. ἔχει δὲ καὶ ὁ χρύσοφρυς ὀλίγας.

Piſcibus auiúmque parti maximæ peculiaris appendicum natura eſt: verùm auibus infernè & pauca: piſcibus plures ac supernè circiter ventriculum. Item quibuſdam multæ: vt gobio, muſtelo, percæ, ſcorpio, cytharo, mullo, ſcaro: ſed mugili altera ex parte ventriculi multæ, altera vna tantùm. Quibuſdam pauca, vt iecorino, & glauco, & aurata.

CAESAR.

NVNC aſſignat appendices, id eſt, diuerticula inteſtinorum, tam auibus quàm piſcibus communes. Secundò, differentiam à loco. Aues enim infernè habent: piſces circa ventriculum. Item à numero: auibus paucas: piſcibus multas. Inter piſces ponit differentiam à frequentia, & infrequentia. Inter eos quibus frequentes ſunt ponit differentiam. Nam mugil non vtrinque, ſed alterâ tantùm parte multas habet: poſtremò ponit exempla corũ qui minùs frequentes habent.

Nota ſuperfluam orationem cùm poſſet dicere καὶ χρύσοφρυς: addidit multa verba alia otioſa.

Theodorus cùm ἥπατον *Iecorinum* Latinè fecit; quare non fecit & γλαῦκον *Caſium*? κίθαρον quoque *Fidiculam* interpretatur; de qua in *noſtra Hiſtoria* ſatis dictum eſt. Idem non expreſſit ὀρνίθων πλείστων *magna ex parte*: ſed *maxima* dicendum fuit.

CLXII. ARISTOTELES.

Διαφέρουσι δὲ καὶ αὐτοὶ αὑτῶν· οἷον, χρύσοφρυς ὁ μὲν πλείους ἔχει, ὁ δὲ ἐλάττους.

Differunt autem & inter ſe eodem in genere. Aurata enim alia plures, alia pauciores habet.

CAESAR.

DIFFERENTIAM poſuerat inter genera maxima: quippe inter gobium & glaucum. Item inter genera propiora, ſcilicet gobium & mugilem. Nunc inter ſpecies. Nam idem genus auratarum aliter atque aliter habet.

CLXIII. ARISTOTELES.

Εἰσὶ δὲ καὶ οἱ ὅλως οὐκ ἔχουσιν, οἷον οἱ πλεῖστοι τῶν σελαχωδῶν, τῶν δ' ἄλλων οἱ μὲν, ὀλίγας, οἱ δὲ, πάνυ πολλάς. πάντες δὲ παρ' αὐτὴν ἔχουσι τὴν κοιλίαν τὰς ἀποφυάδας οἱ ἰχθύες.

Sunt etiam genera quæ omnino his careant, vt maxima cartilagineorum pars. Cæteri partim paucas, partim multas habent appendices iuxta ventriculum omnes.

CAESAR.

C Æ S A R.

TERTIVM membrum ponit diuiſionis, quod primo loco ponere debuerat: notius enim eſt quippe ſimplicius non habere diuerticula inuolucrorum; ſed & repetit inutiliter diuiſionem eorum, qui multa & pauca habent: item eorum ſitum ad ventriculum.

CAPVT VIGESIMVM-SECVNDVM,

De Auium viſceribus.

CLXIV. ARISTOTELES.

I' δ' ὄρνιθες ἔχουσι [καὶ πρὸς ἀλλήλους,] καὶ πρὸς τὰ ἄλλα ζῷα, περὶ τὰ ἐντὸς μέρη διαφοράν. οἱ μὲν γὰρ, ἔχουσι πρὸ τῆς κοιλίας πρόλοβον, οἷον ἀλεκτρυὼν, φάσσα, περιστερὰ, πέρδιξ. ἔστι δ' ὁ πρόλοβος, δέρμα κοῖλον καὶ μέγα, ἐν ᾧ ἡ τροφὴ πρώτη εἰσιοῦσα, ἄπεπτός ἐστιν. ἔστι δ' αὐτόθι μὲν, ἀπὸ τοῦ στομάχου στενότερος, ἔπειτα εὐρύτερος. ᾗ δὲ καθήκει πάλιν πρὸς τὴν κοιλίαν, λεπτότερος.

AVium viſcera & inter ſe, & ab aliis differunt animãtibus: quibuſdã nanque præiacet ventriculo ingluuies, vt gallo, palumbæ, columbæ, perdici: eſt autem ingluuies, corium cauum, amplúmque, in quod receptus cibus per initia incoctus eſt. Illico ab gula, anguſtius: deinde laxius: tum autem quà ad ventriculum demittitur, rurſum arctius.

C Æ S A R.

POSTREMO hoc capite reliquam naturam perſequitur, auium ſcilicet: ponítque vnum membrum quo cætera omnia genera carent: quod appellat πρόλοβον: habet tamen aliquid ſimilitudinis ruminantium genus, quod ſemeſum cibum, crudum adhuc demittit in conceptaculum, antequam ventriculo concoquatur: πρόλοβος inde dictus eſt, quoniam antequam deueniat in ventriculum cibus, hoc antecapitur. Latini *ingluuiem* vocant: quaſi inter gulam & ventriculum: hanc vocem Columella docuit nos in VIII. cùm de gallinis loquitur. *Niſi*, inquit, *vacua eſt ingluuies cruditatem ſignificat*: aliqui barbarorum, *Papam* vocant Taurini *Papaccium* Virgilius tranſtulit ad hydri voracitatem.

Λεπτότερος, ambigendum an λεπτὸν de vacuo vnquam dicatur: de ſolido potiùs, vt λεπτὸς ὁ λίθος: at quis dicat tibiæ vacuitatem λεπτὴν: ſanè dubito: rectè Theodorus, *arctior*, dixit: quoniam eſt πάλιν. dixerat enim στενότερος.

CLXV. ARISTOTELES.

ΤΗ'ν δὲ κοιλίαν, σαρκώδη καὶ στιφρὰν οἱ πλεῖστοι ἔχουσι, καὶ ἔσωθεν ἓν δέρμα ἰσχυρὸν, καὶ ἀφαιρούμενον ἀπὸ τοῦ σαρκώδους.

PLurima auium ventriculum carnaſum atque compactum habent: pelle interiore robuſta, etiam cum à carnoſo ablata eſt.

CAESAR.

NVNC declarat ventriculi conſtitutionem: στιφρὸν compactum ſignificat. Theodorus malè *Calloſum*: neque enim callus id eſt.

Ἀφαιρούμενον: non dicit *facultatem auferendi*, vt interpretatus eſt Theodorus: ſed voluit innuere, etiam tunc eſſe robuſtam pellem cùm ablata eſt: ac ſanè id ita eſſe quotidie videmus.

In Theodori quoque codice puto mendosè legi, *cruſtatis*, atque æquè ſanè haud ſcio, quid eius loco ſubſtituamus.

CLXVI. ARISTOTELES.

Οἱ δὲ, πρόλοβον μὲν οὐκ ἔχουσιν, ἀλλ' ἀντὶ τούτου τὸν στόμαχον εὐρὺν καὶ πλατὺν, ἢ δι' ὅλου, ἢ πρὸς τὴν κοιλίαν τείνοντα, οἷον κολοιὸς, καὶ κόραξ, καὶ κορώνη. ἔχει δὲ καὶ ὄρτυξ τοῦ στομάχου τὸ πλατὺ κάτω. καὶ ὁ αἰγοκέφαλος μικρὸν εὐρύτερον τὸ κάτω, καὶ ἡ γλαύξ. νῆττα δὲ καὶ χὴν, καὶ λάρος, [καὶ] καταρράκτης, καὶ ὠτὶς, τὸν στόμαχον εὐρὺν καὶ πλατὺν ὅλον. καὶ ἄλλοι δὲ πολλοὶ τῶν ὀρνίθων ὁμοίως.

QVadam quæ ingluuie carent, eius vice habent gulam capacem ac latam, aut totam quà iungitur ventriculo. Quales monedulæ, corui, cornices. In coturnice ventriculi ima pars latior eſt, capaciuſcula quoque in capricipite: item noctua. Anas, anſer, gauia, mergula, tarda, gulam amplam & latam totam; quemadmodum multæ aues aliæ.

CAESAR.

REPETIT nunc alteram partem propoſiti: ſcilicet differentiam auis inter ſe: & explicat ſupplementa naturæ.

Dixit εὐρὺν καὶ πλατὺν: τὸ πλατὺς ſuperficiem in latitudine ſignificat: τὸ εὖρος capacitatem ipſam.

Καταρράκτην *mergulam* interpretati ſumus παρὰ τὸ καταρράσσειν.

Ὠτίδα *tardam* ex Plinio. *Auritillam* ſi licet, potes dicere.

CLXVII. ARISTOTELES.

Ἔνιοι δὲ τὴν κοιλίαν αὐτὴν ἔχουσιν ὁμοίαν προλόβῳ, οἷον ἡ κεγχρίς.

ALiis ventriculus ingluuiei ſimilis eſt: vt tinnunculo.

CÆSAR.

PRIMA differentia erat habere ingluuiem: altera habere eius vice gulam amplam. Tertia nunc eſt habere ventriculum ingluuiei ſimilem.

CLXVIII. ARISTOTELES.

Ἔστι δὲ ἃ οὐκ ἔχει οὔτε τὸν στόμαχον, οὔτε τὸν πρόλοβον εὐρὺν, ἀλλὰ τὴν κοιλίαν μακρὰν, ὅσα μικρὰ τῶν ὀρνίθων, οἷον χελιδὼν, καὶ στρουθός.

SVnt quæ neque gulam, neque ingluuiem amplam, ſed ventriculum longum habent: quale genus auicularum: hirundo, & paſſer.

CAESAR.

C AE S A R.

QVarta differentia, ſine gula, ſine ingluuie: ſed ventriculum ab ore ad inteſtina porrectum quæ habeant.

CLXIX. ARISTOTELES.

Ὀλίγοι δ' οὔτε τὸν πρόλοβον ἔχουσιν, οὔτε τὸν στόμαχον εὐρυν, ἀλλὰ σφόδρα μακρὸν, ὅσοι τὸν αὐχένα μακρὸν ἔχουσιν, οἷον πορφυρίων. σχεδὸν δ' οὗτοι καὶ τὸ περίττωμα ὑγρότερον τῶν ἄλλων προΐενται πάντες.

PAuca quibus, neque ingluuies, neque gula ampla eſt: ſed valde longa: ſanè quibus collum item longum eſt, qualis porphyrio: Hæ ferè liquidius præ cæteris excernunt.

C AE S A R.

QVINTVM diſcrimen earum quæ neque ingluuiem, neque pro ingluuie gulæ obtinent amplitudinem: ſed longam eam habent. Addit loci rationem, ſicut faciebat in ſerpentibus: quoniam, inquit, collum longum eſt: ponit exemplum Porphyrionis: in fine ſtatuit affectionem huius generis. Quoniam liquidius quiddam præ cæteris deijciunt.

Theodorus pro deijcere, *reijcere* malè poſuit: niſi mendum ſit in codice.

Maluimus *ὑγρότερον liquidius*, quàm *humidius*: efficacia enim in noſtra voce maior.

CLXX. ARISTOTELES.

Ὁ δ' ὀρτυξ ἰδίως ταῦτα ἔχει πρὸς τοὺς ἄλλους. ἔχει γὰρ καὶ πρόλοβον, καὶ πρὸ τῆς γαστρὸς τὸν στόμαχον εὐρυν καὶ πλάτος ἔχοντα. διέχει δὲ ὁ πρόλοβος τοῦ πρὸ τῆς γαστρὸς στομάχου συχνὸν, ὡς κατὰ μέγεθος.

COturnici, peculiare præter cæteras; ingluuies ſimul & præ ventre gula, ampla latitudine: tum ingluuies ab gulæ parte qua ventris eſt, multùm diſtat pro magnitudine.

C AE S A R.

SEXTA differentia earum quibus & ingluuies eſt, & ampla gula, quæ ingluuiei loco in multis eſſe videbatur. Declarat ſecundo loco ingluuiei ſitum. Dicitque *διέχει ἀπὸ τοῦ πρὸ τῆς γαστρὸς στομάχου*: vbi notandum quòd *γαστέρα* nominat, quod ſupra *κοιλίαν*: præterea neſcio quomodo vocat *στόμαχον τῆς γαστρός*. Nam gulam ventris quis dicat? Theodorus vt mitigaret orationis duritiem appoſuit vocem illam, *propinqua*: ſanè fortaſſe corruptus eſt codex. Nota etiam vocem *συχνόν*.

CLXXI. ARISTOTELES.

Ἔχουσι δὲ καὶ λεπτὸν τὸ ἔντερον οἱ πλεῖστοι, καὶ ἁπλοῦν ἀναλυόμενον.

SVnt auium complurimæ tenui inteſtino, eodémque ſimplici, ſi explicetur.

C Æ S A R.

PROPRIIS affectionibus ſuo cuique generi attributis, nunc communem naturam declarat. Dicit ſimplex eſſe inteſtinum ſi explicetur. Namque ſic vt natura comparatum eſt, maius ſimplex apparet.

Theodorus τὸ ἀναλυόμενον : *& ſimplex reſolui poteſt* : minùs planè aſſecutus.

CLXXII. ARISTOTELES

Τὰς δ' ἀποφυάδας ἀπολελυμένας ἔχουσιν οἱ ὄρνιθες, καθάπερ εἴρηται, ὀλίγας, καὶ οὐκ ἄνωθεν, ὥσπερ οἱ ἰχθύες, ἀλλὰ κάτωθεν κατὰ τὴν τοῦ ἐντέρου τελευτήν. ἔχουσι δ' οὐ πάντες, ἀλλ' οἱ πλεῖστοι, οἷον ἀλεκτρυών, πέρδιξ, νῆττα, νυκτικόραξ, λόκαλος, [ἀσκάλαφος,] χήν, κύκνος, ὠτίς, γλαῦξ. ἔχουσι δὲ καὶ τῶν σμικρῶν τινές, ἀλλὰ σμικρὰ πάμπαν, οἷον στρουθός.

Appendices auium explicatæ ſunt: ſed quemadmodum diximus paucæ, neque supernè, vt piſcibus, ſed in ima parte ad extrema inteſtini. Itaque non omnibus ſed maximæ tamen parti. Talis eſt gallus, perdix, anas, nocticorax, cocalus, aſcalaphus, anſer, olor, auritilla, noctua. Eaſdem etiam in minuſculorum genere auicularum inuenias: Sed admodum puſillas, vt in paſſere.

CAESAR.

TOTO ambitu auium tribuit appendices, ſed alias maioribus aut minoribus.

In codice Græco λόκαλος. in Latino *Ciconia.* Sed cocalus eſt auis candida in marinis æſtuarijs è piſciculis victum quæritans : pedibus rubris : ſpeculata prædam in ſummo æquore laſciuientem de improuiſo demiſſa pedibus capit : magnitudine eſt quaſi palumbæ. Aſcalaphus quænam ſit auis, neque amplius ex Ariſtotele, neque vſquam è Plinio aut ex Æliano deprehendere potuimus. Sed Ouidius inter fabulas oſtendit eſſe bubonis ſpem. Quare & hic & alibi animaduertendum an Ariſtoteles eandem rem diuerſis nominibus indicârit.

FINIS LIBRI SECVNDI.

ΑΡΙΣΤΟΤΕΛΟΥΣ ΠΕΡΙ ΖΩΩΝ ΙΣΤΟ-ρίας τὸ Γ.

ARISTOTELIS HISTORIÆ DE ANIMALIBVS Liber III.

CAPVT PRIMVM,

De ſitu membrorum quæ ad generationem pertinent.

I. ARISTOTELES.

ΠΕΡΙ μὲν οὖν τῶν ἄλλων μορίων τῶν ἐντὸς εἴρηται, καὶ πόσα καὶ ποῖα ἄττα, καὶ τίνας ἔχει πρὸς ἄλληλα διαφοράς· λοιπὸν δὲ περὶ τῶν εἰς τὴν γένεσιν συντελούντων μορίων εἰπεῖν. ταῦτα γὰρ τοῖς μὲν θήλεσι πᾶσιν ἐντός ἐστι· τὰ δὲ τῶν ἀρρένων, διαφορὰς ἔχει πλείους.

DE interioribus partibus, déque earum numero, qualitatibus, mutuiſque differentijs hactenus: reliquum eſt, vt de ijs quæ ad animantium generationem pertinent diſſeramus. Hæ enim fœminis omnibus intus ſunt: in maribus autem compluribus, iiſque diuerſis conſtant rationibus.

CÆSAR.

PROPTEREA quòd ſummam inſtituti ſui ita partitus fuerat, vt ſeorſum interiores partes ab exterioribus contemplaretur. Iccircò videtur coactus fuiſſe, vt ſeparatim librum conſcriberet, de ijs partibus quæ ad generationem pertinerent. Reddit enim rationem: propterea, inquit, quòd quanquam fœminis interiores ſunt, tamen maribus non eadem conſtant ratione: ſed alijs intus, alijs extra ſunt. Hoc eſt quod dicebat: ταῦτα γάρ: vox enim γὰρ, vult declarare τὸ λοιπόν: quare reſtet nunc de his dicere: neque ſimul cum alijs eas deſcripſerit. Verùm ſanè commodiùs facturus fuerit: ſi hanc harum partium hiſtoriam cum ſuperiori libro coniunxiſſet: atque à conſimilibus partibus hunc eſſet auſpicatus tertium. Sic namque fecit in libro primo: ſic in hoc tertio: vt poſt partes quæ ad indiuiduum pertinent, ſubdat partes quæ ad ſpeciem ſpectant: ſcilicet membra generationis. Generatio enim propter ſpeciem eſt.

Nota locutionem minus rotundã Ariſtotelis: περὶ μὲν τῶν ἄλλων μορίων τῶν ἐντὸς nõ rectè ἄλλων: nã mẽbra generationis, aut non omnibus interiora; aut ſi interiora ergo malè diſiũxit toto libro.

τῶν εἰς τὴν γένεσιν συντελούντων. Theodorus. *Quæ ad generationem miniſtrant* valde vereor ne ſit peſſima locutio: συντελεῖν eſt *conferre ad munia publica.*

Idem τὸ γὰρ, *de quo ſupra diximus*, & ignorauit vim & neglexit.

II. ARISTOTELES.

ΤΑ μὲν γὰρ ὅλως τῶν ἐναίμων ζώων, οὐκ ἔχει ὄρχεις· τὰ δὲ, ἔχει μὲν, ἐντὸς δὲ ἔχει. καὶ τῶν ἐντὸς ἐχόντων τὰ μὲν, πρὸς τῇ ὀσφύϊ ἔχει, περὶ τὸν τῶν νεφρῶν τόπον· τὰ δὲ, πρὸς τῇ γαστρί· τὰ δὲ, ἐκτός.

QVæ enim ſanguine conſtant animalia, partim teſtibus carent: partim habent, ſed intus. Atque horum quidem alijs ſiti ſunt ad lumbos circa renum regionẽ, alijs verò ad ventrem. Partim habẽt extra.

CÆSAR

C AE S A R.

CVm membra generationis ſint teſtes & penis, aut ſi quid horum loco ſubſtitutum eſt, à teſtium differentijs incipit. Sic in animalibus ſanguinis quibuſdam teſtes inuenias, in quibuſdam nullos: ſecunda differentia quæ teſtes habent, ea intus aut foris: quæ intus, aut ad lumbos, aut ad ventrem: id exactiùs explicemus. Sunt teſtes omnibus gemini, præterquàm buteoni, qui propterea τριόρχης dicitur: differentia eorum à ſitu, quoniam pecori & iumentis inter fœmina: homini ante fœmina, ſuibus retrò ad fœmina: Delphino aluo extrema: auibus ad lumbos. Item homini penſiles, pecori, iumentis, & maximè equis: ſuibus ſubnexi: felibus affixi: à figura: ſubrotundi penè omnibus. Delphino oblongi à magnitudine: grandiſſimi equis & ſuibus: homini mediocres, & cani: felibus puſilli: ſerpentibus nulli: item piſcibus, ſed eorum loco venæ.

Theodorus laſciuiuſcula oratione vſus eſt, cùm dixit, *aut aluo crediti ſunt.*

III. ARISTOTELES.

Καὶ τὸ αἰδοῖον, τούτων τοῖς μὲν συνήρτηται πρὸς τὴν γαστέρα, τοῖς δὲ ἀφεῖται, καθάπερ καὶ οἱ ὄρχεις.

Atque his quidem genitale partim ventri appenſum cohæret: partim demiſſum eſt quemadmodum & teſtes.

C Æ S A R.

ALTERAM partem genitalium ponit: ſcilicet veretrum: attribuítque eaſdem differentias duas, quas & teſtibus: adhærendi & pendendi.

Theodorus hanc diuiſionem attribuit his tantùm quibus teſtes foris pendent, ita coarctauit τούτων ad ea tantùm animalia: minus rectè; de omnibus enim intelligit quibus veretrum datum eſt: ſicut elephanto teſtes intus ſunt, genitale tamen ventri hæret.

συνήρτηται. *aluo annexum ſuſtinetur*: melius nos; *cohæret appenſum*, præterea aluus interior ventris pars eſt: nemo enim exteriorem aluum Latinè dicat.

IIII. ARISTOTELES.

Πρὸς [δὲ] τὴν γαστέρα συνήρτηται ἄλλως τοῖς τ᾽ ἐμπροσθουρητικοῖς καὶ τοῖς ὀπισθουρητικοῖς.

QVin alio modo ijs quæ antrorſum, & alio ijs quæ retrorſum vrinam reddũt, cohæret ventri.

C AE S A R.

MInutiùs ſecat τὸ συνήρτηται per differentias quas ſuperioribus libris ſtatuit, inter ea quæ antrorſum, & ea quæ retrorſum mingunt.

Non auſim Theodori vti locutione, qui *ex aduerſo* interpretatur τὸ ἐμπροσθουρητικόν: nã quanquam bona oratio eſt: tamen ambiguitas iuſsit me abſtinere. Nam Camelus cùm mingit atque ego ponè ſto, auerſus ex auerſo mingit.

V. ARISTOTELES.

Τῶν μὲν οὖν ἰχθύων οὐδεὶς ὄρχεις ἔχει, οὐδ᾽ εἴ τι ἄλλο ἔχει βραγχία, οὐδὲ τὸ τῶν ὄφεων γένος ἅπαν, οὐδ᾽ ὅλως ἄπουν οὐδὲν, ὅσα μὴ ζωοτοκεῖ ἐν αὑτοῖς.

Piſcium igitur nulli teſtes, neque ſi quid prætereà branchijs præditum eſt. Caret quoque ſerpentum genus vniuerſum. Omnino verò animantes omnes quibus à natura pedes dati non ſunt: niſi ſi qua animal in ſeipſis concipiunt.

CÆSAR

CÆSAR.

OSTENDIT teſtium habitum: nunc priuationem aufert à piſcibus: amplificat propoſitionem cùm aufert ab omni genere branchiato: ab omni genere ſerpentum: ab omni genere pedibus carente: poſtremò moderatur, cùm dicit, *niſi ſi quæ animal concipiunt.* Quibus verbis cetacea aliquot, atque inter ea delphinum tollit: quibus piſcium nomen negatum ab Ariſtotele: & à natura branchiæ datæ, pedes negati.

VI. ARISTOTELES.

Οἱ δ' ὄρνιθες, ἔχουσι μὲν ὄρχεις, ἔχουσι δ' ἐντὸς πρὸς τῇ ὀσφύϊ. καὶ τῶν τετραπόδων ὅσα ᾠοτοκεῖ, τὸν αὐτὸν ἔχει τρόπον οἷον σαύρα, καὶ χελώνη, καὶ κροκόδειλος· καὶ τῶν ζωοτόκων, ἐχῖνος.

Aves autē teſtibus prædita ſunt: ſed eos intus ad lumbos habent. Quemadmodum & quæ drupedes oua parientes: lacerta, teſtudo, crocodilus: & inter eas quæ animal pariunt Erinaceus.

CÆSAR.

REdit ad habitum: in genere auium: ſitúmque declarat: communicat eum cum quadrupedibus ouiparis in vniuerſum: at ijs quæ animal pariunt, non niſi vni Erinaceo.

VII. ARISTOTELES.

Τὰ δὲ τῶν ἐντὸς ἐχόντων, πρὸς τῇ γαστρὶ ἔχει· οἷον, τῶν ἀπόδων μὲν, δελφίς· τῶν δὲ τετραπόδων καὶ ζωοτόκων, ἐλέφας·

Quibus teſtes intus ſunt, ijs ventri hærent: vt inter ea quæ pedibus carent Delphino. Inter quadrupedes quæ animal pariunt elephanto.

CÆSAR.

ALteram differentiam ponit: in ſuperiore lumbis hærebant: in hac ventri. Diuerſas genere latiore ſpecies ponit, quippe marinam pedibus carentem, & terreſtrem quadrupedem. Vt intelligamus naturæ conſilia eſſe obſcuriſſima. Cùm ex tanto diſtent, hoc conuenire, & à propioribus ſpeciebus diſſidere.

VIII. ARISTOTELES.

Τὰ δ' ἄλλα, φανεροὺς ἔχει· ἡ δ' ἐξάρτησις ἡ πρὸς τὴν κοιλίαν καὶ τὸν τόπον τὸν συνεχῆ, τίνα διαφορὰν ἔχει, πρότερον εἴρηται. τοῖς μὲν γὰρ ἐκ τοῦ ὄπισθεν συνεχεῖς, καὶ οὐκ ἀπηρτημένοι εἰσὶν, οἷον τῷ γένει τῷ τῶν ὑῶν· τοῖς δὲ ἀπηρτημένοι, καθάπερ τοῖς ἀνθρώποις·

Alijs in aperto ſunt. At quemodo quoque loco ſiue ad ventrem, ſiue prope eum appenſi ſint, iam dictum eſt. Quibuſdam enim ponè continenter hærent, non pendent, quemadmodum ſuillo generi: alijs penduli ſunt vt homini.

CÆSAR.

POnit differentiam quam exequitur dupliciter: quibus, inquit, manifeſti ſunt teſtes, aut retrorſum vrinam faciunt, ergo continenter cohærent ijs: aut antrorſum mingunt, vt homines, quibus & penduli ſunt.

Theodorus de ſuo addidit, *tremuli.*

IX.

IX. ARISTOTELES.

Οἱ μὲν οὖν ἰχθύες ὄρχεις μὲν οὐκ ἔχουσιν, ὥσπερ εἴρηται πρότερον, οὐδ' οἱ ὄφεις. πόρους δὲ δύο ἔχουσιν, ἀπὸ τοῦ ὑποζώματος ἠρτημένους ἐφ' ἑκάτερα τῆς ῥάχεως, συνάπτοντας εἰς ἕνα ἄνωθεν πόρον, ἄχρι τῆς τοῦ περιττώματος ἐξόδου. τὸ δὲ ἄνωθεν λέγομεν, τὸ πρὸς τὴν ἄκανθαν. οὗτοι δὲ γίνονται περὶ τὴν ὥραν τῆς ὀχείας θοροῦ πλήρεις, καὶ θλιβομένων ἐξέρχεται τὸ σπέρμα λευκόν. αὐτοὶ δὲ πρὸς αὑτοὺς ἣν ἔχουσι διαφορὰν, ἔκ τε τῶν ἀνατομῶν θεωρεῖν δεῖ, καὶ ὕστερον λεχθήσεται ἐν τοῖς περὶ ἕκαστον αὐτῶν ἰδίοις ἀκριβέστερον.

Piſces igitur atque ſerpentes quemadmodum ſupra dictum eſt teſtibus carent: ſed præcordijs appenſos ad latus vtrumque dorſi, ad excrementi vſque exitum, de ſuperiore loco inter ſe in vnum commiſſos meatus habent duos. Intelligo locum ſuperiorem eum qui ſpinæ adiacet. Ij meatus coïtus tempore genitali ſemine turgent; vnde candida genitura attritu eliciatur. Eorum autem diuerſa natura, tum ex diſſectionum ratione contemplari oportet, tum à nobis dicetur, cùm quid cuique natura peculiariter comparatum ſit, ſigillatim exactiùs diſſeremus.

CAESAR.

Testium habitum & priuationem poſuit ſupra: nunc pro habitu ſtatuit proportionem in duobus generibus magnis: piſcibus enim & ſerpentibus attribuit pro teſtibus, meatus: eorum originem à præcordijs, finem ad exitum excrementi: tractum ab latere vtroque dorſi deſcribit. Quem locum non πρανῆ vt ſemper, ſed vt nos ſuperiorem vocat. Nam alibi ſuperius & inferius ratione capitis aut caudæ in his deſcribit. Itaque ſeipſum declarauit, cùm dixit, Voco autem ſuperiorem locum eum qui ſpinæ adiacet. Hinc oſtendit eorundem meatuum conſtitutionem. Quoniam in vnum coëant: locum quoque coïtionis declarat tam initij quàm finis. Initium ad ſpinam, finem ad foramen excrementorum. Poſt hæc declarat meatuum affectionem: Coïtus tempore impleri ſemine genitali; quod deprehenſum eſt: quoniam ſi exprimantur, illud expuant,. Seminis illius qualitatem docet: album ſcilicet. Quoniam autem non vno modo meatus iſti conſtituti ſunt, iccirco & reijcit nos ad diſſectionem animalium, & pollicetur in hiſtoria minutiore, cùm de ſingulis generibus prodet, exactiùs ſeſe dicturum: ſanè ſextum huius hiſtoriæ librum indicat.

Dixit primò ῥάχεως: mox ἄκανθαν: locus idem ſignificatur: ſicut cùm poſuit θορὸν, & σπέρμα. Declarauimus γονὴν animalium tantùm eſſe, σπέρμα communius: θορὸς autem quaſi adiectiuum quoddam τῆς γονῆς eſt, ab impetu quo exilit.

Neſcio an ſatis circunſpecta ſit oratio Theodori, cùm dixit: *binos meatus vtrumque ſpinæ latus perreptare*: omitto verbum *perreptare*, duriſſima tranſlatione. Neque enim mouentur meatus illi, ſed continuo tractu occupant: at ſinguli tantùm meatus vtrinque non bini ſunt.

Theodorus ἀπηρτημένους *exortos* dicit maximo periculo: neque enim quodcumque cuique rei appenſum eſt, continuò exortum dicimus: verumtamen dixit Theodorus: ſed quod interpretabatur parum fideliter ſequutus eſt. ἔξοδον *oſtium* potius, quàm *exitum* minus rectè dixit Theodorus. *Oſtium* ad ingreſſum prima ſignificatione conſtitutum fuit: ſic oſtia fluuiorum pro portubus appellârunt nautæ.

θλιβομένων. Theodorus *attritu mutuo ſemen effluit*: quaſi arctauerit hanc ſententiam ad coïtum tantùm quem peragunt piſces attritu mutuo. Verùm Ariſtoteles vt indicaret tempore coïtus turgidos eſſe ſemine, probauit quotidiana experientia: captorum piſcium ventrem digito ſi premas, exit ſemen illud, quos eò carius vendunt piſcatores, clamitantque eos lactantes eſſe.

X. ARISTOTELES.

Ὅσα δὲ ᾠοτοκεῖ, ἢ δίποδα ὄντα, ἢ τετράποδα, πάντ' ἔχει ὄρχεις πρὸς τῇ ὀσφύϊ, κάτωθεν τοῦ διαζώματος, τὰ μὲν λευκοτέρους, τὰ δ' ὠχροτε-

Oviparis animantibus ſiue bipedibus, ſiue quadrupedibus, omnibus ad lumbos, ſub ſepto ſiti ſunt teſtes: alijs candidiores, aliis pallidiores tenuibus

ερους, λεπτοῖς πάμπαν φλεβίοις περιεχομένους. καὶ ἀφ' ἑκατέρου τείνει πόρος συνάπτων εἰς ἕνα, καθάπερ καὶ τοῖς ἰχθύσιν, ὑπὲρ τῆς τοῦ περιττώματος ἐξόδου.

bus admodum ambiti venulis: quorum ab vtroque ſinguli meatus in vnum coëunt, quemadmodum & piſcibus ſupra exitum excrementi.

C Æ S A R.

DIFFERENTIAM teſtium, qui intus poſiti ſunt ouiparis, declarat, quod ad ſitum pertinet. Deinde colorem, tum habitum: amiciuntur enim venulis. Poſtremò officium tranſmittendi ſemen per meatus: vt in piſcibus.

Theodorus: *ſicut agi in piſcibus dictum eſt*, nihil tamen agitur: neque enim Latinè id accommodare poſſis.

XI. ARISTOTELES.

Τοῦτο δ' ἐστὶν αἰδοῖον, ὃ τοῖς μὲν μικροῖς ἄδηλον, ἐν δὲ τοῖς μείζοσιν, οἷον ἐν χηνὶ καὶ τοῖς τηλικούτοις, φανερώτερον γίνεται, ὅταν ἡ ὀχεία πρόσφατος ᾖ.

ID verò genitale eſt, quod in minuſculis non apparet: in maioribus, cuiuſmodi anſeres, atque aliæ ſimilis magnitudinis ſunt, manifeſtiùs extat, cùm recens inierint.

C AE S A R.

IN piſcibus non niſi attritu peragitur coïtus, nulla parte extante. At quæ pedibus præditæ oua pariunt id plus habent, quòd meatus duo, non ſolùm vt in piſcibus in vnum coëunt ad exitum excrementorum, ſed exit vnum id in coïtu. Sed in minoribus auiculis non apparere. Anſeribus valde longum pendulúmque quiddam prominet, cùm de tergo fœminæ deſcendunt. Hoc igitur appellat eorum genitale.

ὀχεία πρόσφατος *recens*: nam, vt dicimus *præ oculis, præ manibus* πρὸ ποδῶν, de ijs rebus quæ in promptu ſunt. Ita πρόσφατος quaſi *præ ore, præ ſermone*. παρὰ τὸ φάσθαι: niſi malis παρὰ τὸ φαίνεσθαι, quod potius eſſet πρόσφαντος.

XII. ARISTOTELES.

Οἱ δὲ πόροι, καὶ τοῖς ἰχθύσι καὶ τούτοις προσπεφύκασι πρὸς τῇ ὀσφύϊ ὑποκάτω τῆς κοιλίας καὶ τῶν ἐντέρων, μεταξὺ τῆς μεγάλης φλεβός, ἀφ' ἧς τείνουσι πόροι εἰς ἑκάτερον τῶν ὄρχεων.

MEatus autem tam his quàm piſcibus à natura annexi ſunt in lumbis, ſub ventre & inteſtinis, ad medium venæ magnæ: de qua intenduntur meatus ad vtrumque teſtium.

C AE S A R.

POST differentiam genitalis & teſtium, inter ouipara pedibus carentia, ſcilicet ſerpentes & piſces: ponit communem naturam meatuum, corúmque ſitum declarat.

μεταξὺ τῆς μεγάλης φλεβός. Theodorus *inter venam maiorem*, malè: neque enim meatus inter maiorem venam ſunt. Nam quæ eſt hæc locutio? *inter venam maiorem* & quid? Sed *ad medium magnæ venæ* dicendum eſt: à qua, & à quo loco diriguntur ad teſtes.

Ariſtoteles cùm πόρους in ore haberet, déque his loqueretur; neque multa verba feciſſet, tamen repetiit fruſtrà: ἀφ' ἧς τείνουσι πόροι: dixiſſet αὐτοί.

XIII. ARISTOTELES.

Ὥσπερ δὲ τοῖς ἰχθύσι, περὶ μὲν τὴν ὥραν τῆς ὀχείας θορός τε φαίνεται ἐνών, καὶ οἱ πόροι σφόδρα δῆλοι· ὅταν δὲ παρέλθῃ ἡ ὥρα, ἄδηλοι καὶ οἱ πόροι ἐνίοτε· οὕτω καὶ τῶν ὀρνίθων οἱ ὄρχεις, πρὶν μὲν ὀχεύειν, οἱ μὲν μικρούς, οἱ δὲ πάμπαν ἀδήλους ἔχουσιν· ὅταν δὲ ὀχεύωσι, σφόδρα μεγάλους ἔχουσιν. ἐπιδηλότατα δὲ τοῦτο συμβαίνει ταῖς φάτταις, καὶ τοῖς πέρδιξιν· ὥς τε οἴονταί ἔνιοι οὐδ᾽ ἔχειν τοῦ χειμῶνος ὄρχεις αὐτούς.

QVemadmodum autẽ piſcibus coïtus tempore, & ſemen ineſſe videtur, & meatus cõſpicui valde ſunt, poſt id verò tempus, etiam meatus ipſi interdũ nulli apparent: ſic autum quoque teſtibus vſuuenit. Nam antequàm coëant, partim earum exiguos, partim omnino minimè manifeſtos habent. Cùm autem coëunt valde magnos obtinent. Planiſsimè autẽ hoc in palũbis, atq; perdicibus deprehẽdas. Quamobrẽ ne vllos quidẽ eſſe per hyemẽ ipſis quidã ſunt arbitrati.

CÆSAR.

COMPARAVIT meatuum ſubſtantiam in piſcibus cum auium teſtibus: nunc eorum officium comparat: aitque coïtus tempore in piſcibus meatus, in auibus teſtes grandes eſſe, atque turgidos: poſt id tempus, aut nullos videri: aut quibus inuenias, eos puſillos deprehendas: ponit exemplum peculiare in palumbis atque perdicibus: poſtremò quorundam opinionem qui hæc genera per hyemem carere putarent. Hanc eandem ſententiam ponit libro ſexto *Hiſtoriarum* cap. IX. vt Theodorus ſecat: & primo de *Generatione* cap. IIII.

Ariſtoteles poſuit coïtus tempore μεγάλους: extra id tempus tria: μικρούς, ἀδήλους, οὐδ᾽ ἔχειν.

Dixit ἄδηλοι καὶ οἱ πόροι: quoniam dixerat καὶ θορός, καὶ πόροι: nunc vnico membro vtrique reſpondet per copulatiuam: καὶ οἱ πόροι: mira breuitate: id eſt, *non ſolùm abit ſemen, ſed meatus nulli videntur.*

Laxiùs locutus eſt πρὶν μὲν ὀχεύειν: actionem pro tempore poſuit. Nam antequam coëant turgidos habent coïtus tempore.

Theodorus, θορὸς, *lentorem* nimis licenter dixit. Idem, πόροι σφόδρα δῆλοι *meatus latiſſimè patent*: malè: neque enim latiſſimè patent, ſed teretes ſunt, ac turgidi.

XIIII. ARISTOTELES.

Τῶν δὲ ἐν τῷ πρόσθεν ἐχόντων τοὺς ὄρχεις, οἱ μὲν ἐντὸς ἔχουσι πρὸς τῇ γαστρί, καθάπερ δελφίς· οἱ δὲ, ἐκτὸς ἐν τῷ φανερῷ, πρὸς τῷ τέλει τῆς γαστρός. τούτοις δὲ τὰ μὲν ἄλλα τὸν αὐτὸν ἔχει τρόπον· διαφέρουσι δὲ, ὅτι οἱ μὲν αὐτῶν ἔχουσι καθ᾽ αὑτοὺς τοὺς ὄρχεις, οἱ δ᾽ ἐν τῇ καλουμένῃ ὀσχέᾳ, ὅσοι ἔξωθεν.

QVibus teſtes in anteriori parte ſiti ſunt: horum nonnullis hærent intus ventri, vt Delphino: alijs extra ad extremum ventrem palàm. Atq; his ſanè cum cætera conueniant, tũ hoc differunt: quòd illis per ſeipſi hærent teſtes: in ijs autem quibus extra ſunt, ſibi ſcroto continentur.

CÆSAR.

ACCIPIT aliam differentiam eorum qui in anteriore parte habent teſtes: eámque diuidit: intus & extra habitum eundem dicit: niſi quòd intus qui ſunt per ſeipſi hæreant: qui extra in ſcroto contineantur.

καθ᾽ αὑτοὺς, id eſt *ſuopte adminiculo, non ſcroti opera in quo pendent.* Theodorus potius expoſuit quàm tranſtulit, cum dixit: *nulla cute obductos*: ſicut cum dixit, *coniectos in conceptaculum, quod ſcrotum vocamus.*

ARIST.

XV. ARISTOTELES.

Αὐτοὶ δ' οἱ ὄρχεις ἐν πᾶσι τοῖς πεζοῖς καὶ ζωοτόκοις, τὸν δ' ἔχουσι τὸν τρόπον. τείνουσιν ἐκ τῆς ἀορτῆς πόροι φλεβικοὶ, μέχρι τῆς κεφαλῆς ἑκατέρου τοῦ ὄρχεως· καὶ ἄλλοι [δὲ] ἀπὸ τῶν νεφρῶν δύο. εἰσὶ δ' οὗτοι μὲν, αἱματώδεις· οἱ δ' ἐκ τῆς ἀορτῆς, ἄναιμοι. ἀπὸ δὲ τῆς κεφαλῆς πρὸς αὐτῷ τῷ ὄρχει, πόρος ἐστὶ πυκνότερος ἐκείνου καὶ νευρωδέστερος, ὃς ἀνακάμπτει πάλιν ἐν ἑκατέρῳ τῷ ὄρχει πρὸς τὴν κεφαλὴν τοῦ ὄρχεως. ἀπὸ δὲ τῆς κεφαλῆς, ἑκάτεροι πάλιν εἰς ταὐτὸ συνάπτουσιν, εἰς τὸ πρόσθεν ἐπὶ τὸ αἰδοῖον. οἱ δ' ἐπανακάμπτοντες πόροι, καὶ προσκαθήμενοι τοῖς ὄρχεσιν, ὑμένι περιειλημμένοι εἰσὶ τῷ αὐτῷ· ὥστε δοκεῖν ἕνα εἶναι πόρον, ἐὰν μὴ διέλῃ τὸν ὑμένα τις. ὁ μὲν οὖν προσκαθήμενος πόρος, ἔτι αἱματῶδες ἔχει τὸ ὑγρὸν ἧττον μέντοι τῶν ἄνω τῶν ἐκ τῆς ἀορτῆς. ἐν δὲ τοῖς ἐπανακάμπτουσιν εἰς τὸν καυλὸν τὸν ἐν τῷ αἰδοίῳ, λευκή ἐστιν ἡ ὑγρότης.

In omni genere animantium quæ humi agitant, atque animal pariunt, ſic teſtes ſunt conſtituti. Meatus venarum ſpecie ab aorta ad vtriuſque teſtis caput tendunt. Tum alteri duo ab renibus, ſed ſanguinem ij continent, illi de aorta nullum: ab ipſo teſtis capite meatus eſt illo denſior atque neruoſior, qui vtroque in teſte reciprocat, rurſus ad caput: à quo capite vterque in vnum coït prorſum ad genitale: atque ij meatus quos reciprocare diximus, & ij qui teſtibus applicantur, eadem membrana ambiuntur, adeò, vt niſi membranam diſiungas vnus meatus eſſe videatur: is meatus quem applicatum diximus, etiamnum ſanguinolentum continet humorem: licèt minùs quàm ij qui aorta demittuntur: At in ijs, quos reciprocare ad tubum genitalis indicabamus, candidus humor continetur.

CAESAR.

SVPRA ſeorſum teſtiũ atque meatuum naturam, ſitum, habitum, officium, & declarauit, & ſuæ quodque ſpeciei attributum agnouit. Nunc exactius eadem omnia, ac præterea connexionem, ſeriémque ipſam ac conſilia naturæ perſcrutatur. Ab aorta duo vaſa ſeminalia demiſſa ad ſumma teſtium euadunt craſſiora, poſtquam ambiunt teſtes ad quorum fundum deducta reciprocant ſurſum ad caput, atque induunt ſeſe in tubum genitalis. Item duo vaſa ab renibus pari ſitu, ſed diſpari officio. Nam hæc ſanguinem continent, illa non. Deinde dicit in his coloratiusquid contineri, quàm in ijs quæ iam teſtibus adiacent: vbi autem reciprocant, tum humorem candidum ineſſe. Coniunxit quoque Ariſtoteles τὸ δύο vtriſque: commune ſcilicet, tam ijs qui ab aorta, quàm ijs qui à renibus tendunt. * * * * *
Deſunt hic multa quæ dicturus erat ex Galeno * * * * * * * *

Theodorus ambigua voce *venales* φλεβικοί: vix Romanus intelligat aliud quàm vendibile. Tum addidit venæ nomen, *aortæ*: quod etſi tolerabile eſt, tamen cauendum quoad fieri poſſit. Et diſtinguitur nomen: nam infra Ariſtoteles commune venæ per aortam venam vocat pulſantem & non pulſantem.

Maximè conſiderandum quid intelligat ἐν ἑκατέρῳ τῷ ὄρχει. Quod Theodorus *per vtrumque progreſſus teſtem* tranſtulit: hoc enim valde ambigendum eſt, ſubeátne teſtem, an ambiat. * * * * *
* * *Et hic quædam deeſſe ex Autoris notis deprehendimus.*

διέλῃ *diuortium feceris.* Theodorus dixit, nimis ambitioſè.

Nota orationem: οἱ δ' ἐπανακάμπτοντες πόροι καὶ προσκαθήμενοι: non dixit καὶ οἱ προσκαθήμενοι: quaſi alios faceret reciprocos & alij adhærentes: ſi enim articulus poſitus eſſet hoc indicaret. At non poſuit; igitur ijdem ſunt: paulò tamen poſt diſtinguit: ὁ μὲν οὖν προσκαθήμενος. Et mox ἐν δὲ τοῖς ἀνακάμπτουσι. Quare Theodorus pro diuerſis interpretatus eſt; & rectè. Nam in deſcriptione figuræ alij atque alij intelliguntur. Sed profectò malè omiſit Ariſtoteles, aut librarius articulum. Intelligit igitur meatus primos cùm demittuntur, quos appellat τείνοντας. Deinde ſecundos, quos καθημένους, & πυκνοτέρους qui capiti teſtium cõmittũtur. Tertio loco τοὺς ἀνακάμπτοντας.

XVI. ARISTOTELES.

Φέρει δὲ καὶ ἀπὸ τῆς κύστεως πόρος, καὶ συνάπτει ἄνωθεν πρὸς τὸν καυλόν. περὶ τοῦτον δὲ, οἷον κέλυφός ἐστι τὸ καλούμενον αἰδοῖον.

A Veſica quoque meatus dirigitur coïtque ad ſuperiorem tubi partem: Circa quem quaſi putamen eſt quod vocamus genitale.

CAESAR.

IN re difficili, difficillima vtitur oratione: neque enim quò tendant ij qui ab renibus demittuntur, dicit. Nunc autem meatum tradit ab veſica: at doceret hunc eſſe meatum qui ab renibus dirigebatur ad vrinam reddendam.

In numero ſingulari incommodius *πόρος* cùm dicturum ſe videret, *συνάπτει*: neque adderet cui. Præterea tam hîc quàm ſupra falſum eſt, quòd in vnum iunguntur. *συνάπτειν* enim eſt *coniungi*: at non coniunguntur: ſed in tubum genitalis coïre verum eſt: at ipſos in vnum coïre meatum ex duobus qui fiat, verum non eſt: at *συνάπτειν* hoc ſignificat.

Theodorus *πρὸς τοῦτον καυλὸν* interpretatus eſt: atque intellexit *τὸν πόρον*: at *καυλὸν* Ariſtoteles: intelligit autem *καυλὸν τοῦ αἰδοίου* *Canalem*: vnde & *Caula* gregem quæ caperet vacua. Quanquam & res ſolidæ *Caules* appellatæ ſint. Sed hîc Ariſtoteles quod intus vacuum eſt intellexit, cùm dixit *πρὸς τὸν καυλὸν συνάπτειν*.

XVII. ARISTOTELES.


*Θεωρείσθω δὲ τὰ εἰρημένα ταῦτα ἐκ τῆς ὑπογραφῆς τῆσδε. * * τῶν πόρων ἡ ἀρχὴ ἀπὸ τῆς ἀρτηρίας, ἐφ' ἧς ἀκεφαλαὶ τῶν ὄρχεων, καὶ οἱ καθήκοντες πόροι, ἐφ' οἷς κκ. οἱ ἀπὸ τούτων πρὸς τοῖς ὄρχεσι καθήμενοι, ἐφ' οἷς τὰ ωω. οἱ δ' ἀνακάμπτοντες ἐφ' οἷς ἡ ὑγρότης ἡ λευκὴ ἐφ' οἷς τὰ ββ. αἰδοῖον, δ. κύστις, ε. ὄρχεις δ', ἐν οἷς τὰ ψψ.*

PErſpiciatur ſanè meatuum horũ narratio, ex ſubiecta pictura ſic: initium de aorta, ibi vbi eſt A. Teſtium capita atque ipſi meatus deſcendentes eò, vbi eſt B. meatus qui ab ipſis teſtibus applicantur, vbi ſunt CC. Meatus reciproci quibus humor candidus continetur, vbi ſunt DD. genitale, vbi eſt E. veſica, vbi eſt F. teſtes, vbi ſunt GG.

CAESAR.

SVBDIT picturam, quoniam imago eſt rerum propior, quàm nomina. Tum aliis de cauſſis, tum quia oculorum ſenſum magis afficit diuturnitate inſpectionis. At voces ab auribus elabuntur.

Commodiùs autem feciſſet ſi elementorum ordinem ſecutus eſſet: ſic enim memoria tenacior eſſet. Tum autem ſtatim teſtium capita memorat, quos tamen in fine poſuit orationis. Prætereà neſcio, an libri mendum ſit, cùm notæ non geminentur in poris deſcendentibus: qui tamen vti cæteri gemini ſunt: poſtremò videndum ab aortâne, an ab emulgentibus vaſa ſeminalia demittantur. Ariſtotelis figura hæc eſt.



AA. Initium ab aorta.
BB. Meatus deſcendentes.
CC. Applicati meatus.
DD. Reciproci meatus.
E. Genitale.
F. Veſica.
GG. Teſtes.

ARIST.

XVIII. ARISTOTELES.

Ἀποτεμνομένων δὲ ἢ ἀφαιρουμένων τῶν ὄρχεων αὐτῶν, ἀνασπῶνται οἱ πόροι ἄνω.

Exectis, ablatiſque teſtibus, retrahuntur ſurſum meatus.

CAESAR.

OSTENDIT quod vbique profitetur, teſtium officium, intendendi meatus, quibus genitale ſemen continetur: abſectis teſtibus igitur retrahuntur illi, neque demittunt ſemen. Hanc autem ſententiam in libris noſtris de *ſemine genitali* declarauimus falſam eſſe. Item in decimo *Hiſtoriarum.*

Neque circumſpectè locutus eſt: ἀποτεμνομένων ἢ ἀφαιρουμένων: quid enim? diſiungitne, *auferre*, ab eo quod eſt *exſecare*? manca certè locutio: diceret prudentius, addendo *aliòue quo pacto ablatis.*

XIX. ARISTOTELES.

Διαφθείρουσι δ' οἱ μὲν, ἔτι νέων ὄντων, θλίψει· οἱ δ' καὶ ὕστερον ἐκτέμνοντες.

Corrũpunt teſtes duobus modis: aut enim tenellos frangunt: aut etiam firmiore ætate exſecant.

CAESAR.

PROPTEREA quòd dixit ἀποτεμνομένων & ἀφαιρουμένων: icircò declarat hæc duo quæ olim fieri ſolebant etiam in hominibus. Nunc moribus noſtris non conueniunt: ſed in animalibus cæteris hoſce modos etiamnunc obſeruant. Qua de re alibi plenius locuti ſumus.

Theodorus *nouellos* dixit: ſed aptior vox in plantis quàm in animalibus.

XX. ARISTOTELES.

Μέμυκεν δ' ἤδη ταῦρον ἐκτμηθέντα, καὶ εὐθὺς ἐπιβάντα, ὀχεῦσαι, καὶ γεννῆσαι.

Evenit aliquando vt Taurus caſtratus illico admiſſus, & inierit, & impleuerit.

CAESAR.

NON vno loco teſtatus hoc eſt Ariſtoteles. Nam & hîc, & primo de *Generatione*, & nono *Hiſtoriarum* idem prodidit, non ſine diſcrimine ſententiæ ſuæ, qui teſtes ad generandum nullo eſſe vſu arbitratus eſt: proptereáque taurus ille ſine teſtibus coiuerit & impleuerit. Verum & hiſtoriæ fidem ambiguam alibi diximus. Quippe doloris acerbitas aliorſum tauri impetum quàm ad Venerem ſtimulàrit: & vniuerſam opinionem deleuimus.

CAPVT SECVNDVM.

De vterorum ſitu & differentia.

XXI. ARISTOTELES.

Τὰ μὲν οὖν περὶ τοὺς ὄρχεις τῶν ζώων, τοῦτον ἔχει τὸν τρόπον. αἱ δ' ὑστέραι τῶν ἐχόντων ὑστέρας ζώων, οὔτε τὸν αὐτὸν τρόπον ἔχουσιν, οὔθ' ὅμοιαι πάντων εἰσὶν, ἀλλὰ διαφέρουσι καὶ τῶν ζωοτοκούντων πρὸς ἄλληλα, καὶ τῶν ᾠοτοκούντων.

Hæc de animantium teſtibus. Quæ autem vteros habent, eos non ſolùm eodem ſitos modo, ſed etiam diuerſos nactæ ſunt: ſed tam in ijs quæ animal, quàm in ijs quæ oua pariunt inter ſe differunt.

C AE S A R.

CVm Ariſtoteles inſtitutam commentationem ita partitus ſit, vt interiora membra ab exterioribus ſit contemplatus: neque enim ſecundùm officia aut fines, membra coniunxit: ſic enim de iecore, corde, venis, & arterijs ſimul diſputâſſet. Quare cùm in maribus teſtes partim extent, partim intus ſiti ſint: at vuluæ omnes intus habentur: commodiùs facturus fuit Theodorus ſi hanc partem ſeparato Capite tranſtuliſſet: præſertim cùm ipſe Ariſtoteles quaſi impoſito fine tranſiliat.

XXII. ARISTOTELES

Δίκροαι μὲν οὖν εἰσὶν ἁπάντων τὴν πρὸς τοῖς ἄρθροις ἐχόντων τὰς ὑστέρας· καὶ τὸ μὲν αὐτῶν, ἐν τοῖς δεξιοῖς μέρεσι, τὸ δ' ἕτερον, ἐν τοῖς ἀριστεροῖς ἐστιν. ἡ δὲ ἀρχὴ μία, καὶ τὸ στόμα ἕν, οἷον καυλὸς σαρκώδης σφόδρα καὶ χονδρώδης τοῖς πλείστοις καὶ μεγίστοις. καλεῖται δὲ τούτων τὰ μὲν, ὑστέρα καὶ δελφὺς, ὅθεν καὶ ἀδελφοὺς προσαγορεύουσι. μήτρα δ', ὁ καυλὸς καὶ τὸ στόμα τῆς ὑστέρας.

QVi vteri ad genitale poſiti ſunt, ij geminos ſinus habent: alterum in dextra, alterum in laua parte: cæterùm principio vno, vnóque ore conſtant quaſi ceruice, eáque carnoſa valde atque cartilaginoſa maxima parti earum quæ notabili ſunt magnitudine. Eorum partes aliæ vocantur matrix, atque vteri: vnde fratres vterini quoque dicti ſunt. Aliæ vulua, ceruix ipſa ſcilicet, atque os vterorum.

C Æ S A R.

DEclarat diſsimilitudinem, & ſitus diuerſitatem. Idémque ait quod Galenus: ſinus geminos, quorum numerum cum papillarum numero æquari falsò putauit: nam & nullis ſinubus multi fœtus continentur. Id quod & Ariſtoteles obſeruauit. Et fœminæ ſeptenos pariunt. Nam quaternos quæ ter pepererit in hac vrbe viuebat cùm hæc ſcriberem. Et canis in Vaſconia nouenos. Deinde declarat & partes & nomina: ſinus, os: dicitque ὑστέραν, καὶ δελφύν, καὶ μήτραν καὶ καυλόν, καὶ στόμα. Nos matricem quoniam foueat. Et vterum, quoniam ſit ὁ ἕτερος venter, quaſi alter venter. Et vuluam à volendo aut voluendo vt aliqui malunt. Et ceruicem τὸν καυλὸν ex Celſo. Habemus præter has voces, etiam aliud nomen *Locos*: quoniam ſit receſſus quidam in ſinubus: hoc enim apud priſcos ſignificauit verbo Græco λόχος. Matricis verò partes ſinus κόλπος. Cornua obliqua, κεραίας; etiam πλεκτάνας vocat Pollux: qui etiam matricis latera ὤμους vocat quaſi humeros: ſummum eius αὐχὴν τράχηλος: nos *collum* & *ceruicem*: eius aditus *os*. Duæ autem ambiunt fœtum tunicæ: exterior χορίον interior, ἀμνίον. Barbari hanc *animum*, illam ſecundariam, Latini *ſecundas*, Græci illam ὑστέραν dicunt. Tertiam Galenus aſtruit *Allantidem*. Quoniam ἀλλᾶντι ſimilis ſit, oblonga id eſt lucanicæ, aut apexaboni.

Nota locutionem: dixit δίκροαι. Et ſubdit: καὶ τὸ μὲν αὐτῶν τὸ δ' ἕτερον. diuidit & diſiungit ſenſum, non verba: nos Latinè explicatiùs reddidimus.

Appellauit initium ἀρχὴν, ſcilicet ortum eius vbi annexa eſt: vnúmque dixit: ne quis putaret geminum: quot & ſinus: ſicut ex altera parte, vnum quoque os. At Theodorus putauit idem eſſe, τὴν ἀρχὴν καὶ τὸ στόμα. Et laxius interpretatus eſt τὸ ἕν commune.

Iam alibi reprehendimus Theodori locutionem: qui magnitudinem ſæpe interpretatur per verbum *augere*, minus rectè: auctiſſimus eſt pulex cùm amplius non creſcit: ſed nihil ad recens natum elephantum, qui nihil fere dum auctus eſt.

Eſt apud Ariſtotelem argumentum ab vſu vocum cum etymologia: δελφὺς, inquit vocari vterus videtur, quoniam ἀδελφοὶ dicuntur ij qui ſimul eodem loco qui δελφὺς vocatur, vſi ſunt. Hoc Latinè neſcio an aſſecuti fuiſſemus: niſi docuiſſet nos maximus ille vir Theodorus nunquam ſatis laudata ingenij fœcunditate: qui ab vtero, *vterinos* rectè & dixit & expreſsit: verùm

rùm minùs aptè ceruicem matricis, *matricem* appellauit. Neque enim ratio nominis conſtat. Eſt enim matrix quaſi mater altera: at ceruix nihil continet: ſed ſemper plus minùs aperta eſt. Quare non ambigam an ὑστέρα quoque ἀκυρώτερον dicatur ὁ καυλός. Ego verò non puto: ſed receſſum ipſum atque conceptaculum, & ὑστέραν à Græcis, & à noſtris illorum imitatoribus, *matricem*.

XXIII. ARISTOTELES.

Ὅσα μὲν οὖν ἐστὶ ζῳοτόκα καὶ δίποδα καὶ τετράποδα, τούτων μὲν ἡ ὑστέρα πάντων ἐστὶ κάτω τοῦ ὑποζώματος, οἷον ἀνθρώπῳ καὶ κυνὶ καὶ ὑῒ, καὶ ἵππῳ, καὶ βοΐ. καὶ τοῖς κερατοφόροις ὁμοίως ταῦτ' ἔχει πᾶσιν. ἐπ' ἄκρων δ' αἱ ὑστέραι τῶν καλουμένων κεράτων. εἵλιγμα δ' ἔχουσιν αἱ τῶν πλείστων.

Tam bipedes quàm quadrupedes quæ animal pariunt, omnes infra præcordia vteros habent. Homo, canis, ſus, equus, bos. Et cornigeris omnibus ratio eadem: vterorum extrema cornua vocantur, quorum magna pars conuoluta eſt.

CAESAR.

SVPRA diſſimilitudinem declarauit, nunc ſitum diuerſum: in principio commentationis certis attribuit generibus: in calce autem redit ad partes matricis; ſanè confusè: ſuperius enim aptiùs poſuiſſet: dicitque appellari extremas matricis partes, *Cornua*.

Cùm dixit tam bipedes quàm quadrupedes quæ animal parerent eiuſmodi eſſe. Quare ſubdidit eandem naturam & ſitum, & ſimilitudinem in cornigeris ſeruari? quis me ferat ſi dicam omne animal moueri, & ſubdam etiam hominem moueri? præſertim cùm exemplum bouis poſuerit: niſi dicamus cùm bouem poſuit addidiſſe, & cæteris cornigeris non ſolùm boui.

XXIV. ARISTOTELES.

Τῶν δ' ᾠοτοκούντων εἰς τοὐμφανὲς, οὐχ ὁμοίως ἁπάντων ἔχουσιν, ἀλλ' αἱ μὲν τῶν ὀρνίθων, πρὸς τῷ ὑποζώματι, αἱ δὲ τῶν ἰχθύων, κάτω, καθάπερ αἱ τῶν ζῳοτοκούντων διπόδων καὶ τετραπόδων· πλὴν λεπταὶ καὶ ὑμενώδεις καὶ μακραὶ ὥστ' ἐν τοῖς σφόδρα μικροῖς τῶν ἰχθύων δοκεῖν ἑκατέραν ᾠὸν εἶναι ἕν, ὡς δύο ἐχόντων ᾠὰ τῶν ἰχθύων τούτων, ὅσων λέγεται τὸ ᾠὸν εἶναι ψαθυρόν. ἔστι γὰρ οὐχ ἕν, ἀλλὰ πολλά· διόπερ διαχεῖται εἰς πολλά.

Quæ verò oua edunt, non omnibus ratio eadem: ſed aues ad ſeptum tranſuerſum, piſces infra obtinent. Quemadmodum bipedes, quadrupedéſque quæ animal pariunt. Cæterùm tenues ijs ſunt & membranicei, atque oblongi. Quamobrem in piſcibus minutis vtraque vteri pars vnum ouum eſſe videtur. Quaſi verò duo tantùm oua in illis ſint. Quorum eſſe dicitur ouum arenoſum: verùm vnum non eſt: ſed numeroſum, ideóque in multa ſoluitur.

CÆSAR.

ASSIGNAT genus ouiparorum, in quo ponit differentias ſitus vterorum. Circumſcripſit genus atque arctauit ad ea quæ non ſolùm concipiunt ouum, ſed etiam edunt: vt exciperet τὰ σελάχη, καὶ τὴν ἐχίδναν. Ponit conuenientem naturam piſcium cum quadrupedibus, quòd ad locum pertinet: ponit differentiam quòd ſpectat ad ſubſtantiam, λεπτὰς καὶ ὑμενώδεις: & ad figuram μακράς: poſtremò tollit vulgi opinionem, quod putet in minutis piſciculis duo oua contineri: quoniam toti ſinus oblongi confertim complentur. Sed, inquit, non verum eſt: addit demonſtratione rationem. In plura ſoluitur: ponit concluſionem: ergo plura ſunt.

Nota cùm dixit ἔστι γὰρ οὐχ ἕν. videtur reddere rationem quare ψαθυρὸν dicatur, id eſt arenoſum ac minutum: rectiùs tamen per ſubdiſiunctiuam loquutus eſſet: ſic οὐ μὲν ἔστιν ἕν, ἀλλὰ πολλά: debuit enim contradicere iis quibus vnum videretur.

Aduerte cum dixit λέγεται τὸ ᾠὸν ψαθυρὸν: dicitur, inquit, vulgò ſcilicet: quaſi ſint duo oua tantùm, quæ dicantur arenoſa: neque in oua ſoluantur, ſed in arenas tanquam in oui partes. Hoc ipſe refellit tandem.

Theodorus τὸ ἀναλυόμενον : *& ſimplex reſolui poteſt* : minùs planè aſſecutus.

CLXXII. ARISTOTELES

ΤΑ'ς δ' ἀποφυάδας ἀπολελυμένας ἔχουσιν οἱ ὄρνιθες. καθάπερ εἴρηται, ὀλίγας, καὶ οὐκ ἄνωθεν, ὥσπερ οἱ ἰχθύες, ἀλλὰ κάτωθεν κατὰ τὴν τοῦ ἐντέρου τελευτήν. ἔχουσι δ' οὐ πάντες, ἀλλ' οἱ πλεῖστοι, οἷον ἀλεκτρυών, πέρδιξ, νῆττα, νυκτικόραξ, λόκαλος, [ἀσκάλαφος,] χήν, κύκνος, ὠτίς, γλαύξ. ἔχουσι δὲ καὶ τῶν σμικρῶν τινές, ἀλλὰ σμικρὰ πάμπαν, οἷον στρουθός.

APpendices auium explicatæ ſunt: ſed quemadmodum diximus paucæ, neque ſupernè, vt piſcibus, ſed in ima parte ad extrema inteſtini. Itaque non omnibus, ſed maximæ tamen parti. Talis eſt gallus, perdix, anas, nocticoruus, cocalus, aſcalaphus, anſer, olor, auritilla, noctua. Eaſdem etiam in minuſculorum genere auicularum inuenias: Sed admodum puſillas, vt in paſſere.

CAESAR.

TOTO ambitu auium tribuit appendices, ſed alias maioribus aut minoribus.

In codice Græco λόκαλος. in Latino *Ciconia*. Sed cocalus eſt auis candida in marinis æſtuarijs è piſciculis victum quæritans : pedibus rubris : ſpeculata prædam in ſummo æquore laſciuientem de improuiſo demiſſa pedibus capit : magnitudine eſt quaſi palumbæ. Aſcalaphus quænam ſit auis, neque amplius ex Ariſtotele, neque vſquam è Plinio aut ex Æliano deprehendere potuimus. Sed Ouidius inter fabulas oſtendit eſſe bubonis ſpem. Quare & hic & alibi animaduertendum an Ariſtoteles eandem rem diuerſis nominibus indicârit.

FINIS LIBRI SECVNDI.

ΑΡΙΣΤΟΤΕΛΟΥΣ ΠΕΡΙ ΖΩΩΝ ΙΣΤΟ-ρίας τὸ Γ.

ARISTOTELIS HISTORIÆ DE ANIMALIBVS Liber III.

CAPVT PRIMVM,

De ſitu membrorum quæ ad generationem pertinent.

I. ARISTOTELES.

ΠΕΡΙ μὲν οὖν τῶν ἄλλων μορίων τῶν ἐντὸς εἴρηται, καὶ πόσα καὶ ποῖα ἄττα, καὶ τίνας ἔχει πρὸς ἄλληλα διαφοράς· λοιπὸν δὲ περὶ τῶν εἰς τὴν γένεσιν συντελούντων μορίων εἰπεῖν. ταῦτα γὰρ τοῖς μὲν θήλεσι πᾶσιν ἐντός ἐστι· τὰ δὲ τῶν ἀρρένων, διαφορὰς ἔχει πλείους.

DE interioribus partibus, déque earum numero, qualitatibus, mutuíſque differentijs hactenus: reliquum eſt, vt de ijs quæ ad animantium generationem pertinent differamus. Hæ enim fœminis omnibus intus ſunt: in maribus autem compluribus, ijſque diuerſis conſtant rationibus.

CÆSAR.

PROPTEREA quòd ſummam inſtituti ſui ita partitus fuerat, vt ſeorſum interiores partes ab exterioribus contemplaretur. Iccircò videtur coactus fuiſſe, vt ſeparatim librum conſcriberet, de ijs partibus quæ ad generationem pertinerent. Reddit enim rationem: propterea, inquit, quòd quanquam fœminis interiores ſunt, tamen maribus non eadem conſtant ratione: ſed alijs intus, alijs extra ſunt. Hoc eſt quod dicebat: ταῦτα γάρ: vox enim γὰρ, vult declarare τὸ λοιπόν: quare reſtet nunc de his dicere: neque ſimul cum alijs eas deſcripſerit. Verùm ſanè commodiùs facturus fuerit: ſi hanc harum partium hiſtoriam cum ſuperiori libro coniunxiſſet: atque à conſimilibus partibus hunc eſſet auſpicatus tertium. Sic namque fecit in libro primo: ſic in hoc tertio: vt poſt partes quæ ad indiuiduum pertinent, ſubdat partes quæ ad ſpeciem ſpectant: ſcilicet membra generationis. Generatio enim propter ſpeciem eſt.

Nota locutionem minus rotundã Ariſtotelis: περὶ μὲν τῶν ἄλλων μορίων τῶν ἐντός nõ rectè ἄλλων: nã mẽbra generationis, aut non omnibus interiora; aut ſi interiora ergo malè diſiũxit toto libro.

τῶν εἰς τὴν γένεσιν συντελούντων. Theodorus. *Quæ ad generationem miniſtrant* valde vereor ne ſit peſſima locutio: συντελεῖν eſt *conferre ad munia publica.*

Idem τὸ γὰρ, *de quo ſupra diximus*, & ignorauit vim & neglexit.

II. ARISTOTELES.

ΤΑ μὲν γὰρ ὅλως τῶν ἐναίμων ζώων οὐκ ἔχει ὄρχεις· τὰ δὲ, ἔχει μὲν, ἐντὸς δὲ ἔχει. καὶ τῶν ἐντὸς ἐχόντων τὰ μὲν, πρὸς τῇ ὀσφύϊ ἔχει, περὶ τὸν τῶν νεφρῶν τόπον· τὰ δὲ, πρὸς τῇ γαστρί· τὰ δὲ, ἐκτός.

QVæ enim ſanguine conſtant animalia, partim teſtibus carent: partim habent, ſed intus. Atque horum quidem alijs ſiti ſunt ad lumbos circa renum regionẽ, alijs verò ad ventrem. Partim habẽt extra.

CÆSAR

CAESAR.

CVm membra generationis ſint teſtes & penis, aut ſi quid horum loco ſubſtitutum eſt, à teſtium differentijs incipit. Sic in animalibus ſanguinis quibuſdam teſtes inuenias, in quibuſdam nullos: ſecunda differentia quæ teſtes habent, ea intus aut foris: quæ intus, aut ad lumbos, aut ad ventrem: id exactiùs explicemus. Sunt teſtes omnibus gemini, præterquàm buteoni, qui propterea *τριόρχης* dicitur: differentia eorum à ſitu, quoniam pecori & iumentis inter fœmina: homini ante fœmina, ſuibus retrò ad fœmina: Delphino aluo extrema: auibus ad lumbos. Item homini penſiles, pecori, iumentis, & maximè equis: ſuibus ſubnexi: felibus affixi: à figura: ſubrotundi penè omnibus. Delphino oblongi à magnitudine: grandiſſimi equis & ſuibus: homini mediocres, & cani: felibus puſilli: ſerpentibus nulli: item piſcibus, ſed eorum loco venæ.

Theodorus laſciuiuſcula oratione vſus eſt, cùm dixit, *aut aluo crediti ſunt.*

III. ARISTOTELES.

Καὶ τὸ αἰδοῖον, τούτων τοῖς μὲν συνήρτηται πρὸς τὴν γαστέρα, τοῖς δὲ ἀφεῖται, καθάπερ καὶ οἱ ὄρχεις.

Atque his quidem genitale partim ventri appenſum cohæret: partim demiſſum eſt quemadmodum & teſtes.

CÆSAR.

ALTERAM partem genitalium ponit: ſcilicet veretrum: attribuítque eaſdem differentias duas, quas & teſtibus: adhærendi & pendendi.

Theodorus hanc diuiſionem attribuit his tantùm quibus teſtes foris pendent, ita coarctauit *τούτων* ad ea tantùm animalia: minus rectè; de omnibus enim intelligit quibus veretrum datum eſt: ſicut elephanto teſtes intus ſunt, genitale tamen ventri hæret.

συνήρτηται. aluo annexum ſuſtinetur: melius nos; *cohæret appenſum*, præterea aluus interior ventris pars eſt: nemo enim exteriorem aluum Latinè dicat.

IIII. ARISTOTELES.

Πρὸς [δὲ] τὴν γαστέρα συνήρτηται ἄλλως τοῖς τ' ἐμπροσθουρητικοῖς καὶ τοῖς ὀπισθουρητικοῖς.

Quin alio modo ijs quæ antrorſum, & alio ijs quæ retrorſum vrinam reddũt, cohæret ventri.

CAESAR.

MInutiùs ſecat *τὸ συνήρτηται* per differentias quas ſuperioribus libris ſtatuit, inter ea quæ antrorſum, & ea quæ retrorſum mingunt.

Non auſim Theodori vti locutione, qui *ex aduerſo* interpretatur *τὸ ἐμπροσθουρητικόν*: nã quanquam bona oratio eſt: tamen ambiguitas iuſsit me abſtinere. Nam Camelus cùm mingit atque ego ponè ſto, auerſus ex auerſo mingit.

V. ARISTOTELES.

Τῶν μὲν οὖν ἰχθύων οὐδεὶς ὄρχεις ἔχει, οἱ δ' εἴ τι ἄλλο ἔχει βραγχία, οὐδὲ τὸ τῶν ὄφεων γένος ἅπαν, οὐδ' ὅλως ἄπουν οὐδὲν, ὅσα μὴ ζῳοτοκεῖ ἐν αὑτοῖς.

Piſcium igitur nulli teſtes, neque ſi quid præterea branchijs præditum eſt. Caret quoque ſerpentum genus vniuerſum. Omnino verò animantes omnes quibus à natura pedes dati non ſunt: niſi ſi qua animal in ſeipſis concipiunt.

CAESAR

CAESAR.

OSTENDIT teſtium habitum: nunc priuationem aufert à piſcibus: amplificat propoſitionem cùm aufert ab omni genere branchiato: ab omni genere ſerpentum: ab omni genere pedibus carente: poſtremò moderatur, cùm dicit, *niſi ſi qua animal concipiunt*. Quibus verbis cetacea aliquot, atque inter ea delphinum tollit: quibus piſcium nomen negatum ab Ariſtotele: & à natura branchiæ datæ, pedes negati.

VI. ARISTOTELES.

Οἱ δ᾽ ὄρνιθες, ἔχουσι μὲν ὄρχεις, ἔχουσι δ᾽ ἐντὸς πρὸς τῇ ὀσφύϊ. καὶ τῶν τετραπόδων ὅσα ᾠοτοκεῖ, τὸν αὐτὸν ἔχει τρόπον οἷον σαύρα, καὶ χελώνη, καὶ κροκόδειλος· καὶ τῶν ζωοτόκων, ἐχῖνος.

Aves autē teſtibus prædita ſunt: ſed eos intus ad lumbos habent. Quemadmodum & quadrupedes oua parientes: lacerta, teſtudo, crocodilus: & inter eas quæ animal pariunt Erinaceus.

CÆSAR.

REdit ad habitum: in genere auium: ſitúmque declarat: communicat eum cum quadrupedibus ouiparis in vniuerſum: at ijs quæ animal pariunt, non niſi vni Erinaceo.

VII. ARISTOTELES.

Τὰ δὲ τῶν ἐντὸς ἐχόντων, πρὸς τῇ γαστρὶ ἔχει· οἷον, τῶν ἀπόδων μὲν, δελφίς· τῶν δὲ τετραπόδων καὶ ζωοτόκων, ἐλέφας·

Quibus teſtes intus ſunt, ijs ventri hærent: vt inter ea quæ pedibus carent Delphino. Inter quadrupedes quæ animal pariunt elephanto.

CAESAR.

ALteram differentiam ponit: in ſuperiore lumbis hærebant: in hac ventri. Diuerſas genere latiore ſpecies ponit, quippe marinam pedibus carentem, & terreſtrem quadrupedem. Vt intelligamus naturæ conſilia eſſe obſcuriſſima. Cùm ex tanto diſtent, hoc conuenirc, & à propioribus ſpeciebus diſſidere.

VIII. ARISTOTELES.

Τὰ δ᾽ ἄλλα, φανερούς ἔχει· ἡ δ᾽ ἐξάρτησις ἡ πρὸς τὴν κοιλίαν καὶ τὸν τόπον τὸν συνεχῆ, τίνα διαφορὰν ἔχει, πρότερον εἴρηται. τοῖς μὲν γὰρ ἐκ τοῦ ὄπισθεν συνεχεῖς, καὶ οὐκ ἀπηρτημέναι εἰσίν, οἷον τῷ γένει τῷ τῶν ὑῶν· τοῖς δὲ ἀπηρτημέναι, καθάπερ τοῖς ἀνθρώποις·

Alijs in aperto ſunt. At quomodo quoque loco ſiue ad ventrem, ſiue prope eum appenſi ſint, iam dictum eſt. Quibuſdam enim ponè continenter hærent, non pendent, quemadmodum ſuillo generi: alijs penduli ſunt vt homini.

CAESAR.

POnit differentiam quam exequitur dupliciter: quibus, inquit, manifeſti ſunt teſtes, aut retrorſum vrinam faciunt, ergo continenter cohærent ijs: aut antrorſum mingunt, vt homines, quibus & penduli ſunt.

Theodorus de ſuo addidit, *tremuli*.

IX.

IX. ARISTOTELES.

Οἱ μὲν οὖν ἰχθύες ὄρχεις μὲν οὐκ ἔχουσιν, ὥσπερ εἴρηται πρότερον, οὐδ᾽ οἱ ὄφεις. πόρους δὲ δύο ἔχουσιν, ἀπὸ τοῦ ὑποζώματος ἠρτημένους ἐφ᾽ ἑκάτερα τῆς ῥάχεως, συνάπτοντας εἰς ἕνα ἄνωθεν πόρον, ἄχρι τῆς τοῦ περιττώματος ἐξόδου. τὸ δὲ ἄνωθεν λέγομεν, τὸ πρὸς τὴν ἄκανθαν. οὗτοι δὲ γίνονται περὶ τὴν ὥραν τῆς ὀχείας θοροῦ πλήρεις, καὶ θλιβομένων ἐξέρχεται τὸ σπέρμα λευκόν. αὐτοὶ δὲ πρὸς αὐτοὺς ἣν ἔχουσι διαφορὰν, ἔκ τε τῶν ἀνατομῶν θεωρεῖν δεῖ, καὶ ὕστερον λεχθήσεται ἐν τοῖς περὶ ἕκαστον αὐτῶν ἰδίοις ἀκριβέστερον.

Piſces igitur atque ſerpentes quemadmodum ſupra dictum eſt teſtibus carent: ſed præcordijs appenſos ad latus vtrumque dorſi, ad excrementi vſque exitum, de ſuperiore loco inter ſe in vnum commiſſos meatus habent duos. Intelligo locum ſuperiorem eum qui ſpinæ adiacet. Ij meatus coïtus tempore genitali ſemine turgent; vnde candida genitura attritu elicitatur. Eorum autem diuerſa natura, tum ex diſſectionum ratione contemplari oportet, tum à nobis dicetur, cùm quid cuique natura peculiariter comparatum ſit, ſigillatim exactiùs diſſeremus.

CAESAR.

Testivm habitum & priuationem poſuit ſupra: nunc pro habitu ſtatuit proportionem in duobus generibus magnis: piſcibus enim & ſerpentibus attribuit pro teſtibus, meatus: eorum originem à præcordijs, finem ad exitum excrementi: tractum ab latere vtroque dorſi deſcribit. Quem locum non πρανῆ vt ſemper, ſed vt nos ſuperiorem vocat. Nam alibi ſuperius & inferius ratione capitis aut caudæ in his deſcribit. Itaque ſeipſum declarauit, cùm dixit, Voco autem ſuperiorem locum eum qui ſpinæ adiacet. Hinc oſtendit eorundem meatuum conſtitutionem. Quoniam in vnum coëant: locum quoque coïtionis declarat tam initij quàm finis. Initium ad ſpinam, finem ad foramen excrementorum. Poſt hæc declarat meatuum affectionem: Coïtus tempore impleri ſemine genitali; quod deprehenſum eſt: quoniam ſi exprimantur, illud expuant,. Seminis illius qualitatem docet: album ſcilicet. Quoniam autem non vno modo meatus iſti conſtituti ſunt, icirco & reijcit nos ad diſſectionem animalium, & pollicetur in hiſtoria minutiore, cùm de ſingulis generibus prodet, exactiùs ſeſe dicturum: ſanè ſextum huius hiſtoriæ librum indicat.

Dixit primò ῥάχεως: mox ἄκανθαν: locus idem ſignificatur: ſicut cùm poſuit θορὸν, & σπέρμα. Declarauimus γονὴν animalium tantùm eſſe, σπέρμα communius: θορὸς autem quaſi adiectiuum quoddam τῆς γονῆς eſt, ab impetu quo exilit.

Neſcio an ſatis circunſpecta ſit oratio Theodori, cùm dixit: *binos meatus vtrumque ſpinæ latus perreptare*: omitto verbum *perreptare*, duriſſima tranſlatione. Neque enim mouentur meatus illi, ſed continuo tractu occupant, at ſinguli tantùm meatus vtrinque non bini ſunt.

Theodorus ἀπηρτημένους *exortos* dicit maximo periculo: neque enim quodcumque cuique rei appenſum eſt, continuò exortum dicimus: verumtamen dixit Theodorus: ſed quod interpretabatur parum fideliter ſequutus eſt. ἔξοδον *oſtium* potius, quàm *exitum* minus rectè dixit Theodorus. *Oſtium* ad ingreſſum prima ſignificatione conſtitutum fuit: ſic oſtia fluuiorum pro portubus appellârunt nautæ.

θλιβομένων. Theodorus *attritu mutuo ſemen effluit*: quaſi arctauerit hanc ſententiam ad coïtum tantùm quem peragunt piſces attritu mutuo. Verùm Ariſtoteles vt indicaret tempore coïtus turgidos eſſe ſemine, probauit quotidiana experientia: captorum piſcium ventrem digito ſi premas, exit ſemen illud, quos eò carius vendunt piſcatores, clamitantque eos lactantes eſſe.

X. ARISTOTELES.

Ὅσα δ᾽ ᾠοτοκεῖ, ἢ δίποδα ὄντα, ἢ τετράποδα, πάντ᾽ ἔχει ὄρχεις πρὸς τῇ ὀσφύϊ, κάτωθεν τοῦ διαζώματος, τὰ μὲν λευκοτέρους, τὰ δ᾽ ὠχροτε-

Oviparis animantibus ſiue bipedibus, ſiue quadrupedibus, omnibus ad lumbos, ſub ſepto ſiti ſunt teſtes: alijs candidiores, aliis pallidiores tenui-

bus

ρους, λεπτοῖς πάμπαν φλεβίοις περιεχομένους. καὶ ἀφ' ἑκατέρου τείνει πόρος συνάπτων εἰς ἕνα, καθάπερ καὶ τοῖς ἰχθύσιν, ὑπὲρ τῆς τοῦ περιττώματος ἐξόδου.

bus admodum ambiti venulis: quorum ab vtroque ſinguli meatus in vnum coëunt, quemadmodum & piſcibus ſupra exitum excrementi.

C Æ S A R.

DIFFERENTIAM teſtium, qui intus poſiti ſunt ouiparis, declarat, quod ad ſitum pertinet. Deinde colorem, tum habitum: amiciuntur enim venulis. Poſtremò officium tranſmittendi ſemen per meatus: vt in piſcibus.

Theodorus: *ſicut agi in piſcibus dictum eſt*, nihil tamen agitur: neque enim Latinè id accommodare poſſis.

XI. A R I S T O T E L E S.

Τοῦτο δ' ἐστὶν αἰδοῖον, ὃ τοῖς μὲν μικροῖς ἄδηλον, ἐν δὲ τοῖς μείζοσιν, οἷον ἐν χηνὶ καὶ τοῖς τηλικούτοις, φανερώτερον γίνεται, ὅταν ἡ ὀχεία πρόσφατος ᾖ.

ID verò genitale eſt, quod in minuſculis non apparet: in maioribus, cuiuſmodi anſeres, atque aliæ ſimilis magnitudinis ſunt, manifeſtiùs extat, cùm recens inierint.

C Æ S A R.

IN piſcibus non niſi attritu peragitur coïtus, nulla parte extante. At quæ pedibus præditæ oua pariunt id plus habent, quòd meatus duo, non ſolùm vt in piſcibus in vnum coëunt ad exitum excrementorum, ſed exit vnum id in coïtu. Sed in minoribus auiculis non apparere. Anſeribus valde longum pendulúmque quiddam prominet, cùm de tergo fæminæ deſcendunt. Hoc igitur appellat eorum genitale.

ὀχεία πρόσφατος *recens*: nam, vt dicimus *præ oculis, præ manibus* πρὸ ποδῶν, de ijs rebus quæ in promptu ſunt. Ita πρόσφατος quaſi *præ ore, præ ſermone*. παρὰ τὸ φάσθαι: niſi malis παρὰ τὸ φαίνεσθαι, quod potius eſſet πρόσφαντος.

XII. A R I S T O T E L E S.

Οἱ δὲ πόροι, καὶ τοῖς ἰχθύσι καὶ τούτοις προσπεφύκασι πρὸς τῇ ὀσφύϊ ὑποκάτω τῆς κοιλίας καὶ τῶν ἐντέρων, μεταξὺ τῆς μεγάλης φλεβὸς, ἀφ' ἧς τείνουσι πόροι εἰς ἑκάτερον τῶν ὄρχεων.

MEatus autem tam his quàm piſcibus ab natura annexi ſunt in lumbis, ſub ventre & inteſtinis, ad medium venæ magnæ: de qua intenduntur meatus ad vtrumque teſtium.

C Æ S A R.

POST differentiam genitalis & teſtium, inter ouipara pedibus carentia, ſcilicet ſerpentes & piſces: ponit communem naturam meatuum, corúmque ſitum declarat.

μεταξὺ τῆς μεγάλης φλεβός. Theodorus *inter venam maiorem*, malè: neque enim meatus inter maiorem venam ſunt. Nam quæ eſt hæc locutio? *inter venam maiorem* & quid? Sed *ad medium magnæ venæ* dicendum eſt: à qua, & à quo loco diriguntur ad teſtes.

Ariſtoteles cùm πόροις in ore haberet, déque his loqueretur; neque multa verba feciſſet, tamen repetiit fruſtrà: ἀφ' ἧς τείνουσι πόροι: dixiſſet αὐτοί.

XIII. ARISTOTELES.

Ὥσπερ δὲ τοῖς ἰχθύσι, περὶ μὲν τὴν ὥραν τῆς ὀχείας θορῆς τε φαίνεται ἰδεῖν, καὶ οἱ πόροι σφόδρα δῆλοι· ὅταν δὲ παρέλθῃ ἡ ὥρα, ἄδηλοι καὶ οἱ πόροι ἐνίοτε· οὕτω καὶ τῶν ὀρνίθων οἱ ὄρχεις, πρὶν μὲν ὀχεύειν, οἱ μὲν μικροὺς, οἱ δὲ πάμπαν ἀδήλους ἔχουσιν· ὅταν δὲ ὀχεύωσι, σφόδρα μεγάλους ἔχουσιν. ἐπιδηλότατα δὲ τοῦτο συμβαίνει ταῖς φάτταις, καὶ τοῖς πέρδιξιν· ὥς τε οἴονταί ἐνίοτε οὐδ᾽ ἔχειν τοῦ χειμῶνος ὄρχεις αὐτούς.

Qvemadmodum autē piſcibus coïtus tempore, & ſemen ineſſe videtur, & meatus cōſpicui valde ſunt, poſt id verò tempus, etiam meatus ipſi interdū nulli apparent: ſic auium quoque teſtibus vſuuenit. Nam antequàm coëant, partim earum exiguos, partim omnino minimè manifeſtos habent. Cùm autem coëunt valde magnos obtinent. Planiſsimè autē hoc in palūbis, atq; perdicibus deprehēdas. Quamobrē ne vllos quidē eſſe per hyemē ipſis quidā ſunt arbitrati.

CÆSAR.

Comparavit meatuum ſubſtantiam in piſcibus cum auium teſtibus: nunc eorum officium comparat: aitque coïtus tempore in piſcibus meatus, in auibus teſtes grandes eſſe, atque turgidos: poſt id tempus, aut nullos videri: aut quibus inuenias, eos puſillos deprehendas: ponit exemplum peculiare in palumbis atque perdicibus: poſtremò quorundam opinionem qui hæc genera per hyemem carere putarent. Hanc eandem ſententiam ponit libro ſexto *Hiſtoriarum* cap. IX. vt Theodorus ſecat: & primo de *Generatione* cap. IIII.

Ariſtoteles poſuit coïtus tempore μεγάλους: extra id tempus tria: μικρούς, ἀδήλους, οὐδ᾽ ἔχειν.

Dixit ἄδηλοι καὶ οἱ πόροι: quoniam dixerat καὶ θορὸς, καὶ πόροι: nunc vnico membro vtrique reſpondet per copulatiuam: καὶ οἱ πόροι: mira breuitate: id eſt, *non ſolùm abit ſemen, ſed meatus nulli videntur.*

Laxiùs locutus eſt πρὶν μὲν ὀχεύειν: actionem pro tempore poſuit. Nam antequam coëant turgidos habent coïtus tempore.

Theodorus, θορὸς, *lentorem* nimis licenter dixit. Idem, πόροι σφόδρα δῆλοι *meatus latiſsimè patent*: malè: neque enim latiſſimè patent, ſed teretes ſunt, ac turgidi.

XIIII. ARISTOTELES.

Τῶν δὲ ἐν τῷ πρόσθεν ἐχόντων τοὺς ὄρχεις, οἱ μὲν ἐντὸς ἔχουσι πρὸς τῇ γαστρὶ, καθάπερ δελφίς· οἱ δὲ, ἐκτὸς ἐν τῷ φανερῷ, πρὸς τῷ τέλει τῆς γαστρός. τούτοις δὲ τὰ μὲν ἄλλα τὸν αὐτὸν ἔχει τρόπον· διαφέρουσι δὲ, ὅτι οἱ μὲν αὐτοὶ ἔχουσι καθ᾽ αὐτοὺς τοὺς ὄρχεις, οἱ δ᾽ ἐν τῇ καλουμένῃ ὀσχέᾳ, ὅσοι ἔξωθεν.

Qvibus teſtes in anteriori parte ſiti ſunt: horum nonnullis hærent intus ventri, vt Delphino: alijs extra ad extremum ventrem palàm. Atq; his ſanè cum cætera conueniant, tū hoc differunt: quòd illis per ſeipſi hærent teſtes: in ijs autem quibus extra ſunt, ſibi ſcroto continentur.

CÆSAR.

Accipit aliam differentiam eorum qui in anteriore parte habent teſtes: eámque diuidit: intus & extra habitum eundem dicit: niſi quòd intus qui ſunt per ſeipſi hæreant: qui extra in ſcroto contineantur.

καθ᾽ αὐτοὺς, id eſt *ſuopte adminiculo, non ſcroti opera in quo pendent.* Theodorus potius expoſuit quàm tranſtulit, cum dixit: *nulla cute obductos*: ſicut cum dixit, *coniectos in conceptaculum, quod ſcrotum vocamus.*

ARIST.

XV. ARISTOTELES.

Αὐτοὶ δ' οἱ ὄρχεις ἐν πᾶσι τοῖς πεζοῖς καὶ ζωοτόκοις, τὸν δ' ἔχουσι τὸν τρόπον. τείνουσιν ἐκ τῆς ἀορτῆς πόροι φλεβικοὶ, μέχρι τῆς κεφαλῆς ἑκατέρου τῶν ὀρχέων· καὶ ἄλλοι [δ'] ἀπὸ τῶν νεφρῶν δύο. εἰσὶ δ' οὗτοι μὲν, αἱματώδεις· οἱ δ' ἐκ τῆς ἀορτῆς, ἄναιμοι. ἀπὸ δὲ τῆς κεφαλῆς πρὸς αὐτῷ τῷ ὄρχει, πόρος ἐστὶ πυκνότερος ἐκείνου καὶ νευρωδέστερος, ὃς ἀνακάμπτει πάλιν ἐν ἑκατέρῳ τῷ ὄρχει πρὸς τὴν κεφαλὴν τοῦ ὄρχεως. ἀπὸ δὲ τῆς κεφαλῆς, ἑκάτεροι πάλιν εἰς ταὐτὸ συνάπτουσιν, εἰς τὸ πρόσθεν ἐπὶ τὸ αἰδοῖον. οἱ δ' ἐπαναχάμπτοντες πόροι, καὶ προσκαθήμενοι τοῖς ὄρχεσιν, ὑμένι περιειλημμένοι εἰσὶ τῷ αὐτῷ ὥστε δοκεῖν ἕνα εἶναι πόρον, ἐὰν μὴ διέλῃ τὸν ὑμένα τις. ὁ μὲν οὖν προσκαθήμενος πόρος, ἔτι αἱματῶδες ἔχει τὸ ὑγρὸν ἧττον μέντοι τῶν ἄνω τῶν ἐκ τῆς ἀορτῆς. ἐν δὲ τοῖς ἐπαναχάμπτουσιν εἰς τὸν καυλὸν τὸν ἐν τῷ αἰδοίῳ, λευκή ἐστιν ἡ ὑγρότης.

In omni genere animantium quæ humi agitant, atque animal pariunt, ſic teſtes ſunt conſtituti. Meatus venarum ſpecie ab aorta ad vtriuſque teſtis caput tendunt. Tum alteri duo ab renibus, ſed ſanguinem ij continent, illi de aorta nullum: ab ipſo teſtis capite meatus eſt illo denſior atque nervoſior, qui vtroque in teſte reciprocat, rurſus ad caput: à quo capite vterque in vnum coït prorſum ad genitale: atque ij meatus quos reciprocare diximus, & ij qui teſtibus applicantur, eadem membrana ambiuntur, adeò, vt niſi membranam diſiungas vnus meatus eſſe videatur: is meatus quem applicatum diximus, etiamnum ſanguinolentum continet humorem: licèt minùs quàm ij qui aorta demittuntur: At in ijs, quos reciprocare ad tubum genitalis indicabamus, candidus humor continetur.

CAESAR.

Svpra ſeorſum teſtiũ atque meatuum naturam, ſitum, habitum, officium, & declarauit, & ſuæ quodque ſpeciei attributum agnouit. Nunc exactius eadem omnia, ac prætereà connexionem, ſeriémque ipſam ac conſilia naturæ perſcrutatur. Ab aorta duo vaſa ſeminalia demiſſa ad ſumma teſtium euadunt craſſiora, poſtquam ambiunt teſtes ad quorum fundum deducta reciprocant ſurſum ad caput, atque indunt ſeſe in tubum genitalis. Item duo vaſa ab renibus pari ſitu, ſed diſpari officio. Nam hæc ſanguinem continent, illa non. Deinde dicit in his coloratiusquid contineri, quàm in ijs quæ iam teſtibus adiacent: vbi autem reciprocant, tum humorem candidum ineſſe. Coniunxit quoque Ariſtoteles τὸ δύο vtriſque: commune ſcilicet, tam ijs qui ab aorta, quàm ijs qui à renibus tendunt. *****

Deſunt hic multa quæ dicturus erat ex Galeno * * * * * * * *

Theodorus ambigua voce *venales* φλεβικοί: vix Romanus intelligat aliud quàm vendibile. Tum addidit venæ nomen, *aortæ*: quod etſi tolerabile eſt, tamen cauendum quoad fieri poſſit. Et diſtinguitur nomen: nam infra Ariſtoteles commune venæ per aortam venam vocat pulſantem & non pulſantem.

Maximè conſiderandum quid intelligat ἐν ἑκατέρῳ τῷ ὄρχει. Quod Theodorus *per vtrumque progreſſus teſtem* tranſtulit: hoc enim valde ambigendum eſt, ſubeátne teſtem, an ambiat. ***** * * *Et hîc quædam deeſſe ex Autoris notis deprehendimus.*

διέλῃ *diuortium feceris*. Theodorus dixit, nimis ambitioſè.

Nota orationem: οἱ δ' ἐπαναχάμπτοντες πόροι καὶ προσκαθήμενοι: non dixit καὶ οἱ προσκαθήμενοι: quaſi alios faceret reciprocos & alij adhærentes: ſi enim articulus poſitus eſſet hoc indicaret. At non poſuit; igitur ijdem ſunt: paulò tamen poſt diſtinguit: ὁ μὲν οὖν προσκαθήμενος. Et mox ἐν δὲ τοῖς ἀναχάμπτουσι. Quare Theodorus pro diuerſis interpretatus eſt; & rectè. Nam in deſcriptione figuræ alij atque alij intelliguntur. Sed profectò malè omiſit Ariſtoteles, aut librarius articulum. Intelligit igitur meatus primos cùm demittuntur, quos appellat τείνοντας. Deinde ſecundos, quos καθημένους, & πυκνοτέρους qui capiti teſtium cõmittũtur. Tertio loco τοὺς ἀναχάμπτοντας.

XVI. ARISTOTELES.

Φέρει δὲ καὶ ἀπὸ τῆς κύστεως πόρος, καὶ συνάπτει ἄνωθεν πρὸς τὸν καυλόν. περὶ τοῦτον δὲ, οἷον κέλυφός ἐστι τὸ καλούμενον αἰδοῖον.

A Veſica quoque meatus dirigitur coïtque ad ſuperiorem tubi partem: Circa quem quaſi putamen eſt quod vocamus genitale.

CAESAR.

IN re difficili,difficillima vtitur oratione : neque enim quò tendant ij qui ab renibus demittuntur,dicit.Nunc autem meatum tradit ab veſica : at doceret hunc eſſe meatum qui ab renibus dirigebatur ad vrinam reddendam.

In numero ſingulari incommodius *πόρος* cùm dicturum ſe videret, *συνάπτει*:neque adderet cui.Præterea tam hîc quàm ſupra falſum eſt , quòd in vnum iunguntur. *συνάπτειν* enim eſt *coniungi*: at non coniunguntur: ſed in tubum genitalis coïre verum eſt : at ipſos in vnum coïre meatum ex duobus qui fiat,verum non eſt:at *συνάπτειν* hoc ſignificat.

Theodorus *περὶ τοῦτον καυλὸν* interpretatus eſt:atque intellexit *τὸν πόρον*:at *καυλὸν* Ariſtoteles: intelligit autem *καυλὸν τοῦ αἰδοίου Canalem*: vnde & *Caula* gregem quæ caperet vacua. Quanquam & res ſolidæ *Caules* appellatæ ſint.Sed hîc Ariſtoteles quod intus vacuum eſt intellexit, cùm dixit *περὶ τὸν καυλὸν συνάπτειν*.

XVII. ARISTOTELES.

Θεωρείσθω δὲ τὰ εἰρημένα ταῦτα καὶ ἐκ τῆς ὑπογραφῆς τῆσδε. * *τῶν πόρων ἡ ἀρχὴ ἀπὸ τῆς ἀρτηρίας, ἐφ' ἧς α. κεφαλαὶ τῶν ὄρχεων, καὶ οἱ καθήκοντες πόροι, ἐφ' οἷς κ κ. οἱ ἀπὸ τούτων πρὸς τῷ ὄρχει καθήμενοι, ἐφ' οἷς τὰ ω ω. οἱ δ' ἀνακάμπτοντες ἐφ' οἷς ἡ ὑγρότης ἡ λευκὴ ἐφ' οἷς τὰ ββ. αἰδοῖον, δ. κύστις, ε. ὄρχεις δ', ἐν οἷς τὰ ψψ.*

PErſpiciatur ſanè meatuum horũ narratio, ex ſubiecta pictura ſic:initium de aorta , ibi vbi eſt A. Teſtium capita atque ipſi meatus deſcendentes eò, vbi eſt B.meatus qui ab ipſis teſtibus applicantur,vbi ſunt CC. Meatus reciproci quibus humor candidus continetur,vbi ſunt DD.genitale,vbi eſt E.veſica, vbi eſt F. teſtes,vbi ſunt GG.

CAESAR.

SVBDIT picturam,quoniam imago eſt rerum propior, quàm nomina. Tum aliis de cauſſis, tum quia oculorum ſenſum magis afficit diuturnitate inſpectionis. At voces ab auribus elabuntur.

Commodiùs autem feciſſet ſi elementorum ordinem ſecutus eſſet : ſic enim memoria tenacior eſſet.Tum autem ſtatim teſtium capita memorat,quos tamen in fine poſuit orationis. Præterea neſcio, an libri mendum ſit,cùm notæ non geminentur in poris deſcendentibus: qui tamen vti cæteri gemini ſunt:poſtremò videndum ab aortáne, an ab emulgentibus vaſa ſeminalia demittantur.Ariſtotelis figura hæc eſt.



AA. Initium ab aorta.
BB. Meatus deſcendentes.
CC. Applicati meatus.
DD. Reciproci meatus.
E. Genitale.
F. Veſica.
GG. Teſtes.

XVIII. ARISTOTELES.

Ἀποτεμνομένων δὲ ἢ ἀφαιρουμένων τῶν ὄρχεων αὐτῶν, ἀνασπῶνται οἱ πόροι ἄνω.

Exectis, ablatíſque teſtibus, retrahuntur ſurſum meatus.

CAESAR.

OSTENDIT quod vbique profitetur, teſtium officium, intendendi meatus, quibus genitale ſemen continetur: abſectis teſtibus igitur retrahuntur illi, neque demittunt ſemen. Hanc autem ſententiam in libris noſtris de *ſemine genitali* declarauimus falſam eſſe. Item in decimo *Hiſtoriarum*.

Neque circumſpectè locutus eſt: ἀποτεμνομένων ἢ ἀφαιρουμένων: quid enim? diſiungítne, *auferre*, ab eo quod eſt *exſecare*? manca certè locutio: diceret prudentius, addendo *alióue quo pacto ablatis*.

XIX. ARISTOTELES.

Διαφθείρουσι δ' αἱ μὲν, ἔτι νέων ὄντων, θλίβοντες· οἱ δ' καὶ ὕστερον ἐκτέμνοντες.

Corrũpunt teſtes duobus modis: aut enim tenellos frangunt: aut etiam firmiore ætate exſecant.

CAESAR.

PROPTEREA quòd dixit ἀποτεμνομένων & ἀφαιρουμένων: iccircò declarat hæc duo quæ olim fieri ſolebant etiam in hominibus. Nunc moribus noſtris non conueniunt: ſed in animalibus cæteris hoſce modos etiamnunc obſeruant. Qua de re alibi plenius locuti ſumus.

Theodorus *nouellos* dixit: ſed aptior vox in plantis quàm in animalibus.

XX. ARISTOTELES.

Συνέβη δ' ἤδη ταῦρον ἐκτμηθέντα, καὶ εὐθὺς ἐπιβάντα, ὀχεῦσαι, καὶ γεννῆσαι.

Euenit aliquando vt Taurus caſtratus illico admiſſus, & inierit, & impleuerit.

CAESAR.

NON vno loco teſtatus hoc eſt Ariſtoteles. Nam & hîc, & primo de *Generatione*, & nono *Hiſtoriarum* idem prodidit, non ſine diſcrimine ſententiæ ſuæ, qui teſtes ad generandum nullo eſſe vſu arbitratus eſt: propter eáque taurus ille ſine teſtibus coiuerit & impleuerit. Verum & hiſtoriæ fidem ambiguam alibi diximus. Quippe doloris acerbitas aliorſum tauri impetum quàm ad Venerem ſtimulârit: & vniuerſam opinionem deleuimus.

CAPVT SECVNDVM.

De vterorum ſitu & differentia.

XXI. ARISTOTELES.

Τὰ μὲν οὖν περὶ τοὺς ὄρχεις τῶν ζώων, τοῦτον ἔχει τὸν τρόπον. αἱ δ' ὑστέραι τῶν ἐχόντων ὑστέρας ζώων, οὔτε τὸν αὐτὸν τρόπον ἔχουσιν, οὔθ' ὅμοιαι πάντων εἰσὶν, ἀλλὰ διαφέρουσι καὶ τῶν ζωοτοκούντων πρὸς ἄλληλα, καὶ τῶν ᾠοτοκούντων.

HÆc de animantium teſtibus. Quæ autem vteros habent, eos non ſolùm eodem ſitos modo: ſed etiam diuerſos nactæ ſunt: ſed tam in ijs quæ animal, quàm in ijs quæ oua pariunt inter ſe differunt.

C Æ S A R.

CVM Ariſtoteles inſtitutam commentationem ita partitus ſit, vt interiora membra ab exterioribus ſit contemplatus: neque enim ſecundùm officia aut fines, membra coniunxit: ſic enim de iecore, corde, venis, & arterijs ſimul diſputâſſet. Quare cùm in maribus teſtes partim extent, partim intus ſiti ſint: at vuluæ omnes intus habentur: commodiùs facturus fuit Theodorus ſi hanc partem ſeparato Capite tranſtuliſſet: præſertim cùm ipſe Ariſtoteles quaſi impoſito fine tranſiliat.

XXII. ARISTOTELES

Δικρόαι μὲν οὖν εἰσὶν ἁπάσαι τῶν πρὸς τοῖς ἄρθροις ἐχόντων τὰς ὑστέρας· καὶ τὸ μὲν αὐτῶν, ἐν τοῖς δεξιοῖς μέρεσι, τὸ δ' ἕτερον, ἐν τοῖς ἀριστεροῖς ἐστιν. ἡ δ' ἀρχὴ μία, καὶ τὸ στόμα ἕν, οἷον καυλὸς σαρκώδης σφόδρα καὶ χονδρώδης τοῖς πλείστοις καὶ μεγίστοις. καλεῖται δὲ τούτων τὰ μὲν, ὑστέρα καὶ δελφὺς, ὅθεν καὶ ἀδελφοὺς προσαγορεύουσι. μήτρα δ', ὁ καυλὸς καὶ τὸ στόμα τῆς ὑστέρας.

QVi vteri ad genitale poſiti ſunt, ij geminos ſinus habent: alterum in dextra, alterum in læua parte: cæterùm principio vno, vnóque ore conſtant quaſi ceruice, eáque carnoſa valde atque cartilaginoſa maxima parti earum quæ notabili ſunt magnitudine. Eorum partes aliæ vocantur matrix, atque vteri: vnde fratres vterini quoque dicti ſunt. Aliæ vulua, ceruix ipſa ſcilicet, atque os vterorum.

C Æ S A R.

DECLARAT diſsimilitudinem, & ſitus diuerſitatem. Idémque ait quod Galenus: ſinus geminos, quorum numerum cum papillarum numero æquari falsò putauit: nam & nullis ſinubus multi fœtus continentur. Id quod & Ariſtoteles obſeruauit. Et fœminæ ſeptenos pariunt. Nam quaternos quæ ter pepererit in hac vrbe viuebat cùm hæc ſcriberem. Et canis in Vaſconia nouenos. Deinde declarat & partes & nomina: ſinus, os: dicítque ὑστέραν, καὶ δελφὺν, καὶ μήτραν καὶ καυλὸν, καὶ στόμα. Nos matricem quoniam foueat. Et vterum, quoniam ſit ὁ ἕτερος venter, quaſi alter venter. Et vuluam à volendo aut voluendo vt aliqui malunt. Et ceruicem τὸν καυλὸν ex Celſo. Habemus præter has voces, etiam aliud nomen *Locos*: quoniam ſit receſſus quidam in ſinubus: hoc enim apud priſcos ſignificauit verbo Græco λόχος. Matricis verò partes ſinus κόλποι. Cornua obliqua, κεραίας; etiam πλεκτάνας vocat Pollux: qui etiam matricis latera ὤμους vocat quaſi humeros: ſummum eius αὐχὴν τράχηλος: nos *collum* & *ceruicem*: eius aditus *os*. Duæ autem ambiunt fœtum tunicæ: exterior χορίον interior, ἀμνίον. Barbari hanc *animum*, illam ſecundariam, Latini *ſecundas*, Græci illam ὑστέραν dicunt. Tertiam Galenus aſtruit *Allantidem*. Quoniam ἀλλᾶντος ſimilis ſit, oblonga id eſt lucanicæ, aut apexaboni.

Nota locutionem: dixit δικρόαι. Et ſubdit: καὶ τὸ μὲν αὐτῶν τὸ δ' ἕτερον. diuidit & diſiungit ſenſum, non verba: nos Latinè explicatiùs reddidimus.

Appellauit initium ἀρχὴν, ſcilicet ortum eius vbi annexa eſt: vnúmque dixit: ne quis putaret geminum: quot & ſinus: ſicut ex altera parte, vnum quoque os. At Theodorus putauit idem eſſe, τὴν ἀρχὴν καὶ τὸ στόμα. Et laxius interpretatus eſt τὸ ἕν commune.

Iam alibi reprehendimus Theodori locutionem: qui magnitudinem ſæpe interpretatur per verbum *augere*, minus rectè: auctiſſimus eſt pulex cùm amplius non creſcit: ſed nihil ad recens natum elephantum, qui nihil fere dum auctus eſt.

Eſt apud Ariſtotelem argumentum ab vſu vocum cum etymologia: δελφὺς, inquit vocari vterus videtur, quoniam ἀδελφοὶ dicuntur ij qui ſimul eodem loco qui δελφὺς vocatur, vſi ſunt. Hoc Latinè neſcio an aſſecuti fuiſſemus: niſi docuiſſet nos maximus ille vir Theodorus nunquam ſatis laudata ingenij fœcunditate: qui ab vtero, *vterinos* rectè & dixit & expreſsit: verùm

rùm minùs aptè ceruicem matricis, *matricem* appellauit. Neque enim ratio nominis conſtat. Eſt enim matrix quaſi mater altera: at ceruix nihil continet: ſed ſemper plus minùs aperta eſt. Quare non ambigam an μήτρα quoque ἀχυρώνιον dicatur ὁ καυλός. Ego verò non puto: ſed receſſum ipſum atque conceptaculum, & μήτραν à Græcis, & à noſtris illorum imitatoribus, *matricem.*

XXIII. ARISTOTELES.

Ὅσα μὲν οὖν ἐστὶ ζῳοτόκα καὶ δίποδα καὶ τετράποδα, τούτων μὲν ἡ ὑστέρα πάντων ἐστὶ κάτω τοῦ ὑποζώματος, οἷον ἀνθρώπῳ, καὶ κυνὶ καὶ ὑῒ, καὶ ἵππῳ, καὶ βοΐ. καὶ τοῖς κερατοφόροις ὁμοίως ταῦτ᾽ ἔχει πᾶσιν. ἐπ᾽ ἄκρων δὲ αἱ ὑστέραι τῶν καλουμένων κεράτων. εἰλιγμὰ δ᾽ ἔχουσιν αἱ τῶν πλείστων.

Tam bipedes quàm quadrupedes quæ animal pariunt, omnes infra præcordia vteros habent. Homo, canis, ſus, equus, bos. Et cornigeris omnibus ratio eadem: vterorum extrema cornua vocantur, quorum magna pars conuoluta eſt.

CAESAR.

SVPRA diſſimilitudinem declarauit, nunc ſitum diuerſum: in principio commentationis certis attribuit generibus: in calce autem redit ad partes matricis; ſanè confusè: ſuperius enim aptiùs poſuiſſet: dicitque appellari extremas matricis partes, *Cornua.*

Cùm dixit tam bipedes quàm quadrupedes quæ animal parerent eiuſmodi eſſe. Quare ſubdidit eandem naturam & ſitum, & ſimilitudinem in cornigeris ſeruari? quis me ferat ſi dicam omne animal moueri, & ſubdam etiam hominem moueri? præſertim cùm exemplum bouis poſuerit: niſi dicamus cùm bouem poſuit addidiſſe, & cæteris cornigeris non ſolùm boui.

XXIV. ARISTOTELES.

Τῶν δ᾽ ᾠοτοκούντων εἰς τοὐμφανὲς, οὐχ ὁμοίως ἁπάντων ἔχουσιν, ἀλλ᾽ αἱ μὲν τῶν ὀρνίθων, πρὸς τῷ ὑποζώματι, αἱ δὲ τῶν ἰχθύων, κάτω, καθάπερ αἱ τῶν ζῳοτοκούντων διπόδων καὶ τετραπόδων· πλὴν λεπταὶ καὶ ὑμενώδεις καὶ μακραὶ ὥστ᾽ ἐν τοῖς σφόδρα μικροῖς τῶν ἰχθύων δοκεῖν ἑκατέραν ᾠὸν εἶναι ἕν, ὡς δύο ἐχόντων ᾠὰ τῶν ἰχθύων τούτων, ὅσων λέγεται τὸ ᾠὸν εἶναι ψαθυρόν. ἔστι γὰρ οὐχ ἕν, ἀλλὰ πολλά· διόπερ διαχεῖται εἰς πολλά.

Quæ verò oua edunt, non omnibus ratio eadem: ſed aues ad ſeptum tranſuerſum, piſces infra obtinent. Quemadmodum bipedes, quadrupedéſque quæ animal pariunt. Cæterùm tenues iis ſunt & membranicei, atque oblongi. Quamobrem in piſcibus minutis vtraque vteri pars vnum ouum eſſe videtur. Quaſi verò duo tantùm oua in illis ſint. Quorum eſſe dicitur ouum arenoſum: verùm vnum non eſt: ſed numeroſum, ideóque in multa ſoluitur.

CÆSAR.

ASSIGNAT genus ouiparorum, in quo ponit differentias ſitus vterorum. Circumſcripſit genus atque arctauit ad ea quæ non ſolùm concipiunt ouum, ſed etiam edunt: vt exciperet τὰ σελάχη, καὶ τὴν ἐχίδναν. Ponit conuenientem naturam piſcium cum quadrupedibus, quòd ad locum pertinet: ponit differentiam quòd ſpectat ad ſubſtantiam, λεπτὰς καὶ ὑμενώδεις: & ad figuram μακράς: poſtremò collit vulgi opinionem, quod putet in minutis piſciculis duo oua contineri: quoniam toti ſinus oblongi confertim complentur. Sed, inquit, non verum eſt: addit demonſtratione rationem. In plura ſoluitur: ponit concluſionem: ergo plura ſunt.

Nota cùm dixit ἔστι γὰρ οὐχ ἕν, videtur reddere rationem quare ψαθυρὸν dicatur, id eſt arenoſum ac minutum: rectiùs tamen per ſubdiſiunctiuam loquutus eſſet: ſic οὐ μὴν ἔστιν ἕν, ἀλλὰ πολλά: debuit enim contradicere iis quibus vnum videretur.

Aduerte cum dixit λέγεται τὸ ᾠὸν ψαθυρὸν: dicitur, inquit, vulgò ſcilicet: quaſi ſint duo oua tantùm, quæ dicantur arenoſa: neque in oua ſoluantur, ſed in arenas tanquam in oui partes. Hoc ipſe refellit tandem.

Theodorus ἀλλὰ πολλά : *ſed arenulentum* : nimis ambitioſè:nos proprius:*numeroſum*.

Διαχεῖται, metaphora ſumpta ab aquis. Theodorus *diffundi*,non malè:ſic in hiſtoriis *fuſos* milites, *ſparſos* : nobis plus placuit, *ſolui*.

XXV. ARISTOTELES.

Ἡ δὲ τῶν ὀρνίθων ὑστέρα, κάτωθεν μὲν ἔχει τὸν καυλὸν σαρκώδη καὶ στιφρόν· τὸ δὲ πρὸς τῷ ὑποζώματι, ὑμενώδης καὶ λεπτὸν πάμπαν· ὥστε δόξαι ἂν ἔξω τῆς ὑστέρας εἶναι τὰ ᾠά. ἐν μὲν οὖν τοῖς μείζοσι τῶν ὀρνίθων, δῆλός ἐστιν ὁ ὑμὴν μᾶλλον, καὶ φυσώμενος διὰ τοῦ καυλοῦ, αἴρεται καὶ κολποῦται ὁ ὑμήν· ἐν δὲ τοῖς μικροῖς ἀδηλότερα ταῦτα πάντα.

Avium matrix deuexam habet ceruicem carnoſam atque compactam. At quæ pars ſepto adiacet membrana tenui admodum conſtat : vt putare poſſis extra locos oua ſita eſſe : verùm in grandioribus auibus cum percipitur facilius ſenſu membrana, tum verò ſi per ceruicem inſufles, tumet , & ſinuatur: at in minutis obſcuriora omnia hæc.

CAESAR.

INTER piſces & aues poſuerat differentiam,quam exequutus eſt:nunc alterã aggreſſus declarat.Atque vt in illis contẽplatus fuerat tã maiores quàm minores, ſic in auibus nunc:ponit ſitum & partium diuerſitatem : ceruicem deuexam,id eſt,deorſum expectantem , & carnoſam : ſinum ſupra ad ſeptum poſitum , & membrana tenui conſtantem; ſed adeo tenui, vt in auiculis minuſculis vix ſenſu deprehendatur : adeò vt credi poſſint oua extra ſita eſſe. Tollit hunc errorem exemplo maiorum auium:in quibus & oculis percipitur membrana, & inſufflata tumet,atque ſinuatur.

Αἴρεται Theodorus *tollitur* rectè : nos ſignatiùs *tumet*.

Theodorus στιφρὸν *calloſum* : τύλος *callum* ſignificat. At στιφρὸν *compactum* longè meliùs : neque enim callus ibi eſt,ſed denſitas craſſiuſcula : itaque mox dicit σαρκωδέστερος de καυλῷ eiuſdem rationis.

XXVI. ARISTOTELES.

Τὸν αὐτὸν δὲ τρόπον ἔχει ἡ ὑστέρα καὶ ἐν τοῖς τετράποσι μὲν τῶν ζῴων ᾠοτόκοις δὲ, οἷον χελώνῃ καὶ σαύρᾳ, καὶ βατράχοις, καὶ τοῖς ἄλλοις τοῖς τοιούτοις. ὁ μὲν γὰρ καυλὸς κάτωθεν εἷς καὶ σαρκωδέστερος· ἡ δὲ σχίσις καὶ τὰ ᾠὰ ἄνω πρὸς τῷ ὑποζώματι.

Eadem ratio & in ouiparis quadrupedibus, teſtudine, lacerta , rana atque eiuſmodi. Ceruix ima in parte ſingularis & carnoſiuſcula. Diuiſio autem & oua ſupernè ad ſeptum.

CAESAR.

INTER ouipara pedibus carentia ſunt piſces : bipeda aues. Quadrupeda nunc enumerat : aſſignátque naturam ſimilem bipedibus.

Aduerte ὁ μὲν καυλὸς εἷς· ἡ δὲ σχίσις : opponuntur εἷς, & σχίσις vi verborum & ſignificatu, non ipſis verbis. Quoniam σχίσις includit in ſignificatione δύω.

XXVII. ARISTOTELES.

Ὅσα δὲ τῶν ἀπόδων εἰς τὸ φανερὸν μὲν ζῳοτοκεῖ, ἐν αὐτοῖς δὲ ᾠοτοκεῖ, οἷον οἵ τε γαλεοὶ, καὶ τἆλλα τὰ καλούμενα σελάχη (καλεῖται δὲ σέλαχος, ὃ ἂν ἄπουν ὂν, καὶ βράγχια ἔχον, ζῳοτόκον ᾖ) τούτων δὴ, δικρόα μὲν ἡ ὑστέρα ὁμοίως δὲ καὶ πρὸς τὸ ὑπόζω-

Pedibus carentia animalia , quæ ex ouo intrà ſe concepto animal edunt ; cuiuſmodi muſteli , & quæ cartilaginea vocantur, ea ſcilicet quæ pedes non habent , & branchias habent , & animal pariunt, geminam diuiſo ſinu matricem obtinent: hæc eodem

μα

μα τείνει, καθάπερ καὶ τῶν ὀρνίθων. ἔτι δὲ διὰ μέσου τῶν διχορίων κάτωθεν ἀρξαμένη, μέχρι πρὸς τὸ ὑπόζωμα τείνει, καὶ τὰ ᾠὰ ἐνταῦθα γίνεται, καὶ ἄνω ἐπ' ἀρχῇ τοῦ ὑποζώματος· εἶτα προελθόντα εἰς τὴν εὐρυχωρίαν ζῷα γίνεται ἐκ τῶν ᾠῶν. αὐτῶν δὲ τούτων πρὸς ἄλληλά τε καὶ πρὸς τοὺς ἄλλους ἰχθῦς ἡ διαφορὰ τῶν ὑστερῶν, ἀκριβέστερον ἂν θεωρηθείη τοῖς σχήμασιν ἐκ τῶν ἀνατομῶν.

quo aues ſitu ab ima parte orſa per mediam ſinuum ad ſeptum tranſuerſum tendit. Atque tum ibi, tum ſuprema in parte ad originem ſepti oua generantur, quæ poſteà in ampliorem demiſſa regionem euadunt animalia. Quemadmodum verò, tum inter ſeſe, tum ab aliis piſcibus differant horum vteri, exactiùs in figuris quæ ex diſſectis corporibus comparantur, contemplari poſſis.

CAESAR.

ALIVD recenſet genus, τῶν σελάχων quod ab affectibus & differentiis circumſcribit: carere pedibus: habere branchias: animal parere ex ouo intrà ſe concepto. Declarat ſitum communem cum auibus: longitudinem ſinus: officium duplex: in ſuperiori parte oua concipiendi: in inferiori animalia. Oſtendit rationem loci cùm dicit εὐρυχωρίαν. Quoniam animalibus latior locus debetur: rationem non dixit, ſed in promptu eſt: motus ſcilicet: poſtrema in parte relegat curioſum contemplatorem ad Libros, in quibus figuræ ad diſſectorum corporum imitationem deſcriptæ ſunt.

Nota demonſtrationem. Maior propoſitio: pedibus carentia habent talem matricem. Minor, cartilaginea ſunt talia: Concluſio, ergo talem habent matricem.

Diſiungit à ſuperioribus quæ dixerat, εἰς τοὐμφανὲς ᾠοτοκεῖ: nunc ἐν αὑτοῖς ᾠοτοκεῖ, εἰς τὸ φανερὸν ζῳοτοκεῖ.

Feſtiuè dixit προελθόντα, ſicut Salluſtius *Scaphas progreſſas*: Cato *naues ambulare*: Lucretius *vocem gradiri.*

Theodorus τὰ ἄποδα, *pedibus priuata.* Sed priuatio indicat habitus ablationem, qui habitus cuipiam rei debeatur. Cartilagineis nulli debentur pedes: priuata cauda lacerta eſt, poſtquàm eſt abſciſſa: at ouum cauda priuatum non eſt: ſed cauda caret. Eundem errorem & fouit alio verbo, & cumulauit, cùm dixit: *pedibus orbatum*: quis enim dicat anguillam patre orbatam cui nunquam vllus fuit?

Theodorus item addidit: *inter marina*: cùm circumſcriberet σελάχη: ſuperfluè. Nam ibidem eſt, branchias habet. Quid enim habet branchias quod aquatile non ſit? Quare & illud fortaſſe minùs verè additum ſit. Raiam enim etiam fluuiis capi vidimus: hæc contra Theodorum: contra Ariſtotelem illud. Lampetram quoque cartilagineam eſſe: animal intrà ſe non parere conſtat: neque enim fieri poſſet: cuius vterus vſque ad exitum excrementorum tanta ouorum frequentia ſtipatus eſt, vt vnum ouum eſſe videatur. Neque enim vllam habet εὐρυχωρίαν in quam ad animal conformandum demittantur, & fluuialis eſt. Negligenter etiam δικρόαν *partitam vuluam* interpretatus eſt: ſed *bipartitam.* Et addidit de ſuo, *arctior*, & ἀκύερς illud: *oua fœtus animales excludunt*: neque enim oua excludunt: ſed ex ouis Natura.

XXVIII. ARISTOTELES.

Ἔχει δὲ καὶ τὸ τῶν ὄφεων γένος πρός τε ταῦτα καὶ πρὸς ἄλληλα διαφοράς. τὰ μὲν γὰρ ἄλλα γένη τῶν ὄφεων, ᾠοτοκεῖ. ἔχις δὲ ζῳοτοκεῖ μόνον, ᾠοτοκήσας ἐν αὑτῷ πρῶτον· διὸ παραπλησίως ἔχει τὰ περὶ τὰς ὑστέρας τοῖς σελάχεσιν. ἡ δὲ τῶν ὄφεων ὑστέρα μακρά, καθάπερ τὸ σῶμα, τείνει, κάτωθεν ἀρξαμένη ἀφ' ἑνὸς πόρου συνεχής, ἔνθεν καὶ ἔνθεν τῆς ἀκάνθης, οἷον πόροι ἑκάτερος ὤν, μέχρι πρὸς τὸ ὑπόζωμα, ἐν ᾗ τὰ ᾠὰ κατὰ στοῖχον ἐγγίνεται, καὶ ἐκτίκτει οὐ καθ' ἕν, ἀλλὰ συνεχές.

Differt & inter ſe & ab his ſerpentum natura. Nam cùm alia genera oua pariant, ſola vipera ex ouo quod intrà ſeſe priùs conceperit, poſteà parit animal. Quæ de cauſſa earum vterus, & cartilagineorum ſimiles ſunt. Serpentum matrix pro corporis modo longa, ab vno meatu, ima de parte incipiens, continuo tractu ex vtroque ſpinæ latere, tanquam gemini meatus vſque ſub ſeptum ipſum tenditur: atque in ea oua ſeriatim conformata: non ſingulatim ſed inter ſe cohærentia eduntur.

CAESAR.

C Æ S A R.

ALIA Capitis pars pro ſerpentum genere duplici. Nam omnes ouiparæ ſunt, præter viperas, quæ cùm cartilagineis communem naturam nactæ ſunt. Deinde deſcribit matricem ima in parte vnico ſpatio ab ea gemino hinc atque hinc in medio ſpinam prætercurrente vſque ſub ſeptum. Et præterea dixit ἀφ' ἑνὸς πόρου συνεχὴς, & poſteà: οἷον πόρος ἑκάτερος: ſed nota ἑκάτερος: alius dixiſſet πόροι δύο: nam ἑκάτερος relatiuum eſt: at vnum tantùm nominauit: duriuſcula locutio eſt.

Nota & id de ouis: τὰ ᾠὰ ἐγγίνεται. Et ſtatim tranſilit ad viperam: καὶ ἐκτίκτει: non dixit καὶ ἐξέρχεται, aut ἐκτίκτεται: vt varietate ſuſpenderet aures auditorum.

XXIX. ARISTOTELES.

Ἔχει δὲ τὴν ὑστέραν, ὅσα μὲν ζωοτοκεῖ, καὶ ἐν αὑτοῖς, καὶ ὡς τυμπανὲς, ἄνωθεν τῆς κοιλίας· ὅσα δ' ᾠοτοκεῖ, πάντα κάτωθεν πρὸς τῇ ὀσφύϊ. ὅσα δ' εἰς τὸ φανερὸν μὲν ζωοτοκεῖ, ἐν αὑτοῖς δ' ᾠοτοκεῖ, ἐπαμφοτερίζει. τὸ μὲν γὰρ κάτωθεν [τῆ] πρὸς τῇ ὀσφύϊ αὐτῆς μέρος ἐστὶν, ἐν ᾗ τὰ περὶ τὰ ᾠά· τὸ δὲ, περὶ τὴν ἔξοδον ἐπάνω τῶν ἐντέρων.

QVæ animal intra ſe conceptum pariunt, matricem habent ſupra aluum; ouipara infra ad lumbos. At quæ ex ouo intra ſe concepto animal edunt, vtranque naturam ſortita ſunt: in his nanque matricis inferior pars ad lumbos eſt, vbi oua extraordinaria: pars altera qua exeunt, ſupra inteſtina ſita eſt.

C AE S A R.

NVNC ſummam colligit in partes tres. Quæ animal non ex ouo pariunt: quæ ouum non animal, quę ex ouo animal. Dicítque primum genus ſupra aluum habere: ſecundum infra ad lumbos: tertium vtrobique: ſupra enim dicit quaſi geminam matricem cartilagineorum. Quoniam in arctiore parte ſuprema oua ſint: in ima laxiore, animal ex ouo factum: ſed cùm declarat τὸ ἐπαμφοτερίζει, aberrat à promiſſis. Nam horum matricis partem ad lumbos ſitam eſſe dicit, atque in ea oua aſſignat: igitur hæc pars eſt inferior, & ſimilis matrici ouiparorum: itaque ouis quoque continendis deſtinata. At alteram partem cùm dicit ſupra inteſtina; hanc ſuperiorem facit. Quódnam igitur hæc continet? non profectò animal. Atque etiam falſum eſt ibi eſſe exitum: exitus enim poſtrema infimáque in parte eſt. Hoc videns Theodorus, τὸ ἐπαμφοτερίζει, non vtranque naturam accepit ſimul: ſed alterutram, & ſeparatim: anceps enim, ambiguum & dubium ſignificat. Apud Ariſtotelem enim frequens eſt hoc verbum in ea ſignificatione: verùm in hac quoque quam nunc afferimus. Cùm enim dicit Crocodilum ἐπαμφοτερίζειν: vtriuſque & terreſtris & aquatilis particeps deſignatur. Itaque facilius fuit Theodoro ſeruare ſententiam: quoniam aliis infra, aliis ſupra ſit: ſed quomodo ſeruabit ἔξοδον: præterea, quomodo ſeruabit τὸ μὲν μέρος αὐτῆς τὸ περὶ τὰ ᾠά: τὸ δὲ μέρος, ſcilicet, ἐπάνω τῶν ἐντέρων: numerat partes matricis quaſi geminæ vt diximus: τὸ μὲν, τὸ δὲ, non autem matrices diuerſas eodem in genere.

Eſt & illud obſeruandum: ita ſcriptum eſſe: ἐν ᾗ τὰ περιττὰ ᾠά: at Theodorus diſſimulauit τὰ περιττὰ: quoniam è ſuperiore claſſe ouorum exacta in inferiorem locum animal euadunt ibi. Nos Latinè vix poſſumus aſſequi: tamen vbi quiuimus extraordinaria. Quoniam iam oua eſſe deſinere volunt; neque in ordine ouorum ſunt, ſed vt animal euadant. De exitu autem neſcio quid dicam: aut enim mendum eſt, aut ſignificat motum ouorum è ſuperiore parte in ἀμφιχωρίαν: aut non intelligo.

XXX. ARISTOTELES.

Ἔτι δὲ διαφορὰ καὶ ἥδε πρὸς ἀλλήλας ἐστὶ τῶν ὑστερῶν. τὰ μὲν γὰρ κερατοφόρα καὶ μὴ ἀμφώδοντα,

ESt & aliud matricum diſcrimen. Nam cornigera altera tantùm dentata maxilla acceptabula in

ἔχει κοτυληδόνας ἐν τῇ ὑστέρᾳ, ὅταν ἔχῃ τὸ ἔμβρυον· καὶ τῶν ἀμφοδόντων, οἷον δασύπους, καὶ μῦς, καὶ νυκτερίς· τὰ δ' ἄλλα τὰ ἀμφόδοντα καὶ ζωοτόκα, καὶ ὑπόποδα, πάντα λείαν ἔχει τὴν ὑστέραν· καὶ ἡ τῶν ἐμβρύων ἐξάρτησις, ἐξ αὐτῆς ἐστὶ τῆς ὑστέρας, ἀλλ' οὐκ ἐκ κοτυληδόνος.

matricibus habent cùm prægnantia ſunt. Ac præter hæc inter illa quæ vtraque dentata ſunt, lepus, mus, veſpertilio: alia autem vtraque dentata quæ animal pariunt, & pedibus prædita ſunt omnia læuem habent vterum. Neque fœtus per acetabula, ſed ipſam matricem annexum eſt.

C AE S A R.

MATRICIS ſitum & figuram & partes multas declarauit: nunc verò reliqua recenſet. Acetabula ſcilicet, quæ Græci *κοτυληδόνας* vocant. Galenus & in quarto *De Officio membrorum*, & alibi, declarat nomen hoc: vaſorum quæ ad ſinum matricis veniunt oras, quibus fœtus annexus eſt: ſed non in omnibus: non enim omnia acetabulis prædita ſunt. Ponit igitur tria. Primo loco, cornigera: altero dentata: iis aſcribit acetabula. Secundo loco: andentata: ſed non omnia: ſed tria tantùm: leporem, murem, & veſpertilionem. Tertio loco reliqua andentata à quibus ademit acetabula. Primum ordinem non ſolùm circumſcripſit ea differentia quæ eſt altera tantùm maxilla dentata eſſe: ſed etiam cornibus. Quoniam ſunt quæ carent dentibus altera maxilla, & tamen cornua non gerunt; vt camelus: quæ contemplari oportet, an acceptabula habeant. Tertio ordini multas aſſignat circunſtantias: vtrobique dentes: animal parere: pedes habere: primas duas circunſtantias habet vipera: tertiam non habet: Crocodilus dentes vtraque maxilla habet, & pedes: at animal non parit.

Nota quod dicit: acetabula habent cùm prægnantia ſunt: immò verò etiam cùm prægnantia non ſunt: ſed intellexit officium acetabulorum. Quoniam venarum oræ, quas hîc dicit acetabula non extant in matricibus vacuis.

Theodorus *ζωότοκα*, *animalis fœcunda*: peſſimè. fœcundum eſt, quod à frequenti partu, aut numeroſa ſobole dicitur. Fert & parit animal leæna, ſed infœcundum genus eſt. Quanquam enim à fœtu dicitur: tamen vocis tenor ac flexus frequentiam & magnitudinem ſignificat: vt rubicundus, iracundus.

CAPVT TERTIVM,

De partibus conſimilibus animalium quæ ſanguine prædita ſunt.

XXXI. ARISTOTELES.

ΤΑ μὲν οὖν ἀνομοιομερῆ ἐν τοῖς ζῴοις μέρη τοῦτον ἔχει τὸν τρόπον, καὶ τὰ ἐκτὸς, καὶ τὰ ἐντός. τῶν δ' ὁμοιομερῶν, κοινότατον μέν ἐστι τὸ αἷμα πᾶσι τοῖς ἐναίμοις ζῴοις, καὶ τὸ μόριον ἐν ᾧ πέφυκεν ἐγγίνεσθαι· τοῦτο δὲ καλεῖται φλέψ. ἔπειτα δὲ, τὰ ἀνάλογοι τούτοις, ἰχὼρ καὶ ἶνες.

DE condiſsimilibus animantium partibus, tam interioribus, quàm exterioribus hactenus. Animalibus enim omnibus quæ ſanguine prædita ſunt communis maximè conſimilium ſanguis eſt: atque ea pars in qua ipſe ſuaptè natura continetur, quæ vena nominatur. Deinde ſi quæ horum vicem gerunt, vt ſanies, fibra.

CAESAR.

CAESAR.

HVNC librum debuit auſpicari, quemadmodum dicebamus, vt compoſita membra compoſitis redderet, ſimplicia ſepararet. Quæ quoniam ſuperioribus libris in liquida & ſolida diſtinximus: quoniam hæc ex illis generantur, id eſt ſolida ex liquidis: à liquidis incipiet is qui per viam compoſitionis rem tractaret: quemadmodum fecit Auicenna, & Galenus. Verùm Ariſtoteles è contrario facit: nam à compoſitis incæpit. Quare hîc quoque à carne debuit incipere, non à ſanguine. Caro enim longè notior ſanguine eſt, & carnis vicaria pars notior, quàm vicaria ſanguinis. Ordinem poſuit: principatum ſanguini attribuit: ſecundum locum eius vicario.

XXXII. ARISTOTELES.

Καὶ ἡ μάλιστα δὴ ὅτι τὸ σῶμα τῶν ζώων, ἡ σὰρξ, καὶ τὸ τούτῳ ἀνάλογον ἐν ἑκάστῳ μόριον.

Item caro: quippe quæ maxima ex parte ſanè animalis, corpus eſt ipſum, & quod eius vicem gerit in ſingulis.

CAESAR.

POST ſanguinem carnem ſtatuit: ſed ratio quam ſtatuit, oſtendit ipſum minùs rectè feciſſe. Quippe ſi maxima eſt corporis pars, ergo ab illa, non à ſanguine inciperet.

Mira locutio ὁ μάλιστα δὴ ὅτι τὸ σῶμα. Theodorus dixit *præcipuè*, non rectè. Neque enim eſt præcipua pars. Eſt præcipuum verbum iuris, in agro tamen ortum. Cùm partiario committit greges dominus fundi, & ſibi extra numerum recipit aliquot capita: ea *præcipua* dicuntur. Quare præcipuum pro electo atque eximio eadem ratione dictum eſt: vt idem ſit *eximium*, *egregium*, & *præcipuum*. Quoniam antequam fructus partiantur, antecapit dominus. At caro neque eiuſmodi eſt: neque ab Ariſtotele dictum ſic: ſed μάλιστα, id eſt, quæ pars potiſſimè meretur dici corpus animalis. Nam oſſa ad ſuſtinendum data, caro autem ad ſentiendum. Sentire autem animalis eſt: caro propter ſenſum. Ergo propter animal.

Idem Theodorus duriſſimè loquutus eſt. *Quod præcipuè corpus animalium ineſt*: affectauit augere Ariſtotelis orationem, quæ ſimpliciter dicit ἐστί. ſed corpus non ineſt. In corpore omnia inſunt: aut corpus ipſum ſunt. Idem omiſit carnis analogum.

XXXIII. ARISTOTELES.

Ἔτι ὀστοῦν, καὶ τὸ ἀνάλογον τούτῳ, οἷον ἄκανθα, καὶ χόνδρος.

Et os, eiúſque vicaria pars: vt ſpina & cartilago.

CAESAR.

NON declarauit nomen analogi carnis: pulpam potes dicere, tantiſper dum meliora feliciùs quiſpiam oſtendat. Nunc oſſis proportionalia duo ponit. Spinam in piſcibus: cartilaginem in σελάχεσι: ſed mirificus vir eſt. Quare ſanguinem in piſcibus verum agnoſcit: carnem non agnoſcit, os non agnoſcit? Si è ſanguine hæc fiunt, vt ipſe vbique dicit: è ſemine enim nihil fieri autumat: Quare non eiuſdem rationis ſint cum aliis, quæ è ſanguine fiunt?

XXXIV. ARISTOTELES.

Ἔτι δέρμα, ὑμὴν, νεῦρα, τρίχες, ὄνυχες, καὶ τὰ ὁμολογούμενα τούτοις.

Præterea cutis, membrana, nerui, pili, vngues, & quæ horum ſequuntur rationem.

CAESAR.

ALIA membra ſimplicia percenſet: vbi intelligamus: non rectè compoſita officialia dici. Nam & ſimplicia officialia ſunt: finem enim ſuum habent. Nónne nerui ad mouendum? at motus primus affectus animalis eſt.

Pro ἀνάλογον dixit ὁμολογούμενον: ὁμῶς enim ſimilitudinem ſignificat, vnde ὁμοίως. Et ſimilitudinis vox à *ſimul*. Quæ enim ſimul eſſe poſſunt, non abſimili ſunt natura. Deinde in eo verbo eſt λόγος. Itaque ἀνάλογον eſt quod refertur ἀνὰ λόγον alterius: ὁμόλογον, quod cum alterius λόγῳ ὁμῶς eſt.

XXXV. ARISTOTELES.

Πρὸς δὲ τούτοις, πιμελὴ, στέαρ.

Ad hæc adeps, ſeuum.

CAESAR.

LIQVIDVM ſanguinem poſuit: durum os: medium carnem: ambiguum ſeuum & adipem, mollia enim ſunt in animali, extracta dureſcunt.

XXXVI. ARISTOTELES.

Καὶ τὰ περιττώματα· ταῦτα δ' ἐστὶ κόπρος, φλέγμα, καὶ χολὴ ξανθὴ καὶ μέλαινα.

Tum excrementa vt ſtercus, pituita, bilis flaua, bilis nigra.

CAESAR.

INTER excrementa ſuperflua, & quæ animalis partes non ſunt, poſuit pituitam, & vtranque bilem: ſed intelligit eas quæ naturales non ſunt. Nam quædam ſunt naturales: quæ quoniam in ſanguinis maſſa, cúmque eo miſtæ ſunt, ſub ſanguinis nomine apud Ariſtotelem comprehenduntur: tacuit ſudorem, & vrinam, & lacrymas, & aurium ſordes: quoniam ad has referuntur.

XXXVII. ARISTOTELES.

Ἐπεὶ δ' ἀρχὴ ἔοικεν ἡ τοῦ αἵματος φύσις καὶ ἡ τῶν φλεβῶν, πρῶτον περὶ τούτων λεκτέον, ἄλλως τε καὶ ἐπειδὴ τῶν πρότερον εἰρηκότων τινὲς οὐκ ἀληθῶς λέγουσιν. αἴτιον δὲ τῆς ἀγνοίας, τὸ δυσθεώρητον αὐτῶν. ἐν μὲν γὰρ τοῖς τεθνεῶσι τῶν ζώων, ἄδηλος ἡ φύσις τῶν κυριωτάτων φλεβῶν, διὰ τὸ συμπίπτειν εὐθὺς ἐξιόντος τοῦ αἵματος μάλιστα ταύτας (ἐκ τούτων γὰρ ἐκχεῖται ἀθρόον, ὥσπερ ἐξ ἀγγείου. καθ' αὑτὸ γὰρ οὐδὲν ἔχει αἷμα, πλὴν ὀλίγον ἐν τῇ καρδίᾳ· ἀλλὰ τὸ πᾶν ἐστιν ἐν ταῖς φλε-

Cum igitur ſanguinis, venarúmque natura videatur obtinere principij vim: primùm de his dicendum eſt: præſertim cum priſci autores aliquot minus vera prodidere: ac ſanè hoc vt ignorarent fecit obſcura rei difficultas. Nam potiſſima cuiúſque vena natura latet in corporibus vita functis: proptereà quòd ea præter cæteras exeunte ſanguine ſubſidunt illicò: quippe ab illis tanquam de vaſe effunditur vniuerſus: neque enim vlla animalis pars per

ψὶν) ἐν δὲ τοῖς ζῶσιν, ἀδύνατον ἐστὶ θεάσασθαι πῶς ἔχουσιν. ἐντὸς γὰρ ἡ φύσις αὐτῶν. ὥσθ' οἱ μὲν ἐν τεθνεῶσι καὶ διῃρημένοις τοῖς ζῴοις θεωροῦντες, τὰς μεγίστας ἀρχὰς οὐκ ἐθεώρουν· οἱ δ' ἐν τοῖς λελεπτυσμένοις σφόδρα ἀνθρώποις, ἐκ τῶν τότε ἔξωθεν φαινομένων, τὰς ἀρχὰς τῶν φλεβῶν διώρισαν.

ſeipſam ſanguinem poßidet: tantummodo quiddam in corde puſillum efficis ne omnis in venis contineatur: At in viuentibus quemadmodum inſit nullo deprehendi pacto poteſt: iccircò, quia eius natura abdita eſt. Quare qui in diſſectis cadaueribus ſcrutati ſunt, maxima principia nõ ſunt aſſecuti. Qui autem in hominibus attenuatis vehementer, venarum origines ex illis quæ tunc apparebant, determinârunt.

C Æ S A R.

HACTENVS prima pars Capitis, in qua recenſet partes ſimplices, vt eis inter ſe comparatis, eligeret quam principem putaret ad prodendum. Nunc capit ſanguinem quem primo ſtatuit loco: reddit rationem: quoniam inquit principium animalis eſt: vbi manifeſtè deprehenditur mutâſſe inſtitutum: à reſolutoria via incepit, nunc à componente procedit. Ponit alteram cauſſam quare dicere cogatur de eo, déque eius vaſis. Quoniam, inquit, hactenus eorum natura ignorata eſt: ſed modeſtè loquitur cùm dicit, *πῶς*: aliquot tantùm autores: quos etiam admodum ciuiliter excuſat: valde enim, inquit difficilis contemplatio, & quæ ægrè diſpici poſſit: reddit rationem. In viuis, inquit, abſcondita intus venarum principia ſenſibus noſtris imperceptibilia ſunt: in mortuis autem difficilia ad cognoſcendum. Quoniam exeunte ſanguine, ſubſidit vena, atque latet: exit autem, inquit, in iugulatis tanquam è vaſe: vas enim ſanguinis vena eſt: neque continetur, niſi perpauxillum in corde. Poſtremò oſtendit veterum diligentiam, qui hoc vt contemplarentur elegerunt corpora hominum macie confectorum, in quibus venæ inſigniter extant: ſed earum principia ratione potius perſecuti ſunt quàm ſenſu: quare facillimè decipi potuere.

Dixit venas *κυριωτάτας*: *potiſſimas* nos: Theodorus *principales* rectè: *κύριος* enim eſt qui autoritatem habet aliquid ſanciendi. Cùm igitur *ἀρχὰς* dicat, rectè illud quoque.

Dixit, *ἀλλ' ἢ πᾶν ἐστιν ἐν ταῖς φλεψί*. Illud *ἀλλὰ*, *ἐκ παρέλκοντος*, eſt propter Atticiſmum. Theodorus abſcidit quod aures Latinas offendebat, & in rotundiorem redegit orationem: ſed omiſit *τὸ καθ' αὐτὸ* malè: vult enim dicere nullum membrum ab ſeipſo ſanguinem poſſidere, ſed per venas: præter cor, quod perexiguum obtinet.

Ἐθεώρουν: nos *ſcrutati* verbo apto: ductum enim eſt ab iis qui aperiunt pelles aut coria animantium, vt quæ intus ſunt, deſpiciant, à ſcrutis.

Λελεπτυσμένοις, attenuatis: vt Ouidius tertio *Metamorphoſeon* —— *ſic attenuatus amore Liquitur.*

XXXVIII. ARISTOTELES.

Συέννεσις μὲν ὁ Κύπριος ἰατρὸς, τόνδε τὸν τρόπον αἱ φλέβες αἱ παχεῖαι ὧδε πεφύκασιν· ἐκ τοῦ ὀφθαλμοῦ παρὰ τὴν ὀφρὺν διὰ τοῦ νώτου, παρὰ τὸν πνεύμονα ὑπὸ τοὺς μαστούς. ἡ μὲν, ἐκ τοῦ δεξιοῦ εἰς τὰ ἀριστερά· ἡ δ', ἐκ τοῦ ἀριστεροῦ, εἰς τὸ δεξιόν. ἡ μὲν ἐκ τοῦ ἀριστεροῦ, διὰ τοῦ ἥπατος εἰς τὸν νεφρὸν, καὶ εἰς τὸν ὄρχιν· ἡ δ' ἐκ τοῦ δεξιοῦ, εἰς τὸν σπλῆνα, καὶ νεφρὸν, καὶ ὄρχιν· ἐντεῦθεν δὲ εἰς τὸ αἰδοῖον.

Syenneſis Medicus Cyprius ſic ſcripſit. Craſſas venas natura ſic pote conſtituit. Ab oculo propè cilium per dorſum: circa pulmonem dextrâ in læuam, læuâ in dextram: ſiniſtrâ per iecur in renem, & teſtem: dextra in lienem & renem & teſtem: atque inde in genitale.

C Æ S A R.

NOTA ignorantiam principiorum venarum quas ab oculis deducit: deinde aduerte ſitum mutilum. Item falſum: neque enim ſic, vt ait commutantur. Aduerte quoque affectationem præcipuam: ἀπὸ, παρὰ, διὰ, περὶ, ὑπὸ.

Theodorus non expreſſit *πεφύκασι*, cùm dixit *oriuntur*. Et malè dixit *altera*, quod Syenneſis ἡ ἐκ τοῦ ἀριστεροῦ: neque enim vtra ſit intelligas ex Theodoro.

XXXIX.

XXXIX. ARISTOTELES.

Διογένης δὲ ὁ Ἀπολλωνιάτης, τάδε λέγει· αἱ δὲ φλέβες ἐν τῷ ἀνθρώπῳ ὧδ᾽ ἔχουσιν· εἰσὶν αἱ δύο μέγισται. αὗται τείνουσι διὰ τῆς κοιλίας ἐπὶ τὴν νωταίαν ἄκανθαν· ἡ μὲν, ἐπὶ δεξιά· ἡ δ᾽, ἐπ᾽ ἀριστερά. εἰς τὰ σκέλη ἑκατέρα τὰ παρ᾽ ἑαυτῇ, καὶ ἄνω εἰς τὴν κεφαλὴν παρὰ τὰς κλεῖδας διὰ τῶν σφαγῶν. ἀπὸ δὲ τούτων καθ᾽ ἅπαν τὸ σῶμα αἱ φλέβες διατείνουσιν ἀπὸ μὲν τῆς δεξιᾶς, ἐπὶ τὰ δεξιά· ἀπὸ δὲ τῆς ἀριστερᾶς, ἐπὶ τὰ ἀριστερά. μέγισται μὲν δύο εἰς τὴν καρδίαν, περὶ αὐτὴν τὴν νωταίαν ἄκανθαν· ἕτεραι δ᾽ ὀλίγον ἀνωτέρω, διὰ τῶν στηθέων ὑπὸ τὴν μασχάλην, εἰς ἑκατέραν [τὴν χεῖρα] τὴν παρ᾽ ἑαυτῇ· καὶ καλεῖται ἡ μὲν, σπληνῖτις, ἡ δὲ, ἡπατῖτις. σχίζεται δ᾽ αὐτῶν ἄκρα ἑκατέρα, ἡ μὲν, ἐπὶ τὸν μέγαν δάκτυλον, ἡ δὲ, ἐπὶ τὸν ταρσόν· ἀπὸ δὲ τούτων, λεπταὶ καὶ πολύοζοι ἐπὶ τὴν ὅλην χεῖρα καὶ δακτύλους. ἕτεραι δὲ λεπτότεραι ἀπὸ τῶν πρώτων φλεβῶν τείνουσιν, ἀπὸ μὲν τῆς δεξιᾶς εἰς τὸ ἧπαρ, ἀπὸ δὲ τῆς ἀριστερᾶς εἰς τὸν σπλῆνα, καὶ εἰς τοὺς νεφρούς. αἱ δὲ εἰς τὰ σκέλη τείνουσαι, σχίζονται κατὰ τὴν πρόσφυσιν, καὶ διὰ παντὸς τοῦ μηροῦ τείνουσιν. ἡ δὲ μεγίστη αὐτῶν, ὄπισθεν τείνει τοῦ μηροῦ, καὶ ἐκφαίνεται παχεῖα· ἑτέρα δὲ, εἴσω τοῦ μηροῦ, παχεῖα, μικρὸν ἧττον ἐκείνης. ἔπειτα παρὰ τὸ γόνυ τείνουσιν εἰς τὴν κνήμην τε καὶ τὸν πόδα, καθάπερ καὶ εἰς τὰς χεῖρας· καὶ ἐπὶ τὸν ταρσὸν τοῦ ποδὸς καθήκουσαι, καὶ ἐντεῦθεν ἐπὶ τοὺς δακτύλους διατείνουσι. σχίζονται δὲ ἐπὶ τὴν κοιλίαν καὶ ἐπὶ τὸ πλευρὸν πολλαὶ ἀπ᾽ αὐτῶν καὶ λεπταὶ φλέβες. αἱ δὲ εἰς τὴν κεφαλὴν τείνουσαι διὰ τῶν σφαγῶν, φαίνονται ἐν τῷ αὐχένι μεγάλαι. ἀφ᾽ ἑκατέρας δ᾽ αὐτῶν, ᾗ τελευτᾷ, σχίζονται εἰς τὴν κεφαλὴν πολλαί· αἱ μὲν, ἐκ τῶν δεξιῶν εἰς τὰ ἀριστερά· αἱ δ᾽, ἐκ τῶν ἀριστερῶν εἰς τὰ δεξιά. τελευτῶσι δὲ παρὰ τὸ οὖς ἑκάτεραι. ἔστι δ᾽ ἑτέρα φλὲψ ἐν τῷ τραχήλῳ παρὰ τὴν μεγάλην ἑκατέρωθεν, ἐλάττων ἐκείνης ὀλίγον, εἰς ἣν αἱ πλεῖσται ἐκ τῆς κεφαλῆς συντείνουσιν αὐτῆς· καὶ αὗται τείνουσι διὰ τῶν σφαγῶν εἴσω· καὶ ἀπ᾽ αὐτῶν ἑκατέρας ἐπὶ τὴν ὠμοπλάτην τείνουσι, καὶ εἰς τὰς χεῖρας. καὶ φαίνονται παρά τε τὴν σπληνῖτιν καὶ τὴν ἡπατῖτιν ἕτεραι ὀλίγον ἐλάττους, ἃς ἀποσχῶσιν, ὅταν τι ὑπὸ τὸ δέρμα λυπῇ· ἂν δέ τι περὶ τὴν κοιλίαν, τὴν ἡπατῖτιν καὶ σπληνῖτιν. τείνουσι δὲ καὶ εἰς τοὺς μαστοὺς ἀπὸ τούτων ἕτεραι. ἕτεραι δ᾽ εἰσὶν αἱ ἀπὸ ἑκατέρας τείνουσαι διὰ τοῦ νωταίου μυελοῦ εἰς τοὺς ὄρχεις, λεπταί. ἕτεραι δ᾽ ὑπὸ τὸ δέρμα, καὶ διὰ τῆς σαρκὸς, τείνουσιν εἰς τοὺς νεφροὺς, καὶ τελευτῶσιν εἰς τοὺς ὄρχεις τοῖς ἀνδράσι, ταῖς δὲ γυναιξὶν εἰς τὰς ὑστέρας. αἱ δὲ φλέβες, αἱ μὲν πρῶται, ἐκ τῆς κοιλίας, εὐρύτεραί εἰσιν· ἔπειτα ἔτι λεπτότεραι γίνονται, ἕως ἂν μεταβάλλωσιν ἐκ τῶν δεξιῶν εἰς τὰ ἀριστερὰ, καὶ ἐκ τούτων εἰς τὰ δεξιά. αὗται δὲ σπερματίτιδες καλοῦνται. τὸ δ᾽ αἷμα, τὸ μὲν παχύτατον ὑπὸ τῶν σαρκωδῶν ἐκπίνεται· ὑπερβάλλον δὲ εἰς τοὺς τόπους τούτους, λεπτὸν καὶ θερμὸν καὶ ἀφρῶδες γίνεται.

Diogenes autem Apolloniata hæc: Venæ in homine ſic habent. Duæ maximæ tendunt per ventrem in dorſi ſpinam, altera læuorſum, altera dextrorſum, ad ſibi propinquum vtraque crus, & ſurſum ad caput per iugulum iis locis, qui claues dicuntur. Ab his vniuerſum per corpus ad ſuum quæque latus venæ ducuntur. Duæ maximæ ad cor, circa dorſi ſpinam: alteræ paulò altiùs per pectus, ſub axillam vtraque proximam ſibi. Altera lienaris dicitur, altera iecoraria. Earum ſummitates ſcinduntur ita vt partim ad pollicem, partim ad palmam prodeant. Atque inde tenues frequentibus ramis in totam manum ac digitos. Aliæ autem tenuiores à primis venis tendunt à dextra in iecur, à læua in lienem, ac renes. Quæ verò ad crura pertinent ſinduntur ad coagmentum, ac per totam coxam intenduntur. Quarum maxima ponè coxam craſſior extat. Altera item paulò minùs craſſa interiore coxæ parte. Deinde quemadmodum illæ in manus, ita hæ prætervectæ genu, in tibias, pedéſque, atque inde in plantam, poſtremò in digitos diducuntur. Multæ aliæ tenues venæ ab illis in ventrem ac coſtas diffinduntur. Quæ autem caput per iugula petunt apparent, in collo magnæ, & propè aures quà terminantur: multæ ab ipſis in caput ſcinduntur: dextra in ſiniſtram & ſiniſtræ in dextram. Eſt & altera vena propè maiorem, ſed paulò ea minor vtroque ceruicis latere: in quam plurimæ à capite contendunt ipſo, atque hæ iugula ſubeunt. Inde ab vtraque in ſcapulas, atque in manus. Apparent etiam propè lienarem & iecorariam aliæ paulò minores, quas ſi ſeces operæprecium eſt, cùm quid morbi ſub cute eſt. At in ventriculi ægritudinibus, iecorariam & lienarem. Ab illis aliæ etiam in mammas vergunt: aliæ ab vtraque tenues per ſpinalem medullam in teſtes: aliæ ſub cute per carnem in lumbos: quæ in viro teſtibus, in fœmina vteris terminantur. Quæ venæ primæ à ventriculo veniunt latiores ſunt, deinde attenuantur donec commutent ſedem, vt à dextra ſiniſtrorſum, atque indidem in dextram. Hæ ſeminales appellantur: ſanguis craſſiſſimus à partibus carniformibus exugitur. Qui verò in hæc redundat loca, tenuis & calidus, & ſpumoſus fit.

CAESAR.

MVLTA quæ hîc falſa ſunt, non refellimus, mox hanc operam repoſituri. Sed illud tantum obſeruandum tractus venarum deſcribi: originem autem nullam.

Appellauit iuxta iugulum claues κλεῖδας, oſſa ea ſunt quæ ad iugulum committuntur. Quorum alterum cùm læſum haberet à prælio Philippus, medico mercedem efflagitanti. *Hoc age*, inquit, *clauem enim habes.*

Theodori interpretationem ſi cùm Græcis conferas, lenocinia, & pigmenta & calamiſtros multos deprehendas: nobis in philoſophia oratio matrona eſſe debet, non meretrix. Maluit idem Theodorus παχύτατον *craſſior*, quàm *craſſiſſimus*, & σαρκωδῶν, *carne*: at multò amplius ſignificatur.

XL. ARISTOTELES.

ΣΤέννεσις μὲν οὖν καὶ Διογένης οὕτως εἰρήκασι. Πόλυβος δὲ ὧδε· τὰ τῶν φλεβῶν τέτταρα ζεύγη ἐστίν. ἓν μὲν, ἀπὸ τοῦ ἐξόπισθεν τῆς κεφαλῆς, διὰ τοῦ αὐχένος, ἔξωθεν παρὰ τὴν ῥάχιν ἔνθεν καὶ ἔνθεν, μέχρι τῶν ἰσχίων εἰς τὰ σκέλη. ἔπειτα διὰ τῶν κνημῶν ἐκ τῶν σφυρῶν εἰς τὸ ἔξω, καὶ εἰς τοὺς πόδας. διὸ καὶ τὰς φλεβοτομίας ποιοῦνται τὰς περὶ τὸ νῶτον ἀλγημάτων καὶ ἰσχίων, ἀπὸ τῶν ἰγνύων καὶ σφυρῶν τῶν ἔξωθεν. ἕτεραι δὲ φλέβες, ἐκ τῆς κεφαλῆς παρὰ τὰ ὦτα διὰ τοῦ αὐχένος αἳ καλοῦνται σφαγίτιδες. ἔνδοθεν παρὰ τὴν ῥάχιν ἑκάτεραι φέρονται παρὰ τὰς ψοιὰς εἰς τοὺς ὄρχεις καὶ εἰς τοὺς μηρούς, καὶ διὰ τῶν ἰγνύων τοῦ ἔνδοθεν μορίου, καὶ διὰ τῶν κνημῶν ἐπὶ τὰ σφυρὰ τὰ εἴσω καὶ τοὺς πόδας. διὸ καὶ τὰς φλεβοτομίας ποιοῦνται, τῶν περὶ τὰς ψοιὰς καὶ τοὺς ὄρχεις ἀλγημάτων, ἀπὸ τῶν ἰγνύων καὶ τῶν σφυρῶν. τὸ δὲ τρίτον ζεῦγος, ἐκ τῶν κροτάφων διὰ τοῦ αὐχένος, ὑπὸ τὰς ὠμοπλάτας εἰς τὸν πνεύμονα ἀφικνοῦνται· αἱ μὲν, ἐκ τῶν δεξιῶν εἰς τὰ ἀριστερὰ ὑπὸ τὸν μαστὸν, καὶ εἰς τὸν σπλῆνά τε, καὶ εἰς τὸν νεφρόν· αἱ δ', ἀπὸ τῶν ἀριστερῶν εἰς τὸν δεξιὸν ἐκ τοῦ πνεύμονος ὑπὸ τὸν μαστὸν καὶ ἧπαρ, καὶ εἰς τὸν νεφρόν· ἄμφω δὲ τελευτῶσιν εἰς τὸν ὄρχιν. αἱ δὲ τέταρται, ἀπὸ τοῦ ἔμπροσθεν τῆς κεφαλῆς καὶ τῶν ὀφθαλμῶν, ὑπὸ τὸν αὐχένα καὶ τὰς κλεῖδας· ἐντεῦθεν δὲ τείνουσι διὰ τῶν βραχιόνων ἄνωθεν εἰς τὰς καμπὰς, εἶτα διὰ τῶν πήχεων ἐπὶ τοὺς καρποὺς καὶ τὰς συγκαμπὰς, καὶ διὰ τῶν βραχιόνων τοῦ κάτωθεν μορίου, ὑπὸ τὰς μασχάλας, καὶ ἐπὶ τῶν πλευρῶν ἄνωθεν, ἕως ἡ μὲν ἐπὶ τὸν σπλῆνα, ἡ δὲ ἐπὶ τὸ ἧπαρ ἀφίκηται· εἶθ' ὑπὲρ τῆς γαστρὸς, εἰς τὸ αἰδοῖον ἄμφω τελευτῶσι.

STenneſis & Diogenes hæc. Polybius autem ſic. Venarum genera quatuor ſunt: vnum ponè caput per collum extrinſecus, circa dorſum hinc, atque hinc, ad nates vſque, & crura. Deinde per tibias à malleolis exteriore parte ad pedes. Quare in morbis dorſi & coxendicum, de poplitibus ac malleolis extimis venas ſecant. Aliæ venæ à capite propè aures per collum quæ nominantur iugulares: intus per dorſum vtraque porrectæ in teſtes, ac femora per lumbos, & per interiorem poplitis partem ad crura, & malleolos, ad interiora pedum latera: de quibus iccircò mittunt ſanguinem in poplite atque malleolo, cùm lumbi & teſtes malè habent. Tertium par venarum, à temporibus per ceruices ſub ſcapulis in pulmonem deueniunt dextræ ſiniſtrorſum ſub mammam, & in lienem, ac renem: ſiniſtræ dextrorſum à pulmone ſub mammam & iecur & renem: ambarum finis in teſtibus eſt. Quartus ordo ab anteriore capitis parte atque oculis, ſub collum & claues, & inde per brachiorum ſumma loca, ad cubitos; poſteà per vlnas, ad manus commiſſuram & communem flexionem; & per deuexam brachij partem, ſub axillas: ac ſurſum ad coſtas, vſque dum altera ad lienem, altera ad iecur demittatur: tandémque ambæ ſuper ventre deſinant ad genitale.

CAESAR.

MVLTÒ ægriùs inuenias venarum principia per Polybij commentationem.

Neſcio quo conſilio Theodorus, cùm tres ſententias interpretatur, duas vno Capite coniunxit: tertiam diſiunxit, commiſcuitque cum Ariſtotelis cenſura.

Καμπὰς *agilem* interpretatus eſt Theodorus arbitratu ſuo. Cùm tamen cubitus flexuram ſignificet: eſt enim angularis κύβος. Item καρπὸν *volam*: at καρπὸς eſt quàm *raſetam* vulgò vocant: vola autem pars interior plana.

Idem ὑπὲρ γαστρὸς, *eminens per ventrem*: quoniam ὑπὲρ non ſignificat ventris partem ſuperiorem ſed ſummam cutem.

CAPVT

CAPVT QVARTVM.

De Venarum natura.

XLI. ARISTOTELES.

Τὰ μὲν οὖν ὑπὸ τῶν ἄλλων εἰρημένα, σχεδὸν ταῦτ' ἐστιν. εἰσὶ δὲ καὶ τῶν περὶ τὴν φύσιν, οἳ τοιαύτην μὲν οὐκ ἐπραγματεύθησαν ἀκριβολογίαν περὶ τὰς φλέβας· πάντες δ' ὁμοίως τὴν ἀρχὴν αὐτῶν ἐκ τῆς κεφαλῆς καὶ τοῦ ἐγκεφάλου ποιοῦσι· λέγοντες οὐ καλῶς. χαλεπῆς δ' οὔσης, ὥσπερ εἴρηται, τῆς θεωρίας, ἐν μόνοις τοῖς ἀποπνιγμένοις τῶν ζῴων προλεπτυνθεῖσιν ἐστὶν ἱκανῶς καταμαθεῖν, εἴ τινι περὶ τῶν τοιούτων ἐπιμελές. ἔχει δὲ τοῦτον τὸν τρόπον ἡ τῶν φλεβῶν φύσις.

HÆc ferè ſunt quæ ab aliis accepimus: ſunt vero nonnulli qui ad venarum naturam diligentiùs explicandam animum ſuum minimè appulerunt: verùm omnes cùm in capite atque cerebro venarum ſtatuant initia, non rectè ſentiunt: ſed quod eſt, vti diximus difficile contemplatu, ſi quis operam velit impendere, ſatis percipere poteſt in corporibus, quæ cùm fuerint macilentia, ſint necata ſuffucatione. At venarum natura ſic pote ſeſe habet.

CÆSAR.

COLLIGIT omnium ſententias, qui caput venarum principium eſſe arbitrati ſunt: exactiùs declarat, cùm addit cerebrū: propter cerebrū enim caput factum eſt: nō propter oculos, vt ait Galenus: cerebrum enim oculorū principium eſt. Secundo loco poſita ac repetita memoria difficultatis docet, qua ratione induere nos poſſimus in hæc naturæ penetralia: neque enim ſolùm debemus alios redarguere, ſed & noſtra inuenta ponere, & inuentionis modum indicare: ſic enim commodiùs auditorum animos comparamus.

Dixit ἀκριβολογίαν verbo feliciſſimo, *diligentem enarrationem*, & εἰσὶ δὲ καὶ τῶν περὶ τὴν φύσιν, id eſt, φυσικοὶ φιλόσοφοι, & dixit προλεπτυνθεῖσιν, antequàm ſcilicet, mortui ſint.

Theodorus addidit: *perinde vt medici*, & barbarè, *tractârunt de venis*, ſed venas. Item ἀποπνιγμένοις *ſtrangulatis*, malè: ſuffocationum genera multa. Nam & Veſtales virgines in terra, Vlyſſis ſocij in aqua, & Cocalus in aëre ſine ſtrangulatione ſuffocati ſunt.

XLII. ARISTOTELES.

Δύο φλέβες εἰσὶν ἐν τῷ θώρακι, κατὰ τὴν ῥάχιν μὲν, ἐντὸς δὲ κείμεναι ταύτης· ἡ μὲν μείζων, ἐν τοῖς ἔμπροσθεν· ἡ δ' ἐλάττων, ὄπισθεν ταύτης· καὶ ἡ μὲν μείζων, ἐν τοῖς δεξιοῖς μᾶλλον, ἡ δ' ἐλάττων, ἐν τοῖς ἀριστεροῖς, ἣν καλοῦσί τινες ἀορτὴν, ἐκ τοῦ τεθεᾶσθαι καὶ ἐν τοῖς τεθνεῶσι τὸ νευρῶδες αὐτῆς μόριον. αὗται δ' ἔχουσι τὰς ἀρχὰς ἀπὸ τῆς καρδίας. διὰ μὲν γὰρ τῶν ἄλλων σπλάγχνων, ᾗ τυγχάνουσι τείνουσαι ὅλαι, δι' αὐτῶν διέρχονται σῳζόμεναι, καὶ οὖσαι φλέβες. ἡ δὲ καρδία, ὥσπερ μόριον αὐτῶν ἐστι, καὶ μᾶλλον τῆς ἐμπροσθίας καὶ μείζονος· ὥστε ἄνω μὲν καὶ κάτω τὰς φλέβας εἶναι ταύτας, ἐν μέσῳ δ' αὐτῶν τὴν καρδίαν.

DVæ in pectore venæ intus apud ſpinam ſitæ ſunt. Altera anteriore in parte maior, altera ponè illam minor. Maior dexterioris ſedis plus occupat, minor ſiniſterioris: cuius partes neruoſæ cùm etiamnum in cadaueribus perſpicerentur, aortam appellârunt: vtriuſque principium à corde eſt. Nam cùm per alia viſcera tota tranſeunt, non mutantur, ſed toto tractu continuo venarum naturam ſeruant. At cor quaſi earum pars eſt, ac certiùs maioris eius, quæ in ſede eſt anteriore. Quo fit vt ſupra, infráque eiuſmodi venæ ſitæ ſint, in medio earum exiſtente corde.

C AE S A R.

NVNC ponit ſententiam ſuam. Duo genera ſtatuit, venam, & arteriam. Itaque numerum & naturam docet: ſignat locum in pectore, ſitum intus ad dorſum, magnitudinem, venam maiorem, arteriam minorem, ordinem, venam in anteriore, arteriam in poſteriore parte, nomen arteriæ, aortam. Nominis rationem, quam etymologiam Græci vocant: Quoniam neruoſa eſt, & contenta etiam in cadaueribus: παρὰ τὸ ἀείρειν, ἄορμαι: itaque cingulum militare à Græcis etiam ἀορτήρ. Cæterùm equidem puto non à contentione, qualis in neruis eſt, vt ait Ariſtoteles, ſed ab eo quod inde ſuſpendi cor videatur, aortam dictam ſicut baltheum ἀορτῆρα: ἀρτηρία autem non indidem: ſed à motu. Vnde dicitur ἄρσις, & θέσις quod διαστολὴ καὶ συστολή. Poſt hæc: quod alij neſciuere declarat principium, ſcilicet cor: oſtendit cauſſam quare pro principio agnoſcat: quoniam, inquit, tam venæ, quam cor, eiuſdem ſubſtantiæ ſunt. Perficit demonſtrationem, quia non ſolùm ponimus vera principia, ſed etiam deſtruenda ſunt falſa. Cæterorum viſcerum, inquit, venæ partes non ſunt: igitur earum principium cætera viſcera non ſunt: probat non eſſe partes, quia, inquit, ſemper venæ ſunt, neque mutatæ in illorum ſubſtantiam videntur. Intelligit hepar. Longè enim diuerſæ ſubſtantiæ iecur eſt, & vena: optima demonſtratione contra Galenum: poſtremò quaſi truncum aſſignat cor: viuens infra ſupráque, quaſi ramus. Quare, cùm principium in medio ſit, facilior fit naturæ communicatio. Neque rectè barbari medici medicamenta duplicia intellexere; quorum altera attrahentia, à partibus ſcilicet ſummis, vt capite & pectore; altera eradicantia, ab imis ſcilicet. Neque enim radix in imis eſt: ſed craſsè frequentiùs locuti ſunt.

Dixit ἐν τοῖς δεξιοῖς μᾶλλον: quoniam in dextra parte vtrunque eſſe videtur, & ὅλαι: quoniam integræ ſunt in iecore, & tranſeunt. At quà deſinunt in carniformes partes mutantur: ſed ὅλαι non ſunt, quoniam ibi deſinunt eſſe venæ.

Mirum quod dixit, videri potius venæ quàm arteriæ principium cor. Non enim videtur: ſed arteriæ. Quoniam cor ad ſpiritus generandos, arteria, ad continendos conſtituta eſt. Præterea motus communis vtrique: vena motu caret.

Non rectè dixit Theodorus *maior priorem partem adit:* non enim adit: quoniam nondum cordis fecit mentionem. Itaque Ariſtoteles dixit ἐν τοῖς ἔμπροσθεν: non ἐπὶ, neque πρὸς. Idem poſtremam partem non intellexit, ὥστε ἄνω μὲν καὶ κάτω τὰς φλέβας εἶναι ταύτας. Theodorus τὸ ἄνω vni attribuit, τὸ κάτω alteri falsò. Nam & Ariſtoteles vtranque ἄνω, vtranque κάτω dicit. Quoniam & ſurſum tendunt ad caput, & deorſum, vt oſtenderet tam harum quàm illarum vnum eſſe principium cor. Et ita re vera eſt, & falſum eſt alteram ab ima cordis oriri parte, alteram ab ſumma: à fundo enim cordis per ſinus vtraque educitur.

XLIII. ARISTOTELES.

Ἔχουσι δ᾽ αἱ πᾶσαι μὲν καρδίαι κοιλίας ἐν αὐταῖς. ἀλλ᾽ αἱ μὲν τῶν σφόδρα μικρῶν ζώων, μόλις φανερὰν τὴν μεγίστην ἔχουσι· τὰ δὲ μέσα τῷ μεγέθει τῶν ζώων, καὶ τὴν ἑτέραν· τὰ δὲ μέγιστα, πάσας τὰς τρεῖς.

Habent corda omnia intrà ſeſe ſinus: ſed in minutioribus animalibus maximus ſinus vix percipitur. In mediocribus etiam alter. In maximis vniuerſi tres.

C AE S A R.

REPETIT quod ſupra dixit: itaque non eget interpretatione. Pro κοιλίαν, κοιλίας legimus. Nota mutationem orationis. Nam de cordibus cùm loquitur, continuat ſic: ἀλλ᾽ αἱ μὲν τῶν σφόδρα μικρῶν ζώων. Deinde mutat cùm tranſit ad animalia ipſa: τὰ δὲ μέσα: & nota breuitatem, τὰ δὲ μέσα καὶ τὴν ἑτέραν.

Theodorus addidit numerum, cùm κοιλίας dixit *ſinum triplicem.* Et addidit illa verba, *ſed magnitudine varia.* Item illa, *reliqui ſenſum effugiunt*, & illa, *ſinus arctiore ſunt.*

XLIV. ARISTOTELES.

Ἔτι δὲ τῆς καρδίας τὸ ὀξὺ ἐχούσης εἰς τὸ πρόσθεν, καθάπερ εἴρηται πρότερον, ἡ μεγίστη μὲν κοιλία ἐν τοῖς δεξιοῖς, καὶ ἀνωτάτω ταύτης· ἡ δ' ἐλαχίστη, ἐν τοῖς ἀριστεροῖς· ἡ δὲ μέση μεγέθει τούτων, ἐν τῷ μέσῳ ἀμφοῖν· ἀμφότεραι δ' αἱ δύο, πολλῷ ἐλάττους εἰσὶ τῆς μεγίστης. συντέτρηνται μέντοι πᾶσαι αὗται πρὸς τὸν πνεύμονα, ἀλλ' ἄδηλοι διὰ σμικρότητα τῶν πόρων, πλὴν μιᾶς.

Cordis mucro anteriorem in partem proſtat, quemadmodum diximus ſupra. At maximus ſinus ſuprema in parte cordis dextera, minimus in ſiniſtra, medıocris inter vtrumque: at ambo ij longè minores maximo ſunt, ac peruio aditu pulmoni committuntur omnes. In vno tamen id deprehendas; in alijs propter meatuum paruitatem non item.

CÆSAR.

HÆc quoque ſupra poſita repetit hîc: repetit autem neceſſariò: quoniam quaſi fontes venarum oſtendit. Nota locutionem καὶ ἀνωτάτω ταύτης. αὐτῆς potius, cordis ſcilicet.

Nota quod Ariſtoteles dixit ambos ſinus minores vno illo maximo. Theodorus inuertit ſic: *vnum hunc maximum maiorem eſſe longè duobus illis.*

Intellige αἱ δὲ ἀμφότεραι δύο: non ſeorſum vt alterutrum capias, minorem inuenias. Sed vtrumque ſimul: itaque *ambos* interpretati ſumus.

Theodorus neſcio quo pacto locutus eſt: *ſed propter exiguitatem meatuum latent præterquàm in vno.* Quænam ſunt quæ latent? nonne ſinus, quòd ad commiſſuram peruium pertinet? at quæ locutio ſubditur? *præterquàm in vno.* Quis dicat ſinus in ſinu latet, peruium in peruio? & eiuſmodi? Dicere debuit, *latet:* non *latent:* aut *vnus;* non *in vno.*

XLV. ARISTOTELES.

Ἡ μὲν οὖν μεγάλη φλὲψ ἐκ τῆς μεγίστης ἤρτηται κοιλίας τῆς ἄνω, καὶ ἐν τοῖς δεξιοῖς. εἶτα διὰ τοῦ κοίλου τοῦ μέσου γίνεται πάλιν φλέψ, ὡς οὔσης τῆς κοιλίας μορίου τῆς φλεβὸς ἐν ᾧ λιμνάζει τὸ αἷμα.

IGitur magna vena de maximo ſinu illo quem diximus eſſe, ſuprema in parte dexteriore pendet: mox per medium ſinum rurſus vena formam nacta, vt eius pars ſinus ille ſit, in quo ſtagnat ſanguis.

CAESAR.

NVnc declarat venarum principia, maioris magnum, minoris medium ſinum. Additque eſſe venæ partem ſinum: quaſi ex eadem ſubſtantia vtrumque conſtitutum ſit: hoc poſuit vt indicaret principium venæ cor eſſe. Poſt addit aliam rationem ab officio: quoniam ſinus ille ſanguinis, conceptaculum ſit venarum canalis. Itaque ſignato verbo vſus eſt λιμνάζει.

Nota locutionem: πάλιν γίνεται φλέψ. obſcuriùs enim quid ſibi velit τὸ πάλιν ſcio: melius dixiſſet è medio ſinu venam quaſi de maſſa ex qua conſtet euadere. At cùm procedit per manifeſta: parteś extimas declarat primùm, deinde per ipſam venam quaſi manuducitur in ſinum ipſum, ex quo non ſolùm euadere venam, ſed firmari quoque indicat. Itaque τὸ πάλιν vult dicere æquè intus, atque extra, ſicut, inquit, dicimus eſſe venam quæ ἤρτηται foris: ſic πάλιν intus venæ formam obtinet. Omnino autem duriuſculus eſt.

XLVI. ARISTOTELES.

Ἡ δὲ ἀορτὴ, ἀπὸ τῆς μέσης· πλὴν οὐχ οὕτως, ἀλλὰ κατὰ στενοτέραν σύριγγα πολλῷ κοινωνεῖ· καὶ ἡ μὲν φλὲψ, διὰ τῆς καρδίας· ἡ δὲ ἀορτὴ, ἀπὸ τῆς καρδίας τείνει.

AT aorta à medio quidem ſinu, verùm non eodem quo modo vena. Namque magna eius pars anguſtiorem fiſtulam occupat. Præterea vena per cor, atque à corde in aortam ſeſe induit.

CAESAR.

Commvnis eſt vtrique & venæ & aortæ natura exire de corde: ſed exeundi, neque locus, neque modus communis: vena de maximo ſinu exit: aorta de mediocri: reſpondet enim magnitudini vtriuſuis principij magnitudo. Verùm ita de mediocri euadit, vt etiam aliqua eius pars de minimo ſinu educatur. Secundo loco aliam etiam differentiam ſtatuit: Quoniam aorta in venam non tranſmittit, ſed vena in aortam ſeſe dat: addit medium per cor, ſcilicet. Quoniam quis putâſſet extra cordis parietes committi.

Dixit κατὰ στενοτέραν pro στενοτάτην: ſed comparauit mediæ tantùm de qua loquitur, & appellauit σύριγγα, τὸν αὐλὸν, ἤγουν τὴν κοιλίαν: ſicut & paulò inferiùs in pulmone.

Theodorus cùm interpretatus eſt κοινωνεῖ, *init ſocietatem*, putauit committi venam arteriæ per ſinum minimum, quod falſum eſt. Immo ſubit arteriam per vtrumque ſinum * * * *. Item addidit verba illa falsò, *Et tendit à latere cordis*. Nam Ariſtoteles ſimpliciter διὰ τῆς καρδίας.

Prætereà neſcio quemadmodum Græcæ conueniant orationi illa. *Cum vena maior ſua radice cor tranſigat cùm ſe promit.* Neque enim nunc ſe promit ſed in arteriam ſubit: neque radicis mentio vlla.

XLVII. ARISTOTELES.

Καὶ ἔστιν ἡ μὲν μεγάλη φλὲψ, ὑμενώδης καὶ δερματώδης· ἡ δὲ ἀορτὴ, στενοτέρα μὲν ταύτης, σφόδρα δὲ νευρώδης· καὶ ἀποτεινομένη πόρρω πρός τε τὴν κεφαλὴν, καὶ πρὸς τὰ κάτω μόρια, στενή τε γίνεται καὶ νευρώδης πάμπαν.

Magna vena membrana cutéq; compacta eſt: aorta cum anguſtior, tum neruoſior: & porrò diſtenta & ad caput & ad membra inferiora, vbi & ſtrictior & neruoſa omnino euadit.

CAESAR.

Sitvm dixit: nunc declarat ſubſtantiam vtriuſque: venam ex membrana conſtare, ſed cutis admiſſa natura. Neque enim ex duabus tunicis vena eſt conſtituta vt ait Galenus, ſed arteria: quas tunicas nunc omiſit Ariſtoteles: neruaceámque naturam tantùm indicauit. Dixit quoque non ſolùm anguſtiorem & neruoſiorem arteriam quàm venam, ſed etiam quàm ſeipſam, cum aut ad caput, aut ad partes imas tendit. Ac de partibus imis ſanè conſtat: digitorum enim arteriæ in pedibus, tum eæ quæ circum teſtes ſunt, anguſtæ & rigidæ. De capite autem vt minus ſenſu ac rarius percipitur, ita verius eſſe intelligat, qui meminerit reticuli illius mirabilis.

Theodorus ambitiosè nimis arteriam in neruum transformauit: νευρώδης πάμπαν, inquit Ariſtoteles. Non autem νεῦρον γίνεται: aliud eſt, eſſe neruoſum, aliud eſſe neruum. Theodorus ſic tranſtulit: *nerui naturam ex toto accipit*: ergo quoque nerui officium: at falſum eſt: aliud eſt neruacea conſtare natura, aliud nerui naturam obtinere.

XLVIII. ARISTOTELES.

Τείνει δὲ πρῶτον μὲν ἄνω ἀπὸ τῆς καρδίας τῆς μεγάλης φλεβὸς μόριον πρὸς τὸν πνεύμονα καὶ τὴν σύναψιν τῆς ἀορτῆς, ἄσχιστος καὶ μεγάλη οὖσα φλέψ. σχίζεται δὲ ἀπ' αὐτῆς μόρια δύο· τὸ μὲν, ἐπὶ τὸν πνεύμονα· τὸ δὲ, ἐπὶ τὴν ῥάχιν, καὶ τὸν ὕστατον τοῦ τραχήλου σπόνδυλον.

A ſuperiore cordis parte, vena magna portio magna ipſa quoque vnóque tenore ad pulmonem ſcandit. Quo loco aorta quoque committitur. Tum inde ſcinditur bifariàm ita, vt partim pulmonem ſubeat, partim ad ſpinam poſtremámque colli vertebram adeat.

C Æ S A R.

NVNC iam truncum ramóſque pingit poſtquam radicem egit, appellátque portionem venæ magnæ, quoniam non tota vena eſt: nam quòd pars aſcendat, pars ibi relinquatur: eius tenor vnus ad pulmonem vſque ibi duas in partes diducta hinc pulmonem ſubit, hinc ſpinam adit, declarato membro ad quod vterque ramus vadit, declarat membri locum. Nam quæ pulmonem capit, in locum intrat in quem etiam arteria: quare dorſum petit; vltimam colli vertebram metam habet.

Dicit συνάψιν τὴν σύντρησιν εἰς τὸν πνεύμονα. id omiſit Theodorus & compluria alia verba.

XLIX. ARISTOTELES.

Ἡ μὲν οὖν ἐπὶ τὸν πνεύμονα τείνουσα φλέψ, εἰς διμερῆ ὄντ' αὐτὸν διχῆ σχίζεται πρῶτον. εἶτα παρ' ἑκάστην σύριγγα καὶ ἕκαστον τρῆμα τείνει· μείζων μὲν, παρὰ τὰ μείζω· ἐλάττων δὲ, παρὰ τὰ ἐλάττω, οὕτως, ὥστε μηδὲν εἶναι μόριον λαβεῖν, ἐν ᾧ οὐ τρῆμά τ' ἔνεστι καὶ φλέβιον. τὰ γὰρ τελευταῖα τῷ μεγέθει, ἄδηλα διὰ τὴν σμικρότητά ἐστιν· ἀλλὰ πᾶς ὁ πνεύμων φαίνεται μεστὸς αἵματος ὤν.

CVm igitur pulmo bipartitus ſit, quæ in eum ſeſe dat vena: bifariam quoque ſcinditur primùm. Deinde omnibus fiſtulis, omnibúſque occurrit foraminibus vnius cuiuſque æquans magnitudinem aut paruitatem: adeò vt nullam partem deprehendas, in qua tum foramen, tum venula non ſit: quanquam extrema propter exiguitatem ſenſum fugiãt, totúſq; pulmo videatur eſſe plenus ſanguinis.

C Æ S A R.

VENAM quæ pulmonem ſubit perſequitur. Primùm in duas diuidit partes, quoniã diuiſus pulmo eſt. Demonſtratio eſt à loco & locato. Deinde in multas, quoniã quoque foramina pulmonis ſunt, quibus illæ venulæ committuntur: æquauit numerum venarum cum fiſtulis pulmonis: item magnitudinem. Poſteà dicit in capillaribus idem eſſe, ſed latère nos ob tenuitatem: quare rudes putare pulmonem eſſe plenum ſanguinis, neque enim eſt: ſed venæ ipſæ plenæ ſanguinis, quæ propter exiguitatem ſenſu percipi nequeant. At dictum eſt omnem ſanguinem in venis contineri præter pauculum in corde.

Periculosè Theodorus μόριον τῆς φλεβὸς *membrum* appellauit. Quanquam enim membri vox partem ſignificat, vt docuimus, tamen ad compoſita coarctatum eſt ſignificatum: ac quanquam ſimplices partes officium quoque faciunt, tamen μέρη potius quàm μέλη.

L. ARISTOTELES.

Ἐπάνω δ' αἱ ἀπὸ τῆς φλεβός εἰσι πόροι, τῶν ἀπὸ τῆς ἀρτηρίας συρίγγων τεινουσῶν.

HIs autem meatibus qui à vena diducuntur ſubſunt fiſtulæ quæ ab arteria tendunt.

C Æ S A R.

NOn potuit breuius: dicit cuique venulæ ſuam arteriolam ſubeſſe: ergo ab arteria totidem procedere & ſubire, & occurrere foraminibus.

LI. ARISTOTELES.

Ἡ δ' ἐπὶ τὸν σφόνδυλον τοῦ τραχήλου τείνουσα φλέψ, καὶ τὴν ῥάχιν πάλιν παρὰ τὴν ῥάχιν τείνει· ἣν καὶ Ὅμηρος ἐν τοῖς ἔπεσιν εἴρηκε ποιήσας· ἀπὸ
---------- ἢ φλέβα πᾶσαν ἔκερσεν.
Ἣ διὰ νῶτα θέουσα διαμπερὲς αὐχέν' ἱκάνει.

QVæ verò ad ſpinã & colli tẽdit vertebrã, rurſus per ſpinã porrigitur: de quo in ſuo poëmate Homerus ita ſcripſit: totã venã abſcidit, quę per ſpinã currẽs cõtinuo tractu ad ceruicẽ peruenit.

C Æ S A R

C AE S A R.

AGGREDITVR venam quam à capacitate *κοίλην* vocant Græci. Arabes etiam interpretantur venam ventrioſam, quam etiam Homero fuiſſe notam oſtendit.

Theodorus *imas ceruices* dixit, non quòd ceruix ima in parte ſit, ſed vt ceruicis imam partem notaret: *τὸ ἔσχατον σφόνδυλον τοῦ τραχήλου.*

LII. ARISTOTELES.

Ἀπὸ δὲ ταύτης τείνουσι παρά τε τὰς πλευρὰς ἑκάστην φλεβία, καὶ πρὸς ἕκαστον τὸν σφόνδυλον. κατὰ δὲ τὸν ὑπὲρ τῶν νεφρῶν σφόνδυλον σχίζεται διχῆ.

AB ea ad coſtas ſingulas, ſingulásque vertebras puſillæ venæ deducuntur: bifariam autem ſcinditur ad vertebram quæ ad renes pertinet.

C AE S A R.

HIc omittit huius venæ tractum ad inferiora: Ego potius continuâſſem, deinde reuertiſſem ad ſuperiora: at ipſe tanto incommodius etiam aortæ hiſtoriam interſerit: & poſteà ad illas redit.

LIII. ARISTOTELES.

Ταῦτα μὲν οὖν τὰ μόρια ἀπὸ τῆς μεγάλης φλεβὸς, τοῦτον ἔσχισται τὸν τρόπον· ὑπεράνω δὲ τούτων ἀπὸ τῆς ἐκ τῆς καρδίας τεταμένης, πάλιν ἡ ὅλη σχίζεται εἰς δύο τόπους. αἱ μὲν γὰρ, φέρονται εἰς τὰ πλάγια, καὶ τὰς κλεῖδας· κἄπειτα διὰ τῶν μασχαλῶν, τοῖς μὲν ἀνθρώποις εἰς τοὺς βραχίονας, τοῖς δὲ τετράποσιν, εἰς τὰ πρόσθια σκέλη τείνουσι· τοῖς δὲ ὄρνισιν, εἰς τὰς πτέρυγας· τοῖς δὲ ἰχθύσιν, εἰς τὰ πτερύγια τὰ πρανῆ.

MAioris venæ portiones ſic partiuntur. At ſuperiori in parte, ea quæ à corde tenditur, tota in duo diuiditur loca. Etenim ad latera & clauiculas, atque inde per axillas hominibus in brachia, quadrupedibus in crura anteriora, auibus in alas, piſcibus in pinnas ſuperiores contendunt.

C Æ S A R.

TRIA genera ſumma animantium cum vna ſpecie hominis coniungit, in quibus tractum venæ ſuperioris ſimilem agnoſcit: quadrupedes, aues, piſces, pro brachijs crura anteriora, alas, & pinnulas ſuperiores.

Theodorus Ariſtotelis orationem ſimplicem *εἰς δύο τόπους* fucauit additis illis verbis: *numeroſiore venarum propagine:* & *κλεῖδας* falsò interpretatus eſt *humeros.*

Melius quoque *μάσχαλα axillas*, quàm *alas*: primùm, quia alæ in homine non ſunt, ſed alarum imitatio quæ in diminutiua voce certiùs excipitur. Deinde cùm alas auium hîc commemoret, commodiùs flexum vocis in homine variaſſet.

LIIII. ARISTOTELES.

Αἱ δὲ ἀρχαὶ τούτων τῶν φλεβῶν, ᾗ σχίζονται τὸ πρῶτον, καλοῦνται σφαγίτιδες· ᾗ δὲ σχίζονται εἰς τὸν αὐχένα, ἀπὸ τῆς μεγάλης φλεβὸς, παρὰ τὴν ἀρτηρίαν τείνουσι τὴν τοῦ πνεύμονος· ὧν ἐπιλαμβανομένων ἐνίοτε ἔξωθεν, ἄνευ πνιγμοῦ καταπίπτουσιν οἱ ἄνθρωποι, μετ' ἀναισθησίας τὰ βλέφαρα συμβεβληκότες.

HÆ venæ quà rameſcere incipiunt primùm, vocantur iugulares: ſed vbi de magna vena partitæ ſubeunt collum, iuxta pulmonis arteriam tendunt. Has interdum ſi quis extrinſecus intercipiat, concidunt homines ſenſu priuati, atque genis clauſis, etiamſi non vehementiùs angas, vt ſuffocentur.

C Æ S A R.

APPONIT nominis priuatam notam certo in loco: *σφαγίτιδας*, quoniam in iugulo ſunt: deſignat locum: quà, inquit, ſcinduntur. Declarat nomen loci collum: addit modum tractus: *ὑπ' αὐχένα*: ſubeunt enim: & metam: ad arteriam inquit. Aſcribit affectionem, ſi comprimantur, inquit, tollunt ſenſum hominum, atque intercipitur vis conſiſtendi: occurrit obiectioni. Dicat aliquis nihil mirum, hominem ſi ſuffocetur concidere, *ἄνευ πνιγμοῦ*, etiamſi non angatur, aut ſuffocetur. Quæ verba Theodorus negligenter omiſit.

LV. A R I S T O T E L E S.

Οὕτω δὲ τείνουσαι, καὶ μεταξὺ λαμβάνουσαι τὴν ἀρτηρίαν, φέρονται μεταξὺ τῶν ὤτων, ᾗ συμβάλλουσιν αἱ γένυες τῆς κεφαλῆς.

Sic verò tendentes, atque in medio ſui recepta arteria feruntur inter aures, quà maxillæ capiti commiſſæ ſunt.

C Æ S A R.

PROCEDIT cum venis vſque ad aures. Quo ex loco accipias cauſſam ſuperioris affectionis: compreſſæ enim intercipiunt ſpiritus à cerebro commeantes, non in venis illis, ne quis erret cum Ariſtotele, ſed in arterijs ſubditis atque illarum comitibus: neque enim venis ſolis compreſſis id accidit, ſed arterijs.

Feſtiuè addidit *κεφαλῆς*, cùm dixit *γένυες*. Quoniam *γένυς*: etiam *aſciam* & *dolabram* ſignificat, à maxillæ ſcilicet figura communicata. An verò dicit quà maxillæ capiti committuntur? Nam quanuis capitis maxillæ partes ſunt, tamen ſuprà oſtendimus, extra capitis nomen ab Ariſtotele maxillas acceptas.

LVI. A R I S T O T E L E S.

Πάλιν δ' ἐντεῦθεν, εἰς τέτταρας σχίζονται φλέβας· ὧν μία μὲν, ἐπανακάμψασα, καταβαίνει διὰ τοῦ τραχήλου καὶ τοῦ ὤμου, καὶ συμβάλλει τῇ προτέρᾳ ἀποσχίσει τῆς φλεβὸς κατὰ τὴν τοῦ βραχίονος καμπήν· τὸ δ' ἕτερον μόριον, εἰς τὴν χεῖρα τελευτᾷ, καὶ τοὺς δακτύλους.

Tum verò ab eo loco rurſus quadripartitæ ſunt. Quarum vna reflexa per collum atque humerum deſcendit, & coniungitur cum priore vena ramo ad brachij curuaturam. Altera autem pars in manu ad digitos terminatur.

C Æ S A R.

VENAE Cephalicæ tractum deſcribit. Itémque venæ communis quæ ſcilicet eius pars eſt cum Baſilica communicata: & fines habet ſuos in manu ad pollicem.

Nota verò orationem mirificam. Nam cùm quatuor in partes diuiſam prodat, bifariam tamen proſequitur. Non dicit prima, ſecunda, tertia, quarta: ſed vna, quam ita partitur, vt partim coniungat cum altera, partim eius partem ad manum deducat. Quare Theodorus non rectè dixit *ſecunda & tertia*.

LVII. A R I S T O T E L E S.

Μία δ' ἑτέρα, ἀφ' ἑκατέρου τοῦ τόπου τοῦ περὶ τὰ ὦτα, ἐπὶ τὸν ἐγκέφαλον τείνει, καὶ σχίζεται εἰς πολλὰ καὶ λεπτὰ φλέβια εἰς τὴν καλουμένην μήνιγγα, τὴν περὶ τὸν ἐγκέφαλον.

Altera ab vtroque aurium loco in cerebrum tendit, atque ibi in membrana qua cerebrum amictum eſt (meningam *Græci vocant*) *in paruas, & minutas venas ſpargitur.*

CAESAR

C Æ S A R.

ALterum ramum principalem ſtatuit. Itaque dixit, *μία δ' ἑτέρα.*

LVIII. ARISTOTELES.

Αὐτὸς δὲ ἐγκέφαλος ἄναιμος πάντων ἐστὶ, καὶ οὔτε μικρὸν, οὔτε μέγα φλεβίον ἀποτελευτᾷ εἰς αὐτόν.

IPſum verò cerebrum omnibus ſanguinis expers eſt: neque tantillum vena cuiuſquam recipit.

C Æ S A R.

INTERPONIT hoc quod ſupra quoque docuit, vt indicet venas in membranam excipi, non in cerebri ſubſtantiam: fecit propoſitionem vniuerſalem cùm dixit, omnibus ex parte naturæ cerebri. Cùm autem dixit, *οὔτε μικρὸν οὔτε μέγα, φλεβίον* ex parte venarum.

Nota hanc locutionem, *οὔτε μέγα φλεβίον*: idem eſt quaſi dicat *οὔτε μεγάλη μικρὰ φλεβῶν*, quaſi dicat: *ἐκ τῶν ἐλαττόνων φλεβῶν καλουμένων οὔτε μείζων, οὔτε μείων.*

τελευτᾷ Theodorus *ceſſat*: malè Latinè: ceſſare eſt priuatio actionis & officij: ac quanquam finem nacti ceſſamus ac quieſcimus, tamen non ſemper cùm ceſſamus finem nacti ſumus.

LIX. ARISTOTELES.

Τῶν δὲ λοιπῶν τῶν ἀπὸ τῆς φλεβὸς ταύτης σχιζομένων φλεβῶν, αἱ μὲν, τὴν κεφαλὴν κύκλῳ περιλαμβάνουσιν· αἱ δὲ, εἰς τὰ αἰσθητήρια ἀποτελευτῶσι καὶ τοὺς ὀδόντας, λεπτοῖς πάμπαν φλεβίοις.

AB hac vena reliqui proficiſcuntur rami: alij caput circumplectuntur, alij tenuibus venulis ad loca ſenſibus deſtinata; atque ad dentes ipſos deſinunt.

C Æ S A R.

QVATVOR profeſſus truncos, tres executus eſt. Quartum ſub multorum ramorum frequentia explicauit.

Theodorus addidit etiam *ſeriei* vocabulum, quod equidem ſuperuacuum hîc putabam: ambigo enim, an de ramis arborum fortuitò ac temerè editorum rectè dicas ſeriem. Ab agricolis nata vox, cùm diſpoſitis lineis in quincunces directas ſererent.

LX. ARISTOTELES.

ΤΟν αὐτὸν δὲ τρόπον καὶ τὰ τῆς ἐλάττονος φλεβὸς, καλουμένης δὲ ἀορτῆς, ἔσχισται μέρη, συμπαρακολουθοῦντα τοῖς τῆς μεγάλης· πλὴν ἐλάττους οἱ πόροι καὶ τὰ φλεβία πολλῷ ἐλάττω ταῦτ' ἐστὶ τῶν τῆς μεγάλης φλεβός.

IDem ramorum modus minoris quoque venæ quam aortam appellamus: maioris enim venæ ramos comitantur: verùm tubuli & venulæ minores ſunt.

C Æ S A R.

MALE diſiunxit ſeparato Capite venam hanc à ſuperiore Theodorus. Primùm, quia vtriuſque tractus coniuncti ſunt vt hîc dicit. Deinde quia modum abſoluit ſuperiorem. Multò incommodius Ariſtoteles hanc illi interſeruit, illámque huc intercepit: commodiùs illa abſoluta, hæc quæ hîc dicit, dicturus. Sed maluit tractare vtramque ſimul à ſeipſis diuiſas. Cùm enim cor in medio agnoſceret, quæ ſupra eſſent declarauit, mox quæ infra. Statuit igitur communem naturam locorum: ſtatuit etiam differentiam à magnitudine. Abundauit enim verbis cùm dixit *ἐλάττους πόροι, ἐλάττω φλέβια.*

LXI. ARISTOTELES.

Τὰ μὲν οὖν ἄνωθεν τῆς καρδίας, τοῦτον ἔχουσι τὸν τρόπον αἱ φλέβες· τὸ δὲ εἰς τὸ κάτω τῆς καρδίας μέρος τῆς μεγάλης φλεβὸς, τείνει μετέωρον διὰ τοῦ ὑποζώματος. συνέχεται δὲ καὶ πρὸς τὴν ἀορτὴν καὶ πρὸς τὴν ῥάχιν, πόροις ὑμενώδεσι καὶ χαλαροῖς.

Quæ ſupra cor venæ ſunt, ſic ſe habent. At infra cor maioris venæ pars ſuſpenſa transmeat ſeptum tranſuerſum, harétque tum aortæ, tum ſpinæ tubulis membraneis, atque lentis.

CAESAR.

NVnc alteram partem deſcribit, quæ ſcilicet cordi ſubiecta eſt.

Nota orationem. Nam cum aortæ tractus deſcribat per tractus maioris venæ, nunc quo conſilio hanc per illam notam facit? dixit enim ἀορτῇ hærere.

Dixit μετέωρον *non elatior* vt interpretatur Theodorus. Neque enim ſublimis eſt: ſed ſubiecta cordi & demiſſa: *ſuſpenſa* potius.

χαλαροῖς, *flaccidis* Theodorus malè: neruacea enim tota eſt & robuſta: ſed intellexit lentos tubulos, id eſt minus aptos ad ſcindendum.

Malè item dixit *per ſeptum applicata*. Imo ſeptum tranſmittit: hoc enim eſt τείνει διὰ τοῦ ὑποζώματος.

LXII. ARISTOTELES.

Τείνει δ' ἀπ' αὐτῆς μὲν μία τοῦ ἥπατος φλέψ, βραχεῖα μὲν, πλατεῖα δέ· ἀφ' ἧς πολλαὶ καὶ λεπταὶ, εἰς τὸ ἧπαρ ἀποτείνουσαι, ἀφανίζονται.

Hinc fertur ad iecur vna breuis, ſed lata; à qua multæ, minutæque in iecur intentæ venæ occultantur.

CAESAR.

NOn memini hanc venam ego: neque enim à vena caua tendit ad iecur vena vlla, ſed à meſeraicis vna ex illis quaſi conſtans per iecur, à cauo ad dorſum eius, ad cor vſque.

LXIII. ARISTOTELES.

Δύο δ' ἀπὸ τῆς τοῦ ἥπατος φλεβὸς ἀποσχίσεις εἰσίν· ὧν ἡ μὲν, εἰς τὸ ὑπόζωμα τελευτᾷ, καὶ τὰς καλουμένας φρένας. ἡ δὲ, πάλιν ἐπανελθοῦσα διὰ τῆς μασχάλης, εἰς τὸν βραχίονα τὸν δεξιὸν, συμβάλλει ταῖς ἑτέραις φλεψὶ κατὰ τὴν ἐντὸς καμπήν. διὸ ἀποσχαζόντων τῶν ἰατρῶν ταύτην, ἀπολύονται τινῶν πόνων περὶ τὸ ἧπαρ.

Ab iecoris vena duo rami proficiſcuntur, quorum alter in tranſuerſum ſeptum, & quæ dicuntur præcordia, deſinit: alter rurſum reuerſus per axillam ad brachium dextrum concurrit cum aliis venis, ſecundùm curuaturæ partem interiorem. Quare hanc ſecantibus Medicis, certi iecoris morbi ſoluuntur.

CÆSAR.

BAſilicam ducit in duo: partem ad ſeptum tranſuerſum, partem ad brachii curuaturam. Addit interiorem quoniam etiam exterior pars eſt, quam noſtri medici *ſylueſtrem* nominant. Maluit dicere ſolui morbos ea apperta quàm ſic: ſecant medici vt morbos ſoluant. Quo enim loquitur modo, certam curam docet.

Dixit τινῶν πόνων. Quoniam in iecoris ſiccitatibus morboſis non ſecatur. Itemque aliis multis, putà hydrope pituitoſa, ſcirro & aliis.

Poſuit καὶ τὰς καλουμένας φρένας, pro eo quod eſt: ἤγουν.

LXIV. ARISTOTELES.

Ἐκ δὲ τῶν ἀριστερῶν αὐτῆς, μικρὰ μὲν, παχεῖα δὲ φλὲψ, τείνει εἰς τὸν σπλῆνα, καὶ ἀφανίζεται τὰ ἀπ' αὐτῆς φλεβία εἰς τοῦτον. ἕτερον δὲ μέρος ἀπὸ τῶν ἀριστερῶν τῆς μεγάλης φλεβὸς ἀποσχισθὲν τὸν αὐτὸν τρόπον, ἀναβαίνει εἰς τὸν ἀριστερὸν βραχίονα. πλὴν ἐκείνη μὲν ἡ διὰ τοῦ ἥπατός ἐστιν· αὕτη δὲ, ἑτέρα τῆς εἰς τὸν σπλῆνα τεινούσης.

Ab laua parte breuis vena, ſed craſſa ad lienem pergit, quo in loco exiguæ venæ, in quas illa ſpargitur, occultantur. Altera pars eodem modo de magna vena exiens ad ſiniſtrum aſcendit brachium. Sed illa eadem eſt quæ ad iecur vadit: hæc diuiſa ab ea quæ lienem ſubit.

CAESAR.

Expedit læuæ partis venam, dicítque eodem modo, vt illam ad iecur, ſic hanc ad lienem ire. Præterea vt ſuperius dicebat, portionem quandam dextrum brachium petere, ita nunc portionem quandam petere ſiniſtrum: ſed ponit differentiam. Nam quæ dextrum petit, eadem eſt cum ea quæ in iecur ſeſe induit. At hæc quæ ſiniſtrum adit, diuerſa eſt ab ea quæ in lienem intrat.

LXV. ARISTOTELES.

Ἔτι δ' ἄλλαι ἀπὸ τῆς μεγάλης φλεβὸς ἀποσχίζονται· ἡ μὲν, ἐπὶ τὸ ἐπίπλοον· ἡ δὲ, ἐπὶ τὸ καλούμενον πάγκρεας.

Sunt aliæ quoque à vena magna proficiſcentes: quippe quædam in omentum, quædam in membrum quod πάγκρεας *Græci vocant.*

CÆSAR.

RECENSET duas, alteram quæ in omentum agat ſeſe: alteram in πάγκρεας. Cæterùm hoc πάγκρεας ſuperius non nominauit, cùm inteſtina & viſcera commemoraret: πάγκρεας autem eſt glanduloſa caro apud Galenum in libro *de ſectione venarum*. Theodorus nomen reddidit, & vocis interpretatus eſt cauſſam: at ſanè rem ſeſe noſſe, non docuit nos.

LXVI. ARISTOTELES.

Ἀπὸ δὲ ταύτης πολλαὶ φλέβες διὰ τοῦ μεσεντερίου τείνουσι.

Tum ab hac multæ venæ per inteſtinale ſparguntur.

CAESAR.

Μεσεντέριον malè tranſtuliſſe *lactes* Theodorum ſupra diximus: nos *inteſtinale* aptiſſimè nominamus. Eſt enim caro quædam quaſi matrix inteſtinorum. Ei enim ipſa apta ſunt, habéntque venas quibus annectuntur illi, per quas ſugitur ſuccus, atque ſanguinis capit principia. Hæ venæ minutæ ſunt, & quaſi arboris inuerſę ramuli, cuius truncus fertur ab iecore. Videndum verò quàm verum ſit, & quæ venæ eò ducantur * * * * Deſunt.

LXVII. ARISTOTELES.

Πᾶσαι δ' αὗται εἰς μίαν φλέβα μεγάλην τελευτῶσι, παρὰ πᾶν τὸ ἔντερον, καὶ τὴν κοιλίαν μέχρι τοῦ στομάχου τεταμένην. καὶ περὶ ταῦτα τὰ μόρια, πολλαὶ ἀπ' αὐτῶν σχίζονται φλέβες.

Ea verò omnes in vnam venã magnam deſinunt: quæ iuxta totum inteſtinum ac ventriculum ad gulam vſque porrigitur. Atque circa membra hæc multæ mittuntur ab his venæ.

CAESAR

CAESAR.

DE hac quoque vena Ariſtotelis iudicum ſubtiliùs examinandum eſt. Nam venę meſeraicæ, vt diximus, in vnum ingreſſæ atq; vna factæ hepar ſubeunt, non ad gulam tendunt. *****

LXVIII. ARISTOTELES.

Μέχρι μὲν οὖν τῶν νεφρῶν μία οὖσα, ἑκατέρα τείνει καὶ ἡ ἀορτὴ, καὶ ἡ μεγάλη φλέψ. ἐνταῦθα δὲ πρός τι τὴν ἀρχὴν μᾶλλον προσπεφύκασι, καὶ σχίζονται εἰς δύο, ὥσπερ εἰς λάμβδα ἑκάτεραι, καὶ γίνεται εἰς τοὔπισθεν μᾶλλον ἡ μεγάλη φλὲψ τῆς ἀορτῆς.

VTraque vena tam magna quàm aorta ad renes vſque perpetuo tenore progreditur. Ac verò cùm ibi tum magis ſuperiore tractu cohærentes bipartito bifurcantur. Sed vena maior ponè aortam aliquanto receſſu redacta eſt.

CÆSAR.

DECLARAT nunc tractum ſpinalem vtriuſque. Dicítque eſſe vnum & ſimplicem, ſcilicet nullis interceptum ramis: ponit limites tractus illius, à ſuperiore parte vſque ad renes: declarat modum. Nam, inquit, tam ibi quàm ſuperiore in loco inter ſe cohæreſcunt: ad renes autem bifurcantur. Poſtremò ponit differentem ſitum atque aliis locis. Nam vbique arteria venæ ſubeſt: hic è contrario retractior eſt vena quàm arteria.

Dixit *μία οὖσα*, non οὖσαι: ſed ἑκατέρα. Itaque μία contrà diſtinguitur ab eo quod eſt σχιζομένη. Poſteà dixit ἐνταῦθα δὲ id eſt, *ad renes*: πρός τι τὴν ἀρχήν: id eſt *ſuperiore loco*, nam principium inde eſt vnde mouetur. Sic locutus eſt etiam ſuperiùs: at Theodorus fruſtra laborauit: τὴν ἀρχὴν *renum capita* cùm eſt interpretatus.



Græca litera eſt lambda, habétque figuram duûm laterum trianguli detracta baſi: ingenioſiſſimus Theodorus Latinè repreſentauit per vocalem V inuerſam. Nos notularũ periculum metuentes *bifurcatas* diximus: inuerſa ſcilicet furca: ſic enim eas deducimus, de ſuperiore loco ad inferiores partes.

Videndum ergo eſt quomodo bifurcatur: duo enim dicit: primum ad renes vſque perpetuas eſſe: alterum bifurcari: ergo ad renes bifurcatur in modum Λ literæ. Hoc autem falſum eſt, nam multò inferiùs bifurcantur: ergo, aut ad renes non bifurcantur, aut non ad renes vſque tantùm perpetuæ ſunt.

LXIX. ARISTOTELES.

Προσπέφυκε δὲ ἡ ἀορτὴ μάλιστα τῇ ῥάχει περὶ τὴν καρδίαν· ἡ δὲ πρόσφυσις, ἐστὶ φλεβίοις νευρώδεσι καὶ μικροῖς.

ANnexa eſt aorta minutis venulis neruoſis ſpinæ, potiſſimum circa cor.

CAESAR.

QVoniam dicebat προσπεφύκασι, declarat πρός τι τὴν ἀρχήν. Inquit enim περὶ καρδίαν. Et dixit, τῇ ῥάχει. Quoniam ſuperiùs dicebat: ἐνταῦθα καὶ πρὸς τὴν ἀρχήν. Et declarat ſubſtantiam vinculorum.

LXX. ARISTOTELES.

Ἔστι δὲ ἡ ἀορτὴ ἀπὸ μὲν τῆς καρδίας ἀγομένη σφόδρα κοίλη, προϊοῦσα δὲ, ἐστὶ στενοτέρα καὶ νευρωδεστέρα.

ESt aorta vbi de corde deducitur bene valde capax: at inde progreſſa tum anguſtior, tum neruoſior.

C Æ S A R.

DISSIMILES aortæ partes inter ſe ſcrutatur: nam prope cor cùm eſt, caua intus eſt valde & capax. Inde anguſtior fit & neruoſa. Hoc idem & ſupra dixit: at infra etiam accuratiùs docet: vbi auſus eſt dicere, aortæ extrema in membris eſſe ἄκοιλα: id eſt ſolida, plena, non caua. Id quod ibi examinauimus.

LXXI. ARISTOTELES.

Τείνουσι δὲ ἀπὸ τῆς ἀορτῆς εἰς τὸ μεσεντέριον φλέβες, ὥσπερ αἱ ἀπὸ τῆς μεγάλης φλεβὸς, πλὴν πολλῷ λειπόμεναι τῷ μεγέθει. στεναὶ γάρ εἰσι καὶ ἰνώδεις. λεπτοῖς γὰρ καὶ κοίλοις καὶ ἰνώδεσι τελευτῶσι φλεβίοις.

Ab aorta veniunt ad inteſtinale vena, ſicut & à vena maiore, quanquam longè minutiores: quippe anguſta & fibris ſimiliores, tenuibus enim & cauis fibraceiſque venis terminantur.

C Æ S A R.

DEducit comites arterias venis ad meſenterium: dicit eſſe minores & neruoſiores.

LXXII. ARISTOTELES.

Εἰς δὲ τὸ ἧπαρ καὶ τὸν σπλῆνα, οὐδεμία τείνει ἀπὸ τῆς ἀορτῆς φλέψ.

NEque ad iecur, neque ad lienem ab aorta vlla vena pertinet.

C AE S A R.

VT oſtenderet eas non eſſe ſemper comites.

LXXIII. ARISTOTELES.

Αἱ δὲ σχίσεις ἑκατέρας τῆς φλεβὸς, τείνουσιν εἰς τὸ ἰσχίον ἑκάτερον, καὶ καθάπτουσιν εἰς τὸ ὀστοῦν ἀμφότεραι.

BIfurcata vena vtrumque femur ſubeunt, atque in os ipſum induunt ſeſe.

C AE S A R.

PER commiſſuram femoris venæ magnę rami, quos bifurcatos demitti dicebamus, tranſiguntur: atque inde in crura, vt docuimus.

Theodorus καθάπτουσιν εἰς τὸ ὀστοῦν, *os attingunt*, malè. Imo *ſubeunt*.

LXXIV. ARISTOTELES.

Φέρουσι δὲ καὶ εἰς τοὺς νεφροὺς, ἀπό τε τῆς μεγάλης φλεβὸς καὶ τῆς ἀορτῆς φλέβες, πλὴν οὐκ εἰς τὸ κοῖλον, ἀλλ' εἰς τὸ σῶμα καταναλίσκονται τῶν νεφρῶν.

DE vena magna déque aorta feruntur ad renes venæ: quæ vt eorum caua non ſubeunt, ita in ipſorum renum corpus abſumuntur.

C AE S A R.

EMulgentes declarat: aitque ad renes terminari, non eos ſubintrare: ferunt enim ſanguinem ad renes nutriendos. Qui ſanguis cùm ibi percoletur, non neceſſe habuit vas ipſum ſeſe deferens vlteriùs tranſmittere, ſed ibi terminare.

Quod autem dicit, in caua renum non ſubire, falſum eſt: cuius rei ſignum: diductis colatoriis atque apertis, aut morbo, aut ſaltu, aut equitatione, aut nixu, ſanguis demittitur. In cauum igitur induunt ſe

LXXV. ARIST.

LXXV. ARISTOTELES.

Ἀπὸ μὲν οὖν τῆς ἀορτῆς ἄλλοι δύο πόροι φέρουσιν εἰς τὴν κύστιν, ἰσχυροὶ καὶ συνεχεῖς, καὶ ἄλλοι ἐκ τοῦ κοίλου τῶν νεφρῶν, οὐδὲν κοινωνοῦντες τῇ μεγάλῃ φλεβί.

CÆterùm ab aorta duo alij meatus robuſti atque contenti in veſicam demittuntur. Item alij ex renum cauo nihil habentes cum magna uena commercij.

CAESAR.

DECLARAT vaſa ſeminaria & circunſtantias: robuſta, inquit, & contenta: ne ſcilicet ſpiritus euaneſcat, aut eius impetu dehiſcat ipſa. Itaque τεταμένους appellat eos in fine primi libri. Sed cùm dixit εἰς τὴν κύστιν falſum eſt: ſed ad genitale. At qui meatus à cauo renum veniunt, ij ſanè in veſicam abeunt, & ſunt vaſa vrinaria. Quod autem dicit nihil habere commercij cum vena magna, negauit propter officium: ſanguinem enim nullum tranſmittunt. At re ipſa vnum corpus, vnus tenor & venæ emulgentis, & vrinalis. Si quidem vt diximus meatus vnus: ſanguis autem non tranſmeat ob craſſitiem. Itaque in his anguſtiis calculi generantur.

LXXVI. ARISTOTELES.

Ἐκ μέσου δὲ τῶν νεφρῶν ἑκατέρου, φλὲψ κοίλη καὶ νευρώδης ἐξήρτηται, τείνουσα παρ' αὐτὴν τὴν ῥάχιν διὰ τῶν φλεβῶν· εἶτα εἰς ἑκάτερον τὸ ἰσχίον ἀφανίζεται ἑκατέρα πρῶτον· ἔπειτα δῆλαι γίγνονται πάλιν, διὰ τεταμέναι πρὸς τὸ ἰσχίον. καθάπτουσι δὲ πάλιν πρὸς τὴν κύστιν καὶ τὸ αἰδοῖον τὰ πέρατα αὐτῶν [ἐν] τοῖς ἄρρεσιν, ἐν δὲ τοῖς θήλεσι πρὸς τὰς ὑστέρας.

EX vtriuſque renum medio vena caua atque neruoſa demittitur, ſecundùm ſpinam per venas deducta. Ea primùm vtramque in natem ſubeunt. Deinde rurſus extare perſpiciuntur iuxta nates extenta. Tum prodeunt in veſicam, atque porrò in genitale maſculorum: in fœmellarum verò vulnas deſinunt.

CAESAR.

NVNC expedit vrinalia vaſa: eorum initia ab vtroque renum: fines in genitalibus agnoſcit. Tractum ἐν ἰσχίοις: quod nomen demonſtrauimus aliquando *femur* ſignificare, aliquando *nates*. Quare Theodorus hîc pro vtroque interpretatus eſt: & priore quidem loco intelligit coxam: altero, nates: verùm non ita eſt. Neque enim vrinalia vaſa in coxa condita reflectuntur ad genitalia, ſed rectà ad veſicam tendunt, atque ibi deſinunt. Nulla autem vena à renum medio ferens ſanguinem mittitur. Neque enim renes excipiũt ſanguinem, ſed arcent, & percolant: ergo non tranſmittunt.

Theodorus malè dixit ἐν τοῖς ἄρρεσιν, *in ſexu virili*. Equus enim vir non eſt, maſculus eſt. Equo autem & ſuillo generi atque aliis eadem illarum venarum ratio.

Nota locutionem Τείνουσα παρ' αὐτὴν τὴν ῥάχιν διὰ τῶν φλεβῶν. Neque enim renes intelligo, τὸ διὰ; neque quas φλεβὰς dicat: *vena*, inquit, *de renibus, per venas tendit.*

LXXVII. ARISTOTELES.

Τείνει δ' ἀπὸ μὲν τῆς μεγάλης φλεβὸς, οὐδεμία εἰς τὰς ὑστέρας· ἀπὸ δὲ τῆς ἀορτῆς, πολλαὶ καὶ πυκναί.

DE maiore vena, nulla deducitur ad vteros vena: de aorta magnæ ac frequentes.

CÆSAR.

HIc quoque alius error Philoſophi. Nam vnde menſtrua? vnde fœtus alimenta? nónne de ſanguine? ergo de venis: at magna vena ibi propinqua eas ſumminiſtrat, nectitque cum ijs quæ ad mammillas tendunt.

LXXVIII. ARISTOTELES.

Τείνουσι δ' ἀπὸ τῆς ἀορτῆς καὶ τῆς μεγάλης φλεβὸς ἀπὸ τῶν σχιζομένων καὶ ἄλλαι· αἱ μὲν ἐπὶ τοὺς βουβῶνας φέρονται, μεγάλαι καὶ κοῖλαι· ἔπειτα διὰ τῶν σκελῶν τελευτῶσιν εἰς τοὺς πόδας καὶ τοὺς δακτύλους· καὶ πάλιν ἕτεραι διὰ τῶν βουβώνων καὶ τῶν μηρῶν φέρονται ἐναλλὰξ, ἡ μὲν ἐκ τῶν ἀριστερῶν εἰς τὰ δεξιά, ἡ δὲ εἰς τὰ ἀριστερὰ ἐκ τῶν δεξιῶν· καὶ συνάπτουσι περὶ τὰς ἰγνύας ταῖς ἑτέραις φλεψίν.

DE aorta, déque maioris venæ ramis feruntur multa, partim quidem in inguina: primùm magna ac caua, deinde per crura, in pedes ac digitos deſinunt. Partim per inguina & coxas delatæ permutant inter ſe tractus rationem. Quippe ab ſiniſtra parte in dextram, & ab dextra in ſiniſtram: atque ea ad poplites alijs cum venis ſeſe coniungunt.

CAESAR.

PErſequitur eas venas, quæ tam pulſantes, quàm quietæ per inguina demittuntur. Diligenter verò animaduertendum, quas dicat commutare ſedem.

LXXIX. ARISTOTELES.

Ὃν μὲν οὖν τρόπον ἔχουσιν αἱ φλέβες, καὶ πόθεν ἤρτηνται τὰς ἀρχὰς, φανερὸν ἐκ τούτων. ἔχει δ' ἐν ἅπασι μὲν οὕτω τοῖς ἐναίμοις ζώοις τὰ περὶ τὰς ἀρχὰς καὶ τὰς μεγίστας φλέβας. τὸ μὲν γὰρ ἄλλο πλῆθος τῶν φλεβῶν, οὐχ ὡσαύτως ἔχει πᾶσιν· οὐδὲ γὰρ τὰ μέρη τὸν αὐτὸν τρόπον ἔχουσιν, οὐδὲ ταῦτα πάντα ἔχουσιν· οὐδὲ ταῦτα μὲν οὐδ' ὁμοίως ἐν ἅπασιν ἐστὶ φανερὸν, ἀλλὰ μάλιστα ἐν τοῖς πολυαίμοις καὶ μεγίστοις. ἐν γὰρ τοῖς μικροῖς καὶ μὴ πολυαίμοις ἢ διὰ φύσιν ἢ διὰ πιότητα τοῦ σώματος, οὐχ ὁμοίως ἐστὶ καταμαθεῖν. τῶν μὲν γὰρ οἱ πόροι συγκεχυμένοι, καθάπερ ὀχετοί τινες ὑπὸ πολλῆς ἰλύος, εἰσὶν οἱ δὲ, ὀλίγας, καὶ ταύτας ἶνας ἀντὶ φλεβῶν ἔχουσιν· ἡ δὲ μεγάλη φλὲψ, ἐν πᾶσι μάλιστα διάδηλος, καὶ τοῖς μικροῖς.

DE venis, earúmq; vnde oriuntur principijs hæc: ac venarum quidem initia, venaue adeò magna ipſa in omnibus quæ ſanguine conſtant animalibus, eadem ſe habent ratione. At venæ reliquæ quotquot ſunt, non eadem. Nam neque modus, neque numerus partium idem omnibus eſt: Saltem dicamus in omnibus non æquè apparere: ſed in ijs quæ & magnitudine corporis, & ſanguinis multitudine conſtant. Nam quæ minutiora ſunt, & pauxillum habent ſanguinis, aut propter naturam; aut propter corporis obeſitatem haud æquè cõſpici poſſunt: ſiquidem meatus horum confuſi ſunt, quemadmodum riuuli quipiam largiore limo: ac ſunt animantium quædam, quæ puſillas fibras haſce pro venis habent: ſola vena magna in omnibus præ cæteris conſpicua eſt etiam in paruis.

CAESAR.

HÆc eſt altera Capitis huius principalis pars. Nam in priore de venarum natura communi, ſubſtantia, quantitate, tractu, modo, numero, coniunctione ſcripſit. In hac venas ipſas inter ſe in animalium generibus comparat. Quæ contemplatio habet id quod Philoſophi vocant, *rationem formalem in relatione.* Nam caput ſubſtantia eſt: at ſub ratione relationis contemplatur, cùm dicitur animalis caput, quaſi animalis pars. Duo igitur inſtituit. Venarum inter ſe magnitudinem, & animalium inter ſe magnitudinem. Nam, inquit, vena magna in omnibus conſpicuà eſt, ſiue animalia grandiora ſint, ſiue minutiora. At aliæ venæ omnes, itémque principia earum non eodem ſe habent modo: ſiue ipſas, ſiue, in quibus ſunt, animalia contempleris. Nam neque modus, neque numerus idem in omnibus eſt: moderatur dictum: ſaltem, inquit, non apparet in minutis. Reddit rationem duplicem: aut propter ſanguinis paucitatem, aut propter pinguitudinem: prior ratio eſt à fine. Nam ſi venæ propter ſanguinem, ergo magnæ propter multum, exiguæ propter paucum. Altera ratio à loco: anguſtiores enim venæ obſeſſæ ſunt pingui multo. Comparat eas riuulis obductis limo: quorum ſanè tractus icircò obſcuri ſunt, quia confuſi. Aqua confertus alueus ſanguini, riuuli venæ, limus pinguedini: addit declarationem paruitatis: adeò vt pro venis, fibræ tantùm in quibuſdam ſint.

τὸ μὲν γὰρ ἄλλο πλῆθος τῶν φλεβῶν: quaſi dicat, reliquum venarum vulgus: Theodorus *copiam* duriuſculè interpretatus eſt: nos puriùs, *quotquot ſunt.*

Pro ταῦτα, ταὐτὰ legendum eſt.

Nota locutionem: εἰσὶ δὲ οἱ ὀλίγας ἔχουσιν: relatiuum οἱ quò refertur? nam ζῶα ſubintelligimus ſemper.

ἐν πᾶσι μάλιστα διάδηλος. Theodorus *potiſſimùm*: nos *præ cæteris* melius.

CAPVT

CAPVT QVINTVM.

De Neruis.

LXXX. ARISTOTELES.

Τὰ δὲ νεῦρα τοῖς ζώοις ἔχει τοῦτον τὸν τρόπον. ἡ μὲν ἀρχὴ καὶ τούτων ἐστὶν ἐκ τῆς καρδίας. καὶ γὰρ ἐν αὐτῇ ἡ καρδία νεῦρα ἔχει. ἐν τῇ μεγίστῃ κοιλίᾳ ἔχει· ἡ καλουμένη ἀορτὴ, νευρώδης ἐστὶ φλὲψ, τὰ μὲν τελευταῖα, καὶ παντελῶς αὐτῆς. ἄκοιλα γάρ ἐστι, καὶ τάσιν ἔχει τοιαύτην, οἵαπερ τὰ νεῦρα, ᾗ τελευτᾷ πρὸς τὰς καμπὰς τῶν ὀστῶν.

NErvorum nunc rationem proſequamur. Neruus quoque ortus à corde eſt. Habet enim intra ſe in ſinu maximo neruos cor. Et aorta neruoſa vena eſt. Omnino autem eius extrema: quippe ſolida ſunt, atque etiam qua deſinit ad oſſium flexiones, eodem quo nerui modo intendit.

CÆSAR.

POST venas neruos ſtatuit rectè. Nam venæ magis ſunt conſpicuæ: extant enim, viſúique obiectæ ſunt aut quantitate aut colore. Nerui non item. Eorum initia à corde: ſtatuit aliter quàm Galenus, qui de cerebro deducit neruos: tum propter apparentem connexionem de ſpinali medulla, tum quia neruus videtur cerebrum conſpiſſatum, cerebrum videtur neruus ſolutus: ſicut puls & pa= s præterea verueces adacto inter occiput & collũ & cultro illicò conciduñt: intercepto ſcilicet motu, ac ſenſu de cerebro in neruos. Sed originem manifeſtam Galenus eſt contemplatus. Ariſtoteles autem occultiorem. Itaque ſententiæ ſuæ hîc reddit rationem.

Vna ratio eſt à partibus cordis. Nam ſi cor aliqua ex parte neruos continet, & cor principale membrum eſt, neque ab alio factum, ergo neruos aliis ſubminiſtrat: at in cordis ſinu, inquit, maximi nerui conſpiciuntur: ſanè verum eſt adeò, vt etiam totum ipſum cor ex fibris neruaceis conſtructum ſit. Altera ratio: aortam de corde duci confeſſum eſt, at aorta, neruacea vena eſt tota: quia eius extrema adeò neruacea, vt neruus potiùs ſit: probat. Quoniam, inquit, ſolida ſint non caua: hoc à ſubſtantia. Alia huius rationis pars ab officio. Quoniam, inquit, intenditur eodem modo & eodem ſitu quo nerui ad oſſium plicaturas.

Propoſitionem ſanè veram. Arbitror à corde omnia duci, tanquam à domino corporis: cætera membra quaſi eius iuſſu tanquam præfectos moderari. Sed ratio adducta de aorta, minùs probare videtur. Nego aortæ extrema ſolida eſſe: falſum enim eſt. Nam quanquam extrema vltima occluſa, ſint cute obducta, ne exeat ex ea ſpiritus, ſicut neque de vena ſanguis: at non eſt ſolida ſed caua vſque ad cutem. Immò reſpirare etiam corporis ſuperficiem rectè dicimus. Ita multi in armis ſuffocati ſunt, cùm extrinſecus ab aëre non refrigerarentur ſpiritus.

Præterea falſum eſt: ad oſſium flexiones deſinere arterias: conſequuntur etenim, concitantúrque venarum tractus pene vbique: cúmque his ſcinduntur ad deferendum ſpiritum vitalem carni cæteriſque partibus, quibus reficiendis ſubminiſtrat vena materiam, ſcilicet ſanguinem.

LXXXI. ARISTOTELES.

Οὐ μὴν ἀλλ' οὐκ ἔστι συνεχὴς ἡ τῶν νεύρων φύσις ἀπὸ μιᾶς ἀρχῆς, ὥσπερ αἱ φλέβες. αἱ μὲν γὰρ φλέβες, ὥσπερ ἐν τοῖς γραφομένοις κανάβοις, τὸ τοῦ σώματος ἔχουσι σχῆμα παντὸς οὕτως, ὥστ' ἐν τοῖς

CAEterùm non eſt vnum principium vnde nerui continenter, quemadmodum venæ, deducantur; venarum enim idem modus in habenda totius corporis figura, quæ ſpectatur in depictis canalibus.

σφόδρα λελεπτυσμένοις, πάντα τὸν ὄγκον φαίνεσθαι πλήρη φλεβίων. γίνεται γὰρ ὁ αὐτὸς τόπος λεπτῶν μὲν ὄντων, φλέβια. παχυνθέντων δὲ, σάρκες. τὰ δὲ νεῦρα διεσπασμένα περὶ τὰ ἄρθρα καὶ τὰς τῶν ὀστῶν ἐστὶ κάμψεις. εἰ δ' ἦν συνεχὴς ἡ φύσις αὐτῶν, ἐν τοῖς λελεπτυσμένοις ἂν καταφανὴς ἐγένετο ἡ συνέχεια πάντων.

Quare in corporibus emaciatis tota moles extantium venarum frequentia differta videtur. Idem enim locus eſt venarum in macilentis, & carnis in craſſis. at nerui per artus diuulſi, pérque oſſium ſunt flexiones. Qui ſi eſſent continuati, apparerent ſanè in corporibus extenuatis.

CAESAR.

CVm etiam neruos à corde ducit, videbatur eorum natura ſimilis naturæ venarum, vt ab vna vena omnes deducuntur: cæterùm finis alius fuit. Nam venæ ad alendum: alimentum autem non debet intercipi, ſed tranſmitti: at nerui ad mouendum: ſatis igitur fuit certis diſponi locis. Sed dubium oritur: ſi enim non continuantur non poteſt intelligi eorum principium.

Comparat venarum conſequutionem Galenus arbori. Ariſtoteles hîc riuulis deductis. *Canabos* vocat: vnde & noſtri *Canales*, quibus deducuntur: vnde χαυλὸν, & χάνη, etiam nunc apud Alemanos vas vinarium.

Probat ſententiam de venis à ſenſu: deducit ſententiam de neruis ab eodem ſenſu. Quoniam nerui ſi continui eſſent inter ſe, apparerent in corporibus tabefactis: friuola ſanè ratio. Nam nerui multi intimi. Anatomia aperire debet hæc ſecreta, non oculus.

Dixit eundem locum eſſe venarum in macris, & carnis in pinguibus. Intellexit locum qui à ſenſu percipiatur, non autem verum locum: vena enim in vtriſque vena eſt: ſed tantùm in craſſis, & obruitur etiam interdum.

Dixit διεσπασμένα, diuulſa, reſpiciens ad naturam neruorum: diſtenta etiam dicere potes. Idem tendere & vellere, & trahere. Arrideat fortaſſe cuipiam διεσπαρμένα: ſed minùs aptum eſt.

Theodorus ἴχνεσι τὸ τοῦ σώματος σχῆμα: *figuram totius corporis diſtribuunt*, falsò: neque enim figura corporis à venis diſtribuitur.

Dixit idem *continentiam* τὴν συνέχειαν apto verbo & plano, ſed inuſitato ad eum ſignificatum.

LXXXII. ARISTOTELES.

ΜΕ'γιστα δὲ μόρια τῶν νεύρων, τό τε περὶ τὸ μόριον τὸ τοῦ ἅλσεως κύριον· (καλεῖται δὲ τοῦτο ἰγνύα) καὶ ἕτερον νεῦρον διπτυχὲς, ὁ τένων· καὶ τὰ πρὸς τὴν ἰσχὺν βοηθητικὰ, ἐπίτονός τε, καὶ ὠμιαῖα· τὰ δ' ἀνώνυμα περὶ τὴν τῶν ὀστῶν ἐστὶ κάμψιν. πάντα γὰρ τὰ ὀστᾶ, ὅσα ἅπτονται, ἢ πρὸς ἄλληλα σύγκεινται, συνδέδεται νεύροις· καὶ περὶ πάντα ἐστὶ τὰ ὀστᾶ πλῆθος νεύρων.

NEruorum partes his locis continentur: in eo qui vocatur poples, quæ pars ad ſaltum certam propriámque habet facultatem. Item alter neruus geminus, qui tendones dicuntur: præterea epitomus, & humerarius, qui ad robur corporis momentum afferunt. Cæteri qui ad oſſium flexuras ſunt, nomine vacant. Oſſa nanque omnia quæ inter ſe apta ſunt, aut inuicem compoſita, neruis colligantur: alioqui omnia perinde neruorum frequentia ſtipantur.

CAESAR.

CVm ſemper & vbique profeſſus ſit à notioribus procedendum, à maximis neruorum portionibus incipit: quibus & loca aſſignat & nomina: cæteris nullum. Duplex quoque officium neruorum apponit aſſiſtendi oſſibus, & colligandi: aliud eſt συνδέδεσθαι, & σύγκεῖσθαι. συνδέδεται τὰ κνημῶν καὶ μηρῶν. σύγκεινται τὰ ἄμφω τῶν κνημῶν. Tangit deinde officium neruorum: & ad motum, cùm dixit pertinere ad ſaltum: & ad robur cùm dixit cætera: infra autem oſtendet officium deferendi ſenſum.

Dixit μέγιστα: puto codicem Theodori paſſum iniuriam librariorum: nihil enim ſignificant verba illa: *ſumma neruorum partes.*

Κύριον

Κύειον, *accommodatum* interpretatus eſt. Nos *vim certam & propriam*. Hoc enim eſt κυριῶδες. *Da propriam Tymbrae domum* apud Poëtam: non ſolùm perpetuam, vt ſunt interpretati; ſed quia repetebant veterem conſanguinitatem: hoc enim eſt *proprium*, vnde & *proximi*: ſic *propriámque dicabo*, apud eundem, cuius nos heri ſumus aut domini, id eſt, κύειοι. Vox eſt apud Demoſthenem proprio in ſignificatu: in oratione περὶ ἀτελείας, κυρίας εἶναι τὰς συγγραφὰς, id eſt ratas & firmas. Ita hic dicit eam partem eſſe dominam ſaltus: vim enim, & poteſtatem ſignificat. Herodotus quoque in *Terpſichore*, ἡ κυρίη ἡ ἡμέρη: *condicta dies*. Item in *Erato*, & in eadem paulò poſt: ἐκεκύρωτο γάμος, id eſt, vt ait Terentius, *firmae facta ſunt nuptiae*, qui & alibi in eadem ſignificatione, *firmum generum* dixit.

Maluimus in plurali *tendones* dicere, & figurae vſi venuſtate, & vt ambiguam vocem cum verbo, tendo, communem euitaremus. Et quia iam geminum dicit: ſunt autem nerui quia per collum tenduntur: ἐπίτονον *attendonem* dixit Theodorus nullo autore.

Συγκεῖται, *alterum inſeritur alteri*, Theodorus; putà coxendix cum tibia componitur: at non dixit ἐγκεῖται: ſed intellexit commiſſa inter ſe oſſa per συγκεῖται, vt in imo pede ouillo quidem inſeritur, quemadmodum ſuperiore libro oſtendimus. Sed alia ſunt multa quae non inſeruntur, ſed componuntur tantùm vt * * * *. Multa deſunt.

Hic quoque error eſt: ligamentis enim comparat oſſa non neruis, neque enim ſentiunt.

LXXXIII. ARISTOTELES.

Ἐν δὲ τῇ κεφαλῇ οὐκ ἔστιν οὐδὲν, ἀλλ' αἱ ῥαφαὶ αὐτὴν τῶν ὀστῶν συνέχουσιν αὐτήν.

In capite tamen nullus neruus eſt, ſed oſſium ſuturae componunt ipſum.

CAESAR.

Hoc eſt quod dicebat συγκεῖται: componuntur autem ſuturae, atque cohaerent ſine neruorum opera: neque mirum: motum enim vllum habere dubitârunt: ſed vacuum ad exhalationem. Inferne autem firmae ſunt oſſium partes ab aure & fronte.

LXXXIV. ARISTOTELES.

Ἔστι δ' ἡ τοῦ νεύρου φύσις σχιστὴ κατὰ τὸ μῆκος· κατὰ δὲ τὸ πλάτος, ἄσχιστος, καὶ τάσιν ἔχουσα πολλήν.

Eſt nerui natura per longum ſciſſilis, tranſuerſa non item: intendi quoque valde poteſt.

CAESAR.

Nunc affectiones notat tres. Duas habitudinis, & vnam priuationis. Habitudinis altera perfectio eſt: cùm dixit intendi poſſe: altera imperfectio, cùm dixit ſcindi per longitudinem. Priuatio eſt cùm negat ſciſſilem tranſuerſum. Ita ſunt duae perfectiones, & duae habitudines. Quoniam quae priuatio eſt perfectio eſt. Eſt enim priuatio imperfectionis.

LXXXV. ARISTOTELES.

Ὑγρότης δὲ περὶ ταῦτα μυξώδης γίνεται, καὶ λευκὴ καὶ κολλώδης, ᾗ τρέφεται, καὶ ἐξ ἧς γινόμενα φαίνεται.

Circa neruos humor eſt muccoſus, albus, glutinoſus, quo aluntur, & ex quo videntur generati.

CAESAR.

CAESAR.

PVLCHERRIMVS locus pro Galeni ſententia, qui multis in locis ait hæc duo: ali membrum ex quo factum ſit, & factum eſſe ex quo alitur: quæ cum alibi, tum in libris de *Semine genitali* profitetur: addit etiam ali membra eo humore, quem in ſe contineant. Quæ ſi vera ſunt, venæ quæ ſunt membra vt ipſe vult ſeminalia, quomodo alentur ſanguine? at aluntur. Mirificus enim vir fuit qui à colore argumentetur, omnia candida membra è ſemine facta.

LXXXVI. ARISTOTELES.

Ἡ μὲν οὖν φλὲψ δύναται πυροῦσθαι· νεῦρον δὲ πᾶν φθείρεται πυρούμενον.

Vena quoque ignem pati poteſt, neruus autem igni corrumpitur.

CÆSAR.

NON eſt leuis conſideratio quid intelligat per πυροῦσθαι. Nam elixatur tam vena quàm neruus. At igni ſicco admota vena eodem modo contrahitur quo neruus, & membrana.

LXXXVII. ARISTOTELES.

Καὶ διακοπὲν οὐ συμφύεται πάλιν.

QVin etiam inciſus non conſolidatur.

CÆSAR.

* * * * * * * * * DEſunt multa quæ ex Hippocrate, & Galeno additurus erat.

LXXXVIII. ARISTOTELES.

Οὐ λαμβάνει δὲ οὐδὲ νάρκη, ὅπου μὴ νεῦρόν ἐστι τοῦ σώματος.

QVæ pars corporis neruis caret, ea nunquam ſtupore afficitur.

CAESAR.

ALTERVM officium vt dicebamus à ſenſu deferendo. Eſt enim ſtupor interceptio ſpirituum, aut eliſio eorum: primo modo è ligaturis, altero ex narcoticis quæ obtundunt calorem naturalem atque etiam interficiunt ipſum. Nam ligatura non interficit, ſed prohibet tranſmitti. Differunt autem quædam ſtupefacientia ſecundum loca corporis: vt acria dentes ſtupefaciunt. Tollitur ibi ſtupor portulaca, aut lixiuio, aut ſale. Multa alia puto eſſe eiuſmodi in ſtupore neruorum à materia, auferimus & calefacimus à qualitate ſola, ſolam apponimus contrariam. * * * * * * Et hîc quædam deſunt.

LXXXIX. ARISTOTELES.

Πλεῖστα δέ ἐστι νεῦρα περὶ τοὺς πόδας, καὶ τὰς χεῖρας καὶ ὠμοπλάτας, καὶ περὶ τὸν αὐχένα καὶ τοὺς βραχίονας.

PLurimùm neruorum eſt circa pedes, manus, ſcapulas, ceruicem, brachia.

CÆSAR.

AB officio propter loca: vbi multus motus, aut varius, aut multus labor: omiſit tot neruos à ſpina.

XC. ARISTOTELES.

Ἔχει δὲ νεῦρα, πάντα ὅσα ἔχει αἷμα. ἀλλ' ἐν οἷς μὴ εἰσὶ καμπαὶ, ἀλλ' ἄποδα καὶ ἄχειρά ἐστι, καὶ λεπτὰ καὶ ἄδηλα· διὸ τῶν ἰχθύων μάλιστά ἐστι δῆλα πρὸς τοῖς πτερυγίοις.

Quacunque conſtant ſanguine, neruis prædita ſunt omnia: verùm quæ flexionibus carent, itémque manibus ac pedibus, tenues eos atque obſcuros habent. Quare in piſcibus circa pinnas euidentiores ſunt.

CAESAR.

SVPRA in vno corpore, nunc comparat neruos in generibus: à ſanguine primùm, vt à materia, poſteà à flexionibus, vt à fine. Nam piſces qui nullos flexus quàm pinnarum habent, ibi tantùm neruos habebunt.

CAPVT SEXTVM,

De Fibris.

XCI. ARISTOTELES.

ΑΙ δὲ ἶνες εἰσὶ μεταξὺ νεύρου καὶ φλεβός. ἔνιαι δ' αὐτῶν ἔχουσιν ὑγρότητα, τὴν τοῦ ἰχῶρος, καὶ διέχουσιν ἀπό τε τῶν νεύρων πρὸς τὰς φλέβας, καὶ ἀπ' ἐκείνων πρὸς τὰ νεῦρα.

Fibrarum natura, inter venam neruúmque media eſt. Quædam quoque ipſarum humorem nactæ ſunt, qui fit è ſanie. Differunt autem à neruis quantùm ad venarum naturam vergunt: & à venis diſtant, quãtùm ad neruorum inclinãt rationem.

CÆSAR.

MORE ſuo poſt principem naturæ partem, ſubdit proportionalem. Eſt enim proxime neruum fibra, in iis quæ ſanguine carent, & ſanie ſunt conſtituta. Declarat ſubſtantiam, mediam ſcilicet, inter venam & neruum. Declarat humoris proportionem, ſicut in neruis quem appellabat muccum glutinoſum. Redit ad ſubſtantiam, quoniam dixerat mediam, oſtendit quantùm diſcedunt à neruis, tantùm ad venas concedere, & è contrario.

Theodorus hanc declarationem infeliciter vertit. *Tendunt*, inquit, *à neruis ad venas, atque inde ad neruos*: putauit *διέχουσι tendunt*: at *διέχειν diſtare*. Neque enim venæ cum neruis ligantur per fibras, neque fibræ in animali ſunt ſanguine prædito, ſed nerui: in ſanguine carentibus nerui non ſunt: in quo enim eſt vnum, non eſt alterum.

XCII. ARISTOTELES.

Ἔστι δὲ καὶ ἄλλο γένος ἰνῶν, ὃ γίνεται μὲν ἐν αἵματι, οὐκ ἐν ἅπαντος δὲ ζώου αἵματι· ὧν ἐξαιρουμένων ἐκ τοῦ αἵματος, οὐ πήγνυται τὸ αἷμα· ἐὰν δὲ μὴ ἐξαιρεθῶσι, πήγνυται. ἐν μὲν οὖν τῷ τῶν πλείστων ζώων αἵματι ἔνεισιν· ἐν δὲ τῷ τοῦ ἐλάφου καὶ προκὸς, καὶ βουβαλίδος, καὶ ἄλλων τινῶν, οὐκ εἰσὶν ἶνες· διὸ καὶ οὐ πήγνυται αὐτῶν τὸ αἷμα ὁμοίως τοῖς

Eſt & aliud fibrarum genus quod in ſanguine gignitur, quanquam non in omnibus: ijs fibris exemptis non coït ſanguis: non exemptis coit. In plurimorum animalium inſunt ſanguine. In cerui, damæ, bubali, aliorúmque quorundam non inſunt, quorum propterea haud perinde coït ſanguis: ſed

ἄλλοις

ἄλλοις, ἀλλὰ τὸ μὲν τῆς ἐλάφου παραπλησίως τῷ τῶν δασυπόδων· ἔστι δ' ἀμφοτέρων αὐτῶν ἡ πῆξις οὐ στερεὰ, καθάπερ ἡ τῶν ἄλλων, ἀλλὰ πλαδῶσα, καθάπερ ἡ τοῦ γάλακτος, ἄν τις εἰς αὐτὸ τὸ πῦγμα ἐμβάλλη. τὸ δὲ τῆς βουβαλίδος, πήγνυται μᾶλλον. παραπλησίως γὰρ συνίσταται ἢ μικρῷ ἧττον τοῦ τῶν προβάτων.

tam ceruini, quàm leporini non eſt firma concretio, quemadmodum aliorum, ſed fluctuans, quaſi lactis, ſi quis inyciat coagulum. Bubalinus plùs denſatur: neque enim minùs quàm ouillus, aut non multò.

C AE S A R.

AEquiuocationem nominis explanat. Nã fibrę à ſimilitudine, non à ſubſtantia, neque à fine dicuntur fila in ſanguine. Declarat eorum naturam: non exemptis, coïre ſanguinem, exemptis non coïre. Declarat deinde quibus inſint, quibus non; & ordinem quendam coagulandi ſanguinis.

Dixit γίνεται, non ſolùm *conſiſtere*, vt ait Theodorus, ſed etiam *generari*.

CAPVT SEPTIMVM,

De Oſſibus.

XCIII. ARISTOTELES.

Περὶ μὲν οὖν φλεβὸς, καὶ νεύρου, καὶ ἰνὸς, τοῦτον ἔχει τὸν τρόπον. τὰ δὲ ὀστᾶ τοῖς ζώοις, ἀφ' ἑνὸς πάντα συνήρτηται, καὶ συνεχῆ ἐστιν ἀλλήλοις, ὥσπερ φλέβες· αὐτὸ δὲ καθ' αὐτὸ, οὐδέν ἐστιν ὀστοῦν. ἀρχὴ δὲ ἡ ῥάχις ἐστὶν ἐν πᾶσι τοῖς ἔχουσιν ὀστᾶ.

Hæc de neruo, vena, fibra. Nunc de oſſibus dicendum eſt. Oſſa cum ab vno dependent omnia; tum inter ſe ſunt continuata, quemadmodum & venæ ſegregatum os nullum inuenies. Eorum omnium initium ab ſpina eſt.

C AE S A R.

POSTQVAM expleuit naturam fibrarum, venarum, & neruorum. Nunc oſſa tractat. Et primum naturam omnibus communem, eámque duplicem. Nam & ab vno dependere dicit, & inter ſe continuari: & quia ſemper procedit à notioribus, affert exemplum. Quemadmodum, inquit, venæ: perinde etiam clariùs dicit, ſeparatum ab aliis os nullum eſſe. Poſtremò declarat principium illud à quo dependent, & dicit eſſe ſpinam. Dixit ſegregatum os nullum inuenies. Quoniam ſpinas, quæ proportionem cum oſſibus habent, inuenies ſegregatas, in piſcibus inter pulpas hærentes. Verùm hîc non pauca afferunt rationem dubitandi. Nam qui intelligit quid ſit συνεχὲς, non aſſentietur Ariſtoteli. Eſt enim συνεχὲς continuum cuius motus eſt vnus. In xi. *Metaphyſic.* λέγεται συνεχὲς ὅταν ταυτὸ γένηται καὶ ἓν καὶ τὸ ἑκατέρου πέρας οἷς ἅπτονται καὶ συνέχονται. Et in eodem mox. συνεχὲς ἐν τούτοις ἐξ ὧν ἕν τι πέφυκε γίνεσθαι κατὰ τὴν σύναψιν. In v. *Metaphyſic.* συνεχὲς cuius motus eſt vnus ſecundum ſe. Itaque καθ' αὑτὸ συνεχῆ, & συνεχῆ κατὰ τὴν σύναψιν, duo erunt. Linea recta eſt καθ' αὑτὴν συνεχής, at angularis κατὰ σύναψιν: eſt enim neque verè vna, neque verè duæ. Non eſt vna, quoniam duobus motibus ducitur, inter quos neceſſe eſt interuenire quietem. Eſt vna, quoniam in idem punctum vtraque terminatur. In tertio *Phyſicorum*, συνεχὲς τὸ ἄπειρον, Democriti συνεχὲς ἁφῇ. In v. *Metaphyſic.* συνεχὲς ἑνὸς, vt φάκελος δεσμῷ contiguum eſt. Itaque tria ſunt τὸ ἐφεξῆς, conſequens, τὸ ἐχόμενον ὃ ἂν ἐφεξῆς ὂν ἅπτηται. τὸ δὲ συνεχὲς, ὅπερ ἐχόμενόν τι· λέγω δ' εἶναι συνεχὲς ὅταν τὸ αὐτὸ γένηται καὶ ἓν τὸ ἑκατέρου πέρας οἷς ἅπτονται, καὶ ὥσπερ σημαίνει τὸ ὄνομα, συνέχηται. Itaque oſſa hîc non ſunt continua: vnum enim eſſent, & eorum motus vnus: hoc enim falſum eſt. Quare κατὰ σύναψιν erunt συνεχῆ, niſi altera ſuboriretur dubitatio. Nam quare addidit exemplum peſſimum: ſicut, inquit venæ. Nam venæ omnes, omnino vna vena ſunt, & planè vnum corpus continuum καθ' αὑτό. Itaque nos longè excel

excellentiùs diximus *continuata*, non *continua*. Cicero quoque in tertio de *Natura deorum*, *oſſium commiſſuras*, dixit diuinitùs.

Eſt & tertia dubitatio, an à ſpina oſſa dependeant, & corúmne principium ſit. Neque enim videtur eſſe verum. Nam neque origine principium eſt. Non enim oſſa ab ea tanquam ab efficiente oriuntur: neque officio: non enim defert cætera oſſa, vt carina in naui: ſed è contrario defertur ab aliis. Neque dicendum capitis os ab ea oriri, ſed è contrario potiùs: niſi voluerit intelligere primùm eſſe os quod in homine formatur. Quoniam regio cordis eſt quod primum item formatur: ſed συνήρτηται tamen potiùs à capite.

Quartò dubitamus & id, cùm dixit os ab oſſe nullum diſtare, interuallo. Nam in lingua os quod eſt, nulli oſſi continuatur. Omnino in corde quorundam animalium os eſt, neque vlli oſſi hærens.

Theodorus malè loquutus eſt: *Oſſa alia ab aliis nexa*, contrario enim ſenſu verborum vtitur, quaſi ſeorſum ab aliis, aut ſaltem dicas ab alio necti quaſi à viatore, aut à lictore. Aliud eſt dependere ab alio, aliud necti ab alio.

XCIV. ARISTOTELES.

Σύγκειται δ' ἡ ῥάχις ἐκ σφονδύλων· τείνει δ' ἀπὸ τῆς κεφαλῆς μέχρι πρὸς τὰ ἰσχία. οἱ μὲν οὖν σφόνδυλοι πάντες τετρημένοι εἰσίν.

Componitur ſpina è vertebris, tendítque à capite ad femora vſque, ac vertebræ quidem omnes perforatæ ſunt.

CAESAR.

Recte facit cùm principis, vt ipſe vult, oſſis partes narrat, vertebras. Item magnitudinem à capite ad femora: tum modum partium, quas dixit perforatas.

Vertebrarum contextus totus νῶτος dicitur: ſunt autem vertebræ numero ſeptem quas Græci σφονδύλους, Homerus quoque ἀστραγάλους vocat: dicuntur & στροφεῖς, & στρόφιγγας. Prima vertebra ἐπιστροφεὺς dicitur, eam quoque ab Hippocrate ὀδόντα vocatam ait: duo habet quaſi bracchiola conuexa ad occiput, quæ κεφαλῆς κορῶναι nominantur: ſecundam vertebram dicunt immobilem eſſe, iccircò ἄξονα vocant, quæ bracchiola habet, vnde annectitur tertiæ vertebræ vno, altero primæ, κάτοχοι dicta. Cæteræ nomine carent proprio, quoniam nullo eſſent præcipuo officio: at ſeptima ab onere quod ferre videretur ἄτλας eſt appellata, vt eſt Græcia ambitioſa in omnibus. Locus qui recipit ſtrangulationem, plurali numero ἀγκτῆρες. * * * *. Quædam deſiderantur.

Theodorus ambitioſè nimis τετρημένοι, *foramine medio peruia*. Nam ſi voluit ſuperare Ariſtotelem, alia quoque, quæ adderet, habebat multa: ſed nunc ſatis habet hiſtoriam texere. Nam in lib. de *Cauſſis partium* exactiùs perſequitur.

Addidit & illa *ſibi iunguntur*: locutio verò eſt manca. Nam ſi dicas homines ſibi viuunt, intelligas φιλαυτίαν, non mutuum ſtudium generis, ſed priuatum cuiuſque ſibi: aliud, eſt *ſibi*, aliud *inter ſe*.

XCV. ARISTOTELES.

Ἄνω δὲ, τὸ τῆς κεφαλῆς ὀστοῦν συνεχές ἐστι τοῖς ἐσχάτοις σφονδύλοις, ὃ καλεῖται κρανίον. τούτου δὲ τὸ ἀκανθῶδες μέρος, ῥαφίς. ἔστι δ' οὐ πᾶσιν ὁμοίως ἔχον τοῦτο τοῖς ζῴοις. τὰ μὲν γὰρ, ἔχει μονόστεον τὸ κρανίον, ὥσπερ ὁ κύων· τὰ δὲ, συγκείμενον, ὥσπερ ἄνθρωπος. καὶ τούτου τὸ μὲν θῆλυ, κύκλῳ ἔχει τὴν ῥαφήν· τὸ δ' ἄῤῥεν, τρεῖς ῥαφὰς, ἄνωθεν συναπτούσας, τριγωνοειδῶς. ἤδη δὲ ὤφθη καὶ ἀνδρὸς κεφαλὴ οὐκ ἔχουσα ῥαφάς. σύγκειται δὲ ἡ κεφαλὴ, οὐκ ἐκ τεττάρων ὀστῶν, ἀλλ' ἐξ ἕξ. ἔστι δὲ δύο τούτων περὶ τὰ ὦτα, μικρὰ πρὸς τὰ λοιπά.

Supremis vertebris oſſis caput, quæ dicitur caluaria impoſitum eſt. Cuius ſerrata pars, ſutura: eius oſſis ratio alia aliis. Quædam enim caluariam habent vnico oſſe compactam, vt canis. Quædam compoſitam, vt homo: nam fœmina circularem ſuturam habet, mas tres in ſummo triquetrâ figuræ coëuntes. Quanquam fuere qui viri quoque viderint caput ſine ſuturis. Senis igitur non quaternis componitur caput: ſingulis vtrinque circum aures paruis, ſi cum cæteris conferantur.

Ec

CÆSAR.

NVNC meritò caput recenſet eiúſque partes, earúmque nomina: caluam appellat os, ſuturam oſſis, hiatum: videtur enim ſuturis ſimile: *Commiſſuras* Ciceroniano verbo recentiores vocant: declarat eius modum cùm dicit ſerratum: ponit differentiam in animalium ſpecie eâdem. Nam homo fœmina vnam ſuturam tantùm habet, homo mas tres, circularem, ſagittalem, & triangularem: ponit euentum extra naturam: hominis caluariam viſam ſine ſutura: colligit numerum oſsium. Dicit eſſe ſex, non quatuor * * & hîc pauca deeſſe videntur.

Nota locutionem τοῖς ἐσχάτοις σφονδύλοις. Neque enim verum eſt caput vertebris ſupremis impoſitum ſed vni, vna tantùm ſuprema eſt. Niſi voluerit indicare colli officium ad flexum capitis: neque placet verbum Ariſtotelis ἐσχάτοις, cùm ad caput dirigeret orationem: nimis ſolutè poſuit nomen poſtremi: ſed mitigauit id eo aduerbio ἄνω. Quod cùm negligeret Theodorus fœdiuſculum fecit verbum ſuum illud *nouiſsimis*.

XCVI. ARISTOTELES.

Ἀπὸ δὲ τῆς κεφαλῆς αἱ σιαγόνες τείνουσιν ὀστᾶ. κινοῦνται δὲ τοῖς μὲν ἄλλοις ζώοις ἅπασιν, ἡ κάτωθεν σιαγών· ὁ δὲ κροκόδειλος ὁ ποτάμιος, μόνος τῶν ζώων κινεῖ τὴν σιαγόνα τὴν ἄνωθεν.

QVa deinceps oſſa protenduntur, maxillæ ſunt: earum inferiores omnia mouent animalia, excepto fluuiali crocodilo, qui ſolus mouet ſuperiorem.

CÆSAR.

ETIAM alibi oſtendimus philoſophum diſtinguere maxillas à capite, ſicut & hîc facit. Tamen cùm diuidat in ſuperiores & inferiores, atque illæ capitis partes ſint, videtur nomen eſſe æquiuocum: ponit earum vſum differentem in animalibus, dicit ſolùm crocodilum mouere ſuperiorem: intellige maxillam: nam analogum in aliis ſi contemplere, falſum eſt. Nam roſtrum etiam ſuperius mouet pſittacus: rationem motus inferioris in lib. de *Officiis membrorum* explicuimus. Crocodilus non potuit mouere tam commodè inferiorem, quoniam cruribus preſſus eſt, & humilibus. Quæ fuit ratio, vt eodem motu inſtituerentur forcipes cancrorum à natura.

Ἀπὸ δὲ τῆς κεφαλῆς αἱ σιαγόνες τείνουσιν ὀστᾶ. Theodorus, *oſſa duo*: falsò. Neque enim ſuperiores mandibulæ oſſa ſunt à capite ſeparata. Neque Ariſtoteles ea voce, ὀστᾶ, incluſit ſuperiorem mandibulam: à capite enim ſecluſiſſet falsò, ſed inferiorem tantùm. Dixit autem in plurali numero, proptereà quòd duæ ſunt mandibulæ inferiores, dextra, & ſiniſtra. Quanquam vnum os verè ſit.

XCVII. ARISTOTELES.

Ἐν δὲ ταῖς σιαγόσιν ἐστὶ τῶν ὀδόντων γένος ὀστῶν, τῇ μὲν ἄτρητον, τῇ δὲ τρητόν, καὶ ἀδύνατον γλύφεσθαι τῶν ὀστῶν μόνον.

DEntium genus in maxillis eſt, os partim ſolidum, partim pertuſum: ſolum oſsium ſcalpi non poteſt.

CÆSAR.

DENTES inter oſſa connumerat: ponit differentiam, quoniam ſcalpi nequeat, ſicut alia oſſa: declarat locum in maxillis: oſtendit modum, quoniam dens inæquales partes habet: appellauit γένος ὀδόντων, quoniam verè os non eſt: eſt enim inter os, & aliam naturam ſentientem. Nam calorem & frigus ſentit, ſecturam non ſentit.

Theodorus τὸ γλύφεσθαι ἀδύνατον, quæ verba erant per ſe dura, exaſperauit: cùm dixit *ferri aciem reſpuere*. Eſt enim falſum. Nam & ſecantur, & attondentur, & limantur, & ſcinduntur: ſed illud ἀδύνατον vellem Ariſtoteles mutaſſet in aliam vocem molliorem, ἀφυές.

XCVIII.

XCVIII. ARISTOTELES.

Ἀπὸ δὲ τῆς ῥάχεως, ἥ τε περόνη ἐστὶ, καὶ αἱ κλεῖδες, καὶ αἱ πλευραί. ἔστι δὲ καὶ τὸ στῆθος ἐπὶ πλευραῖς κείμενον· ἀλλ' αὗται μὲν συνάπτουσιν, αἱ δ' ἄλλαι, ἀσυνάπτοι. οὐδὲν γὰρ ἔχει ζῷον ὀστοῦν περὶ τὴν κοιλίαν.

A Spina fibula eſt, & claues: tum coſtæ; quarum quæ coëunt in his pectus eſt: aliæ non coaptantur. Nullius enim animalis venter oſſe tegitur.

CÆSAR.

NVNC tria genera oſſium dicit: fibulam: ea eſt quam *furculam* vocant: claues: eæ ſunt oſſa vtrinque directa à furcula & humeros tranſuerſa in crucis modum. Coſtas: duo earum genera. Nam ſuperiores coëunt in pectus, aliæ relinquunt locum vacuum cibo, vt intumeſcere poſſit. Gratiam hanc fecit natura helluonibus, vt farciri poſſent, ac diſtendi.

Claues κλεῖδες, Theodorus *iugale*. Extat dictum Philippi, cui vulnus cùm curaret medicus, atque importune poſtularet mercedē, *clauem*, inquit, *habes*. Ambitioſè Theodorus, *Ordo coſtarum*. Item addidit, *aduerſæ*: & illud, *cùm reliquæ breuiores ſint, quàm vt facere idem queant*: κακοζηλία: neque enim conantur id facere: ſaltem id diceret: breuiores ſunt à natura inſtitutæ, vt locum ventri darent.

Illud animaduerte, περὶ τὴν κοιλίαν. Theodorus, *circa ventrem*. Nam ſanè hinc atque hinc circum ventriculum coſtæ ſunt quas *mendoſas* vocant: itaque nos meliùs.

XCIX. ARISTOTELES.

Ἔτι δὲ τά τε ἐν τοῖς ὤμοις ὀστᾶ, καὶ αἱ καλούμεναι ὠμοπλάται, καὶ τὰ τῶν βραχιόνων ἐχόμενα, καὶ τούτων τὰ ἐν ταῖς χερσίν. ὅσα δ' ἔχει σκέλη πρόσθια, καὶ ἐν τούτοις τὸν αὐτὸν ἔχει τρόπον.

TVm ea quæ in humeris ſunt oſſa, & quæ ſcapulæ dicuntur, & his hærentes artus bracchiorum, atque quæ ſunt in manibus: poſtremò idem modus etiam in animalibus quibus ſunt crura anteriora.

CAESAR.

PERSEQVITVR alia oſſa, & comparat, ſicut & alibi fecit, anteriora crura quadrupedum cum bracchiis humanis.

Malè dixit Theodorus, τὰ τῶν βραχιόνων, καὶ ἐν χερσὶν, *bracchia & manus*. Neque enim verum eſt bracchia, & manus oſſa eſſe, ſed bracchiorum & manuum.

C. ARISTOTELES.

Κάτω δ' ἡ περαίνει μετὰ τὸ ἰσχίον, ἡ κοτυληδών ἐστι, καὶ τὰ τῶν σκελῶν ἤδη ὀστᾶ, τά τε ἐν τοῖς μηροῖς καὶ κνήμαις, ἃ καλοῦνται κωλῆνες, ὧν τὰ σφυρὰ μέρος· καὶ τούτων τὰ καλούμενα πλῆκτρα ἐν τοῖς ἔχουσι σφυρόν· καὶ τούτοις συνεχῆ τὰ ἐν τοῖς ποσίν.

QVa ima ſpina deſinit, acetabulum poſt coxam eſt, inde crurum oſſa, tum femoris, tum tibiæ, Græci Colenes *vocant: quarum malleoli partes ſunt, ſicut malleolorum calcaria: poſt hæc in pedibus conferta oſſa ſunt.*

CAESAR.

DEMITTIT orationē à ſpina ad pedes per coxam: ſic enim ἰσχίον qua coït, vnde *coaxa*, poſtea *coxa*: tibias à Græcis κωλῆνας dictas ait, *Schincos* alicubi vocat Italia παρὰ τὸ σχίζειν. Nam ab vnico femoris oſſe duo quaſi ſcindūtur in tibia: earū extrema hinc & hinc malleoli di-

cuntur: ſed ſanè neſcio quare malleolorum partem πλῆκτρα dixerit: neque enim apud alium memini.

Theodorus addidit, *pedis minuta & plura.* In noſtro codice erat συνεχῆ: *conferta* potiùs nos diximus.

CI. ARISTOTELES.

Ὅσα μὲν οὖν τῶν ἐναίμων καὶ πεζῶν ζωοτόκα ἐστὶν, οὐ πολὺ διαφέρει τὰ ὀστᾶ, ἀλλὰ κατ' ἀναλογίαν μόνον σκληρότητι, καὶ μαλακότητι, καὶ μεγέθει.

Quæ animalia conſtant ſanguine & πεζὰ animal pariunt, eorum oſſa non admodùm diuerſa ſunt inter ſe, ſed ſola teneritudine, aut duritie, aut magnitudinis proportione diſtant.

CAESAR.

HÆC eſt pars ſecunda Capitis, in qua oſſa cum oſsibus comparat in ſummis generibus: hoc dicit de πεζοῖς ad differentiam cartilagineorũ piſcium viuiparorum: dicit de viuiparis ad differentiam ſerpentum & teſtudinum quę ſunt πεζά. non autem potuimus alio vocabulo vti vt apertiùs omnia complecteremur: niſi longo ambitu dicamus, atque ea quæ terræ ſolo tantùm ad motum ſuum vtuntur: aut, quæ ſolidæ rei ſuperficie tantùm vtuntur ad mouendum.

Cùm poſuit duo contraria, duritiam, & molliciam: quare poſuit magnitudinem, non paruitatem? an non ſatis habuit dicere duriciam? ſic profectò. Nam quod differt duritia, differt per alterius molliciam. Et ſanè oſſa om̃nia dura ſunt. Itaque differentiam expreſsit, addita mollicia. Non autem omnia ſunt magna, ſed aliqua parua, etiamſi non comparentur. Nam quanquam paruum & magnum ſint relatiua, tamen quædam ſtatim viſa dicuntur parua, non ex præſenti comparatione.

Ζωοτόκα *viuipara* Theodorus: ſed plus eſt animal parere, quàm viuum parere: viuum enim etiam plantam ſignificat: ipſæ arbores viuum pariunt: ipſæ mulieres molam: ea viuit, & tamen animal non eſt.

CII. ARISTOTELES.

Ἔτι δὲ τὰ μὲν, ἔχει μυελὸν, τὰ δ', οὐκ ἔχει τῶν ἐν τῷ αὐτῷ ζώῳ ὀστῶν. ἔνια δὲ ζῶα, οὐδ' ἔχειν ἂν δόξειεν ὅλως μυελὸν ἐν τοῖς ὀστοῖς, οἷον λέων, διὰ τὸ πάμπαν ἔχειν μικρὸν καὶ λεπτὸν, καὶ ἐν ὀλίγοις· ἔχει γὰρ ἐν τοῖς μηροῖς καὶ βραχίοσι. στερεὰ δὲ μάλιστα ὁ λέων πάντων ἔχει τὰ ὀστέα. οὕτω γάρ ἐστι σκληρὰ, ὥστε συντριβομένων ὥσπερ ἐκ λίθων ἐκλάμπειν πῦρ.

Prætereà eodem in animali oſſa quædam medullam intus habent, quædam non. Tum nonnulla animalia omnino nullo in oſſe medullam habere videri poßint, propter eius ſcilicet, tum exiguitatem, tum tenuitatem, atque pro eo quòd paucis in oſſibus reperias, talis leo eſt: habet enim in femoribus & bracchiis. Adeò verò dura eius oſſa præter cætera animalia ſunt, vt ab eorum duritie, ſi collidantur, perinde atque de ſilicibus, ignis excuſſus emicet.

CAESAR.

ALIA oſsium differentia, tum in animalibus diuerſis, tum in eodem. Nam comparat leonem cum cæteris, & in eodem oſſa inter ſe: quædam medullam non habent: quædam habent. Ea quæ habent, aut habent craſſam, & nullam: aut contrariam huic. Illud quoque addere debuerat, vt os idem ſibi ipſi comparetur. Nam in eodem oſſe alibi medulla eſt, alibi non. Neque ſolùm in ipſo tegmine medullæ: neceſſe enim eſt, aliquam partem quæ continet, carere ea re quam continet: ſed etiam in capitibus, & ſanè ſatis longo tractu. Sic igitur diuides: oſſa quædam caua, quædam non: caua, quædam tota caua, vt os capitis: quædam non tota, vt arundines tibiarum: horum quædam medullam continent vbique, quædam non: medulla in quibuſdam craſſa, in aliis non.

Dixit

Dixit δόξειεν ἄν. non quòd ita ſit, ſed paucitas, & tenuitas fugiunt viſum. Tum quia non omnibus in oſſibus habet, ſed in coxis & bracchiis: appellauit etiam bracchia leonis, quoniam his pugnat: reddit rationem quare ignis excutiatur, propter duritiam: comparat lapidibus tum propter duritiam, tum propter ignem.

Molliùs dixerit τριβομένων, ſi non ſit θλιβομένων. nam ſic legendum eſt. Neque enim attritu elicias, ſed colliſione. Plinius in XI. malè tranſtulit. Nam omnibus oſſibus leoninis eandem aſſignat duritiem. Ariſtoteles hîc. Plinius autem cùm medullam in femorum & bracchiorum oſſibus exiguam dixiſſet: *cæteris*, inquit, *tanta duritia, vt ignis elidatur*: malè etiam addidit, *paucis*. Nam in femore & bracchio quid dicas oſſa pauca?

CIII. ARISTOTELES.

Ἔχει καὶ ὁ δελφὶς ὀστᾶ, ἀλλ᾽ οὐκ ἄκανθαν.

Delphinus quoque oſſa non ſpinam habet.

CAESAR.

Attulit hîc hanc hiſtoriam philoſophus, quoniam delphin πεζὸς non eſt. Et tamen illis in hoc cum eo conuenit. Balæna quoque, & alia cetacea, quæ animal pariunt, oſſa habent.

CIV. ARISTOTELES.

Τὰ δὲ τῶν ἄλλων ζώων τῶν ἐναίμων, τὰ μὲν μικρὸν παραλλάττει, οἷον τὰ τῶν ὀρνίθων· τὰ δὲ, τῷ ἀνάλογόν ἐστι ταυτά, οἷον ἐν τοῖς ἰχθύσι. τούτων γὰρ τὰ μὲν ζῳοτοκοῦντα, χονδράκανθά ἐστιν, οἷον τὰ καλούμενα σελάχη· τὰ δ᾽ ᾠοτοκοῦντα, ἄκανθαν ἔχει, ἣ ἐστιν ὥσπερ τοῖς τετράποσιν ἡ ῥάχις.

In aliis verò animalibus, quæ conſtant ſanguine, oſſa partim inter ſe non multùm differunt, vt in auibus, partim proportione quadam ſequuntur oſſium rationem, vt in piſcibus. Nam quæ animal pariunt in iis oſſa ſunt media inter ſpinam & cartilaginem, cuiuſmodi quæ σελάχη Græci vocant. At ouipara ſpinam gerunt, quæ eſt quaſi os tergi in quadrupedibus.

CAESAR.

Nunc aliorum comparat aut oſſa, aut quæ oſſium vice ſunt: dicit in auibus non multam eſſe diuerſitatem: ſanè non eſt. Dixit non multam, propter magnitudinem & duritiam tantùm: vt inter regulum & ſtruthocamelum: at in piſcibus multam. Nam & ab aliis & inter ſe differunt: quippe oſſa vera non ſunt: ſed in quibuſdam, qui oua pariunt, ſpina. In aliis quæ cartilago, non qualis in nobis cartilago eſt, ſed proprior ſpinarum naturæ: vnde & nomen Plinius excogitauit cartilagineum, ab oſſium natura eorum: cùm ea à ſplendore cutis σελάχη putetur Ariſtoteles appellâſſe.

Dixit παραλλάττει: quoniam quæ mutantur amittunt aut formam, aut gradum: ſic in differentiis dentium ἐπαναλλάττει.

Dixit χονδρακάνθα feliciſsimo verbo compoſito ex cartilagine & ſpina: noſtra non poſſunt cohærere: itaque rerum coniunctionem circumductione verborum declarauimus: at Theodorus diſiunxit, cùm dixit *cartilaginem pro ſpina*, peſsimè: vel ſi ſuum ducem Plinium conſuluiſſet, qui *cartilagineorum ſpinam* appellauit, æquè malè, cùm alter alterum tantùm attribuit.

Theodorus cùm videret ἄκανθαν piſcium ſpinam dici debere & comparari τῇ ῥάχει, quæ etiam ſpina ſit, *dorſum* maluit. Sed dorſum os illud non ſignificat, ſed corium: etiam nunc pellem ſummam, *doſſum* vocant Itali, quoniam ex ipſo tergore thoraces fabricabant. Nos *tergi os* interpretati ſumus.

CV. ARISTOTELES.

ἼΔιον δὲ ἐν τοῖς ἰχθύσιν ἐστὶν ἐν ἐνίοις εἰσὶ καὶ τὴν σάρκα κεχωρισμένα ἀκάνθια λεπτά.

PRoprium in genere piſcium quorundam inter carnem ſeparatas ſpinulas tenues habens.

CAESAR.

QVONIAM os negant vllum ſeparatum reperiri: nunc cùm ſpinam oſſi comparat, in quibuſdam notauit ſpinulas ſegregatas, quas Ligures Taurini, à Gallis accepta voce, *Ariſtas* nominant, non malè.

CVI. ARISTOTELES.

ὉΜοίως δὲ καὶ ὄφις ἔχει τοῖς ἰχθύσιν. ἀκανθώδης γὰρ ἡ ῥάχις αὐτοῦ ἐστι.

SErpentum quoque natura piſcibus ſimilis eſt: quippe qui ſpinam pro tergi oſſe gerant.

CÆSAR.

HOc quoque difficilè fuit Theodoro comminiſci quomodo interpretaretur: nanque ῥάχις ἀκανθώδης Latinè eſt *ſpina ſpinea.* Itaque ille dorſum repetiit minimè aptè ſicut ſuprà: ſed neſcio quam contorſit orationem. *Serpentibus*, inquit, *dorſum piſcium more compleri apertum eſt.* Nam quo completur corium ſerpentum? Quo, niſi carne? Caro enim data eſt ad complendum inanitates. Omnino locutio valde abhorrens à puritate ſermonis, non ſolùm philoſophici, ſed etiam Latini.

CVII ARISTOTELES.

ΤΑ δὲ τῶν τετραπόδων μὲν, ᾠοτοκούντων δὲ, τῶν μὲν μειζόνων, ὀστωδέστερά ἐστι, τῶν δὲ ἐλαττόνων, ἀκανθωδέστερά ἐστι.

MAiores quadrupedes ouipara hanc partem oſſi habent ſimilarem, minores autem ſpina.

CÆSAR.

QVASI quod quadrupedes oſſa habeant. vt quadrupedes quæ animal pariunt. Quoniam autem paruæ ſpinas, quaſi degenerent ab ea magnitudine. Nam in lacertorum genere à ſcincho ad magnum crocodilum, gradus quoſdam animaduertimus: tanquam à ſpina ad verius os.

CVIII. ARISTOTELES.

Πάντα δὲ τὰ ζῶα ὅσα ἔναιμά ἐστιν, ἔχει ῥάχιν ἢ ὀστώδη, ἢ ἀκανθώδη. τὰ δ' ἄλλα μόρια τῶν ὀστῶν, ἐνίοις μὲν ἐστιν, ἐνίοις δ' οὐκ ἔστιν· ἀλλ' ὡς ὑπάρχει τοῦ ἔχειν τὰ μόρια, οὕτω καὶ τοῦ ἔχειν τὰ ἐν τούτοις ὀστᾶ. ὅσα γὰρ μὴ ἔχει σκέλη καὶ βραχίονας, οὐδὲ κωλῆνας ἔχει, οὐδ' ὅσα τὰ αὐτὰ μὲν ἔχει μόρια, μὴ ὅμοια δέ. καὶ γὰρ ἐν τούτοις, ἢ τῷ μᾶλλον καὶ ἧττον διαφέρει, ἢ τῷ ἀνάλογον.

OMnia autem animalia quæ ſanguine conſtant, ſub tergo, aut os, aut ſpinam habent: aliis autem oſſibus quædam carent, quædam non. Fit hoc pro membrorum ratione, vt oſſa quoque obtineant. Nam quæ carent cruribus, aut brachiis, his oſſium arundines quoque deſunt: ſic illa etiam quibus eadem membra ſunt, ſi non ſint ſimilia, ſecundùm plus & minus, paruitate, aut proportione reſpondent.

CÆSAR.

CAESAR.

NVnc colligit ea quæ recenſebat fuſa narratione, in ſummum. Diuidit tergi fulcrum in duo, in os, & ſpinam. Quas differentias alteri generi ſummo animalium attribuit, ſcilicet, ſanguine conſtantibus. Cætera oſſa non omnibus ineſſe, quoniam non omnibus membra cætera inſint. Optima demonſtratione, à cauſſa finali: os enim datur ad membri conſtitutionem. Itaque argumentum eſt à ſubſtantia, & priuatione: ſequitur deinde alterum argumentum, à modo, & qualitate. Nam aut habent eadem membra, aut non: ſi non habent, carent oſſe: vt intelligamus in tranſcurſu, cornua ab oſſium officio tolli: ſi habent, aut ſunt ſimilia, aut non: ſi membra ſunt ſimilia, oſſa quoque erunt: vt ſimiæ & hominis, lacerti, & teſtudinis: ſi non ſunt ſimilia, ergo neque oſſa: ſed different, aut quantitate, aut ſitu partium, vt pedes ſimiæ proportione ſequuntur hominis pedes.

Attende diuinam locutionem: *ἀλλ' ὡς ὑπάρχει τοῦ ἔχειν τὰ μόρια, οὕτω καὶ τοῦ ἔχειν τὰ ἐν τούτοις ὀστᾶ.* Mirum verbum *ὑπάρχει.* Eſt enim *ἀρχὴ τοῦ εἶναι. τοῖς ὀστοῖς τὸ εἶναι τῶν μορίων.* Et mirifica propoſitio *ὑπό*: ſecum enim gerunt ac præſcribunt oſſibus naturam membra ipſa: ſic enim interpretere: *ἀλλ' ὥσπερ ἀρχὴ ὕπεστι πρὸς τὸ ἔχειν τὰ μόρια.*

Pernam malè interpretatus eſt Theodorus: nam perna carnem potiùs ſignificat: hic volumus *os* ſignificari. Omnino autem, aut ſignificat carnem in comœdijs, aut in hiſtoriis vtrumque, & carnem & os: vt apud Ennium. *Succidit pernas odioſa ſuperbia Pœni.*

Illud quoque non eſt negligendum cùm interpretatus eſt *τῷ μᾶλλον, pluris*: Nam, *plus*, in hoc caſu ad numerum tantùm refertur: at *μᾶλλον καὶ ἧττον*, vtramque quantitatem continuam, & diſcretam. Itaque nos diximus *ſecundùm plus.* Ita complexus eſt Ariſtoteles non ſolùm magnitudinis differentiam, vt in pollice ſimiæ & hominis, ſed etiam manuum, digitorum; vt in auibus & homine: ſitus quoque differentiam intelligas, vt in pſittaco & iynge, ſi cum aliis auibus comparentur. Binos enim ante, & ponè digitos habent.

CAPVT OCTAVVM.

De Cartilagine.

CIX. ARISTOTELES.

Τὰ μὲν οὖν περὶ τῶν ὀστῶν, τοῦτον ἔχει τὸν τρόπον τοῖς ζώοις. ἔστι δὲ καὶ ὁ χόνδρος τῆς αὐτῆς φύσεως τοῖς ὀστοῖς, ἀλλὰ τῷ μᾶλλον διαφέρει καὶ ἧττον. καὶ ὥσπερ οὐδ' ὀστοῦν οὐδ' ὁ χόνδρος αὐξάνεται, ἂν ἀποκοπῇ.

QVemadmodum oſſa ſe haberent declaratum eſt. Cartilago autem eiuſdem natura eſt, nec niſi latitudine differt, illud quoque vtrique commune eſt, non creſcere ſi abſcindatur.

CAESAR.

SICVT à neruis ad propiores naturas tranſiuit: ſic nunc ab oſſibus ad cartilagenes: dicit eiuſdem vtrumque naturæ eſſe quantùm ad ſubſtantiam, ſed differre, quòd oſſi plus ſit duritiei, addit etiam naturam communem. Neque enim coire aut creſcere ſi ſcindatur, ſicut neque os.

Nota ſupra de oſſe hoc non dixiſſe: non tamen videtur omiſiſſe, ſed diſtuliſſe: præſertim cùm eadem natura profiteatur.

Attende nectaream orationem: *καὶ ὥσπερ οὐδ' ὀστοῦν, οὐδ' ὁ χόνδρος αὐξάνεται*: nota *οὐδέ, οὐδέ.* Nota & illud: *ἔστι δὲ καὶ ὁ χόνδρος τῆς αὐτῆς φύσεως τοῖς ὀστοῖς.* Nam *καὶ*, coniunctio quid hic agit? vult dicere *καὶ ὁ χόνδρος καὶ τὸ ὀστοῦν τῆς αὐτῆς φύσεως.*

Theodorus hic quoque ſuum *pluris* malè collocauit: tum exultat verbis, & malè iis vtitur.

Ee 4

Nam dum vult variare, inuexit peſſimam ſententiam. Eſt ſciſſio, eſt præciſio, eſt fractio. Itaque cùm dixit *ruptam cartilaginem*, non expleuit intellectionem. Dubitarem ego an ſciſſa inſtauretur: præſertim cùm & ſcindi, & rumpi poſſit cartilago. Sciſſile os negat Ariſtoteles.

CX. ARISTOTELES.

Εἰσὶ δὲ ἐν μὲν τοῖς χερσαίοις καὶ ζωοτόκοις τῶν ἐναίμων ἄτρητοι, καὶ οἱ χόνδροι, καὶ οὐ γίνεται ἐν αὐτοῖς, ὥσπερ ἐν τοῖς ὀστοῖς μυελός· ἐν δὲ τοῖς σελάχεσιν (ταῦτα γάρ ἐστι χονδράκανθα) ἔνεστιν αὐτῶν ἐν τοῖς πλατέσι, τὸ κατὰ τὴν ῥάχιν ἀνάλογον τοῖς ὀστοῖς χονδρῶδες, ἐν ᾧ ὑπάρχει ὑγρότης μυελώδης.

Svnt in terreſtribus animantibus quæ & ſanguine conſtant & animal pariunt, ſolida cartilagines: neque intus vllam, velut oſſa, continent medullam. At in cartilagineis piſcibus planis, cartilaginea ſpina ſub dorſo pro oſſe eſt, atque in ea humor medullaris.

CAESAR.

Nvnc ponit differentiam inter os, & cartilaginem. Nam, inquit, ſolida eſt, & ſine medulla. Nam potius eſt differentia quàm conuenientia. Quanquam enim oſſa quoque inuenias, quę ſolida ſint, tamen pauciora. Contrà pauciores cartilagines cauæ: ſic deinde ponit vbi cum oſſe quoque ei hac parte conueniat. Nam dorſi tractum tendit ſpina cartilaginea planis piſcibus ſelacheis, in qua humor pro medulla continetur..

Aduerte quemadmodum omiſit aliam differentiam, quoniam in piſcium quorundam ſpecies traiecta cartilago tranſmittitur à vertice ad caudam: eáque ſanè firma.

Nota *ἄτρητοι καὶ οἱ χόνδροι*. Coniunctio repetit quorundam naturam oſſium ſolidorum.

Penè ridiculus Theodorus, *Cartilago nullo foramine hiſcit*, Nam oſſa caua non hiſcunt. Eſt enim actio in verbo hiſco: hiſcunt oſtreæ dum ſunt in motu ad aperiendum. Cùm penitus apertæ ſunt non hiſcunt, quanquam hiant. Tum autem cacozelia eſt.

CXI. ARISTOTELES.

Τῶν ζωοτοκούντων δὲ πεζῶν, περί τε τὰ ὦτα χόνδροι εἰσὶ, καὶ τοὺς μυκτῆρας, καὶ περὶ ἔνια ἀκρωτήρια τῶν ὀστῶν.

Qvibus per humum tantùm motus datus eſt, ſi animal pariunt, circum nares & aures, atque oſſium extrema quædam cartilagines ſunt.

CAESAR.

Nvnc cartilagini loca aſſignat alio genere: ſimul naturæ propinquitatem indicat, cùm dicit extremis oſſium cartilagines ineſſe.

CAPVT NONVM,

De Vnguibus, Vngulis, Cornibus, & Dentibus.

CXII. ARISTOTELES.

Ἔτι δ' ἐστὶν ἄλλα γένη μορίων, οὔτε τὴν αὐτὴν ἔχοντα φύσιν τούτοις, οὔ τε πόῤῥω τούτων· οἷον ὄνυχές τε καὶ ὁπλαὶ, καὶ χηλαὶ, καὶ κέρατα, καὶ παρὰ ταῦτα ἔτι ῥύγχος, οἷον ἔχουσιν οἱ ὄρνιθες, [ἐν οἷς ὑπάρχει ταῦτα τὰ μόρια τῶν ζώων.] ταῦτα μὲν γὰρ, καὶ καμπτὰ καὶ σχιστά· ὀστοῦν δ' οὐδὲν καμπτὸν, οὐδὲ σχιστὸν ἀλλὰ θραυστόν.

Svnt & alia genera partium quibuſdam in animalibus, neque eiuſdem cum his naturæ, neque procul tamen: vt vngues, vngulæ tam continuæ, quàm fiſſæ, cornua: ad hæc roſtrum quale auium eſt. Hæc enim & flecti apta & ſcindi: os autem nullum flexile, aut fiſſile eſt, ſed frangi tantùm poteſt.

CAESAR

C AE S A R.

TRANSIT ad alia analoga, quæ partem habeant in oſſium natura: enumerat etiam forcipes chelas, Theodorus omiſit: nam chelę in teſtaceis videntur alia eſſe natura: neque flecti poſſe, ſed frangi: verùm χηλὴ, *fiſſa vngula* eſt: ὁπλὴ *continua*: ὁπλὴν Ouidius ſic interpretatur in ſecundo *Metamorphoſeon: quinos alligat vngues, Perpetuo cornu leuis vngula*; de Ocyroë transſmutata in equam.

Cùm dixit, neque eiuſdem naturæ, neque valde amotæ: quare non oſtendit priùs conuenientiam, quàm differentiam. Nam cùm hîc ea tractet, tractat quoniam conueniant: rationem illicò debuit reddere ſui inſtituti. Dicamus apertiùs eſſe, quàm vt rationibus confirmetur, accedere proximè ad oſſium naturam, cornua.

Ab affectionibus: negat os ſcindi poſſe: non intelligit ſecari: ſed adducto ictu per filum duci ſciſſuram: puto tamen coſtas ſcindi.

Negat flecti: ſcilicet oſſa duriora intellexit: nam coſtæ flectuntur: aut intellexit arte, vt igni, ſicut cornua, & vngues. Nos è morbo Gallico, an ex medicamentis neſcio, femoris os reddidimus flexum quaſi cornu.

Cum dixit ῥύγχος declarauit vocem ambiguam, & præſcripſit auium natura. Namque etiam in ſue roſtrum eſt, apud Ariſtophanem, Pherecratem & alios, vt fuſiùs declarat Athenæus in tertio.

Theodorus θραυστὸν *fragile*, minùs bene. Nam non ſolùm poteſtatem patiendi fracturam ſignificat hoc verbum, ſed etiam facilitatem: fragile vitrum, & calamum: at os difficile frangitur: addidit etiam vocem illam, *quodque*, neque verè, neque neceſſariò, neque ex vſu ipſius.

CXIII. ARISTOTELES.

Καὶ τὰ χρώματα καὶ τῶν κεράτων, καὶ τῶν ὀνύχων, καὶ χηλῆς, καὶ ὁπλῆς, κατὰ τὴν τοῦ δέρματος καὶ τῶν τριχῶν ἀκολουθεῖ χρόαν. τῶν μὲν γὰρ μελάνων δερμάτων, μέλανα τὰ κέρατα· καὶ αἱ χηλαὶ καὶ αἱ ὁπλαὶ, ὅσα χηλὰς ἔχει· καὶ τῶν λευκῶν, λευκά· μεταξὺ δὲ, τὰ τῶν ἀνὰ μέσον. ἔχει δὲ καὶ περὶ τοὺς ὄνυχας τὸν αὐτὸν τρόπον.

Cornuum quoque, & vnguium, & vtriuſque vngulæ color, colorem cutis atque pilorum ſequitur. Quibus corium atrum eſt, ijs etiam nigra cornua & vngulæ, ſiue eas continuas, ſiue fiſſas habeant: ſic & candidis candida, & medijs in coloribus eadem ratio. Vngues quoque eodem modo colorantur.

C Æ S A R.

ALTERA differentia. Nam oſſa in omnibus candida ſunt, etiam nigris, etiam fuluis animalibus: at vngulæ pro pedis & pilorum coloribus: remiſſiore ſunt enim colore, aut intenſiore. Item cornua in pecudum genere. Nam ceruis ruffis vidimus nos ſatis nigra. Item vnicorni quinque vidimus, alba duo, ſpadiceum vnum, carnis rubore diluto duo: An verò animal illud vario pilo ſit, vt equi, neſcio.

Theodorus hîc quoque χηλῆς omiſit: & peſſima locutione vſus eſt: *colores cornuum, vnguium, vngularum, pro cutis pilorúmque colore ſequuntur.* Imo colorem ſequuntur: ſed ipſe Græca ſecutus eſt: κατὰ τὴν χρόαν.

CXIV. ARISTOTELES.

Οἱ δὲ ὀδόντες, κατὰ τὴν τῶν ὀστῶν εἰσι φύσιν. διόπερ τῶν μελάνων ἀνθρώπων, ὥσπερ Αἰθιόπων, καὶ τῶν τοιούτων, οἱ μὲν ὀδόντες, λευκοὶ, καὶ τὰ ὀστᾶ· οἱ δὲ ὄνυχες, μέλανες, ὥσπερ καὶ τὸ πᾶν δέρμα.

At dentes in oſſium natura ſunt. Quare Æthiopûm, atque aliorum eiuſmodi dentes, atque oſſa candida ſunt, vngues nigra, qualis & cutis vniuerſa.

C AE S A R.

* Nunc ponit differentiam inter dentes & hæc quæ numerauit: numerátque inter oſſa dentes,
* quoniam cutis colorem non ſequantur: vel illud poteſt quæri; quare Æthiopibus dentes
* ſint quàm nobis candidiores.

CXV. ARISTOTELES.

Τῶν δὲ κεράτων τὰ μὲν πλεῖστα, κοῖλά ἐστι, τὸ ἀπὸ τῆς προσφύσεως περὶ τὸ ἐντὸς ἐκπεφυκὸς ὀστοῦν τῆς κεφαλῆς· ἐπ᾽ ἄκρου δ᾽ ἔχει τὰ στερεά, καὶ ἔστιν ἁπλᾶ. τὰ δὲ τῶν ἐλάφων, μόνα διόλου στερεά, καὶ πολυσχιδῆ.

Cornuum pars maxima ab radice caua ſunt circa os capitis quod, quà exoriuntur, ambiunt: mucro autem & ſolidus, & ſimplex: ſola ceruorum cornua penitùs ſolida, & ramoſa.

C Æ S A R.

Nunc ſigillatim proſequitur capita quæ propoſuit: à ſitu partium ſtatuit cornuum affectiones. Diuidit in tota ſolida, & in non tota. Item in ſimplicia, & in ramoſa.

Diximus διόλου, *penitùs*, aptiſſimè: ſignificat enim omnem partem interiorem.

Nota locutionem ἀπὸ τῆς προσφύσεως περὶ τὸ ἐντὸς ἐκπεφυκὸς ὀστοῦν τῆς κεφαλῆς: πρόσφυσιν, originem: ὀστοῦν τῆς κεφαλῆς, declarat τῆς προσφύσεως locum: dixit ἐντός: ſic enim declarat cauitatem. Dixit ἐκπεφυκὸς proptereáquod ibi ipſum os exit à capite, & fit cornu.

Mutauit locutionem. Nam cùm dixiſſet κοῖλά ἐστι: poſteà dixit, ἔχει τὰ στερεά: non dixit ἔστι. Idem erat: ab imo caua, ab ſummo ſolida ſunt: ſed vir diuinus ſemper aures mulcet, atque animum.

Theodorus neſcio quid *totum implet*, addidit ad faſtidium. Nam quid implet cauum, quod adhuc cauum eſt?

Præterea cùm τὰ μὲν πλεῖστα, ad genera cornuum referri debeat, Theodorus ambiguam fecit orationem, & fortaſſe detorſit totam, ad partes cornuum, cùm dixit *parte plurima caua ſunt*: quaſi maiore ex parte caua ſint, quàm ſolida. Sed hoc in cornibus omnibus non eſt, non enim in capreolis.

CXVI. ARISTOTELES.

Καὶ τῶν μὲν ἄλλων τῶν ἐχόντων κέρας, οὐδὲν ἀποβάλλει τὰ κέρατα· ἔλαφος δὲ μόνον καθ᾽ ἕκαστον ἔτος, ἐὰν μὴ ἐκτμηθῇ· περὶ δὲ τῶν ἐκτετμημένων ἐν τοῖς ὕστερον λεχθήσεται.

Cætera animantes quæ cornua gerunt, nulla mutant: ſoli ceruo decidua ſunt quotannis, niſi caſtretur. De caſtratis poſteà dicemus.

C AE S A R.

Alia affectio, à ſubnaſcendo, aut permanendo, quam Theodorus nimis impudenter confudit cum ſuperioribus, quæ tamen in alio prædicamento eſſent: ſed Ariſtoteles nihil temerè. Nam hìc exequitur τὸ πάθος ἀπὸ τοῦ ἔχειν: ſupra ἀπὸ τοῦ πῶς τῶν μορίων τῶν κεράτων.

CXVII. ARISTOTELES.

Τὰ δὲ κέρατα προσπέφυκε μᾶλλον τῷ δέρματι ἢ τῷ ὀστῷ. διὸ καὶ ἐν Φρυγίᾳ εἰσὶ βόες, καὶ ἄλλοθι, κινοῦσαι τὰ κέρατα ὥσπερ τὰ ὦτα.

Cornua corio potius hærent quàm oſſi. Quamobrem tum in Phrygia, tum alibi boues ſunt qui cornua, ſicut aures, moueant.

CAESAR.

A Sitv totius, & à cauſſa materiali: ait cornua hærere cuti potius, quàm oſſi: reddit rationem. Quoniam quædam animalia mouent cornua vt aures. Itaque eorum natura ſi alicubi mobilis futura fuit, videtur inde potiùs trahere ortum, vnde motus inſtitui poſſit: ſed valdè dubitabilis ſententia eſt: boüm Phrygiorum cornua ſanè cuti hæreant. Alia quæ nullo modo vnquam mouentur, oſſi: quædam media, vt cerui. Nam ſanè tenerrima ſunt per initia: verùm boum cornua oſſi hærere, manifeſtum eſt, neque oſſe ſine capitis diſpendio auelli poſſe. Itaque duæ partes cornuum ſunt. Interior longè durior, & læuior ab oſſe: exterior rugoſior, & mollior, à quaſi denſata cute.

Eſt & genus ſcarabeorum quod bifida habet cornua in forcipes formata, atque mobilia: quibus etiam ferrea fila confici vidimus: *ceruos volantes* Galli feſtiua voce appellant.

CXVIII. ARISTOTELES.

Τῶν δ' ἐχόντων ὄνυχας, (ἔχει δ' ὄνυχας ἅπαντα, ὅσαπερ δακτύλους· δακτύλους δὲ ὅσα πόδας, πλὴν ἐλέφας· οὗτος δὲ καὶ δακτύλους ἀσχίστους, καὶ ἠρέμα διηρθρωμένους, καὶ ὄνυχας ὅλως οὐκ ἔχει.)

Quibuſcumque digiti ſunt, ea omnia vngues habent. Habent autem digitos, quæ pedes quoque habent, præter Elephantum. Huic enim digiti indiuiſi, ac vix diſtincti, atque ſine vnguibus.

CAESAR.

Vngvivm differentia ἀπὸ τοῦ ἔχειν καὶ μή: & eorum locum, digitos ſcilicet: tum digitorum locum, pedes ſcilicet: declarat etiam proportionem. Nam quibus diſtincti digiti ſunt ac dearticulati, ijs quoque vngues deformatos eſſe: quibus digiti indiſtincti, ijs ne vngues quidem, vt elephanto.

Sed mirum quomodo dixerit digitos habere ὅσα πόδας ἔχει. Nam profectò falſum eſt. Nonne equi pedes, pedes ſunt? at digiti nulli: ſed neque quibus digiti, ijs etiam pedes. Nam in manibus quoque ſunt.

CXIX. ARISTOTELES.

Τῶν δὲ ἐχόντων, τὰ μὲν εἶναι εὐθυώνυχα, ὥσπερ ἄνθρωπος· τὰ δὲ, γαμψώνυχα, ὥσπερ καὶ τῶν πεζῶν λέων, καὶ τῶν πτηνῶν ἀετός.

Quæ ergo vngues habent, partim in recti ſunt, vt homini: partim adunci, vt inter pedeſtria, leoni, inter volucria, aquila.

CÆSAR.

Assignat aliam differentiam vnguium à figura: & ſtatuit genera quibus eos attribuit. Omiſit medium genus vnguium in auibus, neque planè diſtinxit. Nam vngues quidam plani, vt homini: quidam teretes, aut pene teretes, vt auibus: in his, quidam adunci, vt aquilæ, quidam recti, vt alaudæ. Præterea quidam integri, vt alaudæ: quidam mutili, vt gallinæ. Quidam longi, vt alaudæ, quidam breues, vt anſeri. Omiſit etiam differentias vngularum: ſed infra inter pilos, dicit augeri vngulas, ſicut & vngues.

CAPVT

CAPVT DECIMVM,

De Pilis & Cute.

CXX. ARISTOTELES.

Περὶ δὲ τριχῶν καὶ τῶν ἀνάλογον, καὶ δέρματος, ἔχει τόνδε τὸν τρόπον. τρίχας μὲν ἔχει τῶν ζώων, ὅσα πεζὰ καὶ ζωοτόκα· φολίδας δ᾽, ὅσα πεζὰ, καὶ ᾠοτόκα· λεπίδας δ᾽, ἰχθύες μόνοι, ὅσοι ᾠοτοκοῦσι τὸ ψαθυρὸν ᾠόν. τῶν γὰρ μακρῶν, γόγγρος μὲν οὐ τοιοῦτον ἔχει ᾠὸν, οὐδ᾽ ἡ μύραινα, ἔγχελυς δὲ ὅλως οὐκ ἔχει.

De pilis autem, déque ijs quæ ipſorum gerunt vicem, atque etiam de cute, nunc dicendum eſt. Quæ humi tantùm mouentur, atque animal pariunt, omnia pilis teguntur. In eodem genere quæ oua pariunt, cute ſcabra ſunt: piſces autem ſoli ſquammis muniuntur, qui ouum arenaceum edunt. Nam in genere longorum conger eiuſmodi ouum non gignit, neque murana: anguilla verò etiam nullum.

CÆSAR.

PROCEDIT ad pilos tanquam partes. Nam eorum finis duplex eſt. Vnus excretionis, & eſt finis non ipſorum, ſed naturæ in ipſis: alter ipſorum ad naturam: priorem finem ſic intelligo. Eſt materia in corpore, quæ excerni debet: ea autem duplex: aut tenuiſſima aërea, atque exit per vaporem ſine exhalatione: aut mediocris aquea exit per vrinam, per lacrymas, per ſputum, per ſudorem: aut craſſior, exit per ſordes aurium, per deiectiones: aut craſsiſsima per coctionem: ea exit per pilos. Natura enim quantùm poteſt molitur: pilus igitur longè nobilior eſt, quàm alia excrementa. Itaque vbi poteſt illum creat. Ergo pilus hîc nullam habet futuram vtilitatem, ſed præteritam. Itaque diximus ipſorum nullum eſſe finem, ſed in ipſis. Nam qui putant omnem pilum cuipiam vſui eſſe, falluntur. Nam cui vſui barba hominis, homini ipſi? Nam ſi aduerſus frigora data eſt, iam hoc infantibus tenerioribus obtigiſſet: aiunt ad decorum: ergò fœminis daretur: dicunt ad terrorem: ſcilicet capra, aut hircus terribilior eſt quàm vrſus. Iam pubes cui vſui niſi ad fœtorem? Iam alarum hircus iſtis ſilentium indicat. Alter finis eſt vt munimentum ſit aduerſus res noxias: vt pilus vrſo & leoni: reſpuere enim ictus experti ſumus. Itaque de eius ſubſtantia hic nihil, quanquam eſt Philoſophus. Atque generationem eius intererat explicare. Sed eam Galenus expoſuit * * * * *. *Quædam deſunt.* Hic verò ſatis fusè perſequitur affectiones. Quoniam autẽ idem finis pilo, & ſquammis, & pennis, & cuti: ea omnia hic ſimul propter officij proportionem texit. Sunt autem pilorum genera multa, vt hic declarat: craſſus, tenuis, mediocris: vt etiam lanæ nomen inſertum ſit ob molliciem certam.

Facit diuiſionem eorum quæ pilo, aut alia re teguntur: ſcilicet cute ſcabra, vt lacerti: ſquammis, vt piſces ouipari quidam. Oſtendit rationem quare addiderit hanc differentiam eorum quæ arenaceum ouum pariunt. Namque non omnia ouipara ſquammâ teguntur: non conger, non muræna, non anguilla. Nam cùm hæc ouum illud non edunt, tum anguilla nullum. Nota tamen, quia paſſer, & rhombus, & ſolea arenaceum ouum gignunt: neque tamen integuntur ſquammis. Item ouo lampetræ nihil arenaceum magis: cute tamen vel læuiſsimâ tecta eſt.

Manifeſtum eſt quare addiderit tot differentias. Nam delphin animal parit, neque pilum habet. At non eſt πεζὸς. lacerta ſcabrâ cute obducitur: at eſt ouipara.

Plinius φολίδας dixit *corticem* lib. XI. cap. XXXIX. *& cutem puram* in ſerpentibus. Ouidius φολίδα *ſquammam* dixit in tertio *Metamorph.*

Ille volabilibus ſquammoſos nexibus orbes
Torquet. Et paulò poſt

---- Serpens ſine vulnere manſit:
Loricaq́ue modo ſquammis defenſus.
Idem quoque in IIII. eiuſdem operis de Cadmo mutato in ſerpentem,
Durataq́ue cuti ſquammas increſcere ſentit.
Summúſque quoque poëtarum in II. diuini operis, de Laocoonte.
Bis medium amplexi, bis collo ſquammea circum.
Terga dati &c.

Theodorus frequens malæ Latinitatis autor. Neque enim Latinè dicitur, *ſquammæ ſuppetunt vicem pilorum: Sed vice pilorum.* Suppetunt enim corpori munimento: id eſt ſuppetias veniunt: abſoluta eſt ſignificatio, non tranſitiua.

CXXI. ARISTOTELES.

Τὰ δὲ πάχη τῶν τριχῶν, καὶ αἱ λεπτότητες, καὶ τὰ μεγέθη, διαφέρουσι κατὰ τοὺς τόπους, ἐν οἷς ἂν ὦσι τῶν μορίων, καὶ ὁποῖον ἂν ᾖ τὸ δέρμα. ὡς γὰρ ἐπιτοπολὺ ἐν τοῖς παχυτέροις δέρμασι, σκληρότεραι αἱ τρίχες, καὶ παχύτεραι· καὶ πλείους δὲ καὶ μακρότεραι ἐν τοῖς κοιλοτέροις καὶ ὑγροτέροις, ἄνπερ ὁ τόπος ᾖ τοιοῦτος οἷος ἔχειν τρίχας: ὁμοίως δὲ καὶ περὶ τῶν λεπιδωτῶν ἔχει καὶ τῶν φολιδωτῶν.

Pilorum craſsitudo, tenuitas, magnitudo, locorum differũt ratione. Intereſt enim quam corporis partem, qualemq́ue cutem nacti ſint. Namq; in craſsiori cute magna ex parte pili duriores, atque craſsiores: ſed in locis cauis atque humidioribus tum frequentiores, tum prolixiores: modo ſanè locus ille à natura inſtitutus ſit ad habendum pilos. Eandem & in ſcabris & in ſquammoſis inuenias rationem.

CAESAR.

AFFECTIONES perſequitur à quantitate & ſitu partium: & reddit rationem à loco. Æquiuocè autem locum hîc accipit, atque ex vſu loquentium. Nam pili locus, non ſola cutis eſt, ſed aëris ambientis ſuperficies.

Neque temerè dixit magna ex parte: & cautè admodum illa ſubdidit: locum debere eſſe à natura deſtinatum, ad edendos habendóſque pilos: multæ enim afferuntur dubitationes, ac penè innumeræ. Non illa leuis: in vola manuum craſſa cutis, & pilus nullus: ſed tum aliæ, tum illa. In axillis canum nulli penè pili: & tamen cauus locus rarúſq́ue. ſoluet illa fuga. Ibi non eſſe naturæ vim ad pilos. Præterea circum pubem equi minimo rariſsimóque pilo. Item canes, item ſues: at homo è contrario. Inter femora quoque minus pilorum quàm in mento. Extat locus in cilijs & tamen veſtitur pluribus pilis, quàm ſuffragines hominis, quàm cauum cubitorum. Itaque addit duas differentias: membrum, & cutem. Nam cutis membro ſeruit: ergo pro membri officio cutis inſtituta fuerit ad pilorum rationem. Nam ſi longo pilo egeamus cutis apparatus propenſior ad id ſit: contra ſi breuiore.

Nota Sirenem Atticam. ἄνπερ ὁ τόπος ᾖ τοιοῦτος, οἷος ἔχειν τρίχας ἄνπερ ὁ τοιοῦτος τόπος οἷος ᾖ ἔχειν.

Cauda apoteleſmatis longè omnium difficillima ad comparandum cum pilo. Neque enim caua corporis ſunt in piſce: vbi ſquammas deprehendas denſiores: & denſiores ſunt in dorſo, vbi cutis tamen durior, & grandiores.

Theodorus addidit *copiam*: at in noſtro codice non erat, καὶ πλῆθη. Quod ſi addidit Theodorus, quoniam & hoc exequitur hîc Ariſtoteles, etiam *duritiam* debuit apponere. Neq; enim craſſiſsimus quiſque pilus duriſsimus eſt. Duritia enim ex poſitione partium propinquarum prouenit. Craſsitia autem etiam ex longinquarum. Eſt craſſa ſpongia, ſed non eſt denſa: ſed duritia etiam ex ſubſtantia debet prouenire: vt ex partibus ſiccis ſit. Neque enim omne denſum durum, aut omne durum denſum.

Theodorus κοιλοτέροις, *cauatioribus*, malè: cauum natura eſt, & arte: at *cauatum*, non niſi, aut forte, aut arte.

CXXII. ARISTOTELES.

Ὅσα μὲν οὖν μαλακὰς ἔχει τὰς τρίχας, εὐβοσίᾳ χρώμενα, σκληροτέρας ἴσχει· ὅσα δὲ σκληρὰς, μαλακωτέρας καὶ ἐλάττους.

Quæ igitur molliori pilo prædita ſunt, ſi latiore pabulo vtantur, duriorem obtinebunt. Contrà quæ durum habent, tum molliorem, tum rariorem.

C Æ S A R.

NATVRAE congenitas cauſſas aſsignauit. Nunc eas quæ extrinſecùs eueniunt: pabulo mutari pilorum duritiam & denſitatem: in ſolo triſti & maligno pili longi fiunt, ex definitione pilorum intelligas. Namque pilus eſt exiccatus vapor in longum. Itaque in iumentis & vaccis longiores fiunt pili inedia & tenuiores. In vbere agro breuiores. Id tradidêre Columella de lanis loquens, & alij qui de agricultura ſcripſere: ſi ab triſti ſaltu ad vberem planiciem demittas pecus quod duro pilo ſit, fiet mollior: ſi nitidum gregem deducas, duriorem lanam geret. Ratio eſt difficilis. Nam quod quid efficit, idem debet conſeruare: ſed non ſtultè loquendum eſt. Quippe comparatione vſus eſt. Itaque nihil mirum, ad mediocritatem vtrumque reduci.

Theodorus malè addidit, *incipiunt*. Nam poſteà ſemper gerunt ibi. Nam quare dixit? *per vſum pabuli melioris*: vſus longinquitatem temporis notat. At quando deſinunt incipere in vſu: ſi dixiſſet, admiſſæ ad pabulum vberius, tolerabilis fuiſſet: addidit etiam de ſuo, *copioſos* peſsimè: Nam cùm dicat Ariſtoteles, etiam rariorem pilum fieri, audacter nimis id appoſuit pro contrario. Verùm etiam præterquàm quod copioſo pilo fuerint, poſſunt euadere glabriores, quæ ſubglabræ etiam anteà fuiſſent: ſic Theodorus hac inanitate verborum dictus eſt à ſciolis leuiori iudicio cum Ariſtotele certaſſe. Nam quare illa quoque addidit verba infelicisſima, *eadem illa ſcilicet ratione*. Neque enim eadem ratio emolliendi & indurandi. Neque enim eadem ratione ſoluit ceram calor, lutum indurat: ſed agit felicior: emollit durum pilum addito humore: indurat pilum non addito humore: humor enim mollis eſt: ſed aucto calore animalis, augetur enim pabulum caloris: ac quanquam humor materia eſt, non tamen eſt ratio.

Nota cùm dixit è duris fieri molliores & pauciores: & tamen non dixit, è mollioribus duriores & frequentiores. Sed eadem eſt proportio: breuitati ſtudens vſus eſt in duris verbo ἴσχει non inani. Eſt enim verbum robuſtum. Nihil enim vacat in oratione huius diuini viri.

CXXIII. ARISTOTELES.

Διαφέρουσι δὲ καὶ κατὰ τοὺς τόπους τοὺς θερμοτέρους καὶ ψυχροτέρους οἷον, αἱ τῶν ἀνθρώπων τρίχες, ἐν μὲν τοῖς θερμοῖς, σκληραί· ἐν δὲ τοῖς ψυχροῖς, μαλακαί.

Differunt & locorum inclinationibus calidiorum aut frigidiorum: veluti hominis capillus in calidis regionibus durus, in frigidis mollis eſt.

C AE S A R.

NVNC à loco ponit affectionem tanquam à cauſa priore diſponente materiam: paſſus capillus Germanis, ac manum ſequens. Hiſpanis attrectatu aſperior, & vt dicit Martialis *contumax*.

Non puduit Theodorum θερμότερον, *tepidum*, hîc interpretari. Immò locis tepidis mollis capillus eſt: ac ſanè mollior quàm frigidiſsimus, ſi ſicca loca ſint. Tepidis autem regionibus humor cæleſtis ſemper eſt è rore. Ratio autem ſubtiliter eſt deducenda. Nam calor deſiccat, etiam frigus aſtringit. Itaque vtriſq; locis capillus his de cauſſis durus eſt. At quia in frigidis maxima ex parte etiam humor multus eſt: icireò humidi non frigidi ratione mollitia accedit.

CXXIV. ARISTOTELES.

Εἰσὶ δ' αὖ αἱ μὲν εὐθεῖαι, μαλακαί· αἱ δὲ κεκαμμέναι, σκληραί.

REcti molles ſunt, intorti duri.

C Æ S A R.

A SITV partium quas figura conſequitur, comparat affectiones inter ſe, nam inter ſe quoque pendent. Etenim ſi calor durum facit, & idem intortum facit, erunt duri intorti. Humor autem rectum non facit, ſed permittit fieri. Ratio autem capilli intorti, etiam propter anfractum foraminum eſt, in quibus creantur ac producuntur

ducuntur. Itaque poteſt fieri, vt hi molliores ſint, quales aliquando videmus.

Animaduertendúmque eſt quod ait hîc Ariſtoteles. Neque enim verum eſt rectum pilum eſſe intorto molliorem. In ventribus animalium, pili ſunt interiores, & tamen molliores. Præterea, ſurrecti pili ſunt multis, iique duriſſimi ſunt, ſtant enim. Contrà lana pleriſque intorta eáque molliſſima. Intelligemus comparationem eiuſdem pili ad ſeipſum, aut ſuum congenerem in alio animali eiuſdem ſpeciei.

CXXV. ARISTOTELES.

Ἡ δὲ φύσις τῆς θριχός ἐστι σχιστή.

Pilus ſuapte natura fiſſilis eſt.

CAESAR.

DEO fiſſilis eſt, vt etiam ſciſſus videatur cauus capillus. Theodorus intempeſtiuè ſecuit hîc Capita, cùm tamen perſequatur cæteras affectiones. Nam hæc eſt in prædicamento Paſſionis. Nam etiam infra cùm de cute dixerit aliqua, redit ad pilos.

CXXVI. ARISTOTELES.

Τῷ μᾶλλον δὲ καὶ ἧττον διαφέρουσι πρὸς ἀλλήλας. ἔνιαι δὲ τῇ σκληρότητι μεταβαίνουσαι κατὰ μικρὸν, οὐκ ἔτι θριξὶν ἐοίκασιν, ἀλλ' ἀκάνθαις· οἷον αἱ τῶν ἐχίνων τῶν χερσαίων· παραπλησίως τοῖς ὄνυξι. καὶ γὰρ τὸ τῶν ὀνύχων γένος ἐνίοις τῶν ζώων οὐδὲν διαφέρει διὰ τὴν σκληρότητα τῶν ὀστῶν.

Pili inter ſe differunt, intenſiore natura, aut remiſsiore: quidam etiam paulatim duritia excedunt, vt non tam pilis ſed ſpinis ſimiles videantur, cuiuſmodi erinaceorum. Id quod etiam vnguibus euenit. Nam quibuſdam animalibus vngues ob duritiam ab oſsibus nihil diſtant.

CAESAR.

AD duritiam redit, vt eius duritiam indicet: tantùm enim indicat: vt à pilorum natura excedant, atque in vnguium rationem tranſeant: ponit exemplum erinaceorum, quorum aculeos vnguibus comparat: rectè, nam id quoque videmus, quorundam vnguium duritiam vel cum oſſibus conferri poſſe: vrſorum vngues, etiam ferrum abigunt: cùm humani longè ſint molliores.

Nota κατὰ μικρὸν μεταβαίνουσαι: nam niſi plura intelligas quàm ſcripta ſint, neque enim pili erinaceorum κατὰ μικρὸν μεταβεβήκασι: longè enim à pilis diſtant: ſed vult dicere pili paulatim à mollitia excedentes eò vſque procedunt in duritiam, vt ſpinarum duritiam adipiſcantur. Itaque in præſenti dixit μεταβαίνουσαι, vt tractum comparationis aſſignaret: κατὰ μικρὸν dixit, quoniam à lana ad hyſtricis aculeos ſi accedas, poſteà pilum ponas.

Theodorus peſſimè tranſtulit. Cùm naturam fiſſilem pilorum putauit moderatam ab Ariſtotele per *plus & minus*. Nam τὸ μᾶλλον καὶ ἧττον, ad ſequentia refertur.

CXXVII. ARISTOTELES.

Δέρμα δὲ πάντων λεπτότατον ἄνθρωπος ἔχει κατὰ λόγον τοῦ μεγέθους.

Cutem inter omnia animalia tenuiſsimã homo habet, ſi cum eius conferas magnitudine.

CÆSAR.

NON rectè hîc interponit hiſtoriam de cute, atque pilorum narrationem intercidit, ad quam poſteà redeat. De cute autem duplex ratio eſt, vt diſputamus. Nam & quatenus gerit pilum ac ſquammas ponenda eſt, cuiuſque rationem ratio pilorum ſequitur, vt dixit. Et quia ipſa per ſe in multis animalibus

pro munimento eſt ſine pilo aut ſquamma. Quare eius differentias & affectiones perſequamur: atque à diuerſitate hîc cùm inciperet, tenuiſſimam homini aſſignauit: addidit ſententiæ moderationem, cùm dixit, ſi ad eius ſpectes magnitudinem: duplici de cauſſa. Namque & magno animali craſſa cutis debetur, vt boui, equo, elephanto. Et non eſt ſimpliciter verum hominis cutem eſſe tenuiſſimam: nam ſunt ἔναιμα, quibus pene nulla, vt planis piſcibus, gobio, & aliis.

Non poſuit craſsitiem, tergus quibus eſſet. Et tamen hic erat locus: etiam crocodilum apponeret pro exemplo.

CXXVIII. ARISTOTELES.

Ἔνεστι δ' ἐν τοῖς δέρμασι πᾶσι γλισχρότης μυξώδης· ἐν μὲν τοῖς, ἐλάττων· ἐν δὲ τοῖς, πλείων. οἷον ἐν τοῖς τῶν βοῶν, ἐξ ἧς ποιοῦσι τὴν κόλλαν· ἐνιαχοῦ δὲ καὶ ἐξ ἰχθύων ποιοῦσι κόλλαν.

Eſt in omni cute muccoſus humor, ſed in quibuſdã paucus, in aliis vberior, vt in bubulo corio, ex quo glutinum fit: quod etiam ex piſcibus alicubi conficiunt.

CAESAR.

PARTES materiales aſsignat. Nam ex terreſtri natura & aërea compoſita maximè cutis eſt. Illa vt tueatur, hæc vt ſenſim tranſmittat. Itaque preſſa cuti & macerata glutinum elicitur: quomodo etiam ex piſcibus, quæ inde dicitur *Ichthyocolla*.

CXXIX. ARISTOTELES.

Ἀναίσθητον δὲ τὸ δέρμα τεμνόμενόν ἐστι καθ' αὑτό· μάλιστα δὲ τοιοῦτον, τὸ ἐν τῇ κεφαλῇ, διὰ τὸ μεταξὺ ἄσαρκον εἶναι πρὸς τὸ ὀστοῦν.

Cutis cùm ſecatur ſola, non ſentit præſertim in capite: propterea quòd inter eam & os nihil ſit carnis.

CAESAR.

TRES ſunt difficultates: prima cùm dicit, cutem capitis minimè ſentire: falſum enim eſt. Alteræ duæ veteres, an caro ſit inſtrumentum ſenſus: hîc enim ſic videtur. Non ſentit cutis capitis quia non ſubeſt caro. Tertia, an neceſſe ſit in ſenſu tactus eſſe medium.* * * * * Multa deſunt.

Illud quoque aduertendum. Nam ſi eſt ἀναίσθητον quomodo ponit gradum in priuatione? Nam ſi ſenſus abeſt, non poſſumus dicere plus aut minus abeſſe: tunc enim adeſſet: ergo idem eſſet αἴσθητον καὶ ἀναίσθητον.

Nota quod dixit καθ' αὑτό. Cùm ipſa ſola ſecatur non ſentit. Imo verò etiam cùm ſecatur cum carne: ipſa non ſentit. Neque enim cutis aut per ſe aut per carnem ſentit. Neque enim caro media eſt inter cutem & agens: ſed dicere voluit hominem non ſentire, ſi cutis ſola ſecetur: mutila ſanè oratio. Mox ponit illam propoſitionem: vbi ſola cutis eſt, ſecta non coït, vt in palpebra: at ibi ſentit; ergo ſola ſentit: nam palpebra ſecta ſentimus: at ibi nulla caro, ac multo paucior quàm in capite, ac tenuior. Caret autem ſenſu cutis prouidentia naturæ, vt eſſet quaſi obex, neque quouis momento temporis nobis eſſet mouendum. Motus enim datus eſt propter ſenſum.

Theodorus omiſit καθ' αὑτό.

CXXX. ARISTOTELES.

Ὅπου δ' ἂν ᾖ καθ' αὑτὸ δέρμα, ἂν διακοπῇ, οὐ συμφύεται· οἷον, γνάθου τὸ λεπτὸν, καὶ ἀκροποσθία, καὶ βλεφαρίς.

Vbi ſola cutis eſt, ſi ſecatur, non coaleſcit, veluti tenuis pars malæ: & præputium, & palpebra:

CAESAR.

SI hic ſola eſt cutis, & propterea non coaleſcit, quare ſentit cùm ſola ſit, ſi non ſentit ſola? Eſt etiam Hippocratis ſententia.

Theodorus γνάθον, *genam* interpretatus eſt vetuſtè nimis. *Buccam* addidit: at in noſtro codice non eſt.

CXXXI. ARISTOTELES.

Τῶν συνεχῶν δ' ἐστὶ τὸ δέρμα ἐν ἅπασι τοῖς ζώοις καὶ ταύτῃ διαλείπει, ᾗ τε οἱ κατὰ φύσιν πόροι ἐξικμάζονται, καὶ κατὰ τὸ στόμα καὶ ὄνυχας.

Omnia animalia cutem perpetuo tractu continuam ita habent, vt locũ det tantùm meatibus naturalibus ad exhalãdũ: tum vbi os eſt & vngues.

CAESAR.

NVNC ab officio: nam totum tegit animal qua opus eſt. Tria loca poſuit vbi deficiat: meatus quâ ſudor perfluit: & os quâ cibus ingrediatur, & vngues, qui ipſi eius ibi loco ſint: ſed neque omnia poſuit, & plura poſuit quàm par eſt. Nam deficit ad imum inteſtinum, & in ore eſt, ac labiis, quanquam tenuior: ſicut & in glande.

Ariſtoteles frequenter vtitur his verbis ἐν οἷς ὑπάρχει. cornua, inquit, ſunt caua animalibus, quæ ea habent, mirum ni ſint iis, qui ipſis carent: at nunc erat tempus hæc apponere, cùm dixit: cutem eſſe contextu perpetuo omnibus animalibus. Neque enim omnia animalia cutem habent: non enim polypus.

Theodorus πόροι ἐξικμάζονται: *meatus ſolent euaporare*; at meatus non euaporant. Non enim eſt verbum tranſmittens actionem, ſed abſolutum.

CXXXII. ARISTOTELES.

Δέρμα μὲν οὖν ἔχει ἅπαντα τὰ ἔναιμα ζῷα· τρίχας δὲ, οὐ πάντα, ἀλλ' ὥσπερ εἴρηται πρότερον.

Igitur animalia quæ ſanguinem habent cute omnia teguntur: at pilis non tegũtur: ſed quibus diximus.

CAESAR.

NVnc emendatiùs loquitur, cùm cogit orationem in genus animalium ſanguine conſtantium; coactus eſt enim concludere hoc quaſi repetito, vt rediret ad pilos.

ἀλλ' ὥσπερ εἴρηται poſuit: ὥσπερ pro ἅπερ: nos Atticè tranſtulimus: *quibus diximus*: quam locutionem & apud Gellium, & apud Ciceronem inuenias. Intelligendum de ſquammis & aliis.

CXXXIII. ARISTOTELES.

Μεταβάλλουσι δὲ τὰς χροιὰς γηρασκόντων, καὶ λευκότεραι γίνονται ἐν ἀνθρώποις· τοῖς δ' ἄλλοις, γίνεται μὲν, οὐκ ἐπίδηλον δὲ σφόδρα, πλὴν ἐν ἵππῳ.

Seneſcentibus animalibus colores mutant pili, atque cani fiunt in hominibus. In aliis quoque hoc idem fit, verùm obſcuriùs, præterquàm in equo.

CÆSAR.

AB ætate colorem pilorum venatur: aitque mutare colorem vetuſtate: hoc verum eſt: ſed & illud potuit dicere, mutare pilum ætate, nam initio longum, & mollem habent, etiam intortum: procedente ætate alius pilus ſubnaſcitur, breuis,

nitidus in veterino genere, leonibus, canibus, vrſis, ceruis. Et color plenior inuehitur, nigris, aut fuluis, aut ſpadicibus, aut muſtaceis futuris: & qui albi futuri ſunt, fiunt candidiores.

Dicit in vno caſu mutari ſenecta ætate, vt omnia animalia comprehendat γηρασκόντων. In alio caſu ſubdit in hominibus & priuatum colorem aſſignat canum: ſed maluit dicere λευκότεραι, *albidiores*: ſubuirides tamen fiunt quibuſdam non candidi. Deinde excludit alia animalia non à canitie, ſed à canitie manifeſta, præter equum. Equus enim caneſcit interſperſis candidis pilis. Etiam cilia illi caneſcunt: quia ſi albus fuerit, plagulis, aut rotellis nigris inſignis, affecta ætate totus fit candidus puſillis maculis, quaſi muſcillis inſperſus. Pudenter igitur canitiem homini expreſſit, alijs non item, ſed mutationem: notáque alia animalia non in canitiem mutantur, ſed decolorantur tantùm.

Mutant etiam à regione. In Germania vulpes candidas vidimus nos: in Allobrogum Alpibus lepores frequentes, perdices nullo cygno candore cedentes. Item paſſeres: etiam murem habuimus candidiſſimam in cauea oculis igneis. Pauones candidi etiam nunc in Aquitania ſunt multis in locis. Sunt qui hirundinem viderint, leonem, & coruum. Potuit & illud narrare. Quædam animalia vnum ſibi colorem attributum retinere, quibuſdam non vnum.

CXXXIV. ARISTOTELES.

λευκαίνεται δὲ καὶ ἀπ' ἄκρας ἡ θρίξ.

Caneſcere incipiunt pili à ſuprema parte.

CAESAR.

Aniciei naturam perſequitur vt inueſtiget definitionem: ab ſummo mucrone enim incipit canicies.

Theodorus *candeſcunt* dixit: ſed magis obtinuit vſus de re ignita.

CXXXV. ARISTOTELES.

Αἱ δὲ πλεῖσται εὐθὺς φύονται λευκαὶ τῶν πολιῶν. ᾗ καὶ δῆλον ὅτι οὐ ξηρότης ἐστὶν ἡ πολιότης, ὥσπερ τινές φασιν. οὐδὲν γὰρ φύεται ξηρὸν εὐθύς.

Plurimi ſtatim oriuntur cani. Quare manifeſtum eſt caniciem non eſſe arefactionem. Nihil enim ſtatim aridum naſcitur.

CAESAR.

ALIQVI ſic definiebant: canicies arefactio eſt pilorum: probabant ſuperiore propoſitione. Quoniam ab ſummo mucrone caneſcunt pili, idcircò quia lõgè abſunt à radice. Itaq; in ſenibus caneſcunt quoniam humor deſit. Ariſtoteles contradicit: plurimi, inquit, ſtatim cani naſcuntur pili: ſed nullum aridum ſtatim naſcitur: ergo ariditate canicies non fit. Non probauit minorem. Quoniam in intellectu eſt poſitum per contraria: naſci & arefieri ſimul.

Cæterùm id aduertendum eſt maximè: non eſſe verum omnem caniciem eſſe ariditatem. Quin ex humore ſimili trahere colorem: hoc concedemus Ariſtoteli. At argumentum eius non probauerimus. Nam capillus non alitur intùs: itaque præciſum non creſcit, ſed ab imo ſumit alimentum. Quare non verè naſcitur, neque verè dicitur viuere. Omne enim viuens augetur. Sed ſicut lapides creſcunt denſata aqua, vt videmus in aquis calidis, & in ſalinis. Itaq; materia ſubiens expellit præeuntem atque appoſita mutatur in eandem per coctionem: ſic pili gignuntur. Ergo aridi gigni poſſunt. Intelligo aridum, quomodo pilus fit: non quomodo arbor. Nam humor in arbore viuificus eſt, in pilo non eſt: ſicut ablato humore ab carbone fit albus: ſic à pilo. Non ſoluitur autem in cineres, quoniam materia viſcida eſt: ſignum: diſtractus pilus vtroque à capite facilè diſtenditur antequàm rumpatur.

Theodorus φύονται *exiſtit:* malè expreſſit vim argumenti: *exit*, non *exiſtit*. καταζηλοῦς *caniciem committi:* nemo enim ſic Latinè loquitur: tum neſciuit vim aduerbij huius, *illicò:* eſt enim aduerbium relatiuum. *Illicò* enim eſt *illo in loco*. At hîc definitè loquitur: *vllo in loco:* non *illo*, locum enim non nominauit. Pauci enim purè Latinè loquuntur.

CXXXVI. ARISTOTELES.

Ἐν δὲ τῷ ἐξανθήματι, ὃ καλεῖται λεύκη, πᾶσαι πολιαὶ γίγνονται.

At in ſquallore cutis, quam vitiliginem dicimus, omnes cani gignuntur.

CÆSAR.

Destrvit opinionem definientium caniciem areſactionem. Quoniam in vitiligine, inquit, cani omnes gignuntur, à pabulo ſcilicet, ac materia ſimili. Itaque dixit λεύκη, vnam ſpeciem: poſuit genus ἐξανθήματα, * * * * *multa hic deſunt.*

Theodorus ἐξάνθημα, *vitium* interpretatus eſt, benè, ſed laxè: efflorescentiam ſignificat ab ſimilitudine floſculorum: à furfure & ſquâmulis nos, *ſquallorem.*

CXXXVII. ARISTOTELES.

Ἤδη δέ τισι κάμνουσι μὲν πολιαὶ γίγνονται· ὑγιασθεῖσι δὲ ἀποῤῥυεισῶν, μέλαιναι ἀνεφύησαν.

Iam verò ægrotantibus quibuſdam euenit, vt cani fierent, quibus recepta priſtina valetudine cùm illi deſfluxiſſent, nigri deintegrò ſuborti ſunt.

CAESAR.

Qvasi verò ex putrefactione cani fiant: quod ita ſanè eſt: ergo conualeſcentibus priſtino ex humore, priſtinus quoque color redditus.

Neſcio quare mutata ſint tempora, γίγνονται, ἀνεφύησαν. Nam potiùs è contrario, ἐγένοντο, ἀναφύονται.

Dixit ἀνεφύησαν: ἀνὰ ſignificat iterationem: Theodorus rectiſſimè, *renati.*

CXXXVIII. ARISTOTELES.

Γίνονταί τε μᾶλλον πολιαὶ, σκεπαζομένων τῶν τριχῶν, ἢ διαπνεομένων.

Frequentiùs operti pili, quàm aperti ventis caneſcunt.

CAESAR.

Nota affectionem ἀπὸ τοῦ ἔθους: rationem non addit, quare tecti pili frequentiùs caneſcunt quàm ſi ventilentur. Sol enim, & venti prohibent putrefactionem. Intellige eoſdem pilos: nam ſi diuerſos compares, falſum eſt. Quod & ſtatim dicet, pubem rarò caneſcere.

Cùm dicit διαπνεομένως obſcurè tetigit cauſſam.

CXXXIX. ARISTOTELES.

Πρῶτοι δὲ πολιοῦνται οἱ κρόταφοι τῶν ἀνθρώπων, καὶ τὰ ἔμπροσθεν πρότερα τῶν ὀπισθίων· τελευταῖον δὲ ἡ ἥβη.

Hominum tempora prima caniciem ſentiunt, & anteriores partes, priuſquàm poſteriores: poſtrema autem pubes.

CAESAR.

Nvnc comparat pilorum inter ſe naturam propenſam ad caluiciem. Extat problema Alexandri in quo redditur ratio. Humidiora ſunt tempora & carnoſiora: in his putreſcit humor. Sic poſteriores partes ſicciores. Eadem ratio eſt etiam caluitij: fluunt enim ineptum humorem nacti.

CXL. ARISTOTELES.

Εἰσὶ δὲ τῶν τριχῶν αἱ μὲν, συγγενεῖς· αἱ δ᾽, ὕστερον κατὰ τὰς ἡλικίας γινόμεναι. ἐν ἀνθρώπῳ μόνῳ τῶν ζώων, συγγενεῖς μὲν αἱ ἐν τῇ κεφαλῇ, καὶ ἐν ταῖς βλεφαρίσι καὶ [ταῖς] ὀφρύσιν· ὑστερογενεῖς δὲ, αἱ ἐπὶ τῆς ἥβης πρῶτον, ἔπειτα αἱ ἐπὶ τῆς μασχάλης, τρίτον δὲ αἱ ἐπὶ τοῦ γενείου. ἴσοι γὰρ τόποι εἰσὶν, ἐν οἷς αἱ τρίχες ἐγγίνονται, αἵ τε συγγενεῖς καὶ αἱ ὑστερογενεῖς.

INter omnes animantes ſolus homo pilos habet, alios congenitos, alios pro ætatum temporibus adnaſcentes. Congeniti ſunt in capite, palpebris, ciliis. Qui poſteà gignuntur ſunt hi: primùm pubes: deinde in axillis, tum ad mentum. Itaque par locorum numerus, & congenitorum, & poſteà adnaſcentium.

CÆSAR.

NVNC in vna ſpecie contemplatur pilorum naturam, qua in ipſa differunt, & per eos ipſa ab aliis ſpeciebus diuerſa ſit. Tria loca ſubtiliter numerauit attributa pilis, qui cum homine naſcuntur: & totidem, qui diuerſis temporibus poſtquam natus eſt.

Expreſſimus ὑστερογενεῖς, *aduentitios, adnaſcentes:* Theodorus *poſtgenitos*: ſed monuimus alibi hoc participium præteritum eſſe. Itaque in infante non poſſis quærere, quo tempore naſcuntur pili pubis, ſi poſtgenitos appelles: ſed poſt generandos: ſed in adulto poſſis dicere, ij ſunt pili qui agnaſcuntur: id eſt, quorum natura eſt adnaſci, non qui tunc adnaſcuntur: ſicut dicimus: hic eſt equus, qui tam perniciter currit, tametſi equus non mouetur. Ergo per nomen explicauit Ariſtoteles, non per participium.

CXLI. ARISTOTELES.

Λείπουσι δὲ καὶ ῥέουσι κατὰ τὴν ἡλικίαν, αἱ ἐκ τῆς κεφαλῆς, καὶ μάλιστα, καὶ πρῶται. τούτων δὲ αἱ ἔμπροσθεν μόναι. τὰ γὰρ ὄπισθεν, οὐδεὶς γίνεται φαλακρός. ἡ μὲν οὖν κατὰ κορυφὴν λειότης, φαλακρότης καλεῖται· ἡ δὲ κατὰ τὰς ὀφρύας, ἀναφαλαντίασις. οὐδέτερον δὲ τούτων συμβαίνει οὐδενὶ, πρὶν ἢ ἀφροδισιάζειν ἄρξηται. οὐ γίνεται δὲ οὔτε παῖς φαλακρὸς, οὔτε γυνή· οὐδὲ οἱ ἐκτετμημένοι· ἀλλ᾽ ἐὰν μὲν ἐκτμηθῇ πρὸ ἥβης, οὐ φύονται αἱ ὑστερογενεῖς· ἐὰν δὲ ὕστερον, αὗται μόναι ἐκρέουσι, πλὴν τῆς ἥβης.

DEficiunt atque defluunt per ætatem pili, & maxima ex parte, & primùm capilli. Sed ex anteriore parte tantùm. Nam poſteriora calueſcunt nunquam. Verticis glabritia, caluitium dicitur: in ciliis depilatio. Neutrum euenit ante vſum veneris: ſed neque puer, neque mulier calueſcunt: ac ne ſpadones quidem. Quin ſi antequam calueſcant caſtrentur, poſterigeni pili non gignuntur: ſin poſt pubertatem, eos omnes amittunt, præter pubem.

CÆSAR.

CVM dixit ortus, principia, videbatur ſuſpicandum relinquere parem quoque naturam in eorum fluxu. Itaque ponit diuerſitatem: nam non omnes qui connaſcuntur, commoriuntur. Nam capilli fluunt: quin non omnes: non enim poſteriores: reddidimus rationem. Dicit etiam ciliorum pilos idem pati: ponit nomina fluxionum: φαλακρότητα, & ἀναφαλαντίασιν: ponit præſcriptionem fluxionum ab vſu veneris: ponit ab ætate, pueros: à ſexu, mulieres: ab euentu, ſpadones. Ponit miram differentiam in ipſis. Nam pubes non defluit, ſi poſt pubertatem caſtrentur. Et ſi ante pubertatem caſtrentur, non naſcitur. At alij poſterigeni, vt non gignuntur ſi ante pubem caſtrentur, ita ſi poſt caſtrentur, defluunt. Ratio: longinquiores ſunt à teſticulis, barba, & axillis. Itaque viſcido pabulo deſtituuntur. Pubes, quanquam teſtes abſunt, tamen quoniam ad fines, etiam robur priſtinum obtinet.

Nota voces φαλακρότητα & ἀναφαλαντίασιν, vtraſque ab vna origine. *Deglubere*, eſt ἀναφαλᾶν, vetus verbum, & paucis cognitum, vnde *Phalæ*, id eſt *Perticæ*, apud Latinos, & ἰθύφαλλος, palus porrectus ab inguine, vt ille dixit, detracto ſcilicet, cortice. Inde *Phalanges* ab haſtis expolitis. Nam phalanx haſtile ſignificat. Theodorus *Salitium* interpretatus eſt: ſed nullo autore. Suidas dicit ἀνάσιλλον, idem vitium dici. Quare ſi non ſcripſit *Sillitium*, ridiculè putauit à ſale deductum, ἀφ᾽ ἁλός: ſed *Sillitium* potiùs ſit contrarium. Nam *Sillones* ſic dicti ſunt, quibus cilia ſint

differta

differta pilis, de quibus mox. Monet idem Suidas non dici ἀναφάλαντον, ſed ἀναφαλαντίαν hominem qui ſic ſit. Sic Lucianus in *Timone* vtitur, & in ψευδαλέξ, & in *Nauigatione.* Pollux in quarto ſerui comici genus tale vult eſſe.

Theodorus: pili poſtgeniti iis, qui ante pubertatem caſtrati ſunt, non exeunt. Quomodo poſtgeniti ſunt, ſi non exeunt?

CXLII. ARISTOTELES.

Γυναικὶ δὲ ἐπὶ τοῦ γενείου οὐ φύει τρίχας, πλὴν ὀλίγαις ἐνίαις γίνονται, ὅταν τὰ καταμήνια στῇ, καὶ οἷον ἐν Καρίᾳ ταῖς ἱερείαις· ὃ δοκεῖ συμβαίνειν σημεῖον τῶν μελλόντων. αἱ δ' ἄλλαι, γίγνονται μὲν, ἐλάττους δέ.

IN mulieris mento non gignuntur pili, preterquàm pauci iis, in quibus menſtrua non fluunt: & in Caria antiſtitis. Quod pro indicio diuinationum agnoſcunt: alij autem pili innaſcuntur, ſed pauci.

CÆSAR.

NVNC in alteram ſexus partem agit orationem: nam nimis laxè loquutus eſt ſupra, cùm ἄνθρωπον dixit: marem debuit dicere. Nunc fœminam excludit: non gerere barbam, niſi pauculos pilos: neque id omnibus conuenire mulieribus: ſed quibus menſtrua cùm ſoluere debent, non ſoluunt: ſanguis enim retinetur, & excoquitur. Et in Caria antiſtitas pilos in mento habere: quod ſignum fuerit religionis, & diuinatricis mentis: ſed noſtræ ſacerdotes barbatæ ſunt ob caſtitatem. Alios pilos dicit gigni, ſed paucos: intelligit alarum pilos: nam pubem vel denſiorem habent quàm viri. Honoris gratia ſuperſedimus monere etiam ad ſedem pilos viris eſſe, neque eoſdem eſſe cum pube. Nam fœminas carere aiunt: vt & hanc partem omiſerit Ariſtoteles: vt taceam pilos pectoris vel plurimos, vel longiſſimos in quibuſdam. Hoc quoque debuit dicere. Item narium pilos, quos *Vibriſſas* Latini vocant.

Theodorus malè tranſtulit, ἐλάττους δὲ ab ſuperioribus verbis illis, *αἱ δ' ἄλλαι γίγνονται μέν*: & appoſuit ſequentibus: *γίνονται δὲ καὶ ἄνδρες*. Itaque ſenſum confudit. Nam quid eſt ſi dicas vt ipſe ſic: *ſed parcius fieri poteſt, vt homo tum mas, tum etiam fœmina pilis poſtgenitis careat*: ſed placet mendum eſſe librarij: vt ſic legas: *mulieribus quoque proueniunt, ſed parcius*: duriuſculus tamen ſermo eſt: dicam, *parcius iunctas quatiunt feneſtras*, vt ait Horatius: quoniam parcunt feneſtris iuuenes proterui: at non ita feliciter dicas, *parcius æſtate quàm hyeme pluuia cadit.*

CXLIII. ARISTOTELES.

Γίνονται δὲ καὶ ἄνδρες καὶ γυναῖκες ἐκ γενετῆς ἐνδεεῖς τῶν ὑστερογενῶν τριχῶν ἅμα καὶ ἄγονοι, ὅσοιπερ ἂν καὶ ἥβης στερηθῶσιν.

QVi pili poſterius oriri ſolent, eis tam viri quàm fœminæ, ab ortus principiis nonnulli carent: ſed ſimul & generandi facultate, & pube deficiuntur.

CÆSAR.

AFFECTIONEM vtrique ſexui communem narrat. Deinde declarat ſignum eſſe ſterilitatis. Ex calore enim naturali pubes. Cuius defectu & pubes deſit & facultas generandi: ſignum in caſtratis quibus pubes nulla naſcitur.

Apertè Theodorus malè contexuit orationem: *tum mas, tum fœmina pilis poſtgenitis careat.* Nam videtur ſentire, primùm genitos fuiſſe, deinde defluxiſſe. Vt intelligamus quantum valeat iudicium.

Ἐκ γενετῆς: breuiter nimis. Nam non mirum eſt ab ortu carere iis pilis, qui nondum naſci conſueuere: ſed intellexit ortus principia talia eſſe. Itaque coacti ſumus ita interpretari. Theodorus rectiſſimè: *ab ortu naturæ vitio contracto.*

CXLIV. ARISTOTELES.

Αἱ μὲν οὖν ἄλλαι τρίχες αὔξονται κατὰ λόγον, ἢ ἔλαττον, μάλιστα μὲν αἱ ἐν τῇ κεφαλῇ, εἶτα [ἐν] πώγωνι, καὶ αἱ λεπτότριχοι μάλιστα. δασύνονται δέ ποτε καὶ αἱ ὀφρύες, γινομένοις πρεσβυτέροις, ὥστε, ὥστ' ἀποκείρεσθαι, διὰ τὸ ἐπὶ συμφύσει ὀστῶν κεῖσθαι, ἃ γηρασκόντων διϊστάμενα, διΐησι πλείω ὑγρότητα. αἱ δ' ἐν ταῖς βλεφαρίσιν οὐκ αὐξάνονται.

Pili lege quadam naturæ, nonnulli plus minùs creſcunt: plurimùm capilli, proximè barba. Sanè qui ſunt tenuiores valdè augentur: ſed etiam ſupercilia multis affecta ætate in tantùm, vt attondeantur. Id ideò fit, propterea quòd ibi gignuntur vbi oſſa committuntur, quò in ſenectute deductis oſſibus tranſmittitur plus humoris. At palpebrarum pili non excreſcunt.

CAESAR.

PILI aliqui creſcunt, aliqui non: vt qui ſunt in palpebris non creſcunt: qui creſcunt, aliqui plurimùm, vt capillus, aliqui minimùm, vt ſuperciliorum, aliqui mediocriter, vt barbæ. Hæ differentiæ à locis, aliæ à pilorum craſſitudine. Nam tenuiores plus creſcunt. Sanè ratio eſt. Nam quantùm in latum fundatur, tantùm in longum deſiderari, & è contrario. Dicit in ſenibus ſupercilia creſcere: hoc videmus: reddit rationem, oſſa capitis plus diſtare in commiſſuris ea ætate. Non dat rationem. Cauſſa ſiccitas eſt: tranſmitti humorem ad pabulum. Verùm ibi nulla eſt commiſſura. Mirum verò calueſcere eo tempore ad commiſſuras, & velle hoc argumentum probum eſſe. Diximus κατὰ λόγον pudentiſſimè, *lege quadam naturæ*. Inde enim lex à λόγῳ. Omiſit etiam axillarum pilos, ij enim non creſcunt.

Theodorus oratione praua vſus eſt: *creſcunt pili prout ſingulorum ratio poſtulat*: poterat ferri, niſi, *ſingulorum*, addidiſſet: neque enim ſingulorum ratio eſt, ſed ſpeciei in loco: ſed ſubdit: *maximè in capillo.* Quis dicat, creſcunt pili in capillo: aut, ratio ſingulorum pilorum poſtulat creſcere in barba?

Idem interpretatus eſt δασύνονται *hirſuta redduntur*, ſuo more vt alibi monuimus. Sed etiam creſcunt ſupercilia ea ætate vt videmus, non ſolùm denſeſcunt. hoc omiſit Ariſtoteles.

Σύμφυσις *cohæſioni*: non meminerat Theodorus verbi Ciceroniani: *commiſſuræ*. Idem κεῖσθαι, *laxantur*: nos *diducuntur* verbo Celſi vſi ſumus.

Audacter idem quoque addidit de ſuo, *pili palpebrarum, nunquam plus iuſto excreſcunt*. Neque enim alij pili plus iuſto excreſcunt. Iuſtum enim illis eſt creſcere quantùm creſcunt: neque enim in infinitum creſcunt: modus enim ſuus cuique eſt.

CXLV. ARISTOTELES.

Ῥέουσι δὲ, ὅταν ἀφροδισιάζειν ἄρξωνται, καὶ μᾶλλον, τοῖς μᾶλλον ἀφροδισιαστικοῖς, πολιοῦνται δὲ βραδύτατα αὗται.

Eorum profluuium incipit poſt veneris vſum, eiúſque frequentia incrementum capit. Sed ſerò omnium maximè caneſcunt.

CAESAR.

CVM non creſcant ſupercilia, videbantur ne defluere quidem debere. Quaſi ſatis haberent alimenti, neque nimis, neque minus. ſerò caneſcere verum eſt: minimum enim ibi putredinis: ſed tamen nimis profusè loquutus eſt, cùm dixit βραδύτατα. Nam palpebrarum pili tardiſſimè caneſcunt.

Theodorus optimè expreſſit ἄρξωνται, *inceptis*, quaſi poſt principium. At quid eſt *inceptis*? num in ipſo initu primo? Nam iam incepta ſunt venerea: num poſtero die? minimè. Neque enim defluunt poſt inceptam venerem niſi continuentur. Nos meliùs *Vſu venereorum* fluere, eiúſque frequentia, infrequentiores fieri.

Illud quoque non rectè dixit βραδύτατα, *lentiſſimè*: lentè caneſcit, quod citò incipit caneſcere, ſerò deſinit. Verùm ſupercilia ſerò incipiunt, & æquè citò atque alij pili caneſcunt.

CXLVI.

CXLVI. ARISTOTELES.

Ἐκπλαδευθεῖσαι δ' αἱ τρίχες, μέχρι τῆς ἀκμῆς ἀναφύονται, εἶτα οὐκ ἔτι.

DVm creſcimus pili ſi euellantur, renaſcuntur, poſt id ætatis, non item.

CAESAR.

NEſcio quos pilos ſomniauit Ariſtoteles, qui ſtatâ ætate vulſis non renaſcantur. Nullum pilum barbæ velli vidimus, quin renaſceretur.

Theodorus μέχρι τῆς ἀκμῆς, *citra ætatis florem* paulò laſciuiùs dixit: nec dignum viro.

CXLVII. ARISTOTELES.

Ἔχει δὲ πᾶσα θρὶξ γλισχρότητα πρὸς τῇ ῥίζῃ γλίσχραν καὶ ἕλκει εὐθὺς ἐκπλαθεῖσα, τὰ κοῦφα θιγγάνουσα.

HAbet autem omnis pilus lentam humiditatem ad radicem. Itaque ſimul atque euulſus eſt, ſi quid leuiuſculi attingat, trahit.

CÆSAR.

VT lentorem quendam cartilagini appoſitum dicebat. Ita hîc pilo, vnde ſcilicet alatur. Declarat autem cauſſam materialem, eiúſque naturam, cùm dixit viſcidam eſſe: probat viſciditatem cùm dixit quaſi viſco tollere, aut trahere paleas, atque alia talia.

Theodorus addidit: *adhæret*: &, *tenaciùs*.

CXLVIII. ARISTOTELES.

Ὅσα δὲ ποικίλα τῶν ζώων κατὰ τὰς τρίχας, ἐν τούτοις καὶ ἐν τῷ δέρματι προϋπάρχει ἡ ποικιλία, καὶ ἐν τῷ τῆς γλώττης δέρματι.

SVbeſt ab initio cutis concolor varijs animalibus, itémque lingua cute verſicolore ſunt.

CAESAR.

HOc à pecuariis quoque animaduerſum, & præceptum à doctiſſimo Poëta: *Reijce ne maculis infuſcet vellera pullis.*

Non temerè accipiendum eſt, προϋπάρχει: τὸ ἄρχει, principium dicit, τὸ ὑπὸ materialem cauſſam, & loci: τὸ πρὸ ordinem cauſſarum. Nam cutis pilorum cauſſa eſt quaſi materialis, & in ea habent principium cum ea commune: itaque etiam colorum qualitates: ſed in lingua indicia ſunt, quia reſpondet cæteris partibus: aut enim cute tegitur, vt hîc dicit: aut ſaltem habet ſuperficiem pro cute: τὸ προϋπάρχει autem Theodorus negligentiſſimè tranſtulit, *habetur*. Idem omiſit τὸ δέρμα linguæ.

CXLIX. ARISTOTELES.

Περὶ δὲ τὸ γένειον, τοῖς μὲν, συμβαίνει καὶ τὴν ὑπήνην καὶ τὸ γένειον δασὺ ἔχειν· τοῖς δὲ, ταῦτα μὲν λεῖα, τὰς σιαγόνας δὲ δασείας.

MEntum ac labij ſpatium ſuperioris ſunt qui barbatum habeant. Nonnulli ibi nullos pilos, ſed malas hirſutas ſolas.

CÆSAR.

LOCORVM diuerſitatem pro pilorum ratione certis hominibus notat.

Ὑπήνην, *muſtacem*, Græcum Græco verbo & vulgari interpretatus eſt Theodorus. Pollux in ſecundo, αἱ δ' ὑπὸ τῇ ῥινὶ τρίχες, μύσταξ, ὑπορρίνιον, περιστομίου, περί τὴν βλάστην· αἱ δ' πρὸς τῷ κάτω χείλει, πάππος· τὸ δ' ἐξ ἀμφοῖν ὑπήνη. Idem quoque in quarto ſeruum barbatum in Comœdiis πάππον vocat.

Theodorus effuſè nimis : fortè habuit codicem, qui maxillas cum mento, & myſtace coniungeret : in noſtro non erant.

CL. ARISTOTELES.

Ἧττον δὲ γίγνονται φαλακροὶ, οἱ μὴ διγένειοι.

Minùs ſæpe videas caluеſcere eos qui non ſunt mento bipartito.

CÆSAR.

HVius rei obſcura ratio eſt: obſcuriorem fecit Theodorus, qui eam etiam controuerſam fecit: nam contrariam ſententiam pronunciauit : neque enim agnouit negationem τὸ μή. Plinius de hoc nihil.

Διγένειοι, quaſi duplici ſint mento : *Furculatum* icciicò eiuſmodi mentum Galli vocant : *Fiſſo* Itali.

CLI. ARISTOTELES.

Αὔξονται δὲ αἱ τρίχες, ἔν τε νόσοις ποιῶν, οἷον [τε] ταῖς φθισικαῖς μᾶλλον, καὶ ἐν γήρᾳ, καὶ τεθνεώτων, καὶ σκληρότεραι γίνονται ἀντὶ μαλακῶν.

Creſcunt pili & in ægrotis quibuſdam, præſertim tabe laborantibus, & in ſenibus. Creſcunt etiam in cadaueribus. Tum fiunt duriores.

CAESAR.

DVas ſimul affectiones ponit, creſcere & durum euadere : eas agnoſcit, in morbis & cadaueribus : declarat genus morbi in quo creſcunt, tabem : ponit gradum, plus. Et mirum illud videbatur in tabidis. Nam ſi corpus non alitur, ne pilos quoque creſcere debere. Rationes autem in promptu ſunt. In tabidis creſcunt, quoniam humor qui in membra delatus, & in ea verti debuit, in pilos abit. Eſt enim fumida materia. Tandem tamen cadunt : vbi ne eis quidem apparatus vllus humoris eſt: tum verò procul ab interitu ſunt. Eadem ratio in ſenibus : multo enim humido abundant peregrino : ſicciores quoque ipſi ſunt natura: talis autem habitudo piloſa ex Galeno. Nota tamen poſitum eſſe ad remouendam opinionem ex veriſimili ratione: quia corpus non alitur, ne pilum quidem ali debere. Sed nota non multùm creſcere pilos in ſenibus: longè enim rariùs attondentur. In cadaueribus autem creſcunt, creſcente putrefactione : fiunt autem duriores, quoniam terreſtrior in his omnibus materia eſt. Alexander quæſiuit an in cadaueribus pili & vngues creſcerent. Et dubitare videtur, an propterea quòd decreſcit corpus ipſi creſcere videantur. Sed verè creſcere quid mirum : ſunt enim reliquiæ caloris & humidi, non quidem vitalis, ſed elementaris : ſicut creſcit muſcus ſuper lapidibus ex aëris concretione.

Dixit μᾶλλον vt ageret miraculum in tabidis : neſcio tamen an verum ſit. Nam viginti diebus in febre acuta vidimus librario cuidam barbam promiſſam plus ſemipede. Omiſit etiam in carcere multum creſcere, quod etiam obſeruauimus. In cauſſa eſt ſitus: etiam in mœrore, in fumum enim ſoluitur alimentum.

Dixit σκληρότεραι γίνονται, ἀντὶ μαλακῶν : τὸ, ἀντὶ μαλακῶν ad ornatum poſitum eſt.

Nota varietatem ἐν νόσοις : & poſteà τεθνεώτων. Item connectionem elegantem orationis, ἔν τε νόσοις, καὶ ἐν γήρᾳ.

Theodorus τεθνεώτων, *defuncto*. Neſcio in hoc numero ſine ſubſtantiuo an vſitatum ſit: in plurali vulgò inuenias *defunctos* pro mortuis. Et Græca vox inuitabat.

CLII. ARISTOTELES.

Ταὐτὰ δ᾽ αὐτὰ ταῦτα συμβαίνει καὶ περὶ τοὺς ὄνυχας.

Hoc etiam euenit vnguibus.

CAESAR

CAESAR.

PRopter ſimilitudinem affectionis intertexit vnguium hiſtoriam.

CLIII. ARISTOTELES.

Ῥέουσι δὲ μᾶλλον αἱ τρίχες τοῖς ἀφροδισιαστικοῖς, αἱ μὲν συγγενεῖς· αἱ δ' ὑστερογενεῖς, γίνονται θᾶττον.

Pili congeniti potiùs defluunt vſu venereo: quì autem poſtquam homo natus eſt naſci ſolent, citiùs oriuntur.

CAESAR.

SVPRA de ſupercilijs in vſu venereorum dixerat, nunc de capillo & palpebris. Ratio eſt, quia multum alimenti ſubtrahitur & diuertitur ad ima: pili autem, quos cordos poſſis dicere, quoniam ſerò accedunt, citiùs naſcuntur appulſu venereorum: pubis ratio clara & facilis: eo enim agitatus humor ſecum affert excrementa. Minùs clara in axillis, ſed clarior quàm barbæ. Nam axillæ & propè cor ſunt, & cætera vitalia à quibus ſemen genitale ortum ducit. ſpirituum igitur conturbatione per laxa cutis ſpatia defertur vapor, & pileſcit. At barbæ ratio obſcuriſſima, niſi feſtiuè dicas, qui vapor ſubminiſtrabatur capillo, nunc auerſum ab eo in barbam verti, quoniam à cerebro deducatur ſemen genitale: ſicut quaſi cùm dicas, ſuperiores dentes eſſe iis quæ carent cornibus, cornutis non eſſe: ſed ratio vrbanior quàm fortior.

Poſuit duo aduerbia, μᾶλλον, καὶ θᾶττον. Nam μᾶλλον numerum ſignificat: θᾶττον autem tempus. Comparat enim venereum vſum cum abſtinentibus, & comparat pilos inter ſe.

CLIV. ARISTOTELES.

Οἱ δὲ κιρσοὺς ἔχοντες, ἧττον φαλακροῦνται· κἂν ὄντες φαλακροὶ λάβωσιν, ἔνιοι δασύνονται.

Varicoſi minùs calueſcunt: tum calui aliqui varicibus capti, rurſus capillati facti ſunt.

CAESAR.

VTINAM addidiſſet rationem. Nam ſi per venerem decidit capillus & auerſo humore & ſubtracto, qui in varices tantum ſanguinis demiſſum habent, quomodo non ſolùm iis capillus non fluit, ſed etiam ſuperuenientibus varicibus capillati fiunt ex caluis? niſi ſit, quòd in his multum eſt ſanguinis craſſi. Neque varices prohibent caluitium, aut tollunt: ſed idem humor tantus eſt, vt & eo fluere cogatur, & redundet ad caput.

Latinè diximus *varicibus capti*, ſicut *captus mente*. Et apud diuinum poëtam, *talpæ oculis capti*: at Ariſtoteles actiuè, κἂν ὄντες φαλακροὶ λάβωσι.

Dixit ἧττον, vt meditaretur propoſitionem vniuerſitatis, & eadem modeſtia ἔνιοι. Dixit in præſenti: nos commodiùs in præterito. Ex experientia enim narrat hiſtoriam.

Theodorus, *habere inceperint*, malè addidit *inceperint*: malè item, *pilos*: ſed *capillos*: hoc enim iam declaratum eſt eſſe τὸ φαλακρῶδες capitis.

CLV. ARISTOTELES.

Οὐκ αὐξάνεται δὲ θρὶξ ἀποτμηθεῖσα, ἀλλὰ κάτωθεν ἀναφυομένη, γίνεται μείζων.

Pilus præciſus non creſcit, ſed ab imo naſcens fit maior.

CAESAR.

VERBVM philoſophicum αὐξάνεσθαι, non temerè ponitur, ſed ſignificat verum incrementum in viuente. Caro præciſa recreſcit, pilus non: quin ipſæ arbores quâ ſunt præciſæ non creſcunt, ſed à lateribus pullulant. Ita dum ſi ſint ramoſæ. Nam quæ plantæ ramum nullum fundunt, eæ ibi non creſcunt, ſed ab radice. Ita neque pennæ: vſus itaque eſt αὐξάνεσθαι, ἀναφυόμεναι, & γίνεται, & μείζων: omnia ſignificant: negauit αὐξάνεσθαι: attribuit ἀναφύεσθαι, quod eſt plantarum, *fundi*, vnde *fundus*: & apud Poëtam, *fundit opes tellus*: dicit γίνεται: quoniam ex materia ſubminiſtrata fit: dicit μείζων, vt quantitatem additam indicaret, non introſuſceptam. Itaque Theodorus non eſt aſſecutus τὸ γίνεται verbo ſuo *euadunt*: addidit, *ab inciſura* ex Plinio: neque quoque rectè interpretatus eſt μείζων *longiores*. Nam μείζων etiam alteram magnitudinem comprehendit, ſcilicet craſſitiem: vt indicaret ea parte vtrunque adiungi acceſſionis.

CLVI. ARISTOTELES.

Καὶ αἱ λεπίδες δὲ τοῖς ἰχθύσι σκληρότεραι γίνονται καὶ παχύτεραι· τοῖς δὲ λεπτυνομένοις, καὶ τοῖς γηράσκουσι, σκληρότεραι.

Quin etiam piſcibus, qui aut maceſcunt, aut ſeneſcunt, ſquammæ fiunt & craſſiores, & duriores.

CAESAR.

COMPARAT ſquammas iiſdem affectibus quibus pilos præditos eſſe dicebat: quoniam ſupra eandem vtriſque officiorum proportionem attribuerat: dixit craſſiores & duriores: quoniam alterutrum ſine altero eſſe poteſt. Dixit λεπτυνομένοις, per participium, quoniam tranſitum voluit indicare melioris habitudinis ad deteriorem, ſicut tenuitatis, & mollitiæ, ad duritiam & craſſitudinem: feſtiuitatem verò illam Atticam ſemper ſecum habet diuinus vir. παχύτεραι λεπτυνομένοις. * * * *.

Sed illud Latinè conſequi non potuit Theodorus. Nam cùm tractum temporis in induratione ſquammarum cum tractu ætatis vergentis compararet, etiam idem potuit in λεπτυνομένοις. Eſt enim participium præſens continuationem ſignificans, & reſpondens verbo γίνεται. * * * * * * * *.

CLVII. ARISTOTELES.

Καὶ τῶν τετραπόδων δὲ γηρασκόντων πρεσβυτέρων, τῶν μὲν, αἱ τρίχες, τῶν δὲ, τὰ ἔρια βαθύτερα μὲν γίνεται, ἐλάττω δὲ τῷ πλήθει.

Seneſcentibus quoque quadrupedibus vel pilus, vel lana craſſior fit, ſed infrequentior.

CAESAR.

APILIS humanis tanquam à notioribus tranſit ad pilos pecuinos: eorum rationem duplicem narrat. Nam qui duriores ſunt, *pili* dicuntur: quicquid enim eſſet oblongum & teres, ea voce dictum eſt à Latinis è Græcia πῖλοι. Itaque etiam *pila ſaxea*, & *oppilare* verbum Ciceronis in Philippicis. Qui eſſent molliores ἔρια Græcis, *lana* Latinis, non à *laniando*, vt aiunt, quoniam velleretur, ſed à *lenitate*.

Vſus eſt verbo mathematico βαθύτερα, quoniam tertiam dimenſionem profundum appellant in re craſſa. Quam vocẽ ſi barbæ addas, hirſutam atque denſam intelligas: icircò addidit ἐλάττω πλήθει: rationem ſuprà adduximus. Nam materia quæ ſeruit craſſitiei ſubducitur, quominus pili ſint

ſint frequentiores : atque notandum vbique Theodorum *τὸ δασύτεραι hirſutum* interpretari, malè : nam hirtum & hirſutum aſperitatem notat : at δασὺ denſitatem, vnde noſtrum nomen : ſic Columella in VII. *Duo genera ouilli pecoris, molle & hirſutum* : non dixit glabrum & hirſutum.

Idem βαθύτερα peſſimè, *prolixius*, interpretatus eſt : nam hîc comparat eorum craſſitiem cum craſſitie ſuperiorum humanorum, & cum ſquammis.

CLVIII. ARISTOTELES.

Καὶ τῶν μὲν, αἱ ὁπλαὶ, τῶν δὲ, αἱ χηλαὶ, γίνονται γηρασκόντων μείζους.

Vngulæ quoque tam continuæ quàm biſulcæ in ſenecta ætate fiunt maiores.

CAESAR.

Oſſibus potiùs erant comparandæ, & ſupra ponendæ : ſed quia creſcunt in vetulis, oſſa autem non creſcunt, iccircò cum hac affectione maluit ſtatuere, quàm cum ſuo genere.

Theodorus vngulæ nomine ſolo vtraſque comprehendi putauit ſatis: neque addidit differentias ὁπλῆς καὶ χηλῆς : negligenter hîc, qui alibi tam effusè.

CLIX. ARISTOTELES.

Καὶ τὰ ῥύγχη τῶν ὀρνίθων.

Item auium roſtra.

CÆSAR.

Adeò roſtra creſcunt tam aduncis quàm rectis, vt illæ aperire ea nequeant: hæ incommodiùs legant fruges.

CLX. ARISTOTELES.

Αὐξάνονται δὲ καὶ αἱ χηλαὶ, ὥσπερ καὶ οἱ ὄνυχες.

Creſcunt vngulæ ſicut & vngues.

CAESAR.

Aut temerè repetit de vngulis, aut vult oſtendere quale ſit vngularum incrementum : ſed duo incommodant. Nam & roſtra interpoſuit, & comparat vnguibus, de quorum incremento nondum quicquam : fortaſſe inuerſa ſunt verba : αὐξάνονται δὲ καὶ οἱ ὄνυχες ὥσπερ καὶ αἱ χηλαί.

Theodorus peſſimè conſulit philoſophiæ. Nam ὥσπερ nunc dicit, *idem*. Idem incrementum non poteſt eſſe diuerſis. Nam ne genere quidem conueniunt niſi obſcuriſſimo : ſimilitudinem maluit philoſophus, qui ſignatè omnia loquitur.

Quoniam autem de pilis verba fecimus, paucula hæc videamus. Galenus in XI. de *Officio partium*: Barbam ait ob decorem datam viro : negatam fœminæ tanquam animali mutilo, quoniam animo ſit demiſſiore. Vult igitur barbam ad robur animi habere ſigni proportionem. Idem ait barbā datam ad munimentū aduerſum frigus, ſed proptereà ea fœminæ nihil opus eſſe, quę minùs frigore lædi aptam habeat cutē: cùm tamen conueniat ****. Item finē à quo: quia vapores capitis in barbam abſumūtur. Itaque viri quia ſunt calidiores fœminis, duplicē euacuationem habuere comæ & barbæ: fœminæ vnā tantùm, comæ. Dicit quoque Galenus, ſupercilia non creſcere, quia pabulo carent : falſum. Nam quare non creſcimus ſemper nos? neque enim caremus alimento. Quare non ſemper herbæ? at pabulum idem : euulſo ſupercilij pilo alter ſubit.

Quare igitur ea materia quæ præſtolabatur alteri priori non ſeruit? * * * * * * * *. *Multa deſunt.*

CLXI. ARISTOTELES.

Περὶ δὲ τὰ πτερὰ τὰ τῶν ζώων, οἷον τοὺς ὄρνιθας, κατὰ μὲν τὰς ἡλικίας οὐδὲν μεταβάλλει, πλὴν γέρανος· αὕτη δὲ, ὡς τεθεώρηται, γηράσκουσα μελάντερα τὰ πτερὰ ἴσχει.

QVod autem ad animalium alas ſpectat, auis ſecundum ætates nulla mutat eas, præter gruem. Nam hæc in ſenecta nigreſcit.

CAESAR.

HANC partem potuit Theodorus à ſuperioribus quaſi Caput certum ſeparare. Quoniam cùm per initia de ſquammis, & pilis, & cute, ageret, propoſitis non adnumerauit pennas: ſed malè ibi omiſit Ariſtoteles. Nam & cum ſquammis eandem habent proportionem. Et hîc continuat affectus mutationis cum pilis: & ſanè mox ad pilos redit.

Ait ſolam auium gruem mutare pennarum colorem: ſed caſtigat ac præſcribit ætatis finibus. Nam in ſenecta tantum mutat. Tum ponit differentiam. Nam pili caneſcebant: pennæ nigreſcunt grui: hoc autem eget non vna caſtigatione. Nam & omnes mutant eas pennas quæ primæ naſcuntur: & quædam aues ſenecta ætate variare plumas videntur & caneſcere: vt paſſeres, quas albas etiam æſtate vidimus; & capos habuimus nos quorum plumæ in ſenecta caneſcerent. Ratio autem gruum nigreſcentiæ eſt aduſtio in humore, quæ non fit in aliis propter certam temperationem. Melius feciſſet, ſi pennarum modos explicaſſet. Nanque aliquæ ſunt pilo propiores, vt in genere vulturum, & in ætate omnium, quæ iccircò *Plumæ* à Latinis dicuntur, quaſi *Pilumæ*: quo nomine Græci carent: aliquæ rigidiores, & tubo oſſi duritiæ propiores, vt ſtruthocameli: aliquæ teneriores aliquantò: vt quas in alis omnium *Cultellos* vocant venatores: quædam his adhuc inferiores duritia, vt quæ in caudis. Nonnullæ inter illam primam teneritudinem, & earum quæ ſunt in cauda, vt quibus pectus, ac venter veſtitur. Differentia alia à partium diſpoſitione. Quoniam altera parte breuiores ordines ſunt, iique duriores. Tum conſeruntur pili barbulis quibuſdam inter ſe ne aër tranſmittatur. Item differunt figura: curuæ enim omnes ſunt eam in partem quæ fundit pilos longiores: præterquàm in quibuſdam caudis. Nam in Gallis vel maximè ſunt curuæ. Naturam quoque affectionum debuit ponere: ignis enim fugiens maximè eſt pluma. Nam conuoluitur, & reſiliunt partes, & ſtridet, & fœtet plurimùm: maximè autem omnium perdicis, adeò vt conuerſionibus matricum adhibeantur ad ſuffitum.

Nota breuitatem & locutionem aſperiuſculam: περὶ δὲ τὰ πτερὰ τὰ τῶν ζώων, οἷον τοὺς ὄρνιθας. κατὰ μὲν τὰς ἡλικίας οὐδὲν μεταβάλλει. Nam οὐδὲν refertur ad ζώων. Et tamen propiùs erat τοὺς ὄρνιθας: cuius vocis caſus verbi defectus neſcio cuius ſubmonet nos. Non temerè dixit τῶν ζώων: cùm poſſet τῶν ὀρνίθων: vt oſtenderet ſe perſequi ſumma genera τῶν ζώων.

Theodorus omiſit τῶν ζώων: dixit, *nonnulla*: at Ariſtoteles οὐδέν: puto eſſe mendum librariorum.

CLXII. ARISTOTELES.

Διὰ δὲ τὰ πάθη τὰ γινόμενα κατὰ τὰς ὥρας, οἷον ὅταν ψῦχος γένηται μᾶλλον, ἐνίοτε γίνεται τῶν μονοχρόων, ἐκ μελάνων τε καὶ μελαντέρων ἢ λευκοτέρων, λευκά, οἷον κόραξ τε καὶ στρουθὸς, καὶ χελιδόνες· ἐκ δὲ τῶν λευκῶν χροῶν, οὐκ ὦπται εἰς μέλαν μεταβάλλον. καὶ κατὰ τὰς ὥρας δὲ οἱ πολλοὶ τῶν ὀρνίθων μεταβάλλουσι τὰς χρόας· ὥστε λαθεῖν ἂν τὸν μὴ συνήθη.

EVenit autem pro temporum ratione, quemadmodum contentiore frigore: vt ſi qua ſit vnicolor puta, aut nigra, aut fuſca, aut albida, albeſcat aliquando: vt coruus, vt paſſer, vt hirundo: at quæ albæ ſunt, ea non ſunt animaduerſa nigreſcere. Quin etiam anni ſtatis partibus mutantur multarum auium colores adeò, vt niſi ſis peritus, decipiare.

CAESAR.

CAESAR.

NON temerè percurrenda pars hæc eſt. Nam niſi propiùs ſpectes, videatur repetitio, cùm dicit διὰ τὰ πάθη κατὰ τὰς ὥρας: & mox κατὰ τὰς ὥρας: ſed primo loco dicit πάθη, intelligas modum temporum: neque enim hyemem tantùm intelligit, ſed vehementem. Itaque addit μᾶλλον: moderatus eſt ſententiam, ἐνίοτε.

Dixit μονόχροα: quoniam apertiùs conſtat in his. Diuiſit in duo, in nigras, & albas: nigras extendit etiam in fuſcas, & cineritias, quod expreſſit μελαντέρων καὶ λευκοτέρων: quæ ſcilicet plus habent nigredinis quàm albedinis: eam nigredinem tametſi ſit dilata, tamen remitti. Nam ita videri poterat: ſi nigræ remittunt colorem ad vſque fuſcedinem, fuſcas non debuiſſe remittere, quaſi eſſet gradus naturæ quidam ad metam: hanc tollit dubitationem: paſſeres μελαντέρους, ἢ λευκοτέρους intelligebat: ſed ij tantùm non ſunt μονόχροοι: nam ventre albo ſunt: vnde ſtultè paſſerem piſcem putarunt dictum, quoniam dorſo eſſet fuſco, ventre cándido; cum iis enim nomen inuenerit quòd eſſet paſſus: ſed μονόχροα voluit intelligere quæ non eſſent maculoſa, vt aquilæ & accipitres: aut varia, vt pica picus.

Coruum & paſſerem potuit obſeruare: hirundinem hyeme quomodo potuit? Nam æſtate non fiunt frigora, quibus aues mutentur.

Notabis comparationem in minore ſignificatu.

Neſcio an Latinè ſit dictum à Theodoro, *nigra penna in albas tranſeunt*, qui totum illud de ſuo addidit: *cuius rei contrarium*. Idem ὥρας tranſtulit, *temporum viciſſitudines*: ſed malè. Nam & noctis dieique eſt viciſſitudo: nos *ſtatas partes*, id eſt, naturæ legibus certas.

CLXIII. ARISTOTELES.

ΜΕταβάλλουσι δ᾽ ἔνια τῶν ζώων τὰς χρόας τῶν τριχῶν κατὰ τὰς τῶν ὑδάτων μεταβολάς. ἔνθα μὲν γὰρ, λευκὰ γίνεται· ἔνθα δὲ, μέλανα. ταῦτα δὲ καὶ περὶ τὰς ὀχείας ἐστὶν ὕδατα πολλαχοῦ τοιαῦτα, ἃ πιόντα, καὶ ὀχεύσαντα μετὰ τὴν πόσιν, τὰ πρόβατα μέλανας γεννῶσι τοὺς ἄρνας, οἷον ἐν τῇ Χαλκιδικῇ τῇ ἐπὶ τῆς Θρᾴκης, ἐν τῇ Ἀσσυρίτιδι, ἐποίει ὁ καλούμενος Ψυχρὸς ποταμός. καὶ ἐν τῇ Ἀντανδρίᾳ δὲ δύο ποταμοί εἰσιν, ὧν ὁ μὲν λευκὰ, ὁ δὲ μέλανα ποιεῖ τὰ πρόβατα. δοκεῖ δὲ καὶ ὁ Σκάμανδρος ποταμὸς ξανθὰ πρόβατα ποιεῖν. διὸ καὶ τὸν Ὅμηρόν φασιν ἀντὶ Σκαμάνδρου, Ξάνθον προσαγορεύειν αὐτόν.

Pilorum colores in animantibus cum aquarum quoque mutatione mutantur ipſi: alibi candidi, alibi nigri fiunt. Eiuſmodi aquæ multis in locis ſunt, quæ ſi initus tempore potentur à pecore ac mox coëant, nigros agnos efficiant: vt in Chalcidica terra Thraciæ. Quod item fecerit etiam fluuius Aſſyriorum, qui dicitur Pſychrus. In Anandrea quoque duo flumina ſunt, quorum alterius potu oues nigræ, alterius candidæ gignantur. Videntur autem è Scamandro ruffæ prouenire: quam ob cauſſam putant ab Homero eum fluuium pro Scamandro Xanthum, id eſt, ruffum, appellatum.

CÆSAR.

REDIT ad pilorum mutationem à locis: ponit cauſſam particularem ab aquis: ponit tempus, initus: temporis rationem, poſt coitum: ponit diuerſitatem, nigrarum, albarum, & pullarum. Nam pullus color Latinè dicatur neceſſe eſt is quem hîc Xanthum vult vocare. Nam ſi ξανθὸν fluuium velis, vt alibi, interpretari, non poſſis ad pecus accommodare. Nam oues aureo colore quis vidit? Ruffas tamen vertit Plinius in ſecundo, & Vitruuius in VIII. qui ibi addit pecora leucophea naſci ad Xanthum, vnde nomen ſit fluuio: eadem voce quoque vtitur Firmicus. Rutilam quoque lanam in Aſiatico pecore quòd vocent ἐρυθρὸν refert Columella in VII. Ratio autem mutationis ab aquæ qualitate venerit, quæ aut pro originis natura, ſi non longe fluat: aut pro limo, quem tranſit, mutat. Quanquam non parùm confert limi color ex aſpectu, vt etiam in ſacris libris eſt animaduerſum ex patrum illorum veterum impoſtura. Horum autem diuerſitatem & naturam inuenias etiam in lib. de *Miraculis auditis*.

Dixit Homerus ab hominibus fluuium Troianum Xanthum vocari, à paſtoribus ſcilicet, à Dijs autem Scamandrum, ſcilicet à ciuibus Troianis. Nam fluuiorum nomina bina inuenias multorum.

Verba confuſa ſtructura inuenias, cùm dicit: ταῦτα δὲ καὶ περὶ τὰς ὀχείας ἐστὶν ὕδατα: nam etiam extra ὀχείας ſunt,

Chalcidem Thraciæ, ad differentiam aliarum.

Dixit ἐποίει, *faciebat.* Mira temporis apud Græcos natura: ſemper enim ſignificat certam aptitudinem. Nam quod faciebat, etiam faciat: ſic τὸ τί ἦν εἶναι. Et apud poëtam. *Laurus erat*: quod Plinius quoque imitatus eſt. Nos per tempus Latinis item peculiare diximus *fecerit*: ſignat enim expeditam poteſtatem.

Modeſtè ſemper loquitur philoſophus: ἔοικεν αὖ, δοκεῖ, φασίν.

Malè Theodorus omiſit τριχῶν. ſed colores tantùm poſuit. Idem ſic legit, malè. *In terra Aſſyritide agri Chalcidici Thraciæ facit amnis quem Pſychrum vocant.* Idem quoque legit *Antandria.* Sed neque Anandream legimus vſpiam. Antandron ſcimus ciuitatem ὑπὸ τὴν Ἴδην πρὸς τῇ Μυσίᾳ τῆς Αἰολίδος, vt ait Stephanus: eandem nouimus ex Ptolemæo. Sed de duobus fluuijs ne verbum quidem. Sed neque Chalcidem in Thracia neque Pſychri nomen. Cychros lacus Thraciæ refertur à Vitruuio in VIII. Verùm alia proprietate. Plinius in II. in Faliſco omnem aquam potatam candidos boues facere ſcripſit: in Bœotia amnem Melan oues nigras, Cephiſum albas, Penium albas, Xanthum ruffas: vt mirum ſit eum hîc Ariſtotelem non eſſe ſecutum. Sed idem in XXXJ. repetens aquarum miracula, vt ex aliorum libris ad manus venerant, & quia locus ille potius ſpectabat ad miracula. *In Heſtiæotide,* inquit, *ex ſententia Eudici, fontes duos eſſe, Ceronem, ex quo bibentes oues nigræ fiebant: Melan ex quo albæ, ex vtroque variæ.* Fortaſſe mendum eſt, & inuerſa nomina à librarijs: nam μέλας *nigrum* ſignificat; vnde & fluuij Bœotiæ quem diximus, nomen. In Macedonia ad Aliacmonen candidæ, ad Axium nigræ aut fuſcæ. Plura miracula aquarum idem etiam en XXV. refert. Et Vitruuius in VIII. & Athenæus in II. nonnihil. De Crati autem & Sybari Ouidius in XV. *Metamorph. Electro ſimiles faciunt, auróque capillos*: at Theophraſtus Crati candorem, Sybari nigritiam attribuit, quod & Plinius ex ipſius opinione protulit. Sed Strabo in VI. Cratim flauas facere oues & candidas ſcripſit.

CLXIIII. ARISTOTELES.

Τὰ μὲν οὖν ἄλλα ζῶα, οὔτε ἐντὸς ἔχει τρίχας, τῶν τε ἀκρωτηρίων ἐν τοῖς πρανέσιν, ἀλλ' οὐκ ἐν τοῖς ὑπτίοις· ὁ δὲ δασύπους μόνος, καὶ ἐντὸς ἔχει τῶν γνάθων τρίχας [καὶ ὑπὸ τοῖς ποσίν.] ἔτι δὲ καὶ ὁ μυστίκητος ὀδόντας μὲν ἐν τῷ στόματι οὐκ ἔχει, τρίχας δὲ ὁμοίας ὑείαις.

Cætera animantes intus nullos habent pilos. in extremo quoque dorſo habent, non autem in aduerſa dorſo parte: niſi ſolum leporum genus, quod & in bucca pilos habet. Myſticetus quoque dentium loco pilos habet ſuillis ſetis ſimiles.

CAESAR.

NVnc excludit pilos ab ea parte, à qua cutem excluſerat natura. Itaque intus negat pilos eſſe: excipit leporum genus, & Myſticetum: at ne tota quidem cute. Nam in dorſo pedum & manuum tam homo, quàm cætera habent: in aduerſa parte nullos. Excipit leporũ genus, Nam ijs plantæ piloſæ ſunt: vnde & nomen daſypedis.

Quidam putârunt leporem & daſypedem vnum eſſe. Itaque quem nominat hic Ariſtoteles δασύποδα, Trogus vertit *leporem*: verùm alius eſt: quippe cuniculus: ſed nos cautiùs vertimus *leporum genus*, vt ſeruiremus latinitati. Nam eiuſdem generis eſt lepus & cuniculus: & vtróque pedes eodem modo habent.

Breuitas Ariſtotelica etiam faſtidioſa. Namque ἀλλ' οὐκ ἐν τοῖς ὑπτίοις. ὁ δὲ δασύπους μόνος: dixit, ὁ δὲ, pro eo quod eſt, εἰ μή. & poſteà, τὸ καὶ, ſignificat, *quinetiam*, id eſt, *& pedes ſubtus villoſos, & in bucca pilos.*

Ἀκρωτήρια, ſubobſcurè Ariſtoteles. Nam & caput, ἀκρωτήριον eſt. Peſſimè Theodorus, *pedes.* Nam & manus hominis, & pedes ſimiæ comprehendendæ erant. Pollux in quínto, de Alcibiade, qui canis ſui precioſiſsimi caudam abſcidiſſet, dixit, τὸ ζῶον ἀκρωτηριάσαι.

Myſticetum piſcem ait, & *muſculum* conuertit Theodorus. Sed in Plinio nulla mentio. In Ariſtotele nuſquam præterea neque in Æliano quicquam reperi, neque apud Athenæum.

CLXV.

CLXV. ARISTOTELES.

Αἱ μὲν οὖν τρίχες αὐξάνονται ἀποτμηθεῖσαι κάτωθεν, ἄνωθεν δ' οὔ· τὰ δὲ πτερὰ, οὔτε ἄνωθεν, οὔτε κάτωθεν, ἀλλ' ἐκπίπτει.

Pili igitur præſecti non ab ſummo, ſed ab radice creſcunt: alæ autem neque ab imo, ſed ab ſummo.

CÆSAR.

COMPARAT cum pilis pennas: pilos creſcere acceſſione, vt dicebamus, facta ad radicem, non ab ſumma inciſura: pennas neutrobi capere incrementum, ſed excidere: ſed falſum eſt quod ait Ariſtoteles, non augeri tubum pennæ: contrarium enim vidimus: prætereà, non propterea excidunt quia ſunt præſectæ: nam etiam non præſectæ mutantur. Item non omnes præſectæ cadunt: quaſdam enim pennas nunquam mutant aues quædam: vt gallinæ alarum pennas.

CLXVI. ARISTOTELES.

Οὐκ ἀναφύεται δὲ ἐκτιλθὲν, οὔτε τῶν μελιττῶν τὸ πτερὸν, οὐδ' ὅσα ἄλλα τοιαῦτα ἄσχιστον ἔχει τὸ πτερόν.

QVæcunque alas continuas habent, vt apes & alia eiuſmodi, ijs ala ſi euellatur, non renaſcitur.

CÆSAR.

ANALOGVM alis pennatarum ponit in apibus, & alijs, vt ſcarabeis, cicadis: ſic etiam potuit de veſpertilione, qui cutea ala volat.

Nota verbum ἀναφύεται: nam ſi acriùs rem putes, non conuenit: nam penna vulſa ἀναφύεται, ſed alia ſubnaſcitur.

ἄσχιστον, beata vox: at infelix Theodoro, *infiſſa*: nos maluimus, *continuam*: malè item apum πτερὸν *pennam* appellauit: nam quanquam eſt παρὰ τὸ πέτεσθαι vnde *diſpennere*, tamen vſus aliter obtinuit.

CLXVII. ARISTOTELES.

Οὐδὲ τὸ κέντρον, ὅταν ἀποβάλλῃ ἡ μέλιττα, ἀλλ' ἔκτοτε ἀποθνήσκει.

NEque ſi aculeum amittat apes, alter ſubnaſcitur: ſed ex illo perit ipſa.

CÆSAR.

ACVLEVM apum propter communem affectum ponit hîc extra ordinem inter pennas, ſicut extra ordinem quo apum alas: qui tamen de ſanguine prædiτis animalibus loqui tantùm inſtituiſſet: niſi inter pilos numeres, vt ſpinas erinacei, & dentes myſticeti: cum vnguibus certè aculeus commune habet, quòd intra corpus ſit.

Dixit ἔκτοτε: tempus conſequens ſignificat: atque ſi diceret ἐχόμενος ἐστὶν αὐτῇ θάνατος: ſed & cauſſam τὸ ἐκ, Theodorus negligenter interpretatus eſt, *breui*: nos, *ex illo*: vt Ouidius in III. *Metamorph. Et ſolis ex illo viuit in antris*: id eſt, *ex illo tempore*. Phrynichus in *Commentariis ad Cornelianum* non legerat hîc Ariſtotelem, cùm negauit ἔκτοτε rectè dici: ſed ἐξ ἐκείνου. Interpretatus quoque eſt ἀποβάλλῃ, *detracto*: minùs plenè. Nam etiam amittere poteſt, ſi non detrahatur, ſed in ipſa punctura.

CAPVT VNDECIMVM.

De Membranis, Omento, & Veſica.

CLXVIII. ARISTOTELES.

Ἐστὶ δὲ καὶ ὑμένες ἐν τοῖς ζώοις ἅπασι τοῖς ἐναίμοις. ὅμοιος δ' ἐστὶν ὁ ὑμὴν δέρματι πυκνῷ καὶ λεπτῷ. ἔστι δὲ τὸ γένος ἕτερον. οὔτε γάρ ἐστι σχιστὸν, οὔτε τιλτόν.

Sunt etiam in animalibus, quæ ſanguine concreta ſunt, membranæ. Eſt autem membrana ſimilis cuti denſæ & tenui: ſed tamen genus alterum eſt. Nam neque fiſſilis eſt, neque vulſilis.

CAESAR.

NVNC quaſi manuductus à cute tranſit ad membranam; tum propter ſimilitudinem, tum propter officium. Nam vt cutis corpori obducitur, ita membrana oſſibus, magna ex parte. Omnino autem vt cutis, ita membrana tegendi, & continendi officium facit. Itaque naturam ei perſimilem facit, tenuem & ſpiſſam: vt & faciliter teneret, neque occuparet locum; poſteà oſtendit differentias, quibus alio in genere quàm cutis cenſeatur. Quoniam inquit, neque fiſſilis ſit, neque vulſilis, quorum vtroque prædita cutis eſt: ponit in ſummo tria genera membranarum. Commune genus, & omentum, & veſicam. In primo genere multos ponit modos. Quare hæc Capita non ſunt ſeparanda vt fecit Theodorus. Ac de vulſili quidem nemo dubitet: membrana enim pilum non generat: de fiſſili autem neſcio. Nam finditur cultello. Quod ſi intellexit non habere quaſi villorum tractum per quem diſtracta ſcindatur: id quoque non omnis cutis habet: ac neſcio an quæpiam habeat.

Dixit ἕτερον γένος, non autem ἄλλο, vt oſtenderet non multùm diſtare.

Theodorus τιλτὸν peſsimè, *euulſile*. Nam pilus eſt vulſilis & euulſilis: vellitur enim & euellitur: at cutis vulſilis tantùm: *vt vulſum Lydium* vocat Plautus: at non eſt euulſilis: nam præpoſitio, *è*, locum vnde ſignificat: at ipſa locus eſt quo pili euelluntur. Quanquam *vellere, trahere* ſignificat propria & priſca ſignificatione, *vα, ἕλω*. Nam veteres non geminabant conſonantes in verbo *vello*. Itaque etiam membrana tractilis eſt, habet enim τάσιν. Quare τιλτὸν eſt *depilatile*.

CLXIX. ARISTOTELES.

Περὶ ἕκαστον δὲ τῶν ὀστῶν, καὶ περὶ ἕκαστον τῶν σπλάγχνων, ὁ ὑμήν ἐστι, καὶ ἐν τοῖς μείζοσι, καὶ ἐν τοῖς ἐλάττοσι ζώοις· ἀλλ' ἄδηλοι ἐν τοῖς ἐλάττοσι, διὰ τὸ πάμπαν εἶναι λεπτοὶ καὶ μικροί.

Amicta ſunt omnia, tum oſſa, tum viſcera, membranarum genere, tam paruis quàm maioribus animalibus. Quanquam in minoribus obſcuriores ſunt propter vehementem & tenuitatem, & exiguitatem.

CAESAR.

SVPRA ſubſtantiam, nunc officium declarat tegendi oſſa & amiciendi viſcera. Dixit πάμπαν laxè nimis. Neque enim in minoribus omnimodam aſſecutæ ſunt membranæ tenuitatem; ſed in minimis tantùm. Nam inter eas modus quidam eſt. Quis igitur dicat in omnibus extremam illam tenuitatem? Theodorus πάμπαν, *ad modum*: at ad modum tenue eſt quod mediocriter tenue eſt: modum habet tenuitatis: at non omnimodam. Poſuit duas cauſſas impedientes ſenſum, tenuitatem & paruitatem. Nam tenuitas paruitas eſt τῆς βαθύτητος.

CLXX. ARIST.

CLXX. ARISTOTELES.

Μέγιστοι δὲ τῶν ὑμένων εἰσὶν, οἳ τε περὶ τὸν ἐγκέφαλον δύο· ὧν ὁ περὶ τὸ ὀστοῦν, ἰσχυρότερος καὶ παχύτερος τοῦ περὶ τὸν ἐγκέφαλον.

Maxima omnium membranarum duæ ſunt quæ cerebrum ambiunt. Quarum altera quæ ſub circuitu oſsis eſt robuſtior, & craſsior eſt, quàm quæ obducitur cerebro.

CÆSAR.

NVnc genera membranarum. Duas agnoſcit ad cerebri munimentum, quas iccircô medici *matres* appellant. Earum in fotu cerebrum in tuto eſt: ponit differentias. Nam craſsior læſiſſet cerebrum, interpoſita eſt ea, quam iccircô *piam* vocant elegantiſsimè: ſed falſum eſt eam membranam eſſe maximam: nam quæ circum cranium eſt, ea eſt ijs maior: continet enim ea quæ illas continent: os ipſum ſcilicet.

Nota locutionem περὶ τὸ ὀστοῦν: vt τὸ περὶ τὸ ὀστοῦν, non ſemper ſignificet ambitum exteriorem. Nam dura mater, ſub oſſe eſt, non ſuper.

Theodorus more ſuo περιφράζει, ἀλλ' οὐ μεταφράζει, *cerebrum opertum munitur*: tum multis verbis non explet, τὸ περὶ ἐγκέφαλον: *contigua cerebro*, ſaltem addidiſſet *tota* aut, *toti*. Nam contigua eſt cartilago oſsi, ſed non toti: neque eſt περί.

Prætereà falſum eſt hærere oſsi duram matrem: tumeſcit enim & reſidet cerebrum cum lunæ ſimul diſpendiis, aut incrementis.

CLXXI. ARISTOTELES.

Ἔπειθ' ὁ περὶ τὴν καρδίαν ὑμήν.

Deinde quæ operit cor.

CAESAR.

NEque hoc verum eſt: nam quæ hepar ambit longè eſt maior.

CLXXII. ARISTOTELES.

Διακοπεὶς δὲ οὐ συμφύεται ψιλὸς ὑμήν.

Præciſa membrana ſola non coaleſcit.

CAESAR.

NVnc * *. communis affectus cum cartilagine & cute. Dixit ψιλὸς, vbi ſcilicet nuda eſt à carne: ſed fit porus.

Theodorus ψιλὸν, *ſinceram* dixit: ſed ſincera vbique eſt non miſta.

CLXXIII. ARISTOTELES.

[Καὶ] ψιλούμενα τὰ ὀστᾶ τῶν ὑμένων, σφακελίζει.

Nudata oſſa membranis ſuis ſiderantur.

CAESAR.

NVnc ab vtilitate. σφάκελος autem quid ſit videre eſt apud Hippocratem, Galenum, & Æginetam. Et in plantis apud Theophraſtum, & *ſideratio* apud Plinium.

Non

Non eſt otioſum τῶν, ſed ſignificat ſuas membranas: poſuit item σφακελίζει, pro σφακελίζεται, vt μεταβάλλει pro μεταβάλλεται.

CLXXIV. ARISTOTELES.

Ἔστι δὲ καὶ τὸ ἐπίπλοον ὑμὴν. ἔχει δ᾽ ἐπίπλοον ἅπαντα τὰ ἔναιμα· ἀλλὰ τοῖς μὲν, πῖον, τοῖς δὲ, ἀπίμελόν ἐστιν· ἔχει δὲ καὶ τὴν ἀρχὴν καὶ τὴν ἐξάρτησιν, ἐν τοῖς ζωοτόκοις καὶ ἀμφόδουσιν, ἐκ μέσης τῆς κοιλίας, ᾗ ἐστιν οἷον ῥαφή τις αὐτῆς· καὶ τοῖς μὴ ἀμφόδουσι δὲ, ἐκ τῆς μεγάλης κοιλίας ὡσαύτως.

Habent præterea omentum omnia animalia quæ ſanguine concreta ſunt, alia pinguius, alia macrius: eius initium à medio ventre, in ijs quæ animal pariunt, atque vtraque mox illa dentata ſunt cui parti appenſa ſunt, vbi eius ſutura quoque quaſi quædam extat. Quæ autem ſuperioris maxillæ primores non habent dentes, in ijs à maiore ventre oritur eodem modo.

CAESAR.

ALTERVM genus membranæ expedit: declarat in quibus ſit: quale ſit, eius initium, eius dependentiam, diſtinguit genera, dat ſigna originis, vbi eſt ſutura.

Nota in lepore qui tamen dentes ſuperiores primores habet, à maiore ventre dependere omentum: Corrige ᾗ ἐστιν ſic: ᾗ ἐστι.

Theodorus, *altero dentium ordine carent*, falsò: neque enim carent ordine, ſed quorundam dentium defectu ordo interruptus eſt: neque enim omnibus dentibus carent, & quæ ordinatos dentes habent.

CLXXV. ARISTOTELES.

Ἔστι δὲ καὶ ἡ κύστις ὑμενώδης μὲν, ἄλλο δὲ γένος ὑμένος· ἔχει γὰρ τάσιν.

Membranacea quoque veſica eſt: quanquam alio genere membrana: diſtendi enim poteſt.

CAESAR.

AD tertium ſe confert membranæ genus, quod facit potius quàm natura ait repreſentare membranam. Itaque dixit ἄλλο γένος, non ἕτερον: declarat rationem differentiæ, quoniam ἔχει τάσιν: ſed imprudenter nimis locutus eſt diuinus vir, nam cerebri membranæ ἔχουσι τάσιν: extenduntur enim & contrahuntur ad incrementa cerebri.

Non malè dixit Theodorus veſicam eſſe *membanam*: ſed tamen Ariſtoteles dixit ὑμενώδης. Item minus bene addidit: *ingenuè*.

CLXXVI. ARISTOTELES.

Ἔχει δὲ κύστιν οὐ πάντα, ἀλλὰ τὰ μὲν ζωοτόκα πάντα· τῶν δ᾽ ᾠοτόκων, ἡ χελώνη μόνον.

Quæ animal pariũt ea ſola veſicã habent, cætera nullam, præter vnam teſtudinem ex ouiparis.

CAESAR.

DIſtinguit differentiam veſicarum per potentiam ἔχειν: per genera.

Nota χελώνη μόνον: aduerbium enim eſt.

CLXXVII. ARISTOTELES.

Διακοπεῖσα δὲ οὐδ᾽ ἡ κύστις συμφύεται, ἀλλ᾽ ἢ παρ᾽ αὐτὴν τὴν ἀρχὴν τοῦ οὐρητῆρος, εἰ μή τι πάμπαν σπάνιον· γέγονε γάρ τι ἤδη τοιοῦτον

Præciſa veſica non coaleſcit, niſi ad ipſa principia ceruicis, niſi raro omnino. Nam ſanè aliquando euenit hoc.

CAESAR

CAESAR.

QVOD dixerat de oſſe, cartilagine, membranis in ſuperioribus: nunc attribuit etiam veſicæ: ponit differentiam partium in veſica: ponit etiam euentum.

Theodorus multa verba appoſuit: ſed in noſtro codice nulla ea ſunt.

CLXXVIII. ARISTOTELES.

Τεθνεώτων μὲν οὖν οὐδὲν δίεισιν ὑγρόν· ἐν δὲ τοῖς ζῶσι. καὶ ξηρὰς συστάσεις, ἐξ ὧν οἱ λίθοι γίγνονται τοῖς κάμνουσιν. ἐνίοις δ' ἤδη καὶ τοιαῦτα συνέστη ἐν τῇ κύστει, ὥστε μηδὲν δοκεῖν διαφέρειν κογχυλίων.

IN defunctorum veſicas nihil humoris demittitur: in viuis etiam ſiccæ fiunt concretiones, ex quibus fiunt calculorum morbi: aliis eiuſmodi materia conſtitit, quæ nihil videretur à teſtacea differre.

CÆSAR.

MEDICORVM progreſſus initium capiunt à Philoſopho naturali. Itaque nunc vitium vnum veſicæ ponit, diuiditque in duo, in calculum & teſtam: ſed nos etiam vermes vidimus, partim viuos, partim mortuos maximis globis complexos, atque ex ipſis interitum: verùm equidem nullam queo cauſſam comminiſci, qua ſit adductus Philoſophus, hîc vt de cadaueribus faceret mētionē. Vrina non tranſmittitur, quia non opus habet purificatione ſanguis, neque enim iam ſanguis eſt. Hæc eſt ratio finalis: virtus ſegregans, & mundans, & recipiens eſt extincta: Hæc eſt ratio efficiens: ſanguis concretus eſt, ratio materialis, calor vitalis abeſt, ratio formalis. Cæterùm vrina in cadaueris veſica iam eſſe poteſt neque exire: vt in iis qui mota mente moriuntur: vt quibus ceruix coaluit: vt quibus lapis, aut muccus, aut vermes obiecti ſunt. Quid igitur intellexit cùm diceret in cadaueribus nihil humoris percolari in veſicam? ſanè neſcio quemnam ad finem ſic ſit locutus. Niſi velit dicere, calore viuentium eiuſmodi impedimenta concreſcere in veſica.

Dixit συστάσεις, & συνέστηκεν: *concrementa* dixit Theodorus, vt rem indicaret. Nam concretio potius actionem indicare videbatur. Poſteà dixit *conſtiterunt*: quoniam non effluxerunt: vtrumque optimè: ſic & in decimo *Hiſtoriarum* de ſemine: οὐ συνίστη ἐν ταῖς ὑστέραις. Dixit quoque ξηρὰς ad differentiam vrinæ. Nam ex pituita miſta bili & percocta fiunt lapides.

Locutio elegans, ἐξ ὧν οἱ λίθοι γίγνονται τοῖς κάμνουσι, tetigit materiam: dixit οἱ, ſcilicet illi certè lapides: poſuit creationem in tempore, γίγνονται. Dixit κάμνουσι, vt indicaret lapidis rationem eſſe præter naturam: non præter naturam totam, ſed valetudinem tantùm.

CAPVT DVODECIMVM,

De Carne.

CLXXIX. ARISTOTELES.

ΠΕρὶ μὲν οὖν φλεβὸς, καὶ νεύρου, καὶ δέρματος, καὶ περὶ ἰνῶν καὶ ὑμένων, ἔτι δὲ καὶ περὶ τριχῶν καὶ ὀνύχων, καὶ χηλῆς, καὶ ὁπλῆς καὶ κεράτων, καὶ ὀδόντων, καὶ ῥύγχους, καὶ χόνδρου, καὶ ὀστῶν, καὶ τῶν ἀνάλογον τούτοις, ἔχει τόνδε τὸν τρόπον.

VEnarum, neruorumq́; ac cutis naturā; tū quid eſſet fibra, atq; mēbrana: præterea de pilis, vnguibus, vngulis, vel cōtinuis, vel biſulcis, cornibus, dētibus, roſtris, oſſe, cartilagine, & quicquid horum vice conſtitutum eſt ſuperiori narratione explicauimus. Nunc verò de carne diſſeramus.

CAESAR.

CAESAR.

HInc colligimus inſectationis inſtinctu actum Auerroëm non iudicio damnaſſe eos qui in capita, ac ſectiones diuiderent libros, Auicenam innuentem quem odiſſet. Sunt enim neceſſariæ diuiſiones, neque intellectus imbecillitatem indicantes, vt dicebat ille, ſed acumen & iudicium conſummatum. Arabes enim qui ingenio ſunt admirabili, & à quibus Græci omnem ſapientiam ex Ægypto & Aſſyria exceptam inſtituêre, hîc vnum feciſſent tractatum. Quoniam hæc membra quodammodo conueniunt: ſed quia non vna ſunt, in certa capita diſtinxiſſent: ſequuti philoſophum, qui cùm & diuerſa profiteretur, & quodammodo vnum: & ſeorſum de ſingulis diſputauit, & hîc ex epilogo in vnum coëgit. Nota in magna congerie modum feſtiuum narrationis: περὶ μὲν. καὶ περί. ἔτι δὲ καὶ περί.

CLXXX. ARISTOTELES.

Σὰρξ δὲ, καὶ τὸ παραπλησίαν ἔχον τὴν φύσιν τῇ σαρκὶ, ἐν τοῖς ἐναίμοις πᾶσίν ἐστι μεταξὺ τοῦ δέρματος καὶ τοῦ ὀστοῦ, καὶ τῶν ἀνάλογον τοῖς ὀστοῖς. ὡς γὰρ ἡ ἄκανθα ἔχει πρὸς τὸ ὀστοῦν, οὕτω καὶ τὸ σαρκῶδες πρὸς τὰς σάρκας ἔχει τῶν ἐχόντων ὀστᾶ καὶ ἀκάνθας.

CAro, carniq́; proximā quacunq́; naturam gerunt, in omnibus inſunt animantibus quæ ſanguine cōcreta sūt, eáq́; ſuſa inter cutē & oſſa, oſſiúmq́; vicarias partes. Nam qua ratione refertur ſpina ad oſſa, ita inter ea quæ os & ſpinam habent, eadē ratione pulpa illa carniformis ad carnem refertur.

CÆSAR.

CArnem non definit: ſed tamē definitionis iacit fundamēta, cùm in ſanguine cōcretis animalibus eſſe dixit. Quaſi caro ſit percoctus ſanguis: ponit locum vt officium indicaret: inter cutem & oſſa: ad explendū ſcilicet, & figurandum. Quoniam autem analogum oſſis ſupra poſuit, ſpinam: ita nunc carnis analogum ponit ſine nomine, quod σαρκῶδες vocet. Neque enim vera caro eſt in piſcibus, ſi cum noſtra conferatur. Tunc argumentemur ſicut ſupra fecimus: ſi ſpina non eſt os, neque pulpa piſcium caro: ergo neque eorum ſanguis, ſanguis erit: * * *

Theodorus malè addidit pronomen, cùm dixit: *caro hæc*: rectè σαρκῶδες carnis æmulum, nos *pulpam*. Idem τὸ, *illud*, rectè.

CLXXXI. ARISTOTELES.

Ἔστι δὲ διαιρετὴ ἡ σὰρξ πάντῃ, καὶ οὐχ, ὥσπερ τὰ νεῦρα καὶ αἱ φλέβες ἐπὶ μῆκος μόνον.

ESt autem caro apta ad ſecandum quoque verſus, non in longum tantùm, quemadmodum nerui & venæ.

CAESAR.

PErſequitur capita potentiarum vt fecit in aliis, comparauit cum neruis. Itaque dixit διαιρετὴ, cùm illa diceret σχιστά. Et addit πάντῃ: vt non ſolùm in lōgum & in latum, ſed etiam in tranſuerſum diceret decuſſationem: ſic enim πάντα τὰ ζῷα primo cæli. Hoc cùm dicit, declarat partium ſitum æqualem & mollitudinem: eſt enim affectio facile ſectilium.

CLXXIXI. ARISTOTELES.

Λεπτυνομένων οὖν τῶν ζώων ἀφανίζονται, καὶ γίγνονται φλεβία καὶ ἶνες· εὐβοσίᾳ δὲ πλείονι χρωμένων, πιμελὴ ἀντὶ σαρκῶν.

ANimalia cùm maceſcunt abit caro, & venulæ extant ac fibræ. Largiùs autem cùm aluntur, in carnis locum gignitur pinguedo.

CAESAR

CÆSAR.

NVNC deſcribit mediocrem, ac temperatam naturam carnis: quippe quæ ex ſanguinis temperatiſſimi humore fiat. Itaque duobus extremis amitti carnem declarat, & inedia, & heluatione. Nam qui cibo abſtinent, ſubtracta materia ſanguinis perit caro: neque ſubcreſcit. Contrà qui lurcones pingueſcunt: frigeſcit enim ſanguis nimio cibo, ſuffocato calore naturali.

Obſcurè locutus eſt *ἀφανίζονται* & *γίνονται φλεβία*: videtur enim vtrumque verbum ad *φλεβία* duci: ſed *σάρκας* interpretandum eſt.

Dixit *γίνονται*: minus rectè, neque enim fiunt aut generantur, ſed emergunt: verùm ſignatiſſimè in diminutiuo flexu, *φλεβία*. Quoniam craſſiores venæ ſemper apparent aliquæ alicubi, etiam in integrioribus. Itaque addit *ἶνες*: quoniam nerui robuſtiores etiam iiſdem alicubi apparent vt in collo, & cubitu & poplite: ſic etiam infrà de ſanguine: *ὅπου δ' ἂν τις διέλῃ τὴν σάρκα γίνεται αἷμα ἐν ζῶντι.*

Theodorus *extenuatur & gracileſcit: μινύθει καὶ κάρφεται*: ſed tamen fieri poterat: at illud non poteſt. Cùm dixit carnem tranſire in venulas & fibras. Nunquam enim caro fit vena aut fibra: ac quanquam videtur hoc dicere Philoſophus, tamen falſum eſt. Nam venulæ in carne ſunt meatus illi, & fibræ à principiis ortus noſtri, ac nobiſcum intereunt. Neque rectè *εὐβοσία* hic *pabuli copia*: neque enim pabulum de homine: At hîc generatim loquitur.

CLXXXIII. ARISTOTELES.

Εἰσὶ δὲ τοῖς μὲν ἔχουσι τὰς σάρκας πολλὰς, αἱ φλέβες ἐλάττους & τὸ αἷμα ἐρυθρότερον, & τὰ σπλάγχνα & κοιλία μικρά· τοῖς δὲ τὰς φλέβας ἔχουσι μεγάλας, καὶ τὸ αἷμα μελάντερον, καὶ σπλάγχνα μεγάλα, καὶ κοιλία μεγάλη, αἱ δὲ σάρκες ἐλάττους.

Carnoſioribus minores ſunt venæ, ſanguis rubentior, viſcera & venter paruus. At quibus venæ maiores; ſanguis nigrior, viſcera magna, venter magnus, carnis minus.

CÆSAR.

VALLA *corpulentiores* interpretatus eſſet. Sanè Cicero *corpus* appellat *carnem*. Sed in Philoſophia ſubtiliùs loquendum eſt. Ratio apoteleſmatis eſt: quibus plus carnis eſt, iis plus loci occupatur; itaque venæ coarctantur, & viſcera & venter: contrarius habitus macilentis, quibus ſanguis nigricantior, quia magis coctus. Duo membra ſunt apoteleſmatis contraria, & contrario modo collecta: prius à cauſſa ad effectum, alterum ab effectu ad cauſſam.

Locutio *σπλάγχνα μεγάλα, κοιλία μεγάλη*, Attici ita repetunt, nobis quoque non eſt indecorum. In *Rhetoricis* apud eundem Philoſophum: *δεῖ τὸν βασιλέα τὸν μέγαν, δεῖ τὸν χειμῶνα τὸν μέγαν*. Theodorus maluit variare.

Dixit *σάρκας* in plurali, non ſolùm propter conſuetudinem, ſed etiam vt omne genus comprehendat.

In macris maiorem ventrem dicit: non intelligit aquaticulum, vt ille dicit extantem ſexquipedem, ſed ſpacium: interiorem capaciorem. Itaque malè dixit *μεγάλη*. Theodorus *auctior*: nam pinguibus auctior venter eſt.

CLXXXIIII. ARISTOTELES.

Γίνονται δὲ κατὰ σάρκα πίονα τὰ τὰς κοιλίας ἔχοντα μικράς.

Pinguiore carne ſunt qui ventrem paruum habent.

CÆSAR.

POterat quiſpiam, vt deducebamus, ſuſpicari, eſſe integram cauſſam paruitati ventris, multitudo carnis occupantis ipſum. Tollit hanc dubitationem hoc aphoriſmo: aitque pingueſcere

ea quæ paruum habent ventrem. Si igitur præeſt ventris paruitas,atque inde pingueſcant, hæc illius cauſſa non eſt. An melius coquunt,itaque aluntur? an deterius,itáque pingue ſit: non caro? An id falſum eſt? Edaces enim, multique cibi homines, modico ventre quomodo tantum cibi poſſunt helluari quantum ſit ſatis tribus? icircò dixit κατὰ σάρκα,vt intelligamus corpulentiores, quoniam optimè concoquunt, & plus habent carnis, quàm macri: plus bonæ carnis, quàm adipales.Itaque infrà diſtinxit: τὰ μὲν κατὰ σάρκα ἐστι πίονα, τὰ δὲ ἀφωρισμένως.

CAPVT DECIMVVM, TERTIVM.

De Adipe & Seuo.

CLXXXV. ARISTOTELES.

Πιμελὴ δὲ καὶ στέαρ διαφέρουσιν ἀλλήλων. τὸ μὲν γὰρ στέαρ, ἐστὶ θραυστὸν πάντῃ, καὶ πήγνυται ψυχόμενον· ἡ δὲ πιμελὴ, χυτὸν καὶ ἄπηκτον· καὶ οἱ μὲν ζωμοὶ οἱ τῶν πιόνων, οὐ πήγνυνται, οἷον ἵππου καὶ ὑός· οἱ δὲ τῶν στέαρ ἐχόντων. πήγνυνται, οἷον προβάτου καὶ αἰγός.

Adeps autem & ſeuum inter ſe differunt. Seuum quauis parte fragile eſt, & frigore cogitur: at adeps liquidus, neque aptus gelaſcere. Itaque iuſcula de adipalibus non concreſcunt, vt ex equo & ſue: de ijs quæ ſeuum habent, concreſcunt,vt ouis & capra.

CAESAR.

VNo Capite duo ſimillima tractat, ita vt ſuam cuique naturam præſcribat: cùm dixit, ψυχόμενον gratum fecit nobis. Nam *concreſcere* noſtrum, non ſolùm habet frigus autorem,quippe à creſcendo: at ipſe non habuit neceſſe,niſi vt cauſſam poneret: nam πήγνυται frigus tantùm indicat: at verum non eſt adipem non gelaſcere, vel galinæ vel ſuis:ſed voluit comparare per magis & minus.

Πήγνυται toties repetiit.Theodorus variauit; *reſiſtit frigori*: non vt frigus eſt frigus. Nam etiam calidiora gelaſcunt, vt vinum. Sed non admittit frigus: multa autem ſunt verba interpretantia πήγνυσθαι,*coïre*: *coit formidine ſanguis*: Virgilius, *conſiſtere*: *flumina gelu conſtiterint acuto*,Horatius:dureſcere,congelaſcere,cogi: vt *caſeum* interpretatus eſt Varro,*à coactu.*

Melius nos iuſcula *de adipalibus ſeu pinguibus*, quàm Theodorus,*pinguium*, neque enim ius eſt animalis,ſed de animali.

CLXXXVI. ARISTOTELES.

Διαφέρουσι δὲ καὶ τοῖς τόποις. ἡ μὲν γὰρ πιμελὴ, γίνεται μεταξὺ δέρματος καὶ σαρκός· στέαρ δὲ οὐ γίνεται, ἀλλ᾽ ἢ ἐπὶ τέλει τῶν σαρκῶν· γίνεται δὲ καὶ τὸ ἐπίπλοον, τοῖς μὲν πιμελώδεσι, πιμελῶδες· τοῖς δὲ στεατώδεσι, στεατῶδες.

Locis quoque differunt. Adeps namque inter cutem & carnem gignitur. ſeuum non ibi, ſed ad extrema carnis. At Omentum adipe præditis adipaceum eſt, ſeuo pinguibus, ſenaceum.

CÆSAR.

SVPRA à ſubſtantia, nunc à loco:differentiam in ſecunda parte apoteleſmatis oſtendit loci communitatem.Quoniam in omento par ſit vtriuſque ratio.

Vſi ſumus Apuleij verbo neceſſario,*ſenaceum.*Nam ſeuum,& ſebum,& ſepum,idem: vt apud Athenæum, piſtacia, biſtacia, phiſtacia. Ita etiam nunc phiſtica vocant pharmacij. Theodorus maluit,*ſebale,& adipeum.*At *adipale* Ciceronianum erat.

CLXXXVII.

CLXXXVII. ARISTOTELES.

Ἔχει δὲ τὰ μὲν ἀμφόδοντα, πιμελήν· τὰ δὲ μὴ ἀμφόδοντα, στέαρ.

Quæ vtraque maxilla æquè dentata ſunt, adipem habent: quæ dentibus primoribus ſuperioribus carent, ſeuum.

CÆSAR.

HOc etiam ſubtiliùs, ἀμφόδοντα. Nam neque vtráque dentata dices; quoniam dextram & ſiniſtram maxillæ partem intelligam. Neque vtráque maxilla: quoniam omnia animalia vtráque maxilla dentata ſunt, ſed æquè. Carent enim ſuperioribus: * * * * *.

CLXXXVIII. ARISTOTELES.

Τῶν δὲ σπλάγχνων τὸ ἧπαρ ἐν ἐνίοις τῶν ζώων γίνεται πιμελῶδες, οἷον τῶν ἰχθύων ἐν τοῖς σελάχεσι· ποιοῦσι γὰρ ἔλαιον ἀπ' αὐτῶν, ὃ γίνεται τηκομένων· αὐτὰ δὲ τὰ σελάχη, ἐστὶν ἀπιμελώτατα καὶ κατὰ σάρκα καὶ κατὰ κοιλίαν, κεχωρισμένῃ πιμελῇ.

Quibuſdam in animalibus ex viſceribus iecur pingueſcit adipe, vt inter piſces cartilagineis. Namque ex iis colliquatis faciunt oleum. Carnem autem hæc pinguiſſimam habent, & ventrem ſeorſum diſpoſito adipe.

CAESAR.

A Partibus animalium rara natura. Nam iecur alia pingue non habent: ponit ſignum, faciunt, inquit, oleum: ponit duo genera pinguedinis in iiſdem cartilagineis: & in carne, & ſeparatim.

Aduertendum eſt, hunc locum mendoſum videri; quam tamen lectionem ſecutus eſt Theodorus: αὐτὰ δὲ σελάχη ἐστὶν ἀπιμελώτατα καὶ κατὰ σάρκα καὶ κατὰ κοιλίαν κεχωρισμένη πιμελή puto ego legendum πιμελώτατα & in tertio caſu κεχωρισμένῃ πιμελῇ: agit enim hîc de ijs quæ partim in ventre, partim ſub carne pingueſcunt, partim vtrobique veluti σελάχη. Itaque ſeorſum diſcreto adipe, & in ventre, & ſub carne fieri pinguiſſima: pinguiſſima enim ſunt cartilaginea, & maxime viſcida.

CLXXXIX. ARISTOTELES.

Ἔστι δὲ καὶ τὸ τῶν ἰχθύων στέαρ πιμελῶδες, καὶ οὐ πήγνυται.

Piſcium ſeuum adipale eſt, neque concreſcit.

CAESAR.

MOdos nunc ponit in ſpecie, & vtriuſque communitatem ex tranſitu naturæ vnius in alteram.

XC ARISTOTELES.

Καὶ πάντα δὲ τὰ ζῶα, τὰ μὲν, κατὰ σάρκα ἐστὶ πίονα· τὰ δὲ, ἀφωρισμένως.

Omnia animalia aut pingue ſuum in carne habent, aut ſeparatum.

CÆSAR.

POnit differentiam à locis in eadem natura: quia perdices nunquam pingue habent ſeparatum, ſed in carne: idem & lepores.

CXCI. ARISTOTELES.

Ὅσα δὲ μὴ ἔχει κεχωρισμένην τὴν πιότητα, ἧττόν ἐστι πίονα κατὰ κοιλίαν καὶ ἐπίπλοον, οἷον ἔγχελυς· ὀλίγον γὰρ στέαρ ἔχουσι περὶ τὸ ἐπίπλοον. τὰ δὲ πλεῖστα, γίνεται πίονα κατὰ τὴν γαστέρα, καὶ μάλιστα τὰ μὴ ἐν κινήσει ὄντα τῶν ζώων.

Quæcunque pingue ſeparatum non habent, minùs pinguia ſunt ad ventrem & omentum, vt anguillæ : exiguum enim ſeuum habent circa omentum. Maxima tamen pars pingueſcunt ſecundùm ventrem, præſertim otioſa.

CAESAR.

SI pingue ſeparatum eſt ad ventrem, ergo quæ pingue hoc non habent, ad ventrem non habebunt. Eſt demonſtratio. Ponit exemplum anguillarum, & earum adipem appellat ſeuum. Comparat duas ſpecies pinguedinis: eam quæ cum carne eſt, & eam quæ ſit ſeparata: hanc dixit frequentiorem, & pluribus in animalibus. Addit etiam cauſſam: quietem. Sanè quæcunque ventre pingueſcunt, etiam alterum pingue illud habent: non autem è contrario.

Poſuit κοιλίαν & γαστέρα pro eodem: & nimis laxè locutus eſt: τὰ μὲν ἐν κινήσει ὄντα. Nam omnia animalia ſunt ἐν κινήσει: niſi velit dicere de gliribus qui ſomno pingueſcunt. Omnino mitiganda fuerat oratio. Nos diximus, *otioſa*: Theodorus addidit, *parùm*.

CXCII. ARISTOTELES.

Οἱ δ᾽ ἐγκέφαλοι, τῶν μὲν πιμελωδῶν, λιπαροί, οἷον ὑός· τῶν δὲ στεατωδῶν, αὐχμηροί.

Adipalium cerebella pinguia, vt ſuis : eorum quæ ſeuum habent, ſicca.

CAESAR.

QVONIAM medulla quæ eſt in cæteris oſſibus, & quæ eſt in capitis alueo, haud procul à natura eſt tam ſeui, quàm adipis, iccircò differentiam ponit cerebri, à ſubſtantia.

Habemus πίονα μηρία apud Homerum, & λιπ᾽ ἔλαιον: vtrunque pingue ſignificat. Itaque ad πιμελὴν retulit λιπαρὸν : ad ſeuum autem quod eſt minùs liquidum, & conſtantius: αὐχμηρὸν *ſqualidum* interpretatur Theodorus: malè.

Illud quoque malè idem dixit: *pingueſcentium*, nam etiam non pingueſcentes πιμελώδη ſunt. Etenim interdum ſignificat abundantiam ille flexus vocis, vt σαρκώδης, *corpulens*. Interdum ſubſtantiam & ratione ſpeciei: id eſt, ad quod id pertineat, vt σαρκώδεις ſunt quadrupedes quæ animal pariunt, inſecta autem non: id eſt, id quod illæ caro dici meretur: non quod inſecta habent. πιμελώδη hîc dicit ea animalia, quæ quanquam pinguia non ſunt, tamen habent πιμελὴν non στέαρ: etiam macra habent aliquid adipis, aut aliquid ſeui. In quibus cerebella inuenias in illis nitidiora, in hîs, aridiora.

CXCIII. ARISTOTELES.

Τῶν δὲ σπλάγχνων περὶ τοὺς νεφροὺς μάλιστα πίονα γίνεται τὰ ζῶα. ἔστι δ᾽ ἀεὶ ὁ δεξιὸς ἀπιμελώτερος· κἂν σφόδρα πίονες ὦσιν, ἐλλείπει τι ἀεὶ κατὰ τὸ μέσον.

Quod ad viſcera attinet, quæ loca circum renes ſunt in animalibus euadunt pinguiſſima: ſed dexter minùs pinguis eſt. Ac quanquam præpingues fuerint, tamen aliquid in medio eſt ſemper.

C Æ S A R.

Vt intra carnes & extra ſeparatum pingue diſcreuerat, ita intra viſcera & extra. Nam hepar quorundam pingue dixit: nunc oſtendit extra renes: poſita hac differentia cum cæteris membris: nunc inter eos ponit modum: nam dexter minùs pinguis. Eſt enim altior & proprior iecori. Itaque à calore ſoluitur pinguedo. Quoniam autem putaret aliquis obduci penitùs renes, tollit hanc ſuſpitionem, aitque etiam in pinguiſſimis relinqui aliquid vacui à pinguedine. Itaque expleuit prouerbium, *auaros eſſe renes, qui circumfuſa pinguedine multa, ipſi ne tantilla quidem vtantur.*

Seruius negat *pinguedinem* Latinum eſſe: tamen Plinius vtitur: quin & *pinguitudinem* dixit in Hiſtoria blattarum lib. XXIX. cap. vltim. Ego certè in libris Philoſophorum magnopere errare puto, qui non diſcernat hæc: alterum concretum eſt, alterum abſtractum.

Nota locutionem breuiſſimam in loquacitate: *τῶνδε σπλάγχνων περὶ τοὺς νεφρούς.* Nam *τῶνδε σπλάγχνων*, hic *ἐκ περιλειπόντος* ἐστί: & conciſa eſt applicatio eius caſus ad *περὶ τοὺς νεφρούς*. Nam locus pinguedinis, non eſt *τὸ σπλάγχνον* ſed vicinus *τοῖς σπλάγχνοις*.

Theodorus malè *renes pingueſcunt*. Nam eſt *περί*. Et omnino falſum vel ex prouerbio.

CXCIV. ARISTOTELES.

Περίνεφρα δὲ γίνεται τὰ στεατώδη μᾶλλον, καὶ μάλιστα τῶν ζώων πρόβατα. τοῦτο γὰρ ἀποθνήσκει, τῶν νεφρῶν πάντη αὐτῷ καλυφθέντων. γίνεται δὲ περίνεφρα δι' εὐβοσίαν, οἷον τῆς Σικελίας περὶ Λεοντίνους. διὸ καὶ ἐξελαύνουσιν ὀψὲ τὰ πρόβατα τῆς ἡμέρας, ὅπως ἐλάττω λάβωσι τὴν τροφήν.

Morboſa Græci περίνεφρα vocant, quoties renes vndequaque pinguedine obruuntur. Hoc malo magis tractantur ea quæ ſeuo pingueſcunt. Maximè autem ouis adeò, vt etiam intereat: in cauſſa eſt pabuli vbertas, qualis in Leõtino agro Sicilia. Itaq; non niſi vbi appetit ſerum diei educunt pecudes in paſcua, quò minus capiant cibi.

C Æ S A R.

Hic quoque è phyſicis iacit fundamenta medicinæ, vitium narrat: ponit materiam, pingue: à quantitate, læſionem: locum oſtendit, ponit genus animalium, ſeuaceorum: ponit ſpeciem, ouem: ponit finem morbi, interitum: ponit cauſſam, pabuli copiam: ponit locum, Leontinos: ponit præſidium præſeruandi, vbi cohibent ſeptis greges maxima diei parte: declarat rationem: ne paſcantur multùm. Itaque præſtat à meridie paſcere, quàm manè: pabulum enim matutinum pinguius eſt: ponit nomen ægritudinis: *περίνεφρα*, inquit, *γίνεται*. Igitur erit *περινεφρία*: ſi vis monſtra fingere, dicas, *obrenia*.

Theodorus ambagibus *περίνεφρα* obduxit: *renibus opimandis laxuriant.*

ἐξελαύνουσι, verbum paſtorum.

CXCV. ARISTOTELES.

Πάντων δὲ τῶν ζώων κοινόν ἐστι, τὸ περὶ τὴν κόρην ἐν τοῖς ὀφθαλμοῖς. ἔχουσι γὰρ τοῦτο τὸ μόριον στεατώδες πάντα ὅσα ἔχουσι τοῦτο τὸ μόριον ἐν τοῖς ὀφθαλμοῖς, καὶ μὴ εἰσι σκληρόφθαλμα.

Quibuſcunque oculi duri non ſunt, ea in ipſis pupillam habent: quibus omnibus commune eſt, vt ipſa ſeuo conſtet.

CÆSAR.

NVNC etiam aliud membrum adducit, vt regnum ſeui oſtendat, quod etiam in adipalibus occupauit oculum. Declarat quod genus oculi ſit: excludit enim τὸν σκληρόφθαλμον quoniam in eis non eſt pupula.

Oratio hîc Ariſtotelica fuſa eſt & candida, & quæ latinum non ſequatur ſalua Romana maieſtate. Nam ſic dixiſſet alius minùs Atticè: πάντων δὲ τῶν ζώων τῶν σκληροφθάλμων, ἀλλ' ἐχόντων κόρην κοινόν ἐστι περὶ αὐτὴν ἔχειν στέαρ. Nunc ſeparatim dicit. τὸ περὶ τὴν κόρην: Et addit ἐν τοῖς ὀφθαλμοῖς. At ſcimus eius membri illam partem eſſe. Poſteà dixit: τοῦτο τὸ μόριον στεατῶδες: ac deinde πάντα. Et deinde ὅσα ἔχουσι τοῦτο τὸ μόριον: poſteà ἐν τοῖς ὀφθαλμοῖς.

Theodorus pupillæ inſtitutionem neſcio quam dixit. Et malè ſecuit hoc Caput: de ſeuo enim loquitur: vt ſuprà in iecore.

CXCII. ARISTOTELES.

Ἔστι δ' ἀγονώτερα τὰ πιμελώδη καὶ ἄρρενα καὶ θήλεα.

Tam mares quàm fœminæ pinguiores minùs fœcundæ ſunt.

CAESAR.

NVNC ab effectu ducit hiſtoriam: quoniam pinguedo à frigore fit, iccircò videtur obſiſtere generationi: prætereà alia cauſſa: abſumitur in corpus id quod eſſe debuit ſemen: tum arctiſſimis ſunt tubis ſeminalibus: aquoſius ſemen eſt. Quomodo autem fœminis tantùm eſſe peculiare quis poterat intelligere, propter matricis lubricitatem: & obſtructis, & obductis vaſis ſeminalibus. Iccircò dixit tam fœminas quàm mares.

Ἀγονώτερα nimis valido verbo vſus eſt: namque non à ſterilitate metienda eſt natura. Eſt enim priuatio ſterilitas: ſed ab affectione. Itaque à fœcunditate duximus comparationem, cuius modus minor ſit vſque ad priuationem. Declaro ſuaptè natura animalia non ſunt ἄγονα, quare non dicas πιμελώδη ἀγονώτερα. Sed cùm omnia per naturam ſint γόνιμα, quæ γόνιμα ſunt, ea quæ γόνιμα eſſe debent, minùs erunt γόνιμα tanto, quanto pinguiora. Obſeruauimus nos Gallinas continuata ſaturitate fieri ſteriles.

CXCVII. ARISTOTELES.

Πιαίνεται δὲ πάντα πρεσβύτερα μᾶλλον, ἢ νεώτερα ὄντα· μάλιστα δ' ὅταν καὶ τὸ πλάτος καὶ τὸ μῆκος ἔχῃ τοῦ μεγέθους, καὶ εἰς βάθος αὐξάνηται.

Aetate prouectiores plus pingueſcunt, quàm iuniores: præſertim cùm in latum, longúmque iuſta creuerunt magnitudine, atque inde in profundum excreſcunt.

CAESAR.

AΠὸ τοῦ ἔχειν repetit potentiam: comparat ætates. Nam meliore ætate plus caloris eſt, quo remiſſo concreſcit cibus ad pinguedinem.

Præſcripſit τὸ πρεσβύτερον καὶ τὸ νεώτερον. Nam nunc comparatiuè & relatiuè loloquitur, non abſolutè: non eſt πρέσβυς quindecim annos natus adoleſcens: ſed eſt πρεσβύτερος infante. Itaque non eſt pinguior puer ſeipſo infante. Sed poſt ſeptimum & viceſimum annum creſcit in profundum. Nam à primo & viceſimo acquirit latitudinem. Quare *nouellam ætatem* non rectè dixit Theodorus. Nam nouella ætas, modò latinè dicatur, infantium tantùm eſt. At veterum generi poſteriores partes priùs creſcunt, poſteà anteriores.

Theodorus αὐξάνηται, *augeri incipiunt*: mihi videtur diminui ſententia Philoſophi. Ita vt pingueſcant etiam poſtquàm inceperint, non ſolùm cùm incipiunt. Neque enim ſine periculo additur aut demitur huius philoſophi acutiſſimæ, accuratiſſimæque orationi.

CAPVT

CAPVT DECIMVM-QVARTVM,

De Sanguine.

CXCVIII. ARISTOTELES.

Περὶ δὲ τοῦ αἵματος ὧδε ἔχει. τοῦτο γὰρ πᾶσιν ἀναγκαιότατον καὶ κοινότατον τοῖς ἐναίμοις, καὶ οὐκ ἐπίκτητον, ἀλλ' ὑπάρχει πᾶσι τοῖς μὴ φθειρομένοις.

Sanguis autem omnibus animantibus, quæ ſanguine ſunt concreta maximè, eſt tum neceſſarius, tum communis. Neque enim aduentitius eſt: ſed per principia ab natura ſubminiſtrata ineſt omnibus, modo ne ſint corrupta.

CAESAR.

POST ſolidas partes per viam reſolutoriam, tractat liquidas. Hæc eſt ſecunda libri pars. Incipit à ſanguine tanquam à vero principio conſtitutionis animantium. Itaque & commune appellat, & neceſſarium: vnde & ſummum genus appellatum eſt ἔναιμον. Deinde more ſuo, vt expleret veram ſciendi rationem, poſita veritate, excludit etiam falſitatem: non eſt, inquit, res aduentitia, & parta, ſed cognata: modo ne corpora ſint corrupta. Nam tam ſanguis ille deſciuit ab ſuis principiis. Itaque de hoc quoque ſanguine hoc capite ſcribet: vt plana ſit ſcientia, de materiali, & de aduentitio corrupto.

Cùm dixit περὶ δὲ αἵματος ὧδε ἔχει. τοῦτο γὰρ πᾶσιν: illud γὰρ hîc nihil agit, niſi oſtendit mutilam breuitatem: ſic enim dicendum fuerat. De ſanguine primo loco dicendum eſt: eſt enim, &c.

Ἐπίκτητον: *non acceſſorium, non aduentitium*: vtrunque verbum Iuriſconſultorum. Bona aduentitia quæ primo loco cum dote non ſunt numerata.

Ἀλλ' ὑπάρχει: non eſt verbum triuiale, ſed ſubeſſe principia ſignificat naturalia: ὕπεστιν ἀρχὴ τοῦ εἶναι: hoc vt ſignificaret, multùm laborauit Theodorus, ſed verbis ambitioſis. Nanque vernaculum eſt quod domi naſcitur, cum domo non naſcitur. Itaque Cicero dixit, & Gellius imitatus eſt, *ſeſe auctum eſſe filiolo*. Prætereà *intimus* nihil eſt. Nam ſanguis non ſolum eſt intimus, ſed etiam extimus: vbique enim eſt, vt infrà videbimus. Nam & per totum corpus dicit eſſe: & carnem inciſam, reddere ſanguinem. Et comparat partes exteriores cum interioribus, in dormiente, & in fœmina. Deinde cùm μὴ φθειρομένοις dixiſſet *integris*, neque expleſſet. Nam integrum ad quantitatem & comparationem refertur: μὴ φθειρόμενον autem eſt εὖ ἔχον: coactus fuit addere verbum barbarum, *imputidis*, & mancum. Nam putidum corpus eſt hirquitallis, & tamen οὐ φθειρόμενον: fortaſſe ſcripſit, *imputridis*: ſed imputridum corpus eſt hectica laborantibus. Et tamen ſanguis non eſt in eis ſecundùm naturæ principia. Neque enim ſimpliciter ineſſe dixit, ſed ὑπάρχειν: nam in corporibus putridis, etiam ineſt ſanguis vel incorruptus. Neque enim toto corrupto viuerent: prætereà φθείρεσθαι non eſt putreſcere: φθείρεται tabeſcens maraſmo, & ſicceſcit, tantùm abeſt vt putreſcat.

CXCIX. ARISTOTELES.

Πᾶν δ' αἷμά ἐστιν ἐν ἀγγείῳ, ἐν ταῖς καλουμέναις φλεψὶν, ἐν ἄλλῳ δὲ οὐδενὶ, πλὴν ἐν τῇ καρδίᾳ μόνον.

OMnis ſanguis in vaſis eſt, quas venas appellamus: præterea nuſquam, niſi in corde tantùm.

CAESAR.

Declarat locum: non temerè dixit ἐν ἀγγείῳ in ſingulari, cùm tamen declaratio in plurali ſit: quoniam venæ vna vena ſunt, vt ſuprà dicebamus: ſed dubitabimus: quoniam infrà carne diſſecta ſanguinem erumpere dicit, igitur extra venas eſt. Dicamus, tenuiſſimas fibras venarum partes eſſe carni intextas, è quorum ſucco caro fiat.

Theodorus non eſt aſſecutus numerum illum ἐν ἀγγείῳ φλεψὶν: & addidit *conceptabula*: & *præter venas*: ſanè degenerat in eius ore oratio Ariſtotelis.

CC. ARISTOTELES.

Οὐκ ἔχει δὲ αἴσθησιν τὸ αἷμα ἁπτομένων ἐν οὐδενὶ τῶν ζώων, ὥσπερ οὐδ' ἡ περίττωσις ἡ ἐν τῇ κοιλίᾳ. οὐδὲ δὴ ὁ ἐγκέφαλος, οὐδ' ὁ μυελὸς, οὐκ ἔχει αἴσθησιν ἁπτομένων.

Non ſentit ſanguis tactus vllo in animali. Quemadmodum neque excrementa alui: quin neque cerebrum, neque medulla.

CAESAR.

Oſtendit cuiuſmodi pars ſit corporis: eſt enim materia ſentientium nondum perducta ad finem. Comparat excrementis, non tanquam excrementum, ſed quòd æquè ſenſu caret: poſteà ſubdit alias partes veras duas: itaque ſic collige. Aut ſunt perfectæ partes, aut erunt, aut fuere: cerebrum perfecta pars, ſanguis nondum eſt, excrementum fuit.

Tacti ſentimus & tangentes: ſed non ſentimus quia tangimus, ſed quia tangimur: ſentire enim paſſio eſt: prætereà nota: ſentimus tangendo, non vno modo: ſed aut frigus, & ſimilia: aut impreſſionem: vt cùm premimur, aut ſecamur, neutro modo ſentit ſanguis: at dens altero tantùm.

Mirum quare arctauerit τὴν περίττωσιν ad τὴν κοιλίαν: cùm tamen nulla περίττωσις ſentiat: non pilus, non vrina, non ſudor, non muccus, non ſordes aurium, non ſputum, non lacrymæ, non pedor, non ſitus, non genitura.

Iterauit etiam ſine neceſſitate illa: οὐκ ἔχει αἴσθησιν ἁπτομένων. ἁπτομένων autem priore loco ſi ſcribatur, ad ζώων referendum eſt: at ſi ἁπτόμενον, & ad ſanguinem reducetur: ſecundo autem loco ἁπτόμενα, ſcribendum erit.

CCI. ARISTOTELES.

Ὅπῃ δ' ἄν τις διέλῃ τὴν σάρκα, γίνεται αἷμα ἐν ζῶντι, ἐὰν μὴ ᾖ διεφθαρμένη ἡ σάρξ.

Quacunque viuam, ſed incorruptam carnem ſecueris, exit ſanguis.

CAESAR.

Pulcherrima ſententia: finem ſanguinis oſtendit, coqui in carnem, vbi præſto eſt ad id. Quare dixit quacunque: addidit, incorruptam: quoniam ſanguis naturalis res eſt: dixit in viuente. Nam in mortuo, neque ampliùs ſanguis eſt, neque vbique: ſed aut retractus introrſum, aut congelatus non exit.

Dixit γίνεται paulò licentiùs: neque enim fit, ſed erat ibi: niſi velis dicere, carnem ſolui ſectione in ſanguinem: ſed minimè id verum eſt: γίνεται tamen non γενήσεται videtur dixiſſe, vt naturam promptam indicaret. Præſens tempus & præteritum ſemper naturam circumſcribunt, futurum non item: eſt homo, erat homo: nondum conſtat an deſierit: erit homo, infelix vox: infelicior etiam fuit: poſuit quoque διεφθαρμένη in præterito: nam dum corrumpitur, adhuc ineſt ſanguis.

Theodorus diuinitus hunc locum eſt interpretatus.

CCII. ARISTOTELES.

Ἔστι δὲ τὴν φύσιν τὸ αἷμα, τὸν τε χυμὸν ἔχον γλυκὺν, ἐάν περ ὑγιὲς ᾖ.

Suapte natura ſanguis ſucco dulcis eſt: modo ſit ſanus.

CEASAR.

CAESAR.

A Svbstantia ſuprà, ab effectu animalium, à vaſis, à partibus vaſorum, ab effectione, à fine: nunc ab affectionibus qualitatum, à ſapore.* * *. *deſunt multa.*

Theodorus ludit operam cùm dixit, *integer eſt.* Quodcunque ruptum aut diminutum non eſt, integrum eſt. At detractus ſanis ſanguis non eſt integer. Eſt enim integer ὅλος: intelligit autem ſanguinem purum ἀκέραιον, ſincerum, bili neutri miſtum: nam flaua amarum, atra acidum facit.

CCIII. ARISTOTELES.

Καὶ τὸ χρῶμα ἐρυθρόν· τὸ δὲ χεῖρον, ἢ φύσει, ἢ νόσῳ, μελάντερον.

ET colore ruber: niſi qui aut natura, aut morbo deterior eſt, is enim nigrior eſt.

CAESAR.

A Colore: declarat hîc quoque ſanum, & non ſanum: ſed optimè duo genera ægritudinis indicauit, morbum vt nunc, νόσῳ: morbum ſimpliciter φύσει. Nam quis ſibi ſanus erit, ſed non erit ſimpliciter ſanus. Itaque bilioſus atriore erit ſanguine. Itaque meliùs feciſſet, ſi addidiſſet δριμύτερον, ἢ στρυφνότερον, ἢ πικρότερον. Nam vt deterior nigrior ſit, ita etiam acidior, aut amarior. Quare ſequentibus verbis, & à corpulentia vtrunque notat.

CCIV. ARISTOTELES.

Καὶ οὔτε λίαν παχὺ, οὔτε λίαν λεπτὸν τὸ βέλτιστον, ἐὰν μὴ χεῖρον ᾖ διὰ φύσιν, ἢ διὰ νόσον ᾖ.

NEque valde craſſus, neque valde tenuis optimus eſt: ſi non ſit vel morbo, vel natura vitiatus.

CAESAR.

PRoptereà quod aliis qualitatibus malis prohibebitur ne ſit optimus, conſtabit mediocritate partium. At erit putridus, aut veneno infectus, aut bili miſtus.

Λεπτὸν *tenuem* diximus: quanquàm mallem *liquidum.* Nám ſi tenuis à *tenendo* dictus olim fuit: tenuia enim commodiùs capiuntur, craſſa manus amplexum fugiunt: contra erit in ſanguine: nam tenue plùs fugit, craſſum verò manet: Plinij tamen autoritatem ſecuti, *tenuem* diximus.

CCV. ARISTOTELES.

Καὶ ἐν μὲν τῷ ζώῳ, θερμὸν καὶ ὑγρὸν ἀεί· ἐξιὸν δὲ ἔξω, πήγνυται πάντων, πλὴν ἐλάφου καὶ προκὸς καὶ εἴ τι ἄλλο τοιαύτην ἔχει τὴν φύσιν. τὸ δ' ἄλλο αἷμα πήγνυται, ἐὰν μὴ ἐξαιρεθῶσιν αἱ ἶνες. τάχιστα δὲ πήγνυται τὸ τοῦ ταύρου αἷμα πάντων.

AC tantiſper calidus & liquidus eſt, dum in corpore viuo eſt: foris autem concreſcit omnium, præterquam cerui, & damæ, & ſi quid eiuſdem naturæ eſt: cæterorum omnium ſpiſſatur, niſi eximantur ea quæ fibrarum ſpeciem gerunt. Taurorum ſanguis celerrime coit.

CAESAR.

DVas apponit differentias, caliditatum & liquiditatum: oſtendit in quibus, & quando, & quomodo. Nam in viuente agnoſcit, non in cadauere: extra corpus mutari, ſed non in omnibus. Neque verò æqualiter mutari, nam taurinum celerrimè ſpiſſari. Oſtendit etiam quaſi cauſſam. Nam exemptis villis, non concreſcit.

Dixit

Dixit οἷον ἶνες: quoniam non ſunt ἶνες veræ. Item dixit ἐξιόν, *exiens*, nimis celeri tempore vſus eſt: neque enim dum exit, coït: ſed poſteà: ſuperflua quoque videntur ea verba, τὸ δ' ἄλλο αἷμα πήγνυται. Nam ſequentia, ἐὰν μὴ ἐξαιρεθῶσιν, οἷον ἶνες, debebat apponere ſuperiori ſententiæ eidem.

Liquiditatem igitur notauit ablatam. At de caliditate nullum fecit verbum: & ſanè debuit. Nam ſi concreſcit à frigore, ergo igni ſolui debuit, item ac liquari. Sed igni etiamnum fortiùs duratur: frigore quoque non liqueſcit. Quare tertia ratio accipienda eſt: abeunt partes ſubtiliſſimæ & calidæ, craſſæ coëunt. Itaque admoto aut calore, aut frigore dureſcit vt lutum: frigidus igitur fit & ſiccus.

Dixit in viuente, quoniam in cadauere quoque concreſcit, vt extra: etiam circa cor craſſiuſculus: at liquidior in vena grandiuſcula quæ veretri tractum complet. Non coït autem totus in cadauere, quoniam non exhalant ſtatim partes illæ: tandem verò totus concreſcit. Id quod etiam in gallinarum ſuffocatarum, atque de pedibus ſuſpenſarum collo animaduertas.

Theodorus addidit, *dureſcit*, ſecutus Plinium.

CCVI. ARISTOTELES.

Ἔστι δὲ τῶν μὲν ἐναίμων, ταῦτα πολυαιμότερα, τὰ καὶ ἐν αὑτοῖς καὶ ἔξω ζωοτόκα· τῶν ἐναίμων μὲν, ᾠοτοκούντων δέ.

IN genere ſanguine concretorum, quæ intra ſe conceptum animal edunt, plus habent ſanguinis, quàm ea quæ eodem in genere oua pariunt.

CAESAR.

PONIT gradum ſanguinis in ſanguine conſtantibus: plurimum attribuit iis quæ animal conceptum intra ſe edunt: ſecundum locum ouiparis: ſed addidit eodem in genere ad differentiam exanguium piſcium.

Breuitas mira: nam ſi ſunt τῶν ἐναίμων ᾠοτοκούντων δέ, quare omiſit τὰ ζωοτόκα μὲν ἔξω, ᾠοτόκα δὲ ἐν αὑτοῖς? Nam ſi animal videtur eſſe in cauſſa vt plus ſanguinis agnoſcamus, ergo quæ medio modo ſe habent, media eorum natura eſſe debuerit. Nam vipera plus ſanguinis, cartilaginea item plus debent habere, quàm ſimpliciter ᾠοτόκα: neque verum id eſt. Nam glires pauciſſimo ſanguine ſunt, gallina autem longè vberiore. Sed omiſſa fuga ad quantitatem, etiam puſillæ auiculæ quædam plus habent ſanguinis, quàm glis.

Dixit: καὶ τῶν ἐναίμων, τὸ, καὶ, vacat: nam τῶν ἀναίμων nemo ſuſpicatur.

Theodorus non fecit comparationem vt nos, quò euitaret τὸ παρέλκον τοῦ, καὶ: ſed tamen ſi filum orationis animaduertas, inuenias eſſe comparationem. Dixit τῶν ἐναίμων τὰ ζωοτόκα. Dixiſſet igitur τῶν ἐναίμων τὰ ᾠοτοκοῦντα: ſed dixit ζωοτοκούντων: igitur eſt comparatio.

CCVII. ARISTOTELES.

Τὰ δ' εὖ ἔχοντα, ἢ φύσει, ἢ τῷ ὑγιαίνειν, οὔτε πολὺ λίαν ἔχει, ὥσπερ τὰ πεπωκότα πόμα πρόσφατον· οὔτ' ὀλίγον, ὥσπερ τὰ πίονα λίαν. τὰ γὰρ πίονα, καθαρὸν μὲν ἔχει, ὀλίγον δὲ τὸ αἷμα. καὶ [γίνεται] πιότερα γινόμενα. ἀναιμότερα, ἄναιμον γὰρ τὸ πῖον.

QVæ natura aut inſtituto vitæ bene valent, neque multùm valdè habent, quod ſtatim à potu euenit, neque paucum, quod contingit valde pinguibus. Nam pinguia vt purum, ita parum habent: pinguiora quoque fiunt, quibus minùs fiet ſanguinis. Exangue enim pingue eſt.

CAESAR.

COMPARAVERAT genera inter ſe: nunc ipſa ſibi: mediocrem quantitatem attribuit bene valentibus: tollit vtrunque exceſſum: ponit ſimilitudinem: multum ſanguinis qui egregiè potârit, parum iis qui pinguiores ſunt: ponit rationem in extremis verbis: quoniam exanguis ſit pinguedo. Ab hac maiore propoſitione duxit iam concluſionem. ὀλίγον δὲ ἔχει τὰ πίονα. Apponit commodum, quo defectum compenſat natura: puritatem. Rationem non ponit: ſed iccircò fit, propterea quòd iners ſanguis & inutilior abit in pinguedinem.

Dixerat

Dixerat ſuprà χεῖρον ἢ φύσει, ἢ νόσῳ, rectè : ſed non potes ſic loqui per contrarium : & tamen hic facit, cùm dicit: ἢ φύσει ἢ τῷ ὑγιαίνειν. Nanque natura, id eſt, à natalium principiis, deteriore habitu ſanguis eſſe poteſt. At verò ſi natura bene habeat quis, nónne erit id τῷ ὑγιαίνειν? vbi eſt animaduertendum ſubtiliùs : voluit enim dicere, aut natura, aut inſtituto vitæ. Nanque natura ſatis habebo ſanguinis : at ſi pluſculum biberim, plus habebo. Itaque non placet quod Theodorus poſuit, *arte* : ſed potiùs *cura* : neque enim eſt ars, modicè bibere.

Πρόσφατον. Demoſthenes contra Midiam, πρόσφατος κρίνεται. *Illicò trahitur in iudicium* : quoniam addidit καὶ μάρτυρες ἕτοιμοι εἰσί. Ariſtoteles in eadem ſignificatione in IIII. *Hiſtor.* τῷ τε γὰρ μὴ προσφάτῳ δελέατος οὐκ ἐθέλουσιν ἁπλῶς τῶν ἰχθύων οἱ πλεῖστοι.

Sciti[illegible]ima oratio : πολὺ λίαν : eſt effectus à potu : λίαν πίονα. Et cauſſa impedimenti quominus multum ſit ſanguinis. Nam ſi multo poſt tempore metiare, calore naturali multitudo illa ſanguinis, aut percocta in carnem, aut abſumpta, omnino diminuta ſit : ſed Theodorus per verbum, *recentem*, non eſt aſſecutus. Recens eſt quod non eſt vetulum corruptum. Itaque recentem potum potârim heri in cœna : hodie ante prandium : non ero πολύαιμος λίαν ex illo potu: ſed recentem à potu debuit dicere. Id eſt ſtatim à potu : aut non multo poſt.

Dixerat ſupra prouectiores plus pingueſcere, quàm minori ætate : hîc pinguiora fieri quibus ſanguis minuitur : in illis, quoniam creſcunt in craſſum, explent enim augmentum in longum & latum : in his, quoniam calor minor : cauſſa efficiens, & ſanguinis pars in pingue abit.

Dixit, τὸ πίον, non ἡ πιότης: vt τὸ θερμόν : ſic & Hippocrates : dixit quoque γίνεται γινόμενα : vt quantum fuerint exanguiora, tantum pinguiora.

Malui dicere *potum* quàm *potionem*, vt potiùs vinum ſignificarem. Nam quanquam vtrunque rectè, fortaſſe, dicitur : tamen potio frequentiùs de aliis, quàm de vino.

Purum & paucum Theodorus : at nos alluſionem venati ſumus, *purum & parum*.

CCVIII. ARISTOTELES.

Καὶ τὰ μὲν πίονα, ἄσηπτον τὸ αἷμα ἔχει· τὸ δ' αἷμα, καὶ τὰ ἔναιμα, τάχιστα σήπεται, καὶ τούτων τὰ περὶ τὰ ὀστᾶ.

Pinguium ſanguis non putreſcit : at ſanguineorum, & ſanguis, & ipſa putrent : præſertim quæ circum oſſa ſunt.

CAESAR.

Edvcit orationem per pinguia. Et declarat τὸ καθαρόν, quod ſuprà poſuit. Cauſſa autem eſt liquiditas, & ſubtilitas partium abeuntium atque recipientium aliarum calorem : nam pinguia concretiora ſunt : illa laxiora & ſolutiora. Itaque & circum oſſa carnes celerrimè putreſcunt ob eandem rationem : laxiores enim ibi. Notandúmque eſt. Cùm ſanguinem pinguium non putreſcere dixit, non fecit verbum de ipſo pingui : cùm tamen vtrunque, & ſanguinem & ſanguinea putrêre diceret : ſed ſatis habuit. Nam ſi ſanguis citiùs putreſcit quàm ſanguinea, ergo ſanguis pinguis ſi non putreſcit, ne ipſa quidem putreſcunt. At ſanguinem ſanguineorum citiùs putreſcere quàm ſanguinea, & videmus quotidie, & ratio eſt. Conſtantior enim eſt natura carnis, & ipſe innuit, cùm ait : καὶ αἷμα καὶ αὐτὰ ἔναιμα: creſcit enim oratio.

Dixit τάχιστα. Theodorus non expleuit per *facilè*. Neque rectè dixit τὰ περὶ τὰ ὀστᾶ : *applicantur*. Videtur enim nunc applicari : applicata ſunt, aut hærent, aut vicina oſſibus : malè idem quoque dixit. *Quanquam & ſanguis & ſanguinea* : omiſit τῶν ἐναίμων. Nam ſibi contradiceret. Nam ſi ſanguis ſimpliciter ſumptus putreſcit, hoc habet à natura, & ſemper, & in omnibus : ſed pinguium ſanguis non putreſcit. Itaque etiam coniunctio illa, *quanquam*, malè cohæret. Quis enim dicat : quanquam animal eſt viuens, tamen animalia Indica non viuunt : ſed ſic, animalia Gallica non intelligunt ſermonem hominum, at Indica intelligunt, quoniam non omnia animalia intelligunt. Non omnis ſanguis putreſcit, non enim purus : at pinguium purus eſt: nimis certè Theodorus leniter alibi euitat, alibi addit.

CCIX. ARISTOTELES.

Ἔχει δὲ λεπτότατον μὲν αἷμα καὶ καθαρώτατον ἄνθρωπος· παχύτατον δὲ καὶ μελάντατον τῶν ζωοτόκων, ταῦροι, καὶ ὄνοι.

Hominis ſanguis tenuiſſimus atque puriſſimus eorum quæ animal pariunt. Tauri & aſini craſſiſſimus & nigerrimus.

CÆSAR.

QVODAMMODO oppoſuit nigritiam puritati, non malè; quaſi terræ plurimum admiſtum ſit: à terra enim nigrorem ducit Theophraſtus: ſanguis autem aëreus eſſe debet & nitidus.

Comparat hominem vniuerſo generi animantium, & antefert. At taurum & aſinum non vniuerſo, ſed parti tantùm. Nanque ouiparorum aliqua nigerrimum habent vt coruus. Craſſiſſimum nondum comparaui cum omnibus. Et videtur veriſimilius craſſiſſimum aſino & tauro eſſe omnium: fortaſſe etiam elephanto.

CCX. ARISTOTELES.

Καὶ ἐν τοῖς κάτω δὲ μορίοις, ἢ ἐν τοῖς ἄνω, παχύτερον τὸ αἷμα γίνεται καὶ μελάντερον.

Et in partibus inferioribus quàm in ſuperioribus craſſior fit, & nigrior.

CÆSAR.

NVNC comparat partes eiuſdem animalis. Natura ſuipſius ſemper ſimilis eſt. Itaque inferiora terreſtriora, cerebrum cælo ſimilius: ſanguis eorum talis quoque eſſe debet: & terreſtriora grauiora: itáque deſcendit.

Plinius in XI. cap. XXXVIII. peſſimè tranſtulit παχύτερον, *pinguius*: nam ſanguis pinguior, leuior eſt, & ſubtilior, & purior, & rubicundior: prætereà malè tranſtulit numerum, ἐν τοῖς κάτω μορίοις: ipſe ſic: *in parte inferiore*: videtur enim partes ſanguinis comparare: vt eius ſuperior pars minus ſit pinguis. Et hoc eſt falſum: fatalis negligentia properantium ſæpenumero illi viro tenebras effudit. Theodorus eum ſecutus, numero eodem falſus eſt.

Dixit γίνεται: quoniam æqualis omnis fit in iecore: ſed euadit poſteà.

CCXI. ARISTOTELES.

Σφύζει δὲ τὸ αἷμα ἐν ταῖς φλεψὶν, ἐν ἅπασι πάντῃ ἅμα τοῖς ζώοις.

Fluctuat omnium animalium ſanguis in omni ſimul venarum ſpatio.

CÆSAR.

AB affectione phyſica vniuerſali, ſcilicet, à motu. Declarat motus ſpeciem: inæqualem alteram ſpeciem continuum: ne quis partem tantùm moueri diceret: declarat locum, venas: & loci locum, animal: nam in mortuo non mouetur: ſed multùm hîc dubitabimus. Neque enim verum eſt: ſi πάντῃ referas ad corpus: neque enim toto in corpore mouetur. Neque ſi ad ipſum ſanguinem referas: neque enim in venis omnibus mouetur, ſed in arteriis tantùm: neque rectè tam communiter locutus eſt φλεψὶν: neque rectè omiſit cor: neque rectè attribuit motum arteriarum à corde ſanguini, non enim mouetur ſanguis, ſed cor.

Dixit ἅμα, id eſt, *eodem tempore*: quoniam continui corporis vnus eſt motus: atque mirum cùm dicat ἐν ἅπασι, more ſuo non addidiſſe τοῖς ἔχουσιν αἷμα.

Σφύζει, *palpitat* Theodorus: rectiſſimè *ſalit*, volebam interpretari: ſed deterruit æquiuocatio. Nam ſalit etiam ſecta vena: ſubſilit non malè reponetur: putamus tamen rectè expreſſiſſe, *fluctuat*.

ἔναι. Nam & humor eſt, vt aqua: & motus talis eſt. At idem malè *πάντη, vndique*: neque enim locum *vnde* ſignificat: ſed tractum tantùm. Nam vndique non mouetur, ſed à corde tantùm: vnde pulſus nomen, quoniam à corde eò pellitur: malè quoque addidit, *pulſúque ſimul vndique mouetur.* Neque enim eſt motus pulſus, id eſt, non mouetur, quia impellitur: ſed quia agitatur. Imò mouetur etiam tractu, cùm ad cor trahitur, ibi in ventriculi oſtio mouetur.

CCXII. ARISTOTELES.

Καὶ ἔτι δὲ τῶν ὑγρῶν μόνον καθ' ἅπαν τὸ σῶμα τοῖς ζώοις, καὶ αἰεὶ, ἕως ἂν ζῇ, τὸ αἷμα μόνον.

Solus ex humoribus perpetuatur toto in corpore animantium quandiu vitam viuunt.

CAESAR.

Iccirco animam putârunt antiqui, & ſedem animæ melior pars: at verum non eſt toto corpore ſanguinem ineſſe: quare negligenter hìc poſuit *σῶμα*: neque enim os, aut cartilago, aut neruus, aut cerebrum, aut alia talia, ſanguine prædita ſunt.

Signat omnia, & præſcribit: *μόνον, ἅπαν, αἰεί.* Nam ſemen genitale, neque toto corpore, neque ſemper ineſt. Tum in mortuis, multis in partibus non eſt, vbi fuerat.

Theodorus ambitiosè *ἕως ἂν ζῇ*: bis tranſtulit: primò, *quandiu vita ſeruatur*: deinde, *feruet*: impudenter autem addidit, *animatur*: ſuprà enim dixit non ſentire: igitur anima ſaltem vegetatrice viueret: at quæ ea tantùm anima animantur, non mouentur. Hìc autem *σφύζει* decepit Theodorum, vt à motu adderet animam: ſed non quodcunque mouetur, à ſe mouetur: vt calamus quo hæc ſcribimus.

CCXIII. ARISTOTELES.

Πρῶτον δὲ γίνεται τὸ αἷμα ἐν τοῖς ζώοις τῇ καρδίᾳ, καὶ πρὶν ὅλον διηρθρῶσθαι τὸ σῶμα.

In corde primùm ſanguis gignitur, atque adeò priuſquam corpus ipſum dearticuletur.

CAESAR.

Igitur non eſt hepar ſangnificator. Neque rectè Hippocrates putauit hepar prius eſſe corde. Hæc autem fuit ratio, vt putârit Philoſophus totum ſanguinem ſubſalire per venas. Quoniam totus habeat à corde originem. Sed cùm duplex ſit ſanguis: alter ſubminiſtrans ſpiritus vitales, alter ſubminiſtrans alimentum membris. Ille in corde prior eſt: altero nondum eget corpus, & is fit in hepate: vterque autem habet principium à corde. Hoc eſt fundamentum Ariſtotelis, formas non agere ſine inſtrumento. Itaque animam formatricem egere inſtrumento. Altera propoſitio. In omni natura vnum eſſe principium: cor igitur eſſe in animali. Ac Hippocrates hominem circulo comparabat: neque in illo vllum eſſe principium. * * * * quædam deeſſe facilè eſt iudicare.

Nota locutionem *ἐν τοῖς ζώοις τῇ καρδίᾳ*: *ἐν τῇ ζώων* aliàs dixiſſet.

Verbum Quintiliani, *deformare*, poſuiſſem: ſed effugi ambiguitatem. Nam interdum eſt formam tollere: ſed nota, non ſolùm *μορφὴν* hìc, ſed etiam poſuit *ἄρθρα* Ariſtoteles. Eſt *μορφὴ* etiam antequam *διηρθρῶσθαι*. At tunc ſanguis nondum oritur ante formationem. Nam ſtatim ab initio formatur: vel etiam cùm cor formatur. Quare malè Theodorus *formetur*.

CCXIV. ARISTOTELES.

Σπερμαινόμενα δ' αὐτοῦ καὶ ἀφαιρουμένου ἔξω, πλείονος μὲν, οὐ θνήσκουσι, πολλοῦ δ' ἄγαν, ἀποθνήσκουσι.

Si pluſculum exeat ſanguinis, quæ eo priuantur, non intereunt: ſi multum nimis, obeunt.

CAESAR.

SEQVITVR officia vitæ: ponit modum: declarauit per πλείονος certam menſuram. Vidimus nos in cauſidico ad I I I. & X X. libras exiiſſe vena rupta in ſtomacho, paucis horis. Addidit ἄγαν: vt ſuprà λίαν: ſed ἄγαν plus eſt: reliquit intelligendum ſi totus effluat, mortem ſequi: argumento ſumpto à potiori.

Oratio animaduertenda, στερίσκουσιν δ' αὐτῆς: nam priuantur animalia ſanguine exeunte: ipſe autem ſanguis non priuatur: vſitatior ea locutio ſanè eſt.

Θνήσκουσι dixit: neque appoſuit nomen: neque fruſtra cùm dixit θνήσκουσι, appoſuit, ἀποθνήσκουσι: cauſſam addidit verbo: τὸ ἀπὸ: ab eo exitu nos verbum vſitatum affiximus: *obire*, vt ob id intereant.

Theodorus audax nimis: iam verò hîc non interpres, ſed deſertor, & erro: ἢ θνήσκουσι, *anima deficit*. Quin falſum eſt: neque enim multis deficit anima: non ſolùm πλείονος effluente: ſed etiam πλέονι non deferente.

Hic poſuit Ariſtoteles πλείονος comparationem, vt ſuprà λευκότερα pro minùs albis: hîc πλείονος minùs quàm πολύ: ſed hoc τὸ ἄγαν facit.

CCXV. ARISTOTELES.

Ἐξυγραινόμενον δὲ λίαν, νοσοῦσι. γίνεται γὰρ ἰχωροειδὲς, καὶ διορρεῖται οὕτως, ὥστε ἤδη τινὲς ἵδισαν αἱματώδη ἱδρῶτα.

SI nimis eliqueſcat, ægrotant. Nanque in cruorem ceroſum abit adeò, vt quidam cruentum ſudârint ſudorem.

CAESAR.

NVNC ponit vitia ſanguinis: ſuprà dixerat, optimum neque craſſiſſimum, neque tenuiſſimum. Nunc declarat eam tenuitatem, éque ea incommodum valetudinis: declarat ſubſtantiam. ἐξυγραινόμενον: declarat locum eius ἰχώρ: adhuc ampliùs διορρεῖται: ponit euentum pro ſigno, ἱδρῶτα.

Maluimus ἐξυγραινόμενον ad liquiditatē referre quàm ad humeſcentiam: ſemper enim humor eſt, imò humidior quàm pituita: ſic aër humidior eſt quàm aqua: ἰχώρ, quoque maluimus cruorem quàm ſaniem dicere, ἰχώρ, οἷός περ τε ῥέει μακάρεσσι θεοῖσι. Et Ouidius I I I I. *Metamorph.*

—— Fluidoq; cruore madentem
Induitur pallam.

Διορρεῖται, *ſereſcit* Theodorus, à ſero feliciſſimè: ſed verbum priſcum non meminerat apud Lucretium huic ſignificationi contrarium. Non poteſt enim ſereſcere & humeſcere ſimul: ſic enim ſcribit:

Denique fluctiuago ſuſpenſæ in littore veſtes,
Humeſcunt. eædem candenti ſole ſereſcunt.

Ἵδισαν *ſudârunt*. Theodorus *exundârint*, malè: ſed puto mendum, & *exudârint* ſcripſiſſe.

CCXVI. ARISTOTELES.

Καὶ ὅλως ἐνίοις, οὐ πήγνυται παντελῶς, ἢ διωρισμένως καὶ χωρίς.

ITa cùm effluxit aliquibus, omnino non concreuit: aut aliqua tantùm pars ab aliis partibus ſeparata.

CAESAR.

IS ſanguis vitiatus & degenerans in ſeroſum cruorem, ſi ſecta vena emittatur: ſi ſit totus ſeroſus, non coit penitus. Si aliqua pars priſtinæ naturæ adhuc compos eſt, atque ab ſe inuicem inæqualiter ſeparatur. Nos ſic colligimus: ſanguis aut coït, aut non coït. Nulli coït intus viuenti: cadaueribus non totus effuſus: non ceruo, non apro. Quibuſdam coït totus: aliis minimè: aliis plus, vt tauris: quibuſdam non totus.

Διωρισμένως καὶ χωρίς: *incompte & particulatim*. Theodorus vtrunque malè. Nam quid eſt incompte? quis vidit comptum ſanguinem? *inæqualiter*, potuit vno verbo, ſi voluit. Tum autem particulatim quodcunque concreſcit, coït: non enim cunctum ſimul repentè: *partim*, debuit dicere. Nam, *partim*, ſignificat portionem rei affectæ: *particulatim* autem, tractum affectionis: διωρισμένως, ἀνωμάλως, χωρίς, οὐ συνεχῶς.

Οὐ πήγνυται παντελῶς: penitus non coït: ne dicas οὐ παντελῶς: nam eſſet παλιλογία: οὐ παντελῶς διωρισμένως, καὶ χωρίς: fortaſſe etiam ταυτολογία: neque enim multum abeſt à παλιλογία, τὸ διωρισμένως, καὶ χωρίς.

CCXVII. ARISTOTELES.

Τοῖς δὲ καθεύδουσιν, ἐν τοῖς ἐκτὸς μέρεσιν ἔλαττον γίνεται τὸ αἷμα, ὥστε καὶ κεντουμένων μὴ ῥεῖν ὁμοίως.

IN ſomno corporis partes extimæ minus obtinent ſanguinis. Itaque ſi pungatur dormiens, haud æquè fluit ſanguis.

CAESAR.

HOc potuit etiam referre ad pauorem: retrahitur enim ad cor. Itaque ſudor plus in ſomno vacuis relictis meatibus, & ſegregatis partibus. Contrà, ſuffocatis multum ſanguinis in cutem coït: & cadaueribus, qua parte tecta fuere cùm moriebantur.

Theodorus addidit, *ſubitque interiores*: malè. Nam ſi deſerit exteriores, quid eo fiat? Idem κεντουμένων, *adducto cultello*: nimis licenter.

Notandum quoque eſt, philoſophum hanc particulam inconditè interpoſuiſſe inter apoteleſmata morborum. Nam iam redit ad morbos.

CCXVIII. ARISTOTELES.

Γίνεται δὲ πεττομένων, ἐξ ἰχώρων μὲν, αἷμα· ἐξ αἵματος δὲ, πιμελή.

EX perfectis ichoribus fit ſanguis, è ſanguine adeps.

CAESAR.

NVnc docet gradus effectionũ naturalium. Ichores appellat ſanguinem nondum percoctum. Quare non rectè ſanies poſſit appellari, vt fit à Theodoro. Eſt enim ſanies ſanguis corruptus. Celſus tamen in v. ἰχῶρ, ſaniem dixit: ſed ibi Celſus dicit ſanguinem ex recenti vulnere, pus ex maturo, ſaniem inter vtrunque tempus. Itaque doctiſſimus poëta, *ſanguinem*, *ſaniem*, & *tabum* in antro Polyphemi dixit. Eſt igitur ſanguis corruptus tandem ad pus. Nunquam enim è ſanie fit ſanguis: ſed è ſanguine ſanies. Plinius in IX. cap. XXXVIII. purpurarum ſanguinem, ſed extractum iam, ſaniem vocat. Idémque lib. VII. cap. XV. è Nigidio ait, grauidis cùm menſtrua fluunt, inualidos, aut non vitales partus, aut ſanioſos edi. Hîc autem Ariſtoteles dilutum, non corruptum ſanguinem ſignificat, ſubtracto meliore, & multo calore: vt infrà, ἰχὼρ δέ ἐστιν ἄπεπτον αἷμα· ἢ τῷ μὴ πεπέφθαι, ἢ τῷ διωῤῥῶσθαι. Atque aduerte orationis ſubtilitatem. Neque enim ex omni ſanguine fit adeps, ſed ex dilutiore: quippe qui ex ichore incocto. Nam ex valentiore ſanguine caro fit. Hoc ita hîc intelligendum. Dubitabamus tamen. Nam adeps ipſo ſanguine frigidior eſt: quoniam vlteriore concoctione fit. Nam debet eſſe calidius quod plus eſt coctum. Principio hoc falſum eſt. Nanque prouectiore decoctione ſicceſcunt multa quare minùs calida fiant. Ita voluit piper album, pipere nigro Galenus eſſe calidius. Prætereà ratio eſt. Nam ſi calor ille ſecundus eſt acrior, bene eſto: calefiet ſanè quod calefit magis. At remittatur calor, minùs calefiet: vt tempus ſit maius, non intenſio. Itaque lac quoque minùs calidum quàm ſanguis eſt: quoniam calor mamillarum calore iecoris minor eſt. At ſemen calidius ſanguine: quoniam calor teſtium maior. Decoquitur igitur ſanguis alia decoctione dilutiore, non autem decoctione ſanguinis: & deſinit eſſe ſanguis.

CCXIX. ARISTOTELES.

Νενοσηκότος δ' αἵματος, αἱμοῤῥοΐς, ἡ μὲν ἐν ταῖς ῥισὶ, καὶ ἡ περὶ τὴν ἕδραν, καὶ ἰξία.

Vitiato ſanguine fit fluxio, quam Græci vocant hæmorroida: vt è naribus, & in mariſcis, & ad varices.

CAESAR.

REDIT ad morbos: vitium ſanguinis aliud ponit quo ſeſe natura emittit: ponit nomen, & loca tria. Nam quòd attinet ad menſtrua, hoc nomine non comprehendit, neque dyſſenteriam. Hic facit genus, hæmorroidem: at infrà ſpeciem ad mariſcas tantùm, ſicut & obſeruant Medici frequentiùs: ſed neque verum eſt vitiato ſanguine fieri ſemper effluxionem: retinetur enim, & moriuntur. Neque omnem effluxionem, eſſe vitiati ſanguinis: poteſt enim, aut eroſis, aut ſciſſis, aut apertis venis. Neque varices à ſanguine vitiato ſemper ſunt: ſed ab itinere, & nixu. Quare hæc propoſitio neque vniuerſalis eſto: neque conuerti debet.

Nota τὸ ἄκυρον. νενοσηκότος αἵματος: neque enim ſanguis ægrotat, ſed animal. Sed ſic locuti ſunt. Et Galenus oſtendit: ſanum animal, ſanum humorem, ſanam vrinam dici. Notabis quoque caſus mutatos: ἐν ταῖς ῥισὶ· & περὶ τὴν ἕδραν: poſteà ſubdit rectum καὶ ἰξία: nos meliùs: *è naribus*, de loco: exit enim. *Ad Varices*: quoniam deorſum vergit: neque exit.

Theodorus ſcitiſſimè, *vitiatum*, ſed malè addidit, *excreſcente*, de ſuo. Nam νενοσηκότος, complectitur etiam ægritudinem quantitatis: non dixit, φθαρέντος. Idem αἱμοῤῥοΐς, *profluuium*: rectè, ſed aut exitum ſignificat, *profluuium*, aut tractum vlteriorem: neutrum huc accidit. Nam ad mariſcas ſiſtitur: aliquando, & ferè ſemper, ad varices: multas enim vidimus; apertas nullas vidimus. Itaque cùm ſanguis, & in venis narium ſit, & in venis ſedis, & in venis crurium, eò non profluit. Qui ſi non exit, multò verò minus profluit. Omnino ea propoſitio auribus acutis vacat. Idem Theodorus, *vel per infera mariſcis mouetur* Modus loquendi ſatis durus. Nam non mouetur à mariſcis tanquam inſtrumento: propterea addit *infera* de ſuo, peſſimè. Nam varices interiores ſunt. Alibi potuiſſet ſic loqui: hîc ſic non debuit. Ad hæc, non omnis ſanguis mariſcarum à ſuperioribus partibus deſcendit corporis, ſed nonnihil etiam ab inferioribus. Craſſior enim ibi eſt.

CCXX. ARISTOTELES.

Σαπέντος δὲ γίνεται τὸ αἷμα ἐν τῷ σώματι πῦον, ἐκ δὲ τοῦ πύου πῶρος.

Putrefactus ſanguis fit pus: ex hoc autem id quod Græci porum: nos poſſumus dicere puinam.

CAESAR.

SVPRA naturalem transmutationem dederat. Nunc ponit morboſam. Nanque putrefactus ſanguis fit pus. Spiſſius quid, & album. Quod percoctum redigitur ad formam caſei: vt in boa apoſtemate vidimus. Græci πῶρον vocant. Nos nomen non poſuimus: ſed caſeaginem finxeramus: poſteà maluimus, *puinam*. Quo nomine genus caſei vocant Veneti: ab eo quòd fuiſſet pus, Latinè reſpondet hîc. Nam Theodorus, *tofum lapidem*, cùm interpretatur, cum fugit naturæ ratio. Nunquam enim ad illam duritiam accedit. Celſus non meminit huius poſtremæ mutationis, neque Plinius.

CCXXI. ARISTOTELES.

Τὸ δὲ τῶν θηλειῶν αἷμα, πρὸς τὸ τῶν ἀῤῥένων διαφέρει· παχύτερόν τε γὰρ καὶ μελάντερόν ἐστιν, ὁμοίως ἐχόντων πρὸς ὑγίειαν καὶ ἡλικίαν ἐν τοῖς θήλεσιν.

Fœminarum ſanguis, à ſanguine marium differt: craſſior enim ac nigrior eſt: æqualibus, & valetudinibus, & ætatibus inter ſe comparatis.

CAESAR.

NVNC redit ad ſanguinem ſanum. Et comparat ſexus: ſed mirum videtur. Nam æqualiorem & dilutiorem ait Galenus eſſe ſanguinem fœminarum: quod etiam Hippocrates: videmus etiam quotidie experimento: tum ratio eſt: minùs ſunt calidæ. Niſi dicas eſſe terreſtrem ſanguinem, & frigidiorem: ſanè ſolidiore, conſtantioréque ſunt corpulentia. Vult autem eſſe ætatum æqualitatem, & valetudinum: quoniam vtrouis poteſt variari: ſobrienti atrior erit. Item ſeni.

Dixit ὁμοίως ἐχόντων. Nos *æqualitatem ætatis* deſignauimus ſignati verbo æqualis meus, id eſt, tot annos natus quot ego. Nam ſic quoque dicimus, grandis natu: & maior natu: & maxima natarum: & maiores noſtri, alio nomine, priſci, veteres, antiqui. Theodorus multis ambagibus, *dummodo cætera adſint pariter quæ vel ab ætate, vel à ſanitate proficiſcuntur.* At verò poſſunt ab ætate, vel à ſanitate multa proficiſci, quæ non neceſſe eſt adeſſe: vt ſomnus, & vigilia: dormiat mulier, vigilet vir: adhuc comparatio bona. Mulieris ſanguis erit atrior: at non ſunt paria, quæ à ſanitate proficiſcuntur. Nam intereſt nunc huius mulieris dormire, huius viri vigilare: ab ætate quot proficiſcuntur diuerſa, quæ nihil mutant? Quadragenaria mulier ferè non parit: vir tum verò viget. Alia multa inuenies quæ non ſunt paria. Itaque Ariſtoteles ſatis habuit, ætatem, & valetudinem indicare: non autem omnia præſcribere, quæ ad eas pertineant.

CCXXII. ARISTOTELES.

Καὶ ἐπιπολῆς μὲν, ἔλαττον [μὲν] ἐν ταῖς θηλείαις, ἐντὸς δὲ πολυαιμότεραι.

ET in ſummo corpore minus habent ſanguinis fœminæ: intus plus.

CAESAR.

ARGVMENTVM poteras obiicere: dilutiore colore ferè eſſe mulierem: itaque eius ſanguinem minùs atrum reſpondet: non æquè diſpertitum ſanguinem, ſed intus plus contineri: ſic comparat partes partibus in eodem animali. De muliere autem debemus intelligere. Nam de aliis fœmellis quomodo conſtet: niſi ſit quod omne genus fœminarum corpulentius, id eſt carnoſius: arctiores ſunt venæ exteriores.

Erat mendum in libro: ἐπὶ πολλοῖς: lege ἐπιπολῆς, quoniam ſubinfert, ἐντὸς δὲ. ſicut in IIII. de Oſtracodermatis: τὰ δὲ σαρκώδη ἐπιπολῆς.

CCXXIII. ARISTOTELES.

Μάλιστα δὲ καὶ τῶν θηλέων ζώων, ἡ γυνὴ πολύαιμον, καὶ τὰ καλούμενα καταμήνια γίνεται πλεῖστα τῶν ζώων ἐν ταῖς γυναιξί.

INter fœmellas animantes, mulier plurimùm habet ſanguinis: plurimáque menſtrua ei fluunt.

CAESAR.

COMPARAT omnia animalia vno in ſexu. Theodorus malè Latinè locutus eſt, *menſtrua fieri*, Græcum ſecutus. Sed Plinius, *fluere menſtrua.* Nos in X. *Hiſtoriarum* oſtendimus è Salluſtio Latinam locutionem: *menſtrua ſoluere.*

Animaduerte laxam locutionem. Nam in ſola fœmina menſtruus ſanguis exit. Itaque *animal menſtruale* à Plinio appellatur. Quare igitur comparat cum animalibus aliis, ſub eo ſuperlatiuo πλεῖστα? Imò verò μόνα. Hoc fecit, quia à partu etiam aliis animantibus fluunt cruores, qui perſimiles ſic ſunt appellati. Quanquam ſine ratione nominis.

CCXXIV. ARISTOTELES.

Νεοσηκὸς δὲ τοῦτο τὸ αἷμα καλεῖται ῥοῦς.

IS ſanguis ſi vitietur, vocatur profluuium.

CAESAR.

INNVIT probum eſſe ſanguinem menſtruum: exonerari naturam ob quantitatem non ob vitium. Ac ſanè & conſtant eo fœtus, & aluntur. Quòd ſi vitioſum ſit: quòd fit vbi retentus eſt diutius, aut alia cauſſa, tunc à Græcis appellatur ῥοῦς, nos *profluuium*.

Theodorus iecit aleam: cùm dixit, *ſanguinem ægrotare*. Sed more Medicorum locutus eſt, vt ſuprà diximus. Nam ſi dicas ſanguinem ſanum, dicas etiam ægrotum: ſed eſt, ſicuti cùm dicimus, *pallidam mortem*, &c, *luridum venenum*: ſed æger dictus fuit, quoniam eſſet ἄεργος, quoniam nihil ageret. Actio autem, aut opus, ſanguini non competit, ſed animali: & cui inſtrumenta ſunt naturalia, ad officia naturæ; vt omnibus animantibus.

CCXXV. ARISTOTELES.

Τῶν δ' ἄλλων τῶν νοσηματικῶν, ἧττον μετέχουσιν αἱ γυναῖκες. ὀλίγαις δὲ γίνεται ἰξία καὶ αἱμοῤῥοΐς, καὶ ἐκ ῥινῶν ῥύσις· ἐὰν δέ τι συμβαίνῃ τούτων, τὰ καταμήνια χείρω γίνεται.

ALioqui eo genere morborum minus tentantur mulieres: pauca enim varicibus, aut mariſcis laborant: paucis profluit è naribus. Atque his incommodiùs menſtrua ſoluuntur.

CAESAR.

PROPTEREA quod menſibus ſingulis purgantur mulieres, minus laborant ſanguinis vitiis, maior enim pars purgatur menſtruis ſolutionibus. Quod ſi quibus ſiſtitur curſus ſtatus, aut quantus eſſe debet, eo tentantur multis morbis. Inter quos qui è ſanguine proueniunt numerat hìc tres.

Dixit νοσηματικῶν, non νοσημάτων: ſcilicet τῶν αἱμάτων τῶν νοσηματικῶν.

Mariſcæ etiam quibuſdam in vulua fiunt, vt videmus poſtrema parte apoteleſmatis: vbi deteriore eas vti conditione menſtruorum dicit: poteſt eſſe & cauſſa & effectus. Nam ſi menſtrua ceſſant ab obſtructione, aut primis menſibus prægnantium, erunt in cauſſa mariſcarum, & aliorum morborum: ſi ob nixum, aut iter longum, aut alia de cauſſa, varicoſa mulier fiet: aut è naribus profluuium ob iecoris vitia, aut capitis, patietur: hæc erunt cauſſa qua menſtrua deficiant.

Diximus, *incommodiùs*, χείρω: rectiſſimè: quoniam ſine modo menſtrua Theodorus peſſimè *detrimentum in menſtrua decumbit*. Nam in varice eſt detrimentum valetudinis: ab ea varice non decumbit in menſtrua, ſed ibi permanet. Imò in muliere ſana, & quæ ex menſtruorum retentione detrimentum pati poſſit: detrimentum id in menſtrua decumbit, atque cum menſtruis abit: vt omittam peregrinam locutionem, *decumbit detrimentum in menſtrua*.

CCXXVI. ARISTOTELES.

Διαφέρει δὲ καὶ κατὰ τὰς ἡλικίας, πλήθει καὶ εἴδει τὸ αἷμα. ἐν μὲν γὰρ τοῖς πάμπαν νέοις, ἰχωροειδές ἐστι καὶ πλεῖον· ἐν δὲ τοῖς γέρουσι, παχὺ καὶ μέλαν, καὶ ὀλίγον· ἐν ἀκμάζουσι δὲ, μέσως.

SEcundùm ætates quoque, tum multitudine, tum ſpecie differt ſanguis. In infantibus dilutior eſt, & largior: in ſenibus, craſſus, niger, paucus: ætate ſtata, mediocris.

CAESAR.

COMPARAT differentias ætatum: dixit εἴδει, laxè nimis. Intelligit ſpeciem ſenſui obiectam: εἶδος παρὰ τὸ εἴδεσθαι, vt *ſpecies* à *ſpiciendo*.

Ἰχωροειδὲς *dilutum* maluimus quàm *ſanioſum*: eſt enim ἰχὼρ, ſanguis non percoctus.

Diximus ἐν ἀκμάζουσι μέσως: *ætate ſtata*, vt ſtatam formam, mediam, apud Gellium, inter pulchram & turpem: ἀκμὴ, ſtatus morbi, rectè: *firmam*, dixit Theodorus, rectè: ſed malè addidit, *mediam*: vegetam etiam rectè dicas. medium temporis dixit Ouidius, autumnum, in x v. *Metamorph.* & paulò pòſt.

Inde

Inde valens, veloxque fuit, ſpatiúmque iuuenta
Tranſit, & emeritis medij quoque temporis annis,
Labitur occidua per iter decliue ſenecta. de ætate ſtata.

Rectiſſime dixit πλείω. Nam μέσως ſignificat medium & quantum ſatis ſit. Igitur plus in illis. In ſenibus tamen non dixit ἧττον ſed ὀλίγον.

Theodorus πάμπαν νέοις: *admodum iuuenili*, peſſimè: quis dicat infantem eſſe in ætate iuuenili? neque rectè, *ſaniem trahit*: neque enim trahit rem liquidam, dilutam, ſeroſam. Non trahit quod ſequi non poteſt.

CCXXVII. ARISTOTELES.

Καὶ πήγνυται ταχὺ τὸ τῶν γερόντων, καὶ ἐν τῷ σώματι, ἢ ἐπιπολῆς· τοῖς δὲ νέοις οὐ γίνεται τοῦτο.

Item ſenilis ſanguis citò concreſcit, etiam in corporis ſuperficie. Iunioribus autem nequaquam.

CAESAR.

Alia differentia ab euentu, quoniam citiùs concreſcit ſenilis: ratio eſt duplex, minus habet caloris quo reſiſtat mutationi: & minus humidi: terreſtrior enim eſt: auxit autem apoteleſma, cùm dixit, *etiam in corporis ſuperficie*: ſanè atriores fiunt ſeniores; & frigidiores ad tactum.

ταχύ. *facilè*, Theodorus minùs planè. Nam facilè multa fiunt, id eſt, ſine labore, ſed longo labore tamen, vt edere: at quædam citò, vt bibere: contra difficulter aliqua, & citò, vt ſaltus, iactus, ſternutatio, tuſſis.

CCXXVIII. ARISTOTELES.

Ἰχὼρ δέ ἐστιν ἄπεπτον αἷμα, ἢ τῷ μή πω πεπέφθαι, ἢ τῷ διωῤῥῶσθαι.

Sanies ſanguis incoctus eſt, aut quia nondum percoctus: aut quòd in ſeri modum dilutus fuerit.

CÆSAR.

Ichoris duas ſpecies tradit ſub vna definitione. Nam quod nondum perfectum eſt, aut eſt in via perficiendi, aut extra viam. Ita ſanguis, aut nondum eſt percoctus & coquetur, is eſt ſanies: aut non coquetur ob vitium quo læſus eſt; is quoque eſt ſanies: ſed priore modo, valde dubito an Latinè ſanies dici poſſit. Et puto non poſſe, vt ſuprà docuimus.

CAPVT DECIMVM QVINTVM.

De Medulla.

CCXXIX. ARISTOTELES.

Περὶ δὲ μυελοῦ· ἓν γὰρ τοῦτο ἐν τῶν ὑγρῶν ἐνίοις τῶν ἐναίμων ὑπάρχει ζῴων.

Nunc de medulla: nam ipſa quoque vna ex partibus liquidioribus inuenitur in quibuſdam animantibus, quæ ſanguine conſtant.

CAESAR.

TRANSIT ad aliud Caput humidorum, ſiue liquidiorum. Nam verè & ſimpliciter dicere liquidum non potes. ſed per comparationem ad duriora. Itaque reddit rationem quare inter liquida numeretur. Quoniam à natura inſtitutum eſt, vt aliquo, aut vaſe, aut ſinu, aut fiſco, aut alio conceptaculo contineatur. Sed melius feciſſet, ſi appoſuiſſet adipi & ſeuo: parum enim ab illis diſtat, ac ſanè valde parum.

Neſcio an mendoſus ſit codex: ſic enim uidetur mutilus περὶ δὲ τοῦ μυελοῦ, τοῦτο γὰρ &c. nam videtur ſaltem deeſſe: νῦν.

καὶ γὰρ τοῦτο ἐν τῶν ὑγρῶν: ne intelligas τὸ ἓν præſcriptionem numeri, quo excludantur alia liquidiora quaſi μόνον: ſed eſt vox declarans & recenſens inter liquida: & nota locutionem: ἓν γὰρ τοῦτο non dixit ὤν, quoniam nondum definiuit: quaſi dicat, hæc res, aut hæc pars, μόριον.

CCXXX. ARISTOTELES.

Πάντα δὲ ὅσα φύσει ὑπάρχει ὑγρὰ ἐν τῷ σώματι, ἐν ἀγγείοις ὑπάρχει, ὥσπερ καὶ αἷμα ἐν φλεψί, καὶ μυελὸς ἐν ὀστοῖς, τὰ δὲ ἐν ὑμενώδεσι, καὶ δέρμασι, καὶ κοιλίαις.

QVæ liquida ſuapte natura ſunt in corpore, omnia vaſis continentur, ſicut ſanguis in venis, medulla in oſſibus: alia in membranaceis, & cutibus, & ſimilibus.

CAESAR.

SIMVL rationem reddit quare inter liquida dicat de medulla: ſimul oſtendit eorum naturam, quæ ab altera natura proficiſcitur: quippe liquidi eſt, non facile præſcribi ſuis finibus. Itaque in corpore debuerunt liquida certis locis contineri. Enumerat aliquot: ſanguinem in venis, medullam in oſſibus. Alia reticet: membranacea cute vrina continetur ex excrementis, & cerebrum ex partibus, & fel ex actionibus: ſinu ſanguis in corde: alius dixiſſet: τὰ μὲν ἐν ἀγγείοις, τὰ δ' ἐν ὑμενώδεσι.

ὑγρὰ *liquida*, neceſſariò tranſtulimus: nam ὑγρὸν παρὰ τὸ ὕειν: ita *liquidum* à *lixa*: *lixa* autem aqua apud veteres, vnde *lixiuium*, & *elixum*. Theodorus rectè *humida*, ſed non hîc. Nam Medici & Philoſophi affectionem hanc contrariam agnoſcunt ſiccis, mollia duris, liquida conſtantibus: ſic ſanguis ὑγρὸς liquidus, & contra diſtinguitur à carne: at caro humida. & contra diſtinguitur ab oſſe.

ὑμενώδεσι, *in membranis*, Theodorus, vt tria membra faceret, membranas, cutes, ſinus. Quanquam κοιλίας quoque, *ventribus* malè eſt interpretatus. Namque æquiuoca effugere debemus. In ventriculo autem & in ventre nihil liquidi continetur quod animalis pars ſit: ſed in ſinubus cordis ſanguis, quos ſinus κοιλίας etiam ſuprà appellabat. Nunc igitur duo tantùm membra facit: δέρμασι καὶ κοιλίαις, & apponit eorum naturam ὑμενώδη. Nam cute nihil liquidi continetur, ſed totum corpus: at cute membranacea cerebrum: ſinu membranaceo, in corde ſanguis: * * * * *videntur quædam deeſſe.*

CCXXXI. ARISTOTELES.

Γίνεται δὲ ἐν τοῖς νέοις αἱματώδης πάμπαν ὁ μυελός, πρεσβυτέρων δὲ γινομένων, ἐν μὲν τοῖς πιμελώδεσι, πιμελώδης· ἐν δὲ τοῖς στεατώδεσι, στεατώδης.

GReatur autem in iuuenculis medulla omnino ſanguinea: ſeneſcentibus autem adipalibus adipoſa, ſepaceis ſeuoſa.

CAESAR.

POnit ſubſtantiam, ponit diuerſitatem, ponit cauſſas diuerſitatis ab ætate: ponit cauſſas à generibus: Ita ſanguinea eſt, adipalis eſt, ſeuoſa eſt.

Dixit

Dixit *γίνεται*: quoniam à principio generationis molliſſima eſt & muccoſa, poſteà ſanguineſcit, tandem concreſcit, aut in adipem, aut in ſeuum: ſi igitur ſanguinea eſt medulla, fruſtra Galenus argumentatur eſſe membrum ſpermaticum à colore.

Theodorus *nouellis* repetit malè: nam vites *nouellas dicas*, ſicut *nouale*: at *animal nouellum* non dicas: vide Plinium. Idem *adipem trahit*, malè: nam vnde trahit? Idem, *ſebo deputatis generibus*, duriſſimè: deputare genera animalium ſebo: imo ſebum ipſis.

CCXXXII. ARISTOTELES.

Οὐ παντὶ δ' ἔχει τὰ ὀστᾶ μυελὸν, ἀλλὰ τὰ κοῖλα.

Neque verò quouis oſſe medulla continetur, ſed cauis tantùm.

CAESAR.

QVONIAM dixerat medullæ conceptaculum os eſſe, declarat cuiuſmodi oſſibus medullæ contineantur. Mirum verò ſi medulla non ſit os, & oſſe medulla contineatur, quomodo os cauum non ſit. Itaque videtur eſſe ſuperfluum: & ſanè hìc eſt. Nam ad oſſis naturam tantùm pertinet hoc Caput. Quare fruſtrà quoque repetit: ſuprà enim de oſſe penè dicit eadem.

CCXXXIII. ARISTOTELES.

Καὶ τούτων ἐνίοις οὐκ ἔνεστι. τὰ γὰρ τοῦ λέοντος ὀστᾶ, τὰ μὲν, οὐκ ἔνεστι. τὰ γὰρ τοῦ λέοντος ὀστᾶ, τὰ μὲν οὐκ ἔχει πάμπαν, τὰ δ', ἔχει πάμπαν μικρόν. διόπερ ἔνιοι οὔ φασιν ὅλως ἔχειν μυελὸν, τοὺς λέοντας, ὥσπερ εἴρηται πρότερον. καὶ ἐν τοῖς ὑείοις δὲ ὀστοῖς, ἐλάττων ἐστὶν, ἐνίοις δ' αὐτῶν πάμπαν οὐκ ἔνεστι.

At enimuerò ne his quidem omnibus medulla ineſt. Namque leonis oſſa partim nihil omnino, partim parum omnino habent. Quæ fuit cauſſa vt nonnulli dicerent, leones medulla carere penitùs, quemadmodum ſuprà dictum eſt. Tum in ſuillis oſſibus minùs eſt medulla: in quibuſdam autem nulla eſt penitùs.

CAESAR.

QVONIAM caua eſſent, videbantur aliquid debere continere: ſed non continent omnia: ſicut neque tota cauitate in veruecibus continetur. Repetit de leonis oſſibus: dicit ſe repetiſſe ne exprobretur: ſed ibi pro natura oſſium, hìc pro natura medullæ.

Videmus *τὸ πάμπαν* non eſſe, vt interpretatur Theodorus, *admodum*: ſed *omninò*. Nam quid eſt *πᾶν*? Non enim eſt modus: ſed modus eſt mediocritas *τοῦ παντὸς*. Nam quid eſſet dicere, *τὰ μὲν οὐκ ἔχει πάμπαν, quædam non habent admodum*. Nam aut omnia habent pro non ſuo, aut nulla pro modo aliorum. Itaque Theodorus *τὸ πάμπαν* malè, aliquando *nullam*, aliquando *admodum* dixit. Nam in his oſſibus, in quibus *πάμπαν μικρὸν* eſt, eſt tanta paucitas quanta omni ratione eſſe poteſt.

Diximus, *penitùs nulla τὸ ὅλως*: Nam penitus loca interiora ſignificat, cuiuſmodi medullæ debita ſunt.

CAPVT

CAPVT DECIMVM-SEXTVM,

De his quæ poſt genitum animal oriuntur: Lacte, & Genitura.

CCXXXIV. ARISTOTELES.

Ταῦτα μὲν οὖν τὰ ὑγρὰ, σχεδὸν ἀεὶ σύμφυτά ἐστι τοῖς ζώοις. ὑστερογενῆ δὲ γάλα τε καὶ γονή.

Haec liquida ſunt, quæ congenita animalibus, fermè ſemper in eis exiſtunt. Ea autem quæ poſt genitum animal oriuntur, lac, & genitura.

CÆSAR.

Theodorvs malè coniunxit hoc Caput cum Capite ſuperiore. Nam maximè diſtant tempore συγγενῆ ὑστερογενῆ. Tractantur hîc duo, lac, & genitura: vtrunque è ſanguinis materia factum: alterum ad generandum fœtum, alterum ad alendum. Ergo ſi à ſanguine diſtinxit medullam, multo magis à medulla lac: lac enim poſterius ſanguine.

τὸ σχεδὸν diu dubitaui vtri referrem, ad ταῦτα ne, an ad ἀεὶ. Nam contextus orationis ducit nos ad ἀεὶ at ſententia reclamat. Nam quare dubitaret, ſempérne eſſet in animali ſanguis, cerebrum, medulla? ſed ad ἀεὶ apponendum aduerbium eſt. Neque enim ſemper pinguedo aut ſeuum omnibus ineſt.

Theodorus malè *adnata*. Non enim adnaſcitur lac. Neque enim membrum eſt, ſed humor: adnatus dicitur digitus ſextus, & verruca, & alia eiuſmodi: naſci lac nemo dixit: gigni autem ampliore eſt ſignificatione, γίνεται: naſci de viuente tantùm, & eius partibus, niſi oratoria tranſlatione. Ouidius xv. *Metamorph.*

---naſcíq; vocatur.
Incipere eſſe aliud, quàm quod fuit ante, moriq;
Deſinere illud idem. Igitur cùm lac non dicatur mori, ne naſci dicetur quidem: præterea eſt ambigua vox. Namque congenita multa eſſe poſſunt adnata, vt diximus. Tum autem membrana oculi quædam adnata vocatur: neque expreſſit *poſteriora*, ὑστερογενῆ.

CCXXXV. ARISTOTELES.

Τούτων δὲ τὸ μὲν ἀποκεκριμένον ἅπασιν, ὅταν ἐνῇ, ἐστὶ τὸ γάλα· ἡ δὲ γονὴ, οὐ πᾶσιν, ἀλλ' ἐνίοις ὥσπερ οἱ καλούμενοι θοροὶ ἐν ἰχθύσιν.

E quibus alterum vbi excretum eſt, cùm tempus eſt vt inſit, lac eſt. Genitura autem non in omnibus, ſed eius vice genitalis ſuccus: quale in piſcibus Græci θορὸν vocant.

CAESAR.

Commvne erat vtrique liquidum eſſe, vtrique poſt genitum animal gigni. Hoc poſuerat. Ea nos: commune è ſanguine fieri, commune alba eſſe, niſi in Ponto, vbi equas paſtas in campis à fluuio Aſtace irrigatis, nigro lacte gentem alere tradit Plinius. Propriũ lactis vnius eſſe generis in omnibus: proprium genituræ non eſſe in omnibus, ſed habere vicarium id quod ab impetu exiliendi θορὸν Græci vocant: cuiuſmodi res in piſcibus eſt. Nam ſi eorum pulpa caro non eſt, ſpina aliud eſt ab oſſe, genitalis ſuccus aliud erit à genitura: Hoc ponit: illud nos, propoſitionis finis: genituræ materiam præexiſtere fœtui futuro ob ſpem conſeruandam, proprium lacti exiſtenti iam fœtus materiam eſſe ad ipſum conſeruandum.

Theodori

Theodori Codex multa deſiderat neceſſaria: totam enim ſententiam de lacte omiſit.

Dixit *quod excretum eſt.* Nam ante tempus cum ſanguinis maſſa concretum eſt: ſanguis enim eſt lac in potentia. At genitura excreta non eſt eadem: ſed in piſcibus non γονὴ, ſed θορὸς. eam vocem in auibus etiam alibi dicit. Theodorus *genitale virus* appellauit: virus, non placet. Nam in piſcibus id verò ſuauiſſimum. θορὴν Herodotus in *Thalia*, non θορὸν Æthiopum dixit.

CCXXXVI. ARISTOTELES.

Ἔχει δὲ, ὅσα ἔχει τὸ γάλα, ἐν τοῖς μαστοῖς.

Qua lac habent, ea omnia ipſum in mammis continent.

CAESAR.

Sapienter perſequitur propoſitum ſuum. Namque liquida dixit vaſis contineri, ergo huic liquido erant vaſa aſsignanda.

CCXXXVII. ARISTOTELES.

Μαστοὺς δ᾽ ἔχει, ὅσα ζωοτοκεῖ καὶ ἐν αὐτοῖς, καὶ ἔξω· οἷον ὅσα τε τρίχας ἔχει, ὥσπερ ἄνθρωπος, καὶ ἵππος· καὶ τὰ κήτη, οἷον δελφὶς, καὶ φώκη, καὶ φάλαινα. καὶ γὰρ ταῦτα μαστοὺς ἔχει καὶ γάλα.

Mammas autem habent quaecunque & concipiunt animal & pariunt. Qualia ſunt pilis prædita omnia, vt homo, & equus: prætereà cete: vt Delphin, Vitulus marinus, Balena: quibus omnibus & mammæ ſunt, & lac.

CAESAR.

Vult deducere demonſtrationem: declarat quæ mammas habeant. Duo genera aſsignauit: pilis prædita, & cete: tum concluſionem, mammas habent, ergo lac habent. Maiorem enim ſuprà poſuerat. Non conuertitur igitur illa propoſitio, mammas habent, ergo lac: veſpertilio quoque pilis obſitus eſt, non pluma: cute volat, non penna: & mammas atque lac habet.

ζωοτοκεῖ καὶ ἐν αὐτοῖς καὶ ἔξω: vacat τὸ ἔξω: nihil enim animal concipit, quin animal quoque edat: exemplum quoque vituli marini vacat: nam pilo tegitur: duplex igitur in eo argumentum à pilo, & ab genere cetaceo.

Theodorus addidit de ſuo, *in aquatili genere*, non neceſſariò.

CCXXXVIII. ARISTOTELES.

Ὅσα δ᾽ ἔξω ζωοτοκεῖ μόνον, ἢ ᾠοτοκεῖ, οὐκ ἔχει οὔτε μαστοὺς, οὔτε γάλα, οἷον ἰχθὺς καὶ ὄρνις.

At quæ ouum aut edunt, aut intra ſe excludunt vt edant animal, neque mammas, neque lac habent: vt piſcis, & auis.

CAESAR.

Nunc excludit alia duo genera: ouiparum ſcilicet, & alterum, quod concipit quidem ouum, ſed animal parit: ne videretur, quoniam animal pariat, lac debere habuiſſe: videretur enim argumento ſumpto à fine. Nam animal imbecillum eſt, eius rei lac comparatur.

Mira breuitas ὅσα δ᾽ ἔξω ζωοτοκεῖ μόνον, ἢ ᾠοτοκεῖ: nos aſſecuti ſumus aliis verbis. Cùm verò negauit mammas habere, non neceſſe fuit apponere, etiam lac. Nam ſuprà dixit omne lac in mammis contineri. Sed videtur probare adhuc illam propoſitionem, alioqui vacaret.

Malè

Malè expreſſit Theodorus ἔξω ζωοτοκεῖ μόνον, cùm dixit *animal poſt in lucem excludunt*. Imo intra ſe excludunt, & in lucem edunt. Nam hîc τίκτειν ſignificat *concipere*.

CCXXXIX. ARISTOTELES.

Πᾶν δὲ γάλα ἔχει ἰχῶρα ὑδατώδη, ὃ καλεῖται ὀῤῥός· καὶ σωματῶδες, ὃ καλεῖται τυρός.

OMne lac habet ſuccum aquoſum, qui dicitur ſerum, & alterum corpulentū, qui vocatur caſeus.

CAESAR.

NVnc lactis ſubſtantiam perſequitur à partibus, ſed mutilè. Nam differt multa poſt verba tertiam lactis partem pinguem, quam hîc debuit numerare.

Non potui adduci vt ἰχῶρα in lacte ſaniem dicerem: ſed ipſe perſiſtit: ſuprà enim in ἰχῶρα degenerare ſanguinem, & διοῤῥοῦσθαι dicebat.

CCXL. ARISTOTELES.

Ἔχει δὲ πλείω τυρὸν τὸ παχύτερον τῶν γαλάκτων.

PLus craſſum lac, plus habet caſei.

CAESAR.

COncluſio à ſubſtantia partium. Nam ſi craſſum eſt, caſeus: caſeatius erit craſſius: vt è contrario. Notabis quoque τῶν γαλάκτων in plurali.

CCXLI. ARISTOTELES.

Τὸ μὲν οὖν τῶν μὴ ἀμφοδόντων γάλα πήγνυται· διὸ καὶ τυρεύεται τῶν ἡμέρων. τῶν δ' ἀμφοδόντων οὐ πήγνυται, ὥσπερ οὐδ' ἡ πιμελή. καὶ ἔστι λεπτὸν καὶ γλυκύ.

QVibus primores ſuperiore maxilla dentes non ſunt, eorum lac coït. Quare greges habentur domiti ad caſeum faciendum. Quæ vtramq; maxillā integro numero dentatā habēt, non coit: quemadmodū ne adeps quidē. Eſt autem & tenue & dulce.

CAESAR.

AFFECTIONES lactis à generibus, & ſeriem naturæ ſibi ipſi conſtantem notat. Nam ſeuum craſsius & compactius concreſcit: id attribuit μὴ ἀμφόδουσι: ita & lactis natura ad concretionem: aliis non, quoniam ne adeps quidem coït: poſtremò videtur quaſi reddere rationem, cùm dicit, ipſum lac eſſe tenue.

διὸ καὶ τυρεύεται τῶν ἡμέρων: breuitas mira, nos candidiùs expreſsimus: ſed neſcio an verum ſit: nam ab equabus caſeum factum eſitauimus in Apulia, vt aiebant, dulce & pingue.

τὰ ἥμερα, *vrbana* Theodorus: imo ruſtica. Item quis dicat ouem dentium ordine ſuperiore carere vt idem ait? Nam primoribus tantùm caret: ordinis parte caret, non ordine. Et oratio ambigua eſt: *ſicut nec pingue: & tenue dulceq́ eſt*: nā τὸ pingue, de lacte quis poſſet intelligere? ſed voluit effugere nomen pinguedinis: at πιμελὴ priuatum adeps dicitur: pingue autem etiam oleum eſt, etiam ſeuum: vtrunque autem πήγνυται: non dixit πῖον: πιότης debet eſſe genus ad πιμελὴν καὶ στέαρ καὶ ἔλαιον.

CAESAR

CCXLII. ARISTOTELES.

Ἔστι δὲ λεπτότατον μὲν γάλα καμήλου, δεύτερον δὲ ἵππου, τρίτον δὲ ὄνου, παχύτερον δὲ τὸ βόειον.

Tenuiſſimum eſt camelinum: deinde equæ: tum tertio loco aſinæ: craſſius bubulum.

CÆSAR.

Qvoniam dixerat τῶν ἀμφωδόντων tenue eſſe, ne quis efficeret propoſitionem vniuerſalem oſtendit μὴ ἀμφωδόντων vnum tenuiſſimum Cameli ſcilicet: atque ita ducit declarationem ſubſtantiæ non per genera, ſed per ſeipſum.

παχύτατον legit Theodorus. Et perplacet. in noſtro codice παχύτερον fuit.

CCXLIII. ARISTOTELES.

Ὑπὸ μὲν οὖν τοῦ ψυχροῦ οὐ πήγνυται τὸ γάλα, ἀλλὰ διοῤῥοῦται μᾶλλον· ὑπὸ δὲ τοῦ πυρὸς πήγνυται καὶ παχύνεται.

Frigore non coït lac, quin in ſerum potius ſoluitur: ab igni concreſcit & craſſeſcit.

CÆSAR.

Dixit ſeuum frigore concreſcere, nunc non ſolum aufert à lacte hanc affectionem, ſed etiam apponit contrariam cùm dixit διοῤῥοῦσθαι.

Dixit πήγνυται καὶ παχύνεται, quoniam aliqua coëunt, ſed non craſſeſcunt, vt aqua glaciata: & quorundam animalium ſanguis: ij ſunt gradus: πήγνυται, παχύνεται, σκληροῦται. Ita oppoſuit duo verba frigori, οὐ πήγνυται, πήγνυται: διοῤῥοῦσθαι, παχύνεται: nam aqua vitis à frigore, neque πήγνυται neque διοῤῥοῦται: lac non πήγνυται & διοῤῥοῦται: ab igni & πήγνυται & παχύνεται.

CCXLIIII. ARISTOTELES.

Οὐ γίνεται δὲ γάλα, πρὶν μὲν ἔγκυον γένηται, οὐδενὶ τῶν ζώων, ὡς ἐπὶ τὸ πολύ. ὅταν δὲ ἔγκυον ᾖ, γίνεται μὲν, ἄχρηστον δὲ τὸ πρῶτον καὶ ὕστερον.

Rarò prouenit lac animalibus niſi prius conceperint: ac pragnantibus ingeneratur: ſed tam primum quàm vltimum inutile.

CAESAR.

Svpra dixerat ὅσα ἴσχει: nunc igitur declarat tempus, non ab ætate, ſed à fine & materia. Nam lac prægnantibus ineſt; quoniam retinentur menſtrua: rarò enim prægnantibus menſtrua fluunt: rariùs ſi lac habeant: hæc eſt materia: finis autem quoniam apparatus eſt futuri alimenti.

Dixit ἐπὶ τὸ πολύ, quoniam etiam non prægnantes aliquando habeant lac: ſed id rarum, mox exactiùs hoc perſequetur. At Plinius in XI. negat bouem ante partum habere.

Dixit πρῶτον quoniam fiet coloſtratio * * * *multa deſunt.* Nota quoque locutionem πρὶν μὲν ἔγκυον γένηται, πρὶν ἢ ἔγκυον γίνεσθαι.

CCXLV. ARISTOTELES.

Μὴ ἐγκύοις δ' οὔσαις, ὀλίγα μὲν ἀπὸ ἰδεσμάτων τινῶν.

E cibis quibuſdam factum eſt, vt etiam non prægnantes aliqua lac habuerint.

C AE S A R.

PERSEQVITVR iucundiſſimam hiſtoriam: τὸ ὀλίγον τὸ πολύ: quod nos per contrarium vertimus: *raro*: pabulorum rationem, poſteà exactiùs videbimus.

Neſcio an Theodorus rectè poſuerit, *lacteſcunt*: lacteſcit ſanguis, ſed fœmina non lacteſcit: vtitur tamen in eodem ſignificatu Plinius in XI. cap. XLI. cùm ait, aſinas prægnantes continuò lacteſcere.

Nota locutionem μὴ ἐγχόοις ἢ ὀλίγα μὴ ἀπὸ ἐδεσμάτων τινῶν: ſuprà dixit ὀλίγοι τῶν ζώων; nunc ὀλίγα, ſine verbo. Nam ſanè eſt ὀλίγα ζῶα.

CCXLVI. ARISTOTELES.

Οἱ μὲν ἀλλὰ καὶ βδαλλομέναις ἤδη πρεσβυτέραις προῆλθε, καὶ τοσοῦτον ἤδη ποιῇ, ὥστ' ἐκτιθηνῆσαι τὸ παιδίον.

Quinetiam fuêre mulieres vel ſeniores, quibus, cùm ſuggerentur, prouenerit lac: ac nonnullis quidem tanta vbertas, vt etiam infantē ablactarint.

C AE S A R.

ALIAM rationem ponit lacti generando attractione. Nam vis in mamellis ſi adhuc inſit, eò confluente ſanguine lac fiet: attrahetur autem ſuctu: confirmat propoſitionem hiſtoria. Nam quod factum eſt in natura, fieri poteſt: auxit παράδοξον ab ætate: auxit etiam ab officio per quantitatem, quantum ſatis eſſet infanti, non ſolùm educando, ſed etiam ablactando.

Primum ἤδη aut eſt nota temporis, olim, aliquando: aut ætatis, cùm iam eſſent ætate affecta: ſecundum ἤδη, temporis eſt:

τὸ παιδίον. Illud τὸ, non refertur ad id, quòd eſſet filius quem nutrix enixa fuiſſet. Et ſanè ambigetur, niſi referas ad βδαλλομέναις, vt ipſe infans ſit βδάλλων.

CCXLVII. ARISTOTELES,

Καὶ ἐν περὶ τὴν Οἴτην δὲ ὅσαι ἂν μὴ ὑπομένωσι τὴν ὀχείαν τῶν αἰγῶν, λαμβάνοντες κνίδην, ξέουσι τὰ οὔθατα βίᾳ, διὸ τὸ ἀλγεῖν εἶναι. τὸ μὲν οὖν πρῶτον αἱματῶδες ἀμέλγον ἐστί, εἶθ' ὑπόπυον· τὸ δὲ τελευταῖον γάλα ἤδη οὐδὲν ἔλαττον τῶν ὀχευομένων.

IN Oetæ montis paſcuis, quæ capellæ maris initum non admittunt, iis vbera vrticis affricant, idque violenter, vt dolorem faciant. Primum igitur cruentum emulgent, deinde ſubpurulentum: poſtremò iam lac, nihilominus quàm quæ fœtæ ſint.

C Æ S A R.

TERTIAM rationem ſimilem ſecundæ ponit: nam attractio hîc & ibi. Ibi per vacuum, ſuctu enim trahitur aër, & quod ei proximum eſt: hîc per dolorem: dolorem enim attrahere dixerunt antiqui. Sed quomodo id ſit intelligendum, in X. *Hiſtoriarum* diximus. Dixit *affricationem*, addidit modum *violenter*. Et cauſſam, *vt dolorem faciant.* Nam ſi leuiter attrectes, vrit tantùm: ſi acrius, etiam dolet. Itaque quod ibi ad oras venarum eſt, ſtatim emulgetur: atque exit quale eſt: tum procedente tempore ſubit coctum magis, atque magis.

τελευταῖον ἤδη. *Iam*, ſignificat perfectionem: vt *iam ſetis horrida, iam bos*: quod Theodorus omiſit. Verbum antiquum fuit *io*, non *eo*, à Græco ἴω: adhuc manent veſtigia *ini, i, ire; itum, ibo*: itaque dimiſſis concionibus Imperatores. *Ite* inquiebant *commilitones diis bene iuuantibus, curate corpora.* Et præco in funeribus, *Ilicet.* Itaque vnuſquiſque dicebat *iam*, biſyllabum: quomodo etiam Comici frequentiſſimè vtuntur etiam in aduerbio.

Oſtendit

Oſtendit precium operæ, cùm dixit, οὐδὲν ἔλαττον τῶν ὀχευομένων, vt ars prouocârit & æquarit naturam.

Mira ſuauitas Atticiſmorum: λαβόντες κνίδην τρίβουσι τὰ οὔθατα βίᾳ, διὰ τὸ ἀλγεινὸν εἶναι ſcilicet τὸ τρίβεσθαι βίᾳ τῇ κνίδῃ. Et nota λαβόντες.

ὑπόπυον Theodorus *purulentum*: nos exactiùs *ſubpurulentum*.

CCXLVIII. ARISTOTELES.

Τῶν δ' ἀρρένων, ἔν τε τοῖς ἄλλοις ζῴοις καὶ ἐν ἀνθρώποις, ἐν οὐδενὶ μὲν ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ γίνεται γάλα. ὅμως δὲ γίνεται ἔν τισιν· ἐπεὶ καὶ ἐν Λήμνῳ αἲξ ἐκ τῶν μαστῶν, οὓς ἔχει δύο ἄρρην παρὰ τὸ αἰδοῖον, γάλα ἠμέλγετο τοσοῦτον, ὥστε γίνεσθαι τροφαλίδας. καὶ πάλιν ὀχεύσαντος, τῷ ἐκ τούτου γενομένῳ, συνέβαινε ταὐτόν. ἀλλὰ τὰ μὲν τοιαῦτα, ὡς σημεῖα ὑπολαμβάνουσιν. ἐπεὶ καὶ ἐν Λήμνῳ ἀνεῖλεν ὁ θεὸς μαντευσαμένῳ, ἐπίκτησιν ἔσεσθαι κτημάτων.

Vniuerſus ſexus maſculinus, tam cæterarum animantium quàm hominis, magna ex parte lacte caret. Quanquam quibuſdam hoc euenit vt haberent. Quemadmodum contigit in Lemno inſula, vt hircus, quæ bina illi habent vbera prope genitale, tãtum lactis daret ad mulctram, vt ex eo caſeoli fierẽt. Tum eius initu hædum generatum idem euentus eſt conſequutus. Sed hæc pro prodigijs interpretantur. Quippe oraculum petenti reſponſum eſt, in Lemno futurum vt pecus ampliori fœtura ſuppleretur.

CAESAR.

APPONIT rem præter naturam. Itaque videtur verboſus, neque tamen eſt. Nam videbatur ſic potuiſſe dicere. Maribus quoque aliquando euenit vt lac haberẽt: ſed ſic dixit, in maribus animalibus neque aliis, neque homini gigni lac. Scilicet hoc propoſuit pro naturæ legibus: poſteà ſubdit. In quibuſdam præter naturam, ſcilicet. Deinde texit hiſtoriam, cuius ſuauitatem nos quantum potuimus ſecuti ſumus: vel illis verbis. Hircus, quæ bina illi habẽt vbera: non rudibus auribus accipienda. Hircus enim vnus lac habuit: at omnes habent papillas. Id Theodorus non eſt aſſequutus, *quas gerit*, inquit: at ille nunc non gerit, ſed gerebat. Itaque Philoſophus οὓς ἔχει δύο ἄρρην: prætereà malè *caprum* dixit; ſed hircus fuit. Caper exectus eſt: itaque neceſſariò addidit Virgilius, *vir gregis*, cùm caprum nominâſſet. Neque exectus lac dediſſet. Nam & id notandum μεθ' ἥβην ἀνδράσι extitiſſe, non πρὸ τῆς ἥβης. Idem quoque Theodorus ζῷα peſſimè *beſtias* tranſtulit. Notabis αἲξ in maſculino genere: quod conſulto Philoſophus fecit, cuius naturam ad fœmineam accedere diceret.

ἐπίκτησιν κτημάτων: Theodorus: *peculij incrementum*, rectiſſimè: nos ſignatiſſimis verbis ex Virgilio, *ſi fœtura pecus ſuppleuerit.*

Notanda breuitas, μαντευσαμένῳ: non appoſuit perſonam, Theodorus expleuit: & ſane videtur legiſſe ἐν Λημνίῳ ἀνεῖλεν, non autem ἐν Λήμνῳ. Sed hoc plus placet, vt locum ſignificaret: neque illi vni partem daret, ſed toti inſulæ. τροφαλίδας, *coloſtra* interpretatus eſt Theodorus. Athenæus in XIIII. nomen tantum poſuit, nec declarat quid ſit, niſi caſei genus: in X. quoque non niſi nomen ponit: in XII. appellat ex Alexide poëta τροφάλλια. Plinius in XI. ex primo lacte à partu coloſtra fieri, quæ, niſi addatur aqua, in pumicis modum coëunt duritia. Martialis in Xeniis:

Surripuit paſtor quæ nondum ſtantibus hædis
De primo matrum lacte coloſtra damus.

Ibi Domitius dicit ab Ariſtotele appellata τροφαλίδα. Plinius XXVIII. *coloſtrum eſt prima à partu ſpongioſa denſitas lactis*. Igitur non ſunt τροφαλίδες coloſtra. Nam hic dicit τοσοῦτον ἠμέλγετο ὥστε γίνεσθαι τροφαλίδας. Nihil miraculi eſſet coloſtrum factum: ſed continuationem mulctræ intellexit. Dicti ſunt à nutriendo caſeoli, quoniam lac valet ad ἀτροφίαν: τρόφια merces nutricum, quæ à Iuriſconſultis *nutritia* dicuntur: ſunt igitur τροφαλίδες caſeoli, quales *caſeatas* ruſtici noſtri vocant; muſtei caſeoli: ſic mox τροφαλίδας ordinarios caſeolos oſtendit fuiſſe: non primo tantùm lacte coactos. Siculas τροφαλίδας laudat ſuidas: & Athenæus.

CCXLIX. ARISTOTELES.

Ἐν δὲ τοῖς ἀνδράσι μεθ' ἥβην ἐνίοις ἐκθλίβεται ὀλίγον. βδαλλομένοις δὲ, καὶ πολὺ ἤδη ποτὲ προῆλθεν.

Viris quibuſdam poſt pubertatem exprimitur aliquantulum. Qui ſi contentiùs ſuggantur, etiam multum prodijt.

CAESAR.

NEGARAT in brutis, negarat in homine: poſuit de hirco exemplum contrarium, nunc de hominibus. Nota poſt pubertatem: quoniam meatus laxiores, & motus maior ſanguinis efferueſcentis acutiùs.

Dixit ὀλίγον, & ἐκθλίβεται: deinde dicit βδαλλομένοις, & πολύ; ſed προῆλθεν, quaſi ſponte poſteà ſubſequatur.

CCL. ARISTOTELES.

Ὑπάρχει δὲ ἐν τῷ γάλακτι λιπαρότης, ἣ καὶ ἐν τοῖς πεπηγόσι γίνεται ἐλαιώδης.

Ineſt in lacte pinguedo, quæ in concreto oleoſa fit.

CAESAR.

QVod ſupra omiſerat inter partes, nunc reponit: recentiores *butyroſam* vocant.

Theodorus malè, *oleum prope trahit*: ſed ipſa olei natura conſtat, & euadit oleoſa.

CCLI. ARISTOTELES.

Εἰς δὲ τὸ προβάτειον ἐν Σικελίᾳ, καὶ ὅπου πλεῖον, αἴγειον μιγνύουσι.

IN Sicilia, ac ſicubi capellarum maiores ſunt greges, ouillo caprinum miſcent.

CAESAR.

NVnc ab vſu lactis eius naturam perſequitur.

CCLI. ARISTOTELES.

Πήγνυται δὲ μάλιστα, οὐ μόνον τὸ τυρὸν ἔχον πλεῖστον, ἀλλὰ καὶ τὸ αὐχμηρότατον πλεῖον ἔχον.

Coït non ſolùm quod caſei habet plurimum, ſed etiam quod ſicciſſimum.

CAESAR.

SVPRA hoc quoque ponere debuit, ſtatim ab ea propoſitione, qua ex caſei ratione concretionem lactis metiebatur. Sed difficilis hæc eſt contemplatio. Nam tres cùm ſint partes in lacte. Serum aquea, butyrum aërea, caſeus terrea: qua ratione diſtinxerit τὸν τυρὸν in lacte ἀπὸ τοῦ αὐχμηροῦ dubitaretur, niſi compararet quantitatem caſei, ſiccitate caſei.

CCLIII. ARSTOTELES.

Τὰ μὲν οὖν πλεῖον ἔχει γάλα, ἢ ὅσον εἰς τὴν ἐκτροφὴν τῶν τέκνων.

Quædam igitur plus habent lactis quàm quantum exigatur ad alendum ſobolem.

CAESAR.

C Æ S A R.

A Quantitate: quæ duplex eſt: prima, quantum ſatis ſit ad alendam prolem: altera qua & id agatur, & fiant caſei.

CCLIV. ARISTOTELES.

Καὶ εἰς τύρωσιν χρήσιμον καὶ ἀπόδοσιν, μάλιστα μὲν τὸ προβάτειον καὶ τὸ αἴγειον, ἔπειτα τὸ βόειον.

Vtiliſſimum ad conficiendum caſeum qui ſeruetur, ouillum lac: deinde caprinum, tum bubulum.

C Æ S A R.

AGit ſecundum membrum diuiſionis à quantitate: hoc tamen neque à quantitate verum eſt, neque à perpetuitate. Nam ouis perpuſillum dat: capella plurimum pro corporis ratione. Et ouillum celeriùs ſeneſcit, & fit carioſum: bubulum non item.

CCLV. ARISTOTELES.

Τὸ δὲ ἵππειον καὶ τὸ ὄνειον, μίγνυται εἰς τὸν Φρύγιον τυρόν.

Equinum autem & aſininum admiſcetur Phrygio caſeo.

C AE S A R.

HOc quoque ſuprà debuit coniungere cum Siculo inſtituto, vbi ouillo caprinum admiſcebat.

CCLVI. ARISTOTELES.

Ἔστι δὲ τυρὸς πλείων ἐν τῷ βοείῳ, ἢ ἐν τῷ αἰγείῳ. γίνονται γάρ φασιν οἱ νομεῖς, ἐκ μὲν ἀμφορέως αἰγείου γάλακτος, τροφαλίδας ὀβολιαίας, μιᾶς δεούσας, εἴκοσιν. ἐκ δὲ βοείου, τριάκοντα.

Eſt plus caſei in bubulo quàm in caprino: paſtores nanque ita aiunt. Ex quadrantali caprini fieri caſeolos obolares vno minus vigintiex bubulo tricenos.

C AE S A R.

AB effectu veſtigat materiam ex hiſtoria paſtorum. Theodorus *fertilius caſeo bubulum*: ridicula metaphora. Idem τροφαλίδας *formagines* dixit facetè vulgari verbo: *caſeatas* noſtri vulgus vocant, vt diximus: addidit etiam, *eadem menſura.*

CCLVII. ARISTOTELES.

Τὰ δ', ὅσοι τοῖς τέκνοις ἱκανόν. πλῆθος δὲ οὐδὲν οὔτε χρήσιμον εἰς τύρωσιν, οἷον πάντα τὰ πλείους ἔχοντα μαστοὺς δυοῖν. οὐδενὸς γὰρ τούτων, οὔτε πλῆθός ἐστι γάλακτος, οὔτε τυροῦται τὸ γάλα.

Quæ verò non plus quàm alendæ proli habent, inutile eorum lac eſt ad caſeationem. Cuiuſmodi ea ſunt quibus plures duabus ſunt mammæ. Nam ab his neq; copiam habent, neque caſei vſum.

C AE S A R.

NVnc exequitur priorẽ quantitatẽ quãtitatis. Sed perfacetus eſt, cũ dicit. quæ non plus habẽt, quàm quãtum proles poſsit ſuggere, ea copiãm non habent: hoc etiã battalus diceret: negat

etiam vſum eſſe ad caſeum, vt ſuillum lac. Memineris vaccas quatuor papillas, ſed binas tantùm habere mammas.

τύρωσιν, caſeationem. Theodorus hîc addit multa: *ad reponendum commoditas.*

Notabis maximum ambitum verborum: τὰ μὲν οὖν πλεῖστον ἔχει ſuprà: nunc, τὰ δ' ὅσοι τοῖς τέκνοις &c.

CCLVIII. ARISTOTELES.

Πήγνυσι δὲ τὸ γάλα, ὀπός τε συκῆς, καὶ πυτία.

Cogitur lac ſucco ficulno, & coagulo.

CAESAR.

Modum affert caſei: de caſeo, vt de effectu: de lacte, vt de materia: de paſtoribus, vt de efficienti: de fine cùm appellauit τροφαλίδας ab alendo: nunc de forma duplici.

CCLIX. ARISTOTELES.

Ὁ μὲν οὖν ὀπὸς, εἰς ἔριον ἐξοπισθεὶς, ὅταν ἐκπλυθῇ πάλιν τὸ ἔριον εἰς γάλα ὀλίγον. τοῦτο γὰρ κεραννύμενον, ἐκπήγνυσιν.

Succo lana imbuta modico lacte abluitur, quod miſtum lacti ipſum cogit.

CAESAR.

Modum ab ſucco: hunc caſeum Euripides in *Cyclope* appellat ὀπίαν, vt ait Athenæus in XIIII. ab ſucco: tingitur ſucco lana, ea exiguo lacte diluitur. Id lac multo lacti inditum cogit ipſum.

Theodorus *coloſtrat* addidit, & ſignificatu abuſus eſt.

CCLX. ARISTOTELES.

Ἡ δὲ πυτία, γάλα ἐστί· γίνεται γὰρ ἐν τοῖς θηλαζόντων οὖσιν ἐν τῇ κοιλίᾳ.

Coagulum autem lac eſt: etiamnum in lactentium ventre enim eſt.

CÆSAR.

Alterum modum cogendi à coagulo, vnde nomen. Declarat Ariſtoteles ſubſtantiam coaguli, vt effectionis rationem explicet. Nam ſi lac eſt, lac cogere poteſt: ſicut fici ſuccus lac eſt: ſed igneus vterque: omiſit autem etiam Cinaræ ſylueſtris florem qui ſanè cogit: neque Aquitani coagulo vtuntur.

Theodorus παρὰ τὸ τεχνικῶς, γάλα, *lactis ſubſtantia*: ac peſſimè ſeparauit hoc Caput à ſuperiore: primùm quia coagulum lac eſt. Deinde quia de caſeo cùm loquitur, de coagulo loquitur. Tum quia iam iam de lacte ſermonem continuat.

CCLXI. ARISTOTELES.

Γίνεται οὖν ἡ πυτία, γάλα ἔχον ἐν ἑαυτῷ πῦρ, ὃ ἐκ τῆς τοῦ ζώου θερμότητος, πεττομένου τοῦ γάλακτος, γίνεται.

Igitur lac fit coagulum in ſe ignem habens, qui fit ex calore animalis, concocto lacte.

CAESAR.

Nunc definit coagulum addita differentia. Nam ſi coagulum eſt lac, ergo non coget lac: ſed eſt lac ignem habens. Suprà autem dixit ab igni lac cogi: non à frigore, ſed ſolui. Inde facit

facit demonſtrationem. Eſt igitur quaſi forma caſei. Inde declarat ignis illius cauſſam & ſpeciem. Neque enim ignem elementarem ſimpliciter dicit, ſed de calore animalis: at cùm calorem duplicem dicit in primo de *generatione animalium*, alterum elementarem, alterum neque ignem, neque ab igni. Tum declarat modum, quo proficiſcatur ignis ille à calore illo per concoctionem vlteriorem lactis: vt hæc ſit definitio. Coagulum eſt lac igneum in ventriculo lactantium animalium coctum ab eorum calore naturali.

Dixit γίνεται, quoniam transmutationem indicat: ſed melius dixiſſet τὸ γάλα γίνεται πυετία, quàm ἡ πυετία γίνεται γάλα.

Theodorus, γίνεται, *eſt*, malè. Item θερμότητος, *tepore*, malè: omiſit calorem animalis: *& caſeum traxerit*, dixit neſcio quomodo. Neque enim trahit caſeum: ſed caſeum lactis partem dixit ſuprà: non igitur trahit: neque caſeum nominat hìc Ariſtoteles.

CCLXII. ARISTOTELES.

Ἔχει δὲ πυετίαν τὰ μὲν μηρυκάζοντα πάντα, τῶν δ' ἀμφοδόντων δασύπους.

Ruminantia omnia coagulum habent. At ex ijs quæ vtraque maxilla omnes dentes habent, leporum genus.

CAESAR.

Svo more per genera diſcurrit: daſypoda hoc Capite, nomine Græco Plinius dixit. Et falsò nimis negauit leporem habere coagulum. Nam & lepus & cuniculus habent. Itaque leporum genus diximus. Quin Ariſtoteles non meminerat hoc vacare. Nam leporum & cuniculorum genus ruminat. Nam ſi dixiſſet τὰ μὴ ἀμφόδοντα, rectè hoc ſubdidiſſet: ſed camelus an coagulum habeat, ſanè neſcio.

CCLXIII. ARISTOTELES.

Βελτίων δ' ἐστὶν ἡ πυετία, ὅσῳ ἂν ᾖ παλαιοτέρα. συμφέρει γὰρ πρὸς τὰς διαῤῥοίας ἡ τοιαύτη μάλιστα, καὶ ἡ τοῦ δασύποδος.

Qvanto vetuſtius coagulum eſt, tanto præſtantius: confert enim tum maximè alui profluuiis: quod etiam leporum generis coagulum facit.

CAESAR.

Comparat coagulum ſibiipſi ab ætate: ponit vtilitatem, quam communem eſſe ait cum daſypodis coagulo. Mirum Theodorum abſciuiſſe à Plinio ſuo, vbi δασύποδα *leporem* ſimpliciter eſt interpretatus.

CCLXIV. ARISTOTELES.

Ἀρίστη δὲ πυετία ἡ τοῦ νεβροῦ.

Sed præſtantiſſimum hinnuli.

CAESAR.

Propter appoſitionem τῆς, ἀρίστη, dubitabamus vtrum ad caſeum conficiendum, an ad διαῤῥοίας referret: ſed puto referendum ad profluuia.

CCLXV. ARISTOTELES.

Διαφέρει δὲ τὸ πλέον ἢ ἔλαττον βδάλλεσθαι γάλα τῶν ἐχόντων γάλα ζώων, κατά τε τὰ μεγέθη τῶν σωμάτων, καὶ τὰς τῶν ἐδεσμάτων διαφοράς· οἷον ἐν Φάσει μέν εἰσι βοίδια μικρά, ὧν ἕκαστον βδάλλεται γάλα πολύ. αἱ δὲ Ἠπειρωτικαὶ βόες αἱ μεγάλαι, βδάλλεται ἑκάστη

Mvlgetur lac plus minúſve, & ſecundùm proceritatis proportionem, & pro differentia pabulorum. Etenim in Phaſide terra puſilla buculæ ſunt, è quarum ſingulis multum lactis habetur. At è Epiroticis autem vaccis illis prægrandibus, è ſingulis

ἀμφορέα, καὶ τούτου τὸ ἥμισυ ἐκ τοὺς δύο μασούς. ὁ δὲ βδάλλων, ὀρθὸς ἕστηκεν, ἢ μικρὸν ἐπικύπτων, διὰ τὸ μὴ δύνασθαι ἂν ἐφικέσθαι καθήμενος. γίνεται δὲ ζῶα [ἢ] καὶ τἄλλα μεγάλα τετράποδα ἐν τῇ Ἠπείρῳ· μέγιστοι δὲ αἱ βόες καὶ οἱ κύνες. νομῆς δὲ δέονται τὰ μεγάλα πλείονος· ἀλλ' ἔχει πολλὴν ἡ χώρα τοιαύτην εὐβοσίαν, καὶ καθ' ἑκάστην ὥραν ἐπιτηδείους τόπους. μέγιστοι δὲ οἵ τε βόες εἰσὶ, καὶ τὰ πρόβατα τὰ καλούμενα Πυῤῥικὰ, τὴν ἐπωνυμίαν ἔχοντα ταύτην ἀπὸ Πύῤῥου τοῦ βασιλέως.

quadrantal lactis ac ſemis ex vtraque mamma. Mulget paſtor rectus ſtans, aut paululum conquiniſcens: propterea quòd ſi ſedeat, attingere manu non quit. Nanque ea in terra tum aliæ quadrupedes, ſi quo alio loco magna, tum maximi & boues, & canes: pabuli verò egent vberioris tanta cùm ſint. Atque ea regio ſanè & multum ſufficit, & quouis anni tempore commoda ad id loca habet. Cum igitur vaſti boues ſunt, tum oues Pyrrhicæ, quod cognomentum ab rege Pyrrho traxére.

C AE S A R.

HISTORIA iucunda & candida: duas cauſſas aſſignat, pro copia, aut paucitate lactis: corporum magnitudinem, & pabuli vbertatem. Sed hîc dubitabamus. Nam in grandi corpore multum lactis, in minore minus eſſe debuit. At hîc cùm grandiorum & humiliorum hiſtoriam texit, tamen ab illis minutioribus multum lac mulgeri tradit: puto poſuiſſe exemplum, quaſi excipiens aliquid ab ea vniuerſalitate: quin potiùs Phaſiana paſcua, tam læta eſſe, vt in exigua bucula plurimum lactis creent.

More ſuo appoſuit τῶν ἐχόντων γάλα: neque ſatis habuit: addidit etiam τῶν ζώων: cùm autem αἱ μεγάλαι: αἱ nobilitatem vaccarum indicat: atque aduerte locutionem, αἱ βόες, βδάλλεται ἑκάστη. Homerica enim locutio, quam Virgilius imitatus eſt.

Interea reges, ingenti mole Latinus
Inuehitur curru.

Ait quoque ἢ & τἄλλα, *vbi & alia*: ſicuti ſuprà de Siculo lacte miſto ad caſeam. Latini meliùs, ſicubi alia, *ſi quiſquam eſt qui grandius ferat pecus, is eſt in Epiro.*

Non temerè poſuit egere ea pecora multo pabulo. Nam poſuit hanc differentiam inter hæc & buculas Phaſianas: in quibus parum pabuli multum creabat lactis.

Ἀλλ' ἔχει πολλὴν: aduerſatiua vſus eſt: nos per *atque*, vt

Atque illum in præceps prono rapit alueus amni: & Terentius.
Atque illis commentum placet.

Dixit toto anni tempore commoda loca. Quoniam hoc maximè confert ad proſperam valetudinem armentorum, vt mutent loca. Sic è Calabria in Apuliam: & è contrario paſtores demigrant.

Τούτου τὸ ἥμισυ, ſatis habebat dicere ἀμφορέα καὶ ἥμισυ.

Superflua eſt repetitio illa: μέγιστοι δὲ οἵ τε βόες: ſed voluit connectere orationem τῶν προβάτων: dixiſſem μέγιστοι μὲν οὖν: nos vaſtos boues diximus. Quid enim vaſtius, quàm ſi debeat paſtor ad mulgendum, ſaltem genu niteretur? & illa regio fert homines, vere homines & fortiſſimos.

Theodorus habuit in ſuo codice: πλὴν ὄνου: nos non habuimus.

CCLXVI. ARISTOTELES.

Τῆς δὲ τροφῆς ἡ μὲν, σβέννυσι τὸ γάλα, οἷον ἡ Μηδικὴ πόα, καὶ μάλιστα τοῖς μηρυκάζουσι· ποιεῖ δὲ πολὺ ἑτέρα, οἷον κύτισος καὶ ὄροβοι· πλὴν κύτισος μὲν, ὁ ἀνθῶν οὐ συμφέρει, πίμπρησι γάρ· οἱ δὲ ὄροβοι, καὶ ταῖς κυούσαις οὐ συμφέρουσι· τίκτουσι γὰρ χαλεπώτερον.

LAc certo pabulo deficit, vt herba Medica, præſertim ruminantium. Alio augetur, vt cytiſo, & eruo. Verùm cytiſus dum floret inutilis eſt, inflammat enim. At eruum fœtis adeò incommodat, vt partus reddat difficiliores.

C AE S A R.

NVNC declarat pabuli differentiam non à loco, ſed à genere plantarum. Dixit cytiſum florentem nocere, & tamen eius appetentem capellam Poëta docet.

Mira locutio σβέννυσι τὸ γάλα: quiſnam dicat humorem extingui? ignis proprium extin

extingui eſt ab humore, id eſt, tingendo interfici: eius fulgor dictus extingui, ſumpta ſimilitudine à coloribus, qui aqua eloti dicuntur extincti, tincturam amiſiſſe: Theodorus quoque *extinxit* dixit more ſuo.

CCLXVII. ARISTOTELES.

Ὅλως δὲ τὰ φαγεῖν δυνάμενα τῶν τετραπόδων, ὥσπερ καὶ πρὸς τὴν κτῆσιν, συμφέρει καὶ βδάλλεται πολλὴν τροφὴν ἔχοντα.

Omnino quadrupedes voraciores, vt peculium augent, ita largiore eo pabulo, largiùs mulgentur.

CÆSAR.

Alecis, & à paſcuorum genere ſupra, nunc à quantitate per epilogum. Et ſanè è multo pabulo multum lac effici conſentaneum eſt. Itaque id lucro eſt domino. At addit id, vtiliùs & commodiùs poſſideri, imò diſpendio ſunt hero: ſed rectè intellexit durare diutiùs: κτῆσιν intelligit *peculium*, vnde κτήματα, *pecora*: ita & naturam intelligit, & ætatem.

Καὶ βδάλλεται πολλὴν τροφὴν ἔχοντα: ad βδάλλεται non appoſuit πολύ. Et ſanè debuerat vt reſponderet τῷ, πολλὴν τροφήν.

Φαγεῖν δυνάμενα: hanc poteſtatem naturæ, propenſionem intelligit, atque etiam vim. Nam vetuli greges appetunt, ſed non poſſunt ætate integra edere: iccircò dixit δυνάμενα.

Theodorus *lacte fœcunda* dixit, ἀκύερος: ſed paulo commodiùs quàm ſuprà, *fertiles*.

CCLXVIII. ARISTOTELES.

Πολὺ δὲ γάλα ποιεῖ καὶ τῶν φυσωδῶν ἔνια προσφερόμενα, οἷον καὶ κυάμων πλῆθος ὀλίγον οἷ καὶ αἰγὶ, καὶ βοῒ, καὶ χιμαίρᾳ. ποιεῖ γὰρ καθιέναι τὸ οὖθαρ.

Plurimum lactis creant quædam flatuoſa ſi præbeantur in cibum: vel paucula fabæ, oui, capræ, boui, capellæ, diſtendit vber.

CAESAR.

Nunc redit ad genera pabuli: ſed cum illis ſuperioribus coniunxiſſet: differt tamen: quoniam non in paſcuis ex agro petunt fabas illas, ſed è manu paſtoris, aut in alueolis: iccircò dixit προσφερόμενα. Mirus vir: reddit enim rationem, cùm poſuit flatuoſis creari lac. Nam & genitale ſemen creant, vt cepæ, caſtaneæ: fabæ: auxit ſententiam cùm dixit ὀλίγον: ſed iucundo ornatu expoliuit, cùm addidit πλῆθος: nam ea vox ſola poſita multitudinem ſignificat. Theodori verò codex ὀλίγον non habet: ſed ponendum eſt. Nam certo hoc ſcimus, modicis fabis plurimum lactis fieri. Et cùm dixiſſet flatuoſa in plurali, & vnius tantùm exemplum ferret, dixit οἷον.

Suauiſſima narratio ποιεῖ καθιέναι τὸ οὖθαρ: nos ex Poëta, *diſtendit vber.*

Diſtinxit αἶγα ab χιμαίρᾳ: illam *capram*, hanc *capellam* diximus ex Virgilij imitatione, qui χίμαιραν Theocriti ſic expreſſit, quod & doctiſſimus Theodorus animaduertit: ſed tamen cùm eiuſdem ſint ſpeciei nihilo differentis, videtur rei non nominis repetitio. Quod ſi abſurdum eſt philoſopho nomen repetere in re diuerſa, quæ dicitur æquiuocatio, multò turpius hoc fuit: ſed intellige philoſophum diligentiſſimum, qui nihil fruſtra ponit. Ita oratio creſcit: nam χίμαιρα annicula capella eſt: cuius vber mirum eſt diſtendi æquè, atque prouectiori: tanta fabarum vis eſt. Verùm diſpoſitio nominis commodior fuiſſet, ſic: oui, boui, capræ, capellæ: fuiſſet enim oratio efficatior.

CCLXIX. ARISTOTELES.

Σημεῖον δὲ τοῦ γάλα πλεῖον γενήσεσθαι, ὅταν πρὸ τοῦ τόκου τὸ οὖθαρ βλέπῃ κάτω.

Futura lactis copia deprehenditur demiſſione vberis ante pariendi tempus.

CAESAR.

CÆSAR.

NOn ab re hoc ponit. Nam quanquam ad agricolam & œconomum potius pertinet vt rei prouideat familiari, tamen philoſophus ipſis omnibus hæc atque alia fundamenta iacit. Præptereà eius intereſt docere, locorum apparatum.

Βλέπει κάτω, metaphora βλέπει, ſicut dicimus montes ſpectare in Occidentem. Et ſanè vbera ſemper deorſum ſpectant. Itaque maluimus *demiſſionem* dicere.

Signum autem animaduertunt paſtores, & habet rationem. Nanque ſi fœtu iam grandi & multum attrahente alimenti inflentur vbera, fore vt plurimum materiæ ſuppetat ad lac conſentaneum eſt.

CCLXX. ARISTOTELES.

Γίνεται δὲ πολὺν χρόνον γάλα παρὰ τοῖς ἔχουσιν, ἂν ἀνόχευτα διατελῇ, καὶ τὰ ἐπιτήδεια ἔχωσι· μάλιστα δὲ τῶν τετραπόδων πρόβατα. ἀμέλγεται γὰρ μῆνας ὀκτώ.

PErgunt habere lac diu, ſi neque coëant, & bene tractentur. Ac præter cæteras quadrupedes oues ipſa: octo nanque menſibus ad mulctram eunt.

CÆSAR.

ETiam alias cauſſas habendo lacti adducit: vnam explicat clarè: ne coëant: altera multa continet τὰ ἐπιτήδεια: neque enim ſolum pabulum ſignificat, ſed etiam ſi habeant loca accommodata quibus vitent frigus, æſtum, ſi molliter cubent. Cum enim latiſſima huius vocis ſpatia ad ſignandum ἃ δεῖ ἐπὶ τῷδε ἢ τῷδε: ſic apud Demoſthenem in oratione contra *Timocratem*: pro re familiari ponit Ariſtoteles II. Oeconomicorum. Hiſtorici non ſolùm commeatum, ſed etiam omnem belli apparatum interdum. Itaque vt ea omnia comprehenderemus diximus, *ſi bene tractentur*. Nam Theodorus defectus eſt ea amplitudine ſignificandi, cùm dixit, *paſtum copioſum*: neque enim ſatis eſt.

Idem non intellexit vim verbi, *edunt*. Elugere eſt luctum finire, verbum Ciceronis. Euirare, virilitatem finire. Eiurare finire ſacramentum. Edurare finire durationem: ſic enodum dicimus. Ergo lac cùm edurat, non durat: tanto igitur minus diu durat. Herodotus in *Euterpe* ſic videtur locutus ἐπεὰν δὲ ἀποτύψωνται, *cùm euapularint*, id eſt ceſſarint. Et Ariſtoteles in v. Hiſtor. ἀποτίκτουσι, id eſt *ceſſant parere*: : ſicuti dicit Liuius, *debellatum eſſe*.

CCLXXI. ARISTOTELES.

Ὅλως δὲ τὰ μηρυκάζοντα, γάλα πολὺ, καὶ χρήσιμον εἰς τυρείαν ἀμέλγεται.

OMnino autem quæ ruminant, & multum lactis habent, & ad caſeorum confectionem vtile.

CÆSAR.

AGENERE lactis copiam: τυρείαν dixit quod ſuprà τύρευσιν: *oliuitatem* veteres olei copiam dixere. Caſeitatem ſi dicas tu philoſophus, abſtractum caſei intelligas, & ideam ipſam: at lac materia eſt, non forma.

CCLXXII. ARISTOTELES.

Περὶ δὲ Τορώνην αἱ βόες ὀλίγας ἡμέρας πρὸ τοῦ τόκου διαλείπουσι, τὸν δ᾽ ἄλλον χρόνον πάντα ἔχουσι τὸ γάλα.

AD Toronam bobus paucis diebus ante partum deficit lac: cæterùm perpetuò habent.

CÆSAR

CAESAR.

DE ouillo pecore in vniuerſum: de bubulo priuatim ad Toronam: etiam Aruernis id contigit. Eſt autem Torona oppidum Thraciæ: aliud quoque eiuſdem nominis in Troade: vtraque regio pabuli fertilitate commendata.* * * falſum itaque eſt quod ſuprà de ouibus dixit, *μάλιστα δὲ τῶν τετραπόδων πρόβατα*: nam hæ boues pene ſemper habent. Τὸν ἄλλον χρόνον, non potuimus meliùs exprimere, *caterùm.*

CCLXXIII. ARISTOTELES.

Τῶν δὲ γυναικῶν τὸ πελιδνότερον γάλα, βέλτιον τοῦ λευκοῦ τοῖς τιθηνουμένοις.

LIuidius lac muliebre præſtantius candido alendis infantibus.

CAESAR.

PRiuatim nunc de muliebri: præſcribit à fine, nutriendi ſcilicet. Indicium ſumit à colore: candidiſſimo præfert fuſciuſculum. Nam caſeatius eſt candidum. Itaque ſubdit.

CCLXXIV. ARISTOTELES.

ΚΑὶ αἱ μέλαιναι τῶν λευκῶν ὑγιεινότερον ἔχουσι.

ET fuſcarum mulierum, ſalubrius eſt quàm candidarum.

CAESAR.

AVt eſt cauſſa, aut ſaltem cauſſa media. Nam aut quia ſunt fuſcæ, fuſcam generant, aut quæ natura eas fuſcas fecit, confecit & lac. Ergo tandem ſubdit quare ſit ſanius.

CCLXXV. ARISTOTELES.

ΤΡοφιμώτατον μὲν οὖν, τὸ πλεῖστον ἔχον τυρόν.

MAximè nutrit quod plurimum caſei.

CAESAR.

HIc declarat candidum, & eius vtilitatem: tum ſubinfert.

CCLXXVI. ARISTOTELES.

ΥΓιεινότερον δὲ τοῖς παιδίοις, τὸ ἔλαττον.

SEd ſalubrius infantibus eſt, id quod minus habet.

CÆSAR.

RAtio eſt, quia minus obſtruit, minus calculi gignit, faciliùs concoquitur.

CAPVT

CAPVT DECIMVM-SEPTIMVM,

De Semine Genitali.

CCLXXVII. ARISTOTELES.

Σπέρμα δὲ προΐεται τὰ ἔχοντα αἷμα ἅπαντα.

Semen genitale emittunt, quæcunque ſanguine concreta ſunt.

CAESAR.

VLTIMVS omnium humor eſt lac, etiam poſterius genitura: tamen genituræ hiſtoriam poſtpoſuit: propterea quòd lac non ſolùm eſt pars indiuidui gerentis lac: ſed etiam eſt futurum pars indiuidui lactentis propter ipſum indiuiduum. At genitura licet ſit horum vtrunque, atque etiam pluſquam pars futuri, tamen eſt propter ſpeciei conſeruationem: facit enim ex ſe indiuiduum propter ſpeciem: lac autem conſeruat indiuiduum propter ipſum. Prætereà notius eſt lac quàm genitura: poſtremò Ariſtoteles negat ſemen eſſe, aut fieri quippiam animalis.

Dixit σπέρμα, vt genus poneret ad γονὴν καὶ θορόν. Et ſignate dixit προΐεται, non ſolùm habent, vt oſtenderet excrementum eſſe, neque neceſſariò contineri, & neceſſariò expelli.

Moderanda oratio τὰ αἷμα ἔχοντα ad mares. Nam fœminis negat ſemen eſſe, ſed aut ſaliuam, aut nihil, ſed menſtrua.

CCLXXVIII. ARISTOTELES.

Τί δὲ συμβάλλεται εἰς τὴν φύσιν, καὶ ὅπως, ἐν ἄλλοις λεχθήσεται.

Verùm quid quóque modo conferat ad generationem, alio dicetur loco.

CAESAR.

VEI de generatione animalium loquitur, & in x. Hiſtoriarum: nam hîc non eſt locus diſputandi, ſed narrandi.

Dixit, λεχθήσεται, & alibi frequentiſſimè præterito vtitur tempore, quod poteſt facere abſolutis ſuis libris. Nam in quouis eorum iam dictum eſt.

CCLXXIX. ARISTOTELES.

Πλεῖστον δὲ κατὰ τὸ σῶμα ἄνθρωπος προΐεται.

Plurimum pro corporis modo emittit homo.

CAESAR.

NESCIO an verum ſit. Nam quæ nulla generant, plus emittere veriſimile eſt. Et catellum nos vidimus eluſum à maiore cane ad cuius naturam attingere non potuiſſet, tantum emiſiſſe, quantũ non duo homines: qui vnius modo hominis nõ eſſet pars triceſima.

ARISTO

CCLXXX. ARISTOTELES.

Ἔστι δὲ τῶν μὲν ἐχόντων τρίχας, γλίσχρον· τῶν δὲ ἄλλων ζώων, οὐκ ἔχει γλισχρότητα.

Quæ animalia pilos habent iis ſemen viſcidum eſt, aliis non ita.

CAESAR.

AB eo quod ſubſtantiam Medici vocant, aëreum neſcio quid ponit in ſemine, ſed non omni: γλίσχρον eſt lubricum: etiam nunc Galli ita loquuntur. Theodorus *lentorem*: nos *viſciditatem*: verùm etiam auium viſcidiſſimum eſſe ſcimus nos, intercepto initu Gallinacei.

CCLXXXI. ARISTOTELES.

Λευκὸν δὲ πάντων· ἀλλ' Ἡρόδοτος διέψευσται τοὺς Αἰθίοπας φάσκων μέλαιναν γονήν.

Candidum omnibus eſt. At Herodotus falsò ſcripſit Aethiopûm genituram atram eſſe.

CÆSAR.

A Colore: eſt enim ſanguis ſpumeus. Herodotus autem in *Thalia* hoc dicit, & de Æthiopibus, & de Indis: οὐκ ἔστι λευκὴ, ἀλλὰ μέλαινα καθάπερ τὸ χρῶμα. ὁποίην δὲ καὶ Αἰθίοπες ἀπίενται θορήν: vbi & hominibus attribuit θορὸν non ſolùm piſcibus, vt ſuprà diximus, & fœminino flexu vocat.

CCLXXXII. ARISTOTELES.

ΤΟ δὲ σπέρμα ἐξέρχεται μὲν λευκὸν καὶ παχὺ, ἂν ᾖ ὑγιεινόν· θύραζε δ' ἐλθὸν, λεπτὸν γίνεται καὶ μέλαν.

Omnis genitura, ſi ſana ſit, exit candida & craſſa: vbi verò exierit, attenuatur & nigreſcit.

CAESAR.

REFVTATA ſententia Herodoti ſubtiliſſimè, vt omnia, ponit rationem qua falli potuit Herodotus. Nam omnis genitura, inquit, poſtquam exierit, nigreſcit: addit aliam doctrinam: attenuatur, inquit, cùm prius fuerit craſſa: rationem non ponit: nos ponemus. Nanque candor à partibus aëreis eſt: eis reſolutis aqueæ manent: itaque fumat: itaque ſoluitur ab aëris vi: par natura huic, vt euentus, atque lacti. Nanque lac frigore ſoluitur in ſerum, ita ſemen genitale: nam aëris tepor longè minor eſt, quàm calor animalis. Itaque ſubdit quod ſequitur: nam vna propoſitio ex altera pendet.

Theodorus malè addidit, *hoc*: quaſi de Æthiopico tantùm: ſed non eſt τόδε: ſed τὸ δέ. Idem eſt atque ἅπαν.

CCLXXXIII. ARISTOTELES.

ἘΝ δὲ τοῖς πάγοις οὐ πήγνυται, ἀλλὰ γίνεται πάμπαν λεπτὸν καὶ ὑδατῶδες, καὶ τὸ χρῶμα καὶ τὸ πάχος. ὑπὸ δὲ τοῦ θερμοῦ πήγνυται καὶ παχύνεται· καὶ ὅταν ἐξίῃ χρονίσαν ἐν τῇ ὑστέρᾳ, παχύτερον ἐξέρχεται, ἐνίοτε δὲ ξηρὸν καὶ συνεστραμμένον.

Neque frigore concreſcit, ſed tam color, tum craſſities penitùs in aquæ diluitur tenuitatem. At à calore cogitur & craſſeſcit. Sic etiam cùm aliquanto poſt tempore è matrice elapſum ſit, exit craſſius. Interdum verò etiam ſiccum atque contortum.

CAESAR.

A Frigore non concreſcere ait, ſed à calore: duplicem calorem aſſignat, aëris, & matricis: duplicem quoque denſationem in aëre calido concretionem, & incraſſationem. In matrice autem, etiam tertiam, ſiccum: etiam quartam, contortum. Nam coactum in ſiccam quaſi quandam membranam contorquetur.

CCLXXXIV. ARISTOTELES.

Καὶ τὸ μὲν γόνιμον, ἐν τῷ ὕδατι χωρεῖ κάτω· τὸ δ᾽ ἄγονον διαχεῖται.

Foecundum ſemen in aqua ſubſidit, infœcundum diſſoluitur.

CAESAR.

Nunc finis propter quem creatum eſt indicia tam boni quàm mali: ita addit etiam aliam affectionem pondus, ſcilicet, poſt ſuperiores, candoris, ſpiſſitudinis, & viſciditatis.

χωρεῖ κάτω, *ſubſidit.* Theodorus, *delabitur,* minus tutò: nam delabitur Linter Tridento Veronam, at non demittitur in profundum: etiam infœcundum fuſum Tridenti delaberetur Veronam verſus. Itaque coactus eſt addere, *ſubſidit*: ſed χωρεῖ eſt *cedit*, κάτω *deorſum*: igitur verum verbum *deſcendit.*

Idem διαχεῖται *diffunditur,* rectiſſimè: addit, atque *exoleſcit,* minùs rectè: nanque ſupernatat in olei modum, vt ſemper aliquid ſui retineat.

CCLXXXV. ARISTOTELES.

Ψεῦδος δ᾽ ἐστὶ καὶ ὅπερ Κτησίας γέγραφε περὶ τῆς γονῆς τῶν ἐλεφάντων.

Falſum & id eſt quod ſcripſit Cteſias de elephanti genitura.

CAESAR.

Hoc debuit apponere: ſed interiêre Cteſiæ mendacia. Neque extant niſi in aliorum libris.

FINIS LIBRI TERTII.

ΑΡΙΣΤΟΤΕΛΟΥΣ ΠΕΡΙ ΖΩΩΝ ΙΣΤΟ-ρίας τὸ Δ.

ARISTOTELIS HISTORIÆ DE ANIMALIBVS Liber IV.

CAPVT PRIMVM,

De Animalibus quæ non ſunt ſanguine conſtituta, & eorum generibus.

I. ARISTOTELES.

Περὶ μὲν οὖν τῶν ἐναίμων ζῴων, ὅσα τε κοινὰ ἔχουσι μέρη, καὶ ὅσα ἴδια ἕκαστον γένος, καὶ τῶν ἀνομοιομερῶν καὶ τῶν ὁμοιομερῶν, καὶ ὅσα ἐντὸς, καὶ ὅσα ἐκτὸς, εἴρηται πρότερον. περὶ δὲ τῶν ἀναίμων ζῴων νῦν λεκτέον.

Sanguine concretorum partes animantium, quæ vnicuique generi eſſent, tum communes, tum propriæ, vel conſimiles, vel condiſſimiles, & interiores, & exteriores, ſuperioribus libris enarrata ſunt. De iis igitur animalibus, quæ non ſunt ſanguine conſtituta, deinceps dicendum eſt.

CÆSAR.

DivisErat in hæc ſumma duo genera componentem materiam ſecutus. Nam ſi formas ſpectes, longè magis quædam quibuſdam contrarij generis, quàm aliqua eiuſdem inter ſe: vt ſepia os intus habet ſicut nos, at oſtreæ, extra. Mouentur maxima pars motu ingreſſionis: hoc cum nobis commune habent, & ab ſtabilibus toto eo differunt. Edunt ſonum aliquæ: maxima pars muta eſt. Volant multæ, hoc etiam aues, quæ ſanè conſtant ſanguine: non volant lumbrici. Multa alia ad eum modum intelligas. Recolligit igitur partes per Capita tria: communes & proprias: conſimiles & condiſſimiles, interiores & exteriores. Hinc ſatis liquet, Theodorum aliis locis Capita malè ſecuiſſe. Nanque ipſe inde incepiſſet, vbi incipit alius hiſtoriam: hanc autem ἀνακεφαλαίωσιν ſuperiori Capiti applicuiſſet.

Hiſtoriæ prolixitas fecit, vt libro conderet eam ſeparato. Ego tamen cum ſuperioribus vnico libro pertractâſſem. Et de ſenſibus hoc libro vbi dicere inſtituit: eam partem alterius libri initium poſuiſſem.

Meminimus alibi ἔναιμα non poſſe exprimi niſi ambiguè per illa verba *habentium ſanguinem*. Nanque habet ſanguinem etiam culex ſtatim à ſuctu: at ἔναιμον non eſt: quia in alueo corporis, non in corpore habet.

II. ARISTOTELES.

Ἔστι δὲ γένη πλείω. ἓν μὲν, τὸ τῶν καλουμένων μαλακίων· ταῦτα δ' ἐστὶν, ὅσα ἄναιμα ὄντα, ἐκτὸς ἔχει τὸ σαρκῶδες, ἐντὸς δὲ τὸ στερεὸν, καθάπερ καὶ τὰ ἔναιμα [τῶν ζῴων,] οἷον τὸ τῶν σηπιῶν γένος.

Eorum genera plura ſunt: vnum quod appellant Mollucum. Eiuſmodi ſunt quæ cùm careant ſanguine, extrinſecùs habent carniforme corpus, intus autem firmum: quemadmodum ea quoque quæ ſunt ſanguine compoſita: quale eſt ſepiarum genus.

C Æ S A R.

PONIT diuiſionem per genera quatuor, quæ omnia tamen vna communitate circumſcribit: duritia, ſcilicet: ſed aut ea, aut loco variatis, variauit quoque genera. Nam durum ſi intus ſit: primum conſtituit genus: ſi extra, duo: ſed diuerſa propter eius diuerſitatem: ſi toto corpore, quartum.

Nota tamen hoc primum genus poſitum eſſe à maiori parte. Nam aliquæ ſpecies intus illud durum non habent: neque enim polypus. Sed circa caput aliquid neque oſſeum, ſed cartilagineum: neque omnes ſpecies, ſed quædam tantùm: neque ſemper, ſed veteli duntaxat: præterea nautilus concha tegitur extima, intus nihil oſſis habet: ſic intelligas, non eſſe ſatis hanc diuiſionem: neque enim omnia comprehendere. Nam neque vrticas, neque ſpongias. Hoc quintum genus eſſe debuit, quod duritiem, neque toto corpore miſtam, vt inſecta, neque ſeparatam, vt reliqua, vel intus, vel extra haberet: ſed totum eſſet molle, & carneum.

Σαρκῶδες, *carnem mollem*, dixit Theodorus, malè: ſed *carnaceam pulpam*, diceret. Idem στερεὸν, *ſolidum*, malè: nam ſolidior eſt caro ſepiæ quàm os: ſolidum enim eſt compactum: at ſepiæ os eſt ſpongioſum. Durum & firmum hîc ſignificat: ſolida eſt charta hæc, at non eſt στερεά: neque enim poteſt aliquid ſuſtinere: παρὰ ἵστασθαι τὰ ἐρειδόμενα, quòd eſt oſſis finis proprius. Sic firmum à ferendo: meliùs tamen vt puto erit στερεὸν quaſi in quo στῆ τὸ ῥέον, ἵστησι τὰ ῥέοντα: vnde etiam στέῤῥον inuenitur: vbi extant veſtigia corruptionis.

III. ARISTOTELES.

ἓν δὲ, τὸ τῶν μαλακοστράκων· ταῦτα δ' ἐστὶν, ὅσα τὸ μὲν στερεὸν ἐκτὸς ἔχουσιν, ἐντὸς δὲ τὸ μαλακὸν καὶ σαρκῶδες· τὸ δὲ σκληρὸν αὐτῶν ἐστιν οὐ θραυστὸν, ἀλλὰ φλαστόν. οἷον ἐστὶ τὸ τῶν καράβων γένος, καὶ τὸ τῶν καρκίνων.

Alterum eſt cruſtatorum: hæc firmas partes ſuas extimas habent, intus autem carneam mollitiem. Partes quoque illæ firmæ, non potius frangi, quàm diſiici compreſſæ, dici debent. Eiuſmodi ſunt locuſtæ & cancri.

C Æ S A R.

ALTERVM genus à cruſta, cuius affectionem ponit non frangi ſed elidi: φλαστὸν: quoniam non ita vehementer reſiſtat. Ariſtophanes interdum pro eo quod eſt *mordere cum ſonitu*: interdum pro *pulſare*, aut *verberare*: etiam pro eo quod eſt *allidere* inuenias: ſed *elidere* plus eſt. *Collidere* autem aliquanto minùs: colliduntur inter ſe vndæ & ſaxa neque hæc rumpuntur: vnde apud Ouidium ſemel atque iterum, *ſymplegades eliſæ*.

Hoc quoque ſecundum genus patitur obtrectationem: eiuſdem enim generis ſunt limaces tecti & nudi.

IV. ARISTOTELES.

ἓν δὲ, τὸ ὀστρακόδερμα· τοιαῦτα δ' ἐστὶν, ὧν ἐντὸς μὲν τὸ σαρκῶδές ἐστιν, ἐκτὸς δὲ τὸ στερεὸν θραυστὸν ὂν καὶ κατακτὸν, ἀλλ' οὐ φλαστόν. τοιοῦτο δὲ τὸ τῶν κόχλων, καὶ τὸ τῶν ὀστρέων γένος ἐστί.

Tertium teſtaceorum eſt: his intus eſt carnacea pars, foris firma. Quæ & flexu frangi, & ictu rumpi, compreſſione diſiici non poſſunt. Quale genus concharum & oſtrearum eſt.

C Æ S A R.

TERTIVM genus à ſecundo non differt niſi duritia, ita vt ſuperius cruſta tegat Plinius, hoc teſta. Nam ὄστρακον ductum eſt, παρὰ τὸ ἔχειν τὴν στερεότητα τοῦ ὀστοῦ: additum μαλακὸν mollit ſignificatum. At ὀστρακόδερμον, tollit rem δέρματος, & ponit nomen vt locum ſignificet, quem ὄστρακον occupat. Itaque *ſiliceam teſtam* Theodorus cùm addidit, omnia contaminauit. Neque enim telinæ, aut conchæ ſilicis obtinent duritiam.

Θραυστὸν *fragile ex flexu*: vt lignum facimus: adductis enim capitibus frangimus: κατακτὸν *ruptile ictu*: vt ſilice, ſaxo porci caput cùm feriebant feciales. At compreſſione digitorum non diſiiciuntur ferè.

V. ARI

V. ARISTOTELES.

Τέταρτον δὲ, τὸ τῶν ἐντόμων, ὃ πολλὰ καὶ ἀνώνυμα εἴδη περιείληφε ζώων. ἔστι δ᾽ ἔντομα, ὅσα κατὰ τὔνομα ἐστὶν ἐντομὰς ἔχοντα, ἢ ἐν τοῖς ὑπτίοις, ἢ ἐν τοῖς πρανέσιν, ἢ ἐν ἀμφοῖν· καὶ οὔτε ὀστῶδες ἔχει κεχωρισμένον, οὔτε σαρκῶδες, ἀλλὰ μέσον ἀμφοῖν. τὸ σῶμα γὰρ ὁμοίως καὶ ἔσω καὶ ἔξω σκληρὸν ἔστιν αὐτῶν.

Quartum genus inſectorum eſt, quo multæ ſpecies ſine nomine continentur. Inſecta ſunt, quæ vt nomen indicat, ſecturas habent, aut partibus ſuperioribus, aut inferioribus, aut vtriſque. Quæque neque carnea: neque oſſea ſcorſum diſpoſita parte quapiam conſtituta ſunt, ſed media quadam natura conſtant. Eorum nanque corpus intus foriſq; æquè durum eſt.

CAESAR.

Qvartvm genus ponit: deinde magnitudinem eius: tantam verò, vt multæ ſpecies nominibus careant. Hoc dicit ne quis obiiciat, ab eo quicquam prætermiſſum. Nomen generis deinde: deinde nominis rationem triplicem, à duabus partibus duplicem: ab earum communi occupatione vnam: deinde declarat ſubſtantiam firmitatis & mollitiæ: verùm laxa nimis oratione complexus eſt. Nam & molliſſima intus ſunt quædam, & cutis vice quiddam habent: & alia duriſſimis partibus, atque etiam quàm ſint cruſtæ cochlearum durioribus, vt tauri, ſcarabei cornua ſunt. Et extimæ alæ quibuſdam φλαςαὶ, cæterum corpus non item. Quædam omnium animalium tota molliſſima, vt lumbrici: ſed vt ſuprà diximus ad maiorem partem reſpexit Philoſophus.

VI. ARISTOTELES.

Ἔστι δ᾽ ἔντομα καὶ ἄπτερα, οἷον ἴουλος, καὶ σκολόπενδρα· καὶ πτερωτὰ, οἷον μέλιττα, καὶ μηλολόνθη καὶ σφήξ.

Eorum quædam ſine alis ſunt, & Iulus & Centipeda: quædam alata, vt apes & ſcarabeus, & veſpa.

CÆSAR.

Qvarti generis ſpecies vltimo loco poſiti, primo loco neſcio cur exequatur. Iulum, alicubi Italia *triremem* appellat & ſcolopendræ ſimilis eſt.

VII. ARISTOTELES.

Καὶ ταυτὸ δὲ γένος αὐτῶν ἐστι καὶ πτερωτὸν καὶ ἄπτερον· οἷον, μύρμηκές εἰσι καὶ πτερωτοὶ καὶ ἄπτεροι, καὶ αἱ καλούμεναι πυγολαμπίδες.

Idem quoque genus & alatum eſt, & alis caret, vt formica, & cicindela: nanque ex his quædam volant, quædam alas nullas habent.

CAESAR.

In eodem genere eandem differentiam agnoſcit. Eſt ſanè res vehementer iners cicindela ſine alis. Neque aut ſæpè, aut citò mouetur vbi ſemel locum ceperit. πυγολαμπίδας vocat Ariſtoteles à fulgore clunis: *fulgiclunes* faceta vox erit: πυροπύγας etiam Græcè finxeris ſi voles. *Noctiluca* Diana dicitur: ſed & huic beſtiolæ conueniet. Item locuſtæ quædam alas habent, quædam nullas.

CAPVT SECVNDVM,

De Molluſcis, & eorum partibus, ac differentiis.

VIII. ARISTOTELES.

Τῶν μὲν οὖν μαλακίων καλουμένων, τὰ μὲν ἔξω μόρια, τάδ' ἐστίν, ἓν μὲν, οἱ καλούμενοι πόδες· δεύτερον δὲ, τούτων ἐχομένη ἡ κεφαλή· τρίτον δὲ, τὸ κύτος, ὃ περιέχει πᾶν τὸ σῶμα, καὶ καλοῦσιν αὐτὸ κέλυφόν τινες· οὐκ ὀρθῶς καλοῦντες. ἔτι δὲ πτερύγια κύκλῳ περὶ τὸ κύτος. συμβαίνει δ' ἐν πᾶσι τοῖς μαλακίοις, μεταξὺ τῶν ποδῶν καὶ τῆς γαστρὸς εἶναι τὴν κεφαλήν. πόδας μὲν οὖν ὀκτὼ πᾶν ἔχει, καὶ τούτους δικοτύλους πάντας, πλὴν ἑνὸς γένους πολυπόδων. ἴδια δ' ἔχουσιν αἵ τε σηπίαι, καὶ αἱ τευθίδες, καὶ οἱ τεῦθοι, δύο προβοσκίδας μακρὰς ἐπ' ἄκρων, τραχύτητα ἐχούσας δικότυλον, αἷς προσάγονταί τε καὶ λαμβάνουσιν εἰς τὸ στόμα τὴν τροφήν· καὶ ὅταν χειμὼν ᾖ, βαλλόμεναι πρός τινα πέτραν, ὥσπερ ἄγκυραν, ἀποσαλεύουσι. τοῖς δὲ πτερυγίοις, οἷς ἔχουσι περὶ τὸ κύτος, νέουσιν. ἐπὶ δὲ τῶν ποδῶν αἱ κοτυληδόνες ἅπασιν εἰσίν.

*M*OLLVSCORVM *partes exteriores hæ ſunt: vna quam vocant pedes. Altera quæ his hæret, caput. Tertium appellant alueum, quo totum corpus continetur. Hoc minùs rectè nonnulli è Græcis* κέλυφος*, id eſt* putamen, *appellârunt. Hunc pinnulæ circum diſpoſita ſunt. Conuenit omnibus molluſcis inter pedes & ventrem vt caput ſitum ſit: pedes octonos omnes habent, binis in ſummo acceptabulis, excepto vno genere polyporum. Priuatim habent ſepiæ, & loligines, & lolij duas proboſcides longas: quarum extrema gemino acceptabulo aſpero prædita ſint: quibus admotis ad os cibum capiunt: iactiſq́; ad ſaxum quaſi anchoris, coorta tempeſtate in ſalo fluitant: pinnulis quas circum alueum dicebamus, nant. In ſummo pedum omnibus inſunt acceptabula.*

CÆSAR.

HÆc hiſtoria non eget enarrationis: addidit, οἱ καλούμενοι πόδες: quoniam non ſunt pedes veri. Neque enim his ingrediuntur vt Cancri: quin polypus cùm in ſiccum exit, non ingreditur: ſed proiectis bracchiis acceptabulo apprendit ſolum: tum eo trahit corpus.

Reprehendit eos qui κέλυφος quaſi *putamen*, *alueum* appellârunt. Pro illis erat ratio, quoniam more putaminis omnia ambiret. Contrà eos, quia putamen durum eſt, & eſculentum intus habet: at in his contrà. Illud molle & durum continet. Malè putauit Theodorus emendare κεφαλὴν & vertit *caput*. Nam quod eſſet hoc caput quod & genitale haberet? in vulgatis exemplaribus κέφαλον legitur. At nos germanam lectionem putamus κέλυφος, quemadmodum eius & veſtigia apparent in antiquo Scaligeræ Bibliothecæ codice, & ratio ſuadet: in Cancris enim κέλυφος optimè dicas.

Theodorus bracchia τοὺς πόδας ſecutus Plinium & vſum eorum: ſed non omnibus præhendunt, ſed paucioribus tantùm: crura rectiùs diceremus. Nam laxè nimis locutus eſt philoſophus, qui pedes dixit: pes enim potiùs ſit ipſum acceptabulum, pars ſcilicet ima cruris.

Ἀποσαλεύουσι *ſtabiliunt* Theodorus: nos *in ſalo fluitant*. Cæſarem & alios ſecuti: poſſumus etiam dicere, *in ſalo ſunt*: βαλλόμεναι *adhærentes*, idem: ſed philoſophus imitatus eſt iactum anchorarum. Nam & ipſa iactant bracchia. Binum autem acceptabulum in ſingulari puto non poſſe dici, vt idem poſuit: addidit quoque de ſuo, *ductu perpetuo*, & falſum eſt: perpetuum eſt quod totum tractum explet: at acceptabula in ſummo tantùm ſunt.

IX. ARISTOTELES.

Ὁ μὲν οὖν πολύπους, καὶ ὡς ποσὶ, καὶ ὡς χερσὶ, χρῆται ταῖς πλεκτάναις. προσάγει μὲν οὖν ταῖς δυσὶ, ταῖς ὑπὲρ τοῦ σόματος· τῇ δ' ἐσχάτῃ τῶν πλεκτανῶν, ἥ ἐστιν ὀξυτάτη τε καὶ μόνη ὑπόλευκος αὐτῶν, καὶ ἐξ ἄκρου δικρόα, (ἔστι δ' αὕτη ἐπὶ τῇ ῥάχει· καλεῖται δὲ ῥάχις τὸ λεῖον, οὗ πρόσθεν αἱ κοτυληδόνες εἰσὶ) ταύτῃ δὲ τῇ πλεκτάνῃ χρῆται ἐν ταῖς ὀχείαις.

Polypus bracchia ſua ad officium tum manuum, tum pedum accommodat. Nanque duobus quæ ſupra os habet, iis admonet ori cibum. At quod omnium poſtremum eſt, eo vtitur ad coïtum. Eſt autem inter cætera acutiſſimum & ſolum obalbidum, & mucrone duplici, ſinu cauo, & ſitum ſuper dorſo: vocatur autem dorſum hîc, pars ea lænis à qua bracchia prorſum prodeunt.

CAESAR.

NVNC priuatim de polypi bracchiis, vſu, ſitu, figura & colore. Nam primorum officium eſt & ingredi, quod alibi declarat, & cibum capere quod hîc dicit: poſtremum eſt ad coïtum. Prudentiſſimè figuram dixit ὀξυτάτη: ex vſu enim ſi pro veretro vtitur, vt ſit acutiſsimum, ad ingrediendum ſcilicet. Tum declarat quid hîc intelligat ῥάχιν, quoniam valde differt ab alijs ῥάχεσι. Cùm autem duplicem vſum bracchiorum dicere inſtituiſſet, excepit ſermonem & variauit in poſtrema, ac tranſtulit ad officium venereum. πλεκτάνας verò dixerunt à complexu.

χρῆται, interpretati ſumus *officium*. Nam χρεῖα vſus eſt: at officium nonne dicitur id quod ex vſu fit? Omne enim officium vtile eſt: omne enim honeſtum vtile, omne autem officium honeſtum. Itaque περὶ χρείας μορίων librum Galeni interpretati ſumus, *de officio partium* Quod quibuſdam cùm non placeret, ſed potius dicerent *vſum*, quoniam Copus & Linacer ita tranſtuliſſent, ſuorum ingeniorum ſeruitutem indicârunt. Neque enim rectè dicetur animal vti ſua carne ad explendum caua corporis. Nam vſus dicitur conſiſtere in actione non in poſſeſsione. Poſsidemus multa tela, non omnibus vtimur nunc. Non poteſt dici homo vti ſuo ſanguine: ſed natura dicitur vti eo ad finem hominis: vſus igitur paſsiuè ſonat. At officium actiuè. Itaque officium capitis, memoriam tenere; cordis, vitam ſuſtentare: carnis, explere: ſanguinis accipere formam carnis: quod quanquam paſsio quædam eſt: tamen officij quoque nomine ſignatur: vt videre eſt oculorum, ſeruorum ſeruire & poſsideri.

Poſuit προσάγει abſolutè ſine caſu.

δικρόα bifurcato Theodorus malè: nam ſinum voluit dicere non ſolùm furcam, vt in matricibus: quas δικρόας dicit præfurcato non bifurcato. Eſt enim furca palus, natura aut arte in ſummo diſsitus. Ergo quod eſt bifurcatum quatuor habet bracchia. Neque enim eſt vt biſulcum: ſulcus enim eſt vnius tractus: furca bifida. Igitur bifurcatum erit quadrifidum. Idem οὗ πρόσθεν αἱ πλεκτάναι *à quo bracchiorum ordo incheatur*, rectè. Sed omiſit πρόσθεν. Nam poſſunt inchoari etiam ὄπισθεν. Cùm igitur πλεκτάναι flexum ſignificent, quam in partem curuentur voluit ſignificare.

Παρενθέσει longa vſus eſt Ariſtoteles, quam nos compoſuimus.

X. ARISTOTELES.

Πρὸ τοῦ κύτους δὲ ὑπὲρ τῶν πλεκτανῶν, ἔχουσι κοῖλον αὐλὸν, ᾧ τὴν θάλασσαν ἀφιᾶσι δεξάμενοι τῷ κύτει, ὅταν τι τῷ σόματι λαμβάνωσι. μεταβάλλει δὲ τοῦτο, ὁτὲ μὲν εἰς τὰ δεξιὰ, ὁτὲ δὲ εἰς τὰ εὐώνυμα. ἀφιᾶσι δὲ καὶ τὸν θολὸν ταύτῃ.

Ante alueum ſupra bracchia fiſtula caua eſt, qua mare alueo exceptum reddunt: cùm quippiam corpore ſumpſerint. Mouent autem eam tum in dextram, tum in ſiniſtram: ea etiam attramentum emittunt.

CAESAR.

ALiam partem pònit, locum, vſum multiplicem. Dum polypi mare non edunt, ora iactant, cùm cibum capiunt, fiſtula ipſum reddunt. Mobilem agnouit & rectè dixit μεταβάλλει

non μεταβάλλεται,vt voluntarium motum declararet.Nam mouĕtur aliquando auriculæ noſtræ, quas nunquam mouemus,illud notato:mutaſſe Philoſophum numerum: ἀφιᾶσι: μεταβάλλει ἔχουσι, ἀφίησι:quod nos ſecuti ſumus.

Cùm dixit αὐλὸν, κοῖλον debuit intelligi : addidit tamen quaſi partes definitionis : nam omnis αὐλὸς κοῖλος eſt.

μεταβάλλει non rectè *transfert* Theodorus:de toto corpore,transfert,dicitur:at hîc motat tantùm quod extat.

XI. ARISTOTELES.

Νεῖ δὲ πλάγιος, ἐπὶ τὴν καλουμένην κεφαλὴν ἐκτείνων τοὺς πόδας. οὕτω δ' ἔστιν συμβαίνει προορᾷν μὲν εἰς τὸ πρόσθεν (ἐπάνω γάρ εἰσιν οἱ ὀφθαλμοὶ) τὸ δὲ στόμα ἔχει ὄπισθεν.

NAt obliquus, tendens pedes ſupra id quod caput appellatur. Eique ita euenit vt quia oculos in vertice habet, quæ ante ſunt proſpiciat, os autem ponè ſit.

CAESAR.

NATATVM explicat, & neceſsitatem ipſius à ſitu partium. Nam cùm oculos in vertice habeat, eis non vtatur ad perſpiciendum , niſi obliquus natet. Ita euenit vt os ponè habeat:aduerſa enim oculos parte habet.

Dixit συμβαίνει quoniam cùm iacet non videt quæ ante ſe ſunt. Dixit προορᾷν quoniam τὸ πρὸ & τὸ πρόσθεν, affines ſunt. Et ſi non natet ὁρᾷ qui afferantur ſalo,aut ipſi veniunt piſces:at non προορᾷ,vt aggrediatur aut vitet.Item συμβαίνει τὸ στόμα ἔχειν ὄπισθεν.Nam ſua natura κάτω habet. Quod igitur ſupra eſt,ſi obliquatur, fit ante:quod infra eſt,fit ponè.

Theodorus ἐπὶ τὴν κεφαλὴν, *pedes porrigens in eam partem quod capitis nomine appellatum eſt.* At ſuprà oſtendit caput inter pedes & alueum eſſe ſitos. Ergo non ſic eſt loquendum : quos enim pedes porrigat eò vbi ſunt: ſed ſupra caput. Nam caput obliquatur ad aſpiciendum. Bracchia quaſi præſidium anteſignanorum protenduntur.

XII. ARISTOTELES.

Τὴν δὲ κεφαλὴν, ἕως ἂν ζῇ, σκληρὰν ἔχει, καθάπερ ἐμπεφυσημένην.

CAput quandiu viuit durum & quaſi inflatum habet.

CÆSAR.

POſt ſitum capitis, & eius partes: oculos & os; ſubſtantiam declarat.

XIII. ARISTOTELES.

Ἅπτεται δὲ καὶ κατέχει ταῖς πλεκτάναις ὑπτίαις· καὶ ὁ μεταξὺ τῶν ποδῶν ὑμὴν διατείνεται πᾶς. ἐὰν δ' εἰς τὴν ἄμμον ἐμπέσῃ, οὐκ ἔτι δύναται κατέχειν.

PRehendit autem & retinet bracchiis incuruatis, atque ibi membrana quæ inter pedes eſt, tenditur vniuerſa. Quòd ſi in arenam inciderit, impotens fit ad retinendum.

CAESAR.

MODVM ipſius vſus ponit: vbi quid ſolidi occurrit iacit bracchia, atque ſinus caui diductas oras admouet, tum eas contrahit, atque ita tenet. Quod ſi quid lubrici offenderit, non poteſt hærere: neque ſi quid cedentis ac ſoluti, qualis arena eſt. Itaque à murænæ conficitur, & locuſtam ipſe conficit. At non eſt verum quod hîc dicit Ariſto

Ariſtoteles non poſſe retinere. Immo arenam ipſam retinere vidimus: ſed arenæ partes cùm non ſunt con tinuæ, eo pacto non poteſt retinere.

Dixit ὑπτίας, quoniam curuat bracchia, ſicut equus crura anteriora, vt curuum cælum verſus ſpectet, cauum ſit in imo: ergo planta equini pedis eſt apud Ariſtotelem ὕπτια: nobis non ſupina ſed prona, vt ſuprà declarauimus, Neque ſanè commodè hoc poſſumus vertere.

ἅπτεται Theodorus, *tangunt*: hìc vult dicere *prehendunt*: hoc enim eſt ἅπτεσθαι: *aptari*. Cuius vim verbi in *tertia oratione pro M. Tullio* fuſiùs ſumus perſecuti.

ἱμαίον, *elapſus*, Theodorus rectiſsimè: reſpiciens ad eius lubricitatem.

XIV. ARISTOTELES.

Ἔχουσι δὲ διαφορὰν, οἵ τε πολύποδες, καὶ τὰ εἰρημένα τῶν μαλακίων. τῶν μὲν γὰρ πολυπόδων, τὸ μὲν κύτος, μικρὸν, οἱ δὲ πόδες, μακροί εἰσι· τῶν δὲ, τὸ μὲν κύτος μέγα, οἱ δὲ πόδες βραχεῖς, ὥστε μὴ πορεύεσθαι ἐπ' αὐτοῖς τούτοις.

Differunt polypi & alia quæ diximus genera mollucorum. Polypis alueus paruus, pedes longi ſunt. Cæteris alueus grandis, pedes breues: quo fit, vt ijs vti nequeant ad ingrediendum.

CAESAR.

PONIT differentiam à partibus vnius generis aduerſus omnia alia. Itaque in ſiccum exeunt polypi atque ingrediuntur pedum firmitate onere exiguo: contrà alij.

ἐπὶ αὐτοῖς τούτοις: τὸ ἐπὶ abundat.

XV. ARISTOTELES.

Αὐτῶν δὲ πρὸς αὑτὰ, τὸ μὲν μακρότερόν ἐστιν ἡ τευθὶς, ἡ δὲ σηπία πλατύτερον.

HAEc autem inter ſe quibus diſcrepant. Nam loligo è longioribus, ſepia è latioribus eſt.

CÆSAR.

NVNC alterum membrum comparationis ſecat. Neque ſatis habuit dicere, ἡ τευθὶς μακροτέρα, ſed τὸ μακρότερον: quoniam non ſola longior eſt, ſed etiam τευθὸς, τὸ μακρότερον ſcilicet γένος. hoc Theodorus non eſt aſſequutus.

XVI. ARISTOTELES.

Τῶν δὲ τευθίδων, οἱ τευθοὶ καλούμενοι, πολὺ μείζους. γίγνονται γὰρ καὶ πέντε πήχεων μέγεθος.

AT loliginibus lolij qui dicuntur longè maiores ſunt: grandeſcunt enim vſque ad quina cubita.

CAESAR.

NVnc minorum generum ponit differentias ſecundùm quantitates.

XVII. ARISTOTELES.

Γίγνονται δὲ καὶ σηπίαι ἔνιαι δίπηχεις.

EVadunt etiam ſepiæ aliquæ bicubitales.

CAESAR.

NVNC communem affectionem excreſcendi aſſignat diuerſo generi à lolijs: ſcilicet ſepiæ.

XVIII. ARISTOTELES.

Καὶ πολυπόδων πλεκτάναι τηλικαῦται, καὶ μείζους ἔτι τὸ μέγεθος.

Et polyporum bracchia ad eandem vaſtitatem, atque etiam maiora.

CAESAR.

RECTE comparat bracchia polypi cum alueo ſepiarum: namque hîc his, illa illís maiora ſunt.

XIX. ARISTOTELES.

Ἔστι δὲ τὸ γένος ὀλίγον τῶν τευθῶν.

Loliorum genus infrequentius eſt.

CAESAR.

HISTORIA à generatione. ὀλίγον *puſillum* Theodorus interpretatur: eſt ita ſanè: ſed debuit effugere ambiguitatem. Nam maximi ſunt lolij: exprimere debuit numerum.

XX. ARISTOTELES.

Διαφέρουσι δὲ τῷ σχήματι τῶν τευθίδων οἱ τευθοί. πλατύτερον γάρ ἐστι τὸ ὀξὺ τῶν τευθῶν.

Differunt etiam figura lolij à loligine: nanque lolij mucro latior eſt.

CÆSAR.

NVNC à qualitate, & accepit σχῆμα laxiore ſignificatu: nanque quadrata figura latitudine maiore non mutat ſpeciem: accepimus igitur modum σχήματος: itaque Theodorus prudenter *faciem* dixit.

XXI. ARISTOTELES.

Ἔτι δὲ τὸ κύκλῳ πτερύγιον, περὶ ἅπαν ἐστὶ τὸ κύτος. τῇ δὲ τευθίδι, ἔλαττον.

Totus quoque alueus continuata pinnula ambitur: loligine autem minus.

CAESAR.

A modo partium. Theodorus malè *pinnulas*: nam vna tantum in lolio eſt continua. In loligine intercepta.

XXII. ARISTOTELES.

Ἔστι δὲ πελάγιοι, ὥσπερ καὶ ἡ τευθίς.

Altum mare colit, vt loligo.

CAESAR.

NVNC communem vtriuſque naturam, à loco. Theodorus verbum ineptum poſuit: *pelagius conſiſtit*, inquit: quomodo conſiſtit?

XXIII.

XXIII. ARISTOTELES.

Μετὰ δὲ τοὺς πόδας ἡ κεφαλή ἐστιν ἁπάντων ἐν μέσῳ τῶν ποδῶν, τῶν καλουμένων πλεκτανῶν.

Poſt pedes caput omnibus in eorum medio eſt: atque ipſi pedes etiam bracchia vocantur.

CAESAR.

SECVERAT in partes tres bracchia, caput, alueum: à bracchijs incepit quoniam, primorem locum obtineret: hiſtoriam tamen aluei interpoſuit incautiùs cùm generum poneret differentiam; eiúſque tum figuram tum magnitudinem: prætereà & loca certis generibus aſſignauit. Id quod hac Capitis parte, qua recenſet pedes, non continebatur. Nunc tractat caput mira locutione cùm voluit eius locum deſignare. Nam dixit μετὰ τοὺς πόδας κεφαλὴ ἐν μέσῳ τῶν ποδῶν. Nam τὸ μετὰ eſt loci nota, propter officium pedum: porriguntur enim ἐπὶ τὴν κεφαλὴν vt dicebat: at ἐν μέσῳ eſt nota loci à ſitu.

Nota locutionem μετὰ τοὺς πόδας, ἐν μέσῳ αὐτῶν dixiſſet alius: propterea enim pronomina & relatiua inuenta ſunt.

Mirum id quoque cum de pedibus hiſtoriam texeret appellauit πλεκτάνας: & nunc cùm caput tractat docet pedes πλεκτάνας appellari.

Vbi Ariſtoteles πλεκτάνας poſuit Theodorus multa nomina Latina inculcauit: *barbæ & cirri:* de barbis neſcio: at cirrus extrema tantùm pars eſt: *crines* vocauit Plinius lib IX. cap. XXIX. Athenæus in primo etiam πλεκτὰς appellat ex Archeſtrati verſu: πλεκτάνας autem ad verbum *amplexabula* poſſumus dicere. Mirum quare Theodorus *flagella* ex Ouidio non addidit: ſic enim de Polypo IIII. *Metamorph.* ait.

Vtque ſub æquoribus deprenſum Polypus hoſtem.
Continet ex omni demiſſis parte flagellis.

XXIV. ARISTOTELES.

Ταύτης δὲ τὸ μὲν ἐστι στόμα, ἐν ᾧ εἰσι δύο ὀδόντες. ἐπάνω δὲ τούτων, ὀφθαλμοὶ μεγάλοι δύο· ὧν τὸ μεταξὺ μικρὸς χόνδρος ἔχων ἐγκέφαλον μικρόν. ἐν δὲ τῷ στόματί ἐστι μικρὸν σαρκῶδες. γλῶτταν δ' οὐκ ἔχει αὐτῶν οὐδὲ ἕν, ἀλλὰ τούτῳ χρῆται ἀντὶ γλώττης.

IN capite os eſt: in ore dentes duo: in ſummo, oculi grandes totidem. Inter eos exigua cartilago puſillum continens cerebrum. In ore paruum quiddam eſt carnoſum, quo pro lingua vtitur, qua totum genus hoc caret.

CAESAR.

CAPITIS partes ſex: os, dens, oculus, cartilago, cerebrum, prolingua: ſic enim eorum appelles linguam, vt proconſulem: facetè Ariſtoteles, cartilago parua paruum cerebrum continens. Nam ſanè magnum non poterat.

Theodorus τὸ στόμα, *oris habitus*: malè. Nam hoc potiùs ad vultus partem pertinet: omnino figuram ſignificat certam: at hìc ſubſtantiam tantùm quærimus.

XXV. ARISTOTELES.

Μετὰ δὲ τοῦτο ἔξωθεν μέν ἐστιν ἰδεῖν τὸ φαινόμενον κύτος.

Poſt caput, aluei partes extimæ videntur.

CAESAR.

TERTIA pars mollucorum alueus: qui quoniam quaſi ventriculus eſt, quaſíque thorax, atque etiam aluus. Iccircò in partes extimas & intimas ſecuit Ariſtoteles. Itaque dixit ἰδεῖν, & φαινόμενον.

Theodorus

Theodorus alterius codicis fortuna vſus eſt, meliore an deteriore neſcio. Nam ſic ſcripſit, *Alueus à capite amplioris capacitatis propenſius*: neſcio an habuerit προσνενόμενον pro φαινόμενον.

XXVI. ARISTOTELES.

Ἔστι δ' αὐτῶ ἡ σὰρξ σχιστὴ, οὐκ εἰς εὐθὺ μὲν, ἀλλὰ κύκλῳ.

Eſt eius caro fiſſilis non directò, ſed orbiculariter.

CAESAR.

Affectionem à poteſtate: ita eius indicat compoſitionem & contextum. Sequuntur enim ligulæ illæ corporis figuram quæ orbiculari proxima eſt.

XXVII. ARISTOTELES.

Δέρμα δ' ἔχουσι πάντα τὰ μαλάκια περὶ ταύτην.

Atque ea omnibus tota cute teguntur.

CAESAR.

Certè detracta poſſis vti pro marſupio.

XXVIII. ARISTOTELES.

Μετὰ δὲ τὸ στόμα ἔχουσιν οἰσοφάγον μακρὸν καὶ στενόν.

Ab ore habent gulam longam & anguſtam.

CAESAR.

Nunc partes interiores continuas ab ore ad exitum aluei: infrà στόμαχον vocat.

XXIX. ARISTOTELES.

Ἐχόμενον δὲ τούτου πρόλαβον μέγαν, καὶ παρεμφερῆ ὄρνιθι.

Continentem deinde ingluuiem amplam, ac perſimilem illi, quam in auibus eſſe diximus.

CÆSAR.

Πρόλαβον *guttur* peſſimè Theodorus interpretatus eſt: guttur enim eſt ob pulmonem. Sed noluit ſtomachum dicere, quoniam auium receptaculo eſſet ſimilis.

Nota locutionem: παρεμφερῆ ὄρνιθι. Theodorus ſecurè alibi, nimis deuiat: nam nimis anxiè ſequitur. Neque enim auibus ſimilis eſt ingluuies, ſed auium ingluuiei.

XXX. ARISTOTELES.

Τούτου δ' ἔχεται ἡ κοιλία, οἷον ἥνυστρον· τὸ δὲ σχῆμα, ὁμοία τῇ ἐν τοῖς κήρυξιν ἑλίκῃ.

Cui venter continuatur omaſi facie anfractuoſi modo buccinorum.

CAESAR

C AE S A R.

VT declararet ſpeciem ventris, omaſum nominauit, & buccinorũ anfractus quas ἕλικας vocauit. Theodorus quoque *clauiculas*: quoniam elices vitiliginei à Latinis *clauiculi* dicerentur. Verùm ratio durior in Latinis. Nam Græcorum ἔτυμον vtranque vocem facilè ſecutum eſt: quippe ἑλίζει *voluere* eſt: & ἑλελίζειν Pindaro frequens verbum. Ita potuit & bracchiola vitis dicere ἕλικας, & anfractus purpurarum: ſicut Homerus flexum crurum bubulorum. At elicis vitis clauiculi dicti ſunt, quoniam vt clauis ianuam, ita illi adclauderent vitem pedamento. Hoc nos non ſequitur: vocantes idem nomen ad cauum aliquod ſignandum: fecit autem anfractuoſum natura, imitata ſeipſam in inteſtinis noſtris. Et propter eandem vtilitatem: de quo ſuo loco.

XXXI. ARISTOTELES.

Ἀπὸ δὲ ταύτης αὖθις πάλιν φέρει πρὸς τὸ στόμα ἔντερον λεπτόν. παχύτερον δ' ἐστὶ τοῦ στομάχου τὸ ἔντερον.

HInc rurſum fertur ad os inteſtinum tenue quidem, ſed gula laxius.

C AE S A R.

HOc eſt inteſtinum quod iungitur, cum mytide: hæc mytis fiſcus quidam eſt ſub ore, in quo atramentum continetur: per hanc tranſit gula ad ventrem, & in eam recipitur inteſtinum rediens à ventre: perq; ipſum excipit excrementa, & atramentum, ſed Ariſtoteles ſaltuatim narrat.

στόμαχον nunc narrat, quòd ſuprà οἰσοφάγον: erat mendum in codice: παχύτερον, emenda πλατύτερον: defert enim & excrementa & atramentum.

XXXII. ARISTOTELES.

Σπλάγχνον δ' οὐδὲν ἔχει τῶν μαλακίων, ἀλλ' ἣν καλοῦσι μύτιν, καὶ ἐπὶ ταύτῃ θολόν.

CArent inteſtinis: ſed habent mytidem, atque in ea atramentum.

C Æ S A R.

MYTIN etiam papauer dici infrà videbimus: nos potiùs *fiſcum* diceremus: eſt enim perſimilis κύστει: veteres ea ratione *ſufiſcum* dicebant: κύστει comparat Athenæus, quia etiam μήκωνα vocat in ſeptimo.

Atramentum à colore Latini dixêre. Græci θολόν, quo nomine etiam lutum, limúmue: vnde θολεροὶ fluuij: contrà καθαροί.

XXXIII. ARISTOTELES.

Τοῦτο δὲ ἐπὶ πλεῖστον αὐτοῖς καὶ μέγιστον ἡ σηπία ἔχει.

QVod in ſepijs & plurimum & maximum eſt.

C AE S A R.

EFFICIVM mytidis narrat: eſt in codicibus noſtris ἐπὶ πλεῖστον καὶ μέγιστον. Theodorus alterum tantùm & agnouit & recepit & repoſuit. Nam profectò videtur abundare τὸ μέγιστον. Nam quanquam cum Herodoto dicas μεγίστους πότους, tamen dubito an dicamus rectè maximũ vinum, cùm multum valde vini velis intelligere.

XXXIV. ARISTOTELES.

Ἀφίησι μὲν οὖν ἅπαντα, ὅταν φοβηθῇ· μάλιστα δὲ ἡ σηπία.

ATque hoc emittunt omnia, cùm perterrefiunt: præſertim ſepia.

CAESAR.

HOc habent perfugium, vt intercepto conſpectu ſeſe ſubſtrahant.

XXXV. ARISTOTELES.

Ἡ μὲν οὖν μύτις κεῖται ὑπὸ τὸ στόμα, καὶ διὰ ταύτης τείνει ὁ στόμαχος· ᾗ δὲ εἰς τὸ ἔντερον ἀνατείνει κάτωθεν ὁ θολὸς, καὶ τῷ αὐτῷ ὑμένι ἔχει περιεχόμενον τὸν πόρον τῷ ἐντέρῳ, καὶ ἀφίησι κατὰ ταὐτόν, τόν τε θολὸν καὶ τὸ περίττωμα.

SIta eſt ſub ore mytis: per hanc tranſmittit gula: infra autem ad inteſtinum qua demittitur, ipſa continet atramentum, atque ipſum meatum obductum habet eadem membrana cum inteſtino. Idem quoque meatus eſt quo effundit atramentum, & deijcit excrementa.

CAESAR.

NVnc redit ad partes, quas interceperat atramenti narratione. Theodorus *qua inteſtinum petere incipit ſuperiora*, malè. Nam inteſtinum non petit ſuperiora, ſed anteriora: neque id eſt in Codice. Neque eſſet bene à Natura inſtitutum, vt membrum apparatum ad deijciendum aſcenderet. Neque planè πόρον *foramen* dixit: aliud eſt ῥῆμα: πόρος autem addit etiam prolixitatem: περιεχόμενον *obuolutum*, idem: rectiſſimè: vt teretis ſpatij tractum intelligas.

XXXVI. ARISTOTELES.

Ἔχουσι δὲ καὶ τριχώδη ἄττα ἐν τῷ σώματι.

INſunt etiam in corpore villorum ſpecie quadam.

CAESAR.

HOc quoque obſcurè: neſcias an intus in vacuo ſint τριχώδη, an in carne. Nam ſanè villoſa caro eſt.

XXXVII. ARISTOTELES.

Τῇ μὲν οὖν σηπίᾳ καὶ τῇ τευθίδι καὶ τῷ τεύθῳ, ἐντός ἐστι τὰ στερεὰ, ἐν τῷ πρανεῖ τοῦ σώματος, ἃ καλοῦσι, τὸ μὲν, σήπιον, τὸ δὲ, ξίφος.

SVb dorſo firma pars ſepiæ loligini ac lolio continetur. Illius ſepium, horum gladium vocant.

CAESAR.

Πρανεῖ *per dorſum* interpretatus eſt Theodorus, optimè: apponit nomina Philoſophus: quoniam ſepiæ os breuius, loligini longiùs, vnde nomen gladij: *gladiolum* maluit Theodorus: quoniam maior pars minor eſt vero gladio: radium rectè Latinè dicas: ſimillimum enim eſt radio textoris: etiam ligulam potes dicere.

ARISTO

XXXVIII. ARISTOTELES.

Διαφέρει δέ. τὸ μὲν γὰρ σήπιον ἰσχυρὸν καὶ πλατύ ἐστι, μεταξὺ ἀκάνθης καὶ ὀστοῦ, ἔχον ἐν αὐτῷ ψαθυρότητα σομφώδη· τὸ δὲ τῶν τευθίδων, λεπτὸν καὶ χονδρωδέστερον.

EA tamen inter ſe differunt: ſepium nanque firmius & latius, media concretione inter ſpinam & os: continens quandam friabilem raritatem. At radius loliginum tenuis ac magis vergens ad cartilaginis naturam

CAESAR.

SVERA à figura, nunc à ſubſtantia. Gladium dicit vniformi concretione cartilaginea: ſepium diformi: nam dorſum habet læue ac oſſeum: ab ea ſuperficie demittuntur cancelli quaſi quidam, eiuſdẽ maſſæ: inter quos friabilis raritas eſt.

Dixit λεπτὸν: dixiſſem ego *tenuior*: comparat enim: itaque etiam alteram vocem eo flexu poſuit Theodorus falsò *arctior*. Neque enim eſt στενὸν: non eſt latitudinis præſcriptio λεπτὸν, ſed profunditatis. Idem Theodorus diuinitus dixit *friabilem*, quem nos ſecuti ſumus.

XXXIX. ARISTOTELES.

Τῷ δὲ σχήματι διαφέρουσιν ἀλλήλων, ὥσπερ καὶ τὰ κύτη.

QVemadmodum aluei inter ſe, ita etiam ipſa facie differunt.

CAESAR.

MIRVM quid velit Philoſophus: niſi ſi quorum aluei eſſent oblongiores. Item capita quoque & cætera eſsẽt productiora. Sed de crinibus falſum eſt. Nam orbicularis polypus pene eſt, at cruribus longiſſimis: contrà loligini alueus porrectior, flagella breuiora.

Videamus locutionem: differt Leo à Vulpe: ſicut thorax huius à thorace illius: profectò ſimplex ſententia, & penè impudens.

XL. ARISTOTELES.

Οἱ δὲ πολύποδες οὐκ ἔχουσιν ἔσω στερεὸν τοιοῦτον οὐδέν, ἀλλὰ περὶ τὴν κεφαλὴν χονδρῶδες, ὃ γίνεται ἐάν τις αὐτῶν παλαιωθῇ, σκληρόν.

AT polypi firma illa parte carent: ſed in capite cartilaginoſum quiddam habent, quod dureſcit demum, cùm quis eorum conſenuerit.

CAESAR.

NON igitur erat vniuerſalis θέσις primi generis, quod extra haberet partes molles, intus duras. Theodorus totum caput facit cartilagine conſtare, malè: neque ex Phiſophi ſententia, neque ex natura rei.

Ambigo valdè an παλαιωθῇ poſſit referri ad viuentis ætatem: vt παλαιὸς ſit vetulus: hîc tamen vſus eſt: οἱ πάλαι *priſci* apud Pindarum: τὸ παλαιὸν *olim* apud Cratinum in *Plutu*. Quare valde metuebam ne de mortuo ſalito ac ſeruato ad cibum diceret.

XLI. ARISTOTELES.

Τὰ δὲ θήλεα τῶν ἀῤῥένων διαφέρουσιν. οἱ μὲν γὰρ ἄῤῥενες, ἔχουσι πόρον ὑπὸ τὸν στόμαχον, ἀπὸ τοῦ ἐγκεφάλου τείνοντα πρὸς τὰ κάτω τοῦ κύτους. ἔστι δὲ πρὸς ὃ τείνει, ὅμοιον μαστῷ· ἐν δὲ ταῖς θηλείαις δύο τε ταῦτ᾽ ἐστὶ, καὶ ἄνω. ἀμφοτέροις δὲ ὑπὸ ταῦτα ἐρυθρὰ ἄττα σωμάτια πρόσεστι.

Differunt etiam inter ſe ſexus ipſi. Mares meatum habent ſub gula à cerebro ductum ad inferna aluei: ibi qua parte deſinit res eſt papillæ ſimilis: fœmellis verò bina ſunt hæc, & parte ſuperiore: vtriſque autem puſilla corpuſcula quædam rubra acceſſere.

C AE S A R.

Comparat ſexus inter ſe: ponit diſſimilitudinem & ſimilitudinem.

Nota: δύο τε ταῦτ᾽ ἐστὶ: vtrum ταῦτα intelligat μαστοὺς, an & πόρον geminari? nos inſpeximus & vnum tantùm meatum offendimus. Differunt igitur fœminæ & numero, quoniam duas habent eiuſmodi papillas, & ſitu, quoniam in ſuperioribus aluei partibus habent.

πρόσεστι: *acceſsêre* interpretati ſumus: *ſubiuncta* Theodorus non malè.

XLII. ARSTOTELES.

Τὸ δ᾽ ᾠὸν ὁ μὲν πολύπους ἓν καὶ ἀνώμαλον, ἔξω δὲ καὶ μέγα ἔχει· ἔσω δ᾽ ἐστὶ τὸ ὑγρὸν, ὁμόχρουν ἅπαν καὶ λεῖον, χρῶμα δὲ λευκόν. τὸ δὲ πλῆθος τοῦ ᾠοῦ τοσοῦτον, ὥστε πληροῦν ἀγγεῖον μεῖζον τῆς τοῦ πολύποδος κεφαλῆς.

Polypi ouum vnum, inæquali ſuperficie, grande: intus humorem continet vnicolorem totum ac læuem, tanta copia, vt complere poſſit vas ipſo Polypi capite maius.

C AE S A R.

Svpra à partibus, nunc quaſi partes percenſet: ſed non eſt verum vnicum ouum parere polypum: quin ita eſt: τίκτει ᾠὰ βοτρυδόν: quod etiam Athenæus in ſeptimo declarauit nobis. Quin perſtes in errore ſi legas in v. *Hiſtoriarum* verba. τίκτει inquit ᾠόν. Et poſteà dicit ἐκ τοῦ ἀποτικτομένου ἄπειρον γίνεται τὸ πλῆθος. Itaque intelligas vnum ouum eſſe conueniente humore intus, ſed diuerſis partibus. Non propter ſubſtantiæ diuerſitatem, ſed propter membranulæ inæqualitatem: tanquam ſi obducas racemum vuæ luto.

XLIII. ARISTOTELES.

Ἡ δὲ σηπία, δύο τε τὰ κύτη, καὶ πολλὰ ᾠὰ ἐν τούτοις, χαλάζαις ὅμοια λευκαῖς.

Sepia duos habet alueos, atque in his oua numeroſa, grandini ſimilia candida.

C AE S A R.

Nvmero alueorum differt, & diſcretione ouorum: addidit candidæ, non vt declararet grandinis colorem, ſed colorem ouorum: propterea quòd ſimilitudo non ſolo colore conſtat. Itaque grandini poſſunt eſſe ſimilia etiam ſi nigra ſint: puta nitore, & rotunditate.

Britones vocant ſepiam *Margatam*: retulerunt mihi in Occeani ſui æſtuariis herbam eſſe ſcapo cauo in qua ſepia gignatur: putant enim ex generatione non procreari: vnus ex ipſis affirmauit ab ſe euulſam plantam eiuſmodi vnam, intúſque ad manum cùm ſenſiſſet palpitationem, monitu eiuſdẽm, qui eam indicârat, aperuiſſe, atque ſeptem ſepiolas inueniſſe.

XLIV.

XLIV. ARISTOTELES.

Ἔχουσι δὲ τούτων ὡς κεῖται τὰ μόρια, θεωρείσθω ἐκ τῆς ἐν ταῖς ἀνατομαῖς διαγραφῆς.

Verùm hæc ſigillatim quo ſe habeant pacto loco ne videre licet, ex diſſectarũ partium pictura.

CAESAR.

Qvod & alibi facit, & in membrorum genitalium narratione, è ſubiecta figura repræſentat naturam.

ὡς κεῖται, ad ſitum tantùm retulit Theodorus ſic: *quiſnam ſitus ſit ſingularum*: verùm non dicit ὅπου, ſed ὡς: κεῖται autem non ſolùm ſitum, ſed etiam habitum indicat. Itaque nobis neceſſarium fuit addere alia vt explerentur.

XLV. ARISTOTELES.

Πάντα δὲ τὰ ἄῤῥενα ταῦτα τῶν θηλειῶν διαφέρει, καὶ μάλιστα ἡ σηπία. τά τε γὰρ νωτιαῖα τοῦ κύτους, πάντα μελάντερα τῶν ὑπτίων.

Mares omnes toto genere hoc à fœmellis differunt: præter cætera ſepia. Nam dorſum aluei nigrius habet quàm imam planiciem.

CAESAR.

Svpra ſexus differentiam à figura, nunc à colore: præcipuum genus, ſepiæ: deinde ab aſperitate Tertium à colore vario virgato: quartum ab vropyge: rurſus à figura.

XLVI. ARISTOTELES.

Τραχύτερά τε πάντα ἔχει ὁ ἄῤῥην τῆς θηλείας, καὶ διαποίκιλα ῥάβδοις.

Et aſperiora omnia habet ac virgata.

CAESAR.

ῥάβδοις διαποίκιλα, *virgata*: vt *virgatus calathiſcus* apud Catullum: *virgata ſaga Gallica*, apud Maronem, lineis interſtincta.

XLVII. ARISTOTELES.

Καὶ τὸ οὐροπύγιον ὀξύτερον.

Et extremum corporis mucronatius.

CAESAR.

Οὐροπύγιον hîc vocat hoc, vbi eſſet cauda ſi à natura haberet. Malè Theodorus *caudam*: ſed ſicut dixit πρόβολον pro ventriculo, ſic pro cauda οὐροπύγιον.

XLVIII. ARISTOTELES.

Ἔστι δὲ γένη πλείω πολυπόδων.

Verùm polyporum multa ſunt genera.

CAESAR.

QVONIAM de Polypis nulla facta diuiſione locutus eſt, nunc declarat ad quæ referenda ſint dicta. Et ſanè priùs hoc facere debuit : deinde partes exequi. Genera autem recenſet, à proceritate, vnum : à paruitate, vnum : vnum, oblongum & μονοκότυλον: vnum ab odore: duo in conchis: ſex ſunt.

XLIX. ARISTOTELES.

Ἓν μὲν, τὸ μάλιστ' ἐπιπολάζον, καὶ μέγιστον αὐτῶν.

VNum genus eſt frequentiſſimè ſumma aqua natans, quod & maximum eſt.

CAESAR.

Ἐπιπολάζον Theodorus *conſpectius* peſſimè. Nam conſpectiſſimus eſt Veſulus mons: at quis dicat ἐπιπολάζειν? quid cælo conſpectius?

L. ARISTOTELES.

Ἐστὶ δὲ πολὺ μείζους οἱ πρόσγειοι τῶν πελαγίων.

HOrum littoris accolæ longè ſunt maiores quàm qui in altum degunt.

CÆSAR.

RATIO eſt pabulum : aluntur enim faciliùs; conchis enim veſcuntur. Non ſine ratione poſuit : ſiquidem è contrario cæterorum piſcium maxima pars pelagij multò ſunt maiores. Et ſubeſt ratio à Natura: mare enim locus piſcium eſt: ergo magnorum magnus.

Theodorus hanc ſententiam ad illud primum genus arctauit τῶν ἐπιπολαζόντων: ſi ita eſt, declaratio erit prioris ſententiæ. Sin refertur ad genera omnia, vt pelagij ſint minores, eſt quædam ratio in his verbis, qua intelligamus illud genus quod pro loco poſuit, eſſe πρόσγειον: alia genera minora pelagia: & ſanè ſunt. Melius eſt vt ſit diuiſio ſuperiorum : nam in alio genere etiam parui πρόσγειοι ſunt : προσγείους *terrenos* dixit Theodorus malè Plinium ſecutus. Neque enim dicas piſcem terrenum niſi vt vitulum, hippopotamum, crocodilum, ranam.

LI. ARISTOTELES.

Ἔτι δ' ἄλλοι μικροὶ ποικίλοι, οἳ οὐκ ἐσθίονται.

ALiud genus paruorum, iiq; vario ſunt colore neque eſitantur.

CAESAR.

TRes differentiæ: paruitas, color, ineptitudo ad menſas.

LII. ARISTOTELES.

Ἄλλα δὲ δύο, ἥ τε καλουμένη ἐλεδώνη, μήκει τε διαφέρουσα τῶν ποδῶν, καὶ τῷ μονοκότυλον εἶναι μόνην τῶν μαλακίων· τὰ γὰρ ἄλλα πάντα δικότυλά ἐστι.

ITem alia duo. Nam Eledona tum peculiari diuerſa crurium longitudine: tum quia molluſcorum ſola ſingularibus tantùm acceptabulis prædita eſt. Cùm bina alij habeant omnes.

C AE S A R.

THEODORVS, *ordinem acceptabulorum*, malè: ſimplex ordo etiam binorum acceptabulorum eſt. Quoniam ea bina non ſunt, duo aut tria, aut quatuor vtriuſque paria: deinde verbum *agere* ad ordines relatum, imperatiuum eſt.

LIII. ARISTOTELES.

Καὶ ἣν καλοῦσιν αἱ μὲν βολίταιναν, οἱ δ' ὄζολιν.

ET quam alij vocant Bolitanam, alij Olentiam.

C AE S A R.

DVPLICI nomine inſignit, ὄζολιν Theodorus *oſſolem*: ſed ab oſſibus ne putent rudes: ſequi debuit rei naturam & nominis rationem, non ſonum. Eſt autem puſillus polypus olens: *putiliam* etiam poſſes interpretari. Plinius *ozenam* vocat.

LIV. ARISTOTELES.

ΕΤι δ' ἄλλοι δύο ἐν ὀστρείοις, ὅ τε καλούμενος ὑπό τινων ναυτίλος καὶ ὁ ναυτικός, ὑπ' ἐνίων δὲ ᾠὸν πολύποδος· τὸ δ' ὄστρακον αὐτοῦ ἐστιν, οἷον κτεὶς κοῖλος, καὶ οὐ συμφυής. οὗτος νέμεται πολλάκις παρὰ τὴν γῆν, εἶθ' ὑπὸ τῶν κυμάτων ἐκκλύζεται εἰς τὸ ξηρόν, καὶ περιπεσόντος τοῦ ὀστρέου ἁλίσκεται, καὶ ἐν τῇ γῇ ἀποθνήσκει. εἰσὶ δ' αὐτοὶ μικροί, τῷ εἴδει δὲ ὅμοιοι ταῖς βολιταίναις.

POſtremò alij duo in conchis: vnus à quibuſdam & Nautilus, & Nauticus appellatur, ab aliis autem ouum polypi. Eius teſta pectunculo ſimilis eſt caua: neque ei connexa natura. Is propè terram paſcitur ſæpenumero: quare à fluctibus eijcitur in aridam, vbi delapſus de concha, aut capitur, aut in humo perit. Hoc genus & puſillum eſt, & ſimile bolitanis.

C AE S A R.

ΣΥμφυὴς, ſi dixiſſem, *cognata*, non expreſſiſſem: ſimul omnino nati ſunt. Theodorus naturam tetigit cùm dixit *deſtinata*, rectiſſimè: ſed verbum *inhærere*, paulò infelicius eſt: nam non ſignificat neceſſario continuationem, ſed contactum etiam aliquando. Immò etiam frequentiùs, vt apud Terentium in *Adelphis*: *pugnus in mala hæreat.*

Addit Theodorus pompilum & omiſit nautilum, & pro nautico *nautam* dixit. Cùm autem apud Plinium lib. IX. cap. XXIX. legatur à quibuſdam nautilum pompilum vocari, mendum eſſe puto: atque ex Ariſtotelis voce πολύποδος ᾠὸν, antea à Plinio ſcriptum fuiſſe *polypu oon*: inde natum ab imperitis errorem *pompilum*. Cùm quis ſit pompilus alibi ab eodem declaratum ſit. Addidit & idem Theodorus etiam de ſuo *ſimplex*. Idem, *teſta dilapſa nudi capiuntur*, addidit *nudi*, ſuauiſſimè: ſed è teſta potiùs ipſi dilabuntur, quàm ab ipſis teſta: vt ab equo *Camilla*, *Troilus*, à curru. Sed peius Ariſtoteles περιπεσόντος. Nam quaſi frangatur teſta τὸ περὶ videtur ſignificare: *Circumlabente*: ſed vult dicere, *delabente teſta qua ambiebatur.* Mutauit quoque numerum Philoſophus εἰσὶ δ' αὐτοὶ μικροί.

LV. ARISTOTELES.

ΚΑὶ ἄλλος ἐν ὀστράκῳ, οἷον κοχλίας, ὃς οὐκ ἐξέρχεται ἐκ τοῦ ὀστράκου, ἀλλ' ἔστιν ὥσπερ ὁ κοχλίας, καὶ ἔξω ἐνίοτε προτείνει τὰς πλεκτάνας.

ALter in teſta tanquam limax: is ex ea nunquam exit: ſed interdum bracchia exerit.

CAESAR.

LIMACI comparat poſtremum genus: propter tegmen: ſed differt: primùm quia teſtam habet polypus, limax cruſtam tantùm: ille è tegmine non exit, limax plus dimidio exit. Non tamen docuit nos, an cum teſta concharum more connexum eſſet.

Tollenda puto illa verba: ἀλλ' ἔστιν ὥσπερ ὁ κοχλίας. Nam & iam idem dixit, & non eſt bona comparatio: exit enim limax, quanquam non totus: at ille bracchia tantùm profert.

Theodorus *cochleam* maluit quàm *limacem*: quaſi limax is modo ſit, qui ſine tegmine in hortis eſt: verùm vtraque ſpecies eiuſdem eſt generis.

CAPVT TERTIVM.

De Cruſtatis, & eorum partibus.

LVI. ARISTOTELES.

Περὶ μὲν οὖν τῶν μαλακίων εἴρηται. τῶν δὲ μαλακοστράκων ἓν μέν ἐστι τὸ γένος τὸ τῶν καράβων· καὶ τούτῳ παραπλήσιον ἕτερον, τὸ τῶν καλουμένων ἀστακῶν. οὗτοι δὲ διαφέρουσι τῶν καράβων, τῷ ἔχειν χηλάς, καὶ ἄλλας τινὰς διαφορὰς οὐ πολλάς.

Haec de molluſcis dicenda erant. Nunc de iis quæ teneriore teſta muniuntur. Horum vnum genus locuſtarum. Alterum eorum, qui dicuntur gammari, qui differunt à locuſtis, quòd habent forcipes, atque alias differentias paucu-las.

CAESAR.

TRANSIT ad ſecundum genus: cuius enumerat genera minora: locuſta ab aſtaco non multùm differt. Hic dicit aſtacos habere forcipes: locuſtas non habere: infrà contrarium: vide igitur an ſit addendum, τὸ μὴ ἔχειν.

Ἀστακὸς *Gammarus* rectè à Theodoro vocatur: nam infrà aſtacos fluuiales dicit. Tria igitur genera: marinum, fluuiale, minimum quod in teſta vmbilicorum inuenitur. Gammari nomen Plinius tantùm ponit in lib. XXXI. cap. VIII. & in piſcium catalogo lib. XXXII. vbi cammarum non gammarum pronuntiaſſe conſtat. Athenæus in III. è Sophrone Poëta verſum citat in quo cammari nomen eſt. Et in ſeptimo Epicharmi verſum ex *Nuptiis Iunonis*, in quo nomen tantùm eſt. Sed ipſe in eodem poſtea καρίδων γένος dixit: atque à Romanis etiam tunc ſic appellari: etiamnunc ab Adriaticis piſcatoribus *Gambarelli* vocantur.

LVII. ARISTOTELES.

ἓν δέ, τὸ τῶν καρίδων.

Tertium ſquillarum.

CAESAR.

SQVILLA curua eſt ac potiùs plicata. Itaque Epicharmus in *Nuptiis Iunonis* καμπύλας καρίδας appellauit: etiam ita nunc vocant Veneti: ſed earum ſpeciem duntaxat.

LVIII. ARISTOTELES.

Καὶ ἄλλο τὸ τῶν καρκίνων. γένη δὲ πλείω τῶν καρίδων ἐστὶ, καὶ τῶν καρκίνων.

Quartum cancrorum: ſed tam horum quàm ſquillarum genera plura.

CÆSAR.

Dixit plura non multa: ſic enim vtitur Ariſtoteles, vt minùs *πλείω* ſignificet quàm *πολλά*: nam ſquillarum tria tantùm ponit.

LIX. ARISTOTELES.

Τῶν μὲν γὰρ καρίδων, αἵ τε κύφαι, καὶ αἱ κράγγονες, καὶ τὸ μικρὸν γένος· αὗται γὰρ οὐ γίνονται μείζους.

Nam ſquillæ quædam ſunt quas gibbas vocant, aliæ dicuntur crangones. Tertia ſpecies minutiorum eſt, quæ nunquam grandeſcant.

CAESAR.

Gibbas *τὰς κύφας*, Theodorus rectiſſimè: ſunt enim dorſo tumidiſſimo. *Crangones* infrà appellat *crangas.*

LX. ARISTOTELES.

Τῶν δὲ καρκίνων παντοδαπώτεροι τὸ γένος, καὶ οὐκ εὐαρίθμητοι.

Cancrorum genus maiorem in modum variatur, neque adeò facilè recenſeri poteſt.

CAESAR.

Παντοδαπώτεροι, mira vox. Nam *παντοδαπὸς*, omnia includit: qua igitur ratione recipit gradum ſuperiorum. Theodorus, *multiplex*, commodè.

LXI. ARISTOTELES.

Μέγιστοι μὲν οὖν ἐστιν, ἃς καλοῦσι μαίας.

Maximum eorum genus quas maias vocant.

CÆSAR.

Cum Græcum *μαῖα* transfertur à nobis vt dicatur *maia*, ſanè arridet eorum magnitudini. *Graceolas* Veneti vocant. Ligures *Araneas.*

LXII. ARISTOTELES.

Δεύτεροι δὲ, οἵ τε πάγουροι, καὶ οἱ Ἡρακλεωτικοὶ καρκίνοι.

Proxima magnitudine ſunt paguri, & Heracleotici.

CÆSAR.

Hos Veneti, *Cancros poros*, corrupta voce pro paguris nominant. Duûm ſunt generum: alterum maius, durius, nigrius, rotundius, quod eſt eſculentum. Alterum minus, ac quadratiore cuppa, cinereo colore, pallidius: *porreſſas* vocant: nec venale eſt; fœminas falsò putant: ſuum enim genus eſt: parietum ſordibus aſſuetum.

LXIII.

LXIII. ARISTOTELES.

Ἔτι δ᾽, οἱ ποτάμιοι.

Poſt hos fluuiatiles.

CAESAR.

EX his Medici iubent fieri medicamentum ad canis rabidi morſum: ſed imperiti: caudatos accipiunt qui in riuulis agitant: *ſcarauiccias* Galli vocant, non malè, quaſi *carabiſſas*, vt *locuſteias* interpretere: ſed aſtacis ſunt ſimiliores: χηλὰς enim habent.

LXIV. ARISTOTELES.

Οἱ δ᾽ ἄλλοι, ἐλάττους, καὶ ἀνωνυμώτεροι.

Alij minores, neque vllo nomine inſignes.

CÆSAR.

NOMINANT Veneti eorum ſpeciem teneriorem, ac quanquam vilem, ſapidam tamen, *Maſenetas*. Has plebs elixas eſitat: atque inde tentatur eorum caput quaſi largiùs biberint. Neque ab his diuerſum multò ſed maiuſculum ac nigrius genus: quos non ſemper edunt: ſed vbi cuppam veterem exuêre. Tum uerò captos eſitant è ſartagine, omnium ciborum ſuauiſſimum. Toti enim eſculenti ſunt: teneritudine noua nihil offendunt. *Mollecas* ex eo nominant.

LXV. ARISTOTELES.

Περὶ δὲ τὴν Φοινίκην γίνονται ἐν τῷ αἰγιαλῷ, οὓς καλοῦσιν ἱππεῖς, διὰ τὸ οὕτως ταχέως θεῖν, ὥστε μὴ ῥᾴδιον εἶναι ταχέως καταλαβεῖν· ἀνοιχθέντες δὲ, κενοί, διὰ τὸ μὴ ἔχειν νομήν.

AD Phœnicem littorales ſunt cancri tanta celeritate, vt agrè eos, cùm in curſu ſunt, captatores conſequantur. Iccircò vocant equites: verùm intus nihil eſculenti habent, inopia pabuli.

CAESAR.

PECVLIARE genus Phœnicium ponit: aſſignat celeritatem & inanitatem: huiúſque cauſſam, pabuli penuriam. Non parum enim confert vacuus à cibo venter. Oſtendit eos littorales eſſe. Nam quædam genera ſcopulos tantùm colunt.

Nota ἀνοιχθέντες δὲ κενοὶ, *aperti*, inquit, *inanes ſunt*. Immò etiam non aperti: ſed intellige, reperiuntur: τὸ κενοὶ mitigauit Theodorus aduerbio, cùm dixit, *intus ferè nihil*. Nam falſum eſt, eſſe penitus inanes.

LXVI. ARISTOTELES.

Ἔστι δὲ καὶ ἕτερον γένος μικρὸν μὲν, ὥσπερ οἱ καρκίνοι· τὸ δὲ εἶδος ὅμοιον τοῖς ἀστακοῖς.

SVnt etiam qui magnitudine cancris æquales ſunt, facie autem aſtacis ſimiles.

CAESAR.

HI ſunt quas *Scarauiccias* dicebamus: vulgus Italiæ *Gammaros*. Et ſanè non malè inter ſquillarum genera Athenæus numerabat: nihil enim differt niſi magnitudine & curuitate.

LXVII. ARISTOTELES.

Πάντα μὲν οὖν ταῦτα (καθάπερ εἴρηται πρότερον) τὸ μὲν στερεὸν καὶ ὀστρακῶδες, ἐκτὸς ἔχει ἐν τῇ χώρᾳ τῇ τοῦ δέρματος· τὸ δὲ σαρκῶδες, ἐντός.

Omnibus his, quemadmodum diximus, palpamentum interius vice cutis firmitudine teſtacea munitur.

CAESAR.

Repetit ſuperfluò: neque enim diu eſt cùm hoc dixit: ſed fecit vt tranſiret ad partium enumerationem: rectè enim fecit, vt genera enumeraret: nunc per partes hiſtoriam ducit.

LXVIII. ARISTOTELES.

Τὰ δ' ἐν τοῖς ὑπτίοις πλακωδέστερα, εἰς ἃ ἐκτίκτουσιν αἱ θήλειαι.

At auerſa à cælo partes plagulis frequentiores habent, in quas edunt oua fœminæ.

CAESAR.

Τὰ ὕπτια *partes ſubteriores*, ſi liceat dicere: ſed veremur linguæ caſtitatem: πλάκας *plagulas*, à retibus dicimus. Et Latina vox, Græca fuit. Theodorus neſcio quas *tabellas*, adduxit incommodè, neque rectè dixit, *quibus*, εἰς ἃ, ſed, *in quas*. Nanque cuppam vnam habent in parte dorſi: ita vt totum animal ſuum ſibi ſit caput: ſubtus autem cooperculum vnum triquetrum & ſolutile plagulis, vt claudere & condere ouum poſſint. Intus id, & cutem membranaceam ad ea ſpatia exigunt ex aluo oua: itaque dixit ἐκτίκτουσι: ergo ſi dicas: cancri deponunt oua plagulis: intelligas hoc quaſi inſtrumentum, non quaſi locum, in quem demittant oua.

LXIX. ARISTOTELES.

Πόδας δ' οἱ μὲν κάραβοι, ἐφ' ἑκάτερα ἔχουσιν, ἐφ' ἑκάτερα πέντε σὺν ταῖς ἐσχάταις χηλαῖς.

Pedes locuſtæ quinos vtrinque habent vltimis connumeratis, qui ſunt forcipati.

CAESAR.

Mirum ſuprà dicit de Aſtacis, ὅσοι δὲ διαφέρουσι τῶν καράβων τῷ ἔχειν χηλάς: ergo κάραβοι ibi non habent. At hîc habent, & infrà καράβων θηλειῶν ὁ πρῶτος πούς δίκρους, τοῦ δ' ἄῤῥενος μονώνυξ.

Dixit, ἐσχάταις χηλαῖς. Mirum Ariſtotelem à cauda incipere numerare, & à minutioribus minúſque extantibus.

LXX. ARISTOTELES.

Ὁμοίως δὲ καὶ οἱ καρκίνοι δέκα τοὺς πάντας σὺν ταῖς χηλαῖς.

Cancris quoque eodem modo vniuerſi ſunt decem, ſi forcipes annumeres.

CAESAR.

Dixit ὁμοίως, de numero: ſed adiuuat ad fouendum, τὸ ἄκυρον, figura forcipum.

Suprà dixit ἐφ' ἑκάτερα πέντε. Hîc τοὺς πάντας δέκα: idem eſt. Itaque Theodorus, *denos*, cùm dixit, diſtribuit notam vocis etiam aliis cancris: vt decem ille habeat, ille decem. Ergo ſinguli denos: ſed oratio periculoſa. Nam cùm dicas ὁμοίως, non poſſis vti eo flexu nominis. Neque enim ſimiliter denos habent cancri; ſed quinos.

LXXI.

LXXI. ARISTOTELES.

Τῶν δὲ καρίδων αἱ μὲν κυφαὶ, πέντε μὲν ἐφ' ἑκάτερα ἔχουσιν, ὀξεῖς τοὺς πρὸς τῇ κεφαλῇ. ἄλλους δὲ πέντε ἐφ' ἑκάτερα κατὰ τὴν γαστέρα, τὰ ἄκρα ἔχοντας πλατέα.

IN genere ſquillarum gibbæ vtrinque quinos habent, qui ad caput vergunt, acutos, & ad ventrem vtrinque totidem, mucrone latiore.

CAESAR.

NVMERO duplo excellunt, & differunt ſummitatibus ab aliis & ipſi pedes ſquillæ inter ſe.

Theodorus malè, *quini vtrinque ſitu quo cæteris, quorum proximi capiti acutiores, & quini vtrinque alij ventri ſubiuncti*: ſed vniuerſi illi quini acuti ſunt. Quòd ſi voluit dicere pro ratione propinquitatis capitis acutos eſſe: debuit ſic, vt nos, *quò propiores capiti eò acutiores.*

LXXII. ARISTOTELES.

Πλάκας δ' ἐν τοῖς ὑπτίοις οὐκ ἔχουσι· τὰ δ' ἐν τοῖς πρανέσιν, ὅμοια τοῖς καράβοις.

DOrſo ſimiles ſunt locuſtis: auerſa parte ſubtus plagulas nullas habent.

CAESAR.

QVO enim inter barbulas quaſdam obtinent ſub caudæ ſinubus: dorſo autem ſimillimæ locuſtis: habent enim cuppulam & proniore in parte clypearem: poſteà vaginæ annuloſæ ſunt ad caudæ poſtremum vſque. Quòd ſi dixiſſet: ſubtus ſupráque ſimiles eſſe locuſtis, non erráſſet. Plagulas enim ne locuſtæ quidem habent.

LXXIII. ARISTOTELES.

Ἡ δὲ καραγγὶς, τὸ ἀνάπαλιν. τοὺς πρώτους γὰρ ἔχει τέτταρας ἐφ' ἑκάτερα, εἶτ' ἄλλους ἐχομένους λεπτοὺς τρεῖς ἐφ' ἑκάτερα. τὸ δὲ λοιπὸν πλεῖον μόριον τοῦ σώματος ἄπουν ἐστί.

AT cranga è contrario: primores enim quaternos vtrinque, deinde conſequentes alios ternos vtrinque tenues. Cætero corpore pedes nulli inſunt.

CAESAR.

NESCIO quo pacto dicat ἀνάπαλιν: cùm non ponit primorum latitudinem. Sed intelligimus ex ſequentibus verbis: cùm dixit τοὺς τρεῖς λεπτοὺς: intellexit enim ὀξυτέρους, quod cùm omiſit Theodorus, multo magis auertit orationem, & comparationem τοῦ ἀνάπαλιν.

Idem τὸ λοιπὸν, *reliqua bona pars corporis*: ambitioſè nimis ſimul & falsò. Nam in ſquilla tenuiſſima tantùm cauda pedibus vacat: nõ eſt bona, id eſt, magna pars. Erat error in codice Theodori: *cancris*: ſcribendum *crangis.*

LXXIV. ARISTOTELES.

Κάμπτονται δ' οἱ μὲν πόδες πάντων εἰς τὸ πλάγιον, ὥσπερ καὶ τῶν ἐντόμων.

FLectuntur omnium pedes in latus: quemadmodum etiam inſectorum.

CÆSAR.

NIhil ſimilius quàm crura ſcorpionum, cancrorum & araneorum: nihil ſimilius quàm muſcarum & ſquillarum: extrorſum autem curuatura omnium eſt.

LXXV. ARISTOTELES.

Αἱ δὲ χηλαί, ὅσα ἔχει χηλάς, εἰς τὸ ἐντός.

Forcipes quæ habent ea, introrſum flectunt.

CAESAR.

MIror quare diſcrimen poſuerit flexionis cæterorum crurum & primorum. Nihilò enim ſecius crura cætera, quàm forcipata flectuntur. Itaque Theodorus vbi χηλὰς non fuit contentus *forcipes*, appellare, ſed addidit, *crura*, maiorem fecit dubitationem: ſed vſus cæterorum pedum eſt ad ingrediendum. Neque ferè ad ventrem eorum applicant ſummitatem, niſi cùm ſunt exanimes. At forcipes ad os introrſum flectunt. Cæterorum autem pedum vſus non ſemper idem eodem modo eſt. Nanque cùm mouentur obliquo ingreſſu ferunt per quadrati diametrum, non per lineam mediam, rectos angulos conſtituentem. Itaque neceſſe eſt pedes anteriores cùm promouent humum legere, ac quaſi carpere: alteris autem qui ex aduerſo latere ſubſequuntur contra, humum pellunt, non carpunt

LXXVI. ARISTOTELES.

Ἔχει δ' ὁ κάραβος καὶ κέρκον, πτερύγια δὲ πέντε.

Habet locuſta etiam caudam, & pinnulas quinque.

CÆSAR.

Κέρκον, appellauit hîc & οὐροπύγιον, & οὐράν, vt animaduertamus verborum communicationem: intellige autem quod non dicit, quinas vtrinque.

LXXVII. ARISTOTELES.

Καὶ ἡ καρὶς ἡ κυφὴ τὴν οὐράν, καὶ πτερύγια τέτταρα. ἔχει δὲ καὶ ἡ κράγγη πτερύγια ἐφ' ἑκάτερα ἐν τῇ οὐρᾷ.

Etiam ſquilla gibba tum caudam, tum pinnulas quaternas: etiam cranga cauda pinnis neutro vacat latere.

CAESAR.

CAuda longè his diuerſa. Craſſa à ventre demittitur in acumen, neque plana vt gammaris, ſed in ſe vtraque ex ora duplicata. Malè autem fecit cùm omiſit numerum pinnarum crangæ.

LXXVIII. ARISTOTELES.

Τὸ δὲ μέσον αὐτῶν, ἀκανθῶδες ἀμφοτέροις· πλὴν αὕται μὲν πλατύ, ἡ δὲ κυφὴ ὀξύ.

Earum mediam ſpinæ naturam præ ſe fert vtraque in genere: ſed crangis latū eſt, gibbæ acutum.

CAESAR.

VIdendum quid appellet pinnas, quid acutum, quid ſpinoſum: an ſpinis horreant, vt ait Theodorus, an ſpinaceum ſit. * * *. *Deſunt multa.*

LXXIX. ARISTOTELES.

Ὁ δὲ καρκῖνος, μόνος τῶν τοιούτων ἀνουροπύγιος.

Horum ſolus cancer cauda caret.

C AE S A R.

NOn eſt laborandum quo nomine vertas vropygium. Nam cùm κέρκον, dixit & οὐρὰν habere illa; cancrum diſtinguit ab ipſis,& dixit carere vropygio. Mirum autem doctiſſimum virum Domitium in lib. III. Martialis *Orthopygium* pro *vropygium* legiſſe: putâſſem eſſe vitium librarij: ſed interpretatus eſt *rectam clunem*.

LXXX. ARISTOTELES.

Καὶ τὸ σῶμα, τὸ μὲν τῶν καράβων καὶ καρίδων πρόμηκες. τὸ δὲ τῶν καρκίνων, στρογγύλον.

Non locuſtarum ſquillarúmque corpus oblongum eſt: cancrorum autem rotundum.

C Æ S A R.

INtelligit rotundum ſi cum illis conferatur: & declarat quomodo cauda careat.

LXXXI. ARISTOTELES.

Διαφέρει δ' ὁ κάραβος ὁ ἄῤῥην τῆς θηλείας· τῆς μὲν γὰρ θηλείας ὁ πρῶτος πούς δίχηλός ἐστι, τοῦ δ' ἄῤῥενος μονώνυξ.

Differt mas locuſta à fœmina. Quoniam fœminæ primus pes bipartitus eſt: illi continuatus vno vngue.

C AE S A R.

INfra latiùs differentias ponet: attende licentiam verbi μονώνυξ: profectò eadem eſt materia in mucrone, quæ reliquis cruris.

LXXXII. ARISTOTELES.

Καὶ τὰ πτερύγια τὰ ἐν τῷ ὑπτίῳ. ἡ μὲν γὰρ θήλεια, μεγάλα ἔχει, καὶ ἐπ' ἔλαττον τὰ πρὸς τῷ τραχήλῳ· ὁ δ' ἄῤῥην, ἐλάττω, καὶ οὐκ ἐπ' ἐλάττονα.

Fœmina quoque pinnulas quæ ſubtus ſunt magnas habet, ſed collum verſum decreſcentes. Mas autem æquè omnes minores.

C AE S A R.

POnit & aliam differentiam à pinnularum tum magnitudine, tum modo magnitudinis; ſed oratione, atque contextu verborum inimitabili nobis: μεγάλα καὶ ἐπ' ἔλαττον: ſignificat magna: ſed decreſcentia collum verſus: poſteà reſpondet altero membro orationis: ἐλάττω καὶ οὐκ ἐπ' ἐλάττονα. Nam hîc ἐλάττω habet comparationem ad μεγάλα οὐκ ἐπ' ἐλάττονα, & ad ἐπ' ἔλαττον, & ad ἐλάττω.

LXXXIII. ARISTOTELES.

Ἔτι τοῦ μὲν ἄῤῥενος ἐν τοῖς τελευταίοις ποσὶ μεγάλα καὶ ὀξέα ἐστίν, ὥσπερ πλῆκτρα· τῆς δὲ θηλείας ταῦτα μικρὰ καὶ λεῖα.

Maris quoque pedibus poſtremis quaſi calcaria quædam ſunt: eáque tum magna, tum acuta: fœminæ eiuſmodi pars parua & inoffenſa.

C AE S A R.

DIfferentia ab habitu pedum: diximus ταῦτα, *eiuſmodi pars.* Nam fœmina non habet illa. Nos per modum mitigauimus locutionem: ταῦτα enim eſt τὰ αὐτά: ſed hîc eſt ταυτὸ γένει: idem genere non ſexu: diximus λεῖα *inoffenſa*: ſcilicet in actionem.

LXXXIV. ARISTOTELES.

Ὁμοίως δ' ἔχουσιν ἀμφότεροι κεραίας δύο περὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς μεγάλας καὶ τραχείας, καὶ ἄλλα κεράτια μικρὰ ὑποκάτω λεῖα.

AEquè autem vtriſque cornua bina oculis eminent magna & aſpera: & alia cornicula puſilla ſub illis, leuia.

CAESAR.

NVNC ponit partes communes vtriſque: dixit κεραίας: nam ſanè cornua non ſunt: quippe flexibilia & nodulis quaſi conſerta decreſcente in mucronem magnitudine. Verbum autem non habemus huic ſignificationi aptum, quare *cornua* reddidimus: ea certè κέρα noluit dicere: quanuis alia vocauerit κεράτια. Omiſit tamen Ariſtoteles, roſtrum: quaſi triremis roſtrum prominens ab oculis & inter cornicula: quo prædita ſunt omnia genera cancrorum longa ſiue caudata.

LXXXV. ARISTOTELES.

Τὰ δ' ὄμματα πάντων τούτων ἐστὶ σκληρόφθαλμα, καὶ κινεῖται καὶ ἐντὸς καὶ ἐκτός, καὶ εἰς τὸ πλάγιον. ὁμοίως δὲ καὶ τοῖς καρκίνοις τοῖς πλείστοις καὶ ἔτι μᾶλλον.

Horum omnium oculi ſua duritie præditi ſunt: quos & retrahunt & emittunt, & flectunt: quales etiam cancrorum plurimis ſunt, quin etiam mobiliores.

CAESAR.

DE oculis cùm eſt locutus eorum naturam declarat: ſubſtantiam primò: tum motus omne genus: ſurſum, deorſum, ante, retro, dextrorſum, ſiniſtrorſum: etiam orbicularem. Nam quanquam eorum circumferentia non mouetur orbiculariter, tamen in orbem etiam mouentur toti.

Dixit ὄμματα σκληρόφθαλμα. An ſatis habebat dicere σκληρά? Non ſanè: quia ea duritia certo modo eius generis oculis à natura eſt attributa.

Declarauimus aduerbia per verba: ἐντὸς, *retrahunt*: ſed εἴσω alibi Ariſtoteles in loco vtitur: hîc ἐντὸς ad locum, εἴσω καὶ ἔξω dixiſſet.

LXXXVI. ARISTOTELES.

Ὁ δ' ἀστακὸς, τὸ μὲν ὅλον λαμπρὸν ἔχει τὸ χρῶμα, μέλανι δὲ διαπεπασμένον.

Aſtacus colore toto nitido, ſed nigritia inſperſo.

CAESAR.

NVNC ad colorem tranſit: διαπεπασμένον: vt φάρμακα πάσσων, apud Homerum: quaſi guttis nigris: quin etiam ex his gammaris quos è riuulis habemus, multos tales inuenias. ὅλον Theodorus, *quod ex toto dixerim*: non, ſed totus color etiam, illæ maculæ nigræ ſunt: quaſi dicat. Quanquam maculis nigris interſperſus eſt, totus tamen nitet.

LXXXVII. ARISTOTELES.

Ἔχει δὲ τοὺς μὲν ὑποκάτω πόδας, τοὺς ἄχρι τῶν μεγάλων, ὀκτώ· μετὰ δὲ ταῦτα, τοὺς μεγάλους πολλῷ μείζους, καὶ ἐξ ἄκρου πλατυτέρους ἢ ὁ κάραβος. ἀνώμαλος δ' αὐτοῖς. ὁ μὲν γὰρ δεξιός, τὸ πλατὺ τὸ ἔσχατον πρόμηκες ἔχει καὶ λεπτόν· ὁ δ' ἀριστερός, παχὺ καὶ στρογγύλον. ἐξ ἄκρου δ' ἑκάτερος ἐσχισμένος ὥσπερ σιαγὼν, ὀδόντας ἔχει καὶ κάτωθεν καὶ ἄνωθεν· πλὴν ὁ μὲν δεξιὸς, μικροὺς ἅπαντας, καρχαρόδους. ὁ δ' ἀριστερὸς, ἐξ ἄκρου μὲν καρχαρόδους. τοὺς δ' ἐντὸς ὥσπερ γομφίους, ἐν μὲν τῷ κάτωθεν μέρει τέτταρας καὶ συνεχεῖς, ἄνωθεν δὲ τρεῖς, καὶ οὐ συνεχεῖς.

Pedes inferiores ad grandes vſque octo habet: ab his grandes ipſos duos multò maiores & mucrone latiore quàm locuſta: ſed ſpecie diuerſa. Dextri nanque ſummum latum, oblongum, tenue eſt: ſiniſtri craſſum & teres: vtrinſque verò bipartitum, ac quaſi mandibula cum dentibus infra ſupráque. Quanquam dextro dentes ſerrati ſunt omnes, alterius primores ſerrati: at interiores tanquam molares. Inferiorum ordo quaternis æqualibus, ſuperiorum ternis inæqualibus expletur.

C Æ S A R.

Redit ad pedes quos ſuprà inter cæteros recenſere debuit: ſuprà dicebat σὺν ταῖς χηλαῖς. Nũc coactus fuit aliter loqui. Nam grandiores illi pedes nõ finiunt ordines pedum, vt in cancris. * * * * *. Comparat maiores cum locuſta: comparat maiores inter ſe ex habitudine diuerſa: tum è ſimilitudine fiſſuræ comparat mandibulis: ponit dentium diuerſitatem tam è genere ſerratorum aut æqualium, quàm ex numero & ſitu.

Nota ſubtilitatem orationis & varietatem: τοὺς ὑποκάτω: quoniam ij ad ingrediendum & ſuſtinendum corpus ſunt comparati: dixit quoque κα δὲ ἑαυτὰ, non κα δὲ τούτους: immò verò ὑπὸ τούτῳ: mutauit etiam ibi locutionem, non dixit ἀνωμάλους δ' αὐτοὺς, ſed ἀνώμαλος δ' αὐτοῖς.

Στρογγύλοι, non *rotundum*, vt Theodorus hîc, ſed *teres* diximus: at ἀνώμαλος, vt ipſe *ſpecie diuerſa*: ſed ille non eſt coactus ſic loqui, ſicut nos: nanque τὰς συνεχεῖς nos non *continuos*, vt ille, ſed *æquales*, & μὴ συνεχεῖς *inæquales*. Itaque vt effugeremus ambiguitatem, ſic maluimus.

LXXXVIII. ARISTOTELES.

Κινοῦσι δὲ τὸ ἄνω μέρος ἀμφότεροι, καὶ προσπιέζουσι πρὸς τὸ κάτω. βλαισοὶ δ' ἀμφότεροι τῇ κάτω θέσει, καθάπερ προτείνειν καὶ πιέσαι πεφυκότες.

Mouent partem ſuperiorem vtrique, & ad inferiorem premunt: ac valgij quidem ſunt ſitu inferiore, tanquam à natura deſtinati ad protendendum & premendum.

C Æ S A R.

Motu forcipis, & ſitu atque habitu totorum. Mouent autem ſuperiorem, ob commoditatem, vt de mandibula diximus Crocodili: propè enim radunt humum: prætereà ad ſuſtinendum fortiores ſunt, quòd ceperint inferiora forcipe continua, & ad continendum aptiores: iuuatur enim motus voluntarius motu elementari: forcipe ſuperiore mota deorſum verſus: tum in ſomno, & alia animi quiete magis conſentaneum eſt faciliùs mobile ſuper immobili quieſcere. Tum declarat crurum ipſorum habitum, *valgium* ſic enim Latinè dicitur βλαισὸς, cuiuſmodi arcus intentus eſt, & nanorum crura: eſt contrarius habitus vacciis: ita bracchia noſtra ſunt, ſed προτείνειν non eſt cauſa valgitatis, neque πιέσαι, ſed complecti & continere. Nam πιέσαι, eſt *premere onere*, πίεσμα, quod ἶπον dixit Pindarus. Quoniam πίονες: pingues enim grauiores ſunt: hi autem à comeſſationibus πιόντες.

Theodorus προτείνειν *capere* hîc commodiùs quàm veriùs.

LXXXIX. ARISTOTELES.

Ἐπάνω δὲ τῶν μεγάλων ἄλλοι δύο δασεῖς, μικρὸν ὑποκάτω τοῦ στόματος.

Supra hoſce magnos duo alij hiſpidi paulò infra os.

C Æ S A R.

Debebat addere paruitatem: hiſpidum hîc τὸ δασὺ, in genere piſcium: vt apud diuinum Poëtam. *Crurum tenus hiſpida nanti.* ---- *frons hominem præfert.*

XC. ARISTOTELES.

Καὶ μικρὸν ὑποκάτω τούτων τὰ βραγχιοειδῆ τὰ περὶ τὸ στόμα, δασέα καὶ πολλά. ταῦτα δ' ἀεὶ διατελεῖ κινοῦν.

Mox haud longè infrà, branchia circum os multa & hiſpida, quas aßiduè motat.

C Æ S A R.

Διατελεῖ κινῶν. Atticiſmus frequens Iſocrati.

XCI. ARISTOTELES.

Κάμπτει δὲ καὶ προσάγεται τὸ λεῖχον τοὺς δύο πόδας πρὸς τὸ στόμα τοὺς δασεῖς.

Flectit atque adducit, cùm cibum capit, duos illos hiſpidos pedes ad os.

CAESAR.

ANTE quàm officium pedum diceret, quoniam ori debebatur, os ipſum priùs enarrauit: dixit *flectit* primùm: mox adduxit τὸ λεῖχον, ipſum animal cùm cibum capit: apprehenſum enim cibum forcipibus frangunt: ſed ob magnitudinem ineptus ad miniſtrandum ori. Itaque in arido vbi ſunt vix eos mouent.

Theodorus omiſit τὸ λεῖχον.

Προσάγεται, paſſiua voce, actiua ſignificatione, Atticè.

XCII. ARISTOTELES.

Ἔχουσι δὲ καὶ παραφυάδας λεπτὰς οἱ πρὸς τῷ στόματι πόδες.

Hi pedes qui ori præſto ſunt, extantibus quibuſdam tenuibus barbulis aſperantur.

CÆSAR.

POST officium malè repetit ſubſtantiam: ſuprà enim hoc poneret.

Παραφυάδας, vt interpretatur Theodorus, ambiguam reddidit orationem. *Surculi*, inquit, *etiam graciles geruntur à pedibus*: quis non putet eos gerere ſurculos forcipibus, quaſi nidum ſtructuri, non barbulas extantes?

XCIII. ARISTOTELES.

Ὀδόντας δ' ἔχει δύο, καθάπερ ὁ κάραβος. ἐπάνω δὲ τούτων, τὰ κέρατα μικρὰ, βραχύτερα δὲ καὶ λεπτότερα πολὺ ἢ ὁ κάραβος· καὶ ἄλλα τέτταρα, τὴν μὲν μορφὴν ὅμοια τούτοις, βραχύτερα δὲ καὶ λεπτότερα. τούτων δ' ἐπάνω τοὺς ὀφθαλμοὺς, μικροὺς καὶ βραχεῖς, οὐχ ὥσπερ ὁ κάραβος, μεγάλους.

Dentes duos habet vt locuſta: ſupra hoſce cornicula breuiora, ac tenuiora quàm locuſta. Tum alia quatuor eadem ſpecie, ſed breuiora & tenuiora. ſuper his oculos puſillos breues, non autem vt locuſta grandes.

CAESAR.

DIxit βραχεῖς alludens ad motum emittendi: ſic Plautus in *Aulularia*, *emiſſitios oculos* vocat cùm intentiùs intuemur. Theodorus *craſſiuſculos* dixit malè.

XCIV. ARISTOTELES.

Τὸ δ' ἐπάνω τῶν ὀφθαλμῶν, ὀξὺ καὶ τραχὺ, καθαπερανεὶ μέτωπον, μεῖζον ἢ ὁ κάραβος.

Prominet pars, cui ſubſunt oculi, acuta & aſpera quaſi frons, maior quàm locuſtis.

CAESAR.

IMMO verò quaſi roſtrum triremis vt dicebamus, quod dedit eis natura vt ab incurſu hoſtium ſe tutarentur.

Theodorus μεῖζον *latior*, malè: ſed etiam longior & craſſior eſt, quæ omnia τὸ μεῖζον comprehendit. Et ſtatim ſubdit Philoſophus quod redarguat Theodorum, cùm ait totam faciem eſſe acutiorem.

XCV. ARISTOTELES.

Ὅλως δὲ τὸ μὲν πρόσωπον, ὀξύτερον, τὸν δὲ θώρακα, εὐρύτερον ἔχει πολὺ τοῦ καράβου, καὶ τὸ ὅλον σῶμα σαρκωδέστερον καὶ μαλακώτερον.

Omnino facies acutior, pectus autē latius: totumq́ corpus carnoſius, ac mollius quàm locuſtæ.

C Æ S A R.

SVpra notauimus abuti ſuis legibus Philoſophum cùm προέσωπον etiam locuſtis faciat: nihil enim apparet ex aduerſum intuenti præter roſtrum illud & oculus. Sed & pectus attribuit: ſcilicet eam partem quæ bracchia grandia ſuſtinet.

XCVI. A R I S T O T E L E S.

Τῶν δ' ὀκτὼ ποδῶν οἱ μὲν τέτταρες, οἱ ἕξ ἄκρυ δίκροοι εἰσίν· οἱ δὲ τέτταρες, οὔ. τὰ δὲ περὶ τὸν τράχηλον καλούμενον, διήρηται μὲν ἔξωθεν πενταχῆ, καὶ ἕκτον ἐστὶ τὸ πλατὺ καὶ ἔσχατον, πέντε πλάκας ἔχον.

OCto pedum quatuor bifidi, quatuor non: quod collum appellatur quinque in partes diuiſum eſt extrinſecùs. Tum eſt ſexta pars lata quinque producta plagulis.

C. Æ S A R.

IN duas partes diuidit: in prima collum ponit quinque cruſtis tectum: poſt has, vnam latam quinque vaginulis porrectam.

Dixit ἔξωθεν pudentiſſimè de cruſta. Nam intus caro aliter dignoſcitur: dixit quoque διήρηται in præterito, à natura ſcilicet.

XCVII. A R I S T O T E L E S.

ΤΑ' δ' ἐντὸς, εἰς ἃ προσεντίκτουσιν αἱ θήλειαι, δασέα τέτταρα.

INtus autem fœmina quatuor hirta quædam, in qua oua alia ſuper alia pariunt.

C Æ S A R.

NVnc interiores partes tractat: προσεντίκτουσι: eſt εἰς, vt notet motum materiæ futurorum ouorum de corpore ad locum illum. Dicit ἐν, ad differentiam barbularum in quas edunt: poſteà dicit πρὸς, vt ſucceſſionem indicet generationis. Ita viri huius verba diuina ſunt. Nam πρὸς non animaduertit Theodorus.

XCVIII. A R I S T O T E L E S.

Καθ' ἕκαστον δὲ τῶν εἰρημένων πρὸς τὰ ἔξω, ἄκανθαν ἔχει βραχεῖαν καὶ ὀρθήν. τὸ δ' ὅλον σῶμα, καὶ τὰ περὶ τὸν θώρακα, λεῖον ἔχει, οὐχ ὥσπερ ὁ κάραβος τραχύ· ἀλλ' ἐν τοῖς μεγάλοις ποσὶ τὰ ἔξωθεν, ἀκάνθας ἔχει μείζους.

A Quorum ſingulis prodit extrorſum ſpina breuis & recta: vniuerſum verò corpus atque etiam pectoris partes leues habet, non locuſta modo aſperum. Niſi quòd maiorum pedum exteriora ſpinis obſita maioribus.

C Æ S A R.

TA' ἔξωθεν, intelligit *curuitatem*: qua enim crura tereti ambitu non ſunt, ſed quaſi aciem quandam habent, ibi dentata ſunt ad ſerræ modum.

XCIX. A R I S T O T E L E S.

Τῆς δὲ θηλείας πρὸς τὸν ἄρρενα οὐδεμία διαφορὰ φαίνεται. καὶ γὰρ ὁ ἄρρην καὶ ἡ θήλεια, ὁποτέραν ἂν τύχῃ τῶν χηλῶν ἔχουσι μείζω, ἴσας μέντοι ἀμφοτέρας οὐδέτερος οὐδέποτε.

MAs fœmináque nulla nota inſigni differunt inter ſe. Nam vtriuſuis vtramlibet forcipem maiorem deprehendes: quanquam vtranque æqualem vnquam neutri.

C Æ S A R.

C AE S A R.

SExvm comparat: dixit φαίνεται: id eſt, quod quidem extet: ſine lege naturæ dixit ac forte euenire magnitudinem: vt ſit naturæ lex illa non ponere legem.

Theodorus hîc candidus, fuſus, felix: nos Philoſophi genium ſecuti ſumus. Et ipſe non expreſſit τὸ φαίνεται.

C. ARISTOTELES.

Τὴν δὲ θάλατταν δέχονται μὲν παρὰ τῷ στόματι πάντα τὰ τοιαῦτα· ἀφιᾶσι δ᾽ ἐπιλαμβάνοντα κατὰ μικρὸν τοῦτο μόριον οἱ καρκίνοι· οἱ δὲ κάραβοι, παρὰ τὰ βραγχιοειδῆ. ἔχουσι δὲ τὰ βραγχιοειδῆ πολλὰ οἱ κάραβοι. κοινὸν δὲ πάντων τούτων ἐστίν.

Mare omnia hæc excipiunt ore. Sed exceptum cancri oris tantùm parte anguſtiore emittunt: locuſtæ autem ad barbulas branchijs ſimiles quas illæ numeroſas habent. Communes enim omnibus hæ ſunt.

C Æ S A R.

DVo loca ponit mari excipiendo, reddendóque: vnum in cancris, alterum in longioribus. Sed cancer reddit qua excepit, neque tamen toto: alia exceptum ore reddunt per branchias: at infrà ſubtiliùs repetitum declarabit quomodo cancri mare emittant.

Theodorus iucundiſſimè, *reſpuunt*, addidit. Sanè ſpuunt cancri vt infantes: ſed minus rectè *branchias* τὰ βραγχιοειδῆ.

Nota παρὰ τῷ στόματι *ore excipere*: præter os: vt Lucretius *præter radit enim fauces vox*: ſignificat maris tranſitum in ingreſſu: quòd per κατὰ in exitu, dixit in cancris: & per παρὰ in exitu in locuſtis,

CI. ARISTOTELES.

Ὀδόντας τε πάντ᾽ ἔχει δύο· καὶ γὰρ οἱ κάραβοι τοὺς πρώτους δύο ἔχουσι.

Dentes omnibus duo. Nam locuſta duos illos primores habent.

C AE S A R.

NOn temerè dixit τοὺς πρώτους. Nam τοὺς ſignificat communes omnibus duos. Locuſta tres habet in oſtio ventriculi: vnum ſuo genere: duos τοὺς καὶ ἄλλων.

CII. ARISTOTELES.

Καὶ ἐν τῷ στόματι σαρκώδη ἀντὶ γλώττης, εἶτα κοιλίαν τῷ στόματι ἐχομένην εὐθύς. πλὴν οἱ κάραβοι μικρὸν στόμαχον πρὸ τῆς κοιλίας.

Et in ore carnoſum quod pro lingua. Deinde ventrem gulæ protinus continuatum. Locuſtæ tamen gulam habent ante ventrem, minorem.

C AE S A R.

BRevitate complexus eſt ordinem in ſententia, quem verbis perturbârat. Nam ab ore gula eſt: poſt eam venter: ventrem tamen prius poſuit, & poſt eſſe indicauit.

Σαρκώδη *carunculam*: Theodorus nimis ſecurus quo caderet, interpretatus eſt.

Πρὸ τῆς κοιλίας: mirum ni gulam poſt ventrem habeant.

Εὐθὺς dixit, nos *protinus*: nullo ſcilicet medio. Nam linea recta breuiſſimus eſt, nullo admiſſo ſpatio peregrino. Et *protinus*, tractum ſignificat & pro *continuè*, vt apud Poëtam. *Protinus aërij mellis cæleſtia dona*: id eſt continuus ſermo: *protinus omnia perlegerent*: id eſt, vſque ad finem.

CIII. ARISTOTELES.

Εἶτ' ἐκ ταύτης ἔντερον εὐθύ. τελευτᾷ δὲ τοῦτο, τοῖς μὲν καραβοειδέσι καὶ καρίσι, κατ' εὐθυωρίαν, πρὸς τὴν οὐρὰν, ᾗ τὸ περίττωμα ἀφιᾶσι, καὶ τὰ ᾠὰ ἐκτίκτουσι.

A Ventre inteſtinum rectum, rectoq; tractu terminatur ad caudam, qua excrementa reddunt: & oua edunt: tam in locuſtacea, quàm in ſquilla.

CAESAR.

DIxit ἐκτίκτουσι: quoniam intus in illis τίκτουσι pariunt: poſteà edunt ac retinent in barbulis, vti foueant. Indico milio ſimiliora & iucundiſſimi cibi.

Nota verbum κατ' εὐθυωρίαν Theodorus *rectè:* potius, *rectà.*

CIV. ARISTOTELES.

Τοῖς δὲ καρκίνοις, [ᾗ] τὸ ἐπίπτυγμα ἔχουσι, κατὰ μέσον τὸ ἐπίπτυγμα. ἐκτὸς δὲ καὶ οὗτοι, ᾗ τὰ ᾠὰ ἐκτίκτουσιν. ὅτι τὰ θήλεα αὐτῶν, παρὰ τὸ ἔντερον τὴν τῶν ᾠῶν χώραν ἔχουσι·

CAncris autem ad medium cooperculi illius qua ventri applicatur, exitq; eam in partem qua item oua pariunt: propterea quod fœminæ ipſorum iuxta inteſtinum, locum habent ouorum.

CAESAR.

INTESTINVM idem vbi terminetur in cancris, declarat, & intus, & extra.

Nota ᾗ τὸ ἐπίπτυγμα ἔχουσι, κατὰ μέσον τὸ ἐπίπτυγμα ᾗ ἔχουσι, *qua applicatur:* ſignatiſſimo verbo. Nam & plicatur, & ibi verò applicatur. Theodorus etiam ſic interpretatus eſt: ſed nos fecimus orationem rotundiorem: ipſe repetito ἐπίπτυγμα ab Ariſtotele ne repeteret *operculum:* alterum ἐπίπτυγμα vertit *applicamen*, malè.

Nota locutionem mutatam ἐκτὸς δὲ καὶ οὗτοι: nos per *item* omnia hæc explicauimus.

Theodorus omiſit totam hanc partem quoniam videretur repetita. Nam ipſe legit in Codice mendoſo: ἔτι τὰ θήλεα αὐτῶν. Sed legendum eſt ὅτι, id eſt, *ſiquidem.*

CV. ARISTOTELES.

Καὶ τὴν καλουμένην δὲ μύτιν ἢ μήκωνα, πλείω ἢ ἐλάττω πάντ' ἔχει ταῦτα.

ID quoque quod tum mytida tum papauer appellauimus, plus minus habent omnia.

CAESAR.

SVpra in ſepiis Mytidem, quid eſſet, declarauimus: ſed nunc non ſignificat fiſcum illum in ſepiis, ſed humorem certum croceum, aut luteum in cancrorum genere.

CVI. ARISTOTELES.

Τὰς δὲ ἰδίας διαφορὰς, ἤδη καθ' ἕκαστον δεῖ θεωρεῖν.

IAm ſingulorum generum differentiæ contemplandæ.

CAESAR.

QVaſi verò iam non fecerit, ſed multa repetet.

CVII. ARISTOTELES.

Οἱ μὲν οὖν κάραβοι, ὥσπερ εἴρηται, δύο ἔχουσιν ὀδόντας μεγάλους καὶ κοίλους· ἐν οἷς ἔνεστι χυμὸς ὅμοιος τῇ μύτιδι.

Locuſtæ igitur, quemadmodum dicebamus, duos habent dentes magnos cauos: in quibus humor eſt mytidi ſimilis.

CÆSAR.

IAm videmus *μύτιν* æquiuocè poni ſuprà, pro fiſco, aut ſcorte in ſepiis, quo atramentum continetur. Nunc pro humore cancris peculiari.

Theodorus non legit *καὶ κοίλους*: ſed *ἐν κοιλίᾳ ἐν ᾗ ἐστι χυμός*: & mox de ventre loquitur. * *. *Quædam deſunt.*

Nota dentium cauitatem: nam echini quoque dentes caui ſunt.

CVIII. ARISTOTELES.

Μεταξὺ δὲ τῶν ὀδόντων, σαρκίον γλωττοειδές. ἀπὸ δὲ τοῦ στόματος ἔχει οἰσοφάγον βραχὺν, καὶ κοιλίαν τὴν ἐχομένην ὑμενώδη· ἧς πρὸς τῷ στόματι, ὀδόντες εἰσὶ τρεῖς· οἱ μὲν δύο, κατ' ἀλλήλους· ὁ δὲ εἷς, ὑποκάτω.

INter dentes autem caruncula linguæ ſpecie. Ab ore autem breuis gula membranaceo ventri continuatur: cuius ventris oſtio dentes tres inſunt: duo committuntur inter ſe: tertius infra eos eſt.

CÆSAR.

στόμα κοιλίας, *oſtium* rectè Theodorus. Et *ὀδόντας denticulos* rectiſſimè: & *κατ' ἀλλήλους, aduerſi*: non potuit melius.

CIX. ARISTOTELES.

Τῆς δὲ κοιλίας ἐκ τοῦ πλαγίου ἔντερόν ἐστιν ἁπλοῦν καὶ ἰσοπαχὲς δι' ὅλου, μέχρι πρὸς τὴν ἔξοδον τοῦ περιττώματος. ταῦτα μὲν οὖν [πάντα] ἔχουσι καὶ οἱ κάραβοι καὶ αἱ καρίδες, καὶ οἱ καρκίνοι.

AD ventris latus inteſtinum ſimplex eſt: & toto tractu æquali craſſitudine vſque ad exitum excrementorum. Hæ igitur ſunt locuſtarum, ſquillarum, & cancrorum partes.

CÆSAR.

CVm promiſit narrare proprias differentias, hæc dicit eſſe his omnibus communia: dicendum, quod excludit aſtacos. Iam verò etiam inter hos ponet diſcrimina.

Theodorus *ſortiuntur ἔχουσι*, malè: non enim forte & caſu habent: malè quoque *καρίδας gammaros* dixit: niſi librarij ſit error.

CX. ARISTOTELES.

[Καὶ οἱ καρκίνοι γὰρ ὀδόντας δύο ἔχουσι,] ἔτι δ' οἵ γε κάραβοι πόρον ἔχουσιν ἀπὸ τοῦ στήθους ἠρτημένον, μέχρι πρὸς τὴν ἔξοδον τοῦ περιττώματος. οὗτος δ' ἐστὶ τῆς μὲν θηλείας ὑστερικός, τοῦ δ' ἄρρενος θορικός· ἔστι δ' ὁ πόρος οὗτος, πρὸς τῷ κοίλῳ τῆς σαρκός, ὥστε μεταξὺ εἶναι τὴν σάρκα. τὸ μὲν γὰρ ἔντερον, πρὸς τῷ κυρτῷ ἐστιν· ὁ δὲ πόρος, πρὸς

PRætereà locuſtis meatus pectore dependet vſque ad exitum excrementi: is pro vulua fœminis eſt: genitale verò ſemen continet in maribus. Iacet autem in concauo carnis, ita vt interiaceat caro. Nam inteſtinum ad partem curuam ſitum eſt, meatus ille ad cauam: non alio modo quàm in quadrupedibus continetur.

περὶ κοιλίαν ὁμοίως ἔχοντα ταῦτα, ὥσπερ τοῖς τετράποσι. διαφέρει δ' οὐθενὸς τῶ ἄρρενος, ἢ θηλέας. ἀμφότεροι γάρ εἰσι λεπτοὶ, καὶ λευκοὶ, καὶ ὑγρότητα ἔχοντες ἐν αὑτοῖς ὠχράν. ἔτι δ' ἠρτημένοι ἀμφότεροι ἐκ τῶ στήθους.

tur. Neque verò id alia ſpecie eſt in maſculo, atque in fæmella, ſed vtriſque & tenues & candidi, ac pallidum continent humorem. Et vtriſque eadem origo à pectore.

C AE S A R.

NVNC peculiaria ſcrutatur locuſtarum: iccircò dixit ἔτι id eſt, *præterea communia.* Et dixit ὄγε: neque enim vacat τόγε. Sed diſtinguit vt ἔγωγε, *ego ſolus.* Declarat igitur meatuum originem, finem, numerum. Deinde dixit eſſe vtrique ſexui commune. Et quia membra genitalia atque his ſeruientia in maribus aliis, & fæminis differunt, ne quis hoc putaret, tollit ſuſpitionem. Declarat etiam ſitum ſeparatum ab inteſtino: ponit exemplum in quadrupedibus: tum ponit eorum quantitatem & colorem: poſt hæc officium & colorem humoris: poſtremò repetit originem, vt oſtendat communem etiam fæminis.

Mirificè dixit ὑστερικὸς. *vulualis*: θορικὸς, *ſeminalis.*

Erat mendum in exemplari: διαφέρει δ' οὐθὲν ὀστοῦ: *ſcribe* οὐθενὸς τῶ.

CXI. ARISTOTELES.

Ἔχουσι δ' οὗτοι τὸ ᾠὸν καὶ αἱ καρίδες καὶ τὰς ἕλικας.

HAbent hi ouum, & ſquilla, & anfractus.

C AE S A R.

QVI communem omnium naturam tradit: malè fecit cùm his duobus tantùm generibus præſcripſit.

Theodorus omiſit οὗτοι. At verò quid eſſet ſtatim tranſire ad ſquillas per ouum: præſertim cùm id non ſit ἴδιον? ſed hoc pollicebatur.

CXII. ARISTOTELES.

Ἴδια δ' ἔχει ὁ ἄρρην πρὸς τὴν θήλειαν ἐν τῇ σαρκὶ κατὰ τὸ στῆθος δύο λευκὰ ἄττα καθ' αὑτὰ, ὅμοια τὸ χρῶμα καὶ τὴν σύστασιν ταῖς τῆς σηπίας προβοσκίσιν· εἰλιγμένα δ' ἐστὶ ταῦτα, ὥσπερ ἡ τοῦ κήρυκος μήκων· ἡ δ' ἀρχὴ τούτων ἐστὶν ἀπὸ τῶν κοτυληδόνων, αἵ εἰσιν ὑποκάτω τῶν ἐσχάτων ποδῶν.

DIſtinguitur à fœmina mas duabus particulis cādidis, quas ipſe peculiares habet in carne pectoris, ſed ab ipſa diſcretas tum colore, tum concretione, ſimiles ſepiarum promuſcidi. Verticoſæ hæ ſunt, quemadmodum buccini anfractus quem Græci mēconem, id eſt, papauer vocant: oriuntur ea ab acceptabulis quæ ſub extremis ſunt pedibus.

C AE S A R.

DECLARAT differentiam maris per carunculas quaſdam, quarum locum ponit, in pectore: ſubſtantiam incertam cùm dixit ἄττα: numerum, duas: colorem, albas: differentiam earum à cætera carne: καθ' αὑτά. ponit exemplum à notioribus ſepiarum: ponit earum figuram, & originem: ſimul numerat etiam partem ignotiorem: κοτυληδόνας, *acceptabula*: totúmque ſitum.

Buccinorum anfractum quare vocent Græci μήκωνα, ignotum mihi eſt.

CXIII. ARISTOTELES.

Ἔχει δὲ καὶ ἐν τούτῳ σάρκα ἐρυθρὰν καὶ αἱματώδη τὴν χρόαν· τὴν δ' ἁφὴν, γλίσχραν, καὶ οὐχ ὁμοίαν τῇ σαρκί.

Est etiam in pectore caro rubra, ſanguinis colore, quæ tamen attrectata dilabatur, neque ſimilis carni ſit.

CAESAR.

Dixerat eas caruncula eſſe in pectore atque adeò in pectoris carne. Nunc carnem quandam cuiuſmodi ſit oſtendit. Colorem dixit in genere, poſteà explicauit ſanguinis nomine. Et quia inter ἄναιμα recenſet, caſtigauit: dixitque non eſſe carnem, neque enim concretam eſſe, ſed fluidam.

Ariſtoteles cùm tot alibi repetat, dixit hic, ἐν τούτῳ: neque curauit ponere, στήθει. Itaque errare fecit Theodorum, qui interpretatus eſt ſic: *in his*, quaſi in illis carunculis * * *Deſunt quædam.*

CXIV. ARISTOTELES.

Ἀπὸ δὲ τοῦ περὶ τὰ εἴδη κηρυκώδους, ἄλλος ἐστὶν ἑλιγμὸς, ὥσπερ ἀρπεδόνη τὸ πάχος· ἐν τούτῳ κάτω δύο ἄττα φαίνεται ἐστι προσηρτημένα τῷ ἐντέρῳ θορικά. ταῦτα μὲν οὖν ὁ ἄρρην ἔχει· ἡ δὲ θήλεια, ᾠὰ ἴσχει τὸ χρῶμα ἐρυθρόν· ὧν ἡ πρόσφυσις ἐστι πρὸς τῇ κοιλίᾳ, καὶ τοῦ ἐντέρου ἑκατέρωθι μέχρι εἰς τὰ σαρκώδη, ὑμένι λεπτῷ περιεχόμενα.

Ab eo meatu qui in pectore buccini refert ſpeciem, alia eſt ſinuatio funiculi craſſitudine, ſub qua duo, quædam ſunt appenſa inteſtino aranacea, genitali ſemini deſtinata. Atque hæc mas habet: at fœmina oua ibi, colore rubra, quæ annexa ventri, atque vtrinque ad latus inteſtini ad carnoſas vſque partes, membrana tenui continentur.

CAESAR.

Vaſa ſeminalia nunc ponit ac ſinuoſa quidem, vt ſemen eo tractu perficiatur. Seminis locum in maribus: vbi oua in fœminis. Seminis ſubſtantiam & colorem: ouorum colorem, tractum, conſeruationem à membrana.

Mutauit numerum more ſuo ᾠόν; poſteà dixit ᾠά: vt apud Teren. *Eunuchum petiiſti dari tibi, nam iis ſolæ vtuntur reginæ.* Non temerè dixit ἴσχει, *continet donec perfecerit.* Nam eo recipit maris ſemen: non ſolùm enim ἔχει, ſed etiam ἴσχει. mas autem ſolum ἔχει, non vt ἴσχει, ſed vt βάλλει.

Theodorus *ſtruem* malè intellexit quid ſignificaret: eſt enim in menſa tamen & penu: vnde *ſtructores*: & apud Plautum *ſtruices patinarias* ἀρπεδόνην *lineam* idem dixit, rectè: ſed nominis ambiguitas eleuat laudem quam merebatur. Neque enim linea geometrica accipienda eſt quam deſcribimus: ſed linea piſcatoris è lino facta: vt apud Ouidium tertio *Metamorphoſ.*

----- *lina madent comites*: & mox.

----- *nodoſaq. tollite lina*: ἀρπεδόνη enim funiculus ad venandum, in retiis, vt etiam ait Pollux in v. rectè. funiculo comparauit, quoniam è contortis partibus textus eſt.

CXV. ARISTOTELES.

Τὰ μὲν οὖν μόρια ὅσα ἐντὸς καὶ ἐκτὸς ἔχουσι ταῦτά ἐστι.

Hæc ſunt partes quot tum intus, tum extra habent.

CAESAR.

Facit hic epilogum, cùm tamen mox de cancris repetere inſtituat: at de cauſſis ſuprà quoque. Quare quæ ſeparantur etiam malè interpoſuit.

CXVI. ARISTOTELES.

Συμβέβηκε δὲ τῶν μὲν ἐναίμων τὰ ἐντὸς μόρια, ὀνόματα ἔχειν· πάντα γὰρ σπλάγχνα ἔχει τὰ ἔσωθεν· τῶν δ' ἀναίμων οὐδὲν, ἀλλὰ κοινὸν τούτοις καὶ ἐκείνοις πᾶσι, κοιλία καὶ στόμαχος, καὶ ἔντερον.

Evenit autem vt eorum partibus quæ ſunt ſanguine conſtituta nomina indita ſint. Siquidem omnia viſcera interiora nomen habẽt. At in ſanguine carentibus nullum habet. Sed communia, tam his, quàm illis omnibus, venter, gula, inteſtinum.

CAESAR.

HIc horum ſcilicet non eſt locus. Nam aut initio ſtatim, aut in fine penitus ponenda erant. Theodorus autem ridiculè etiam Capitis hîc initium facit: ſaltem Caput vt ſecuit & incepit, etiam ſeparâſſet.

Falsò ἐντὸς, nullum ἄναιμον ſcilicet nomine inſigniri, quippe Mytis: ſuperfluò verò dixit τὰ ἔσωθεν. Nam σπλάγχνα quis vidit vnquam extima? vt omittam τὸ σόλοικον ἔσωθεν: pro eo quod eſt ἐντὸς: nullus enim eſt motus.

Theodorus addidit *exteriora*: malè: & malè putauit τὰ πάντα referri ad ἔναιμα, cùm dixit omnibus ſanguineis ineſſe inteſtina, & ſanguine carentia nulla habere: vt ſic conſtruat: πάντα γὰρ τὰ ἔναιμα ἔχει σπλάγχνα, τῶν δ' ἀναίμων οὐδὲν ἔχει σπλάγχνα. Nam cùm Ariſtoteles velit oſtendere nomine carere, inteſtina ſanguine carentium, fruſtrà eſſet, ſi dixiſſet, ſanguine carentibus nulla eſſe inteſtina. Nam quod non habeant, quomodo, aut à quo impoſitore nominetur? ſed declarat rationem ſuæ orationis Ariſtoteles, cùm ſuprà dixerit ἄττα, & circumſcriptionibus vſus ſit tot, quoniam nomine carent: præterea falſum eſt omnia ſanguine concreta habere inteſtina omnia: in piſcibus enim renes non ſunt, neque in auibus.

Dixit συμβέβηκε: quoniam nomina non ſunt à natura, ſed caſu & libidine Gentium.

CXVII. ARISTOTELES.

Οἱ δὲ καρκίνοι, περὶ μὲν τῶν χηλῶν καὶ τῶν ποδῶν, ὅτι ἔχουσι, καὶ πῶς ἔχουσιν, εἴρηται πρότερον. ὡς δ' ἐπιτοπολὺ, πάντες τὴν δεξιὰν ἔχουσι μείζω χηλὴν, καὶ ἰσχυροτέραν.

Quot quoque modo cancri haberent & forcipes & pedes, iam dictum eſt. Vnum maxima eorum pars dextrum forcipem, & grandiorem, & robuſtiorem habet.

CAESAR.

HÆc eſt quarta Capitis pars cruſta inteɛtorum poſt locuſtam, aſtacum, & ſquillam: Quæ quartum in locum diſtulit, quod ſolum genus hoc rotundum, illa omnia caudata.

CXVIII. ARISTOTELES.

Εἴρηται δὲ πρότερον καὶ περὶ ὀφθαλμῶν, ὅτι εἰς τὸ πλάγιον βλέπουσιν οἱ πλεῖστοι.

Diximus etiam de oculis, obliquè eorum plurimos intueri.

CAESAR.

IMmò & omnes, & eos plures in partes mobiliores quàm cæteros habere: non igitur πλεῖστοι, ſed πάντες.

CXIX.

CXIX. ARISTOTELES.

Τὸ δὲ κύτος τοῦ σώματος, ἀδιόριστον. ἔτι δὲ κεφαλὴ, καὶ εἴ τι ἄλλο μόριον.

Corporis alueus indiſcretus eſt, itemq́ caput, aliaq́, ſi qua pars eſt.

CAESAR.

NAm totus caput cancer eſt, & totus venter: dixit alia pars, puta pectus, clunes.

CXX. ARISTOTELES.

Ἔχουσι δ' ὀφθαλμούς· οἱ μὲν, ἐκ τοῦ πλαγίου ἄνω ὑπὸ τὸ στερεὸν εὐθὺς πολὺ διεστῶτάς πως. ἔνιοι δὲ, ἐν μέσῳ, καὶ ἐγγὺς ἀλλήλων, οἷον οἱ Ἡρακλεωτικοὶ, καὶ αἱ μαῖαι.

IN parte ſuprema ſtatim ſub cuppa habent oculos: quidam ad latera longè diſſitos: quidam in medio modico internallo, vt Heracleotici & Maia.

CAESAR.

NON pudet oculos nominaſſe, habuiſſe hoc quod hîc dicit, dicere, & non continuaſſe ſed de alueo interpoſuiſſe.

Nota commune omnibus eſſe τὸ ἄνω καὶ τὸ ὑπὸ τὸ στερεόν. Differentias eſſe in ἐκ τοῦ πλαγίου. Et τῷ μέσῳ. Item διεστῶτας & ἐγγύς. Itaque melius dixiſſet, ἔχουσι δ' ἄνω ὑπὸ τὸ στερεὸν εὐθὺς οἱ μὲν ἐκ πλαγίου πολὺ διεστῶτας.

διεστῶτας *diſtantes*, Theodorus, nos melius *diſſitos*: ſitum enim non ſtatum declaramus.

CXXI. ARISTOTELES.

Τὸ κάτω δὲ τὸ στόμα τῶν ὀφθαλμῶν, καὶ ἐν αὐτῷ ὀδόντας δύο, ὥσπερ ὁ κάραβος· πλὴν οὐ στρογγύλοι οὗτοι, ἀλλὰ μακροί.

SVb oculis os, & in eo dentes duo vt locuſtæ: cæterùm non rotundi, ſed longi.

CAESAR.

SVpra de dentibus iiſdem. Omiſerat figuram, nunc addit.

CXXII. ARISTOTELES.

ΚΑὶ ἐπὶ τούτων ἐπικαλύμματά ἐστι δύο· ὧν μεταξύ ἐστιν ὥσπερ ὁ κάραβος ἔχει παρὰ τοῖς ὀδοῦσι.

OPeriuntur ij valuulis duabus, inter quas eſt quiddam quale locuſta, quod dentes diximus.

CAESAR.

QVAE ſunt valuulæ cruſtaceæ quibus dentes teguntur, quaſi labijs duobus, ſed ad perpendiculum ſunt, non vt aliorum animalium ora ex tranſuerſo. Dentes quoq; eodem modo committuntur. Suprà dixerat eſſe carunculam pro lingua, hanc quoque aſsignat cancris.

CXXIII. ARISTOTELES.

Δέχεται μὲν οὖν τὸ ὕδωρ περὶ τὸ στόμα, ἀπωθῶν τοῖς ἐπικαλύμμασιν· ἀφίησι δὲ κατὰ τοὺς ἄνω πόρους, τοῦ στόματος, ἐπιλαμβάνων τοῖς ἐπικαλύμμασιν ᾗ εἰσῆλθεν· οὗτοι δ᾽ εἰσὶν εὐθὺς ὑπὸ τοὺς ὀφθαλμούς. καὶ ὅταν δέξηται τὸ ὕδωρ ἐπιλαμβάνει τὸ στόμα τοῖς ἐπικαλύμμασιν ἀμφοτέροις, ἔπειθ᾽ οὕτως ἀποπτύζει τὴν θάλατταν.

ORe aquam excipit valuulis depellens: reddit autem meatibus ſuperioribus, occludens valuulis eam partem qua ingreſſa fuerat. Sunt autē meatus hi ſtatim ſub oculis. Itaque cùm recepit humorem occupat os valuulis ambabus: atque deinde ſic mare expuit.

CÆSAR.

QVOD ſuprà obſcuriùs dixerat, nunc clariùs explanat. Suprà κατὰ μικρὸν μόριον τοῦ σώματος malè, nam vacuum oris non eſt μόριον: ſed διάστημα debuit dicere. Excipit igitur aquam ore diductis valuulis ac depellentibus aquam circumſtantem, vt mediam hauriat, vt hoc ſit ἀπωθῶν. Quid igitur anhelat ipſe vt ſpiritu recipiat? potius igitur ἀπωθῶν depellens, introrſum ſcilicet. Nam diductis valuis aqua hæret ori: ergo adductis iiſdem aqua introrſum pellitur. Quare eadem parte non poteſt reciprocare ad exitum, ſed aſcendit, exitque per meatus ſuperiores.

Declarat locum exitus οὗτοι δ᾽ εἰσὶν εὐθὺς ὑπὸ τοὺς ὀφθαλμούς: & motum τοῦ ἀπωθεῖν. ἐπιλαμβάνει, *occupat*, ſcitiſsimo verbo. Theodorus ſenſum poſuit, *obturat*: verbum non poſuit.

Mirum ſuprà dixit περὶ τῷ στόματι. expoſuimus ibi cauſam præpoſitionis: nunc dixit περὶ τὸ στόμα non στόματι.

CXXIV. ARISTOTELES.

Ἐχόμενος δὲ τῶν ὀδόντων ὁ στόμαχος, βραχὺς πάμπαν, ὥστε δοκεῖν εὐθὺς εἶναι μετὰ τὸ στόμα τὴν κοιλίαν. καὶ κοιλία τούτου ἐχομένη δικρόα· ἧς ἐκ μέσης μὲν τὸ ἔντερον ἐστὶν ἁπλοῦν καὶ λεπτόν· τελευτᾷ δὲ τὸ ἔντερον ὑπὸ τὸ ἐπικάλυμμα τὸ ἔξω, ὥσπερ εἴρηται καὶ πρότερον.

Continuatur gula dentibus adeò breuis, vt illicò videatur ſubire venter ori. Tū venter cum ea bipartitus, à cuius medio inteſtinum ſimplex, anguſtum, quod terminatur ſub operculi parte extima, quemadmodum ſuprà dictum eſt.

CAESAR.

SICVT in ſerpentibus membra ſuapte natura rotunda, vt cor, hepar, teſtes, ob corporis prolixitatem oblonga videbantur, ita è contrario in cancro propter rotunditatem oblonga quæ ſunt, amittunt tractum, vt gula.

Λεπτὸν non *tenue*, ſed *anguſtum* interpretatus ſum. Tenuia tamen etiam anguſta Latini dicunt inteſtina.

Theodorus ἐχόμενος, *gula poſt dentes*, *poſt* non rectè. Nam profectò dentibus continuatur.

CXXV. ARISTOTELES.

Ἔχει δὲ τὸ μεταξὺ τῶν ἐπικαλυμμάτων, οἷόνπερ ὁ κάραβος, πρὸς τοῖς ὀδοῦσι.

Habet autem inter valuulas tale, quale locuſta ad dentes.

CAESAR.

HOc quoque fruſtra repetit.

CXXVI. ARISTOTELES.

Ἔνι δὲ τῷ κύτει ἴσον χυμός ἐστιν ὠχρός, καὶ μικρὰ ἄττα περιμήκη λευκά, καὶ ἄλλα πυρρὰ διεσπασμένα.

Intra cuppam pallidus humor eſt, atque in eo extant quædam candida oblonga, & alia ruffa diſperſa.

CÆSAR.

Theodorus πυρρὰ non πυρὰ legit, optimè: διεσπασμένα *maculis diſperſis ille*: nos autem meliùs *diſperſa* aut *diſiecta*, non vno loco congregata.

CXXVII. ARISTOTELES.

Διαφέρει δ' ὁ ἄρρην τῆς θηλείας τῷ μεγέθει, καὶ τῷ πάχει, καὶ τῷ ἐπικαλύμματι. μεῖζον γὰρ τοῦτο ἔχει ἡ θήλεια, καὶ πλεῖον ἀφεστηκὸς καὶ συνηρεφὲς, καθάπερ καὶ ἐπὶ τῶν θηλειῶν καράβων.

Differt mas à fœmina quòd & grandior & craſſior eſt, & operculum maius habet fœmina, & tumidius & barbulis magis differtum, ſicut & in fœminis locuſtis.

CÆSAR.

Fæmina à mari differt quoniam plagula ſubtus ventrem triquetra illa obtuſiore angulo eſt lateribus curuioribus, ipſa latior. At in maribus acutus angulus, anguſta rectilinea par. At in ſquillis & gammaris & eiuſmodi, mari ad finem ventris qua caudæ committitur, binæ ligulæ ſunt tortuoſæ; fœminis non ſunt.

Dixit ἀφεστηκὸς, quoniam preſſius eſt maris operculum.

CAPVT QVARTVM.

De Teſtaceis, & eorum partibus.

CXXVIII. ARISTOTELES.

Τὰ μὲν οὖν τῶν μαλακοστράκων μόρια, τοῦτον ἔχει τὸν τρόπον. τὰ δὲ ὀστρακόδερμα τῶν ζώων, οἷον αἵ τε κοχλίαι, καὶ οἱ κόχλοι, καὶ πάντα τὰ καλούμενα ὄστρεα· ἔτι δὲ τὸ τῶν ἐχίνων γένος, τὸ μὲν σαρκῶδες, ὅσα σάρκας ἔχει, ὁμοίως ἔχει τοῖς μαλακοστράκοις· ἐντὸς γὰρ ἔχει· τὸ δ' ὄστρακον, ἐκτός, ἐντὸς δ' οὐθὲν στερεόν.

Is modus eſt partium eorũ quæ cruſta integuntur. At quæ teſtaceo tegmine muniuntur animalia vt limaces, vmbilici, & quæcunq; oſtracea dicuntur: ad hæc echinorum genus, cuiuſque modi carne prædita ſunt, eam intus habent, quemadmodum & cruſtacea. Teſtam enim foris, intus autem duri nihil.

CÆSAR.

Rectiſſime à mollibus primùm: vſui enim quod eſt magis, quódque plures partes continet, quódque tale eſt vt durum eius gratia inſtitutum ſit primo loco: & eſt ratio analogiæ. Nam & talia plura ſunt, & hominem plus imitantur, qui eſt regula aliorum cognitione non ſolum actiua, ſed etiam paſſiua. Secundo loco quæ molliore tegmine, molliora enim priora. Tertio loco duriſſima. Quarto quæ tota dura: plus enim dura diſtant à natura hominis.

Κοχλίαι *limaces*: κόχλους *vmbilicos*; ὄστρεα genus, ὀστρεῖα ſpecies; igitur ea *oſtracea* diximus: τὸ σαρκῶδες, quoniam non vera caro eſt: ὅσα ἔχει σάρκας, quoniam Echini non habent. Echini enim caro, caro non eſt: ſed eſt quiddam verſicoloribus pillulis plenum: vt infrà, imo ne σαρκῶδες quidem. A cruſtaceis autem ſumit comparationem: quoniam iam nota ſunt ex hiſtoria.

Intus duri nihil eſſe dixit: quod malè repetitum eſſe videtur: ſed vt excluderet partes hoc addidit: verùm falsò. Nam lingua purpurarum adeò dura eſt, vt alias conchas pertendat.

Κόχλον, *cochleam* vocat Theodorus: κοχλίας vero *vmbilicum* in maritimis: ſed cùm κοχλίας cochlea ſit in terrenis, malui ſignificatum perpetuare. Theodori codex habet etiam *purpuras*: noſter eo nomine caret.

CXXIX. ARISTOTELES.

Αὐτὰ δὲ πρὸς ἑαυτὰ διαφορὰς ἔχει πολλάς, καὶ κατὰ τὰ ὄστρακα, καὶ κατὰ τὴν σάρκα τὴν ἐντός. τὰ μὲν γὰρ αὐτῶν, οὐκ ἔχει σάρκα οὐδεμίαν, οἷον ἐχῖνος· τὰ δ᾽ ἔχει μέν, ἐντὸς δ᾽ ἔχει τὴν σάρκα ἀφανῆ πᾶσαν, πλὴν τῆς κεφαλῆς· οἷον οἵ τε χερσαῖοι κοχλίαι, καὶ τὰ καλούμενα ὑπό τινων κωκάλια, καὶ τῶν ἐν τῇ θαλάττῃ, αἵ τε πορφύραι, καὶ οἱ κήρυκες, καὶ ὁ κόχλος, καὶ τἄλλα τὰ στρομβώδη.

Ipſa verò multis modis inter ſe diuerſa ſunt, vel teſtarum ratione, vel interioris pulpæ differentia. Quædam nanque nihil habent carnis, vt echini: quædam tametſi habent, tamen operta tota eſt: neque præter caput conſpicuum quicquam eſt: vt terreſtribus limacibus: & quæ à quibuſdam cocalia appellantur: & ex maritimis purpura, buccini, vmbilicus, atque alia turbinata.

CAESAR.

PONIT in ipſo genere ſpecies ex differentiis ſummis duabus, à carne, & à teſta: prius à carne & merito: nam id demum animal eſt: teſta autem illius cauſſa facta eſt: ponit primùm differentiam non à re, ſed extrinſecus. Neque enim verum eſt carnis hæc nihil habere: ſed nihil apparere.

Imo verò ne hoc quidem uerum eſt. Nam exorta, & non exorta apparet inſpectanti in limacibus, vel hyeme, niſi ſaliua obducta. Eſt & alia laxa locutio cùm dicit: *præter caput*: plus enim extat quàm caput: & cùm ingrediuntur, & cùm excrementa reddunt: ſic etiam patellarum genus nunquam auulſile: nunquam exerit ſe; nunquam oſtendit quicquam, ac ne caput quidem. *Cocalia* autem ſunt candidi limaculi qui in ſepibus inueniuntur, ſæpe etiam amari à Thuſcis *caragoli* vocati.

Στρομβώδη *turbinata* Theodorus ab Ouidio rectiſsimè, qui de concha Tritonis in primo *Metamor*.

----caua buccina ſumitur illi,

Tortilis in latum quæ turbine creſcit ab imo.

Στρόμβοι enim *turbo* ore latiore amittente corpulentiam in acumen per deuexam ſinuationem: ſed turbinis mucro inferior eſt; his autem è contrario.

Αὐτὰ πρὸς ἑαυτά: intellige αὐτὰ in genere, ἑαυτὰ in ſpeciebus.

CXXX. ARISTOTELES.

Τῶν δ᾽ ἄλλων, τὰ μέν ἐστι δίθυρα, τὰ δέ, μονόθυρα· λέγω δὲ δίθυρα, τὰ δυσὶν ὀστράκοις περιεχόμενα· μονόθυρα δέ, τὰ ἑνί· τὰ δέ, σαρκώδη ἐπιπολῆς, οἷον ἡ λεπάς.

Aliæ quædam bifores ſunt, quædam vnifores. Bifores intelligo quæ duabus teſtulis obtinẽtur: vnifores quæ vnica: ea carnem habent in ſuperficie, vt patella.

CAESAR.

NVNC à teſtarum numero: nam illæ quas diximus vna teſta conſtant omnia præter caput opperiente. Hæ autem aliæ duabus omnia aliquando tegentibus, aliæ vnica nihil obtegente, niſi id carnis quod ipſis natura cohæret. Ita eſt

quadru

cohæret. Ita eſt quadruplex differentia horum. Nam & pluſquam caput oſtendunt, & caro eſt tota in ſuperficie; & nunquam videtur niſi auulſa. Et teſtæ connexa eſt caro, non ſeparabilis vt purpurarum: quid? quòd digiti marini & duabus valuis muniuntur ab latere, & vtraque tamen extremitate aperti ſunt? quid? quod porcellanæ, neque turbinatæ ſunt neque plane vnifores neque bifores? hiatum enim habent oblongum, techam in dorſo: totæ autem præter dorſum exeunt. Itemque hæ vnicam teſtam habent, atque ea clauduntur: ſed tamen non ſunt in διθύροις: icci̇rco id addidit diuinus vir.

λεπάς, patella, quaſi cymbula eſt: *pantalenam* Veneti corruptè vocant.

περιεχόμενα, obtinentur diximus optimè: *ob* enim ſignificat περὶ, vt ocrea ob crus: περικνημίς. Quanquam non *circum*, ſed *vtrinque*, potius dicas ἀμφιεχόμενα. Et tamen ἀμφιέχεσθαι Græci amiciri dicũt: ſed non ſemper ponderârunt verba locutoris.

Bifores vox eſt Ouidij in deſcriptione Solis regiæ, & aliorum in tibia. Theodorus peſſimè dixit: *altera pars ſuperficiei detecta carnem oſtendat*. Imo tecta eſt carne.

CXXXI. ARISTOTELES.

Τῶν δὲ διθύρων, τὰ μὲν ἐστιν ἀναπτυκτὰ, οἷον οἱ κτένες, καὶ οἱ μύες· ἅπαντα γὰρ τὰ τοιαῦτα, τῇ μὲν, συμπέφυκε, τῇ δὲ, διαλέλυται, ὥστε συγκλείεσθαι καὶ ἀνοίγεσθαι. τὰ δὲ, δίθυρα μὲν ἐστιν, ὁμοίως δὲ συμπέφυκεν ἐπ' ἀμφότερα, οἷον οἱ σωλῆνες.

Quæ binis teſtis continentur quædam ſunt aptili natura, vt pectines, muſculi, hi enim omnes altera annexi ſunt, ab altera diſſoluti: quare & claudunt & aperiũt ſe. Quædã tametſi binis teſtis prædita ſint, tamen vtraq; concluſa ſunt vt digiti.

CAESAR.

BIFORES diſtinguit in genera diuerſa à motu & cohærentia. Nam quæ alteri tantùm hærent eam pro ſolo habent: alteram aperiunt vt veſcantur, quæ vtrique, non inde veſcuntur ac neque iccircò cauſſam habent vt aperiantur, ſed de parte ſuperiori cibum capiunt, vt digiti: eſt autem digitorum tegmen potius corneum quàm teſtaceum.

Μύες mytuli Theodorus, nos *muſculi*: vt tolleremus ambiguitatem: nam myaces in mytulos qui ſalem & virus reſipiunt: & myſcas quæ mytuli rotunditate & paruitate differentes dulciori & gratiori ſunt cibo, degenerare ex Plinij autoritate conſtat: *μύας* igitur non eſſe *μύακας* patet: illos Athenæus ἐλάττονας μύας, καὶ μύας vocat: quanquam apud Dioſcoridem ijdem eſſe videantur. Quare à quibuſdam confundi reperies vt modò *muſculos* modò *mytulos* dicant: muſculi autem nomen apud Plautum in *Rudente* & apud Celſum lib. II.

συγκλείεσθαι connexa Theodorus ideò dixit quia reſpexit ad illud ἀνοίγεσθαι. Et quanuis digiti non aperiri videantur: infixi enim in arena ſunt, itáque immiſſa aliqua re ſic venantur, aperiuntur tamen: atque id eſt indicium cùm percocti ſint: iccircò maluit vti voce *connexa* quam *concluſa*.

σωλῆνες digiti. Plinius digitorum non meminit: meminit tamen ſolinis, auli, donacis, onycis, & dactyli, quæ omnia nomina σωλῆνι conueniunt: quod ex Athenæi autoritate patet, qui eos iiſdem nominibus vocari ait in III. maréſque eſſe cæſios, ſed quare mares aſſignârint eo in genere, vbi nullus ſit coïtus, nulla generatio? Nam affectio in plantis pertinet ad generationem. Sanè alia nomina quæſiuêre, vt effugerent ambiguitatem; cum verus σωλὴν eam aſſignat: ſolenes Veneti *cappus longas* vocant.

CXXXII. ARISTOTELES.

Ἔστι δ' ἃ ὅλα περιέχεται τῷ ὀστράκῳ, καὶ οὐθὲν τῆς σαρκὸς ἔχει εἰς τὸ ἔξω γυμνὸν, οἷον τὰ καλούμενα τήθυα.

Sunt quorum caro tota ambitur teſta; neque quicquam nudi extra eſt, vt Tethya.

C AE S A R.

ALIA differentia in qua nihil extat carnis. τήθυα, τήθεα ſcribuntur apud Suidam, *Tubera, calli, vertibula*, à Theodoro. Itaque ſic partiare. Oſtracea aut vnicam habent teſtam aut duas. Quæ vnam, aut ea tota integuntur vt Tethya, aut non tota. Quæ non tota, aut annexa ei ſunt, vt patellæ: aut non connexa, vt cochleæ. Itaque aut inuoluta in teſta ſunt vt cochleæ, aut in ſuperficie ſunt, vt patellæ. Ergo aut exeruntur vt paſcantur, ambulent, excrementa egerant, vt cochleæ: aut ſemper eodem ſunt modo, niſi quatenus oris extremis contractis denſantur, aut laxatis diducuntur, vt patellæ. Itaque illa quoque differentia. Nam quædam nunquam apparent, vt quædam patellæ, quæ nunquam auellunt ſeipſas. Quædam apparent tota niſi quæ hærent, vt alterum genus patellarum quæ greſſiles ſunt, labuntur enim interdum. Quædam parte tantùm quadam oſtendunt ſe, vt cochleæ. Horum quædam rotundo exeunt foramine & porriguntur, vt cochleæ: quædam longo hiatu vt porcellanæ ſiue vmbilici. Quæ verò bifores ſunt aut tota cooperiuntur, & vni tantùm teſtæ connexa ſunt; aut non tota teguntur, neque tota aperiuntur: ſed latera ſemper concluſa habent: extrema autem duo aperta natura voluntariè exerunt contrahúntque.

Tethyorum in natura ſunt quæ mamillarum ſpecie hærere vidimus ſaxis: ſed ita hærere, vt quaſi ipſorum pars ſaxorũ ſit: itaque τήθυα dicta quaſi papillæ. Plinius in catalogo piſcium lib. XXXII. nomen tantum ponit tethea non tethya, quemadmodum & Athenæus in tertio, & τηθυνάκια in eodem ex Epicharmo in *Nuptiis Iunonis*; vbi multa Oſtracea nominat quæ omiſit Ariſtoteles: eius verba ſunt:

ἄγει δὲ παντοδαπὰ κογχύλια
λεπάδας, ἀσπέδους, στραβήλους, κικηβάλους, τηθυνάκια,
βαλάνους, πορφύρας, ὄστρεα συμμεμυκότα. Deinde addit
μύας, ἀναρίτας τε, καρύκας τε, καὶ σκιφύδρια: poſteà *μακρογογγύλους σωλῆνας*: addit etiam ex autoritate Philyllij *χήμας*. Quare non eſt mirum ſi ipſi Græci græca quædam aut neſciêre, aut omiſere; aut poſteà inuenêre: nos illorum nomina noſtris neſcire applicare: atque ideò noſtris utamur.

CXXXIII. ARISTOTELES.

Ἔτι δ' αὐτῶν τῶν ὀστράκων διαφοραὶ πρὸς ἄλληλά εἰσι. τὰ μὲν γὰρ λειόστρακά ἐστιν, ὥσπερ σωλὴν καὶ μύες, καὶ κόγχαι ἔνιαι, αἱ καλούμεναι ὑπό τινων γαλάδες· τὰ δὲ, τραχέα, οἷον τὰ λιμνόστρεα καὶ πίννα, καὶ γένη κογχῶν ἔνια, καὶ κήρυκες.

IPſa quoque inter ſe differunt teſta: quadam enim leues ſunt: ſicut digitus, muſculus, concha: quadam qua galades ab aliquibus appellantur, alia ſcabra, quemadmodum oſtrea, pinna buccini, & concha nonnulla.

C AE S A R.

NVNC à ſitu partium in teſtis. Galades conchæ ſunt grandes & læues candidiſſima teſta & craſſa: quanquam in quibuſdam aliquid purpurei, in alijs nõnullis ſubflaui reperiatur: dura carne: etiam in ſtagnis eſitauimus eadem duritia.

λιμνόστρεα, vulgares oſtrea: compoſuit nomen ab aquis limoſis, in quibus inueniuntur frequentiores ut in æſtuarijs. compoſuit enim, vt differentiam poneret generis & ſpeciei.

CXXXIV. ARISTOTELES.

Καὶ τούτων τὰ μὲν, ῥαβδωτά ἐστιν, οἷον κτεὶς, καὶ κογχῶν τι γένος· τὰ δὲ ἀρράβδωτα, οἷον ἥ τε πίννα, καὶ κογχῶν τι γένος.

ATque horum quadam virgata ſunt, vt pectunculi, & concharum genus quoddam, alia planiora, vt pinna & concharum genus quoddam.

CAESAR.

CAESAR.

ῬΑβδωτὰ Theodorus *pectinatim diuiſa*, rectiſſimè, quaſi pecten reliquerit veſtigia quædam: ſic & *pectinati fornices* apud Vitruuium: *Virgata* ſimpliciùs, *vt virgati ſaguli*, quod & alibi diximus: potes etiam *ſtriata* optimè, vt *ſtriata columna*: *canaliculata* quoque.

Pinnarum genera tria nouimus: quarum magnæ teſta aſperior foris eſt teſta paruæ: ambarum conchæ byſſo alligantur. Tertium genus *perna* à Plinio dicitur quæ tamen ſtriata eſt.

CXXXV. ARISTOTELES.

Καὶ πάχει δὲ καὶ λεπτότητι τῶν ὀστράκων διαφέρουσι, ὅλων τε τῶν ὀστράκων, καὶ κατὰ μέρος, οἷον περὶ τὰ χείλη. τὰ μὲν γὰρ, λεπτόχειλά ἐστιν, οἷον οἱ μύες· τὰ δὲ, παχύχειλα, οἷον τὰ λιμνόστρεα.

Alijs quoque alia eſt aut tenuitas, aut craſſitudo: tum tota in teſtis, tum eius partibus, quemadmodum ad oras: quibuſdam enim ſubtiles ſunt, vt muſculis, nonnullis craſſæ, vt oſtreis.

CAESAR.

Crassitvdine, vel totius, vel partium: χεῖλη appellat oras à ſimilitudine cùm aperiuntur: ſed oſtreis tenuia extrema labia ſunt, non craſſa: adeò enim ſubtilia ſunt, vt ferri aciem imitentur.

Omiſit verò Philoſophus ponere differentiam à tota figura: nam quædam compoſitæ ſunt in orbem vt conchæ minores virgatæ: quædam planiores, vt galades: quædam excurrunt à vero orbe vt telinæ, quædam incompoſitæ vt oſtreæ: quædam ſtriatæ, vt pectines, quorum alij magni & rotundiores, alij oblongi & latioribus auribus, alij parui & puſilli vnica aure, quos pectunculos dicimus, in quibus omnibus ſubſunt barbulæ: aliæ quoque ſunt conchæ magis ſtriatæ rotundæ, quas *Cappas tondas* Itali dicunt: aliæ oblongæ, aliæ echinatæ, quas Plinius *margaritiferas* ait ex ſententia Iubæ regis: quædam ſimul cohærent plures, vt oſtreæ medullinæ: cæteræ omnes ſingulares: quædam corneæ & læues, vt ex ſtriatæ, quæ vulgò S. Iacobi vocantur. Et chamæ primum genus & telinæ: quædam aſperæ & rugoſæ, vt chama, quæ ideò aſpera, & ea ſtriata hirſuta, item concharum longarum genus · quædam candidæ, vt galades, & telinæ, quædam nigræ, vt mytuli, muſculi, & chamarum genus: quædam teniatæ coloribus diuerſis, vt ex ſtriatæ læues: quædam tranſlucidæ, quædam non.

CXXXVI. ARISTOTELES.

Ἔτι, τὰ μὲν, κινητικὰ αὐτῶν ἐστιν, οἷον ὁ κτείς· ἔνιοι γὰρ καὶ πέτεσθαι λέγουσι τοὺς κτένας, ἐπεὶ καὶ ἐκ τοῦ ὀργάνου ᾧ θηρεύονται, ἐξάλλονται πολλάκις· τὰ δ᾽, ἀκίνητα καὶ προσφυῆ, οἷον ἡ πίννα.

Prætereà sũt ex ijs quæ mouẽtur vt pectines. Hos nanque etiam volare argumento probant, quòd è naſſa capti exiliant ſæpenumero. Quædam non mouentur: quin etiam adfixa natura ſua ſunt, vt pinna.

CAESAR.

Vnc à motu quem aſcribit pectinibus, ſicut & libro IX. atque id verum eſſe aiunt piſcatores: impetũ autem ſic capiunt: de repente enim aperto calice reſiliant neceſſe eſt. Dixit ſæpenumero: propterea quòd niſi ita iaceant vt calix cui non inhærent inferior ſit, nequeunt moueri.

Nimis ſummariè dixit τὰ δ᾽ ἀκίνητα καὶ προσφυῆ: duo enim membra facere debuit. Nam τὰ ἀκίνητα τὰ μὲν ὅτι προσφυῆ, non mouentur quia hærent: alia autem tametſi non ſunt προσφυῆ, vt telinæ, ne mouentur quidem: vidimus tamen pinnas non hærentes ſaxis, ſed ſolutas.

Theodorus ἐκ τοῦ ὀργάνου, *ferramentum* interpretatus eſt, malè: naſſa enim capiuntur aut funda: προσφυῆ adfixa per naturam.

CXXXVII. ARISTOTELES.

ΤΑ' δὲ στρομβώδη, πάντα κινεῖται καὶ ἕρπει.

Turbinata omnia mouentur & repunt.

CAESAR.

CVm dixit mouentur, appoſuit ſpeciem motus, *repunt.*

CXXXVIII. ARISTOTELES.

Νέμεται δὲ ἀπολυομένη καὶ ἡ λεπάς.

Abſoluitur item patella in paſtum.

CAESAR.

HOc & alibi diximus: non tamen omnes patellæ abſoluuntur.

CXXXIX. ARISTOTELES.

Κοινὸν δὲ τούτων καὶ τῶν ἄλλων τῶν σκληροστράκων, τὸ λεῖον εἶναι ἐντὸς τὸ ὄστρακον.

Omnibus communis eſt interior leuitas teſtæ.

CÆSAR.

PRopterea quòd exteriorem læuorem non omnibus eſſe ſupra dixit. Et profectò rectiùs feciſſet ſi illis ſubdidiſſet.

CXL. ARISTOTELES.

ΤΟ' δὲ σαρκῶδες, τοῖς μὲν μονοθύροις καὶ διθύροις, προσπέφυκε τοῖς ὀστράκοις, ὥστε βίᾳ ἀποσπᾶσθαι, τοῖς δὲ στρομβώδεσιν, ἀπολέλυται μᾶλλον.

Carnoſa pars vel ſingulis vel binis ſcutulis intectorum teſtis ipſis adhæret ita, vt non niſi vi abſtrahi queat: turbinatis autem potiùs abſoluitur.

CAESAR.

DIfferentiæ à carnis ſubſtantia, à teſta: nunc à carne cum teſta conuenienti natura: neſcio quare dixerit μᾶλλον: nullo enim negotio turbinatorum teſtæ amittunt carnem.

Theodorus malè, *turbinatis laxior*: nam & addidit & hîc nihil ſignificat: *laxior caro.* Imò buccinis dura & compacta, longéque calloſior quàm conchis ſtriatis.

CXLI. ARISTOTELES.

Ἴδιον δὲ τούτοις κατὰ τὸ ὄστρακον ὑπάρχει πᾶσι, τὸ ἑλίκην ἔχειν τὸ ὄστρακον τὸ ἔσχατον ἀπὸ τῆς κεφαλῆς.

Quibus illud peculiare teſtam à capite ad imum vſque in verticem attenuari.

CAESAR.

KΑτὰ τὸ ὄστρακον: quod ad teſtam attinet: quoniam teſtam cum carne comparabat: nunc teſtam ſeorſum.

κατον, ἀπὸ τῆς κεφαλῆς: dicit imum à capite duabus de cauſſis. Nam turbinata æquiparantur plantis, ore enim imo ſunt. Itaque non ratione ſitus eorum ad cælum imum dicas extremum turbinem tenuiorem. Itaque declarauit cuiuſmodi imum intelligeret. Altera cauſſa, vt tractum turbinis ſignificaret laxiorem à capite. Inde enim incipit: vt etiam turbines in aëre, & vortices in gurgitibus.

CXLII. ARISTOTELES.

Ἔτι δ᾽ ἐπίπτυγμα πάντ᾽ ἔχει ἐκ γενετῆς.

Cum ſua quæque teſta omnia naſcuntur.

CAESAR.

PROPTEREA quòd non omnia hærent teſtæ turbinata, poterat quiſpiam dubitare, vtrum in his teſtáne, an caro prior eſſet.

Ἐπίπτυγμα laxè nimis vocauit eorum teſtam: operculum enim oris eſt cuiuſpiam vt aheni: prætereà plicatile eſt, vt etiam nomen indicat: ſed pro tegmine accepit: quoniam quaſi contignationes teguntur.

CXLIII. ARISTOTELES.

Ἔτι δὲ πάντα τὰ στρομβώδη τῶν ὀστρακοδέρμων, δεξιὰ κεκίνηται, οὐκ ἐπὶ τὴν ἕλικα, ἀλλ᾽ ἐπὶ τὸ ἀντικρύ.

Omnia quoque turbinata è genere teſtaceorum, in dextram partem mouentur, non ſecundùm verticem ſed in contrarium.

CAESAR.

DIFFICILIS eſt locus: τὰ στρομβώδη δεξιὰ κεκίνηται, dextra mouentur, id eſt in dextram, non in ſiniſtram vt alia animalia: fac hæreat cochlea: tum tota teſta dextra eſt, ſummum teſtæ ſiniſtrum. Cùm igitur exeunt & leuantur dextrorſum ſurgunt non ſequuntur tractum anfractuum. Nam teſta ſi adhuc creſceret: ita vt eius oræ mouerētur, ſiniſtrorſum moueretur. Eius enim exinuatio ab imo mucrone ſemper leuorſum dilatatur: videbatur animal debere ſequi tractum exinuationis teſtæ: hoc igitur mouetur: ratio autem non deeſt: totam enim ſic gerunt concham ſuam. Aut ſic eſt: vt à mucrone imo ſinuationis teſtæ ipſius motus fuerit dexterior: ita ſi ducas oculos non ad ipſum fundum verticis, ſed in contrarium, hoc eſt à fundo ad labra. Ita ſemper vir iſte nos accipit aliqua obſcuritate, quæ liberalia torqueat ingenia etiam in re leui.

Dixit κεκίνηται in præterito, vt naturam indicaret.

CXLIV. ARISTOTELES.

Τὰ μὲν οὖν ἔξωθεν μόρια τούτων τῶν ζώων, τοιαύτας ἔχει τὰς διαφοράς· τῶν δ᾽ ἐντὸς, τρόπον μέν τινα παραπλησία ἡ φύσις ἐστὶ πάντων, καὶ μάλιστα τῶν στρομβωδῶν. μεγέθει γὰρ ἀλλήλων διαφέρει, καὶ τοῖς καθ᾽ ὑπεροχὴν πάθεσιν.

Horum animalium partes exteriores ſic inter ſe differunt. Interiores autem quodammodo ſimilem naturam nactæ ſunt omnes, præſertim turbinatorum: magnitudine enim diſtant & aliis affectibus qui exceſſu comparantur.

CAESAR.

ALtera hæc pars huius partis in qua nunc interiora perſcrutatur.

Dixit *quodammodo*, quia non penitus idem eſt affectus ab exceſſu, vt durior, laxior atque eiuſmodi.

CXLV.

CXLV. ARISTOTELES.

Οἱ πολὺ δὲ διαφέρει οὐδὲ τὰ μονόθυρα καὶ δίθυρα.

Biſores quoque & vniſores haud multùm inter ſe diuerſæ ſunt.

CAESAR.

QVoniam dixerat μάλιστα τῶν στρομβωδῶν, vt illa minimum inter ſe diſcrepent,mox hæc.

CXLVI. ARISTOTELES.

ΤΑ᾽ συγκλειστὰ δὲ, διαφορὰν ἔχει πρὸς ἄλληλα μὲν μικρὰν, πρὸς δὲ τὰ ἀκίνητα πλείω. τοῦτο δὲ ἔσαι φανερὸν ἐκ τῶν ὕστερον μᾶλλον.

QVæ concludere ſeſe poſſunt parùm inter ſe diſcrepant: ſed plus differunt ab iis quæ non mouentur. Id quod poſt hæc planius fiet.

CAESAR.

QVÆ concluduntur τὰ συγκλειστὰ, intelligit τὰ δίθυρα: τὰ ἀκίνητα, verò quid intelligat? nam ipſa quoque ἀκίνητα,ſunt: ſic igitur accipiendum,ἀκίνητα non eſſe συγκλειστὰ: niſi ſecundùm loci totius mutationem.Nanque τὸ συγκλείζειν motum ſignificat: τὰ ἀκίνητα, ea hîc dicit quæ hærent,vt patellæ:item tethya, quæ ſunt ἀκίνητα, quoniam ſunt ſua ſemper natura concluſa:ſed tolle hinc digitos.Nam eorum natura longe eſt à conchis aliis diſſimilis.

Theodorus omnia confundit ſic. *Nec verò multum vniualue, ac binalue genus concluſile ſibi diſſident*: nam quis dicat vniualue eſſe concluſile?

Quod differt & pollicetur planius facturum,eſt, & in hoc libro, & in quinto,& in octauo.

CXLVII. ARISTOTELES.

Η᾽ δὲ φύσις τῶν στρομβωδῶν ἁπάντων, ὁμοίως ἔχει· διαφέρει δὲ, ὥσπερ εἴρηται, καθ᾽ ὑπεροχήν. τὰ μὲν γὰρ μείζω μέρη, καὶ ἐνδηλότερα ἔχει αὐτῶν· τὰ δὲ ἐλάττω, τοὐναντίον. ἔτι δὲ σκληρότητι, καὶ μαλακότητι, καὶ τοῖς ἄλλοις τοῖς τοιούτοις πάθεσιν. ἔχει μὲν πάντα, τὴν μὲν ἐξωτάτω τοῦ ὀστράκου ἐν τῷ στόματι σάρκα στιφρὰν, τὰ μὲν μᾶλλον, τὰ δὲ ἧττον. ἐκ μέσου δὲ τούτου ἡ κεφαλὴ, καὶ κεράτια δύο. ταῦτα δὲ, ἐν μὲν τοῖς μείζοσι, μεγάλα· ἐν δὲ τοῖς ἐλάττοσι, πάμπαν μικρά ἐστιν. ἡ δὲ κεφαλὴ ἐξέρχεται πᾶσι τὸν αὐτὸν τρόπον· καὶ ὅταν φοβηθῇ, συσπᾶται πάλιν εἰς τὸ ἐντός.

IGitur natura turbinatis omnibus eadem erat, niſi alterum ab altero aliquo modo excederetur: quædam enim quæ maiora ſunt ſuas quoque partes conſpectiores habent: minora autem minùs: ſic etiam duriora & molliora & eiuſmodi alia alij. Nam quæ caro ſumma à teſta oſtio exerta eſt, eam quædam firmiorem,quædam ſolutiorem habent. Ex eius medio caput eſt, & cornicula bina: in maioribus proceriora, in minoribus minima: eximendi capitis eadem omnium ratio, & perterrefactis contrahendi.

CAESAR.

QVOD dixerat explicat. Hiſtoria fuſa & iucunda: neque egens interpretationis. Sed obſeruandi Atticiſmi & Metaplaſmi: ὁμοίως ἔχει. ὁμοῖα enim plebeium eſſet: τὰ μὲν γὰρ μείζω μέρη καὶ ἐνδηλότερα ἔχει αὐτῶν, τὰ δὲ ἐλάττω τοὐναντίον: ſic τὰ μὲν αὐτῶν ἔχει μέρη μείζω: & iccircò ἐνδηλότερα τὰ δὲ ἐλάττω: deeſt καὶ: καὶ τοὐναντίον: ſic eſt ſi dicas μείζω τὰ μέρη: verùm mox comparat maiora στρομβώδη cum minoribus: eáque dicit maiores partes habere.Itaque hîc τὰ μείζω: malim eſſe ζῶα: ſic τὰ μὲν αὐτῶν μείζω, ἔχει μέρη καὶ ἐνδηλότερα· τὰ δὲ ἐλάττω τοὐναντίον: ſicut mox de corniculis minorum:

norum : neque egeas eius coniunctionis, &. Theodorus leuiſſimè pertranſit.

Ἐπὶ δὲ σκληρότητι ſcilicet διαφέρει : mutauit caſum : ſuprà καθ' ὑπεροχήν.

Ἐξωτάτω *ſummam carnem*, ἐν τῷ σώματι τοῦ ὀστράκου ſcilicet.

Πάμπαν μικρὰ *minima* : quæ omnem expleant paruitatem : πάμπαν Theodorus non expreſſit.

Εἰς τὸ ἐντός. non dixit ἔσω ne ſimpliciter intelligeres intra teſtam, ſed intra ſe.

στερεὰν, *toroſam* Theodorus malè: nam non æqualem non toroſam habent. Nam toroſus eſt funis nouus, item reſtis:& lacerti virorum fortium, toroſi ſunt:eſt toroſum pectus equi bellatoris:item eiuſdem armi. Ouidius 11. *Metamorphoſeon* de Tauro, *colla toris extant* quæ caro in imo calice eſt ea eſt toroſa inæqualis,& ſolutior tamen ac laxior multis in partibus.

Ἐξέρπεται ἡ κεφαλή : potes dicere *euaginatur*:ac ſanè ita exit quaſi è vagina ; *exinuatur* quoque non malè:nanque cùm retrahunt,ac recondunt caput,in ſinum recipiunt.

Theodorus *caput in medio iungitur*, malè : neque enim iunctum eſt:ſed continuatur ac penè vniforme.

CXLVIII. ARISTOTELES.

Ἔχει δὲ στόμα καὶ ὀδόντας ἔνια, οἷον ὁ κοχλίας, ὀξεῖς, καὶ μικρούς, καὶ λεπτούς.

Habent quædam os & dentes: vt limax acutos, minutos tenues.

CAESAR.

Partes capitis nunc : meliùs dixiſſet:στόμα ἅπαντα, καὶ ὀδόντας ἔνια : nullum enim ore caret turbinatorum:niſi volunt negare ea quæ proboſcidem habent,habere os:muſcæ os,illud ſuũ eſt.

Ὀδόντας ἔχει ἔνια : animaduertunt enim dentium veſtigia in foliis minutiſſimè arroſis : μικροὶ minuti hîc ſignatiùs quàm breues,

CXLIX. ARISTOTELES.

Ἔχουσι δὲ καὶ προβοσκίδας, ὥσπερ καὶ αἱ μυῖαι. τοῦτο δ' ἐστὶ γλωττοειδές. ἔχουσι δὲ καὶ οἱ κήρυκες τοῦτο καὶ αἱ πορφύραι στερεόν, καὶ ὥσπερ οἱ μύωπες καὶ οἱ οἶστροι, τὰ δέρματα διαφυτεύουσι τῶν τετραπόδων, ὅτι τελεῖ ἰσχὺν τοῦτ' ἐστὶ σφοδρότερον τῶν γὰρ δελεάτων τὰ ὄστρακα διατρυπῶσι.

Quædam etiam muſcarum more habent proboſcidem linguæ ſpecie. Hac dura eſt buccinis & purpuris. Nam quemadmodum tabani & aſilus tergora quadrupedum pertundunt,ita his tanta eſt duritia,vt eſcarum teſtas perforent.

CAESAR.

Distingvit proboſcidem ab oris ratione : ponit exemplum : ponit differentiam. Nam cùm muſcæ exemplum dixiſſet, addidit differentiam : linguæ ſcilicet ſpeciem: ponit duritiam. Comparat aculeum aſili ad coria animalium, cum aculeo purpuræ ad concharum teſtas.

Theodorus adhuc ineptiùs *aculeum toroſum* dixit.

Aſilus οἶστρος. Ligures Taurini etiam nunc, *azil*: veſpæ ſimilis ſed compactior. Tabanus autem nigrior:crabro nigrior aſilo : *foſſaillones* dicuntur ab Aquitanis.

Τῶν δελεάτων τὰ ὄστρακα. Non potuit breuius : id eſt, τῶν κόγχων τὰ ὄστρακα ὡς τὰ δελέατα, ad veſcendum.

CL. ARISTOTELES.

Τοῦ δὲ στόματος ἔχεται εὐθὺς καὶ ἡ κοιλία. ὁμοία δ' ἐστὶν ἡ κοιλία προλόβῳ ὄρνιθος, ὁμοία δ' οὖσα τῶν κόχλων.

Subeſt ori ſtatim venter ſimilis auium ingluuiei, qualis eſt etiam vmbilicis.

CAESAR.

C Æ S A R.

THeodorus miſerè nimis, πρόλοβον *guttur.*

CLI. ARISTOTELES.

Κάτω δὲ ἔχει δύο λευκὰ σιφρὰ, ὅμοια μαστοῖς, οἷα ἐγγίνεται καὶ ἐν ταῖς σηπίαις· πλὴν σιφρὰ ταῦτα μᾶλλον. ἀπὸ δὲ τῆς κοιλίας, στόμαχος διπλοῦς μακρὸς μέχρι τῆς μήκωνος, ἥ ἐστιν ἐν τῷ πυθμένι. ταῦτα μὲν οὖν ἐστὶ δῆλα, καὶ ἐπὶ τῆς πορφύρας, καὶ τῆς κηρύκων ἰδεῖν ἐν τῇ ἕλικι τοῦ ὀστράκου.

INfra duo candida quædam firma ſpecie mammillari, qualia in ſepiis inueniuntur: ſed hac ſolidiora. A ventre gula duplex longa ad papauer vſque, quod papauer in fundo eſt. Quæ omnia perſpici poſſunt in ſinu verticoſo teſtarum, tam purpurarum, quàm buccinorum.

C Æ S A R.

OBSERVATO naturam: vt gula ſub ventre ſit: quare non dixit Ariſtoteles gulam illam ſuperiorem latiorem eſſe ventre. Quare non appellauit, vt fecit, ingluuiem illam: & quod appellat gulam, vocauit ventrem duplicem, atque inde inteſtinum. Nam vt elephantorum ventrem quadruplicem pinxit nobis.

CLII. ARISTOTELES.

Τοῦ δὲ στομάχου τὸ ἐχόμενόν ἐστιν ἔντερον· συνεχὲς δὲ ὅτι στόμαχος καὶ τὸ ἔντερον, καὶ ἅπαν ἁπλοῦν μέχρι τῆς ἐξόδου. ἡ δὲ ἀρχὴ τοῦ ἐντέρου περὶ τὴν ἕλικα τῆς μήκωνος, καὶ ταύτῃ ἐστὶν εὐρύτερον· ἔστι γὰρ ἡ μήκων οἱονεὶ [κοιλίας] περίττωμα πᾶσι τοῖς ὀστρακηροῖς τὸ πολὺ αὐτῆς· εἶτα ἐπικάμψαν, ἄνω φέρεται πάλιν πρὸς τὸ σαρκῶδες. καὶ ἡ τελευτὴ τοῦ ἐντέρου, περὶ τὴν κεφαλήν ἐστιν, ᾗ ἀφίησι τὸ περίττωμα πᾶσιν ὁμοίως καὶ τοῖς στρομβώδεσι καὶ τοῖς χερσαίοις καὶ τοῖς θαλαττίοις.

QVod gulæ iungitur inteſtinum eſt, à qua continuo tractu fertur totum ſimplex vſque ad exitum: incipiens ab verticoſo ſinu quo papauer continetur, atque inde laxior. Eſt autem papaueris magna pars quaſi excrementum in omnibus oſtraceis. Inde inteſtinum reciprocans rurſum aſcendit ad carnoſas partes, atque circiter caput terminatur, qua emittitur excrementum omnibus turbinatis tàm terrenis quàm maritimis.

C Æ S A R.

DECLARATVR inteſtini ſitus tractus, ſimplicitas, ad differentiam gulæ, quæ erat duplex: origo, laxitas, papaueris ſubſtantia, exitus inteſtini, officium: amplitudo omnium rerum harum communicata tum terrenis, tum maritimis.

Nota ἐχόμενον & συνεχὲς idem: ſed ἐχόμενον conſequentium etiam dicit, συνεχὲς, autem non.

Dixit ἅπαν pro ὅλον, vt Horatius *nec modica cœnare times olus omne patella.* Nota locutionem, ἔστι γὰρ ἡ μήκων οἷον περίττωμα πᾶσι τοῖς ὀστρακηροῖς τὸ πολὺ αὐτῆς. Τὸ πολὺ αὐτῆς ἡ μήκων.

Ἀνακάμψας, *reflectens: replicans*, Theodorus optimè: ſed tamen replicatus eſt non replicans: ferri tamen poteſt.

Περὶ τὴν κεφαλὴν dixit, ſicuti περὶ τὴν μήκωνα, dixerat.

Ἧ ἀφίησι τὸ περίττωμα πᾶσιν ὁμοίως, *inteſtinum amittit excrementa omnibus: in omnibus*, alius dixiſſet, aut πᾶσι ἀφιᾶσι: ſed vim expultricem indicauit doctioribus. Theodorus id hebetiore aure animaduertit.

CLIII. ARISTOTELES.

Παρύφανται δὲ ὑπὸ τῆς κοιλίας τῷ στομάχῳ ἐν τοῖς μεγάλοις κόχλοις συνεχόμενος ὑμὴν, ᾧ μακρὸς πόρος καὶ λευκὸς, ὅμοιος τὴν χρόαν τοῖς ἄνω μαστοειδέσιν. ἔχει δὲ ἐντομὰς, ὥσπερ τὸ ἐν τῷ καράβῳ ᾠόν· πλὴν τὴν χρόαν τὸ μὲν, λευκὸν, ἐκεῖνο δὲ, ἐρυθρόν. ἔχει δὲ οὐδεμίαν ἔξοδον τοῦτο, οὐδὲ πόρον, ἀλλ' ἐν ὑμένι ἐστὶ λεπτῷ, κοιλότητα ἔχον ἐν αὐτῷ στενήν.

IN maioribus vmbilicis ſub ventre ad ſtomachum contexta eſt membrana à qua meatus longus & albus, colore, ſimilis carunculorum quas ſuprà dicebamus mamillarum ſpeciem gerere. Habet autē inciſuras quemadmodum locuſtarum ouum: ſed hoc candidum eſt, illud rubrum. Huic quoque nullo meatu exitus eſt, ſed in membrana tenuis ſinu anguſto continetur.

C Æ S A R.

REDIT ad partes proprias vmbilicorum, ſed maiorum: comparat cum mammillarum carunculis: comparat cum ouo locuſtæ: ponit differentiam coloris, & alteram, quoniam meatu nullo exitum habet: declarat ſitum.

Cùm dixit μακρὸς πόρος: mox ſubdit τὸ μὲν λευκόν: planior eſſet oratio ſi eſſet ſecutus piſcinum genus. Nunc, niſi ſuprà declarâſſet locuſtæ ouum rubrum eſſe, ambigeremus vtrum eſſet album, vtrum rubrum.

Dixit ἔξοδον, ſanè: ſed poterat habere πόρον, ſine exitu: hoc etiam præciſit. Theodorus malè addidit, *poſtremum*.

Κοιλότητα ἔχον: imò ἔχοντι γε κοιλότης ſit κόλπος: in veſicula enim ſeruatur.

Theodori orationem non intelligas, *pratenui membrana cauo perductus anguſto*: quid eſt *perductus*? Idem *mammillantibus* μαστοειδέσι, ambitioſè: puto etiam *ſororiantibus* dixiſſet, aut *fratrantibus*, ſi veniſſet in mentem.

CLIV. ARISTOTELES.

Ἀπὸ δὲ τοῦ ἐντέρου κάτω παρατείνει μέλανα καὶ τραχέα συνεχῆ, οἷα καὶ ἐν ταῖς χελώναις, πλὴν ἧττον μέλανα.

Sub inteſtino quadam nigra aſpera continuo tractu porriguntur, quemadmodum in teſtudine, ſed minùs nigra.

C Æ S A R.

SAtis habebat ἧττον μέλανα. Neque priore loco ponere μέλανα. Nam ſi nunc nigra ſunt, nigra ſunt ſanè.

Theodorus variauit per *nigrantia*, & *minùs nigra*. At nigrantia eſt plus quàm nigra, vt etiam alia nigrefacere poſſint.

CLV. ARISTOTELES.

Ἔχουσι δὲ καὶ οἱ ἄλλοι κόχλοι ταῦτα τὰ λευκά, πλὴν ἐλάττω οἱ ἐλάττους.

Alij quoque vmbilici hæc habent, ſed candida, atque vt minores, minora.

C Æ S A R.

ITA enim legendum eſt πλὴν λευκά, καὶ ἐλάττω. Theodorus omiſit τὸ λευκά: quoniam iam dixerat eſſe nigra. Verùm in magnis vmbilicis ſubnigra, in paruis alba eſſe inuenies. Nam etiam mox legimus: ὥσπερ τὸ λευκὸν ἐν τοῖς κόχλοις.

CLVI. ARISTOTELES.

Τὰ δὲ μονόθυρα καὶ δίθυρα, πῇ μὲν ὁμοίως ἔχει τούτοις, πῇ δ', ἑτέρως.

Biſores autem & vniſores, partim his ſimiles ſunt, partim diſſimiles.

C Æ S A R.

DVo diuerſa genera mirum eſt eum coniungere, vt eum turbinatis comparet. Nam ſanè quas enumerabit partes, eas hæc non habent æquè.

CLVII. ARISTOTELES.

Κεφαλὴν μὲν γὰρ καὶ κεράτια, καὶ στόμα ἔχουσι, καὶ τὸ γλωττοειδές· ἀλλ᾽ ἐν μὲν τοῖς ἐλάττοσιν, διὰ μικρότητα αὐτῶν, ἄδηλα· τὰ δὲ, καὶ ἐν τεθνεῶσι, ἢ μὴ κινουμένοις, ἄδηλα.

Caput nanque & cornicula, & os habent, & id quod pro lingua gerunt: ſed quædam in minutioribus ob earum paruitatem, obſcura ſunt: quædam autem etiam in exanimatis, aut etiam quieſcentibus, manifeſta ſunt.

CAESAR.

NAM oſtreis quis vidit cornicula, & γλωττοειδές? Itaque non debuit coniungere. Theodorus pro εὔδηλα legit iterum ἄδηλα: ſed non animaduertit, τὰ μὲν, τὰ δὲ: ergo τὰ μὲν ἄδηλα: igitur τὰ δὲ εὔδηλα. Nam quædam partes in paruis etiam viuentibus etiam mouentibus non videntur. Quædam in magnis etiam exanimatis, etiam non mouentibus percipiuntur, adeò conſpicua ſunt. Itaque poſuit Philoſophus, τὰ, καὶ ἐν τεθνεῶσι.

CLVIII. ARISTOTELES.

Τὴν δὲ μήκωνα, πάντα ἔχει, ἀλλ᾽ οὐκ ἐν τῷ αὐτῷ οὐδὲ ἴσην, οὐδ᾽ ὁμοίως φανεράν· ἀλλ᾽ αἱ μὲν λεπάδες, κάτω ἐν τῷ βάθει· τὰ δὲ δίθυρα, ἐν τῷ γιγλυμώδει.

Papauer quoque omnibus ineſt, ſed neque eodem loco, neque eadem quantitate, neque eodem modo apparet: ſiquidem patellæ imo in fundo: bifores autem ad cauitatem proximam teſtarum commiſſuræ.

CAESAR.

COMMVNEM partem aſſignat: aſſignat etiam differentias, loci, quantitatis: & tertiam à quantitate: quoniam res exiguæ non apparent: declarat differentiam loci in patellis: & dixit κάτω: ratione earum, non noſtri: propterea quòd earum ima nobis ſuprema ſunt.

Γιγλυμώδει rara vox: γίγλυμος, & γίγγλυμος, apud Xenophontem in libro *De re equeſtri*, commiſſura eſt extantium rerum ad curuitatem cauitatémque aliquam, vt in brachiis & καμπαῖς. Ita hîc in teſtis. Eſt & apud Galenum τὸ γιγγλυμοειδές, in libro *de Oſſibus*.

CLIX. ARISTOTELES.

Καὶ τὰ τριχώδη πᾶσιν ὑπάρχει κύκλῳ τούτοις, ὥσπερ τοῖς κτεσί.

Capillamenta quoque habent omnia hæc, in orbem diſpoſita, vt pectines.

CAESAR.

NE dicas vt Theodorus *circundantur*: neque enim verum eſt: ſed κύκλῳ ſitum tantùm notat orbicularem, non autem ambitum.

CLX. ARISTOTELES.

Καὶ τὸ λεγόμενον ᾠὸν, τοῖς ἔχουσιν, ὅταν ἔχωσιν, ἐν τῷ κύκλῳ τῆς περιφερείας τῷ ἐπὶ θάτερα ἐστὶν ὥσπερ καὶ τὸ λευκὸν τοῖς κόχλοις. καὶ γὰρ ἐκείνοις τοῦτο ὅμοιον ὑπάρχει.

Quodq; ouum appellatur, id, ea quibus à natura datum eſt vt habeant, cùm habent, ad alterum lateris ſemicirculum iacet. Quemadmodum & alba caruncula vmbilicis: ſimile enim in his hoc eſt.

CAESAR.

CAESAR.

Nunc de ouo: addit *καλούμενον*, quoniam verè ouum non eſt: anxie admodum perſequitur *τοῖς ἔχουσιν ὅταν ἔχωσι*, quaſi dicas, ea quæ & cùm gerunt ouum ibi habent, &c.

Albugo, τὸ λευκὸν. Theodorus optimè: alluſit enim ad oui albuginem ſed meliùs ſubdidiſſet: *hanc enim illi ſimilem intelligimus*: quàm, *id enim illis iunctum*: videtur enim intelligere aliud quid ab albugine. At Ariſtoteles hoc in vmbilicis eſſe albuginem, quod ouum in aliis.

CLXI. ARISTOTELES.

Ἀλλὰ πάντα τὰ τοιαῦτα μόρια, ὥσπερ εἴρηται, ἐν μὲν τοῖς μεγάλοις δῆλά ἐστιν· ἐν δὲ τοῖς μικροῖς, ἢ οὐδὲν, ἢ μόλις. διὸ μάλιστα ἐν τοῖς μεγάλοις κτεσὶ φανερά ἐστιν. οὗτοι δ' εἰσὶν οἱ τὴν ἑτέραν θυρίδα πλατεῖαν ἔχοντες, οἷον ἐπίθεμα.

Cæterùm hæ partes omnes, quemadmodum dictum eſt, in maioribus manifeſtæ ſunt, in minoribus aut nulla, aut vix extant: quamobrem planiſſimè in magnis pectinibus percipiuntur. Hoc eorum genus eſt qui alteram è valuis planam habent quaſi cooperculum.

CAESAR.

Redit ad excuſationem: dixit, *ἢ οὐδὲν, ἢ μόλις*: pro eo quod eſt, *ἢ μηδαμῶς*. *πλατεῖαν non latam*, vt ait Theodorus. Nam etiam *τὰ κύρτα ἔχει τὸ πλάτυ*: ſed voluit intelligere planam: & facete dixit *ἐπίθεμα*; alluſit enim ad ollas & conchas domeſticæ ſuppellectilis, quæ planiore cooperculo teguntur.

CLXII. ARISTOTELES.

Ἡ δὲ τοῦ περιττώματος ἔξοδος, τοῖς μὲν ἄλλοις ἐν πλαγίῳ ἐστίν. ἔστι γὰρ πόρος ᾗ προΐεται ἔξω· ἡ γὰρ μήκων, ὥσπερ εἴρηται, περίττωμά ἐστιν ἅπασιν ἐν ὑμένι.

Excrementorum exitus, in aliis quidem ab latere eſt. Nam ei via data eſt ad egerendum: ſiquidem papauer excrementum quoddam eſt omnibus in membrana.

CÆSAR.

Longiſſimam periodum animaduerte: aſſumit enim verba per repetitionem longè infrà *τοῖς μὲν οὖν ἄλλοις*: & perſequetur alteram periodi partem. Hoc fecit more ſuo: ſed coactus dum neceſſe habuit oſtendere, & viam datam excrementis & exitum. Hoc quoque coactus fuit probare cùm dixit, papauer eſſe excrementum: ſubticuit minorem propoſitionem hanc, papaueri datus eſt exitus: ſed non concludit: niſi particulariter ſic: aliquod excrementum eſt papauer: ergo alicui excremento datus eſt exitus. Itaque non penitus probat, quod rebatur. Neque enim facies in ſecunda figura ex duabus affirmatiuis, vt ſæpe Galeno contigit.

Πόρος ᾗ προΐεται declarauit *τὸ ἔτυμον*.

CLXIII. ARISTOTELES.

Τὸ δὲ καλούμενον ᾠὸν, οὐκ ἔχει πόρον ἐν οὐδενὶ, ἀλλ' αὐτῆς τῆς σαρκὸς ἐπανοιδεῖ. ἔστι δὲ οὐκέτι ταὐτὸν περὶ ἔντερον· ἀλλὰ τὸ μὲν ᾠὸν, ἐν τοῖς δεξιοῖς, τὸ δ', ἐν τοῖς ἀριστεροῖς.

At quod ouum dicitur, in horum nullo ei datus tranſitus eſt: ſed à carne protuberat. Neque iam inteſtini pars eſt: ſed ouum ad dextram, illud ad ſiniſtram.

C Æ S A R.

VT diſtinguamus ouum à papauere : nanque ouum nullum habet exitum. Neque enim idem eſt cum inteſtino,ſed ad dextram inteſtini.

Ἐπανοιδεῖ *protuberat:* neque exitum habet , ſed ibi turget tanquam retentum.

Οὐκέτι ταυτὸν τῷ ἐντέρῳ: malè Theodorus,*nec eadem,qua inteſtinum, parte continetur:* imò ad inteſtinum continetur:ſed non eſt idem cum inteſtino,ſicut membrana papaueris.

Πόρος *tranſitus*, vt Boſphorus.

CLXIV. ARISTOTELES.

Τοῖς μὲν οὖν ἄλλοις τοιαύτη ἔξοδος τῆς περιττώσεως· τῇ δ' ἀγρίᾳ λεπάδι, ἣν τινες καλοῦσι θαλάττιον οὖς, ὑποκάτω τοῦ ὀστράκου ἡ περίττωσις ἐξέρχεται· τέτρηται γὰρ τὸ ὄστρακον.

CAeteris igitur huiuſmodi exitus excrementi eſt : at patellæ quam feram aliqui, alij auriculam maris nominant , ad fundum teſta foramen eſt ad excernendum.

C AE S A R.

HIc eſt finis periodi : appellat ἀγρίαν, quoniam minùs vulgaris eſt:rectè auriculam maris : nihil enim ſimilius humanæ auriculæ. Extera ſuperficies alba eſt, & quaſi cochleæ inchoatæ, qua caro hæret,noſtratis color carnis, læuiſſima ſuperficie , inæquali fluctuatione,quaſi in anfractum auriculæ:ſed exterior illa inchoata cochlea non reſpondet introrſum, neque enim nuclei intus in vertigine quicquam continet:ſed tota teſta eſt.

CLXV. ARISTOTELES.

Φανερὰ δὲ καὶ ἡ κοιλία μετὰ τὸ στόμα οὖσα ἐν ταύτῃ, καὶ τὰ ᾠοειδῆ. πάντα δὲ ταῦτα τίνα τρόπον τῇ θέσει ἔχει, ἐκ τῶν Ἀνατομῶν θεωρείσθω.

APparet in hac etiam venter poſt os , & partes, ouorum ſpecie, quorum omnium ſitum ex diſſectionibus perſpicere potes.

C AE S A R.

QVæ picturæ ad nos nullæ peruenêre,noſtra opera hîc ſunt aſcriptæ. * * *. *Deſunt.*

CLXVI. ARISTOTELES.

ΤΟ δὲ καλούμενον καρκίνιον, τρόπον τινὰ κοινόν ἐστι τῶν τε μαλακοστράκων, καὶ τῶν ὀστρακοδέρμων. αὐτὸ μὲν γὰρ, τὴν φύσιν ὅμοιον τοῖς καραβοειδέσι, καὶ γίνεται αὐτὸ καθ' ἑαυτό· τῷ δὲ εἰσδύεσθαι καὶ ζῆν ἐν ὀστράκῳ, ὅμοιον τοῖς ὀστρακοδέρμοις· ὥστε διὰ ταῦτα ἔοικεν ἐπαμφοτερίζειν.

QVem autem cancellum vocant, is communis & cruſtaceis & teſtaceis eſt.Nam ſi naturam ſpectes ſimilem locuſtarum generi inuenies : atque ipſe naſcitur nulli teſta iunctus. Cùm autem & ſubeat, & vitam agitet in teſta,hoc ſimilis eſt teſtaceis,quæ rationes ſunt vt ad vtrunque genus referri poſſit.

C AE S A R.

CV m duas naturas ſeparatas declarauit, nunc vnam vtriſque quodammodo communem narrat. Nam cancellum, ſi naturam ſpectes eius,inter cruſtacea numerabis, ſi victus rationem,intra teſtacea.Nam & cruſta tegitur,& in teſta habitat. Itaque dixit ἐπαμφοτερίζειν. Cùm enim interiora membra multa in vtriſque ſimillima ſint , vtorumque etiam quædam mouentur,vtraque in genere ſint ſanguine carentium , videbantur tegmine diſtincta in genera minora. Sed cancellus natura cognata tegitur cruſta,natura non cognatam habitat teſtam:quare vtriuſque genij particeps rectè exiſtimari poteſt.

Dixit φύσιν non *ſpeciem*, vt ait Theodorus , nam aranei ſpeciem præ ſe fert,& non dixit καράβοις, ſed καραβοειδέσι.

Dixit

Dixit γίνεται αὐτὸ καθ' ἑαυτόν: quoniam ὀστρακόδερμα cognatam habent teſtam, cui aut annexa ſunt, aut ſaltem cohærent: at is ab teſta ſeorſum καθ' αὑτόν.

Τῷ εἰσδύεσθαι, ſignificat non naſci in teſta ſed ingredi καὶ ζῆν: cùm extra natus ſit, illud genus ſequitur: cùm extra non viuit, alteri inſeritur.

Theodorus κοινὸν addidit *ſocius*: ſed non debuit apponere aduerbium *ferè*: nam ſanè verus ſocius: ſed Ariſtoteles ζῶόν τινα mitigat τὸ κοινόν: non vt ſit ſocius, ſed vt naturæ ſit particeps. Nam & ſocius eſt coruus ſuilli generis, quoniam vermiculos roſtro excitat. Etiam genus aquilæ minoris venatoris ſocius, ſequitur enim nos: at non eſt κοινὸς nobiſcum.

Τῷ εἰσδύεσθαι, *tectum petit* Theodorus malè: petere enim non eſt ſubire: quare coactus eſt hiantem orationem ſubtexere, *quam*, inquit, *ingreſſus vitam traducat*. Placeant hæ fimbriæ noſtris ampullatoribus: ſed ſint fori non philoſophi.

LXVII. ARISTOTELES.

Τὴν δὲ μορφήν, ὡς μὲν ἁπλῶς εἰπεῖν, ὅμοιόν ἐστι τοῖς ἀράχναις. πλὴν τὸ κάτω τῆς κεφαλῆς ἐκ τοῦ θώρακος, μεῖζον ἔχει ἐκείνου.

Faciem autem, vt ſimpliciter dicam, aranei gerit: niſi quòd tum capitis, tum pectoris inferiorem partem maiorem habet.

CAESAR.

Ecce quam ſuprà, cùm diceret φύσιν, non intelligeret faciem: ſed conſtitutionem & principia naturæ.

CLXVIII. ARISTOTELES.

Ἔχει δὲ κεράτια δύο λεπτὰ πυῤῥά, καὶ ὀφθαλμοὺς ὑποκάτω τούτων δύο μακρούς, οὐκ εἰσδυομένους, οὐδὲ καταπακλειομένους, ὥσπερ οἱ τῶν καρκίνων, ἀλλ' ὀρθούς.

Prætenduntur quoque cornicula duo tenuia ruffa: ſubſunt ijs oculi totidem oblongi ſurrecti, ingreſſu, egreſſúque nequaquam mobiles, perinde atque cancrorum.

CAESAR.

Ocvlorvm differunt immobilitate: ſed laxè nimis dixit καταπακλειομένους: neque enim cancrorum oculi occuluntur clauſione: ſemper enim apparent licet non extent. Nam quòd ſunt σκληρόφθαλμοι non eguêre cooperiente palpebra, aut membrana, ſuccedentéque in vices laborantium, vel conniuendo, vel etiam obtegendo dormientes, vel expaueſcentes: ſed ad euitandam offenſionem, contrahendi poteſtatem datam à natura conſtat. Itaque cancello qui munimento teſtæ quam habitaret, tutus eſſet, non opus fuit ea retractione; ſurrecti enim fuêre ad ſpeculam, vt cuſtodiret pinnam cui generi etiam deſtinatus eſſet. Nam cancellorum quatuor genera legimus in στρόμβοις, in στρομβώδη, vt nerite: in conchis ſquillicula: in pinnis, quod poſtremum genus nimis negligenter Ariſtoteles hîc omiſit, & in quinto poſuit: ſaltem nominâſſet: poteſt & addi quintum & vltimum genus gammarillorum in vmbilicis. Idem Philoſophus non explicauit an eſſent in latus ſaltem mobiles: ſed non videtur opus habuiſſe. Quoniam datus cuſtos pinnæ non multa habet quæ diſcernat præter ingredientes piſciculos. Tum leui vellicatione monet popularem ſuam teſtam tempus eſſe concludendi. Quod vt fecit, prædam partiuntur.

CLXIX. ARISTOTELES.

ὑποκάτω δὲ τούτων τὸ στόμα, καὶ περὶ αὐτὸ καθαπερεὶ τριχώδη ἄττα πλείω.

Sub his os cuius ora barbulis quibuſdam pluribus obducuntur.

CAESAR.

Τριχώδη *barbulas* potiùs quàm *capillamenta*: ea ſunt loco valuularum in cancris.

CLXX. ARISTOTELES.

Τούτων δ᾽ ἐχομένους δύο πόδας δικρόους, οἷς προσάγεται· καὶ ἄλλους ἐφ᾽ ἑκάτερα, δύο, καὶ τρίτον μικρόν.

HAs ſubſequitur ſitus pedum duorum furcatorum quibus cibum admouet. Tum aliorum vtrinque totidem: poſtrema tertij puſilli acceſsio eſt.

CAESAR.

Ἐχομένους *iunctos*, Theodorus, rectè. Et rectè addidit *ſub*: οἷς προσάγεται: ſic etiam ſuprà & paſſiua voce & nullo addito cibo.

Nota ἐφ᾽ ἑκάτερα δύο: quomodo igitur tertium poſtremum dicit ſingularem? ſcilicet ad latus cui hæret, tertius eſt poſt binos. Hoc quoque omiſit Ariſtoteles declarare vtri lateri hæreat tertius. Videtur autem dexter eſſe. Nam obliquo potiùs fertur motu: ab eo potiùs & motus initium, & gubernaculum: ſed nobis non fuit copia videndi.

CLXXI. ARISTOTELES.

Τὰ δὲ κάτω τοῦ θώρακος, μαλακὸν ἅπαν ἐστί· καὶ διαιρούμενον, ὠχρὸν ἔνδοθεν.

QVa pars pectori ſubditur, tota mollis eſt: intra quam mollis materia.

CAESAR.

SVo more διαιρούμενον *ſi aperiatur:* quin etiam ſi non aperiatur. Iccircò dixit ἔνδοθεν: inde ſpectatur: actio enim viſionis inde eſt in oculum. Theodorus autem διαιρούμενον *d: ſiecto* nimis forti verbo: molle enim eſt.

Dixit ὠχρὸν: neque quicquam addit quo quid eſſet intelligamus. Quoniam vt ſuprà dicebat partes in his nomine carent.

CLXXII. ARISTOTELES.

Ἀπὸ δὲ τοῦ στόματος πόρος εἷς ἄχρι τῆς κοιλίας.

ABore meatus ad ventrem vſque, vnus.

CAESAR.

NOluit dicere gulam.

CLXXIII. ARISTOTELES.

Τῆς δὲ περιττώσεως οὐ δῆλος ὁ πόρος.

AT excrementi via, nulla apparet.

CAESAR.

PRopter paruitatem ſcilicet: atque hoc à cæteris differunt. Neque dixit οὐδείς, ſed οὐ δῆλος. Neque rectè *foramen* Theodorus. Non enim ſolum foramen ſcrutatur, ſed viam quæ ad foramen tendat. Habet foramen teſta patella: quam diximus auriculam marinam: ſed meatum in corpore. Itaque τετρύπηται illam dicit. In corpore autem πόρον vocat rectè.

CLXXIV. ARISTOTELES.

Οἱ δὲ πόδες καὶ ὁ θώραξ, σκληροὶ μὲν, ἧττον δὲ ἢ τῶν καρκίνων.

PEdes autem & pectus durum, ſed minùs quàm cancris.

CAESAR.

C AE S A R.

MAgnitudinis modum modus duritatis ſecutus eſt. Hoc poſuit quoniam molliciam iam deſcripſerat: nequis etiam cætera putaret talia.

CLXXV. ARISTOTELES.

Πρόσφυσιν δ' οὐκ ἔχει πρὸς τὰ ὄστρακα, ὥσπερ αἱ πορφύραι καὶ οἱ κήρυκες, ἀλλ' εὐαπόλυτόν ἐστι.

CVm ipſa teſta neque connatus eſt, neque hæret ei, quemadmodum purpuræ & buccini. Sed facilè amouetur.

C AE S A R.

TRIA genera animalium in conchis ſunt: primum, connexum ſuis teſtis vel firmiſſimis ligamentis. Alterum in teſta quidem eſt, ſed ei connexum non eſt. Hæc duo genera connata ſunt cum teſta. Tertium eſt cancellorum, qui in teſta ſunt, ſed vt ſeorſum geniti, ita qui exire poſſint: prodire enim eos par eſt, ſaltem ad excrementa deijcienda. Sed & hîc ait eos Ariſtoteles egredi tempeſtatibus in cautium caua tanquam in portum.

εὐαπόλυτον laxè nimis: neque enim vinctus eſt vt oſtreæ, neque obductus vt purpuræ. Sed εὐαποσπάστον, εὐαπομετάβλητον. Theodorus paraphraſtæ officio, more ſuo, vtitur, non interpretis: addidit enim *liberq́ue vagatur.*

CLXXVI. ARISTOTELES.

Περιμηκέστερα δέ ἐστι τὰ ἐν τοῖς στρόμβοις τῶν ἐν ταῖς νηρίταις.

OBlongiores ſunt qui in turbinaceis degunt, & qui in neritis.

C AE S A R.

QVASI properans omiſit generum diſtinctionem, & affectionem tantùm proceritatis aſſignauit: pari feſtinatione cùm neritam nondum inter conchas nominauit.

Νηρίτην, *naticem* Theodorus Suidam ſecutus qui à nando deducit, interpretatus eſt: quoniam vellificat nando, cubátque cum hoſpite cancello tranquillis diebus, quod eſt primum genus officiorum: alterum cùm in tempeſtate eſt ibi ne iactetur atque allidatur ſaxis acclinato tecto adhæret ſaxis. Itaque cancellus in proximas cautium latebras recipitur. Tertium cùm inde ſoluta, patellarum more, procedit reptando: quartum cùm vellificat inuerſa concha. Itaque non à nando videtur Suidas deduxiſſe, ſed ab vrinando. Quin ibidem notauit è Lycophrone νηρὸν receſſum quendam cauum atque humidum dici. Quid, quod omiſit τὸ ῥεῖν quod verbum in ea voce eſt, atque τὸ νεῖν? Nam Nereus à nando & fluendo liquor maris dictus eſt. Eſt νηρὸν apud Athenæum in ſecundo: μετ' ὀξυμέλιτος νηροῦ καὶ ὄξους: nondum percepi an mendum ſit: à Nereo ductam νηρίτην negat Suidas, quoniam abſit diphtongus. Sed non animaduertit mediam ea de cauſſa produci quoniam coaluerit. Itaque ſcribitur in plurali νηρῖται cum circunflexo.

CLXXVII. ARISTOTELES.

Ἕτερον δὲ γένος ἐστὶ τὸ τῶν νηρίτων, τὰ μὲν ἄλλα παραπλήσιον· τῶν δὲ δικρόων ποδῶν, τὸν μὲν δεξιὸν, ἔχει μικρὸν, τὸν δ' ἀριστερὸν μέγαν, καὶ ποιεῖται τὴν βάδισιν μᾶλλον ἐπὶ τούτῳ.

DIuerſum enim genus eſt eius qui cum Nerite agitat: Furcatum enim pedem dextrum habet puſillum, ſiniſtrum grandem, quo etiam frequentiùs vtitur ad ingreſſum. Cætera aliorum ſimilis eſt.

CXLV. ARISTOTELES.

Οὐ πολὺ δὲ διαφέρει οὐδὲ τὰ μονόθυρα καὶ δίθυρα.

Biſores quoque & vniſores haud multùm inter ſe diuerſæ ſunt.

CAESAR.

Qvoniam dixerat μάλιστα τῶν στρομβωδῶν, vt illa minimum inter ſe diſcrepent, mox hæc.

CXLVI. ARISTOTELES.

Τὰ συγκλειστὰ δὲ, διαφορὰν ἔχει πρὸς ἄλληλα μὲν μικρὰν, πρὸς δὲ τὰ ἀκίνητα πλείω. τοῦτο δ' ἔσαι φανερὸν ἐκ τῶν ὕστερον μᾶλλον.

Quæ concludere ſeſe poſſunt parùm inter ſe diſcrepant: ſed plus differunt ab iis quæ non mouentur. Id quod poſt hac planius fiet.

CAESAR.

Qvæ concluduntur τὰ συγκλειστὰ, intelligit τὰ δίθυρα: τὰ ἀκίνητα, verò quid intelligat? nam ipſa quoque ἀκίνητα, ſunt: ſic igitur accipiendum, ἀκίνητα non eſſe συγκλειστὰ: niſi ſecundùm loci totius mutationem. Nanque τὸ συγκλείζειν motum ſignificat: τὰ ἀκίνητα, ea hîc dicit quæ hærent, vt patellæ: item tethya, quæ ſunt ἀκίνητα, quoniam ſunt ita ſemper natura concluſa: ſed tolle hinc digitos. Nam eorum natura longe eſt à conchis aliis diſſimilis.

Theodorus omnia confundit ſic. *Nec verò multum vniualue, ac biualue genus concluſile ſibi diſſident*: nam quis dicat vniualue eſſe concluſile?

Quod differt & pollicetur planius facturum, eſt, & in hoc libro, & in quinto, & in octauo.

CXLVII. ARISTOTELES.

Ἡ δὲ φύσις τῶν στρομβωδῶν ἁπάντων, ὁμοίως ἔχει· διαφέρει δ', ὥσπερ εἴρηται, καθ' ὑπεροχήν. τὰ μὲν γὰρ μείζω μέρη, καὶ ἐνδηλότερα ἔχει αὐτῶν· τὰ δ' ἐλάττω, τοὐναντίον. ἔτι δὲ σκληρότητι, καὶ μαλακότητι, καὶ τοῖς ἄλλοις τοῖς τοιούτοις πάθεσιν. ἔχει μὲν πάντα, τὴν μὲν ἐξωτάτω τοῦ ὀστράκου ἐν τῷ στόματι σάρκα στιφρὰν, τὰ μὲν μᾶλλον, τὰ δὲ ἧττον. ἐκ μέσου δὲ τούτου ἡ κεφαλὴ, καὶ κεράτια δύο. ταῦτα δὲ, ἐν μὲν τοῖς μείζοσι, μεγάλα· ἐν δὲ τοῖς ἐλάττοσι, πάμπαν μικρά ἐστιν. ἡ δὲ κεφαλὴ ἐξέρχεται πᾶσι τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ ὅταν φοβηθῇ, συστέλλεται πάλιν εἰς τὸ ἐντός.

Igitur natura turbinatis omnibus eadem erat, niſi alterum ab altero aliquo modo excederetur: quædam enim quæ maiora ſunt ſuas quoque partes conſpectiores habent: minora autem minùs: ſic etiam duriora & molliora & eiuſmodi alia alÿ. Nam quæ caro ſumma à teſta oſtio exerta eſt, eam quædam firmiorem, quædam ſolutiorem habent. Ex eius medio caput eſt, & cornicula bina: in maioribus proceriora, in minoribus minima: eximendi capitis eadem omnium ratio, & perterrefactis contrahendi.

CAESAR.

Qvod dixerat explicat. Hiſtoria fuſa & iucunda: neque egens interpretationis. Sed obſeruandi Atticiſmi & Metaplaſmi: ὁμοίως ἔχει. ὅμοια enim plebeium eſſet: τὰ μὲν γὰρ μείζω μέρη καὶ ἐνδηλότερα ἔχει αὐτῶν, τὰ δ' ἐλάττω τοὐναντίον: ſic τὰ μὲν αὐτῶν ἔχει μέρη μείζω: & iccircò ἐνδηλότερα τὰ δ' ἐλάττω: deeſt καὶ: καὶ τοὐναντίον: ſic eſt ſi dicas μείζω τὰ μέρη: verùm mox comparat maiora στρομβώδη cum minoribus: eáque dicit maiores partes habere. Itaque hîc τὰ μείζω: malim eſſε ζῶα: ſic τὰ μὲν αὐτῶν μείζω, ἔχει μέρη καὶ ἐνδηλότερα· τὰ δ' ἐλάττω τοὐναντίον: ſicut mox de corniculis minorum:

norum : neque egeas eius coniunctionis, &. Theodorus leuiſſimè pertranſit.

Ἔτι δὲ σκληρότητι ſcilicet διαφέρει : mutauit caſum : ſuprà καθ' ὑπεροχήν.

Ἐξωτάτω *ſummam carnem*, ἐν τῷ σώματι τοῦ ὀστράκου ſcilicet.

Πάμπαν μικρὰ *minima* : quæ omnem expleant paruitatem : πάμπαν Theodorus non expreſſit.

Εἰς τὸ ἐντός. non dixit ἔσω ne ſimpliciter intelligeres intra teſtam, ſed intra ſe.

στιφρὸν, *toroſam* Theodorus malè: nam non æqualem non toroſam habent. Nam toroſus eſt funis nouus, item reſtis: & lacerti virorum fortium, toroſi ſunt: eſt toroſum pectus equi bellatoris: item eiuſdem armi. Ouidius 11. *Metamorphoſeon* de Tauro, *colla toris extant*. quæ caro in imo calice eſt ea eſt toroſa inæqualis, & ſolutior tamen ac laxior multis in partibus.

Ἐξέρχεται ἡ κεφαλή : potes dicere *euaginatur*: ac ſanè ita exit quaſi è vagina; *exinnatur* quoque non malè: nanque cùm retrahunt, ac recondunt caput, in ſinum recipiunt.

Theodorus *caput in medio iungitur*, malè : neque enim iunctum eſt: ſed continuatur ac penè vniforme.

CXLVIII. ARISTOTELES.

Ἔχει δὲ στόμα καὶ ὀδόντας ἔνια, οἷον ὁ κοχλίας, ὀξεῖς, καὶ μικροὺς καὶ λεπτούς.

Habent quædam os & dentes: vt limax acutos, minutos tenues.

CAESAR.

Partes capitis nunc : meliùs dixiſſet: στόμα ἅπαντα, καὶ ὀδόντας ἔνια : nullum enim ore caret turbinatorum: niſi volunt negare ea quæ proboſcidem habent, habere os: muſcæ os, illud ſuũ eſt.

Ὀδόντας ἔχει ἔνια : animaduertunt enim dentium veſtigia in foliis minutiſſimè arroſis : μικροὶ minuti hîc ſignatiùs quàm breues,

CXLIX. ARISTOTELES.

Ἔχουσι δὲ καὶ προβοσκίδας, ὥσπερ καὶ αἱ μυῖαι. τοῦτο δ' ἐστὶ γλωττοειδές. ἔχουσι δὲ καὶ οἱ κήρυκες τοῦτο καὶ αἱ πορφύραι στιφρὸν, καὶ ὥσπερ οἱ μύωπες καὶ οἱ οἶστροι, τὰ δέρματα διατρυπῶσι τῶν τετραπόδων, ὅτι πλεῖον ἰσχὺν τοῦτ' ἐστὶ σφοδρότατον· τῶν γὰρ δελεάτων τὰ ὄστρακα διατρυπῶσι.

Quadam etiam muſcarum more habent proboſcidem linguæ ſpecie. Hac dura eſt buccinis & purpuris. Nam quemadmodum tabani & aſilus tergora quadrupedum pertundunt, ita his tanta eſt duritia, vt eſcarum teſtas perforent.

CAESAR.

DISTINGVIT proboſcidem ab oris ratione : ponit exemplum : ponit differentiam. Nam cùm muſcæ exemplum dixiſſet, addidit differentiam : linguæ ſcilicet ſpeciem: ponit duritiam. Comparat aculeum aſili ad coria animalium, cum aculeo purpuræ ad concharum teſtas.

Theodorus adhuc ineptiùs *aculeum toroſum* dixit.

Aſilus οἶστρος. Ligures Taurini etiam nunc, *azil*: veſpæ ſimilis ſed compactior. Tabanus autem nigrior: crabro nigrior aſilo : *feſſaillones* dicuntur ab Aquitanis.

Τῶν δελεάτων τὰ ὄστρακα. Non potuit breuius : id eſt, τῶν κόγχων τὰ ὄστρακα ὡς τὰ δελέατα, ad veſcendum.

CL. ARISTOTELES.

Τοῦ δὲ στόματος ἔχεται εὐθὺς καὶ ἡ κοιλία. ὁμοία δ' ἐστὶν ἡ κοιλία προλόβῳ ὄρνιθος, ὁμοία οὖσα τῶν κόχλων.

Subeſt ori ſtatim venter ſimilis auium ingluuiei, qualis eſt etiam vmbilicis.

CAESAR.

C AE S A R.

THeodorus miſerè nimis, πρόλοβον guttur.

CLI. ARISTOTELES.

Κάτω δ' ἔχει δύο λευκὰ στιφρὰ, ὅμοια μαστοῖς, οἷα ἐγγίνεται καὶ ἐν ταῖς σηπίαις· πλὴν στιφρὰ ταῦτα μᾶλλον. ἀπὸ δὲ τῆς κοιλίας, στόμαχος διπλοῦς μακρὸς μέχρι τῆς μήκωνος, ἥ ἐστιν ἐν τῷ πυθμένι. ταῦτα μὲν οὖν ἐστὶ δῆλα, καὶ ἐπὶ τῆς πορφύρας, καὶ τῆς κηρύκων ἰδεῖν ἐν τῇ ἕλικι τοῦ ὀστράκου.

INfra duo candida quædam firma ſpecie mammillari, qualia in ſepiis inueniuntur: ſed hæc ſolidiora. A ventre gula duplex longa ad papauer vſque, quod papauer in fundo eſt. Quæ omnia perſpici poſſunt in ſinu verticoſo teſtarum, tam purpurarum, quàm buccinorum.

C AE S A R.

OBSERVATO naturam: vt gula ſub ventre ſit: quare non dixit Ariſtoteles gulam illam ſuperiorem latiorem eſſe ventre. Quare non appellauit, vt fecit, ingluuiem illam: & quod appellat gulam, vocauit ventrem duplicem, atque inde inteſtinum. Nam vt elephantorum ventrem quadruplicem pinxit nobis.

CLII. ARISTOTELES.

Τοῦ δὲ στομάχου τὸ ἐχόμενόν ἐστιν ἔντερον· συνεχὲς δὲ ὅτι στόμαχος καὶ τὸ ἔντερον, καὶ ἅπαν ἁπλοῦν μέχρι τῆς ἐξόδου. ἡ δ' ἀρχὴ τοῦ ἐντέρου περὶ τὴν ἕλικα τῆς μήκωνος, καὶ ταύτῃ ἐστὶν εὐρύτερον. ἔστι γὰρ ἡ μήκων οἷον εἰ [κοιλίας] περίττωμα πᾶσι τοῖς ὀστρακοδέρμοις τὸ πολὺ αὐτῆς. εἶτα ἐπικάμψαν, ἄνω φέρεται πάλιν πρὸς τὸ σαρκῶδες. καὶ ἡ τελευτὴ τοῦ ἐντέρου, περὶ τὴν κεφαλήν ἐστιν, ᾗ ἀφίησι τὸ περίττωμα πᾶσιν ὁμοίως καὶ τοῖς στρομβώδεσι καὶ τοῖς χερσαίοις καὶ τοῖς θαλαττίοις.

QVod gula iungitur inteſtinum eſt, à qua continuo tractu fertur totum ſimplex vſque ad exitum, incipiens ab verticoſo ſinu quo papauer continetur, atque inde laxior. Eſt autem papaueris magna pars quaſi excrementum in omnibus oſtraceis. Inde inteſtinum reciprocans rurſum aſcendit ad carnoſas partes, atque circiter caput terminatur, qua emittitur excrementum omnibus turbinatis tàm terrenis quàm maritimis.

C AE S A R.

DECLARATVR inteſtini ſitus tractus, ſimplicitas, ad differentiam gulæ, quæ erat duplex: origo, laxitas, papaueris ſubſtantia, exitus inteſtini, officium: amplitudo omnium rerum harum communicata tum terrenis, tum maritimis.

Nota ἐχόμενον & συνεχὲς idem: ſed ἐχόμενον conſequentium etiam dicit, συνεχὲς, autem non.

Dixit ἅπαν pro ὅλον, vt Horatius *nec modica cœnare times olus omne patella.* Nota locutionem, ἔστι γὰρ ἡ μήκων οἷον περίττωμα πᾶσι τοῖς ὀστρακηροῖς τὸ πολὺ αὐτῆς. Τὸ πολὺ αὐτῆς ἡ μήκων.

Ἀνακάμψας, *reflectens: replicans*, Theodorus optimè: ſed tamen replicatus eſt non replicans: ferri tamen poteſt.

Περὶ τὴν κεφαλὴν dixit, ſicuti περὶ τῆς μήκωνα, dixerat.

Ἧ ἀφίησι τὸ περίττωμα πᾶσιν. ὁμοίως, *inteſtinum amittit excrementa omnibus: in omnibus*, alius dixiſſet, aut παύει ἀφιᾶσι: ſed vim expultricem indicauit doctioribus. Theodorus id hebetiore aure animaduertit.

CLIII. ARISTOTELES.

Παρύφαιται δ' ὑπὸ τῆς κοιλίας τῷ στομάχῳ ἐν τοῖς μεγάλοις κόχλοις συνεχόμενος ὑμὴν, ᾧ μακρὸς πόρος καὶ λευκὸς, ὅμοιος τὴν χρόαν τοῖς ἄνω μαστοειδέσιν. ἔχει δ' ἐντομὰς, ὥσπερ τὸ ἐν τῷ καράβῳ ᾠόν· πλὴν τῇ χρόᾳ τὸ μὲν, λευκόν, ἐκεῖνο δὲ, ἐρυθρόν. ἔχει δ' οὐδεμίαν ἔξοδον τοῦτο, οὐδὲ πόρον, ἀλλ' ἐν ὑμένι ἐστὶ λεπτῷ, κοιλότητα ἔχον ἐν αὐτῷ στενήν.

IN maioribus vmbilicis ſub ventre ad ſtomachum contexta eſt membrana à qua meatus longus & albus, colore, ſimilis carunculatum quas ſuprà dicebamus mamillarum ſpeciem gerere. Habet autē inciſuras quemadmodum locuſtarum ouum: ſed hoc candidum eſt, illud rubrum. Huic quoque nullo meatu exitus eſt, ſed in membrana tenuis ſinu anguſto continetur.

C AE S A R.

CAESAR.

REDIT ad partes proprias vmbilicorum, ſed maiorum: comparat cum mammillarum carunculis: comparat cum ouo locuſtæ: ponit differentiam coloris, & alteram, quoniam meatu nullo exitum habet: declarat ſitum.

Cùm dixit *μακρὸς πόρος*: mox ſubdit *τὸ μὲν λευκὸν*: planior eſſet oratio ſi eſſet ſecutus piſcinum genus. Nunc, niſi ſuprà declaráſſet locuſtæ ouum rubrum eſſe, ambigeremus vtrum eſſet album, vtrum rubrum.

Dixit *ἔξοδον*, ſanè: ſed poterat habere *πόρον*, ſine exitu: hoc etiam præciſit. Theodorus malè addidit, *poſtremum*.

Κοιλότητα ἔχον: imò *ἔχοντα*, vt *κοιλότης* ſit *κόλπος*: in veſicula enim ſeruatur.

Theodori orationem non intelligas, *prætenui membrana cauo perductus anguſto*: quid eſt *perductus*? Idem *mammillantibus μαστοειδέσι*, ambitioſè: puto etiam *ſororiantibus* dixiſſet, aut *fratrantibus*, ſi veniſſet in mentem.

CLIV. ARISTOTELES.

Ἀπὸ δὲ τοῦ ἐντέρου κάτω παρατείνει μέλανα καὶ τραχέα συνεχῆ, οἷα καὶ ἐν ταῖς χελώναις, πλὴν ἧττον μέλανα.

Sub inteſtino quædam nigra aſpera continuo tractu porriguntur, quemadmodum in teſtudine, ſed minùs nigra.

CAESAR.

SAtis habebat *ἧττον μέλανα*. Neque priore loco ponere *μέλανα*. Nam ſi nunc nigra ſunt, nigra ſunt ſanè.

Theodorus variauit per *nigrantia*, & *minùs nigra*. At nigrantia eſt plus quàm nigra, vt etiam alia nigrefacere poſſint.

CLV. ARISTOTELES.

Ἔχουσι δὲ καὶ οἱ ἄλλοι κόχλοι ταῦτα τὰ λευκά, πλὴν ἐλάττω οἱ ἐλάττους.

Alij quoque vmbilici hæc habent, ſed candida, atque vt minores, minora.

CAESAR.

ITA enim legendum eſt *πλὴν λευκά, καὶ ἐλάττω*. Theodorus omiſit *τὸ λευκά*: quoniam iam dixerat eſſe nigra. Verùm in magnis vmbilicis ſubnigra, in paruis alba eſſe inuenies. Nam etiam mox legimus: *ὥσπερ τὸ λευκὸν ἐν τοῖς κόχλοις*.

CLVI. ARISTOTELES.

Τὰ δὲ μονόθυρα καὶ δίθυρα, πῇ μὲν, ὁμοίως ἔχει τούτοις· πῇ δὲ, ἑτέρως.

Biſores autem & viniſores, partim his ſimiles ſunt, partim diſſimiles.

CÆSAR.

DVo diuerſa genera mirum eſt eum coniungere, vt eum turbinatis comparet. Nam ſanè quas enumerabit partes, eas hæc non habent æquè.

CLVII. ARISTOTELES.

Κεφαλὴν μὲν γὰρ καὶ κεράτια, καὶ στόμα ἔχουσι, καὶ τὸ γλωττοειδές· ἀλλ' ἐν μὲν τοῖς ἐλάττοσι, διὰ μικρότητα αὐτῶν, ἄδηλα· τὰ δὲ, καὶ ἐν τεθνεῶσι, ἢ μὴ κινουμένοις, δῆλα.

Caput nanque & cornicula, & os habent, & id quod pro lingua gerunt: ſed quædam in minutioribus ob earum paruitatem, obſcura ſunt: quædam autem etiam in exanimatis, aut etiam quieſcentibus, manifeſta ſunt.

CAESAR.

NAM oſtreis quis vidit cornicula, & γλωττοειδές? Itaque non debuit coniungere. Theodorus pro ἔνδηλα legit iterum ἄδηλα: ſed non animaduertit, τὰ μὲν, τὰ δὲ: ergo τὰ μὲν ἄδηλα: igitur τὰ δὲ ἔνδηλα. Nam quædam partes in paruis etiam viuentibus etiam mouentibus non videntur. Quædam in magnis etiam exanimatis, etiam non mouentibus percipiuntur, adeò conſpicua ſunt. Itaque poſuit Philoſophus, τὸ, καὶ ἐν τεθνεῶσι.

CLVIII. ARISTOTELES.

Τὴν δὲ μήκωνα, πάντα ἔχει, ἀλλ' οὐκ ἐν τῷ αὐτῷ οὐδὲ ἴσην, οὐδ' ὁμοίως φανεράν· ἀλλ' αἱ μὲν λεπάδες, κάτω ἐν τῷ βάθει· τὰ δὲ δίθυρα, ἐν τῷ γιγλυμώδει.

Papauer quoque omnibus ineſt, ſed neque eodem loco, neque eadem quantitate, neque eodem modo apparet: ſiquidem patellæ imo in fundo: biſores autem ad cauitatem proximam teſtarum commiſſura.

CAESAR.

COMMVNEM partem aſſignat: aſſignat etiam differentias, loci, quantitatis: & tertiam à quantitate: quoniam res exiguæ non apparent: declarat differentiam loci in patellis: & dixit κάτω: ratione earum, non noſtri: propterea quòd earum ima nobis ſuprema ſunt.

Γιγλυμώδει rara vox: γίγλυμος, & γίγγλυμος, apud Xenophontem in libro *De re equeſtri*, commiſſura eſt extantium rerum ad curuitatem cauitatémque aliquam, vt in brachiis & καμπαῖς. Ita hîc in teſtis. Eſt & apud Galenum τὸ γιγγλυμοειδές, in libro *de Oſſibus*.

CLIX. ARISTOTELES.

Καὶ τὰ τριχώδη πᾶσιν ὑπάρχει κύκλῳ τὰ δὲ, ὥσπερ οἱ κτενές.

Capillamenta quoque habent omnia hæc, in orbem diſpoſita, vt pectines.

CAESAR.

NE dicas vt Theodorus *circundantur*: neque enim verum eſt: ſed κύκλῳ ſitum tantùm notat orbicularem, non autem ambitum.

CLX. ARISTOTELES.

Καὶ τὸ λεγόμενον ᾠὸν, τοῖς ἔχουσιν, ὅταν ἔχωσιν, ἐν τῷ κύκλῳ τῆς περιφερείας τῷ ἐπὶ θάτερα ἐστὶ ἡμικύκλιον καὶ τὸ λευκὸν τοῖς κόχλοις. καὶ γὰρ ἐκείνοις τοῦτο ὅμοιον ὑπάρχει.

Quodq́ ouum appellatur, id, ea quibus à natura datum eſt vt habeant, cùm habent, ad alterum lateris ſemicirculum iacet. Quemadmodum & albæ caruncula vmbilicis: ſimile enim in his hoc eſt.

C AE S A R.

NVNC de ouo: addit καλούμενον, quoniam verè ouum non eſt: anxie admodum perſequitur τοῖς ἔχουσιν ὅταν ἔχωσι, quaſi dicas, ea quæ & cùm gerunt ouum ibi habent, &c.

Albugo, τὸ λευκὸν Theodorus optimè: alluſit enim ad oui albuginem ſed meliùs ſubdidiſſet: *hanc enim illi ſimilem intelligimus*: quàm, *id enim illis iunctum*: videtur enim intelligere aliud quid ab albugine. At Ariſtoteles hoc in vmbilicis eſſe albuginem, quod ouum in aliis.

CLXI. ARISTOTELES.

Ἀλλὰ πάντα τὰ τοιαῦτα μόρια, ὥσπερ εἴρηται, ἐν μὲν τοῖς μεγάλοις δῆλά ἐστιν· ἐν δὲ τοῖς μικροῖς, ἢ οὐθὲν, ἢ μόλις. διὸ μάλιστα ἐν τοῖς μεγάλοις κτεσὶ φανερά ἐστιν. οὗτοι δ᾽ εἰσὶν οἱ τὴν ἑτέραν θυρίδα πλατεῖαν ἔχοντες, οἷον ἐπίθημα.

Cæterùm hæ partes omnes, quemadmodum dictum eſt, in maioribus manifeſtæ ſunt, in minoribus aut nulla, aut vix extant: quamobrem planiſſimè in magnis pectinibus percipiuntur. Hoc eorum genus eſt qui alteram è valuis planam habent quaſi cooperculum.

C AE S A R.

REDIT ad excuſationem: dixit, ἢ οὐθὲν, ἢ μόλις: pro eo quod eſt, ἢ μηδαμῶς. πλατεῖαν *non latam*, vt ait Theodorus. Nam etiam τὰ κύρτα ἔχει τὸ πλατύ: ſed voluit intelligere planam: & facete dixit ἐπίθημα; alluſit enim ad ollas & conchas domeſticæ ſuppellectilis, quæ planiore cooperculo teguntur.

CLXII. ARISTOTELES.

Ἡ δὲ τῶν περιττωμάτων ἔξοδος, τοῖς μὲν ἄλλοις, ἐκ πλαγίου ἐστίν. ἔστι γὰρ πόρος ᾗ πορεύεται ἔξω· ἡ γὰρ μήκων, ὥσπερ εἴρηται, περίττωμά ἐστιν ἅπασιν ἐν ὑμένι.

Excrementorum exitus, in aliis quidem ab latere eſt. Nam ei via data eſt ad egerendum: ſiquidem papauer excrementum quoddam eſt omnibus in membrana.

C Æ S A R.

LONGISSIMAM periodum animaduerte: aſſumit enim verba per repetitionem longè infrà τοῖς μὲν οὖν ἄλλοις: & perſequetur alteram periodi partem. Hoc fecit more ſuo: ſed coactus dum neceſſe habuit oſtendere, & viam datam excrementis & exitum. Hoc quoque coactus fuit probare cùm dixit, papauer eſſe excrementum: ſubiicuit minorem propoſitionem hanc, papaueri datus eſt exitus: ſed non concludit: niſi particulariter fie: aliquod excrementum eſt papauer: ergo alicui excremento datus eſt exitus. Itaque non penitus probat, quod rebatur. Neque enim facies in ſecunda figura ex duabus affirmatiuis, vt ſæpe Galeno contigit.

Πόρος ᾗ πορεύεται declarauit τὸ ἔτυμον.

CLXIII. ARISTOTELES.

Τὸ δὲ καλούμενον ᾠὸν, οὐκ ἔχει πόρον ἐν οὐδενί, ἀλλ᾽ αὐτῆς τῆς σαρκὸς ἐπανοιδεῖ. ἔστι δὲ οὐκέτι ταὐτὸν τῷ ἐντέρῳ· ἀλλὰ τὸ μὲν ᾠὸν, ἐν τοῖς δεξιοῖς, τὸ δ᾽, ἐν τοῖς ἀριστεροῖς.

At quod ouum dicitur, in horum nullo ei datus tranſitus eſt: ſed à carne protuberat. Neque iam inteſtini pars eſt: ſed ouum ad dextram, illud ad ſiniſtram.

C Æ S A R.

VT diſtinguamus ouum à papauere: nanque ouum nullum habet exitum. Neque enim idem eſt cum inteſtino, ſed ad dextram inteſtini.

Ἐπανοιδεῖ protuberat: neque exitum habet, ſed ibi turget tanquam retentum.

Οὐκέτι ταὐτὸν τῷ ἐντέρῳ malè Theodorus, *nec eadem, qua inteſtinum, parte continetur:* imò ad inteſtinum continetur: ſed non eſt idem cum inteſtino, ſicut membrana papaueris.

Πόρος tranſitus, vt Boſphorus.

CLXIV. ARISTOTELES.

Τοῖς μὲν οὖν ἄλλοις τοιαύτη ἔξοδος τῆς περιττώσεως· τῇ δ᾽ ἀγρίᾳ λεπάδι, ἣν τινες καλοῦσι θαλάττιον οὖς, ὑποκάτω τοῦ ὀστράκου ἡ περίττωσις ἐξέρχεται· τέτρηται γὰρ τὸ ὄστρακον.

CAeteris igitur huiuſmodi exitus excrementi eſt: at patella quam feram aliqui, alij auriculam maris nominant, ad fundum teſta foramen eſt ad excernendum.

C AE S A R.

HIc eſt finis periodi: appellat *ἀγρίαν*, quoniam minùs vulgaris eſt: rectè auriculam maris: nihil enim ſimilius humanæ auriculæ. Extera ſuperficies alba eſt, & quaſi cochleæ inchoatæ, qua caro hæret, noſtratis color carnis, læuiſſima ſuperficie, inæquali fluctuatione, quaſi in anfractum auriculæ: ſed exterior illa inchoata cochlea non reſpondet introrſum, neque enim nuclei intus in vertigine quicquam continet: ſed tota teſta eſt.

CLXV. ARISTOTELES.

Φανερὰ δὲ καὶ ἡ κοιλία μετὰ τὸ στόμα οὖσα ἐν ταύτῃ, καὶ τὰ ᾠοειδῆ. πάντα δὲ ταῦτα τίνα τρόπον τὴν θέσιν ἔχει, ἐκ τῶν Ἀνατομῶν θεωρείσθω.

APparet in hac etiam venter poſt os, & partes, ouorum ſpecie, quorum omnium ſitum ex diſſectionibus perſpicere potes.

C AE S A R.

QVæ picturæ ad nos nullæ peruenêre, noſtra opera hîc ſunt aſcriptæ. * * *. *Deſunt.*

CLXVI. ARISTOTELES.

Τὸ δὲ καλούμενον καρκίνιον, τρόπον τινὰ κοινόν ἐστι τῶν τε μαλακοστράκων, καὶ τῶν ὀστρακοδέρμων. αὐτὸ μὲν γὰρ, τὴν φύσιν ὅμοιον τοῖς καραβοειδέσι, καὶ γίνεται αὐτὸ καθ᾽ ἑαυτό· τῷ δὲ εἰσδύεσθαι καὶ ζῆν ἐν ὀστράκῳ, ὅμοιον τοῖς ὀστρακοδέρμοις· ὥστε διὰ ταῦτα ἔοικεν ἐπαμφοτερίζειν.

QVem autem cancellum vocant, is communis & cruſtaceis & teſtaceis eſt. Nam ſi naturam ſpectes ſimilem locuſtarum generi inuenies: atque ipſe naſcitur nulli teſtæ iunctus. Cùm autem & ſubeat, & vitam agitet in teſta, hoc ſimilis eſt teſtaceis, quæ rationes ſunt vt ad vtrunque genus referri poſſit.

C AE S A R.

CVM duas naturas ſeparatas declarauit, nunc vnam vtriſque quodammodo communem narrat. Nam cancellum, ſi naturam ſpectes eius, inter cruſtacea numerabis, ſi victus rationem, intra teſtacea. Nam & cruſta tegitur, & in teſta habitat. Itaque dixit *ἐπαμφοτερίζειν*. Cùm enim interiora membra multa in vtriſque ſimillima ſint, vtrorumque etiam quædam mouentur, vtraq; [illegible] ſanguine carentium, videbantur tegmine diſtincta in genera minora. Sed car[illegible] tegitur cruſta, natura non cognatam habitat teſtam: quare vtriuſque ge[illegible]i poteſt.

φύσιν [illegible] us, nam aranei ſpeciem præ ſe fert, & non dixit *καρά-κα* [illegible]

Dixit

Dixit γίνεται ἀυτὸ καθ' ἑαυτὸν : quoniam ὀστρακόδερμα cognatam habent teſtam,cui aut annexa ſunt,aut ſaltem cohærent:at is ab teſta ſeorſum καθ' ἀυτόν.

Τῷ εἰσδύεσθαι, ſignificat non naſci in teſta ſed ingredi καὶ ζῆν : cùm extra natus ſit, illud genus ſequitur : cùm extra non viuit,alteri inſeritur.

Theodorus κοινὸν addidit *ſocius* : ſed non debuit apponere aduerbium *ferè* : nam ſanè verus ſocius : ſed Ariſtoteles τρόπον τινα mitigat τὸ κοινὸν : non vt ſit ſocius, ſed vt naturæ ſit particeps. Nam & ſocius eſt coruus ſuilli generis, quoniam vermiculos roſtro excitat. Etiam genus aquilæ minoris venatoris ſocius,ſequitur enim nos : at non eſt κοινὸς nobiſcum.

Τῷ εἰσδύεσθαι, *tectum petit* Theodorus malè : petere enim non eſt ſubire : quare coactus eſt hiantem orationem ſubtexere, *quam*, inquit, *ingreſſus vitam traducat*. Placeant hæ fimbriæ noſtris ampullatoribus:ſed ſint fori non philoſophi.

IXVII. ARISTOTELES.

Τὴν δὲ μορφὴν, ὡς μὲν ἁπλῶς εἰπεῖν, ὅμοιόν ἐστι τοῖς ἀράχναις. πλὴν τὸ κάτω τῆς κεφαλῆς καὶ τοῦ θώρακος, μεῖζον ἔχει ἐκεῖνο.

Faciem autem,vt ſimpliciter dicam,aranei gerit: niſi quòd tum capitis, tum pectoris inferiorem partem maiorem habet.

CAESAR.

Ecce quam ſuprà, cùm diceret φύσιν,non intelligeret faciem : ſed conſtitutionem & principia naturæ.

CLXVIII. ARISTOTELES.

Ἔχει δὲ κεράτια δύο λεπτὰ πυῤῥὰ, καὶ ὀφθαλμοὺς ὑποκάτω τούτων δύο μακροὺς, οὐκ εἰσδυομένους, οὐδὲ καταπλεισμένους, ὥσπερ οἱ τῶν καρκίνων, ἀλλ' ὀρθούς.

Pretenduntur quoque cornicula duo tenuia ruffa: ſubſunt ijs oculi totidem oblongi ſurrecti, ingreſſu,egreſſúque nequaquam mobiles,perinde atque cancrorum.

CAESAR.

OCVLORVM differunt immobilitate : ſed laxè nimis dixit καταπλεισμένους : neque enim cancrorum oculi occuluntur clauſione : ſemper enim apparent licet non extent. Nam quòd ſunt σκληρόφθαλμοι non eguêre cooperiente palpebra, aut membrana,ſuccedentéque in vices laborantium,vel conniuendo,vel etiam obtegendo dormientes, vel expaueſcentes : ſed ad euitandam offenſionem, contrahendi poteſtatem datam à natura conſtat. Itaque cancello qui munimento teſtæ quam habitaret,tutus eſſet,non opus fuit ea retractione; ſurrecti enim fuêre ad ſpeculam,vt cuſtodiret pinnam cui generi etiam deſtinatus eſſet. Nam cancellorum quatuor genera legimus in στρόμβοις,in στρομβώδη, vt nerite : in conchis ſquillicula : in pinnis,quod poſtremum genus nimis negligenter Ariſtoteles hîc omiſit,& in quinto poſuit : ſaltem nominâſſet : poteſt & addi quintum & vltimum genus gammarillorum in vmbilicis. Idem Philoſophus non explicauit an eſſent in latus ſaltem mobiles : ſed non videtur opus habuiſſe.Quoniam datus cuſtos pinnæ non multa habet quæ diſcernat præter ingredientes piſciculos. Tum leui vellicatione monet popularem ſuam teſtam tempus eſſe concludendi. Quod vt fecit,prædam partiuntur.

CLXIX. ARISTOTELES.

ὑποκάτω δὲ τούτων τὸ στόμα, καὶ περὶ ἀυτὸ καθαπερεὶ τριχώδη ἄττα πλείω.

Sub his os cuius ora barbulis quibuſdam pluribus obducuntur.

CAESAR.

Τριχώδη *barbulas* potiùs quàm *capillamenta* : ea ſunt loco valuularum in cancris.

CLXX. ARISTOTELES.

Τούτων δ' ἐχομένους δύο πόδας διχρόους, οἷς προσάγεται· καὶ ἄλλους ἐφ' ἑκάτερα, δύο, καὶ ἔσχατον μικρόν.

Has ſubſequitur ſitus pedum duorum furcatorum quibus cibum admouet. Tum aliorum vtrinque totidem: poſtrema tertij puſilli acceſſio eſt.

CAESAR.

Ἐχομένους *iunctos*, Theodorus, rectè. Et rectè addidit *ſub*: οἷς προσάγεται: ſic etiam ſuprà & paſſiua voce & nullo addito cibo.

Nota ἐφ' ἑκάτερα δύο: quomodo igitur tertium poſtremum dicit ſingularem? ſcilicet ad latus cui hæret, tertius eſt poſt binos. Hoc quoque omiſit Ariſtoteles declarare vtri lateri hæreat tertius. Videtur autem dexter eſſe. Nam obliquo potiùs fertur motu: ab eo potiùs & motus initium, & gubernaculum: ſed nobis non fuit copia videndi.

CLXXI. ARISTOTELES.

Τὰ δὲ κάτω τοῦ θώρακος, μαλακὸν ἅπαν ἐστί· καὶ διοιγόμενον, ὠχρὸν ἔνδοθεν.

Quæ pars pectori ſubditur, tota mollis eſt: intra quam mollis materia.

CAESAR.

SVo more διοιγόμενον *ſi aperiatur:* quin etiam ſi non aperiatur. Iccircò dixit ἔνδοθεν: inde ſpectatur: actio enim viſionis inde eſt in oculum. Theodorus autem διοιγόμενον *diſſecto* nimis forti verbo: molle enim eſt.

Dixit ὠχρὸν: neque quicquam addit quo quid eſſet intelligamus. Quoniam vt ſuprà dicebat partes in his nomine carent.

CLXXII. ARISTOTELES.

Ἀπὸ δὲ τοῦ στόματος πόρος εἷς ἄχρι τῆς κοιλίας.

Ab ore meatus ad ventrem vſque, vnus.

CAESAR.

NOluit dicere gulam.

CLXXIII. ARISTOTELES.

Τῆς δὲ περιττώσεως οὐ δῆλος ὁ πόρος.

At excrementi via, nulla apparet.

CAESAR.

PROPTER paruitatem ſcilicet: atque hoc à cæteris differunt. Neque dixit ὁδὸς, ſed οὐ δῆλος. Neque rectè *foramen* Theodorus. Non enim ſolum foramen ſcrutatur, ſed viam quæ ad foramen tendat. Habet foramen teſta patella: quam diximus auriculam marinam: ſed meatum in corpore. Itaque τετρῆσθαι illam dicit. In corpore autem πόρον vocat rectè.

CLXXIV. ARISTOTELES.

Οἱ δὲ πόδες καὶ ὁ θώραξ, σκληροὶ μὲν, ἧττον δὲ ἢ τῶν καρκίνων.

Pedes autem & pectus durum, ſed minùs quàm cancris.

CAESAR.

C AE S A R.

MAgnitudinis modum modus duritatis ſecutus eſt. Hoc poſuit quoniam mollitiam iam deſcripſerat: nequis etiam cætera putaret talia.

CLXXV. ARISTOTELES.

Πρόσφυσιν δ' οὐκ ἔχει πρὸς τὰ ὄστρακα, ὥσπερ αἱ πορφύραι καὶ οἱ κήρυκες, ἀλλ' εὐαπόλυτοί ἐστι.

CVm ipſa teſta neque connatus eſt, neque hæret ei, quemadmodum purpuræ & buccini. Sed facilè amouetur.

C AE S A R.

TRIA genera animalium in conchis ſunt: primum, connexum ſuis teſtis vel firmiſſimis ligamentis. Alterum in teſta quidem eſt, ſed ei connexum non eſt. Hæc duo genera connata ſunt cum teſta. Tertium eſt cancellorum, qui in teſta ſunt, ſed vt ſeorſum geniti, ita qui exire poſſint: prodire enim eos par eſt, ſaltem ad excrementa deijcienda. Sed & hîc ait eos Ariſtoteles egredi tempeſtatibus in cautium caua tanquam in portum.

εὐαπόλυτοι laxè nimis: neque enim vinctus eſt vt oſtreæ, neque obductus vt purpuræ. Sed εὐαποσύχυτος, εὐαπομετάβλητοι. Theodorus paraphraſtæ officio, more ſuo, vtitur, non interpretis: addidit enim *liberꝗ; vagatur.*

CLXXVI. ARISTOTELES.

Περιμηκέστερα δέ ἐστι τὰ ἐν τοῖς στρόμβοις τῶν ἐν ταῖς νηρίταις.

OBlongiores ſunt qui in turbinaceis degunt, & qui in neritis.

C AE S A R.

QVASI properans omiſit generum diſtinctionem, & affectionem tantùm proceritatis aſſignauit: pari feſtinatione cùm neritam nondum inter conchas nominauit.

Νηρίτην, *naticem* Theodorus Suidam ſecutus qui à nando deducit, interpretatus eſt: quoniam vellificat nando, cubátque cum hoſpite cancello tranquillis diebus, quod eſt primum genus officiorum: alterum cùm in tempeſtate eſt ibi ne iactetur atque allidatur ſaxis acclinato tecto adhæret ſaxis. Itaque cancellus in proximas cautium latebras recipitur. Tertium cùm inde ſoluta, patellarum more, procedit reptando: quartum cùm vellificat inuerſa concha. Itaque non à nando videtur Suidas deduxiſſe, ſed ab vrinando. Quin ibidem notauit è Lycophrone νηρὸν receſſum quendam cauum atque humidum dici. Quid, quod omiſit τὸ ῥεῖν quod verbum in ea voce eſt, atque τὸ νεῖν? Nam Nereus à nando & fluendo liquor maris dictus eſt. Eſt νηρὸν apud Athenæum in ſecundo: μετ' ὀξυμέλιτος νηροῦ καὶ ὄξους: nondum percepi an mendum ſit: à Nereo ductam νηρίτην negat Suidas, quoniam abſit diphtongus. Sed non animaduertit mediam ea de cauſſa produci quoniam coaluerit. Itaque ſcribitur in plurali νηρῖται cum circunflexo.

CLXXVII. ARISTOTELES.

Ἕτερον δὲ γένος ἐστὶ τὸ τῆς νηρίτης, τὰ μὲν ἄλλα παραπλήσιον, τῶν δὲ δικρόων ποδῶν, τὸν μὲν δεξιὸν ἔχει μικρὸν, τὸν δ' ἀριστερὸν μέγαν, καὶ ποιεῖται τὴν βάδισιν μᾶλλον ἐπὶ τούτῳ.

DIuerſum enim genus eſt eius qui cum Nerite agitat: Furcatum enim pedem dextrum habet puſillum, ſiniſtrum grandem, quo etiam frequentiùs vtitur ad ingreſſum. Cætera aliorum ſimilis eſt.

C Æ S A R.

EXplicat aliam differentiam à pede & motu: eóque neque vulgari neque cum aliis communi: moueri enim ſiniſtro plus.

Nota locutionem ποιεῖται τὴν βάδισιν.

CLXXVIII. ARISTOTELES.

Λαμβάνεται δὲ καὶ ἐν ταῖς κόγχαις τοιοῦτον ὧν ἐστὶν ἡ πρόσφυσις παραπλησία καὶ ἐν τοῖς ἄλλοις. τοῦτον δὲ καλοῦσι σκύλλαρον.

Simile huic prehenditur etiam in conchis illis quæ cæterarum more teſtis ſuis annexa ſunt, quiddam quod ſquillarum appellant: quaſi ſquilliculam dicas.

C Æ S A R.

TERTIVM genus hoſpitum, quod nos ſæpe vidimus in conchis ſtriatis, ſquillæ minutæ ſimillimum.

λαμβάνεται, *reperitur* Theodorus, rectè: ſed Philoſophus etiam capturam notauit.

Nota locutionem perturbatam: ἐν ταῖς κόγχαις τοιοῦτον, ὧν ἐστὶν ἡ πρόσφυσις παραπλησία καὶ ἐν τοῖς ἄλλοις: interpoſuit τοιοῦτον, inter κόγχαις & ſuum relatiuum, & mutauit caſus ὧν. Et poſteà ἐν τοῖς ἄλλοις.

CLXXIX. ARISTOTELES.

Ὁ δὲ νηρίτης, τὸ μὲν ὄστρακον ἔχει λεῖον καὶ μέγα, καὶ στρογγύλον, τὴν δὲ μορφὴν παραπλησίαν τοῖς κήρυξι· πλὴν οὐχ ὥσπερ ἐκεῖνοι τὴν μήκωνα μέλαιναν, ἀλλ᾽ ἐρυθράν. προσπέφυκε δὲ ἰσχυρῶς κατὰ τὸ μέσον.

NErites teſtam leuem habet grandem, orbicularem, faciem autem buccino ſimiliorem: papauer tamen non vt illi nigrum, ſed rubrum habet: ad medium autem firmiter annexus eſt.

C Æ S A R.

HOc debuit dicere ſuprà inter teſtacea ante hiſtoriam cancelli: ac tandem vix declarat eſſe è genere turbinatorum: ἰσχυρῶς aduerbium vſitatum Ariſtoteli, etiam in vaſis ſeminalibus.

CLXXX. ARISTOTELES.

Ἐν μὲν οὖν ταῖς εὐδίαις, ἀπολυόμενα νέμεται ταῦτα· πνεύματος δὲ ὄντος, τὰ μὲν καρκίνια ἡσυχάζει πρὸς τοῖς λίθοις· οἱ δὲ νηρεῖται, προσέχονται μὲν, καθάπερ αἱ λεπάδες, καὶ αἱ ἀποῤῥαΐδες, καὶ πᾶν τὸ τοιοῦτο γένος· προσφύονται δὲ ταῖς πέτραις, ὅταν ἀποκλίνωσι τὸ ἐπικάλυμμα· τοῦτο γὰρ ἔοικεν εἶναι ὥσπερ πῶμα. ὃ γὰρ τοῖς διθύροις ἄμφω, τοῦτο τοῖς στρομβώδεσι τὸ ἕτερον μέρος.

TRanquillis diebus ſoluti paſcuntur: coortis vētis recipiunt ſe ad ſaxa cancelli atque ibi quietem agitāt. Neritæ autem adhærent more patellarum & earū quas ἀποῤῥαΐδες Græci vocant: tu deſluctrias *dicere potes, & cætera horum genera omnia. Hærent enim ſaxis reclinato tegumento, quod quaſi tegumentum eſſe videtur. Quem enim vſum ambæ valuæ biforibus, hunc præſtat altera tantùm pars turbinatis.*

C Æ S A R.

ALieno loco hìc ponit mores cùm de partibus tantùm hiſtoria ſit. Sed excuſatur quoniam tractat motum partium. Declarat modum quo hæreant; & dicit tegi vna teſta, ſicut bifores duabus.

duabus. Nam ſaxum alterius vicem præſtat.

εὔδια, pro tranquillo, aliqui pro tepido: de quo in Commentarijs de *Inſomnijs* multa.

ἀποκλίνωσι dimoto Theodorus peſſimè. Nam ſi tegmen dimoueant, nudi remaneant.

ἀποῤῥαΐδες Theodorus *murices* interpretatur: nos maluimus voce ſingulari quàm æquiuoca vti. Sint ſanè ἀποῤῥαΐδες ex muricum genere, tamen propriè murices non ſunt. Sunt ſanè murices ἀποῤῥαΐδες.

CLXXXI. ARISTOTELES.

Τὸ δ' ἐντὸς, σαρκῶδές ἐστι καὶ ἐν τούτῳ τὸ στόμα. τὸν αὐτὸν δὲ τρόπον ἔχει ταῖς ἀποῤῥαΐσι καὶ ταῖς πορφύραις καὶ πᾶσι τοῖς τοιούτοις.

INtus pulpa carnea, inque ea os, quemodo & aporraïdibus, & purpuris, & cæteris talibus.

CAESAR.

INteriores partes nunc perſequitur. Sed imprudenter ſuprà confudit cùm de papauere verba fecit: & antequam carnem nominaret, dixit firmiter annexum: poſteà motum interpoſuit; nunc ad interiora redit.

CLXXXII. ARISTOTELES.

Ὅσα δ' ἔχει μείζω τὸν ἀριστερὸν πόδα, ταῦτα ἐν μὲν τοῖς στρόμβοις οὐκ ἐγγίνεται, ἐν δὲ τοῖς νηρείταις ἐγγίνεται.

QVi autem grandiorem habent pedem ſiniſtrum, neritis inſunt, turbinatis alijs non inſunt.

CAESAR.

REPETIT quod ſuprà dixerat, & redit ad exteriores ſaltuatim: excluditque νηρείτας à στρόμβοις: quoniam minùs ſunt turbinati. Itaque coacti fuimus ordinem inuertere, ne στρόμβους voce æquiuoca *turbines* verteremus. Nam profectò nerites etiam turbinati ſunt. Itaque Theodorus malè à turbinatis excluſit nerites, cùm ſic dixit: *ij nunquam cum turbinatis hoſpitantur, ſed cum naticibus tantùm ineunt ſocietatem:* at aliud eſt στρόμβον eſſe, aliud στρομβώδη. At οἱ κήρυκες παραπλησίαν ἔχει τὴν μορφήν.

ἐγγίνεται: innaſcitur: veriſimile eſt habere proximam originem.

CLXXXIII. ARISTOTELES.

Εἰσὶ δέ τινες κόχλοι, οἳ ἔχουσιν ἐν αὑτοῖς ὅμοια ζῷα τοῖς ἀστακοῖς τοῖς μικροῖς, οἳ γίνονται καὶ ἐν τοῖς ποταμοῖς. διαφέρουσι δ' αὐτῶν τῷ μαλακὸν ἔχειν τὸ ἐντὸς τοῦ ὀστράκου. τὴν δ' ἰδέαν οἷοί εἰσιν, ἐκ τῶν ἀνατομῶν θεωρείσθωσαν.

QVodam in genere vmbilicorum inuenias quadam animalia minoribus gammaris fluuialibus ſimilia: ſed differunt mollitudine cruſtæ. Eorum autem faciem in picturis diſſectionum diſcere potes.

CAESAR.

QVintum genus ponit gammarillorum qui in vmbilicis inueniuntur. Tria igitur gammarorum genera. Aſtacus marinus, fluuiatilis non vulgaris, *carabiccia*, & hîc gammarillus.

CLXXXIV.

CLXXXIV. ARISTOTELES.

Οἱ δ᾽ ἐχῖνοι τὸ μὲν σαρκῶδες οὐκ ἔχουσιν, ἀλλ᾽ ἴδιον αὐτῶν τοῦτό ἐστιν. ἐστέρηνται γὰρ πάντες, καὶ οὐκ ἔχουσι σάρκα ἐντὸς οὐδεμίαν· τὰ δὲ μέλανα, πάντες.

Echini ne carneum quidem hoc habent, ſed ſuum peculiare quiddam: negauit enim natura carnem: nigra autem illa habent omnes.

CAESAR.

Mirum ab interioribus incipere, cùm tamen exteriora notabilia ſint, & notiora, & ſemper hactenus ſic proceſſerit. Item non rectè cùm negaret σαρκῶδες, ſubiunxit nullam habere carnem. Nam ſi carneum nihil habet, carnem nullam habet: ſed addidit οὐδεμίαν, vt omne & genus, & modum carnis excluderet. Dixit τὸ σαρκῶδες. Nota articulum: hoc, inquit, carneum quod in cæteris perſcrutati ſumus.

ἐστέρηνται: malè quoque hoc: neque enim habuerunt: non igitur priuati ſunt. Sed intellexit in genere carnem deberi, & in genere priuatos eſſe per contrariam differentiam: inſunt enim differentiæ in potentia generis. Itaque dixit in præterito.

Non malè ſeparat hoc Caput à cæteris Theodorus, ſi vnam faciat ſectionem teſtaceorum, atque in Capita ſcindat: tamen quia adhuc teſtacea perſequitur Philoſophus: id non probauimus. Quare vnico tractu eadem perſequemur: peſſimè tamen idem tranſtulit vt putaret ἴδιον ſignificare *peculiare*, ſcilicet carere carne. Nam τὸ ἴδιον ſignificat carnem peculiarem: habent enim.

Ichinos Ligures voeant *Caſtaneas marinas*: Adriatici *Ericios*.

CLXXXV. ARISTOTELES.

Ἔστι δὲ πλείω ἐχίνων γένη. ἓν μὲν, τὸ ἐσθιόμενον. τοῦτο δ᾽ ἐστὶν ἐν ᾧ τὰ καλούμενα ᾠὰ μεγάλα γίνεται, καὶ ἐδώδιμα, ὁμοίως ἐν μείζοσι καὶ ἐλάττοσι. καὶ γὰρ εὐθὺς, καὶ μικροὶ ὄντες, ἔχουσι ταῦτα.

Echinorum genera plura ſunt: vnum eſculentum, in quo quæ oua appellantur grandia, atque v ſu vtilia inſunt, æque in maioribus atque in minoribus. Nam etiam ab initio ſtatim parui ea habent.

CÆSAR.

Poſt communem omnibus naturam rectiſſimè à generum diuiſione hiſtoriam texit. Dixit μείζοσι καὶ ἐλάττοσι ab ætate. Itaque εὐθὺς dixit, id eſt ſtatim nati.

Theodorus κολοζηλῶς: *nam nouelli adhuc paruiq́ pleniuſculi illis conſtant.* Quis dicat, conſto plenus cibo? Deinde aduerbium, *adhuc*, malè ſitum eſt. Nam, *adhuc*, continuat terminum præſentem cum tractu præterito. Homo octagenarius, adhuc tamen generat: id eſt ab anno pubis. Itaque εὐθὺς non *adhuc*: ſed, *ſtatim*: ſtatim nati.

CLXXXVI. ARISTOTELES.

Ἄλλα δὲ δύο γένη, τό τε τῶν σπατάγγων, καὶ τὸ τῶν καλουμένων βρυσσῶν. γίνονται δ᾽ οὗτοι πελάγιοι, καὶ σπάνιοι. ἔτι αἱ ἐχινομῆτραι καλούμεναι, μεγέθει πάντων μέγισται.

Alia genera duo: alterum ſpatagorum, alterum briſſorum: ij in alto agitant, atque infrequentiores ſunt. Prætereà echinometra omnium maxima.

CÆSAR.

CÆSAR.

SIcut ortygometra & tettigometra quaſi cothurnicum & cicadarum mater, ſic & echinorum.

CLXXXVII. ARISTOTELES.

Πρὸς δὲ τούτοις ἄλλο γένος μικρὸν ἀκάνθας ἔχον μεγάλας καὶ σκληράς. γίνεται δὲ ἐκ τῆς θαλάττης ἐν πολλαῖς ὀργυιαῖς· ᾧ χρῶνται πρὸς τὰς στραγγουρίας τινές.

AD hæc aliud genus puſillum ſpinis magnis ac duris, gigni ſolitum in profundo mari: quo ad vrinæ diſtillationes vtuntur nonnulli.

CÆSAR.

VT polyporum corpus minus, bracchia maiora: ita his: at toroneis magnum corpus ſpinæ breues.

θαλάττης ἐν πολλαῖς ὀργυιαῖς: *in alto gurgite* Theodorus malè: gurges enim eſt vbi vorago.

στραγγουρίας, *diſtillationes*, quaſi ſtrangulata veſicæ ceruice.

CLXXXVIII. ARISTOTELES.

Περὶ δὲ Τορώνην εἰσὶν ἐχῖνοι λευκοὶ θαλάττιοι καὶ τὰ ὄστρακα καὶ τὰς ἀκάνθας καὶ τὰ ᾠὰ, μείζους δὲ τῶν ἄλλων εἰς μῆκος· ἡ δὲ ἄκανθα οὐ μεγάλη, οὐδὲ ἰσχυρὰ, ἀλλὰ μαλακωτέρα· τὰ δὲ μέλανα τὰ ἀπὸ τοῦ στόματος, πλείω, καὶ πρὸς μὲν τὸν ἔξω πόρον, συνάπτοντα, πρὸς ἑαυτὰ δὲ, ἀσυνάπτα· τούτοις γὰρ ὥσπερ διειλημμένος ἐστί.

AD Toronem echini ſunt tum teſtis, tum ſpinis, atque etiam ouis albis. Sed cùm longiores ipſi, tum ſpina breuiores, neque ſatis firmæ ſed molliores. Nigræ autem particulæ quæ ori applicatæ ſunt plures. Eæq́ vt ad exitus meatum copulatæ, ita inter ſe diſiunctæ ſunt: namq́ hic echinus quaſi diſpartitus eſt.

CÆSAR.

SEx igitur echinorum genera: echinorum eſculentorum, quos ab ouorum multitudine non incommodè *ouarios* vocat Hermolaüs, ſpatagorum: briſſorum: quæ tria genera magnorum ſunt: at echinometra maxima eſt: quintum, puſillorum & ſaxis adhærentium, qui multum ad vrinæ diſtillationes conferunt. Nunc verò ſextum ponit & eius differentias.

Sic alius dixiſſet: οἱ δὲ περὶ Τορώνην προμηκέστεροι μὲν τὸ μῆκος αὐτοί· αἱ δ᾽ ἄκανθαι βραχύτεραι καὶ μαλακώτεραι. καὶ αὐτοὶ μὲν τὰ ὄστρακα καὶ τὰς ἀκάνθας καὶ τὰ ᾠὰ λευκοί. τὰ δὲ μέλανα πλείω διειλημμένα μὲν καὶ ἀσυνάπτα καθ᾽ αὑτά. τὸ δὲ πρὸς τὸν ἔξω πόρον ἀσυνάπτα.

Theodorus μείζους δὲ τῶν ἄλλων εἰς μῆκος *augeri forma productiore, quàm cæteri ſoliti*, malè. Nam oblongiuſculi naſcuntur, non ſolùm augentur. Idem, *quibus quaſi interuentu luminum diſcriminantur*: ſatis ambitioſè: διειλημμένος. Nã vult dicere Philoſophus videri plures echinos, cùm eius partes non cohæreant. Et ſanè disfracto calice ſoluitur penè totus. Ea omnia oua vocant Ligures, pallida, crocea, rubra, ſubuiridia, ſuffuſca.

CLXXXIX. ARISTOTELES.

Κινοῦνται δὲ μάλιστα καὶ πλειστάκις οἱ ἐδώδιμοι αὐτῶν. καὶ σημεῖον δὲ τι ἀεὶ ἔχουσιν ἐπὶ ταῖς ἀκάνθαις.

MOtu maxime & agili, & frequenti mouentur eſculenti: cuius rei argumentum prabent: quòd aliquid ſemper ſpinis ſublatum gerunt.

CÆSAR.

CLVII. ARISTOTELES.

Κεφαλὴν μὲν γὰρ καὶ κεράτια, καὶ στόμα ἔχουσι, καὶ τὸ γλωττοειδές· ἀλλ᾽ ἐν μὲν τοῖς ἐλάττοσιν, διὰ μικρότητα αὐτῶν, ἄδηλα· τὰ δὲ, καὶ ἐν τεθνεῶσιν, ἢ μὴ κινουμένοις, ἄδηλα.

Caput nanque & cornicula, & os habent, & id quod pro lingua gerunt: ſed quædam in minutioribus ob earum paruitatem, obſcura ſunt: quædam autem etiam in exanimatis, aut etiam quieſcentibus, manifeſta ſunt.

CAESAR.

NAM oſtreis quis vidit cornicula, & γλωττοειδές? Itaque non debuit coniungere. Theodorus pro εὔδηλα legit iterum ἄδηλα: ſed non animaduertit, τὰ μὲν, τὰ δὲ: ergo τὰ μὲν ἄδηλα: igitur τὰ δὲ εὔδηλα. Nam quædam partes in paruis etiam viuentibus etiam mouentibus non videntur. Quædam in magnis etiam exanimatis, etiam non mouentibus percipiuntur, adeò conſpicua ſunt. Itaque poſuit Philoſophus, τὸ, καὶ ἐν τεθνεῶσι.

CLVIII. ARISTOTELES.

Τὴν δὲ μήκωνα, πᾶσι ταῦτ᾽ ἔχει, ἀλλ᾽ οὐκ ἐν τῷ αὐτῷ οὐδὲ ἴσην, οὐδ᾽ ὁμοίως φανερά· ἀλλ᾽ αἱ μὲν λεπάδες, κάτω ἐν τῷ βάθει· τὰ δὲ δίθυρα, ἐν τῷ γιγλυμώδει.

Papauer quoque omnibus ineſt, ſed neque eodem loco, neque eadem quantitate, neque eodem modo apparet: ſiquidem patella imo in fundo: bifores autem ad cauitatem proximam teſtarum commiſſuræ.

CAESAR.

COMMVNEM partem aſſignat: aſſignat etiam differentias, loci, quantitatis: & tertiam à quantitate: quoniam res exiguæ non apparent: declarat differentiam loci in patellis: & dixit κάτω: ratione earum, non noſtri: propter eà quòd earum ima nobis ſuprema ſunt.

Γιγλυμώδει rara vox: γίγλυμος, & γίγγλυμος, apud Xenophontem in libro *De re equeſtri*, commiſſura eſt extantium rerum ad curuitatem cauitatémque aliquam, vt in brachiis & καμπαῖς. Ita hîc in teſtis. Eſt & apud Galenum τὸ γιγγλυμοειδές, in libro *de Oſſibus*.

CLIX. ARISTOTELES.

Καὶ τὰ τριχώδη πᾶσιν ὑπάρχει κύκλῳ τούτοις, ὥσπερ τοῖς κτεσί.

Capillamenta quoque habent omnia hæc, in orbem diſpoſita, vt pectines.

CAESAR.

NE dicas vt Theodorus *circundantur*: neque enim verum eſt: ſed κύκλῳ ſitum tantùm notat orbicularem, non autem ambitum.

CLX. ARISTOTELES.

Καὶ τὸ λεγόμενον ᾠὸν, τοῖς ἔχουσιν, ὅταν ἔχωσιν, ἐν τῷ κύκλῳ τῆς περιφερείας τῷ ἐπὶ θάτερα ἐστὶν ὥσπερ καὶ τὸ λευκὸν τοῖς κόχλοις. καὶ γὰρ ἐκείνοις τοῦτο ὅμοιον ὑπάρχει.

Quodq́ ouum appellatur, id, ea quibus à natura datum eſt vt habeant, cùm habent, ad alterum lateris ſemicirculum iacet. Quemadmodum & alba caruncula vmbilicis: ſimile enim in his hoc eſt.

CAESAR.

NVNC de ouo: addit καλούμενον, quoniam verè ouum non eſt: anxie admodum perſequitur τοῖς ἔχουσιν ὅταν ἔχωσι, quaſi dicas, ea quæ & cùm gerunt ouum ibi habent, &c.

Albugo, τὸ λευκὸν· Theodorus optimè: alluſit enim ad oui albuginem ſed meliùs ſubdidiſſet: *hanc enim illi ſimilem intelligimus*: quàm, *id enim illis iunctum*: videtur enim intelligere aliud quid ab albugine. At Ariſtoteles hoc in vmbilicis eſſe albuginem, quod ouum in aliis.

CLXI. ARISTOTELES.

Ἀλλὰ πάντα τὰ τοιαῦτα μόρια, ὥσπερ εἴρηται, ἐν μὲν τοῖς μεγάλοις δῆλά ἐστιν· ἐν δὲ τοῖς μικροῖς, ἢ οὐθὲν, ἢ μόλις. διὸ μάλιστα ἐν τοῖς μεγάλοις κτεσὶ φανερά ἐστιν. οὗτοι δ' εἰσὶν οἱ τὴν ἑτέραν θυρίδα πλατεῖαν ἔχοντες, οἷον ἐπίθημα.

Cæterùm hæ partes omnes, quemadmodum dictum eſt, in maioribus manifeſta ſunt, in minoribus aut nulla, aut vix extant: quamobrem planiſſimè in magnis pectinibus percipiuntur. Hoc eorum genus eſt qui alteram è valuis planam habent quaſi cooperculum.

CAESAR.

REDIT ad excuſationem: dixit, ἢ οὐθὲν, ἢ μόλις: pro eo quod eſt, ἢ μηδαμῶς. πλατεῖαν *non latam*, vt ait Theodorus. Nam etiam τὰ χύτρα ἔχει τὸ πλάτος: ſed voluit intelligere planam: & facete dixit ἐπίθημα; alluſit enim ad ollas & conchas domeſticæ ſupellectilis, quæ planiore cooperculo teguntur.

CLXII. ARISTOTELES.

Ἡ δὲ τοῦ περιττώματος ἔξοδος, τοῖς μὲν ἄλλοις, ἐκ πλαγίου ἐστίν. ἔστι γὰρ πόρος ᾗ πορεύεται ἔξω· ἡ γὰρ μήκων, ὥσπερ εἴρηται, περίττωμά ἐστιν ἅπασιν ἐν ὑμένι.

Excrementorum exitus, in aliis quidem ab latere eſt. Nam ei via data eſt ad egerendum: ſiquidem papauer excrementum quoddam eſt omnibus in membrana.

CÆSAR.

LONGISSIMAM periodum animaduerte: aſſumit enim verba per repetitionem longè infrà τοῖς μὲν οὖν ἄλλοις: & perſequetur alteram periodi partem. Hoc fecit more ſuo: ſed coactus dum neceſſe habuit oſtendere, & viam datam excrementis & exitum. Hoc quoque coactus fuit probare cùm dixit, papauer eſſe excrementum: ſubiicuit minorem propoſitionem hanc, papaueri datus eſt exitus: ſed non concludit: niſi particulariter fic: aliquod excrementum eſt papauer: ergo alicui excremento datus eſt exitus. Itaque non penitus probat, quod rebatur. Neque enim facies in ſecunda figura ex duabus affirmatiuis, vt ſæpe Galeno contigit.

Πόρος ᾗ πορεύεται declarauit τὸ ἔτυμον.

CLXIII. ARISTOTELES.

ΤΟ δὲ καλούμενον ᾠὸν, οὐκ ἔχει πόρον ἐν οὐδενὶ, ἀλλ' αὐτῆς τῆς σαρκὸς ἐπανοιδεῖ. ἔστι δὲ οὐκ ἐπὶ ταὐτὸν τῷ ἐντέρῳ ἀλλὰ τὸ μὲν ᾠὸν, ἐν τοῖς δεξιοῖς, τὸ δ', ἐν τοῖς ἀριστεροῖς.

At quod ouum dicitur, in horum nullo ei datus tranſitus eſt: ſed à carne protuberat. Neque iam inteſtini pars eſt: ſed ouum ad dextram, illud ad ſiniſtram.

CÆSAR.

VT diſtinguamus ouum à papauere: nanque ouum nullum habet exitum. Neque enim idem eſt cum inteſtino, ſed ad dextram inteſtini.

Ἐπανοιδεῖ *protuberat*: neque exitum habet, ſed ibi turget tanquam retentum.

Οὐκέτι ταὐτὸν τῷ ἐντέρῳ: malè Theodorus, *nec eadem, qua inteſtinum, parte continetur*: imò ad inteſtinum continetur: ſed non eſt idem cum inteſtino, ſicut membrana papaueris.

Πόρος *tranſitus*, vt Boſphorus.

CLXIV. ARISTOTELES.

Τοῖς μὲν οὖν ἄλλοις τοιαύτη ἔξοδος τοῦ περιττώματος· τῇ δ' ἀγρίᾳ λεπάδι, ἣν τινες καλοῦσι θαλάττιον οὖς, ὑποκάτω τοῦ ὀστράκου ἡ περίττωσις ἐξέρχεται· τετρύπηται γὰρ τὸ ὄστρακον.

Cæteris igitur huiuſmodi exitus excrementi eſt: at patellæ quam feram aliqui, alij auriculam maris nominant, ad fundum teſtæ foramen eſt ad excernendum.

CAESAR.

HIc eſt finis periodi: appellat ἀγρίαν, quoniam minùs vulgaris eſt: rectè auriculam maris: nihil enim ſimilius humanæ auriculæ. Extera ſuperficies alba eſt, & quaſi cochleæ inchoatæ, qua caro hæret, noſtratis color carnis, læuiſſima ſuperficie, inæquali fluctuatione, quaſi in anfractum auriculæ: ſed exterior illa inchoata cochlea non reſpondet introrſum, neque enim nuclei intus in vertigine quicquam continet: ſed tota teſta eſt.

CLXV. ARISTOTELES.

Φανερὰ δὲ καὶ ἡ κοιλία μετὰ τὸ στόμα οὖσα ἐν ταύτῃ, καὶ τὰ ᾠοειδῆ. πάντα δὲ ταῦτα τίνα τρόπον τῇ θέσει ἔχει, ἐκ τῶν Ἀνατομῶν θεωρείσθω.

Apparet in hac etiam venter poſt os, & partes, ouorum ſpecie, quorum omnium ſitum ex diſſectionibus perſpicere potes.

CAESAR.

QVæ picturæ ad nos nullæ peruenêre, noſtra opera hîc ſunt aſcriptæ. ***. *Deſunt.*

CLXVI. ARISTOTELES.

Τὸ δὲ καλούμενον καρκίνιον, ζῷον τινὰ κοινόν ἐστι τῶν τε μαλακοστράκων καὶ τῶν ὀστρακοδέρμων. αὐτὸ μὲν γὰρ, τὴν φύσιν ὅμοιον τοῖς καραβοειδέσι, καὶ γίνεται αὐτὸ καθ' ἑαυτό· τῷ δὲ εἰσδύεσθαι καὶ ζῆν ἐν ὀστράκῳ, ὅμοιον τοῖς ὀστρακοδέρμοις· ὥστε διὰ ταῦτα ἔοικεν ἐπαμφοτερίζειν.

Quem autem cancellum vocant, is communis & cruſtaceis & teſtaceis eſt. Nam ſi naturam ſpectes ſimilem locuſtarum generi inuenies: atque ipſe naſcitur nulli teſtæ iunctus. Cùm autem & ſubeat, & vitam agitet in teſta, hoc ſimilis eſt teſtaceis, quæ rationes ſunt vt ad vtrunque genus referri poſſit.

CAESAR.

CVm duas naturas ſeparatas declarauit, nunc vnam vtriſque quodammodo communem narrat. Nam cancellum, ſi naturam ſpectes eius, inter cruſtacea numerabis, ſi victus rationem, intra teſtacea. Nam & cruſta tegitur, & in teſta habitat. Itaque dixit ἐπαμφοτερίζειν. Cùm enim interiora membra multa in vtriſque ſimillima ſint, vtrorumque etiam quædam mouentur, vtraque in genere ſint ſanguine carentium, videbantur tegmine diſtincta in genera minora. Sed cancellus natura cognata tegitur cruſta, natura non cognatam habitat teſtam: quare vtriuſque genij particeps rectè exiſtimari poteſt.

Dixit φύσιν non *ſpeciem*, vt ait Theodorus, nam aranei ſpeciem præ ſe fert, & non dixit καράβοις, ſed καραβοειδέσι.

Dixit

Dixit *γίνεται αὐτὸ καθ' ἑαυτόν*: quoniam *ὀστρακόδερμα* cognatam habent teſtam, cui aut annexa ſunt, aut ſaltem cohærent: at is ab teſta ſeorſum *καθ' αὑτόν*.

Τῷ εἰσδύεσθαι, ſignificat non naſci in teſta ſed ingredi *καὶ ζῆν*: cùm extra natus ſit, illud genus ſequitur: cùm extra non viuit, alteri inſeritur.

Theodorus *κοινὸν* addidit *ſocius*: ſed non debuit apponere aduerbium *ferè*: nam ſanè verus ſocius: ſed Ariſtoteles *τρόπον τινὰ* mitigat *τὸ κοινόν*: non vt ſit ſocius, ſed vt naturæ ſit particeps. Nam & ſocius eſt coruus ſuilli generis, quoniam vermiculos roſtro excitat. Etiam genus aquilæ minoris venatoris ſocius, ſequitur enim nos: at non eſt *κοινὸς* nobiſcum.

Τῷ εἰσδύεσθαι, tectum petit Theodorus malè: petere enim non eſt ſubire: quare coactus eſt hiantem orationem ſubtexere, *quam*, inquit, *ingreſſus vitam traducat*. Placeant hæ fimbriæ noſtris ampullatoribus: ſed ſint fori non philoſophi.

LXVII. ARISTOTELES.

Τὴν δὲ μορφὴν, ὡς μὲν ἁπλῶς εἰπεῖν, ὅμοιόν ἐστι τοῖς ἀράχναις. πλὴν τὸ κάτω τῆς κεφαλῆς καὶ τοῦ θώρακος, μεῖζον ἔχει ἐκείνου.

FAciem autem, vt ſimpliciter dicam, aranei gerit: niſi quòd tum capitis, tum pectoris inferiorem partem maiorem habet.

CAESAR.

ECce quam ſuprà, cùm diceret *φύσιν*, non intelligeret faciem: ſed conſtitutionem & principia naturæ.

CLXVIII. ARISTOTELES.

Ἔχει δὲ κεράτια δύο λεπτὰ πυῤῥὰ, καὶ ὀφθαλμοὺς ὑποκάτω τούτων δύο μακροὺς, οὐκ εἰσδυομένους, οὐδὲ κατακλειομένους, ὥσπερ οἱ τῶν καρκίνων, ἀλλ' ὀρθούς.

PRætenduntur quoque cornicula duo tenuia ruffa: ſubſunt ijs oculi totidem oblongi ſurrecti, ingreſſu, egreßúque nequaquam mobiles, perinde atque cancrorum.

CAESAR.

OCVLORVM differunt immobilitate: ſed laxè nimis dixit *κατακλειομένους*: neque enim cancrorum oculi occuluntur clauſione: ſemper enim apparent licet non extent. Nam quòd ſunt *σκληρόφθαλμοι* non eguêre cooperiente palpebra, aut membrana, ſuccedentéque in vices laborantium, vel conniuendo, vel etiam obtegendo dormientes, vel expaueſcentes: ſed ad euitandam offenſionem, contrahendi poteſtatem datam à natura conſtat. Itaque cancello qui munimento teſtæ quam habitaret, tutus eſſet, non opus fuit ea retractione; ſurrecti enim fuêre ad ſpeculam, vt cuſtodiret pinnam cui generi etiam deſtinatus eſſet. Nam cancellorum quatuor genera legimus in *στρόμβοις*, in *στρομβώδη*, vt nerite: in conchis ſquillicula: in pinnis, quod poſtremum genus nimis negligenter Ariſtoteles hîc omiſit, & in quinto poſuit: ſaltem nominâſſet: poteſt & addi quintum & vltimum genus gammarillorum in vmbilicis. Idem Philoſophus non explicauit an eſſent in latus ſaltem mobiles: ſed non videtur opus habuiſſe. Quoniam datus cuſtos pinnæ non multa habet quæ diſcernat præter ingredientes piſciculos. Tum leui vellicatione monet popularem ſuam teſtam tempus eſſe concludendi. Quod vt fecit, prædam partiuntur.

CLXIX. ARISTOTELES.

Ὑποκάτω δὲ τούτων τὸ στόμα, καὶ περὶ αὐτὸ καθαπερεὶ τριχώδη ἄττα πλείω.

SVb his os cuius ora barbulis quibuſdam pluribus obducuntur.

CAESAR.

Τριχώδη barbulas potiùs quàm *capillamenta*: ea ſunt loco valuularum in cancris.

CLXX. ARISTOTELES.

Τούτων δ' ἐχομένους δύο πόδας δικρόους, οἷς προσάγεται· καὶ ἄλλους ἐφ' ἑκάτερα, δύο, καὶ τρίτον μικρόν.

HAs ſubſequitur ſitus pedum duorum furcatorum quibus cibum admouet. Tum aliorum vtrinque totidem: poſtrema tertij puſilli acceſſio eſt.

CAESAR.

Ἐχομένους *iunctos*, Theodorus, rectè. Et rectè addidit *ſub*: οἷς προσάγεται: ſic etiam ſuprà & paſſiua voce & nullo addito cibo.

Nota ἐφ' ἑκάτερα δύο: quomodo igitur tertium poſtremum dicit ſingularem? ſcilicet ad latus cui hæret, tertius eſt poſt binos. Hoc quoque omiſit Ariſtoteles declarare vtri lateri hæreat tertius. Videtur autem dexter eſſe. Nam obliquo potiùs fertur motu: ab eo potiùs & motus initium, & gubernaculum: ſed nobis non fuit copia videndi.

CLXXI. ARISTOTELES.

Τὰ δὲ κάτω τοῦ θώρακος, μαλακὸν ἅπαν ἐστὶ· καὶ διαιγόμενον, ὠχρὸν ἔνδοθεν.

QVæ pars pectori ſubditur, tota mollis eſt: intra quam mollis materia.

CAESAR.

SVo more διαιγόμενον *ſi aperiatur*: quin etiam ſi non aperiatur. Iccircò dixit ἔνδοθεν: inde ſpectatur: actio enim viſionis inde eſt in oculum. Theodorus autem διαιγόμενον *diſſecto* nimis forti verbo: molle enim eſt.

Dixit ὠχρὸν: neque quicquam addit quo quid eſſet intelligamus. Quoniam vt ſuprà dicebat partes in his nomine carent.

CLXXII. ARISTOTELES.

Ἀπὸ δὲ τοῦ στόματος πόρος εἷς ἄχρι τῆς κοιλίας.

AB ore meatus ad ventrem vſque, vnus.

CAESAR.

NOluit dicere gulam.

CLXXIII. ARISTOTELES.

Τῆς δὲ περιττώσεως οὐ δῆλος ὁ πόρος.

AT excrementi via, nulla apparet.

CAESAR.

PROPTER paruitatem ſcilicet: atque hoc à cæteris differunt. Neque dixit ὁδὸς, ſed οὐ δῆλος. Neque rectè *foramen* Theodorus. Non enim ſolum foramen ſcrutatur, ſed viam quæ ad foramen tendat. Habet foramen teſta patella: quam diximus auriculam marinam: ſed meatum in corpore. Itaque τετρύπηται illam dicit. In corpore autem πόρον vocat rectè.

CLXXIV. ARISTOTELES.

Οἱ δὲ πόδες καὶ ὁ θώραξ, σκληροὶ μὲν, ἧττον δὲ ἢ τῶν καρκίνων.

PEdes autem & pectus durum, ſed minùs quàm cancris.

CAESAR.

C AE S A R.

MAgnitudinis modum modus duritatis ſecutus eſt. Hoc poſuit quoniam molliciam iam deſcripſerat: nequis etiam cætera putaret talia.

CLXXV. ARISTOTELES.

Πρόσφυσιν δ' οὐκ ἔχει πρὸς τὰ ὄστρακα, ὥσπερ αἱ πορφύραι καὶ οἱ κήρυκες, ἀλλ' εὐαπόλυτόν ἐστι.

CVm ipſa teſta neque connatus eſt, neque hæret ei, quemadmodum purpuræ & buccini. Sed facilè amouetur.

C AE S A R.

TRIA genera animalium in conchis ſunt: primum, connexum ſuis teſtis vel firmiſſimis ligamentis. Alterum in teſta quidem eſt, ſed ei connexum non eſt. Hæc duo genera connata ſunt cum teſta. Tertium eſt cancellorum, qui in teſta ſunt, ſed vt ſeorſum geniti, ita qui exire poſſint: prodire enim eos par eſt, ſaltem ad excrementa deijcienda. Sed & hîc ait eos Ariſtoteles egredi tempeſtatibus in cautium caua tanquam in portum.

εὐαπόλυτον laxè nimis: neque enim vinctus eſt vt oſtreæ, neque obductus vt purpuræ. Sed εὐαποκίνητον, εὐαπομετάβλητον. Theodorus paraphraſtæ officio, more ſuo, vtitur, non interpretis: addidit enim *liberq́; vagatur.*

CLXXVI. ARISTOTELES.

Προμηκέστερα δέ ἐστι τὰ ἐν τοῖς στρόμβοις τῶν ἐν τοῖς νηρίταις.

OBlongiores ſunt qui in turbinaceis degunt, & qui in neritis.

C AE S A R.

QVASI properans omiſit generum diſtinctionem, & affectionem tantùm proceritatis aſſignauit: pari feſtinatione cùm neritam nondum inter conchas nominauit.

Νηρίτην, *naticem* Theodorus Suidam ſecutus qui à nando deducit, interpretatus eſt: quoniam vellificat nando, cubátque cum hoſpite cancello tranquillis diebus, quod eſt primum genus officiorum: alterum cùm in tempeſtate eſt ibi ne iactetur atque allidatur ſaxis acclinato tecto adhæret ſaxis. Itaque cancellus in proximas cautium latebras recipitur. Tertium cùm inde ſoluta, patellarum more, procedit reptando: quartum cùm vellificat inuerſa concha. Itaque non à nando videtur Suidas deduxiſſe, ſed ab vrinando. Quin ibidem notauit è Lycophrone νηρὸν receſſum quendam cauum atque humidum dici. Quid, quod omiſit τὸ ῥεῖν quod verbum in ea voce eſt, atque τὸ νεῖν? Nam Nereus à nando & fluendo liquor maris dictus eſt. Eſt νηρὸν apud Athenæum in ſecundo: μῦ ὀξυμέλιτος νηροῦ καὶ ὄξους: nondum percepi an mendum ſit: à Nereo ductam νηρίτην negat Suidas, quoniam abſit diphtongus. Sed non animaduertit mediam ea de cauſſa produci quoniam coaluerit. Itaque ſcribitur in plurali νηρῖται cum circunflexo.

CLXXVII. ARISTOTELES.

ἝΤερον δὲ γένος ἐστὶ τὸ τῶν νηριτῶν, τὰ μὲν ἄλλα παραπλήσιον· τῶν δὲ δικρόων ποδῶν, τὸν μὲν δεξιὸν, ἔχει μικρὸν, τὸν δ' ἀριστερὸν μέγαν, καὶ ποιεῖται τὴν βάδισιν μᾶλλον ἐπὶ τούτῳ.

DIuerſum enim genus eſt eius qui cum Nerite agitat: Furcatum enim pedem dextrum habet puſillum, ſiniſtrum grandem, quo etiam frequentiùs vtitur ad ingreſſum. Cætera aliorum ſimilis eſt.

CAESAR.

EXplicat aliam differentiam à pede & motu: eóque neque vulgari neque cum aliis communi: moueri enim ſiniſtro plus.

Nota locutionem *ποιεῖται τὴν βάδισιν.*

CLXXVIII. ARISTOTELES.

Λαμβάνεται δὲ καὶ ἐν ταῖς κόγχαις τοιοῦτον ὧν ἐστιν ἡ πρόσφυσις παραπλησία καὶ ἐν τοῖς ἄλλοις. τοῦτον δὲ καλοῦσι σκύλλαρον·

SImile huic prehenditur etiam in conchis illis quæ cæterarum more teſtis ſuis annexa ſunt, quiddam quod ſquillarum appellant: quaſi ſquilliculam dicas.

CAESAR.

TERTIVM genus hoſpitum, quod nos ſæpe vidimus in conchis ſtriatis, ſquillæ minutæ ſimillimum.

λαμβάνεται, reperitur Theodorus, rectè: ſed Philoſophus etiam capturam notauit.

Nota locutionem perturbatam: *ἐν ταῖς κόγχαις τοιοῦτον, ὧν ἐστὶν ἡ πρόσφυσις παραπλησία καὶ ἐν τοῖς ἄλλοις*: interpoſuit *τοιοῦτον*, inter *κόγχαις* & ſuum relatiuum, & mutauit caſus *ὧν*. Et poſteà *ἐν τοῖς ἄλλοις.*

CLXXIX. ARISTOTELES.

Ὁ δὲ νηρίτης, τὸ μὲν ὄστρακον ἔχει λεῖον καὶ μέγα, καὶ στρογγύλον, τὴν δὲ μορφὴν παραπλησίαν τοῖς κήρυξι· πλὴν οὐχ ὥσπερ ἐκεῖνοι τὴν μήκωνα μέλαιναν, ἀλλ' ἐρυθράν. προσπέφυκε δὲ ἰσχυρῶς κατὰ τὸ μέσον.

NErites teſtam leuem habet grandem, orbicularem, faciem autem buccino ſimiliorem: papauer tamen non vt illi nigrum, ſed rubrum habet: ad medium autem firmiter annexus eſt.

CAESAR.

HOc debuit dicere ſuprà inter teſtacea ante hiſtoriam cancelli: ac tandem vix declarat eſſe è genere turbinatorum: *ἰσχυρῶς* aduerbium vſitatum Ariſtoteli, etiam in vaſis ſeminalibus.

CLXXX. ARISTOTELES.

Ἐν μὲν οὖν ταῖς εὐδίαις, ἀπολυόμενα νέμονται ταῦτα· πνευμάτων δὲ ὄντων, τὰ μὲν καρκίνια, ἡσυχάζει πρὸς τοῖς λίθοις· αἱ δὲ νηρεῖται, προσέχονται μὲν, καθάπερ αἱ λεπάδες, καὶ αἱ αἱμορροΐδες, καὶ πᾶν τὸ τοιοῦτο γένος· προσφύονται δὲ ταῖς πέτραις, ὅταν ἀποκλίνωσι τὸ ἐπικάλυμμα· τοῦτο γὰρ ἔοικεν εἶναι ὥσπερ πῶμα. ὃ γὰρ τοῖς διθύροις ἄμφω, τοῦτο τοῖς στρομβώδεσι τὸ ἕτερον μέρος.

TRanquillis diebus ſoluti paſcuntur: coortis vẽtis recipiunt ſe ad ſaxa cancelli atque ibi quietem agitãt. Nerita autem adhærent more patellarum & earũ quas ἀπορρωΐδας Græci vocant: tu deſluctias *dicere potes, & cætera horum genera omnia. Hærent enim ſaxis reclinato tegumento, quod quaſi tegumentum eſſe videtur. Quem enim vſum ambæ valuæ biforibus, hunc præſtat altera tantùm pars turbinatis.*

CÆSAR.

ALieno loco hîc ponit mores cùm de partibus tantùm hiſtoria ſit. Sed excuſatur quoniam tractat motum partium. Declarat modum quo hæreant; & dicit tegi vna teſta, ſicut bifores duabus.

duabus.Nam ſaxum alterius vicem præſtat.

εὐδία,pro tranquillo,aliqui pro tepido:de quo in Commentarijs de *Inſomnijs* multa.

ἀποκλίνωσι *dimoto* Theodorus peſſimè.Nam ſi tegmen dimoueant,nudi remaneant.

ἀπορραΐδες Theodorus *murices* interpretatur:nos maluimus voce ſingulari quàm æquiuoca vti. Sint ſanè ἀπορραΐδες ex muricum genere, tamen propriè murices non ſunt. Sunt ſanè murices ἀπορραΐδες.

CLXXXI. ARISTOTELES.

Τὸ δ' ἐντὸς, σαρκῶδές ἐστι· κἀν τούτῳ τὸ στόμα. τὸν αὐτὸν δὲ τρόπον ἔχει ταῖς ἀπορραΐσι καὶ ταῖς πορφύραις, καὶ πᾶσι τοῖς τοιούτοις.

Intus pulpa carnea, inque ea os, quomodo & aporraïdibus, & purpuris, & cæteris talibus.

CAESAR.

INteriores partes nunc perſequitur. Sed imprudenter ſuprà confudit cùm de papauere verba fecit: & antequam carnem nominaret, dixit firmiter annexum: poſteà motum interpoſuit: nunc ad interiora redit.

CLXXXII. ARISTOTELES.

Ὅσα δ' ἔχει μείζω τὸν δεξιὸν πόδα, ταῦτα ἐν μὲν τοῖς στρόμβοις οὐκ ἐγγίνεται, ἐν δὲ τοῖς νηρίταις ἐγγίνεται.

Qui autem grandiorem habent pedem ſiniſtrum, neritis inſunt, turbinatis alijs non inſunt.

CAESAR.

REPETIT quod ſuprà dixerat, & redit ad exteriores ſaltuatim: excluditque νηρίτας à στρόμβοις: quoniam minùs ſunt turbinati. Itaque coacti fuimus ordinem inuertere, ne στρόμβοις voce æquiuoca *turbines* verteremus. Nam profectò nerites etiam turbinati ſunt. Itaque Theodorus malè à turbinatis excluſit nerites, cùm ſic dixit: *ij nunquam cum turbinatis hoſpitantur, ſed cum naticibus tantùm ineunt ſocietatem:* at aliud eſt στρόμβον eſſe, aliud στρομβώδη. At τοῖς κήρυξι παραπλησίαν ἔχει τὴν μορφήν.

ἐγγίνεται: *innaſcitur*: veriſimile eſt habere proximam originem.

CLXXXIII. ARISTOTELES.

Εἰσὶ δέ τινες κόχλοι, οἳ ἔχουσιν ἐν αὑτοῖς ὅμοια ζῶα τοῖς ἀστακοῖς τοῖς μικροῖς, ἃ γίνονται καὶ ἐν τοῖς ποταμοῖς. διαφέρουσι δ' αὐτῶν τῷ μαλακὸν ἔχειν τὸ ἐντὸς τοῦ ὀστράκου. τὴν δὲ ἰδέαν οἷοι εἰσὶν, ἐκ τῶν Ἀνατομῶν θεωρείσθωσαν.

Quodam in genere vmbilicorum inuenias quadam animalia minoribus gammaris fluuialibus ſimilia: ſed differunt mollitudine cruſtæ. Eorum autem faciem in picturis diſſectionum diſcere potes.

CAESAR.

QVintum genus ponit gammarillorum qui in vmbilicis inueniuntur. Tria igitur gammarorum genera. Aſtacus marinus, fluuiatilis non vulgaris, *carabiccia*, & hîc gammarillus.

CLXXXIV.

CLXXXIV. ARISTOTELES.

Οἱ δ' ἐχῖνοι τὸ μὲν σαρκῶδες οὐκ ἔχουσιν, ἀλλ' ἴδιον αὐτῶν τοῦτό ἐστιν. ἐστέρηνται γὰρ πάντες, καὶ οὐκ ἔχουσι σάρκα ἐντὸς οὐδεμίαν· τὰ δὲ μέλανα, πάντες.

Echini ne carneum quidem hoc habent, ſed ſuum peculiare quiddam: negauit enim natura carnem: nigra autem illa habent omnes.

C AE S A R.

Mirum ab interioribus incipere, cùm tamen exteriora notabilia ſint, & notiora, & ſemper hactenus ſic proceſſerit. Item non rectè cùm negaret σαρκῶδες, ſubiunxit nullam habere carnem. Nam ſi carneum nihil habet, carnem nullam habet: ſed addidit οὐδεμίαν, vt omne & genus, & modum carnis excluderet. Dixit τὸ σαρκῶδες. Nota articulum: hoc, inquit, carneum quod in cæteris perſcrutati ſumus.

ἐστέρηνται: malè quoque hoc: neque enim habuerunt: non igitur priuati ſunt. Sed intellexit in genere carnem deberi, & in genere priuatos eſſe per contrariam differentiam: inſunt enim differentiæ in potentia generis. Itaque dixit in præterito.

Non malè ſeparat hoc Caput à cæteris Theodorus, ſi vnam faciat ſectionem teſtaceorum, atque in Capita ſcindat: tamen quia adhuc teſtacea perſequitur Philoſophus: id non probauimus. Quare vnico tractu eadem perſequemur: peſſimè tamen idem tranſtulit vt putaret ἴδιον ſignificare *peculiare*, ſcilicet carere carne. Nam τὸ ἴδιον ſignificat carnem peculiarem: habent enim.

Ichinos Ligures voeant *Caſtaneas marinas*: Adriatici *Ericios*.

CLXXXV. ARISTOTELES.

Ἔστι δὲ πλείω ἐχίνων γένη. ἓν μὲν, τὸ ἐσθιόμενον. τοῦτο δ' ἐστὶν ἐν ᾧ τὰ καλούμενα ὠὰ μεγάλα γίνεται, καὶ ἐδώδιμα, ὁμοίως ἐν μείζοσι καὶ ἐλάττοσι. καὶ γὰρ εὐθὺς, καὶ μικροὶ ὄντες, ἔχουσι ταῦτα.

Echinorum genera plura ſunt: vnum eſculentum, in quo quæ oua appellantur grandia, atque vſui vtilia inſunt, æque in maioribus atque in minoribus. Nam etiam ab initio ſtatim parui ea habent.

C Æ S A R.

Post communem omnibus naturam rectiſſimè à generum diuiſione hiſtoriam texit. Dixit μείζοσι καὶ ἐλάττοσι ab ætate. Itaque εὐθὺς dixit, id eſt ſtatim nati.

Theodorus κακοζήλως: *nam nouelli adhuc paruiq́; pleniuſculi illis conſtant.* Quis dicat, conſto plenus cibo? Deinde aduerbium, *adhuc*, malè ſitum eſt. Nam, *adhuc*, continuat terminum præſentem cum tractu præterito. Homo octagenarius, adhuc tamen generat: id eſt ab anno pubis. Itaque εὐθὺς non *adhuc*: ſed, *ſtatim*: ſtatim nati.

CLXXXVI. ARISTOTELES.

Ἄλλα δὲ δύο γένη, τό τε τῶν σπατάγγων, καὶ τὸ τῶν καλουμένων βρύσσων. γίνονται δὲ οὗτοι πελάγιοι, καὶ σπάνιοι. ἔτι αἱ ἐχινομῆτραι καλούμεναι, μεγέθει πάντων μέγισται.

Alia genera duo: alterum ſpatagorum, alterum briſſorum: ij in alto agitant, atque infrequentiores ſunt. Præterea echinometra omnium maxima.

C Æ S A R.

SIcut ortygometra & tettigometra quaſi coturnicum & cicadarum mater, ſic & echinorum.

CLXXXVII. A R I S T O T E L E S.

Πρὸς δὲ τούτοις ἄλλο γένος μικρὸν ἀκάνθας ἔχον μεγάλας καὶ σκληράς. γίνεται δὲ ἐκ τῆς θαλάττης ἐν πολλαῖς ὀργυιαῖς· ᾧ χρῶνταί πρὸς τὰς στραγγουρίας τινές.

AD hæc aliud genus puſillum ſpinis magnis ac duris, gigni ſolitum in profundo mari: quo ad vrinæ diſtillationes vtuntur nonnulli.

C AE S A R.

VT polyporum corpus minus, bracchia maiora: ita his: at toroneis magnum corpus ſpinæ breues.

θαλάττης ἐν πολλαῖς ὀργυιαῖς: *in alto gurgite* Theodorus malè: gurges enim eſt vbi vorago.

στραγγουρίας, *diſtillationes*, quaſi ſtrangulata veſicæ ceruice.

CLXXXVIII. A R I S T O T E L E S.

Περὶ δὲ Τορώνην εἰσὶν ἐχῖνοι λευκοὶ θαλάττιοι καὶ τὰ ὄστρακα καὶ τὰς ἀκάνθας καὶ τὰ ᾠά· μείζους δὲ τῶν ἄλλων εἰς μῆκος· ἡ δὲ ἄκανθα οὐ μεγάλη, οὐδὲ ἰσχυρά, ἀλλὰ μαλακωτέρα· τὰ δὲ μέλανα τὰ ἀπὸ τοῦ στόματος, πλείω, καὶ πρὸς μὲν τὸν ἔξω πόρον, συνάπτοντα, πρὸς ἑαυτὰ δὲ, ἀσύναπτα· τούτοις ᾗ ὥσπερ διειλημμένος ἐστί.

AD Toronem echini ſunt tum teſtis, tum ſpinis, atque etiam ouis albis. Sed cùm longiores ipſi, tum ſpinæ breuiores, neque ſatis firmæ ſed molliores. Nigræ autem particulæ quæ ori applicata ſunt plures. Eaq; vt ad exitus meatum copulatæ, ita inter ſe diſiunctæ ſunt: nanq; hic echinus quaſi diſpartitus eſt.

C AE S A R.

SEx igitur echinorum genera: echinorum eſculentorum, quos ab ouorum multitudine non incommodè *ouarios* vocat Hermolaüs, ſpatagorum: briſſorum: quæ tria genera magnorum ſunt: at echinometra maxima eſt: quintum, puſillorum & ſaxis adhærentium, qui multum ad vrinæ diſtillationes conferunt. Nunc verò ſextum ponit & eius differentias.

Sic alius dixiſſet: οἱ δὲ περὶ Τορώνην προμηκέστεροι μὲν τὸ μῆκος αὐτοὶ αἱ δ᾽ ἄκανθαι βραχύτεραι καὶ μαλακώτεραι. καὶ αὐτῶν μὲν τὰ ὄστρακα καὶ τὰς ἀκάνθας καὶ τὰ ᾠὰ λευκοί. τὰ δὲ μέλανα πλείω διειλημμένα μὲν καὶ ἀσύναπτα καθ᾽ αὑτά. τὸ δὲ πρὸς τὸν ἔξω πόρον ἀσύναπτα.

Theodorus μείζους δὲ τῶν ἄλλων εἰς μῆκος *augeri forma productiore, quàm cæteri ſoliti*, malè. Nam oblongiuſculi naſcuntur, non ſolùm augentur. Idem, *quibus quaſi interuentu luminum diſcriminantur*: ſatis ambitiosè: διειλημμένος. Nã vult dicere Philoſophus videri plures echinos, cùm eius partes non cohæreant. Et ſanè disfracto calice ſoluitur penè totus. Ea omnia oua vocant Ligures, pallida, crocea, rubra, ſubuiridia, ſuffuſca.

CLXXXIX. A R I S T O T E L E S.

Κινοῦνται δὲ μάλιστα καὶ πλειστάκις οἱ ἐδώδιμοι αὐτῶν. καὶ σημεῖον δέ τι ἀεὶ ἔχουσιν ἐπὶ ταῖς ἀκάνθαις.

MOtu maxime & agili, & frequenti mouentur eſculenti: cuius rei argumentum prabent: quòd aliquid ſemper ſpinis ſublatum gerunt.

C AE S A R.

CAESAR.

NVNC ab officijs partium. Duo dicit: μάλιστα, vt agilitatem dicat ad mouendum: ϖλεισάκις, ad actum ipſum. Hoc argumento diſtinguit ab alijs: potes hoc accipere pro cauſſa, ſcilicet motum, quòd eſculenti ſint. Hoc enim præſtat ignauia, vt caro ſapiat minus: probat autem moueri agiliter, quando plus peterrent: ſemper enim aliquid ſpinis, aut algæ, aut cæni, aut ſordium gerunt. Theodorus addidit audacter quòd gererent, *aliquid algæ*: ſed & aliud gerunt.

CXC. ARISTOTELES.

Ἔχουσι μὲν οὖν ἅπαντες ᾠὰ, ἀλλ' ἔνιοι πάμπαν μικρὰ, καὶ οὐκ ἐδώδιμα.

Habent igitur oua omnes, ſed quidam minima & cibo inepta.

CAESAR.

Plinius in nono, amara omnium oua eſſe ait. Sed de hoc mox.

CXCI. ARISTOTELES.

Συμβαίνει δὲ τὴν μὲν λεγομένην κεφαλὴν καὶ τὸ στόμα τὸν ἐχῖνον κάτω ἔχειν· ᾗ δ' ἀφίησι τὸ περίττωμα, ἄνω. ταὐτὸν δὲ τοῦτο συμβέβηκε τοῖς τε στρομβώδεσι πᾶσι, καὶ ταῖς λεπάσιν. ἡ γὰρ τομὴ, ἐκ τῶν κάτωθεν ὥστε τὸ μὲν στόμα, πρὸς τὴν τομήν. τὸ δὲ περίττωμα, ἄνω πρὸς τοῖς μετεώροις τοῦ ὀστράκου.

Contigit autem à natura echinis, vt quod in ipſis caput dici ſolet, itemq́ os ima in parte ſubtus habeant: excrementi autem exitum in ſuprema. Idque euenit tum turbinaceis omnibus, tum patellis: paſcuntur enim ab humo. Ergo os quidem ad paſtionem inuerſum fuit: excrementi exitus in ſummi calicis partibus cælum ſpectantibus.

CAESAR.

MAXIMVM diſcrimen ponit inter echinos & alia animalia, quod etiam turbinatis & patellis communicatum prædicat. Sanè neceſſarium. Nam cùm ab humo paſcuntur arborum more, neceſſe eſt os imum eſſe arborum item more. Neque enim collum habent vt teſtudines quod flecti poſſit. Hæc eſt oris ratio. Obijciet aliquis non debere ſemper ita gerere ſed cùm paſci tantum vult. Atque ita ſanè eſſe arbitror: ſed maxima ex parte ita pronos agitare par eſt, quoniam olfactum aut nullum habent, vt ait Ariſtoteles, aut quàm minimum. Maior eſt dubitatio de loco excrementi, non de re ipſa. Nam verum eſt auerſa ori parte in his ineſſe, ſed de naturæ conſilio: neque enim aptus locus eſt ſummus ad deijciendum. Solui ſic poteſt. Cum enim in orbem rotentur facilè: den i tunt quod ſuprema in parte eſt. At turbinata teſta inclinata perfacilè: patellæ autem difficiliùs. Quanquam potuiſſe videtur natura patellis non in ſummo, ſed extrema corporis parte foramen facere, vt teſtudini.

Dixit κάτω, ſcilicet ad humum, id eſt ratione ſitus mundi. Nam ipſis nihil ſummum, nihil imum eſſe videtur. Dixit itaque κάτω. Non autem ἐν ὑπτίοις. Quanquam ἐν μετεώροις mox: propterea quòd ſanè planiuſcula eſt pars qua os in imo eſt. Superior verò rotundior.

Nota συμβαίνει, *contigit*, non fortè, ſed natura: reddit rationem contingentiæ in fine apoteleſmatis, quoniam paſcuntur ab humo: mirum verò quod caput dicat: nam toti caput ſunt: ideò dixit λεγομένην κεφαλὴν, vt ſit quaſi caput cui coniunctum eſt os.

ἐκ τῶν κάτωθεν, *ab his quæ ſubtus accipiunt*: nam ἐκ ſignificat motum paſtionis: τῶν, materiam: κάτωθεν motum materiæ.

ὥστε pro διό.

τὸ μὲν

Τὸ μὲν ςόμα, τὸ δὲ περίττωμα: aduerſatiua vſus eſt, vt eſſent notæ contrariorum locorum vtriuſque oſtij, ingreſſus eius quod futurum eſſet alimentum, & egreſſus eius quod fuerit & cibus.

CXCII. ARISTOTELES.

Ἔχει δὲ ὁ ἐχῖνος ὀδόντας πέντε κοίλους ἔνδοθεν· ἐν μέσῳ δὲ τούτων, σῶμα σαρκοειδὲς ἀντὶ γλώττης.

Habet autem echinus dentes quinque cauos intus, atq; inter eos corpus carniforme pro lingua.

CAESAR.

Partes interiores aggreditur: nota dentes cauos: quoniam ſuprà negarat in eis carnem: deſcripſit τὸ γλωττοειδὲς, per σῶμα σαρκοειδὲς: quare peſſimè nudo verbo, *caruncula*, vertit Theodorus: qui alioqui ſemper ambitu verborum luxuriat.

CXCIII. ARISTOTELES.

Τούτου δ' ἔχεται ὁ ςόμαχος· εἶτα ἡ κοιλία, εἰς πέντε μέρη διῃρημένη πλήρης περιττώματος· συνέχουσι δὲ πάντες οἱ κόλποι αὐτῆς εἰς ἓν πρὸς τὴν ἔξοδον τῆς περιττώσεως, ᾗ τετρύπηται τὸ ὄστρακον.

Huic continuatur gula. Deinde venter in quinque diuiſus partes excrementi plenus: conueniunt autem ſinus eius omnes in vnum ad exitũ excrementi, qua teſta perforata eſt.

CÆSAR.

Πλήρης περιττώματος *excrementi plenus* non excrementorum, quoniam vniforma ſunt: συνέχουσι continuo ductu ſcilicet. Theodorus *coëunt* rectè: ſed κόλπους, *meatus*, male. Nam venter ad continendum, non ſolùm ad præbendum tranſitum creatus eſt: ſinus itaque Philoſophus ſignatiſsime ventris. Illud autem ἓν & ἔξοδον pro inteſtino accepit, quem πόρον ſuprà aliquando nominabat.

CXCIV. ARISTOTELES.

Ὑπὸ δὲ τὴν κοιλίαν ἐν ἄλλῳ ὑμένι τὰ καλούμενα ᾠά ἐστιν, ἴσα τῷ ἀριθμῷ ὄντα ἐν πᾶσι. πέντε γάρ ἐστι καὶ περιττά. ἄνω δὲ τὰ μέλανα. ἀπὸ δὲ τῆς ἀρχῆς τῶν ὀδόντων ἤρτηται ἃ ἐστι πικρὰ, καὶ οὐκ ἐδώδιμα. ἐν πολλοῖς δὴ τῶν ζῴων τὸ τοιοῦτόν ἐστιν, ἢ τὸ τοιοῦτόν ἐστιν, ἢ τὸ ἀνάλογον· καὶ γὰρ ἐν ταῖς χελώναις, καὶ ἐν φρυνάαις, καὶ ἐν βατράχοις, καὶ ἐν τοῖς στρομβώδεσι, καὶ τοῖς μαλακοῖς· ἀλλὰ τῷ χρώματι διαφέρει, καὶ ἄβρωτά ἐστι τὰ τοιαῦτα, ἢ πάμπαν, ἢ μᾶλλον.

Sub ventre in altera membrana oua quæ appellantur continentur, æquè ſingulis quina, quippe imparia: ſupra hæc, nigra partes illæ ab radice dentium ortum habent præ amaritudine cibo ineptæ. Id quod in multis ouis aut omnino aut ferme eſt. Quippe in teſtudine & rubeta, & rana, & turbinaceis, & mollibus, quanquam colore differentibus. Nanque eſui accommoda non ſunt: tametſi alia plus, alia minus.

CAESAR.

Hunc oua, & nigra & vtrorumque ſitum: ouorum etiam numerum, & colorem, & vſum. Ἐν πολλοῖς τῶν ζῴων, intellige quod omiſit, in hoc ſcilicet genere. Nam quod dixit de teſtudinibus profectò falſum eſſe nos ſumus autores, qui quotidie pene eſitamus; tabem ab ſtudiorum pertinacia non fruſtrà ſubmouentes. Hac parte fuſiſsimus eſt Ariſtoteles, oratione tamen diſsita: ſed etiam non ferendus, cùm dixit πέντε καὶ περιττὰ, inuerſo ordine. Nam ſi neceſſarium fuerat habere impari numero, aliquanto eſſet tolerabilior: vt ſic eſſet: quippe imparia eſſe debuere: ſed ne ſic quoque. Nam etiam ſeptena imparia ſunt.

αὐτῶν δὲ τὰ μέλανα. Theodorus, *quorum quod nigricat*: optimè putauit eſſe ouorum partem, & eius ſententia perplacet cùm tantum eam partem exiſtimet ineptam cibis: nam τὸ τοιοῦτον eſt τὸ πικρὰ ἐκεῖνα eſſe, καὶ ἄβρωτα τὰ τοιαῦτα ſcilicet ᾠὰ χελωνῶν & aliarum, quòd certè falſum eſſe diximus in teſtudine, & poſteà idem quoque in ranis experti ſumus: atque ideò videtur addidiſſe ἄβρωτα ἢ ἧττον ἢ μᾶλλον: quo loco interpretatus eſt τὸ ἀνάλογον: eſt enim ἀναλογία plus minus, καὶ ὑπεροχή. Itaque ſuprà de purpura: ἀπὸ δὲ τῶν ἐντέρων κάτω παρατείνει μέλανα ῥαχία συνεχῆ, οἷα καὶ ἐν ταῖς χελώναις πλὴν ἧττον μέλανα: non appellat ᾠὰ, ſed ibidem eorum ouum ſeorſum in membrana agnoſcit. Et paulò poſt τὸ δὲ καλούμενον ᾠὸν οὐκ ἔχει πόρον ἐν οὐδενί. Plinius tamẽ omnium echinorum oua amara eſſe ait. Theodorus igitur non malè, *quorum quod nigricat*, quoniam ἐν πολλοῖς ᾠῶν: quaſi ſit pars ouorum. Omnino Ariſtoteles obſcuriſſimus, & mutila ſæpe vtitur oratione. At quod de rubetæ ouis dixit, iudicium ſanè illi integrum relinquimus: quis enim mentis compos guſtarit?

CXCV. ARISTOTELES.

Κατὰ μὲν οὖν τὴν ἀρχὴν καὶ τελευτὴν συνεχὲς τὸ σῶμα τοῦ ἐχίνου ἐστί. κατὰ δὲ τὴν ἐπιφάνειαν, οὐ συνεχὲς, ἀλλ᾽ ὅμοιον λαμπτῆρι μὴ ἔχοντι τὸ κύκλῳ δέρμα.

Echini corpus ab initio ad finem vſque perpetuum eſt, ſuperficies autem diſſita. Similis namque laternæ, cui prætenta nulla membrana ſit.

CAESAR.

NVnc redit ad calicem obſcuriſſimis verbis: dicit eum eſſe continuũ, verum eſt. Nullis enim aut artubus aut commiſſuris cohæret, itaque eſt συνεχὲς καθ᾽ αὐτό. Sed tamen non eſt συνεχὲς ſi ſuperficiem contemplere. Eſt enim totum certis ordinibus perforatum, vnde pedes tanquam remi exeunt. Itaque laternæ comparat rectiſſimè: cui neque cornu, neque veſica: neque membrana ſit circundata. Hanc autem partem non videtur intellexiſſe Theodorus, qui ἀρχὴν καὶ τελευτὴν συνεχὲς, *prima & nouiſſima parte ſpiſſum*, vertit: συνεχὲς enim *ſpiſſum* nunquam eſt. Et τὴν ἐπιφάνειαν, *cætera*. Nam nullam partem primam aut nouiſſimam habet totus circularis: aut ſi habet, os idem & primum & nouiſſimum eſt. Dixiſſet igitur, τὸ μὲν κατὰ τὸ σῶμα: & non τὴν ἐπιφάνειαν, ſed τὸ λοιπόν. Verum intellexit vt diximus conſtitutionem corporis eſſe calice & ſuperficie vnica: ſuperficiem autem ipſam vnam quidem eſſe, ſed non continuam: quippe pertuſam.

δέρμα pro *membrana* hîc: membrana enim hædi & ouis corium dicitur Latinè, ſed minus rectè ſi Philoſophos conſulas. Nos pertuſæ laternæ nihil obducimus nunc: è tela autem cerata plicatiles etiam facimus. Item è veſica, & cornu vt veteres. Item è charta noſtrati.

CXCVI. ARISTOTELES.

Ταῖς δ᾽ ἀκάνθαις ὁ ἐχῖνος χρῆται ὡς ποσί. ταύταις γὰρ ἀπερειδόμενος καὶ κινούμενος, μεταβάλλει τὸν τόπον.

Spinis autem vtitur quaſi pedibus: his enim innixus, & mouetur & mutat locum.

CAESAR.

NVnc officium partium ponit: & quoniam ſpinas appellabat, oſtendit æquiuocationem à fine, pedes enim ſunt: ſunt igitur pedes quibus animalia innituntur tantùm, vt cypſeli: & mouentur quidem, ſed non mutant locum: quin in ſepiis non omnibus pedibus officio natatus exercetur. Itaque dixit ἐρειδόμενος ad differentiam ſepiarum quæ non innituntur. Deinde κινούμενος, quoniam ne mouentur quidem illis in natando, ſed pinnulis. Tum μεταβάλλει τόπον, ad differentiam omnium horum etiam ἀπόδων.

Non vacat articulus τὸν τόπον. Scilicet in quo eſt: alibi oſtẽdimus ineptitudinẽ verbi Græci μεταβάλλειν, neque enim βάλλει, ſed mouet ſe μετὰ τὸν τόπον: & ipſum μετὰ, ſanè modo accipiendo: neque enim ſemper poſt locum mutatur. Sed dextrorſum, & ſiniſtrorſum, & ſurſum, & deorſum, & quod eſt maximum, retrorſum: ſed de his alibi.

Theodorus

Theodorus cacozelia, *nitibundi*: imo nihil agilius, vt putes echinos, caſtanearum more, vento impelli. at *niti*, laborem quendam ſignificat: flexum autem vocis etiam addidit laborioſiorem. Idem, *ſedem permutant*: otioſè nimis: nuſquam enim ſedent: & *permutare*. Nam *permutare* eſt negotiatorum, neq; fere niſi inter duos contrahentes: nos Horatium ſecuti ſumus. *Lucretilem mutat Lycæo Faunus*: at idem alibi: *colle permutem Sabina diuitias operoſiores*. Et Cicero in *Orationibus* frequenter.

CXCVII. ARISTOTELES.

Τὰ δὲ καλούμενα τήθυα, τούτων πάντων ἔχει τὴν φύσιν περιττοτάτην. κέκρυπται γὰρ αὐτῶν μόνων τὸ σῶμα ἐν τῷ ὀστράκῳ πᾶν· τὸ δὲ ὄστρακόν ἐστι μεταξὺ δέρματος καὶ ὀστράκου· διὸ καὶ τέμνεται ὥσπερ βύρσα σκληρά. προσπέφυκε μὲν οὖν ταῖς πέτραις τῷ ὀστράκῳ.

Quæ tethya vocantur, natura ſunt quadam maximè diuerſa: his enim ſolis eſt vniuerſum corpus in calice, cuius natura eſt inter corium & teſtam media. Quare ſecari poteſt tanquam tergus durum: hæret autem ſaxis teſta.

CAESAR.

NVNC tranſit ab aliud genus teſtaceorum, ſed analogum. Quoniam teſta ſentiore ſit. Quare *tubera* non rectè à quibuſdam vocantur, non enim corio conduntur tubera, & aſpera ſunt: tethya autem læuia: ſi Græcam vocem velis ſequi, quemadmodum ſuperiùs diximus, mammillas vocare potes.

Appellauit *ὄστρακον*, inuitus, vt ſequeretur rationem generis quo continentur. Et ambiguè dixit, *μεταξὺ δέρματος καὶ ὀστράκου*: videtur enim locum aſſignare quendam, non naturam. Sed non dixit *τοῦ δέρματος*: ſed ſine articulo: ſic etiam infrà de carne *μεταξύ*.

περιττοτάτην Theodorus *peculiarem*, non rectè: nam non exit à genere teſtaceorum, neque tegmine neque natura hærendi, neque callo interiore, ſed per differentias multas variat: vt ſit *περιττὸν* propter *ὑπεροχὴν*. Sed infrà dicit *ἴδιον* genus vrticarum: quoniam, *τὸ στερεὸν* neque intus, neque extra ſeparatum, neque toto corpore miſtum haberet.

βύρσα ſolius bouis intellexit Theodorus. Sed *βυρσοδέψης* etiam alia interpolat coria. Plutarchus in libro de *virtutibus fœminarum* pro culeo accipit: in Oratione *contra Phorminem* Demoſthenes vtitur eo verbo, ſed non proptereà ſcimus quid ſit. Suidas pro quocunque *δέρματι*. Et ait *σκυτοτόμοι* eſſe Attice, qui *βυρσοδέψης* Aſiatice, à Paphlagonia, *βύρσα* pro quolibet corio: quod notat doctiſſimus Poëta, cùm *Byrſa* peregrinum nomen poſuit.

CXCVIII. ARISTOTELES.

Δύο δ᾽ ἔχει πόρους ἀπέχοντας ἀπ᾽ ἀλλήλων, πάμπαν μικρούς, καὶ οὐ ῥᾳδίως ἰδεῖν· ᾗ ἀφίησι τὸ ὑγρὸν, καὶ δέχεται· περίττωμα γὰρ οὐδὲν ἔχει φανερὸν, ὥσπερ τῶν ἄλλων ὀστρέων, τὰ μὲν, ὥσπερ ἐχῖνος, τὰ δὲ, τὴν καλουμένην μήκωνα.

Duos meatus habet ab ſe inuicẽ diſtantes, anguſtos, ac difficulter qui videri queãt, quibus excipit humorẽ ac reddit. Nihil enim excremẽti habet quod viſu percipi poſſit, quale inter cætera oſtracea vel echinus, vel quod papauer appellatur.

CÆSAR.

RECENSET partes. Et negligenter præpoſuit *τὸ ἀφίησι τοῦ δέχεται*, prius enim excipit quàm reddat.

Dixit *ἀπέχοντας* ne propinquos intelligeres: deinde mutauit orationem *ᾗ* pro *οἷς*. Neque enim idem eſt locus quo reddit & quo emittit.

Dixit *ὥσπερ ἐχῖνος*: neque enim nomen habent, vt papauer. Theodorus *echinanm* acutè: at cùm *οὐ ῥᾳδίως ἰδεῖν* tranſtulit, viſum vix patientia: agnoſcas peſſimum Ariſtotelicum: quaſi viſio actio ſit non paſſio.

CXCIX. ARISTOTELES.

Ἀνασχισθέντα δ᾽ ἴσασιν, πρῶτον μὲν ὑμένα ἔχει νευρώδη περὶ τὸ σαρκῶδες· ἐν δὲ τούτῳ ἐστὶν αὐτὸ τὸ σαρκῶδες τοῦ τηθύου. ἴδιον δ᾽ ἐστὶν ὅμοιον τῶν ἄλλων· αὕτη μόνη ἡ σὰρξ πᾶσιν ὁμοία.

Diſſecanti ea tibi occurret primùm membrana neruoſa carnaceo corpori obducta. Hac enim corpulentum tethys continetur. Idque ab cæteris omnibus diſſimile: ſuo in genere omnibus ſimilis eiuſmodi caro.

CAESAR.

NVNC interiora: ſuperuacanea illa: ἐν δὲ τούτῳ ἐστὶν αὐτὸ τὸ σαρκῶδες: ſicut & illud τοῦ τηθύου pro αὐτοῦ.

Mutauit τὸ σαρκῶδες in σάρκα, ἀκύρως.

CC. ARISTOTELES.

Προσπέφυκε δὲ τοῦτο κατὰ δύο τόπους, τοῖς ὑμέσι, καὶ τῷ δέρματι ἐκ πλαγίου· καὶ ᾗ προσπέφυκε, ταύτῃ ἐστὶ στενώτερον ἐφ᾽ ἑκάτερα, αἷς τείνει πρὸς τοὺς πόρους, τοὺς ἔξω διὰ τοῦ ὀστράκου φέροντας, ᾗ ἀφίησι καὶ δέχεται τὴν τροφὴν καὶ τὸ ὑγρόν· ὡς ἂν εἰ τὸ μὲν, στόμα εἴη, τὸ δὲ, τῇ περιττώσει ἔξοδος· καὶ ἔστιν αὐτῶν τὸ μὲν, παχύτερον, τὸ δὲ, λεπτότερον. ἔσω δὲ κοῖλον ἐφ᾽ ἑκάτερα, καὶ διείργει μικρόν τι συνεχές. ἐν θατέρῳ δὲ τῶν κοίλων ἡ ὑγρότης ἐγγίνεται.

HÆret hoc duobus locis, & membranæ, & corio ab latere: quaque hæret vtrâque parte preſſius eſt: quibus partibus tendit ad meatus ipſos, qui protinus per ipſum calicem extrorſum ducunt: atque hac emittit atque exigit tum cibum, tum humorem, perinde atque ſi hic os ſit, ille autem exitus excrementi. Atque horum alter craſſior eſt, alter tenuior. Intus autem vtrâque in parte ſinus diſſepti continua re puſilla quadam. In eorum altero humor ineſt.

CAESAR.

PERSEQVITVR quod cœperat. Sed videamus quàm perſpicuè: primùm quomodo poteſt hærere teſtæ quam hîc corium appellat, & membranæ caro illa, ſi tota à membrana circumdatur. Itaque ſiniſtrè admodum hæc declarauit.

Deinde dixit τὸ σαρκῶδες eſſe στενώτερον: at στενὸν vacui eſt non ſolidi affectio: *preſſius*, nos diximus *ſuccinctius*, *ſtrictius*.

Rurſus ἀφίησι præpoſuit τῷ δέχε), & cùm duos meatus faciat, quorum alterum dicat os, alterum ad excrementa deputatum: dixit tamen ᾗ de duobus illis, & confudit τροφὴν καὶ τὸ ὑγρὸν, καὶ τὸ περίττωμα: ſi quidem alterum eſt τοῦ περιττώματος: & tamen de vtroque ᾗ dixit.

Παχύτερον quomodo ſit niſi docuerit membranam conſtitui fiſtulam illam quæ ſit craſſior. At quis dixerit meatum craſſiorem? latiorem dixeris. Et obſcurauit orationem mutato genere: de πόρῳ enim, dixit τὸ μὲν.

CCI. ARISTOTELES.

Ἄλλο δὲ οὐδὲν ἔχει μόριον, οὔτε ὀργανικὸν, οὔτε αἰσθητήριον, οὔτε, ὥσπερ ἐλέχθη πρότερον ἐν ἄλλοις, τὸ περιττωματικόν.

CAEterarum partium quæ vel inſtrumenti nomine, vel officio ſenſuum, ac ne excrementa quidem cuiuſquam modi qualia in alijs ſunt, quicquam habent.

CAESAR.

Ὀργανικὸν diuiſit ab αἰσθητηρίῳ, ſatis licenter: oculus certè inſtrumentum eſt, & lingua, & auris, & nares: ſed intellexit, neque organa communia ad alias functiones, neque

propria

propria ad ſenſus. Et quia ſenſum, tactus, ſaltem habeat neceſſe eſt; ſed caro aut neruus, quanquam ſint organa ad tactum, tamen non ſunt organica. Itaque dixit ἄλλο μόρια, quoniam meatus illi organa ſunt: **** *Nonnulla deſunt.*

περιττωματικὸν excrementum. Quoniam papauer non eſt verum excrementum: neque atramentum, ſed modi quidam.

CCII. ARISTOTELES.

Χρῶμα δὲ τῶν τηθύων ἐστὶ τὸ μὲν, ὠχρὸν τὸ δ' ἐρυθρόν.

Color autem tethyorum, alius luteus, alius ruber.

C AE S A R.

Nihil caſtaneæ ſimilius, ſi hermodactyli prius radicis formam præbeas.

CAPVT QVINTVM,

De Vrticis.

CCIII. ARISTOTELES.

Ἔστι δὲ καὶ τὸ τῶν ἀκαλήφων γένος ἴδιον· προσπέφυκε μὲν γὰρ ταῖς πέτραις, ὥσπερ ἔνια τῶν ὀστρακοδέρμων· ἀπολύεται δ' ἐνίοτε. οὐκ ἔχει δὲ ὄστρακον, ἀλλὰ σαρκῶδες τὸ σῶμα πᾶν ἐστιν αὐτῆς.

Vrtica verò proprio genere præſcribitur: adnata enim ſaxis hæret, quemadmodum quædam teſtaceorum. Abſoluitur etiam interdum: caret autem teſta, totóq; corpore carnoſa eſt.

C Æ S A R.

Post teſtacea omnia enumerata, ponit hiſtoriam vrticæ: qua arguit diuiſionem ab ſe factam in quatuor genera ἀναίμων, non fuiſſe omnium capacem, vt initio dicebamus. Itaque ſuprà de Tethyis περιττώματα quid eſſet demonſtrauit. Nunc ἴδιον: quid eſſet proprium ſibi. Quare hoc Caput alias nos conſueueramus appellare ἐξωτερικόν.

Securè nimis locutus eſt ἀπολύεται δ' ἐνίοτε. Nam non omne genus abſoluitur à ſaxis in paſtum: ſed more ſpongiæ hæret ſemper ὥσπερ ἡμίζωον aut ζωόφυτον: quod & ipſe mox dicet ἀπολύεται δὲ γένος τι αὐτῶν.

CCIV. ARISTOTELES.

Αἰσθάνεται δὲ καὶ συναρπάζει, προσφερομένης τῆς χειρός· καὶ προσέχεται, καθάπερ ὁ πολύπους ταῖς πλεκτάναις, οὕτως, ὥστε τὴν σάρκα ἐπανοιδεῖν.

Senſum verò habet, atque admotam manum corripit, continétque ſicut polypus bracchijs, tanta vi vt carnem in tumorem tollat.

CAESAR.

QVONIAM hæret plantarũ more genus quoddam, neque abſoluitur, videbatur ſenſu carere: præſertim cùm nomen veræ quoque plantæ gerat: iccircò agnoſcit in ipſis ſenſum, & ponit indicia. Quoniam manum ſi admoueas corripit in ſe ſinuata, tenétque adeò vt tumorem tollat. Is tumor alterutra aut vtrâque de cauſſa potuit euenire, aut propter ſuctum, vt etiam in polypi apprehenſione, quod hîc videtur innuere Ariſtoteles, cum dixit οὕτως ὥστε: aut propter pruritum quem facit vrticæ more, vnde & nomen habuit.

συναρπάζει *adhæreſcit* Theodorus malè: hæret etiam viſcum ſurculo, & ſurculus viſco, at viſcum ſurculus non corripit.

Dubia eſt lectio προσφερομένης τῆς χειρὸς ſcilicet hominis; an ipſius vrticæ parte, quam etiam hîc manum vocat. Sed mitior ſententia quam hîc ſecuti ſumus: prætereà dixiſſet προσφερομένῃ τῇ χειρί.

CCV. ARISTOTELES.

Ἔχει δὲ τὸ στόμα ἐν μέσῳ, καὶ ζῇ ἀπὸ τῆς πέτρας, ὥσπερ ἀπ᾽ ὀστρέου.

Habet os in medio, atque ab ſaxo tanquam à teſta viuit.

CAESAR.

PONIT rationem quare inter teſtacea numerârit, quoniam ἀπ᾽ πέτρας viuit: vt alia ἀπ᾽ ὀστρέων: quod Theodorus malè interpretatus eſt cùm dixit, *de teſta viuit*: de mare viuit mergus, de cœno oſtrea: *de lucro viuere* apud Ciceronem: non igitur de teſta, neque de ſaxo illa: τὸ ἀπ᾽ ſignificat locum à quo proficiſcitur ſtatus, ſic τὸ ἐν: in terra viuimus nos. Sed dixit ἀπ᾽, quoniam non potius eſt eorum ſtare, quàm pendere.

CCVI. ARISTOTELES.

Καὶ ἄν τι προσπέσῃ τῶν μικρῶν ἰχθυδίων, ἀντέχεται ὥσπερ τῆς χειρός· οὕτω κἂν προσπέσῃ αὐτῇ ἐδώδιμοι, κατεσθίει.

Tum ſi quid piſciculorum caſu quopiã allabatur, comprehendit, ſicut & manum. Sic etiam eſculenti quippiam ſi appellatur, deuorat.

CAESAR.

INSTRVMENTVM victus notârat, & eius locum, poſteà concauſſam, nunc modum ponit: tota autem illa, οὕτω κἂν προσπέσῃ &c. vacant: ſatis enim erat dicere κατεσθίει: repetit enim quod dixit de piſciculis eſculentum verò cùm poſſit ei eſſe tam inanimatum quàm animatum: rectè ſecundo loco dixit προσπέσῃ. At piſciculi viuentes non cadunt ſed alio verbo eorum motus ſignandus fuit. Itaque, *allabi*, diximus: ac ne multum aberraremus, addidimus caſum adumbraturi Philoſophi verbum. Secundo loco diximus, *appelli*, ſcita voce. Theodorus etiam licentiùs, *prænatantes piſciculos excipit.*

CCVII. ARISTOTELES.

Καὶ ἀπολύεται δέ τι γένος τι αὐτῶν· ὃ, ἄν τι προσπέσῃ, κατεσθίει καὶ ἐχίνους καὶ κτένας.

Abſoluitur etiam genus quoddam, ac quodcúnque nactum fuerit, vel echinos ipſos, vel etiam pectines conficit.

CAESAR

CAESAR.

TERTIO ponit προσπεσόν: at immotos illos offendit, ſed è contrariò, in quodcunque illa inciderit: mira vis: ſi pectines & echinos corrodit: illos poſuit Philoſophus propter duritiam, hos propter aſperitatem.

Κατεσθίει *conficit*, vt etiam poſſis intelligere teſtam diſſipatam.

Προσπέσῃ, Theodorus *in quos offenderit*, mala latinitate: ſed & languet eius oratio: at Ariſtoteles non ſolùm cæteras eſcas, verumetiam pectines & echinos.

CCVIII. ARISTOTELES.

Περίττωμα δ' οὐδὲν παντελῶς φαίνεται ἔχουσα, ἀλλ' ὁμοία κατὰ τοῦτο τοῖς φυτοῖς.

NVllum omnino inuenitur in ea excrementum, qua ratione plantis ſimilis eſt.

CAESAR.

QVONIAM os habet & paſcitur, videbatur & excrementum & excrementi exitum quoque habere debuiſſe. Cæterùm in lib. VIII. ſibi contradicit, cùm excrementi locum ei aſſignat. Nam exitum ad quid appararet natura excrementi, ſi nullum habet excrementum?

Φυτὸν, *ſtirpem* Theodorus interpretatus eſt, quod & maluit Ruellius, quàm *plantas*: ſed valdè dubito an firmiores tantùm plantas ſignificet, ſtirps: & ſanè videtur. Quis enim muſcum arboris ſtirpem appellet? quanquam ne planta quidem, quæ de taleis tantùm olim dicta fuerat, à palis qui pangerentur: plantarum tamen vocem vſus imperio omnibus communicatam ſcimus: ſtirpem puto non eſſe. Quin etiam puto non totam plantam ſtirpem eſſe: ſed ſtirpem & ſtipitem idem eſſe: ſed de hoc in Commentariis de *Plantis*.

CCIX. ARISTOTELES.

Ἔστι δὲ γένη τῶν ἀκαληφῶν δύο· αἱ μὲν, ἐλάττους, καὶ ἐδώδιμοι μᾶλλον· αἱ δὲ, μεγάλαι καὶ σκληραί· οἷαι γίνονται καὶ περὶ Χαλκίδα.

SVnt autem vrticarum genera duo. Minores quæ etiam inter cibos ſæpius recipiuntur: & maiores eæque duriores, cuiuſmodi ad Chalcidem oriuntur.

CAESAR.

A Magnitudine & vſu diſtinguit genera, & addit locum. Dixit μᾶλλον, quoniam non omnino in delitiis ſunt.

CCX. ARISTOTELES.

Τοῦ μὲν οὖν χειμῶνος τὴν σάρκα στιφρὰν ἔχουσι· (διὸ καὶ θηρεύονται, καὶ ἐδώδιμοί εἰσι) τοῦ δὲ θέρους, ἀπόλλυνται. γίνονται γὰρ μαδαραί· καὶ ἄν τις θίγῃ, διασπῶνται ταχέως, καὶ ὅλως οὐ δύνανται ἀφαιρεῖσθαι· πονοῦσαί τε ταῖς ἀλέαις, εἰς τὰς πέτρας ἐνδύονται μᾶλλον.

HYeme igitur carnem compactam habent, quo propterea tempore & captantur & eſitantur: æſtate fiunt deteriores, euadunt enim fluidæ, attactæque ſoluuntur: auelli quoque omnino non poſſunt: tum æſtu laborantes penitiora ſubeunt ſcopulorum.

CAESAR.

QVAS in cibis retulerat, ponit harum differentiam ab anni tempeſtatibus. Dat rationem: quoniam calor ſoluit carnem, & fluidum facit callum illum hyemalem: itaque ingratæ ſunt. Eſt alius effectus ab illa mollitia: quoniam auelli nequeunt, ſed ruptæ manum ſequuntur. Tertia cauſſa quare non expetuntur, & eſt ſecunda cauſſa quare non auelluntur: quoniam intima ſaxorum petunt, vbi condantur ab æſtu, cuius ſunt impatientes.

Στιφρὰν *conſtantem* rectè Theodorus, à cohæſione partium, & *rigidiuſculam* addidit feſtiuè propter hyemem.

Ἀπόλλυνται *rareſcunt*, malè idem : ſed æſtas perdit eas: vt in Comœdiis, *qui me perdidit*. Itaque coactus fuit addere, *& reſoluuntur*.

Μαδαρὰ idem *præmadent* : meliùs *fluida*, vt nos: addidit ergo *& marcent*: ſic omnia binis verbis ambitioſè, neque è maieſtate Latina, neque è puritate Ariſtotelis.

Διασπῶνται *diſcerpantur* Idem : ſed nulla vis ibi in fluidis: addidit quoque, *diſpereant*, malè.

CAPVT SEXTVM,

De Inſectis, & eorum partibus.

CCXI. ARISTOTELES.

Περὶ μὲν οὖν τῶν μαλακίων καὶ μαλακοστράκων καὶ ὀστρακοδέρμων, ὅσα ἔχουσιν ἐκτὸς μέρη, καὶ ὅσα ἐντός, εἴρηται. περὶ δὲ τῶν ἐντόμων λεκτέον τὸν αὐτὸν τρόπον.

QVæ molluſcorum, cruſtatorum, teſtaceorum partes eſſent exteriores, interioréſque diximus. Nunc de inſectis eodem inſtituto ſcribendum eſt.

CAESAR.

QVARTVM genus nunc narrabit, omiſſa vt diximus ſpongia, quæ profectò inter ἄναιμα rectè numeratur: ſuccum enim ſuum habet non ſanguinem, & ſentit, & cum altero vrticarum genere rectè comparari poteſt.

Τὸν αὐτὸν τρόπον, *eodem inſtituto*, id eſt priùs exteriores partes explicabimus.

CCXII. ARISTOTELES.

Ἔστι δὲ τὸ γένος τοῦτο πολλὰ ἔχον εἴδη ἐν αὑτῷ, καὶ ἐνίοις πρὸς ἄλληλα συγγενικοῖς οὖσιν, οὐκ ἐπέζευκται κοινὸν ὄνομα οὐδέν, οἷον ἐπὶ μελίττῃ καὶ ἀνθρήνῃ καὶ σφηκί, καὶ τοῖς τοιούτοις· καὶ πάλιν ὅσα τὸ πτερὸν ἔχει ἐν κολεῷ, οἷον μηλολόνθη καὶ κάνθαρος, καὶ κανθαρὶς καὶ ὅσα τοιαῦτα.

MVltas continet in ſe ſpecies genus hoc, quarum quædam tametſi inter ſe congeneres ſunt, tamen communi nominis coniunctione non explicantur, vt apes, crabro, veſpa, & alia ſimilia. Itémque quæcunque alas munitas vagina habent, quemadmodũ ſcarabæus, fullo, cantharis: & reliqua eiuſmodi.

CAESAR.

QVOD & alibi fecit: vt in columbarum & equorum hiſtoria, declarat multas ſpecies congeneres quidem re eſſe, cognomines autem ab genere non eſſe. Et ponit duo exempla, ſed ita vt aſſignet generis ſummi vtriuſque differentias, ab vagina qua alæ muniuntur.

Nota loquutionem: καὶ ἐνίοις, &c. alius dixiſſet ὧν ἐνίοις: & poterat videri ſuperfluè addidiſſe πρὸς ἄλληλα, niſi ſubeſſet his verbis quædam quaſi ratio cognationis atque æqualitas. Nam in XII. *Metaphyſices* declarauimus ſpecies in genere æquales eſſe: per differentias autem potiores aliã aliam fieri.

Dixit ἐπέζευκται lepido verbo: quaſi iugo quodam nominis impoſito, iunctæ ſpecies repræſentarentur ad intelligendum. Et cùm poſuit ea in tertio caſu, οὖσιν, non mutauit, ſed addidit præpoſitionem ἐπὶ μελίττῃ: poſteà mutauit more ſuo, καὶ ὅσα.

Cong:

Congeneres, Plinij verbum de vnedone loquentis, poſuimus. Theodorus maluit *cognatas*, non malè: ſed cognata eſt etiam τὸ ἴδιον συμβεβηκὸς ſpecie: tamen non omnes Philoſophi dicunt eſſe ſub eodem genere, non enim Auenroës, non D. Thomas: ſolus Scotus cum ſuorum turba dicat: ſed alio exemplo excludas: forma & materia lapides cognati ſunt, congeneres non ſunt: omnino æquiuoca vox eſt.

Theodorus μηλολόνθην *Gallerucam* neſcio quare dicat: fortaſſe ex Italica turba expiſcatus eſt nomen, vt ſolet. Vuottonus Anglus putat μηλολόνθην Scarabeum viridem, de quo Plin. in XXIX. cùm tamen ſciamus nos multa eſſe Scarabeorum genera: vnum cornibus prælongis biſulcis, dentatis forcipibus, quæ alligata infantibus amuleti naturam obtinent. Hi à Nigidio *Lucani* vocantur: aliud, qui è ſimo ingentes pilas pedibus trahunt, quos cùm Theodoro *pillularios* rectè potes vocare: quidam magno cum murmure volant: quoſdam nullomodo volare compertum habemus: nonnulli cornicula ignaua habent papilioni ſimilia. μηλολόνθην autem interpretatur Suidas ex Ariſtophanis Scholiaſte ζωΰφιον χρυσίζον ὅμοιον κανθάρῳ, alas enim auro rutilantes & flaueſcentes habet. Quare quodammodo color puniceus ad viridem ſpectãs: viridi nomen indit um probabile eſt. Sit igitur μηλολόνθη viridis, aut rutilus Scarabeus. Sed adhuc ſcrupulus quidam reſtat, cùm ferè omnia genera flaueſcant: videor quoque aliquando quoſdam vidiſſe viridiori colore, quàm reliquos neque rutilanti: quare nomen generale reliquimus: maluimus enim eo vti quàm nouum aut incertum apponere. At κάραβος quem Theodorus *fullonem* vertit, qui ſit, nomen locuſtæ conueniens dubitare facit: locuſtarum enim genus quoddam in vagina alas variè pictas reconditas habet: at rectè inter Scarabeos recenſeri non poteſt. Nam videtur Philoſophus, quemadmodum apem crabronem & veſpam, ſic & Scarabeorum genera tria facere, quanquam plura ſint. vtemur tamen eo nomine quouſque proprius nacti fuerimus: fullonis autem meminit Plinius cap. XI. lib. XXX. quem ait albis guttis notatum. Theodorus κάνθαρον legit quod eſt ſummum Scarabeorum genus: at nos rectè vt putamus κανθαρίδα. Nam κανθαρὶς, minimum eſſe genus nemo doctus dubitat: nam & colorem & formam repræſentat. * * * *locus planè mutilus, quem vt potuimus reſtituimus. Multa quoque deſunt.*

CCXIII. ARISTOTELES.

Πάντων μὲν οὖν κοινὰ μέρη ἐστὶ τρία, κεφαλὴ, καὶ τὸ περὶ τὴν κοιλίαν κύτος· καὶ τρίτον, τὸ μεταξὺ τούτων· οἷον τοῖς ἄλλοις τὸ στῆθος καὶ τὸ νῶτόν ἐστι.

Omnium igitur communes partes ſunt tres, caput, alueus ventrem contendens, & tertia quæ inter has ſita eſt, cuiuſmodi aliis pectus dorſúmque dicitur.

CAESAR.

QVONIAM per genera quæ Philoſophi ſubalterna vocant prodire non poteſt, omnium communes partes ſtatuit & præfinit trium numero: nam neque pedes, neque alæ, neque cauda, neque cornicula omnibus ſunt.

Theodorus, τὸ περὶ τὴν κοιλίαν κύτος, *aluum*, nimis conciſè.

CCXIV. ARISTOTELES.

Τοῦτο δὲ τοῖς μὲν πολλοῖς ἕν ἐστιν· ὅσα δὲ μακρὰ καὶ πολύποδα, σχεδὸν ἴσα ταῖς ἐντομαῖς ἔχει τὰ μεταξύ.

Hoc in multis vnicum eſt: ſed ijs quæ longa multipedáque ſunt, multiplex æquat numerum inciſurarum.

CAESAR.

PONIT differentiam pectoris à numero: neque ipſum nominat niſi per τὸ μεταξύ. Theodorus, *id quod interiacet*: oſtendit obiter pauciora eſſe τὰ μακρὰ καὶ πολύποδα: & dixit duo hæc. Nam ſunt etiam μακρὰ καὶ μὴ πολύποδα, vt lumbrici.

CCXV.

CCXV. ARISTOTELES.

Πάντα δ' ἔχει διαιρούμενα ζωὴν τὰ ἔντομα· πλὴν ὅσα ἢ λίαν κατέψυκται, ἢ διὰ μικρότητα ταχὺ καταψύχεται· ἐπεὶ καὶ αἱ σφῆκες διαιρεθέντες ζῶσι.

Inſecta omnia, etiam præciſa vitam retinent: niſi ſi qua, aut vehementer fuerint frigefacta, aut ob paruitatem celeriter calorem amittant. Nam ſanè veſpæ quoque diuiſæ viuunt.

CAESAR.

COMMVNEM affectionem ponit inſectorum cum cæteris annuloſis, vt præciſæ partes vitam trahant diutius. Et ſubiunxit priori parti, quoniam de inciſuris fecit mentionem. Nam ſi pectus ab aluo diuidas, aluus celeriùs moritur. Idem, ſi per longum ſcindas, intereunt. Hanc affectionem etiam in inteſtinis ſturionis animaduertimus: quæ etiam altera die qua piſcis extinctus fuerat ſecta, atque in peluim miſſa reptabant: annuloſa ſanè ea quoque, vt anima in ignobiliſſima parte conſtituta eſſe videretur: ſed quæ anima? quæ etiam appeteret: ſequebantur enim ſanguinem, quacunque à nobis traheretur.

Cùm aſſignaret duas cauſſas, aut quæ caſu amiſerint calorem, aut quæ natura ob paruitatem, attulit exemplum de veſpa: quippe non admodum magna eſt: ea de cauſſa addidit ἐπεὶ, de muſca etiam poterat quæ longè minor, vt formicam taceam.

Κατέψυκται Theodorus *frigeant*: imò iam ſint frigefacta. Nam frigemus etiam ad ipſa ſtatim initia frigoris appulſu. Ita id falſum eſſet.

Διαιρούμενα *diuulſa*, Theodorus minùs commodè: ſed vt præciſum inteſtinum veteres appellârunt, quoniam non continuaretur, ſed terminaretur, ita hîc dicendum eſt: ſic *linguam præcidere* Plautus: ſic telam, filum, & funem anchorarium legimus vbique.

CCXVI. ARISTOTELES.

Μετὰ μὲν οὖν τοῦ μέσου, καὶ ἡ κεφαλὴ καὶ ἡ κοιλία ζῇ· ἄνευ δὲ τούτου ἡ κεφαλὴ οὐ ζῇ.

Igitur cum media illa parte, vel caput vel venter viuit: ſine ea autem non viuit caput.

CAESAR.

CONTRA Galenum hoc eſt, qui putauit ruditer nimis in cerebro ſedem eſſe animæ primariam, non in corde. Cùm tamen etiam anguillarum & ſerpentium caput abſciſſum non viuat; cæterum corpus viuat diu: potuit autem Ariſtoteles dicere οὐδέτερον ζῇ. Sed argumentum eſt à potiori: ſi caput non viuat dempto pectore, multò minùs venter: prætereà neſcio an verum ſit omnem ventrem mori.

CCXVII. ARISTOTELES.

Ὅσα δὲ μακρὰ καὶ πολύποδά ἐστι, πολὺν χρόνον ζῇ διαιρούμενα, καὶ κινεῖται τὸ ἀποτμηθὲν ἐπ' ἀμφότερα τὰ ἔσχατα. καὶ γὰρ ἐπὶ τὴν τομὴν πορεύεται καὶ ἐπὶ τὴν οὐρὰν, οἷον ἡ καλουμένη σκολόπενδρα.

Longarum autem, & quæ multis mouentur pedibus partes præciſæ diu viuunt, mouentúrque ad vtrunque extremum, ac tam ad præciſuram, quàm ad caudam tendunt, vt quæ ſcolopendra appellatur.

CÆSAR.

SVPRA motum à partibus: nunc à genere certo: quod præſcribit longitudine & pedum frequentia. Sed cùm motum duplicem narrat, paulò incautiùs locutus eſt καὶ ἐπὶ τὴν οὐράν. Nam altera pars à qua caudata pars abſciſſa eſt, quomodo moueatur ad caudam? quinetiam cùm ad caudæ locum mouebitur, mouebitur ſimul ad præciſuram. Itaque Theodorus legit ἐπὶ τὴν κεφαλὴν, non autem οὐράν.

CCXVIII.

CCXVIII. ARISTOTELES.

Ἔχει δὲ ὀφθαλμοὺς μὲν ἅπαντα, ἄλλο δ᾽ αἰσθητήριον οὐδὲν φανερόν· πλὴν ἔνια γλῶτταν· ἣν καὶ τὰ ὀστρακόδερμα ἔχει πάντα, ᾗ καὶ γεύεται, καὶ εἰς αὐτὸ τὴν τροφὴν ἀνασπᾷ. τοῦτο δὲ, τοῖς μὲν, μαλακόν· τοῖς δ᾽, ἔχει ἰσχὺν πολλὴν, ὥσπερ ταῖς πορφύραις. καὶ οἱ μύωπες. καὶ οἱ οἶστροι ἰσχυρὸν τοῦτο ἔχουσι, καὶ τἆλλα σχεδὸν τὰ πλεῖστα. ἐν ἅπασι γὰρ τοῖς μὴ ὀπισθοκέντροις, τοῦτο ὥσπερ ὅπλον ἔχει ἕκαστον. ὅσα δ᾽ ἔχει τοῦτο, ὀδόντας οὐκ ἔχει, ἔξω ὀλίγων τινῶν· ἐπεὶ καὶ αἱ μυῖαι τούτῳ θιγγάνουσαι αἱματίζουσι, καὶ οἱ κώνωπες τούτῳ κεντοῦσιν.

Oculos verò habent omnia: cæterarum autem partium, quæ ſunt à natura ſenſuum miniſterio attributa nullam, quæ ſanè appareat, præter linguam quadam. Qua etiam teſtacea omnia prædita ſunt: qua & guſtant, & attrahunt intra ſe cibum. Ea autem in quibuſdam mollis, in aliis robuſta valde, vt purpuris: tabani quoque atque aſili præualidam eam habent, & alia penè plurima. Quæcunque enim ad poſtremam alui partem aculeum non gerunt, iis hæc pro telo data omnibus eſt. Atque hæc quidem dentibus carent, præter pauca quædam: ſiquidem muſcæ quoque ea admota ſanguinem cient, & culices ſua pungunt.

CAESAR.

NVNC partes minutiores exequitur. Incipit autem ab inſtrumentis ſenſuum: attribuit omnibus oculos: ſed puto lumbricos non habere. Cætera autem maxima pars vel grandes habet: alia inſtrumenta non tollit ſed negat percipi poſſe præter linguam. Eius differentias ponit, mollis vt in muſca, duræ, vt in culice. Et repetit hiſtoriam purpuræ: vereórque ne falſum ſit omnia teſtacea habere linguam. Non enim tethya fortaſſe, & alia inuenias. Apponit officium linguæ duplex in communi, guſtandi, & attrahendi intro cibum. Nam in aliis animalibus quibuſdam etiam apertiùs hoc agit vt in boue: priuatim autem duo officia altera pro natura eius. Nam mollem linguam datam ad lambendum dicit, duram autem pro telo: itaque ſeipſum imitatur. Nam exerti dentes ad pugnandum dati cùm ſint, cornua data negabat ſimul eſſe: atque è contrario: ſic nunc negat dentes datos quibus aculeus in ore ſit: excipit tamen pauca: prætereà ſeparauit genera per ſitum aculeorum, quod & alibi facit, vt aculeus non ſit in ore, quibus ſit ad caudam: atque obiter declarat τὰ ὀπισθόκεντρα, non eſſe in maiori parte.

Cùm nominauit linguam: poſteà ſemper ſignat per pronomen: quoniam vera lingua non eſt: σχεδὸν τὰ πλεῖστα, *penè plurima*: neſcio an ſuperlatiuum poſſit recipere in numero, hoc aduerbium *penè*, aut *ferè*: penè omnia dicas, cùm paulum deeſt ad totius numeri expletionem: ſed penè maxima pars ciuium dormit nunc: quid hoc eſt? Theodorus omiſit illud σχεδόν.

Nota ἐπεὶ καὶ αἱ μυῖαι, quid agit hîc τὸ ἐπεὶ? neque enim ὅπλον eſt muſcis, niſi quibuſdam atrioribus, quibus aculeus datus eſt. Multa enim genera muſcarum: ſunt pergrandes ac variæ, è quarum aluo vidimus vermiculos exeuntes, atque in ea magnitudine aliæ nigræ, ſed ſubſtrictiores: ſunt aliæ minimæ quæ nunquam creſcunt ſunt mediocres: harum genus vnum iumentis & canibus infeſtum. κυνομυίας, iccircò vocant Græci, ego *naticam* à natibus non ineptè: rotundior hæc, duro corio, pedibus craſſis: eſt genus vulgare: promuſcide lorea non pungente: & huic proxima nigrior aculeo maximum infligente dolorem. Eſt alia viridis quæ valdè ſectatur excrementa: eſt nigerrima alis diſpeſſis, quæ non ſaltuatim volat: nunquam abſcedit à parietibus. Papiliones linguam longiſſimam habent atque in ſe contortam.

Theodorus more ſuo, vnam vocem duabus expreſſit, *mollis infirmáque* μαλακόν. Et ὅσα τοῦτο ἔχει, *quibus iunctum id eſt*, de ſuo addidit. Idem θιγγάνουσαι *pertingentes*, rectè noſtrum ſuauiùs *admota*: idem quoque de ſuo addit *acrius*, malè: nihil enim acrius aculeo muſcæ illius atrioris.

CCXIX. ARISTOTELES.

Ἔχουσι δ᾽ ἔνια τῶν ἐντόμων καὶ κέντρα. τὸ δὲ κέντρον τὰ μὲν ἔχει ἐν αὐτοῖς, οἷον αἱ μέλιτται καὶ αἱ σφῆκες· τὰ δ᾽, ἐκτὸς, οἷον σκορπίος.

Habent quædam aculeum, eúmque aut in ſeipſis conditum vt ap.s & veſpa, aut extantes, vt ſcorpius.

CAESAR.

C AE S A R.

ANALOGVM linguæ illius nunc ponit, aculeum: differt enim officij ſimplicitate & ſitu. Neque enim ad rictum paratus eſt, ſed ad pugnem tantùm, & in auerſa corporis parte ſitus eſt: præthereà ab ore nullus extat; à cauda extat, quippe ſcorpio.

CCXX. ARISTOTELES.

Καὶ μόνον δὴ τῶν ἐντόμων τοῦτο μακρόκεντρόν ἐστιν. ἔτι δὲ χηλὰς ἔχει τοῦτό τε, καὶ τὸ ἐν τοῖς βιβλίοις γινόμενον σκορπιῶδες.

Quin ſolus inſectorum habet is aculeum ſuum longum. Itémque pedes forcipatos, quemadmodum etiam ſcorpiunculus qui in libris naſcitur.

C AE S A R.

PROPRIAM differentiam ab hac parte aſcribit ſcorpio ab aculei longitudine: ſed ſanè falſum eſt: minore enim aculeo præditus eſt quàm crabro: niſi totum poſtremum nodum intelligat, qui ſanè craſſior eſt quàm aculei nomine cenſeri mereatur: præthereà cùm inter inſecta connumerat, rectè facit: ſed haud facilè inueniat, capitis & pectoris,& alui diſcrimina: quas partes omnia inſecta habere docuit.

Illud quoque attentiùs obſeruandum eſt: quare cùm de aculeo loquitur,interſerit orationem de forcipibus. Non aliam ob cauſſam, niſi hoc quoque vni aſſignet, quo careant cætera inſecta: obiter autem docet genera ſcorpionum duo: vnum, caudatum,alterum cauda caret: cætera ſimillimus: mira celeritate remigerus in latus, atque etiam in orbem ad reſpiciendum quid ſe inſectetur: caudati à colore genera ſortiuntur: vidimus atros,fuluos cinereos,pallidos.

Dixit σκορπιῶδες, quaſi analogum. Theodorus addidit numerum bracchiorum, omniáque forcipata: quin etiam peſſimè addidit *dentes:* nam dentes in ſolo cancrorum genere ad chelas ſunt,& *quinque* dixit potiùs quàm quina, vt quinque vtrinque ſint, Sed etiam falſo bracchia omnia appellauit: cùm duo prima tantùm ſint: cætera autem crura.

CCXXI. ARISTOTELES.

Τὰ δὲ πτηνὰ αὐτῶν πρὸς τοῖς ἄλλοις μορίοις, καὶ πτερὰ ἔχει.

EA quæ volucria ſunt, præter cæteras partes alas quoque habent.

C AE S A R.

SImul diſtinguit genera, ſimul aſſignat partes proprias: alius dixiſſet, ἔτι δ' αὐτῶν τὰ μὲν πτηνά, ſed iam ſuprà dixit.

CCXXII. ARISTOTELES.

Ἔστι δὲ τὰ μὲν δίπτερα αὐτῶν, ὥσπερ αἱ μυῖαι· τὰ δὲ, τετράπτερα, ὥσπερ αἱ μέλιτται. οὐδὲν δ' ἐστι δίπτερον ὀπισθόκεντρον.

QVorum aliis bina ſunt alæ vt muſcis, aliis autem quaternæ vt apibus: nulli enim bina tantùm,quod aculeum poſtrema aluo habeat.

C AE S A R.

DISTINGVIT genera per numerum alarum: coniungit duas differentias, quaternas alas & aculeum retro.

Ὀπισθόκεντρον, Theodorus putauit poſſe differre, ſicut in ore,ideò dixit *in aluo*: ſed aluus etiam partem habet aliam quàm poſtremam, itaque hoc adderet.

CCXXIII.

CCXXIII. ARISTOTELES.

Ἔτι δὲ τὰ μὲν ἔχει τῶν πτερωτῶν ἔλυτρον τοῖς πτεροῖς, ὥσπερ ἡ μηλολόνθη· τὰ δὲ, ἀνέλυτρά ἐστιν, ὥσπερ ἡ μέλιττα.

QVorundam quoque alæ teguntur munimento quodam, vt viridi ſcarabeo: alia eo carent, vt apis.

CAESAR.

ALiam differentiam à tegmine alarum, quod ἔλυτρον appellat, quaſi putamen: per *cruſtam & vaginam* interpretatus eſt Theodorus.

CCXXIV. ARISTOTELES.

Ἀνορροπύγιος δὲ πάντων αὐτῶν ἡ πτῆσίς ἐστι.

NVlli ad volandum cauda officio eſt.

CAESAR.

Ἀνορροπύγιος: quoniam nulli eorum cauda pennata, aut membranata ad volandum eſt. Nam quod addit Theodorus, *nullo caudæ gubernaculo volatum regi*, ſanè falſum eſt: ſuprà diximus *curuculum* dici cauda longiſſima, quem *moni etam* etiam vocant alij: ea dirigit, flectit, demittit, tollit volatum. Sed Ariſtoteles tantùm dicit non eſſe inſtructam alarum materia ad volandum.

CCXXV. ARISTOTELES.

Καὶ τὸ πτερὸν οὐκ ἔχει καυλὸν οὐδὲ χίσιν.

ALa autem eiuſmodi eſt, vt neque tubis, neque diuiſuris conſtet.

CAESAR.

NOn auſim appellare pennam hîc, vt Theodorus. Nam quanquam, vt alibi diximus, à volando dicta eſt: tamen Latinè nuſquam intelligam membranam, pennam: καυλὸν quoque *tubum* diximus: χίσιν, Theodorus *ſciſſuram*, nos *diuiſuram*: neque enim ſcindere dicas pennæ capillamenta cùm ea ſeparas: neque à natura ſciſſæ ſunt: nunquam enim continuæ fuêre.

CCXXVI. ARISTOTELES.

Ἔτι κεραίας πρὸ τῶν ὀμμάτων ἔνια, οἷον αἵ τε ψύχαι, καὶ οἱ κάραβοι.

PRætereà cornicula præ oculis: vt papiliones, & carabi.

CÆSAR.

C*ornicula*, ἐν κεραίας, *antennas* Theodorus duriùs.

Ψύχαι, papiliones qui erucas generant.

CCXXVII. ARISTOTELES.

Ὅσα δὲ πηδητικὰ αὐτῶν ἐστι, τούτων τὰ μὲν, ἔχει τὰ ὄπισθεν σκέλη μείζω· τὰ δὲ, πηδά-

QVæ ad ſaliendum ſunt inſtituta, ijs crura poſteriora maiora ſunt: atque ipſa poſtrema,

λια καμπτόμενα εἰς τοὔπισθεν, ὥσπερ καὶ τῶν τετραπόδων σκέλη.

quibus ſaliunt retroflexa, quemadmodum & quadrupedibus.

C Æ S A R.

NVNC differentiam inſtrumentorum ab officio & vſu: itaque & magnitudinem & flexum ad ſaliendum notat. Animaduerte τὰ ὄπισθεν: ſemper relatiuè ad duo prima crura. Nam media ſunt illis longiora, mediis poſtrema: idque intellexit Ariſtoteles: neque enim repetiiſſet in verbo πηδάλια, niſi in communi accepiſſet τὰ ὄπισθεν tam media, quàm poſtrema. Nam quid eſſet τὰ δὲ πηδάλια? nempe ταῦτα δὴ, dixiſſet. Theodorus neque intellexit, & malè interpretatus eſt per *vel*: imò omnibus crura ſunt maiora poſtrema: & malè putauit πηδάλιον, *gubernaculum*: potiùs *ſaltaculum* παρὰ τὸ πηδᾶν, *ſaltatoria crura*.

CCXXVIII. ARISTOTELES.

Πάντα δ' ἔχει τὰ πρανῆ πρὸς τὰ ὕπτια διαφοράς, ὥσπερ καὶ τὰ ἄλλα ζῷα.

OMnium partes quæ ſubtus ſunt, à ſuperis differunt, vt etiam reliquis animalibus.

C Æ S A R.

NAm minimum quidem differunt in lumbrico, & differunt tamen.

CCXXIX. ARISTOTELES.

Ἡ δὲ τοῦ σώματος σὰρξ, οὔτε ὀστρακώδης ἐστίν, οὔτε οἷον τὸ ἐντὸς τῶν ὀστρακοδέρμων, οὔτε σαρκώδης, ἀλλὰ μεταξύ. διὸ καὶ οὔτε ἀκάνθας ἔχουσιν, οὔτε ὀστοῦν, οὔτε οἷον σήπιον, οὔτε κύκλῳ ὄστρακον. αὐτὸ γὰρ αὑτὸ τὸ σῶμα διὰ τὴν σκληρότητα σώζει, καὶ οὐ προσδεῖται ἑτέρου ἐρείσματος.

COrpus autem eorum neque teſtaceum eſt, neque quale in teſtaceis continetur: neque carnoſum, ſed medium inter hæc. Quare neque ſpinam habent, neque teſta amiciuntur: ſeipſum enim ſuapte duritiâ tuetur corpus, neque alterius eget fultura.

C Æ S A R.

NVNC totam ſubſtantiam declarat: repetit quæ prima diuiſione dixerat, & planiùs narrat, & oſtendit compendia naturæ. Nam cùm ſit mediocri duritia, oſſis non eguit, non ſpinæ, non analogi: hoc intus, foris quoque eadem ratio: tegumento enim opus non habent: itaque putauit apponere commune nomen, ἐρείσματος: ſed ita non eſt. Nam quæ os intus habent, eo corpus ſuſtinent: quæ cruſtam, ſanè id vni officitur ab ea poteſtate: at quæ teguntur teſta, non omnium corpus teſta ſuſtinentur. Sed contrà à corpore teſta: vt omnia turbinata videmus & patellas, gerunt enim teſtam ſuam: quorundam partim ſuſtinetur, partim ſuſtinet, vt in teſtudine. Itaque Theodorus optimè *munimenti* nomine vtranque vtilitatem complexus eſt.

CCXXX. ARISTOTELES.

Δέρμα δ' ἔχουσι μὲν, πάμπαν δὲ τοῦτο λεπτόν.

AC cutem quidem, ſed pratenuem habent.

C AE S A R.

VTINAM non dixiſſet hoc Ariſtoteles : nanque ad aluum tenuem quidem cutem habent : at ad pectus cruſtam plurimam : dorſum etiam cruſtatum. Quippe locuſtæ coxas dura cruſta intectas: intus carnem mollem, æqualem, etiam eſculentam, vt etiam ait Dioſcorides.

CCXXXI. ARISTOTELES.

Τὰ μὲν οὖν ἔξωθεν αὐτῶν μόρια, τοιαῦτα, καὶ τοῦτον ἔχει τὸν τρόπον. ἐντὸς δὲ τοῦ κύτους, μετὰ τὸ στόμα ἔντερόν ἐστι, τοῖς μὲν πλείστοις εὐθὺ, καὶ ἁπλοῦν μέχρι τῆς ἐξόδου ἰὸν, ὀλίγοις δ' ἑλιγμὸν ἔχει.

Exteriores partes hæ ſic ſe habent : intra alueum autem poſt os inteſtinum eſt maxima parti eorum rectum, ſimplexq́; ad exitum vſque: paucis autem inflexum eſt.

C Æ S A R.

NVnc tranſit ad interiora : *κύτος ſinum* Theodorus, non malè : ſed ſinum etiam dicas in pectore.

CCXXXII. ARISTOTELES.

Σπλάγχνον δὲ οὐδὲν ἔχει τῶν τοιούτων, οὐδὲ πιμελὴν, ὥσπερ οὐδὲ ἄλλο τῶν ἀναίμων οὐδέν.

Neque viſcus vllum, neque adipem habent inſecta : ſicuti ne alia quidem ſanguine carentia.

C Æ S A R.

NAm ſi carent ſanguine, carebunt & membro ſanguinis autore, & adipe cuius materia ſit ſanguis.

CCXXXIII. ARISTOTELES.

Ἔνια δ' ἔχει καὶ κοιλίαν, καὶ ἀπὸ ταύτης τὸ λοιπὸν ἔντερον ἢ ἁπλοῦν, ἢ εἱλιγμένον, ὥσπερ αἱ ἀκρίδες.

Nonnulla etiam ventrem habent, atque ab eo reliquo tractu inteſtinum, aut ſimplex, aut flexuoſum: vt locuſtæ.

C AE S A R.

QVoniam ſuprà ab ore ſtatim inteſtinum demittebat : nunc in quibuſdam aſſignat ventrem.

CCXXXIV. ARISTOTELES.

Ὁ δὲ τέττιξ, μόνον τῶν τοιούτων, καὶ τῶν ἄλλων δὲ ζώων, στόμα οὐκ ἔχει, ἀλλ' οἷον τοῖς ἐμπροσθοκέντροις τὸ γλωττοειδὲς, τοῦτο μακρὸν καὶ συμφυὲς, καὶ ἀδιάσχιστον, δι' οὗ τῇ δρόσῳ τρέφεται μόνον· ἐν δὲ τῇ κοιλίᾳ οὐκ ἔχει περίττωμα.

Sola non modo horum, ſed etiam animantium omnium cicada ore caret : ſed quiddam eius ſpecie quod in ore aculeatis ſimile linguæ eſt, longum, conſertum, non diuiſum : per quod rore ſolo alitur : in ventre autem nullum retinet excrementum.

C AE S A R.

PERTVRBATA hiſtoria redit ad ſuperiora. Nam hæc aculeis erat ſubtexenda hiſtoria : *συμφυὴς*, *non ſolidum*, nam cauum eſſe debet : δι' οὗ trahit rorem. Itaque Theodorus cùm dixit *compactum*, ambigere nos facit, an velit dicere ſolidum, an pro ore capiti affixum. Nam hoc eſt συμφυές.

Οὐκ ἴσχει περίττωμα : ſanè conſentaneum erat habere aliquid excrementi, quodcunque alitur: ſed non temerè dixit ἴσχει: propter tenuitatem, ſcilicet non retinet.

Theodorus malè addidit *peculiare* : neque enim ſola cicada rore viuit : quin etiam apes, & pecora : ſed non ſolo.

Οἷον τὸ γλωττοειδές: ſunt tria primum lingua in nobis: ſecundum linguæ ſimile, vt in apibus: tertium huic ſimile, vt in cicadis.

CCXXXV. ARISTOTELES.

Ἔστι δ' αὐτῶν πλείω εἴδη, καὶ διαφέρουσι μεγέθει καὶ μικρότητι, καὶ τῷ τοὺς μὲν καλουμένους ἀχέτας ὑπὸ τὸ ὑπόζωμα διῃρῆσθαι, καὶ ἔχειν ὑμένα φανερόν· τὰ δὲ τεττιγόνια, μὴ ἔχειν.

Cicadarum genera multa ſunt, ac differunt magnitudine, ac paruitate. Sed & quæ canoræ appellantur ad præcinctura locum inciſa ſunt: membranámque eiuſmodi habent, vt oculis perſpici poſſit: cicadaſtra autem non.

C AE S A R.

SPECIES enumerat: differentias à magnitudine quæ vocem emittunt: ponit nomina: ἀχέται, à ſono: ἠχώ.

Feliciſſimum verbum Theodori *cicadaſtra* ſecuti ſumus.

CAPVT SEPTIMVM.

De Animantibus quæ extra genera.

CCXXXVI. ARISTOTELES.

Ἔστι δ' ἔνια ζῷα περιττὰ καὶ ἐν τῇ θαλάττῃ, ἃ διὰ τὸ σπάνια εἶναι, οὐκ ἔστι θεῖναι εἰς γένος. ἤδη γάρ τινες φασὶ τῶν ἐμπειρικῶν ἁλιέων, οἱ μὲν, ἑωρακέναι ἐν τῇ θαλάττῃ ὅμοια δοκοῖς, μέλανα, στρογγύλα τε καὶ ἰσοπαχῆ· ἕτερα δ', ἀσπίσιν ὅμοια, τὸ μὲν χρῶμα ἐρυθρὰ, πτερύγια δ' ἔχοντα πυκνά· ἄλλα δὲ ὅμοια αἰδοίῳ ἀνδρὸς, τό τε εἶδος καὶ τὸ μέγεθος· πλὴν ἀντὶ τῶν ὄρχεων πτέρυγας ἔχειν δύο· καὶ λαβέσθαι ποτὲ βυθὸν τοῦ πολυαγκίστρου τῷ ἄκρῳ.

SVPERSVNT notis generibus animalia quædam in mari, quæ proptereà quòd rara ſunt, nequeunt ad genera referri. Nam qui piſcaturam negotiantur, narrare alia alij ſoliti ſunt : vidiſſe ſeſe in mari trabibus ſimilia teretibus, æquali craſſitudine, colore nigra. Alia clypeorum ſpecie rubra : frequentibus pinnulis : nonnulla tum figura, tum magnitudine veretri humani, niſi quòd teſtium loco pinnas haberent duas : hæſiſſéque olim ad ſummum inſtrumenti quod multis hamis conſertis conſtat.

CAESAR

C Æ S A R.

ABSOLVTIS omnibus generibus, vult excuſare ſe à calumnia. Nam, inquit, quæ rara inuentu ſunt, haud facilè ad genera reduci poſſunt. Tum ponit hiſtoriam ex auditu: penes illos vult eſſe fidem: pulmones quoque viſuntur præter hæc, & rotæ, & muliebris pudendi ſpecie. Hoc caput ſeparandum eſt: extra enim omnem materiam ſuperioris eſt, & περιττὸν, περὶ τῶν περιττῶν. περιττὰ, autē hîc Theodorus, *effigie inſolenti*, tranſtulit malè: ſed extra genera: & ſuperflua natura: animaduerte quoque Philoſophum mutaſſe locutionem: οἱ μὲν, ἔνιοι δὲ: non dixit οἱ δέ.

Δοκοῖς *trabunculis* Theodorus: potiùs *trabeculis*. Idem feſtiuo verbo nominauit *veretile*, à veretro.

CAPVT OCTAVVM.

De Senſibus animantium.

CCXXXVII. ARISTOTELES.

TA' μὲν οὖν μέρη τῶν ζώων πάντων τά τ' ἐντὸς καὶ τὰ ἐκτὸς περὶ ἕκαστον γένος καὶ ἴδια καὶ κοινῇ, τοῦτον ἔχει τὸν τρόπον. περὶ δὲ τῶν αἰσθήσεων νῦν λεκτέον.

ANimantium omnium partes, tum interiores, tum exteriores, quæ ſingulis generibus, aut propriè, aut communes eſſent, hoc quo diximus modo ſunt conſtituta. Nunc de ſenſibus dicendum eſt.

C AE S A R.

POSTQVAM de materia dixit, nunc de forma hiſtoriam texere inſtituit, ſimúlque de fine: ad quem vſum, ſcilicet, partes ipſæ ſint comparatæ. Itaque de vſu priuato debitóque indiuiduo, primo loco. Deinde de officio ad ſobolem propagandam: primam partem bifariam teximus: vt quæ ad ſenſus ſint ordinatæ à natura dicantur primo: mox ad mores, ita tota hiſtoria perficietur. Sed vt dicebamus ab hac parte librum auſpicari par fuit: non miſcere duo diuerſa argumenta materiæ, & aliarum cauſſarum: vt primo libro typum hiſtoriæ poneret: ſecundo partes compoſitas extimas, & intimas eorum quæ ſanguine conſtant. Tertio eorum quæ ſine ſanguine degunt. Quartúſque eſſet hîc de ſenſibus, ætate, ſomno, vigilia, voce, valetudine, ſexu, aliiſque affectibus indiuiduorum, tum de coïtu.

Dixit τὰ δ' ἐντὸς, priuſquam ἐκτὸς, cùm tamen alium in narrando ſeruarit ordinem: proptereà quòd interiorum recentiſſima memoria erat, quaſi igitur relegens iterum ita loquitur.

Καθ' ἕκαστον γένος, Theodorus *generatim*, optimè proba voce vſus eſt: ſed malè potuit connectere verba, *propriæ*, *& communes*: nam qui dicas: proprium generatim? imò vero generis proprium, & generi commune. Nam aduerbium illud nequaquam cohæret.

CCXXXVIII. ARISTOTELES.

OU' γὰρ ὁμοίως πᾶσιν ὑπάρχουσιν, ἀλλὰ τοῖς μὲν πᾶσαι, τοῖς δ' ἐλάττους.

NEque enim omnibus omnes prædita ſunt: ſed quibuſdam pauciores.

C Æ S A R.

REddit rationem quamobrem de ſenſibus dicendum ſit: quoniam magna ſunt eorum in generibus diuerſis alia alijs diſcrimina: ſi enim iidem eſſent eodémque modo omnibus, nihil eſſet dicendum: cognito enim homine, omnia cognoſcerentur. Et dicendum eſſet tamen: cùm eorum numerus, modus, effectiones, paſſionéſve declaranda eſſent, quæ hîc per hiſtoriam laxiùs, in libris de *anima* ſubtilius percenſentur.

CCXXXIX. ARISTOTELES.

Εἰσὶ δὲ πλεῖσται καὶ παρ' ἃς οὐδεμία φαίνεται ἴδιος ἑτέρα, πέντε τὸν ἀριθμόν, ὄψις, ἀκοή, ὄσφρησις, γεῦσις, ἁφή.

Sunt autem plurimum quinque numero, præter quem nullus ſeorſum alius videatur: viſus, auditus, olfactus, guſtus, tactus.

C Æ S A R.

CVm dixit omnes, neceſſe fuit numerum declarare: ſed an ſextus ſenſus ſit ab his ſeparatus, dubitari ſolitum eſt. Et videtur Galenus alicubi ſenſiſſe: ſunt qui titillationem adderent, fruſtra tamen, tactus enim eſt: ſunt qui voluptatem quàm percipiunt exeunte ſemine genitali ſextum putarent ſenſum: ſed ne hi quidem rectè ſenſere. Tactus enim eſt: ſicut & cùm ſcabimus prurientes: ſed alibi exactiùs.

Ordinem non contempſit. Nam maximè immaterialem poſuit primo loco viſum: maximè materialem vltimo, tactum. Non fruſtra dixit πλεῖσται, ne alij quærerentur: igitur addidit præter eos nullum eſſe, vt plurimos dicas: propterea dixit: quoniam & omnes tactus quodammodo ſunt, & guſtus omnium tactui proximus: & obiecta multa multis communia, vt quantitas, figura: & quædam quæ videantur propria, quibuſdam occultius etiam communia: nam res acres non ſolum guſtum, ſed etiam nares, imò oculos quoque feriunt.

Nota ἴδιος ἑτέρα, *propria: non propria ſed ſeparata priuata:* priuatum autem eſt ſectum, vt alibi diximus: ſectum eſt ſeparatum ab aliis.

παρ' ἃς, Theodorus *ſupra quos nullum adeſſe*, malè: at ἴδιον, *generis ſui*, idem rectè.

CCXL. ARISTOTELES.

Ἄνθρωπος μὲν οὖν, καὶ τὰ ζῳοτόκα καὶ πεζά, καὶ ἔτι πρὸς τούτοις καὶ ὅσα ἔναιμα καὶ ζῳοτόκα, πάντα φαίνονται ἔχοντα ταύτας πάσας, πλὴν εἴ τι πεπήρωται γένος, οἷον τὸ τῶν ἀσπαλάκων. τοῦτο μὲν γὰρ ὄψιν οὐκ ἔχει· ὀφθαλμοὺς μὲν γὰρ ἐν τῷ φανερῷ οὐκ ἔχει· ἀφαιρεθέντος δὲ τοῦ δέρματος ὄντος παχέος ἀπὸ τῆς κεφαλῆς κατὰ τὴν χώραν τὴν ἔξωθεν τῶν ὀμμάτων, ἔσωθέν εἰσιν οἱ ὀφθαλμοὶ διεφθαρμένοι, πάντα ἔχοντες ταὐτὰ τὰ μέρη τοῖς ἀληθινοῖς. ἔχουσι γὰρ τό τε μέλαν, καὶ τὸ ἐντὸς τοῦ μέλανος τὴν καλουμένην κόρην, καὶ τὸ κυκλώπιον ἐλάττω μέντοι ταῦτα τῶν φανερῶν ὀφθαλμῶν· εἰς δὲ τὸ ἔξω τούτων οὐδὲν σημαίνει, διὰ τὸ τοῦ δέρματος πάχος, ὡς ἐν τῇ γενέσει πηρουμένης τῆς φύσεως. εἰσὶ γὰρ ἀπὸ τοῦ ἐγκεφάλου, ᾗ συνάπτει τῷ μυελῷ, δύο πόροι νευρώδεις καὶ ἰσχυροί, παρ' αὐτὰς τείνοντες τὰς ἕδρας τῶν ὀφθαλμῶν, τελευτῶντες δὲ εἰς τοὺς ἄνω χαυλιόδοντας.

Homo igitur & quæcunque ſola humo ad motum vtuntur, atque animal pariunt; quin omnia quæ è ſanguine concreta ſunt, modo animal pariant, videntur omnes habere ſenſus. Niſi ſi cui generi intercepta perfectio eſt, cuiuſmodi ſunt talpæ: hi enim viſu carent: neque enim oculos conſpicuos habent: ſed ablata cute quæ craſſinſcula ad exteriores luminum orbes capiti obtenta eſt, intus oculi ſunt conſpicui, omnibus conſtantes partibus iiſdem quibus veri quoque præditi ſunt. Nam & continent nigredinem ipſam, atque in ea quam pupillam vocant, & ipſum circulum, ac minora quidem quàm ſint in ijs qui detecti ſunt oculis. Verùm horum indicium nullum extat propter corij craßitudinem, quaſi in generationis principiis perpenditur. Sunt enim à cerebro qua coït neruus, meatus neruoſi duo validi qui ad ipſas oculorum ſedes tendunt, terminantúrque ad ſuperiores exertos dentes.

C AE S A R.

POſtquam poſuit numerum, nunc ponit eorum finem. Nanque ſenſus rei ſentientis eſt: ſentire autem animalis: perfectus igitur numerus perfecti animalis. Perfectum autem dupliciter, aut ſimpliciter, vt Deus: aut in genere, vt homo: eſt enim cæterorum comparatione perfectum: ipſe verò ſecundum ſe & ſimpliciter non perfectus. Hoc autem eſt propter differentiam perfectiſſimam per quam ab aliis ſeparatur. Quare genus quoque illud ſummum quo continetur erit aliis generibus contrariis perfectius: ponit hoc genus hîc Ariſtoteles: *ζωοτόκα*; ſunt enim perfectiora quàm ouipara. Itaque plures ipſis debentur ſenſus. Hoc cùm poſuiſſet Philoſophus, amplificauit ſententiam addita etiam laxiore differentia. *Omnia*, inquit, *quæ ſanguine concreta ſunt*: poſteà oſtendit per eandem rationem, quid hinc ſit eximendum. Nam ſi quid imperfectum eſt, tametſi eſt in genere perfecto, tamen propter imperfectionem differentiæ, defectum quoque ſenſus patietur. Tum ponit hiſtoriam de talpæ oculis. Quem cum natura ſubterraneorum feciſſet animal, ſenſum illum qui luce eget non attribuit, vbi nulla eſſet lux. Imitata tamen ſeipſa eſt, & inchoatos oculos dedit, quoniam ipſum animal nunquam perficeret ad lucem in qua non verſaretur.

Dixit primo loco *ἄνθρωπος*: quoniam ea eſt regula noſtri inſtituti qua cætera metiamur animalia. Deinde amplificauit ad *ζωοτόκα*: tum addit *πεζά*: quoniam in aquis imperfectiſſima ſunt: iccircò quia elementi in quo degunt appulſu, releuatur eorum immobilitas: ſed tamen videntur *τὰ ζωοτόκα* aquatilia omnes ſenſus habere: neque enim nunc memini cuiuſpiam quod eorum careat quopiam. Itaque correxit & addit omnia *ἔναιμα*: cæterum cùm circunſcripſit ea *ζωοτόκοις*, neſcio an neceſſario. Nam puto omnia *ἔναιμα* quinque ſenſus habere: licet non omnia membra cæteris communia ad ſentiendum, vt in piſcibus quibuſdam declaratum eſt.

Πεπήρωται: non dicas *mutilum*, non *mancum*: hoc enim de cornibus præſectis, & quibus manus præciſæ eſſent, qui purè loquuntur, dicunt: non dicas *imperfectum*, neque enim ſonat ea vox id. Nam nondum perfecta imperfecta ſunt, & tamen non *πεπήρωται*, ſed intercepta aut imperfecta perfectio. *Læſum* Theodorus malè: nunquam enim ei oculi læſi fuêre: nullos enim alios habuit talpa: *laceſſitos*, verò longè deterius: neque enim ſunt lacerati: neque rectè ſubdidit, *quale genus talparum cui viſus deeſt*. Videtur enim ex his verbis aliquod eſſe genus aliud, quod viſu non careat: at Ariſtoteles non fruſtrà: *τοῦτο γὰρ* inquit, *ὄψιν οὐκ ἔχει*, id eſt, *quippe ij viſu carent*.

More ſuo Philoſophus omiſit, *reperientur*, aut tale quid, cùm dixit *detracta cute intus oculos eſſe inchoatos*: nam tales ſunt etiam non detracta: ſic vbique *ἀνοιχθέντα*.

Διεφθαρμένοι, *corrupti*, in naturæ ſcilicet opere ipſo inchoati: declarat poſteà quomodo. Nam cũ omnes habeant partes, quas alij, oculos tamen minores habent, ſed ego malim dixiſſet deteriores. Nam etiam non veros oculos eos appellat, cum à veris diſtinguit. Theodorus *ἀληθινοὺς* *integros*: quia cum integrum ſit cui nulla deeſt pars, & quod non ſit diffractum, oculi talpæ omnes habeant partes, integri ſunt, & *ὅλοι*.

Οὐδὲν σημαίνει, *nulla nota oculorum eſt*: addidit Theodorus multa ambitioſe: *opacat*: & *eminentes* malè. Neque enim neceſſe eſt eminere, ſatis eſt extare à cute: at eminere tumorem dicit, vt boum oculi eminent: item muſcarũ & eiuſmodi: aquilis non eminent neque piſcibus: cancris eminent cùm emiſſi ſunt: addidit, & *orbiculum*. Idem *τὸ κυκλώπιον* *portionis albidæ ambitionem*, dixit, nimia certe orationis ambitione.

Ἠρουμένης τῆς φύσεως Theodorus, *inter generandum lædatur*: imo deficiatur. Hæc eſt ſententia vbique Ariſtotelis, vt natura ad perfectiſſimum quodque intendat: quod nunquam mihi in mentem venit vt perſuaderet. Non negamus in monſtris principia miſceri forte & caſu, atque etiam defici: ſed natura lædi in generanda talpa, atque impediri quominus perficiat, id verò verum non eſt. Quin nihil vnquam defuit artifici illi optimo maximo, cuius poteſtas ordinaria natura eſt, ſicut voluntas, fortuna eſt. Quare nihil ei eſt impedimento, ſed conſultò hoc agit, cùm ſerpentem generat potius, quàm hominem.

χαυλιόδοντας, in talpa nuſquam vidimus, ſed murium more *καρχαρόδοντας*. Theodorus omiſit.

CCXLI. A R I S T O T E L E S.

Τὰ δὲ ἄλλα καὶ τῶν χρωμάτων αἴσθησιν ἔχει, καὶ τῶν ψόφων, ἔτι δὲ καὶ ὀσμῆς καὶ χυμῶν.

CÆtera autem & colorum & ſonorum & odoris, & ſaporum ſenſum habent.

C AE S A R.

QVatuor nominat ſub nomine τὰ δ᾽ ἄλλα: ſcilicet ἔναιμα ζωοτόκα. Nam quintum omnibus impartiet mox. Dixit in plurali *colorum* propter differentias: *odorem* autem in ſingulari: quoniam differentiæ odorum minus ſunt nominatæ: duæ enim ſummæ ſunt, boni & mali: cæteræ ſpecies nomen non habent, niſi à rebus in quibus ſunt: vt roſæ, moſchi, campharæ, ſandali, cinamomi. Sapores autem ſua habent nomina: dulce, acre, acidum, amarum, ſalſum, pingue, & ſi qui alij ſunt, quos diximus, in ſecundo de *plantis*, & in libro de *ſenſu & ſenſili*: colores item nominibus dignoſcuntur. Sed & ſoni, νήτης, ὑπάτης, μέσης, grauis acuti, & alij multi. Suaue autem & inſuaue, modi ſunt communes pluribus ſenſilibus, tam ſoni, quam ſaporis, & odoris. Theodorus tamen non intellexit eam numerorum variationem. Et male interpretatus eſt δὲ *igitur*: pendet enim ab hiſtoria talpæ.

CCXLII. ARISTOTELES.

Τὴν δὲ πέμπτην αἴσθησιν, τὴν ἁφὴν καλουμένην, καὶ τὰ ἄλλα πάντα ἔχει ζῶα.

QVintum autem ſenſum, quem tactum vocant, etiam reliqua omnia obtinent animalia.

C AE S A R.

DATVS enim eſt omnibus motus, igitur ſaltem tactus quoque dandus fuit, vt euitarentur læſiones, ſed & videtur guſtus ſenſus datus eſſe omnibus à natura: os enim aut oris analogum omnibus datum eſt: veriſimile eſt ibi eſſe guſtus inſtrumentum: ſi non lingua: aliquid eius gerens vicem.

Non temere dixit ἔ, vt dicat & hæc quæ diximus, & alia omnia, quod nimis otioſe omiſit Theodorus.

CCXLIII. ARISTOTELES.

Ἐν ἐνίοις μὲν οὖν καὶ τὰ αἰσθητήρια φανερώτατά ἐστι, τὰ μὲν τῶν ὀμμάτων, καὶ μᾶλλον. διωρισμένον γὰρ ἔχει τὸν τόπον τῶν ὀφθαλμῶν, καὶ τῆς ἀκοῆς.

IN quibuſdam igitur & ſenſuũ inſtrumenta maniſeſtiſſima ſunt: potiſſimũ verò viſionis: definitum enim habent locum oculorum, & auditus.

C AE S A R.

ALTERA pars capitis. Nam cùm ſenſus poſuit, & poſuit in quibus animalibus, nunc ponit in quibus partibus, ipſaſq; partes in quibus animalibus: ponit differentias: in quibuſdam inſtrumenta eſſe maniſeſtiſsima, vt in homine: ſed intellige quatuor tantum ſenſuum: nam tactus inſtrumentum adhuc in controuerſia eſt.

Cum dixit in ſuperlatiuo φανερώτατα, addidit gradum oculis: καὶ μᾶλλον: nos etiam ſuperlatiuo vſi ſumus in hac turba: ſed mira breuitas. Nam cum διωρισμένον ſit redditio rationis, de oculis tantùm debuit dicere: ſed ſubiunxit etiam auditum, quaſi ſit ſecundo loco: verum dubitabo, olfactus enim inſtrumenta in pluribus maniſeſtiora, vt omnibus auibus, in quibus auditus inſtrumenta latent, præterquam in vno veſpertilione. Neque deeſt regula noſtra, ſcilicet homo. In quo propter ſitum, nares ſunt maniſeſti magis. Nam & ex aduerſo ſunt, & extant plus auribus.

Nota locutionem τὰ αἰσθητήρια φανερώτατα: & ſubdit τὰ τῶν ὀμμάτων atque τὸ ὄμμα αἰσθητήριον αὐτὸ ἐστί. Sed intellige hîc ὄμμα pro viſione poſitum & recte, neutrũ enim eſt παρ᾽ αὐτοῖς ſicut βλέμμα. Nota & id, τῶν ὀφθαλμῶν: ſane hoc enim eſt: τὸ αἰσθητήριον cui locum deſignatum ait: at ſubdit καὶ τῆς ἀκοῆς: quare non τῶν ὤτων? quia non omnibus aures dictæ ſunt quibus audiunt. Sed quibus vident hi omnes oculi appellantur.

Theodorus φανερώτατα, *latiſſime patent*: peſsimo aduerbio vſus eſt: *planiſſime* potius.

CCXLIV. ARISTOTELES.

Ἔνια μὲν γὰρ, ὦτα ἔχει· ἔνια δὲ, τοὺς πόρους φανερούς.

IN quibuſdam enim auriculæ ſunt: in nonnullis apparent foramina.

CAESAR.

DE oculis non ſubdit exemplum, palam enim eſt: de auribus autem dubitabatur. Itaque aut aures aut foramina declarat: maluimus nos auriculas, quàm aures.

Πόροις φανεροῖς. Theodorus *pateant*: at patent etiam cordis ſinus, ſed non ſunt φανεροί: nimis faſtidioſè neglexit philoſophicam orationem: & verbis tantùm ſtuduit. Ego verò malim mutus ſapere. Nam quis neſciat etiam piſcibus patere aliquid ad auditum: at quis videt illa ſibi foramina φανερά.

CCXLV. ARISTOTELES.

Ὁμοίως δὲ καὶ περὶ ὀσφρήσεως· τὰ μὲν γὰρ, ἔχει μυκτῆρας· τὰ δὲ, τοὺς πόρους τοὺς τῆς ὀσφρήσεως, οἷον τὸ τῶν ὀρνίθων γένος.

SImilis ratio & in olfactu: quædam enim nares habent, quædam meatus ad olfaciendum: cuiuſmodi auium genus eſt.

CAESAR.

QVIN ſi contemplere, videas in auibus nares quoque dici poſſe: patulæ enim ſunt: poſteà anguſto tubo ducunt aërem ſurſum, quemadmodum & in nobis.

Γένος: ſummum ſcilicet omnium auium: veſpertilio autem etiam nares habet in muris modum.

Theodorus Aſiam ſuam hîc explicauit: & neſcio quid *diuerſorij* χαμοζηλώτατος.

CCXLVI. ARISTOTELES.

Ὁμοίως δὲ καὶ τὸ τοῦ χυμοῦ αἰσθητήριον τὴν γλῶτταν ἔχουσι.

LIngua quoque ad percipiendos ſapores prædita ſunt.

CAESAR.

AVT linguam aut aliquid loco eius. Nam ne nos quidem ſola lingua vtimur ad guſtum, quin palati pars ſentit, & initia gulæ.

CCXLVII. ARISTOTELES.

Ἐν δὲ τοῖς ἐνύδροις, καλουμένοις δὲ ἰχθύσι, τὸ μὲν τοῦ χυμοῦ αἰσθητήριον, τὴν γλῶτταν, ἔχουσι μὲν, ἔχουσι δ' ἀμυδρῶς. ὀστώδη τε γὰρ, καὶ οὐκ ἀπολελυμένην· ἀλλ' ἐνίοις τῶν ἰχθύων ὁ οὐρανός ἐστι σαρκώδης, οἷον τῶν ποταμίων ἐν τοῖς κυπρίνοις· ὥστε τοῖς μὴ σκοπουμένοις ἀκριβῶς, δοκεῖν ταύτην εἶναι γλῶτταν.

AT inter aquatilia, qui piſces appellantur ad guſtus officium linguam habent, ſed implicatam admodum, quippe oſſeam, & cohærentem. Quin nonnullis eorum palatum carnoſum eſt, cuiuſmodi cyprini inter fluuiatiles; itaque exactius inſpectantes id linguam eſſe putant.

CAESAR.

CAESAR.

PONIT linguarum differentias: attribuit linguam piſcibus: agnoſcit eam inexplicatam, ne quis negaret: determinat qui piſces ἰχθῦς: certum genus enim comprehendit diuerſum à cetis, & cartilagineis & molluſcis: priuatim texit hiſtoriam Cyprini: is eſt quem nos *carpam* vocamus: Veneti *reginam*: cuius tantopere appetunt linguam delicati. Nota tamen piſces quoſdam nullam omnino habere linguam: ſicut & nullos dentes.

Ἀμυδρῶς *obſcure, confuſe*: & poſteà ſe declarat per ὀστώδη à ſubſtantia, quoniam non videtur eſſe debere oſſea ad ſenſum accipiendum. Et dixit ἀπολελυμένην à ſitu: videtur enim debere eſſe mobilis & ſoluta. Sed cum neque loquela ipſis ſit attributa, neque mandere neceſſe habeant, iccircò fuit confuſa. Eraſmus in libro de *lingua*, negauit linguam datam piſcibus, quoniam non ſint vocales: quaſi verò aut vox à lingua, aut lingua propter vocem tantùm. Sed ille facilius potuit ſpernere quam neſciebat Philoſophiam, quàm imitari quos formidabat: ἀμυδρῶς autem Theodorus *incerta* feliciſſimo vocabulo: opponit autem Philoſophus τὸ ἀμυδρῶς τῷ φανερῶς.

Theodorus legit μὴ σκοπουμένοις non autem μὲν: quoniam palatum ſane illud ſit non lingua: ergo contradicat ſibi Philoſophus, qui linguam attribuit omnibus: is igitur linguam non habeat: quid igitur de palato? ſane confirmat dicta, eam eſſe linguam, ſed non explicatam, & palato hærentem, differentem autem ab aliis, quoniam illa ſint oſſea, hæc autem carnoſa.

CCXLVIII. ARISTOTELES.

Ὅτι δ' αἰσθάνονται γευόμενα, φανερόν. ἰδίοις τε γὰρ πολλὰ χαίρει χυμοῖς, καὶ τὸ τῆς ἀμίας λαμβάνουσι μάλιστα δέλεαρ, καὶ τὸ πῖον τῶν ἰχθύων, ὡς χαίροντες τῇ γεύσει, καὶ ἐν τῇ ἐδωδῇ τοῖς τοιούτοις δελέασι.

QVod autem guſtando ſentiāt, patet: multi enim peculiaribus ſaporibus oblectantur. Nam & amiam præter cæteras eſcas imprimis appetunt, & piſcium adipem: propterea quod eiuſmodi eſcarum guſtu ac cibo gaudeant.

CAESAR.

CVM linguę officia ad loquendum, ad regendum cibum, & ad guſtandum (bouem etiam addo, qui etiam nares tergit, ac cætera quæ curant corpus, vt canes) neq; piſcibus quicquam horum opus ſit niſi ad guſtandum, neceſſario hæc appoſuit, vt confirmaret quæ dixit de lingua, & quæ propoſuit de ſenſibus. Itaque exemplo hiſtoriam texit: ſi, inquit, partem reſpuunt, partem appetunt, obiectarum eſcarum, ergo guſtatu dignoſcunt. De amijs ſuprà ſatis diximus.

CCXLIX. ARISTOTELES.

Τῆς δ' ἀκοῆς καὶ τῆς ὀσφρήσεως, οὐδὲν ἔχουσι φανερὸν αἰσθητήριον· ὃ γὰρ ἄν που εἶναι δόξειε κατὰ τοὺς τόπους τῶν μυκτήρων, οὐδὲν περαίνει πρὸς τὸν ἐγκέφαλον· ἀλλὰ τὰ μὲν, τυφλά· τὰ δὲ, φέρει μέχρι τῶν βραγχίων.

AVditus autem atque odoratus nullum habēt inſtrumentum manifeſtum. Nam vt id videri cuipiam poſſit, quod ad loca narium eſt, non ſane tranſit ad cerebrum. Sed in quibuſdam non eſt peruium, in nonnullis ad branchias fertur.

CAESAR.

SENSVS attribuit, & eorum inſtrumenta, ſed apparere negat: ac de auibus quidem nemo dubitat, nuſquam enim comparent: de naribus autem quiſnam dubitet? extant enim: ſed tollit proceſſum argumentandi. Nam ſi ad cerebrum non ducuntur, non igitur inſtrumētum ſunt olfactus. Tacuit probationem: ſane ſenſuum principium cerebrum eſt: diſcreuit eorum meatuum naturam in duas. Nam in quibuſdam non ſunt peruia, in quibuſdam non ad cerebrum: atque nota miram prudentiam Philoſophi, qui noluit ea foramina nares nominare.

Dixit οὐδὲν, id eſt in nullo animali: dixit quoque τὸ φλάμος ex Terentio, *illud angiportum non eſt peruium.* Nam cæcos calles labirynthi diceremus, id eſt incertos. Theodorus, *obſeptum & cæcum mox deſinit*, infeliciſſimis ambagibus.

CCL. ARISTOTELES.

Ὅτι δὲ καὶ ἀκούουσι καὶ ὀσφραίνονται, φανερόν. τούς τε γὰρ ψόφους φεύγοντα φαίνεται τοὺς μεγάλους, οἷον τὰς εἰρεσίας τῶν τριήρων· ὥστε λαμβάνεσθαι ῥᾳδίως ἐν ταῖς θαλάμαις. καὶ γὰρ εἰ μικρὸς ἐστὶν ὁ ἔξω ψόφος, ὅμως τοῖς ἐν τῷ ὑγρῷ τὴν ἀκοὴν ἔχουσι, χαλεπὸς καὶ μέγας καὶ βαρὺς φαίνεται πᾶσιν· ὃ συμβαίνει καὶ ἐπὶ τῆς τῶν δελφίνων θήρας· ὅταν γὰρ ἀθρόοι περικυκλώσωσι τοῖς μονοξύλοις, ψοφοῦντες ἐξ αὐτῶν ἐν τῇ θαλάττῃ, ἀθρόους ποιοῦσιν ἐξοκέλλειν φεύγοντας εἰς τὴν γῆν, καὶ λαμβάνουσιν ὑπὸ τοῦ ψόφου καρηβαροῦντας. καίτοι οὐδ᾽ οἱ δελφῖνες τῆς ἀκοῆς οὐδὲν φανερὸν ἔχουσιν αἰσθητήριον. ἔτι δ᾽ ἐν ταῖς θήραις τῶν ἰχθύων, ὅτι μάλιστα εὐλαβοῦνται ψόφον ποιεῖν ἢ κώπης ἢ δικτύων, οἱ περὶ τὴν θήραν ταύτην ὄντες· ἀλλ᾽ ὅταν κατανοήσωσιν ἔν τινι τόπῳ πολλοὺς ἀθρόους ὄντας, ἐκ τοσούτου τόπου τεκμαιρόμενοι καθιᾶσι τὰ δίκτυα, ὅπως μήτε κώπης, μήτε ῥύμης τῆς ἁλιάδος ἀφίκηται πρὸς τὸν τόπον ἐκεῖνον ὁ ψόφος· παραγγέλλουσί τε πᾶσι τοῖς ναύταις, ὅτι μάλιστα σιγῇ πλεῖν, μέχριπερ ἂν συγκυκλώσωνται. ἐνίοτε δ᾽, ὅταν βούλωνται συνδραμεῖν, ταὐτὸν ποιοῦσιν ὅπερ ἐπὶ τῆς τῶν δελφίνων θήρας. ψοφοῦσι γὰρ λίθοις, ἵνα φοβηθέντες συνθέωσιν εἰς ταὐτὸ, καὶ τοῖς δικτύοις οὕτω περιβάλλονται· καὶ πρὶν μὲν συγκλεῖσαι, καθάπερ εἴρηται, κωλύουσι ψοφεῖν· ἐπειδὰν δὲ κυκλώσωσι, κελεύουσιν ἤδη βοᾶν καὶ ψοφεῖν· τὸν γὰρ ψόφον καὶ τὸν θόρυβον ἀκούοντες, ἐμπίπτουσι διὰ τὸν φόβον. ἔτι δ᾽, ὅταν ἴδωσιν οἱ ἁλιεῖς ἐκ πάνυ πολλοῦ νεμομένους ἀθρόους πολλοὺς, ἐν ταῖς γαλήναις καὶ εὐδίαις ἐπιπολάζοντας, καὶ βουληθῶσιν ἰδεῖν τὰ μεγέθη, καὶ τί τὸ γένος αὐτῶν, ἂν μὲν ἀψοφητὶ προσπλεύσωσι, λανθάνουσι, καὶ καταλαμβάνουσιν ἐπιπολάζοντας ἔτι· ἐὰν δέ τις ψοφήσας τύχῃ πρότερον, φανεροὶ φεύγοντές εἰσιν. ἔτι δ᾽ ἐν τοῖς ποταμοῖς εἰσὶν ἰχθύδια ὑπὸ ταῖς πέτραις, ἃ καλοῦσί τινες βαίτας· καὶ ταῦτα θηρεύουσί τινες, διὰ τὸ ὑπὸ ταῖς πέτραις ὑποδεδυκέναι, κόπτοντες τὰς πέτρας λίθοις· τὰ δὲ, ἐκπίπτουσι παραφερόμενα, ὡς ἀκούοντα καὶ καρηβαροῦντα ὑπὸ τοῦ ψόφου. ὅτι μὲν οὖν ἀκούουσιν, ἐκ τῶν τοιούτων ἐστὶ φανερόν. εἰσὶ δέ τινες οἵ φασι καὶ μάλιστα ὀξυκόους εἶναι τῶν ζώων ἰχθύας· λέγειν δὲ τοῦτο τοὺς διατρίβοντας περὶ τὴν θάλατταν, διὰ τὸ ἐντυγχάνειν τοιούτοις πολλοῖς.

Eorum igitur tum auditus, tum olfactus, manifeſta ſunt argumenta: viſi enim ſunt fugere ſtrepitus grauiores, quales ſunt triremium nauigia, adeò vt in diuerticulis ſuis facilè comprehenderentur. Nam tametſi extrà aquam ſonus exiguus ſit, ſub aqua tamen qui audiunt, his difficilis, magnúſque, atque etiam grauis videtur eſſe. Id quod euenit etiam cùm delphinos venantur. Nam vbi eorum agmen lembis cinxerunt, ſtrepitu inde in mare excitato, cuncti faciunt, vt impetu capto fugiant, atque exiliant in terram. Vbi præ ſonitu caput grauati capiantur: & tamen Delphinis nullum apparet auditus inſtrumentum. Ergo in piſcatibus qui ſunt, maxime cauent, ne quid ſoni, aut remi, aut retiorum cieatur. Verùm vbi eorum greges quopiam in loco deprehendêre, capta coniectura, tacito interuallo demittunt retia: vt neque remi ſonitus, neque ſcalmo facta maris criſpatio ad eos peruenire poßit. Itaque imperant omnibus remigibus, vt quàm maximo ſilentio promoueant naues vſque dum obſeßi intelligantur. Interdum etiam cùm eos palantes volunt congregare, idem faciunt, quod, cùm delphinos venantur: obſtrepunt enim in ſaxis, vt perterrefacti vnum conueniant in locum, vt poßint retibus circumueniri. Sed antequam concluſi ſint, vt diximus, ſtrepitu abſtinent: cùm circumdedêre, tum iubet clamorem tollere & ſtrepere: ſonitu enim ac tumultu conſternati feruntur in retia. Sic etiam piſcatores, cum è longinquo ſpeculati obſeruârint eorum greges, tranquillo ac tepido mari ſummo fluitantes, capiúntque conſilium explorandi quàm grandes, cuiuſue generis ſint. Si ſine ſtrepitu adeunt, ibi latent illos, deprehendúntque etiamnum fluitantes. Quòd ſi quo ſonitu forte præueniantur, illi in conſpectu omnium fugiunt. Ad hæc in fluuiis piſciculi quidam ſunt, Boetos *vocãt, q̃ ſub ſaxis degunt. Eorum igitur capturam ita inſtruunt: ſilicibus ſaxa ea percutiunt. Itaque inde excußi feruntur ex ſonitu quem audiuerint, capite grauati. Eorum igitur auditionis hæc argumenta ſunt. Quin non defuêre, qui acerrimo auditu piſces eſſe dicerent omnium animalium: idque autoribus maris accolis qui id experientia frequenti profitentur.*

CAESAR.

HIc Ariſtoteles candidiſſima oratione animos iam partium enumeratione defatigatos mulcet. Vult igitur probare, audire piſces: poſtquam probauit eis guſtum ineſſe. Et ponit argumentum à caſu, ſcilicet à remigio triremium: vbi reſpondet obiectioni.

Nam

Nam remigij ſtrepitus non eſt terribilis. Dicit ipſe: minimus quiſque: vel maximus videri ſub aqua, non ponit rationem: habemus autores vrinatores: ratio autem eſt, medij craſſities: ſic etiam oculis videntur maiora quæ ſub aqua ſunt. Ponit ſecundo loco exemplum ab arte vnum, cùm cogunt enatare delphinos. Ibi reſpondet obiectioni. Nam ita argumētabantur. Non audiunt piſces; nam ſi audirent, ergo haberent aures: atqui inquit, audire delphinos coguntur fateri, & tamen inquit, aures non habent manifeſtas. Tertio loco alterum ab arte, cùm cingunt retibus. Quarto loco, ab arte iterum tertium, cùm congregārit palantes. Quinto loco etiam aliud exemplum ab alijs piſcibus. Sexto loco à piſciculis qui ſub ſaxis degunt. Septimo ponit opinionem etiam contrariam illis qui negârant piſces audire, adeò vt vel acerrimus eis attributus ſit, quorundam iudicio auditus.

Φαίνεται φεύγοντα, id eſt, *palam fugiunt*: χαλεπὸς φαίνεται, non eſt, ſed videtur, per δόξαν ſcilicet, quam falli diximus in iij. de *Anima*, & in *Ethicorum* libris: χαλεπὸς autem Theodorus *moleſtum*: moleſtus tamen & grauis idem eſt: mirum τοῦ μικροῦ Philoſophum oppoſuiſſe tot voces, χαλεπὸν, μέγαν, βαρὺν: creſcit tamen oratio. Nam difficilia ſunt quædam, quæ non magna: vt acutiſſima vox, magna non eſt, & tamen ſcindit membranam auditus, neque ferri poteſt: iccirco cauſſam ſubdidit difficultatis, magnitudinem. Poſteà addidit modum magnitudinis ſignatiſſimo verbo in Muſica, βαρύς.

Ἀθρόον in ſingulari, id eſt *gregem*.

Μονόξυλα *lembi: alueum* vertit Theodorus optimè, quoniam vnico ligno cauantur. Fermè enim è Populo fiunt.

Ἐξωκέλλει, *impetu exilire*: ὀκέλλειν nauium eſt cùm in alias inuehuntur ex Thucydide: *καρηβαροῦντες capite granato.*

Ῥύμης τῆς ἀλιάδος: ἀλιάδα diximus *ſcalmum* ex Cicerone: ῥύμην autem *criſpationem*. Theodorus *impetum*: malè. Nam tametſi hoc aliquando ſignificat, tamen ſenſim hìc nauigant piſcatores. Signato verbo vſus eſt Ariſtoteles, aquarum enim eſt: vt Plutarchus in Commentario de *ſeris. ſuppliciis diuinitùs imminentibus*: βουλόμενος οὖν ἀθροᾶν τὰ πλεῖστα τῇ ῥύμῃ τῆς σελήνης εἰς τοὐναντίον ὥσπερ ἐν ταῖς δίναις ἐξωσθῆν: addidit enim ἐν ταῖς δίναις, quoniam metaphorice dixerat de luna. Eodem in ſignificato vtitur etiam in libro *de maculis in orbe lunæ*. Demoſthenes autem *contra Midiam* metaphorice τῇ ῥύμῃ τῆς ὀργῆς: curſum aquæ vocant nautæ noſtrates, nos criſpationem à ſcalmo hìc: ῥύμη πνεύματος Galenus in lib. de *inſtrumento olfactus*.

Ὅτι μάλιστα σιγῇ πλεῖ: non ſolum hìc ſilentium, ſed etiam leuiſsimum omnem motum ſignificat, remorum ſcilicet: extra aquam enim remos non tollunt, ſed agitatione propellunt: ídque ſine ſono fit: quod mox ἀψοφητί.

Συνδραμεῖν, ſcilicet piſces ipſos.

Ψοφοῦσι λίθοις, non iactant lapides, vt Theodorus putat, ſed lapidum colliſione ſonum edunt.

Ἐμπίπτουσι *irrumpunt* Theodorus rectè: ſed quia ſunt animo conſternati, feruntur potius atque incidunt.

Ἐὰν δέ τις ψοφήσας τύχῃ &c. *priuſquam occupârint*. Theodorus rectiſsimè. Sed tamen non occupant, niſi oculis, & ſpeculatione vt Virgilius: *ante locum capias oculis*.

In Codice Theodori κόττους in noſtro βόττους legitur: craſsiſsimo capite ſunt quidam piſciculi fluuiatiles, quos *botas*, vocant Taurini. His non abſmiles in Aquitania quos *piſtrinarios*, ſuo idiomate vocant *molineros*. Hi præter caput pœnè nihil ſunt, ſed non degunt ſub ſaxis: κόττιδα autem caput Dorienſes veteres dixêre, autor Pollux: neutrum nomen adhuc apud Plinium, aut apud Ælianum inueni: neque memini apud Oppianum me legiſſe.

Παραφερόμενα, ſecundum ſaxa quæ ſubiere feruntur conſternati, non nant, ſed feruntur: duas addit cauſſas, ὡς id eſt ὅτι καὶ ἔχουσι & ἐν τοῖς ἀκοαῖς ἐκαρηβάρησαν.

Διὰ τὸ ἐντυγχάνειν ἐπὶ πολλοῖς, Theodorus *qui rem piſcatoriam percallent*: nos, *aſsiduo experimento*

Ἐπιπολάζοντας Theodorus *oberrantes: ludentes* potius *ſummo in mari*: itaque repetitum verbum ad literam interpretatur, *ſupernatantes*: nos *fluitantes*.

CCLI. ARISTOTELES.

Μάλιστα δ' εἰσὶ τῶν ἰχθύων ὀξυήκοοι, κεστρεύς, χρέμψ, λάβραξ, σάλπη, χρομίς, καὶ ὅσοι ἄλλοι τοιοῦτοι τῶν ἰχθύων· οἱ δὲ ἄλλοι, τούτων ἧττον. διὸ μᾶλλον πρὸς τῷ ἐδάφει τῆς θαλάττης ποιοῦνται τὰς διατριβάς.

PRæter cæteros piſces acutiſsimi auditus, mugili, chrempi, lupo, ſalpæ, chromidi, & alijs huius generis: cæteris minus acutus. Itaque ad maris fundum potius degunt.

CAESAR

CAESAR.

NVNC modum ſtatuit auditus per genera, ſed falſus eſt cùm dixit καὶ ὅσοι ἄλλοι τοιοῦτοι. Nam τοιοῦτος aut refert genera, ſed quæ genera: poſſumus intelligere his ſimilia, niſi addas mugilum ſpecies & chromidis: at & generis nomine comprehenſæ ſunt: & alia exempla non tot ſpecies continent: quædam etiam nulla vt Salpa: ſi autem τοιοῦτος ſignificat affectionem audiendi, quæ hæc ſit oratio? Mugil audit acutiſſime, etſi quod aliud genus tale eſt, id eſt, audit acutiſſime. Itaque prior ſententia minus incommoda eſt.

Ποιοῦνται τὰς διαγωγάς, *degunt* ad verbum, διάγειν· ὀξύκοοι Theodorus *liquidius audiant*: elegantiſſimè: eius codex non habet χρέμψ: neque adhuc quid ſit, ſatis mihi notum eſt.

CCLII. ARISTOTELES.

Ὁμοίως δὲ καὶ περὶ ὀσφρήσεως ἔχει. τῶν τε γὰρ μὴ προσφάτου δελέατος, οὐκ ἐθέλουσιν ἅπτεσθαι τῶν ἰχθύων οἱ πλεῖστοι· τοῖς δελέασί τε οὐ τοῖς αὐτοῖς ἁλίσκονται πάντες, ἀλλὰ ἰδίοις, διαγινώσκοντες τῷ ὀσφραίνεσθαι. ἔνια γὰρ δελεάζεται τοῖς δυσώδεσιν, ὥσπερ ἡ σάλπη τῇ κόπρῳ. ἔτι δὲ πολλοὶ τῶν ἰχθύων διατρίβουσιν ἐν σπηλαίοις· οὓς ἐπειδὰν βούλωνται προσκαλέσασθαι εἰς ἄγραν οἱ ἁλιεῖς, τὸ στόμα τοῦ σπηλαίου περιαλείφουσι ταριχηραῖς ὀσμαῖς· πρὸς ἃς ἐξέρχονται ταχέως. ἁλίσκεται δὲ καὶ ἡ ἔγχελυς τοῦτον τὸν τρόπον. τιθέασι γὰρ τῶν ταριχηρῶν τι κεραμίων, ἐνθέντες εἰς τὸ στόμα τοῦ κεραμίου τὸν καλούμενον ἰσθμόν. καὶ ὅλως δὲ πρὸς τὰ κνισώδη πάντες φέρονται μᾶλλον. καὶ τῶν σηπιῶν δὲ τὰ σαρκία σταθεύσαντες ἕνεκα τῆς ὀσμῆς, δελεάζουσι τούτοις. προσέρχονται γὰρ μᾶλλον. τοὺς δὲ πολύποδας φασὶν ὀπτήσαντας, εἰς τοὺς κύρτους ἐντιθέναι, οὐδενὸς ἄλλου χάριν, ἢ τῆς κνίσης. ἔτι δὲ αἱ ῥυάδες ἰχθύες, ὅταν ἐκχυθῇ τὸ πλύσμα τῶν ἰχθύων, ἢ τῆς ἀντλίας ἐγχυθείσης, φεύγουσιν, ὡς ὀσφραινόμεναι τῆς ὀσμῆς αὐτῶν. καὶ τοῦ αὐτῶν δὲ αἵματος ταχὺ ὀσφραίνεσθαί φασιν αὐτούς. δῆλοι δὲ ποιοῦσι, φεύγοντες καὶ ἐκτοπίζοντες μακράν, ὅταν γένηται αἷμα ἰχθύων· καὶ ὅλως μὲν ἐὰν σαπρῷ τις δελέατι δελεάσῃ εἰς τὸν κύρτον, οὐκ ἐθέλουσιν εἰσδύειν οὐδὲ πλησιάζειν· ἐὰν δὲ νεαρῷ δελέατι καὶ κεκνισωμένῳ, εὐθὺς φερόμενοι πόρρωθεν εἰσδύουσι· μάλιστα δὲ φανερόν ἐστι περὶ τῶν εἰρημένων ἐπὶ τῶν δελφίνων. οὗτοι γὰρ τῆς ἀκοῆς αἰσθητήριον μὲν οὐδὲν ἔχουσι φανερόν, ἁλίσκονται δὲ διὰ τὸ καρηβαρεῖν ὑπὸ τοῦ ψόφου, καθάπερ εἴρηται πρότερον. οὐδὲ δὴ τῆς ὀσφρήσεως αἰσθητήριον οὐδὲν ἔχει φανερόν· ὀσφραίνεται δὲ ὀξέως.

Eadem & olfactus ratio eſt: cùm enim piſcium maxima pars, nonniſi ad recentem eſcam appetunt, tum non omnes eadem eſca capiuntur: ſed ſibi quiſque quod expetat dignoſcit olfactu. Quibuſdam enim male olentes paſtus placent, vt ſalpæ stercus. Multi quoque piſces in ſpecubus latent. Eos captantes piſcatores vbi elicere volunt, ſpecus oras ſalſamentarijs odoribus oblinunt, ad quorum odorem celeriter prodeant. Quin anguillam quoque ad hunc modum, ſalſamentarijs appoſitis fictilibus, atque ipſis piſcatorio collo impoſito, venantur. Denique omnes ad nidorem potius feruntur. Itaque ſepiarum fruſtula eáque odoris comparandi gratia ambuſtulata obijciunt: prodeunt enim libentius: ſic & polypos aſſatos in retia non ob aliam quàm nidoris cauſſam indere. Præterea piſces qui Ruades *appellantur, effuſa vel piſcium ſorde, vel ſentina, ab eius odore retro fugiunt: ſanguinem item ſuum illico ſentire dicuntur, vt quem in locum ſparſus ſit, inde procul migrent. Certe putida eſca in retia impoſita non appropinquant, nedum vt ingredi velint: contrà, recentis cibi nidore illecti, protinus etiam de longinquo feruntur atque ſubeunt. Hæc autem omnia vel in Delphinis planè videntur. Qui cùm neque auditus, neque olfactus habeant euidens inſtrumentum, & capitis tamen grauedine à ſonitu accepta laborantes capiuntur, & acute odorantur.*

CAESAR.

SVPRA de guſtu propoſuerat, ſecundo loco de auditu, nunc de olfactu, quem probat tot exemplis. Primum, non appetere eos niſi recentem eſcam: quod argumentum etiam repetit mox. Secundum, non omnes eadem eſca capi: facit demonſtrationem: igitur dignoſcunt: ergò ſentiunt: exequitur diuerſitatem odoratus in quibuſdam generibus: quoſdam triſtibus odoribus gaudere, vt ſalpæ: contrà alios fugere vt ruades: alios ſalſamentis: omnes autẽ ad nidorẽ. Ibi ponit duo exempla, ſepiæ & polypi: omnes autem effugere ſanguinis ſui odorem miro naturæ opere, quæ affinitatis induit principia: fætorem item omnes odiſſe. Claudit hiſtoriam delphinorum natura, complexus vtranque partem, de auditu & olfactu.

Nota ἔνια γὰρ, mutauit genus.

Προσκαλέσασθαι, *inuitare*, εἰς ἄγραν, Theodorus, *captum euocare*: *captum* ſupinum paſſiuè ad locum neſcio an Latinè dicatur: nos tranſmutauimus in participium, *captans piſcator*: ſignato etiam verbo ſatagentis pro præda.

Περιαλείφουσι, *oblinunt*: *ob* enim ſignificat τὸ περὶ. Theodorus omiſit.

Ταριχηραῖς *cetariis*, Theodorus aſtrinxit non neceſſariò hiſtoriam ad cete; cùm alia quoque ſint genera ſalſamentorum.

Τὸν καλούμενον ἰσθμὸν, *collum naſſæ*: ſic etiam appellatur apud Theocritum.

Σταθεύσαντες verbum compoſitum & Ariſtophanis & Ariſtotelis vtrunque de ſepiis: σάθη enim fuiſſe puto inſtrumentum, quam nos *craticulam* dicimus: nam & pedes habet & librat fruſta quæ aſſantur. Et σταθμίδες ſunt crebra ligna diſpoſita tranſuerſa, quæ in ædificijs Vitruuius *tranſuerſa* vocat, in quibus tabulata conſtrata ſunt ex Polluce: εὕειν autem eſt *aſſare* etiam apud Homerum, & Athenæum in IX: & in VI. Pollux etiam ἀφεῦσαι.

Ῥυάδες *flutas* interpretatur Theodorus. Noſtrum *ruo* à fluminibus dictum eſt, quod etiam non neſciuit doctiſſimus omnium Poëta. Itaque non mutauimus *Ruades*.

Πλύσιμα, *loturam*, Theodorus: non ſatis eſt: ſed *ſordes*: ſaltem dixiſſet *loturam fæculentam*.

Ὡς ὀσφραινόμενοι: τὸ ὡς, eſt ὅτι ταχὺ ὀσφραίνεσθαι: celeriter addidit ſentire ſanguinem propter συμπαθείαν: & non ſolum habuit dicere φεύγοντες, ſed etiam ἐκτοπίζοντες: vt eſſet maius indicium abominationis. Itaque etiam addidit μακράν.

Nota locutionem δέλεαρ δελεάσῃ εἰς τὸν κύρτον: ſcilicet κυρτεύει vt dicat ad ineſcandos eos aliquid putridi in rete iniectum: auxit quoque orationem: οὐκ ἐθέλουσιν εἰσδύεσθαι οὐδὲ πλησιάζειν: contra mox πόῤῥωθεν, *etiam de longinquo aduolant*: & διαθεῖν, & εἰσδύουσι. Itaq; addidit πεπαλαιωμένα: nam recens eſca non olet. Oportet igitur nidore interpolare: hîc dixit σαπρὸν quod ſuprà πρόσφατον.

Prætereunda quoque non eſt Theodori interpretatio, & animaduertenda οὐκ ἐθέλουσιν εἰσδύεσθαι καὶ πλησιάζειν *nunquam ſubire aut appropinquare patiuntur*: alibi id caſtigauimus. Nam: *Ego non patior ire Romam*, locutio barbariſſima eſt.

Idem Theodorus aduerbium *ſagaciter* τὸ ταχὺ: & mox τὸ ὀξὺ: quanquam de canibus dicitur, à ſatagendo: ſatagaces enim primum dicti: tamen & tranſlatitium eſt à diuinitate: & aliud eſt *ſagaciter*, & aliud *illico*: *ſagare* fuit inueſtigare, vnde *præſagæ anus* quæ præſcirent. Non damnamus tamen.

CCLIII. ARISTOTELES.

Ὅτι μὲν οὖν πάσας τὰς αἰσθήσεις ταύτας ἔχει τὰ ζῷα, φανερόν. τὰ δὲ λοιπὰ γένη τῶν ζῴων, ἐπειδὴ εἰς τέτταρα διῄρηνται ἄλλα γένη, ἅπερ ἔχει τὸ πλῆθος τῶν λοιπῶν ζῴων, τά τε μαλάκια, καὶ τὰ μαλακόστρακα, καὶ τὰ ὀστρακόδερμα, καὶ ἔτι τὰ ἔντομα, τούτων δὲ τὰ μὲν μαλάκια, καὶ τὰ μαλακόστρακα, καὶ τὰ ἔντομα, ἔχει πάσας τὰς αἰσθήσεις. καὶ γὰρ ὄψιν ἔχει καὶ ὄσφρησιν, καὶ γεῦσιν.

Igitur ſic patet hæc omnibus eſſe prædita ſenſibus. Quod verò attinet ad reliqua genera animalium, quorum multitudo quatuor in genera digeſta iam fuit: molluſca, teſtacea, cruſtata, inſecta. Ex his molluſca, & cruſtata, & inſecta, ſenſus habent omnes: ſiquidem vident, odorantur & guſtant.

CÆSAR.

ALTERA Capitis parte hac perſequitur cenſum ſenſuum in generibus ſine ſanguine degentibus: ſed locutio perplexa, aut manca eſt. Dicit enim τὰ δὲ λοιπὰ γένη τῶν ζῴων: poſteà parentheſim interponit ἐπειδὴ &c. qua abſoluta, dicit τούτων δὲ: nos emolliuimus orationem quàm potuimus commodiſſimè. Theodorus quoque id perfecit elegantiſſime: cùm dixit autem omnes ſenſus, tres ſimul propoſuit: mox probat.

CCLIV. ARISTOTELES.

Τά τε γὰρ ἔντομα ὄντα πόῤῥω, συναισθάνεται καὶ τὰ πτερωτὰ καὶ ἄπτερα, οἷον αἵ τε μέλιτται

Omnia enim inſecta etiam porro ſentiunt, ſiue alata ſint, ſiue alis careant: veluti apes & culices

καὶ οἱ κώνωπες, τὸ μέλιτος. ἐκ πολλοῦ γὰρ αἰσθάνονται, ὡς τῇ ὀσμῇ γινώσκοντες. καὶ ὑπὸ τῆς τοῦ θείου ὀσμῆς πολλὰ ἀπόλλυται. ἔτι δὲ οἱ μύρμηκες ὑπ' ὀριγάνου καὶ θείου περιπαττομένων λείων, ἐκλείπουσι τὰς μυρμηκίας· καὶ ἐλαφείου κέρατος θυμιωμένου, τὰ πλεῖστα φεύγει τῶν τοιούτων. μάλιστα δὲ φεύγουσι θυμιωμένου τοῦ στύρακος. ἔτι σηπίαι, καὶ οἱ πολύποδες, καὶ οἱ κάραβοι, τοῖς δελέασιν ἁλίσκονται· καὶ οἵ γε πολύποδες οὕτω μὲν προσέχονται, ὥστε μὴ ἀποσπᾶσθαι, ἀλλ' ὑπομένειν ἀποτεμνόμενοι· ἐὰν δέ τις κόνυζαν προσενέγκῃ, ὡς φασιν, εὐθὺς ὀσφραινόμενοι ἀφιᾶσιν.

culices muliones mel percipiunt olfactu, ſed è longinquo: ſulphuris quoque halitu multa intereunt. Quin formicæ ſi aſpergantur origano & ſulphure, liquore aliquo ſolutis caui ſui ſedes linquunt. Iam ceruini cornus maxima fugit pars, ſed peſſime odère ſtyracis ſuffitiones. Poſtremò cùm ſepia, polypique, ac locuſtæ capiantur eſcis: polypique adeò pertinaciter comprehenſam teneant, vt prius præruncari ſeſe quam auelli patiātur: tum ſi quis pulicariam admoueat: tum eo ex odore aiunt illico eſcam amittere.

C Æ S A R.

PROBAT nunc de olfactu exemplis duobus. Apum & formicarum. Tum duo exēpla ponit omnibus communia ſtyracis, & ceruini cornu. Poſtremò miram hiſtoriam polypi narrat.

Ἔντομα ὄντα: nihil hîc ſignificat τὸ ὄντα. Nā interdū ſignificat cauſſam, cùm dicimus μέμνησο ἄνθρωπος ὢν κινδυνεύειν ποτὲ ὑπὸ τῆς κακοήθων διαφθορᾶς.

Πόῤῥω Græcum non mutauimus: συναισθάνεσθαι, τὸ σὺν neſcio an ſit neceſſarium.

Ponit alata & inalata, & ſubdit exemplum apum & formicarum: ſubiungit ταῖς μελίτταις τοὺς κώνωπας: quos, ideò quia apes impugnat & ipſis nocet culicum genus quoddam, qui muliones dicuntur: iccircò optima ductus coniectura, ſic vertit Theodorus: *muliones*. Hos tamen vno tantum die viuere ait Plinius. Nota quoque cùm de apibus loqueretur Philoſophus mutaſſe genus γινώσκοντα. Nam πολλὰ quod ſequitur refertur ad ἔντομα.

Λείων, frequens dictio Dioſcoridi & Galeno *ſubigere aliquo liquore*: λεαίνειν. *Læuigere* non eſt veritus dicere Hermolaüs.

Ἐκλείπουσι, λείπουσι *cauernas*: τὸ ἐκ, non vacat, ſed emigrationem ſignificat. Theodorus addidit *alioq́ migrant*: ſi relinquunt ſedes, ſanè aliò migrant.

Θυμιωμένου, *facto inſenſu* Theodorus duriuſculè dixit.

Mendum erat in codice noſtro προσέρχονται, legendum eſt προσέχονται. Item aliud mendum κόρυζαν, Theodorus optimè legit κόνυζαν. Pharmacij barbare, vt omnia, *pollicariam* pro *pulicaria* vocant.

CCLV. ARISTOTELES.

Ὁμοίως δὲ καὶ περὶ γεύσεως· ἔνια γὰρ τὴν τε τροφὴν ἑτέραν διώκουσι, καὶ οὐ τοῖς αὐτοῖς πάντα χαίρει χυμοῖς· οἷον ἡ μέλιττα πρὸς οὐδὲν προσίζει σαπρόν, ἀλλὰ πρὸς γλυκέα· ὁ δὲ κώνωψ, πρὸς οὐδὲν γλυκὺ ἀλλὰ πρὸς τὰ ὀξέα.

Eodem modo ſe habent in guſtu. Interdum enim aliam eſcam perſequuntur: neque omnes ſaporibus iiſdem delectantur. Apes enim ad nihil putridi aduolant, ſed ad dulcia: culices autem nihil dulce appetunt, ſed acida.

C AE S A R.

PROBAT nunc de guſtu: acredinem enim & dulcedinem ad guſtum pertinere notum eſt.

Dixit διώκουσι, vt electionem oſtenderet etiam cum animi propenſione & pertinacia.

Nota locutionem conciſam: τὴν τε τροφὴν ἑτέραν: *alium eſcam quæritant*. At de nulla hîc facta mentio eſt: igitur quam, aut à qua aliam? itaque fortaſſe ἑτέραν ſignificat diuerſam. Sed idem repetit, ἢ τοῖς αὐτοῖς χυμοῖς.

Ὀξέα acida, ὄξυ *acetum*.

Theodorus addidit *geſtiunt*. Et de ſuo ita infelici ſtructura. Neque enim tranſitiuè ponitur cum quarto caſu, ſed cum infinitiuo. Nemo vnquam dixit, ego geſtio rhombum, niſi addas, edere: eſt enim geſtire animi ſenſum geſtu indicare: neque translatum à pecore, vt ait Donatus, ſed ab hiſtrionibus, quem geſtum vix in culice deprehendas.

CCLVI. ARISTOTELES.

Τὸ δὲ τῇ ἁφῇ αἰσθάνεσθαι, ὅπερ καὶ πρότερον εἴρηται, πᾶσιν ὑπάρχει τοῖς ζῴοις.

Tactus autem ſenſus, omnibus, vt ſupra dictum eſt, ineſt animalibus.

CÆSAR.

QVia ſuprà dixerat omnes ſenſus ineſſe, & de quatuor adduxit exempla, de tactu nullum, reddit ad ſententiam ſuperiorem repetendam.

CCLVII. ARISTOTELES.

Τὰ δὲ ὀστρακόδερμα ὄσφρησιν μὲν καὶ γεῦσιν ἔχει· φανερὸν δ᾽ ἐκ τῶν δελεασμάτων, οἷον ἐπὶ τῆς πορφύρας. αὕτη γὰρ δελεάζεται τοῖς σαπροῖς καὶ προσέρχεται πρὸς τὸ τοιοῦτο δέλεαρ, ὡς αἴσθησιν ἔχουσα πόρρωθεν.

At teſta intecta olfactum quidem ac guſtum habent: id quod è cibis deprehenditur. Nam purpura ita putridis ineſcatur, vt etiam è longinquo ea ſentiat & appetat.

CÆSAR.

NVnc alteram partem τῶν ἀναίμων exequitur: duoſque aſſignat ſenſus, quos ſimul perſequitur, quoniam non longe abſunt: & ſane guſtus ferè ſemper olfactum conſulit: itaque nares ad os omnibus ſitæ ſunt: animalia quoque pene omnia oblatam herbam aut alium cibum prius olfaciunt: præſertim ſimiæ. Aues non item: tanta enim earum voracitas, vt ore captam prægustent atque abijciant.

CCLVIII. ARISTOTELES.

Καὶ τῶν χυμῶν δ᾽ ὅτι αἴσθησιν ἔχει, φανερὸν διὰ τῶν αὐτῶν. πρὸς ἃ γὰρ διὰ τὰς ὀσμὰς προσέρχεται κρίνοντα, τούτοις χαίρει καὶ τοῖς χυμοῖς ἕκαστα. ἔτι δὲ ὅσα ἔχει στόμα, χαίρει καὶ λυπεῖται τῇ τῶν χυμῶν ἅψει.

Nam quæ ex odoribus iudicant appetenda, eorum quoque ſaporibus gaudent ſingula: præterea quæ ore prædita ſunt, ſaporum tactum, vel gratum, vel ingratum habent.

CÆSAR.

DVobus argumentis alteram partem reliquam propoſitionis concludit: de guſtu ſcilicet: primum quia odoratus illex eſt antecurſor guſtandi. Hoc pendet ab ordine naturæ in ipſis ſenſibus. Alterum argumentum pendet à fine inſtrumentorum in animali. Nam os propter cibum datum eſt ad alendum: ergo & ſenſus diſcernimus ciborum. Neque enim omnia conferunt: finis autem omnis ad vtilitatem eſt: neque enim eſſet finis: non enim perficeret. Itaque finem non eſſe mortem, dixit rectè Ariſtoteles in primo de *Anima*.

Theodorus hic cūcta illa addidit, *inuiſata quos gratos ſenſerūt*. Et χαίρει per *voluptatem* expreſſit. at λυπεῖται per *dolorem*, peſſimè. Neque enim eſt ἀλγεινὸν πᾶν τὸ λυποῦν: imo verò nullum, ὡς λυποῦν. Non fit dolor oculis à fulmine, ſed terror: fit dolor à conſpectu lippitudinis in oculo amici. Ita in guſtu ſubamaro non fit dolor, ſed triſtitia afficitur, vt ait Lucretius. Neque dolor poteſt eſſe in guſtu quatenus guſtus eſt, neque in viſu quatenus viſus: ſed in inſtrumento quatenus

ſentit tactu: ſolus enim dolor ad tactum pertinet. Neque ὑφὴ aut ἅψις, vt hic ponit Ariſtoteles, hîc poteſt dici *attrectatio* vt interpretatur Theodorus: attrectatio enim manuum tantum opus eſt: ſed tactus tantùm, quem poſuit hîc Ariſtoteles: vt indicaret guſtum eſſe tactus ſpecies. Nam ſane etiam extra linguam nuda caro ſentit acida medicamenta & ſalſa. Quanquam alio modo.

CCLIX. ARISTOTELES.

Περὶ δὲ ὄψεως καὶ ἀκοῆς, βέβαιον μὲν οὐδέν ἐστιν, οὐδὲ λίαν φανερόν. δοκοῦσι δὲ οἵ τε σωλῆνες, ἄν τις ψοφήσῃ, καταδύεσθαι καὶ φεύγειν κατωτέρω, ὅταν αἴσθωνται τὸ σιδήριον προσφερόμενον· ὑπερέχει γὰρ αὐτῶν μικρόν· τὸ δὲ ἄλλο, ὥσπερ ἐν θαλάμῃ ἐστίν. καὶ οἱ κτένες, ἐάν τις προσφέρῃ τὸν δάκτυλον, χάσκουσι καὶ συμμύουσιν ὡς ὁρῶντες· καὶ τὰς νηρίτας δὲ οἱ θηρεύοντες, οὐ κατὰ πνεῦμα προσιόντες θηρεύουσιν, ὅταν θηρεύωσιν αὐτὰς εἰς τὸ δέλεαρ· οὐδὲ φθεγγόμενοι, ἀλλὰ σιωπῶντες· ὡς ὀσφραινομένων καὶ ἀκουόντων. ἐὰν δὲ φθέγγωνται, φασὶν ὑποφεύγειν αὐτάς.

De viſu autem atque auditu nihil certi eſt. Nihil enim valde manifeſtum eſt: videntur tamen digiti marini, & ſubire, & penitus fugere vbi ſenſerint ferrum admoueri. Nanque eorum exigua pars extat: cæterum corpus quaſi latibulo conditur. Tum pectines ſi digitum admoueas, hiſcunt, mox comprimunt ſe, quaſi videant. Quin neritarum captatores ſecundo flatu adeunt, cùm illiciunt eas ad eſcam: neque loquentes, ſed taciti, proptereáq; & odorantur & audiunt. At audita voce, aiunt eas ſubterfugere.

CÆSAR.

DVos nunc ſenſus qui an ineſſent illis ambigebatur, venatur Philoſophus: viſum & auditum. Vtrunque probat in digitis. Simul docet eorum habitum ſitumque: ſimul venandi modum. Nam digiti tanquam pali ad aggeres conſtruendos in terra defixi pauxillum extant. Itaque ſonitum cùm hauriunt conduntur toti. Ergo piſcator ferrum in ſurculi modum demittit in eorum thecæ aditum: illi occludere ſeſe dum volunt, ferri caput arripiunt: ita extrahuntur. Sic nos vidimus in Hiſtriæ littoribus ad Tergeſtas. Alij etiam bipalio, aut marra eximunt. Alterum exemplum à pectinibus, de viſu: Tertium à Neritis de auditu. Earum quoque olfactum obiter hîc, & extra caput, notat.

Τὸ δὲ ἄλλο, ſcilicet σῶμα: ſicut τὸ λοιπὸν ὥσπερ ἐν θαλάμῃ: θαλάμας ſuprà diximus *diuerticula* in ſcopulis: arena, digitis pro ſcopulo eſt, aut cauerna, aut caute.

Οἱ θηρεύοντες θηρεύουσιν, ὅταν θηρεύωσιν: largiſsimi ſunt vocum interdum Attici earundem, vt ſæpe monuimus.

Οὐδὲ φθεγγόμενοι ἀλλὰ σιωπῶντες: vide περιττολογίαν ἐκ ταυτολογίας. Et addidit: ἐὰν δὲ φθέγγωνται: alius dixiſſet, σιωπῇ προσιόντες· ὡς αὐτοὺς ἀκούοντας μὴ ἐξαναστήσωσι.

Ὑποφεύγειν: ſcite. Nam & lentitudinem progreſſionis neritarum notat, & ſuſpenſionem graduum piſcatorum, ne illos terreat inſectando, ſed recepto animo ſecuriores fiant.

Dixit εἰς τὸ δέλεαρ. Nam cùm curſu poſſunt eos comprehendere, nihil obſeruant. Dixit quoque ὑποδύεσθαι ad ſtrepitum vngees: & κατωτέρω φεύγειν, à ferro ſcilicet: auxit orationem, cum motu illorũ, & cum cauſſa motus: præſentior enim motus à ferro quam à ſtrepitu. Itaq; *ſubtrahere* Theodorus ὑποδύεσθαι, non malè, ſed minus plane. Nam etiam paſſerem cum preſſiſſemus in vado poſt natatum, ſubtraxit ſe, ſed non ὑπέδυ. Et κατωτέρω φεύγειν, *inferius ſubſidere*, malè: de arenæ cumulo, aut alia re, motu animali carente, dicemus nos, *penitus fugere*.

Χάσκουσι, *dehiſcunt*: Theodorus, minus tuto. Neque enim pectines ita iacent, vt cùm aperiuntur, dehiſcant. Dehiſcit terra, quæ ad perpendiculum pateſcit, vt hiatus deorſum ferat: hiſcunt autem pectines, ſicut & alueolus luſorius duplex.

Κατὰ πνεῦμα: non eſt negligenda locutio: nam κατὰ πνεῦμα videtur ſecundo flatu dici debere: κατὰ πνεύματος aduerſo: οὐ κατὰ πνεῦμα non aduerſo flatu: ſubeſt ratio: voluit ſcilicet eſcæ odorẽ perferri. Nautæ quoq; hodie dicunt ſe nauigare per fauoniũ, cùm in fauoniũ feruntur. Itaq; τὸ κατὰ nõ erit vſitato modo dictũ: nã κατὰ ποταμὸν ſecundo fluuio dicitur: & κατὰ Πλάτωνα, ſecundũ Platonem.

Συμμύουσι comprimunt ſe, Theodorus diuinitus: cernunt igitur. Nam hiſcunt primo, dum putant eſcam. Mox comprimunt dum intelligunt nihil ad ſe pertinere.

Theodorus addidit nimis licenter. *Nec fieri poſſe aiunt*, quin fortaſſe poteſt. Nam quid illi ſciunt quid fieri poſſit?

CCLX. ARISTOTELES.

Ἥκιστα δὲ τὴν ὄσφρησιν τῶν ὀστρακοδέρμων φαίνεται ἔχειν, τῶν μὲν πορευτικῶν, ἐχῖνος· τῶν ἀκινήτων, οἷον τὰ τήθυα, καὶ αἱ βάλανοι.

In genere teſtaceorum quæ mobilia ſunt, Echinus: ex iis quæ non mutant locum, Tethya, & Glandes, olfactum minime habere videntur.

CAESAR.

Excludit ab olfactu duo genera: in iis quæ mouentur, echini: in immotis duas ſpecies, tethya & glandes, quas obiter hic enumerat, cùm ſupra omiſit: * * *. *nonnulla deſunt quæ enumeraturus erat olfactu carentia.*

Τῶν πορευτικῶν per *ingreſſum* declarauit Theodorus ſecutus metaphoram Lucretii: qui etiam vocem *gradientur*, dixit: *nonnulla etiam deſunt hic.* * *

CAPVT NONVM.

DE VOCE.

CCLXI. ARISTOTELES.

Περὶ μὲν οὖν τῶν αἰσθητηρίων τοῦτον ἔχει τὸν τρόπον τοῖς ζώοις πᾶσι. περὶ δὲ φωνῆς τῶν ζώων ὧδ' ἔχει.

De ſenſibus animalium ſic ſtatuendum eſt: deinceps autem de voce videamus.

CAESAR.

Propterea quod vox data eſt ad ſenſum exprimendum. Neque enim percipio quid ſentias, niſi explices voce. Eſt enim imago ſenſionis: Iccircò poſt ſenſus, ſtatim de voce prudentiſſime ſcribit.

CCLXII. ARISTOTELES.

Φωνὴ δὲ, καὶ ψόφος, ἕτερόν ἐστι· καὶ τρίτον τούτων, διάλεκτος.

Differt à ſono vox, & ab his ſermo.

CAESAR.

De voce tractaturus facit diuiſionem, non tanquam nomine æquiuoce: ſed tanquam ſpecie à genere. Itaque proponit hoc: vocem à ſono differre: poſteà addidit: & ſermonem ab vtroque, non malè, neque temere. Dixit καὶ τρίτον: propterea quod vox & ſonus propiores ſunt: vtrumque enim eſt qualitas aëris eliſi: neque differunt, niſi inſtrumentis: quoniam ore tantùm fit vox. At ſermo ab vtroque differt: à ſono, quia ore fit: à voce, non quia ore, hoc enim cum illa commune habet, ſed articulatione. Itaque vt ſonus, eſt qualitas aëris eliſi, ita vox ſonus eſt ab ore animalis: ſermo autem vox eſt articulata.

Græcum factitium eſt ψόφος. Habet mutam & ſibilum: vtrinque ſonus elicitur: ſic noſter *ſonus*. Eadem ratio φωνή: prima litera enim ſpiritum & flatum ex ore repræſentat: nam eſt φαίνω.

Noſtrum

Noſtrum *vox*, eſt à verbo βοᾶν. διάλεκτος, autem à *diligendo*: vt Plautus, *diligere*, dixit ſignatiſſimè, *diuidere*: verba enim ſunt quæ diuidunt vocem in homine loquente, quæ in gemitu, aut mugitu continuata eſſet. Itaque τὸ ἔπος, & ἔπεα Homericum, & noſtrum, *ſecare*, & *ſectus* notauit Gellius. Ita noſter *ſermo*: feruntur enim verba. Theodorus maluit, *locutionem*. Sed Varro locutionem cenſuit eſſe diſpoſitionem ſermonis: quoniam certis locis, verba certa conſtituerentur: à *collocando* ſcilicet. Nos tamen in *Originibus* declarauimus *locum* noſtrum παρὰ τοὺς λόχους, *locutionem*, verò παρὰ τὸν λόγον.

Theodorus addidit, *proculdubio*: imò dubitatur. Nam φωνὴ ἄφωνος, de occaſione dixit Demoſthenes. Et φωνὴν τὴν ἠχώ, in ſecundo de *Anima*, quæ à ſaxo reuertitur. Neque rectè idem, *& tertia his annumeranda eſt locutio*. Imò ab his ſeorſum numeranda: vt diuerſa adnumerat paſtor ſuis: dinumerat aliena ab ſuis, cùm ſegregat veſperè greges.

CCLXIII. ARISTOTELES.

Φωνεῖ μὲν οὖν οὐδενὶ τῶν ἄλλων μορίων οὐδὲν, πλὴν τῷ φάρυγγι. διὸ ὅσα μὴ ἔχει πνεύμονα, οὐδὲ φθέγγεται.

Nullum ergo animal alia parte quàm gutture vocem edit. Quamobrem quæ pulmone carent, carent eadem voce quoque.

CAESAR.

Ponit rationem differentiæ. Nam vox ſola à pulmone proficiſcitur. Diſtinxit autem per guttur. Quoniam quæ guttur habent, eadem etiam pulmonem: quod hoc ſyllogiſmo comprehendemus.

Nullum carens gutture habet vocem,
Omne carens pulmone, caret gutture:
Nullum carens pulmone habet vocem: icircò dixit διό.

Theodorus obſcuriſſimè, *gutture parte vna vox agitur*: ſaltem dixiſſet: *ſolo gutture*.

CCLXIV. ARISTOTELES.

Διάλεκτος δὲ, ἡ τῆς φωνῆς ἐστὶ τῇ γλώττῃ διάρθρωσις.

Sermo autem eſt vocis dearticulatio per linguam.

CAESAR.

Nunc apponit differentiam generi. Dixit τῇ γλώττῃ ὀργανικῶς. Nos per *linguam*: non autem à lingua tanquam à primo efficiente, ſed à ſecundo. Inſtrumentum enim refertur ad cauſſam efficientem. Theodorus, *non niſi per linguam explanatio*. At Philoſophus per modum definitionis loquitur: caſtè & ſobriè: iſte autem, *nonniſi*: peſſimè verò illud, cùm dixit διάρθρωσις, *explanatio*. Neque enim complanat ſermonem lingua: imò ſonum qui eſſet vno tenore planus & productus, fruſtullatim conſerit: vnde etiam συλλαβαὶ dictæ: eas quaſi articulos appellauit Ariſtoteles.

Vt hìc non definiuit ſonum Philoſophus, ita non erat locus, ſed in *Meteoris*, aut in lib. de *Cælo*: ad aëris enim affectiones pertinet. Prudentiùs igitur fecit quàm noſtri Grammatici, qui vocis definitionem in ſuis libris tranſtulêre, vt viderentur hoc quoque neſcire, potiùs quàm ſcire: ſed de his in libris de *Cauſſis linguæ Latinæ* dictum eſt.

CCLXV. ARISTOTELES.

Τὰ μὲν οὖν φωνήεντα, ἡ φωνὴ καὶ ὁ λάρυγξ ἀφίησιν· ὅσα δὲ ἄφωνα, ἡ γλῶττα καὶ χείλη. ἐξ ὧν ἡ διάλεκτός ἐστι.

Vocales igitur à voce & gutture emittuntur. Muta autem à lingua & labiis, ex quibus ſermo eſt conſtitutus.

C Æ S A R.

VVLT probare definitionem à partibus. Sermo, inquit, conſtat ex vocalibus & mutis: ſed vocales à voce fiunt, vox à gutture: mutæ autem à lingua & labiis: igitur ſermo à voce, & lingua: addidit etiam hîc labia ad ſuperiorem definitionem.

Nota locutionem: vox, inquit, emittit vocales. Non eſt verum: eſſet enim efficiens cauſſa vocalium, ſed eſt materia: guttur autem ſecundum efficiens: pulmo primum. Primùm nota hoc eſſe etiam mutis commune, ſcilicet vocem. Neque enim ſine voce ederentur: ſic & labia eſſe effectricia vocalium, eíſque dare formam, ſcilicet hunc, vel hunc ſonum. Quoniam diductis, aut reductis, aut compreſſis, variant vocem in vocalibus. At lingua peculiaris mutarum eſt, non autem vocalium. Definitio igitur eſt concluſio demonſtrationis: τὰ μὲν οὖν φωνήεντα, maior propoſitio: ἐξ ὧν ἡ διάλεκτος, minor. Nota ἄφωνα dixit, non σύμφωνα, falsò: neque enim ἄφωνα poſſent eſſe quæ ſunt in definitione διαλέκτῳ, in cuius definitione eſt φωνή: notabis quoque ſupra dixiſſe, φάρυγξ, nunc λάρυγξ.

Theodorus addidit, *proferuntur.* Nam ſic appellant λόγον προφορικὸν, vt ait Galenus in *protreptico*: addidit etiam *omnem*, falsò: ſunt enim voces quæ conſonantem nullam habent, vt ὠά, ἄα, ἰώ, & alia multa: ſed διάλεκτον dixit Ariſtoteles, id eſt ſermonem, hoc eſt, totum tractum loquendi quo vtimur. Nam ſermo perfectus eſt ille, ἰοῦ, ἰοῦ, & querela Captiuorum Plautinorum, & Philoctetæ.

CCLXVI. A R I S T O T E L E S.

Διὸ ὅσα γλῶτταν μὴ ἔχει, ἢ μὴ ἀπολελυμένην, οὔτε φωνεῖ, οὔτε διαλέγεται· ψοφεῖν δ' ἔστι καὶ ἄλλοις μορίοις.

Idcirco quæ linguam non habent, aut non habent ſolutam, neque vocem edunt, neque ſermonem ferunt: ſed ſi quem ſonum edunt, hoc aliis partibus effici poteſt.

C AE S A R.

COROLLARIVM, quod appellant, apponit: vt diſtinguat à conſequenti. Nam cùm declarauit quæ animalia haberent linguam, & quæ careant ea, concludit attributionem, aut ablationem ſermonis: diuiſitque in ea quæ nullam, & in ea quæ vinctam & hærentem haberent linguam: poſteà ſuſtulit pertinaciam profitentium cicadas vocem edere, cùm dicit, ſonum eſſe non vocem eum, qui aliunde quàm à gutture proficiſceretur. Nota tamen non conuerti: *loquitur, ergo linguam habet*: vt dicas etiam ſic: *linguam ſolutam habet: ergo loquitur*: non enim aſinus: ſed nemo tueri poſſit Philoſophum, qui etiam vocem ſuſtulit ab his quæ lingua carerent, propter hoc. Nam fateor carere ea voce: ſed quia carent pulmone, non quia lingua. Quem errorem Eraſmus, vir alioqui magnus, ſecutus & profeſſus eſt, in commentario ſuo de *lingua*.

Ψοφεῖν δ' ἔστι καὶ ἄλλοις μορίοις: nihil refert ſi referas ad ea animalia quæ hîc dicit carere lingua, vt branchiis ſonitum edunt quidam piſciculi in Taurinis cùm capiuntur, vt nos audiuimus: aut ad omne animal quòd ſatius eſt: ſonitum enim, & ſtrepitum, & crepitum edimus: frendimus autem dentibus tantùm, etiam ſecluſa voce: fremimus autem, & muſſamus ore, incerta voce, & murmure.

CCLXVII. A R I S T O T E L E S.

ΤΑ' μὲν οὖν ἔντομα, οὔτε φωνεῖ, οὔτε διαλέγεται· ψοφεῖ δὲ τῷ ἔσω πνεύματι, οὐ τῷ θύραζε· οὐδὲν γὰρ ἀναπνεῖ αὐτῶν· ἀλλὰ τὰ μὲν, βομβεῖν, οἷον μέλιττα, καὶ τὰ πτηνὰ αὐτῶν· τὰ δὲ, ᾄδειν λέγεται, οἷον οἱ τέττιγες. πάντα δὲ ταῦτα ψοφεῖ τῷ ὑμένι ὑπὸ τὸ ζῶμα, ὅσων διῄρηται, οἷον τὸ τῶν τεττίγων γένος

Igitur inſecta, neque vocem, neque ſermonem edunt: ſed admiſſo ſpiritu ſonant, non emiſſo: ſiquidem eorum nullum ſpirat: ſed partim murmurare dicuntur, vt apes, & alia alata, partim canere vt cicadæ: quæ omnia ſonum cient membrana, quæ obtenta eſt ad præcinctura inciſuram, quemadmo-

τῶ

τῇ τρίψει τοῦ πνεύματος. καὶ αἱ μυῖαι δὲ καὶ μέλιτται, καὶ τἄλλα πάντα, τῇ πτήσει αἴρονται καὶ συστέλλονται. ὁ γὰρ ψόφος, τρίψις τοῦ ἔσω πνεύματός ἐστιν. αἱ δ' ἀκρίδες, τοῖς πηδαλίοις τρίβουσαι, [ποιοῦσι] τὸν ψόφον.

dum cicada attritu ſpiritus. Muſcæ quoque & apes, atque alia omnia alis attollunt ſe ſe, ac mox contrahunt, vnde comprehenſi aëris attritu ſonus fiat. Locuſtæ autem ſaltatoriis cruribus affricatis, ſonum faciunt.

CAESAR.

OPTIMVM tenet inſtitutum. vt remoto errore, poſtquam oſtendit quid non ſit, oſtendat quid ſit. Diſtinguit ſonum inſectorum in duo genera, à membrana incluſo ſpiritu, & exteriorum motu membrorum: is quoque duplex, aut ab ala, aut à cruribus: omnem tamen ab attritu.

Nota dixit, λέγεται, ex vſu, non ex re: nam eorum cantus & Poëtarum æquiuocus eſt.

Dixit τῷ ἔσω πνεύματι οὐ τῷ θύραζε. Theodorus nimis leuiter: *interiore, non exteriore.* Neque enim ſatis eſt: ſed recepto, non emiſſo: admittunt enim aërem extrinſecus aduenientem. Nos autem loquimur expellendo aërem: iccircò dixit, *non enim ſpirant.*

Βομβεῖν, diximus *murmurare* ex Virgilio: ſed nota ſuperfluum ſermonem. Nam cùm negauit φωνεῖν, quare ſuperaddidit διαλέγεται. Theodorus autem omiſit καὶ τὰ πτηνὰ αὐτῶν: malè: nam etiam veſpæ βομβοῦσι.

Nota ζῶμα, quod alibi διάζωμα & περίζωμα etiam ζωστῆρα: malè Theodorus, *ſepto tranſuerſo*, hîc: nullum enim hæc habent: neque enim ſpirant: hoc autem eſt inſtrumentum motus ad ſpirandum. Αἴρονται καὶ συστέλλονται: *attollunt ſe ſe, & contrahunt*: cùm attollunt dilatant alas, mox contrahunt. Itaque ſpiritus, id eſt aër interceptus eliditur. Theodorus non intellexit hîc τὸ ἔσω. Neque enim voluit dicere Ariſtoteles in eorũ corporibus ſpiritum includi, ſed inter alas interelidi. Itaque τῇ πτήσει, id eſt τοῖς πτεροῖς αἴρονται, tolluntur ipſæ alis, καὶ συστέλλονται, non ipſæ ſolæ, ſed ipſæ cum alis. Quanquam facilè eſt intelligere vnde ſit ſonus. Pueri cùm eſſemus regulam lineam ſurreptam à præceptoribus noſtris, aut coëmptam, appenſam funiculo circumagebamus loco tubæ in belli ſimulacris quæ ciebamus: inde ſonitus edebatur mirus: ſic membranam ſi ventiles, ſonum edes: ſic aër ſectus à membranaceis muſcarum alis ſonat: à papilionum autem alis, non item: molliſſimæ enim ſunt: à crabronum alis grandior: duriores enim ſunt: à ſcarabeorum, vaſtus, cruſtaceæ enim ſunt: à culicibus tenuis, acutus: anguſtæ enim ſunt.

Theodorus vt ſuprà πηδαλίοις, *gubernaculis*, vertit malè.

CCLXVIII. ARISTOTELES.

Οὐδὲν δὲ τῶν μαλακίων οὐδὲν οὔτε φθέγγεται, οὔτε ψοφεῖ οὐδένα φυσικὸν ψόφον· οὐδὲ τῶν μαλακοστράκων.

NEque molluſcorum quippiam neque cruſtaceorum, aut vocem vllam, aut ſonum naturalem emittit.

CAESAR.

ALIA duo genera excludit: dixit φυσικὸν, cùm tamen debuit dicere animalem. Sed intellige naturam eſſe principium motus & quietis: ſonus à motu fit. Itaque non edunt ſonum qui habeat principia motus in ipſis. Nam alioqui omnis ſonus, phyſicus eſt: omne enim corpus, phyſicum: omnis motus, corporis. Rectè autem hîc præpoſuit vocem ſono: aſtrictior enim fit oratio.

CCLXIX. ARISTOTELES.

Οἱ δ' ἰχθύες, ἄφωνοι μέν εἰσιν· οὔτε γὰρ πνεύμονα, οὔτε ἀρτηρίαν καὶ φάρυγγα ἔχουσι· ψόφους δέ τινας ἀφιᾶσι καὶ τετριγμούς, οὓς λέγουσι φωνεῖν, οἷον λύρα καὶ χρομίς. οὗτοι γὰρ ἀφιᾶσιν ὥσπερ γρυλλισμόν· καὶ ὁ κάπρος ὁ ἐν τῷ Ἀχελῴῳ· ἔτι δὲ χαλκὶς, καὶ ὁ κόκκυξ. ἡ μὲν γὰρ, ψόφον οἷον τετριγμόν· ὁ δὲ, παραπλήσιον τῷ κόκκυγι ψόφον, ὅθεν καὶ τοὔνομα ἔχει. πάντα

PIſces quoque muti ſunt: neque enim aut pulmonem, aut arteriam, aut guttur habent: ſonos tamen edunt quoſdam & ſtrepitus ij, quos aiunt vocales eſſe: vt lyra & chromis: hi nanque veluti grunnitum edunt. Sic & Aper Acheloi fluuij incola: præterea chalcis, & cuculus: nam illa ſonum edit ſimilem ſtridori, hic autem ſimilem cuculo, vnde & id

δὲ ταύτῃ τὴν δοκοῦσαν φωνὴν ἀφιᾶσι, τὰ μὲν, τῇ τρίψει τῶν βραγχίων (ἀκανθώδεις γὰρ οἱ τόποι) τὰ δ᾽, τοῖς ἐντὸς τοῖς περὶ τὴν κοιλίαν. πνεῦμα γὰρ ἔχει τούτων ἕκαστον ὃ προστρίβοντα καὶ κινοῦντα, ποιεῖ τοὺς ψόφους.

nomen obtinet. Quæ tamen omnia, hoc, quod videtur vox, emittunt, partim attritu branchiarum; ea quippe loca ſpinea ſunt; partim è cauo ventris. In quorum quolibet ſpiritus continetur: quo attrito atque commoto ſonus cietur.

C Æ S A R.

AD aliud genus: à cuius ſpeciebus plurimis ſonum amouet: in nonnullis agnoſcit: declarat ſonorum differentias: γρυλλισμὸν, τρισμὸν, στριγμὸν, κοκκυσμόν. Item cauſſas duas, attritum & cauum à membrana.

Τρισμὸν, quaſi genus poſuit. Itaque nos quoque *ſtrepitum*: hoc enim eſt τρίζειν: hoc modo cicada aſtrepit: στριγμὸς, autem *ſtridor* eſt pari origine, factitia vox: tranſlato enim ſibilo, ex vna voce duæ ſunt factæ, στριγμὸς τρισμοί. γρυλλισμὸς, autem eſt grunnitus, quaſi porcorum apud Ariſtophanem. Plinius quoque ſic interpretatus eſt. γρύλλος etiam apud Plutarchum diſſerens cum Vlyſſe videtur porci perſonam agere.

Operæ precium eſt ſcrutari, quemadmodum tot inculcauit Philoſophus: pulmonem, arteriam, guttur. Nam horum vnum cui deeſt, omnia deſunt: potiùs igitur poſuit propter connexionem, tanquam cauſſas ſe conſequentes, quàm propter differentias.

Nota & id ὃ προστρίβοντα. *Spiritum*, inquit, *atterunt*: ſanè, corpus enim eſt: addit, *commouent*: non per ſe commouent ſpiritum, ſed mota membrana.

CCLXX. ARISTOTELES.

Καὶ τῶν σελαχῶν δ᾽ ἔνια τρίζειν δοκεῖ. ἀλλὰ ταῦτα φωνεῖν μὲν οὐκ ὀρθῶς ἔχει φάναι, ψοφεῖν δέ. καὶ γὰρ οἱ κτένες, ὅταν φέρωνται ἀπερειδόμενοι τῷ ὑγρῷ, ὃ καλοῦσι πέτασθαι, ῥοιζοῦσι καὶ αἱ χελιδόνες αἱ θαλάττιαι. καὶ γὰρ αὗται πέτονται μετέωροι, οὐχ ἁπτόμεναι τῆς θαλάττης. τὰ γὰρ πτερύγια ἔχουσι πλατέα καὶ μακρά. ὥσπερ οὖν τῶν ὀρνίθων πετομένων ὁ γινόμενος ταῖς πτέρυξι ψόφος, οὐ φωνή ἐστιν, οὕτως οὐδὲ τῶν τοιούτων οὐδέν.

Etiam quædam è cartilagineis ſtrepere videntur: verùm horum ſonus potiùs quàm vox debet dici: pectines enim cùm ſummam radunt aquam, quò dicuntur volare, ſtrident, ſicut & marinæ hirundines: ſuprà mare enim ita volant, vt æquor non attingant: pinnas enim latas ac longas habent. Sonus igitur quaſi volantium auium non vox eſt: ſic ne aliorum quidem.

C Æ S A R.

AD aliud genus cùm tranſit cartilagineorum, exemplum tamen ponit de oſtraceis, deinde alterum de hirundine: vtriuſque volatum narrat, ſed differentiam apponit. Nanque hirundines verè volant, pectines non verè: iccirco pectines ἀπερειδομένους, hirundines μετεώρους: in vtroque tamen ſtrepitum, vt in volatu auium,

Ῥοιζοῦσι, ῥοιζμὸς, eſt ſonus carinæ & proræ ſecantis aquam: ſicut φλοῖσβος æſtus efferueſcentia, qualem ſonum edunt capita viridium lignorum cùm cremantur.

Dixit ἀπερειδόμενοι, non ſimpliciter ἐρειδόμενοι, vt motum notaret. Theodorus malè, *nitibundi*: imò leuiſſimè adnitentes, & vix attingentes.

Theodorus πτερύγια, *pennas* hîc: ſed *pinnas* potiùs. Sed mendum librarij putandum: vbi de pinnis agit Ariſtoteles commodiùs pinnarum hirundinis marinæ modum declaràſſet quàm hîc.

CCLXXI. ARISTOTELES.

Ἀφίησι δὲ καὶ ὁ δελφὶς τριγμὸν, καὶ μύζει, ὅταν ἐξέλθῃ ἐν τῷ ἀέρι· οὐχ ὁμοίως δὲ τοῖς εἰρημένοις. ἔτι γὰρ τοῦτο φωνὴν ἔχει, καὶ πνεύμονα καὶ ἀρτηρίαν· ἀλλὰ τὴν γλῶτταν οὐκ ἀπολελυμένην, οὐδὲ χείλη, ὥστε ἄρθρον τι τῆς φωνῆς ποιεῖν.

Delphin quoque ſtridet, ac gemit, cùm in aërem exit, ſed alia quàm illi ratione. Quippe & vocem & pulmonem, & arteriam habet: ſed cùm lingua ei ſoluta non ſit, & labiis careat, inarticulatam vocem edit.

CAESAR.

TRANSIT ad cete. Delphinum ſtridere dicit: ſed quia aliam rationem aſcribit: icircò addidit μύζει: quoniam pulmonem habet: & appellat, vocem: verùm tollit ab ea voce τὰ ἄρθρα. Dicit cauſſam. Nam, inquit, labia nulla habet: & linguam quoque habet, tamen ſoluta non eſt. Ergo τὸ μύζειν, quod interpretatur Theodorus, *acute mutire*, non conuenit. Nam mutire eſt infantium, & incipientium loqui, & murmurantium, & obloquentium inter labia: vnde etiam *murmur*: factitia vtraque vox ab effectu labiorum: vt in Amphitruone Soſia, & Latinus Virgilianus. Ergo cùm labiis careat, non poteſt ea vox accommodari. Nos quoque gementes audiuimus Delphinos, non autem muſſantes: neque enim niſi labiis quis muſſare, aut mugire poteſt.

CCLXXII. ARISTOTELES.

Τῶν δὲ ἐχόντων γλῶτταν, καὶ πνεύμονα, ὅσα μὲν ᾠοτόκα ἐστὶ καὶ τετράποδα, ἀφίησι φωνὴν, ἀσθενῆ μέντοι. καὶ τὰ μὲν, συριγμὸν, ὥσπερ οἱ ὄφεις· τὰ δὲ, λεπτὴν καὶ ἀσθενῆ φωνήν· τὰ δὲ, σιγμὸν μικρὸν, ὥσπερ αἱ χελῶναι.

AT quæ oua pariunt, ſiue ſint quadrupedes, ſiue humi ſolius per ſuperficiem mobilia ſint, vocem quidem emittunt, ſed imbecillem tamen. Quorum alia ſibilum emittunt, vt ſerpentes: alia autem exilem vocem & infirmam: alia autem ſibilum breuem, vt teſtudines.

CAESAR.

NVNC cribrat genera. Quoniam hæc affectio vocis varia eſt, neque ſequitur præſcriptiones generum. Duas ponit differentias, vocem, & ſibilum: prioris non ponit exemplum: neque nunc mihi non ſuccurrit: paucæ enim ſunt ſpecies. Crocodili, lacerti, ranæ, rubetæ, teſtudinis, ſcinci, ſtellionis, chamæleontis, ſalamandræ, & ſi quæ alia pauca. Sibilum in duo diuidit in συριγμὸν, qui ſit ſibilus productior, vt in fiſtula, & σιγμὸν, qui ſit breuis. Addidit μικρὸν, ad interpretationem. Dixit *tenuem*, & addidit, *imbecillum*: non multæ ſunt tenues, eædem vehementes. Imò maxima eorum pars, vt tinnulæ in fœminis & pueris, & tibiis anguſtioribus.

Non poſuit exemplum, vt dixi, de voce tenui. Neſcio an Crocodilus vocalis ſit: ſed rubeta maximam etiam edit vocem.

Cùm ponit exemplum de ſerpentibus, neceſſariò ſuſpicamur deeſſe, καὶ πεζὰ, quod etiam Theodorus ante nos animaduertit. Alio quoque ordine ſitæ ſunt partes diuiſionis in noſtro codice, & Theodori.

CCLXXIII. ARISTOTELES.

Ὁ δὲ βάτραχος, ἰδίαν ἔχει τὴν γλῶτταν. τὸ μὲν γὰρ ἔμπροσθεν, προσπέφυκεν ἰχθυωδῶς, ὃ τοῖς ἄλλοις ἀπολέλυται· τὰ δὲ πρὸς τὸν φάρυγγα, ἀπολέλυται, καὶ ἐπέπτυκται, ᾧ τὴν ἰδίαν ἀφίησι φωνὴν αἰεί.

DIuerſam ab aliis habent ranæ linguam: mucro nanque qui in cæteris abſolutus eſt, ipſis cohæret piſcium more: quod autem gutturi affine eſt, & ſolutum, & ſuperexplicatum, qua ſuam vocem ſemper ſolent emittere.

CÆSAR.

MIRAM linguæ naturam ab aliis ſeparatam ranæ narrat. Nam neque vt piſces totam habet cohærentem, neque vt ſerpentes totam ſolutam: neque vt nos ab intimo hærentem à mucrone ſolutam. Non eſt idem ſi dicas, *quæ pars eſt abſoluta, gutturi applicatur*, &, *quæ pars gutturi applicatur eſt ſoluta*. Nam quanquam idem videtur eſſe, non tamen idem ordo docendi. Nam docet quæ pars ſit quæ gutturi applicatur, ſed ſumit pro comperto. Itaque addidit articulum τὰ: & per eam docet quod neſcimus, *ſolutam*: ſed Theodorus modo diſponat auribus nihil penſi habet. Idem malè omiſit, αἰεί: at verò eſt neceſſariū, vt excludat alias partes quas in piſcibus agnoſcebat.

CCLXXIV.

CCLXXIV. ARISTOTELES.

Καὶ τὴν ὀλολυγόνα δὲ, τὴν γινομένην ἐν τῷ ὕδατι, οἱ βάτραχοι οἱ ἄῤῥενες ποιοῦσιν, ὅταν ἀνακαλῶνται τὰς θηλείας πρὸς τὴν ὀχείαν.

Vlulatum autem quem in aqua ciët maſculi ranarum efficiunt, cùm ad venerem famellas inuitant.

CAESAR.

Cvm de voce, atque de inſtrumentis, prætereà de generibus animalium, in quibus ea ſunt dicat, tum cuius cauſſa indita vox ſit, debuit dicere: ſed hoc in libro de *reſpiratione*, & de voce poſitum eſt. Nam in libro de *generatione* per modum affectionis tractata eſt, quia etiam ad politicos libros pertinet. Nunc autem mediam texit hiſtoriam, & maioris partis animalium vocis finem quendam ad coitum dirigit.

Ὀλολυγόνα, *vlulatus*, cùm plano gutture hydraulicam videntur exercere.

CCLXXV. ARISTOTELES.

Εἰσὶ γὰρ ἑκάστοις τῶν ζώων ἴδιαι φωναὶ πρὸς τὴν ὁμιλίαν καὶ τὸν πλησιασμὸν, οἷον καὶ ὑσὶ, καὶ τράγοις, καὶ προβάτοις.

Svnt enim vnicuique generi animantium certa voces attributa ad conſuetudinem & congreſſum, vt ſuibus, hircis, ouibus.

CAESAR.

Ponit maiorem propoſitionem demonſtrationis ſub qua ſuperior continetur. Quo etiam ololygonis nomen declarat. Quoniam ſubatio in ſuibus dicitur, hirquitallire in hircis, in ouibus balatio.

Ἴδιαι, *certa*: certum enim τὸ κεκριμένον, à cernendo.

Ὁμιλία *initus*, πλησιασμὸς, *coitus* à Theodoro: at ὁμιλία eſt conſuetudo: ſignata vox, cùm iam rem agunt: πλησιασμὸς autem eſt congreſſus, antequam ineant: *appropinquatio*: vtrunque poſuit Philoſophus non temerè: & præpoſuit conſuetudinem, quoniam lenius eſt commoueri: poſteà addidit πλησιασμὸν, vt declararet, τὸ ἀνακαλεῖν etiam è longinquo.

Τράγοι, *Capram* poſuit Theodorus malè: nam mas ſemper præſtò eſt.

CCLXXVI. ARISTOTELES.

Ποιεῖ δὲ τὴν ὀλολυγόνα, ὅταν ἰσοχειλῆ τὴν κάτω σιαγόνα ποιήσας ἐπὶ τῷ ὕδατι, περιτείνῃ τὴν ἄνω. δοκεῖ δὲ διαλαμπουσῶν τῶν σιαγόνων ἐκ τῆς ἐπιτάσεως, ὥσπερ οἱ λύχνοι φαίνεσθαι οἱ ὀφθαλμοί. ἡ γὰρ ὀχεία τὰ πολλὰ φαίνεται νύκτωρ οὖσα.

Edit autem vlulatum, cùm inferioris mandibulæ labia ad ſummum aquam coæquata obducit ſuperiorem. Intentis igitur maxillis, atque iccircò prælucentibus lucernarum ſpeciem præbent oculi: frequens enim noctu coïtus fieri ſolet.

CAESAR.

Nvnc redit ad vlulatum, cuius modum declarat: finem dixit, nunc efficiens, & formam, & materiæ partem, quippe aquam aëri miſtam, & tempus: pellucere pelles maxillarum dicit propter intenſionem: rareſiunt enim: lucere oculos in tenebris ſuo loco dictum eſt, & addita cauſſa.

Atticiſmus: τὰ πολλὰ: &, φαίνεται νύκτωρ οὖσα. Socrates dixiſſet, τυγχάνει νύκτωρ γινομένη.

Theodorus ſuo arbitratu, aquam indidit & demittit labrum: imò verò ſurrigit: nihil enim ab aqua extat præter caput: *buccarum ſinus*, tamen facetè dixit, non contemnenda oratione, niſi eſſet interpres: ſed *interluceat*, dixit infeliciſſimè: διὰ enim tranſmittit viſum per corpus: *inter* tranſmittit in vacuo interuallo duorum corporum: perfluit cribrum aqua, at interfluit duas ripas.

Modeſtè Ariſtoteles φαίνεται λόχνοι ὀφθαλμοὶ: at Theodorus audacius *flagrant* : *micant* potiùs, vel fulgent. * * * * *.

CCLXXVII. ARISTOTELES.

ΤΟ δ' τῶν ὀρνίθων γένος, ἀφίησι φωνὴν· καὶ μάλιστα ἔχει διάλεκτον, ὅσοις ὑπάρχει μετρίως ἡ γλῶττα πλατεῖα, καὶ ὅσοι ἔχουσι λεπτὴν τὴν γλῶτταν αὐτῶν.

Auium genus vocale eſt: potiſsimùmque loquuntur ea, quibus aut mediocris linguæ latitudo, aut ipſa lingua tenuis eſt.

CAESAR.

NVNC ad aues tranſit, de quibus nihil etiam dixerat : neque verò tenuit ordinem. Nam de vocalibus primum toto genere. Deinde de his quæ non toto genere. Tum de toto genere non vocalibus. Nunc verò redit ad vocales: verùm hoc fecit, quia aues pluſquam vocem emittunt. Nam etiam loqui dicuntur & verè : hoc autem cum hominibus commune habent, quorum verè ſermo proprius eſt : loquuntur pſittaci, corui, pici varij, picæ. Picarum certè genus loquaciſſimum eſt : pica à nobis educata, auolauit tandem : atque reliquæ ad eius imitationem verba referebant. Apud Sigiſmundum principem in Croatia picam quæ loquacitate ſua omnes obtunderet vidimus : & quod rarum eſt, ea tota alba erat: cui cum Valentinus patruelis meus laridi fruſtulum obtuliſſet, concidit pica. Quò caſu motus Benedictus pater, mihi tanquam eius rei autori plagas minatus eſt : tandem opera Iſaaci Iudæi, qui in noſtra erat clientela, vino, & ſucco herbarum quarundam in os iniectis, priſtinæ ſanitati reſtituta probè omnium noſtrûm nomina enunciabat. Corui quoque edocti optimè humanas voces imitantur, ac neſcio an reliquas aues ſuperent. Benedicto patri ab equite datus coruus ita probè omnia proferebat, vt hominem loqui crederes. Is poſteà Oſtronizam patruo miſſus breui tempore Hungaricum perſonabat, vt omnes in admirationem traheret.

Cùm dixit totum genus vocale eſſe. Idem enim eſt τὸ & πᾶν : addidit differentiam τοῦ διαλέκτου, & aſſignauit ſpecies à modo inſtrumenti. Nam cùm à linguæ ſermonem proficiſci dixerit : per linguæ rationes attribuere illum decet. Dico rationem. Quoniam linguæ ſubſtantia omnibus eſt auibus, at modus idem non omnibus. Non autem quauis à quantitate. Et partim diſpoſitione dearticulantur verba : non enim à craſſiore, aut rotundiore. Balæna enim omnium optimè loqueretur : cuius immanitas mendacio proprior eſſe videtur.

Dixit μάλιστα, quoniam non vult omnino circunſcribere incerta: ſed videamus an verum ſit: loquuntur multæ aues, vt ſuprà diximus: ſed pſittaco omnium craſſiſſima lingua eſt, ac rotunda penè.

Illud conſiderandum : cùm vocis diſcrimen dixerit, *dialectum*, an omnem variationem intelligat etiam in cantu, non ſolum in ſermone. Et puto intelligi. Ita & alaudæ & philomelæ flexiones dialectum dicat : *aliquid deeſt.* * * * *.

CCLXXVIII. ARISTOTELES.

ΕΝια μὲν οὖν ἀφίησι τὴν αὐτὴν φωνὴν, τά τε θήλεα καὶ τὰ ἄρρενα. ἔνια δ', ἑτέρας.

Quorundam igitur vox eadem tam mari, quàm fœminæ : in alijs diuerſa.

CÆSAR.

TERTIA pars Capitis : prima continet genera, ſoni, vocis, ſermonis : earum rationes: altera vocis diſcrimina per genera. Tertia hæc vocis differentias per ſexum. Veriſſimum autem eſt quod dicit, vt in carduelibus, in alaudis. Quin etiam quædam ſunt indociles : fœminæ, mares docentur.

CCLXXIX. ARISTOTELES.

Πολύφωνα δ' ἐστὶ, καὶ λαλίστερα, τὰ ἐλάττω τῶν μεγάλων.

CVm multa voce, tum maiore loquacitate prædita ſunt minores, quàm maiores.

CAESAR.

NVNC à quantitate, quam non addidiſſet, niſi eſſet παράδοξον. Nam in quadrupedibus nõ eſt idem. Boues enim, & equi, & aſini, & elephãti, magni ipſi, magna quoque voce ſunt vulpes, lepores, cuniculi, mures, exiguo, aut gannitu, aut ſtridore: contrà in auibus. Aquila enim, quam nunc habemus, cicurem & doctam ad prædam, minimum clangorem edit. Item accipitres, & milui: ſed ſturnus cùm canit, etiam obtundit aſtantium ſermonem: occupat aures. Tum philomelam omitto, & alaudam. Aureolus quoque, quem *Icterum* vocat Ariſtoteles, ab ipſo dictus eſt emittere μεγάλην φωνήν: nota tamen Philoſophum non dixiſſe μεγαλόφωνα, ſed πολύφωνα. Ideò Theodorus *garrula*. Contemplatio noſtra tamen & vera eſt, & iucunda: πολύφωνα autem dixit in poſitiuo, & λαλίστερα in comparatiuo, quoniam magnorum quædam πολύφωνα ſunt. Genus aquilæ quem *Aſturem* vocant ſemper clangit.

CCLXXX. ARISTOTELES.

ΚΑὶ μάλιστα περὶ τὴν ὀχείαν ἕκαστον γίνεται τῶν ὀρνίθων τοιοῦτο.

HOc autem earum cuilibet euenire maximè ſolet, & coitus tempore.

CAESAR.

NVNC à tempore cauſſa huius ſententiæ eſt. Quoniam interpres animi lingua eſt, vt ait Lucretius in VI. ergo efferueſcentis animi efferueſcens lingua: ſeipſum imitatur Ariſtoteles. Nam in genere hoc ſuprà dixit, quod hîc priuatim de auibus. Sic etiam multos poëtas, aut eloquentes fecit amor, aut odium: eadem enim ratio contrariorum.

Eraſmus Ambroſij Leonis Nolani ſententiam affert in Chiliadibus, Gallum noctu cantare, quoniam ſalax auis ſit. Itaque excitatur veneris appetitu: ſed hoc falſum eſſe multis rationibus conſtat. Primùm ſtatis horis canit, & æqualiter: plus igitur caneret tertia vigilia: plus enim turget. Deinde etiam interdiu canit paribus horis, neque tamen præſentes init. Tertiò non inuitat gallinas eo cantu, ſed crocciendo. Præterea à coïtu eiuſmodi cantum canit cùm minimè opus habet. Poſtremò falſum eſt omnium animalium eſſe ſalaciſſimum. Obſeruauimus paſſeres nos frequenter, aliquando etiam in Liguribus Taurinis cùm nos in oppido Cunei obſiderent Suitzeri poſt cladem Nouarrienſem, cùm ſtationem attentiùs ſeruaremus, obſeruauimus paſſerum vnum, decimum ſeptimum initum explêſſe, cùm ex opa ſua, (lateritij enim parietes ibi ſunt) remearet ad coniugem: ſed de hac re alibi ad *Cardanum*.

CCLXXXI. ARISTOTELES.

ΚΑὶ τὰ μὲν, μαχόμενα φθέγγεται, οἷον ὄρτυξ· τὰ δὲ, πρὸ τοῦ μάχεσθαι προσκαλούμενα, ἢ νικῶντα, οἷον ἀλεκτρυόνες.

QVædam quoque inter pugnandum vocem edunt, vt cothurnix, aliæ cùm pugnam ineunt, prouocantes vt perdix: nonnullæ etiam victoriam canunt.

CAESAR.

CAESAR.

PVLCHRA contemplatio ab alio animi affectu: ſupra ab amore, nunc à contrario. Quod diuiſit per tempora Philoſophus: præſens in cothurnicibus: præteritum in gallis, futurum in perdicibus. Diſputandum quæ horum ſint animoſiora. Nam in prælio, & pugnare & obloqui, aut conuiciari interdum parum prudentis, interdum etiam verſuti eſt: animoſi autem an ſit dubitandum. Multum enim ſpiritus habere videtur, qui etiam prodigit; & multum confidentiæ: ſed minus habemus virium. Qui prouocat verbis, poſteà ſilet, colligit vniuerſam iram in ſe: Itaque magno animo pugnat. Gallus autem inſolens eſt cum ſuo pæane: vir enim ſapiens & fortis nihil vnquam cuiquam exprobret: minimè verò ſeſe iactet. Habes etiam inſtituta Gentium. Romani clamorem tollebant, tum taciti pugnabant. Phryges tumultuantes. Græci tacitum, vt ait Homerus, ſpirantes robur: ſic etiam noſtra tempeſtate Sultani exercitus tacitus iter facit, tacitus prælium init: ſic enim iuſſa meliùs audiunt. In oculis & manibus tota res eſt.

CCLXXXII. ARISTOTELES.

Ἄδουσι δ᾽ ἔνια μὲν ὁμοίως τὰ ἄῤῥενα τοῖς θηλείσι, οἷον ἡ ἀηδὼν ᾄδει καὶ ὁ ἄῤῥην καὶ ἡ θήλεια. πλὴν ἡ θήλεια παύεται, ὅταν ἐπωάζῃ, καὶ τὰ νόττια ἔχῃ.

Maris fœminæq́; cantus in quibuſdam idem eſt, vt luciniæ: ſilet tamen fœmina quandiu incubat, pullóſque educat.

CAESAR.

NVNC redit ad ſuperiora: & apponit differentiam à tempore: *non canit quandiu incubat:* febriunt enim aues dum incubant. Gallinæ enim calorem vix ſufferas.

Dixit νόττια in diminutiuo: primo ſcilicet tempore. Nam cùm creuêre, eas docet canere: ſuperfluè tamen repetit Philoſophus: ᾄδει καὶ ὁ ἄῤῥην καὶ ἡ θήλεια: ſatis erat exemplum, nam iam ſuprà hoc dixit. Quædam autem aues eo tempore etiam vocem mutant, vt gallinæ.

CCLXXXIII. ARISTOTELES.

Ἔνιοι δὲ καὶ τὰ ἄῤῥενα μᾶλλον, οἷον ἀλεκτρυόνες τε καὶ ὄρτυγες· αἱ δὲ θήλειαι, οὐκ ᾄδουσι.

Sunt in quibus potiùs canat mas, quàm fœmina, vt in genere gallinaceo, & cothurnicum: fœminæ enim non canunt.

CAESAR.

IMO canunt gallinæ, & cùm excipiunt ſerenum tempus longa & canora, & ſuaui voce. Cùm autem parituræ ſunt, contentiore: cùm pepererunt, etiam prolixa, & infeſta. Itaque ᾄδουσι μὲν, οὐχ ὁμοίως δέ. Quinetiam cùm in Illyrico eſſemus in excurſione Chriſtophori Phrygepanis affinis noſtri, & pernoctaremus in tugurio, gallina galli cantu cecinit ſemel, atque iterum, ac tertiò, ac quartò: nos taciti pro prodigio accepimus. Anus hoſpes noſtra gallinam prehenſam in ſtatere appendit: notat pondo in pariete carbone. Poſtera nocte eandem appenſam vbi nouit leuiorem, obnunciat, viros à fœminis fugatum iri. Atque ita euenit, vt fortiſſimus ille vir ictu pilæ ferreæ interiret manu imbelli.

CCLXXXIV. ARISTOTELES.

Τὰ δὲ ζωοτόκα, καὶ τὰ τετράποδα ζῶα, ἄλλο ἄλλην ἀφίησι φωνήν. διάλεκτον δὲ οὐδὲν ἔχει, ἀλλ᾽ ἴδιον τοῦτο τοῦ ἀνθρώπου ἐστίν.

At quadrupedes quæ animal pariunt, vocem emittunt, ſermonem nullum edunt: hominis enim is proprius eſt.

C Æ S A R.

SVPRA de ouiparis dixit: nunc de animaliparis: poterat cum ſuperioribus coniungere, & diſtinguere vocis magnitudinem, & ſibilorum, vt fecit.

Nota *διάλεκτον* æquiuocè. Nam ſuprà attribuit auibus: nunc ſolius hominis ait eſſe. Itaque infrà emendabit, & appellabit *ὥσπερ διάλεκτον*.

CCLXXXV. ARISTOTELES.

Ὅσα μὲν γὰρ διάλεκτον ἔχει, καὶ φωνὴν ἔχει. ὅσα δὲ φωνὴν, οὐ πάντα διάλεκτον.

QVæcunque igitur ſermonem habent, etiam vocem habent: non autem è conuerſo.

C Æ S A R.

HOc quoque inutiliter ponit: nam & repetit: & ſuprà ponere debuit in ſonorum differentiis.

CCLXXXVI. ARISTOTELES.

Ὅσοι δὲ κωφοὶ γίνονται ἐκ γενετῆς, πάντες καὶ ἐνεοὶ γίνονται. φωνὴν μὲν οὖν ἀφίασι, διάλεκτον δὲ οὐδεμίαν.

QVi ſurdi nati ſunt, poſtquam adoleuerunt, vocem quidem omnes emittunt: at ſermonem nullum.

C Æ S A R.

NVNC cauſſam aliam ſermonis occultam vult declarare: poſuit efficientem ſcilicet pulmonem, guttur, labia, linguam. Omiſit palatum, etiam dentes, & gingiuas * * * *quædam deſunt*: poſuit formam dearticulationum: poſuit etiam materiam, ſpiritum: poſuit finem, amorem, odium, ſtudium incubandi. Sed hæ cauſſæ cauſſam habent, aut naturam, aut artem. Itaque cùm quatuor cauſſæ naturales eſſent, natura euenire ſermonem putauit Plato. Sed falſus eſt: ſi enim natura ita eſſet, eodem ſermone omnes vterentur, ſicut aues faciunt omnes ſuo quæque. Sed arte, aut voluntate fit ſermo. Itaque docemur: ſurdi autem non docentur, ideò non loquuntur: ſibi quiſque igitur fingeret idioma: ergo à ſpecie & forma hominis non proficiſcitur: at forma hominis, natura hominis eſt. Vox igitur naturalis & articulatio ipſa naturalis: ſed ordo dearticulationum & diſpoſitio caſu facta eſt. Itaque mutatur tempore & libidine, aut conſilio hominum: iccirco auditum in primo *Metaphyſicorum*, diſciplinæ ſenſum dixit Philoſophus. Nam viſu per te rectè diſcas: auditu per alium.

Theodorus omiſit ἐνεοὶ γίνονται malè. Nam ſi non adoleſcunt, non potes comprehendere ſermonis defectum. Itaque argumentum eſſet inualidum. Sed etiam peſſimè pro more, ac iure Philoſophi locutus eſt. *Muti*, inquit, *ſunt, & vocem emittere poſſunt*: ponderanda verba ſunt: nihil enim mutum vocale eſt. Horatius mutos piſces iccirco à Melpomene vocales fieri poſſe dicit. Ac quanquam vulgus ita vtitur, in Philoſophorum, hoc eſt veritatis libris, aliter loqui debemus: neque enim ſapientiæ ſtudioſos aliter loqui decet; neque vt vulgus, niſi tanquam eum emendaturi ſint.

CCLXXXVII. ARISTOTELES.

Τὰ δὲ παιδία, ὥσπερ καὶ τῶν ἄλλων μορίων οὐκ ἐγκρατῆ ἐστιν, οὕτως οὐδὲ τῆς γλώττης τὸ πρῶτον καὶ ἔστιν ἀτελῆ, καὶ ἀπολύεται ὀψιαίτερον, ὥστε ψελλίζουσι καὶ τραυλίζονται τὰ πολλά.

INfantes autem, quemadmodum cæterorum membrorum impotes ſunt, ita linguæ quoque per initia, imperfecta enim his eſt, atque ſerius ſoluitur. Itaque blæſi, balbiq; ſunt ſemper.

CÆSAR.

CAESAR.

QVONIAM dixerat ἐνεοὶ γίνον), & quoniam mutationem & vocis,& articulationis tractat, perduxit eam per ætatem. Et prudenter: cùm in ordinem aliorum membrorum, linguam quoque redegerit.

Καὶ ἔστιν ἀπολῆ: in tertio caſu: *imperfecta lingua ſunt infantes:* intelligit imperfectam,officio: propter nimiam humiditatem. Nam partes nullæ deſunt:imò membranula abundat quam abſcindimus.

Ψελλίζουσι. ψελλον dixêre intortum. Itaque *blæſum* voce Græca Latini dixêre: βαυλὸν, autem *balbum* factitia voce infantium.Græci non factitia:aſpera enim eſt: ſed παρὰ τὸ ῥῆμα τοῦ αὐλοῦ:videntur enim aliqui per fiſtulam ſciſſam loqui. *Bambaliones* leges apud Ciceronem.

CCLXXXVIII. ARISTOTELES.

Διαφέρουσι δὲ καὶ αἱ φωναὶ κατὰ τόπους, καὶ αἱ διάλεκτοι.

Differunt autem tum voces, tum ſermones locorum ratione.

CAESAR.

NVNC à locis communem vtrique differentiam.Nam vox grauior Germanis,at Mauris tenuior ob arteriæ laxitatem,hoc eſt propter loca:quoniam humidiora,aut ſicciora ſunt. At ſermo non totus pendet à locorum modo. Nam quòd incitatior ſit, aut breuior,aut abruptior,aut conciſior,hoc quidem à locis habet:annorum quoque impetu regitur. At verborum, aut ſyllabarum diſpoſitio à locis non fit. Nanque Italia & Gallia,& Hiſpania, & Græcia,& Anglia ab aliis,atque aliis nationibus occupata fuit. Quarum quædam linguam priſtinam omisêre,vt Vandali, quædam corrupêre,vt Franci in Gallia,Saxones in Anglia:quidam integram atque incorruptam ſeruauêre, vt Hunni in Pannonia,Mauri in Hiſpania, Sicambri in Gallia.

CCLXXXIX. ARISTOTELES.

Ἡ μὲν οὖν φωνὴ, ὀξύτητι καὶ βαρύτητι μάλιστα ἐπίδηλος· τὸ δὲ εἶδος, οὐδὲν διαφέρει τῶν αὐτῶν γενῶν.

Vocis differentia notiſſima, graue & acutum:ſed genera nulla ſpecie diſcreta ſunt.

CÆSAR.

NVNC ab intenſione & remiſſione ponit differentias. Et dicit duas tantùm, & dicit notiſſimas, graue & acutum.

Theodorus minùs feliciter ἐπίδηλος, *noteſcit:* & τὸ δ᾽ εἶδος οὐδὲν διαφέρει. *nec ſpecies diſcrepant generis eiuſdem,* dixit:imò ſi ſunt ſpecies, diſcrepant. Sed Philoſophus negauit dari ſpeciem cùm, dixit οὐδὲν: nulla inquit ſpecies: modi enim ſunt, non ſpecies, intenſio, & remiſſio.

CCXC. ARISTOTELES.

Ἡ δ᾽ ἐν τοῖς ἄρθροις, ἣν ἄν τις ὥσπερ διάλεκτον εἴπειεν, καὶ τῶν ἄλλων ζώων διαφέρει, καὶ τῶν ἐν ταὐτῷ γένει ζώων κατὰ τόπους· οἷον τῶν περδίκων, οἱ μὲν κακκαβίζουσιν, οἱ δὲ τρίζουσι· καὶ τῶν μικρῶν ὀρνίθων ἔνια οὐ τὴν αὐτὴν ἀφίησι φωνὴν ἐν τῷ ᾄδειν τοῖς γεννήσασιν, ἂν ἀποτροφα γένωνται, καὶ τῶν ἄλλων ἀκούωσιν ὀρνίθων ᾀδόντων.

Articulatio autem, quam quaſi ſermonem aliquem dicat quiſpiam, cùm in aliis animalibus, tum in eorum genere differt. Nam perdices aliæ dicuntur caccabare, aliæ triſſare. Auiculæ quoque aliam à parentum voce vocem edunt, ſi alibi quàm ab ipſis educentur:atque alias aues audiant canentes.

CÆSAR.

VOCIS poſuit differentias & ſermonis: nunc ponit analogi. Neque enim eſt auium ſermo, ſed quaſi ſermo: & diſcrimen tribus ponit rationibus per genera, vt galli, & anatis: per loca, exemplo perdicum: & per caſum, quæ quicquam didicerit. Ita hoc quoque argumento probat non eſſe naturalem dialectum, ne in auibus quidem.

Κακκαβίζουσι. κακκαβίζειν, vox etiam ab autore communis de philomela vſurpata: τρίζουσι, non, *ſtrident*, vt Theodorus: ſed peculiari cantu *triſſare* diximus: ſic enim canunt, *tri, tri.*

Aut mendum, aut cacozelia Theodori eſt: *haud vocem eandem*: addidit &, *moribuſq́;*, fruſtra de ſuo: nihil enim attinet.

Ἀπότροφα: ἀπὸ locum indicat: τροφὴ, alios quàm parentes educatores: vtrunque nos explicauimus per, *alibi quàm ab ipſis.* Nam ſi ibi educarentur etiam ab aliis, eandem ederent vocem, aut ſi alibi, adhuc ab ipſis: illud quoque non placet: *ſi cantibus aliorum inſueuerint.* Imò affirmatiuè, *aliarum cantibus inſueſcunt, ſi eas audiuerint*: hoc vult Philoſophus.

CCXCI. ARISTOTELES.

Ἤδη δ' ὦπται καὶ ἀηδὼν νεοττὸν προδιδάσκουσα· ὡς οὐχ ὁμοίως φύσει τῆς διαλέκτου οὔσης καὶ τῆς φωνῆς, ἀλλ' ἐνδεχόμενον πλάττεσθαι.

Iam id quoque obſeruatum eſt, luſciniam inſtruentem pullos ad canendum: perinde quaſi, non quemadmodum vox, ſic ſermo quoque à natura proficiſcatur, ſed caſu fingatur.

CÆSAR.

SVB priori exemplo hoc ſtatuit: non eſſe mirum mutari dialectum in auibus præceptis: quoniam pulli à matribus diſcant: quod in luſcinia obſeruatum eſt. Et ſanè nos ſcimus id: etiam hirundinem pullos acceſſione præceptionum produxiſſe cantum antea mutilum.

Ἐνδεχόμενον πλάττεσθαι, qui quouis euentu aliam quaſi figuram induere poſſit. Theodorus hoc peſſimè tranſtulit, ſic: *ſed acquiri poſſit per diſciplinam & ſtudium.* Imò à nobiſmetipſis aliter, atque aliter fingi, vt caſus tulerit, aut conſilium.

CCXCII. ARISTOTELES.

Καὶ οἱ ἄνθρωποι φωνὴν μὲν τὴν αὐτὴν ἀφιᾶσι, διάλεκτον δ' οὐ τὴν αὐτήν.

Quippe homines vocem quidem eandem emittunt: at eodem non loquuntur modo.

CÆSAR.

AVT hoc vult probare per ſuperiora, aut per hoc ſuperiora: icirco non dixit, aut διὸ, aut ἐπεὶ, aut aliquid tale, ſed ſimpliciter καί. Nota *eandem vocem*: quoniam grauitas & acumen non variant ſpecies.

CCXCIII. ARISTOTELES.

Ὁ δ' ἐλέφας φωνεῖ, ἄνευ μέντοι τοῦ μυκτῆρος, αὐτῷ τῷ στόματι πνευματῶδες, ὥσπερ ὅτ' ἄνθρωπος ἐκπνέει καὶ λαλεῖ· μετὰ δὲ τοῦ μυκτῆρος, ὅμοιον σάλπιγγι τετραχυσμένῃ.

At elephantus ex ore, non ex naribus proficiſcente ſpiritu conflatam vocem dat: ſicut & nos cùm & ſpiramus & loquimur. Naribus autem imitatur tuba raucam aſperitatem.

CÆSAR.

CAESAR.

VARIETATEM nunc vocis in eodem animali, à diuerſis partibus: nam cùm vocem oris regionibus circunſcripſerit, videbatur non aliunde oriri poſſe. Oſtendit aliter eſſe in elephanto, qui nare quoque edat vocem. Sed & bos mugitum naribus tantùm edit interdum: imo verò frequenter: & canis murmur cùm primùm iraſcitur.

Πνευματῶδες *ſpirabundam vocem*, Theodorus: nemo dixit vnquam ſpirabundam vocem: ſpirat enim, animal ſpirabundum erit. *Militem propalabundum* Salluſtius dixit, non dicet *bellum propalabundum*. Sed Ariſtoteles voluit dicere, inter ſpirandum, vt nos loquimur, ita elephantum vocem dare, ſpiritúmque ipſum in ſonum exire. Itaque commodius ſpiritum vocalem dicas, aut vocem è ſpiritu conflatam ſignatiſſimè. Nec leuiter prætereundus locus. Nam in ſecundo de *anima* μὴ δυνάμεθα, inquit, φωνεῖν ἀναπνέοντα, μὴ δ' ἐκπνέοντα: vbi tamen falſum eſt. Nam ſemper loquimur expirando.

Omiſit Ariſtoteles differentias ab ætate: mutantur enim omnino vocis modi: & à caſtratione: & ab anni temporibus in auibus: & à temporum qualitatibus, rauciores enim ſumus humidis: & à ieiunio: & à repletione, grauius enim loquimur: & animi paſſionibus, vt irati acutius: & ab euentu, vt ab ebrietate. Sed hæc omnia nos in lib. de *voce* perfecimus ſuo loco.

CAPVT DECIMVM,

De Somno & Vigilia animalium.

CCXCIV. ARISTOTELES.

Περὶ δὲ ὕπνου καὶ ἐγρηγόρσεως τῶν ζώων, ὅτι ὅσα πεζὰ καὶ ἔναιμα, πάντα καθεύδει καὶ ἐγρηγορεῖ, φανερὸν ποιοῦσι κατὰ τὴν αἴσθησιν. πάντα γὰρ ὅσα ἔχει βλεφαρίδας, μύοντα ποιεῖται τὸν ὕπνον.

QVÆ autem, de ſomno & vigilia dici poſſunt hæc ſunt. Principio, quæ humo ſola nituntur vt mutent locum, eademq́; ſanguine concreta ſunt, hæc omnia aut dormire, aut vigilare ſenſu ipſo percipimus. Quæcunque enim palpebris prædita ſunt, ea conniuent omnia dum ſomnum capiunt.

CAESAR.

POSTQVAM de voce dixit, nunc de ſomno & vigilia inſtituit dicere. Sed eius pace intelligatur: affectiones magis communes debere alijs anteponi. Somnus enim & vigilia omnibus competit animantibus, vt in libro peculiaris operæ dictum eſt: at vox non omnibus. Animaduerte & id non neceſſe habuiſſe perſequi per genera: omnia enim dormiunt. Sed hoc fecit quoniam notum non erat: à notis igitur incipit. Quare non rectè Theodorus addidit verba illa, *nulla quæſtionis obſcuritas eſt*: imo eſt: multis enim argumentis perſequitur Ariſtoteles vt perſuadeat rem, quæ erat in controuerſia. Incepit autem, vt diximus à notiſſimis. Nihil enim notius, quam quod ſenſu percipitur: additum enim ad intellectum eſt. At falſum eſt eùm dixit, *omnia*. Nam rectè Callimachus dixit καὶ οὐ μύοντα λαγωόν. Ægrotam matronam vidimus nos apertiſsimis oculis ſemel ſomnum capere.

Nota locuutionem περὶ δὲ &c. nullum ſubdit verbum. Atticiſmus ποιεῖται ὕπνον.

CCXCV. ARISTOTELES.

Ἔτι δ' ἐνυπνιάζειν φαίνονται οὐ μόνον ἄνθρωποι, ἀλλὰ καὶ ἵπποι, καὶ κύνες, καὶ βόες· ἔτι δὲ πρόβατα καὶ αἶγες, καὶ πᾶν τὸ τῶν ζωοτόκων καὶ τετραπόδων γένος. δηλοῦσι δὲ οἱ κύνες τῷ ὑλαγμῷ.

Somniant quoque non ſolùm homines, verùm etiam equi, & canes, boueſq́;. Ad hæc oues, capræq́; vniuerſumq́; genus animalium quæ animal pariũt, & quadrupeda ſunt. Indicium ſumitur à latratu canum.

CÆSAR.

SOMNVS & quies ſenſuum ab officio exteriori, occupato cerebro, & ſpiritibus retractis: vt ſuo loco diximus. Somnium autem eſt perceptio ſpecierum inter dormiendum vt in lib. de *inſomnys* Hippocratis diximus. Itaque de vtroque dicendum hic eſt.

Cùm propoſuit multa genera ſomniare, ab vno exemplo probat: ſcilicet, notiore. Catelli enim, præſertim venatici inter dormiendum obganniunt.

Theodorus ambitioſè ζωοτόκα *animalis fœcundum*. Nam ζωοτόκον à ſubſtantia eſt, à forma ſcilicet: at fæcundum ab accidenti: ζωοτόκον differentia eſt: fœcundum eſt accidens. Nam inter ſcroffas etiam ſteriles ſunt: patet autem & inde, proptereáque ζωοτόκον elephantus eſt, & tamen non fœcundum. Idque patet à vocabuli flexu: fœcundum enim multitudinem fœtus declarat. Vt fœcundum, ita iracundum, rubicundum, dicimus: idem non rectè, *quem per quietem agunt.* Sed cùm de ſomnio hîc ſcribat, in ſomno latratum edere intelliguntur: * * * *deeſt quippiam.*

CCXCVI. ARISTOTELES.

Περὶ δὲ τῶν ᾠοτοκούντων τοῦτο μὲν ἄδηλον· ὅτι δὲ καθεύδουσι, φανερόν.

AN verò quæ oua pariunt ſomnient, incertum eſt. Sed manifeſtum eſt ea dormire.

CAESAR.

IN altero genere propoſitio: dubitat de inſomnio, de ſomnio nequaquam: palpebras enim maxima eorum pars habet. Dico maximam: quia inſectorum quædam oua pariunt. At hîc de ſanguine concretis tantùm. Ego verò turdum habui omnium excellentiſſimum, qui etiam cum dormiret, ſub ala roſtro poſito ſuccineret. Sæpe etiam aquilarũ venaticarum, & accipitrum genera excitari vidimus parata ad prædam repentino motu, nullo excito ſtrepitu circum ea.

CCXCVII. ARISTOTELES.

Ὁμοίως δὲ καὶ τὰ ἔνυδρα· οἷον οἵ τε ἰχθύες, καὶ τὰ μαλάκια καὶ τὰ μαλακόστρακα, κάραβοί τε, καὶ τὰ τοιαῦτα.

AQuatilia quoque dormire palam eſt: piſces, molluſca, cruſta intecta, vt locuſtas, & eiuſmodi.

CÆSAR.

QVæ mouentur animalia, eorum ſomnus deprehenditur per quietem ſtupidam ac ſecuram. Suo arbitratu ſumma cum genera aſſignat, admiſcuit ſpeciem locuſtarum.

CCXCVIII. ARISTOTELES.

Βραχύϋπνα μὲν οὖν ἐστιν ἅπαντα τὰ τοιαῦτα, φαίνεται δὲ καθεύδοντα.

BReui tamen ſomno vtuntur omnia hæc, ſed manifeſto.

CÆSAR.

C AE S A R.

BReui ſomno eſſe piſces dicit:δὲ, particula, eſt aduerſatiua, quaſi dicat. Etſi breuis his ſomnus eſt, tamen deprehenditur.

CCXCIX. ARISTOTELES.

Σημεῖον δὲ κατὰ μὲν τὰ ὄμματα λαβεῖν οὐκ ἔστιν, (οὐδὲν γὰρ ἔχει βλέφαρον) ἀλλὰ ταῖς ἀτρεμίαις. ἁλίσκονται γὰρ οἱ ἰχθύες, εἰ μὴ διὰ τοὺς φθεῖρας καὶ τοὺς λεγομένους ψύλλους, κἂν ὥστε τῇ χειρὶ λαμβάνειν ῥᾳδίως· νῦν δ' ἂν χρονίσωσιν, οὗτοι τῆς νυκτὸς κατεσθίουσι περιπίπτοντες, πολλοὶ τὸ πλῆθος ὄντες. γίνονται δὲ ἐν τῷ βυθῷ τῆς θαλάσσης, καὶ τοσοῦτοι τὸ πλῆθος, ὥστε καὶ τὸ δέλεαρ, ὅταν ἰχθύος ᾖ, ἂν χρονίσῃ ἐπὶ τῆς γῆς, κατεσθίουσι· καὶ ἀνέλκουσι πολλάκις οἱ ἁλιεῖς περὶ τὸ δέλεαρ, ὥσπερ σφαῖραν συνεχομένων αὐτῶν.

AC quanquam oculis id comprehendi non poteſt, palpebris enim carent, tamen è quiete intrepida conijciunt. Niſi enim pediculis, & ijs, quos pulices vocant, infeſtentur, capiuntur piſces, atque adeò manu ipſa facilè capiuntur. Quod ſi abitum diſtulerint ij, quos diximus pediculi, pulceſq;, maximo agmine nocturno inuecti eos deuorant. Eorum ortus in profundo maris eſt, tantáque frequentia, vt eſcam, ſi è piſcis pulpamento conſtet, ſi diutius iaceat, abſumant. Itaque circum eam conglobatos ſæpe trahunt piſcatores.

C AE S A R.

REMOVET obiectionem. Quid ſcis piſces dormire? argumentum tuum erat à palpebris: at his ij carent.

Apponit alterum indicium è quiete. Sed quietem circunſcribit illam à vulgari quiete. *Vt*, inquit, *etiam manu capiantur.* At hoc non cōuenit naturæ piſcium, pati manum hominis. Neceſſe igitur eſt, occupatum eſſe ſenſum eorum: inde ponit impedimentum ſomni: pediculorúmque hiſtoriam in tranſcurſu narrat. Sed narratione non vulgari: quis enim ſic ſcribat? ἁλίσκονται γάρ, εἰ μὴ διὰ τοὺς φθεῖρας καὶ τοὺς λεγομένους ψύλλους, κἂν ὥστε τῇ χειρὶ λαμβάνειν ῥᾳδίως: ſi per pediculos liceat. At etiam cùm pediculi non infeſtant, non queunt capi: ſane intempeſtiuiùs hiſtoria arceſſita eſt. Sed locutionem video: ἁλίσκονται γὰρ κἂν ὥστε τῇ χειρὶ λαμβάνειν: capiuntur manu apprehenſi. Nos iterauimus verbum, propter aſſeuerandi, augendiq; particulam, *adeò*, ad concinnitatem orationis. Nota & ſitum verborum κἂν ὥστε: alius dixiſſet ὥστε κἂν: ἀτρεμίαις, autem, *quiete intrepida*, interpretati ſumus, ſiue, *immobili.* Theodorus *placida ſeu ſoporata*: cùm dicit, *ſoporata*, petit principium: nam ſomnum vult probare. Et hîc aſſumit ſoporem ad probandum ſomnum. Quin ſopor etiam plus eſt, κάρος.

Animaduerte quoque νῦν δ' ἂν χρονίσωσιν: videtur hîc velle apponere alterum argumentum ſomni. Quoniam deprehenſis in ſomno hæreant pediculi: adortiq; eos occupent ac deuorent.

Cùm dixit περιπίπτοντες declarauit locum eorum: quoniam dixit κατεσθίουσι, appoſuit πολλοὶ τὸ πλῆθος.

Circumſcripſit eſcam cùm dixit ὅταν ἰχθύος ᾖ: quoniam multi piſces alijs rebus capiuntur: polypos Ligures coccini panni fruſtillo venantur.

Ἐπὶ τῆς γῆς: quoniam in fundo degunt. Sed puto etiam ad fluitantem adnatare. Nam eſcę non omnes fundum tangunt. Sed ex ſolæ, quibus locuſtas, aut eiuſmodi alia, quæ humi reptant, venantur.

Πλῆθος, *frequentiam*, diximus. Theodorus *fœcunditatem*, malè: eſt enim relatiuum ad prægnantem, non autem copiæ ſimpliciter indicans.

CCC. ARISTOTELES.

Ἀλλ' ἐκ τῶν τοιούτων μᾶλλόν ἐστι τεκμαίρεσθαι ὅτι καθεύδουσι. πολλάκις γάρ ἐστιν ἐπιπεσόντα τοὺς ἰχθῦς λαθεῖν οὕτως, ὥστε καὶ τῇ χειρὶ λαβεῖν, ἢ πατάξαντα λαθεῖν. ὑπὸ δὲ τὸν καιρὸν τοῦτον ἠρεμοῦσι σφόδρα, καὶ κινοῦσιν οὐθέν, πλὴν ἠρέμα τὸ οὐραῖον.

INde quoque de eorum ſomno coniectura capi poteſt. Sæpenumero enim euenit ſuperuentu piſcatorum non ſentire, ſed manu aut ipſa capi, aut ictu præueniri. Quo ſane tempore, profunda quiete capti nihil niſi caudæ partem placidè mouent.

CAESAR.

C AE S A R.

ALIVM indicium primo loco apoteleſmatis : ſecunda parte oſtendit modum quietis illius. Neque enim toto quieſcunt corpore , ſed caudam motant. Id nos quoque animaduertimus in riuulis, vbi ſecundo fluxu paululum delati, rurſus ad priſtinum locum ſubducunt ſeſe, caudæ tantùm motu, non pinnularum.

Poſuit ἐπιπεσόντα ſine nominis appoſitu : omnia quoque ſignificant κινοῦσι οὐθὲν : propter οὐθὲν, moderatus eſt motum eo aduerbio ἠρέμα. Et reſpondet ad alterum aduerbium σφόδρα : ſicut κινοῦσι ad ἠρεμοῦσι: ἠρέμα , autem ſi vis ludere verbo laſciuiore dic *motillant*, ſicut cantillant.

CCCI. ARISTOTELES.

Δῆλον δὲ γίνεται ὅτι καθεύδει, καὶ ταῖς φοραῖς, ἄν τι κινηθῇ ἡσυχαζόντων. φέρεται γὰρ ὥσπερ ἐξ ὕπνου ὄντα.

MAnifeſtus ſomnus eorum fit & ex impetu quem capiunt , ſi quid dum quieſcunt moueatur : feruntur enim veluti è ſomno excitati.

C AE S A R.

ALiud argumentum tam iucunda & ſignata oratione , vt non leue ſit aſſequi. Vide canem propè ignem dormientem : ſi quid ab igne erumpat ſonitus, ſi trunci ſemiuſti collabantur, tanto impetu exiliunt, vt etiam ad ſcamna offendant. Ita piſces elabi vidimus & nos. Itaque ſcitis verbis vtitur : φοραῖς, quoniam mentis compotes non ſunt: ὥσπερ eſt hic nota cauſæ.

CCCII. ARISTOTELES.

ΕΤι δ᾽ ἐν ταῖς πέτραις ἁλίσκονται, διὰ τὸ καθεύδειν.

PRaterea in ſaxis , quoniam ibi dormiunt , capiuntur.

C AE S A R.

INterpretare, in cauernis ſaxorum. Omne enim animal ſomnum capturum tuta petit. Vel pauones contemplare.

CCCIII. ARISTOTELES.

Πολλάκις δὲ καὶ οἱ θυννοσκόποι περιβάλλονται καθεύδοντας. δῆλον δ᾽ ἐκ τοῦ ἡσυχάζοντας, καὶ τὰ λευκὰ ὑποφαίνοντας, ἁλίσκεσθαι.

THynnorum quoque ſpeculatores, retibus cingunt dormientes, quos vident capi poſſe, per quietem cùm albuginem oculorum ſemiapertam oſtendunt.

C Æ S A R.

QVoniam dixerat dormientes irretire, quî ſcis eos dormire ? Hîc reddit rationem, quoniam ſemiconniueant. Non eſt negligendus locus. Nam & ſi carent palpebris, minùs patulis ſunt cùm dormiunt.

CCCIV. ARISTOTELES.

ΚΑθεύδουσι δὲ τῆς νυκτὸς μᾶλλον ἢ τῆς ἡμέρας οὕτως, ὥστε βαλλόντων μὴ κινεῖσθαι.

NOcte potiùs dormiunt quàm interdiu , adeò vt ne ad ictum quidem moueantur.

C AE S A R.

REctè aſſignat tempus. Nam polypi interdiu plus dormiunt. Noctu etiam in ſiccum egrediuntur. Item gammari fluuiatiles ad lunam paſcuntur. Quare plena luna ipſi quoque pleni ſunt.

CCCV.

CCCV. ARISTOTELES.

Τὰ δὲ πλεῖστα καθεύδουσιν, ἢ τῆς ἄμμου, ἢ τῆς γῆς, ἢ λίθου τινὸς ἐχόμενοι ἐν τῷ βυθῷ, ἢ ἀποκρύψαντες ὑπὸ πέτραν ἢ θῖνα ἑαυτούς.

Maxima pars quieſcunt aut in arena, aut in terra: aut ſaxo cuipiam hærentes, imo maris fundo, aut ſaxum quodpiam, aut etiam ſabulum, ſubeuntes.

CAESAR.

ILLICO ſubdenda erant hæc illis: ἔτι δ᾽ ἐν ταῖς πέτραις: ponit differentiam locorum ad ſomnum: aut ſupra, aut infra arenam, aut ſupra terram: non dixit infra: ſed tamen anguillæ limum ſubeunt, & tineæ, aut infra ſaxum, non dixit ſupra: cùm tamen polypus ſuper ſaxo apricans dormiat, ac capiatur. Tertia differentia, hærere ſaxo, vt patellæ.

Dixit maxima pars: quoniam delphini in ſumma aqua dormiunt: mutauit ἄμμον καὶ θῖνα: malè Theodorus, *littore abditi:* littus enim eſt quod extra mare eſt, ab arenæ tenuitate: λιτὴν γλῶ tenuem dixère veteres: Latini hoc accepère: cæteræ etymologiæ nugæ ſunt: ſabulum autem à ſalo, ſalabulum.

Idem dixit ἐχόμενοι, *procumbentes*: ſed piſces non magis procumbere poſſunt ad lapidem quàm cymba: à qua procumbere verbum deductum eſt: procumbere autem eſt in terram demittere ſeſe, aut demitti: vt bos aut feſſa, aut mactata: acclinant ſeſe ſaxis patellæ: at polypi ne acclinant quidem.

Non malè Philoſophus, ſemel, ἐν βυθῷ: iterum ἐχόμενοι: tertiò ἀποκρύψαντες, tria genera munimentorum.

CCCVI. ARISTOTELES.

Οἱ δὲ πλατεῖς, ἐν τῇ ἄμμῳ. γνώριμοι δὲ τῷ σχηματισμῷ τῆς ἄμμου, καὶ λαμβάνονται τυπτόμενοι τοῖς τριόδουσι. λαμβάνονται δὲ καὶ λάβρακες, καὶ χρυσόφρυες, καὶ κεστρεῖς, καὶ ὅσοι τοιοῦτοι, τριόδοντι ἡμέρας πολλάκις, διὰ τὸ καθεύδειν. εἰ δὲ μή, οὐδὲν δοκεῖ τῶν τοιούτων ληφθῆναι ἐν τῷ τριόδοντι.

Lati piſces in arena, in qua eorum figuræ veſtigia apparent: iccirco fuſcina icti præda ſunt: quin lupi, & auratæ, & mugiles, & alij eiuſmodi: ſæpè etiam interdiu ſopiti capiuntur: alioquin horum nullus fuſcina capi poſſe exiſtimatur.

CAESAR.

POSTQVAM poſuit munimentorum differentias, deſignat hiſtoriam à genere latorum: quos condi arena dixit Ariſtoteles. Nos etiam limo deprehendimus vt dicebamus. In altera parte huius propoſitionis, dat exemplum maius. Nam, inquies, etiam poſſunt ibi non dormire lati. Et eorum latitudo facilis ictum poteſt excipere. Itaque ſubtexit aliam hiſtoriam difficiliorem. Lupus, inquit, mugil, atque etiam aurata, quæ omnium horum tenuiſſima eſt, tridente capitur. Itaque piſcatores exiſtimant, non niſi ſopitos eos ſic capi poſſe.

Τῷ σχηματισμῷ, *veſtigijs figura:* πλατεῖς alibi diximus, non rectè planos appellatos. Planum eſt, cuius ſuperficies æqualis eſt: etiam quadrati piſces plani ſunt: etiam faber, etiam delphin: ſed, vt diximus, longos, vt rotundos, ita etiam latos. Aurata anguſta eſt, profunda eſt: paſſer, paſſus eſt latus minore multò profunditate: anguilla penè æquali latitudine, & profunditate, longitudine excedit: & faber, & echinus penè æqualia omnia.

Εἰ δὲ μή: hic eſt vnus locus pro exemplo breuitatis: vt initio operis monuimus, & in prælectione fragmenti, quod decimi libri exiſtimatur.

Ληφθῆναι, in præterito: *captus eſſe*, ſcilicet vnquam: per *poſſe* Theodorus pudentiſſimè expreſſit. Nota ἐν τῷ τριόδοντι, vt apud Hebræos, *in ore gladij.*

CCCVII.

CCCVII. ARISTOTELES.

ΤΑ᾽ δὲ σελάχη, οὕτω καθεύδει ἐνίοτε, ὥστε καὶ λαμβάνεσθαι τῇ χειρί.

CArtilaginea verò interdum adeò ſopiuntur, vt etiam manu ipſa prehendantur.

CAESAR.

TO᾽ οὕτω, per ſoporem expreſſimus. Theodotus alioqui diligens neglexit.

CCCVIII. ARISTOTELES.

Ο᾽ δελφὶς δὲ καὶ φάλαινα, καὶ ὅσα αὐλὸν ἔχει, ὑπερέχοντα [τὸν αὐλὸν] καθεύδει τῆς θαλάττης, δι᾽ οὗ καὶ ἀναπνέουσιν ἠρέμα κινοῦντες τὰς πτέρυγας.

AT delphini, balenaq́, ac cætera omnia quæ fiſtulam habent, ea, ab æquore extante dormiunt, per quam reſpirant, leniter motis pinnis.

CÆSAR.

DIuerſus à ſuperioribus ſomnus, vt dicebamus: hoc fit neceſſario vt reſpirare poſſint.
Τ᾽ ὑπερέχοντα αὐλὸν: *edita fiſtula*, Theodorus, profectò mirificis verbis: extra enim æquor eam dant.

CCC IX. ARISTOTELES.

ΚΑὶ δελφῖνος δὲ καὶ ῥέγχοντος ἤδη ἠκροάσαντό τινες.

DElphinum quoque ſtertentem nonnulli audiuere.

CAESAR.

ERgo faciunt argumentum ab effectu ad ſpeciem. Nam ſtertere eſt affectus dormientis, ergo dormiunt.

CCCX. ARISTOTELES.

ΚΑθεύδει δὲ καὶ τὰ μαλάκια τὸν αὐτὸν τρόπον, ὅνπερ καὶ οἱ ἰχθύες. ὁμοίως δὲ καὶ τὰ μαλακόστρακα τούτοις.

DOrmiunt & molluſca eodem modo quo & piſces: & cruſtacea vt molluſca.

CAESAR.

PVlcherrima connexio ſententiarum: dormiunt molluſca vt piſces: dormiunt cruſtacea, vt molluſca: potes inde concludere omnium ſimilitudinem.

CCCXI. ARISTOTELES.

ΚΑὶ τὰ ἔντομα δὲ τῶν ζώων ὅτι τυγχάνει ὕπνου, διὰ τοιούτων σημείων ἐστὶ φανερόν. ἡσυχάζουσί τε γὰρ καὶ ἀκινητίζουσιν ἐπιδήλως. καὶ μάλιστα δ᾽ ἐπὶ τῶν μελιττῶν τοῦτο δῆλον. ἠρεμοῦσι γὰρ καὶ παύονται βομβοῦσαι τῆς νυκτός. δῆλον δὲ καὶ ἐπὶ τῶν ἐν ποσὶ μάλιστα τῶν τοιούτων. οὐ γὰρ μόνον διὰ τὸ μὴ ὀξὺ βλέπειν ἡσυχάζουσι τῆς νυκτός, (ἅπαντα γὰρ ἀμυδρῶς βλέπουσι τὰ σκληρόφθαλμα) ἀλλὰ καὶ πρὸς τὸ φῶς τὸ τῶν λύχνων ἡσυχάζοντα φαίνεται οὐδὲν ἧττον.

QVòd autem inſecta quoque ſomnum capiant his indicijs colligi poteſt. Nam ita quieſcunt, vt immobilia penitus ſine controuerſia appareant. Id quod in apibus planiſſimũ eſt: per noctẽ enim quietẽ agitant, neque murmur vllũ edunt. Patet autem hoc ex his quæ ante oculos noſtros quotidie verſantur. Neque enim propterea abſtinent motu in tenebris, quia hebeti tam viſu ſint: omnia enim quibus oculi duri ſunt, obſcurius vident: ſed eadem admoto lumine nihilominus quieſcere videmus.

CAESAR.

CAESAR.

AD genus inſectorum quod erat difficillimum tranſit. Probat argumento quietis, ſed immobilis. Nam & pinnularum, & caudæ motus in piſcibus erat neceſſarius, qui in elemento inſtabili quietem quærerent. At inſecta nullo moueri membro neceſſe habent. Itaque nec mouentur quidem. Hoc argumentum omnium commune eſt. Tum deſcendit ad ſpecies. Apes, inquit, interdiu murmurant: noctu ſilent. Apponit deinde familiarem hiſtoriam ad probationem commodiſſimam. Nanque muſcæ noctu non volant, admotis potiùs comburuntur, quàm auolent. Quin ſi non dormiunt, circumuolant lumina.

Atque hæc quidem Ariſtotelis ratio in periculo eſt. Nam auiculas noctu, gallináſque ſic capimus: admota tæda, aut manipulo paleæ, aut malleolis flagrantibus non mouentur, & tamen non dormiunt; non mouentur, quia nihil vident niſi lumen: non enim vltra lumen quicquam vidēt. At in aula grandi multis funalibus illuſtri muſcæ omnia vident, nunquā tamen mouentur prætерea. Interdiu occluſis feneſtris, non mouentur quia non vident: at noctu multo lumine, etiam lunæ, non mouentur.

Ἀκινητίζουσι, neceſſariò addidit vt efficax eſſet probatio: neque eſſet vulgaris quies ſed ſomni propria: addidit ἐνδήλως. *ſine controuerſia.*

Καὶ ἐπὶ τῶν ἐν ποσὶ, *quæ ante pedes noſtros habemus: in oculis* diximus nos. Idem in ſequenti libro de coitu muſcarum cùm ſcribit, appellat eas τὰ ἐν ποσί.

Ἀμυδρῶς *exiliter* Theodorus, male: acute videre: alludit ad exiliter: exilia enim acuta. Quare peregrinè locutus eſt.

Addidimus nos, *tum*: id eſt eo tempore non vident: fruſtrà enim addidiſſet: *omnia enim hebeti viſu ſunt*: repeteret enim, ſic: nam quia non vident non mouentur, nanque nullum horum vident: hoc nihil eſſet: ſed ſic: non quia tunc non vident, non mouentur. Nam, inquit, non admodū vnquam, mouentur, non admodum enim vident. Ita ne interdiu quidem mouerentur admodum. At mouentur, quia non dormiunt.

CCCXII. ARISTOTELES.

Ἐνυπνιάζει δὲ τῶν ζώων μάλιστα ἄνθρωπος.

Plurimum omnium animantium homo ſomniat.

CAESAR.

SI ſomnium eſt repræſentatio ſpecierum, ergo quod animal plus dignoſcit ſpecierum, plus ſomniabit. Itaque & inter homines melancholici plus ſomniant.

CCCXIII. ARISTOTELES.

Καὶ νέοις μὲν οὖσι καὶ παιδίοις, ἔτι πάμπαν οὐ γίνεται ἐνύπνιον, ἀλλ' ἄρχεται τοῖς πλείστοις περὶ τὰ τέτταρα ἔτη, ἢ πέντε ἤδη γεγονόσιν.

INfantibus adhuc, tum primore pueritia etiam modo conſtitutis inſomnia nulla fiunt. Sed pauciſſimis ante annum quartum, quintum vt incipiunt.

CAESAR.

HOc non potuit intelligere Ariſtoteles. Nam quos cōſuleret? puellos, & neque adhuc loquentes? & falſum eſt. Suctu enim per quietem ſeipſos imitantur, & rident, vel aniculi.

Theodorus, οὐ γίνεται ἐνύπνιον, *non contrahitur ſomnium*: peſſima locutio. Item, νέοις, *editus nuper in lucem*, & παιδίοις, *infantibus*. Sed quadrimi infantes non ſunt, ſed puelli: ſaltem dixiſſem: *infantibus & puerulis ante quartum annum nullum fit ſomnium: ante quintum paucis.* Idem addidit quoque *viſa*: quin etſi viſum de inſomnio dicatur, vt alibi planiùs explicauimus, at inſomnij tantum ſpecies eſt. Præterea non ſolum videre videntur: ſed etiam audire, tangere, guſtare, odorari, loqui; quæ ſub viſum non cadunt.

CCCXIV. ARISTOTELES.

Εἰσὶ δὲ καὶ ἄνδρες καὶ γυναῖκες οἳ οὐδεπώποτε ἐνύπνιον εἶδον.

SVnt etiam & viri & mulieres, quibus nullum vnquam ſomnium obiectum fuit.

CAESAR.

PLinivs & Plutarchus referunt produntur & de populis ad Atlantem. Multa quoque ex Herodoto peti poſſunt: quæ omnia ſuo loco enarrauimus.

Theodorus modeſtiùs quàm Ariſtoteles, *produntur*: at Ariſtoteles, *ſunt*: fortaſſe etiam eos viderat aliquando.

CCCXV. ARISTOTELES.

Συμϐέϐηκε δέ τισι τῶν τοιούτων προϊούσης τῆς ἡλικίας ἰδεῖν ἐνύπνιον, καὶ μετὰ ταῦτα συνέβη περὶ τὸ σῶμα μεταβολὴν, τοῖς μὲν, εἰς θάνατον, τοῖς δὲ, εἰς ἀῤῥωστίαν.

Horum aliqui cùm forte ætate prouectiore ſomniâſſent, valetudine mutata, partim morte, partim morbo affecti ſunt.

CAESAR.

PVlchra hiſtoria & quæ manu ducat nos ad ſomni cognitionē. Nam cùm febrimus minùs placidè dormimus. Eſt igitur ſomnus quies ex temperatura corporis concretione: quod & planius fit: in curis non dormimus: addatur & hæc differentia: tunc quoque plurimùm ſomniamus, cùm rectè valemus & animo bene eſt. Tum & ſomnus plenior capitur, & ſomnia ſunt quietiora. Igitur qui nunquam ſomniant, aut id ex optima corporis concretione id habent: aut ex humorum craſsitudine, hebetudine, immobilitate, quibus ſpiritus non offeruntur. Quare qui nunquam ſomniârunt ac ſomniant horum aliquibus mutata fuit valetudo, vel ad morbum, vel ad mortem: iccirco hoc dixit: quia poteſt mutari valetudo ab ætate, & cibo, & alijs. Neque tamen in ægritudinem: quod & in x. *Hiſtoriarum* diximus.

CAPVT VNDECIMVM.

De ſexuum differentijs.

CCCXVI. ARISTOTELES.

Περὶ μὲν οὖν αἰσθήσεως, καὶ ὕπνου καὶ ἐγρηγόρσεως, τοῦτον ἔχει τὸν τρόπον. Τὸ δὲ ἄῤῥεν καὶ θῆλυ, τοῖς μὲν ὑπάρχει τῶν ζώων, τοῖς δὲ οὐχ ὑπάρχει, ἀλλὰ καθ᾽ ὁμοιότητά τινα καὶ τίκτειν λέγονται καὶ κύειν.

De ſenſibus, vigilia, & ſomno hæc ſunt. At ſexus differentiæ maſculi ac fœminæ inſunt aliquibus animantium: quibuſdam non inſunt, ſed per ſimilitudinem dicuntur: vt parere, & prægnantes eſſe.

CAESAR.

ANteqvam ad ſexuum differentiam accederet, quæ non erunt propter indiuiduum, ſed propter ſpeciem. Atque iccirco poſteriore loco contemplanda. Debuit ponere de vitę longitudine & breuitate: hîc enim omnium texit hiſtoriam. Sexus autem nomen Græci non habent: ſed γένος dicunt: ponit in quibuſdam, in alijs non: ſed nota cùm hoc dixit: non poſuit verbum maſculorum, ſed vtrunque fœminarum, τίκτειν καὶ κύειν: quoniam ſine mare gerunt vterum. Mares diſcernunt tantùm ſterilitate. Sed præpoſuit τίκτειν: cùm tamen κύειν penè ſit: quoniam obſcure gerunt vterum, & credita ſunt non parere. Prior igitur & notior eorum partus quàm prægnatio.

Theodorus ἀλλὰ *ac*: copulat enim negationem ſexus, vt aduerſatiuam exprimeret.

CCCXVII. ARISTOTELES.

Ἔστι δὲ οὐδὲν ἄῤῥεν καὶ θῆλυ ἐν τοῖς μονίμοις, οὐδ᾽ ὅλως ἐν τοῖς ὀστρακοδέρμοις.

Tum in animalibus quæ non mutant locum, tum in ijs, quæ teſta operta ſunt, nullum eſt maris fœminæque diſcrimen.

CAESAR.

C AE S A R.

NVNC generatim narrat hiſtoriam ſexus: & ſane quæ locum non mutant, non egent ad ſobolem coniunctione. Sexus autem opus coniunctione tantùm perficitur. Quare idē quoque plantis euenit: quarum hac in parte hæc ſimilia ſunt: ſed altera pars ſi vniuerſaliter ſpectetur, ratione caret. Nam quare patellę coïre non poterunt, quarum corpora in amplexus tota patent?

Theodorus, *μόνιμα*, *vitam ſtabilem viuunt*: vix intelligas quid velit.

CCCXVIII. ARISTOTELES.

ἘΝ δὲ τοῖς μαλακίοις, καὶ τοῖς μαλακοστράκοις, ἔστι τὸ μὲν, θῆλυ, τὸ δὲ, ἄῤῥεν· καὶ ἐν τοῖς πεζοῖς, καὶ ἐν τοῖς δίποσι, καὶ ἐν τοῖς τετράποσι, καὶ ἐν πᾶσιν ὅσα ἐκ συνδυασμοῦ τίκτει ζῶον, ἢ ὠὸν, ἢ σκώληκα.

IN molluſcis autē & molli teſta intectis, tàm mas, quàm fœmina eſt. Item in ijs, quæ ſolius humi beneficio mutant locum, tum bipedibus, tum quadrupedibus. Denique omnibus ijs, quæ ex coniugio aut animal, aut ouum, aut vermem.

C AE S A R.

NVNC contrariam differentiam aſſignat in eodem mari, primo loco. Secundo, in terra: ſed in mari nomina ponit generum duorum: in terra vnius, πεζὰ: quæ diuidit in duo, bipeda, & quadrupeda: ſed poſteà ampliat ad omnia coniugata. Hoc non eſt nomen generis, neque notitia à ſubſtantia, vt in ſuperioribus, ſed ab effectu: demonſtratio à poſteriori: coït: ergo ſexus ibi eſt. His itaque cōprehendit ſerpentes.

Nota ordinem: poſuit primo ζῶον, quoniam perfectius, & notius: mox ὠὸν, quoniā extrema eſt altera differentia: poſtremò σκώληκα, quoniam inter vtriuſque naturam eſſet: ζῶον nanque eſt animal propter ſe: ὠὸν eſt non animal propter animal: σκώληξ eſt neque ouum propter animal, neque animal propter ſe, ſed animal propter animal.

Συνδυασμὸς coitum Theodorus, nos *coniugium*.

CCCXIX. ARISTOTELES.

ἘΝ μὲν οὖν τοῖς ἄλλοις ζώοις ἁπλῶς ἢ ἔστιν, ἢ οὐκ ἔστιν εἶσιν, ἐν μὲν τοῖς τετράποσιν ἅπασιν, ἔστι τὸ μὲν, θῆλυ, τὸ δ', ἄῤῥεν.

IN cæteris igitur animantibus, ſimplici ratione, aut ineſt, aut non ineſt ſexus. Nam in quadrupedum genere vniuerſo, tum marem, tum fœminam inuenire eſt.

C Æ S A R.

CVM oſtendit in quibuſdam non eſſe ſexum, nunc vult declarare modum quendam abſentiæ ſiue carentiæ: nam quædam omnino ita nullo ſexu diſtingūtur, vt nihil generent, vt anguillæ: quædam autem ſexu non diſcernuntur, ſed tamen aliquid generant: vtrunque genus effectionis etiam in plantis reperitur * *. Adiantum quoque omnino caret & ſexu & ſexus officio. Sed Ariſtoteles dum vult hoc ſtatuere, præpoſtera vſus eſt oratione. Nam cùm proponat in alijs animalibus ſimpliciter aut eſſe, aut non eſſe, exemplum eorum, in quibus ineſt, ponit quadrupedis: at in quibus non ineſt ſimpliciter: non ſtatim ſubdit, ſed in quibus ineſt non ſimpliciter. Nam in teſtaceis ineſt, ſed non ſimpliciter: quoniam edūt aliquid ex ſe plantarum more, ſine coniugio. Deinde ponit exemplum aliorum. Hoc autem facit, quoniam illa ſunt perfectioribus, quæ primo loco dixit, propriora: item notiora: & receptius eſt, ſexum ineſſe animalibus: non ineſſe autem diſceptabile in multis. Non addidit autem aliam differentiam eorum, quæ ex diuerſis analoga naſcuntur: & eorum quæ è penitùs differentibus: vt è putrefactione: quoniam nunc tractat affectiones animalium, non autem principia. Id autem vbi de generatione ſcripſimus declaratum eſt.

Nota ἁπλῶς ſine adiectione, vt poſſis dicere: *eſt*, non eſt. Nam in tectis, quoniam non iunguntur coïtu, non potes dicere, eſt. Quoniam pariunt, dicas, eſt quodammodo. ἁπλῶς autem:

abſolutè, & *præciſè*: ſed nota ſubtiliùs: quoniam τὸ ἁπλοῦν, ſexum in vtroque ſignificat: itaque alterum fœminam, alterum marem dicas. At in teſtaceis, alterum fœminam, alterum neſcias quid ſit: nam neque partibus differunt, neque officio. Quare mox dicit, ἐπ' οὐδέτερον.

Theodorus τὸ μὲν, τὸ δὲ, *alterum mas, alterum fœmina*: malè: videtur enim aſtringere naturam, vt æquet maris, & fœminæ numerum. Hoc enim ex eius oratione omnino indicatur: at Græcum τὸ δὲ notat ad ſenſum, neque diuidit æqualiter: aduerte etiam malam latinitatem: cùm dicit, *verbi cauſſa*, vt alterum mas, alterum fœmina eſt: *ſit*, debuit dicere, non autem, *eſt*: aut non poneret illa verba, *verbi cauſſa*.

CCCXX. ARISTOTELES.

Ἐν δὲ τοῖς ὀστρακοδέρμοις οὐκ ἔστιν· ἀλλ' ὥσπερ ἐν φυτοῖς τὰ μὲν, εὐφορεῖ ἐστι, τὰ δὲ, ἄφορα, οὕτω καὶ ἐν τούτοις.

In teſtaceis autem non ineſt: ſed quemadmodum plantæ quædam frugiferæ ſunt, aliæ ſteriles, ita & in his.

CÆSAR.

Eorvm quibus non eſt ἁπλῶς ἢ ἁπλοῦν εὐφορεῖ. φορητικὰ voluit dicere. Nam τὸ δὲ abundat hîc, & eſt differentia τῶν φορητικῶν: ſignificat enim copiam aut facilitatem. εὐφορεῖ ſus eſt ob copiam, homo non: neque leo: vipera εὐφορεῖ ob copiam, δυσφορεῖ ob difficultatem edendi: ceruа vtrunque, & quia paucos parit, & quia non ſine dolore maximo concipit: ſicut & muſtella, & viuerra: vrſa etiam quoniam informes edit.

CCCXXI. ARISTOTELES.

Ἐν δὲ τοῖς ἐντόμοις, καὶ τοῖς ἰχθύσιν, ἔστι τὰ μὲν, ὅλως οὐκ ἔχοντα ταύτην τὴν διαφορὰν ἐπ' οὐδέτερον· οἷον ἔγχελυς οὔτε ἄρρεν ἐστὶν, οὔτε θῆλυ, οὐδὲ γεννᾷ ἐξ αὑτῆς οὐδέν. ἀλλ' οἱ λέγοντες ὅτι τριχώδη καὶ ἑλμινθώδη προσπεφυκότα ἔχουσαί ποτέ τινες φαίνονται, μὴ προσθεωρήσαντες τὸ ποῦ ἔχουσιν, ἀσκέπτως λέγουσιν. οὔτε γὰρ ζῳοτοκεῖ ἄνευ ᾠοτοκίας οὐδὲν τῶν τοιούτων. αὗται δ' οὐδεμία πώποτε ᾠὸν ἔχουσα. ὅσα τε ζῳοτοκεῖ, ἐν τῇ ὑστέρᾳ ἔχει, καὶ τά γε οὐ προσπεφυκότα [ἀλλ' οὐκ] ἐν τῇ γαστρί. ἐπέττετο γὰρ ὥσπερ ἡ τροφή. ἣν δὲ λέγουσι διαφορὰν ἄρρενός τε καὶ θηλείας ἐγχέλυος, τὸ τὸν μὲν μείζω κεφαλὴν καὶ μακροτέραν ἔχειν, τὴν δὲ θήλειαν, [μικρὰν καὶ] σιμοτέραν, οὐ τοῦ θήλεος καὶ ἄρρενος λέγουσιν, ἀλλὰ τοῦ γένους.

At in genere inſectorum, & in piſcibus, ſunt quæ omnino neutram in partem hac ratione diſtinguantur: veluti anguilla. Cùm enim neque mas, neque fœmina eſt, tùm ex ſeſe nihil generat. Quanquam piſcatores cùm earum nonnullis deprehenderunt capillari tenuitate adnatos quaſi lumbricos, neque obſeruârunt quâ corporis parte ij eſſent, imprudenter loquuntur. Nam hoc in genere nullum inuenias quod non ex ouo animal pariat. At ouum habere nulla vnquam viſa eſt. Præterea quæ animal pariunt, ipſum in vtero, non autem adhærentem prolem in ventre gerunt: concoqueretur enim ſicut & cibus. Poſtremò quam allegant quidam differentiæ notam maris fœminæque in anguilla: quòd mas capite grãdiore oblongioreque ſit, fœmina autẽ depreſſiore. Nõ quòd maris, ac fœminæ aiũt, ſed quòd generis interſit.

CÆSAR.

Hoc tertium membrum, duobus generibus aſcribit non vniuerſis tamen, inſectorum ſcilicet, & piſcium quibuſdam: ac de inſectis quidem exemplum omiſit. Sit autem ephemeron: cui enim vita diei vnius tantùm ſit, quid agat ad coitum? de piſcibus verò duo exempla ponit, anguillæ & epitrageorum. At anguillæ hiſtoria candida & iucunda non eget commentatione. Manet tamen dubitatio cùm ait, nullum in hoc genere parere ſine ouo: quis tibi dixit? imò anguilla parit, inquiet pertinax. Nam eodem modo diceres de vipera, eam non parere animal extra, ſed ouum: quoniam in hoc genere nullum quicquam niſi ouum edat. Ideo neceſſariò addidit, τὸ πῶ: quoniam quæ animal generant, in matrice gerunt. Quod ſi animal hoc, vt in vipera factum eſt, ex ouo, aliquando cum ouo fuiſſet deprehenſa vel vna tot ſæculis, quod nunquam contigiſſe viſum eſt. Hoc quoque diſceptabile videtur: concoqueretur, inquit, ſicut & cibus: at in ventriculo non ſunt, ἐν κοιλίᾳ, ſed ἐν γαστρί: præterea vermes & ſerpentes, qui in ventre gignuntur hominis,

ṫis, etiam homine ipſi ſunt ſuperſtite, ſicut nuper id euenit in hac prætura.

Dixit ἐπ' οὐδέτερον, quoniam ἀπολοῦ non ineſt: at in teſtaceis fœminam inuenies.

Nota hæc οὔτ' ἄῤῥεν ἐστι, οὔτε θῆλυ: λέγουσιν. & προθεωρήσαντες, & ἀσκέπτως. λέγουσι enim dixit, vt ſignificaret id quod dicunt non pertinere ad ſexum: προθεωρήσαντες, antequam loquerentur. Hoc autem eſt obſeruare, animaduertere rem antequam iudicium detur. ἀσκέπτως, *imprudenter*: σκέπτειν proſpicere, prouidere: aduerte quoque non mutâſſe numerum ζῳοτοκεῖ, ad τάχα προσαπτομένα, quoniam in ζῳοτοκεῖ, eſt tam ζῷα, quàm ζῷον: neque fruſtra poſuit γαστρὶ: quoniam non in vulua: & ἐν, quia ventris officium eſt cibum, non fœtum gerere: & προσαπτομένα, quod omiſit Theodorus, *adhærentia*: quoniam non more fœtuum diſpoſita ſunt, ſed hærentia capillamenta: malè quoque Theodorus γαστρὶ, *ventriculo* interpretatus eſt. De differentia quoque generis rectè dixit Ariſtoteles. *Marganias* vocant Vaſcones eas quæ capite grandiore ſunt: quæ verò acutiore, *finas*: opinioni tamen Ariſtotelis aduerſantur Plinius, Athenæus, & Oppianus: qui anguillas coïre aſſerunt: ergo ſexus diſtinctio: ergo ad generationem aptum genus.

Ἐπέπτετο, quoniam eſſet in præterito Theodorus addidit, *primordia genituræ*: non omnino malè ſi interpretem non ageret: verùm primordia lumbricorum noſtrorum non concoquantur: & Ariſtoteles vult dicere etiam ipſum fœtum concoqui poſſe, ſi in ventre generetur. Quare oſtendit partes eſſe quaſdam potiùs fimbraceas: atque additamenta: ſed quare ipſa capillamenta quoque non concoquuntur? quia partes ſunt anguillæ. Itaque προσαπτομένα neceſſarium eſt, quod omiſit Theodorus.

CCCXXII. ARISTOTELES.

Εἰσὶ δέ τινες ἰχθύες οἳ καλοῦνται ἐπιτραγίαι. γίνονται δὲ τοιοῦτοι τῶν ποταμίων κυπρῖνος καὶ βαρῖνος. οὐκ ἔχουσι δ' οἱ τοιοῦτοι οὔτε ᾠὸν, οὔτε θορὸν οὐδέποτε· ἀλλ' ὅσοι στερεοί εἰσι καὶ πίονες, ἔντερον μικρὸν ἔχουσι, καὶ εἶναι ἄριστοι δοκοῦσι.

Sunt etiam piſces, quos epitrageas *Græci vocant, cuiuſmodi inter fluuiatiles Cyprinus & barinus. in his neque ouum, neque humor genitiuus vllus eſt: ſed qui ſolida, & pingui carne conſtant, exiguum inteſtinum habent, & maximè commendantur.*

CAESAR.

ALTERUM exemplum. Epitrageas vocat piſces, hoc eſt nomen generis commune maritimis & fluuialibus. Quod in tranſcurſu indicat cùm dicit, τοιοῦτοι τῶν ποταμίων. Duos igitur notat, cyprinos, & barinos. Hac ratione cyprinus, carpa non eſſet: carpa enim ouum gerit. Quare mendum eſſe puto. Theodorus balagros legit: ſed qui ſint balagri mihi adhuc incompertum eſt.

Ἐπιτραγίαι, *hirci à ſterilitate*, Theodorus: collegit hoc ex libro quinto *Hiſtoriarum*, vbi ſcriptum eſt: τράγοι οἱ πίονες ἢ τοι γόνιμοι εἰσί. Itaque vites etiam cùm fallunt ſpem, & operam vinitorum τραγᾶν dicuntur. Hoc cùm animaduertas intelliges non fruſtra ſubtexuiſſe hiſtoriam Ariſtotelem illam: ἀλλ' ὅσοι στερεοί εἰσι καὶ πίονες: ad nomen enim pertinet, & coniunctionem ſterilitatis naturalis cum pinguedine naturali.

Ἄριστοι Theodorus, *laus præcipua in paſtu*: ergo cùm ipſi paſcantur. Nam piſces paſcuntur herba aut alio paſtu: homines piſcibus non paſcuntur, ſed veſcuntur, & alũtur. Itaque antiqui paſcalem ouem *ſaginatam* dixêre. Item paſcua, & compaſcua, & paſtiones villaticæ, & paſtores. At transfertur quidem ad oculos & animum à Virgilio, Terentio, Cicerone, ſed ferè vbi abeſt ratio. Diximus autem *conſtant* ob ſoliditatem.

CCCXXIII. ARISTOTELES.

Ἔτι δ' ἔνια καθάπερ ἐν τοῖς ὀστρακοδέρμοις καὶ φυτοῖς, τὸ μὲν τίκτον ἐστὶ καὶ γεννῶν, τὸ δ' ὀχεῦον οὐκ ἔστιν· οὕτω καὶ ἐν τοῖς ἰχθύσι τὸ τῶν ψηττῶν γένος, καὶ τὸ τῶν ἐρυθρίνων, καὶ αἱ χάνναι, καὶ πάντα τὰ τοιαῦτα, ᾠὰ φαίνεται ἔχοντα.

Inter piſces quoque quemadmodum in teſtaceis, & in plantis, aliqui pariunt tantùm & generant: at qui ineat non eſt: cuiuſmodi paſſerum genus eſt, & rubellorum & chanæ, & eiuſmodi: oua enim in omnibus reperiuntur.

CÆSAR.

SIcut in teſtaceis erant ſterilia penitùs, & ſine officio generationis, ſic in piſcibus. Nunc de altera quoque natura, vt in teſtaceis eſt officium generandi ſine maſculo, ita & in piſcibus.

Ἐρυθρινοὶ *rubelli*, ſeu, rubelliones, *frangolini* à Romanis: χάνναι, *hiatulas* vocauit Theodorus, concinna voce. Nam Epicharmus in *Nuptijs Iunonis* apud Athen. lib. vij. vocat eos μεγαλοχάσμονας.

CCCXXIV. ARISTOTELES.

Ἐν μὲν οὖν τοῖς πεζοῖς καὶ ἐναίμοις τῶν ζῴων ἅμα ζῳοτοκεῖ τὰ πλεῖστα, καὶ μείζω καὶ μακροβιώτερα τὰ ἄρρενα τῶν θηλειῶν ἐστι, πλὴν ἡμιόνου· τούτων δ' αἱ θήλειαι, μακροβιώτεραι καὶ μείζους.

Igitur earum quæ ſanguine concreta animantes ſolius humi ſolo mouentur, ſimul maxima pars animal generat: ſimul in ijs maiori corpore ſunt, longioreq́; vita mares quàm fœminæ: excepto genere mulino: longæuiores enim, & proceriores mulæ.

CAESAR.

Vm ſexum declarauit, & diſperſit per genera quædam: ab aliis autem abſtulit. Item finem oſtendit, & medium, ſcilicet generationem per coitum. Nunc affectiones animalis ab ſexu perſequitur. Iccirco coniungit hanc partem cum ſuperiore contemplatione per aduerbium ἅμα. Id eſt in his generibus πεζοῖς καὶ ἐναίμοις, coniuncta eſt natura hæc: vt maxima eorum pars & animal pariant, & maiores ſint fœminæ quàm maſculi. Incipit autem à vitæ ratione, addit etiam partium modum & figuram, & conſtitutionem, & pilos, & vocem, & robur: noſtrates tamen muli, noſtris mulabus grandiores ſunt.

Theodorus non hîc legit ζῳοτοκεῖ, ſed ζῳοτόκοι: verùm hoc quoque ad ſexus cognitionem pertinet, quo in genere animal, aut aliud generetur. Itaque τὰ πλεῖστα nos referimus & ad ζῳοτοκεῖ, & ad μακροβιώτερα. Theodorus autem ad μακροβιώτερα tantùm. Noſtra tamen hiſtoria opulentior eſt: μακροβιώτερα autem idem *viuaciores* dixit malè: nanque viuax differentia eſt longæuorum: quædam enim longæuiora dicuntur, vt homo: viuacitas autem coruorum tantùm, cornicum & ſimilium eſt, quæ plus vnum ſæculum excedunt. Dicuntur etiam *viuaces plantæ* à Plinio, quæ vix mori poſſunt, & *viuax ſolum* ab Ouidio, in quo plantæ ad longos annos durant.

Atqui animalium quædam ſunt longæua, quædam non: quædam citò ſeneſcunt: ab ephemero animali quod vnum tantùm diem viuit, ad phœnicis fabulam opus erat ducere orationem, per cicadas, paſſeres, canes, equos, mulos, homines, ſerpentes, ceruos, cornices, & alia. Item per regiones. Nam Vaſcones longæui non ſunt: & à partibus eorum, vt Fanenſes: & à victu, vt edaces: & ab artibus, vt fullones, piſtores.

CCCXXV. ARISTOTELES.

Ἐν δὲ τοῖς ᾠοτόκοις καὶ τοῖς σκωληκοτόκοις, οἷον ἔν τε τοῖς ἰχθύσι, καὶ ἐπὶ τῶν ἐντόμων, μείζω τὰ θήλεα τῶν ἀρρένων ἐστὶν, οἷον ὄφεις, καὶ φαλάγγια, καὶ ἀσκαλαβῶται, καὶ βάτραχοι· καὶ ἐπὶ τῶν ἰχθύων δὲ ὡσαύτως, οἷον τά τε σελάχη τὰ μικρὰ καὶ τῶν ἀγελαίων τὰ πλεῖστα· τὰ δὲ πετραῖα, πάντα.

Intereà verò eorum quæ aut ouum, aut vermem pariunt, cuiuſmodi & piſces, & inſecta ſunt, maiores ſunt fœminæ, quàm mares: vt ſerpens, phalangium, ſtellio, rana. Et ex piſcibus cartilaginea illa quæ ſuapte natura parua ſunt. Et pleriq́ue eorum qui gregatim degunt, & ſaxatiles omnes.

CAESAR.

Ontraria differentia magnitudinis in aliis generibus, piſcium, ſcilicet, & inſectorum. Deinde addit cartilaginea, ſed non omnia, puſilla tantùm: poſteà gregarios, poſtremò ſaxatiles.

Theodorus addidit verbum *euadunt*: ambitioſè: nam poſtquam creuerunt, non euadunt: quare anguſtam fecit hiſtoriam, dum creſcerent tantùm: ſi dicat naturam indicare, non tractum temporis: rectiùs per verbum ſubſtantiuum: à cuius iam perfecta conſtantia cognouimus hoc quod profitemur. Nam dum euadunt nemo cognoſcit: cùm ſunt cognoſcit. Aliquis dicat, me nimis eum vrgere: ego reſpondeam: potiùs nos ab eo vrgeri, dum nos abducit ab Ariſtotele.

CCCXXVI. ARISTOTELES.

Ὅτι δὲ μακροβιώτεραί εἰσι τῶν ἰχθύων αἱ θήλειαι τῶν ἀρρένων, δῆλον ἐκ τοῦ παλαιότερα ἁλίσκεσθαι τὰ θήλεα τῶν ἀρρένων.

Quòd autem diutiùs fœminæ quàm mares, in genere piſcium viuant, eo deprehenſum eſt argumento, quòd grandiores natu capiuntur.

CAESAR.

C Æ S A R.

Dixerat vno tractu ſuprà de πεζοῖς: granditatem & longæuitatem nunc. Illud in piſcibus priùs: nunc alterum. Nota παλαιὸς, etiam de ætate, non ſolùm de tempore dici.

CCCXXVII. ARISTOTELES.

Ἔστι δὲ τὰ μὲν ἄνω καὶ πρόσθια πάντων τῶν ἀῤῥένων, κρείττω, καὶ ἰσχυρότερα, καὶ εὐοπλότερα· τὰ δ᾽ ὡς ἂν ὀπίσθια καὶ κάτω λεχθέντα, τῶν θηλειῶν. τοῦτο δὲ καὶ ἐπ᾽ ἀνθρώπων, καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων ζώων τῶν πεζῶν καὶ ζωοτόκων πάντων τοῦτον ἔχει τὸν τρόπον.

Marium partes tàm ſuperiores, quàm anteriores præſtantiores, & validiores & aptiores ſunt. At in fœminis ea quæ aut quaſi poſteriores, aut inferiores dici ſolent. Hoc tum in homine, tum in aliis animalibus eodem modo ſe habet, modo eorum motus per humum ſolam fiat, & animal generent.

C Æ S A R.

SECVNDA pars hiſtoriæ qua perſequitur affectiones à ſexus indicatione: & verum eſt, ſed prudenter intelligendum eſt. Equorum maximæ parti pectus latius, equabus clunes. Hoc pleniſſimum in genere mulino eſt. At caput equabus grandius quàm equis.

Dixit ἄνω, ſimpliciter, & πρόσθια: at non ſimpliciter ὀπίσθια: quoniam in fœmina femora non ſunt ὀπίσθια: & in equa, clunes non ſunt κάτω: ratio, nam reſpexit officium vterum ferendi. In aliis aut libris declaratum eſt à capite ad vmbilicum eſſe τὰ ἄνω, inde τὰ κάτω.

Theodorus, *fœmina habet robuſtiores*: addidit, *robuſtiores*. At Ariſtoteles prudenter tacuit: ſed grandiores intellexit, non robuſtiores: vrſa enim valentior eſt brachiis, quàm coxis. Equus autem valentiora habet crura poſteriora. Item ſimia mas cùm ſalit, aut demittit ſe ex alto, excipit ſe poſterioribus non anterioribus: robuſtiora enim habet. At vir coxas craſſiores brachiis habet, & pedes quàm manus grandiores.

CCCXXVIII. ARISTOTELES.

Καὶ ἀνευρότερόν τι καὶ ἀναρθρότερον τὸ θῆλυ μᾶλλον, καὶ λεπτοτριχώτερον, ὅσα ἔχει τρίχας· τὰ δὲ μὴ τρίχας ἔχοντα, [κατὰ] τὸ ἀνάλογον.

Omnis item fœmina infirmiore longè neruo eſt, minuſque artubus valet. Et quibus pilus eſt, iis quoque tenuior inuenitur: ſicuti quæ pilum non habent, id quod eius loco à natura eſt inſtitutum.

C Æ S A R.

SVPRA per partes: à robore nunc: non per partes, ſed per totum. Duplex eſt roboris inſtrumentum. Neruus & artus: vtrunque tetigit. Theodorus monſtrum peperit, *innernior* ἀνευρότερον: ſaltem dixiſſet, *eneruatior*.

Nota μᾶλλον, vt nos cum comparatiuo, *longè*, &, *multò*: quod Theodorus omiſit.

Τὸ ἀνάλογον, cutem nudam, aut ſcabram, aut cruſtam, aut ſpinas.

CCCXXIX. ARISTOTELES.

Καὶ ὑγροσαρκότερα δὲ τὰ θήλεα τῶν ἀῤῥένων, καὶ γονυκροτώτερα, καὶ αἱ κνῆμαι λεπτότεραι· τοὺς δὲ πόδας γλαφυρωτέρους, ὅσα ταῦτα ἔχει τὰ μόρια, [ἔχει] τῶν ζώων.

Humidior quoque caro fœminæ eſt, & genua planiora, & ſuræ tenuiores, & pedes elegantiores eo in genere quod hæc membra aptum natum habere eſt.

C Æ S A R.

HVMIDAM carnem molliorem intelligit. Itaque carnoſiorum vt genua minùs extuberant, ita muſculi minùs extant quoque. Galenus in primo de *Officio partium*, vtitur eadem voce μαλακωτέρας καὶ ὑγροτέρας σαρκός. De ſuris autem quod dixit, ſi videas muliebres, inuenies maximum mendacium: nihil enim illis craſſius.

Γλαφυρώτεροι, verbum valde fuſum, vt ſtrictiores, & compoſitiores intelligas, & alia talia.

Κνῆμαι, *crura* Theodorus malè: nam coxas femoráque mulier craſſiſſima habet: at id crus eſt vſque ad pedes.

CCCXXX. ARISTOTELES.

Καὶ περὶ φωνὴν δὲ, πάντα τὰ θήλεα λεπτοφωνότερα καὶ ὀξυφωνότερα, πλὴν βοὸς, ὅσα ἔχει φωνήν. αἱ δὲ βόες, βαρύτερον φθέγγονται αἱ θήλειαι τῶν ἀρρένων.

Vox quibus natura data fuit, exilior fœminis & acutior, præterquam vaccæ. Nam hæ grauius mugiunt quàm mares.

CAESAR.

SVPRA de voce, vt vox erat, nunc vt variatur per ſexus.

Dixit λεπτὸν καὶ ὀξύ: quoniam exilis eſſe poteſt, & non acuta. Nam acuta ex impetu fit: exilis eſt per tubum anguſtum ab aura leni: at magnus ventus cùm ingruit, ſibilus fit. Plauti vocem facetam expreſſit, qui eam *tinnulam* appellauit. Perturbauit ordinem, cùm priùs excepit vocem, poſteà præſcripſit genera vocalium animalium: πλὴν βοὸς: poſteà circunſcribit: ὅσα ἔχει φωνήν. Atque nota vſitatam locutionem: περὶ δὲ φωνὴν nullo addito verbo: item alteram: αἱ δὲ βόες, αἱ δὲ θήλειαι: pro eo quod eſt τῶν δὲ βοῶν: ſic ἄμφω δ᾽ ἑζομένω γεραρώτερος ἦεν Ὀδυσσεύς: ſic etiam apud Cæſarem inuenias. Primùm quidem dixit, *exilem & acutam*: deinde oppoſuit vnam tantùm vocem, *grauem*.

CCCXXXI. ARISTOTELES.

Τὰ δὲ πρὸς ἀλκὴν ἐν τῇ φύσει ὑπάρχοντα μόρια, οἷον ὀδόντες καὶ χαυλιόδοντες, καὶ κέρατα καὶ πλῆκτρα, καὶ ὅσα ἄλλα τοιαῦτα μόρια, ἐνίοις μὲν γένεσιν ὅλοις τὰ μὲν ἄρρενα ἔχει, τὰ δὲ θήλεα οὐκ ἔχει. οἷον, κέρατα ἔλαφος θήλεια οὐκ ἔχει· καὶ τῶν ὀρνίθων τῶν τὰ πλῆκτρα ἐχόντων, ἐνίων αἱ θήλειαι ὅλως πλῆκτρα οὐκ ἔχουσιν. ὁμοίως δὲ καὶ χαυλιόδοντας αἱ θήλειαι οὐκ ἔχουσι τῶν ὑῶν.

Quæ partes animantibus, velut arma à natura datæ ſunt: vt tam cæteri dentes, quàm exerti: ad hæc cornua ac calcaria, aliaq́; id genus, quorūdam generum maribus omnibus oriuntur: fœminæ autem carent. Ceruæ enim cornua non habet: ſicut inter aues calcaribus præditas, fœminæ nulla habent, & ſuibus fœminis exerti dentes nulli ſunt.

CAESAR.

POST partes neceſſarias conſtitutioni, ponit partes vtiles, πρὸς ἀλκήν, ad munimentum & tutelam. hanc partem feliciſſimè, vt ferè omnia tranſtulit Theodorus: tamen omiſit ὀδόντες καὶ χαυλιόδοντες, cùm tamen exemplum de ſuillo genere ſubiiceret.

Ὅλοις, id eſt, ὅλῳ γένει τῶν ἀρρένων. Theodorus omiſit explicare γένεσιν ἔχει, non omnino vacat: gignuntur enim poſtquam ipſa genita ſunt, id eſt mares producunt cornua & dentes: vt intelligas vtiles partes, non autem neceſſarias: agnatæ enim, non cognatæ ſunt.

De cerua fœmina cornigera alibi diximus. Eius cornua adhuc extant in Francia: vt ne ampliùs critici Callimachum reprehendant, cui faciliùs fuit dare cornua ceruæ, quã efficere aurea.

Calcaria gallinæ non habent: vt rectè dicit: at ſues fœminæ etiam exertos dentes habent, ſed minores: & à maxilla ſuperiore, non ab infera.

Cacozelia Theodori, *ceruini generis fœmina cornuum inops mutiláque eſt.* Idem, *dentibus vacant exertis*: non eſt vacuus locus ille dentium: τὰ φάτνια, plena ſunt in decrepita anu Prouinciali: ſedes dentium vacant. At equus quinquennis non uacat dentibus exertis.

CCCXXXII. ARISTOTELES.

Ἐνίοις δὲ ὑπάρχει μὲν ἀμφοῖν, ἀλλὰ κρεῖττον τοῖς ἄρρεσι μᾶλλον ἐστὶν, τὰ κέρατα τῶν ταύρων ἰσχυρότερα, ἢ τὰ τῶν θηλειῶν βοῶν.

IN quibuſdam tamen tàm mas quàm fœmina gerit: ſed præſtantiora multò maribus ſunt: vt cornua taurorum, quàm vaccarum firmiora.

CAESAR.

ICcirco dixit ſupra ἐνίοις μὲν, vt hic reſponderet ἐνίοις δέ: dixit, κρεῖττον, pro κρείττονα: fortaſſe κρείττω ſcriptum reliquit.

FINIS LIBRI QVARTI.

ΑΡΙΣΤΟΤΕΛΟΥΣ ΠΕΡΙ ΖΩΩΝ ΙΣΤΟ-ρίας τὸ Ε.	ARISTOTELIS HISTORIÆ DE ANIMALIBVS Liber V.

CAPVT PRIMVM,

Animalium partitio.

I. ARISTOTELES.

ΟΣα μὲν οὖν ἔχουσι μόρια τὰ ζῶα πάντα καὶ τῶν ἐντὸς καὶ τῶν ἐκτός· ἔτι δὲ περί τε τῶν αἰσθήσεων, καὶ φωνῆς, καὶ ὕπνου· καὶ ποῖα θήλεα, καὶ ποῖα ἄῤῥενα, πρότερον εἴρηται περὶ ἁπάντων· περὶ δὲ τὰς γενέσεις αὐτῶν λοιπὸν διελθεῖν, καὶ πρῶτον περὶ τῶν πρώτων. εἰσὶ δὲ πολλαὶ καὶ πολλὴν ἔχουσαι ποικιλίαν· πῆ μὲν, ἀνόμοιοι πῆ δὲ, τρόπον τινὰ προσεοίκασιν ἀλλήλαις.

HActenus de omnium animantium partibus, tàm interioribus, quàm exterioribus. Ad hæc de ſenſibus & voce ſomnoq́; poſtremò in quibus generibus ſexuum diſcrimina inuenirentur, nihil omiſſum eſt. Deinceps eorum generationes perſequamur. Ac de primis primùm. Sunt autem multæ, multaq́; diſcretæ varietate : quanquam partim diſsimiles, partim modo quopiam inter ſe conuenientes.

CAESAR.

SVo more colligit ſuccinctè & ſine tædio, vt tranſmittat orationem ad generationes animalium : ſed mihi videbatur non eſſe probum ordinem : priúſque de moribus dicendum eſſe. Hoc enim pertinet ad formam ipſorum animantium : generatio autem ad propagationem tantùm. Præterea amplior eſt affectio morum quàm generationis : poſtremò etiam notior.

Dicit de primis primùm : quoniam vt ordinem generationis poſt partes ſtatuit, ita in ipſa generatione ordinis quoque inſtitutum tenendum eſt. Intelligit autem prima hîc faciliora, id eſt imperfectiora quæ minore negotio à natura proficiſcuntur. Itaque vt ſuprà ab hominis partibus exterioribus priùs, interioribus autem poſteriùs : quoniam eſſent difficiliores, & operoſiores, ita nunc hominis generationem poſteriùs contemplatur : propterea quòd vt perfectior: ita difficilior : poſteà per propoſitionem εἰσὶ δὲ πολλαὶ, etiamnum hæc πρόθεσις, facit attentum & docilem auditorem. Nam & operæ multæ hiſtoriam pollicetur : & ne quis tædij metu iam deſciſceret ab audiendo, appoſuit varietatem : poſtremò varietatis rationem. Quoniam certa tamen lege conuenirent, ſcilicet à cauſſis, ſcilicet ab efficiente, ex coïtu maris & fœminæ: & à fine, vt procreent : & à proportione ſeminis, quaſi à materia : & à formatione, quoniam egent tempore: & loco, à matrice. Sunt igitur multæ, quia multa genera : ſunt variæ, quia varia ſunt genera : ſunt ſimiles, quia omnia genera animalium ad ſimilia principia reducuntur : materiam, & formam, cum principiis motus voluntarij.

Nota πρῶτον περὶ πρώτων. Eſt enim Atticus lepor: quam ἐπίχυσιν potes appellare : ſicut & illam πολλαὶ καὶ πολλὴν. Attici enim & eorum patres Iones ita conſueuêre. Quod in libris Hippocratis, & Theſſali frequens eſt & Demoſthenis : εὔχομαι τοῖς θεοῖς πᾶσι καὶ πάσαις. Et Virgilius, *Libycis teris otia terris.* Latini veteres etiam ad faſtidium aucupati ſunt eadem initia diuerſorum verborum. *Vt vos in voſtris voltis mercimonijs,* & alibi ſæpè,

Non dixit ποικίλαι ſed ἔχουσαι ποικιλίαν, & ἀνόμοιοι: non autem ἀνόμοιαι. Attici communi generé.

IIῇ

Πῆ & πῆ, ſatis videbatur eſſeetiam ſi illa τρόπον τινὰ non addidiſſet: ſed expoſuit qua ratione diſſimiles. Et dixit τρόπῳ, intellige tu λόγοι: differunt enim, quia formæ differunt. Non temerè quoque dixit προσεοίκασι, cum præpoſitione, vt relationem conuenientiæ denotaret. Theodorus neglexit: qui proſtituit etiam caſtiſſimam orationem, cùm addidit, *ordine apto & commodo.*

II. ARISTOTELES.

Ἐπεὶ δὲ διῄρηται τὰ γένη πρότερον, τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ νῦν πειρατέον ποιεῖσθαι τὴν θεωρίαν. πλὴν τότε μὲν τὴν ἀρχὴν ἐποιούμεθα, σκοποῦντες περὶ τῶν μερῶν ἀπ' ἀνθρώπου· νῦν δὲ περὶ τούτου τελευταῖον λεκτέον, διὰ τὸ πλείστην ἔχειν πραγματείαν. πρῶτον δὲ ἀρκτέον ἀπὸ τῶν ὀστρακοδέρμων· μετὰ δὲ ταῦτα, περὶ τῶν μαλακοστράκων· καὶ τὰ ἄλλα δὲ τοῦτον τὸν τρόπον ἐφεξῆς· ἔστι δὲ τά τε μαλάκια καὶ τὰ ἔντομα· καὶ μετὰ ταῦτα τὸ τῶν ἰχθύων γένος, τό τε ζωοτόκον καὶ τὸ ᾠοτόκον αὐτῶν· εἶτα τὸ τῶν ὀρνίθων· μετὰ δὲ ταῦτα, περὶ τῶν πεζῶν καὶ λεκτέον ὅσα τε ζωοτόκα καὶ ᾠοτόκα. ζωοτόκα δ' ἐστι, τῶν τετραπόδων ἔνια, καὶ ἄνθρωπος τῶν διπόδων μόνον.

Igitur cùm initio partiti ſimus genera ipſa, in præſentia quoque idem inſtitutum tenere conandum eſt: tametſi ibi partes contemplaturi ab homine exorſi ſumus. Nunc de eo poſtremo loco agendum eſt: proptereà quòd ſit ipſe omnium animalium operoſiſſimus. Itaque ab ijs, quæ teſta conteguntur incipiendum eſt. Deinde de cruſtatis, cæteriſque ad eundem modum atque ordinem: molluſcis ſcilicet, atque inſectis: tum piſcium genere, tam quod animal: quàm quod ouum parit: poſteà de auibus: tandem de ijs quorum motus humi tantummodo cietur, dicendum eſt. Ac dicendum quidem quæ animal, quæq; ouum pariunt. Igitur quadrupedes nonnulla, bipedum ſolus homo, animal parit.

CÆSAR.

Ergo cùm res ſit difficilis, vt planior ſit ordo, modus eſt adhibendus: per claſſes igitur generum eſt procedendum: comprehendit ſuum propoſitum. Hæc eſt particularis propoſitio, qua animum auditoris impletum ſpe atque attentione, pingit imagine, operæ futuræ. Dicit ſeſe imitaturum partim, partim mutaturum. Nam per genera ibit, vt ſuperiùs, ſed non eodem ordine: quoniam de homine ad calcem differet. Idq; fecit. In decimo enim, qui circunfertur, de eo diſſerit. Reddit rationem, quoniam ea hiſtoria eſt difficillima. At à facilioribus ſemper incipiendum. Quod vbi dixit, quaſi ab eadem propoſitione alteram concluſionem deducit. De teſtaceis igitur, inquit, ordiendum eſt. Et tacuit rationem: quoniam continetur in contrario propoſitionis iam dictæ, ſic. Differatur de homine, quoniam difficillimum opus eſt. Igitur à teſtaceis initium capiamus, quoniam ſunt facillimæ cognitionis. Incipit ab iis quæ ſanguine carentia degunt: inſecta autem poſtponit molluſcis, quoniam inſecta ſunt opificio inſignia, & naturali prouidentia, vt apes, formicæ. Sed mirum quare piſces putauit operoſiores inſectis. Neque enim ſunt, neque nobiliores: iccirco addidit, ζωοτόκα & ᾠοτόκα, vt generis aſciſceret nobilitatem. Nam inſecta σκωληκοτόκα ad ſummum ſunt. Sed animaduerte tunc nomen hoc ἰχθῦς hìc eſſe æquiuocum ad cete & σελάχη, & quos ipſe priuatim ſæpè vocat piſces. Quare malè fecit cùm à molluſcis diſtinxit: nihilo enim minùs piſces ſunt, quàm cete & σελάχη. Sed hoc fecit, quoniam molluſca non ſunt è ſanguine concreta. Poſt piſces ſtatuit aues, tanquam difficiliores & perfectiores: ſunt enim. Nam affectiones multas habent, quibus careant piſces: vocales enim ſunt, & dialecto propiores homini. Tum aër aquæ. Præſtant igitur & volucres piſcibus: à partibus quoque: pedes enim habent & alas, & caudam. Et ab officio: dociles enim ſunt ad prædam & ſermones: & aliquæ συνανθρωπεύονται: optimæ rationes. Sed in præſentia ſi conſideres quemadmodum tractamus generationem, ciúſque principia: piſcium quidam operoſiores ſunt: quippe animal pariunt: quæ eſt ratio, vt nonnulla quoque τῶν πεζῶν, ignobiliora ſint & piſcibus, & auibus: & minore negotio cognoſci poſſunt: vt ſerpentes, & teſtudines: nihil enim his magis brutum teſtudine: nihil imperfectiùs ſerpente: ſiue natalia, ſiue mores, ſiue partes contemplere. Non tamen errauit Philoſophus. Nam ſi genera ipſa in vniuerſum inſpicias ordo meliùs contexi nequit.

Dixit καὶ λεκτέον ὅσα τε ζωοτόκα καὶ ᾠοτόκα, in πεζοῖς, ſcilicet ζωοτόκα καὶ ᾠοτόκα, hanc ponit differentiam: quoniam etiam in piſcibus poſuit. Sed importunè addidit illa verba: ζωοτόκα δ' ἐστι, &c. neque enim hic locus eſt: proponit tantùm: præſertim cùm id quoque malè dicat

ἔνια:

ἶνα: neque enim quædam quadrupedes, ſed omnes, paucis exceptis. Itaque Theodorus totam hanc omiſit partem.

III. ARISTOTELES.

Κοινὸν μὲν οὖν συμβέβηκε καὶ ἐπὶ τῶν ζώων, ὥσπερ καὶ ἐπὶ τῶν φυτῶν. τὰ μὲν γὰρ, ἀπὸ σπέρματος ἑτέρων φυτῶν· τὰ δὲ, αὐτόματα γίνεται, συστάσης πρὸς τοιαύτης ἀρχῆς. καὶ τούτων τὰ μὲν, ἐκ τῆς γῆς λαμβάνει τὴν τροφήν· τὰ δ', ἐν ἑτέροις ἐγγίνεται φυτοῖς, ὥσπερ εἴρηται ἐν τῇ θεωρίᾳ τῇ περὶ τῶν φυτῶν. οὕτω καὶ τῶν ζώων τὰ μὲν, ἀπὸ ζώων γίνεται κατὰ συγγένειαν τῆς μορφῆς· τὰ δ', αὐτόματα καὶ οὐκ ἀπὸ συγγενῶν. καὶ τούτων τὰ μὲν, ἐκ γῆς σηπομένης καὶ φυτῶν, ὥσπερ πολλὰ συμβαίνει τῶν ἐντόμων· τὰ δ', ἐν τοῖς ζώοις αὐτοῖς, καὶ ἐκ τῶν ἐν τοῖς μορίοις περιττωμάτων.

Communi autem natura fuit comparatũ, quemadmodum in plantis, ita in animalibus: vt ſicuti plantæ partim ab aliarum plantarum ſemine, partim conſtitutis certis ſimilibus principijs ſponte prodeãt. Ac quemadmodum in libris de Plantis *diximus, aliæ de terra capiant alimentum, nonnullæ in alijs innaſcantur plantis. Sic & animalia quædam per formæ cognationem generentur; nonnulla ſponte non à congeneribus. Quorum aliqua ex putrida, vel terra vel trunco: quod inſectorũ magnæ contingit parti: alia in ipſis animalibus, atque ex eorum partium excrementis oriantur.*

CAESAR.

TRACTATVRVS animalium generationem, moréque ſuo per notiora proceſſurus, naturam quandam quam in plantarum differentijs agnouiſſet, in animalibus docet nos, eámque duplici diſcrimine. Primum eſt. Quædam plantæ ſeminio oriuntur, vt omnes fruges: quædam ſponte, vt Adiantum. Ita animalia, è ſemine, homo: è terra putrefacta, lumbrici. Alterum diſcrimen: quædam plantæ terra capiunt alimentum, & per ſe ipſæ conſtant, vt laurus; quædam in alijs vt polypodium. Sic animalia, alia per ſe ipſa, vt homo: alia in alijs animalibus, vt pediculi. Pulcherrima profecto contemplatio diuini viri, qui vbique quantùm poteſt, naturæ conſenſionem connexionémque narrat: vt à materia prima ad Deum ſi ducas intellectionis vim, nullum inuenias interuallum, aut hiatum vacuum potentiæ: ſed ſibiipſi naturam ſubeuntem tanquam ab angulo acuto ad baſim, per lineam oppoſitam angulo recto. Hæc tamẽ egent ſubtiliori tractatione. Primum quod quærimus eſt: An intelligat præcisè, quaſdam plantas nonniſi ſeminio, alias, non niſi in alijs oriri. Ac de his nemo poteſt dubitare. Epithymium nonniſi naſcitur ſuper thymo: & viſcum non niſi ſuper quercu, pomo & alijs quibuſdam. De alijs autem valde dubitari poteſt. Nam in Creta vel leuiſſimè emota terra erumpit cupreſſus: at quæ arbor? quanta? quandiu durans? Itaque vehementer aſſentio mihi, cùm puto omnia plantarum genera ſine congenere ſemine naſci poſſe. Et ratio ſubeſt. Aluntur omnia ijs ex quibus conſtant: aluntur omnes plantæ è terra: ergo è terra habent principia. * * *. *Deeſt huius pulcherrimæ & eruditæ contemplationis comparatio & demonſtratio: quam autor morte præuentus inchoatam tantùm, eámque mutilam admodum reliquit.* Intelligo eas quæ per ſe ipſæ conſtant: non in alijs.

Notabimus igitur ſecundo loco, plantas quaſdam & in alijs prouenire & per ſe, vt polypodium in quercu & in muro.

Tertiò, aliquando viſam nucem arborem in ſalice: quoniam nucem gracculus eò tulerat, aut glandem, vnde enatam & etiam quercum vidimus.

Quartò, de animalibus etiam dubitàrunt, an omnia ex analogo edi poſſent: eóque inſaniæ prouecti ſunt, vt putarent hominem è limo edi poſſe, nullis vniuocis ſubiectis principijs è coniunctione vtriuſque ſexus. Eorum ratio fuit ſane valida: conuenire poſſe materiã corporis noſtri: ergo etiam animam ſubire: ſed hi ſunt animarum interfectores, qui in materia animam noſtram latere putant.

Quintò quæri poteſt, an eſſent eiuſdem generis orti ſorices è fimeto, & à patribus generati. Hæc materia ad ſeptimum *Metaphyſicorum* pertinet. Sed tamen nemo negare debet: ex principijs analogis poſſe fieri ſpeciem congenerem ſpeciei vniuocæ: actus enim vniuoci ſunt: vt ariditas, ſiue ſolutio glebæ in minimas partes, poteſt fieri à contuſione, à frigore, à calore.

Videamus & id: conuenire plantis & animalibus, quæ alijs in plantis inſunt, aut animalibus, ſecun

ſecundùm locum,& ſecundùm alimentum. Nam epithymum, vt ita dicam, depaſcitur thymum, vt pediculus hominem: ſed ſecundùm modum nequaquam: nam planta in planta non mouetur: animal in animali mouetur: ſi enim non moueretur, eſſet planta in animali, vt puta pilus: ſed ſunt etiam quædam animalia quæ hac quoque in parte magis ac magis ad plantæ naturam accedunt: vt ricini: ac duabus quidem de cauſſis. Nam ore affixi, non prius abſiſtunt, quàm impleantur: ac tandem cadant, & nullum excrementi habēt exitum, nihilomelius quàm plantæ. Sunt etiam horum animalium differentiæ. Nam quædam in ſuperficie & oriuntur, & viuunt: vt pulices, pediculi: quædam intra cutem, vt pedicelli, quos Vaſcones *bregantes*, Galli *ſcirones*: eſt enim pedicillus, minimus omnium animantium, vix vt oculis deprehendatur: ambulat ſub cute & rodit multo pruritu: vt hac quoque in parte ſeipſam in talpis æmulata ſit: extracti autem acu, atque ſuper vngue poſiti pedicelli mouentur, ſi ſolis radijs exponantur. Addendum his quoque: miſceri animalium ſpecies, ex tauro & equa fieri hinnos: item plantarum, rapæ & braſſicæ.

Nota locutionem συμβαίνει. Neque enim τὸ συμβεβηκὸς ἐνδεχόμενον, ſed ex principijs ac legibus naturæ certis.

Κοινὸν cùm dixit, commune ſcilicet plantis & animalibus: quare addidit τὸ ὥσπερ? Eſt mihi, tibíque communis puteus: dubito an nota illa addi poſſit: nam mihi ſoli communis eſſe non poteſt: oportet enim plures ſimus vno: itaque ſi dico. Eſt mihi communis ſicut & tibi: ergo vni mihi erit communis, & vni tibi. Dicent hæc eſſe ſophiſmata. Ego vero ſolius ſapientis aio eſſe recta & inoffenſa vti oratione. Ac ne hominem quidem eſſe, qui prauè loquatur. Nam aut prauè quoque ſentit, aut ſi benè ſentit, tantò miſerior qui ſuipſius decoctor ſit. Itaque ſi addas aduerbium illud ſimilitudinis, repetendum erit vltrò citróque, vt modum ſignificet communitatis.

Αὐτόματα, *ſponte naturæ*, dixit Theodorus: ſed etiam quæ ex ſemine oriuntur, ſponte naturæ oriuntur. Spons enim, voluntas fuit à ſpondendo: quoniam fœdera libero animo fierent. Græcum σπονδαί: ſic locutus eſt Ouidius de aurea ætate, *quæ vindice nullo, ſponte ſua ſine lege fidem, rectúmque colebat*. Nam αὐτόματον eſt per ſe, ſine adminiculis: ſicut αὐτόματα, organa dicuntur ab Ariſtotele in lib. de *generatione animalium*, quæ cùm mouentur, non tanguntur: αὐτόματοι ἱδρῶτες Hippocrates in *Aphoriſ.* quidam *ſpontinos* potius quā *ſpontaneos* maluêre: dicant igitur *& conſentinum* potius, quàm *conſentaneum*. Συστάσης τινὸς τῆς τοιαύτης ἀρχῆς: omnia ſignificant: dixit ἀρχὴν principium, formam, & materialem. Nam alibi quoque ſic accipit, vt in oratione de *Endelechia* diximus. Dixit τινὸς, ideſt certum principium: dixit τοιαύτης, propter analogiam: neque enim eſt ταὐτῆς. Dixit συστάσης, ideſt, conflato, conſtituto, conſtante, concreto principio. Dixit in ſingulari, vt concordiam intelligeremus principiorum & coaleſcentiam. Theodorus maluit, *primordio contracto* dicere: frigidè ſanè: & frigidè τοιαύτης interpretatus eſt cùm dixit, *ad ortum idoneo*: qui etiam neglexit ἐγγίνεται, *innaſcuntur*: quoniam præpoſitione vna ſatis habuit: ſed fruſtra addidit, *augeri*. Nihil enim naſci poteſt ſine incremento. Κατὰ συγγένειαν τῆς μορφῆς: quoniam eiuſdē generis forma eſt Cæſaris & Catonis. intellexit συγγένειαν εἴδους. Itaque addidit μορφῆς. Idem enim eſſe συγγένειαν, ἐντελέχειαν, μορφὴν, εἶδος, alibi diximus.

Σηπομένης γῆς. vt lumbrici: καὶ φυτῶν, vt coſſi. Adde tu & animalia à plantis fieri, vt crabrones à lignis putridis: & ab animalibus animalia: vt à vitulo apes, ab equo veſpæ: & ab animalibus plantas, ſubiecto cadaueri in arena priùs ſterili & nuda ſubortas herbas vidimus: quæ eo tantùm loco ſolæ eſſent: alibi ad multa milliaria nullæ. Theodorus, *è terra putreſcente conſiſtunt*: malè: *concreſcunt*, benè. Nam dum putreſcit terra, nondum conſiſtunt: cùm conſiſtunt, terra non ampliùs putreſcit. Error in philoſophia eſt: aliquid factum eſſe, & conſiſtere, iam ex eo quod adhuc in via corruptionis eſt.

Ὥσπερ πολλὰ συμβαίνει τῶν ἐντόμων: συμβαίνει, ideſt, *proueniunt*.

Περιττωμάτων. Galenus cùm alibi, tum in lib. de *inſtrumento odoratus*, dicit hoc vocabulum eſſe Ariſtotelicum, ab alijs dicta περιττά.

IV. ARISTOTELES.

Τῶν δὲ τὴν φύσιν ἐχόντων ἀπὸ συγγενῶν ζώων, ὅσοις μὲν αὐτῶν ἔστι τὸ θῆλυ καὶ τὸ ἄρρεν, ἐκ συνδυασμοῦ γίνεται. ἐν δὲ τῷ τῶν ἰχθύων γένει, ἔνια γίνεται οὔτε θήλεα, οὔτε ἄρρενα· τῷ γένει μὲν, ὄντα τοῖς ἰχθύσιν ἑτέροις τὰ αὐτὰ, τῷ δὲ εἴδει, ἕτερα·

Ergo quæ à congeneribus procreantur, in his ſi & mas & fœmina reperitur, è coïtu generantur. At genera quædā ſunt in piſcibus quibuſdam, in quibus neq; marē neque fœminā inuenias: qui genere quidē cum cæteris piſcibus ijdem ſunt: ſpecie autē differunt.

ἔνια δὲ, καὶ πάμπαν ἴδια. τὰ δὲ, θήλεα μὲν ἐστιν, ἄῤῥενα δὲ, οὐκέτι· ἐξ ὧν γίνεται ὥσπερ ἐν τοῖς ὄρνισι τὰ ὑπηνέμια.

Alij quoque priuatim omnino naturā quandā nacti ſunt. Nam fœminæ ſunt ſine vllo mari. Itaque ex his generantur talia, qualia in auibus hypenemia.

C Æ S A R.

DIxerat generationem paſſiuam: nunc dicit actiuam: proſequitur enim alteram partem. Nam dicebat animalia quædam ex aliis oriri: nunc oſtendit quomodo oriantur: aut, inquit, ex mari & fœmina, aut ex fœmina tantùm. Et in tertia parte quam ponit ſecundo loco, oſtendit quæ neceſſe ſit vt ſponte proueniant. Nam ſi neque mas, neque fœmina in illis eſt, & natalia ſunt, deficiat genus niſi ſponte alia ſubnaſcantur.

Mutauit orationis modum primo loco: ὅσοις μὲν: ſecundo loco ἐν δὲ τῷ τῶν ἰχθύων γένει ἔνια: alius dixiſſet, ἔστι δὲ ἃ μὴ ἔχει οὐδέτερον, ὥσπερ ἐν τῷ τῶν ἰχθύων γένει. Et ordinem inuertit: propior enim eſt generationi ex duobus, generatio ex altero, quàm ex nullo: ſed iccirco fecit, quia ſtatim diuiſit per differentias contrarias. Sic quædam ſexum habent, quædam non habent. Tertium tum membrum; eorum quæ ſexum habent, quædam vtrunque, quædam alterum.

Ἐχόντων φύσιν, nouè dixit, habere generationem. Nam de indiuiduo non poſſis dicere: Cæſar habet generationem à patre, ſed habuit: ſed in genere hoc potes dicere ſic: quæ habent generari, id eſt, poſſunt.

Quanquam γίνεται pro ἐστὶ aliquando ponitur, tamen hîc ſignatè poſitum eſt: ἔνια γίνεται ὄντα θήλεα, atque adeò ſignatè, vt vtrunque complexus ſit mira breuitate: actionem & paſſionem generationis. Nam ſi neque maſculi neque fœminæ generantur: ergo ne generant quidem.

Γένει τὰ αὐτά: vt hæc ſit differentia generis inferioris, non ſummi. Itaque intelligas εἴδει, non εἶδος vltimum. Nam quòd anguilla neque mas, neque fœmina ſit, habet commune cum aliis ſpeciebus piſcium.

Ἐξ ὧν γίνεται ὑπηνέμια: hoc eſt valde dubitabile. Nam in genere paſſerum piſcium, in quibus fœmellæ ſunt, oua proficiunt.

Theodorus ambitioſè hanc partem tranſtulit: atque nota quòd dixit, *mare vidua*. Nunquam dicetur, *virgo vidua marito*: vidua eſt quæ ſeparata eſt à marito, qui cum erat iuncta. *Iduare*, eſt findere. Quod & Varro dixit, & Horatius non neſciuit, cùm *Idus* dixit *Aprilem findere*, vnde *vaidua*: vidua facta eſt.

V. ARISTOTELES.

TA μὲν οὖν τῶν ὀρνίθων ἄγονα πάντα εἰσὶ ταῦτα· ἀλλὰ μέχρι τοῦ ᾠοῦ γεννῆσαι δύναται ἡ φύσις αὐτῶν ἐπιτελεῖν, ἐὰν μή τις αὐτοῖς συμβῇ τρόπος ἄλλος τῆς κοινωνίας πρὸς τοὺς ἄῤῥενας· περὶ ὧν ἀκριβέστερον ἔσται δῆλον ἐν τοῖς ὕστερον.

HAec igitur quæ ab auibus eduntur, inutilia ad generandum omnia ſunt. Natura enim ſola oui abſoluendi circunſcribitur poteſtate: niſi alio quopiam modo maris vis communicetur. Qua de re exactiùs in ſequentibus diſſeremus.

C AE S A R.

VT ſuprà cum plantis comparauit animalia, ita inter ſe nunc comparat miro modo. Nam quaſi ſtatuit gradus quoſdam in natura: quippe, inquit, in quibuſdam animalibus, fœminam tantùm eſſe: quid mirum? fœmina enim ſola poteſt concipere, etiam quo in genere mas eſt: ergo multo meliùs in quo nō eſt. Nam ſi datū eſt à natura vt generatio fiat è duobus: hoc enim diximus: & tamen ex vno tantùm fit: quantò magis fiet: vbi non neceſſe habuit natura apponere. Reſtabat autem altera pars contemplationis, vbi quæreremus an mas quoque poſſit ſolus concipere. Nā perfectius eſt maris ſemen, quàm fœminæ. Atque hoc in x. *Hiſtor.* tētauit explicare.

Comparat igitur genera: piſces fœminas ſine mari auibus fœminis quæ marem habent, & ſine mari concipiunt. Et comparat etiam conceptus ipſos: aitque oua auium hactenus eſſe quod ſunt: nec ex eis quicquam gigni. Excipit deinde euentum à ſuperuentu maris, de quo poſteà dicet. Gallus enim etiam inchoata oua perficit: ſicut in piſcibus aliquibus ſatis eſt oua iam edita à fœmina ſemine perfundere ſuo mares.

Μέχρι τοῦ ᾠοῦ ἐπιτελεῖν: ἐπιτελεῖν, *abſoluere ouum vt ouum*: non auſim dicere, *perficere*. Theodorus omiſit hoc, & tranſiliit vltra ouum: ſicut & κοινωνίας nullam tetigit: ſed operam tantùm maris.

VI. ARISTOTELES.

Τῶν δ' ἰχθύων ἐνίοις, ὅταν αὐτόματα γεννήσωσιν ᾠά, συμβαίνει ἐκ τούτων καὶ ζῷα γίνεσθαι· πλὴν τῶν μὲν, καθ' αὐτά, τῶν δέ, οὐκ ἄνευ ἄρρενος· ὃν δὲ τρόπον, καὶ περὶ τούτων ἐν τοῖς ἐχομένοις ἔσται φανερόν. σχεδὸν γὰρ παραπλήσια συμβαίνει καὶ ἐπὶ τῶν ὀρνίθων.

EVenit autem vt ex piſcium quorundam ouis, ſine maris opera natis, partim ſine maris quoque, partim non ſine maris opera, animalia generentur: cuius rei item modum poſteà declarabimus. Similis enim penè horum, atque auium ratio eſt.

CÆSAR.

PONIT alterum membrum, in quo eſt differentia ouorum piſcium, ab ouorum auium, vt quædam ſine mari nata, ſine mari animentur: alia autem non ſine mari: ſed vt in auibus.

Oratio Philoſophi pura & preſſa: eam nos aſſecuti ita ſumus, vt etiam in Latina oratione eſſet Attica rotunditas. Theodori locutio ſatis hiat & trahit caudam.

VII. ARISTOTELES.

Ὅσα δ' ἀπὸ τοῦ αὐτομάτου γίνεται ἐν τοῖς ζῴοις, ἢ ἐν γῇ, [ἢ ἐν φυτοῖς,] ἢ ἐν τοῖς τούτων μορίοις, ἔχουσι δὲ τὸ ἄρρεν καὶ θῆλυ, ἐκ τούτων συνδυαζομένων γίνεται μέν τι τοῦτο, αὐτὸ δ' ἐξ οὐθενὸς, ἀλλ' ἀτελές· οἷον ἔκ τε τῶν φθειρῶν ὀχευομένων, αἱ καλούμεναι κονίδες, καὶ ἐκ τῶν μυιῶν σκώληκες, καὶ ἐκ τῶν ψυλλῶν σκώληκες ᾠοειδεῖς, ἐξ ὧν οὔτε τὰ γεννήσαντα γίνεται, οὔτε ἄλλο οὐθὲν ζῷον, ἀλλὰ τοιαῦτα μόνον.

EX iis autem quæ ſponte, aut in animalibus, aut in terra, aut in plantis, aut horum partibus oriuntur, marìq; atque fœmina diſcreta ſunt, gignitur quidem aliquid, ſed inutile, atque imperfectum: vt ex pediculis, lendes: è muſcis, vermiculi: è pulicibus ouorum facie vermes. Ex quibus, neque parentum genus inſtauratur, neque aliud animal: ſed talia duntaxat exiſtunt.

CÆSAR.

NVNC abſoluit vltimum membrum partitionis, corúmque modum generationis explicat, mira ſuauitate narrationis: intellige autem hiſtoriam non vniuerſalem. Nam formicæ generant ouum atque ex eo generantur. Item erucæ, crabrones, alia multa: prætereà intellige hanc eandem hiſtoriam curioſam. Quis enim dixit Ariſt. ex ouis pulicum nihil gigni? poſtremò intellige eſſe falſam. E lendibus enim pediculi oriuntur: atque hoc veriſſimum eſſe videbis cùm non detractis frequentiore pectine lendibus in infantibus, magnum in modum excreſcit multitudo pediculorum. Et pediculis excluſis ipſæ quidem hærent capillo: ait autem ἐν ζῴοις, vt pediculi: ἐν γῇ, vt muſcæ, pulices: ἐν φυτοῖς, vt pediculi, cimædi.

Nota locutionem, γίνεται τοῦτο, hoc: neſcio an ſcripſerit τὸ ὄντο, τι.

Αὐτὸ δ' ἐξ οὐθενὸς: non intelligo, ſi ad verbũ interpretere: *ipſum ex nullo*: imò ex aliquo: atque ex eo nihil.

Ἀτελές, *imperfectum*: ipſum ſanè perfectum eſt: nihil enim deeſt vt ſit lens: at imperfectum ſi finem reſpicias. Itaque ſi interpretere, *ad finem nullum deſtinatum*, optimè facias.

Κονίδες, *lendes*: ab exiguitate, ſimiles pulueri.

Οὔτε τὰ γεννήσαντα γίνεται: non poteſt quicquam feſtiuiùs eſſe: non generantur generantes: immò in præterito eſt γεννήσαντα, quis neſcit, non poſſe generari generantẽ? tanto minùs eum qui iam generauit. Idem ab eodem non poteſt pati, cuius rationis, & qua ratione, agens dicitur: voluit dicere, parentes non repręſentari.

Ἀλλὰ τοιαῦτα μόνον: non addidit verbum. Igitur ſi repetas verbum γίνεται, falſum ſit, & contradicat ſibi. Nam neque lendes, lendes generant: neque poſſit dicere οὐθὲν γίνεται, & τοιαῦτα γίνεται: niſi æquiuocè capias: primo loco γίνεται, *generatur*: ſecundo loco γίνεται, *ſunt*. Theodorus addidit, *perſiſtunt*. At etiam quæ animal ſibi ſimile generant, talia perſiſtunt, qualia genita ſunt. Itaque diximus, *exiſtunt*: vt indicaremus naturam quam hîc dicit ſterilitatis. Nam, *perſiſtunt*, ſtatum rei ſignificat, & conditionem. Idem addidit, *ſordes*, interpretatus vocem illam, τοιαῦτα: ſed vermiculi ſordes non ſunt, ſed animalia: *quiſquiliæ*, ſaltem dixiſſet. Nam hoc ſignificat è plebe, atque humili ſtatu hominem. Nunc etiam dicimus, *quidam*: olim, *ſine nomine vulgus*: itaque in *Trinummo*, *Quiſquis es*: & ſexto *Aeneidos*, *Quiſquis es armatus*: inde, *quiſquiliæ*. Græci dicunt, τὸ τυχὸν, quod facilè, & quouis caſu ſeſe offerre poteſt.

VIII.

VIII. ARISTOTELES.

Πρῶτον μὲν οὖν περὶ τῆς ὀχείας λεκτέον, πόσα ὀχεύεται· εἶτα μετὰ ταῦτα περὶ τῶν ἄλλων ἐφεξῆς, τά τε καθ' ἕκαστα καὶ κοινῇ συμβαίνοντα περὶ αὐτῶν.

Primùm igitur quòd ad coïtum pertinet, de ijs dicendum eſt quæ coëunt. Deinde de alijs, quæ aut proprias, aut communes naturas nacta ſunt.

CAESAR.

Irum autem cùm propoſuerit de oſtraceis primùm dicturum ſe, poſtremo loco de πεζοῖς, nunc mutato conſilio ſtatim de iis quæ coëunt dixit: fecit, quia de generatione acturus, tàm eorum quæ coëunt, quàm quæ non coëunt: de coïtu priùs dicere oportuit. Nam ſi cæpiſſet ab ἀνοχεύτων generationes, vbi promouiſſet ad ὀχευτικὰ, interſcidiſſet hiſtoriam ipſam, interpoſita de coïtu narratione.

Intelligit καθ' ἕκαστα, hîc ſpecies, non indiuidua: κοινῇ autem genera.

CAPVT SECVNDVM,

De Coïtu quorundam animalium.

IX. ARISTOTELES.

Ὀχεύεται μὲν οὖν ταῦτα τῶν ζώων, ἐν οἷς ὑπάρχει τὸ θῆλυ καὶ τὸ ἄρρεν.

Coëunt igitur ea, in quibus mas, & fœmina eſt.

CAESAR.

Hoc Caput neque vt pollicitus eſt ſuo loco poſuit. Nam ab imperfectioribus profitebatur auſpicia de generatione. Et toto hoc Capite omnia confundit. Aues cum quadrupedibus: repetit alibi dicta: partes genitales deſcribit non ſuo loco: genera recenſet: multa alia minùs opportuna facit.

Hoc quod ſuprà dixerat per modum inueſtigationis & diuiſionis, tanquam concluſum ponit, tanquam iaciat dictorum fundamentum. Theodorus autem non rectè omiſit.

X. ARISTOTELES.

Εἰσὶ δὲ αἱ ὀχεῖαι, οὔθ' ὅμοιαι πᾶσιν, οὔθ' ὁμοίως ἔχουσαι.

Coïtus neque ſimiles omnibus ſunt, neque ſimilem in modum aguntur.

CÆSAR.

Hac propoſitione facit nos attentos hiſtoriæ varietate. Nota ſubtilitatem orationis, quam hebetiores περιττολογίαν putant: ὅμοιαι ὁμοίως ἔχουσαι. Nam coïtus canis & equi ſimiles ſunt, ſed non ſimiliter fiunt: ſimiles: quia à tergo accipit marem fœmina. At canis multo agitatu, equus minimo, ac penè nullo: & hæret canis cùm deſcẽdit, non hæret equus. Itaque dum hæret, ſimilis eſt coïtus τοῖς ὀπισθουρητικοῖς: contrà vituli marini & auerſi inter ſe coëũt & hærent: partim ſimilis modus leonino, partim canino. Itaque modus animaliũ in coïtu varius:

differentia enim varia ab initu: vt ventre & ventre: clune & clune: & à diſpoſitione vtriuſque: vt mas ſuperueniat, aut fœmina mari: à modo: conuoluta: ſubſidens: ſtans: currens: iacens: aut à temporis ſpatio: celeritate, aut tarditate: à partium ſitu. Ὄπισθεν, & à partibus: oſſea genitalia, vt in viuerris: acuta in cartilagineis: aut à circunſtantijs, adulatione: à locis, in tenebris, in ſaltibus in publico.

Οὐδὲν ὅμοιαι, mendum eſt οὐδὲν: *nulla ex parte*: falſum eſt, dicendum erat, οὐθ᾽ ὅμοιαι.

XI. ARISTOTELES.

ΤΑ' μὲν γὰρ ζωοτόκα καὶ πεζὰ τῶν ἐναίμων, ἔχει μὲν ὄργανα πρὸς τὴν τοιαύτην πρᾶξιν ἅπαντα τὰ ἄρρενα τὴν γεννητικήν· οὐ μὴν ὁμοίως γε πάντα πλησιάζουσιν.

QVæ enim animal pariunt & terra ſolo nituntur ad motum ſuum, & ſanguine concreta ſunt: horum mares, habent inſtrumenta, quibus dent operam ſoboli procreandæ. Non omnes tamen eodem coeunt modo.

CÆSAR.

DECLARAT quod propoſuit: quomodo non ſint ſimiles. Tres poſuit differẽtias. Ζωοτόκα, quoniam ſerpentes ouipara ſunt, genitale non habẽt. Dixit πεζὰ, quoniam πελάγη maritima ſunt. Quare dixit ἔναιμα neſcio. Nam nullum ἄναιμον eſt ζωοτόκον. Niſi vt perſequeretur primo loco τὰ ἔναιμα more ſuo. Itaque poſuit in ſecundo caſu. Ergo inſcriptio Theodori falſa: *quomodo quaque animalia coëant*: nam de ſanguine concretis tantùm: & iterum falſum cum dixit *generatim*: procedit enim καθ᾽ ἕκαστα hoc Capite. Quod Caput ſi conferas cum alijs, ipſa Capita generatim tractant.

Ἔχει ὄργανα: non declarauit ὅμοια ne, an ἀνόμοια: ſed dixiſſet: ὄργανα μὲν ἀνόμοια δὲ, διὸ καὶ οὐχ ὁμοίως πλησιάζει.

Dicit de maribus tantùm: ipſe facit ὀχείαν: ipſe adit: ipſe facit differentiam coïtus. Iccirco dixit πρᾶξιν.

Nota ordinem verborum: πρὸς τὴν τοιαύτην πρᾶξιν ἅπαντα τὰ ἄρρενα τὴν γεννητικήν. Ὁμοίως γε. γε non vacat: ſed dicit ſaltem eſſe diſſimilitudinem.

Πλησιάζουσι plus eſt quàm ὀχεύειν: notauit etiam tempus adeundi, non ſolùm ineundi: quod & paulò poſt de felium adulatione. Theodorus nimis laxè, *coniunguntur*: nos *coeunt*: quoniam Antiqui modeſtè *ſimul ire* dixêre: quemadmodum Græci συνεῖναι, *ſimul eſſe*. Coëunt igitur, eſt πλησιάζουσι. Quæ enim inter ſe appropinquant, inter ſe adeunt, & coëunt: Græci quoque συνιέναι, vt mox, συνέρχονται, συνδυάζονται, συμπλέκονται de ſerpentibus, συνελίττονται, συγγίνονται vt infrà: hæc verba omnia Ariſtotelica. Nomina autẽ ὁμιλία, συνουσία, ὀχεία, σύνοδος, συνδυασμός, συμπλοκή, σύνοδος.

Πρᾶξιν Theodorus *officium*. Nos ſecuti Latinos *dare operam*: vt *dare operam liberis*.

XII. ARISTOTELES.

Α'λλὰ τὰ μὲν ὀπισθουρητικά, συνιόντα πυγηδὸν, οἷον λέοντες, καὶ δασύποδες καὶ λύγκες.

SEd quæ retrò vrinam reddunt, admotis inter ſe clunibus: vt leones, leporum genus, lynces.

CAESAR.

ECCE à partibus neceſſariam differentiam; vt quæ retrò mingunt, retrò etiam coëant ob membri ſitum.

Πυγηδὸν, *clunatim*. Theodorus, *auerſa*: addidiſſet, *inter ſe*: nã equæ fœminæ auerſæ coeunt: non enim compleuit πυγηδόν: more noſtro δασύποδες *leporum genus* diximus: vt cuniculum comprehenderemus.

XIII. ARISTOTELES.

Τῶν δασυπόδων δὲ πολλάκις ἡ θήλεια προτέρα ἀναβαίνει ἐπὶ τὸ ἄῤῥενα.

LEporum quoque fœmina marem ſæpe prior conſcendit.

CAESAR.

ECce προπηδᾷ : aditus ad coïtum, nondum autem coïtus : inuitat marem. Mirum verò, naturam aliam eſſe illicis, aliam operis : vt conſcendi velit, aut conſcendere fœmina : & alio modo coeant poſtea.

Ἀναβαίνει ἐπὶ τὸν ἄῤῥενα Theodorus, *marem ſuperuenit* : non rectè hîc *venire* : ſed ſcandere.

XIV. ARISTOTELES.

Τῶν δ' ἄλλων, τῶν μὲν πλείστων, ὁ αὐτὸς τρόπος. ὁ ἐνδεχόμενος γὰρ ποιοῦνται συνδυασμὸν τὰ πλεῖστα τῶν τετραπόδων, ἐπιβαίνοντος ἐπὶ τὸ θῆλυ τοῦ ἄῤῥενος.

ALijs autem, quæ plurima pars eſt, idem modus coëundi : vulgaris ille ſcilicet, qui in maxima parte quadrupedum cernitur, vt marem fœmina tergo accipiat.

CÆSAR.

ENδεχόμενον diximus, *vulgarem & vſitatum : receptum* ſonat Græca vox : ſed conſilij eſt *receptum* : ἐνδεχόμενον autem etiam caſus. Theodorus cùm *iuſtum* dixit, illuſit tam bono verbo. Nam neque id ſonat, neque ius illud vllum eſt. Et honeſtius eſt coïre vt leones, ne tam brutam rem ne videamus quidem : immò iniuſtiſſimo & turpiſſimo coëunt modo: ſed & preſſiùs, *ſupergrediente* dixit : neque enim tranſilit fœminam mas.

XV. ARISTOTELES.

ΚΑὶ τὸ τῶν ὀρνίθων ἅπαν γένος, οὕτω τε, καὶ μοναχῶς.

OMniaq́ auium genera coëunt ſicpote eodem modo.

CAESAR.

ADeo communis modus eſt, vt etiam extra genera quadrupedum fuſus ſit in ouiparis. Quare traxit Ariſtotelem extra ſemitam, ad auium hiſtoriam importunè.

Dixit οὕτω τε καὶ μοναχῶς, id eſt, *non ſolùm, ſic*, ſed etiam nulla varietate. Nam aut ventribus oppoſitis, aut clunibus, vt ventre & clune coëunt animalia : at in auibus vnus coëundi modus. Quanquam coëuntium non vnus modus : vt mox ſubdit. Theodori oratio non eſt efficax ad exprimendum Philoſophi ſenſum.

XVI. ARISTOTELES.

Εἰσὶ δὲ διαφοραί τινες καὶ περὶ τὰς ὄρνιθας. τὰ μὲν γὰρ, συγκαθείσης τῆς θηλείας ἐπὶ τὴν γῆν, ἐπιβαίνει τὸ ἄῤῥεν, ὥσπερ αἱ νεοτίδες καὶ οἱ ἀλεκτρυόνες.

SEd ſunt in auibus quoque diſcrimina quædam: nam alijs ſubſidentes fœminæ in terram mares excipiunt, vt neotides & gallinæ.

CAESAR.

VT dicebamus coïtus ſimilis eſt, ſed ipſi coëuntes diſſimiles, quoniam quædam ſubſidunt: *συγκαθείσης τῆς θηλείας*: *ὑφιζάνουσι* dixit in eo qui decimus circunfertur.
Neotides omiſit Theodorus: neque ego quid ſit, ſcio.

XVII. ARISTOTELES.

ΤΑ' δὲ, οὐ συγκαθείσης τῆς θηλείας, οἷον καὶ οἱ γέρανοι. ἐν τούτοις γὰρ ὁ ἄῤῥην ἐπιπηδῶν ὀχεύει τὴν θήλειαν, καὶ συνδυάζεται ὥσπερ τὰ στρουθία ὀξέως.

QVædam non ſe ſubmittunt. Nam ſtantem fœminam gruem mas ſuperinſilit momentóque temporis paſſerum more perficit.

CÆSAR.

ET ſanè tam longis cruribus commodior vnus ſubſidentium videbatur. Itaque citò perficiũt: *ἐπιπηδῶν inſiliens*. Theodorus amplificat hiſtoriam cùm dicit, *& quæ ita coëunt συνάγονται* ſicut *συνιέναι*.

XVIII. ARISTOTELES.

ΤΩ͂Ν δὲ τετραπόδων, αἱ ἄρκτοι, παρακεκλιμέναι τὸν αὐτὸν τρόπον, ὅνπερ καὶ τὰ ἄλλα ἐπὶ τῶν ποδῶν ποιοῦνται τὴν ὀχείαν, πρὸς τὰ πρανῆ τῶν θηλειῶν τὰ ὕπτια τῶν ἀῤῥένων.

EX quadrupedibus vrſæ decumbentes, eodem genere coitus vtuntur, quo aliæ ſtantes: admiſſo maris ventre in tergum ſuum.

CAESAR.

VT aues illæ conſidentes: ſic inter quadrupedes vrſæ: vt quadrupedes ſtantes, ſic grues in genere auium. Plinius tamen non vulgari quadrupedum more vrſos coire ait, ſed humanitùs ſtratos, ambóſque cubantes & complexos.
Παρακεκλιμέναι, Theodorus, *demiſſis cruribus*. Nos ſecuti ſumus veſtigia priſca Latinitatis. In triclinio acumbebant, & decumbebant in lecto: *κλίνη, κλίνειν*.

XIX. ARISTOTELES.

ΟΙ' δὲ χερσαῖοι ἐχῖνοι, ὀρθοὶ τὰ ὕπτια πρὸς ἄλληλα ἔχοντες.

ERinacei recti, ventribus commiſſis.

CAESAR.

ΟΡθοί, *erecti*, *bipedes*: τὰ ὕπτια καὶ πρανῆ, more meo *dorſo* aut *tergo* aut *ventre* interpretatus ſum: etiam reclamante Galeno, qui ſupinam manum facit, cùm vult manum inuerti, vt palma ſuperior ſit. Ergo ea pars non eſt ſupina, ſed fit.

XX. ARISTOTELES.

ΤΩ͂Ν δὲ ζωοτόκων καὶ μεγέθη ἐχόντων, οὔτε τοὺς ἄῤῥενας ἐλάφους αἱ θήλειαι ὑπομένουσιν, εἰ μὴ ὀλιγάκις οὔτε τοὺς ταύρους αἱ βόες, διὰ τὴν τοῦ αἰδοίου συντονίαν, ἀλλ' ὑπάγουσαι τὰ θήλεα δέχονται τὴν γονήν. καὶ γὰρ ἐπὶ τῶν ἐλάφων ὦπται τοῦτο συμβαῖνον, τῶν γε τιθασσῶν.

INter ea quæ animal pariunt, & grandiora ſunt: neque cerua cerui initum niſi perrarò ſuſtinent: neque tauros vaccæ propter veretri rigiditatem, ſed cedendo excipiunt fœmina genituram. Quod certè in ceruis cicuribus obſeruatum eſt.

CAESAR.

CÆSAR.

NVNC non à ſitu corporis, ſed alia cauſſa detexit hiſtoriam. At quare addidit duas differentias, magnitudinis & ζωοτοκίας? ſine his enim potuit adferre exempla. An quaſi eorum circumſcriptiones attulerit, non autem quaſi hæc affectio in alijs quoque inueniatur? Etiam cameli habent genitale contentiſſimum. Sed & viuerræ inter minores oſſeum. Itaque de his ſtatim hîc debuit dicere. Atque in vaccis quidem facile fuit obſeruare. At in ceruis cùm poſſit dubitari, addidit, πειρασθεῖν.

Nota duo verba αἰσθητα: ὑπομένουσι, ὑπάγοντα: ſubtrahunt enim ſeſe ceruæ ac vaccæ: quorum neutrum expreſſit Theodorus. Nam οὐχ ὑπομένουσι *non patiuntur* malè: immo verò patiuntur, ſed non ſuſtinent, non morantur. Patior ego ab onere iniuſto, & tamen non ſuſtineo. Ὑπάγοντα autem *clunibus ſubſidentibus*: immo ſubtrahentes ſeſe à coïtu, & ambulando excipiunt: συντονίαν, cùm dixit *rigorem*: ambiguo verbo vſus eſt: rigiditas tantùm contentionem ſignificat: rigor autem etiam frigus: itaque more ſuo largus verborum addidit *tentiginem*. Et videbatur aptiſſimum verbum in hoc negotio vſitatum. Sed non idem eſt. Tentigo enim non eſt illa æqualis rigiditas: ſed motus vehemens ille (honor ſit auribus) quo ſubſaltim ſubſilit genitale, ante coïtum, fluctuante intus flatu, ac ſemine efferueſcente.

XXI. ARISTOTELES.

Λύκος δὲ ὀχεύει τὸν αὐτὸν τρόπον ὥσπερ κύων.

Eodémque quo canes modo, coëunt lupi.

CAESAR.

NOn propoſuit hiſtoriam de canibus, qua lupi naturam declararet: ſed quia erat notiſſima retulit, atque illum comparauit.

XXII. ARISTOTELES.

Οἱ δὲ αἴλουροι, οὐκ ὄπισθεν συνιόντες, ἀλλ' ὁ μὲν, ὀρθὸς, ἡ δὲ θήλεια, ὑποτιθεῖσα ἑαυτήν. εἰσὶ δὲ τῇ φύσει αἱ θήλειαι ἀφροδισιαστικαὶ, καὶ προσάγονται τοὺς ἄρρενας εἰς τὰς ὀχείας, καὶ συνοῦσαι κολάζουσιν.

Feles à tergo non ineunt, ſed mari ſtanti ſubſternit ſe fœmina. Sunt ſanè hoc in genere natura ſalaces ipſa: adducúntque mares ad coïtum, eóſque etiam congregatæ laceſſunt.

CAESAR.

ὌΠΙΣΘΕΝ, *parte poſteriore* Theodorus: immo ea parte coëunt. Sed Philoſophus dixit non hærere tergo marem: ſed ſtantem inire fœminam ſubſtratam. Ita loquitur Catullus in *nuptijs Pelei & Thetidis: ſubſtrauit ſe impia nato.*

Προσάγονται, *alliciunt*: nimis molliter loquutus eſt Theodorus. Nam προσάγονται verbum eſt imperioſum, irritatam felem libidine ſignificans: fortaſſe aliquis iudicij acrioris legat προσάγονται: eſt enim verbum ad hanc rem aptiſſimum: *proagogia* apud Tranquillum.

Συνοῦσαι κολάζουσι non coëuntes; quid enim facerent cùm ineuntur: ſed conuentu facto: quod & veriſsimum eſt. Februario menſe egreſſæ conueniunt: maréſque è longinquo euocatos laceſſunt, quo verbo & κολάζουσι expreſsimus, & prouocationem conſignificauimus. Sed non minore iudicio inſpiciendum eſt, an legamus κολακεύουσι. Obuerſantes enim in tegulis, ſeſéque in canalibus decumbentes obuolutant, caudam iactant, ſupinæ vocem vagientis pŭelluli imitantur, ſaliunt, aſsiliunt, reſiliunt.

XXIII. ARISTOTELES.

Αἱ δὲ κάμηλοι ὀχεύονται, τῆς θηλείας καθημένης· περιβεβηκὼς δὲ ὁ ἄῤῥην ὀχεύει οὐκ ἀντίπυγος, ἀλλὰ καθάπερ καὶ τὰ ἄλλα τετράποδα· καὶ διημερεύει τὸ μὲν, ὀχεῦον, τὸ δ᾽, ὀχευόμενον. ἀποχωροῦσι δὲ εἰς ἐρημίαν, ὅταν ποιῶνται τὴν ὀχείαν, καὶ οὐκ ἔστι πλησιάσαι, ἀλλ᾽ ἢ τῷ βόσκοντι. τὸ δὲ αἰδοῖον ἔχει ὁ κάμηλος νευρῶδες οὕτως, ὥστε καὶ νευρὰν ἐκ τούτου ποιεῖσθαι τοῖς τόξοις.

Camelus mas fœminam decumbentem complexus init non auerſus, ſed more cæterarum quadrupedum: totámque diem vterque tranſigit cõcubitu: per tempus ſecedunt in ſolitudines. Neque licet cuipiam interuenire niſi armentario. Cameli genitale eiuſmodi nerui natura conſtat, vt etiam ad arcus vſum pro funiculo interpolent.

CÆSAR.

CVM eſſet ὀπισθουρητικὸς, putaret quiſpiam Leonum more coïre auerſum marem. Itaque oſtendit quomodo: ſed hæc pars commodiùs adnexa fuiſſet ſuperiori.

Περιβεβηκὼς: non obambulans: ſed vt Homerus: *καὶ χρύσην ἀμφιβέβηκας*. Ibi commentarij oſtendunt, metaphoram eſſe a feris, non ſolùm quæ catulos obambulant vt tueantur, arceántque venatores vndequaque: ſed etiam complexu foueant.

Dixit ἀντίπυγος: quod ſuprà de vtraque πυγηδόν.

Διημερεύει, *diem abſumit*: διὰ ſignificat tractum tranſmitti, neque fruſtra dixit vtrunque: hoc enim non contingit in cæteris animalibus. Nam à coitu calcibus arcent mares fœminæ multæ, aut dentibus ſtatim: aliæ vltra diem prorogant.

Ἀποχωροῦσι *ſecedunt*: ſic ſeceſſus dicebatur ſtudioſorum, eorumque quos reipub. vel alicuius rei tædium, aut odium cepiſſet.

Οὐκ ἔστι πλησιάσαι. Theodorus addidit *tutò*: commodè ſanè: ſed cùm dicat *licet*: illud intelligitur: nam alicui licet. πλησιάσαι Theod. *accedere*: rectiſſimè. Nam verbum Terentianum plus oblectauit hac in parte.

Nota locutionem αἰδοῖον ἔχει κάμηλος νευρῶδες: aut καμήλου dicendum eſt, aut νευρῶδες. Νευρὰν ſi *neruia* Latinum eſſet aptiſsimè poneretur: Theodorus vt euitaret verbi repetitionem commodiſſimè interpretatus eſt: ſed addidit aduerbium, *fidiſſimè*, ambitioſum. Tum autem cùm dicit: *quo arcus fidiſſimè intendatur*: nimis laxe loquitur. Nam arcus Scythici, Thraces, Perſæ, & Rhodij, ex neruo & cornu fiunt. Itaque poſsis aliam partem, quam eam quæ pro funiculo eſt intelligere. Etiam manus intendunt arcum. Malè autem hic hanc deſcripſit partem, quæ prioribus libris ſuo debebatur loco.

Καθημένης: *ſedente* dixit Theodorus. At camelus ſedere quidem non poteſt: neque ſi poſſet, poſſet iniri. Sed genua ſubmittit, & clunes obuertit: contrà etiam quàm Theodorus vertit: itaque tunc, tametſi ὀπισθουρητικὸς eſt: tamen poteſt aliarum quadrupedum more inire. Quaſi enim ad perpendiculum immittit.

XXIV. ARISTOTELES.

Οἱ δ᾽ ἐλέφαντες, ὀχεύονται μὲν ἐν ταῖς ἐρημίαις, μάλιστα δὲ περὶ τοὺς ποταμοὺς, καὶ οὐ διατρίβειν εἰώθασιν. ὀχεύεται μὲν ἡ θήλεια συγκαθίσασα καὶ διαβαίνουσα· ὁ δὲ ἄῤῥην, ἐπαναβαίνων ὀχεύει.

Elephanti quoque deſerta loca petunt, vbi coëant: inprimis ſecundùm flumina, quibus ſanè in locis verſari conſueuêre: fœminam ſummiſsis clunibus & diſcedentem mas ſuperinit.

CAESAR.

LOCORVM ſolitudo attraxit hiſtoriam elephantis: περὶ τοὺς ποταμοὺς, καὶ οὐ τρίβειν εἰώθασιν: ſic ſcriptum eſt in meo exemplari: vbi mendum eſt apertiſsimum: negandi aduerbium pro loci relatiuo: quare ſcribendum eſt οὗ: ſed alterum mendum nobilibus ingenijs reſeruatum: inuerſæ enim ſunt voces καὶ οὗ: ſcribe οὗ καὶ: ideſt *ſecundùm flumina, quibus etiam locis*, &c. maximè enim paſcuntur propter amnes: ita expoſitio erit.

Συγκαθιεῖσα: *ſubſidit* Theodorus: malè: ſed *ſubmittens*: *καθίεμαι*, *demitto.* Id fécit, quoniam elephantis venter grandiſſima mole eſt. Itaque natura breuia fecit ei crura poſteriora. Διαβαίνουσα Theodorus, *ſubmiſſis inſiſtit pedibus*: immò verò ambulat: ſicut & vaccas diximus: itaque non dixit ἐπαναβᾶσα, ſed ἐπαναβαίνουσα.

XXV. ARISTOTELES.

Ὀχεύεται δὲ καὶ ἡ φώκη, καθάπερ καὶ τὰ ὀπισθουρητικὰ τῶν ζῴων, καὶ συνέχονται ἐν τῇ ὀχείᾳ πολὺν χρόνον, ὥσπερ καὶ αἱ κύνες. ἔχουσι δὲ τὸ αἰδοῖον μέγα οἱ ἄρρενες.

Coït vitulus marinus ſicut ea quæ retrò vrinam reddunt, hærentque diu canum more: grande eſt maribus genitale.

CÆSAR.

Dvplex eſt propoſitio, & duas habet cauſſas: coït auerſus mas, quia eſt ὀπισθουρητικός: diu hæret, quia prægrandi eſt genitali & nodoſo, vt canis.

Vides hunc diſcurſum vellicatim à Philoſopho factum: poteris ſic diſtinguere, & ordinare vt ſuprà: & vnicuique ordini reddere ſpecies, & exceptiones. *Hîc hanc partitionem deeſſe nemo non videt: à ſuperioribus tamen vbi animalium & partes, & differentiæ ponuntur, facilè peti poteſt. Atque vtinam multa quæ in hoc opere deſiderantur, tam commodè ſarciri poſſent.*

Συνέχονται Theodorus: *ligati cohærent.* Nemo tamen dixerit eos ligatos.

CAPVT TERTIVM.

Quadrupedum ouipararum coïtus.

XXVI. ARISTOTELES.

Τὸν αὐτὸν δὲ τρόπον, καὶ τῶν πεζῶν τὰ τετράποδα καὶ ᾠοτόκα ποιεῖται τὴν ὀχείαν· τὰ μὲν γὰρ, ἐπιβαίνοντα, καθάπερ τὰ ζῳοτόκα, οἷον χελώνη καὶ ἡ θαλαττία καὶ ἡ χερσαία. ἔχουσι δέ τι εἰς ὃ οἱ πόροι συνάπτουσιν, καὶ ᾧ ἐν τῇ ὀχείᾳ πλησιάζουσιν, οἷον τρυγόνες καὶ βάτραχοι, καὶ πᾶν τὸ τοιοῦτον γένος.

Qvibvs ſolum per terram motus datus eſt, quadrupedes ouiparæ ſimili modo coëunt: quædam enim initu eorum more quæ animal pariunt, vt teſtudo tum marina, tum terreſtris. Habent etiam quo meatus coaptari poſſint: & quo inter coëundum cohæreant: vt paſtinaca, & rana, & reliqua genera eiuſmodi.

CAESAR.

Nvnc alio Capite recenſet coïtum ouiparorum: in quo non ſibi conſtat. Nam cùm πεζὰ tractet, non eſt veritus marina miſcere: ſed priore loco propter communem naturam vtriuſque teſtudinis. Iterum propter ſimilitudinem paſtinacę cum rana: at rana ambiguum eſt animal.

Συνάπτουσι *apponunt*, *coaptantur.* Theodorus nimis leuiter, *contingant*: inſeruntur enim: ideſt hîc συνάπτουσι. Itaque addidit alio caſu, ᾧ πλησιάζουσι, inſtrumentum. Non poſuit nomen quia non ſunt ὄργανα γεννητικά, vt ſuperiora quæ dicebat.

CAPVT

CAPVT QVARTVM.

Serpentum, murænarũ & lacertarum coïtus.

XXVII. ARISTOTELES.

ΤΑ' δὲ ἄποδα καὶ μακρὰ τῶν ζῴων, οἷον ὄφεις τε καὶ μύραινα, περιπλεκόμενοι τοῖς ὑπτίοις πρὸς τὰ ὕπτια. οὕτω δὲ σφόδρα οἱ ὄφεις περιελίττονται ἀλλήλοις, ὥστε δοκεῖν ἑνὸς ὄφεως δικεφάλου εἶναι τὸ σῶμα ἅπαν.

QVAE pedibus carent & longa ſunt animalia, vt ſerpens, & muræna, circumplexa auerſis ventribus: adeóque ſerpentes conuoluuntur inter ſe, vt vnius ſerpentis biceps corpus totum videatur.

C Æ S A R.

TERTIVM genus τῶν πεζῶν: cui etiam imprudenter admiſcuit murænam: ſed id fecit quia in ſiccum creditur exire, atque ſerpentem allicere ad coïtum: quod tamẽ quotidiano experimento falſum eſſe deprehenditur. Eſt enim in hoc genere mas myris, cum quo ad ſobolis procreationem fœminam murænam rem habere pro comperto habetur.

Dixit ἄποδα: & addidit μακρά: non quòd ea differentia excluderet aliud quoddam genus. Nam ſoli τῶν ἀναίμων πεζῶν ἄποδα ſunt ſerpentes: ſed vt oſtenderet quaſi cauſſam complexus illius.

Ἀλλήλοις, *ſibiipſa* Theodorus: immò vtraque alteri, non *ſibi*, ſed *inter ſe*.

XXVIII. ARISTOTELES.

ΤΟ'ν αὐτὸν δὲ τρόπον καὶ τὸ τῶν σαύρων γένος. ὁμοίαν γὰρ τῇ περιπλοκῇ ποιοῦνται τὴν ὀχείαν.

LAcertarum generi in coëundo modus idem, ſimiliſque circumplicatio.

C AE S A R.

CAudas intellige: quia parte illa ſimiles ſunt. Nam brachijs & cruribus conſertis duo videntur cauda vnica. Itaque ſuprà dixit ἅπαν σῶμα: hîc autem non ἅπαν.

CAPVT QVINTVM.

Piſcium coïtus.

XXIX. ARISTOTELES.

ΟΙ δὲ ἰχθύες πάντες, ἔξω τῶν πλατέων σελαχῶν, παραπίπτοντες τὰ ὕπτια πρὸς τὰ ὕπτια, ποιοῦνται τὸν συνδυασμόν.

PIſces autem omnes præter latos cartilagineos, admotis inter ſe ventribus peragunt rem.

CAESAR.

CAESAR.

HOc Caput ad piſces ducit orationem: dixit περιπίπτοντες potiùs προσπίπτοντες. Ita alibi παραπίπτοντα: & ἐπιπίπτοντα: omnia in hac ſignificatione: ſed προσπίπτοντα, & ἐπιπίπτοντα rectè: demittunt enim ſeſe mares, & quaſi cadunt. Item piſces παραπίπτοντα, *allabantes*. Item περιπίπτοντα ſicut περιπλεκόμενοι.

Ποιοῦνται τὸν συνδυασμόν: non ſpotes commodo verbo Latinè dicere: vt etiam Theodorus diſtraxerit. Namque dixit *copulantur* malè: nihil copulatur in piſcibus quibus meatus parui ſunt.

XXX. ARISTOTELES.

ΤΑ' δὲ πλατέα καὶ κερκοφόρα, οἷον βάτος καὶ τρυγὼν, καὶ τὰ τοιαῦτα, οὐ μόνον παραπίπτοντα, ἀλλὰ καὶ ἐπιπίπτοντα τοῖς ὑπτίοις ἐπὶ τὰ πρανῆ τῶν θηλειῶν, ὅσοις αὖ μὴ ἐμποδίζῃ τὸ οὐραῖον, οὐδὲν ἔχον πάχος. αἱ δὲ ῥῖναι, καὶ ὅσοις τῶν τοιούτων πολὺ τὸ οὐραῖον, παρατριβόμενα μόνον ὀχεύονται τὰ ὕπτια πρὸς τὰ ὕπτια.

AT lati caudati, vt raia, paſtinaca, & alia talis, non ſolùm mutuo admotu, ſed etiam ineunte à tergo mare fœminam, quibus ſcilicet, grandior cauda impedimento non eſt. At quibus eſt, vt ſquatinæ, attritu perficiunt, ventribus inter ſe commiſſis.

CAESAR.

LAti piſces aut cartilaginei ſunt, aut non. Qui non ſunt omnes admotis ventribus coëunt. At cartilaginei non omnes: reddit cauſſam. Caudã grandem impedire & ponit exemplum ſquatinarum. Itaque partitus eſt in caudam grãdem & non grandem. Itaque dixit non ſolùm ventrium commiſſione: hoc eſt, in ijs qui minorem caudam habent: ſed etiam recepto à tergo mare: hoc eſt in ijs qui pergrandem caudam trahunt.

Τὰ τοιαῦτα: contempſit noſtram interpretationem vir quidam doctus tanquam vulgarem, qui dixerim. *Et alia talia*. At Salluſtij eſt ſtructura & verba.

Orationem illam longam repetitam, καὶ ὅσοις τῶν τοιούτων πολὺ τὸ οὐραῖον aſtrinximus nos ad caſtitatem Latinam, Catulli exemplo, qui in Scazonte pulcherrimo ſic ſcripſit:

--- quibus eſt.

Cordi Catullum lædere: & quibus non eſt.

Duo errores erant in Codice noſtro κερκοφόρα, pro κερκοφόρα: & πάθος, pro πάχος.

Neſcio verò an meliùs dixiſſet τὸ πλάτυ: latiores enim ſunt caudæ, quàm craſſiores: & paſſeres ventribus aduerſis coëunt, quibus cauda eſt: quæ cùm non ſit craſſa, ſed lata, hoc non illud in cauſſa dicas, quominus auerſæ fœminæ mares aduerſi naturam non queant attingere.

XXXI. ARISTOTELES.

ΕΙ'σὶ δέ τινες οἳ ἑωρακέναι φασὶ καὶ ὄπισθεν συνεχόμενα τῶν σελαχῶν ἔνια, ὥσπερ τοὺς κύνας φασίν.

SVnt qui dicant ſeſe animaduertiſſe cartilaginea quædam quæ aduerſa inter ſe, canum more, cohærerent.

CAESAR.

INVERSIS ſcilicet caudis, ita vt earum oræ ad perpendiculum nonnihil vergant, poſſunt facile coire.

Theodorus addidit *terreſtrium*: ad differentiam canicularum marinarum. Quoniam cartilaginei generis ſunt, & fortaſſe ipſæ illæ quæ hoc coëunt modo.

XXXII. ARISTOTELES.

ΕΣτι δ' ἐν πᾶσι τοῖς σελαχώδεσι μείζων ὁ θῆλυς τοῦ ἄρρενος. σχεδὸν δὲ καὶ ἐν τοῖς ἄλλοις ἰχθύσι τὰ θήλεα μείζω τῶν ἀρρένων.

CArtilagineæ fœminæ grandiores ſunt quàm mares: id quod fere in cæteris piſcibus euenit.

CAESAR.

CAESAR.

HÆc pars in fine libri præcedentis dicta eſt. Et hîc ſine neceſſitate repetita: niſi quòd hîc addit: σελάχη ad ἰχθῦς: ibique debuit addere.

XXXIII. ARISTOTELES.

Σελάχη δέ ἐστι τά τε εἰρημένα, καὶ βοῦς, καὶ λάμια, καὶ αἰετὸς, καὶ νάρκη, καὶ βάτραχος, καὶ πάντα τὰ γαλεώδη.

POrrò cartilaginei ſunt tum hi, tum bos, lamia, aquila, torpedo, & muſtellina genera omnia.

CAESAR.

HOc quoque commodiùs feciſſet ſi alibi poſuiſſet: diuideret genera: cetacea, cartilaginea, molluſca, oſtracea, cruſtata, piſces. Declaráſſet eorum nomina & ſpecies. σελάχη quare appellentur nuſquam nos docuit qui eſſet primus autor nominis: redderet rationem quare ἰχθύσι nomen aquatilibus tantùm certis aſcripſiſſet. Nam quis eſt qui non rideat, è piſcibus fieri quædam cetacea, & è molluſcis polypum? quare affectio ſit non genus? præterea plus intereſſe putauit inter ſepiam & mugilem: quoniam ſanguine carere illam diceret, hunc præditum eſſe: quàm inter ſepiam & apem: quorum vtrunque tamen ἄναιμοι facit. Cùm ſecta ſepia nihil exit coloratum; omitto atramentum, excrementum enim eſt: neque in corpore, ſed in corporis alueo continetur: & apis attrita emittat ſanguinis ſpeciem. At ſanè mugilis ſuccus, ſanguis non eſt, ſi eius pulpa caro non eſt: neque ſpina os. Quare vt analogum eſt hoc in mugile, ita analogum in muſca ſit.

Dixit γαλεώδη: quia cum raiæ natura multæ earum ſpecies confuſæ ſunt.

XXXIV. ARISTOTELES.

ΤΑ` μὲν οὖν σελάχη πάντα τεθεώρηται μᾶλλον ὑπὸ πολλῶν τούτους ποιούμενα τοὺς τρόπους τῆς ὀχείας.

OMnes igitur cartilaginei deprehenſi ſunt à multis his coëuntes modis.

CAESAR.

PRobat à teſtibus hiſtoriam, & dixit *omnes* in genere: & dixit *à multis* vt accipiatur vniuerſaliter. Quod enim ſæpe in natura fit, naturale eſt.

XXXV. ARISTOTELES.

ΧΡονιωτέρα γὰρ ἡ συμπλοκὴ πάντων τῶν ζωοτόκων, ἢ τῶν ᾠοτόκων.

DIuturnior enim complexus eorum omnium quæ animal, quàm quæ ouum pariunt.

CAESAR.

PVlcherrima reſponſio ad obiectionem. An, inquient, tantùm cuipiam vacauit: aut tam quiſpiam celeri ſenſu fuit: vt hoc obſeruare poſſet? omiſit minorem propoſitionem huius demonſtrationis: hoc apoteleſma reſpondet inferiori quod habetur numero XL. huius Capitis.

XXXVI. ARISTOTELES.

ΚΑὶ δελφῖνες δὲ, καὶ πάντα τὰ κητώδη, τὸν αὐτὸν τρόπον. παραπίπτοντα γὰρ ὀχεύει παρὰ τὴν θήλειαν τὸ ἄρρεν, καὶ χρόνον οὔτε ὀλίγον, οὔτε λίαν πολύν.

DElphini quoque & omnia cetacea eodem modo admota inter ſe, neque parum, neque multum temporis ponunt.

CAESAR.

NON fruſtra hoc dicit: quoniam, cùm animal pariant, multum debent ponere temporis, cùm ſint aquatilia parum. Itaque addidit, *valde*. Cantabri, cùm hæc ſcribebamus, narrârunt nobis, balænam, earum enim apud eos menſe Maio magna captura, à ſe viſam ſæpè inuerſam ſupinam, marem excipere & hominum more coire.

Theodorus: *planis admotis partibus*: ſcitè admodum: oſtendit enim commoditatem cohæſionis: recta enim linea, rectam pluribus tangit partibus quàm curuam.

XXXVII. ARISTOTELES.

Διαφέρουσι δ' ἔνιοι τῶν σελαχωδῶν ἰχθύων οἱ ἄῤῥενες τῶν θηλειῶν, τῷ τοὺς μὲν ἔχειν ἀποκρεμάμενα ἄττα δύο περὶ τὴν ἔξοδον τῆς περιττώσεως, τὰς δὲ θηλείας ταῦτα μὴ ἔχειν· οἷον ἐν τοῖς γαλεώδεσιν. ἐπὶ γὰρ τούτων ὑπάρχει πάντων τὸ εἰρημένον.

Cartilaginei nonnulli mares, duo quædam appenſa habent ad exitum excrementorum: quibus à fœminis quòd ea his careant, diſtinguntur. Patet hoc in muſtellarum generibus, quorum nulli, ea deſunt.

CEASAR.

MIRA breuitas: ſed & ſic aſtringas. Omnes muſtellini mares ea appenſa habent: fœminæ non habent: nullæ fœminæ aliorum; nonnulli mares.

XXXVIII. ARISTOTELES.

Ὄρχεις μὲν οὖν οὔτε ἰχθὺς, οὔτε ἄλλο τῶν ἀπόδων, ἔχει οὐθέν· πόρους δὲ δύο καὶ οἱ ὄφεις καὶ οἱ ἰχθύες οἱ ἄῤῥενες ἔχουσιν, οἳ γίνονται καὶ θοροῦ πλήρεις περὶ τὴν τῆς ὀχείας ὥραν, καὶ προΐενται ὑγρότητα γαλακτώδη πάντες. οὗτοι δ' οἱ πόροι εἰς ἓν συνάπτουσιν, ὥσπερ καὶ τοῖς ὄρνισιν. οἱ γὰρ ὄρνιθες ἐντὸς ἔχουσι τοὺς ὄρχεις, καὶ τὰ ἄλλα πάντα, ὅσα ᾠοτοκεῖ πόδας ἔχοντα. τοῦτο δὲ συμπεραίνει καὶ ἐπεκτείνεται εἰς τὴν τῆς θηλείας χώραν καὶ ὑποδοχήν.

Teſtes igitur neque piſcis, neque aliud quippiam pedibus carens habet: meatus tantùm duos, tum ſerpentes, tum piſces mares: qui genitali ſucco tempore coitus implentur, omnéſque lacteum humorem emittunt. Porrò horum vterque in vnum coëunt, quemadmodum etiam auibus. Aues nanque intus teſtes habent, cæteraq́ omnia & quæ ouum pariũt & pedibus prædita ſunt. Illud igitur prodit, & extenditur, atque excipitur in fœmellæ locum.

CAESAR.

SVO loco hoc idem dixit: ſed hîc repetit, quoniam ſunt membra operæ quam hîc tractat. Tota illa verba: οἱ γὰρ ὄρνιθες ἐντὸς ἔχουσι τοὺς ὄρχεις, καὶ τ' ἄλλα πάντα, ὅσα ᾠοτοκεῖ πόδας ἔχοντα, & alibi dicta ſunt, & hîc impediunt tractum orationis, & nihil faciunt: cùm de teſtibus non agit, ſed de meatibus.

Τοῦτο δὲ. Illud vnum, ſcilicet, in quod coëunt meatus. Theodorus addidit, *caput*. At Ariſtoteles non eſt auſus dare nomen. *Tubum* potiùs dicas, quàm *caput*.

XXXIX. ARISTOTELES.

Ἔστι δὲ τοῖς μὲν ζωοτόκοις καὶ πεζοῖς ὁ αὐτὸς πόρος τοῦ σπέρματος, καὶ τῆς ὑγρᾶς περιττώσεως ἔξωθεν· ἔσωθεν δὲ, ἕτερος πόρος, ὥσπερ ἐλέχθη πρότερον ἐν τῇ διαφορᾷ τῇ τῶν μορίων. τοῖς δὲ μὴ ἔχουσι κύστιν, ὁ αὐτὸς καὶ τῆς ξηρᾶς περιττώσεως πόρος, ἔξωθεν· ἔσωθεν δὲ, σύνεγγυς ἀλλήλων. ὁμοίως δὲ ταῦτα ἔχει τοῖς θήλεσιν αὐτῶν καὶ τοῖς ἄῤῥεσιν. οὐ γὰρ ἔχουσι κύστιν, πλὴν χελώνης. τούτων δὲ ἡ θήλεια ἕνα πόρον ἔχει, καίτοι κύστιν ἔχουσα· αἱ χελῶναι δὲ, τῶν ᾠοτοκούντων εἰσίν.

Eſt autem pedeſtribus quæ animal pariunt, idem & genituræ & humidi excrementi meatus exterior: intus autem diuerſus; quemadmodum ſuprà diximus in partium differentijs. At quæ veſicam non habent, idem etiam ſicci excrementi ductus eſt exterior: interiores enim proximi inter ſe ſunt. Neque mas & fœmina eo inter ſe differunt: carẽt enim veſica; niſi teſtudo: at hoc in genere fœminæ ſingularis meatus eſt, licet veſicam habeat. Et tamen teſtudines ſunt ex ouiparis.

CÆSAR.

REPETITA & hæc ſunt: ſed mira oratio. πεζὰ καὶ ζωοτόκα, habent diſcretos meatus ad vrinam & genituram: interiores duo: extrà autem vnũ vtrique officio communem. Quæ autem veſicam non habent, non ſolùm ſeminis & vrinæ, ſed etiam ſicci excrementi vnum tantum extrà, intus autem diſcretos.

Nota breuitatem καὶ τῆς ξηρᾶς: id eſt, non ſolùm humidi dixit, quæ veſicam non habent, vt comprehenderet, tam πεζὰ, quàm ἁπλῶς τὰ ᾠοτόκα: nam ſuprà addidit differentiam πεζῶν ad ζωοτόκα propter σελάχη: ſed ſi excipis viperam, quoniam ἐν αὐτῇ οὐ ζωοτοκεῖ, non poſuerit eam differentiam propter σελάχη, ſed propter delphinum.

Nota & illam breuitatem. Ἔσωθεν δὲ σύνεγγυς ἀλλήλων. Ergo ſupponit eſſe diuerſos. Nam quæ oratio: vnus extrà, intus vicini: oportet priùs dicere, intus diuerſi & vicini, ſicut ſuprà ἔσωθεν δ' ἕτερος πόρος.

Πόρον etiam *ductum* interpretati ſumus, vt aquæductum dicimus. Etiam canalem & tubum ſicut alibi diximus ex Vitruuio & Frontino.

Ἡ δὲ τῶν ᾠοτοκούντων: ponit ſimilitudinem in ſexu, & differentiam in genere. Quoniam teſtudo & ouipara eſt, & veſicam habet, & vnum tantùm meatum. Ergo ab illis differt per veſicam, ab his per meatum.

XL. ARISTOTELES.

Ἡ δὲ τῶν ᾠοτοκούντων ἰχθύων ὀχεία, ἧττον γίνεται καταδήλος. διόπερ οἱ πλεῖστοι νομίζουσι πληροῦσθαι τὰ θήλεα τῶν ἀρρένων ἀνακάπτοντα τὸν θορόν. τοῦτο γὰρ πολλάκις ὁρᾶται γινόμενον. περὶ γὰρ τὴν τῆς ὀχείας ὥραν, αἱ θήλειαι τοῖς ἄρρεσιν ἑπόμεναι, τοῦτο δρῶσι, καὶ κόπτουσιν ὑπὸ τὴν γαστέρα τοῖς στόμασιν· οἱ δὲ θᾶττον προΐενται, καὶ μᾶλλον.

AT piſcium ouiparorum coïtus incertior eſt. Quo factum eſt vt crediderint plurimi fœminas impleri deuorata marium genitura. Id enim euenit ſæpenumero vt videretur. Coïtus nanque tempore fœminæ ſequutæ maſculos hoc agunt: oréque eorum ventres ſubtus tundunt: atque illi & celeriùs & largiùs profundunt.

CAESAR.

HÆC eſt altera pars reſpondens ſuperiori cùm dicebat ζωοτόκων ἰχθύων coïtum certiorem, propterea quòd plus moræ traherent inter coëundum. Nunc contraria ratione contrarium concludit de ouiparis: incertum eſſe quia penè momentaneum. Quare errorem quorundam proponit. Itaque dixit νομίζουσι, *credunt*. Nam infrà exponet verum coitum.

Nam ſi eſſet verus coïtus, & vorarent vt implerentur. Ergo mares cùm ſequuntur fœminas quarum oua deuorent; faciúntne vt impleantur? Ita hiſtoriam hiſtoria confutat.

Ἀνακάπτοντα carpentes τοῦτο δρῶσι: ideo ἀνακάπτουσι.

Theodorus ἀνακάπτουσι *mordicùs vorant*, ridicule. Nam mordicùs nihil aliud eſt quàm mordentis aduerbium ὀδὰξ: dentibus pertinaciter inhærere: omnino qui mordet non deuorat: qui mandit non poteſt non mordere. At qui deuorat, neque mandit, neque mordet. Neque oua ea ſunt aut magnitudine aut connexione conſtantia, vt mandi debeant. Et piſces ſi quid puſilli nacti ſunt, dentibus non vtuntur: ſed deglutiunt integrum. Nam piſcibus dentes ſunt dati non ad mandendum, ſed ad lacerandum.

XLI. ARISTOTELES.

Κατὰ δὲ τὸν τόκον, οἱ ἄρρενες τοῖς θήλεσιν ἀποτικτούσαις ἀνακάπτουσι τὰ ᾠά· ἐκ δὲ τῶν περιλειπομένων, γίνονται οἱ ἰχθύες.

PArtus autem tempore mares fœminas ſequentes fœtarum oua edita carpunt. Nam piſces ex ijs quæ reliqua ſunt, generantur.

CAESAR.

C Æ S A R.

DICIT piſces generari ex reliquis, non quòd hæc hiſtoria huc pertineat neceſſariò. Sed quia videretur falſa narratio. Nam ſi mares piſces deuorant, ergo vnde ſoboles? è reliquijs inquit: ac ſanè ſi vnius modo piſcis oua omnia perficerentur plus eſſet piſcium quàm Oceani. Hoc autem nihil mirum. Nam & fœminæ canes & mares iungunt inter ſe genitalia: & canes vidimus & ſcrophas fœtus ſuos deuorantes. Et gallinaceos oua abſumentes. Et in multis animalium generibus natos fœtus interficiunt mares, vt fœminæ ad coïtum reuertantur.

XLII. ARISTOTELES.

Περὶ δὲ τὴν Φοινίκην, καὶ θήραν ποιοῦνται δι' ἀλλήλων. ἄρρενας μὲν γὰρ ὑπάγοντες κεστρέας, τὰς θηλείας περιβάλλονται συνάγοντες· θηλείας δὲ, τοὺς ἄρρενας. τοῦτο μὲν οὖν, διὰ τὸ πολλάκις ὁρᾶσθαι, τὴν δόξαν ἐποίησε τῆς ὀχείας ταύτης.

Circa Phœnicem inſtituunt venationem alterno ſexu. Nam ſubductis maribus fœminarum greges & oſtenſa fœmina mares circumretiunt. Quare cùm ſæpe id ſit animaduerſum, fecit opinionem eiuſce coïtus generis.

C Æ S A R.

ATteſtimonio adhuc inſtat: quam hiſtoriam cùm non fortuitam ſed ordinariam dicat, ſanè efficaciter probare poteſt. Oratio Philoſophi breuiſſima eſt θήραν ποιοῦνται δι' ἀλλήλων. Theodorus nitidiorem fecit.

Ὑπάγοντες, altera breuitas. Ergo priùs περιάγοντες: poſteà ὑπάγοντες. Ita ſequuntur fœminæ: *συνάγοντες congregatas.*

Περιβάλλονται *obretiuntur* Theodorus, optimè, & commentarij vice functus eſt: cùm τοῦτο μὲν interpretatus eſt ſic: *& deuoratio illa ſeminis genitalis.*

XLIII. ARISTOTELES.

Ποιεῖ δὲ τοῦτο καὶ τὰ τετράποδα τῶν ζῴων. περὶ γὰρ τὴν ὥραν τῆς ὀχείας, ἀπορραίνουσι καὶ τὰ ἄρρενα καὶ τὰ θήλεα, καὶ τῶν ἄρθρων ὀσμῶνται ἀλλήλων.

AT hoc idem faciunt etiam quadrupedes coïtus tempore: maris enim ac fœminæ ab genitalibus diſtillat aliquid, eaſdémque partes inter ſe odorãtur.

C Æ S A R.

INCIPIT infringere eorum opinionem. Nam ſi id in quadrupedibus: neque tamen ſic concipiant: ne illi quidem ſic concipiunt.

Duo poſuit ſimilia: ſupra περιΐενται: hîc ἀπορραίνουσι: ſuprà κόπτουσι καὶ ἀνακάμπτουσι: hîc ὀσμῶνται: addidiſſet etiam λείχουσι: ſed in omnibus non id fit: non enim vngulatis: dixiſſet de paucis, vt de cane.

Virgilium ſequuti diximus *diſtillat.* Ἀπορραίνουσι: *admotis ad genitalia naribus odorantur.* Theodorus facetus eſt.

Ὀσμῶνται: nam quas putaret, tam neceſſarias voces à Philoſopho omiſſas? ſed Iuriſconſultus in titulo, *ſi quadrupes pauperiem feciſſe dicatur*, verbum ſuum *olfecit*, ſimpliciùs poſuit: vt ne genitalia quidem addiderit: ſed gloſſemati reliquerit exponendum.

Ποιεῖν δόξαν, vides noſtram Latinam locutionem hinc effictam.

XLIV. ARISTOTELES.

Οἱ δὲ πέρδικες, αἱ κατ' ἄνεμον στᾶσαι αἱ θήλειαι τῶν ἀρρένων, ἔγκυοι γίνονται· πολλάκις δὲ καὶ τῆς φωνῆς, ἐὰν ὀργῶσαι τύχωσι, καὶ ὑπερπετομένων, ἐκ τοῦ καταπνεῦσαι τὸν ἀέρα. χάσκει δὲ καὶ ἡ θήλεια καὶ ὁ ἄρρην, καὶ τὴν γλῶτταν ἔξω ἔχουσι περὶ τὴν τῆς ὀχείας ποίησιν.

Perdices quoque fœminæ ex aduerſo mares ſi conſtiterint, ex ea parte vento excepto concipiunt. Sæpe etiam voce duntaxat audita, ſi per id tempus pruriant: etiam ſuperuolantibus illis: propterea quòd aër, eorum ſpiritu, dimitteretur. Hiãt autẽ tum mas, tum fœmina, ac linguam exeunt coeuntes.

CAESAR.

NOn poteſt excuſari, quin antequam à falſa coïtus opinione procedat ad veri coïtus narrationem; non intempeſtiuè hæc interpoſuerit. Niſi dicas hoc hîc ſcribi ad confirmationem ſupradictæ opinionis. Nam ſi vento tantùm ſine ſemine concipiũt perdices, quare non piſces ſemine deuorato? ſed odioſus eſt Philoſophus, qui tam abruptè procedat.

Maius miraculum. Nam odor à vento aliquid faciat ſecum afferens calorem vitalis ſeminis maſculini, & partes ſubtiliſſimas, quarum efficacia concipiant: at vox quid faciat? per quam nihil niſi appulſus quidam eſt: vt ratione ſubſtantiæ nihil agat, pro ratione loci excipientis. Nam ore ventum cùm excipiunt, ſemen dimittitur purius & celerius. At per aures quod ingreditur, multis flexibus fertur & vitiatur.

Hic duo ſunt animaduertenda: primum fundamentum ſententiæ Philoſophi, qui putat ſemen maris non eſſe partem fœtus. Alterum quod in propoſitis quæſtionibus diſputatur: ſi oſcitantem aut mingentem videas, quare idem faciendi impetus te corripit. Memoria, inquit Philoſophus, excitatur à ſenſu: itaque inſtrumenta parent voluntati: voluntas memoriæ, memoria ſenſui. Hoc quidem verum eſt: ſed memoriam non immediatè à ſenſu excitari puto: ſed moueri humores ex æquali portione reſpondente: ſicut chordam intentam in lyra: tange ſolam, nulla alia mouetur, niſi quæ eodem tenore contenta erit. Neque ſolum in eadem lyra, ſed etiam in diuerſa. Ita vidimus promum vinarium cùm in cellam deſcenderet ac vinum educeret, coactum eſſe ſemper vrinam reddere. Sic Regulam vaſconem, audita phorminge qua iſti cæci mendicant, vulgus vaſconicum *ſymphoniam* vocat, coactum etiam inter epulas mingere. Ita ex voce maris mouentur principia generationis in perdice, propter prurilitatem & propulſionem vtriuſque naturæ.

Alium quoque modum ponit in ſuperuolantibus, & reddit cauſſam: itaque facilè eſt fœminæ ore ventum excipere. Nam ſi hoc agunt in coïtu, etiam viſo mari atque appetito agunt. Et ſi mas hiat, poteſt eſſe καταπνεῖν τὸν ἀέρα. Itaque ſi hoc verum eſt, poteſt & id quod de coruis dicitur non eſſe fabuloſum, oſculis concipere non coïtu.

Iucundiſſima locutio notanda: αἱ πέρδικες αἱ θήλειαι τῶν ἀρρένων.

Κατὰ ἄνεμον: *aduerſum ventum:* nos quàm commodiſſimè potuimus & breuiſſimè.

Theodorus malè addidit de ſuo *maritantur.* Nam maritari eſt mari coniũgi: at fœminæ perdices ſine coniunctione implentur.

Ὀργῶσαι τύχωσι: *pruriant.* Theodorus: *geſtiunt* malè, vox nimis communis eſt.

XLV. ARISTOTELES.

Ἡ δ' ἀληθινὴ σύνοδος τῶν ᾠοτόκων ἰχθύων, ὀλιγάκις ὁρᾶται, διὰ τὸ ταχέως ἀπολύεσθαι παραπεσόντας· ἐπεὶ ὦπται καὶ ἡ ἐπὶ τούτων ὀχεία γινομένη τοῦτον τὸν τρόπον.

At verus oniparorum piſcium coïtus, rariùs eſt animaduerſus: propterea quòd congreſſi celeriter dilabuntur. Nam hoc quoque modo coire viſi ſunt.

CAESAR.

IGitur ille ſuperior non eſt verus. Dixit ταχέως ἀπολύεσθαι παραπεσόντας. Theodorus fœliciſſimè, *congreſſionem quam primum digreſſio ſequatur.*

CAPVT

CAPVT SEXTVM.

De Molluſcorum coïtu.

XLVI. ARISTOTELES.

Τὰ δὲ μαλάκια, οἷον αἱ πολύποδες, καὶ σηπίαι καὶ τευθίδες, τὸν αὐτὸν τρόπον πάντα πλησιάζουσιν ἀλλήλοις. κατὰ στόμα γὰρ συμπλέκονται, τὰς πλεκτάνας πρὸς τὰς πλεκτάνας συναρμόττοντες. ὁ μὲν οὖν πολύπους, ὅταν τὴν λεγομένην κεφαλὴν ἐρείσῃ πρὸς τὴν γῆν, καὶ διαπετάσῃ τὰς πλεκτάνας, ἅτερος ἐφαρμόττει ἐπὶ τὸ πέτασμα τῶν πλεκτανῶν, καὶ συνεχεῖς ποιοῦνται τὰς κοτυληδόνας πρὸς ἀλλήλας. φασὶ δέ τινες καὶ τὸν ἄρρενα ἔχειν αἰδοιῶδές τι ἐν μιᾷ τῶν πλεκτανῶν, ἐν ᾗ δύο αἱ μέγισται κοτυληδόνες εἰσίν. εἶναι δὲ τὸ τοιοῦτον, ὥσπερ νευρῶδες, μέχρι εἰς μέσην τὴν πλεκτάνην, προσπεφυκὸς ἅπαν εἰς τὸν μυκτῆρα τῆς θηλείας.

MOLLVSCA eodem modo cocunt, polypus, ſepia, lolligo: os eim ori, acceptabulis acceptabula componunt. Ergo polypus, cùm eo, quod vocant caput, *in terram reclinato, innititur, bracchiáque pandat, alter paſſis item flagellis adaptat ſeſe ita, vt acceptabula inter ſe continnentur. Aiunt nonnulli marem habere nonnihil ſimile genitali in vno ex bracchijs, quod duos maximos ſinus continet: id protendi quaſi neruoſum vſque bracchium, quod nari fœminæ totum inſeratur.*

CAESAR.

NVNC ad molluſca. Ponit primò modum coïtionis. Deinde quorundam opinionẽ qui putârunt in acceptabulo genitale contineri, inſeríque fœminæ naribus. Ergo oportet nares in polypo peruias eſſe.

Dixit λεγομένην κεφαλήν, vt ſuprà: quoniam non videtur caput. Item eodem modo dixit αἰδοιῶδες, quòd non verè ſit genitale: ſaltem non vſitato loco habetur, neque vſitato loco immittitur.

Δύο κοτυληδόνες, ſuprà δικρόαν πλεκτάνην iccircò dicebat.

Verbum συναρμόττειν, *adaptare*: adaptare enim eſt, vt alibi diximus, iungere. Itaque mox declarat. Ἐπὶ τὸ πέτασμα: & πρὸς ἀλλήλας: & συνεχεῖς. Duo verba habemus alterum Plauti in *Aſinaria: componere labella cum labellis.* Alterum Virgilij de Mezentio *componere corpora corporibus, manibus manus.*

Mutila oratio eſt: προσπεφυκὸς ἅπαν: Theodorus, *annecti*: benè: nã eſt πρὸς, non autem εἰς: ſed ſanè inſeri par eſt, non ſolum applicari: genitalis autem id eſt opus cuiuſuis vt inſeratur.

Nota non ſolum νευρῶδες, ſed ὥσπερ. Theodorus, *neruo quaſi conſtare*: non rectè: ſed quaſi neruo: non quaſi conſtare: non tollit conſtitutionem.

XLVII. ARISTOTELES.

Αἱ δὲ σηπίαι καὶ αἱ τευθίδες νέουσιν ἅμα συμπεπλεγμέναι, τὰ στόματα καὶ τὰς πλεκτάνας ἐφαρμόττουσαι καταντικρὺ ἀλλήλοις, νέοντες ἐναντίως. ἐναρμόττουσι δὲ καὶ τὸν καλούμενον μυκτῆρα εἰς τὸν μυκτῆρα. τὴν δὲ νεῦσιν, ἡ μὲν, ἐπὶ τὸ ὄπισθεν, ἡ δὲ, ἐπὶ τὸ στόμα ποιεῖται. ἐντίκτει δὲ κατὰ τὸν φυσητῆρα καλούμενον, καθ' ὃν ἔνιοι καὶ ὀχεύεσθαί φασιν αὐτάς.

Sepia autem & lolligines complexæ, commiſſo inter ſe vtrinque ore & brachijs: contrarijs natatibus ſimul feruntur. Aptant etiam nares naribus. Tum etiã natant nunc prorſum, nunc rurſum. Edunt oua per tubum, quem vocant phyſeterem *Græci, Latini* fiſtulam, *qua parte etiam coïre dicuntur à quibuſdam.*

C AE S A R.

DVPLEX coïtus differentia, polyporũ, & ſepiarum. Nam polypus hæret terræ ſupinus: ſepiæ nare: altera: nares naribus iungunt hæ: polypus nari inſerit τὸ αἰδοιῶδες: vna conuenientia: complexus & aptatio: vna inæqualitas in ipſis ad ſeipſas. Quoniam natatus non ſemper eódem tendit.

Nota multa: νέουσι, νέοντες repetitio. Deinde ἐναρμόττουσαι νέοντες: mutauit genus Atticè: ἅμα; quaſi vinctæ: vt intelligeres par ſtudium vtriuſque: ſic & muſcæ volant.

Nota cùm dixerat: ἐναντίως: & eſſet explicaturus: malè interpoſuit quæ ſequuntur: ἐναρμόττουσι δὲ &c. Nam hæc verba pertinent ad modum complexus: quæ autem ſequuntur: ἤδη νεῦσιν: pertinent ad ἐναντίως.

Τὸ ὄπισθεν oppoſuit τῷ ἐπὶ τὸ στόμα: vt variaret meliùs quæque dixiſſet: ὀχεύεται δὲ κατὰ τὸ φυσητῆρα: ὥσπερ καὶ ἐκτίκτει: ſed contrà fecit: at hîc eſt παράσημον, τὸ τίκτειν: πρόσφοροι autem τὸ ὀχεύεσθαι.

Theodorus non intellexit τὸ ἐναντίως: *natantéſque in aduerſum coëunt.* Nam, aut eſt natantes in aduerſum: hoc falſum eſt. Nam etiam in auerſum: aut coëunt in auerſum: at eſt κατ' ἀντικρύ: & alia multa. Itaque illud quoque malè: natatus alteri retrorſum, alteri anteuerſus in os. Nam ſi vtrique eandem in partem, & os, & cauda obuerſa ſunt. Non poteſt id fieri: nam ſunt συνεχεῖς: τοῦ συνεχοῦς autem vnus eſt motus, vt alibi diſputauimus. Iccirco dixit ἅμα. Itaque non dicit τοῦ μὲν τοῦ δὲ: ſed ὁ μὲν ὁ δέ.

CAPVT SEPTIMVM.

Cruſtaceorum coïtus.

XLVIII. ARISTOTELES.

Τὰ δὲ μαλακόστρακα ὀχεύεται, οἷον κάραβοι, καὶ ἀστακοὶ, καὶ καρίδες, καὶ τὰ τοιαῦτα, ὥσπερ καὶ τὰ ὀπισθουρητικὰ τῶν τετραπόδων, ὅταν ὁ μὲν ὑπτίαν, ὁ δ' ἐπὶ ταύτης ποιήσῃ τὴν κέρκον.

Cruſta contecta & locuſtæ & gammari, & ſquillæ atque eiuſmodi corũ modo coëunt, quæ retrò vrinantium: vt cùm alter ſupinam inuertat caudam, ei ſuam interponat alter.

C AE S A R.

PROPTER caudam impedimentum in σελάχεσι dicebat: hæc eadem hîc cauſſa eſt.

Nota deſperatam locutionem ὁ μὲν ὑπτίαν, ὁ δ' ἐπὶ ταύτην ποιήσῃ τὴν κέρκον. Mas autem hoc in genere duas barbulas habet ad locum excrementi ſub ventre; quibus fœmina caret.

XLIX. ARISTOTELES.

Ὀχεύεται δὲ ἀρχομένου πρὸς τῇ γῇ ἔαρος. ἤδη γὰρ ὦπται ἡ ὀχεία πάντων τῶν τοιούτων. ἐνιαχοῦ δὲ, καὶ ὅταν τὰ σῦκα ἄρξηται πεπαίνεσθαι.

Coëunt ineunte vere iuxta terram, vt ſæpe eſt obſeruatum: alicubi etiam vbi fici matureſcere incipiunt.

C Æ S A R.

HOc extra ordinem eſt. Nam ſequenti Capite hoc agendum erat: ſed nuſquam obſeruauit hoc Ariſtoteles.

Nota locutionem ἀρχομένου, ſubſequi debuit ἔαρος: intermiſcuit, τῇ γῇ. Dixit πρὸς, quoniam

niam in aqua coëunt. Et τὴν γῆν littus intelligit. Quaſi fundus maris non ſit terra: & mirum Philoſophi ingenium, quare tempus ficus maturitate ſignet: cum id non ſit in cauſſa eorum coitus.

Malè Theodorus *coire incipiunt*: immò *matureſcere incipiunt*.

L. ARISTOTELES.

Τὸν αὐτὸν δὲ τρόπον καὶ οἱ ἀστακοὶ καὶ αἱ καρίδες ὀχεύονται.

IDem modus etiam gammaris, & ſquillis.

CÆSAR.

NE Ariſtoteles quidem vitare potuit, quin Græcus eſſet. Nam quid attinebat hoc repetere? ſuprà enim dixit de toto genere: immò etiam plus: addebat enim καὶ τὰ τοιαῦτα.

LI. ARISTOTELES.

Οἱ δὲ καρκίνοι, κατὰ τὰ πρόσθια ἀλλήλων συνδυάζονται, τὰ ἐπικαλύμματα τὰ πτυχώδη πρὸς ἄλληλα συμβάλλοντες. πρῶτον δὲ ὁ καρκίνος ἀναβαίνει, ὁ ἐλάττων, ἐκ τῶν ὄπισθεν· ὅταν δὲ ἀναβῇ οὗτος, ὁ μείζων πλαγίως ἐπιστρέφει. ἄλλο μὲν οὖν οὐθὲν ἡ θήλεια τοῦ ἄρρενος διαφέρει. τὸ δὲ ἐπικάλυμμα, μεῖζον καὶ μᾶλλον ἀφεστηκός ἐστι τῆς θηλείας καὶ συνηρεφέστερον, εἰς ὃ ἐκτίκτουσι, καὶ ᾗ τὸ περίττωμα ἐξέρχεται. μόριον δὲ οὐθὲν προΐεται θάτερον εἰς θάτερον.

CAncri autem anterioribus partibus inter ſe coniunguntur, compoſitis mutuo applicatu ſuis operculis. Prius cancer qui minor eſt à tergo inſcendit, mox alter maior in latus ſe inuertit. Ac ſanè à mari fœmina nihil differt: niſi quod ei operculum maius eſt, & magis tumidum, ac barbulis plurimis diſſertum: & in quod illæ edunt oua, & qua excrementum reddunt. Pars autem quæ alteri inſeratur, neutri data eſt.

CÆSAR.

NVNC de cancris: cùm enim dixit minorem, intelligit marem. Nota κατὰ τὰ πρόσθια, quia totum dorſum intelligit ὀπίσθια: ſunt hîc πρόσθια quæ alibi ὕπτια: non minore periculo: nanque verè πρόσθια non ſunt: ſed pectus tantùm & os & oculi: quis enim diceret anteriores partes eſſe coopercula cancrorum? Reliqua autem non erant huius loci: nam hîc inutiliter ſunt repetita. Nam & de his ſuprà tractauit & hîc de partibus ſermo nullus eſſe debebat: aut ibi fruſtra factus eſt. Quare hanc partem à ſuperiori diuiſiſſemus, ſed in calce redit ad eorundem coitum: cùm negat quicquam eis eſſe αἰδοιώδες.

Πτυχώδη *plicatilia*: non ſolum *loculoſa*, vt ait Theodorus, qui etiam addidit *rugoſa*, æquè fruſtra: non enim ſignificat mobilitatem partium vt πτύξ.

Dixit πρῶτον non πρότερος, quoniam alter non conſcendit, ſed inuertit ſe.

Ὅταν δὲ οὗτος ἀναβῇ: vacant verba: ſatis fuit πηδήσας: aut ἐπ' αὐτόν.

Πλαγίως ἐπιστρέφει: τὰ πλάγια, *lateris partes*: vbique & Ariſtoteli, & Galeno, & Xenophonti familiaris locutio: ſed non ſatis eſt ſe in latus inuertere: immò verò in dorſum ſubducto latere.

Nota verbum προΐεται, tam frequens ei de ſemine genitali: etiam hîc de inſtrumento.

Tres ponit differentias operculi: magnitudinem, tumorem, & denſitatem, ac frequentiam barbularum.

Nota εἰς ὃ: quoniam oua ibi continentur, & ᾗ quoniam excrementi tranſitus tantùm eſt: cum dixit, θήλεια, dixit ἐκτίκτουσι: totum genus incluſit per numerum pluralem.

Nota locutionem: ἄλλο μὲν οὐθὲν: τὸ ἐπικάλυμμα: alius dixiſſet ἀλλ' ἤ, aut εἰ μὴ ἐπικαλύμματι ὅπερ ἔχει, &c. aut ἀλλ' ἢ τῷ ἔχειν.

CAPVT OCTAVVM,

Coïtus Inſectorum.

LII. ARISTOTELES.

Τὰ δ' ἔντομα συνέρχεται μὲν ὄπισθεν, εἶτα ἐπιβαίνει τὸ ἔλαττον ἐπὶ τὸ μεῖζον· τοῦτο δ' ἐστὶ, τὸ ἄρρεν. ἀφίησι δὲ τὸν πόρον κάτωθεν τὸ θῆλυ εἰς τὸν ἄρρενα τὸν ἐπάνω, ἀλλ' οὐ τὸ ἄρρεν εἰς τὸ θῆλυ, ὥσπερ ἐπὶ τῶν ἄλλων. καὶ τοῦτο τὸ μόριον ἐπὶ μὲν ἐνίων φαίνεται μεῖζον ὂν, ἢ κατὰ τὸν λόγον τοῦ ὅλου σώματος, καὶ πάνυ μικρῶν ὄντων· ἐπ' ἐνίων δὲ ἧττον. τοῦτο δὲ ἐστὶ φανερὸν, ἐάν τις διαιρῆται τὰς ὀχευομένας μυίας. ἀπολύονται δὲ ἀπ' ἀλλήλων μόλις. πολὺν γὰρ χρόνον ὁ συνδυασμός ἐστι τῶν τοιούτων. δῆλον δὲ ἐπὶ τῶν ἐν ποσὶν, οἷον μυιῶν τε καὶ κανθαρίδων. πάντα δὲ τὸν τρόπον τοῦτον ὀχεύεται, αἵ τε μυῖαι, καὶ αἱ κανθαρίδες, καὶ αἱ σφονδύλαι, καὶ τὰ φαλάγγια, καὶ εἴ τι ἄλλο τοιοῦτόν ἐστι τῶν ὀχευομένων.

Inſecta primo congreſſu coëunt auerſa inter ſe: deinde conſcenditur à minore maius: minor enim mas eſt:in quem inſerit ſurrectum ſurſum meatum ſuum fœmina: non quemadmodum in alijs,in eam mas. Atque ea quidem pars in quibuſdam videtur maior quàm pro totius corporis ratione: cùm illa admodum parua ſit,in alijs autem minor. Hoc autem videtur ſi coëuntes muſcas diſiunxeris: vix enim abſoluuntur ab ſe inuicem. Nam horum coniunctio diuturna eſt. Exemplo quoque familiari hoc deprehenditur: vt in muſcis & ſcarabeis, quæ eodem modo coëunt,ſicut & cætera omnia,vt σφονδύλαι, *& phalangia, & alia generis eiuſdem quæ coïre ſolent.*

CAESAR.

De inſectorum coïtu etiam in primo de *Generatione animalium*, Capite octauo decimo bis, & Capite vltimo, hæc eadem quæ hîc. Differt autem ab aliis: primùm quia diuturnus. Deinde quia congreſſus primus eſt auerſorum. Tum quia inde conſcendit mas: quartò fœmina in marem mittit genitalem tubum: quintò à difficili auulſione: ſextò à membri ipſius magnitudine. Muſcas tamen videmus quotidiano coïtu celerrimè abſolui congredíque à tergo ſtatim.

Dixit συνέρχεται,vt primum congreſſum indicaret: κάτωθεν hic non eſt vt ἔξωθεν & ἔσωθεν:apud Ariſtotelem & Galenum ἀκύερος, pro ἐντὸς, ἐκτὸς: ſed ab inferiore parte: *deſubtus* dicebant veteres.

Ἀλλ' οὐ τὸ ἄρρεν εἰς τὸ θῆλυ: poterat hoc intelligi,ſi fœmina in marem. Ergo non mas in fœminam: ſed quia nullum aliud generare facit, rectè fecit vt tolleret opinionem.

Καὶ πάνυ μικρῶν ὄντων: τὸ, καὶ, eſt τὸ ὅτι.

Ἐπ' ἐνίων δὲ ἧττον. Theodorus, *minùs inconueniens*:addidit expoſitionem.

Nota, de grandi genitali, quòd quæ habent minus,citò & abſoluunt venerem,& auelluntur à coïtu:cauſſam autem moræ in primo de *Generatione animalium*,reddit:quia imperfectiſſima ſunt: & eorum ſemen nihil niſi vapor quidam: loquor enim de inſectorum genere. Itaque tempore compenſant ſubſtantiæ defectum.

Repetit, αἵ τε μυῖαι καὶ αἱ κανθαρίδες: ſatis erat αὗται τε καὶ, &c. κανθαρίδες, hîc τοὺς κανθάρους intelligit.

LIII. ARISTOTELES.

Ποιοῦνται δὲ τὰ φαλάγγια τοῦτον τὸν τρόπον τὴν ὀχείαν, ὅσα γε ὑφαίνει ἀράχνια· ὅταν ἡ θήλεια σπάσῃ τῶν ἀποτεταμένων ἀραχνίων [ἀπὸ τοῦ μέσου,] πάλιν ὁ ἄρρην ἀντισπᾷ. τοῦτο δὲ ποιήσαντα πολλάκις, οὕτω συνέρχεται καὶ συμπλέκεται ἀντίπυγα. διὰ γὰρ τὴν περιφέρειαν τῆς κοιλίας, οὗτος ἁρμόττει ὁ συνδυασμὸς αὐτοῖς.

Inter araneas quæ texunt, phalangia ſic coëunt. Fœmina diſtentum telum cùm traxerit, vicißim mas trahit contrà. Hoc cùm ſæpe fecerint,tum congrediuntur,atque clunibus aduerſis copulantur: conuenit enim is coëundi modus illis propter ventris habitudinem orbicularem.

CAESAR.

CAESAR.

DIXIT quæ texunt: quoniam multæ araneæ in cauis parietum latent, neque tendunt retia. An verò vllum ſit genus quod nihil texat, neſcio.

Redit rationem coïtus τῶν φυγηδὸν: ſicut ſuprà à caudis.

Prouocationem mutuam in venerem iucundiſſimè narrauit ex attractione teli: vt quadrupedes cùm ſubſultant.

Ἀποτιζαμένων, *deductam* Theodorus: ſed ἀποτίζεται, ab vno ad alterum, à mari ad fœminam: τὸ μεταξὺ γιγνόμενον ἀράχνιον ἀπὸ τοῦ δὲ καὶ τοῦ δὲ, &c. Theodorus quoque πάλιν *mutuò*, malè: neque enim vſquam quiſquam ſic locutus eſt: nos *viciſſim*. Item κοιλίαν *aluum* interpretatus eſt. Ego puto aluum eſſe interiorem tantùm ventris ſuperficiem.

Nota locutionem inuſitatam: τὰ φαλάγγια ὅσαγε ὑφαίνει ἀράχνια, Theodorus omiſit τὰ ἀράχνια.

CAPVT NONVM.

Tempus Coëundi.

LIV. ARISTOTELES.

Ἡ μὲν οὖν ὀχεία τῶν ζώων, τοῦτον γίνεται τὸν τρόπον πάντων. ὧραι δὲ καὶ ἡλικίαι ἑκάστης τῆς ὀχείας εἰσὶν ὡρισμέναι τῶν ζώων.

Omnium animalium coïtus hoc modo eſt. Coëundi autem tempora atque ætates ſua cuiq; præſcripta ſunt.

CAESAR.

CAPITE ſeparato hoc agimus. Quanquam enim pertinet ad coïtus, tamen res alia eſt. Nam etiam membra genitalia etſi ad coïtum ſpectant, ſeorſum tamen ſunt declarata. Ita tempus nauigationis, à modo nauigandi ſeiunctis Capitibus deſcribitur. Sic pugnandi occaſiones à legibus conſtituendi acies. Non tamen magnus error eſt, vt coniungas ſicut fecit vir doctiſſimus Theodorus.

Theodorus, *apertum*, addidit de ſuo: at contradicit ipſi Ariſtoteles, qui piſcium quorundam coïtus οὐ κατάδηλος.

Hic igitur de tempore anni: de tempore autem ætatis ibi διαφέρουσι, Capite ab hoc quinto intellige ἑκάστοις in genere, aut in indiuiduis ſub genere ἑκάστοις, ἐν τῷ καθόλου.

LV. ARISTOTELES.

Βούλεται μὲν οὖν ἡ φύσις τῶν πλείστων, περὶ τὸν αὐτὸν χρόνον ποιεῖσθαι τὴν ὁμιλίαν ταύτην, ὅταν ἐκ τοῦ χειμῶνος μεταβάλλῃ πρὸς τὸ θέρος· αὕτη δ' ἐστὶν ἡ τοῦ ἔαρος ὥρα, ἐν ᾗ τὰ πλεῖστα, καὶ πτηνὰ καὶ πεζὰ, καὶ πλωτὰ, ὁρμᾷ πρὸς τὸν συνδυασμόν.

Igitur natura vult plurimorũ coïtum animalium per idem tempus agitari. Cùm hyems cum æſtate commutatur, tunc enim ver eſt. Quo tempore maxima & alituum & terreſtrium, & natantium pars impetum capit ad eiuſmodi coniunctionem.

CAESAR.

DISTINGVIT tempora in duo: vnum in quo maxima pars animalium in venerem excitatur: alterum in quo minor pars.

Primum tempus veris eſſe dicit: eius rei non aſſignat rationem: ſed doctiſſimus Poëta aſſignat: *Vere magis, quia vere calor redit calor oſſibus.* Sanguinis pars ſemen eſt: ſanguis eo tempore mouetur proportione temporis: eſt enim calidus & humidus: ita ver. Primùm, ſanguis vitæ

vitæ ſedes, & materia ſpirituum eſt: at generatio via eſt ad vitam. Item feruet ſanguis; tunc ergo inflat, & implet, & motus mouet, & vult exire, & abundat ex ſeipſo & excremento, quod ſemen eſt.

Alterum tempus diuiſit in duo: hyemem & autumnum. Non malè. Nam æſtate reſoluta corpora minùs appetunt: hyems ſeruat intus calorem. Autumnum autem eſſe ver ſecundum, alibi diximus.

Videamus an ambitioſè dixerit Philoſophus, ὅταν ἐκ τοῦ χειμῶνος μεταβάλλει εἰς τὸ θέρος: nónne ſatis habuerat dicere ἔαρος? At vult dicere duas eſſe tantùm temporis conſtitutiones, calidi & frigidi. Hæ enim ſunt actiuæ qualitates: altera hyemis, altera æſtatis. Autumnus autem & ver, non ſunt niſi confinia vtriuſque, & diſpoſitiones ad mutationem. Hæc fuit ratio: aſſignant quoque definitionem veris: μεταβολὴ χειμῶνος εἰς θέρος.

Dixit βούλεται: non ſicut Plato in *Phædro* de arboribus, οὐ βούλεταί με διδάσκειν. Sed quia eſt verbum deliberationis βουλὴ: ſicut ἐθέλω verbum eſt electionis: ἵπ ἔλω: & noſtrum *volo* à Græco integrum, extrita obſcuriore vocali dipthongi more Æolico: qui in quarto caſu dicunt τοὺς λύκους, & pronuntiant τὸς λύκος. Simul refutat eorum opiniones qui omnia caſu euenire arbitrantur. Nam & naturæ vocabulum poſuit & verbum conſilij. Eſt enim natura poteſtas Dei ordinaria, fortuna autem voluntas. Ita Galenus in ſecundo de *Officio partium corporis humani*, de oſſe loquens: οὐδὲ κοῦφον εἶναι μᾶλλον ἤπερ σαρκῶδες ἐθέλει. Itaque naturam iuſtam vocat Hippocrates. Et Galenus ei attribuit prouidentiam.

Dixit in præſenti tempore βούλεται, vt continuationem cauſſarum & ſeriem ſemper ſibi reſpondentem intelligeremus.

Dixit, τὸν αὐτὸν non temerè, *eodem tempore*: malè neglexit Theodorus: communitatem enim naturæ temporis ad ea omnia animalia notat.

Μεταβάλλει ſcilicet, tempus. Itaque dixit, ἐκ & πρὸς: vt tractum temporis indicaret. Nos Latina verborum ſerie explicauimus: ſicut dicunt, *vitam cum morte commutare*. Theodorus *ſæuitiam* & *clementiam* tanquam concinnos addidit: & ridiculus eſt cùm *clementiam æſtatis* dicit: nihil enim inclementius calore. Salubrior enim hyems eſt: & plura animalia coëunt hyeme, quàm æſtate.

LVI. ARISTOTELES.

Ποιεῖται δ' ἔνια τὴν ὀχείαν καὶ τὸν τόκον, καὶ μετοπώρου καὶ χειμῶνος, οἷον τῶν τε ἐνύδρων ἄττα γένη, καὶ τῶν πτηνῶν.

Nonnulla tamen & coëunt, & pariunt tum autumno, tum hyeme: vt ex aquatilibus, & ex volucribus quædam.

C Æ S A R.

Non ergo hyemis ſæuitia eſt: quo tempore etiam coëunt: atque etiam pariunt: & nota τῶν ἐνύδρων dicere non τὰ ἔνυδρα.

LVII. ARISTOTELES.

Ἄνθρωπος δὲ μάλιστα πάσας ὥρας. καὶ τῶν συνανθρωπευομένων ζώων πεζῶν πολλὰ, διὰ τὴν ἀλέαν καὶ εὐτροφίαν, ὅσων καὶ αἱ κυήσεις ὀλιγοχρόνιαί εἰσι, οἷον ὑὸς καὶ κυνὸς, καὶ τῶν πτηνῶν ὅσα πλειστάκις ποιοῦνται τοὺς τόκους.

Homo autem potiſſimùm, per omne tempus, multáque eorum quæ humi tantùm mouentur, atque homini ſunt familiaria, tum propter teporem, tum ob victum longiorem. Atque hæc ſanè haud multum temporis vterum gerunt. Cuiuſmodi ſus & canis eſt. E volucribus autem ea quæ frequenter pariunt.

C AE S A R.

Vt animalia quæ noxia non eſſent, & eſſent aliis prædæ, fœcunda máxima ex parte natura fecit: aut frequentia puerperij, aut ſuperfœtatione. Ita animal diuinum quod propter perfectionem neque numeroſo fœtu, neque ſuperfœtatione, niſi rarò, poſſet mundum frequentare, fecit vt quouis tempore commodè coïret.

Dixit

Dixit *μάλιστα*, ſcilicet potiſſimum omnium animalium : quoniam & alia idem obtinuêre, *τὰ συνανθρωπευόμενα*: vt quæ accederent ad hominum conſuetudinem, & naturæ eius eſſent propiora. Muræna quoque omni in tempore parit:ergo omni quoque tempore coït: quæ nihil commune habet cum homine. Adiungit duas cauſſas teporem & victum vberem, & ponit exempla canis & ſuis : ſed ſapienter addidit, quorum tempora vteri geſtandi breuiora ſint. Nam equi & boues diutiùs ferunt. Itaque haud commodè coïre poſſunt omni tempore : ſed aut vere aut autumno. Addidit & volucria quæ frequenter pariunt, omni tempore concipere poſſe : hoc enim eſt neceſſarium. Intelligit gallinas, & columbas domeſticas. Teporem autem & *εὐτροφίαν*, cùm adducit pro cauſſa,fortaſſe dubitatur. Nam neque mutatur ſubſtantia ab accidente. Itaque earum ſpecies talis eſt : neque temporis euentu mutari poteſt: & pauciores ſemel tantùm coëunt: cùm tamen iis hæc omnia præſto ſint. Itaque addidit illam differentiam : *ſæpe* parere. *εὐτροφία, pabuli vbertas*, Theodorus:vix dicas id quod canis edit,pabulum.

LVIII. ARISTOTELES.

Πολλὰ δὲ καὶ πρὸς τὰς ἐκτροφὰς τῶν τέκνων στοχαζόμενα, ποιοῦνται τὸν συνδυασμὸν ἐν τῇ ἀπαρτιζούσῃ ὥρᾳ.

MVlta etiam facta coniectura temporis quo fœtum ſuum educare debent, opportuno tempore coëunt.

CAESAR.

FACETVS admodum hîc Ariſtoteles,qui voluit nobis perſuadere equas admittere mares menſe Aprili, aut Maio, quoniam pariture ſint, cùm magna pabuli copia ſequenti vere futura ſit. At eædem cùm ſciunt ſe Auguſto parituras quid agunt? Itaque Theodorus auxit huius ſententiæ locutionem cùm dixit : *conſulendo*.

Ἐν τῇ ἀπαρτιζούσῃ ὥρᾳ, id eſt quæ promittit tempus pariundi : quod tempus poſſit ſufficiens præſtare pabulum : hoc enim eſt *ἀπαρτίζειν*. Æquabile etiam tempus potes dicere. *Ἄρτιος* integer & æquabilis, eo tempore quo par eſt:*ἄρτιος*, numerus ſubiipſi reſpondens.

LIX. ARISTOTELES.

ὈΡγᾷ δὲ πρὸς τὴν ὁμιλίαν καὶ τῶν ἀνθρώπων τὸ μὲν ἄρρεν, ἐν τῷ χειμῶνι μᾶλλον· τὸ δὲ θῆλυ, ἐν τῷ θέρει.

VRgetur ad coïtum homo,mas hyeme potiùs,fœmina autem æſtate.

CÆSAR.

HOC etiam dixit Hippocrates. Ratio eſt : quia homo rara textura eſt, & reſoluitur calore : contrà fœmina cute ſpiſſa , & carne denſa. Itaque minùs ſentit frigus. Ergo hyeme torpet, quoniam frigidior eſt. Æſtate autem feruet,neque reſoluitur. Multa ibi Galenus apud quem hæc omnis quærenda diſputatio.

LX. ARISTOTELES.

TO' δὲ τῶν ὀρνίθων γένος, ὥσπερ εἴρηται, τὸ πλεῖστον περὶ τὸ ἔαρ ποιεῖται καὶ τοῦ θέρους ἀρχομένου, τὴν ὀχείαν, καὶ τοὺς τόκους, πλὴν ἀλκυόνος. ἡ δὲ ἀλκυὼν, τίκτει περὶ τροπὰς χειμερινάς. διὸ καὶ καλοῦνται, ὅταν εὐδιειναὶ γίνωνται αἱ τροπαὶ, Ἀλκυόνειαι ἡμέραι, ἑπτὰ μὲν πρὸ τροπῶν, ἑπτὰ δὲ μετὰ τροπάς· καθὰ καὶ Σιμωνίδης ἐποίησεν· ὡς ὁπόταν χει-

MAxima auium pars, quemadmodum dictum eſt, verno tempore, atque æſtate appetente & coïre & parere inſtituit : præterquam Alcedo : parit enim circa brumam. Icclrco tempus id cùm eſt tranquillum, Alcedonij dies *vocantur : ante brumam ſeptem, & totidem poſt. Id quod etiam effinxit Simonides* : vt cùm per menſem hybernum

μέριον

μέσσον κτ͂ μῆνα πινύσκῃ Ζεὺς ἤματα τεσσαρακαίδεκα, λαθάνεμόν τέ μιν ὥραν καλέουσιν ἐπιχθόνιοι, ἱερὰν παιδοτρόφον ποικίλας Α᾿λκυόνος. Γίνονται δ᾿ εὐδιειναὶ, ὅταν συμβῇ νοτίους γίνεσθαι τὰς τροπὰς, τῆς πλειάδος βορείου γενομένης. λέγεται δ᾿ ἐν ἑπτὰ μὲν ἡμέραις ποιεῖσθαι τὴν νεοττιάν· ἐν δὲ ταῖς λοιπαῖς ἑπτὰ ἡμέραις, τίκτειν καὶ ἐκτρέφειν τὰ νεόττια. περὶ μὲν οὖν τοὺς ἐνταῦθα τόπους, οὐκ αἰεὶ συμβαίνει γίνεσθαι Α᾿λκυονίδας ἡμέρας περὶ τροπάς· ἐν δὲ τῷ Σικελικῷ πελάγει, σχεδὸν αἰεί. τίκτει δὲ ἡ Α᾿λκυὼν περὶ πέντε ᾠά.

Iupiter biſſeptem dies temperârit: quod tempus mortales obliuionem ventorum ſacram nutricem pictæ alcedonis vocant. *Euadunt autem tranquilli, cùm euenit, vt Vergiliarum occaſum Aquilonium Auſtrina bruma excipiat. Aiunt ſeptenis diebus nidum ædificare, ſeptenis alteris pullos & parere & educare. Atque in his ſanè locis non ſemper apparent Alcedones hyberno æquinoctio. At in mari Siculo penè ſemper. Pariunt autem ad quinque oua.*

CAESAR.

INDVLSIT hîc Philoſophus eloquentiæ ac narrationis puritati. Dixit περὶ τὸ ἔαρ καὶ τοῦ θέρους ἀρχομένου. Quoniam veris pars eſt abeunte hyeme, altera ineunte æſtate. Dixit, ἡ δὲ Α᾿λκυών. Satis erat, αὐτὴ γὰρ περὶ τροπάς: nunquam ſignatiùs eſt loquutus. Nam ſeptem dies ante æquinoctium & ſeptem poſt, obſident æquinoctium.

Nota εὐδιειναί: *tranquillum* hîc ſignificat. Nanque tunc nauigant omnes tutò. Sed Plautus: *Alcyonia ſunt, iuxta forum lites tacent*: hoc eſt, forum eſt quietum. Mox Philoſophus reddit cauſſam, quare mare ſit tranquillum. Dixit νοτίους. Ergo εὐδιεινὸν & νότιον, ſimul eſſe poſſunt. Itaque infra de inſectis ſcribit, εὐημέριαι καὶ νότιαι: poteſt flare Auſter tenuis nullum fluctum excitans, & tunc maximè nauigare. Neque magis *ſerenum* quàm *tranquillum* dices vt Theodorus. Nanque etiam nubilo cœlo quod etiam Auſtro flante contingit, poteſt eſſe tranquillum. Neque Alcedines quærunt ſerenum, ſed mare vacans fluctibus: parit enim iuxta mare. Itaque dixit Ariſtoteles ex Simonide, λαθάνεμον.

Τροπὰς, *brumam*. Neque enim dicas *ſolſtitium*, vt quidam. Eſt enim bruma βραχὺ ἦμαρ. πινύσκῃ: non eſt otioſum. Eſt enim ποιητικὸς Simonides: nos commodiſſimè *effinxit*. Sic Galenus cùm alibi, tùm in quarto de *Officijs partium*. Ο᾿δύσσεια γράφων ὁ ποιητὴς. αἰθὼν μᾶλλον τὸ ξίφος ἐπινόησεν.

Apud Plinium lib. 10. cap. 32. hanc hiſtoriam hinc ferè ad verbum expreſſam licet videre: circa enim Vergiliarum occaſum Alcyones conſpiciuntur, aliàs ratò. Vergiliæ autem occidunt appetente hyeme, ſecundo lib. cap. 27. in 18. cap. 25. *hiſtoriæ naturalis*, poſt æquinoctium hybernum. Itaque ſi æquinoctium aquilonium bruma auſtrina ſequuta fuerit, mulcet Iupiter hyemis furorē. Πινύσκῃ *temperauit*: vt & Horatius fortaſſe Simonidem imitatus. *Iam veris comites quæ mare temperant, impellunt animæ lintea Thraciæ*: de fauoniis ventis qui circa vj. Idus Febr. flare incipiunt, loquens mira certè iucunditate. Quoniam furorem hyemis ad modeſtiam redigit atque caſtigat, ac mulcet. Theodorus non expreſſit: nam *moliri* aliud eſt, molem ſtruere.

LXI. ARISTOTELES.

Η᾿Δὲ αἴθυια καὶ οἱ λάροι, τίκτουσι μὲν ἐν ταῖς περὶ τὴν θάλασσαν πέτραις· τὸ δὲ πλῆθος, δύο ἢ τρία· ἀλλ᾿ ὁ μὲν λάρος, τοῦ θέρους· ἡ δὲ αἴθυια, ἀρχομένου τοῦ ἔαρος εὐθὺς ἐκ τροπῶν, καὶ ἐπικαθεύδει ὥσπερ αἱ ἄλλαι ὄρνιθες. οὐδέτερος δὲ φωλεύει τούτων τῶν ὀρνέων.

Mergi autem & gauiæ in maritimis cautibus duo, aut tria numero. Verùm gauia æſtate: mergus autem ſtatim à bruma ineunte vere. Et incubat aliarum more auium. Neutra harum latet.

CAESAR.

MALE fecit cùm interrupit hiſtoriam alcedinis mergi interuecta & gauiæ. Sed à locis debuit dicere: partim ibi nidos faciunt vnde cibum capiant, vt piſces: partim propè, vt aquatico victu veſcentes aues, vt mergi, gauiæ, alcedones.

Λάρος *gauia*. Sunt qui λάρον fulicam eſſe putant, à quibus etiam lacui Larco nomen datum.

Περὶ τὴν θάλασσαν: non quæ circundant mare, ſed à mari circundantur: τὸ δὲ πλῆθος, elegantiæ cauſſa, vt nos *numero*.

Nota ἀρχομένου τοῦ ἔαρος εὐθὺς ἐκ τῶν τροπῶν. Non eſt ſtatim à bruma initium veris, niſi vt ſuprà fecit.

fecit. Duæ enim ſunt anni conſtitutiones. Quod non ſine cauſſa aut ratione intelligitur. Abſentia autem ſolis & præſentia fiunt mutationes: igitur ſolſtitium & oppoſita pars diſtinguent tempus.

Ἐπικαθεύδει pro ἐπῳάζει: ſanè etiam quia ſuperdormiunt cùm fouent. Theodorus in plurali tranſtulit, & puto verum eſſe: ſed de mergo tantùm videtur dictum. Nam eodem numero cùm ſubdit verbum addit ἀδίνειν.

LXII. ARISTOTELES.

Φαίνεται δὲ σπανιώτατον ἰδεῖν ἀλκυόνας ἐστί. σχεδὸν γὰρ περὶ πλειάδος δύσιν καὶ τροπὰς ὁρᾶται μόνον, καὶ ἐν τοῖς ὑφόρμοις πρῶτον, ὅσον περιϊπταμένη περὶ τὸ πλοῖον, ἀφανίζεται εὐθύς. διὸ καὶ Στησίχορος τοῦτον τὸν τρόπον ἐμνήσθη περὶ αὐτῆς.

Rariſsimè venit in conſpectum Alcedo, ferè enim circa Vergiliarum occaſum apparet tantùm: atque vt in portu primulum quantum nauigium circunuolârit, euolat illico. Iccircò Steſichorus ad hunc modum de ea meminit.

CAESAR.

REDIIT ad hiſtoriam Alcedinis. Quare non debuit ſuperior pars in Caput ſecari alterum à priore, vt fecit Theodorus.

Nota locutionem σπανιώτατον ἰδεῖν ἀλκυόνας, & poſteà, ὁρᾶται dixit.

Πρῶτον dixit vt ingreſſum diceret: περὶ πλοῖον, vt volatum εὐθύς propter ἀφανίζεται: nos Terentiano aduerbio vſi ſumus in modicello tempore.

Vtinam vt Simonidis fecit, ita Steſichori quoque verſus appoſuiſſet.

LXIII. ARISTOTELES.

Τίκτει καὶ ἡ ἀηδὼν τοῦ θέρους ἀρχομένου. τίκτει δὲ πέντε καὶ ἕξ ᾠά· φωλεύει δὲ ἀπὸ τοῦ μετοπώρου μέχρι τοῦ ἔαρος.

Parit luſcinia quoque æſtatis initio quinque ſexue: latet autem autumno ad veris vſque tempus.

CAESAR.

AVtumno tamen vulgò capiuntur atque apponuntur in cibum. Theodorus malè omiſit ἀρχομένου.

CAPVT DECIMVM.

De Inſectis quæ hyeme non conduntur.

LXIV. ARISTOTELES.

Τὰ δὲ ἔντομα, καὶ τοῦ χειμῶνος ὀχεύεται καὶ γίνεται, ὅταν εὐημερίαι γίνωνται καὶ νότιαι, ὅσα μὴ φωλεύει αὐτῶν, οἷον μυῖαι, καὶ μύρμηκες.

Inſecta quæ non conduntur hyeme, per id quoque tempus coëunt. Id quod euenit tranquilla & Auſtrina tempeſtate. Sic muſcæ & formicæ.

CÆSAR.

NVnc ad inſecta. Quare certo Capite ſcribendum eſt. Et mirum cùm dixit, ὅσα μὴ φωλεύει: exemplum poſuit formicarum: at ipſæ conduntur. Quòd ſi dicat prodire è cauo, addidiſſet καὶ τῶν φωλευόντων οἱ μύρμηκες παρακαλεσάμενοι πρὸς τὸ ἐνδιεινόν. Neque negligenda hiſtoria: ſanguine enim carentia frigidiora.

CAPVT VNDECIMVM,

Silueſtrium animalium tempus coïtus, & piſcium nonnullorum.

LXV. ARISTOTELES.

Τίκτει δ' ἅπαξ τοῦ ἐνιαυτοῦ τὰ πολλὰ τῶν ἀγρίων, ὅσα μὴ ἐπικυΐσκεται, οἷον δασύποδες.

SIlueſtrium animalium bona pars ſemel in anno pariunt: modo ne ſuperfœtent, vt leporum genus.

CAESAR.

HOc quoque Caput ſeparatum eſt, & generale valde, & poſt tempus præſcriptum. Nunc agit de numero fœtationis. Quod non diuiſimus, quia omnia vt ſeſe obtulêre miſcet. Intelligit ἄγρια ad differentiam τῶν συναυθρωπευομένων. Hic igitur non de tempore præſcripto ſed de numero fœtationis.

LXVI. ARISTOTELES.

ὉΜοίως δὲ καὶ τῶν ἰχθύων οἱ πλεῖστοι ἅπαξ, οἷον οἱ χυτοί, καλοῦνται δὲ χυτοὶ, οἱ τοῖς δικτύοις περιεχόμενοι, θύννος, πηλαμὶς, κεστρεὺς, χαλκίδες, κολίαι, χρομὶς, ψῆτται, καὶ τὰ τοιαῦτα, πλὴν ὁ λάβραξ.

SIc etiam plurimi piſcium ſemel: vt qui chyti *à Græcis, à nobis* fuſiles *dicuntur: proptereáque retibus capiantur. Thunnus, pelamis, mugil, chalcis, monedula, chromis, paſſer, & alia eiuſmodi: præter lupum.*

CAESAR.

Χυτοὶ Theodorus *fuſaneos*, felici voce. Sed Græci quare χυτοὶ quoniam retibus capiantur dixerint valde quæro.

Theodorus πηλαμίδα, *limariam* παρὰ τὸ πηλὸν: *limoſam* Plinius dixit, χαλκίδες: *ſpuriæ* Theodorus: at ſuprà *ericam* vertit.

LXVII. ARISTOTELES.

Τίκτει δὲ δὶς τούτων μόνος γίνεται δ' αὐτοῖς ὁ τόκος ὁ ὕστερος, ἀσθενέστερος.

IS namque ex his ſolus bis: ac fœtus quidem poſterior imbecillior eſt.

CAESAR.

C AE S A R.

AVt effœta natura,aut tempore aduerſante fœtus minùs valet.

Theodorus abutitur ingenio ſuo: *partus exercetur bis*: nemo enim vnquam ſic loquutus eſt.

LXVIII. ARISTOTELES.

Καὶ ὁ τριχίας δὲ, καὶ τὰ πετραῖα, δίς· τρίγλα, μόνη τρίς. τεκμαίρονται δὲ ἐκ τοῦ γόνου. τρὶς γὰρ φαίνεται ὁ γόνος περί τινας τόπους. ὁ δὲ σκορπίος τίκτει δίς. τίκτει δὲ καὶ ὁ σάργος δίς, ἔαρος καὶ μετοπώρου· ἡ δὲ σάλπη, μετοπώρου ἅπαξ. ἡ δὲ θυννὶς ἅπαξ τίκτει, ἀλλὰ διὰ τὸ τὰ μὲν πρώϊμα, τὰ δ' ὄψιμα ποιεῖσθαι, δὶς δοκεῖ τίκτειν. ἔστι δὲ ὁ μὲν πρῶτος γόνος περὶ τὸν Ποσειδεῶνα πρὸ τροπῶν· ὁ δὲ ὕστερος, τοῦ ἔαρος.

TRichias autem & ſaxatiles bis. Solus mullus ter, quod ex fœtura deprehenderunt. Trinam enim circa quadam loco obſeruârunt. Scorpio autem bis: ſargus autem bis, vere & autumno: ſalpa autumno ſemel. Thunna autem ſemel. Nam propterea bis parere credita eſt, quia partim tempeſtiuius, partim cordus eius fœtus eſt. Nam prior ſoboles exit menſe Decembri ante brumam: poſterior vere.

C AE S A R.

TΡιχίαν *ſardam* vocat Theodorus. Cùm autem tertiam partionem mulli, vt verbo Gelliano vtar, ait deprehendi *ex fœtu & ſtatura*: quid per *ſtaturam* intelligat ipſe certè non poſſum intelligere.

Περὶ τροπῶν, Theodorus *à bruma*. Quia parere bis in piſcibus eſt: bis oua concipere: bis excludere. At thunna ſemel concipit oua. At ea non vna ſerie excludit: ſed quædam maturiùs ante brumam, quædam ſeriùs poſt brumam.

Diximus ὄψιμα, *cordam prolem*: vt de agnis & fœno rectè.

LXIX. ARISTOTELES.

Διαφέρει δὲ ὁ θυννὸς ὁ ἄρρην τοῦ θήλεος, ὅτι ἡ μὲν ἔχει, ὁ δ' οὐκ ἔχει ὑπὸ τῇ γαστρὶ πτερύγιον, ὃ καλοῦσιν ἀφαρέα.

D*Iffert à fœmina thunnus mas, pinnula quam ipſe ſub ventre habet: illa non habet*: aphareum *vocant*.

C AE S A R.

REctiùs inter hiſtoriam de partibus poſuiſſet.

LXX. ARISTOTELES.

Τῶν δὲ σελαχῶν, ἡ ῥίνη μόνη τίκτει δίς. τίκτει γὰρ καὶ ἀρχομένου τοῦ φθινοπώρου, καὶ περὶ πλειάδος δύσιν. εὐημερεῖ δὲ ἐν τῷ φθινοπώρῳ μᾶλλον. ὁ δὲ εἷς τόκος γίνεται περὶ ἑπτὰ ἢ ὀκτώ.

Sola è cartilagineis ſquatina parit bis: initio autumni, & circa occaſum Vergiliarum: ſed commodiore vtitur autumno. Parit autem ſeptena, octonáue circiter.

C Æ S A R.

NOn eſt hoc Caput ſeparandum, vt fecit Theodorus. Nanque & de aliis piſcibus & de cartilagineis loquitur: & ſuprà de thunno: & antea de mullo: & mox de muræna.

Ἀρχομένου φθινοπώρου, id eſt, *autumno & appetente & decedente*: ſicut de Orpheo ſuauiſſimè excellentiſſimus Poëta, *Te veniente die, te decedente canebat.*

Εὐημερεῖ, Theodorus *feliciùs* rectè. Nos Latinè: *commodiore vtitur autumno.*

Ο᾽ δὲ εἰς τόκος. Quoniam duos ποιεῖ, nos per ſeptenum diximus & Theodorus: ſed ille addidit, *ſingulis*, non malè: quod tamen neceſſariò intelligitur.

LXXI. ARISTOTELES.

Δοκοῦσι δ᾽ ἔνιοι τῶν γαλεῶν, οἷον αἱ ἀστερίαι, δὶς τοῦ μηνὸς τίκτειν. τοῦτο δὲ συμβαίνει, ὅτι οὐχ ἅπαντα λαμβάνει τελείωσιν τὰ ᾠά.

PVtârunt quidam muſtellorum aliquos bis parere in menſe, vt ſtellaces. Quod contigit propterea quòd, non omnia æquè oua perficiuntur.

CAESAR.

Στερίας, *ſtellatos* Theodorus: nos: *ſtellaces*, vt ἀκανθίας *ſpinaces*.

A Conciſa oratio eſt. Nam perficiuntur quidem oua omnia, ſed non ſimul. Neque enim putarentur bis parere ſi non perficerentur: deeſt igitur ἅμα, vt Theodorus, ſed malè: neque enim *ſimul* perficiuntur, ſed per ordinem: melius eſt ἴσως, *æqualiter*, id eſt, ſuo quoque tempore continuata editione. Nota modum loquendi λαμβάνει τελείωσιν.

LXXII. ARISTOTELES.

Ε᾽νια δὲ τίκτει πάσας ὥρας, οἷον ἡ μύραινα. τίκτει δὲ αὕτη πολλὰ, καὶ ἐκ μικροῦ ταχεῖαν τὴν αὔξησιν λαμβάνουσι τὰ γεννώμενα, ὥσπερ καὶ τὸ τοῦ ἱππούρου. καὶ γὰρ ταῦτα ἐξ ἐλαχίστου μέγιστα γίνεται τάχιστα. πλὴν ἡ μὲν σμύραινα, πάσας ὥρας τίκτει· ἵππουρος δὲ, ἔαρος.

QVædam autem omni tempore pariunt, vt murana. Parit hæc multa, quæ è paruis celeri incremento adoleſcunt: ſicut & hippuri fœtus qui è minimo grandiſſimus celerrimè euadit. At murana omni parit tempore. Hippurus vere tantùm.

CÆSAR.

DIFFERENTIA murænæ cum aliis, vna: quia quouis parit tempore: altera eſt in ſobolis multitudine: tertia in celeritate incrementi. Similitudo cum hippuro, incrementum: differentia, in tempore, quoniam is tantùm vere parit.

E᾽κ μικροῦ, notat quantitatem ſobolis murænæ: ἐξ ἐλαχίστου, hippuri. Et auget miraculum τάχιστα: reſpondent in hoc inter ſe ſuperlatiua: in muræna, poſitiua.

Hippurum *equiſelim* vertit Theodorus. Quoniam Latini plantam cognominem *equiſetum*, & ad hanc appellationem accedentem dixerunt: idem ſibi id licere putauit. Nos Plinium ſequuti Græcam vocem retinuimus, *hippurum*.

LXXIII. ARISTOTELES.

Διαφέρει δὲ ὁ σμύρος καὶ ἡ σμύραινα. ἡ μὲν γὰρ σμύραινα, διάφορος ποικίλον, καὶ ἀσθενέστερον· ὁ δὲ σμύρος ὁμόχρους καὶ ἰσχυρὸς, καὶ τὸ χρῶμα ὅμοιον ἔχει τῇ πίτυϊ, καὶ ὀδόντας ἔχει καὶ ἔσωθεν καὶ ἔξωθεν. φασὶ δὲ, ὥσπερ καὶ τὰ ἄλλα, τὸ μὲν ἄρρενα, τὸ δὲ, θήλειαν εἶναι. ἐξέρχεται δὲ ταῦτα εἰς τὴν ξηρὰν, καὶ λαμβάνονται πολλάκις.

Differt à murana ſmurus. Murana valde picta & imbecillior. Ille validus, & laricis arboris colore toto ſimilis. Dentes quoque habet intus, extráque. Aiunt, quod etiam in cæteris, hanc eſſe fœminam: illum marem? Egrediuntur in aridam, ac ſæpenumero capiuntur.

CÆSAR.

VT ſcorpius & ſcorpæna, ita σμύρος & σμύραινα. *Murum* dixit Theodorus, ſed vt vitaremus æquiuocationem parietis, addidimus ſibilum. *Muranum*, aut *murinum*, vt Plinius, & murænam maluerim: ſicut thynnum & thynnam.

Murænas

Murænas autem è ſerpentibus concipere vulgus antiquum credidit, ídque tradit Macer apud Plinium, cáſque tantùm eſſe fœminini generis. Sed nobis potior Philoſophi ſententia eſſe debet. Mas igitur è quo fœmina concipit reperitur. Quòd autem ſerpentem in littus euocare ſibilo muręnam, vt cum ea coëat, dicitur, Philoſophus apertam reddit rationem: exeunt enim vterque in aridam, & ita capiuntur. Fabulas igitur omittamus: quæ etſi fautores magnos viros vt Oppianum & Nicandrum habeant: quos potiùs, Poetico more, & vt diuina ſua ingenia exercerent, quàm pro vero hæc aſſererent, adductos puto. Andræas quoque apud Athenæum id falſum eſſe ait: viperæ enim ſui generis fœmellam habent, & muræna quoque marem.

Διαφόρως ποικίλον. Theodorus contentus fuit dicere, *varia*. Sed non ſatis eſt: varia eſt lynx: & canis mea excellentiſſima, atque omnium animalium pulcherrima, quam à cæli ſtellati ſimilitudine *Vraniam* appellauimus. Nam candidiſſimum tergus, nigerrimis guttis aſperſum eſt: varia eſt igitur: ſed non διαφόρως: varia eſt anas ſilueſtris, & pauo.

Euitauimus ταυτολογίαν. ὁμόχρως cùm dixit, iterauit χρῶμα ὅμοιον. Nos, *colore toto*. τὸ ὁμόχρως plus eſt quàm μονόχρως: quanquam idem ſignificat.

LXXIV. ARISTOTELES.

Συμβαίνει μὲν οὖν πᾶσι ταχεῖαν γίνεσθαι τὴν αὔξησιν τοῖς ἰχθύσιν, οὐχ ἥκιστα δὲ κορακίνῳ τῶν μικρῶν. τίκτει δὲ πρὸς τῇ γῇ, καὶ πρὸς τοῖς βρυώδεσι καὶ δασέσι.

CVm igitur omnes piſces celeriter creſcant: non peſſimè euenit hoc inter paruos coracino. Parit is propè terram herboſis in locis & opacis.

CAESAR.

PONIT affectionem creſcendi quam vni & alteri attribuerat generi communem omnibus. Tum recens, & etiam genus coracinorum, qui cùm parui natura ſint, iccirco non tardiùs, quàm alij, capiunt incrementum. Tum apponit hiſtoriam, & loci, propter terram: & eius qualitatum, herbas & denſitatem.

Theodorus coracinum vertit *gracculum*, peſſimè. nam κολοιὸς eſt is quem *monedulam* ſuprà diximus: at κόραξ, *coruum* ſignificat: verùm coruus piſcis alius eſt. Quidam putant coracinum dictum, παρὰ τὸ κινεῖν τὰς κόρας, quòd illi vni piſci ſit peculiare, vt ait Athenæus. Quare non rectè neque coruulum, neque gracculum dicas.

LXXV. ARISTOTELES.

Ταχὺ δὲ καὶ ὁ ὀρφὸς ἐκ μικροῦ γίνεται μέγας.

ORphus quoque citò è puſillo grandis fit.

CAESAR.

ὈΡφὸν Theodorus *cernuam* vertit, nos antiquo à Græcis ſumpto ſequuti Plinium contenti fuimus. Mirum Oppianum ὀρφὸν ὀψίμορον vocâſſe, cùm tamen eum, non vltra duos annos, conſtet viuere.

LXXVI. ARISTOTELES.

Αἱ δὲ πηλαμύδες καὶ οἱ θυννοι, τίκτουσιν ἐν τῷ Πόντῳ, ἄλλοθι δὲ οὔ.

PElamides autem & thynni in Ponto tantùm, neque alibi pariunt.

CÆSAR.

PVTO non eſſe verum. Nam in Oceano Calaïco thynnorum greges capiuntur quotannis, qui nunquam in fretum Gaditanum intrârunt. In Oceano Anglico nulli viſuntur.

Videtur Ariſtoteles differentiam ponere inter thynnum & pelamidem: quod tamen ab aliis, præcipuè Plinio, qui contrarium ex multis collegit, negatur. Plinius certè thynnos è magno mari intrare Pontum verno tempore gregatim, nec alibi fœtificare ait: partúſque *cordylla* appellari. Limoſæ verò à luto pelamides incipiunt vocari, & cùm annuum exceſſère tempus, thynni. At ipſe Ariſtoteles infra libro ſexto pluribus verbis ſententiam ſuam explicat. ὅταν γὰρ, inquit, τίκωσιν ἐν τῷ Πόντῳ, γίγνονται ἐκ τοῦ ᾠοῦ ἃς καλοῦσιν οἱ μὲν σκορδύλας, Βυζάντιοι δὲ αὐξίδας, διὰ τὸ ἐν ὀλίγαις ἡμέραις αὐξάνεσθαι. καὶ ἐξέρχονται δὲ φθινοπώρῳ ἅμα ταῖς θύννοις, εἰσπλέουσι δὲ τοῦ ἔαρος ἤδη οὖσαι πηλαμίδες. Quare partus cordylla eſt, deinde prouectior pelamis: ad extremum thynnus euadit.

LXXVII. ARISTOTELES.

Οἱ δὲ κεστρεῖς, καὶ οἱ χρυσόφρυες, καὶ οἱ λάβρακες, μάλιστα οὗ ἂν ποτε ποταμοὶ ῥέωσιν.

MVgiles, auratæ, lupi: potiſſimùm qua fluuij erumpunt.

CÆSAR.

AC mugiles quidem lupíque fluuios longè ſubeunt: auratæ autem ſolas fauces duntaxat.

LXXVIII. ARISTOTELES.

Οἱ δὲ ὀρκυνὲς καὶ σκορπίδες, καὶ ἄλλα πολλὰ γένη, ἐν τῷ πελάγει.

ORcynes autem & ſcorpiones, aliaq́ genera multa in alto mari.

CÆSAR.

THYNNORVM plurima ſunt genera. Ex Archeſtrati enim verſibus apud Athenæum conſtat thynnum magnum vocari orcynum, & cete: θύννον ἁλισκόμενον σπουδῇ μέγαν ὃν καλέουσιν ὄρκυνον, ἄλλοι δ' αὖ κῆτος. At magnam hæc hiſtoria peperit dubitationem: ſi orcynus ſeu *orcynion*, vt vult Plinius, idem cum thynno, cur eorum tanquam diuerſorum natura ſeparatur? Thynni & pelamides tanquam diuerſi in Ponto pariunt tantùm: & tamen nihil niſi ætate differunt. Orcynus quoque ab ipſis nihil diſtat niſi magnitudine, & tamen in alto mari parit. Strictè certè hæc hiſtoria comprehenſa eſt: & in qua diligentiorem operam deſideres. Neque aliud potes excogitare, quàm omnibus generationis facultatem attribuere, vt iuniores Pontum petant: prouectiores quaſi nihil ſibi neque ſuis timentes, etiam alto ſobolem ſuam, tanquam ipſi iura dantes, tutò poſſint committere.

LXXIX. ARISTOTELES.

Τίκτουσι δ' οἱ πλεῖστοι τῶν ἰχθύων ἐν τρισὶ μησὶ, Μουνυχιῶνι, Θαργηλιῶνι, Σκιρροφοριῶνι· μετοπώρου δὲ, ὀλίγοι, οἷον σάλπη, καὶ σάργος, καὶ ἄλλα τοιαῦτα· μικρὸν πρὸ ἰσημερίας τῆς φθινοπωρινῆς, καὶ νάρκη καὶ ῥίνη.

PAriunt plurimi piſcium tribus menſibus, Martio, Aprili, Maio. Autumno pauci: Salpa, Sargus & ſimilia quædam paulò ante æquinoctium torpedo atque ſquatina.

CÆSAR.

CAESAR.

DIxerat vere parere. Nunc ponit menſium nomina. Theodórus malè diuiſit hoc Caput à ſuperiori: eadem nanque prorſus materia. Malè locutus eſt: *pariũt piſces plurima ſui parte.* Neque enim hoc modo ſententiam Philoſophi aperies: videtur enim velle docere qua parte corporis pariant piſces. At id nõ cogitauit dices, at loquendi modus id innuit, non enim plurima, at minima parte, exiguo meatu pariut. Sic igitur debuerat dicere: *maxima piſciũ pars tribus his mẽſibus parit.*

Cùm dixit æquinoctium, addidit φθινοπωρινῆς: nos non addidimus, quoniam iam autumnum nominauit. Sed interdum Ariſtoteles fuſior, interdum mutilus.

LXXX. ARISTOTELES.

Τίκτει δ' ἔνια καὶ χειμῶνος καὶ θέρους, ὥσπερ ἐλέχθη πρότερον. χειμῶνος μὲν, λάβραξ, κεστρεύς, βελόνη· θέρους δὲ, περὶ τὸν Ἑκατομβαιῶνα, θυννίς, περὶ τροπάς· τίκτει δὲ θυλακοειδές, ἐν ᾧ μικρὰ γίνεται καὶ πολλὰ ᾠά.

PAriunt quidam etiam hyeme, etiam æſtate, quemadmodũ antea quoque dictum eſt. Per hyemem, lupus, mugil, acicula: per æſtatem menſe Iunio thynna circa ſolſtitium folliculo ſimile, in quo oua minuta multa continentur.

CAESAR.

REpetit quæ ſuprà dixit, vt aſcribat ſpecies.

LXXXI. ARISTOTELES.

ΚΑὶ αἱ ῥυάδες τοῦ θέρους τίκτουσιν.

ITem Ruades æſtate pariunt.

CAESAR.

HOs quidam *ſparos*, Gaza *ſpargos vocat.*

LXXXII. ARISTOTELES.

Ἄρχονται δὲ κύειν τῶν κεστρέων, οἱ μὲν χελλῶνες, τοῦ Ποσειδεῶνος, καὶ ὁ σάργος, καὶ ὁ μύξων καλούμενος, καὶ ὁ κέφαλος· κύουσι δὲ, τριάκοντα ἡμέρας.

IN mugilum genere labeones incipiunt fœti eſſe Decembri menſe. Item ſargus & muſſo, & capito. Gerunt vterum dies tricenos.

CAESAR.

NEſcio quomodo σάργοι hîc inter mugilum ſpecies interpoſuit. Theodorus *ſargones* vocat. μύζονες ſeu μύξωνες *mucones* Theodorus fœliciter: μύξα enim *mucus*, vnum ex his genus eſt quod, *baicolum* Veneti vocant.

LXXXIII. ARISTOTELES.

Ἔνιοι δὲ τῶν κεστρέων οὐ γίνονται ἐκ συνδυασμοῦ, ἀλλὰ φύονται ἐκ τῆς ἰλύος καὶ τῆς ψάμμου.

MVgiles non omnes è coïtu generantur, ſed oriuntur è limo & arena.

CAESAR.

IN æſtuarijs Adriaticis pinguiſſimi reperiuntur, commendantúrque ieiuni capti. Saturi viliores ſunt. Itaque eos exenteratos farciunt herbulis & cinnamomo, & paſſulis tranſmarinis. Garumnam qui ſubeunt nihil olent: ſed ſunt macriores.

Dixit γίνεται, vnde γένος: & φύονται: quoniam φύσις eos ſine adminiculo coïtus fundit: Theodorus id neglexit.

LXXXIV. ARISTOTELES.

Ὡς μὲν ἐπὶ τὸ πολὺ τὸ ἔαρος τὰ πλεῖστα κύεται· οὐ μὴν ἀλλὰ, καθὼς εἴρηται, καὶ θέρους ἔνια, καὶ φθινοπώρου, καὶ χειμῶνος· ἀλλ' οὔτε ἅπασιν ὁμοίως τοῦτο συμβαίνει, οὔτε ἁπλῶς, οὔτε καθ' ἕκαστον γένος, ὥσπερ τοῖς πλείστοις τοῦ ἔαρος· οὐδὲ δὴ κύουσι πολλὰ κυήματα ὁμοίως ἐν τοῖς ἄλλοις χρόνοις.

Igitur maxima pars vere fœta eſt. Quanquam autem æſtate aliquot, & hyeme & autumno, vt dictum eſt. Non tamen aut ſimiliter, aut ſimpliciter, aut cuiuis generi contingit: quemadmodum illis qui in vere: neque numeroſis partubus alio tempore frequentantur.

CAESAR.

Repetit quod ſuprà dixit, vt addat præſcriptionem quandam, quam commodiùs aut ſuprà appoſuiſſet, aut planiùs hîc declarâſſet.

Vult dicere: in vere qui pariunt maximè conuenire vt ferè iiſdem diebus coëant: hoc eſt ὁμοίως. Deinde dicit ἁπλῶς, id eſt, ſine impedimento, aut interceptione, aut errore. Tum dixit καθ' ἕκαστον γένος: id eſt nulla ſpecies fallit genus ſuum. Poſtremò πολλὰ κυήματα quoniam fœcundiores ſunt qui vere pariunt. Cõtrà hyeme aut vere qui coëunt partim initio, partim in fine. Item non ἁπλῶς. Quoniam fœtus ſibi diſſimiles edunt: ὄψιμα καὶ πρώιμα. Tertiò non κατὰ γένος. Quoniam & in genere mugilum & in aliis non omnes ſpecies Decembri menſe implentur. Quarta differentia nota eſt.

Theodorus ὥσπερ τοῖς πλείστοις τοῦ ἔαρος, *nec plurimæ parti vt verno tempore*: malè interpretatus eſt. Nam eſt comparatio: non ita his euenire ſicut illi plurimæ parti. Nam ſi Theodorum ſequare, fiat repetitio. Iam enim hoc dictum eſt: paucos piſces alio tempore parere.

LXXXV. ARISTOTELES.

Ὅλως δὲ δεῖ μὴ λεληθέναι, ὅτι ὥσπερ τῶν φυομένων, καὶ τῶν ζῴων τῶν τετραπόδων, πολλὴν αἱ χῶραι ποιοῦσι διαφορὰν, οὐ μόνον πρὸς τὴν ἄλλην τοῦ σώματος εὐημερίαν, ἀλλὰ καὶ πρὸς [τὸ] πλεονάκις ὀχεύεσθαι καὶ γεννᾶν· οὕτω καὶ περὶ τοὺς ἰχθῦς πολλὴν ποιοῦσι τὴν διαφορὰν αὐτοὶ οἱ τόποι, οὐ μόνον κατὰ μέγεθος καὶ εὐτροφίαν, ἀλλὰ καὶ κατὰ τοὺς τόκους καὶ τὰς ὀχείας, τῶν ἔνθα μὲν πλεονάκις, ἔνθα δὲ ἐλαττονάκις γεννᾶν τὰ αὐτά.

Illud autem omnino haud debet latere nos: vt quemadmodum & plantæ, & quadrupedes pro locorum diuerſitate variantur: neque ſolùm ſecundùm corporis fœlicem habitudinem: ſed etiam coïtus partúſve frequentia: ſic regionum ratione piſces ipſos, alios atque alios fieri non ſolùm magnitudine & nitore: verumetiam fætura & coitu. Ita vt eodem in genere alibi ſæpius, alibi ſpiſſius pariant.

CAESAR.

Semper hoc fieri ab Ariſtotelé monuimus, vt oſtendat naturæ catenationes ſuiipſius imitatricis. Ergo locorum varietatem communem eſſe tam piſcibus quàm quadrupedibus, atque etiam plantis ad ipſos variandos. Et ponit quatuor varietates: magnitudinem, & εὐτροφίαν, & coïtum, & partum: quarum duas priores, in priore membro comparationis vnico verbo comprehendit εὐημερίαν: alteras duas non temerè diſiunxit. Nam quædam animalia vno coitu implentur, & multa pariunt. Quædam coëunt frequenter & non ſemper concipiunt. Sed & prægnantes coëunt: quædam locorum ratione, ſcilicet tepore, & pabuli vbertate, vt equæ.

Hoc autem ſeparato Capite debuit docere nos. Sed intermiſcuit ſtatim alia: mox autem reſumit cùm loquitur de Echinis Pyrænis. Non tamen temerè obſeruandus is locus eſt. Videbatur autem nihil intereſſe loci piſces. Siquidem vno elemento continentur omnes, quod eſſe diuerſum non poteſt: ſicut quadrupedes; quæ frigus & calorem, & pabulo alio aliæ alibi vtuntur: atque etiam magis plantæ, quæ affixæ certis locis aduerſariam accipiunt mutationem. Sed piſcibus quoque id euenit è pabulo & cœli inclinationibus, & aquis ipſis: mutantur enim aquarum ſapores à terra quam tranſmeant. Ad Burdegalam Lucii maximi ſunt. Item Aloſæ frequentes: at putidi illi; hæ inſuaues. Aduerſo natatu purgantur, fiunt pingues & ſuauiſſimi. A freto Siculo ad Gaditanum nauigato: ſemper nitidiores ſapidioréſque piſces edes.

Dixit

Dixit εὐημερίαν: pingui ſanè voce: nam ea, commoda & bona omnia ſignificantur: *fœlicitatem* diuinitùs Theodorus.

Εὐφορίαν: *habitum vegetiorem* Theodorus. Item *pluries* non ſatis Latinè: *& minùs* pro ἐλαττονάκις, non ſatis rotundè.

LXXXVI. ARISTOTELES.

Τίκτει δὲ καὶ τὰ μαλάκια τοῦ ἔαρος, καὶ ἐν τοῖς πρώτοις.

Item ea, quæ ante alios vere pariunt, molluſca ſunt.

CAESAR.

REDIT ad ſuperiorem materiam de partus tempore, quod non debet ſeparari, niſi etiam ſuperiora ſeces minutatim, quæ tamen confuſa ſunt. Quare maluimus deducere eodem tenore vſque ad finem,

Theodorus legit, καὶ ἐν τοῖς πρώτοις ἡ σηπία. Nos τὸ, ἐν τοῖς πρώτοις ad vniuerſum genus molluſcorum maluimus referre. Et rectè: nam ſepia omni tempore parit, vt ſtatim ait.

LXXXVII. ARISTOTELES.

Τίκτει δὲ τῶν θαλαττίων ἡ σηπία· τίκτει δὲ πᾶσαν ὥραν. ἀποτίκτει δὲ ἐν ἡμέραις δεκαπέντε. ὅταν δὲ ἀποτέκῃ τὰ ᾠά, ὁ ἄῤῥην παρακολουθῶν, καταφυσᾷ τὸν θόλον, καὶ γίνεται στιφρά. βαδίζουσι δὲ κατὰ ζυγά.

Sepia verò omni etiam tempore parit: effœtáque fit, die demum quinto decimo. Vbi oua ediderit, ea mas aſſecutus aſpergit atramento: atque inde ſolideſcunt. Degunt autem coniugatim.

CAESAR.

NOTA oua imperfecta edi à ſepia: quare habeant opus maris auxilio. Ita igitur facies differentias. Oua quædam in vtero adeo perfecta vt etiam ibidem excludãtur, vt in vipera & σελάχει. Quædam ita imperfecta, vt nihil vnquam ex his fiat, vt hypenemia ſine mare orta. Quædam minùs imperfecta his; quæ quanquam coïtu concepta ſunt, tamen egent maris opera, etiam cùm ſunt edita. Quædam mediocria: quorum maxima pars eſt, vt quæ ſtatim apta ſint ad incubandum.

Ἀποτίκτει: vt debellare, elugere, decertare, expugnare τὸ ἀπό. Theodorus alio verbo vſus eſt: *perſeuerat*, inquit, *dies quindecim*: vt ex eo intelligas ceſſationem. Nos, *effœta*, diximus: hoc enim ad verbum & literam.

Καταφυσᾷ: ἀκύρως. Nam ſepia non ſpirat: ſed compreſſione membranæ exprimit: ſi dicas afflat, iucundum erit, ſed nimia metaphora: ſicut etiam βαδίζουσι: βάδισις enim τῶν πεζῶν, καὶ τῶν πόδας ἐχόντων ἁπλῶς: *incedunt*. Theodorus etiam ſtrictiore verbo.

LXXXVIII. ARISTOTELES.

Ἔστι δὲ ὁ ἄῤῥην τῆς θηλείας ποικιλώτερος καὶ μελάντερος τὰ νῶτα.

Eſt autem mas varius quàm fœmina magis: dorſóque nigriore.

CAESAR.

HOc quoque alibi fuit declarandum, in hiſtoria cutis, & pilorum, & ſquammæ, & eiuſmodi.

LXXXIX. ARISTOTELES.

Ὁ δὲ πολύπους, ὀχεύεται τοῦ χειμῶνος, τίκτει δὲ τοῦ ἔαρος, καὶ φωλεύει περὶ δύο μῆνας. τίκτει δὲ τὸ ᾠόν, καθάπερ βοστρύχιον, ὅμοιον τῷ τῆς λεύκης καρπῷ. ἔστι δὲ πολύγονον τὸ ζῶον. ἐκ γὰρ τοῦ ἀποτικτομένου, ἄπειρον γίνεται τὸ πλῆθος.

Coït hyeme polypus, vere parit: duos circiter latet menſes: edit ouum quaſi cirrum ſimile albæ populi fructui: fœcundum ſanè animal eſt. Nam ex eo quod ediderit, infinita multitudo prouenit.

CAESAR.

CAESAR.

VNum ouum dicit, quoniam cohærent. Itaque dixit βόστρυχον quaſi cincinnum: ſed multa inſunt, vt ſuprà diximus.

XC. ARISTOTELES.

Διαφέρει δὲ ὁ ἄῤῥην τῆς θηλείας, τῷ τε τὴν κεφαλὴν ἔχειν προμηκεστέραν, καὶ τὸ καλούμενον ὑπὸ τῶν ἁλιέων αἰδοῖον, ἐν τῇ πλεκτάνῃ λευκόν.

Differt à fœmina mas, propterea quòd & capite eſt oblongiore: & id quod genitale vocant piſcatores, habet in brachio candidum.

CAESAR.

MAle hîc interponit hiſtoriam differentiæ ſexus, cùm nondum abſoluerit narrationem de partu, ad quam mox redit.

Nunc poſuit κεφαλὴν, neque appoſuit τὴν καλουμένην vt ſuprà, quia iam pro noto vtitur. Cautè reijcit τοῦ αἰδοίου fidem ad piſcatores.

XCI. ARISTOTELES.

Ἐπωάζει δὲ ὅταν τέκῃ· διὸ καὶ χείριστοι γίνονται. οὐ γὰρ νέμονται κατὰ τοῦτον τὸν χρόνον.

QVæ peperit incubat: propterea tempore deterrimi ſunt: neque enim tunc in paſtum eunt.

CÆSAR.

REtexit quod interciderat. Reddit rationem quare ſint deterrimi: quia inedia marcent. Quanquam & alia cauſſa ſubeſt: omnia enim incubantia tametſi largiter alantur, macra tamẽ ſunt ob calorem qui tum illis longè maior eſt. Theodorus more ſuo minùs Latine locutus eſt cùm ait *prodire patiuntur.*

XCII. ARISTOTELES.

Γίνονται δὲ καὶ αἱ πορφύραι τὸ ἔαρ, καὶ οἱ κήρυκες λήγοντος τοῦ χειμῶνος.

NAſcuntur purpuræ verno tempore: & buccinæ hyeme affecta.

CÆSAR.

ALIA Capitis pars: quam debuit abſcindere Theodorus, vt ex ea aliud Caput faceret, ſicut & de mollibus fecit. Itaque etiam mutile inſcripſit *de mollium* tantùm *partu.* Cum etiam de duris dicatur. Tempus autem buccinarum natiuitati attributum veris eſt, alijs vocibus circumſcriptum λήγοντος *deſinente.* Theodorus *abeunte.* Nos Latina voce, *affecta*: vt *ætate affecta.*

XCIII. ARISTOTELES.

Καὶ ὅλως τὰ ὀστρακόδερμα ἔν τε τῷ ἔαρι φαίνεται τὰ καλούμενα ὠὰ ἔχοντα, καὶ ἐν τῷ μετοπώρῳ, πλὴν τῶν ἐχίνων [τῶν] ἐδωδίμων. οὗτοι δὲ μάλιστα μὲν ἐν ταύταις ταῖς ὥραις, οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ ἀεὶ ἔχουσι, καὶ μάλιστα ταῖς πανσελήνοις, καὶ ταῖς ἀλεειναῖς ἡμέραις, πλὴν τῶν ἐν τῷ Εὐρίπῳ τῶν Πυῤῥαίων. ἐκεῖνοι δὲ ἀμείνους τοῦ χειμῶνος. εἰσὶ δὲ μικροὶ μὲν, πλήρεις δὲ τῶν ὠῶν.

OMnino quæ teſta opperiũtur, tum vere, tum autũno inueniuntur plena ijs quæ oua appellãtur, præter echinos eſculentos. Nam quanquam ij quoque per hæc tempora illa habent, tamen ne aliàs quoque vnquam carent: præcipuè autem plenilunijs & tepidis diebus. Cæterùm qui in freto Pyræorum degunt, per hyemem magis commendantur: minutiores ſunt ij, ſed pleni ouorum.

CAESAR.

CAESAR.

QVONIAM duas ſpecies recenſuerat diffundit orationem in genus vniuerſum. Duo ponit tempora:& puta præponi ver:quia tunc pleniora ſunt.

φαίνεται, ad ſenſum. Nam Galenus vbique in *Anatomicis*, & in libris de *officijs partium* clamat ſenſu res naturales maximè percipi poſſe. Itaque non potes argumentari. Echinus eſt: ergo vere & autumno tantùm habet oua. Nam Pyræi echini ſemper habent.

Dubitari poteſt:propterne pabulum pleniores ſint plenilunijs, paſcuntur enim noctu,vt & gammaros vidimus nos. An quòd lunæ augmenta & diſpendia cognationem habent cum illis,quemadmodum cum noſtro cerebro? vt iam taceant ignari & pertinaces. Diebus autem tepidis ſunt pleniores: quia plus paſcuntur, & plus proficiunt ob cœli clementiam: frigus enim cogit atque arctat.

Πλὴν τῶν ἐχίνων ἰσοδύμων: aliùs dixiſſet πλὴν ἐχίνων τῶν ἰσοδύμων.

Theodorus dum affectat,plus quàm Ariſtotelice dicit: minus quàm Latinè loquitur: *nullo*, inquit, *tempore committitur*: malè ſanè: nam à quo committitur?ſic enim dicimus, non committam,non committes. At in re natura conſtante,quis peccare poſſit,vt echini illi ouis careant?

Pyræorum Euripum *fretum* interpretati ſumus. Neque enim rectè Ouidius pro quocunque mari vtitur:ſed anguſtias maris feruidi ſignificat.

XCIV. ARISTOTELES.

Κύοντες δὲ φαίνονται καὶ οἱ κοχλίαι σχεδὸν ὁμοίως τὴν αὐτὴν ὥραν.

Per idem tempus vmbilicos quoque prægnantes æquè eſſe conſtat.

CAESAR.

Hic quoque κύοντες Theodorus paraphraſtæ modo, tum interpretis expoſuit: *habere oua*.

CAPVT DVODECIMVM,

De Auium partu.

XCV. ARISTOTELES.

Τῶν δὲ ὀρνίθων τὰ μὲν ἄγρια, ὥσπερ εἴρηται, ἅπαξ ὀχεύεται καὶ τίκτει τὰ πλεῖστα.

Silueſtrium auium plurimæ, quemadmodum dictum eſt, ſemel coëunt & pariunt.

CAESAR.

HÆc quoque cum ſuperioribus connectenda erant: nam etſi animalium diuerſa natura, eadem tamen hìc materia tractatur. Atque ea cùm ſuprà interrupta fuerit, omniáque confuſa ſaltuatim ſecanda non putabamus: tamen vt communi opinioni ſeruiremus, Theodori iudicium ſequuti ſumus.

Intelligit ſilueſtres ad duplicem differentiam: & quæ non eſſent domeſticæ:& quæ nunquam eſſent. Intelligo domeſticas,manſuetas. Nam συνανθρωπόντων., etiam multa ἄγρια: vt hirundines, cypſelli, & multa alia:quorum natura, etiam ſi aliquid commercij cum homine videantur habere, hominis tamen autoritatem refugere videtur: intellige,*ſemel*,non actum, ſed tempus.

XCVI.

XCVI. ARISTOTELES.

Χελιδὼν δὲ δὶς τίκτει, καὶ ὁ κόττυφος. τὰ μὲν οὖν πρῶτα τοῦ κοττύφου, ὑπὸ χειμῶνος ἀπόλλυται. πρώτιστα γὰρ τίκτει τῶν ὀρνέων πάντων· τὸν δὲ ὕστερον τόκον, εἰς τέλος ἐκτρέφει.

Hirundo autem bis & merula: ſed eius fœtum priorem hyems necat: longè enim prima ante omnes aues parit. Alterum autem poſteriorem educat quoad perficiatur.

CAESAR.

Excipit duas ſpecies, hirundinem, & merulam. Tollit obiectionem tacitam: non videri niſi vnum fœtum merulæ: iccirco apponit hiſtoriam: ſed nota: quomodo omnium prima parit ſi priorem partum hunc hyems necat? parit igitur hyeme: ergo poſtrema omnium. At vult dicere ineunte anno: ſicut & amygdalus & perſica arbor præueniuntur, igitur frigore potiùs quàm hyeme.

Dixit πρώτιστα, dato quod non poteſt facere: nam πρῶτον non eſt primum: noſtrum enim eſt ſuperlatiuum *pri*, præpoſitio, vt *præ*: ſicut *ni*, *ne*: prior, primus: at πρῶτον eſt πρὸ αὐτῶν, ſicut πρὸ ποδῶν, & πρόχειρον, & πρὸ ὁδόν. Non igitur ſatis habet Philoſophus vt Theodorus dicere: *omnium auium prima parit*: neque enim propterea intempeſtiua eſſet ſoboles: ſed *longè omnium*, vt incommoditatem notaret, occupante frigore, aut imbecilla, aut omnino ſublata.

XCVII. ARISTOTELES.

Ὅσα δ' ἥμερα, ἢ ἡμεροῦσθαι δύναται, ταῦτα δὲ πλεονάκις· οἷον αἱ περιστεραὶ κατὰ παντὸς θέρους, καὶ τὸ τῶν ἀλεκτοροειδῶν γένος. ὀχεύουσι γὰρ καὶ οἱ ἄρρενες καὶ αἱ θήλειαι τῶν ἀλεκτορίδων, καὶ τίκτουσιν αἰεί, πλὴν [τῶν] ἐν τῷ χειμῶνι τροπικῶν ἡμερῶν.

Quæ autem cicures aut per ſe ſunt, aut fieri poſſunt, ea frequentiùs vt columbæ tota æſtate, & gallinæ: coëunt enim tam mas quàm fœmina in genere hoc ſemper ac pariunt: præterquam per brumam.

CAESAR.

Ponit duo exempla contraria ἀγρίοις, vt diximus. Theodorus ἥμερα, *vrbana*: malè: immò villatica ſunt etiam in vrbe, ſicut hortus, area. Ruſtica ſeruitus in vrbe: ſtillicidij vrbana, etiam in agro.

Cum ait gallinas ſemper parere, ſub cane ſolent ceſſare: raræ enim ſolent parere, ſicut & hyeme, nonnullæ, niſi largiùs alantur, ac tepidè habeantur.

Non potuit peiùs loqui Theodorus cùm ait, *Gallinæ etiam ineunt.*

Nota ταῦτα δὲ πλεονάκις: nota τὸ, δὲ: ſic Latinè. *Hæc ſunt fœdera ego vt hoc faciam: ſi fallam, at me Iupiter feriat.*

XCVIII. ARISTOTELES.

Τῶν δὲ περιστεροειδῶν τυγχάνει πλείω ὄντα τὰ γένη. ἔστι γὰρ ἕτερον πελειὰς καὶ περιστερά. ἐλάττων μὲν οὖν ἡ πελειάς· τιθασὸν δὲ γίνεται μᾶλλον ἡ περιστερά. ἡ δὲ πελειὰς, καὶ μέλαν, καὶ μικρὸν, καὶ ἐρυθρόπουν, καὶ τραχύπουν· διὸ καὶ οὐδεὶς τρέφει. μέγιστον μὲν οὖν τῶν τοιούτων, ἡ φάττα ἐστί· δεύτερον δὲ, ἡ οἰνάς· αὕτη δὲ, μικρῷ μείζων ἐστὶ τῆς περιστερᾶς. ἐλάχιστον δὲ τῶν τοιούτων, ἡ τρυγών. τίκτουσι δὲ αἱ περιστεραὶ πᾶσαν ὥραν καὶ ἐκτρέφουσιν, ἐὰν τόπον ἔχωσιν ἀλεεινὸν, καὶ τὰ ἐπιτήδεια· εἰ δὲ μή, τοῦ θέρους μόνον. τὰ δὲ ἔκγονα, βέλτιστα τὰ τοῦ ἔαρος, ἢ τὰ τοῦ φθινοπώρου· τὰ δὲ τοῦ θέρους, καὶ ἐν ταῖς θερμημερίαις, χείριστα.

Columbini generis multæ ſunt ſpecies. Eſt enim diuerſa turrilia à columba, ac minor quidē hæc: manſueſcit autem citiùs columba. Tum autem liuia turrilia nigra ac parua pedibuſq́; & rubentibus & aſperis. Ergo nullus eam alere inſtituit. Maxima harum omnium palumba, proxima rupilia: ſiquidē hæc paulò maiuſcula eſt quàm columba: minima autem turtur. Pariunt enim columbæ toto anni tempore, atque etiam educant, ſi & loci tepidi & corū quæ opus habent vtantur commoditate. Sin autem deſint hæc, æſtate tantùm. Pulli verni quàm autumnales meliores: æſtiui aut æſtu infeſtis diebus qui oriūtur, peſſimi.

CAESAR.

C Æ S A R.

NIHIL minùs ordinatum hac hiſtoria. De columbis multa ſuprà libro ſecundo, ex quo qui volet petat: hæc tamen addam. Columbam genus vocabo, atque ſpecies ſubdam ſic: domeſticam quam & *plumipedem* liceat nobis appellare: *liuiam* quam à liuore Theodorus dixit, nos *turriliam* à turribus quas incolit: *vinaginem*, quam à rupibus quas habitat, Vaſcones *roquetz*, Taurini *rocairolz*, Narbonenſes à petris *perengam*, vocant, & ideo nos quoque auſi ſumus *rupiliam*, ſeu *rupicem* nominare palumbem, & turturem. At falſum eſt rupiliam ſeu vinaginẽ maiorẽ eſſe columba domeſtica: eſt enim minor & magnitudine turriliam ſeu liuiam non ſuperat. Οἰνάδα Theodorus *vinaginem* vt alibi fœliciſſimo vocabulo reddidit quam & *vinoſam* potes dicere: à vini enim colore denominata eſt, quod nullum genus magis repræſentauit. Neque putes vt quidã, hoc ipſis nomen inditum quòd vinaceis vuarum ſuccis hyeme delectentur: nã ijs etiam & domeſticæ & turriliæ aluntur. Omnes communiter inter ſe differunt colore: domeſticæ quidem vt plurimùm albæ, quædam nigræ & variæ: id quoque turrilijs accidit: maxima tamen pars nigra, & ſummis alis nigram tæniam habens: rupilia fuluior, & eam tæniam nullam habet. Turrilia arbores non conſcendit; at conſcendit rupilia: itaque pedes habet duriores, & vngulas minùs attritas: in ſaxis nidificat. Palumbæ glande veſcuntur, caro ſiccior: ideóque ſemicoctæ eduntur. Turrilia bis parit. Domeſtica ſemper, excepto menſe Decembri.

Illud quoque intereſt vtro modo dicas ἐκγονα τοῦ θέρους, vtrum ἐν τῷ θέρει, an poſſeſsiuè θερινά. Nam proles verna etiam hyeme præſtantior eſt nec minùs æſtate, quod eſt τοῦ θέρους: ſi tempus tantùm ſignificat. Quare intellige tempus, non vitæ & quo edi poſſunt, ſed ortus. Itaque meliùs diximus, *vernos & æſtiuos*: quam *vere & æſtate*, vt Theodorus.

Ἀλεεινὸν *apricum* Theodorus: imò *tepidum*.

Τὰ ἐπιτήδεια, *cibum* Theodorus: etiam vltra cibum omnia neceſſaria, quæ opus ſunt, denotat: vt ad nidum conficiendum: etiam potum, non ſolum cibum: neque à felibus aut canibus impediantur cùm ponunt nidos.

Ἀκύρως, dixit Ariſtoteles βέλτιστα de duobus, τοῦ ἐαρος καὶ φθινοπώρου: ſed fecit, quoniam addidit tertium membrum χείριστα: at valde ipſum premit τὸ, ἤ: comparat enim duo tantùm: at χείριστα tria.

Θερμημερίαις maluimus *per æſtum* quàm *per calorem* ſimpliciter interpretari.

Nota locutionem: πελιδνὰ, μέλαν ad neutrum tranſtulit. Theodorus non rectè ſic: *liuet enim plumis & nigricat*: & omiſit μικρὸν: & nota δὲ: refert cauſſam: quoniam non eſt πιθανόν.

CAPVT DECIMVM TERTIVM,

Animalium differentiæ in coïtu ab ætate.

XCIX. ARISTOTELES.

Διαφέρουσι δ' ἐν καὶ κατὰ τὴν ἡλικίαν τὰ ζῶα πρὸς τὴν ὀχείαν.

Differunt autem inter ſe ætatis ratione ad coïtum animalia.

C Æ S A R.

SVPRA à temporibus anni: nunc à temporibus ipſorum: hoc vult enim Philoſophus: ætas alia alij animalium ad fœturam idonea eſt. Neque enim idem eſſe ſolet initium & ſeminis emittendi, & facultatis ad generandum, quemadmodum poſteà fuſiùs aget.

C. ARISTOTELES.

Πρῶτον μὲν ἦν οὐχ ἅμα τοῖς πολλοῖς ἄρχεται τό τε σπέρμα ἐκκρίνειν, καὶ δύνασθαι γεννᾶν, ἀλλ' ὕστερον. τὸ γὰρ τῶν νέων, ἐν πᾶσι τοῖς ζώοις, τὸ μὲν πρῶτον, ἄγονον· γονίμων δ' ὄντων, ἀσθενέστερα καὶ ἐλάττω τὰ ἔκγονα. τοῦτο δὲ μάλιστα δῆλον ἐπί τε τῶν ἀνθρώπων καὶ τῶν ζωοτόκων τετραπόδων, καὶ ἐπὶ τῶν ὀρνίθων. τῶν μὲν γὰρ, τὰ ἔκγονα ἐλάττω, τῶν δὲ, τὰ ᾠά.

Principio non eſt pleriſque idem initium, & excernendi ſeminis, & facultatis generandi: ſed & hæc poſteà accedit. Omnia nanque animalia prima ætate aut nihil generant, aut generant ſobolem, tum imbecilliorem, tum minorem. Id quod planiſſimè apparet, & in hominibus, & quadrupedibus quæ animal pariunt: & in auibus. Illorum enim proles, horum oua minima ſunt.

CÆSAR.

DECLARAT quemadmodum differunt ætate. Nam multi non eodem tempore incipiunt & emittere ſemen, & poſſunt generare: id eſt in multis: primùm quibus ſemen non eſt prolificum: aut ſi eſt, ſoboles parùm valet robore & magnitudine. Et apponit exempla & animalium, & ouorum. Sanè pullæ puſilla oua edũt.

Oratio Ariſtotelis præceps, ἀλλ' ὕστερον: neutrum declarauit quod eſſet poſterius.

Nota & id, cùm affirmat ἐν πᾶσι eſſe ἄγονον: quomodo ſubdit contrarium. γονίμων δ' ὄντων: intellige, non dicere genera inter ſe: quòd in quibuſdam τὰ καὶ γόνιμα ſint. Sed in eodem genere, caſu aliquod indiuiduum reperiri τὸ τῶν νέων, ſcilicet ſemen.

Itaque generationis initium, omnino ſequitur initium ſeminis emittendi, aut ſimpliciter, aut κατά τι. Quoniam autem nihil generant, aut malè generant. Quòd autem Theodorus vertit τὸ μὲν πρῶτον ἄγονον, *prima emiſſio ſeminis, aut infoecunda*: malè. Nam nulla emiſſio ſeminis eſt fœcunda, ſed ſemen fœcundum.

Τὸ πρῶτον τῶν νέων: nos per primam ætatem omnia expreſſimus.

Appoſuit duo: ζωοτόκα propter teſtudines: τετράποδα propter σελάχη: in quibus non eſt tam manifeſtum.

Theodorus ἐλάττω *maiora*. Imò minora, vt in auibus & equorum genere & pullis vidimus non pauciora, ſed minima: ſic & infrà loquutus eſt de equarum pullis: ἐλάττω καὶ ἀσθενέστερα, neque enim plura parit equa adulta, & hìc hoc quod quærimus: & durum eſt dicere: *prolem pauciorem*.

CI. ARISTOTELES.

Αἱ δ' ἡλικίαι τοῖς ὀχεύουσιν, αὐτοῖς μὲν πρὸς αὑτοὺς τοῖς γένεσι τοῖς πλείστοις σχεδὸν κατὰ τὸν αὐτὸν γίνονται χρόνον, ἐὰν μή τι προτερῇ, ἢ διά τι τερατῶδες πρᾶγμα, ἢ διὰ βλάβην τῆς φύσεως.

Ætas autem ad coitum accommodata ſuo cuique in genere per idem ferè tempus plurimis euenit, niſi quippiam præueniat, aut ex prodigio, aut ex naturæ nocumento.

CÆSAR.

SVPRA genera inter ſe. Nunc ſub genere indiuidua: quorum tempora non mutari ait niſi præueniantur aut prodigio, aut naturæ nocumento.

Dixit ἐὰν μή τι προτερῇ. Theodorus, *præmaturet & anticipet*: ambitioſè: & nota dixit προτερῇ: & appoſuit τερατῶδες: vt in Vaſconia paſtor paſtricẽ compreſſit grauidámque fecit decennis octuennem: vterque adhuc viuit dum hæc prodimus. Deinde poſuit διὰ βλάβην: ac per nocumentum non poteſt quicquam anticipare, ſed poſtponi. Itaque mutila oratio eſt, ſi ſequare Theodorum. Sed ita intelliges: ſi quid præueniat: tàm poſſe adferre fœcunditatem, quàm tardare. Ita vt τὸ ſit tàm bonum quàm malum.

Quæ autem ſint nocumenta generationis magna ex parte in eo libro qui *decimus Hiſtoriarum* inſcribitur declarauimus.

CII. ARISTOTELES.

Τοῖς μὲν οὖν ἀνθρώποις ἐπισημαίνει κατά τε τὴν τῆς φωνῆς μεταβολὴν, καὶ τὸ αἰδοῖον, οὐ μόνον μεγέθει, ἀλλὰ καὶ εἴδει· καὶ ἐπὶ τῶν μαστῶν ὡσαύτως· μάλιστα δὲ τῇ τριχώσει τῆς ἥβης. ἄρχεται δὲ φέρειν τὸ σπέρμα περὶ τὰ δὶς ἑπτὰ ἔτη· γεννητικὸς δὲ περὶ τὰ τρὶς ἑπτά.

IGitur in homine indicio eſt, tum vocis mutatio, tum genitalium & magnitudo & facies, atque etiam mammæ: potiſſimum autem ortu pubis: incipit ferre ſemen circa bis ſeptem annos, ſed prolificum ter ſeptenos annos circiter.

CAESAR.

SVPRA genera & inter ſe, & in indiuiduis. Nunc genera ſingula exequitur à notiſſimo incipiens: ſcilicet ab homine: ponit annos vtroſque & ſeminis & generationis: ponit indicia prioris: vocis mutationem: genitalium incrementum; genitalium faciem: mammarum protuberationem: & potiſſimùm pubis pilos. In altera ponit annos. Sed intellige etiam maturius tempus vtrunque appetere, verùm inutilius: atque notabis ſeptenarium numerum. Et dixit vocis mutationem, non autem vocem mutatam, vt tempus illud præſcribat.

Theodorus peſſimè τοῖς μὲν οὖν ἀνθρώποις ἐπισημαίνει, *igitur homini innoteſcit*: imò verò de hominis affectu loquitur, non de notitia. In homine hæ ſunt notæ: etiam alij quàm homini ſi deprehendi & cognoſci poſſint.

Idem τὸ αἰδοῖον *teſtium*: imò verò omnium membrorum genitalium. Nam in fœmina quomodo teſtes intueare? at de illa hîc quoque loquitur. Creſcit enim natura etiam fœmellis. Itaque dixit μεγέθει. Et quoniam hoc erat ridiculum, omnia enim creſcunt membra, addidit: καὶ εἴδει. Non ſpecie ſubſtantifica, ſed facie. Quoniam turgent membra illa tunc, & tolluntur. Et addidit μαστῶν. Quoniam membra illa ad id vſque tempus non creſcunt.

Τῇ τριχώσει τῆς ἥβης: *pilorum ortu pubis*: *pubem* Latini pilos ipſos dicunt, id eſt pilos ἥβης: vnde *impuberes* dicti: & *impubes malas* apud Virgilium. Itaque *ortu pubis* diximus ſine pilorum adiectione: quod fruſtra appoſuit Theodorus. Hoc autem per hiſtoriam generalem hîc dicit Ariſtoteles: priuatim autem de homine dicturus initio libri ſeptimi.

CIII. ARISTOTELES.

Τοῖς δ' ἄλλοις ζώοις ἥβη μὲν οὐ γίνεται. τὰ μὲν γὰρ ὅλως οὐκ ἔχει τρίχας· τὰ δὲ, οὐκ ἔχει ἐν τοῖς ὑπτίοις, ἢ ἐλάττους τῶν ἐν τοῖς πρανέσιν.

CAeteris animalibus pubes nulla oritur. Nam quædam omnino pilis carent: quædam autem aut nullos habent in partibus deuexis, aut pauciores quàm in aduerſis cælo.

CAESAR.

HOc totum in hiſtoria pilorum aut dictum eſt aut debuit dici. Sed poſuit, quoniam ad regulam hominis metitur cætera animalia. Itaque excludit hoc indicium in alijs animalibus, & apponit alia. Ac de ijs quæ carent pilis, exempla in promptu ſunt. De ijs autem quæ ſunt piloſa & ventrem piloſum non habent, non memini exemplum vllum eſſe. Niſi intelligas erinaceos, quibus venter ſpinis caret: at pilos tamen habet aliuſmodi ibi. Quid, quod homo pectus piloſum habet, dorſum autem glabrum?

Theodorus ἥβην hîc *pubertatem*, malè: eſt enim pubertas, ætatis pars, vt iuuentus, quæ olim *iuuentas* dicta fuit: etiam nunc detracto ſibilo, iuuenta, quemadmodum ſenecta. Tempus igitur illud ætatis alijs quoque animalibus perinde atque homini datum eſt: ſed non ſub eo nomine: Itaque hîc dicas, pubertatis nomen imponi non potuit ei ætati animalium quæ hominis ætati reſponderet.

CIV. ARISTOTELES.

Ἡ δὲ φωνὴ μεταβάλλουσα ἐνίοις ἔνδηλός ἐστι.

VOcem autem in alijs mutari manifeſtum eſt.

CAESAR.

AB hoc igitur iudicio ætas etiam animalium quorundam ad generandum indicatur. Dico quorundam: propterea quòd hirundines paucis diebus poſt initia volandi contentiſſima canunt voce: nec à parentibus ſuperantur.

CV. ARISTOTELES.

Τοῖς δ᾽, ἕτερα τοῦ σώματος μόρια ἐπισημαίνει τήν τε ἀρχὴν τοῦ σπέρμα ἔχειν, καὶ τὸ γόνιμον.

IN alijs autem aliæ corporis partes indicant initiũ tum ſeminis, tum fœcunditatis.

CAESAR.

MAMMAE ſcilicet, & genitalium tum magnitudo, tum facies.

Τὴν τε ἀρχὴν τὸ σπέρμα ἔχειν καὶ τὸ γόνιμον. Duo notárat in ſemine: prouentum primùm, & poſteà profectum ad generandum: vtrunque hic tangit. Sed Theodorus diſtortam appoſuit orationem, ſic: *ſignificant ſemen initium, viréſque prolificas ſibi trahere.* Nam profectò ne Lanuuini quidem ſic ſunt locuti: *ſemen trahit initium.* Itẽ, *trahit vires prolificas*: imò acquirit, non trahit: ſed poſtquam acquiſiuit, trahit: præterea non ſequitur quæ propoſuit. Nam ſuprà dixit non ſimul incipere ſemen ſimpliciter, & ſimul eſſe prolificum: hîc autem iungit: trahit enim initium & vires.

Dixit autem Ariſtoteles hoc indicium à partibus. Quia non omnia animalia vocalia ſunt.

CVI. ARISTOTELES.

Τὴν δὲ φωνὴν ἔχει τὸ θῆλυ ἐν τοῖς πλείστοις ὀξυτέραν, καὶ τὰ νεώτερα τῶν πρεσβυτέρων· ἐπεὶ καὶ αἱ ἔλαφοι αἱ ἄῤῥενες τῶν θηλειῶν φθέγγονται βαρύτερον.

HAbent fœminæ ferè vocem acutiorem, & iuniores quàm ſeniores. Nam cerui quoque mares, grauiorem quàm fœminæ vocem emittunt.

CÆSAR.

NON poteſt excuſari Ariſtoteles hîc, ſicut & alibi multis in locis, quin repetat ſuperfluè quæ ſcripſerat. Satis fuiſſet dicere. De voce autem ſuo loco ſcriptum eſt: ſatis habebat quoque dicere, νεώτερα: neque addere πρεσβυτέρων: aut addidiſſet τῶν ἀῤῥένων.

Ἐν πλείστοις *ferè*: rotundiſſimè: hoc autem dixit propter vaccam vt ſuprà oſtendit, & infrà dicet.

CVII. ARISTOTELES.

Φθέγγονται δὲ αἱ μὲν ἄῤῥενες, ὅταν ἡ ὥρα τῆς ὀχείας ᾖ· αἱ δὲ θήλειαι, ὅταν φοβηθῶσιν.

VOcem edunt mares coïtus: fœminæ autem metus tempore.

CAESAR.

DIFFERENTIA à tempore: & intellige id accidere frequentiùs. Nam & fœminæ rumpuntur cantu, aut mugitu, aut hinnitibus ſub coitum: & mares etiã cùm dant pugnæ ſignum, vt columbæ: vtrique cùm petunt cibum.

Theodorus addidit: *in hoc genere*: ridiculè. Quo in genere cùm dixit πλείστοις? An verò in ijs tantùm quæ vocis differentia hîc comprehendit, ac non in alijs? Nam in boue idem fit: idem expreſſit φοβηθῶσιν aoriſtum per *metuerint.* malè. Nã *metuerint* Latinum expeditiſſimum eſt & abſolutiſſimum, Æolici aoriſti ſignificatu τίσειαν Δαναοὶ ἐμὰ δάκρυα: at illæ metu perculſæ illico, & metus tractu clamant, vt gallinæ, columbæ. Deinde non benè interpretatus eſt · *vox maribus cùm tempus coëundi eſt.* Nam ſemper vox eſt illis: at non ſemper φθέγγονται. Periculoſum eſt diſcedere a latere viri tanti, quantus fuit Ariſtoteles.

CVIII.

CVIII. ARISTOTELES.

Ἔστι δὲ ἡ μὲν τῆς θηλείας φωνὴ, βραχεῖα· ἡ δὲ τοῦ ἄρρενος, ἔχει μῆκος.

Foemina breuior vox, mari prolixior.

CAESAR.

Tertia differentia: prima, vera vox, grauitas, & acumen: ſecunda accidit voci. Tertia hæc à ſecunda dignoſcitur; quoniam vox affectus aëris eſt: aër corpus: corpus latum, longum, profundum: grauitas & acumen ad profunditatem ſpectat: hîc à longitudine: latitudo autem priore plus continetur.

CIX. ARISTOTELES.

Καὶ ἡ τῶν κυνῶν γηρασκόντων γίνεται βαρυτέρα φωνή.

Et ſeneſcentibus canibus ingraueſcit.

CAESAR.

Ab ætate de ſpecie vna tantùm ſcribit, & relinquit nobis alias inueſtigandas.

CX. ARISTOTELES.

Καὶ τῶν ἵππων δὲ διαφέρουσιν αἱ φωναί. εὐθὺς γὰρ γενόμεναι, ἀφιᾶσι φωνὴν λεπτὴν καὶ μικρὰν αἱ θήλειαι· οἱ δ' ἄρρενες, μικρὰν μὲν, μείζω μέντοι γε καὶ βαρυτέραν τῆς θηλείας.

Equorum quoque voces diuerſæ ſunt: ſtatim enim natæ fæmellæ vocem edunt tenuem atque exiguam: pulli autem, etſi puſillam, maiuſculam & grauiuſculam tamen.

CAESAR.

Perſtat in differentia ætatis, & redit ad comparationem in ſexu. Maius autem & minus in ratione relatiuorum eſſe ſuo loco diximus. Itaque nihil mirum, ſi dicit paruam eſſe maiorem.

CXI. ARISTOTELES.

Τοῦ δὲ χρόνου προϊόντος, μείζονα.

Procedente autem tempore, pleniorem.

CAESAR.

De vtroque intellige, ad bimatum vſque, vt poſtea dicit.

CXII. ARISTOTELES.

Διετὴς δὲ ἐπειδὰν γένηται, καὶ τοῦ ὀχεύειν ἄρξηται, φωνὴν ἀφίησι μὲν ὁ ἄρρην, μεγάλην καὶ βαρεῖαν· ἡ δὲ θήλεια, μείζω καὶ λαμπροτέραν ἢ τέως, ἄχρι ἐτῶν εἴκοσιν ὡς ἐπιτοπολύ.

Bimatum autem vbi attigit mas, & inire ceperit, magnam tum ac grauem: fæmina autem maiorem & clariorem quàm antea: ídque ad viceſimum vſque annum ferè.

CAESAR.

Qvo poteſt modo vocis hiſtoriam extraordinariã conglutinat cum propoſito de coïtu. Ὡς ἐπιτοπολὺ, *fere*: vt *fere* ſit & circunſtantia temporis incerti, & etiam equarum, quæ non omnes ſic afficiantur.

LXXXIV. ARISTOTELES.

Ὡς μὲν ἐπὶ τὸ πολὺ τοῦ ἔαρος τὰ πλεῖστα κύισκεται· οὐ μὴν ἀλλὰ, καθάπερ εἴρηται, καὶ θέρους ἔνια, καὶ φθινοπώρου, καὶ χειμῶνος· ἀλλ' οὔτε ἅπασιν ὁμοίως τοῦτο συμβαίνει, οὔτε ἁπλῶς, οὔτε καθ' ἕκαστον γένος, ὥσπερ τοῖς πλείστοις τοῦ ἔαρος· οὐδὲ δὴ κύουσι πολλὰ κυήματα ὁμοίως ἐν τοῖς ἄλλοις χρόνοις.

Igitur maxima pars vere fœta eſt. Quanquam autem æſtate aliquot, & hyeme & autumno, vt dictum eſt. Non tamen aut ſimiliter, aut ſimpliciter, aut cuiuis generi contingit: quemadmodum illis qui in vere: neque numeroſis partubus alio tempore frequentantur.

C AE S A R.

REPETIT quod ſuprà dixit, vt addat præſcriptionem quandam, quam commodiùs aut ſuprà appoſuiſſet, aut planiùs hîc declaràſſet.

Vult dicere: in vere qui pariunt maximè conuenire vt ferè iiſdem diebus coëant: hoc eſt ὁμοίως. Deinde dicit ἁπλῶς, id eſt, ſine impedimento, aut interceptione, aut errore. Tum dixit καθ' ἕκαστον γένος: id eſt nulla ſpecies fallit genus ſuum. Poſtremò πολλὰ κυήματα quoniam fœcundiores ſunt qui vere pariunt. Cõtrà hyeme aut vere qui coëunt partim initio, partim in fine. Item non ἁπλῶς. Quoniam fœtus ſibi diſſimiles edunt: ὄψιμα καὶ πρώιμα. Tertiò non κατὰ γένος. Quoniam & in genere mugilum & in aliis non omnes ſpecies Decembri menſe implentur. Quarta differentia nota eſt.

Theodorus ὥσπερ τοῖς πλείστοις τοῦ ἔαρος, *nec plurimæ parti vt verno tempore*: malè interpretatus eſt. Nam eſt comparatio: non ita his euenire ſicut illi plurimæ parti. Nam ſi Theodorum ſequare, fiat repetitio. Iam enim hoc dictum eſt: paucos piſces alio tempore parere.

LXXXV. ARISTOTELES.

Ὅλως δὲ δεῖ μὴ λεληθέναι, ὅτι ὥσπερ τῶν φυομένων, καὶ τῶν ζώων τῶν τετραπόδων, πολλὴν αἱ χῶραι ποιοῦσι διαφορὰν, οὐ μόνον πρὸς τὴν ἄλλην τοῦ σώματος εὐημερίαν, ἀλλὰ καὶ πρὸς [τὸ] πλεονάκις ὀχεύεσθαι καὶ γεννᾶν· οὕτω καὶ περὶ τοὺς ἰχθῦς πολλὴν ποιοῦσι τὴν διαφορὰν αὐτοὶ οἱ τόποι, οὐ μόνον κατὰ μέγεθος καὶ εὐτροφίαν, ἀλλὰ καὶ κατὰ τοὺς τόκους καὶ τὰς ὀχείας, τῷ ἔνθα μὲν πλεονάκις, ἔνθα δὲ ἐλαττονάκις γεννᾶν τὰ αὐτά.

Illud autem omnino haud debet latere nos: vt quemadmodum & plantæ, & quadrupedes pro locorum diuerſitate variantur: neque ſolùm ſecundùm corporis fœlicem habitudinem: ſed etiam coïtus partûſve frequentia: ſic regionum ratione piſces ipſos, alios atque alios fieri non ſolùm magnitudine & nitore: verumetiam fœtura & coitu. Ita vt eodem in genere alibi ſæpiùs, alibi ſpiſſiùs pariant.

C AE S A R.

SEMPER hoc fieri ab Ariſtotele monuimus, vt oſtendat naturæ catenationes ſuiipſius imitatricis. Ergo locorum varietatem communem eſſe tam piſcibus quàm quadrupedibus, atque etiam plantis ad ipſos variandos. Et ponit quatuor varietates: magnitudinem, & εὐτροφίαν, & coïtum, & partum: quarum duas priores, in priore membro comparationis vnico verbo comprehendit εὐημερίαν: alteras duas non temerè diſiunxit. Nam quædam animalia vno coitu implentur, & multa pariunt. Quædam coëunt frequenter & non ſemper concipiunt. Sed & prægnantes coëunt: quædam locorum ratione, ſcilicet tepore, & pabuli vbertate, vt equæ.

Hoc autem ſeparato Capite debuit docere nos. Sed intermiſcuit ſtatim alia: mox autem reſumit cùm loquitur de Echinis Pyrænis. Non tamen temerè obſeruandus is locus eſt. Videbatur autem nihil intereſſe loci piſces. Siquidem vno elemento continentur omnes, quod eſſe diuerſum non poteſt: ſicut quadrupedes; quæ frigus & calorem, & pabulo alio aliæ alibi vtuntur: atque etiam magis plantæ, quæ affixæ certis locis aduerſariam accipiunt mutationem. Sed piſcibus quoque id euenit è pabulo & cœli inclinationibus, & aquis ipſis: mutantur enim aquarum ſapores à terra quam tranſmeant. Ad Burdegalam Lucij maximi ſunt. Item Aloſæ frequentes: at putidi illi; hæ inſuaues. Aduerſo natatu purgantur, fiunt pingues & ſuauiſſimi. A freto Siculo ad Gaditanum nauigato: ſemper nitidiores ſapidioréſque piſces edes.

Dixit

Dixit *εὐημερίαν*: pingui ſanè voce: nam ea, commoda & bona omnia ſignificantur: *fœlicitatem diuinitùs* Theodorus.

Εὐσαρκίαν: *habitum vegetiorem* Theodorus. Item *pluries* non ſatis Latinè: *& minùs* pro *ἐλαττονάκις*, non ſatis rotundè.

LXXXVI. ARISTOTELES.

Τίκτει δὲ καὶ τὰ μαλάκια τοῦ ἔαρος, καὶ ἐν τοῖς πρώτοις.

Item ea, quæ ante alios vere pariunt, molluſca ſunt.

CAESAR.

Redit ad ſuperiorem materiam de partus tempore, quod non debet ſeparari, niſi etiam ſuperiora ſeces minutatim, quæ tamen confuſa ſunt. Quare maluimus deducere eodem tenore vſque ad finem,

Theodorus legit, καὶ ἐν τοῖς πρώτοις ἡ σηπία. Nos τὸ, ἐν τοῖς πρώτοις ad vniuerſum genus molluſcorum maluimus referre. Et rectè: nam ſepia omni tempore parit, vt ſtatim ait.

LXXXVII. ARISTOTELES.

Τίκτει δὲ τῶν θαλαττίων ἡ σηπία· τίκτει δὲ πάσας ὥρας. ἀποτίκτει δ' ἐν ἡμέραις δεκαπέντε. ὅταν δ' ἀποτέκῃ τὰ ᾠὰ, ὁ ἄῤῥην παρακολουθῶν, καταφυσᾷ τὸν θόλον, καὶ γίνεται στιφρά. βαδίζουσι δὲ κατὰ ζυγά.

Sepia verò omni etiam tempore parit: effætáque fit, die demum quinto decimo. Vbi oua ediderit, ea mas aſſecutus aſpergit atramento: atque inde ſolideſcunt. Degunt autem coniugatim.

CAESAR.

Nota oua imperfecta edi à ſepia: quare habeant opus maris auxilio. Ita igitur facies differentias. Oua quædam in vtero adeo perfecta vt etiam ibidem excludātur, vt in vipera & σελάχιοι. Quædam ita imperfecta, vt nihil vnquam ex his fiat, vt hypenemia ſine mare orta. Quædam minùs imperfecta his; quæ quanquam coïtu concepta ſunt, tamen egent maris opera, etiam cùm ſunt edita. Quædam mediocria: quorum maxima pars eſt, vt quæ ſtatim apta ſint ad incubandum.

Ἀποτίκτει: vt debellare, elugere, decertare, expugnare τὸ ἀπό. Theodorus alio verbo vſus eſt: *perſeuerat*, inquit, *dies quindecim*: vt ex eo intelligas ceſſationem. Nos, *effæta*, diximus: hoc enim ad verbum & literam.

Καταφυσᾷ: ἀχύρους. Nam ſepia non ſpirat: ſed compreſſione membranæ exprimit: ſi dicas afflat, iucundum erit, ſed nimia metaphora: ſicut etiam βαδίζουσι: βάδισις enim τῶν πεζῶν, καὶ τῶν πόδας ἐχόντων ἁπλῶς: *incedunt*. Theodorus etiam ſtrictiore verbo.

LXXXVIII. ARISTOTELES.

Ἔστι δ' ὁ ἄῤῥην τῆς θηλείας ποικιλώτερος καὶ μελάντερος τὰ νῶτα,

Est autem mas varius quàm fœmina magis: dorſóque nigriore.

CAESAR.

Hoc quoque alibi fuit declarandum, in hiſtoria cutis, & pilorum, & ſquammæ, & eiuſmodi.

LXXXIX. ARISTOTELES.

Ὁ δὲ πολύπους, ὀχεύεται τοῦ χειμῶνος, τίκτει δὲ τοῦ ἔαρος, καὶ φωλεύει περὶ δύο μῆνας. τίκτει δὲ τὸ ᾠὸν, καθάπερ βοστρύχιον, ὅμοιον τὸ τῆς λεύκης καρπῷ. ἔστι δὲ πολύγονον τὸ ζῷον. ἐκ γὰρ τοῦ ἀποτικτομένου, ἄπειρον γίνεται τὸ πλῆθος.

Coït hyeme polypus, vere parit: duos circiter latet menſes: edit ouum quaſi cirrum ſimile alba populi fructui: fœcundum ſanè animal eſt. Nam ex eo quod ediderit, infinita multitudo prouenit.

CAESAR.

CAESAR.

VNum ouum dicit, quoniam cohærent. Itaque dixit *βόστρυχον* quaſi cincinnum: ſed multa inſunt, vt ſuprà diximus.

XC. ARISTOTELES.

Διαφέρει δὲ ὁ ἄῤῥην τῆς θηλείας, τῷ τε τὴν κεφαλὴν ἔχειν προμηκεστέραν, καὶ τὸ καλούμενον ὑπὸ τῶν ἁλιέων αἰδοῖον, ἐν τῇ πλεκτάνῃ λευκόν.

Differt à foemina mas, propterea quòd & capite eſt oblongiore: & id quod genitale vocant piſcatores, habet in brachio candidum.

CAESAR.

MAle hîc interponit hiſtoriam differentiæ ſexus, cùm nondum abſoluerit narrationem de partu, ad quam mox redit.

Nunc poſuit *κεφαλὴν*, neque appoſuit τὴν *καλουμένην* vt ſuprà, quia iam pro noto vtitur. Cautè reijcit τῆς *αἰδοίου* fidem ad piſcatores.

XCI. ARISTOTELES.

Ἐπωάζει δὲ ὅσαν τέκῃ· διὸ καὶ χείριστοι γίνονται. οὐ γὰρ νέμονται κατὰ τοῦτον τὸν χρόνον.

QVæ peperit incubat: propterea tempore deterrimi ſunt: neque enim tunc in paſtum eunt.

CÆSAR.

REtexit quod interciderat. Reddit rationem quare ſint deterrimi: quia inedia marcent. Quanquam & alia cauſſa ſubeſt: omnia enim incubantia tametſi largiter alantur, macra tamē ſunt ob calorem qui tum illis longè maior eſt. Theodorus more ſuo minùs Latine locutus eſt cùm ait *prodire patiuntur.*

XCII. ARISTOTELES.

Γίνονται δὲ καὶ αἱ πορφύραι τὸ ἔαρ, καὶ οἱ κήρυκες λήγοντος τοῦ χειμῶνος.

NAſcuntur purpuræ verno tempore: & buccinæ hyeme affecta.

CÆSAR.

ALIA Capitis pars: quam debuit abſcindere Theodorus, vt ex ea aliud Caput faceret, ſicut & de mollibus fecit. Itaque etiam mutile inſcripſit *de mollium* tantùm *partu.* Cum etiam de duris dicatur. Tempus autem buccinarum natiuitati attributum veris eſt, alijs vocibus circumſcriptum *λήγοντος desinente.* Theodorus *abeunte.* Nos Latina voce, *affecta*: vt *ætate affecta.*

XCIII. ARISTOTELES.

ΚΑὶ ὅλως τὰ ὀστρακόδερμα ἔν τε τῷ ἔαρι φαίνεται τὰ καλούμενα ᾠὰ ἔχοντα, καὶ ἐν τῷ μετοπώρῳ, πλὴν τῶν ἐχίνων [τῶν] ἐδωδίμων. οὗτοι δὲ μάλιστα μὲν ταύταις ταῖς ὥραις, οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ ἀεὶ ἔχουσι, καὶ μάλιστα ταῖς πανσελήνοις, καὶ ταῖς ἀλεειναῖς ἡμέραις, πλὴν τῶν ἐν τῷ Εὐρίπῳ τῶν Πυῤῥαίων. ἐκεῖνοι δὲ ἀμείνους τοῦ χειμῶνος. εἰσὶ δὲ μικροὶ μὲν, πλήρεις δὲ τῶν ᾠῶν.

OMnino quæ teſta opperiūtur, tum vere, tum autūno inueniuntur plena ijs quæ oua appellātur, præter echinos eſculentos. Nam quanquam ij quoque per hæc tempora illa habent, tamen ne aliàs quoque vnquam carent: præcipuè autem plenilunijs & tepidis diebus. Caterùm qui in freto Pyræorum degunt, per hyemem magis commendantur: minutiores ſunt ij, ſed pleni ouorum.

CAESAR.

CAESAR.

QVONIAM duas ſpecies recenſuerat diffundit orationem in genus vniuerſum. Duo ponit tempora:& puta præponi ver:quia tunc pleniora ſunt.

Φαίνεται, ad ſenſum. Nam Galenus vbique in *Anatomicis*, & in libris de *officijs partium* clamat ſenſu res naturales maximè percipi poſſe. Itaque non potes argumentari. Echinus eſt: ergo vere & autumno tantùm habet oua. Nam Pyræi echini ſemper habent.

Dubitari poteſt:propterne pabulum pleniores ſint plenilunijs, paſcuntur enim noctu,vt & gammaros vidimus nos. An quòd lunæ augmenta & diſpendia cognationem habent cum illis,quemadmodum cum noſtro cerebro? vt iam taceant ignari & pertinaces. Diebus autem tepidis ſunt pleniores: quia plus paſcuntur, & plus proficiunt ob cœli clementiam: frigus enim cogit atque arctat.

Πλὴν τῶν ἐχίνων ἐδωδίμων: aliùs dixiſſet πλὴν ἐχίνων τῶν ἐδωδίμων.

Theodorus dum affectat,plus quàm Ariſtotelice dicit: minus quàm Latinè loquitur: *nullo*, inquit, *tempore committitur:* malè ſanè: nam à quo committitur?ſic enim dicimus, non committam,non committes. At in re natura conſtante,quis peccare poſſit,vt echini illi ouis careant?

Pyræorum Euripum *fretum* interpretati ſumus. Neque enim rectè Ouidius pro quocunque mari vtitur:ſed anguſtias maris feruidi ſignificat.

XCIV. ARISTOTELES.

Κύοντες δὲ φαίνονται ἐν αἱ κοχλίαι σαύτες ὁμοίως τὴν αὐτὴν ὥραν.

PEr idem tempus vmbilicos quoque prægnantes æquè eſſe conſtat.

CAESAR.

HIc quoque κύοντες Theodorus paraphraſtæ modo, tum interpretis expoſuit: *habere oua*.

CAPVT DVODECIMVM,

De Auium partu.

XCV. ARISTOTELES.

Τῶν δὲ ὀρνίθων τὰ μὲν ἄγρια, ὥσπερ εἴρηται, ἅπαξ ὀχεύεται καὶ τίκτει τὰ πλεῖστα.

SIlueſtrium auium plurimæ, quemadmodum dictum eſt, ſemel coëunt & pariunt.

CAESAR.

HÆc quoque cum ſuperioribus connectenda erant: nam etſi animalium diuerſa natura, eadem tamen hìc materia tractatur. Atque ea cùm ſuprà interrupta fuerit, omniáque confuſa ſaltuatim ſecanda non putabamus: tamen vt communi opinioni ſeruiremus, Theodori iudicium ſequuti ſumus.

Intelligit ſilueſtres ad duplicem differentiam: & quæ non eſſent domeſticæ:& quæ nunquam eſſent. Intelligo domeſticas,manſuetas. Nam συνανθρωπόντων, etiam multa ἄγρια: vt hirundines, cypſelli, & multa alia:quorum natura, etiam ſi aliquid commercij cum homine videantur habere, hominis tamen autoritatem refugere videtur: intellige, *ſemel*, non actum, ſed tempus.

XCVI. ARISTOTELES.

Χελιδὼν δὲ δὶς τίκτει, καὶ ὁ κόττυφος. τὰ μὲν οὖν πρῶτα τοῦ κοττύφου, ὑπὸ χειμῶνος ἀπόλλυται. πρώτιστα γὰρ τίκτει τῶν ὀρνέων πάντων· τὸ δ' ὕστερον τόκον, εἰς τέλος ἐκτρέφει.

Hirundo autem bis & merula: ſed eius fœtum priorem hyems necat: longè enim prima ante omnes aues parit. Alterum autem poſteriorem educat quoad perficiatur.

CAESAR.

EXCIPIT duas ſpecies, hirundinem, & merulam. Tollit obiectionem tacitam: non videri niſi vnum fœtum merulæ: iccirco apponit hiſtoriam: ſed nota: quomodo omnium prima parit ſi priorem partum hunc hyems necat? parit igitur hyeme: ergo poſtrema omnium. At vult dicere ineunte anno: ſicut & amygdalus & perſica arbor præueniuntur, igitur frigore potiùs quàm hyeme.

Dixit πρώτιστα, dato quod non poteſt facere: nam πρῶτον non eſt primum: noſtrum enim eſt ſuperlatiuum *pri*, præpoſitio, vt *præ*: ſicut *ni*, *ne*: prior, primus: at πρῶτον eſt πρὸ αὐτῶν, ſicut πρὸ ποδῶν, & πρόχειρον, & πρὸ ὁδόν. Non igitur ſatis habet Philoſophus vt Theodorus dicere: *omnium auium prima parit:* neque enim propterea intempeſtiua eſſet ſoboles: ſed *longè omnium*, vt incommoditatem notaret, occupante frigore, aut imbecilla, aut omnino ſublata.

XCVII. ARISTOTELES.

Ὅσα δὲ ἥμερα, ἢ ἡμεροῦσθαι δύναται, ταῦτα δὲ πλειστάκις· οἷον αἱ περιστεραὶ κατὰ παντὸς θέρους, καὶ τὸ τῶν ἀλεκτορίδων γένος. ὀχεύουσι γὰρ καὶ οἱ ἄρρενες καὶ αἱ θήλειαι τῶν ἀλεκτορίδων, καὶ τίκτουσιν αἰεί, πλὴν [τῶν] ἐν τῷ χειμῶνι τροπικῶν ἡμερῶν.

Quæ autem cicures aut per ſe ſunt, aut fieri poſſunt, ea frequentiùs vt columbæ tota æſtate, & gallinæ: coëunt enim tam mas quàm fœmina in genere hoc ſemper ac pariunt: præterquam per brumam.

CAESAR.

PONIT duo exempla contraria ἀγρίοις, vt diximus. Theodorus ἥμερα, *vrbana*: malè: immò villatica ſunt etiam in vrbe, ſicut hortus, area. Ruſtica ſeruitus in vrbe: ſtillicidij vrbana, etiam in agro.

Cum ait gallinas ſemper parere, ſub cane ſolent ceſſare: raræ enim ſolent parere, ſicut & hyeme, nonnullæ, niſi largiùs alantur, ac tepidè habeantur.

Non potuit peiùs loqui Theodorus cùm ait, *Gallinæ etiam ineunt.*

Nota ταῦτα δὲ πλειστάκις: nota τὸ, δὲ: ſic Latinè. *Hæc ſunt fœdera ego vt hoc faciam: ſi fallam, at me Iupiter feriat.*

XCVIII. ARISTOTELES.

Τῶν δὲ περιστεροειδῶν τυγχάνει πλείω ὄντα τὰ γένη. ἔστι γὰρ ἕτερον πελειὰς καὶ περιστερά. ἐλάττων μὲν οὖν ἡ πελειάς· τιθασὸν δὲ γίνεται μᾶλλον ἡ περιστερά. ἡ δὲ πελειὰς, καὶ μέλαν, καὶ μικρὸν, καὶ ἐρυθρόπουν, καὶ τραχύπουν· διὸ καὶ οὐδεὶς τρέφει. μέγιστον μὲν οὖν τῶν τοιούτων, ἡ φάττα ἐστί· δεύτερον δὲ, ἡ οἰνάς· αὕτη δὲ, μικρῷ μείζων ἐστὶ τῆς περιστερᾶς. ἐλάχιστον δὲ τῶν τοιούτων, ἡ τρυγών. τίκτουσι δὲ αἱ περιστεραὶ πᾶσαν ὥραν καὶ ἐκτρέφουσιν, ἐὰν τόπον ἔχωσιν ἀλεεινὸν, καὶ τὰ ἐπιτήδεια· εἰ δὲ μὴ, τοῦ θέρους μόνον. τὰ δὲ ἔκγονα, βέλτιστα τοῦ ἔαρος, ἢ τοῦ φθινοπώρου· τὰ δὲ τοῦ θέρους, καὶ ἐν ταῖς θερμημερίαις, χείριστα.

Columbini generis multæ ſunt ſpecies. Eſt enim diuerſa turrilia à columba, ac minor quidẽ hæc: manſueſcit autem citiùs columba. Tum autem liuia turrilia nigra ac parua pedibuſq́ & rubentibus & aſperis. Ergo nullus eam alere inſtituit. Maxima harum omnium palumba, proxima rupilia: ſiquidẽ hæc paulò maiuſcula eſt quàm columba: minima autem turtur. Pariunt enim columbæ toto anni tempore, atque etiam educant, ſi & loci tepidi & corũ quæ opus habent vtantur commoditate. Sin autem deſint hæc, æſtate tantùm. Pulli verni quàm autumnales meliores: æſtiui aut æſtu infeſtis diebus qui oriũtur, peſſimi.

CAESAR.

C Æ S A R.

NIHIL minùs ordinatum hac hiſtoria. De columbis multa ſuprà libro ſecundo, ex quo qui volet petat: hæc tamen addam. Columbam genus vocabo, atque ſpecies ſubdam ſic: domeſticam quam & *plumipedem* liceat nobis appellare: *liuiam* quam à liuore Theodorus dixit, nos *turriliam* à turribus quas incolit: *vinaginem*, quam à rupibus quas habitat, Vaſcones *roquetz*, Taurini *rocairolz*, Narbonenſes à petris *perengam*, vocant, & ideo nos quoque auſi ſumus *rupiliam*, ſeu *rupicem* nominare palumbem, & turturem. At falſum eſt rupiliam ſeu vinaginẽ maiorẽ eſſe columba domeſtica: eſt enim minor & magnitudine turriliam ſeu liuiam non ſuperat. Οἰνάδα Theodorus *vinaginem* vt alibi fœliciſſimo vocabulo reddidit quam & *vinoſam* potes dicere: à vini enim colore denominata eſt, quod nullum genus magis repræſentauit. Neque putes vt quidã, hoc ipſis nomen inditum quòd vinaceis vuarum ſuccis hyeme delectentur: nã ijs etiam & domeſticæ & turriliæ aluntur. Omnes communiter inter ſe differunt colore: domeſticæ quidem vt plurimùm albæ, quædam nigræ & variæ: id quoque turrilijs accidit: maxima tamen pars nigra, & ſummis alis nigram tæniam habens: rupilia fuluior, & eam tæniam nullam habet. Turrilia arbores non conſcendit; at conſcendit rupilia: itaque pedes habet duriores, & vngulas minùs attritas: in ſaxis nidificat. Palumbæ glande veſcuntur, caro ſiccior: ideóque ſemicoctæ eduntur. Turrilia bis parit. Domeſtica ſemper, excepto menſe Decembri.

Illud quoque intereſt vero modo dicas ἔκγονα τοῦ θέρους, vtrum ἐν τῷ θέρει, an poſſeſsiuè θερινά. Nam proles verna etiam hyeme præſtantior eſt nec minùs æſtate, quod eſt τοῦ θέρους: ſi tempus tantùm ſignificat. Quare intellige tempus, non vitæ & quo edi poſſunt, ſed ortus. Itaque meliùs diximus, *vernos & æſtiuos*: quàm *vere & æſtate*, vt Theodorus.

Ἀλεεινὸν *apricum* Theodorus: imò *tepidum*.

Τὰ ἐπιτήδεια, *cibum* Theodorus: etiam vltra cibum omnia neceſſaria, quæ opus ſunt, denotat: vt ad nidum conficiendum: etiam potum, non ſolum cibum: neque à felibus aut canibus impediantur cùm ponunt nidos.

Ἀκύρως, dixit Ariſtoteles βέλτιστα de duobus, τοῦ ἔαρος καὶ φθινοπώρου: ſed fecit, quoniam addidit tertium membrum χείριστα: at valde ipſum premit τὸ, ἤ: comparat enim duo tantùm: at χείριστα tria.

Θερμημερίαις maluimus *per æſtum* quàm *per calorem* ſimplicem interpretari.

Nota locutionem: πελειὰς, μέλαν ad neutrum tranſtulit. Theodorus non rectè ſic: *liuet enim plumis & nigricat*: & omiſit μικρόν: & nota διὸ: refert cauſſam: quoniam non eſt πιθανόν.

CAPVT DECIMVM TERTIVM.

Animalium differentia in coïtu ab ætate.

XCIX. ARISTOTELES.

Διαφέρουσι δὲ καὶ κατὰ τὴν ἡλικίαν τὰ ζῶα πρὸς τὴν ὀχείαν.

D*Iſſerunt autem inter ſe ætatis ratione ad coïtum animalia.*

C AE. S A R.

SVPRA à temporibus anni: nunc à temporibus ipſorum: hoc vult enim Philoſophus: ætas alia alij animalium ad fœturam idonea eſt. Neque enim idem eſſe ſolet initium & ſeminis emittendi, & facultatis ad generandum, quemadmodum poſteà fuſiùs aget.

C. ARISTOTELES.

Πρῶτον μὲν οὖν ἐν πολλοῖς ἅμα τοῖς πολλοῖς ἄρχεται τό τε σπέρμα ἐκκρίνειν, καὶ γεννᾶν δύναται, ἀλλ' ὕστερον. τὸ γὰρ τῶν νέων, ἐν πᾶσι τοῖς ζώοις, τὸ μὲν πρῶτον, ἄγονον· γονίμων δ' ὄντων, ἀσθενέστερα καὶ ἐλάττω τὰ ἔκγονα. τοῦτο δ' μάλιστα δῆλον ἐπί τε τῶν ἀνθρώπων καὶ τῶν ζωοτόκων τετραπόδων, καὶ ἐπὶ τῶν ὀρνίθων. τῶν μὲν γὰρ, τὰ ἔκγονα ἐλάττω, τῶν δὲ, τὰ ᾠά.

Principio non eſt pleriſque idem initium, & excernendi ſeminis, & facultatis generandi: ſed & hæc poſteà accedit. Omnia nanque animalia prima ætate aut nihil generant, aut generant ſobolem, tum imbecilliorem, tum minorem. Id quod planiſſimè apparet, & in hominibus, & quadrupedibus quæ animal pariunt: & in auibus. Illorum enim proles, horum oua minima ſunt.

CAESAR.

DEclarat quemadmodum differunt ætate. Nam multi non eodem tempore incipiunt & emittere ſemen, & poſſunt generare: id eſt in multis: primùm quibus ſemen non eſt prolificum: aut ſi eſt, ſoboles parùm valet robore & magnitudine. Et apponit exempla & animalium, & ouorum. Sanè pullæ puſilla oua edūt.

Oratio Ariſtotelis præceps, ἀλλ' ὕστερον: neutrum declarauit quod eſſet poſterius.

Nota & id, cùm affirmat ἐν πᾶσι eſſe ἄγονον: quomodo ſubdit contrarium. γονίμων δ' ὄντων: intellige, non dicere genera inter ſe: quòd in quibuſdam τὰ καὶ γόνιμα ſint. Sed in eodem genere, caſu aliquod indiuiduum reperiri τὸ τῶν νέων, ſcilicet ſemen.

Itaque generationis initium, omnino ſequitur initium ſeminis emittendi, aut ſimpliciter, aut κατά τι. Quoniam autem nihil generant, aut malè generant. Quòd autem Theodorus vertit τὸ μὲν πρῶτον ἄγονον, *prima emiſſio ſeminis, aut infoecunda*: malè. Nam nulla emiſſio ſeminis eſt fœcunda, ſed ſemen fœcundum.

Τὸ πρῶτον τῶν νέων: nos per primam ætatem omnia expreſſimus.

Appoſuit duo: ζωοτόκα propter teſtudines: τετράποδα propter σελάχη: in quibus non eſt tam manifeſtum.

Theodorus ἐλάττω *maiora*. Imò minora, vt in auibus & equorum genere & pullis vidimus non pauciora, ſed minima: ſic & infrà loquutus eſt de equarum pullis: ἐλάττω καὶ ἀσθενέστερα, neque enim plura parit equa adulta, & hîc hoc quod quærimus: & durum eſt dicere: *prolem pauciorem.*

CI. ARISTOTELES.

Αἱ δ' ἡλικίαι τοῖς ὀχεύουσιν, αὐτοῖς μὲν πρὸς αὑτοὺς τοῖς γένεσι τοῖς πλείστοις σχεδὸν κατὰ τὸν αὐτὸν γίνονται χρόνον, ἐὰν μή τι προτερῇ, ἢ διά τι τερατῶδες πρᾶγμα, ἢ διὰ βλάβην τῆς φύσεως.

Ætas autem ad coitum accommodata ſuo cuique in genere per idem ferè tempus plurimis euenit, niſi quippiam præueniat, aut ex prodigio, aut ex naturæ nocumento.

CÆSAR.

SVpra genera inter ſe. Nunc ſub genere indiuidua: quorum tempora non mutari ait niſi præueniantur aut prodigio, aut naturæ nocumento.

Dixit ἐὰν μή τι προτερῇ. Theodorus, *prematuret & anticipet*: ambitioſè: & nota dixit προτερῇ: & appoſuit τερατῶδες: vt in Vaſconia paſtor paſtricē compreſſit grauidámque fecit decennis octuennem: vterque adhuc viuit dum hæc prodimus. Deinde poſuit διὰ βλάβην: ac per nocumentum non poteſt quicquam anticipare, ſed poſtponi. Itaque mutila oratio eſt, ſi ſequare Theodorum. Sed ita intelliges: ſi quid præueniat: tàm poſſe adferre fœcunditatem, quàm tardare. Ita vt τὸ ſit tàm bonum quàm malum.

Quæ autem ſint nocumenta generationis magna ex parte in eo libro qui *decimus Hiſtoriarum* inſcribitur declarauimus.

CII.

CII. ARISTOTELES.

Τοῖς μὲν οὖν ἀνθρώποις ἐπισημαίνει κατά τε τὴν τῆς φωνῆς μεταβολὴν, καὶ τὸ αἰδοῖον, οὐ μόνον μεγέθει, ἀλλὰ καὶ εἴδει· καὶ ἐπὶ τῶν μαστῶν ὡσαύτως· μάλιστα δὲ τῇ τριχώσει τῆς ἥβης. ἄρχεται δὲ φέρειν τὸ σπέρμα περὶ τὰ δὶς ἑπτὰ ἔτη· γεννητικὸς δὲ περὶ τὰ τρὶς ἑπτά.

Igitur in homine indicio eſt, tum vocis mutatio, tum genitalium & magnitudo & facies, atque etiam mammæ: potiſſimum autem ortu pubis: incipit ferre ſemen circa bis ſeptem annos, ſed prolificum ter ſeptenos annos circiter.

CAESAR.

Supra genera & inter ſe, & in indiuiduis. Nunc genera ſingula exequitur à notiſſimo incipiens: ſcilicet ab homine: ponit annos vtroſque & ſeminis & generationis: ponit indicia prioris: vocis mutationem: genitalium incrementum; genitalium faciem: mammarum protuberationem: & potiſſimùm pubis pilos. In altera ponit annos. Sed intellige etiam maturius tempus vtrunque appetere, verùm inutilius: atque notabis ſeptenarium numerum. Et dixit vocis mutationem, non autem vocem mutatam, vt tempus illud præſcribat.

Theodorus peſſimè τοῖς μὲν οὖν ἀνθρώποις ἐπισημαίνει, *igitur homini innoteſcit*: imò verò de hominis affectu loquitur, non de notitia. In homine hæ ſunt notæ: etiam alij quàm homini ſi deprehendi & cognoſci poſſint.

Idem τὸ αἰδοῖον *teſtium*: imò verò omnium membrorum genitalium. Nam in fœmina quomodo teſtes intueare? at de illa hîc quoque loquitur. Creſcit enim natura etiam fœmellis. Itaque dixit μεγέθει. Et quoniam hoc erat ridiculum, omnia enim creſcunt membra, addidit: καὶ εἴδει. Non ſpecie ſubſtantifica, ſed facie. Quoniam turgent membra illa tunc, & tolluntur. Et addidit μαστῶν. Quoniam membra illa ad id vſque tempus non creſcunt.

Τῇ τριχώσει τῆς ἥβης: *pilorum ortu pubis*: *pubem* Latini pilos ipſos dicunt, id eſt pilos ἥβης: vnde *impuberes* dicti: & *impubes malas* apud Virgilium. Itaque *ortu pubis* diximus ſine pilorum adiectione: quod fruſtra appoſuit Theodorus. Hoc autem per hiſtoriam generalem hîc dicit Ariſtoteles: priuatim autem de homine dicturus initio libri ſeptimi.

CIII. ARISTOTELES.

Τοῖς δ' ἄλλοις ζώοις ἥβη μὲν οὐ γίνεται. τὰ μὲν γὰρ, ὅλως οὐκ ἔχει τρίχας· τὰ δὲ, οὐκ ἔχει ἐν τοῖς ὑπτίοις, ἢ ἐλάττους τῶν ἐν τοῖς πρανέσιν.

Cæteris animalibus pubes nulla oritur. Nam quædam omnino pilis carent: quædam autem aut nullos habent in partibus deuexis, aut pauciores quàm in aduerſis cælo.

CAESAR.

Hoc totum in hiſtoria pilorum aut dictum eſt aut debuit dici. Sed poſuit, quoniam ad regulam hominis metitur cætera animalia. Itaque excludit hoc indicium in alijs animalibus, & apponit alia. Ac de ijs quæ carent pilis, exempla in promptu ſunt. De ijs autem quæ ſunt piloſa & ventrem piloſum non habent, non memini exemplum vllum eſſe. Niſi intelligas erinaceos, quibus venter ſpinis caret: at pilos tamen habet aliuſmodi ibi. Quid, quod homo pectus piloſum habet, dorſum autem glabrum?

Theodorus ἥβην hîc *pubertatem*, malè: eſt enim pubertas, ætatis pars, vt iuuentus, quæ olim *iuuentas* dicta fuit: etiam nunc detracto ſibilo, iuuenta, quemadmodum ſenecta. Tempus igitur illud ætatis alijs quoque animalibus perinde atque homini datum eſt: ſed non ſub eo nomine: Itaque hîc dicas, pubertatis nomen imponi non potuit ei ætati animalium quæ hominis ætati reſponderet.

CIV. ARISTOTELES.

Ἡ δὲ φωνὴ, μεταβάλλουσα ἐνίοις ἔνδηλός ἐστι.

Vocem autem in alijs mutari manifeſtum eſt.

C AE S A R.

AB hoc igitur iudicio ætas etiam animalium quorundam ad generandum indicatur. Dico quorundam: propterea quòd hirundines paucis diebus poſt initia volandi contentiſſima canunt voce: nec à parentibus ſuperantur.

CV. ARISTOTELES.

Τοῖς δ', ἕτερα τοῦ σώματος μόρια ἐπισημαίνει τήν τε ἀρχὴν τοῦ σπέρμα ἔχειν, καὶ τὸ γόνιμον.

IN alijs autem aliæ corporis partes indicant initiũ tum ſeminis, tum fœcunditatis.

C AE S A R.

MAMMAE ſcilicet, & genitalium tum magnitudo, tum facies.

Τήν τε ἀρχὴν τὸ σπέρμα ἔχειν καὶ τὸ γόνιμον. Duo notârat in ſemine: prouentum primùm, & poſteà profectum ad generandum: vtrunque hîc tangit. Sed Theodorus diſtortam appoſuit orationem, ſic: *ſignificant ſemen initium, viréſque prolificas ſibi trahere.* Nam profectò ne Lanuuini quidem ſic ſunt locuti: *ſemen trahit initium.* Itẽ, *trahit vires prolificas:* imò acquirit, non trahit: ſed poſtquam acquiſiuit, trahit: præterea non ſequitur quæ propoſuit. Nam ſuprà dixit non ſimul incipere ſemen ſimpliciter, & ſimul eſſe prolificum: hîc autem iungit: trahit enim initium & vires.

Dixit autem Ariſtoteles hoc indicium à partibus. Quia non omnia animalia vocalia ſunt.

CVI. ARISTOTELES.

Τὴν δὲ φωνὴν ἔχει τὸ θηλυκὸν τοῖς πλείστοις ὀξυτέραν, καὶ τὰ νεώτερα τῶν πρεσβυτέρων· ἐπεὶ καὶ αἱ ἔλαφοι αἱ ἄρρενες τῶν θηλειῶν φθέγγονται βαρύτερον.

HAbent fœminæ ferè vocem acutiorem, & iuniores quàm ſeniores. Nam cerui quoque mares, grauiorem quàm fœminæ vocem emittunt.

C Æ S A R.

NOn poteſt excuſari Ariſtoteles hîc, ſicut & alibi multis in locis, quin repetat ſuperfluè quæ ſcripſerat. Satis fuiſſet dicere. De voce autem ſuo loco ſcriptum eſt: ſatis habebat quoque dicere, νεώτερα: neque addere πρεσβυτέρων: aut addidiſſet τῶν ἀρρένων.

Ἐν πλείστοις *ferè*: rotundiſſimè: hoc autem dixit propter vaccam vt ſuprà oſtendit, & infrà dicet.

CVII. ARISTOTELES.

Φθέγγονται δὲ αἱ μὲν ἄρρενες, ὅταν ἡ ὥρα τῆς ὀχείας ᾖ· αἱ δὲ θήλειαι, ὅταν φοβηθῶσιν.

VOcem edunt mares coïtus: fœminæ autem metus tempore.

C AE S A R.

DIFFERENTIA à tempore: & intellige id accidere frequentiùs. Nam & fœminæ rumpuntur cantu, aut mugitu, aut hinnitibus ſub coitum: & mares etiã cùm dant pugnæ ſignum, vt columbæ: vtrique cùm petunt cibum.

Theodorus addidit: *in hoc genere*: ridiculè. Quo in genere cùm dixit πλείστοις? An verò in ijs tantùm quæ vocis differentia hîc comprehendit, ac non in alijs? Nam in boue idem fit: idem expreſſit φοβηθῶσιν aoriſtum per *metuerint.* malè. Nã *metuerint* Latinum expeditiſſimum eſt & abſolutiſſimum, Æolici aoriſti ſignificatu τίσειαν Δαναοὶ ἐμὰ δάκρυα: at illæ metu percullæ illico, & metus tractu clamant, vt gallinæ, columbæ. Deinde non benè interpretatus eſt · *vox maribus cùm tempus coëundi eſt.* Nam ſemper vox eſt illis: at non ſemper φθέγγονται. Periculoſum eſt diſcedere a latere viri tanti, quantus fuit Ariſtoteles.

CVIII.

CVIII. ARISTOTELES.

Ἔστι δὲ ἡ μὲν τῆς θηλείας φωνὴ, βραχεῖα· ἡ δὲ τοῦ ἄρρενος, ἔχει μῆκος.

Foemina breuior vox, mari prolixior.

CAESAR.

Tertia differentia: prima, vera vox, grauitas, & acumen: ſecunda accidit voci. Tertia hæc à ſecunda dignoſcitur; quoniam vox affectus aëris eſt: aër corpus: corpus latum, longum, profundum: grauitas & acumen ad profunditatem ſpectat: hîc à longitudine: latitudo autem priore plus continetur.

CIX. ARISTOTELES.

Καὶ ἡ τῶν κυνῶν γηρασκόντων γίνεται βαρυτέρα φωνή.

Et ſeneſcentibus canibus ingraueſcit.

CAESAR.

Ab ætate de ſpecie vna tantùm ſcribit, & relinquit nobis alias inueſtigandas.

CX. ARISTOTELES.

Καὶ τῶν ἵππων δὲ διαφέρουσιν αἱ φωναί. εὐθὺς γὰρ γενόμεναι, ἀφιᾶσι φωνὴν λεπτὴν καὶ μικρὰν αἱ θήλειαι· οἱ δ᾽ ἄρρενες, μικρὰν μὲν, μείζω μέντοι γε καὶ βαρυτέραν τῆς θηλείας.

Equorum quoque voces diuerſæ ſunt: ſtatim enim natæ fœmellæ vocem edunt tenuem atque exiguam: pulli autem, etſi puſillam, maiuſculam & grauiuſculam tamen.

CAESAR.

Perſtat in differentia ætatis, & redit ad comparationem in ſexu. Maius autem & minus in ratione relatiuorum eſſe ſuo loco diximus. Itaque nihil mirum, ſi dicit paruam eſſe maiorem.

CXI. ARISTOTELES.

Τοῦ δὲ χρόνου προϊόντος, μείζονα.

Procedente autem tempore, pleniorem.

CAESAR.

De vtroque intellige, ad bimatum vſque, vt poſtea dicit.

CXII. ARISTOTELES.

Διετὴς δὲ ἐπειδὰν γένηται, καὶ τῆς ὀχείας ἄρξηται, φωνὴν ἀφίησι μὲν ὁ ἄρρην, μεγάλην καὶ βαρεῖαν· ἡ δὲ θήλεια, μείζω καὶ λαμπροτέραν ἢ πρίν, ἄχρι ἐτῶν εἴκοσιν ὡς ἐπιτοπολύ.

Bimatum autem vbi attigit mas, & inire ceperit, magnam tum ac grauem: fœmina autem maiorem & clariorem quàm antea: ídque ad viceſimum vſque annum ferè.

CAESAR.

Quo poteſt modo vocis hiſtoriam extraordinariã conglutinat cum propoſito de coïtu. Ὡς ἐπιτοπολὺ, *fere*: vt fere ſit & circunſtantia temporis incerti, & etiam equarum, quæ non omnes ſic afficiantur.

Διετὴς δὲ ἐπειδὰν γένηται, *bimus* Theodorus: at quis eſt ille qui bimus inire incipit? quare diuidendus ſenſus eſt: bimatu vocem mutari à priore. Item initio veneris exercendæ: impleri vſque ad viceſimum, inde decreſcere.

Ἄρξηται *inceperit*: malè Theodorus *incipit*: nam coïtu guttur laxatur: itaque per præteritum doctiſſimus Philoſophus declarauit.

CXIII. ARISTOTELES.

Μετὰ μέντοι τὸν χρόνον τοῦτον ἀσθενεστέραν ἀφιᾶσιν οἵ τε ἄρρενες καὶ αἱ θήλειαι.

Poſt id temporis tamen infirmiorem edunt, tum mares, tum fœminæ.

CAESAR.

Dixit μέντοι, *tamen*: non temerè. Nam ſi initio tenuis & breuis & exigua, & acuta, & obſcura ad bimatum vſque, craſſeſcit, producitur, grādeſcit, graueſcit, clareſcit. Inde ad vigeſimum vſque annum in dies proficit. Et canum ſeneſcentium latratus grauior eſt: videbatur hoc idem in equis fieri: quod negat, & ſubeſt ratio in propoſito. Nam & à tempore coitus metitur vocis granditatem. Et poſt eius finem, eius paruitatem. ἀσθενεστέραν *infirmiorem* diximus Ciceronem ſequuti, qui dixit *firma latera.*

CXIV. ARISTOTELES.

Ὡς μὲν δὴ ἐπὶ τὸ πολύ, καθάπερ εἴπομεν, διαφέρει ἡ φωνὴ τῶν ἀρρένων καὶ τῶν θηλειῶν, ἐν τῷ βαρύτερον φθέγγεσθαι τὰ ἄρρενα τῶν θηλειῶν, ὅσων ἐστὶν ἀπόστασις τῆς φωνῆς.

In quibus igitur, vt diximus vox differt, grauior à mare quàm à fœmina emittitur ferè.

CAESAR.

Nunc tertiò hoc repetit: ſed cùm auctario: circunſcribit enim illis verbis, *in quibus vox differt.*

Theodorus videtur ἀπότασιν, non ἀπόστασιν legiſſe: itaque *productionem* interpretatus eſt: ſed non placet. Nanque cuculi vox non eſt producta, neque noctuæ: & tamen mares grauiùs ſonant. ἀποστῆναι autem eſt deſciſcere, diſcordare, abſiſtere, abſcedere, vnde ἀπόστημα: & in ea ſignificatione accipit Galenus in quarto de *officijs partium*, τῆς τῶν ὀνομάτων περθρείας ἀποστησόμεθα, abſiſtemus, abſtinebimus, abſcedemus. Hoc autē dixit Ariſtoteles ne reprehenderetur, in philomela, & hirundine, & alijs in quibus nulla eſt differentia: & tamen ἀπότασιν habet earum vox vel contentiſſimam.

CXV. ARISTOTELES.

Οὐ μὴν ἐν πᾶσί γε τοῖς ζῴοις, ἀλλ' ἐνίοις τοὐναντίον, οἷον ἐπὶ τῶν βοῶν. ἐπὶ γὰρ τούτων τὸ θῆλυ τοῦ ἄρρενος βαρύτερον φθέγγεται.

Neque tamen id in omnibus animalibus, ſed in quibuſdam è contrario fit: vt in bobus. Horum enim fœmina grauiorem vocem edit, quàm mas.

CAESAR.

Et hoc repetit ad verbum. Theodorus addidit, *agitur*: malè: neque enim actio eſt vlla: neque, Latinè aut hoc dixit, aut illud, *agit vocem.*

CXVI. ARISTOTELES.

Καὶ οἱ μόσχοι, τῶν τελείων.

Et vitulis grauior quàm adultis.

CAESAR.

C Æ S A R.

HOc hîc nunc addit:neque enim ſuprà dixerat priore libro:ſed profectò falſum eſt.

CXVII. ARISTOTELES.

Διὸ καὶ τὰς φωνὰς τὰ ἐκτεμνόμενα μεταβάλλουσιν ἐναντίως. εἰς τὸ θῆλυ γὰρ μεταβάλλουσι τὰ ἐκτεμνόμενα.

QVo fit vt ſi caſtrentur, in contrarium mutent vocem: ſiquidem in fœmineam.

C AE S A R.

NVNC affectum naturæ ab arte:nam ſi ars mutat naturam, mutabit & naturæ vim. Ergo ſi mutat marem in fœminam,mutabit in fœminæ affectus. Boues igitur quàm tauri grauiùs mugiunt:in alio autem genere acutiùs ſonant.

Dixit ob eam rem γὰρ: quod refertur non ad μόσχυς, ſed ad τὸ θῆλυ: at ſecurè minùs loquutus eſt Ariſtoteles. Nam ſcrophæ caſtratæ non mutant vocem quam habebant,aut qualem habent ſui generis fœminæ integræ,in maris vocem.

CXVIII. ARISTOTELES.

Οἱ δὲ χρόνοι τῆς ὀχείας καὶ τὴν ἡλικίαν ἔχουσιν οὕτω τοῖς ζῴοις.

AEtatum autem tempora in animalibus ſic ſe habent.

C Æ S A R.

ALTERA hæc Capitis pars: in qua exactiùs cuiuſque generis non ſolùm ætatum, ſed annorum quoque numerum contemplatur.

Theodorus facetus: *natura ſuis animalibus*. Quaſi verò ſint quædam animalia, quæ naturæ non ſint. Eſt enim pronomen hoc iunctum ad notam poſſeſſionis, poſt diuiſiones familiarum quas herciſcebant: itaque Græci ἱ appoſuere: vnde ἰκὰς, & *ſecare*. Natura autem cum nullo vnquam decidit:putida omnino locutio eſt.

CXIX. ARISTOTELES.

Πρόβατον μὲν καὶ αἴξ, αὐτοετεῖς ὀχεύονται καὶ κύουσι· μᾶλλον δὲ ἡ αἴξ. καὶ οἱ ἄρρενες δὲ ὀχεύουσιν ὡσαύτως.

OVes, capræq́; anniculæ & ineuntur, & vterũ gerunt: ſed capra potiùs: mares autem quoque eodem tempore.

C Æ S A R.

Αὐτοετεῖς: mira vox: *eodem quo ſunt anno natæ*: non temerè cùm dixit ὀχεύεσθαι, addidit κύειν: oſtendemus enim quod ſuprà propoſuimus:non ſimul ſtatim coïre omnia, & poſſe concipere. Nam trimetres etiam coëunt hœdi.

CXX. ARISTOTELES.

ΤΑ' δὲ ἔκγονα τῶν ἀρρένων, διαφέρει ἐπὶ τούτων καὶ τῶν ἄλλων. οἱ γὰρ ἄρρενες, βελτίους γίνονται ἢ περὶ ὕστερον ἔτει, ὅταν γηράσκωσιν.

VErùm quæ ab his maribus, & quæ ab alijs generantur differunt. Nanque mares cùm alterum annum,ac ſenectutem appropinquant, præſtantiores fiunt.

C AE S A R.

IN omni genere,in vtero mares, extra vterum fœminas celeriùs perfici ſuo loco diſputauimus: itaque etiam aut coït maturiùs fœmina: aut ſi vterque id tempore aut non implet mas:aut ſi implet deteriore fœtura implet.

Hoc igitur cùm experientia exploratum ſit, trimos hircos & arietes eſſe ad admiſſariã præſtantiores, eorúmque ſobolem nitidiorem, robuſtiorem & grandiorem: ſic legimus hîc, *βελτίους γίνονται οἱ τῷ ὕστερον ἔτει*: non autem vt ſcriptum eſt *ἢ τῷ ὕστερον*.

Dixit autem *γηράσκωσι* non quòd iam vetuli ſint: ſed ſanè, vel à primo ortu omnia ad interitum vadunt, cuius affinis ſenectus eſt. Conſeneſcimus omnes ſtatim nati: ſenex enim morti propinquus eſt: quaſi è cadauere, & homine ſene vnum futurum ſit, quod nunc paucis dieculis à nece ſeparatum agitet.

Theodorus omiſit *τῷ ὕστερον ἔτει*: male. Nam vetuli non ſunt præſtantiores: ſed vetuli *τῷ ἔτει ὑστέρῳ*.

CXXI. ARISTOTELES.

Ὗς δὲ ὀχεύει μὲν, καὶ ὀχεύεται πρῶτον ὀκτάμηνος.

SVes coëunt tàm mas quàm fœmina, non ante octauum menſem.

CAESAR.

HOc eſt *ὀχεύει καὶ ὀχεύεται* mas & fœmina: & *τὸ πρῶτον*: *non ante*. Theodorus *incipiunt*, rectiſſimè.

CXXII. ARISTOTELES.

Τίκτει δὲ θήλεια μὲν, ἐνιαυσία· οὕτω γὰρ συμβαίνει ὁ χρόνος τῆς κυήσεως.

SEd nonniſi annicula parit fœmina. Id enim eſt tempus fœtificationis.

CAESAR.

ECce vbi oſtendit non idem tempus eſſe coïtus & fœtationis: aut non bonæ, vt mox.

Habes *ἐνιαυσίαν καὶ ἐνιαυσιαίαν*: *ἐνιαυσία* enim *annicula* eſt, *ἐνιαυσιαῖα annua*: vt annua, bima, trima.

CXXIII. ARISTOTELES.

Ὁ δ' ἄρρην, γεννᾷ μὲν ὀκτάμηνος, φαῦλα μέντοι, πρὶν γενέσθαι ἐνιαύσιος.

AT mas ab octauo menſe, ad duodecimum vſque generat, ſed vitioſa.

CAESAR.

HIc igitur contrà euenit vt mas iunior minùs valeat: & vt mas citiùs quàm fœmina generet.

CXXIV. ARISTOTELES.

ΟΥ̓ πανταχοῦ δὲ, ὥσπερ εἴρηται, ὁμοίως συμβαίνουσιν αἱ ἡλικίαι. ἐνιαχοῦ γὰρ ὕες ὀχεύονται μὲν καὶ ὀχεύουσι τετράμηνοι· ὥστε δὲ γεννᾶν καὶ ἐκτρέφειν, ἑξάμηνοι. ἐνιαχοῦ δὲ οἱ κάπροι δεκάμηνοι ἄρχονται ὀχεύειν, ἀγαθοὶ δὲ μέχρι τριετίας.

VErùm, quemadmodum diximus, locorum ratione, ætates variantur. Eſt enim vbi ſues quadrimeſtres, tàm mas, quàm fœmina coëant: atque adeo vt altero inde menſe, & gignere & educare queant. Alicubi autem apri etiam decimo incipiunt coïre menſe: durant autem vſque ad triennium.

CAESAR.

HOc quoque cum ſuperiore hiſtoria debuit coniungere, cùm locorum differentias aſſignaret.

CXXV.

CXXV. ARISTOTELES.

Κύων δὲ, ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ μὲν, ὀχεύεται ἐνιαυσιαία, καὶ ὀχεύει ἐνιαύσιος· ἐνίοτε δὲ συμβαίνει ταῦτα καὶ ὀκταμηνιαίοις. μᾶλλον δὲ ταῦτα γίνεται ἐπὶ τῶν θηλειῶν, ἢ τῶν ἀρρένων.

Canis vtriuſque ſexus anniculus coït: quanquam etiam aliquando octauo menſe: ſed hoc ſæpiùs contigit fœmellis, quàm maribus.

CAESAR.

NVnc omittit loca: redit ad hiſtoriam per genera, & oſtendit fœmellas temperiùs coïre, vt ſuprà: contrà quàm in ſue.

CXXVI. ARISTOTELES.

Κύει δὲ ἑξήκοντα καὶ μίαν, ἢ δύο ἢ τρεῖς ἡμέρας τὸ μακρότατον· ἔλαττον δὲ οὐ φέρει τῶν ἑξήκοντα ἡμερῶν· ἀλλ' ἄν τι γένηται, οὐκ ἐκτρέφεται εἰς τέλος.

Fert vterum diebus non paucioribus ſexagenis, vno, alteróve, aut ad ſummum tertio adiecto: citra illud tempus quod editum fuerit, non poteſt educatione perfici.

CAESAR.

NOVEM ſeptimanas gerit canis, ſicut & mulier nouem menſes. Itaque perfectiſſimum geſtandi tempus mulieri eſt dierum CCCXIII. vt exacto decimo menſe pariat: nam cubum facias numerum: VII. fiet XLIX. accipe radicem cubi huius, & duc in ipſum cubum, fient CCCXIII.

CXXVII. ARISTOTELES.

Τεκοῦσα δὲ, πάλιν ὀχεύεται ἕκτῳ μηνὶ, καὶ οὐ πρότερον.

A Partu, non ante ſextum menſem coïtum repetit.

CÆSAR.

INtellige ſi alat catulos: nam iis ſubductis repetit longè citiſſimè.

CXXVIII. ARISTOTELES.

Ἵππος δὲ ὀχεύειν ἄρχεται διετὴς, καὶ ὀχεύεται, ὥστε καὶ γεννᾶν· τὰ μέντοι ἔκγονα, κατὰ τούτους τοὺς χρόνους ἐλάττω καὶ ἀσθενικώτερα. ὡς δὲ ἐπὶ τὸ πλεῖστον, τριετὴς ὀχεύει καὶ ὀχεύεται. καὶ ἐπιδίδωσι δὲ ἀεὶ ἐπὶ τὸ βελτιώτατον τὰ ἔκγονα γεννᾶν μέχρις ἐτῶν εἴκοσιν.

Equi mares & fœminæ bimi coïre incipiunt atque etiam generare: at pulli qui per id tempus concipiuntur minores ſunt & imbecilliores. Verùm plurimi, vt tertio anno coëunt, atque inde ad viceſimum vſque annum in dies ſemper fiunt ad generandum ſobolem præſtantiores.

CAESAR.

THEODORVS malè: *equus inire tam mas quàm fœmina incipit*: neque enim init marem fœmina, ſed ab eo initur.

Κατὰ τούτους τοὺς χρόνους. Theodorus, *per id tempus*: ſed, *ab eo tempore*, dicendum. Non enim eo tempore naſcitur. Itaque addendum verbum fuit.

Ἐπιδίδωσι εἰς τὸ βέλτιστον: intellige εἰς τὸ βέλτιον, ὡς τὸ βέλτιστον: ſed hoc quoque mendacium eſt. Ad annum enim decimum & Syri, & Aphri, & Picenates, & Vmbri, & Thuſci equi proficiunt: ad duodecimum, aut ad ſummum quartum decimum Calabri, & Belgæ, & Sarmatæ,

Sarmatæ,& Thraces,& Theſſali,& Illyrici, & Pyrenæi, inde fiunt deteriores. Itaque & cauis ſuperciliis naſcuntur pulli ex his, & citò ducunt ilia, neque alacres ſunt.

Βελτιωτάτοι ſcriptum eſt,quod eſt notandum, ſuperlatiuum ex comparatiuo.

Theodorus, *quod ex more plurimo agitur :* ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον. Neque mos eſt, neque agitur, & & dura ſanè compoſitio : *more plurimo.*

CXXIX. ARISTOTELES.

Ὀχεύει δὲ ὁ ἵππος ὁ ἄῤῥην μέχρις ἐτῶν τριάκοντα καὶ τριῶν· ἡ δὲ θήλεια, ὀχεύεται ἄχρις ἐτῶν τεσσαράκοντα· ὥστε συμβαίνει σχεδὸν διὰ βίου γίνεσθαι τὴν ὀχείαν. ζῇ γὰρ ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ ὁ μὲν ἄῤῥην, περὶ τριάκοντα πέντε ἔτη. ἡ δὲ θήλεια, πλείω τῶν τεσσαράκοντα. ἤδη δέ τις ἐβίωσεν ἵππος καὶ ἑβδομήκοντα πέντε ἔτη.

Admiſſarij ad tertium vſque & triceſimum vtiles ſunt. Equæ autem ad quadrageſimum. Quo fit vt penè toto vitæ tempore coeant: viuit enim ferè mas annos circiter quinque & triginta: fœmina autem excedit etiam quadrageſimum. Iam verò etiam ſeptuaginta quinque vixit equus quidam.

CAESAR.

ITa duo anni primæ ætatis, & duo extremæ inutiles videntur ad coëundum : ſi viuit triginta quinque & non coït niſi triginta vno : iccirco addidit σχεδόν.

CXXX. ARISTOTELES.

Ὄνος δὲ, τριακοντάμηνος ὀχεύει καὶ ὀχεύεται· οὐ μέντοι γεννῶσί γε ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ, ἀλλὰ διετὴς, ἢ καὶ τριετὴς, ἢ καὶ ἑξάμηνος. ἤδη δὲ καὶ ἐνιαυσία ἐκύησεν, ὥστε καὶ ἐκτραφῆναι.

Aſinus, aſináque triceſimo menſe coït: verùm raro generant, niſi bimi, aut trimi, aut etiam ſex menſibus grandiores. Quanquam etiam annicula, & geſſit, & educauit.

CAESAR.

SVPRA potuit dicere ἵππος ὀχεύει καὶ ὀχεύεται : quoniam ὁ καὶ ἡ ἵππος. Nunc alia ratione ponit : quoniam ὁ ὄνος ἐπίκοινον eſt : ſed mira locutio : ἢ τριετὴς ἢ καὶ ἑξάμηνος. Nam cùm ἢ diſtinguat trimatum à bimatu,& bimatum à menſe triceſimo, quare non diſtinxit ἑξάμηνον, à τριετεῖ. Si triceſimo menſe coëunt, neque generant niſi raro, quare minùs tempus biennij ſubditum eſt cum aduerſatiua, ἀλλά? Omnino mendoſus codex eſt Theodori,tamen ſic legit. At fortaſſe non malè ſic legetur: οὐ μέντοι γεννῶσί γε ὡς ἐπὶ τὸ πολύ. ἀλλ' ἢ τριετεῖς. ἀλλὰ διετὴς ἢ καὶ ἑξάμηνος ὀχεύεται.

CXXXI. ARISTOTELES.

Καὶ βοῦς ἐνιαυσία ἔτεκεν, ὥστε καὶ ἐκτραφῆναι καὶ τῷ μεγέθει ηὐξήθη ὅσον ἔμελλε, καὶ ὑπέκει.

IAm verò & bucula annicula & peperit & educauit fœtum qui ad iuſtam creuit magnitudinem.

CAESAR.

ΟΣον ἔμελλεν : *debitam à natura magnitudinem* : poſt hæc verba ſtatim ſunt illa : καὶ ὑπέκει. Theodorus nulla habuit. Puto eſſe mendum:fortaſſe ſuperiùs ſunt ponenda: ἢ καὶ ἑξάμηνος καὶ ὑπέκει:ſed aptet ſuo quiſque arbitrio. Neque enim valde ſunt neceſſaria.

CXXXII. ARISTOTELES.

Αἱ μὲν οὖν ἀρχαὶ τοῖς ζώοις τούτοις τῆς γεννήσεως ταύτην ἔχουσι τὸν τρόπον.

HAec ſunt tempora quibus animalia hæc incipiunt generare.

CAESAR.

C AE S A R.

NESCIO qua ratione Philoſophus, cùm nondum abſoluerit hiſtoriam propoſitam, apponat coronidem. Quod ſi dicat, de initiis ſcripſiſſe, nunc autem de fine, ſanè ſit alia Capitis pars: ſed profectò iam etiam finem dixit, in equorum genere & aprorum.

CXXXIII. ARISTOTELES.

Γεννᾷ δὲ ἄνθρωπος τὸ ἔσχατον μέχρις ἑβδομήκοντα ἐτῶν, ὁ ἄῤῥην· γυνὴ δὲ μέχρι πεντήκοντα. ἀλλὰ τοῦτο μὲν, σπάνιον γίνεται· ὀλίγοι γὰρ γεννῶσιν ἐν ταύταις ταῖς ἡλικίαις τέκνα· ὡς δὲ ἐπὶ τὸ πολὺ, τοῖς μὲν, πέντε καὶ ἑξήκοντα ὅρος· ταῖς δὲ, πέντε καὶ τεσσαράκοντα.

Viro ſeptuageſimus annus, mulieri quinquageſimus meta vltima eſt generandi. Hoc tamen rarò paucíſque euenit his vt ætatibus liberos procrearent: ſed virorum plurimi quinto & ſexageſimo ceſſant: mulieres autem quinto & quadrageſimo.

C AE S A R.

NVNC ponit fines generationis, ita per antitheta: ſuprà ἀρχαὶ: hîc ἔσχατον. Et incipit ex inſtituto ab homine. Pauci contingunt eas metas, pauciores excedunt. Cato & Maſſaniſſa octuagenarij patres facti ſunt.

Commodè dixit τοῦτο: intellexit de vtriſque, quoniam vnum eſt: ſcilicet exceſſus vſitatæ geſtationis in vtroque. Theodorus de fœmina tantùm intellexiſſe videtur: cùm dixit, *verùm id rarò*: ſed cùm Philoſophus dicat, ὀλίγοις γὰρ, exponit raritatem, & de vtriſque loquitur.

CXXXIV. ARISTOTELES.

Πρόβατον δὲ, τίκτει μέχρις ἐτῶν ὀκτώ· ἐὰν δὲ θεραπεύηται καλῶς, καὶ μέχρις ἕνδεκα. σχεδὸν δὲ διὰ βίου συμβαίνει ὀχεύειν καὶ ὀχεύεσθαι ἀμφοτέροις.

Ovis vſque ad annos octo parit, quòd ſi benè tractetur ad vndecimum vſque: penè autem toto vitæ tempore tam mas quàm fœmina coit.

C AE S A R.

Σχεδὸν. Theodorus, *& quidem fieri poteſt, vt etiam per totam vitam coëant.* Quaſi verò Ariſtoteles id voluerit, vt in aliquibus hoc ſit: ſed non ita eſt: imò comparat omnium vitam, cum omnium coïtus tempore: ſicut ſuprà de equis.

CXXXV. ARISTOTELES.

Οἱ δὲ τράγοι, πίονες ὄντες, ἧττον γόνιμοί εἰσιν· ἀφ᾽ ὧν καὶ τὰς ἀμπέλους, ὅταν μὴ φέρωσι, τραγᾷν καλοῦσιν· ἀλλὰ παρισχναινόμενοι, δύνανται ὀχεύοντες γεννᾷν.

Hirci prępingues minùs ſunt habiles ad generandum: à quibus vites ſteriles hirceſcere dixerunt Græci τραγᾷν. Qui ſi paulò gra:iliores fiant, eorum coïtus proficit ad generandum.

C AE S A R.

NVNC apponit affectum ſterilitatis. Quare non à tempore ætatis, vt proponebat, ſed à corporis habitudine prouenit. Itaque mutata habitudine, mutatur quoque. Gallinis idem euenit: pinguiores enim non pariunt.

Theodorus ἧττον γόνιμοι, *minùs fœcundi*: neſcio an mas fœcundus dici poſſit: & puto non poſſe. Neque ſi quis dixit ſequar eum.

Παρισχναινόμενοι. Theodorus, *cura extenuandi adhibita:* accommodè ſanè: ſed minùs arctauit

Philoſophi

Philoſophi ſententiam: quin etiam caſu extenuati, non ſolùm arte. Præterea non expreſſit verbum: omiſit enim ὑπὸ, quæ præpoſitio apud Latinos eſt, *ſub*: vt *ſubinſanire*, ὑποφρενεῖν. ὑπεισχναίνεσθαι *ſubgracileſcere*: nam valde graciles minùs ſunt habiles ad generandum.

Nota δυνάμεναι ὀχεύοντες γεννᾶν: non vacat ὀχεύοντες. Nam etiam pingues δύνανται ὀχεύειν: at generare nequeunt.

Ὅταν μὴ φέρωσι. Theodorus, *per nimiam alimenti copiam luxuriantes fructum non ferunt.* Sanè oratio ipſa, pluſquam vites illæ, luxuriat. Itaque fructum non feret: neque enim verum eſt agro pinguiſſimo vites non ferre. Imò quantò maior vbertas, tantò largior vindemia. Quare etiam ſtercorantur. Sed alia ratione ſterileſcunt, cùm non cohibentur putando. Et vitio ſoli, aut cœli, aut opera præpoſtera. Itaque ruſtici non à cauſſa pinguedinis, ſed ab effectu non ferendi, verbum ab hircis ad vites tranſtulêre τραγᾶν, *hirceſcere*, quaſi ſubire hircorum naturam. Nam τραγίζειν *hircire* veteres dixêre, more hircorum olere.

CXXXVI. ARISTOTELES.

Ὀχεύουσι δὲ οἱ κριοὶ ταῖς πρεσβυτάταις πρῶτον· τὰς δὲ νέας, διώκουσι. τίκτουσι δὲ, ὥσπερ εἴρηται ἐν τοῖς πρότερον, αἱ νέαι, ἐλάττω τὰ ἔκγονα τῶν πρεσβυτέρων.

INeunt arietes grandiſſimas natu primùm. Iuuenculas autem inſectantur: pariunt autem quemadmodum ſuprà diximus, agnæ minores ſoboles, quàm adultæ oues.

CAESAR.

NON eſt facilis intellectio huius loci τὰς δὲ νέας διώκουσι: videtur dicere, arietes abhorrere ab agnellis, & eas inſectari, & non inire. Sed dixit iam πρῶτον, primùm inire vetulas, ergo deinde aliquid fiet agnis. Theodorus apponit ἧττον, ſcilicet, *minùs ſequuntur.* διώκειν ambiguum eſt, hoſtis & amatoris: ἁ αἲξ τὸν κύτισον, ὁ λύκος τὰν αἶγα διώκει. Theodorus male hæc: *vetuſtiores, nouellas, pauciora.*

CXXXVII. ARISTOTELES.

Κάπρος δὲ, ἀγαθὸς μὲν ὀχεύειν μέχρι ἐπὶ τριετοὺς· τῶν δὲ πρεσβυτέρων, χείρω τὰ ἔκγονα. οὐ γὰρ ἔτι γίνεται αὐτοῦ ἐπίδοσις, οὐδὲ ῥώμη. ὀχεύειν δὲ εἴωθε χορτασθεὶς καὶ μὴ προσβιβάσας ἄλλην· εἰ δὲ μὴ, ὀλιγοχρονιωτέρα ἡ ὀχεία γίνεται, καὶ μικρότερα τὰ ἔκγονα. τίκτει δὲ ἐλάχιστα μὲν ὗς, ὅταν πρωτοτόκος ᾖ· δευτεροτόκος δὲ οὖσα, ἀκμάζει· γηράσκουσα δὲ, τίκτει μὲν ὁμοίως, ὀχεύεται δὲ βραδύτερον· ὅταν δὲ πεντεκαιδεκαέτεις ὦσιν, οὐκέτι γεννῶσιν, ἀλλὰ ἀγριαίνονται. ἐὰν δὲ εὐτραφὴς ᾖ, θᾶττον ὁρμᾷ πρὸς τὰς ὀχείας, καὶ νέα καὶ γηράσκουσα· ἔγκυος δὲ οὖσα, ἐὰν πιαίνηται σφόδρα, ἔλαττον ἔχει τὸ γάλα μετὰ τὸν τόκον. τὰ δὲ ἔκγονα, κατὰ μὲν τὴν ἡλικίαν, βέλτιστα ἐν ἀκμῇ· κατὰ δὲ τὰς ὥρας, ὅσα τοῦ χειμῶνος ἀρχομένου γίνεται· χείριστα δὲ, τὰ θερινά· καὶ γὰρ μικρὰ, καὶ λεπτὰ, καὶ ὑγρά. ὁ δὲ ἄῤῥην, ἐὰν μὲν εὐτραφὴς ᾖ, πᾶσαν ὥραν ὀχεύειν δύναται, καὶ μεθ' ἡμέραν καὶ νύκτωρ· εἰ δὲ μὴ, μάλιστα τὸ ἕωθεν καὶ γηράσκων, ἧττον αἰεὶ, ὥσπερ εἴρηται καὶ πρότερον. πολλάκις δὲ οἱ ἀδύνατοι διὰ τὴν ἡλικίαν ἢ ἀσθένειαν, οὐ δυνάμενοι ταχέως ὀχεύειν, κατακλινομένης τῆς θηλείας, διὰ τὸ κάμνειν τῇ στάσει, συγκατακλιθέντες πλησιάζουσι. κυΐσκεται δὲ μάλιστα ἡ ὗς, ἐπειδὰν θύουσα καταβάλλῃ τὰ ὦτα· εἰ δὲ μὴ, οὔ, ἀλλ' ἀναθυᾷ πάλιν.

APri coitus vtilis ad tertium annum vſque, grandiorum ſoboles deteriores. Neque enim inde proficit, robore deſtitutus. Inire ſolet ſatur, & vbi prius alteram non inſcenderit: alioqui & celeriùs abſoluunt, & fœtus creſcunt minùs. Minimos verò edit ſuos primipara: altero autem partu viget: ſeneſcens nihilominus parit: ſed marem tardiùs admittit. Quintum ac decimum nata annum ceſſant parere ac efferantur: quò largiùs aluntur, eò citiùs tum iuniores, tum vetulæ ad coïtum ſollicitantur: prægnantes ſi valde pingueſcant, fœtu edito minus habent lactis. Quod pertinet ad ætatem, à vegetis parentibus praſtantiſſimi fœtus educuntur. Quod ad anni partes ſpectat, qui ineunte hyeme generantur: deterrimi æſtiui: puſilli hi, & exiles, & fluiti. Mas ſi bene tractetur quouis tempore, vel interdiu, vel etiam noctu init, ſin minus, potiſſimum manè: ac ſeneſcens quidem deterius ſemper vt dictum eſt. Sæpenumero qui aut per ætatem, aut ob impotentiam nequit expeditè abſoluere coïtum, ac tum fœmina ſtando feſſa decubuit, concumbens init. Concipit ſcrofa maximè poſtquam pruriens aures demiſerit, neque aliter: ſed exhalat retrò ſemen.

CAESAR.

CAESAR.

HVIVS particulæ partes ſunt: prima de apro:ſecunda de ſue. In prima apri ætatem ponit, & rationem coëundi. In ſecunda ætatem ſcrophæ primùm, deinde coëundi appetentiam. Tum lactis affectum à pinguedine. Quarto ſobolis differentiam à tempore anni & ætatis. Quinto maris habitudinem ad coëundum, & coïtus tempora. Sexto loco modum inualidorum coëundi.

Poſtremo ſigna conceptionis ſcrophæ.

De apro autem & ſue hiſtoriam ſimul texit: vno enim genere continentur. Neque differunt niſi feritate. Reddamus autem cauſſam quarundam ſententiarum. Apri ſoboles vt ſit bona, tria exigit: ætatem patris: vt ne ſit maior trimo: vt ſit recenti cibo ſatur: vt ne aliam inſcenderit. Nam & vetulus & ieiunus, & qui ſemen alio prodegerit, minùs habet ſeminis. Itaque coitus eſt breuior. Et ſoboles e pauco ſemine, & pauca & parua. Nota tamen: nam ſecundum coïtum omne animal tardiùs proficit: altiùs enim educendum ſemen eſt.

Ponit quatuor ætates in fœmellis. Prima: ſcrophæ primiparæ porcelli minùs creſcunt: non propter matricem paruam, vt quidam putârunt: ſed quia principia ſunt imbecilla, minúſque habent caloris validioris. Altera ætas eſt in partu ſecundo, & aliquot aliis: tũc enim viget. Tertia eſt vetulæ, in qua diſcrimen eſt: nam æque parit, ſed non æquè coït. Quarta ætas eſt anno quinto decimo: ibi ceſſat parere, & auerſatur coïtum, atque adeò infenſa eſt.

Ponit duos affectus à cibo: communem vtrique ætati, tam ſucculæ, quàm ſcrophæ: ſed intellige proportione citiùs incendi libidine: ſi benè alatur vetula, quàm ipſa eadem: ſi non benè, alius affectus. Si pingueſcit fœta, edito partu minus lactis futurum: ſanè venæ fuerunt anguſtiores: & pinguedinem fieri è ſanguine ſuprà oſtendimus: itémque lac. Ergo alterutro exuberante, alterum minus erit.

Ponit duo tempora ætatis & anni: in quibus porcelli qui naſcuntur optimi ſint: mediam ætatem ſcilicet annorum quatuor aut quinque, & hyemis initium. Nam æſtiui fœtus torrentur calore, & quæ æſtate affecta naſcuntur, non habent vnde alantur hyeme: ſed qui eduntur menſe Martio, optimi.

Reſpondet poſteà ei parti, qua alebat largiùs fœmellam, vt coïtum appeteret. De mare idem dicit: diſtinguitque tempora pro modo victus. Nam ſi ſtrigoſior ſit, nonniſi manè, aut alio tempore diei. Poſt hæc naturæ prouidentiam narrat: quæ inualidos per ætatem, aut àlia de cauſſa etiam decumbentes faciat coïre: poſtremò ponit notas cùm fœmella conceperit.

Videamus nunc phraſim & interpretationes, ἀγαθὸς μέχρι ἐτῶν: *vſque ad*. Theodorus, *probitas*. Quanquam dicimus eius ætatem, illam probari: tamen nunquam dices, *aprum probum*.

Γίνεται αὐτῶν ἐπίδοσις, οὐδὲ ῥώμη. Quomodo ἐπίδοσις? Nam ἐπιδιδόναι eſt perficere, & addere aliquid rebus præſentibus. At quæ ætas eſt præſtantiſſima ad coïtum, ea eſt ætas ἀκμάζουσα & ſtata. Natura enim ſatis habet, nihilque quærit corpori. Tunc igitur ſemen optimum eſt. Itaque ſi non eſt ἐπίδοσις, debuit eſſe ſemen perfectius. Itaque nos mitigauimus: ῥώμην autem Theodorus, *virium recreationem*, dixit more ſuo ambitioſè.

Πρωτότοκος & πρωτοτόκος, idem cùm tertia à fine acuitur: εἶναι ἐγέννησεν ἢ ἔτεκεν τὸ πρῶτον.

Πρωτοτόκος penultima acuta ſoboles ipſa eſt.

Ἐλάχιστα *pauciſſima*, Theodorus: etiam *minima* potes dicere.

Χείριστα τὰ θερινά: non comparata ad hyberna: neque enim eſſet ſuperlatiuum: ſed ad omnis temporis.

Ὑγρά: facetum: vt æſtate porcelli qui naſcuntur humidi ſint. Theodorus, *perhumida*: malè: non enim ὑγρὸν ſemper humidum ſignificat: ſed etiam aliquando id, quod tale eſt quale eſt humidum: voluit igitur mollia, & fluida carne. Quod tamen non ab humiditate fit, ſed à ſiccitate: non enim humore viſcido cohærent partes ſucco defectæ.

Τὸ ἕωθεν, Attica locutio.

Nota & illud οἱ ἀδύνατοι ἢ δυνάμενοι: ἀδύνατοι habitus eſt, δυνάμενοι actus. Theodorus τὴν ἀσθένειαν addidit naturæ: malè. Nam etiam aliunde quàm à natura poteſt id contingere: vt clandi fiant, vt inualidi.

Κατακλινομένης, facetè de coëunte. Nam κλίνη lectus eſt. Theodorus, *clunes demittat*: imò verò totam ſe demittat: ita non expreſſit συγκατακλιθέντες *cubantes*: imò *concumbentes*: vnde concubitus.

Ὀχεύεται βραδύτερον, Theodorus, *lentiùs coït*: tractum & moram initus intellexit, malè: neque enim mora illa arbitratu ſcrophæ fit, ſed maris. Quanquam potes dicere, minùs calida vulua,

tardiùs cieri, atque elici ſemen: ſed voluit dicere ſeriùs ſollicitari, & infrequẽtiùs, σπανιώτερον. De hac re & libro ſexto plura dicet. Theodorus de ſuo, addidit *tardius.*

Θυμιᾶται, eodem verbo vtitur lib. 6. cap. 18. ſecundùm Theodori ſectionem. ἀναθυμιᾶ, *exhalat.* Theodorus *relapſum euaneſcit:* addidit quoque ipſe, *flaccidas.*

CXXXVIII. ARISTOTELES.

Αἱ δὲ κύνες, ὀχεύονται οὐ διὰ βίου, ἀλλὰ μέχρι ἀκμῆς τινος. ὡς μὲν ἐπὶ τὸ πολὺ, μέχρι ἐτῶν δώδεκα αἵ τ' ὀχεῖαι συμβαίνουσι καὶ αἱ κυήσεις αὐτῶν. οὐ μὴν ἀλλ' ἤδη τισὶ καὶ ὀκτωκαίδεκα ἔτη γεγονόσι καὶ εἴκοσι, συνέβη καὶ θηλείας ὀχευθῆναι, καὶ ἄρρεσι γεννῆσαι. ἀφαιρεῖται δὲ καὶ τὸ γῆρας, ὥστε μὴ γεννᾶν, μηδὲ τίκτειν, καθάπερ καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων.

Canes non quandiu viuunt, ſed quandiu vigent marem admittunt. Ita vt ferè tum coeant, tum vterum gerant ad duodecimum annum. Quanquam tam mari quàm fœminæ, & coïtus & generatio contingit anno duodeuiceſimo, atque etiam viceſimo. Atque his quidem & generandi & pariendi facultas tollitur etiam ſenectute, ſicut & alijs.

CAESAR.

PLvs eſt vigere quàm viuere, vi agere: coniungit coïtum & vteri geſtationem: quoniam ſtatim & ſimul coïre & generare incipit canis. In poſtrema parte dixit γεννᾶν καὶ τίκτειν. Quoniam illud ſit maris, hoc fœminæ. Nota καθάπερ καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων. Quæ alia illa ſunt? Nam ſi quæ per totam vitam coeunt, vt dixit de equarum genere, his ſenectus nihil tollit. Itaque tam ampla vox moderanda fuit.

Dixit καὶ τὸ γῆρας. Quoniam & aliis euentis ea facultas auferri poteſt.

CXXXIX. ARISTOTELES.

Ἡ δὲ κάμηλος, ἔστι μὲν ὀπισθουρητικὸν, καὶ ὀχεύεται, ὥσπερ εἴρηται πρότερον· τῆς δ' ὀχείας ὁ χρόνος, ἐν τῇ Ἀραβίᾳ κατὰ τὸν Μαιμακτηριῶνα μῆνα· κύει δὲ δώδεκα μῆνας, τίκτει δὲ ἕν. ἔστι γὰρ μονοτόκον. ἄρχεται δὲ τῆς ὀχείας ἡ θήλεια, τριετὴς οὖσα· καὶ ὁ ἄρρην τριετὴς ὤν. μετὰ δὲ τὸν τόκον, ἓν ἔτος διαλιποῦσα, ὀχεύεται ἡ θήλεια.

Camelus retromingit, & initur, vt ſuprà dictum eſt, coïtus tempore in Arabia menſe Septembri. Fert menſes duodecim: vnum parit, vniparum enim eſt. Incipit tum fœmina, tum mas in trimatu. Fœtu edito ante annum exactum non repetit venerem.

CAESAR.

DEbvit ponere aliud tempus in aliis, putà Bactrianis: ſed omiſit negligenter. Reddit rationem quare vnum parit: quia eſt μονοτόκον: in neutro genere poſuit quia hoc commune habet cum elephanto, & aliis quibuſdam. Eſt enim affectus animalis, vt dicatur μονοτόκον ζῷον.

Obſerua item illam repetitionem: τριετὴς οὖσα, καὶ τριετὴς ὤν: ſatis fuerat dicere τριετεῖς, aut τριετὴς οὖσα ὥσπερ καὶ ὁ ἄρρην.

CXL. ARISTOTELES.

Ὁ δὲ ἐλέφας, ἄρχεται μὲν βαίνεσθαι, ὁ μὲν νεώτατος, δέκα ἐτῶν· ὁ δὲ πρεσβύτατος, πεντεκαίδεκα· ὁ δὲ ἄρρην, βαίνει πέντε ἐτῶν ἢ ἓξ ὤν. χρόνος δὲ τῆς ὀχείας τὸ ἔαρ. πάλιν δὲ βαίνει μετὰ τὴν ὀχείαν διὰ τρίτου ἔτους· ἣν δ' ἂν ἐγκύμονα ποιήσῃ, ταύτης πάλιν οὐχ ἅπτεται. κύει δὲ ἔτη δύο, τίκτει δὲ ἕν· ἔστι γὰρ μονοτόκον· τὸ δὲ ἔμβρυον, γίνεται ὅσον μόσχος διμηνιαῖος ἢ τρίμηνος.

IN elephantum genere coït fœmina cùm citiſſimè anno ætatis decimo, cùm tardiſſimè quinto decimo. Mas autem quinto ſextóve: verno ſanè tempore tertio poſt anno coitum repetit. Quam implèrit non ampliùs attingit: fert annos duos: vnum parit: eſt enim vniparum animal. Pullus editus æquat bimeſtris, aut trimeſtris vituli magnitudinem.

CAESAR.

CÆSAR.

EPICOENO genere vſus eſt, ὃν δ' ἂν ἐγκύμονα ποιήσῃ: vſus eſt *βαίνεσθαι* & *βαίνειν*, ſicut ſuprà: ἐπιβαίνων: ſed *βαίνει* fortaſſe ſcriptum fuit: poteſt & ſic legi. ἣν δ' ἐγκύμονα ποιήσῃ, ταύτης πάλιν οὐχ ἅπτεται.

Duo ſunt hîc ambigua. Primùm, cùm dicit tertio poſt anno coïtum repetere: intellexeritne de fœmina an de mare: ſi de mare, profectò falſum videtur: ſi de fœmina, malè cohæret hiſtoria: & verbum *βαίνει*, eſt maris non fœminæ. Alterum, cùm dicit quam implêrit non attingere: an intelligat nunquam ampliùs, quod & Ælianus exiſtimat, & Plinius idem ſentit, cùm dicat eos tantùm ſemel gignere: an tempore vteri.

CAPVT DECIMVMQVARTVM,

De Generatione animalium, quæ ex coïtu & ſine coïtu proueniunt.

CXLI. ARISTOTELES.

Περὶ μὲν οὖν τῆς ὀχείας τῶν ζῴων τῶν ὀχευομένων, τοῦτον ἔχει τὸν τρόπον. περὶ δὲ τῆς γενέσεως τῶν ὀχευομένων καὶ τῶν ἀνοχεύτων λεκτέον, καὶ πρῶτον περὶ τῶν ὀστρακοδέρμων. τοῦτο γάρ ἐστιν ἀνόχευτον μόνον, ὡς εἰπεῖν, ὅλον τὸ γένος.

IS modus eſt coëundi animalibus, quæ coïtu generantur. Nunc de generatione tàm eorum quæ à coïtu, quàm quæ ſine eo proueniunt dicendum eſt. Ac primùm quidem de iis quæ teſta teguntur: ſolum enim, vt ita dicam, genus hoc, totum coïtus expers eſt.

C AE S A R.

HACTENVS de coëundi modo. Nunc non de coïtu, ſed de generatione loqui vult, tàm ex coïtu, quàm ἀνοχεύτως. Quare hîc alterius libri initium rectè faceret. Hic verò tenet ordinem propoſitum: vt ab imperfectis ordiatur, & hominem poſtremo loco enarret: quoniam operoſiſſimum omnium animal ſit.

Non dixit ſolum genus hoc: ſed ſolum totum genus. Quoniam inter piſces etiam ſunt ſpecies quædam: ſed non totum genus piſcium.

CXLII. ARISTOTELES.

Αἱ μὲν οὖν πορφύραι, τοῦ ἔαρος συναθροιζόμεναι εἰς ταὐτὸ, ποιοῦσι τὴν καλουμένην μελίκηρα. τοῦτο δ' ἐστὶν οἷον κηρίον, πλὴν οὐχ οὕτω γλαφυρὸν, ἀλλ' ὥσπερ ἂν εἰ ἐκ λεπυρίων ἐρεβίνθων λευκῶν πολλὰ συμπλακείη. οὐκ ἔχει δ' ἀνεῳγμένον πόρον οὐδὲν τούτων· οὐδὲ γίνονται ἐκ τούτων αἱ πορφύραι, ἀλλὰ φύονται καὶ αὗται καὶ τὰ ἄλλα ἐκ τῆς σήψεως καὶ ἰλύος ὀστρακόδερμα. τοῦτο δὲ συμβαίνει ὥσπερ ἀποκάθαρμα, καὶ ταύταις καὶ τοῖς κήρυξι. κηριάζουσι γὰρ καὶ οἱ κήρυκες. γίνονται μὲν οὖν καὶ τὰ κηριάζοντα τῶν ὀστρακοδέρμων, τὸν αὐτὸν τρόπον τοῖς ἄλλοις ὀστρακοδέρμοις· οὐ μὴν ἀλλὰ μᾶλλον, ὅταν προϋπάρχῃ τὰ ὁμογενῆ. ἀφιᾶσι γὰρ, ἀρχόμενα κηριάζειν, γλισχρότητα μυξώδη, ἐξ ὧν τὰ λεπυριώδη συνίσταται. ταῦτα μὲν οὖν ἅπαντα διαχεῖται. ἀφίησι δ' ὃ εἶχεν, εἰς τὴν γῆν· καὶ ἐν τούτῳ τῷ τόπῳ γίνεται ἐν τῇ γῇ συστάντα πορφύρια μικρὰ, ἃ ἔχουσαι ἁλίσκονται αἱ πορφύραι ἀπ' αὐτῶν· ἔνια δ' οὔπω διηκριβωμένα τὴν μορφήν. ἐὰν δὲ πρὶν ἐκτεκεῖν ἁλῶσιν, ἐνίοτε ἐν ταῖς φορμίσιν ὅπου ἔτυχεν ἐκτίκτουσιν, ἄλις ἐν τῷ αὐτῷ ἰοῦσαι, ὥσπερ ἐν τῇ θαλάττῃ. καὶ διὰ τὴν στενοχωρίαν γίνονται οἷον βότρεις.

PVrpuræ igitur verno tempore eundem in locum congregatæ, faciunt id quod vocant fauaginem. *Eſt enim faui ſpecie, ſed minus expolita. Quemadmodum ſi è folliculis alborum cicerum multis quiddam compactis. Nullus his patet aditus, neque inde fiunt purpuræ. Sed tum illæ, tum teſtacea alia ex putredine atque limo proueniunt. Sed id eſt quaſi purgamentum & ipſis, & buccinis. Etenim hi quoque fauificant. Generantur igitur hæc quoque fauificantia, quemadmodum cætera teſtacea. Cæterùm etiam faciliùs, ſi qua ſubſint principia referentia genus ſuum. Cum enim incipiunt fauificare, emittunt lentorem quendam muccoſum, ex quo folliculi concreſcunt illi. His igitur omnibus ſolutis, effluit in terram id quod continebant. Atque eo in loco purpurillæ minutæ oriuntur atque concreſcunt, quæ hærentes purpuris capiuntur, aliquot etiam inchoatæ tantùm. Quòd ſi ante partus tempus capiantur, in ipſis ſporteis non temerè pariunt, ſed in eundem locum conuentu facto, quemadmodum etiam in mari: vnde per cratium anguſtias quaſi racemi prodeant.*

C Æ S A R.

EST igitur quaſi modus coëundi, ſi conueniunt, vt quaſi à mare & fœmina emittatur ſaliuæ genus.

Συναθροιζόμεναι, Theodorus *ſeſe colligentes*. Et addidit de ſuo, *condunt*. Plinius Ariſtotelem exprimens, *congregantur*, inquit, *verno tempore, mutuoq́; attritu lentorem cuiuſdam ceræ ſaliuant.*

Μελίκηρον, non *fauum* ſimpliciter, ſed *fauaginem* Theodorus ſcita voce: neque enim veri faui ſunt: itaque expoſuit Philoſophus οἷον κηρίον.

Γλαφυρὸν, *elegans* Theodorus: nos *politum*: γλύφειν enim eſt *polire*: noſtrum *polire* à torno ductum πολεῖν, & rota figuli.

Λεπύρια *putamina* Theodorus: ego malui *folliculos*.

Ἐρέβινθοι λευκοὶ: quoniam & viride cicer eſt, etiam liuidum, etiam flauum, etiam nigerrimum.

Συμπλακῶσι, Theodorus, *coagmentárint*: rectè: ſed tamen aliud eſt hoc: συμπλέκειν eſt *componere*. Itaque addidit alia verba neceſſariò: illa ſcilicet, *ſtruem vnam ſua cohæſione.*

Dicit folliculos illos totos eſſe continuos, neque vllo hiatu aut foramine interceptos: quaſi ouum ſcilicet: negat ex his naſci purpuras. Et tamen mox ex ea ſaliua quæ intus continetur, naſci: ſed intellexit aſpergi ea debere tantùm atque ſimul putreſcere.

Signatè dixit, οὐ γίνονται, ἀλλὰ φύονται.

Προϋπάρχει τὰ ὁμοιογενῆ: genus nunc largo modo accipit: cùm cognata ſemina præparata ſubſunt: πρὸ ſignificat nobilitatem principij: ἄρχειν ipſum principium: ὑπὸ materiam quæ ſub forma ſit futura. Theodorus infeliciter vertit hæc.

Διαχεῖται Theodorus, *rupta & diffuſa*: nos *ſoluta*: ſic enim intelligimus, ſoluto cortice. Idem ἀφίησι, *dimittunt*, duriuſculè.

Μικρὰ, addidit quoque Theodorus diminutiuo ad efficaciam orationis verbo, *exiguo exordio*, obſcurè: omne enim exordium exiguum eſt. Et σύστασις, *conſiſtentes*: meliùs, *conſtitutas*: paſſiuum enim eſt, quod debet hîc ſignificari.

Διηκριβωμένα, præterito perfecto vſus eſt: cuius perfectionem tollit negatione. Nondum exacta forma. σφαῖραν ἀκριβῆ vocat Galenus perfectæ rotunditatis. Et febrem ἀκριβῆ tertianam, id eſt ſinceram ab aliis. Theodorus, *nondum diſtincta forma*: duriuſculè. Quid enim eſt diſtinguere formam? forma enim vera eſt purpuris: intelligo nunc faciem. At quomodo dicamus diſtinguere formam, aut à quo? nos diximus ſimpliciſſimè, *inchoatam.*

Ἐν ταῖς φορμίσι. φορμοὶ, ſunt tegetes ruſticæ apud Pollucem in primo. Plutarchus pro ſporta, aut naſſa in Commentario, *quare ceſſauit Pythia reſpondere*: φορμίδες paruæ naſſæ, corbulæ, & storeæ.

Ὅπη ἔτυχεν, *quò quanque fors tulerit*. Theodorus, *non qualibet elidunt*: malè: nos *temerè*, id eſt ſine inſtituto, fortè, non loci diſcrimine, ſed in communi capta ſede perinde pariunt, atque ſi in mari eſſent.

Mutauit particulam ſuprà, συναθροιζόμεναι: nunc οὖσαι.

Στοιχηρίαν: intellige ſtorearum & tegetum & cratium, τῶν φορμίδων. Nam negligenter omiſit Ariſtoteles: ex Theodori autem interpretatione nihil poſſis ſenſus elicere.

CXLIII. ARISTOTELES.

Εἰσὶ δὲ τῶν πορφυρῶν γένη πολλά· καὶ ἔνιαι μὲν, μεγάλαι, οἷον αἱ περὶ τὸ Σίγειον καὶ Λεκτόν· αἱ δὲ, μικραὶ, οἷον ἐν τῷ Εὐρίπῳ, καὶ περὶ τὴν Καρίαν. καὶ αἱ μὲν ἐν τοῖς κόλποις, μεγάλαι καὶ τραχεῖαι, καὶ τὸ ἄνθος αὐτῶν, αἱ μὲν πλεῖσται μέλαν ἔχουσαι, ἔνιαι δὲ ἐρυθρὸν μικρόν· γίνονται δ' ἔνιαι τῶν μεγάλων καὶ μναῖαι. αἱ δ' ἐν τοῖς αἰγιαλοῖς καὶ περὶ τὰς ἀκτάς, τὸ μὲν μέγεθος γίνονται μικραὶ, τὸ δὲ ἄνθος ἐρυθρὸν ἔχουσιν. ἔτι δὲ ἐν μὲν τοῖς βορείοις μέλαιναι, ἐν δὲ τοῖς νοτίοις ἐρυθραὶ, ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον εἰπεῖν.

Sunt autem purpurarum genera multa. Nam quædam grandes, vt ad Sigæum & Lectum: aliæ paruæ velut in Euripo, & ad Cariam. Tum quæ in alto mari degunt, magnæ ſunt atque ſcabra: quarum plurimæ florem illum ſuum atrum habent: aliquæ rubrum exiguum. Ex magnis ſunt quæ etiam minam pendunt. Quæ in littoribus, & circa oras maris oriuntur, paruæ quidem ſunt, ſed flore rubro. Prætereà in Aquilonijs tractibus nigræ, in Auſtrinis rubræ ferè ſunt.

CÆSAR.

C AE S A R.

VTINAM ſic ſemper faceret. Nam genera diligentiſſimè perſequitur: à magnitudine, à locis, à locorum differentiis. Sigæum & Lectum Idæ ſunt promontoria. Itaque hoc quoque addidit vir bonus Theodorus. A promontoriis igitur & Caria, & Euripo, vt à locis. κόλποις, & αἰγιαλοῖς: vt à locorum differentiis: ſic etiam à βορείοις καὶ νοτίοις. Ergo tres ſunt differentiæ; à magnitudine, colore, coloris quantitate. In locis autem Aquiloniis nigras eſſe ait, quoniam ſicciores: in Auſtrinis verò dilutiores quoniam humidiores.

Κόλπους, nunc appellat mare profundum, à caui fundi ſubſidente & ſinuata ſuperficie: alibi à littorum curuitate, vt Adriaticum & Perſicum: hîc autem cõtra diſtinxit ab αἰγιαλοῦ: poſuit enim αἰγιαλὸν, καὶ ἀκτὴν: fortaſſe ἐκ παρέλκοντος.

Ἄνθος appellat ſuccum ſanguineum, *florem* quoque Plinius: rectè ſanè: addidiſſet tamen τὸ καλούμενον.

Μναῖαι. Theodorus, *vel ad precium minæ euadere nouimus*: putida locutio, & falſa: magnitudinem hîc ſignificat à pondere, non precium. Idem ἐρυθρὸν μικρὸν, μικρὸν facit aduerbium, *rubidus puſillum*: imò ὀλίγον ſignificat.

CXLIV. ARISTOTELES.

Ἁλίσκονται δὲ τοῦ ἔαρος, ὅταν κηριάζωσιν· ὑπὸ κύνα δὲ, οὐχ ἁλίσκονται· [οὐ γὰρ νέμονται·] ἀλλὰ κρύπτουσιν ἑαυτὰς, καὶ φωλεύουσι.

Capiuntur vere quo tempore fauos facere incipiunt: ſub canicula autem non: ſeſe enim tunc condunt ac latent.

C AE S A R.

HIc non erat locus qui dicebatur hiſtoriæ generationis. Theodorus addidit, *non enim tantiſper paſcuntur.*

CXLV. ARISTOTELES.

Τὸ δὲ ἄνθος ἔχουσιν ἀνὰ μέσον τῆς μήκωνος καὶ τοῦ τραχήλου. τούτων δ' ἐστὶν ἡ σύμφυσις πυκνή· τὸ χρῶμα δὲ ἰδεῖν ὥσπερ ὑμὴν λευκὸς, ὃν ἂν ἀφαιρῶσι· θλιβόμενος δὲ, βάπτει καὶ ἀνθίζει τὴν χεῖρα· διατείνει δ' αὐτὴν, ὥσπερ φλέβα. τοῦτο δὲ δοκεῖ εἶναι τὸ ἄνθος. ἡ δὲ ἄλλη σύμφυσις οἷον συπηρίας. ὅταν δὲ κηριάζωσιν αἱ πορφύραι, τότε χείριστον ἔχουσι τὸ ἄνθος. τὰς μὲν οὖν μικρὰς μετὰ τῶν ὀστράκων κόπτουσιν· οὐ γὰρ ῥᾴδιον ἀφελεῖν· τῶν δὲ μειζόνων περιελόντες τὸ ὄστρακον, ἀφαιροῦσι τὸ ἄνθος. διὸ καὶ χωρίζεται ὁ τράχηλος καὶ ἡ μήκων. μεταξὺ γὰρ τούτων τὸ ἄνθος, ἐπάνω τῆς καλουμένης κοιλίας. ἀφαιρεθέντος τοίνυν, ἀνάγκη διῃρῆσθαι. σπουδάζουσι δὲ ζώσας κόπτειν. ἐὰν γὰρ πρὶν κόπτειν πρότερον ἀποθάνῃ, συνεξεμεῖ τὸ ἄνθος. διὸ καὶ φυλάττουσιν ἐν τοῖς κύρτοις, ἕως ἂν ἀθροισθῶσι καὶ σχολάσωσιν. οἱ μὲν οὖν ἀρχαῖοι πρὸς τοῖς δελέασιν οὐ καθίεσαν, οὐδὲ προσῆπτον τοὺς κύρτους· ὥστε συνέβαινεν ἀνασπασμένων, ἤδη πολλάκις ἀποπίπτειν· οἱ δὲ νῦν, προσάπτουσιν, ὅπως ἐὰν ἀποπέσῃ, μὴ ἀπολύηται. μάλιστα δ' ἀποπίπτει, ἐὰν πλήρης ᾖ· κενῆς δὲ οὔσης, ἀποσπᾶσθαι χαλεπόν. ταῦτα μὲν οὖν τὰ συμβαίνοντα ἴδια περὶ τὰς πορφύρας ἐστί.

Inter papauer & collum, florem continent, textura denſa, colore candidæ membranæ, qua ablata & compreſſa, manus flore tingitur. Tractus eius tanquam vena eſt. Hoc ipſe flos videtur eſſe: reliqua concretio, quaſi aluminis. Cùm fauos conſtruunt, deterrimus flos eſt. Paruas cum teſtis ſuis tundunt: neque enim facilè aufertur. At maioribus teſta exutis detrahunt. Ergo collum à papauere ſeparant, quorum in medio flos eſt: ſupra eam partem quam ventrem *vocant.. Quarè ablato eo, neceſſe eſt illa quoque ſeparari. Dant operam vt viuentes tundantur. Nam antequam frangantur, ſimulatque moriuntur, florem euomunt. Quamobrem in naſſis aſſeruare ſolent, quoad ipſæ congregatæ quieſcant. Veteres adiunctas eſca naſſas non demittebant. Eueniebat itaque ſæpenumero vt iam extractæ recidèrent. Noſtra tempeſtate alligant: ne ſi decidant amittantur. Facilè autem cùm ſunt ſaturæ delabuntur: at inanes etiam difficulter auelluntur. Atque hæc ſunt quæ priuatim ad purpuras pertinent.*

C AE S A R.

MELIVS feciſſet ſuperiore libro cùm de papauere teſtaceorum loquebatur, hæc narrare. Nam & illius operæ eſt, & huius non eſt. Narratio præterea repetitis membris partim tædioſa, partim ſaltuoſa eſt. Nam cùm de flore dicere incipit, ſitúmque eius

deſignat inter collum & papauer: quid eſt illud quod appellat τόπον? Quid eſt quod vocat ὃ ἂν ἀφαιρεθῇ: non eſt τὸ ἄνθος, ὃ: & θλιβόμενος: præterea quæ eſt locutio hæc: ὃ ἂν ἀφαιρεθῇ θλιβόμενος δεῖ. Item quid eſt: διατείνει δ' αὐτήν? quid enim eſt illud, αὐτήν? præterea quid eſt illud quod διατείνει? Quare & dixit δοκεῖ εἶναι τὸ ἄνθος: non enim dubitat, vt opinetur. Deinde quid ſibi vult χωρίζεται ὁ τράχηλος καὶ ἡ μήκων, cùm δὲ poſtquam dixit, περιελόντες: neque enim propterea χωρίζεται. Quare etiam repetit quod adhuc in labris habemus: μεταξὺ γὰρ τούτων τὸ ἄνθος? Quare ſuprà non poſuit, ἐπάνω τῆς καλουμένης κοιλίας? Quare cùm velit facere demonſtrationem ponit tanquam concluſionem: ἀνάγκη διῃρῆσθαι? Quomodo item dixit naſſas alligari eſcis, non autem eſcas naſſis? nam cùm dicat primo loco καθίεσαι, ſanè ſint retia, aut naſſæ: at προσηρτῆσθαι quare potiùs naſſas quàm eſcas? Poſtremò, quomodo cohæret ratio, & conſilium piſcatorum cùm euentu? Alligant inquit eſcas, ne purpura cadat: cadente ſcilicet eſca: poſteà dicit ipſam purpuram cadere, cùm ſit ſatura. Nam etiamſi eſca alligata ſit, purpura poteſt cadere. Hæc certè magna cura maiore cum iudicio examinanda ſunt. Atque cùm multum operæ poſueris, homines vt ſimus fatendum neceſſe eſt, doctioréſque aliquando dormitâſſe concedendum.

Videamus nunc phraſim. Dixit ἀνὰ μέσον quòd alibi & hìc μεταξύ.

Σύμφυσις *concretio*: non *contextus*, vt vult Theodorus.

Ἄνθος, vocat non ſolùm ſuccum, ſed etiam totum folliculum membranaceum.

Βάπτει καὶ ἀνθίζει, expreſſit verbo nomen, eiúſque rationem: neque enim ipſa membra attrita tingit, ſed ſuccus quem continet.

Θλιβόμενος *compreſſa*, aut *attrita*.

Διατείνει αὐτήν. Theodorus, *pertinet eadem ſuo ſitu perinde vt vena*: quid eſt pertinet? nos per *tractum* expreſſimus.

χείρισον ἴσχουσι. Ergo etiam aliquando deterius: ſi tunc deterrimum cum fauificant. Sanè ratio ſubeſt: inaniuntur enim eiecta ſaliua.

Οὐ γὰρ ῥᾴδιον ἀφελεῖν: diſtulit τὸ ἄνθος, vſque ad finem clauſulæ.

Ἀφελεῖν τὸ ἄνθος καὶ περιελεῖν τὸ ὄστρακον, ſignatiſſimè dixit.

Πρὶν κόπτειν πρότερον ἀποθάνῃ: hìc πρὶν πρότερον pro eo quod eſt πρὶν ἤ.

Sed facetè dixit συνεξεμεῖ *conueniunt*, & feliciſſimè Theodorus, *cum vita euomunt*. Sed infeliciter, & contra dogmata ſui præceptoris, *expirârint*. Neque enim quod non ſpirat poteſt expirare.

Mutauit numerum ἀνασπασθῶσι. Theodori interpretationem ſi legas nihil intelligas. Quid enim eſt: *ne ſi decidat*, abſolutum?

Ἀποσπᾶσθαι Theodorus *ſe euellere*: malè: *auellere* potiùs vt Catullus, & alij de complexu amantium. Deinde ipſas negare ſe euellere nequire ſi velint, neque verum eſt, neque dictum ab Ariſtotele, ſed à nobis auelli.

Συμβαίνοντα, Theodorus *propria eueniunt purpuris*: peregrina locutio: nos, *pertinent*.

CXLVI. ARISTOTELES.

Τὸν αὐτὸν δὲ τρόπον ἐγγίνονται ταῖς πορφύραις καὶ οἱ κήρυκες, καὶ τὴν αὐτὴν ὥραν.

Modus idem, idemq́; tempus generationis buccinorum, ſicut & purpuris.

CÆSAR.

Ἐγγίνονται: puto eſſe mendum: deeſt κατὰ more Attico: κατὰ τὸν τρόπον τὸν αὐτὸν ταῖς πορφύραις.

CXLVII. ARISTOTELES.

Ἔχουσι δὲ καὶ τὰ ἐπικαλύμματα κατὰ ταὐτὰ ἀμφότερα, καὶ τὰ ἄλλα τὰ στρομβώδη, ἐκ γενετῆς πάντα.

Integumenta quoque eodem modo, ac ſitu habent, tum harum vtraque, tum cætera omnia turbinata, ſecum ſimul nata.

CAESAR.

CAESAR.

SI rem ſpectes, hoc quoque alieno loco poſitum eſt. Nam de teſta non hic eſt locus: ſed vnum verbum tollit calumniam, cùm dixit ἐκ γενετῆς.

Theodorus, ἐπικαλύμματα appellauit *operculum oris*. Quanuis enim corporis tegmen, non operculum propriè ſit, non malè tamen oris operculum dixit. Nam mox ait linguam exerere ὑπὸ τὸ κάλυμμα. Ita ἐπικαλύμματα dentium in locuſtis ſuprà, & cancrorum alterius generis τὸ ἐπικάλυμμα. Sed cùm dixit πάντα τὰ στρομβώδη, non eſt verum, vllum operculum eas ori habere impoſitum. Vidimus purpuras quæ nullum habent. Si quis non vidit, videat cochleas, & vmbilicos, nullum habent. Quare putarem, hîc τὸ ἐπικάλυμμα teſtam eſſe. Nam quare tam inſignem partem ſuperiore libro omiſiſſet?

Idem Theodorus non expreſſit τὸ κατὰ ταὐτὰ, cùm dixit, *Idem*. Neque enim eſt ταὐτὸ ſatis: ſed & locus, & modus, & ſitus declarandus.

Ἐκ γενετῆς *natiua* Theodorus, malè. Nanque natiui ſunt pili pubis, ſed non ἐκ γενετῆς.

CXLVIII. ARISTOTELES.

Νέμονται δὲ ἐξαίρουσαι τὴν καλουμένην γλῶτταν ὑπὸ τὸ κάλυμμα. τὸ δὲ μέγεθος τῆς γλώττης ἔχει ἡ πορφύρα μεῖζον δακτύλου, ᾧ νέμεται καὶ διατρυπᾷ τὰ κογχύλια, καὶ τὸ αὑτῆς ὄστρακον.

Rodeunt in paſtum lingua de teſta exerta: cuius lingua magnitudo digiti longior eſt, qua paſcuntur, & pertundunt conchas, atque etiam ſui teſtam generis.

CAESAR.

DE hac lingua etiam alibi ſemel, atque iterum. Sed ibi non ponit magnitudinem; adeò confuſè narrat: neque enim hîc erat locus: præpoſterè etiam loquitur: νέμονται καὶ διατρυπᾷ: priùs enim perfodit quàm paſcatur.

Τὸ αὐτῆς malè: neque enim ſeipſam vorat, ſed, vt rectiſſimè Theodorus, *ſui generis*. Prædo igitur ſui generis animal eſt. Quod tamen alibi negat euenire. αὐτῆς ſine aſpiratione malè ſcriptum erat. Athenæus in tertio ἑαυτῆς ſcripſit.

CXLIX. ARISTOTELES.

Ἔστι δὲ καὶ ἡ πορφύρα καὶ ὁ κήρυξ ἀμφότερα μακρόβια. ζῇ γὰρ ἡ πορφύρα, περὶ ἔτη ἕξ, καὶ καθ᾽ ἕκαστον ἐνιαυτὸν φανερά ἐστιν ἡ αὔξησις τοῖς διαστήμασι, τοῖς ἐν τῷ ὀστράκῳ τῆς ἕλικος.

TAm purpura quàm buccinum diu viuunt: purpura enim ad annum ſextum vſque. Manifeſtum quotannis deprehenditur incrementum ex teſtæ tortuoſis interuallis.

CAESAR.

NE hîc quoque locus huius hiſtoriæ eſt: poterat quis reprehendere Philoſophum: vnde ſcis vitam tam ſemoti à nobis animalis? à numero torulorum quibus ſulcatur teſta.

Theodorus hîc merces ſuas explicauit. *Singulis annis incrementum earum patet per orbes: quibus totidem, quot annos habent teſta intorta cuniculatim in crepidinem deſinit.* ἕλιξ per *intorta* rectè: ſed διαστήματα non ſunt orbes. Crepido non eſt mucro, ſed ora plana: non eſt naturalis, ſed caſu abrupta: at *cuniculatim*, quid eſt? An verò ſecutus eſt Plinium, vt ſolet, qui in nono *de teſtaceis* loquens, *imbricatim, pectinatim, auriculatim*, dicit? an per cuniculos intelligit ſpatia illa vt διαστήματα interpretetur? an ſcriptum reliquit, *clauiculatim*, vt libro tertio, an *canaliculatim*, vt liras illas deuoluentes ſe in mucronem exprimeret? Græcis calamiſtris Romanam cæſariem inuſſit, vt cincinnos miraremur in cochlea.

CL. ARISTOTELES.

Κηριάζουσι δὲ καὶ οἱ μύες. τὰ δὲ λιμνόστρεα καλούμενα, ὅπου ἂν βόρβορος ᾖ, ἐνταῦθα συνίσταται πρῶτον αὐτῶν ἡ ἀρχή.

FAuificant & mytuli: at in cœno conſiſtunt principia generationis oſtreorum.

CAESAR.

Alibi monuimus vim verbi συνίσημι de ſemine in matrice cùm concreſcit ad fœtum. De generatione purpurarum nunc, etiam de principijs generationis.

Dixit ἡ ἀρχὴ: imò verò αἱ ἀρχαὶ συνίσανται.

CLI. ARISTOTELES.

Αἱ δὲ κόγχαι, καὶ χῆμαι, καὶ σωλῆνες, καὶ κτένες, ἐν τοῖς ἀμμώδεσι λαμβάνουσι τὴν σύςασιν.

Conchæ, & chamæ, & digiti, & pectines in ſabuloſis conſtitutionem ſuam nanciſcuntur.

CAESAR.

Λαμβάνουσι τὴν σύςασιν: coactus fui, ſic loqui: *nanciſci conſtitutionem.* Nanciſci enim eſt natura adipiſci. Naſci quoque eſt ab eo deciſum: conſtitutionem intelligo corporis animati.

CLII. ARISTOTELES.

Αἱ δὲ πίνναι ὀρθαὶ φύονται ἐκ τῆς βύσσου ἐν τοῖς ἀμμώδεσι καὶ βορβορώδεσιν. ἔχουσι δ' ἐν αὑταῖς πιννοφύλακα, αἱ μὲν καρίδιον, αἱ δὲ καρκίνιον· οὗ στερισκόμεναι, διαφθείρονται θᾶττον.

Pinnæ autem ſurrectæ, enaſcuntur ex byſſo in ſabuletis & cœno: habent intra ſe cuſtodem, aut ſquillam, aut cancellum, quo amiſſo celerius pereunt.

CAESAR.

De pinnarum immobilitate ſuprà in quarto dictum eſt. Itaque in octauo ad plantarum rationem retulère nonnulli. Hanc autem hiſtoriam iucundiſſimè vt ſolet omnia, narrauit etiam Cicero in ſecũdo de *Natura Deorum*: cuius verba quia multum huic loco lucis adferunt integra apponenda putaui. *Pinna*, inquit, *ſic enim Græcè dicitur, duabus grandibus patula conchis cum parua ſquilla quaſi ſocietatem coït comparandi cibi. Itaque cùm piſciculi parui in concham hiantem innatauerint, tum admonita ab ſquilla pinna morſu comprimit conchas.* Atque ideo ait Philoſophus cancello amiſſo pinnas perire: quoniam cùm eſuriunt hiant: in eius alueis piſciculi obuerſantur, quos illa non ſentit niſi cancelli morſu admonita. Ergo forcipe vellicata occludit fores, captiuámque cum ſocio partitur prædam. Notandum eſt hîc ab Ariſtotele trium diuerſorum generum hoſpites pinnis prodere πιννοφύλακα, καρίδιον, καὶ καρκίνιον. Nos πιννοφύλακα ſicut & Theodorus per *cuſtodem* expreſſimus. Cum tamen Cicero in libris de *finibus bonorum*, & Plinius Græco maluerint vti nomine, cúmque vocent, tum vterque πιννοτήρην: hic etiam πιννοφύλαξ vocabulum vſurpauit. Certè Plinius πιννοτήρην ex minimis cancrorum ſquillámque paruam eſſe vult, & vnà cum pinna naſci, cuius ſemper ſit comes: hic etiam alibi, vt idem ait, vocatur, *cancer dapis aſſectator.* Hæc adducunt nos vt putemus Plinium πιννοφύλακα, καρίδιον & καρκίνιον pro vno & eodem accepiſſe. Cum tamen Ariſtotelem aliter exiſtimâſſe ex ipſius verbis appareat. Nam ipſius ſenſus eſt: vt quaſdam pinnas pinnoteres, quaſdam ſquilla, quaſdam cancellus, inhabitent. At adhuc in luto hæremus, cùm addit, de καρκινίῳ loquens, οὗ στερισκόμεναι διαφθείρονται θᾶττον. Quaſi dicas καρκίνιον pinnæ eſſe promum condum, & cuius ſocietate ſoluta, ſoluatur & hoſpitis vita. At certè hoc officium ad pinnoterem pertinere videtur, qui ab eo munere nomen habet. In eáque fuiſſe ſententia Chryſippum docet in tertio ſui operis Athenæus, qui & ab eo καρκῖνος μικρὸς vocatur. Certè locus hic non caret difficultate: quare in re tàm dubia, maluimus doctorum ſtare iudicio, quàm ſententiam ferre, culpáque carere, quàm culpam deprecari.

Ἐκ τῆς βύσσου ex byſſo: eſt enim byſſus veluti lana quædam mollis & delicata qua alligatæ pinnæ rectæ ſemper ſtant.

CLIII. ARISTOTELES.

Ὅλως δὲ πάντα τὰ ὀστρακώδη γίνεται αὐτόματα ἐν τῇ ἰλύϊ, κατὰ τὴν διαφορὰν τῆς ἰλύος ἕτερα· ἐν μὲν τῇ βορβορώδει, τὰ ὄστρεα· ἐν δὲ τῇ ἀμμώδει, κόγχαι καὶ τὰ εἰρημένα· περὶ τὰς σήραγγας δὲ τῶν πετριδίων, τήθυα, καὶ βάλανοι, καὶ τὰ ἐπιπολάζοντα, οἷον αἱ λεπάδες, καὶ οἱ νηρεῖται.

Prorſus omnia teſtacea ſponte è limo proueniunt alia ex alio: oſtrea in cœnoſo: conchæ, & quæ ſuprà diximus, in ſabuloſo. Circa ſaxorum caua, papillæ, & glandes, & quæ per ſumma adhærent, vt patellæ, & neritæ.

CAESAR.

Colligit ex ſuperioribus propoſitionibus, vniuerſalem, & facit diuiſionem.

Κατὰ τὴν διαφορὰν τῆς ἰλύος. Theodorus laxè: nos preſsè, *alia ex alio*.

Ἕτερα δέ. δὲ, hîc malè collocatum eſt: prima enim pars eſt diuiſæ vniuerſalis.

Τὰ εἰρημένα, id eſt chamæ, digiti, pectines.

Τὰς σήραγγας *rimas*: nimis leuiter interpretatus eſt Theodorus. Quare autem in diminutiuo flexu dixerit πετρίδια, neſcio. Nam & maximis ſaxis agnaſcuntur. Neque ſolùm ad rimas, ſed etiam ad orbiculares hiatus: ſcilicet propter collectum ibi ac retentum humorem, vt fungi.

Ἐπιπολάζοντα, quæ ſemper adhærent alicui rei, neque ſubeunt. Quoniam plus extra oras quàm intus, ſicut tethya.

CLIIII. ARISTOTELES.

Ἅπαντα μὲν οὖν τὰ τοιαῦτα τὴν αὔξησιν ἔχει ταχεῖαν, μάλιστα δ' αἵ τε πορφύραι καὶ οἱ κτένες. ταῦτα γὰρ ἐν ἐνιαυτῷ γίνεται τέλεια.

Omnia igitur huiuſmodi celeriter creſcunt: celerrimè autem & purpura & pectines. Anno enim primo perficiuntur.

CAESAR.

Γίνεται τέλεια. Theodorus, *perfici poſſunt*, non malè: poteſtatem intelligit naturalem & ordinariam. At ſunt affectus rei iam generatæ: quare meliùs ſimpliciter affirmatiuè, *perficiuntur*. Nam verbum, *poteſt*, inſidioſum eſt. Neque enim quod fieri poteſt, factum iam intelligitur neceſſariò. ταχεῖαν primùm dixit: deinde μάλιστα: id eſt, τάχιστα.

CLV. ARISTOTELES.

Ἐμφύονται δὲ ἐν ἐνίοις τῶν ὀστρακοδέρμων καρκίνοι λευκοί, τὸ δὲ μέγεθος πάμπαν μικροί· πλεῖστοι μὲν, ἐν τοῖς μυσὶ τοῖς πυελώδεσιν· ἔπειτα καὶ ἐν ταῖς πίνναις, οἱ καλούμενοι πιννοθῆραι. γίνονται δὲ καὶ ἐν τοῖς κτένεσι καὶ ἐν τοῖς λιμνοστρέοις· αὔξησιν δὲ οὐδεμίαν οὗτοι ἐπίδηλον λαμβάνουσι. φασὶ δ' αὐτοὺς οἱ ἁλιεῖς ἅμα συγγίνεσθαι γινομένοις.

In quibuſdam autem teſtaceis cancri albi admodum minuti innaſcuntur: potiſſimum in mytulis qui ſolij referunt cauitatem. Deinde in pinnis ij qui dicũtur pinnotheræ. *Tum autem in pectinũ genere & oſtreis: neque ad vllam notabilem creſcunt magnitudinem. Ferunt piſcatores eos cum ipſis pinnis naſci.*

CAESAR.

Nunc ab alio effectu extra eorum ſubſtantiam: differunt igitur, tum ortu, tum incremento Sed hoc genus ab eo quod in calce Capitis deſcribit aliud eſt. Nam hîc hoſpes eſt concharum viuarum, ille inquilinus vacuarum teſtarum. Ergo hîc dixit ἐμφύονται: infrà γίνονται ἐξ ἰλύος: Et hîc nulla notabili creſcere magnitudine: infrà ob incrementa à minutis teſtis ad maiores tranſmigrare.

Tres claſſes fecit diuerſas per differentiam frequentiæ. Plurimos in mytulis, non tã multos in pinnis, infrequentiores in pectinibus. Nos in his omnibus vidimus. Sed nota: non eſſe verum τὸ ἔπειτα in pinnis. Nam in omnibus pinnis inuenias dum viuunt: ſine illis enim

enim intereunt. Niſi dicas multos in vno mytulo:& non multos in vna pinna. Sed ſingulos eſſe in pinnis perſuaſum eſt: ita etiam in mytulis.

Πυελώδεσι: πύελος, ſolum eſt in lauacris, infrà πυελώδη. Theodorus, *in gurgitibus*: à cauitate ſcilicet: hîc *ſoliatis*, obſcura voce, & quam Latinus vix intelligat: *caliculatis* poſſes dicere: ſic calicis genus eſt apud Athenæum:

Piſcatorum poſuit opinionem quæ ſanè videtur vera. Nam ſi ſine illis intereunt, cum illis etiam debent naſci.

Poſuit χειρομβρόσις, & non addidit πίνναις: cùm tamen multa oratio iam interceſſerit.

CLVI. ARISTOTELES.

Ἀφανίζονται δέ τινα χρόνον ἐν τῇ ἄμμῳ οἱ κτένες, ὥσπερ καὶ αἱ πορφύραι.

Latent aliquo tempore in arena pectines, ſicut & purpura.

CAESAR.

Hoc quoque eſt extra generationem. Τίνα χρόνον, non quantitatem, ſed partes temporis ſignificat τὸ τινα. Theodorus expreſſit vtrunque, *aliquandiu*. Quanquam non potes dicere tempus, & ignorare quantitatem: tempus enim quantitas eſt.

Ὥσπερ non eſt comparatio notioris, ſed æqualitatis nota.

CLVII. ARISTOTELES.

Φύονται μὲν οὖν τὰ ὄστρεα, καθάπερ εἴρηται. φύονται δ' αὐτῶν τὰ μὲν ἐν τοῖς τενάγεσι, τὰ δὲ ἐν τοῖς πυελώδεσι τόποις· ἔνια δ' ἐν τοῖς σκληροῖς καὶ τραχέσι· τὰ δ', ἐν τοῖς ἀμμώδεσι.

Naſcuntur igitur oſtracea, quemadmodum diximus: verùm alia alijs locis: alia vadis, partim æſtuarijs: alia profundis: nonnulla duris atque aſperis: quædam arenoſis.

CAESAR.

Poſt materiam generationis & modum, & affectus, ponit locum. Eſt enim locus quaſi horum matrix. πυελώδεσι *gurgite* Theodorus: nos *æſtuarijs profundis*: vt in æſtuarijs Venetis oſtreæ naſcuntur, quas verriculis legunt. In Oceano Anglico, item locis vadoſis, ſed arenoſis: ideo longè ſunt ſapidiores quàm Adriaticæ.

Ὄστρεα *concharum genus* Theodorus, malè. ὄστρεα genus eſt: concha aut ſpecies, vt quas *cappas* vocant, conchæ ſunt: aut etiam pluſquam oſtrea. Nam concha tegitur etiam patella. Itaque oſtracoderma, ſiue σκληρόστρακα genus ſummum eſt: ὄστρεα genus ſpeciale: limoſtrea ſiue oſtreæ ſpecies: concha ſpecies. Telinæ ſpecies: has ſpecies ὄστρεα vocat Ariſtoteles.

CLVIII. ARISTOTELES.

Καὶ τὰ μὲν, μεταβάλλει τοὺς τόπους, τὰ δ' οὔ.

Ac quædam mutant loca, quædam non.

CÆSAR.

Neceſſariò dicit hîc de motu: vt oſtendat non poſſe coïre ad fœtificandum: alioqui hîc non eſſet locus.

CLIX. ARISTOTELES.

Τῶν δὲ μὴ μεταβαλλόντων, αἱ μὲν πίνναι, ἐρρίζωνται· οἱ δὲ σωλῆνες καὶ αἱ κόγχαι, ἀρρίζωτοι διαμένουσιν. ὅταν δὲ ἀνασπασθῶσιν, οὐκέτι δύνανται ζῆν.

Quæ non mutant, partim radicibus affixæ ſunt, vt pinnæ: partim ſine radice permanent, vt digiti & conchæ: qui auulſi viuere nequeunt.

CAESAR.

CÆSAR.

DVos modos immobilium ponit: vnum à defectu membrorum motionis: alterum à poſitione membri quietis. Quietis autem membrum artificiale vinculum eſt: naturale autem radix. Cum igitur hæc duo genera ſic diſtinguãtur: vnum tamen commune habent, nequire viuere auulſa. Ac de radicatis facilè eſt intelligere: de alijs autem non ſtatim aſſentiebatur: itaque ponit: ὅταν δ' ἀνασπασθῶσιν οὐκέτι δύνανται ζῆν: addemus digitos etiam in ipſo littore proiectos perire. Itaque naturæ gradus contemplari pulcherrimum eſt: vt à plantis ad hominem tranſiuit. Planta per ſe naſcens nihil ferens: per ſe naſcens ferens: per ſemen naſcens ferens. Tota affixa, tubera, partim affixa: affixa terræ radice, affixa alij plantæ, ſine radice vt epithymum: non affixa vt lenticula & malobatrum: hæc omnia ſine ſenſu. Senſus omnes in homine: ſub eo ſimia vſque ad delphinum qui animal parit. Poſtea quæ ex ouo animal intra ſe. Deinde ex ouo animal extra ſe. Deinde oua ſine mare: tum è ſaliua vt purpuræ, atque è putredine vt anguillæ. Poſt hæc genera quæ animalia cum plantis coniungant. Proxima, animalia teſtacea quæ mouentur reptando, vt cochlea: deinde ſaliendo, vt pectines: deinde media: quorum ſpecies quędam mouentur, quædam non, vt vrticæ. Deinde quæ nulla in ſpecie mouentur, aut quia carent membris motiuis vt telinæ: aut quia hærent. Hæc plantis proxima ſunt: duobus modis, aut cum radice vt pinnæ, aut ſine radice vt digiti.

Theodorus malè addidit ſic: *euulſæ viuere præterea nequeunt pinnæ.* Nam etiam digiti eruti & proiecti in mari ipſo non viuunt.

CLX. ARISTOTELES.

Ὁ δὲ καλούμενος ἀστὴρ, οὕτω θερμός ἐστι τὴν φύσιν, ὥσθ' ὅτι ἂν λάβῃ, παραχρῆμα ἐξαιρούμενον δίεφθον εἶναι. φασὶ δὲ καὶ σίνος τι τοῦτο [ἐν] τοῦ Εὐρίπου τῶν Πυῤῥαίων μέγιστον εἶναι· τὴν δὲ μορφὴν ὅμοιόν ἐστι τοῖς γραφομένοις.

QVæ ſtella appellatur, adeò calida eſt natura ſua, vt omnia attactu ſuo diſcoquat. Aiunt autem ab hac peſte Pyrrhæorum Euripum magnopere incommodari. Facies eius ſtellas pictas repræſentat.

CÆSAR.

NVnc extra propoſitum de ſtellæ caliditate ſcribit: vidimus ipſam nos: ſed coctam & vetuſtam. Teſta eius, aut veriùs corium prædurum, cancellata eſt: altera ex parte læuis & continua ſuperficie. Alterius partis oras tantùm veſtit torulo ambiente cauitatem planam.

Καλούμενος: quoniam non eſt ſtella vera.

Λάβῃ *deprehenderit, offenderit, inhæſerit.*

Παραχρῆμα, reſpondet τῷ, οὕτω θερμὸς ἐξαιρούμενον, atque id more ſuo appoſuit Ariſtoteles non neceſſariò: ſicut cùm dicit, τοῖς δὲ ἐξαιρουμένοις ἡ κοιλία μεταξύ: id eſt, ſi ſeces, venter intereſt. Imò verò etiam ſi non ſeces: ſed oratione noſtra hanc, ſi quæ eſt, aſperitatem mitigauimus. Ita etiam ſi quid attingat, puta oſtrearum, aut concharum, exemptam carnem coctam inuenies.

Δίεφθον, *percoctum, diſcoctum* diximus nos. Theodorus non rectè, *decoquat*. Nam *decoquere* eſt, *conſummare*: vnde *decoctores*.

Φασὶ δὲ σίνος: *peſtem, & perniciem.* Theodorus *detrimentum*: ſed non rectè addidit *Echinis Euripi*: quoniam ſuprà de echinis Euripi dixerat. Imò verò τῷ Εὐρίπῳ, vniuerſo ſcilicet, non ſolùm echinis, ſed piſcibus omnibus. Obſeruauit autẽ Philoſophus multa de hoc Euripo: vt etiam in nono huius operis.

Aut eſt σίνος τι τοῦτο: aut ſi eſt τούτῳ, quemadmodum in noſtro codice eſt, ſicut apud Ciceronẽ *in Philippicis: huius Catonis pater.* τῶν Πυῤῥαίων autem dixit ad differentiam aliorum Euriporum.

Dixit τοῖς γραφομένοις. Quoniam ſtellis figura in cœlo globus eſt: non vt apparent. Sed radij abſiſtunt in luce: & viſum noſtrum diducunt.

CLXI. ARISTOTELES.

Γίνονται δὲ καὶ οἱ καλούμενοι πλεύμονες αὐτόματοι.

NAſcuntur ſponte ij quoq́; qui pulmones *nominantur.*

CAESAR.

CAESAR.

Πλεύμονες, à Plinio *pulmones* dicuntur, quos eiuſdem eſſe naturæ cum holuthurijs, & ſtellis facit, atque frutici ſimiles.

CLXII. ARISTOTELES.

ᾧ δὲ οἱ γραφεῖς ὀστρέῳ χρῶνται, πάχει τε πολὺ ὑπερβάλλει, καὶ ἔξωθεν τοῦ ὀστράκου τὸ ἄνθος ἐπιγίνεται. εἰσὶ δὲ τὰ τοιαῦτα μάλιστα περὶ τοὺς τόπους τοὺς περὶ Καρίαν.

Concha qua pictores vtuntur, longè præſtat craſſitudine: florémque ſuum extra teſtam habet: plurima adiacentibus Cariæ locis.

CAESAR.

VNVM genus ab alijs diuerſum ponit concharum: craſſitiei & floris: ſimul vſum alium præterquam cibi aſſignat: ſimul locum. Appellat florem, nitorem illum quem intus aliæ habent conchæ, ſplendori vnionum ſimilem: quem, cùm alijs intus ſit, hæ extra habent.

Mutauit orationem inceptam: cùm dixit: concha & craſsitudinem plurimam habet: non appoſuit verbum eidem conchæ, quod propter copulationem debebatur: ſed aliunde nomen.

Ἄνθος, inquit, ἐπιγίνεται. Latinus per hoc pronomen, *ipſa*, rectè dicet. *Concha craſsiſsima eſt ipſa: flos autem extimus eſt.* Quam locutionem in lib. de *Cauſsis linguæ Latinæ* docuimus frequentatam.

CLXIII. ARISTOTELES.

Τὸ δὲ καρκίνιον γίνεται μὲν τὴν ἀρχὴν ἐκ τῆς γῆς καὶ ἰλύος· εἶτα εἰς τὰ κενὰ τῶν ὀστράκων εἰσδύεται· καὶ αὐξανόμενον, μετεισδύνει πάλιν εἰς ἄλλο μεῖζον ὄστρακον, οἷον εἴς τε τὸ τοῦ νηρίτου, καὶ τὸ τοῦ στρόμβου, καὶ τῶν ἄλλων τῶν τοιούτων. πολλάκις δὲ καὶ εἰς τοὺς κήρυκας τοὺς μικρούς. ὅταν δὲ εἰσδύῃ, συμπεριφέρει τοῦτο, καὶ ἐν τούτῳ τρέφεται πάλιν· καὶ αὐξανόμενον πάλιν, εἰς ἄλλο μετεισδύνει μεῖζον.

Cancelli autem primordia generationis è terra & limo ſunt. Inde concham inanem ſubit. Vbi creuerit ampliorem in teſtam transfmigrat: putà naticis, turbinis, aliorumq́ eiuſmodi. Sæpè etiam in buccinas paruas ſeſe induit: quam etiam circumfert, & in qua rurſus alitur: auctus antè iterum in aliam ingreditur capaciorem.

CAESAR.

CVM de cancello ſuprà ſcriberet, non rectè interlocauit hiſtoriam, quam poſt ſtellam & alia multa retexeret. Iccirco inter cruſtata propter corporis concretionem: inter teſtacea, propter ingenium ſuprà commemorauit hoc cancellorum genus. Et differt hoc genus ab ijs qui cum viuentibus conchis habitant. Quare peſsimè Theodorus addidit: *cancellus ille concharum hoſpes*: imò inquilinus: in concha enim nullus eſt hoſpes: ſed hoſpitium vacuum occupat.

Τὴν ἀρχὴν: id eſt, *principia ortus ſui*, συστάσεως: itaque οὐδ᾽ ἀρχὴν vſitatum, cùm penitus negamus. Quoniam principia aut puſilla ſunt, aut confuſa, & ignota: frequens locutio Galeno. Herodianus cùm vſus eſſet, Politianum fugit ratio interpretandi.

Εἰσδύνει: εἰσδύεται per *ſubit*: & per verbum ipſum Græcum: *induit*, ſecuti Ciceronem vertimus. μετεισδύνει Theodorus *tranſit*: non expreſsit τὸ εἰς, niſi addita præpoſitione: nec nos quidem. Sed *migrare* eſt domicilium mutantis: *tranſire* autem non. *Migro* enim eſt, *mihi mea gero*: vt Bias faciebat.

Πάλιν hic toties repetitum, non refertur ad conchas, ſed ad migrationes.

Τῶν τοιούτων Theodorus, *ſimilis*, rectè. Sed nos, vt puto, meliùs: *eiuſmodi*: id eſt eiuſdem quantitatis: de hac enim ſermo hic eſt.

Nota cùm de maioribus loquatur conchis, quomodo adiecerit τοὺς κήρυκας τοὺς μικρούς. Quoniam maiores ferre non poſſet. Συμπεριφέρει autem plenìſsimum verbum: ea enim amictus cancellus circumfert ipſam.

CAPVT

CAPVT DECIMVM QVINTVM.

Generatio teſta carentium immobilium.

CLXIV. ARISTOTELES.

Τὸν αὐτὸν δὲ τρόπον γίνονται τοῖς ὀστρακοδέρμοις καὶ τὰ μὴ ἔχοντα ὄστρακα· οἷον αἵ τε κνίδαι καὶ οἱ σπόγγοι, ἐν ταῖς σήραγξι τῶν πετρῶν.

Dẽ modus generationis eorũ quæ teſta carẽt, qui & teſtaceis: cuiuſmodi ſunt, & vrtica, & ſpõgia, quæ hærent ſaxorũ cauernis.

CÆSAR.

ORDINEM eundem ſeruauit, quem priore libro, vt teſtaceis hæc coniungeret: quoniam immobilitate conuenirent. Ego tamen potiùs ab his incepiſſem. Sunt enim imperfectiora. Neque poteſt tam bonum conſilium mutari. Sed quia erant minùs nota, poſtpoſuit. Theodorus, σήραγξι, *rimas, cauernas, fauces:* debuerat & aliquid aliud addere.

CLXV. ARISTOTELES.

Τῶν δὲ κνιδῶν δύο γένη· αἱ μὲν γὰρ ἐν τοῖς κοίλοις οὐκ ἀπολύονται τῶν πετρῶν· αἱ δ' ἐπὶ τοῖς λείοις καὶ ἐπὶ τοῖς πλαταμώδεσιν, ἀπολυόμεναι μεταχωροῦσι.

VRticarum genera duo. Quædam cauis hærent petris, neque abſoluuntur: aliæ autem planis quæ abſoluunt ſeſſe, & ſedem mutant.

CAESAR.

DE vrticis & ſpongijs hoc Capite ſcribet: de vrticis pauca: de ſpongijs multa.

Dixit κοίλοις τῶν πετρῶν. Et oppoſuit, αἱ δ' ἐπὶ τοῖς μείζοσι καὶ πλαταμώδεσι: πλαταμώδη quid ſit ſcimus: at μείζοσι quid eſt? Theodorus *plana & littoralia.*

Dixit ἀπολυόμεναι: & addidit μεταχωροῦσι. Ne intelligas eas decidere tantùm. Itaque μέσον eſt, non paſſiuum: quod Latini per, *ſeſe*, exprimunt, vbi actio & paſsio in eodem eſt. Theodorus minùs expreſſit. Nam dixit *amant littora*: imò verò agnatæ ſunt planis ſaxis, non littoribus: hærent enim vt illæ. Neque benè eſt, *abiuncta*: ſed, *abiungunt ſe*. Neque verbum illud ſatisfacit, *abiunctæ*: non enim iunctum eſt, quod hæret.

CLXVI. ARISTOTELES.

ΚΑὶ αἱ λεπάδες δὲ ἀπολύονται καὶ μεταχωροῦσι.

QVod etiam patellæ faciunt, vt abſcedant, & petant aliò.

CAESAR.

REpetit hîc non neceſſariò, ſed vt quoque hoc in genere duas ſpecies intelligamus. Itaque meliùs addidiſſet τινες: falſum enim eſt vt loquitur, αἱ λεπάδες: articulus enim totius nota eſt. μεταχωρεῖν, & χωρεῖν μετὰ τὴν χώραν καταλαμβάνειν.

CLXVII. ARISTOTELES.

Τῶν δὲ σπόγγων ἐν τῇ θαλάμαις γίνονται πιννοφύλακες. ἔστι δὲ οἷον ἀράχνιον ἐπὶ τῶν θαλαμῶν. καὶ διοίγοντες καὶ συνάγοντες, θηρεύουσι τὰ ἰχθύδια τὰ μικρά· πρὶν μὲν εἰσελθεῖν, διοίγοντες αὐτά· ὅταν δὲ εἰσέλθῃ, συνάγοντες.

IN ſpongiarum cauis pinnæ cuſtodes ſunt. Ineſt autem vt araneolus in cauo ſuo. Ij diducta aut concluſa ſpongia piſciculos venantur. Ingreſſuris aperiunt, ingreſsis occludunt.

CAESAR.

NVNC de ſpongijs vt propoſuerat acturus, ſanè negligentiùs. Priùs agit de araneolo quàm de ſpongia ipſa. At fatale eſt viro huic hiſce libris. Cùm alijs omnibus nemo mortalium ordinis inſtitutum prudentiùs tenuerit. Tum autem peruerſa vtitur oratione. Nam ponit nomen æquiuocum, neque addit χαλώμενοι, aut ὡς πιννοφύλακες. Neque declarauit quid aperirent, aut clauderent. Addidit etiam τὰ μικρὰ non neceſſariò. Rectiùs miſcuiſſet cum hiſtoria cancellorum. Non fruſtra tamen repetiuit ἐπὶ τῶν θαλάμων. Nam ſpongiæ fiſtulas æquiparat cauis aranearum, in quibus latent. Itaque τὸ εἶδος, non ſignificat ſpeciem aut faciem aranei vt putauit Theodorus: ſed cancelli formam gerit, vt nos vidimus. Et vult dicere, ita latere in ſpongiarum tubulis, ſicut latent araneoli in ſuis cauis. Neque rectè idē ἐν ταῖς θαλάμαις τῶν σπόγγων, *in cubilibus ſpongiarum*. Nullum ſpongiæ cubile habent; ſed in ſuis cubilibus agitant: quæ ſunt fiſtulæ ſpongiarum. Ego verò puto ſpongiam, vbi ingreſſi ſunt piſciculi, vellicari à cancello, & comprimi. Sentit enim ſpongia.

CLXVIII. ARISTOTELES.

Ἔστι δὲ τῶν σπόγγων τρία γένη· ὁ μὲν, μανός· ὁ δὲ, πυκνός· τρίτος δὲ, ὃν καλοῦσιν Ἀχίλλειον, λεπτότατος καὶ πυκνότατος καὶ ἰσχυρότατος· ὃν ὑπὸ τὰ κράνη καὶ τὰς κνημῖδας ὑποτιθέασι, καὶ ἧττον ἡ πληγὴ ποιεῖ ψόφον. σπανιώτατος δὲ γίνεται οὗτος. τῶν δὲ πυκνῶν, οἱ σκληροὶ σφόδρα καὶ τραχεῖς, τράγοι καλοῦνται.

Spongiarum genera tria ſunt. Rarum, denſum, & tertium quod Achilleum *vocant. Tenuiſſimum hoc, & denſiſſimum, & validiſſimum: ſuppoſitum galeis, & ocreis facit vt ictuum ſonitus lenior ſit: rarum ſanè inuentu. In genere denſorum, quæ ſpongiæ duræ ſunt vehementer atque aſperæ,* Hirci *appellantur.*

CAESAR.

NVNC diligentiſsimè prodit naturam ſpongiarum: ponit tria genera: ſed omiſit quartum, quod appellabit ἀπλυσίας. Horum autem trium generum nobiliſſimo nomen inditum, aut ab Herois ſimilitudine, quoniam dicit ἰσχυρότατος, aut ab vſu. Thetydēm autem matrem maris ſpongias nobiliſſimas ſuppoſuiſſe galeæ illi inuictæ par eſt. Duobus generibus alteris non eſt impoſitum nomen, ſed alterius tantùm ſpeciei. Craſſæ, aſperæ, duræ.

Facetus fuit Philoſophus cùm dixit, ἧττον ποιεῖ τὸν ψόφον ἡ πληγή. Quid mea ſi ſonet néene? dixiſſem ego: ἀλγεινὴ ἧττον ἡ πληγή.

Τράγοι nomen herbis multis communicatum, partim ab odore, partim ab aſperitate.

CLXIX. ARISTOTELES.

Φύονται δ' εἰ ἢ πρὸς πέτραις πάντες, ἢ πρὸς τοῖς θισί.

Aut ad ſaxa, aut ad littus oriuntur omnes.

CAESAR.

NVNC naturam declarat poſt genera recenſita: & primo loco naturam primam: natalia, ſcilicet. Non rectè Theodorus πρὸς τοῖς θισὶ *iuxta littus*. Ergo πρὸς æquiuocè hîc ponitur: nam πρὸς πέτραις naſcuntur, quia hærent ei. Πρὸς τοῖς θισί, ſi iuxta littus ſunt, non expreſſit hærere littori, ſed ſaxis iuxta littus. Philoſophus igitur duplicem ortum aſcribit: à ſaburra, à ſolidis ſaxis.

CLXX. ARISTOTELES.

Τρέφονται δὲ ἐν τῇ ἰλύϊ. σημεῖον δέ· ὅταν γὰρ ληφθῶσι, φαίνονται μεστοὶ ἰλύος· ὅπερ σημεῖον καὶ τοῖς ἄλλοις τοῖς φυομένοις ἀπὸ τῆς προσφύσεως οὖσα ἡ τροφή.

Aluntur aliter limo: quod animaduerſum eſt cùm eo plenæ captæ ſunt. Nam alimentum indicium fuit, ſicut & cæteris quæ ortum ſuum habent è natiua adhæſione.

CAESAR.

PROXIME ortum, alimentum eſt. Itaque ſecundo loco ponit. Sed vix Latina oratione poſtremam partem huius hiſtoriæ potuimus aſſequi. Nam non facilè interpretere τὴν πρόσφυσιν. Nos *natiuam adhæſionem* circumſcripſimus. Eſt autem probatio iam propoſitæ ſententiæ. Dicit enim *ali limo*. Hæc eſt concluſio: maior autem propoſitio eſt: plantæ quo trahunt, eo aluntur minùs: ſpongiæ minùs trahunt: probatio huius: limo plenæ ſunt: probatio huius ab hiſtoria. ὅταν ληφθῶσι: dixit autem ληφθῶσι: quaſi animal capiatur: non quaſi mera planta.

Dixit ἐν ἰλύϊ in obliquo caſu. Quoniam non toto limo aluntur: ſed limi ſucco puriore. Theodorus malè omiſit.

Theodorus ne limi nomen repeteret vt fecit Ariſtoteles, mutauit, & dixit, *lutum*. Sed nõ animaduertit philoſophum loqui, non oratorem. Hîc ſyllogiſmus eſt: neque voces mutari debent. Sed & lutum terra eſt ſoluta imbribus. Παρὰ τὸ λύειν, quaſi terra lota. Lauo adhuc priſtinã originem retinet: perluo. Cænum autem eſt lutum putridum βόρβορον: vnde Galli ſuum traxère nomen, *bourbier*. At ἰλὺς *limus*: vnde Nilus νέη ἰλύς: limus enim eſt aquarum natiua ſordes, deraſa, & ſoluta à niuibus & montibus. Quem nunquã lutum dicas. Lutum verò eſt figuli & fornacarij. Notabimus quoque in ſpongijs non ſolùm limum inueniri, ſed etiam calculos, quos *tecolithos* vocant, veſicæ, & calculis commendata remedia.

CLXXI. ARISTOTELES.

Ἀσθενέστεροι δέ εἰσιν οἱ πυκνοὶ τῶν μανῶν, διὰ τὸ τὴν πρόσφυσιν εἶναι μὴ κατελθοῦσαν.

Minùs valide ſunt denſæ, quàm raræ: propterea quòd hæ profundiùs hæſère.

CAESAR.

COMPARAT genera inter ſe à generica differentia: cuius ponit & differentiam, & cauſſam. Raræ autem tenuiori ſunt ſubſtantia. Ergo plus penetrant.

Διὰ τὸ τὴν πρόσφυσιν εἶναι κατελθοῦσαν. Non temerè vſus eſt participio, vt actum deſcẽdendi & creſcendi notaret. Et poſuit in præterito: vt naturæ actionem indicaret. Sic enim ſolet, γεγένηται ἦν: & dixit εἶναι in præſenti, vt abſolutum opus oſtenderet. Κατελθοῦσαν τὴν πρόσφυσιν: rariorum ſcilicet. Theodorus aut addidit, aut legit ἧττον, aut ἔλαττον: vt redderet vſitata locutione priori parti comparationes Vt cùm dico *Cæſar eſt Camilla fortior*, non addam contrariam cauſſam fortitudinis qua Camillam deſignem ſic: *propter ſexus inualiditatem*. Sed ſic *propter ſexus robur*: ſcilicet quia mas eſt. Ita hîc denſæ ſunt inualidiores raris, quia minùs hærent. Eſt enim cauſſa imbecillitatis. At ſi dicas, quia altiùs hærent: reddas cauſſam contrariam: & oportet referre ad raras. At enimuerò denſæ comparantur, raræ autem non comparantur: ſed ad eas ſit comparatio. Cauſſam igitur hanc reddit: ſed τὸ, ἀσθενέστεροι non ſolùm ad auellendũ, verùm etiam ad ipſius corporis conſtitutionem & concretionem pertinet. Quare, non ſatis eſt, minùs hæret, ergo inualidior: ſed medium quærendum. Minùs hæret, ergo minus trahit ſucci: & hæc propriè, *minùs hæret*, habet etiam cauſſam. Quoniã partes tenuiores plus penetrant. Et aërea plus cohærent, plus concreſcunt. Terrea plus ſoluuntur. Poſuit autem hoc, quia contrarium videbatur, vt denſæ eſſent validiores: ſed raræ plus ſunt coctæ: & plus ignis, & aëris habent.

CLXXII. ARISTOTELES.

Ἔχει δὲ καὶ αἴσθησιν ὥς φασι. σημεῖον δέ· ἐὰν γὰρ μέλλοντος ἀποσπᾶν αἴσθηται, συνάγεται, καὶ χαλεπὸν ἀφελεῖν ἐστι. ταὐτὸ δὲ τοῦτο ποιεῖ καὶ ὅταν ἢ πνεῦμα πολὺ καὶ κλύδων, πρὸς τὸ μὴ ἀποπίπτειν. εἰσὶ δέ τινες οἳ περὶ τούτου ἀμφισβητοῦσιν, ὥσπερ οἱ ἐν Τορώνῃ.

SEntire quoque eas hoc argumento deprehenſum ferunt. Nam ſi ſeſe anulſum iri præſenſerint, contrahi adeo, vt haud facilè auferãtur. Id quod etiam facit vehementi ſpirante vento, & vndabundo mariſue decidant. Sed ſunt qui hac de re dubitent, atque inter hos Teronenſes.

C AE S A R.

SI igitur alimentum capit à limo cui hæret, planta eſſe videtur non animal. Icirco dicit eas ſentire: probat duabus hiſtorijs, ab euentu naturæ, & ab euentu caſus. Nam in tempeſtatibus, & vrinatorum manum ſi ſenſerint, ſeſe contrahunt. Et addidit, χαλεπὸν ἀφελεῖν: vt etiam pluſquam ſenſum ſimplicem aſcribat. Si enim metuunt mortem, etiam intelligunt. Eſt igitur corpus organicum à motu: & phyſicum à ſenſu.

Μέλλοντος ἀποσπᾶν, *euulſoris acceſſum*, Theodorus optimè: mutauit genus συνάγεται: & poſteà ἀφελεῖν: imò ἀφαιρεῖσθαι: quoniam difficultas ſit auferentis.

Sed facetè Ariſtoteles: πρὸς τὸ μὴ ἀποπίπτειν, quoniam hærent: non ſolùm ἐκρριζοῦσθαι ſed etiam cadere: quoniam pendent. At Theodorus dum limat verba, ſententiæ acumen hebetat.

CLXXIII. ARISTOTELES.

Φασὶ γὰρ τρέφειν ἐν ἑαυτῷ ζῷα, ἕλμινθάς τε καὶ ἕτερα τοιαῦτα· ἃ ὅταν ἀποσπασθῇ, τὰ ἰχθύδια τὰ πετραῖα κατεσθίει, καὶ τὰς ῥίζας τὰς ὑπολοίπους· ἐὰν δὲ ἀποῤῥαγῇ, φύεται πάλιν ἐκ τοῦ καταλοίπου, καὶ ἀναπληροῦται.

AIunt etiam intra ſeſe eas alere animalia, vt imbrices aliáque eiuſmodi: quæ, cũ illæ extirpatæ ſint, vnà cum radicum reliquijs, à ſaxatilibus piſciculis deuorentur. Si autem abrumpantur, ex eo quod relictum eſt, renaſcuntur, & complentur.

C AE S A R.

ALIAM apponit hiſtoriam duplicem: à vermiculis quos alat, & ab inſtauratione: conchulas etiam in ipſis reperimus nos. At nunc neque auellunt ipſas, neque abrumpunt: ſed ſecant. Ita & augetur quod remanet, & integrius quod auſertur.

Mendum erat maximum in codice. Φασὶ γὰρ: nam τὸ γὰρ reddebat rationem quare Toronæi dubitarent. At hîc nulla ſubeſt ratio. Sed hiſtoria pura. Itaque Theodorus rectè diſtinxit. Sed idem non rectè addidit, *procul dubio*. Neque enim id ibi eſt. Et addidit multa: diminuit ζῷα in *beſtiolas*, rectè, ſed non fidè. Addidit, *tineas lumbricóſve*, alterutrum addidit, *conſiſtere*; & multa alia.

Ἀναπληροῦνται, & quoad quantitatem, & quoad formam completur.

CLXXIV. ARISTOTELES.

Μέγιστοι μὲν οὖν οἱ μανοὶ, καὶ πλεῖστοι περὶ τὴν Λυκίαν· μαλακώτατοι δὲ, οἱ πυκνοί. οἱ γὰρ Ἀχίλλειοι, στερεώτεροι τούτων εἰσίν. ὅλως δὲ οἱ ἐν τοῖς βαθέσι καὶ εὐδιεινοῖς, μαλακώτατοί εἰσι. τὸ γὰρ πνεῦμα καὶ ὁ χειμὼν σκληρύνει, καθάπερ καὶ τὰ ἄλλα τὰ φυόμενα, καὶ ἀφαιρεῖται τὴν αὔξησιν· διὸ καὶ οἱ ἐν Ἑλλησπόντῳ τραχεῖς εἰσι καὶ πυκνοί· καὶ ὅλως οἵ τε ἐπέκεινα Μαλέας, καὶ οἱ ἐντὸς, διαφέρουσι μαλακότητι καὶ σκληρότητι. δεῖ δὲ μηδ' ἀλέαν εἶναι σφόδρα. σήπεται γὰρ, ὥσπερ καὶ τὰ φυόμενα. διὸ οἱ πρὸς ταῖς ἀκταῖς εἰσὶ κάλλιστοι, ἂν ὦσιν ἀγχιβαθεῖς. εὖ γὰρ κέκρανται πρὸς ἄμφω, διὰ τὸ βάθος.

SPongiarum maximæ igitur raræ illæ, & frequentiſſimæ circa Lyciam. Molliſſimæ, denſæ, compactiſſimæ, Achillææ. Omnino quæ in profundis & tepidis locis ſunt, molliſſimæ: vento enim & frigore, ſicut & alia plantarum genera indurantur, atque creſcere prohibentur. Quare Helleſponticæ aſperæ ſunt & duræ. Denique molliores durioréſve prout vltra, citráve Maleam oriuntur. Quanquam ne æſtu quidem vehementi opus habent: putrent enim ſicut & plantæ. Itaque littorales, ſi propè profundum ſint, præſtantiſſimæ: temperantur enim ob vtrunque propter profunditatem.

C AE S A R.

NVNC affectus partium perſequitur: eóſque declarat à locis primùm: deinde à locorum rationibus: frigore enim durari: poſtea caſtigat orationem, vt tepor ſit, non autem æſtus. Poſteà cõcludit littorales eſſe optimas: modò profundũ mare ſubſit: redditq; rationem alterius

alterius tantùm rei, cùm tamen dicat ἄμφω. Nam profunditas præſtat frigus: quia arcet ſolis vim. A quo igitur præſtatur calor? à littore & repercuſſu ſcilicet.

Καθάπερ ϗ τὰ ἄλλα τὰ φυόμενα. Ergo inter plantas connumerat. Nam, ἄλλα, coniungit in genere, quæ diſtinguit aut in ſpecie, aut in affectibus: mox autem non addidit ἄλλα, quoniam ſpongia ambigui generis eſt: ζωόφυτον.

Ἀφαιρεῖται τὴν αὔξησιν: *tollit augmentum.* Quomodo tollit quod non eſt? ſed augendi principia tollit: ſcilicet humoris ſubtiles partes & cohibet. Eſt enim frigus inimicum motus. Itaque etiam æſtu interire dixit: ſed minùs probo verbo videtur vſus: σήπεται. Neque enim plantæ putrent æſtu: ſed contrà, areſcunt. Itaque τὸ σήπεται ſpongiarum tantùm erit. Quoniam in vdo cùm ſint poſſunt areſcere, ſed nimio æſtu naturalis calor ſoluitur. Itaque ab humido extraneo occupatæ putrent. Quare cùm dixit ὥσπερ ϗ τὰ φυόμενα, addendum aliud verbum eſt, ſcilicet φθείρεται. Sicut: *Diſce puer virtutem ex me, verúmque laborem, Fortunam ex alijs.* Scilicet, contemplare: neque enim diſcimus Fortunam: vtinam enim diſceremus: commodiore fortaſſe ea vteremur ad virtutem.

Εὐτυχοῦνται πρὸς ἄμφω: imò μεταξὺ ἀμφοῖν. Sed πρὸς habet rationem termini in quem reſpicimus.

Μανοὶ Theodorus, *ſolutæ*: malè. Sed σφριγῶσαι, *toroſiores*, commodiùs dixit.

Εὐδιεινοῖς, *tranquillis gurgitibus.* Duo errores Theodori. Nam εὐδιεινὸν hîc vult *tepidum.* Itaque prohibuit τὴν ἀλέαν σφοδρότητα. Et gurges quomodo tranquillus? nonne eſt gurges γοργός: vnde Gorgones, & γοργότης figura illa rapidæ orationis? Neque rectè χειμών, *tempeſtas*: ſed *frigus.* Neque enim tempeſtas Auſtrina indurat plantas, & tamen tempeſtas eſt: peſſimè quoque φυόμενα, *altilia*: voluit dicere quæ animam altricẽ tantùm habent: ſed neque Philoſophicè eſt loquutus. Nã *altile*, rationale eſt. Et Latini altiles tãtùm quædã animalia quæ arte operáque aluntur, dicũt: at homo nunquam ab Ariſtotele, φυόμενον dicetur. Sed non multò feliciùs mox τὰ φυόμενα *pullulantes.* Neque enim quæ iam conſtant plantæ, pullulant. Eſt affectus plantarum pullulare, non autem ſubſtantia. At φυόμενα nomen ſubſtantiæ eſt: τὸ φυτόν. Earum enim eſſe, eſt fundi, aut iam fuſas eſſe: à terra, aut aliunde. At pullulare eſt ſtolonum, & ſobolis ab radice matris enitentium, vt corylus & alia eiuſmodi.

Πρὸς ἀκταῖς Theodorus, *iuxta oras*, malè: imò inhærentes oris maritimis. Nam *iuxta* ſignificat ἐγγύς: non autem συνεχές.

Πρὸς ἄμφω Theodorus *commodè* vertit, & certè percommodè. Eſt enim modus qui medium ſtatuit æquè diſtans: πρὸς ἄμφω.

CLXXV. ARISTOTELES.

Ἄπλυτοι δ' ὄντες, ϗ ζῶντες, [ἰδεῖν μὲν] εἰσὶ μέλανες.

ET niſi lauentur, & dum viuunt nigræ ſunt.

CAESAR.

A Colore ponit differentias non inter genera, quod ſanè debuit. Sed benè in quinto de *officijs partium* Galenus deſcriptum reliquit. Non eſſe ab vno omnia expectanda: nobis quoque partem relictam inuentionis & iudicij. Diuinam ſanè ſententiam. Quoniam vita noſtra breuis eſt, & impedimenta multa. A colore igitur: quoniam nigræ ſunt dum viuunt: etiam cùm ſunt auulſæ, niſi eluantur. Ratio duplex eſt: limus, & aqua. Etiam elotæ ſi aqua plenæ ſunt, nigriores ſunt. Adderem tertiam, ſed ciuilior eſt, quàm verior: vt dicas, extractas palleſcere, vt nos. Ergo earum color tum natiuus, tum accidentalis à ſordibus ijs eſt: vbi autem ſunt lotæ; aliæ fuluæ ſunt, aliæ luteæ, aliæ flauæ.

Præpoſterè loquutus eſt: priùs enim de viuis quàm de illotis debuit dicere: verùm à notioribus ſemper procedit.

CLXXVI. ARISTOTELES.

Ἡ δὲ πρόσφυσίς ἐστιν οὔτε καθ' ἕν, οὔτε κατὰ πᾶν· μεταξὺ γάρ εἰσι πόροι κενοί. περιτέταται δὲ ὥσπερ ὑμὴν περὶ τὰ κάτω· κατὰ πλείω δέ ἐστιν ἡ πρόσφυσις.

HAerent neque vna tantùm parte, neque omnibus: interuenientibus, ſcilicet fiſtulis inanibus, atque ambiuntur ad radicem quaſi membrana: plurimis tamen partibus hærent.

CAESAR.

NVNC ſitum partium iucundiſſimè narrat. ὅτι καθ' ἓν, ὅτι κατὰ πᾶν. Nos etiam breuiùs ſi vis: adhærent neque toto, neque ſolido corpore: plantæ vna tantùm parte hærent, ſtipite, ſcilicet, cóque toto: ſi præpoſuiſſet τὸ πᾶν, non adderet τὸ ἕν. Sed malè interſeruit ea verba de membrana: commodiùs poſtpoſuiſſet quod fecit Theodorus: ſed vt hoc prudenter, ita infœliciter interpretatus eſt: *quaſi membrana*, inquit, *extenta ſubeſſe radicibus earum videtur*: falſum enim eſt. Sed ad radices: τί(κ?) περὶ τὰ προσριζούμενα.

Idem malè ὅτι καθ' ἓν: *hærent nec parte nec toto*. Imò hærent parte: at quare omiſiſti τὸ ἕν? hoc enim negat Ariſtoteles. Et *hæſitant*, infelix verbum: hæſitandi actio interpellata eſt: vt dormitandi, & ſcriptitandi: at illæ hærent.

Κατὰ πλεῖον, Theodorus, *pluribus paſſim*: non ineptè: nam per interualla paſſuum ſignificat *paſſim*. Quaſi de paſſu in paſſum, vt Italum dicit vulgus: profectò iucundè tranſtulit.

CLXXVII. ARISTOTELES.

Ἄνωθεν δὲ οἱ μὲν ἄλλοι πόροι συγκεκλεισμένοι φανεροὶ δέ εἰσι τέσσαρες, ἢ πέντε. διό φασιν ἔνιοι τούτους εἶναι καθ' ὧς δέχεται τὴν τροφήν.

Meatus cùm ad ſuperiora tendunt nulli ſunt peruij, præterquam quatuor, aut quinque. Quæ fuit cauſſa vt dicerent aliqui, his eas cibum capere.

CAESAR.

NVNC partes ſuperiores narrat: intellige meatus grandiores: nam anguſtos penè innumeros etiam in ſummo habent.

Συγκεκλεισμένοι Theodorus *concreti*: malè: meatus non poſſunt concreſcere.

Πόρος autem vacuum illud eſt per quod corpus poteſt tranſmitti: at poteſt etiam claudi: malè quoque addidit Theodorus, *propemodum latent*: imò omnino nulli ſunt.

CLXXVIII. ARISTOTELES.

Ἔστι δὲ ἄλλο γένος ὃ καλοῦσιν ἀπλυσίας, διὰ τὸ μὴ δύνασθαι πλύνεσθαι. τοῦτο δὲ τοὺς μὲν μεγάλους πόρους ἔχει, τὸ δὲ ἄλλο, πυκνόν ἐστι πᾶν.

Eſt & aliud genus quas aplyſias *nominant: propterea quod elui nequeant. Hæ magnas quidem illas fiſtulas habent. At cæterò, corpore ſolido ſunt.*

CAESAR.

HOC ſuprà ponere debuit: præſertim cùm eſſet genus nominatum, ac non diuellere hiſtoriã, perinde atque ij qui particulatim diſcunt. Has potes *Sordias* appellare: potes & argumentari, nigras eſſe, quoniam elui non queant. Theodorus, *illotariam* vocat.

CLXXIX. ARISTOTELES.

Οὐθὲν δὲ πυκνότερον καὶ γλισχρότερόν ἐστι τῆς ἀπλυσίας, τὸ σῶμα ὅλον πλευμονῶδες.

Nihilo tamen denſius, lentiúſve ſpongia alijs, ac ſanè tota pulmonis modo conſtituta.

CAESAR.

NVnc comparat ſpongiæ huius corpulentiam cum cæteris, & ſimilem pulmoni facit raritate: diſſimilem denſitate & lentitudine.

CLXXX. ARISTOTELES.

Ὁμολογεῖται δὲ μάλιστα παρὰ πάντων τοῦτο τὸ γένος αἴσθησιν ἔχειν καὶ πολυχρόνιον εἶναι. διαδήλοι δέ εἰσιν ἐν τῇ θαλάττῃ πρὸς τοὺς σπόγγους, τῷ τοὺς μὲν σπόγγους εἶναι λευκούς, ὑφιζάνοντος τοῦ ἰλύος· ταύτας δὲ, ἀεὶ μέλανας.

Nemo verò negat genus hoc & ſenſu præditum eſſe, & diu viuere. Diſcernuntur enim in mari ab alijs: quoniam illæ ſubſidente limo candicant: hæ ſemper atræ ſunt.

CAESAR.

CAESAR.

Aliam differentiam: vnam ab opinione, quoniam ne Toronæi quidem de his dubitârint: alteram à vitæ longitudine. Tertiam, quoniam aliæ ſubſidente limo, tranquillo ſcilicet mari, albicant: hæ nunquam. Ergo illæ etiam in mari lauantur, hæ ne extra quidem.

Theodorus, ambitioſè, *nigrorem oſtendit*: ſaltem dixiſſet ſuum.

CAPVT DECIMVM-SEXTVM,

De Cruſtatis.

CLXXXI. ARISTOTELES.

Τὰ μὲν οὖν περὶ τοὺς σπόγγους καὶ τὴν τῶν ὀστρακοδέρμων γένεσιν, τοῦτον ἔχει τὸν τρόπον.

Spongiarum & teſtaceorum generatio talis eſt.

CAESAR.

Transiturus ad cruſtata, more ſuo colligit: non tamen quo ordine narrauit: ſed relegans per δίαυλον: à ſpongia incipiens, quæ vltima tamen erat.

CLXXXII. ARISTOTELES.

Τῶν δὲ μαλακοστράκων αἱ κάραβοι μετὰ τὴν ὀχείαν κύουσι καὶ ἴσχουσι τὰ ᾠὰ περὶ τρεῖς μῆνας, Σκιρροφοριῶνα, καὶ Ἑκατομβαιῶνα, καὶ Μεταγειτνιῶνα· καὶ μετὰ ταῦτα προσίκτουσιν ὑπὸ τὴν κοιλίαν εἰς τὰς πτύχας, καὶ αὐξάνεται αὐτῶν τὰ ᾠά, ὥσπερ οἱ σκώληκες. τὸ δ' αὐτὸ τοῦτο καὶ ἐπὶ τῶν μαλακίων ἐστὶ καὶ τῶν ἰχθύων, ὅσα ᾠοτοκοῦσιν. αὐξάνεται γὰρ πάντων τὸ ᾠόν. τὸ μὲν οὖν ᾠὸν γίνεται ψαθυρὸν τῶν καράβων, διῃρημένον εἰς ὀκτὼ μοίρας. καθ' ἕκαστον γὰρ τῶν ἐπικαλυμμάτων τῶν ἐκ τοῦ πλαγίου πεφυκότων, ἐστὶ χονδρῶδές τι περὶ ὃ περιφύεται, καὶ τὸ ὅλον γίνεται ὥσπερ βότρυς. σχίζεται γὰρ ἕκαστον εἰς πλείω τῶν χονδρωδῶν. ταῦτα δὲ διαστέλλοντι μὲν γίνεται φανερά· προσβλέποντι δὲ, συνεστηκός τι φαίνεται· καὶ γίνεται μέγιστα, οὐ τὰ πρὸς τῷ πόρῳ, ἀλλὰ κατὰ μέσον· ἐλάχιστα δὲ, τὰ ἔσχατα. τὸ δὲ μέγεθος τῶν μικρῶν ᾠῶν, ἐστὶν ἡλίκον κεγχραμίς. οὐκ εὐθὺς δ' ἐστὶν ἐχόμενα τοῦ πόρου, ἀλλὰ κατὰ μέσον. ἑκατέρωθεν γὰρ, ἀπὸ τῆς κέρκου καὶ ἀπὸ τοῦ θώρακος, δύο διαστήματα μάλιστα ἀπέχει. οὕτω γὰρ καὶ τὰ ἐπικαλύμματα πέφυκεν. αὐτὰ μὲν οὖν τὰ ἐκ τοῦ πλαγίου, οὐ δύναται συμπεριλαμβάνειν· τοῖς δ' ἄκροις προσ-

In genere cruſtatorum locuſta poſt coïtum impletur, & continet oua circiter menſes tres: Maio, Iunio, Quintili. Deinde edit ea ſub ventre ad plicaturas: vbi creſcunt, quomodo ſolent vermiculi. Id quod commune eſt & molluſcis, & piſcibus ouiparis, vt omnium oua creſcant. Locuſtarum igitur ouum eſt ſolutile in arenæ modum, octo in claſſes partitum: pro numero ſcilicet cooperculorum, quæ lateri adhærent. Quorum ſingulis cartilagineum quiddam adſitum eſt: circum quod hærent cumulata, ſpecie racemi: vnumquodque enim horum cartilagineorum in plura ſcinditur. Quod deprehendas: ſi diducas: ſin aliter intueare, vnum corpus concretum putes. Grandiſſimum quódque non eſt ad foramen, ſed ad medium: poſtrema autem minima. Minimis magnitudo quanta fici granulo. Neque continuò ipſi meatui hærent, ſed medio. A cauda nanque ad pectus, duo, ſingula vtrinque ſunt potiſſimùm interualla. Sic enim etiam coopercula ipſa diſpoſita ſunt, vt ab latere tegere non poſſint. Quare extremitatibus ſuis impoſita cooperculi modo

πιεσθεὶς, καλύπτει πάντα, καὶ γίνεται αὐτοῖς οἷον πῶμα. ἔοικε δὲ τὰ ᾠὰ τίκτουσα προσάγειν πρὸς τὰ χονδρώδη τῆς κέρκου προσαναπτυσσομένης. καὶ συμπιέσασα δ' εὐθὺς καὶ κεκαμμένη, ἀποτίκτει. τὰ δὲ χονδρώδη, κατὰ τοὺς καιροὺς αὐτοὺς αὐξάνει, καὶ δεκτικὰ γίνεται τῶν ᾠῶν. πρὸς τὰ χονδρώδη γὰρ ἀποτίκτουσι, καθάπερ αἱ σηπίαι πρὸς τὰ κλήματα καὶ τὸ φορυτόν. ἀποτίκτει μὲν οὖν τοῦτον τὸν τρόπον. συμπέψασα δ' ἐνταῦθα μάλιστα ἐν εἴκοσιν ἡμέραις, ἀποβάλλει συνεστηκὸς καὶ ἀθρόον, ὥσπερ φαίνεται καὶ ἐκτός. εἶτ' ἐκ τούτων γίνονται οἱ κάραβοι ἐν ἡμέραις μάλιστα πεντεκαίδεκα, καὶ λαμβάνονται πολλάκις ἐλάττους ἢ δακτυλιαῖοι. προεκτίκτουσι μὲν οὖν πρὸ Ἀρκτούρου· μετὰ δὲ Ἀρκτοῦρον, ἀποβάλλει τὰ ᾠά.

contegunt omnia. Videtur autem parturiens producere oua ipſa ad illa cartilaginea caudæ applicatu. Comprimens enim ſeſe, atque ſtatim curuans parit. Cartilaginea hoc tempore augeſcunt ita, vt ouorum ipſorum capacia eſſe poſſint. Nam ad cartilaginea pariunt, ſicut ſepiæ ad malleolos, aut alia quæ fluitant. Is eſt pariendi modus. Concoquit autem ibidem potiſſimùm vicenis diebus. Tum abijcit cuncta ſimul conſiſtentia ſicut cùm ciecit, videntur: inde ex his locuſtæ oriuntur die ferè quinto decimo: capiuntúrque ſæpenumero minores digito. Ante Arcturum pariunt: poſt Arcturum amittunt oua.

CAESAR.

NVSQVAM diligentiùs narrauit Ariſtoteles: eſt enim ἀκρίβεια καὶ λιτότης orationis. Itaque alicubi minùs fuit perſpicuus propter ἀκρίβειαν: omnia enim perſequitur: etiam quomodo pariant locuſtæ: alicubi minùs ſplendidus, propter tenuitatem operæ. Videamus igitur ſeriem primùm: deinde phraſim more noſtro. Coïtum dicit ὀχείαν primum: deinde fœtum, κύουσι. Tertium, tempus, ἴσχουσι τὰ ᾠά. Quartum cùm fouent. Sextum cùm amittunt. Septimum cum oriuntur locuſtæ. Diebus igitur centum & decem gerit oua: centeſimo viceſimo quinto à coitu formantur locuſtæ. Nonaginta enim diebus continet intus: edita fouet vicenis.

Quarti temporis rationes ſubtiliſſimè perſequitur. Nanque & locum ouorũ ὑπὸ τῆς κοιλίας: & loci locũ πρὸς τὰς πτύχας. Deinde ponit affectum quantitatis ouorum, quòd creſcant: obiter cõmunem agnoſcit cum aliis ouis piſcium quorũdam. Inde declarat qualitatẽ oui, ψαδυρόν. Et modum: quoniam octo partes aſſignat. Declarat rationem: quoniam octo quoque cartilaginea ſunt. Ponit locum cartilagineorum, ad latera. Ergo ſi cartilaginea ſunt loca ouorum, quot erunt illa, tot erunt ouorum claſſes. Deinde tollit dubitationem. Nam vt ouum vnum eſt, & in octo partes partitũ, ita ſubeſt ratio cartilagineorum. Quæ ſi non moueas, vnum videantur: ſi diducas, diducantur. Poſt hæc declarat cuiuſque locum pro magnitudine. Et dicit in medio maxima conſiſtere; minima autem in lateribus, & in extremis. Neque addit rationem: at tu pones: plus enim fouentur. Deinde ponit magnitudinem ouorum minutorum: comparátque κεγχραμίδι, id eſt, granulo fici. Poſthæc, præſcribit ouorum regionem. In medio, ſcilicet, neque ſtatim ab exitu. Cuius rei reddit rationem. Nam duo, inquit, ſunt interualla: vtrinque vnum à pectore ad caudam: quaſi duo canales. Cùm igitur oua tegenda ſint, & à cartilagineis quidem tegenda: non poſſent tegi ſi ſtatim ſubeſſent: neque tamen cartilaginea plicari poſſent. Itaque extremitate ſua impoſita operiunt: vnde etiam operculi nomen. Poſt hæc tollit dubitationem. Nam quomodo, inquies, propè meatum non ſunt, aut quo inſtrumento ſub cartilagineis producuntur? applicatu, inquit, caudæ. Inde ponit modum parturientis: compreſſum, ſcilicet, & incuruationem. Inde ponit naturæ prouidentiam: quæ etiam cartilagineorum augmentum promittat eo tempore creſcentibus ouis: cùm tamen & cartilaginea ſint: & in animali iam perfectæ magnitudinis: & alio tempore reducantur ad priſtinam breuitatem, ne impedimento ſint greſſui. Poſteà repetit locum quem edunt oua: ſcilicet cartilaginea illa ouorum loca ſunt. Et obiter dicit ſepias alio modo parere. Inde tempus ponit fouendi: poteſt hoc: tempus amittendi, & modum ouorum eius temporis. Tandem generationem locuſtarum: poſtquam apponit primam magnitudinem earum quæ ſit deprehenſa, ſicut fecit etiam ouorum: deinde tempus pariendi: poſtremò tempus, cùm oua amittit. Continet igitur partes notabiles ad tres & viginti. Illud autem animaduertendum, quod in aliis non fit animalibus omnibus: diuturna geſtatio ouorum intus, poſt coïtum. Secundum: incrementum ouorum poſtquam edita ſunt. Tertium: incubatio eorum, à quibus tum, nihil tamen excludatur. Quartum: formatio fœtus poſt oua abiecta: cuius temporis omiſit incubationem: ſed infra dicet in hiſtoria ſepiarum.

Nunc verborum pondus, & phraſin notemus. Non temerè dixit μετὰ τὴν ὀχείαν: poſſet enim quis iocari: mirum non ante coitum: ſed intelligit ſtatim concipere: quòd dubitare poſſet quis: cùm

cùm tertio, poſt, menſe pariat. Itaque non otioſè dixit ἴχει, *continet*: nondum enim edit oua concepta.

Περιέχουσι: ſcilicet τὸ πρός: quoniam ab exitu rugæ illæ diſtant.

Αὐξάνονται, *accreſcunt*, Theodorus: malè: oua tunc accreſcunt, cùm vnam alteri ſubit. At oua non accreſcunt: ſed creſcunt partium acceſſione: ſunt enim partes quæ accreſcunt.

Signatè addidit comparationem vermium: per naturæ gradus: ouum, vermis, animal: vt diximus oui natura duplex: conſtantis magnitudinis, & creſcentis: cuius natura ſit inter ouum conſtans, & vermem.

Nota, τῶν ἰχθύων ὅσα ᾠοτοκοῦσι: ſuperfluè enim addidit. Nam quorum piſcium oua creſcerent, ſi non parerent? ſed feratur. Illud excuſari non poteſt. Nullus enim piſcis non parit ouum: nullus omnino animal. Quod ſi dicas, hîc ἰχθύων ab ipſo non capi pro genere inferiore, vt aliquando ſolet: ſed pro toto genere, vt omnes conſueuêre: quo etiam τὰ σελάχη comprehenduntur: ſanè ita ſit. At quare dixit τὰ μαλάκια? Hæc nanque etiam ſub eo genere comprehenduntur. Quæ cùm poſuerit: & addiderit, τῶν ἰχθύων: videtur ἰχθῦς, ab ipſis ſeiungere. Quare etiam à σελάχεσι ſeparabit.

Theodorus non intellexit, τὰ ἑκατέρωθεν διαστήματα: alterum putauit ad caudam: alterum ad pectus: falsò: imò, ἀπὸ κέρως & ἀπὸ θώρακος ἑκατέρωθεν. Idem καλύπτει, *obturat*, malè: obturantur vacua & aperta.

Προάγειν: hoc verbum, in fœtus ratione & ſeminis declaratum eſt. Etiam in decimo *Hiſtoriarum*.

Συμπίεσασα καὶ εὐθὺς κεκαμμένη, cùm ſe comprimit locuſta curuatur. Tunc meatus laxior fit.

Legebatur, διαπνοὰ γίνεται τῶν ζώων: malè: nondum enim animalia ſunt. Itaque rectiſſimè, τῶν ᾠῶν, correxit Theodorus.

Φορυτὸν, *colluuionem* Theodorus, malè: colluuio enim eſt limus, aut ſordes molles, quæ cum aqua miſcentur & extant, qua quid lauatur: at φορυτὸν eſt quod aqua fluitat: ſic infra altero Capite, κἄν τι τούτων ἐκβεβλημένον.

Συμπέψασα: non fouens vt incubans: nihil enim excludit, & maturat.

Ἀποβάλλει τὰ ᾠά: *abſoluunt* Theodorus, malè: imò iam abſoluerunt quod in ipſis fuit: niſi dicas ἀπολύουσι: ſed nimis durum eſt.

CLXXXIII. ARISTOTELES.

Τῶν δὲ κύφων καρίδων, ἡ κύησις ἐστι περὶ τέσσαρας μῆνας.

Squillarum genus gibbæ, circiter quatuor menſes vterum gerunt.

CAESAR.

Sunt enim imperfectiores. Ita vt oua à coïtu non poſſint formare, recepto ſtatim ſemine.

CLXXXIV. ARISTOTELES.

Γίνονται δὲ οἱ μὲν κάραβοι, ἐν τοῖς τραχώδεσιν καὶ πετρώδεσιν· οἱ δὲ ἀστακοὶ, ἐν τοῖς λείοις· ἐν δὲ τοῖς πηλώδεσιν, οὐδέτεροι. διὸ καὶ ἐν Ἑλλησπόντῳ μὲν καὶ περὶ Θάσον, ἀστακοὶ γίνονται· περὶ δὲ τὸ Σίγειον καὶ τὸν Ἄθω κάραβοι.

Locuſtæ in aſperis, & ſaxoſis: Aſtaci in locis læuibus naſcuntur: in lutoſis neutrum genus. Iccirco in Helleſponto & circa Thaſum Aſtaci: ad Sigæum, & Athon locuſtæ.

CAESAR.

NVnc ponit natalium differentiam: ſed de Aſtacis nihil quicquam profectò: hac parte mancus: ſaltem dixiſſet Aſtacorum generationem eandem cum locuſtis eſſe, ſi ſit: nam in multis cum ipſis conuenit.

Theodorus πηλώδεσι, *limoſis*, malè: & malè addidit τοῖς λείοις, *terrenis*. Nam & læuia ſaxa amant, vt in Liguribus.

Περὶ Θάσον, *circa Thaſum*, inſula enim eſt: at περὶ Ἄθω, malim *ad Athon*, quàm *circa*: promontorium enim eſt: quanquam perfoſſum à Xerxe.

CAESAR.

CLXXXV. ARISTOTELES.

Διασημαίνονται δὲ τοὺς τόπους οἱ ἁλιεῖς, τούς τε τραχεῖς καὶ τοὺς πηλώδεις, ταῖς τε ἀκταῖς, καὶ ἄλλοις τοιούτοις σημείοις, ὅταν βούλωνται ἐν τῷ πελάγει ποιεῖσθαι τὴν θήραν.

DIſcernuntur à piſcatoribus loca vel aſpera, vel lutoſa: oris littoralibus aliiſq; id genus indiciis cùm volunt ipſi in alto piſcari.

CAESAR.

HOc auctarium hiſtoriæ eſt.

Καὶ τοῖς τοιούτοις: putà promontoriis, ſcopulis, herbis.

Ὅταν βούλωνται: paraphraſi ſic potes vti. Quoties in alto iactum facere inſtituunt.

CLXXXVI. ARISTOTELES.

Γίνονται δὲ ἐν μὲν τῷ ἔαρι καὶ τῷ χειμῶνι, πρὸς τῇ γῇ μᾶλλον· τὸ δὲ θέρος, ἐν τῷ πελάγει.

VEre & hyeme propriùs terram, æſtate in alto verſantur.

CAESAR.

HOc quoque extra generationem eſt, & ad mores potiùs ſpectat.

CLXXXVII. ARISTOTELES.

Διώκουσι, ὁτὲ μὲν τὴν ἀλέαν, ὁτὲ δὲ τὸ ψῦχος.

CAptant enim aliquando calorem, aliquando frigus.

CAESAR.

DIuerſis ſcilicet temporibus diuerſis occurrunt remediis: littora hyeme ſunt tepidiora, æſtate autem latent in fundo multi piſces: ſicut ſuprà dixit, ſpongias fundo propinquas meliùs temperari.

CLXXXVIII. ARISTOTELES.

TOῖς δὲ χρόνοις παραπλησίοις καὶ αἱ καλούμεναι ἄρκτοι τίκτουσι τοῖς καράβοις. διὸ καὶ τοῦ χειμῶνος, καὶ πρὶν ἐκτεκεῖν, τοῦ ἔαρος ἄρισταί εἰσιν. ὅταν δὲ ἐκτέκωσι, χείρισται.

QVæ vrſæ vocantur ſimili tempore atque locuſtæ pariunt. Itaque & hyeme & antequam pariant vere, maximè commendantur: vbi peperêre deteriores ſunt.

CAESAR.

QVOD genus nunquam nominauit, neque eius partes recenſuit, aut figuram; hîc ex abrupto interponit.

Πρὶν ἐκτεκεῖν: *prinſquam oua excludant*, Theodorus, malè: excludere enim eſt incubatu.

CLXXXIX. ARISTOTELES.

Ἐκδύονται δὲ τὸ κέλυφος τοῦ ἔαρος, ὥσπερ οἱ ὄφεις τὸ καλούμενον γῆρας, καὶ εὐθὺς γινόμενοι, καὶ ὕστερον, καὶ οἱ κάραβοι καὶ οἱ καρκῖνοι.

QVemadmodum verno tempore ſerpentes exuũt cutem, quam appellant ſenectam. Ita & locuſtæ & cancri tam recens nati, quàm poſt, cruſtam ſuam.

CAESAR.

CÆSAR.

TVm cancros Veneti, *Mollecas* vocant, ſuauiſſimos in cibum frictos.

CXC. ARISTOTELES.

Εἰσὶ δὲ αἱ κάραβοι μακρόβιοι πάντες.

L*ocuſtis omnibus vita longa.*

CAESAR.

PVrpurarum vitam à torulis coniectabat ſuprà. At hîc nullam docet obſeruandi rationem: quaſi aut properans, aut oblitus, aut neſcius.

CAPVT DECIMVM-SEPTIMVM,

Molluſcorum Generatio.

CXCI. ARISTOTELES.

Τὰ δὲ μαλάκια, ἐκ τῆς συνδυασμοῦ καὶ τῆς ὀχείας ᾠὸν ἴσχει λευκόν. τοῦτο δὲ γίνεται τῷ χρόνῳ, ὥσπερ τὰ τῶν σκληροδέρμων, ψαθυρόν.

M*olluſca ex coniugio & coïtu ouum gerunt album. Quod proceſſu temporis in arenæ modum concreſcit. Quale etiam in genere cruſtatorum.*

CÆSAR.

HOc Capite primùm communia toti generi deſcribit: deinde ſpecies, earúmque affectiones. Neſcio verò: cùm toties *συνδυασμὸν* ſolum poſuerit: & ſolam *ὀχείαν*, vt coïtum ſignificaret: quare nunc vtrunque aggregârit.

Theodorus non bene vertit *ἴσχει concipiunt*. Nam aues & concipiunt, & non multo poſt pariunt: at *ἴσχει* præſupponit conceptum. Neque enim contineret, niſi concepiſſet. At conceptio non præſupponit geſtationem.

Τῷ χρόνῳ, temporis tractu. Theodorus, *in dies*: rectiſſimè: meliùs dixiſſet, *tandem*. Nam quot in dies fit? Neque enim, *indies*, aduerbium hîc rectè poni poteſt.

Ψαθυρὸν, arenidum euadit Theodorus, rectè. Nos quia è muccoſa materia & lubrica primùm conſtat, deinde dureſcit, *concreſcere* diximus.

CXCII. ARISTOTELES.

ΚΑὶ ἀποτίκτει ὁ μὲν πολύπους, ἢ εἰς τὰς θαλάμας, ἢ εἰς κεράμιον, ἢ τι ἄλλο κοῖλον, ὅμοιον βοστρυχίοις οἰνάνθης, καὶ λεύκης καρπῷ, καθάπερ εἴρηται πρότερον. ἐκκρεμάννυνται μὲν περὶ τὴν θαλάμην τὰ ᾠὰ, ὅταν ἐκτέκῃ· τὸ δὲ πλῆθος ἔχει τοσαῦτα ᾠὰ, ὥστε ἐξαιρεθέντων ἐμπίπλαται ἀγγεῖον πολ-

D*Eponit polypus, aut in cauernis, aut in teſtis, alióve cauo loco ſimile quiddam lambruſcæ cirrulis, & candidæ populi fructui, quemadmodum ſuprà dictum eſt. Edita oua dependent ab ambientibus ſpecuum parietibus, tanta copia, vt exempta vas implêrint longè maius quàm caput ipſius, in quo ipſa*

λαι μεῖζον τῆς κεφαλῆς, ἐν ᾗ ἔχει τὰ ᾠά. τὰ μὲν οὖν τῶν πολυπόδων, μεθ' ἡμέρας μάλιστα πεντήκοντα γίνεται ἀπὸ τῶν ἀπορραγέντων πολύποδα, καὶ ἐξέρπει, ὥσπερ τὰ φαλάγγια πολλὰ τὸ πλῆθος· ὧν ἡ μὲν καθ' ἕκαστα φύσις τῶν μελῶν, οὔπω διάδηλος· ἡ δὲ ὅλη μορφὴ, φανερά. διὰ δὲ τὴν σμικρότητα καὶ τὴν ἀσθένειαν, φθείρεται τὸ πλῆθος αὐτῶν. ἤδη δὲ ὤφθη καὶ οὕτω πάμπαν μικρὰ, ὥς ἀδιάρθρωτα μὲν εἶναι, ἁπτόμενα δὲ κινεῖσθαι.

ipſa continebantur. His quinquageſimo demum die diruptis, puſilli polypi generantur: & magno agmine ſerpunt phalangiorum more. Ac quanquam non omnibus membrorum ſingulorum natura conſpicua eſt: tota tamen apparet forma. Multi autem propterea quòd & minuti ſunt, & inualidi, pereunt. Adeò vero aliquando exigui reperti ſunt, vt nihil haberent diſcretum: cæterum contacti mouerentur.

C Æ S A R.

NVNC repetit de ouo polyporum, quod etiam antea docuerat: ſed hîc planiùs & exactiùs docet.

Dixit εἰς τὰς θαλάμας, pro ἐν ταῖς θαλάμαις: itaque nos expreſſimus per *deponit:* habitat ſanè ſpecus ſaxorum: vt ridiculi iam ſint Medici qui piſcium commendationem à ſaxatilium quærant differentia.

Οἰνάνθης, Theodorus arbitratu ſuo addidit *florentis:* quaſi ἄνθος in œnanthe floris tantùm tempus, ac non ſubſtantiam ſpeciei ſignificaret: imò verò cùm floret non eſt eius ſimile ouum polypi, ſed cùm racemus conformatus eſt.

Καθάπερ εἴρηται: de fructu populi intelligas, non de œnanthe.

Ἐκκρεμάννυνται μὲν περὶ τὴν θαλάμην: ſcilicet poſtquam racemus ſolutus eſt in acinos, & ſanè oua inſectorum quorundam ita quoque coacta ſunt, vt racemus eſſe videantur. Theodorus non rectè dixit, τὸ περὶ, *per:* ſed *circum* parietes.

Appellauit, caput, partem qua oua continet: vt non peſſimè dicatur, recepto maris brachio in os ſuum, concipere.

Meliùs dixiſſet, εἶχεν αὐτὰ, quàm ἔχει τὰ ᾠά: niſi hoc tempus præſens naturam quandam ſignificaret.

Μεθ' ἡμέρας μάλιστα πεντήκοντα. Theodorus, *maximè:* nos, *demum:* longè concinniùs hac in parte.

Καθ' ἕκαστα τῶν μελῶν. Theodorus, *ſigillatim:* non attigit ſenſum. Ait Philoſophus poſſe videri, atque percipi eos eſſe polypulos, ſed non perfectos: vt ſtatua nondum polita hominis poteſt intelligi: & addidit, *ſatis:* intellige totam formam, id eſt polypi: per quam nihil aliud quàm polypum eſſe dicas. Hic ὅλη ſignificat, omnia membra: vt nihil deſit niſi politum.

Τὸ πλῆθος φθείρεται, *copia interit,* Theodorus, id eſt, fiunt pauciores: ſanè locutio Romana non eſt, & dura auribus Latinis.


CXCIII. ARISTOTELES.

Αἱ δὲ σηπίαι ἀποτίκτουσι, καὶ γίνεται ὅμοια μύρτοις μεγάλοις καὶ μέλασιν [ἐπιρραίνει γὰρ τὸν θολόν] καὶ ἀλλήλων ἐχόμενά ἐστιν, οἷον βότρυς τὸ πᾶν, περιπεπλεγμένα ἔν τινι, καὶ οὐκ εὐαπόσπαστα ἀλλήλων. ἀφίησι γὰρ ὁ ἄρρην ὑγρότητά τινα μυξώδη· ὃ τῇ γλισχρότητι παρίσταται, καὶ αὐξάνεται. ταύτη δὲ τὰ ᾠά, εὐθὺς μὲν ἐστι λευκά· ὅταν δὲ ἀφῇ τὸν θολόν, καὶ μείζω καὶ μέλανα. ὅταν δὲ σηπίδιον γένηται, ὅλον ἐκ τοῦ λευκοῦ γενόμενον ἔσω, τότε περιρραγέντος ἐξέρχεται. γίνεται δὲ τὸ ἔσω πρῶτον, ὅταν ἀπορραίνη ἡ θήλεια, οἷον [ἡ] χάλαζα. ἐκ γὰρ τούτου τὸ σηπίδιον φύεται ἐπὶ κεφαλὴν, ὥσπερ οἱ ὄρνιθες κατὰ τὴν κοιλίαν προσηρτημένοι. ποία δέ τις ἐστὶν ἡ προστφυσις ἡ ὀμφαλώδης, οὔπω ὤφθη, πλὴν ὅτι αὐξανομένου τοῦ σηπιδίου αἰεὶ ἔλαττον γίνεται τὸ λευκὸν καὶ τέλος, ὥσπερ τὸ ὠχρὸν τοῖς ὄρνισι, τούτοις τὸ λευκὸν

SEpiæ edunt ſimilia myrtilis nigris grandioribus: ſuperinfundunt enim iis atramentum quo ita racematim cohærent, vt cuncta vni cuipiam nexu agglomerata, nec quæ facilè ſeparari poſſint. Emittit enim mas venereum humorem quendam mucidum, qui viſcidam naturam conſequitur: atque hac creſcunt oua. Statim enim edita, candida ſunt: effuſo enim atramento, & grandiora & nigra. Ergo vbi ex albumine tota ſepiola intus generata eſt, obrupta cute exit. Principio ſuccus ille interior grandinis ſpecie conſtat: cùm fœmina ipſum irrorârit. Atque ex eo ſepiola facta exit in caput: quemadmodum aues ventre annexo. Quaſi autem annexio huiuſmodi ſit ab vmbilico, nondum conſtitit: niſi quòd creſcente ſepia decreſcit albumen ſemper. Tandémque vt in auibus luteum, ſic in his album

λευκὸν ἀφανίζεται. μέγιστοι δὲ φαίνονται πρῶτον, ὥσπερ καὶ ἐν τοῖς ἄλλοις, καὶ ἐν τούτοις οἱ ὀφθαλμοί· οἷον ἐφ' οὗ τὸ α, τὸ ᾠόν· οἱ ὀφθαλμοὶ, ἐφ' οὗ τὸ β γ· τὸ σηπίδιον αὐτὸ, ἐφ' οὗ τὸ δ· [τὸ δὲ, ἐφ' οὗ τὸ ε.] κύει δὲ τοῦ ἔαρος. ἀποτίκτει δ' ἐν ἡμέραις πεντεκαίδεκα· ὅταν δ' ἀποτέκῃ τὰ ᾠὰ, γίνεται ἐν ἄλλαις πεντεκαίδεκα ἡμέραις, οἷον ῥᾶγες βότρυος ἐλάσσους· ὧν περιρραγέντων, ἐκδύεται ἔσωθεν τὰ σηπίδια. ἐὰν δέ τις περισχίσῃ πρότερον ἤδη τελειουμένων, προΐενται κόπρον τὰ σηπίδια, καὶ τὸ χρῶμα μεταβάλλει, ἐρυθρότερον γινόμενον ἐκ λευκοῦ διὰ τὸν φόβον.

deficit. Oculi primùm grandiſſimi extant in hoc genere, ſicut & in aliјs. Pingatur ouum vbi eſt A. oculi vbi B C. ſepiola vbi D. in quo hæc exiſtant E. Vere vterum gerit: parit diebus quindecim. Edita oua totidem diebus ſequentibus euadunt quaſi acini racemorum, ſed minores: quibus obruptis exuunt ſeſe inde ſepiolæ. Quòd ſi quis membranulam circumſecare occupet: quæ ſunt iam perfectæ ſepiolæ ſtercus emittunt: mutatóque colore, ex candidis rubræ fiunt ob metum.



CÆSAR.

LONGE paucioribus verbis ſic dicas. Sepia vere vterum gerit, continet partum diebus quindecim: oua ſtatim candida ſpecie grandinis: magnitudine myrtilorum grandiuſculorum. Editis ſuperinfundit de ſuo atramento. Itaque & nigra fiunt: & quaſi glutino hæreſcunt inter ſe ad racemuli figuram. Mas quoque genituram ſuam effundit, qua illa & nigriora & duriora fiunt, atque augeſcunt vuæ ad acini magnitudinem. Ex candido fit ſepiola, exitque die quinto decimo cute obrupta, exitque in caput & ventre annexo, vt aues. Quanquam nexus ille vmbilici nondum ſatis conſtat. Creſcente itaque ſepia, decreſcit albumen vt in auium ouis vitellus, ac tandem deficit: oculi ſepiolarum, vt in cæteris quoque animalibus grandiſſimi. Perfecta iam ſepia, cùm eſt egreſſura, ſe membranula ſecare occipit Sepiola & perterrita ſtercus edit, & rubeſcit. Is erat narrandi modus viri diligentis. Nunc Philoſophus conuellit aures noſtras. Ac primùm quidem videamus. Nam ſuprà *ὁ μὲν πολύπους*, initium periodi facit vſque huc: *αἱ δὲ σηπίαι*: plus centum verbis interpoſitis. Cùm verò inſtituit narrationem priùs oſtendit eſſe nigra oua quàm candida: & poſteà cogitur repetere ac declarare. Et dixit *ὅμοια μεγάλοις*. Non enim ſimilitudo à qualitate ducitur. Deinde mutat numerum *ἐπαφίησι*, niſi ſit mendum, ſed eſto: quare reddit rationem: *γὰρ* ſcilicet, quia per atramentum nigra euadunt? At nondum docuiſti eſſe candida: & quiſnam videt? *καὶ ἀλλήλων ἐχόμενα* non habere ſubſtantiuum cui innitantur. Quod debuit addere, ne *τὸ ἐχόμενα* penderet à *τοῦ ἀφίησι*: poſteà figuram neſcio quam deſcribit ſatis leuiter & non neceſſariò. Poſt hæc deſcribit tempus vteri gerendi: & tamen iam edidit. Videamus nunc dubitationes quaſdam, & ipſam phraſim.

Ἐπαφίησι: reddit cauſſam quare nigra oua ſint, nam ſepiæ ipſæ ſunt candidæ: ὅτι ἀπὸ ἴσων. ὅτι τὰ ᾠὰ ἀφ' αὑτῶν αἱ σηπίαι ἴσασι τὸν θολόν. Etiam *θορὸν* ſcriptum eſt, ſed illud meliùs. Theodorus aptauit cùm dixit, *nigreſcunt*: tranſtulit verbum ad rem comparatam commodiſſimè: ſed malè dixit, *myrtorum*: grana addidiſſet: nos *myrtilos*: vt à palma palmulas: malè etiam dixit, *capiunt magnitudinem.* Nam ſi capere hic vult dicere, *acquirere:* malè intelligas: ſtatim enim tanta ſunt: ſi ſignificat, ſicut cùm dicimus; *Nec te Troia capit*, id eſt continere poteſt: tamen non dicitur Latinè *capit magnitudinem.* At infrà mox,

capiunt craſsitudinem, id eſt, acquirunt, rectè.

Περιπεπλεγμένα ἑνί τινι, Theodorus *obducta vni cuidam nexui*, malè: nexus enim res eſt incorporea. At illud vnum non nominauit Ariſtoteles: neque enim nexus eſt: ſed gluten atramentarium, cuius actio nexus eſt: agglutinat enim oua: nos meliùs *agglomerata*: & τὸ πᾶν, *cuncta* Theodorus rectè: nos quoque cum ſecuti.

Οὐκ εὐαπόσπαστα Theodorus, *nec facile alterum ab altero detrahi*: verbum incommodum *detrahi*: imò abſtrahi, tolli, ſeparari: & peſſimè alterum ab altero: nam hærent plus quinis inter ſe.

Ἀφίησι γὰρ ὁ ἄῤῥην: meliùs dixiſſet καὶ ὁ ἄῤῥην: & τὸ γὰρ, reddit rationem glutinis. Nam atramento fœminæ, nigreſcunt: atramento maris hæreſcunt & grandeſcunt. Itaque appellauit ὑγρότητα: noua voce, ſed pulcherrima *lentorem venereum*, non ſimpliciter *humorem*, vt dixit Theodorus.

Ὃ τῇ γλισχρότητι παρέπεται: mutauit genus, ὅ. Quoniam non vera eſſet genitura. Itaque relatiuum dilatauit ad id quod cõtineret analogicè veram genituram, & hanc tentiginalem. Auertit Theodorum oratio paulò inſolentior. Quid enim eſt ὃ παρέπεται τῇ γλισχρότητι? vbi illa γλισχρότης? ſanè qualitas quædam eſt. At accidentia ſequuntur ſubſtantiam, non ſubſtantia accidentia. Itaque humor quando ſequitur glutinoſitatem? Sed hîc παρέπεσθαι ſignificat, acquirere: ſicut & nos dicimus conſequi. Niſi ſcribi debeat ſic, ᾗ in ſecundo caſu: cuius viſciditatem ſequuntur oua atque augentur: ſed ſequentia verba diſturbant. Cùm in fine eſt τὰ ᾠὰ: & interea eſt αὐτῇ.

Εὐθὺς: ſtatim ſcilicet edita. Atque hîc θορὸν ſcriptum eſt de mari. Theodorus legit θολὸν: ſicut & ſuprà; ſed cùm creſcant hæc: & ὑγρότητα appellârit Philoſophus, malim θορόν.

Περιῤῥαγέντος: non addidit ſubſtantiuum: quia non eſt cutis, non membrana, ſed quiddam ex eo humore concretum.

Γίνεται δ' ἔσω: hoc eſt quod ſuprà dicebat εὐθὺς: ἀποῤῥάνῃ, *irrorârit*.

Ἐκ γὰρ τούτου. Hic non eſt parua quæſtio. Cum Ariſtoteles ex albumine oui dicat naſci pullum, & vitello nutriri: quomodo hic dicat, album, ex quo ſepia fit, creſcente ſepia aboleri ſicut vitellum in ouis auium? Dicemus comparationem non rerum tanquam æqualium cauſſarum fieri, ſed abolitionis tantùm: omnino autem difficilis eſt ſententia. Nanque ſi ex toto albumine illo fit, quonam alitur? Nam & ſtercus edit ſtatim erumpens, & antequam exeat interdum. Itaque putandum, candidum illum humorem non eſſe homogenes: præſertim cùm etiam rubeſcat ſepiola præ metu.

Τὸ δ' ἐφ' οὗ. τόδε, id eſt, in quo hæc deſcripta ſunt. Theodorus, *hoc ipſum*, malè: quid enim eſt?

Ἀποτίκτει δ' ἐν ἡμέραις ιε: hoc diſtat à polypo qui ouum vnum ſemel edit multis ex ouis concretum. At Theodorus non expreſſit, cùm dixit, *parit intra diem decimum quintum*.

Περιῤῥαγέντων, *circumruptis, obruptis*: vt obire circumire: ſed ἀποχίσῃ *obſcederit*, Theodorus monſtrificum verbum.

Ἐκδύεται, *exuunt ſeſe* nos diximus, Græco verbo Græcum interpretati: imò idem noſtra lingua repræſentatur.

Theodorus, *ſtercuſculum*, &, *rubriuſculum*, putidulè dixit ſine neceſſitate.

Γινόμενον, Atticè addidit.

Dicit fieri rubras è candidis præ metu. At cætera omnia animalia palleſcunt: etiam ſimiæ abit coloris vigor.

CXCIV. ARISTOTELES.

Τὰ μὲν οὖν μαλακόστρακα, ἐπῳάζει ὑφ' αὑτὰ θέμενα τὰ ᾠὰ, ἐπῳάζει ὁ δὲ πολύπους καὶ ἡ σηπία, καὶ τὰ ἄλλα τὰ τοιαῦτα, ἐκτεκόντα, οὐ ταὐτὰ κύημα αὐτῶν· μάλιστα δὲ ἡ σηπία. πολλάκις γὰρ ὑποφαίνεται πρὸς τῇ γῇ τὸ κύτος αὐτῆς

Cruſtata ſuppoſitis ſibi incubant ouis. At polypus & ſepia & cætera eiuſmodi cùm ediderint oua, non ſua eadem ſemper fouent, præſertim ſepia: cuius propè terram extantem alueum ſæpenumero obſeruauimus.

CAESAR.

CAESAR.

PONIT in genere τῶν ἀναίμων differentiam incubandi. Nam cruſtata poſtquam concoxêre oua in rugis, tametſi amittunt, tametſi iis incubant. At molluſca non ita. Sed editis ouis, non ſemper ſua fouent: ſed & aliena petunt & alienis permittunt: quod & alia animalia faciunt: vt etiam cuculus: & gallinæ interdum nactæ quæ fortè aliæ congeſſerint fouent ſi permittatur. Neque tam defectus naturæ eſt omittere ſua: quàm & pietas petere aliena: & prudentia cognoſcendi parem ſibi operam repoſitum iri. Eſt igitur quaſi politia. Hoc voluit dicere cùm dixit, οὐ ταὐτὰ κινήματα αὐτῶν. At Theodorus aliter intellexit. Cruſtata annexa ſibi fouere oua: molluſca autem abſoluta. Sed etiam ipſa cruſtata fouent abſoluta. Itaque non dixit προσφυόμενα: ſed ὑφ' αὐτὰ θέμενα: & dixit ἐπῳάζει. Non autem πέπτει, vt ſuprà: quod erat verbum, dum ea in rugis continerent. Itaque quod ſuprà omiſit, nunc dicit: abiectis ab ſeſe ouis incubare, vnde locuſtæ naſcantur: vt ſuprà quindecim diebus, quos dant incubationi.

Cùm dixit μάλιστα δὲ ἡ σηπία: addidit rationem qua adducti narrent præcipuè hoc fieri à ſepia: quia frequenter obſeruârunt: πολλάκις γὰρ, probatio tamen difficilis de ſola ſepia. Nam quod frequenter videmus, eius rei teſtes erimus: quod non vidimus, non negabimus: omnino τὸ μάλιστα non poteſt ſic probari. Itaque addidit de polypo quæ ſequuntur: ſed de lolliis & lolligine nihil. At quis ſcit an æquè faciant?

CXCV. ARISTOTELES.

Ὁ δὲ πολύπους ὁ θῆλυς, ὁτὲ μὲν ἐπὶ τοῖς ᾠοῖς, ὁτὲ δ' ἐπὶ τῷ στόματι προσκάθηται τῆς θαλάμης, τὴν πλεκτάνην ὑπερέχων.

Polypus autem fœmina interdum ouis, aliàs cauernæ oſtio aſſidet brachio impoſito.

CAESAR.

Ὑπερέχων, ſcilicet ne deferueant, aut refrigereſcant, deeſt αὐτοῖς.

CXCVI. ARISTOTELES.

Ἡ δὲ σηπία, πρὸς τὴν γῆν ἐκτίκτει περὶ τὰ φυκία καὶ τὰ καλαμώδη, κἄν τι ᾖ τοιοῦτον ἐκβεβλημένον, οἷον ὕλη, κλήματα, ἢ λίθοι· καὶ οἱ ἁλιεῖς δὲ κληματίδας τιθέασιν ἐπίτηδες· καὶ πρὸς ταῦτα ἐκτίκτει μακρὸν καὶ συνεχὲς ἐκ τῶν ᾠῶν, οἷον τὸ τῶν βοστρύχων. ἀποτίκτει δὲ καὶ ἀπορραίνει ἐξ ἀναγωγῆς, ὡς μετὰ πόνου γινομένης τῆς προέσεως.

At ſepia iuxta terram parit, circum algam & arundineta, aliúdve quippiam quod à mari eiectum ſit: vt materia ſarmentorum, aut lapides. Itaque piſcatores ſternunt malleolos ſtudioſè, ad quos parit oblongum quaſi cirrum ex ouis cohærentibus compoſitum. Parturit autem & irrorat alternatim repetitis vicibus: propterea quòd laborioſus eius nixus eſt.

CAESAR.

PRIMVM ponit loca parturitionum, quarum ſuprà mentionem fecit: deinde modum parturientis.

Φυκία: intellige ſimpliciter algas: non autem eam herbam noxiam de qua Ælianus.

Καλαμώδη, ſicuti καλαμώδεις feſtucas omnes intellige.

Ὕλη, *aggeſtum* Theodorus, optimè: ſic etiam *ſiluas* vocant Poëtæ ingenij præciptis materias, aggeſtas.

Κληματίδας, *faſces ſarmentorum*, Theodorus. Latini vocant *malleolos* à figura: altero enim capite craſſiores ſunt.

Πρὸς ταῦτα Theodorus, *loculamentis*, κακοζήλως: non expreſſit etiam συνεχὲς per *ſeriem*.

Ἐξ ἀναγωγῆς, *per vices*: repetitis officiis nunc parturiendi, nunc irrorandi: & addit rationem: vt recipiat vires: quas exhaurit nitendo· ἐξ ἀναγωγῆς Theodorus, *interpoſita quiete*: ἀναγωγὴ eſt receſſus: vnde ſenſus abditi, *anagogici*. Et ἀναγωγὴ ἀπὸ πλοῦς, nauigiorum prouchi: apud Lucianum in *Tyranno*, & alibi. Athenæus in nono locum in Sicilia eo modo dictum ſcribit. Galenus in VII. de *Officio partium*, ἀναγωγὴν αἵματος, ſanguinis eductionem. Hic autem eſt ἐξ ἀναγωγῆς, *ex reductione*: ſicut reſpiratio fit ἐξ ἀναγωγῆς, ex reductione. Plinius de hoc nihil.

CXCVII. ARISTOTELES.

Αἱ δὲ τευθίδες, πελάγιαι ἀποτίκτουσι. τὸ δὲ ᾠὸν, ὥσπερ ἡ σηπία, ἀποτίκτει συνεχές.

Lolligines in alto pariunt ouum ſimile illi ſepiæ.

C AE S A R.

CONTRA diſtinxit à ſepia per pelagus. Nam ſepia iuxta terram: cætera ſimilia ſunt.

Πλάγιαι, in vulgari exemplari legebatur. Theodorus vt nos. Plinius quoque idem legiſſe videtur in XI. Nam in alto ait lolligines parere. Qui verò pro πελάγιαι, πλάγιαι reponunt, multùm de ſenſu detrahunt.

CXCVIII. ARISTOTELES.

Ἔστι δὲ καὶ ὁ τευθὸς καὶ ἡ σηπία, βραχύβιον. οὐ γὰρ διετίζουσιν, εἰ μή τινες ὀλίγαι αὐτῶν. ὁμοίως δὲ καὶ οἱ πολύποδες.

Tam lollius quàm ſepia non diu viuunt. Neque enim annum alterum explent præter paucos: ſic & polypi.

C Æ S A R.

Διετίζουσι: hinc διετὴς, διέτημος, bimus: τριετὴς τριέτημος, trimus.

CXCIX. ARISTOTELES.

Γίνεται δὲ ἐξ ἑνὸς ᾠοῦ ἓν σηπίδιον. ὁμοίως δὲ καὶ ἐπὶ τῶν τευθίδων ἔχει.

Singulis ex ouis ſingulæ prodeunt ſepiolæ: quemadmodum & lolligines.

C AE S A R.

NAM & vno ex ouo gallinæ aliquando bini pulli prodeunt. Et vnum ouum dixit polypi, ex quo innumeri exirent: ſed vnum ouum æquiuocè dicebatur. Erant enim multa in vno.

CC. ARISTOTELES.

Διαφέρει δὲ ὁ ἄῤῥην τευθὸς τῆς θηλείας. ἔχει γὰρ ἡ θήλεια, ἐάν τις διαστείλας θεωρῇ τὴν κοιλίαν ἔσω, ἔντερα δύο, οἷον μαστούς· ὁ δὲ ἄῤῥην, οὐκ ἔχει.

Differt lollius mas à fœmina: quoniam aluum ſi diducas intus inteſtina duo mammillarum ſpecie deprehendes, quibus mas caret.

C AE S A R.

HOC quoque dixit ſuprà in hiſtoria partium: rectè nunc addidit θεωρῇ. Nam alibi ferè nunquam, vt ſuis locis meminimus.

Διαστείλας, nō *diſiecta*, vt Theodorus, ſed *diducas* diximus nos. Cæterùm in exemplari Aldino τὴν κοίλην ſcriptum erat: nos mendum putamus & pro eo τὴν κοιλίαν, reponi debere quod & Theodorus agnoſcit.

CCI. ARISTOTELES.

Ἡ δὲ σηπία, τοῦτό τ' ἔχει διάφορον, καὶ ὅτι ποικιλώτερος ἐστιν ὁ ἄρρην τῆς θηλείας, καθάπερ εἴρηται πρότερον.

IN ſepiarum genere, tum fœmina hoc diſcrimen habet, tum mas varius magis quàm illa: vt ſuprà dictum eſt.

CAESAR.

MH σηπία, ſepia fœmina hoc habet διάφορον à mari: & mas à fœmina diſtat varietate: vnicolor enim fœmina: & fruſtra repetit.

CAPVT DECIMVM-OCTAVVM,

Inſectorum Generationes.

CCII. ARISTOTELES.

Τὰ δ' ἔντομα τῶν ζώων, ὅτι μὲν ἐλάττω ἐστὶ τὰ ἄρρενα τῶν θηλειῶν, καὶ ἐπιβαίνει ἄνωθεν, καὶ πῶς ποιεῖται τὴν ὀχείαν, καὶ ὅτι διαλύεται μόλις, εἴρηται πρότερον.

IN genere inſectorum quemadmodũ mares eſſent fœminis minores, eáſque à tergo inirent: quóque modo & coïrent, & à coïtu ſerò abſiſterent, iam dictum eſt.

CÆSAR.

DICTVRVS de inſectorum generatione, recolligit quæ de eorum coïtu dixit: quatuor partes ſcilicet. Maiores eſſe fœminas. Itaque mares ab ipſis facillimè ſuſtinentur. Quoniam coïtus eorum diuturnus eſt. Videmus hìc tres propoſitiones connexas. Quare autem ſit diuturnus in libris de *Generatione animalium* declaratum eſt: ſunt enim ſicciſſima animalia: quorum ſemen genitale, vapor tantùm ſit quidam: quare, ne exhalet, id eſt, à natura inſtitutum. Quarta pars tertio loco poſita eſt: quóque modo coïrent. Quoniam auerſa ea vidimus cohærere vt canes.

Ἐπιβαίνει: Philoſophus omiſit τὰς θηλείας, aut αὐτάς. Theodorus omiſit πῶς ποιεῖται τὴν ὀχείαν. Neque enim ſatis eſt dicere *ſuperuentu coïre*. Nam hoc eſt illud ἐπιβαίνει. Quare cùm addat, καὶ, coniunctionem: tertia erit propoſitio πῶς ποιεῖται τὴν ὀχείαν. Hoc autem non eſt fruſtra. Nam circunſtantes modos notat, quos ſuprà narrauit, & cohæſionem illam: ſed auerſa coëunt. Deinde conſcendit mas.

CCIII. ARISTOTELES.

Ὅταν δὲ ὀχευθῇ, ταχέως προΐεται πλεῖστα τὸ τόκον ὅσα ὀχεύεται.

HOc igitur in genere quæ ineuntur, ab ipſo coïtu maxima pars citò parit.

CAESAR.

NVNC tempus geſtandi primo loco, vt ſolet. Et dixit ὅσα ὀχεύεται: quoniam quædam ipſorum non coëunt: ſed tamen ea quoque nihil generant: mirum vero poſt coïtum citò parere. Et dixit πλεῖστα. Non eſt prudentis viri in re tam minima pronuntiare vniuerſalem propoſitionem.

CCIV. ARISTOTELES.

Τίκτει δὲ πάντα σκώληκα, πλὴν γένος τι ψυχῶν· αὗται δὲ σκληρὸν, ὅμοιον κνίκου σπέρματι, ἔσω δ᾽ ἔγχυμα.

Pariunt autem omnes vermem præter papilionum genus quoddam: quod edit durum quiddam cartami ſeminis ſimile, cum medulla intus.

CAESAR.

NVNC fœtus rationem, eiúſque in generibus differentiam. At eorum papilionum nomen neque ponit, neque faciem: nimis ſanè negligenter. Nam inter tot ſpecies huius hiſtoria, nimirum in re particulari, prætereunda non erat: cùm ſola pro partu durum quiddam cartami ſeminis ſimile edere dicat. Papilionum autem genera ab alarum colore multa: quarum color albus, cæſius, fuluus, varius. Tum etiam magnitudine differunt. Nam quidam magni, quidam minores, quidam puſilli, quidam minimi. Item non ſolùm alarum colore differunt, ſed etiam qualitate. Quibuſdam enim alarum cartilago ita tranſlucet vt iis oppoſita facilè diſcernantur: nonnullis molliſſima lanicella obducitur, omnibus quidem promuſcis mollis, in ſeipſam ſinuosè reflexa. Paſcuntur rorem ex herbis & floribus. Anchuſam maximè appetere obſeruauimus nos. Sed in tanta varietate quem Philoſophi eſſe dicemus? putauimus aliquando eum de iis loqui, qui nigri cum alis quatuor penè rotundis, volatu feruntur criſpato, & fluctuanti. *pauarinos*, Veneti vocant, nos *papiliones*. At cùm rem exactiùs quæſiiſſem, ſententiam mutaui. Neque quid verè pronuntiem, neque quid dicam habeo. Niſi is ſit qui ex eruca fit. Nihil tamen certi fero. Malo ignorantiam fateri, quàm quicquam temerè prodere.

Falſum eſt autem omnia præter papilionem vermem parere. Nam formicæ oua pariunt & erucæ quædam.

Ἔγχυμα, *fluidum* Theodorus. Nos *medullam*. Neque enim aut caro eſt, aut veri oui ſubſtantia. Sicuti hepatis & ſplenis & eiuſmodi carnem non carnem appellauit Eraſiſtratus: ſed παρέγχυμα, vt ait Galenus multis in locis librorum *de Officio partium*.

Τίκτει, *faciunt* Theodorus, peſſimè.

CCV. ARISTOTELES.

Ἐκ δὲ τῶν σκωλήκων, οὐκ ἐκ μέρους τινὸς γίνεται ζῷον, ὥσπερ ἐκ τῶν ᾠῶν· ἀλλ᾽ ὅλον αὐξάνεται, καὶ διαρθρούμενον, γίνεται ζῷον.

E Verme autem ita fit animal, vt non ex eius parte, ſicut ex ouo, ſed totus creſcat, & dearticulatum animal euadat.

CAESAR.

HOC quoque iam dictum eſt ſuo loco: neque hîc repeti debuit. Non igitur differt vermis à futuro animali, niſi dearticulatione, id eſt, articulorum diſcretione, qui erant confuſi: & figuratione qua carebant.

Theodorus nitidè, & iucundè: ſed *accreſcit*, dixit paulò imprudentiùs: vt alibi monuimus.

Euadit: vadit è verme in figuram animalis.

CCVI. ARISTOTELES.

Γίνεται δὲ αὐτῶν τὰ μὲν, ἐκ ζώων τῶν συγγενῶν οἷον, φαλάγγια καὶ ἀράχνια, ἐκ φαλαγγίων καὶ ἀραχνίων, καὶ ἀττέλαβοι, καὶ ἀκρίδες, καὶ τέττιγες· τὰ δὲ, οὐκ ἐκ ζώων, ἀλλ᾽ αὐτόματα.

Generantur eorum quædam ex animalibus congeneribus, veluti phalangia & araneoli: ex phalangiis & araneis; & bruci, & locuſtæ, & cicadæ. Quædam autem non ex animalibus, ſed ſponte.

CAESAR.

CAESAR.

NVnc diſtinguit genera, per modum generationis: meliùs tamen feciſſet ſic. Quædam ex animalibus, quædam non. Quæ ex animalibus, alia ex congeneribus, alia non.

CCVII. ARISTOTELES.

Τὰ μὲν, ἐκ τῆς δρόσου τῆς ἐπὶ τοῖς φύλλοις ἐπιπιπτούσης, κατὰ φύσιν μὲν τοῦ ἔαρι, πολλάκις δὲ καὶ τοῦ χειμῶνος, ὅταν εὐδία καὶ νότια γίνηται πλείω χρόνον.

NAm quædam è rore qui ſuper folia deciderit: naturæ quidem inſtituto per ver. Diuturniore autem ſerenitate Auſtrina etiam hyeme ſæpenumero.

CAESAR.

PROSEQVITVR hic partes τοῦ *αὐτομάτου*. Et primam ponit à rore. Apponit tempora; vnum ordinarium per ver: alterum extraordinarium per naturam veris occupantem alienas anni partes.

Κατὰ φύσιν Theodorus, *vt natura fert*: rectè. Sed natura etiam fert per hyemem. Nos, *naturæ instituto*: id eſt per leges ordinarias, atque ex propoſito.

Theodorus malè dixit τοῖς φύλλοις *frondibus*: nam herbarum frondes non ſunt, ſed folia: communi igitur nomine illi vtendum fuit, quale etiam φύλλον eſt. Et *inſudat*, non ſatis conuenienter. Nam quomodo ros ſudat, vt etiam inſudare poſſit?

Εὐδίοι *ſerenum* alibi, nũc *tranquillum* vertit. Sed meliùs ſerenũ hic: Auſtro enim flante fit tepor: vnde fit cauſſa formalis generationis. Sed deſideratur materia, ſcilicet ros. At ros non cadit niſi ſereno tempore, & tepore. Nam nubiloſo non cadit. Eſt enim exhalatio à terris, humore & aqua attracta in aërem per calorem. Quare nubiloſo non poteſt trahi: & ſi trahitur, cogitur in nubem. Item ſi ſit frigus ſerenum, cogitur in pruinam. Ergo & calor exigitur quo attrahat, & abſit frigus quod nõ cogat: vtrunque præſtatur ab Auſtro. Serenum autem Auſtrum eſſe videmus: pręſertim per hyemem. Nam vt Eteſiæ Aquilonis æſtum temperant: ita hyemem Auſtri, præſertim quam appellare conſueuimus *æſtatem D. Martini*. Et Latini à Græcis mutuati *Alcedonia*, vt ſuprà diximus.

Dixit πλείω χρόνον: neque enim vna aut altera die, tam ſtatum tempus poteſt immutari.

CCVIII. ARISTOTELES.

Τὰ δ', ἐν βορβόρῳ καὶ κόπρῳ σηπομένῃ.

ALia in cœno, aut ſimo putreſcente.

CAESAR.

NON dixit è cœno: quoniam è nobilioribus tantùm partibus fiunt. In cœno igitur non è cœno: ſed è cœni partibus diuinioribus: vbique enim ſpiritus ille inſinuatus eſt. Theodorus neglexit hoc. Dixit autem cœnum, quod eſſet terra ſoluta putrida. Fimum verò excrementa animalium: ita propriora hæc eſſent naturæ eorum quæ à congeneribus fiunt.

Dixit σηπομένῃ. Neque enim conſtante natura fimi poteſt quippiam ex eo generari. Non enim ſemen eſt. Quin omnium rerum interitus fit per ſubeuntem alterius generationem. Et dixit in præſenti non in præterito: quia etiam dicit γίνεται: vt coniunctam cauſſam efficientem cum materia oſtendat. Quæ cauſſa efficiens dicitur *ſpiritus genitiuus*. Huius vis in animalibus intercipitur cùm ſunt perfecta. Sed non tollitur tota. Nam caro regeneratur abſumpta. Et vis aſſimulatiua, de qua apud Galenum, & alibi, & in VII. de *Officio partium*, eſt pars huius poteſtatis. In plantis adhuc maior apparet. Nam non ſolùm fructus & frondes, verum etiam ramos integros, atque etiam omnia præter radicem inſtaurat. Quare, aut eſt caro vegetatiua, aut ipſius vna pars. Neque abſurdum eſt, animam ſibi fabricare domicilium.

Imò hoc eſt pars ſapientiæ, ipſi à deo attributę. Itaque nacta materiam ipſam transformat ad eſſe: ſicut ignis ad non eſſe. Et promouet in rem transformatam, ſicut ignis in lignum diſpoſitum per præuiam alterationem. In ſemine autem genitali ſic fit. Aut totum transformatur, vt nos volumus; aut non totum, vt vult Ariſtoteles. Si non totum; ergo vis illa in ſubſtantia ſeminis virilis ſita, aget in menſtruum ſanguinem, & formabit ſe: ſi totum: tunc difficultas hæc eſt. Nanque aut forma poteſt agere ſine inſtrumento, aut non niſi per inſtrumentum: ita vt agens ſit à patiente ſeparatum. Igitur cùm genitiua vis ſit in toto ſemine: ergo non poterit ipſum conformare in ſeipſam anima vegetatiua. Nam ſi non eſſet in toto ſed in parte; tunc ex illa parte non fieret animal. Hoc autem eſt contra hypotheſim: quæ erat, ex toto, totum animal fieri. Quare etiam inuitis philoſophis dicendum eſt: Animam vegetatiuam habere vim figurandi ſemen in corpus animalis: non per inſtrumenta; ſed à ſeipſa, tanquam res diuina quædam. Cuius rei multa ſunt argumẽta maxima. Principio: ſi intelligentia mouet corpus; quod tamen non eſt, imò quod non attingit: Quare anima vegetatiua non poterit ſimiliter agere? ſimilis enim illi eſt, ſecundum gradus. Præterea non poteſt negari, quin forma ignis moueat materiam ignis: quare, per ſeipſam. Eſt enim forma vltima ibi, & materia prima. Poſtremò ſic argumentor. Anima noſtra mouet corpus; ergo aut per inſtrumentũ, aut immediatè. Si immediatè: hoc eſt quod volumus. Si per inſtrumentũ: ergo aut mouet inſtrumentum, aut non: ſi non mouet inſtrumentum: ergo, neque inſtrumentum non mouetur: ergo, ne ab eo quidẽ corpus. Si mouet: ergo, aut immediatè, aut alio inſtrumento. Quare ſiſtendum erit. Ita non eſt aſpernanda opinio Platonis, qui animam ſeipſam mouere dicebat: id eſt, à ſeipſa habere principium motus. Sed hoc alibi declaratum eſt.

CCIX. ARISTOTELES.

Τὰ δ', ἐν ξύλοις, τὰ μὲν, φυτῶν, τὰ δ', ἐν αὔοις ἤδη.

Qvædam in lignis, aut plantarum, aut iam aridis.

CAESAR.

Tertium membrum: quod iam partitur in duo: in ligna viuentia, & iam cæſa. Sic quæ in animalium corpore gignuntur: alia viuentium, alia in cadauere. Et non ſolùm in *cæſis* vt dixit Theodorus: ſed ſiccis & aridis quod plus eſt.

Mendum erat in codice ἀυτοῖς, pro αὔοις: ſicut & mox.

CCX. ARISTOTELES.

Τὰ δ', ἐν θριξὶ ζώων.

ALia inter pilos animalium.

CAESAR.

NVnc non declarat materiam, ſed locum. Neque enim in pilis generantur, vt in cœno: & ſatis negligenter. Hoc eſt quartum membrum. Exemplum pulicum & pedum.

CCXI. ARISTOTELES.

Τὰ δ', ἐν τοῖς περιττώμασι.

ALia autem in excrementis,

CAESAR.

QVintum membrum.

CCXII. ARISTOTELES.

Καὶ τούτων τὰ μὲν, ἐκκεχωρισμένων.

VEl iam excretis.

CAESAR.

CAESAR.

NOs ſic commodiùs partiti eſſemus. Aut fiunt ex animatis, aut non. Quæ ex animatis aut ex animalibus aut non. Quæ ex animalibus, aut ſemine, aut ſubſtantia putrefacta. Quæ ex ſubſtantia, aut vera: vt in carne vermes, in vlcere: aut non vera, vt in excrementis. Quorum alia in iam excretis, alia etiam cùm nondum excreta ſunt. Excreta excrementa, aut adhuc hærent, vt ſudor: aut nō hærent, vt fimus. Quæ hærent, aut hærent in cute nuda, aut in pilo. Quæ nondum excreta, vt lumbrici. Quæ autem ex ſemine, aut vermes: aut oua, vt formicarum: aut ſimile ouo, vt papilionum. Quorum, quædam referunt patrem: quædam non: quædam alia generant, quædam nihil. Quæ verò non ex animalibus: aut ex animatis, vt ex plantis: aut ex inanimis: vt rore, ligno, terra, cœno, limo.

CCXIII. ARISTOTELES.

Τὰ δ', ἐκ τῶν ἐν τοῖς ζῴοις, οἷον αἱ καλούμεναι ἕλμινθες. εἰσὶ δὲ αὐτῶν γένη τρία, αἵ τε ὀνομαζόμεναι πλατεῖαι, καὶ στρογγύλαι, καὶ αἱ τρίται καλοῦνται ἀσκαρίδες. ἐκ μὲν οὖν τούτων, ἕτερον οὐθὲν γίνεται· ἡ δὲ πλατεῖα, προσπέφυκε μόνη τῷ ἐντέρῳ, καὶ ἀποτίκτει τι, οἷον σικύου σπέρμα· ᾧ γινώσκουσι σημείῳ οἱ ἰατροὶ τοὺς ἔχοντας αὐτήν.

Vel quæ adhuc in animalibus continentur: quales ſunt lumbrici. Quorum genera tria ſunt. Qui lati appellantur, & qui rotundi, & qui dicuntur aſcarides. Atque ab his quidem nihil prætere a procreatur: niſi quòd lati hærent quidem inteſtino, paríſque quiddam ſimile ſemini cucumerino. Quo indicio iudicant Medici ægrotos laborare.

CAESAR.

TRIA vermium genera ex excrementis contentis perſequitur. Medici quatuor ponunt. Neque eſt diſcordia. Nam quartum genus *cucurbitinos* vocant: prolem, ſcilicet laterum, de quibus etiam hìc Ariſtoteles. Sed omiſit vermes alios ab his diſſimiles. Eſt vnum genus quod in ſtomacho gignitur, & inteſtino magno, ſerpenti ſimile. Longum vidimus nos pedes quinos in virgine Subpræfecti Vaſconiæ filia, atque medicamentis eduximus. Alterum in veſica Subpræfecti huius vrbis, læue, candidum, loculis igneis, roſtro acuto. In ea cùm multi generati eſſent, ab ijs interijt obſepto vrinæ ductu. Ac Medicus negabat ibi poſſe ingenerari: quia vrina inepta eſſet materia ob acrimoniam: quaſi verò in mari non gignantur. At philoſophi negant amaro quicquam ali: quaſi verò non ex purulenta materia, ſed ex vrina illi fuerint procreati. Quare infrà Ariſtoteles etiam ex aceto naſci vermiculos ait. Et ex niue vetuſta: quorum vtrumque vocat ἀσπιδόταβον.

Στρογγύλαι *teretes* Theodorus, malè. Nam alij ſunt plani, lati, non multùm à prole ſua differentes: alij globoſi quos hìc appellat Ariſtoteles στρογγύλας: alij ἀσκαρίδες: qui longi, ſunt figura terreſtrium: ſed differenti etiam: quòd aliqui læues, ſunt candidi: aliqui fului, piloſi.

CCXIV. ARISTOTELES.

Γίνονται δὲ αἱ μὲν καλούμεναι ψυχαὶ ἐκ τῶν καμπῶν αἱ δέ, γίνονται ἐκ τῶν φύλλων τῶν χλωρῶν, καὶ μάλιστα ἐπὶ τῆς ῥαφάνου, ἣν καλοῦσί τινες κράμβην· πρῶτον μὲν, ἔλαττον κέγχρου· εἶτα μικροὶ σκώληκες, καὶ αὐξανόμενοι ἔπειτα, ἐν τρισὶν ἡμέραις κάμπαι μικραί· μετὰ δὲ ταῦτα, αὐξηθεῖσαι ἀκινητίζουσι, καὶ μεταβάλλουσι τὴν μορφήν, καὶ καλοῦνται χρυσαλλίδες, καὶ σκληρὸν ἔχουσι τὸ κέλυφος· ἁπτομένη δὲ κινοῦνται. περιέχονται δὲ πόροις ἀραχνιώδεσιν, οἳ οὔτε στόμα ἔχουσιν, οὔτε ἄλλο τῶν μορίων διάδηλον οὐθέν. χρόνου δὲ πολλοῦ διελθόντος, περιρρήγνυται τὸ κέλυφος, καὶ ἐκπέτονται ἐξ αὐτῶν πτερωτὰ ζῷα, ἃς καλοῦμεν ψυχάς. τὸ μὲν οὖν πρῶτον, ὅταν ὦσι κάμπαι, τρέφονται καὶ περίττωμα ἀφιᾶσιν· ὅταν δὲ γένωνται χρυσαλλίδες, οὐδὲν οὔτε γεύονται, οὔτε προΐενται περίττωμα.

Fiunt igitur papiliones ex erucis. Hæ autem ex folijs virentibus: potiſſimum raphani illius quam braſſicam *vocant aliqui. Primùm milio minor eſt. Deinde minuti vermes. Tum creſcentes tertio die erucæ puſillæ: poſthac, auctæ nullum motum edunt, ac formam mutant: vocantúrq́;* chryſallides: *cruſtáq́; dura continentur: atque ſi attingantur, motum edūt: araneoſis meatibus obducuntur: quæ neque os habent, neque partem vllam aliam manifeſtam. Cruſta multò poſt tempore obrumpitur tandem, vnde alata animalia euolant, quos nominant* papiliones. *Initio igitur dum ſunt erucæ, & aluntur, deijciunt excrementum: factæ autem chryſallides, quicquam neque guſtant, neque excernunt.*

CAESAR.

CAESAR.

Nunc redit ad ea quæ ex animalibus fiunt per mutationem, neque ſunt congeneres. Et ſcitiſſimè perſequitur hiſtoriam. Nam primùm ſummatim coarctat. Poſteà explicat. Papiliones,inquit,ex erucis. Erucæ ex folijs:poſteà deducit ortum papilionum. Is autem eſt ordo. Materia,roris & foliorum:milij magnitudo: paruus vermis: puſilla erucilla:magna eruca:eruca immobilis:chryſallis mobilis:papilio. Et ſanè nos hoc vniuerſum animaduertimus. Sed erucarum quædam nigræ ſunt:quædam virides,luteæ quędam:quædam variæ: quædam læues: quædam piloſæ. Quæ attactæ vrant cutem,atque excitent tumorem. Cæterùm non ſolùm ex folijs & rore, verùm etiam ex ouis, aut ſimilibus naſcuntur. Nam eruca net aranei more: atque folliculum in ſummis ramis contexit,in quo condit genituram. Ibi creſcunt per hyemem tanta pertinacia,vt etiam crudiſſimum gelu euadant. Cum enim hæc ſcriberemus Garumna penè totus conſtiterat glacie: & tamen appertum folliculum:Soliq́; quamuis imbecillo expoſitæ mouebantur Idibus Ianuarijs. Interdum igitur net extra ſe,vt diximus:interdum circum ſe: bombycum modo: de quibus in fine huius capitis. Ibi intus obſepta turget, cruſta dura. Quæ quanquam articulorum diſcrimen non edat per inciſuras: figuram tamen quaſi capitis,& ventris locuſtæ,ac dorſi: inæqualémque cruſtæ mollitudinem aut duritiam ventre ac dorſo. Lectum nos folliculum à folio lepidij ſcidimus:tunc fœtus ille palpitauit: intus ſecto inuenimus per initia anni humorem lentum,craſſiuſculum, luteum:ineunte vere vermiculos circumformatos.

Ἐκ τῶν φύλλων. Non eſt verùm è folijs,ſed ex lentore foliorum.

Ῥαφάνη. Rhaphanam vocat,quoniam radicem rhaphano ſimilem habet: braſſicam autem ob folij ſimilitudinem quod gerit læue, viride,craſſum: ſed nouellæ tantùm braſſicæ, non adultæ. Guſtum quoq; habet braſſicæ in folio, ſed naſturtij acrimonia admiſtum:quem etiam in radice repræſentat non ſine quadam ſalſedine: *lepidium* Græci, Romani *biſacutum* vocant. Theodorus omiſit eam vocem ῥαφάνη: neſcio quam ob rem. Aut deerat codici, aut non nôrat herbam quam nos animaduertimus. Tantum autem edere eam erucarum vidimus,vt decuſſis prioribus,nocte vna aut altera tantùm reponeret. Quanquam braſsica & gignit,& alit. Sed & pomus, & prunus, & quercus. At ſalix non,neque vitis. *Canilias* Galli vocant.

Ἀκινητίζουσι: non ſunt immobiles,ſed nullum motum edunt. Theodorus rectè,*motu ceſſant.*

Χρυσαλλίδες vrbanè *aurelis*. Sed malè pennigeros papiliones dicit. Alas habent: ſed pennas habere minùs purè dicetur. Quanquam Plinius ſcarabæos pennas habere dicat.

CCXV. ARISTOTELES.

Τὸν αὐτὸν δὲ τὸν τρόπον, καὶ τὰ ἄλλα ὅσα γίνεται ἐκ σκωλήκων, καὶ ὅσοι ἐκ συνδυασμοῦ γίνονται ζώων σκώληκες, καὶ ὅσοι ἄνευ ὀχείας. καὶ γὰρ οἱ τῶν μελιττῶν καὶ ἀνθρηνῶν καὶ σφηκῶν, ὅταν μὲν νέοι σκώληκες ὦσι, τρέφονται μὲν, καὶ κόπρον ἔχοντες φαίνονται· ὅταν δ' ἐκ τῶν σκωλήκων, εἰς τὴν διατύπωσιν ἔλθωσι, καλοῦνται μὲν οὖν νύμφαι τοτέ. οὐ λαμβάνουσι δὲ τροφὴν, οὐδὲ κόπρον ἔχουσιν· ἀλλὰ περιειργμέναι, ἀκινητίζουσι μέχρις ἂν αὐξηθῶσι· τότε δὲ ἐξέρχονται διακόψασαι, ᾧ καταλέλειπται ὁ κύτταρος.

Idem modus etiam cæterorum,vel animalium quæ è vermibus fiunt: vel vermium qui aut ex animalium coitu,aut ſine coitu oriuntur. Apum autem & crabronum & veſparum recens nati vermiculi, & cibum capiunt, & ſtercus habere videntur. Cùm autem è vermium figura in aliam tranſeunt, quæ Nymphæ *tunc vocantur: neque vllum capiunt cibum,neque excrementum habent. Sed occluſæ tantiſper motu ceſſant,dum creuerint. Tunc abrupto folliculo quo continebantur,egrediuntur.*

CAESAR.

Diffvnnit eandem hiſtoriam ad alia genera inſectorum: & aſsignat nomina. Sed mira partitione vſus eſt. Aut ſunt animalia è vermibus:aut vermes vel ex animalibus,vel ex putredine.

Γίνεται ἐκ σκωλήκων: parùm caute Theodorus *ex vermibus conſiſtunt.* Ambigua oratio:conſiſtere eſt perfectum iam eſſe:at ex vermibus non conſiſtunt: neque vt ex partibus:vt nauis ex ligno:neque vt ex toto:neque enim ampliùs vermes ſunt: ſed vt ſuprà μεταβεβλημένα.

Νέαι

Νέοι σκώληκες ὄντες *quandiu recentes ſunt*, Theodorus. Quanquam ſenſus ſequatur, tamen vſus verborum repugnat: *recens natum* dicemus: at *recentes* neſcio an dicamus.

Εἰς τὰ διατυπώσιν ἔλθωσι: addito relatiuo Theodorus orationem illuſtriorem fecit: quem nos quoque ſequuti ſumus.

Περιειργμέναι. Theodorus *coërciti & contracti*: *occluſæ* nos: obſeptæ, obductæ.

Ἐξέρχονται, malè Theodorus *euolant*: neque enim ſtatim euolant: ſed operiuntur aut ſolem, aut ventum.

CCXVI. ARISTOTELES.

Γίνονται δ' ἐκ τὰ πηνία καὶ τὰ ὕπερα ἔκ τινων καμπῶν τοιούτων, αἳ κυμαίνουσι τῇ πορείᾳ, καὶ προβᾶσαι τῷ ἑτέρῳ κάμψασαι ἐπιβαίνουσιν· ἕκαστον δὲ τῶν ζῴων τὸ οἰκεῖον χρῶμα λαμβάνει ἀπὸ τῆς κάμπης.

Fiunt quoque peniæ & hyperia è quibuſdā erucis, cuiuſmodi ſunt quæ fluctuatim ambulant: & egreſſæ altera parte curuata promouent. Vnumquodque autem genus colorem refert ſuarum erucarum.

CÆSAR.

ALIVD genus erucarum notat quod ferè viride eſt, aut luteum: rarius fuluum, & varium: torulis totum corpus compactum eſt: pectori ſubſunt cruſcula tenuia. Ab his ad caudam maximum interuallum. Cauda furcata eſt, qua forcipis more apprehendit oras, aut coſtas frondium: & ſurrecta captat, quaſi è ſpecula, quid velit. Tum quò libitum eſt demittit ſe, ac progreditur quantùm vult. Tum omiſſo loco quem forcipe occupárat, adducit caudam vt quippiam iterum apprehendat: in ocymo frequentiſsima eſt: iccirco dixit κυμαίνουσι. At Theodorus dum ſtudet hiſtoriam pleniorem facere, falſam fecit. Neque enim vt ipſe addidit, parte tantùm priore innituntur, ſed etiam poſteriore. Imò προβᾶσαι non *innitentes*, ſed *progreſſæ*: habent enim ibi pedes. Itaque vbi exhauſerint ea progreſsione totum ſpatium ita, vt arcus ille inſtitutus retenditur in lineam rectam. Tum innituntur atque adducunt caudam ad pedes: & faciunt id quod ait Ariſtoteles ἐπιβαίνειν. Προβᾶσαι dixiſſem ego non προσβᾶσαι: προσβᾶσαι, προσβαίνουσι, promouent.

Dixit πηνία & ὕπερα. Theodorus hæc *ſuperas* addito ſibilo: & πηνία *acias*, appellauit. At ὕπερον quidem *piſtillum* ſignificat: vt eſt apud Dioſcoridem, Lucianum, Pollucem in ritibus nuptiarum: Plutarchum in primo *de fortuna Alexandri*: Suidæ prouerbia. Sed cum piſtillo vix culicis forma conueniat. Itaque rudens alter dicebatur pes, alter ὑπέρα: vt eſt apud Lucianum & Suidam. Nautæ Orientales pedem adhuc paulò corruptiùs, *podium* vocant: ὑπέραν autem *orthiam*. Sed nuſquam alibi huius animalis nomen hoc inueni. Itaque iiſdem lineamentis reliqui. At πηνία non acum ſignificat vnde *acias* dicat Theodorus: ſed fuſum: non quo deducunt filum colu: ſed verſatilem illum, cuius figura per initia ſimplex fuit. Tigillus, teres, verſatilis: è quo poſteà glomi fierent: atque inde ſtamen. Poſteà addidére radios, atque his tranſtra. *Aſpum* vocāt Itali. Hoc fuit πηνίον vt innuit Pollux, & Suidas, qui ex Speuſippo meminit ſub hoc nomine huius animalis, quod dicit ſimile culici. Nos optimè ipſum nouimus. Aſilo ſimile eſt: abſumitque frōdes arborum celeriter. In ſole inter moreta maximè verſatur: more illius muliebris inſtrumenti. Sed etſi pede prehenſum appendas: ita verſatur vti vitam amittat. Ligures Taurini *Giluos* appellant.

In fine dicit differentiam colorum acceptam ferri originibus ſuis cuiuſque.

CCXVII. ARISTOTELES.

Ἐκ δέ τινος σκώληκος μεγάλου, ὃς ἔχει οἷον κέρατα, καὶ διαφέρει τῶν ἄλλων· γίνεται δὲ πρῶτον μὲν, μεταβαλόντος τοῦ σκώληκος, κάμπη· ἔπειτα, βομβύλιος· ἐκ δὲ τούτου, νεκύδαλος. ἐν ἓξ δὲ μησὶ μεταβάλλει ταύτας τὰς μορφὰς πάσας. ἐκ δὲ τούτου τοῦ ζῴου καὶ τὰ βομβύκια ἀναλύουσι τῶν γυναικῶν τινες ἀναπηνιζόμεναι, κἄπειτα ὑφαίνουσι. πρώτη δὲ λέγεται ὑφῆναι ἐν Κῷ Παμφίλη Λατῴου θυγάτηρ.

Ex verme autem quodam magno, qui tanquam cornua habet, & ab alijs differt, mutato primùm fit eruca. Deinde bombyx: ex eo necydalus. Sex menſes has omnes formas mutat. Ex hoc animali bombycina mulieres quædam exoluunt deglomerantes, atque inde texunt. Cuius rei autorem ferunt extitiſſe in Co inſula Pamphilam Latoi filiam.

CAESAR.

C Æ S A R.

QVAM hîc narrat hiſtoriam à nobis non eſt obſeruata. Sed Bombyx noſtræ tempeſtatis vermiculus eſt ex ouo minutiſſimo candido ex congenere verme nato. Id ouum, aut in Sole, quibus eſt magna copia, aut inter mammillarum ſinum fouent mulieres. Excluſum vermiculum imponunt folijs mori albæ. Subinde mouent folia eroſa, ſubditis recentibus: vbi iuſtam adepti ſunt magnitudinem, includunt ſeipſos folliculo, quem deteriorem faciunt, ſi pertuſo eo auolant. Alij intus commoriuntur. In tepida aqua inditos folliculos deglomerant captantes capita filorum. *Sericum* appellant à ſimilitudine Sericani velleris. Quod puto hoc idem fuiſſe in ſummis ramis exercentibus ſuos folliculos vermibus.

CCXVIII. ARISTOTELES.

Ἐκ δὲ τῶν σκωλήκων τῶν ἐν τοῖς ξύλοις τοῖς αὔοις, οἱ κάραβοι γίνονται. τὸν αὐτὸν δὲ τρόπον, πρῶτον μὲν ὑμήν τις ἀκινητισάντων τῶν σκωλήκων ποιεῖται· περιῤῥαγέντος δὲ τοῦ κελύφους, ἐξέρχονται οἱ κάραβοι.

E Vermibus qui in arido ligno oriuntur fiunt ſcarabæi: atque eodem modo per initia membrana quædam immoto intus verme noſcitur. Tum abrupto putamine exeunt ſcarabæi.

C AE S A R.

Κάραβος vnde vox noſtra addito ſibilo: quos quare *tauros* vocet Theodorus neſcio. Plinius certè ſcarabæi nomine notos nobis facit: quorum genus cornutum à Nigidio *Lucanos* vocari ait. Fortè a cornibus *tauros* appellauit Theodorus. Galli eos *ceruos volantes* à cornuum ceruorum ſimilitudine dicunt. Tria alia genera ponit Plinius, quæ videre licet cap. 24. libri XI.

CCXIX. ARISTOTELES.

Ἐκ δὲ τῶν καράβων γίνονται αἱ πρασοκουρίδες· ἔχουσι δὲ πτερὰ καὶ αὗται.

E Scarabæis fiunt porricidæ, quæ ipſæ quoque alas habent.

C AE S A R.

QVONIAM πρασοκουρίδες non omnes alas habent: ſed quædam gammaris ſimiles ſub terra degunt. Verùm Theodorus aliter legit, & interpretatur ſic. *Blattas quoque in aluearijs gigni apertum eſt.* Pennas autem blattas habere ex Medicorum libris recitat Plinius in fine libri XXIX. omnino blattæ videntur eſſe πρασοκουρίδες. In margine Latinæ tranſlationis ſic ſcriptum eſt. Hermolaüs reddit, *blattas in braſſicis.* Proprior igitur lectio eſt: καράβων κεράμβων: quàm σίμβλων, aut σμηνῶν, aut κυψελῶν. Inter alueariorum peſtes non enumerat Plinius blattas: ſed teredines, araneos, & papiliones.

CCXX. ARISTOTELES.

Ἐκ δὲ τῶν ἐν τοῖς ποταμοῖς πλατέων ζωδαρίων τῶν ἐπιθεόντων γίνεται· διὸ καὶ οἱ πλεῖστοι περὶ τὰ ὕδατα γίνονται· ὅπου τὰ τοιαῦτά ἐστι ζῷα.

E X puſillis animalibus quæ fluminũ æquor ſupercurrunt, aſilus generatur. Quare aſilorum frequẽtia maxima, vbi & aquæ, & talia animalia.

C AE S A R.

DIxit latis: quia tipula quam *cutbut* vocant Arabes, lata non eſt: & aquas ſupercurrit ſed aranei ſpecie.

CCXXI.

CCXXI. ARISTOTELES.

Ἐκ δὲ μελαινῶν τινῶν καὶ δασειῶν οὐ μεγάλων καμπῶν, πρῶτον γίνονται πυγολαμπάδες, οὐχ αἱ πετόμεναι· αὗται δὲ πάλιν μεταβάλλουσι, καὶ γίνονται πτερωτὰ ζῶα· καὶ ἐξ αὐτῶν αἱ καλούμεναι βόστρυχοι.

Ex nigris erucis, quæ neque piloſæ, neque magnæ ſunt, primùm fiunt cicindelæ non volucres. Eæ rurſus in aliud animal alatum mutantur, quos vocant Cirros.

CAESAR.

Dvo eſſe genera cicindelarum alibi diximus: alterum volucre, viuidum, vegetum: alterum inertiſſimum, ventrioſum, ſine alis: vtrique clunes lucidæ. Βόστρυχοι autem qui ſint neſcio: neque in libris Latinis hoc animal reperitur. Tres igitur formæ. Eruca nigra, læuis, mediocris, prima eſt: altera cicindelæ inertes. Tertia cirri πυγολαμπίδες igniclunes, aut luciclunes, noctilucæ, cicindelæ: vt nō procul ſit à nomine Græco βόστρυχοι: à cincinnis. Quod tamen non aſſeuero: à luce dictæ ſunt: quoniam eſſent candela cæca.

CCXXII. ARISTOTELES.

Αἱ δ' ἐμπίδες, γίνονται ἐκ τῶν ἀσκαρίδων. αἱ δ' ἀσκαρίδες, γίνονται ἔν τε τῇ ἰλύϊ τῶν φρεάτων, καὶ ὅπου ἂν σύῤῥυσις γένηται ὕδατος, γεώδη ἔχουσα ὑπόστασιν. τὸ μὲν οὖν πρῶτον αὐτὴ ἡ ἰλὺς σηπομένη, χρῶμα λαμβάνει λευκόν, εἶτα μέλαν, τελευτῶσα δὲ αἱματῶδες. ὅταν δὲ τοιαύτη γένηται, φύονται ἐξ αὐτῆς ὥσπερ τὰ φυκία μικρὰ σφόδρα καὶ ἐρυθρά. ταῦτα δὲ, χρόνον τινὰ κινεῖται προσπεφυκότα· ἔπειτα ἀποῤῥαγέντα, φέρονται κατὰ τὸ ὕδωρ αἱ καλούμεναι ἀσκαρίδες. μεθ' ἡμέρας δὲ ὀλίγας ἵστανται ὀρθαὶ ἐπὶ τοῦ ὕδατος ἀκινητίζουσαι καὶ σκληραί. ἔπειτα περιῤῥαγέντος τοῦ κελύφους ἡ ἐμπὶς ἄνω ἐπικάθηται, ἕως ἂν ἥλιος ἢ πνεῦμα κινήσῃ· τότε δὴ πέτεται. πᾶσι δὲ καὶ τοῖς ἄλλοις σκώληξι, καὶ τοῖς ζῴοις τοῖς ἐκ τῶν σκωλήκων περιῤῥηγνυμένοις, ἡ ἀρχὴ φαίνεται γινομένη τῆς γενέσεως, ἢ ὑφ' ἡλίου, ἢ ὑπὸ πνεύματος. μᾶλλον δὲ καὶ θᾶττον γίνονται αἱ ἀσκαρίδες ἐν τοῖς ἔχουσι παντοδαπὴν ὑπόστασιν, οἷον Μεγαροῖ τε γίνεται καὶ ἐν τοῖς Ἄργοις· σήπεται γὰρ τὰ τοιαῦτα θᾶττον. τοῦ μετοπώρου δὲ γίνονται μᾶλλον· τότε γὰρ ὑγρὸν συμβαίνει εἶναι ἔλαττον.

Culices muliones ex aſcaridibus fiunt. Aſcarides autem in limo puteorum, quò aquæ ſubſidente concretione terrena confluunt. Principio limus ille putreſcens colorem capit candidum; deinde nigrum: poſtremò ſanguineum. Tum ex ea quædam perexigua rubra oriuntur, algæ puſillæ ſpecie. Ea aliquandiu hærentia mouentur: poſteà abrupta feruntur ab aqua, & vocantur aſcarides. Diebus haud multis poſt, tollunt ſeſe rectas ab aqua; neque mouentur, & ſunt duræ: tandem abrupto putamine culex ſuper inſidet, donec Sole aut flatu moueatur, vt inde auolet. Omnium aliorum quoque & vermium, & ex vermibus erumpentium animalium generationis principium videtur eſſe aut à Sole, aut à vento. Frequentiùs autem ac maturiùs proueniuntur aſcarides, vbi ſubſideat promiſcua materia. Quemadmodum in terra Megarica, & Argiua. Putreſcunt enim potiùs, quæ talia ſunt. Autumno plus eueniunt: quo ſanè tempore humor plus deſit.

CAESAR.

Hanc quoque hiſtoriam diligentiſſimè, & iucundiſſimè perſequitur: dixit ἐξ ἀσκαρίδων, quia ex tota materia. At ἐν ἰλύϊ, quia ex parte limi.

Aſcarides appellârunt æquiuoca voce cum lumbricis, propter ſimilitudinem: at Theodorus *tipulam*, malè. Eſt autem tipula animal leue & perpuſillum, & vix vermis: celerrimè mouetur vt ſupercurrat aquas. At aſcarides hæ nunquam mouentur, ſed feruntur aqua. Plinius neque aſcaridum, neque tipulæ meminit, quod equidem ſciam. Feſtus eam deſcribit, beſtiolæ genus ſex pedes habentis, tantæ leuitatis, vt ſuper aquas currens non deſidat. Nonius quoque ex Varronis *Bimargo, Tipula leuipes frigidos tranſilit lacus.*

Σύῤῥυσις ὕδατων: quoniam earum naturam putidam vult eſſe. Putreſcere autem quæ diuerſa ſunt, & ait, & verum eſt. Diſcordibus firmis illis fit pugna: itaque etiam corruptio. Vnde

aliud quid diuerſum reſultet. Quare quò aquæ conueniunt diuerſæ, varium quoque limum trahunt: vt in terra Megarica, & Argiua. Sic enim lego, Ἄργοις, non ἔργοις. Nam eſt copula. Μεγαρεῖ τε, καὶ ἐν τοῖς Ἄργοις: & in terra Megarica, & Argis. Nam quid eſſet: & in aruis? aruum enim etiã Megaricum eſt. Et arua non diuerſas materias continent, neque limoſa ſunt. Itaque earũ generationem à limo vt à materia: ab aqua, vt à forma limi: à diuerſa materia, vt à principio putrefactionis: à Sole & à vento, vt à perficientibus animationem: ab anni tempore Autumnali: quoniam tunc abſumptis aquis illis, limus remanet, recipítque Solis vim. Et Sole in Virgine putei fodi iubentur.

Nimis licenter Theodorus ἰλὺν *fæcem* dixit.

Πνεῦμα, nos *ventum* maluimus quàm *ſpiritum*, vt Theodorus. Hîc nanque tollenda eſt ambiguitas, ne ſpirare quoque inſecta intelligantur.

Πάντι δὲ: dixit δὲ, pro γὰρ: eſt enim ratio quare culices à Sole animentur ad motum. Quoniam omnium talium communis affectio eſt: ergo culicum quoque erit: ſeipſum ſequitur Philoſophus. Nam ſi Sol & homo generant hominem, etiam viliora generabit Sol. Ventus autem aër eſt: aër autem natura calidus & humidus: at hoc conſtat animantium vita. Galenus autem ridiculè, & penè impudenter carpit Philoſophum, qui dixerit aërem eſſe calidum, in octauo de *Officio partium*.

CCXXIII. ARISTOTELES.

Οἱ δὲ κρότωνες γίνονται ἐκ τῆς ἀγρώστιδος.

Ricini è gramine oriuntur.

CAESAR.

CRotones Græci: Latini *ricinos*: *Cecam* Itali: alij *platulam*: Galli *morpionem*: Vaſcones *lagas* vocant. Sed non omnium forma eadem, alia in homine, alia in cane & corpore: qui in homine, multipedes ſunt & rotundi pelle hærent, neque ſaturi decidunt, vt qui in cane. Vaſcones hos peculiari nomine vocant *peſſoladas*: qui verò in cane & pecore propriè *lagas*: capite infixo ſanguinis tantùm exuggunt, donec excidant: excrementi enim exitum non habent: at qui in homine, & excernunt, & oua multa pariunt

Theodorus *redinios* interpretatus eſt neſcio qua ratione. Cùm nuſquam ea vox extet quod ſciam: neque apud Plinium hunc locum interpretantem.

CCXXIV. ARISTOTELES.

Αἱ δὲ μηλολόνθαι, ἐκ τῶν σκωλήκων τῶν ἐν τοῖς βολίτοις, καὶ τῶν ὀνίδων. αἱ δὲ κάνθαροι, ἃς κυλίουσι κόπρον, ἐν ταύτῃ φωλεύουσί τε τὸν χειμῶνα, καὶ ἐντίκτουσι σκώληκας, ἐξ ὧν γίνονται κάνθαροι.

Scarabæi qui à Græcis melolonthæ appellantur, è vermibus ortis in fimo aſellorum. At ſcarabæi pilularij quod volutant ſtercus, in id condunt ſeſe per hyemem: vermeſque pariunt, vnde proles prodeat.

CÆSAR.

SCarabæorvm genera meliùs feciſſet ſimul narrare. Nunc interpoſuit ricinis longè diuerſos natura. Scarabæorum genera. Gryllus niger caminorum: viridis quem melolonthá putat Theodorus: pilularius qui verſat pilam in quam inducit ſeſe vt ibi pariat. Deinde quem ceruum volantem diximus: qui carabus à Theodoro exiſtimatur.

CCXXV. ARISTOTELES.

Γίνονται δὲ καὶ ἐκ τῶν σκωλήκων τῶν ἐν τοῖς ὀσπρίοις πτερωτὰ ζῶα ὁμοίως τοῖς εἰρημένοις.

IN leguminibus gignuntur vermiculi è quibus fiunt volucria animalia, quemadmodum ea quæ iam diximus.

CAESAR.

C AE S A R.

NOn appoſuit nomen quia non inuenit.

CCXXVI. ARISTOTELES.

Αἱ δὲ μυῖαι, ἐκ τῶν σκωλήκων τῶν ἐν τῇ χωριζομένῃ κατὰ μέρος· διὸ καὶ οἱ περὶ ταύτην τὴν ἐργασίαν ὄντες, μάχονται χωρίζειν τὴν ἄλλην τὴν μεμιγμένην, καὶ λέγουσι κατεργάσασθαι τότε τὴν κόπρον. ἡ δὲ ἀρχὴ τῶν σκωληκίων μικρά. πρῶτον μὲν γὰρ καὶ ἐνταῦθα ἐρυθραίνεται, καὶ ἐξ ἀκινησίας λαμβάνει κίνησιν οἷον πεφυκότα· εἶτα σκωλήκιον ἀποβαίνει ἀκίνητον· εἶτα κινηθὲν, ὕστερον γίνεται ἀκίνητον πάλιν. ἐκ δὲ τούτου μυῖα ἀποτελεῖται, καὶ κινεῖται πνεύματος ἢ ἡλίου γενομένου.

Muſcarum ortus fit in fimo, quem agricolæ ſeorſum à ſtramentis ſeparârunt. Quare & qui in hoc opere ſunt, contendunt ſecernere reliquum ſtercori, quod ſincerum non eſt: ibique aiunt fimum confici. Vermiculorum autem principia exigua: primùm enim in his quoque rubor ſubit: atque ex immobilibus proficiunt ad motum tanquam enaſcendo hærentes. Deinde vermiculus euadit immobilis. Tum demum motus, rurſus mouere ſeſe, ceſſat: atque ex ea muſca perficitur: moueturq́ flatus, Solis ſiue ſuperuentu.

C AE S A R.

PVLCHRA contemplatio: & quam vix caſtiges: neque enim obſeruatu facilis eſt: ſubobſcura quoque narratione obtexit naturæ opus per ſe difficile. Intelligamus igitur. Agricolæ aggeſtis ſterquilinijs, cùm ſtercorare agrum volunt, ſecernunt fimum à ſtramento nondum putrefacto: id opus vocant χωρίζειν: & fimum ipſum χωριζομένην. Et totum ſterquilinium nondum ſecretum vocant μεμιγμένην. Poſuit itaque huius operæ hiſtoriam propter obſeruationem, quoniam ruſtici longinqua obſeruatione id agnouerunt.

Χωριζομένη κατὰ μέρος Theodorus *digeſti in partes*: nimis anxiè, *digeſti*. κατὰ μέρος *ſeorſum* ſignificat: fimus enim non eſt digeſtus in partes, ſed diſcretus, ἀπὸ τῆς μεμιγμένης. Idem malè dixit, vermiculum generare muſcam.

CCXXVII. ARISTOTELES.

Οἱ δὲ μύωπες γίνονται ἐκ τῶν ξύλων· αἱ δὲ ὀρσοδάκναι, ἐκ τῶν σκωλήκων μεταβαλλόντων. τὰ δὲ σκωλήκια ταῦτα, γίνεται ἐν τοῖς καυλοῖς τῆς κράμβης.

Tabani è lignis oriuntur. Orſodacnæ mutatis vermiculis, qui in braſſica caulibus paſcuntur.

C AE S A R.

THeodorus facetè & feliciter *mordellas* vertit: ſed non potuit aſſequi Latina voce τὴν ὁρμήν.

CCXXVIII. ARISTOTELES.

Αἱ δὲ κανθαρίδες, ἐκ τῶν περὶ τὰς συκᾶς καμπῶν, καὶ τῶν ἀπίοις, καὶ τῶν πεύκαις· περὶ πᾶσι γὰρ τούτοις γίνονται σκώληκες· καὶ ἐκ τῶν ἐν τῇ κυνακάνθῃ. ὁρμῶσι δὲ καὶ πρὸς τὰ δυσώδη, διὰ τὸ ἐκ τοιαύτης γεγονέναι ὕλης.

At cantharides è ficarijs erucis, aut quæ in piris pinis & canino rubo, quibus omnibus oriuntur vermes. Appetunt autem olida, propterea quòd tali ex materia ortæ ſunt.

C Æ S A R.

ET certè tam pauca malè olent ſicut cantharides, & erucæ braſſicariæ. Nota propoſitionem Philoſophiæ: principijs noſtris reſpondere ſemper concretionem, quare etiam alimenta. Quod autem Galenus ait, ventriculum, frigidum, frigida appetere,

& calidum calida, falſum eſt. Imò ſitis eſt ſenſus ſtomachi aridi, & humidum appetit. Ventriculi conſtitutio appetet potum: ſed & etiam abhorrebit: at prægnantes appetunt carbones: propterea quòd idem modus repræſentatur, corrupto medio ſenſu lienis.

Plinius *roſam* addidit: miror hunc, & Ariſtotelem fraxinum omiſiſſe: ibi autem tanta multitudine gignuntur: vt teter odor viatores cogat aut nares obturare: aut, ſunt enim vt vidimus, qui & nauſeent ſæpe, de via deflectere.

CCXXIX. ARISTOTELES.

Οἱ δὲ κώνωπες, ἐκ σκωλήκων, οἳ γίνονται ἐκ τῆς περὶ τὸ ὄξος ἰλύος. καὶ γὰρ ἐν τοῖς δοκοῦσιν ἀσηπτοτάτοις εἶναι γίνεται ζῶα, οἷον ἐν χιόνι τῇ παλαιᾷ σκώληκες· γίνεται δὲ ἡ παλαιὰ ἐρυθροτέρα· διὸ καὶ οἱ σκώληκες τοιοῦτοι, καὶ δασεῖς· οἱ δὲ ἐκ τῆς ἐν δίδᾳ χιόνος, μεγάλοι καὶ λευκοί· δυσκίνητοι δὲ πάντες. ἐν δὲ Κύπρῳ, οὗ ἡ χαλκίτις λίθος καίεται, ἐπὶ πολλὰς ἡμέρας ἐμβαλλόντων, ἐνταῦθα γίνεται θηρία ἐν τῷ πυρὶ, τῶν μεγάλων μυιῶν μικρόν τι μείζονα, ὑπόπτερα, ἃ καὶ διὰ τοῦ πυρὸς βαδίζει καὶ πηδᾷ. ἀποθνήσκουσι δὲ καὶ οἱ σκώληκες καὶ ταῦτα χωριζόμενα, τὰ μὲν, τοῦ πυρός, οἱ δὲ, τῆς χιόνος.

Culices autem ex vermiculis qui ex aceti fæce oriuntur. Animalia nanque etiam in ijs quæ putreſieri minimè poſſe putant, videntur naſci. Quemadmodum in vetuſta niue vermes: qui propterea & rubri ſunt, & hirſuti: quia nix vetus quoque rubra eſt. At cœlo tepido, in niue candidi & grandes: omnes autem torpidiores. In Cypro autem inſula vbi Chalcites lapis iniectus pluribus diebus excoquitur, ibi in igne oriuntur beſtiolæ grandibus muſcis paulò maiuſculæ, puſillis alis, quæ per ignem ambulant & ſaliunt. Moriuntur autem, tàm illi ſi ex niue, quàm hæ ſi ex igni eximantur.

CAESAR.

MIRAM ponit hiſtoriam & contrariam alijs. Nam ſuprà omnia conſtituebat per putrefactionem & Solem. Nunc autem tria exempla ponit extra putrefactionem: ex aceto, ex niue, ex igni. Quorum duo priora etiam calore vacant: tertium autem humore. Sed ſanè omnia miſta ſunt. Natura enim ſecernit ad opus ſuum quicquid vult.

Culices vinarios vertit Theodorus. Sed è vino non oriuntur niſi muſciliones: itaque acetarij ſunt potiùs, non vinarij. Sed ſecutus eſt Plinium qui more ſuo properans aceſcentē neſcio quam naturam dixit: at ὄξος Ariſtotelis iam acetum eſt: non dixit ὀξώδους οἴνου.

Οἱ δ' ἐκ τῆς ἐν δίδᾳ χιόνος μεγάλοι καὶ λευκοί. Theodorus: *ſed in niue Mediæ terræ candidi*: videtur legiſſe ἐν Μηδίᾳ. At vox *media*, apud Plinium eſt ſed aliter: ſic. *In niue reperiuntur candidi, & vetuſtiores vermiculi, in media quidem altitudine rutili.* Nos autem ſic intelligimus: niuem in cœlo rigido vetuſteſcere: in δίδᾳ, non: in vtraque generari vermes concolores niui: vetuſtæ, rutili: quoniam rutileſcat veteraſcens: in non vetuſta, candidi. Candidi autem maiores ſunt. Quoniam ibi plus eſt humoris.

Tertium autem exemplum ex igne petit. Hanc autem beſtiolam Plinius à quibuſdam *pyralin*, ab alijs *pyrauſtam* vocari ait.

Μικρόν τι τὸ, τι expreſſimus per diminutiuum *maiuſculæ*: ὑπόπτερα· τὸ ὑπὸ ſignificat alarum vſum tenuem hoc loco. Itaque non dicit, *volant*: ſed, *ſaliunt*. Itaque expreſſimus ſic: *puſillis alis*: vtrunque neglexit Theodorus: & addidit: *ærarijs fornacibus*: &, *medio igne*: quia idem apud Plinium inuenerat. At fortaſſe etiam non in medio igni: addidit etiam, *niuis alumnum*. Et χωριζόμενα *dimotum* vertit rectiſsimè. Sed quia in niue, & in igne ſunt, meliùs eximere, quàm dimouere: dimouentur enim quæ hærent.

In fine coniungit niuem cum igne propter eandem cauſſam: & coniungit epilogo.

CCXXX. ARISTOTELES.

Ὅτι δ' ἐνδέχεται μὴ καίεσθαι συστάσεις τινῶν ζώων, ἡ σαλαμάνδρα ποιεῖ φανερόν. αὕτη γὰρ, ὥς φασι, διὰ τοῦ πυρὸς βαδίζουσα, κατασβέννυσι τὸ πῦρ.

Quod autem eueniat, vt ne quorundam animalium conſtitutiones igni ſoluantur, Salamandra aperto indicio eſt. Hæc enim, vt aiunt, per ignem ingrediens eum extinguit.

CAESAR.

CAESAR.

ALTERO exemplo fulcit hiſtoriam ſuperiorem. De Salamandra autem multa copioſè diſputatum à nobis eſt in Exercitationibus de *ſubtilitate ad Cardanum*: quare hic repetenda non duxi. Notandum tamen Philoſophum, Salamandram per ignem ingredi, & eum extinguere non ex viſu, ſed ex auditu, prodere. Id quoque cõfirmat Dioſcorides. Vulgus putauit eam non ſolùm ignem extinguere, ſed & eo ali, neque alibi poſſe viuere: id quàm abſurdum ſit omnibus notum eſt.

CCXXXI. ARISTOTELES.

Περὶ δὲ τὸν Ὕπανιν ποταμὸν τὸν περὶ Βόσπορον τὸν Κιμμερικὸν, ὑπὸ τροπὰς θερινὰς, καταφέρονται οἷον θύλακοι μείζους ῥαγῶν· ἐξ ὧν ῥηγνυμένων, ἐξέρχεται ζῷον πτερωτὸν, τετράπουν· ζῇ δὲ καὶ πέτεται μέχρι δείλης· καταφερομένου δὲ τοῦ ἡλίου, ἀπομαραίνεται, καὶ ἅμα δυομένου ἀποθνήσκει, βιοῦν ἡμέραν μίαν· διὸ καὶ καλεῖται Ε᾽φήμερον.

IN Hypani fluuio, qui in Boſporum fluit, ſub ſolſtitio feruntur quaſi folliculi acinis maiores, quibus ruptis exit animal alatum quadrupes. Viuit hoc voláts que ad ſerum diei vſque: inclinato Sole tabeſcit: cúmque Occidente occidit: die vnico tranſacta vita. Vnde etiam Ephemerum *vocant: quaſi Diarium dicas.*

CAESAR.

HANC hiſtoriam ab Ariſtotele ſumptam refert Cicero in primo *Tuſculanarum quæſtionum.* Nos quoque de hac re quædam in noſtris *Ad Cardanum* Diſputationibus: ſuprà & eam recenſet libro primo Philoſophus. Addam pauca quæ deinceps mihi cognita fuêre. Hæ beſtiolæ nonnunquam veſperi ad Garumnam, frequentiùs ad Tarnim conſpiciuntur: vbi vulgo *Manna* vocantur: aiunt enim eas copioſum piſcium prouentum portendere. Harum vnam ſi apprehendas, manúque clauſam contineas alteram penè enatam & anui hærentem aſpicies: quæ niſi mater euolet, ab ea non ſoluitur. Idem videres cùm ſubſident: ſed nunquam niſi volatu diſgregantur.

Nota locutionem περὶ τὸν Ὕπανιν: & ſtatim ἐπὶ τοῦ ποταμοῦ: & περὶ τὸν Βόσπορον: τὸ περὶ non ſignificat τὸ κύκλῳ: ſed partium diſtributionem loci.

Non rectè Theodorus πτερωτὰ ζῷα *quadrupedes volucres*: apud Latinos enim, *volucris*, niſi quid addas, auem ſignificat.

Δείλης: pomeridianum tempus vbique interpretatur Theodorus: at hîc ζῇ: etiam vltra pomeridianum.

Deſcendente Sole macreſcit Theodorus μαραίνεται: verba conueniunt: ſed ſenſus durus: nihil macreſcit quod non ſit pingue. At inſecta ſicca omnia. *Tabeſcit* nos: miro verò modo, ortum, vitam, volatum, vegetum, langorem, mortem, vnius diei tactu, expreſſit Philoſophus.

Ε᾽φήμερον *Diarium*: niſi ioceris cum Cicerone: qui *conſulem dialem* dixit.

CCXXXII. ARISTOTELES.

Τὰ πλεῖστα δὲ τῶν γινομένων καμπῶν ἐκ τῶν σκωλήκων, ὑπὸ ἀραχνίων περιέχεται τὸ πρῶτον.

MAxima eruſcarum pars, quæ ex vermiculis oriuntur, per initia araneaceis telis inuoluta continentur.

CES R:

AFFECTVM communem penè omnibus nunc aſſignat: quem partitò legit Theodorus: ἐκ τῶν καμπῶν, ἢ τῶν σκωλήκων: non autem καὶ: ſed non benè. Neque enim quæ ex vermiculis ijs oriuntur, qui nihil ad erucas pertinent, inuoluunt araneacea tela. Sed erucacea omnia & bombilia tantùm. Non autem muſcæ, & apes, & alia plurima.

CCXXXIII. ARISTOTELES.

Ταῦτα μὲν οὖν γίνεται τοῦτον τὸν τρόπον. αἱ δὲ σφῆκες αἱ ἰχνεύμονες καλούμενοι, εἰσὶ δ' ἐλάττους τῶν ἑτέρων, τὰ φαλάγγια ἀποκτείναντες, φέρουσι πρὸς τειχίον, ἤ τι τοιοῦτον τρώγλην ἔχον· καὶ πηλῷ καταχρίσαντες, ἐντίκτουσιν ἐνταῦθα, καὶ γίνονται ἐξ αὐτῶν αἱ σφῆκες αἱ ἰχνεύμονες.

HAec ſic generantur. Veſpæ autem quæ Ichneumones *appellantur, atque alijs ſunt minores: ab ſe interfecta phalangia ferunt ad parietinas, aut aliò, vbi foramen ſit: lutóque oblito ibi pariunt, vnde ipſi generentur.*

CAESAR.

PErfecta inſectorum hiſtoria quæ ex aliorum mutatione generantur: nunc eam aggreditur quæ ex nidificationibus: quem tranſitum oſtendit cùm dicit: ταῦτα μὲν οὖν, &c. Incipit à veſpis quæ dicuntur Ichneumones, quoniam hæret plus cæteris, ſuperiori modo naſcendi: ſcilicet qui ferant phalangia: quaſi ſint ipſis principia generationis. Neque debet Caput hoc à ſuperiori ſeparari. Nam ſtatim tempora, ortus, & perfectiones tàm horum, quàm illorum enarrabit. Itaque communibus epilogis, communem oſtendit hiſtoriam.

Πρὸς τειχίον, *parietina*: vetus eſt paries ſitu obductus quem veſpæ perſequuntur: ἢ τοιοῦτόν τι: ſeipſum mox declarat, cùm dixit τοῖς τάφοις.

Τρώγλην Theodorus *foramen peruium*: malè: imò verò imperuium, & cæcum. Et malè addidit *incubando.* Quis enim ſcit an incubent? & Philoſophus de hoc nihil.

CCXXXIV. ARISTOTELES.

Ἔνια δὲ τῶν κολεοπτέρων, καὶ μικρῶν καὶ ἀνωνύμων ζώων, τοῦ πηλοῦ τρώγλας ποιοῦνται μικράς, ἢ πρὸς τάφοις, ἢ τειχίοις· καὶ ἐνταῦθα τὰ σκωλήκια ἐκτίκτουσιν.

QVædam eorum quæ alas vagina tectas habent, paruaq́; ſunt, & ſine nomine, ex luto tubulos extruunt anguſtos, aut ad ſepulchra, aut ad parietinas, in quibus vermiculos ſuos pariunt.

CAESAR.

ALium modum nidorum: non in foraminibus inuentis, & luto obductis: ſed luto ab ſe conſtructis. Ideò dixit πρὸς τάφοις, affigunt, ſcilicet: ſepulchra autem quærunt ob ſitum & putrefactionem. Itaque crabrones Veneti *vellicatores cadauerum* vocant.

CCXXXV. ARISTOTELES.

Ὁ δὲ χρόνος τῆς γενέσεως, ἀπὸ μὲν τῆς ἀρχῆς μέχρι τέλους, σχεδὸν τοῖς πλείστοις ἑπτάσι μετρεῖται τρισὶν ἢ τέτταρσι. τοῖς μὲν οὖν κώνωψι, καὶ τοῖς σκωληκοειδέσι τοῖς πλείστοις, τρεῖς γίνονται ἑπτάδες. τοῖς δὲ ᾠοτοκοῦσι, τέτταρες, ὡς ἐπὶ τὸ πολύ· τούτων δὲ ἀπὸ μὲν τῆς ὀχείας, ἐν ταῖς ἑπτά, ἡ σύστασις γίνεται· ἐν δὲ ταῖς λοιπαῖς τρισὶν ἐπῳάζουσι, καὶ ἐκλέπουσιν ὅσα γόνῳ τίκτεται, οἷον ὑπ' ἀράχνης, ἢ ἄλλου τοιούτου τινός.

MAximæ penè horum parti generationis tempus ab initio ad finem vſque ternis quaterníſque menſuratur ſeptimanis. Culices enim, & quorũ ſpecies è vermibus prodit, plurimi tertia abſoluuntur ſeptimana: ouipari autem quarta. Poſt coitum nanque hæc diebus ſeptem concreſcunt: reliquis ter ſeptenis incubant, atque excludunt quæ generârint, vt araneus, aut alia eiuſmodi.

CAESAR.

NVnc communem affectum ponit, vt dicebamus: ternis, quaterníſve: quoniam inter duo hæc tempora, & ſemiſſis totius lateris quadrati: latus enim eſt ſeptem: ſemiſſis autem tres ſemis. Reddit rationem quare plus temporis ponatur in ouiparis: quia etiam plus operæ. Nam ouum vnam addit hebdomadam: cæterum tempus par in vtriſque: & mirum ingenium Philoſophi in natura inueſtiganda.

Dixit γόνῳ τίκτεται: quoniam ichneumones è phalangio, non ἐκ γόνου.

CCXXXVI.

CCXXXVI. ARISTOTELES.

Αἱ δὲ μεταβολαὶ γίνονται τοῖς πλείστοις κατὰ τριήμερον ἢ τετραήμερον, ὥσπερ καὶ αἱ τῶν νόσων συμβαίνουσι κρίσεις.

Mutantur autem plurima ternis quaterníſue diebus. Quemadmodum etiam in morbis eueniunt dies iudiciorum.

CAESAR.

DECLARAT limites naturæ, quos non vna in re obſeruet ipſa.

Τετραήμερον, *quadrimis* Theodorus ex Plinio: quem malo reprehendere quàm imitari tàm rara voce. Analogia eſt binis, trinis, quinis. Et primùm fuit ſeninis, & ſepteninis. Quæ cùm ſint conciſa, ita terinis, poſteà ternis: at quatuor nullo modo poteſt hærere, niſi quatuorinis dicamus. At nunquam puto dictum, ſed quaternis.

Κρίσεις *dies decretorij*: qui non excedunt proportionem terni & quaterni: aut iunctorum, aut diſiunctorum: potiùs *iudiciales*, quàm *decretorij*, vt declarat Galenus.

CCXXXVII. ARISTOTELES.

Τῶν μὲν οὖν ἐντόμων οὗτος ὁ τρόπος ἐστὶ τῆς γενέσεως· φθείρονται δ', ἐρρικνωμένων τῶν μορίων, ὥσπερ γήρᾳ τὰ μείζω τῶν ζώων· ὅσα δ' ἐστὶ πτερωτά, καὶ τῶν πτερῶν συσπωμένων περὶ τὸ μετόπωρον· αἱ δὲ μύωπες, καὶ τῶν ὀμμάτων ἐξυδρωπιώντων.

Inſecta igitur ſic generantur. Intereunt autem rugatis membris, quemadmodum ſenectute maiora animalia: alata verò etiam alis contractis Autumni tempore. Tabani verò oculis aqua ſuffuſa exturbatis.

CAESAR.

OPTIME facit cùm ortum dixit, interitum quoque declarare. Triplex eius hiſtoria eſt: vniuerſalis, cùm dixit corrugatis membris: medioceris, cùm dixit, alata: ſpecialis cùm tabanos notat. Duplex autem differentia. Nam illa ſiccitate pereunt. Tabani humore amiſſis oculis: ſed illis illa cauſſa mortis eſt, quippe humore defectis, vnde ſubſidunt membrorum partes, & alæ contrahuntur. Tabanis non: ſed cauſſa impediens. Nam cœci ſibi cibum quærere neſciunt. Probè verò addidit tempus. Eſt enim peſſimum omnium & ſicciſſimum, vt & ſuprà dixit. Intelligit enim Autumnum, Auguſtum, & Septembrem.

Ἐρρικνωμένων Theodorus, *ſtriatis contortiſq́;*: ſtriatis rectè: ῥικνωτὸν enim eſt ῥυσωτόν: quo nomine etiam nunc Franci vtuntur eo in ſignificato: ſed addidit contortis: quoniam etiam ſic acceptum eſt à veteribus, vt ait Suidas, qui autorem etiam Sophoclem citat ex tragœdia *Ichneutais*. Lucianus in *Anacharſi* pro rugoſo vſus eſt: ὅτι ῥικνοὶ καὶ κατεσκληκότες. Nam κατεσκληκὼς ſignificat aridum. Hîc tamen non magnopere laborandum vtrum ſignificat: curuitate enim rugæ contrahuntur.

Ὥσπερ γήρᾳ: non eſt ſupinis auribus accipiendum. Nam poteſt eſſe vt dicamus cauſſa notata ab hoc caſu ſecundo ἐρρικνωμένων: & poteſt eſſe non cauſſa: vt ὑδρωπιώντων: ſed cùm dixit ὥσπερ γήρᾳ: voluit accipi pro cauſſa: ſicut & ſenectus.

Συσπωμένων: poteſt eſſe comes cæteris corporis partibus: vt curuatis, & rugatis membris, & contractis alis: meliùs autem ſic, quàm vt Theodorus, *conuulſis*. Nam licet conuulſio ſignificet contractionem: tamen cùm de alis loquare: & vellere alas cùm dicas: & poſſis intelligere auferre: malis fugere ambiguitatem.

Ἐξυδρωπιώντων. τὸ ἐξ, ſignat diſpoſitionem, τὸ ὑδρωπιώντων, materiam.

CAPVT DECIMVM-NONVM,

De Apum Generatione.

CCXXXVIII. ARISTOTELES.

Περὶ δὲ τῆς γενέσεως τῶν μελιττῶν οὐ τὸν αὐτὸν τρόπον πάντες ὑπολαμβάνουσιν. οἱ μὲν γάρ φασιν οὐ τίκτειν οὐδ' ὀχεύεσθαι τὰς μελίττας, ἀλλὰ φέρειν τὸν γόνον· καὶ φέρειν οἱ μὲν, ἀπὸ τοῦ ἄνθους τοῦ κηρίνθου· οἱ δὲ, ἀπὸ τοῦ ἄνθους τοῦ καλάμου· ἄλλοι δὲ, ἀπὸ τοῦ ἄνθους τῆς ἐλαίας· καὶ σημεῖον λέγουσιν, ὅτι αἳ ἐλαιῶν φορὰ γένηται, τότε καὶ ἑσμοὶ ἀφίενται πλεῖστοι. οἱ δέ φασι, τὸν μὲν τῶν κηφήνων φέρειν αὐτὰς γόνον, ἀπό τινος ὕλης τῶν εἰρημένων· τὸν δὲ τῶν μελιττῶν, τίκτειν τοὺς ἡγεμόνας.

Qvemadmodum autem apes generentur, non omnibus eadem ſententia eſt. Quidam enim negant eas & parere & coire: ſed ferre prolem, vel vt quidam dicunt, vel à cerinthæ, alij ab arundinis, alij ab oliuæ flore. Cuius rei argumentum ſit, quòd vbertate oliuarum plurima prodeunt examina. Sunt qui affirment fucos ab ipſis ferri de aliqua materia ſupradictorum: at apiculas parentes eſſe reges: eáſque parere.

C AE S A R.

Apvm hiſtoriam duplici de cauſſa ſeparauit à ſuperioribus. Tum quia prolixa eſt: tum quia controuerſa. Itaque ponit ſententias quatuor de principiis generationis. Tres concordes, non coïre: diſcordes, de materia: vnam quæ neque dicit coïre: ſed reges fœtos, parere apiculas. Itaque propoſuit duo: οὐ τίκτειν, οὐδ' ὀχεύεσθαι: nam quædam pariunt neque coëunt. Itaque tres ponit opiniones: has duas, & tertiam mox de coïtu. Placuit autem hoc Capite etiam comprehendere crabrones & veſpas ſecundo loco. Fauos enim conſtruunt mellificant & duces habent: per omnia ſimiles, vt aſinus, equus, bos. Tertio autem loco, ob ſimilitudinem fauificandi etiam de bombyce dixit.

Ἐλαιῶν φορὰ, *olinitatem* dixere priſci: ἀφίενται *abeunt*, tanquam in coloniam. Theodorus tacuit ὕλης.

Τὸν δὲ τῶν μελιττῶν, τίκτειν τοὺς ἡγεμόνας: ambiguitatem quam neglexit Ariſtoteles nos euitauimus: *apes regem parere:* vtrum pariat neſcias. Itaque olim ſic vertimus: *apes autem ipſas ſuorum regum prolem eſſe:* ſed non intelligeres potiùs à rege concipi & edi, quàm generari, tanquam à mari: quod longè laxius à Theodoro dictum eſt: *apum generi ortum præſtari à ducibus:* neque enim hinc intelligas eos parere. Maluimus nos Latinorum modo *reges*, quàm *duces* appellare: ſiquidem dux itineris eſt, & motus nomen. Rex autem ſapientiæ.

Καλλιμύτρου, ſcriptum erat in noſtro Codice, mendoſè. Theodorus Κηρίνθου, legit Cerinthæ: in qua etiam eſt opinione Hermolaüs Barbarus in tertio corollario: Cerinthæ enim floribus auidiſſimas apes eſſe Plinius poſt Virgilium prodidit. At notandum: cùm Philoſophus dicat eas ferre prolem ab oliuæ flore: Plinius tamen in XXI. cap. XII. cùm apes non guſtare dicat: ita vt melius ſit procul eſſe hanc arborem. At idem contrarium ſenſerat in XI. cap. VIII. de Cerinthe infrà exactiùs.

CCXXXIX. ARISTOTELES.

Τῶν δὲ ἡγεμόνων ἐστὶ γένη δύο· ὁ μὲν βελτίων, πυῤῥός· ὁ δ' ἕτερος, μέλας καὶ ποικιλώτερος· τὸ δὲ μέγεθος, διπλάσιος τῆς χρηστῆς μελίττης· καὶ

Regum autem genera duo: præſtantior ruffus: alter niger & varius magis. Regis magnitudo tantò altero maior, quàm operariæ apis: quique infrà

τὸ κάτω τοῦ διαζώματος ἔχουσιν ἡμιόλιον μάλιστα τοῦ μήκει, καὶ καλοῦνται ὑπό τινων μητέρες, ὡς γεννῶντες. σημεῖον δὲ λέγουσιν, ὅτι ὁ μὲν τῶν κηφήνων ἐγγίνεται γόνος, κἂν μὴ ἐνῇ ἡγεμών· ὁ δὲ τῶν μελιττῶν, οὐκ ἐγγίνεται.

cincturæ locum, eſt quàm reliquum corpus dimidio maior: vocanturque ab aliquibus matres, *quaſi quæ pariant. Dicunt indicio eſſe: quòd fucorum fœtus innaſcantur etiam vbi reges abſint: apum autem non innaſcantur.*

CAESAR.

SIMVL genera regum diſcernit: ſimul ſequitur hiſtoriam opinionum quam attigerat. Reges eſſe fœminas: & ponit argumenta: vbi fucos quaſi animalia *ὑπηνέμια*, altera tantùm ſexus parte autore.

Χρηστὸς μελίττης, *frugi* Theodorus diuinitùs: quoniam fucus, apis inutilis eſt: vnde & nomen Latini: *fucum* enim fallaciam dicebant, à *fuco* meretricularum: ſed tamen ipſe rex frugi eſt. Neque enim in opere dumtaxat frugalitas: ſed *operariam* maluimus, vt puto, non ineptè. Nam infrà, etiam fucos inter apes connumerat. Ideò addidit χρηστός: fuci autem maximi ſunt.

Διπλάσιος, dupla magnitudo regis ad alias rectiſſimè: at Theodorus infeliciſſimè: *duplo auctior*: vt omittam frigidam vocem, *auctior*. Duplo maior ſum te, ſignificat te eſſe tertiam mei partem, quod ad menſuram ſpectat. At magnitudo mea dupla eſt ad tuam, ſignificat te eſſe dimidium mei. Sum te dimidio maior, ſignificat, me ad te eſſe ſeſquialterum: id eſt totum & ſemiſſem tui implere. Quod ſtatim dixit ἡμιόλιον: locus ſub cinctura eſt reliquo corpore dimidio maior. Quoniam tantus eſt, quàm pectus & caput, & dimidium eiuſdem. At tametſi Plinium hîc ſequutus eſt, etiam Plinius caſtigetur. Ego ſum te maior tribus cubitis. Tanta cubitorum magnitudo, quam ego habeo, & tu non habes, duplo maior: dupla eſt: quia habeo, tu non habes. Ergo ter tantus ſum, quàm tu ſemel, & bis tanto maior: at διπλάσιος non eſt idem: ſed bis tantus. Quòd Theodorus nihilo feliciùs vertit ſic: *pars à præcincto inferior proportione ſeſquialtera adeo longitudinis habetur.* Nam quomodo poteſt eſſe ſeſquialtera longitudinis? Nulla pars eſt ſeſquialtera ad totum corpus, Nam cùm volumus hoc dicere appoſita præpoſitione enunciamus: *ſub ſeſquialtera*: at ἡμιόλιον quid ſit? pars enim quomodo erit ὅλον totum ipſum?

Ὡς γεννῶντες Theodorus: *vtpote originis autores*: imò τίκτουσαι vt dixit. At pater etiam originis autor eſt: vel vt Ariſtoteles ſentit, longè potior.

Κἂν μὴ ἐνῇ. Etiam ſi ſit, etiam ſi non ſit, quia non à regibus. Apes autem innaſcantur, ſi ſit: ſi non ſit, non. Ergo à regibus: argumentum à cauſſæ poſitione & ablatione.

CCXL. ARISTOTELES.

Οἱ δέ φασιν ὀχεύεσθαι, καὶ εἶναι ἄρρενας μὲν τοὺς κηφῆνας, θηλείας δὲ τὰς μελίττας.

ALij aiunt coïre eas: mares eſſe fucos, apes fœminas.

CAESAR.

NVNC tertia opinio. Prima erat ferre. Secunda parere. Tertia hæc coïre, quæ item falſa eſt. Nam apes fœminæ ſunt: mares reges: fuci ὑπηνέμια.

Ὀχεύεσθαι, *per coïtum agi* Theodorus. Quis vnquam dixit verbum *agere*, de re corporea? Nam facio vtrunque comprehendit: *facio annulum*: *facio verba*: at *ago* nunquam: mater agit prolem poſtquam fecit.

Τό φασι, *opinantur*, *& contendunt*. Theodorus ſimplicitati Atticæ Aſiaticum oſcillum impoſuit.

CCXLI. ARISTOTELES.

Ἔστι δὲ τῶν μὲν ἄλλων ἡ γένεσις ἐν τοῖς κοίλοις τοῦ κηρίου. οἱ δὲ ἡγεμόνες, γίνονται κάτω πρὸς τοῦ κηρίου, ἀποκρεμάμενοι χωρὶς, ἓξ ἢ ἑπτὰ, ἐναντίως τῷ γόνῳ πεφυκότες.

ATque aliarum quidem generatio in cauis fauorum eſt. Reges autem oriuntur ſubtus ad fauum ſeorſum appenſi, ſeni, ſeptenive: contra quàm cætera fœtura adhærentes.

CAESAR.

CAESAR.

NVNC ponit differentias regum & plebis: vnam à loco, vnam à numero, vnam à modo exiſtendi. Nam plebs intus in fauo generatur: Rex ſubtus: plebs numeroſa: rex diuinum illum numerum non excedit: plebs ſedet: reges hærent.

Theodorus facetiſſimè *turmam* addidit.

Τὸ χωρὶς, Theodorus appoſuit ad numerum *ſeparatim, ſex aut ſeptem*: at ſignificat extra fauum, vt & ſubtus ſit, & extra.

Quid ſit γόνος haud multò poſt declarabimus.

CCXLII. ARISTOTELES.

Κέντρον δὲ αἱ μὲν μέλιτται ἔχουσιν, οἱ δὲ κηφῆνες οὐκ ἔχουσιν· οἱ δὲ βασιλεῖς καὶ ἡγεμόνες, ἔχουσι μὲν, ἀλλ᾽ οὐ τύπτουσι· διὸ ἔνιοι μὲν οὐκ οἴονται ἔχειν αὐτούς.

ACuleum apes habent, fuci non habent. Reges & duces habent, ſed non figunt. Quare quidam eos carere arbitrantur.

CAESAR.

AB aculeo diſtinguit: duo habent apes & reges: ſed illæ figunt, hi non: vnum non habet fucus.

Τύπτουσιν Theodorus *vtuntur*: neſcio an alium vſum habeat quàm figendi. Mira natura regi: ſummam dedit poteſtatem, dedit & telum, ſed & reconditum: & potiùs ad inſigne, quàm ad vim: fortaſſis autem eo reges coëunt. Quare non rectè dixit Theodorus, τύπτουσιν *vtuntur*: verbum quoque Græcum ipſum laxum eſt: neque enim aculeo dicas pulſare, aut verberare.

Βασιλεῖς καὶ ἡγεμόνες dixit, vt oſtenderet eoſdem eſſe, & quos intus cuſtodiunt, & quos ſequuntur abeuntes.

CCXLIII. ARISTOTELES.

Εἰσὶ δὲ γένη τῶν μελιττῶν, ἡ μὲν ἀρίστη, μικρὰ καὶ στρογγύλη καὶ ποικίλη· ἄλλη δὲ, μακρὰ, ὁμοία τῇ ἀνθρήνῃ· τρίτος δὲ, ὁ φὼρ καλούμενος· οὗτος δὲ ἐστὶ μέλας, καὶ πλατυγάστωρ. τέταρτος δὲ, ὁ κηφὴν, μεγέθει μὲν μέγιστος πάντων, ἄκεντρος δὲ καὶ νωθρός· διὸ πλέκουσί τινες περὶ τὰ σμήνη, ὥστε τὰς μὲν μελίττας εἰσδύεσθαι, τοὺς δὲ κηφῆνας μὴ, διὰ τὸ εἶναι αὐτοὺς μείζους.

IN genere apum præſtantiſſima, quæ parua, rotunda, varia: alterum genus eſt oblongum, & veſpæ ſimile. Tertium furem *vocant: niger is, aluo lata. Quartus fucus omnium maximus, ſine aculeo, ignauus. Quamobrem obtexunt aliquid circa aluearia, qua apes ingredi queant: fuci, quòd ſint grandiores, nequeant.*

CAESAR.

NVNC genera apum declarat: ſed Theodorus malè ſeiunxit à ſuperioribus. Nam ſtatim de modo generationis & fœtu ſcribit.

Hanc hiſtoriam hinc Columella, Plinius, & Varro ſumpſerunt: ſed mirum hunc, furem, & fucum eundem eſſe, putare. Quanuis quorundam opinione tantùm id aſſerere videatur: *fur*, inquit, *qui vocatur ab alijs fucus.* Plinius autem diuerſos ſcribit: cùm dicat fucis aliquos proprium eſſe genus exiſtimare, ſicut furibus, grandiſſimis inter apes, ſed nigris lataque aluo: ita appellatis, quia furtim deuorent mella. Theodorus legit: οὗτος δὲ ἐστὶ μέγας. Nos & Codicem noſtrum & Plinium ſecuti μέλας.

Νωθρὸς *ignauus* Theodorus, rectiſſimè: ex Virgilio, *ignauum fucos pecus.*

Πλέκουσί τινες: etiam πλέκουσί τι potes legere, & plenior erit oratio.

CCXLIV.

CCXLIV. ARISTOTELES.

Ηγεμόνων δὲ δύο γένη εἰσὶν, ὥσπερ εἴρηται καὶ πρότερον. εἰσὶ δ' ἐν ἑκάστῳ σμήνει πλείους ἡγεμόνες, καὶ οὐχ εἷς μόνος. ἀπόλλυται δὲ τὸ σμῆνος, ἐάν τε ἡγεμόνες ἱκανοὶ μὴ ἐνῶσιν. (οὐχ οὕτω δὲ διὰ τὸ ἄναρχα εἶναι, ἀλλ' ὥς φασιν, ὅτι συμβάλλονται εἰς τὴν γένεσιν τῶν μελιττῶν) ἐάν τε πολλοὶ ἡγεμόνες ὦσι, διασπῶσιν.

Regum genera, quot diximus, duo: ſed in ſingulis aluearibus plures ſunt, non vnus ſolus. Nam ſanè perit examen, niſi ſatis intus regum ſit. Non propterea quòd principe careant: ſed quia, vt aiunt, conferant ad apum generationem: ſicut etiam ſi multi ſint, diſtrahunt.

CAESAR.

Repetit numerum generum regum, vt numerum in aluearibus declaret: videbatur vnico rege ſatis eſſe. Rectè inquit Philoſophus ſi principem tantùm ageret: ſed agit etiam maritum. Itaque neque vnus ſatis eſt: & ex multis factiones. Quare dixit πλείους: & poſteà πολλοί.

Πλείους οὐχ εἷς μόνος: ſatis habebat dicere πλείους· addidit οὐχ εἷς: appoſuit, μόνος.

Ἄναρχα: mutauit genus in neutrum quod comprehenderet.

Συμβάλλονται: ſic etiam in libro qui decimus *Hiſtoriarum* inſcribitur: vnde σύμβολαι, *collationes comeſſatorum*: quod nomen adhuc durat eadem in re: licet non de eadem. Totum hoc apoteleſma candidè vertit Theodorus: ſed peſſimè conſuluit Latinitati, cùm ἱκανοὶ μὴ ἐνῶσιν, dixit: *duces non ſatis habeantur.*

CCXLV. ARISTOTELES.

Οταν μὲν οὖν ἔαρ ὄψιμον γένηται, καὶ ὅταν αὐχμοὶ καὶ ἐρυσίβη, ἐλάττων γίνεται ὁ γόνος· ἀλλ' αὐχμοῦ μὲν ὄντος, μέλι ἐργάζονται μᾶλλον· ἐπομβρίας δὲ, γόνον· διὸ καὶ ἅμα συμβαίνει ἐλαιῶν φορὰ καὶ ἑσμῶν.

Vernum tempus ſi ſerò appetat, & ſqualente cælo, itémque & rubigine, fœtura infrequentior fit. Sed ſicco tempore plus mellis operantur, pluuio, fœturæ ſtudent. Itaque ſimul eſt & oliuarum, & fœtus copia.

CAESAR.

Temporum naturam accommodat generationi: ſimul tollit opinionem eorum qui putabant ab oliua ferri fœtum, de qua in ſuperioribus, deſtructo argumento. Nam imbribus oliuitas felicior. At imbribus intus continentur: itaque generant: ſiccitatibus ad rores eliciuntur: itaque mellificant: ita & commoditas eſt, & coguntur petere humorem.

Theodorus, *augent mella ſiccitates:* malè: imò apes non à ſiccitate, ſed ab humore, ſicco tempore. Quoniam non niſi ſereno ros cadit.

CCXLVI. ARISTOTELES.

Ἐργάζονται δὲ πρῶτον μὲν, τὸ κηρίον· εἶτα τὸν γόνον ἐναφιᾶσιν, ὡς μὲν ἔνιοι λέγουσιν, ἐκ τοῦ στόματος· διὸ φέρειν φασὶν ἄλλοθεν εἰς τοῦτο.

Conſtruunt igitur primò fauos, deinde fœtum indunt ore editum, vt aiunt quidam. Quæ fuit cauſſa, vt putarent aliunde ferri ipſum.

CAESAR.

Docet modum fœtificandi, & originem opinionis. Et ſemper addit, ὡς λέγουσιν: obſcura enim res eſt.

Ἐν ſcilicet, *intro*: ἀπὸ, *ex ore* ἰᾶσι, *iaciunt*. Noſtrum enim *iacere* inde dictum eſt.

CCXLVII.

CCXLVII. ARISTOTELES.

Τὸ δὲ μέλι τίθενται τὴν μὲν, τοῦ θέρους, τὴν δὲ, τοῦ μετοπώρου· ἄμεινον δ' ἐστὶ τὸ μετοπωρινὸν μέλι.

Melle autem ali tàm æſtate, quàm Autumno: ſed autumnale præſtantius eſt.

CÆSAR.

HÆc ſunt opera apum: fœtus, mel, cera, vt materia: & opus ipſum fauorum, vt forma impoſita. Omnia igitur perſequitur hîc fœtus genera. Nam & fauus, eorum locus eſt: & mel alimentum. Itaque τὴν μὲν, τὴν δὲ, ſcilicet apiculam. Quod non intellexit Theodorus: de melle enim hîc loquitur propter alimentum fœtus: de quo hîc hiſtoria eſt. Obiter autem mellis tempora, & bonitatem: rationem non addit: ſed eſt: quia ſquallidius cœlum eſt: ſemper enim capit Ariſtoteles Autumnum ſub Cane.

CCXLVIII. ARISTOTELES.

Γίνεται δὲ κηρίον μὲν, ἐξ ἀνθῶν· κήρωσιν δὲ φέρουσιν ἀπὸ τοῦ δακρύου τῶν δένδρων. μέλι δὲ τὸ πίπτον ἐκ τοῦ ἀέρος, καὶ μάλιστα τῶν ἄστρων ἐπιτολαῖς, καὶ ὅταν κατασκήψῃ ἡ ἶρις. ὅλως δ' οὐ γίνεται μέλι πρὸ Πλειάδος ἐπιτολῆς. τὸν μὲν οὖν κηρὸν ποιεῖ, ὥσπερ εἴρηται· ἐκ δὲ τῶν ἀνθέων τὸ μέλι ὅτι οὐ ποιεῖ, ἀλλὰ φέρει πλεῖστον μόνον, σημεῖον. ἐν μιᾷ γὰρ, ἢ ἐν δυσὶν ἡμέραις, πλήρη εὑρίσκουσι τὰ σμήνη οἱ μελιττουργοὶ μέλιτος. ἔτι δὲ, τοῦ μετοπώρου ἄνθη γίνεται μὲν, μέλι δ' οὔ, ὅταν ἀφαιρεθῇ. ἀφῃρημένου οὖν ἤδη τοῦ γινομένου μέλιτος, καὶ τροφῆς οὐκ ἐνούσης ἔτι, ἢ σπανίας, ἐγίνετο ἄν, εἴπερ ἐποίουν ἐκ τῶν ἀνθέων.

Fauos è floribus conficiunt: melliginem ex arborum lacryma. Mel autem ex aere cadit, præſertim ſiderum ortu, atque vbi incubuerit cæleſtis arcus. Neque enim ante ortum Vergiliarum mel fit. Ceram igitur vt diximus, faciunt: at ex floribus mel non faciunt: ſed maximam partem legunt tantùm. Cuius rei argumentum eſt: vno enim aut altero die apiarij cellas inueniunt mellis plenas. Præterea Autumno flores ſunt, & tamen nullum fit mel, ſi caſtrentur. Caſtratis igitur aluearijs, cùm aut inedia apes, aut penuria laborarent, operarentur ſibi mel, ſi ex floribus conficeretur.

CAESAR.

NVNC materiam venatur rerum quas diximus. Itaque quid eſſet materia indicauit per, ἐξ, & ἀπό: vt ex floribus fauos: à lacryma ceram. Itaque viſcida & lenta eſt: & dixit κήρωσιν, id eſt, cerificationem ipſam: at μέλι, non dixit ex alia re: ſed τὸ πίπτον: quoniam non faciunt, ſed legunt. Quanquam aliquid conferunt operæ ad faciendum. Quare mox dixit οὐ ποιοῦσι: ſed addidit πλεῖστον.

Duobus argumentis contradicit opinioni: celeritate incrementi mellis quod ex floribus euenire non poſſit: & poſitione florum, non poſitione mellis. Nam Autumno, mel ſi caſtretur, non fit mel, quia ros non cadit ampliùs. Intellige autem Autumni finem. Et tamen, inquit, inedia aut penuria compulſæ reficerent.

Κήρωσιν *melliginem* Plinius: quem mirum eſt non eſſe ſequutum Theodorum: quem etiam nimis ſequitur alibi: nam nondum eſt cera: ſed miſtum quid, & ad mellis naturam accedens: & erithacen comprehendit.

Ἄνθη γίνεται μέλι δ' οὔ, æquiuocè, τὸ γίνεται, *naſcuntur & ſunt*: & de melle: *fit*. Itaque Theodorus *ex rore*, cùm dixit, non eſt aſſequutus Philoſophi ſubtilitatem.

Ἄστρων ἐπιτολαῖς: intelligit Vergilias. Nam toto anno aliquod ſidus exoritur,

CCXLIX. ARISTOTELES.

Συνίσταται δὲ τὸ μέλι, πεττόμενον. ἐξ ἀρχῆς γὰρ οἷον ὕδωρ γίνεται, καὶ ἐφ' ἡμέρας μέν τινας ὑγρόν

Maturitate ſpiſſatur mel. Nam per initia diluta aqua modo diebus aliquot. Quo tempore

ἐςί.

ἐστι· διὸ κἂν ὑφαιρεθῇ ἐν ταύταις ταῖς ἡμέραις, οὐκ ἴσχει πάχος· ἐν εἴκοσι δὲ μάλιστα συνίσταται. δῆλον δ' ἐστὶν εὐθέως τὸ ἀπὸ τοῦ χυμοῦ μάλιστα. διαφέρει γὰρ τῇ γλυκύτητι καὶ τῷ πάχει.

etiamſi eximatur craſſum non eſt. Viceſimo demum die concreſcit: prodit ſeſe ſtatim ſapore. Differt enim & dulcedine, & craſſitie.

CAESAR.

NVnc affectus duos mellis, à tempore Etiam dixit πεπεμμένον *coctum*: maturitatem etiam appellat Columella: τὸ ὑγρὸν hic liquidum, & dilutum ſignificat.

Theodorus potiùs expoſuit, quàm vertit hanc partem. Cùm dixit, *dulcius enim, quod craſſius*. Sed intelligo recens mel vtrunque. Nam vetuſtum craſſiſſimum, & acrius eſt. Præterea Ariſtotelis ſermo de vtriuſque mellis indiciis eſt: vt tam hoc, quàm illud ſeſe prodant. Ergo διαφέρει vtrunque notat. Τὸ, ἀπὸ τοῦ χυμοῦ, quod ad ſaporem attinet: τὸ, id eſt ratio & differentia.

CCL. ARISTOTELES.

Φέρει δὲ ἀπὸ πάντων ἡ μέλιττα ὅσα ἔχει ἐν κάλυκι ἄνθη· καὶ ἀπὸ τῶν ἄλλων δὲ, ὅσα ἂν γλυκύτητα ἔχῃ· οὐθένα βλάπτουσα καρπόν.

LEgit apis ab omnibus, quæ in calice flores habent. Et ab aliis quæ dulcia ſunt, nullum lædens fructum.

CAESAR.

NVnc differentiam materiarum tractat & affectum: cùm dixit ſine nocumento: non temerè: confirmat enim ſupradictam rationem, qua negabat ex floribus mel confici: læderetur enim flos abſumpta parte: καρπὸν etiam hîc pro flore: nam pro ſemine frequenter Dioſcorides. Quanquam etiam nonnunquam fructus libant, vt mox ἐρινεόν.

Dixit florem in calice: quoniam roſa non habet in calice: ſed inter brachia pediculo appenſum: ſed etiam ab amaris legunt, vt in Sardinia: & acribus, vt raphano, & ſinapi.

CCLI. ARISTOTELES.

Τοὺς δὲ χυμοὺς τούτων τῷ ὁμοίῳ τῇ γλώττῃ ἀναλαμβάνουσι, κομίζει.

SEd horum ſapores lingua illa ſua exceptos ferunt.

CAESAR.

NVnc modum & inſtrumentum mellis excipiendi: τῷ ὁμοίῳ τῇ γλώττῃ. Quoniam non vera lingua eſt: κομίζει verbum eſt non inane. Nam fruges cùm lectæ computantur, κομίζεσθαι dicuntur.

Χυμοὺς hîc ſapores intelligimus in plurali. Nam quanquam dixit à dulcibus tantùm legere, tamen ea dulcia diuerſis in floribus ſunt: ac præterea, non à dulcibus tantùm, ſed etiam, vt diximus, à ſinapi.

CCLII. ARISTOTELES.

Εἱλίττεται δὲ τὰ σμήνη, ὅταν ἐρινεὸν σῦκον φάγῃ.

DIſtorquentur cellæ, cùm eſitârit caprifici fructum.

CAESAR.

LOngè aliter legit hoc Theodorus, ſic: *vindemiãtur initio caprifici aluei: tũc enim mellationis terminus eſt.* Εἱλίττεσθαι, *torqueri* denotat: & in ea ſignificatione apud auctores claſſicos ſẽper legi. Nec

memini aliud ſignificare. Et Plinius de hoc Caprifico nihil: nihil Columella. Et, *initio Caprificij*, neſcio quid ſibi velit. Quòd autem ficum eſitant, teſtis eſt Columella: qui ficum aqua dilutam indit alueis ad ſuſtinendam hybernam penuriam. Quidam Codices pro εἰλίττεται, βλίττεται habent: quo etiam lectio noſtra confirmatur.

CCLIII. ARISTOTELES.

Σχαδόνας δὲ ἀρίστας ποιοῦσιν, ὅταν μέλι ἐργάζωνται.

Soboles eæ præſtantiſsimæ ſunt, quæ cùm mellificant, procreantur.

CAESAR.

Σχαδόνας *ſoboles*: *pullos* etiam auſus eſt dicere Columella. Habet autem rationem quod Philoſophus dicit hîc: nam alacriores tunc ſunt. Et mellis vbertate proueniunt fœtus nitidiores.

CCLIV. ARISTOTELES.

Φέρει δὲ κηρὸν μὲν καὶ ἐριθάκην, περὶ τοῖς σκέλεσι.

Ceram autem, & erithacen in cruribus gerunt.

CAESAR.

Nunc alios partus proſequitur: κηρὸν hîc: ſuprà κήρινον: vt etiam erithacen comprehenderet. Erithaca autem, ſiue rithaca eſt alia à cera & propoli. Ea enim fauos conglutinant. Sed vtinam Hermolaüs non dixiſſet in tertio *Corollario* à Dioſcoride dictam *ceranthemon* in quinto. Nuſquam enim legimus. Neque eandem eſſe erithacen, quam vulgò *vernicem* vocant, quæ iuniperi gummi eſt, & falſo à pharmacariis *ſandaraca* appellatur. Cùm *vernix* ſit maſtiche ſimillima: at *ſandaraca* cinnabaris colore, gleba, non gummi.

CCLV. ARISTOTELES.

Τὸ μέλι δὲ ἐμεῖ εἰς τὸ κύτταρον.

Mel ore vomunt in cellas.

CAESAR.

Vulgus putat falsò eſſe mel, apum excrementum. Κύτταρος ciſtulam, & folliculum, & veſiculam, & cellam ſignificat.

CCLVI. ARISTOTELES.

Τὸν δὲ γόνον ὅταν ἀφῇ, ἐπωάζει, ὥσπερ ὄρνις.

Vbi fœtum peperit, incubat auium more.

CAESAR.

Redit ad hiſtoriam quæ huc pertinet: & obſeruata eſſe hæc memoriæ prodidit Plinius è cornu laternario facto alueari.

CCLVII. ARISTOTELES.

ΕΝ δὲ τῷ κηρίῳ τὸ σκωλήκιον, μικρὸν μὲν ὄν, κεῖται πλάγιον· ὕστερον δὲ, ἀνίσταται αὐτὸ ὑφ᾽ ἑαυτοῦ, καὶ τρέφεται, καὶ πρὸς τῷ κηρίῳ ἔχεται, ὥστε καὶ ἀντειλῆφθαι. ὁ δὲ γόνος ἐστὶ τῶν μελιττῶν καὶ τῶν κηφήνων λευκὸς, ἐξ οὗ τὰ σκωλήκια γίνεται· αὐξανομένων δὲ, γίνονται μέλιτται καὶ κηφῆνες. ὁ δὲ τῶν βασιλέων γόνος, τὴν χρόαν γίνεται ὑπόπυῤῥος· τὴν δὲ λεπτότητά ἐστιν οἷον μέλι παχύ· τὸν ὄγκον δὲ εὐθέως ἔχει παραπλήσιον τῷ γινομένῳ ἐξ αὐτοῦ. σκώληξ δὲ οὐ γίνεται πρότερον ἐκ τούτου, ἀλλ᾽ εὐθέως ἡ μέλιττα φαίνεται.

IN fauo igitur vermiculus puſillus ad latus iacet. Tum ipſe ſeſe erigit: atque alitur. Hæret autẽ fauo ita vt retineatur. Apum fucorumq́; fœtus æquè cãdidus eſt. Ex quo vermiculus generatur, qui poſtea creſcens fit apis, aut fucus. At regum fœtus colore ſubruffus, tenuitate mellis craſſioris, magnitudinem ſtatim habet quantùm id quod ex eo generatur. Cæterùm non fit inde vermiculus per initia: ſed continuò apis extat.

CAESAR.

PONIT nunc modum generationis duplicem: vnum fauorum & apum: alterum regum. Omnibus vnum principium: quia ex fœtu fiunt: fœtus folliculus eſt ouo ſimilis. Differentia autem inter apum & fucorum ouum, nulla. At inter ea & regum ſunt multæ. Prima color. Regio melleus: apum candidus. Nam ex eo ſtatim fit rex apis ſpecie, ſimplici editione: at in apibus aliis, non item, quæ altera eſt: ſed priùs vertitur in vermiculum. Tertia differentia: magnitudo. Nam regium tantum eſt, quantus ipſe rex qui ex eo fit. At apum puſillum, quod mutatur in vermiculum: ſed is vermiculus minor quàm apis futura. Itaque dixit αὐξανομένων.

Πλάγιον non *obliquus*, vt Theodorus. Sed, *ad latus*. Sic infra de crabronibus: οὐ κάτωθεν τοῦ κυττάρου, ἀλλ᾽ ἐν τῷ πλαγίῳ. Nam in imo non poſſet: melle enim obrueretur. Itaque hæret parieti adeò, vt etiam ibi detineri videatur. Ergo ἀντικρυ mel eſt: ex altero ſcilicet latere. Et dicit: ὥσπερ μέλιτται εἰς τὸ πλάγιον ἀφιᾶσι.

Εὐθέως: *continuò*, id eſt, continuata ſimplici mutatione.

Λεπτότητα, *corpulentia* Theodorus malè expreſſit.

Γόνος, *primordium* Theodorus: feliciter, ſed confusè: nimis laxa vox eſt. Nam crabronum etiam ſignum primordium eſt: at non eſt γόνος.

CCLVIII. ARISTOTELES.

Ὅταν δὲ τέκῃ ἐν τῷ κηρίῳ μέλι, ἐκ τοῦ ἀπαντικρὺ γίνεται.

VBi peperit in fauo, è regione loci illius, mel ſitum eſt.

CAESAR.

VT & locum det ſoboli capiundæ. & quaſi accumbenti cibus apponatur, ſicut infra de crabronibus idem.

CCLIX. ARISTOTELES.

Φύει δὲ χαδὼν πόδας καὶ πτερὰ, ὅταν καταληφθῇ· ὅταν δὲ λάβῃ πέρας, τὸν μὲν ὑμένα περιῤῥήξας ἐκπέτεται· κόπρον δὲ προΐεται ὥσπερ οἱ σκωλήκιον, ὕστερον δὲ οὐκέτι, πλὴν ἐὰν μὴ ἐξέλθῃ, ὥσπερ ἐλέχθη πρότερον.

SI fœtum capias, inuenies eum pedes atque alas fundere: vbi verò abſolutus eſt, obrupta membrana euolat. Quandiu vermiculus fit, ſtercus emittit: poſteà nullum: niſi cùm egreſſus fuerit, vt diximus.

CAESAR.

POSVIT generationem: nunc ponit hîc modum, à folliculo ad apem. Ergo pedibus atque alis caret vermiculus: quos, quáſque poſtea fundit. Quin etiam duo ſunt tempora, in quibus mittit ſtercus dum fit vermiculus, & poſtquam egreſſus eſt iam apis.

Nam poſtquam vermiculus factus eſt, antequam apis fiat, excrementum nullum emittit: ſed par eſt in alas, pedéſque conuerti.

Nota membranam, partem non eſſe vermiculi. Ne obiicias contradictionem Ariſtoteli: qui dixit: ex toto verme totum fieri animal: at non ex toto ouo. Tamen aliquid adhuc reſtat. Nam quanquam ex toto vermiculo fit, neſcio quid additur: pedes, & alæ. Reſpondendum: figuram mutari: materiam nullam addi: ſed ineſſe in ipſis principiis. Hinc putârunt Grammatici apem dictam, quia ſine pedibus naſceretur: ſed falsò: primùm nanque & obſcurata, multiſque poſt nomen ſæculis vix repertum. Deinde non tunc eſt apis cùm pedibus caret. Prætereà apis παρὰ τὸ ἅπτεσθαι, vnde etiam examina ἐξαπτόμενα, ἐξημμένα. Et Æolice, quos ſequimur ἐξαμμένα.

Ariſtoteles more ſuo ſubticuit, *inuenies, videbis*: aut eiuſmodi. Nam ſæpe monuimus hoc eum facere. Nam dicit διαιρουμένων ἢ ἔντος ἢ τὸ λευκόν: pro eo quod eſt: ſi aperias, inuenias intus candidum: nam etiam ſi non aperias, ſanè intus eſt. Ita hîc: φύει ὅταν καταληφθῇ· exceptus fœtus fundit alas: quin etiam non exceptus: ſed ſi non exceperis, neſcias hoc fieri: ſi capias, fiat. Theodorus per contrarium ſenſum expreſſit: ſed malè: *truncatæ*, inquit, *pedibus prodeunt*. Multi hîc ſunt errores. Primus: neque enim quiſquam truncauit eas. Alter: falſum eſt, ipſas prodire truncas: imò emittunt pedes: φύει, inquit. Tertius: non intelligas ex Theodoro quonam modo pedes apibus innaſcantur.

Ὡσανεὶ σκωλήκιον: dum fit vermis: nam dum eſt mittit ſtercus: quia infrà: ὕπεστι τοῖς σκώληξι κόπρος.

CCLX. ARISTOTELES.

Ἐὰν δέ τις ἀφέληται τὰς κεφαλὰς τοῦ χαδόνος πρὶν πτερὰ ἔχειν, ἐξεσθίουσιν αὐτὰ αἱ μέλιτται. κἂν κηφῆνος τὸ πτερὸν ἀποκνίσας ἀφῇ τις, τῶν λοιπῶν αὗται τὰ πτερὰ ἀπεσθίουσι.

Quòd ſi quis eorum capita amputârit, priuſquam alas habeant, eos apes deuorant. Quemadmodum ſi fucum ademptis alis emiſeris, aliorum ille erodet alas.

CAESAR.

COMPARAT affectionem fœtuum apum cum fucis: eſt enim nonnihil ſimilitudinis in hiſtoria. Plinius cùm dixit eos parentibus in cibo eſſe: dedit intelligere: ſi eos matres eſitare, longè fortiùs ab aliis deuorandos intelligi. Quare Theodorus ſuperfluè & falsò addidit: *nimirum*: imò verò valdè mirum; & longè mirabilius quod de fucis prodit. Nam exalatus fucus alatos fucos quomodo conſequetur, aut aſſequetur, cuius arrodat alas?

Nota multa hîc: ἐξεσθίουσιν, pro ἐσθίουσιν, *exedunt*: niſi intelligas paulatim. Nam τὸ ἐξ, nihil ſignat: ſicut mox ἀπεσθίουσι. Nam ibi rectè abrodunt alas, à corpore ſcilicet. Mutauit τὸν χαδόνα in αὐτά. Quoniam amplius χαδὼν non ſit, ſed τοῦτο. Τὸ πτερὸν: τό, τό, facit vt vtranque alam intelligas: tantùm habet virium articulus: ſed mutauit numerum: κηφῆνος in αὐτῶν: quod alibi fecit. Et nos ex Terentij adduximus *Eunucho* exemplum: *quòd iis ſolæ reginæ vtuntur.*

CCLXI. ARISTOTELES.

Βίος δὲ τῶν μελιττῶν ἔτη ἕξ. ἔνιαι δὲ τῶν μελιττῶν καὶ ἑπτὰ ἔτη ζῶσιν. ἐὰν δὲ σμῆνος διαμείνῃ ἔτη ἐννέα ἢ δέκα, εὖ δοκεῖ διαγεγενῆσθαι.

Viuunt annis ſex quædam vel ſeptem. Quòd ſi durat examen annos nouem decémve, benè actum ſecum putant.

CÆSAR.

POſt generationem prudenter deſcribit vitam. Non temerè διαγεγενῆσθαι præterito perfecto, & per διά.

CCLXII.

CCLXII. ARISTOTELES.

ἘΝ δὲ τῷ Πόντῳ εἰσὶ μέλιτταί τινες λευκαὶ σφόδρα, αἳ μέλι ποιοῦσι δὶς τοῦ μηνός. αἱ δ' ἐν Θεμισκύρᾳ περὶ τὸν Θερμώδοντα ποταμόν, ἐν τῇ γῇ καὶ ἐν τοῖς σμήνεσι ποιοῦνται κηρία, οὐκ ἔχοντα κηρὸν πολύν, ἀλλὰ πάνυ μικρόν· μέλι δὲ παχύ. τὸ δὲ κηρίον λεῖον καὶ ὁμαλόν ἐστιν. οὐκ ἀεὶ δὲ τοῦτο ποιοῦσιν, ἀλλὰ τοῦ χειμῶνος. ὁ γὰρ κιττὸς πολὺς ἐν τῷ τόπῳ ἐστίν· ἀνθεῖ δὲ ταύτην τὴν ὥραν, ἀφ' οὗ φέρουσι τὸ μέλι. κατάγεται δὲ καὶ εἰς Ἀμισὸν ἄνωθεν μέλι λευκὸν καὶ παχὺ σφόδρα, ὃ ποιοῦσιν αἱ μέλιτται ἄνευ κηρίων πρὸς τοῖς δένδρεσι. γίνεται δὲ τοιοῦτον καὶ ἄλλοθι ἐν τῷ Πόντῳ. εἰσὶ δὲ καὶ μέλιτται, αἳ ποιοῦσι τριπλᾶ κηρία ἐν τῇ γῇ. ταῦτα δὲ μέλι μὲν ἔχει, σκώληκα δὲ οὐκ ἔχει. ἔστι δὲ οὔτε τὰ κηρία πάντα τοιαῦτα, οὔτε πᾶσαι αἱ μέλιτται τοιαῦτα ποιοῦσιν.

IN Ponto apum genus valde candidum, quæ bis in menſe mellificare ſolent. In Themiſcyra ad Thermodontem fluuium, tàm in terra quàm in alueis fauos conſtruunt, in quibus pauca cera admodum: mel craſſum: fauus leuis atque æqualis eſt. Hoc tamen non ſemper faciunt, ſed hyeme tantùm Hedera enim his locis multa, à qua per id tempus floreſcente mel legunt. E ſuperioribus locis in Amiſum defertur mel candidum, & imprimis craſſum, quod apes operantur ſine fauis in arboribus: quale etiam in Ponto alibi quoque eſt. Sunt etiam apes quæ in terra triplices condunt fauos. In quibus mel quidem inuenias, ſed vermem nullum. Verùm neque omnes faui tales: neque omnes apes id faciunt.

CAESAR.

SVPRA à corporum concrétione apum genera diſtinxerat. Nunc à regione, & modo operandi, & loco. Et ſanè in Sarmatia & Scythia ad Tanaim: quæ regio Scytharum Hormas alit, parétque Moſchouitis, arborum caua pleniſſima mellis ſunt: vbi indigenæ ſæpenumero appetentibus mel vrſis inſidiantur.

Mel igitur aliud craſſum, aliud liquidum: vtrunque, aut à maturitate, aut à regione. Aliud ruffum & vulgare: aliud candidum ſacchari modo, vt quod Prouinciales vocant *Corbianum*: aliud amarum, vt Sardoum: aliud acriuſculum, vt ruffum & dilutum: aliud dulcius, vt candidum & craſſum: aliud æquale, vt candidum: aliud inæquale: & hoc dupliciter: liquore, & craſſitudine, vt vulgare: aut arenoſitate, vt Vaſconicum, quod ab Erica lectum eſt: aliud cum multa cera, aliud pauca: ídque propter regionem & pabula: aliud in fauis, aliud ſine fauis: aliud in terra, aliud in arboribus: aliud agreſte, aliud mite: aliud hyemale, aliud æſtiuum, aliud autumnale.

Faui quoque differunt: alij ſimplices, alij multiplices: alij cancellati, alij læues.

CCLXIII. ARISTOTELES.

Αἱ δὲ ἀνθρῆναι καὶ σφῆκες ποιοῦσι κηρία τῷ γόνῳ, ὅταν μὴ ἔχωσιν ἡγεμόνα, ἀλλ' ἀποπλανηθῶσι, καὶ μὴ εὑρίσκωσιν· αἱ μὲν ἀνθρῆναι, ἐπὶ μετεώρου τινός· οἱ δὲ σφῆκες, ἐν τρώγλῃ· ὅταν δ' ἔχωσιν ἡγεμόνας, ὑπὸ γῆν. ἑξάγωνα μὲν οὖν πάντα ἐστὶ τὰ κηρία καὶ τὰ τούτων, ὥσπερ καὶ τὰ τῶν μελιττῶν. σύγκειται δὲ οὐκ ἐκ κηροῦ, ἀλλ' ἐκ φλοιώδους καὶ ἀραχνιώδους ὕλης τὸ κηρίον. γλαφυρώτερον δὲ πολλῷ τὸ τῶν ἀνθρηνῶν ἐστιν, ἢ τὸ τῶν σφηκῶν κηρίον. ἐναφιᾶσι δὲ τὸν γόνον, ὥσπερ αἱ μέλιτται, ὅσον σταλαγμόν, εἰς τὸ πλάγιον τοῦ κυττάρου, καὶ προσέχεται τῷ τοίχῳ· οὐχ ἅμα δὲ ἐν πᾶσι τοῖς κυττάροις ἔνεστιν ὁ γόνος, ἀλλ' ἐνίοις μὲν ἤδη μεγάλα ἔνεστιν, ὥστε καὶ πέτεσθαι· ἐνίοις δέ, νύμφαι· ἐν τοῖς δέ, σκώληκες ἔτι. κόπρος δὲ μόνοις ὕπεστι τοῖς σκώληξιν, ὥσπερ ταῖς μελίτταις, καὶ ἕως ἂν νύμφαι ὦσι καὶ ἀκινητίζωσι, καὶ

CRabrones veſpæq́; fauos exædificant pullis ſuis, ſi ducem habeant nullum, eúmque palantes quærant. Ac crabrones quidem in ſublimi loco aliquo: veſpæ in foramine: quæ ducem habent, ſub terra. Horum item faui ſexanguli, quemadmodum & apum, compoſiti non è cera, ſed ex corticea materia atque araneoſa. Crabronum operoſiores quàm veſparum. Ad cellæ latus apum more deponunt fœtus ſuos guttæ magnitudine, qui parieti hærent. Non omnibus in cellis tamen ſimul fœtus eſt: ſed in quibuſdam adeò grandes, vt etiam volare poſſint: in aliis nymphæ: in aliis vermiculi adhuc. Quibus ſolis ſubeſt ſtercus, ſicuti etiam in apum genere. Ac quandiu nymphæ ſunt, neque mouentur, &

FFf 3

ἀπαλήλιπται ὁ κύτταρος. καταντικρὺ δὲ ἐν τῷ κυτταρῷ τοῦ γόνου, ὅσον σταλαγμὸς μέλιτος ἐγγίνεται ἐν τοῖς τῆς ἀνθρήνης κηρίοις. γίνονται δὲ τεκνώσεις οὐκ ἐν τῷ ἔαρι ταύταις, ἀλλ' ἐν τῷ μετοπώρῳ· τὴν δὲ αὔξησιν ἐπίδηλον λαμβάνουσι μάλιστα ἐν ταῖς πανσελήνοις. ἔχεται δὲ καὶ ὁ γόνος καὶ οἱ σκώληκες, οὐ κάτωθεν τοῦ κυττάρου, ἀλλ' ἐκ τῶν πλαγίων.

obducuntur folliculo. In cella autem fauorum qui à crabronibus inſtituuntur, exaduerſum fœtus quaſi mellis gutta, ineſt. Fœtificant, non vere, ſed Autumno: atque plenilunijs potiſſimùm creſcunt: ſoboles hæret non cellæ fundo, ſed lateri.

C Æ S A R.

ALTERA Capitis pars per omnia ſimilis priori: atque etiam pietate inſignis: ſiquidem tam fera alioqui animalia etiam liberis ſuis exædificant tecta amiſſo duce. Itaque non ſecuimus in nouum Caput, vt Theodorus: ſunt enim μελιττοειδῆ.

Γλαφυρώτερος, *lautior fauus* Theodorus: imò nunquam loti fuêre faui: *artificio elegantiore conditus*, politiùs.

Ὅσον σταλαγμός: Theodorus, *inſtillant.* At ſtilla aliud eſt quàm gutta: ſtilla oblonga, teres: idem ſtiria. Gutta globulus aquæ eſt. Prætereà non expreſſit Theodorus τὸ ὅσον.

Προσίσχεται τῷ τοίχῳ. Theodorus, *& parietibus admouent.* Non ſatis eſt. Admotus ſum ego parieti, & tamen non προσίσχομαι.

Ἅμα ἐν πᾶσι, *ſimul in omnibus.* Quoniam ſi in aliis grandior · in aliis vermis, in aliis gutta illa: neceſſe eſt tempore alium alio generatum.

Theodorus, *in nympha, in vermiculo*: malè: neque enim ex toto vermiculo igitur fieret.

Ἀπαλήλιπται ὁ κύτταρος: quoniam quaſi è mellacea natura, quæ pinguior eſt. Itaque Plinius dixit: *rore vnctas veſtes ſub dio matutino.* Galenus in decimo de *Officio partium*, τὴν ἐπαληλιμμένην τῷ χιτῶνι τούτῳ κυανῆν χρόαν: molliùs locutus eſt, quàm hîc Ariſtoteles. Hîc autem κύτταρον, æquiuocè accepit Philoſophus. Et pro cella & pro folliculo, quem *membranam* vocat Theodorus.

CCLXIV. ARISTOTELES.

ἜΝΙΑ δὲ τῶν βομβυκίων πρὸς λίθῳ, ἢ τοιούτῳ τινὶ ποιοῦσι πήλινον ὀξὺ, καὶ ὥσπερ αἱ ἅλες καταλείφονται· τοῦτο δὲ σφόδρα παχὺ καὶ σκληρόν. λόγχῃ γὰρ μόλις διαιροῦσιν. ἐνταῦθα ἐντίκτουσι, καὶ γίνονται σκωλήκια λευκὰ ἐν ὑμένι μέλανι. χωρὶς δὲ τοῦ ὑμένος ἐν τῷ πηλῷ γίνεται κηρός. ἔτι δὲ ὁ κηρὸς πολύ τι ὠχρότερος γίνεται τοῦ τῶν μελιττῶν.

QVædam ex bombycum genere ad lapidem, aut tale quid, conſtruunt è luto metæ figuram ſale quaſi quodam oblitam. Craſſum hoc durúmque: lancea enim vix diuidi poteſt. In eo pariunt vnde fiant vermiculi candidi nigra in membrana: ſeorſúmque à membrana ceram in luto, quæ longè eſt pallidior quàm apum cera.

C Æ S A R.

TERTIA pars Capitis quam Theodorus malè ſecuit: eſt enim κηροποιοῦσι: & aliter legit. Nam nos, ſicut & Plinius ὥσπερ αἱ ἅλες. *Nidos*, inquit, *luto fingunt ſalis ſpecie applicatos lapidi.* Ipſe legerat ὥσπερ ὕαλον. Nos vidimus nidum: & nihil refert ſalémne dicas, an vitrum: ſubluſtre enim lutum eſt, quaſi vitro, aut ſale admiſto. Puto ego Plinij tempore Ariſtotelis exemplaria longè fuiſſe emendatiora.

CAPVT

CAPVT VIGESIMVM,

Formicarum coïtus & generationes.

CCLXV. ARISTOTELES.

Ὀχεύονται δὲ καὶ οἱ μύρμηκες καὶ τίκτουσι, σκωλήκια δὲ οὐ προσπέφυκε πρὸς οὐδέν. αὐξανόμενα δὲ ταῦτα ἐκ μικρῶν καὶ στρογγύλων, τὸ πρῶτον μακρὰ γίνονται, καὶ διαρθροῦνται· ἡ δὲ γένεσις ἐστὶ τούτοις τοῦ ἔαρος.

Oëunt etiam formicæ & pariunt. Sed vermiculi nulli rei annexi ſunt. Ij initio è paruis & rotundis creſcendo fiunt oblongi: atque in membra debita diſcernuntur. Horum ortus vere eſt.

CAESAR.

PERFECTA hiſtoria τῶν μελιττωδῶν: ponit nunc formicarum quam Theodorus deprauauit, cùm coniungit quod ille diſtinxerat. Ὀχεύονται καὶ τίκτουσι: hîc finis. Et ſubdit: σκωλήκια δέ. At Theodorus more ſuo omnia complicans: *vermiculum pariunt*: mendacium hoc eſt. Nam pariunt oua cocti tritici ſpecie, ſed minora:neque mouentur ea oua,neque vllam notam habent vermis. Sed ſicut γόνον, ſuprà dixit apum,antequam vermis fuit,hîc etiam ſimiliter. Itaque poſuit differentiam:vermes non hærere ſicut in genere apum. Quare cohæret adhuc hiſtoria , ducitúrque recta ſerie.

CAPVT VIGESIMVM PRIMVM,

Scorpionum terrenorum generationes.

CCLXVI. ARISTOTELES.

Τίκτουσι δὲ καὶ οἱ σκορπίοι οἱ χερσαῖοι σκωλήκια ᾠοειδῆ πολλά, καὶ ἐπῳάζουσιν. ὅταν δὲ τελειωθῇ, ἐκβάλλονται ὥσπερ οἱ ἀράχναι, καὶ ἀπόλλυνται ὑπὸ τῶν τέκνων. πολλάκις δὲ γίνεται περὶ ἕνδεκα τὸν ἀριθμόν.

Pariunt etiam terreni ſcorpiones vermiculos,ouorum ſpecie, multos, atque incubant. Illi vbi ſunt perfecti expellunt parentes atque interficiunt: quod etiam in aranearum genere fit. Sæpè ad vndecim numero generantur.

CÆSAR.

INCVBANT quia ſunt ᾠοειδῆ. Quare mendum erat in Codice σκωληκώδη, & ita ſcribendum , σκωλήκια ᾠοειδῆ: ſicut infrà de locuſtis σκώληκας ᾠοειδεῖς.

Ὥσπερ οἱ ἀράχναι. At de his nihil dum dixit.

CAPVT VIGESIMVM SECVNDVM,

Araneorum generationes.

CCLXVII. ARISTOTELES.

Τὰ δὲ ἀράχνια ὀχεύεται πάντα τὸν εἰρημένον τρόπον· γεννᾷ δὲ σκωλήκια μικρὰ πρῶτον. ὅλα γὰρ μεταβάλλοντα γίνεται ἀράχνια, καὶ οὐκ ἐκ μέρους. ἐπιστρόγγυλα δέ ἐστι κατ᾽ ἀρχάς· ὅταν δὲ τέκῃ, ἐπωάζει τε, καὶ ἐν τρισὶν ἡμέραις διαρθροῦται· τίκτει δὲ πάντα μὲν εἰς ἀράχνιον· ἀλλὰ τὰ μὲν, εἰς λεπτὸν καὶ μικρόν, τὰ δὲ, εἰς παχύ. καὶ τὰ μὲν, ὅλως ἐν κύτει στρογγύλῳ, τὰ δὲ, μέχρι τινὸς περιέχεται ὑπὸ τοῦ ἀραχνίου. οὐχ ἅμα δὲ πάντα ἀράχνια γίνεται· πηδᾷ δὲ εὐθὺς, καὶ ἀφίησιν ἀράχνιον. ὁ δὲ χυμὸς, ὅμοιος ἐν τοῖς σκώληξι φθειρομένοις, καὶ ἐν αὐτοῖς νέοις οὖσι, παχὺς καὶ λευκός.

Vniuerſum genus araneorum coït quo diximus modo. Parit vermiculos puſillos primùm. Totius enim mutatione fiunt, non ex parte. Subrotundi per initia ſunt: cùm peperit incubat, ac figurat tribus diebus. In tela ſua parit omnes: ſed partim in tenui & breui: partim in craßiore: & alia in ſinuata: nonnulla etiam aliqua ex parte circumdantur à tela. Non omnes araneoli ſimul generantur: ſtatim nati & ſaliunt, & filum emittunt. Humor idem in vermiculis attritus, & in iuuenculis araneolis; quippe craſſus, candidus.

CAESAR.

CVM multa genera ſint araneorum: primùm in communi de omnibus: deinde de aliquibus perſequitur. Ὅλα γὰρ μεταβάλλοντα γίνεται: non hæc eſt definitio vermiculi ex quo animal fit: meliùs quam Theodorus qui ſic: *vermiculos pariunt qui non ex parte, ſed toti in aranei formam immutantur*: quaſi velit promittere aliquos vermiculos non totos, ſed ex parte immutari in animal. Sed Ariſtoteles dixit γάρ: ratio, qua credamus eſſe vermiculos, non oua. Itaque addidit πρῶτον, quod peſſimè omiſit Theodorus. Nam apis vermem generat at non πρῶτον, καὶ οὐκ ἐκ μέρους ὥσπερ, ſcilicet τὰ ᾠά. Hæc autem omnia dixit: quoniam ἐπωάζει.

Ἐπιστρόγγυλα, idem quod ὑποστρόγγυλα. Quoniam τὸ ὑπὸ, ſit infrà cui additur. Et τὸ ἐπὶ ſit, quod mouetur: at motus hic imperfectus eſt. Nam verè rotundi perfectè non ſunt. Hoc quoque neglexit Theodorus.

Διαρθροῦται Theodorus, *peragunt*: non rectè. Nam locuſtæ incubant ouis dum ea gerunt, & non διαρθροῦνται. Et tamen peragunt incubationem illam. Hic ſupprimit verba neceſſaria: alibi cumulat inaniter.

Ἐν κύτει στρογγύλῳ: *in ſinu orbiculato* Theodorus: rectè: κύτος hîc ἀκύρως.

Ὁ δὲ χυμὸς: oſtendit principijs ſuis materiam immutatam reſpondere. Nec niſi figura diſtare.

CCLXVIII. ARISTOTELES.

Αἱ δὲ λειμώνιαι ἀράχναι, προαποτίκτουσιν εἰς ἀράχνιον, οὗ τὸ μὲν ἥμισυ, πρὸς αὐταῖς ἐστὶ, τὸ δὲ ἥμισυ, ἔξω· καὶ ἐν τούτῳ ἐπωάζουσαι, ζῷα ποιοῦσι.

Pratenſes aranei pariunt in tela, qua parte dimidium intrò vergit ad ipſas, alterum dimidium foris extat. Atque in ea tandiu fœtum fouent, quoad animal perficiatur.

CÆSAR.

GENERATIM nunc narrat. Οὗ, non eſt relatiuum telæ, vt putauit Theodorus: ſed loci in tela. Et malè dixit, *telam applicatam matribus*: neque verum eſt, reliquum foris excipere partum, vt ait: imò in medio pariunt, inter veſtibulum & receſſum. Et malè dixit—

dixit ζῷα ποιοῦσι, *viuificant.* Nam vermiculi viui ſunt: ſed non ſunt animalia futura illa, propter quæ facti ſunt, vt in ea immutentur.

CCLXIX. ARISTOTELES.

Τὰ δὲ φαλάγγια τίκτει εἰς γύργαθον πλεξάμενα παχὺν, ἐν ᾧ ἐπωάζουσι. τίκτουσι δὲ, αἱ μὲν γλαφυραὶ, ἐλάττω τὸ πλῆθος. τὰ δὲ φαλάγγια, πολὺ πλῆθος· καὶ αὐξηθέντα περιέχει τὸ φαλάγγιον, καὶ ἀποκτείνει δὲ τὴν τεκοῦσαν ἐκβάλλοντα· πολλάκις δὲ καὶ τὸν ἄρρενα, ἐὰν λαμβάνωσι. συνεπωάζει γὰρ τῇ θηλείᾳ ἐνίοτε. τὸ δὲ πλῆθος γίνεται καὶ τριακόσια περὶ ἓν φαλάγγιον.

Phalangij rete craſſum texunt, in quod pariāt, atque incubent: ac venuſtioribus quidem araneis fœtus infrequentior: phalangijs autem numeroſa proles. Quæ vbi adulta fuerit, circunſiſtit matrem, atque interfectam eycit: ſæpe etiam patrem ſi comprehenderint. Vna enim fouet ille quoque interdum coniuge. Vni phalangio ad trecentos numero circumfuſi viſi ſunt.

C AE S A R.

APELLAT vulgares araneas γλαφυρὰς: quoniam minùs ſint aſpectu horridæ. ſed ſanè maxima eſt hoc in genere differentia. Sunt quaternis oculis aliquæ: ſunt celeritate inſignes, aliæ ignauæ: in pratis, in ſepibus, in arboribus, in ſaxis, in locis vacuis. Quædam tendunt rete, quædam curſu uenantur: quædam venenoſæ. Muſcam appoſitam ſine alis admoto ſpiculo illicò interfecit, atque me conſpecto retraxit, ſeruata ſcilicet nobis abſente præda ſibi. Alijs crura oblonga: alijs breuia: albæ, nigræ, fuluæ, hirtæ, læues, vittatæ, vnicolores, virides, cinereæ, ventre lato, rotundo, acuto.

Adiuuat coniugem incubatu mas, propter numeroſam ſobolem ſcilicet.

Περὶ ἓν φαλάγγιον: nouus modus. ἀφ' ἑνός. Sed multitudo facit eum ſic loqui.

CCLXX. ARISTOTELES.

Ἐκ δὲ μικρῶν, τέλειοι ἀράχναι γίνονται, περὶ τὰς ἑπτάδας τὰς τέτταρας.

Aranei circiter quater ſeptenis diebus è paruis, abſoluti fiunt.

C AE S A R.

DEbuit etiam addere hiſtoriam de vitæ tractu. Lunæ ſcilicet circuitu abſoluuntur.

CAPVT VIGESIMVM TERTIVM,

Locuſtarum generationes.

CCLXXI. ARISTOTELES.

Αἱ δ' ἀκρίδες, ὀχεύονται τὸν αὐτὸν τρόπον τοῖς ἄλλοις ἐντόμοις, ἐπιβαίνοντος τοῦ ἐλάττονος ἐπὶ τὸ μείζονα· τὸ γὰρ ἄρρεν, ἔλαττόν ἐστι. τίκτουσι δὲ εἰς τὴν γῆν, καταπήξασαι τὸν πρὸς τῇ κέρκῳ αὐλόν. οἱ δὲ ἄρρενες, οὐκ ἔχουσιν. ἀθρόως δὲ τίκτουσι, καὶ κατὰ τὸν αὐτὸν τόπον· ὥστε ἂν εἶναι καθαπερεὶ κηρίον. εἶθ' ὅταν τέκωσιν, ἐνταῦθα γίνονται σκώληκες

Locuſtæ aliorum inſectorum more coëunt, inſcendēte minore maius: minor enim mas eſt. Pariunt autem in terra impacta fiſtula quam ad caudam habēt ipſæ. Mares non habent. Simul cunctæ pariunt, eundémque in locum deponunt: ita vt quaſi fauus fiat. Deinde vbi pepererint ibi naſcuntur vermes oui ſpecie, qui comprehenduntur

ᾠοειδεῖς,

γεώδεις, αἳ περιλαμβάνονται ὑπό τινος γῆς λεπτῆς, ὥσπερ ὑφ' ὑμένος· ἐν ταύτῃ δὲ ἐκπέπτονται. γίνεται δὲ μαλακὰ τὰ κυήματα οὕτως, ὥστε αὐτῆς ἅψηται, συνθλίβεσθαι. ταῦτα δὲ οὐκ ἐπιπολῆς, ἀλλὰ μικρὸν ὑπὸ γῆς ἐστιν. ὅταν δὲ ἐκτεκνῶσιν, ἐκδύουσιν ἐκ τοῦ γεώδους τοῦ περιέχοντος ἀκρίδες μικραὶ καὶ μέλαιναι· εἶτα περιρρήγνυται αὐταῖς τὸ δέρμα, καὶ γίνονται εὐθὺς μείζους. τίκτουσι δὲ λήγοντος τοῦ ἔαρος. καὶ τεκοῦσαι, ἀποθνήσκουσιν ἅμα. ἅμα γὰρ τικτούσαις σκώληκες ἐγγίνονται περὶ τὸν τράχηλον. καὶ οἱ ἄρρενες δὲ ἀποθνήσκουσι περὶ τὸν αὐτὸν χρόνον. ἐκδύουσι δὲ ἐκ τῆς γῆς τοῦ ἔαρος. οὐ γίνονται δὲ αἱ ἀκρίδες ἐν τῇ ὀρεινῇ, οὐδ' ἐν τῇ λέπρᾳ, ἀλλ' ἐν τῇ πεδιάδι καὶ κατερρωγυίᾳ. ἐν ταῖς ῥωγμαῖς γὰρ ἐκτίκτουσι. διαμένει δὲ τὰ ᾠὰ τοῦ χειμῶνα ἐν τῇ γῇ· ἅμα δ' ἐν τῷ θέρει γίνονται ἐκ τῶν περυσινῶν κυημάτων ἀκρίδες.

à terra quadam tenui, quaſi à mẽbrana in qua matureſcunt: Fœtus adeò molles edunt, vt ſolo attactu elidantur: neque in terræ ſuperficie; ſed paulò infrà. Tum amiſſa prioris fœturæ forma emergunt ex terreo illo tegmine locuſtillæ minutæ ac nigræ: poſtremò circumrupta cute euadunt grandiores. Pariunt affecto vere; ſimúlque effœtæ intereunt. Circum namque earum collum innaſcuntur vermes tunc. Eodem tempore etiam mares pereunt. Exeunt deſubtus terram vere. Locuſtæ in terra montana, aut ſqualida nõ oriũtur: ſed in campeſtri atque hiante: in rimis enim pariunt oua ſua; è quibus tranſacta in terra hyeme, proueniunt è ſuperſtitibus fœtibus locuſtæ ineunte æſtate.

C Æ S A R.

SVBTILIS hiſtoria, & vt Græci vocant ἀκριβής. Nam coïtum ponit: oua, vermiculos, locuſtas: tempus coïtus: partus: exitus: mortis: modum coïtus: fœturæ: exitus: locum earum naturæ attributum, negatúmve, locíque rationem. Nam in terra tenui non ſunt rimæ, neque in montana: intelligit montes aſperos: non torrenos colles.

Τίκτουσιν εἰς τὴν γῆν: deorſum, infrà terram. Εἰς, quod poſteà declarat, οὐκ ἐπιπολῆς. Et dixit καθιεῖσαι αὐλόν: declarat quomodo εἰς. Et mox hoc ipſum exponit, cùm dicit: μικρὸν ὑπὸ γῆς. Theodorus legit καυλόν, non αὐλόν: ſed per fiſtulam, quam caudæ ſubiectam habent, pariunt.

Ἀθρόως: non vt Theodorus: *vniuerſæ* ſolùm pariunt: ſed & ſimul & cumulatim.

Εἶθ' ὅταν τέκωσιν: noluit appellare vllo nomine id quod pariunt. Quoniam vera oua non ſint. Et tamen inferiùs appellauit ᾠά. Sed ex eis adhuc quod oritur, oui ſpeciem præ ſe fert.

Περιλαμβάνονται; non *ambiuntur*, vt Theodorus. Nam tractum illũ actionis intelligere oportet: contrahunt enim puluerem terræ lentore ſuo reſudato, qui in cruſtam coaleſcit. Itaque infrà γεώδεις: quoniam non tota terra ſit.

Legebatur ἐν ταύτῃ δ' ἐκπέτονται. Theodorus; *qua diſiecta euolant*. Ariſtotelis oratio hoc ſenſu manca eſſet. Nam in ea membrana non poſſunt volare: neque ex ea euolant. Quoniam nondum creuêre, cùm ex ea exeunt. Et ἐν ταύτῃ non conuenit huic ſenſui. Itaque mendum fuit: atque ἐκπέπτονται *excoquunt*, legi debet. Quo verbo etiam ſuprà vſus eſt, de melle.

Συνθλίβεσθαι *dilabatur* Theodorus: malè. Non enim neceſſe eſt dilabi. Sed hæret digitis ſicut muccus. Malè etiam addidit *leuiſſimum*: &, *pereat*.

Ὅταν δ' ἐκτεκνῶσιν. ἐκ τοῦ τόκου εἰς ἀκρίδας μεταβάλωσι. Aoriſtus eſt ſecundus paſſiuus ſubiunctiui: malè inſcriptus erat accentus acutus ἐκτέκωσιν: γεώδους Theodorus addidit *amiculo* ambigua voce cum amico Catulliano.

Λήγοντος ἔαρος non λήξαντος: icciroo diximus affecto vere.

Theodorus addidit, *qui eas ſtrangulant*: malè, etſi Plinium autorem habeat. Nam eas exedunt, non ſtrangulant.

Λέπρα *terra ſqualida*: non enim hiat, ſed ſemper ſubſidit: igitur neque in pingui, neque in humida: *deſubtus* autem dicitur vt deſuper.

Περιουσιῶν *qui ſuperfuêre*: περιεῖναι. Theodorus *è ſuperioris anni fœtibus* non malè. οὐσία, ſubſtantia, vnde περιουσία, & περιουσιασμὸς multitudo. Et apud Suidam ὕπαρξις φυσική.

Nota Philoſophum non poſuiſſe modum interitus: maſculorum ſaltem dixiſſet τὸν αὐτὸν τρόπον: aut ὁμοίως.

Nota etiam ex Dioſcoride locuſtas eſitari ſolitas, ne Grammaticorum pertinacia pergat ineptire de locuſtis Diui præcurſoris Domini.

CAPVT

CAPVT VIGESIMVM-QVARTVM,

De brucis, & eorum fœtu.

CCLXXII. ARISTOTELES.

Ὁμοίως δὲ τίκτουσι καὶ οἱ ἀττέλαβοι· καὶ τεκόντες, ἀποθνήσκουσι. φθείρεται δ᾽ αὐτῶν τὰ ᾠὰ ὑπὸ τῶν μετοπωρινῶν ὑδάτων, ὅταν πολλὰ γένηται· ἂν δὲ αὐχμὸς συμβῇ, τότε γίνονται μᾶλλον ἀττέλαβοι πολλοὶ, διὰ τὸ αὐτὰ μὴ φθείρεσθαι ὁμοίως· ἐπεὶ ἄτακτός γε δοκεῖ εἶναι ἡ φθορὰ αὐτῶν, καὶ γίνεσθαι ὅπως ἂν τύχῃ.

Simili modo bruci & pariunt, & poſt partum moriuntur. Corrumpuntur eorũ oua Autumno, cùm multi imbres ingruunt. At ſicciore tempeſtate prouentus eorum maior haud perinde corruptis ouis: propterea quòd eorum interitus, neque certo ordine, & fortuitò fieri videtur.

CAESAR.

MVLTI ſunt, & non ſine ratione, qui attelabos Ariſtotelis, Plinij brucos eſſe putent: de quibus, & de locuſtis ampliùs in Exercitationibus noſtris de *ſubtilitate* ad Cardanum.

Ἐπεὶ ἄτακτός γε δοκεῖ εἶναι ἡ φθορὰ αὐτῶν, καὶ γίνεσθαι ὅπως ἂν τύχῃ. Quare dixit ἐπεί? Quoniam dependet ab imbribus ouorum interitus. Itaque etiam brucorum prouentus aut internecio. Quare dixit ὅπως ἂν τύχῃ, ideſt fortuitò. Theodorus ἄτακτος *innormis*: dura voce. Et τὸ γίνεσθαι non retulit ad φθοράν, ſed ad oua: vt oua fiant & oriantur: non autem vt fiat interitus. Sed malè: nam tantùm loquitur de interitu: qui cùm ſit fortuitus ab imbribus, reddit pro ratione, quare bruci aliquando non proueniãt. Cum tamen certus eorum ortus ſit, vere ſcilicet.

CAPVT VIGESIMVM-QVINTVM,

De cicadis, & earum coïtu.

CCLXXIII. ARISTOTELES.

Τῶν δὲ τεττίγων γένη μέν ἐστι δύο. οἱ μὲν, μικροὶ, οἱ πρῶτοι φαίνονται, καὶ τελευταῖοι ἀπόλλυνται· οἱ δὲ μεγάλοι, οἱ ᾄδοντες, ὕστερόν τε γίνονται, καὶ πρότερον ἀπόλλυνται. ὁμοίως δὲ ἔν τε τοῖς μικροῖς, καὶ ἐν τοῖς μεγάλοις, οἱ μὲν, διῃρημένοι εἰσὶ τὸ ὑπόζωμα, οἱ ᾄδοντες· οἱ δὲ ἀδιαίρετον ἔχοντες, οὐκ ᾄδουσι. καλοῦσι δέ τινες τοὺς μὲν μεγάλους καὶ ᾄδοντας, ἀχέτας· τοὺς δὲ μικροὺς, τεττιγόνια· ᾄδουσι δὲ μικρὸν καὶ τούτων [οἱ] διῃρημένοι.

Cicadarum genera duo. Vnum paruarũ, quod primum apparet, poſtremum interit. Alterũ maius canorũ: tũ poſteriùs oriuntur: tũ priùs pereunt. Quæ canunt ſiue è maiorum, ſiuè è minorũ genere ſint, ad præcinctum ſecturã habent. Quibus autem cõtinua ea pars: ea non canunt. Maiores canoras vocant nonnulli Achetas: *minores autem* Cicadellas. *Quarum quæ diuiſuram habent, etiam aliquantulum cantillant.*

CAESAR.

CAESAR.

GENERA cicadarum vna diſtinguit differentia, ab ortu: alteram ponit à præciſione ad aluum. Nam maiores cùm ſeriùs oriantur, maturiùs intereunt: contrà minores. Ratio eſt. Quoniam caloris ſoboles ſunt maiores. Itaque eis cantus datus. At cantio non niſi æſtibus. Ratio præciſuræ eſt quaſi inſtrumentum cantionis: fiſtulam enim ibi membraneam habent. Ἀχέτας *argutas*: argutè ſanè interpretatus eſt Theodorus: non malè etiam *ſoneras* poſſis dicere: ἦχος enim ſonum ſignificat. Sed nota cùm eandem vocem geminant, à Græcis ſic dictas: ſicut Echo id facit cùm reddit vocem repetitã. Sed vt optime ἀχέτας vertit Theodorus, ſic paulò infeliciùs τεττιγόνια, *mutas* dixit. Sed & falsò: neque enim mutæ ſunt: nam quis vnquam mutum genus, in canentes & mutas diuidat? At τῶν τεττιγονίων ὥσπερ διῃρημένα ἐστὶ, ᾄδει δὲ ταῦτα. Plinius quoque, cuius ſæpe nimium ſtudioſus eſt Theodorus, maiores magis canoras ait. *Cicadellas* nos vertimus Thuſca & vt nunc loquuntur, Romanenſi voce. Idem, *pracinctæ prodierint*, malè: quaſi verò præcincturam acquirant aliquæ poſtquam prodierint. Et *præcinctæ* διῃρημένα paulò negligentiùs.

CCLXXIV. ARISTOTELES.

Οὐ γίνονται δ' οἱ τέττιγες ὅπου δένδρα μή ἐστι· διὸ καὶ ἐν Κυρήνῃ οὐ γίνονται ἐν τῷ πεδίῳ, περὶ δὲ τὴν πόλιν πολλοί· μάλιστα δὲ οὗ ἐλαῖαι οὐ γίνονται πολύσκιοι. ἐν γὰρ τοῖς ψυχροῖς οὐ γίνονται τέττιγες· διὸ οὐδὲ ἐν τοῖς συσκίοις ἄλσεσιν.

Loca arboribus vacua non ferunt cicadas. Itaque agro Cyrenaico nullæ ſunt. At ad vrbem ipſam frequentes: præſertim vbi oliuæ non ſunt, quæ multa opacent vmbra. Nam cùm frigidis locis non naſcantur, ne in opacis quidem lucis reperiuntur.

CAESAR.

NVNC locum, qui eſt quaſi matrix quædam rerum naturalium deſcribit, & loci rationem, frigus, caloremque: & frigoris rationem, vmbras: & autores vmbrarum, oliuas, ac lucos. Non autem proueniunt niſi conſitis locis, propterea quòd rore puriſſimo aluntur: oderéque humorem terræ.

Ἐν Κυρήνῃ, & Philoſophus nimis amplè locutus eſt. (Neque enim Κυρήνη ager eſt) cùm illa tàm arcta præpoſitione Synecdochen licentioſam vſurpauit: & Theodorus eum ſecuutus, *apud Cyrenem*, inquit: addidit tamen *in campo*: vt & Philoſophus ἐν τῷ πεδίῳ: & apud Cyrenem quidem arbores ſunt: in campis non ſunt. Quod & à Plinio animaduerſum fuit.

Μάλιστα δ' οὗ ἐλαῖαι οὐ γίνονται πολύσκιοι. Theodorus omnino contrarium legit. *Oliuas maximè amant, vt minùs vmbroſas.* At nos ſcimus oliuas vmbroſas eſſe. Itaque eas fugiunt cicadæ.

CCLXXV. ARISTOTELES.

Ὀχεύονται δ' οἱ μεγάλοι ὁμοίως ἀλλήλοις καὶ οἱ μικροί, ὕπτιοι συνδυαζόμενοι πρὸς ἀλλήλους. ἐναφίησι δ' ὁ ἄῤῥην εἰς τὴν θήλειαν, οὐχ ὥσπερ τὰ ἄλλα ἔντομα. ἔχει δ' ἡ θήλεια αἰδοῖον ἐσχισμένον. ἡ δὲ θήλειά ἐστι, ἐν ᾗ ἐναφίησιν ἄῤῥην.

Nullum inter maiores minorésve diſcrimen coeundi. Sed æquè omnes ſupinæ inter ſe coniunguntur. Immittit in fœminam mas, non vt alia inſecta. Habet fœmina ſciſſum genitale. In eam enim immittit ſuum mas.

CAESAR.

NVNC coïtum declarat & modum: ſupinæ, inquit, ergo ſurrectæ, ſi vtraque ſupina eſt, ſtantes bipedes. Neque poſſum comprehendere intellectione: cùm clunes ſint applicandæ. Legebatur illud ſic. ὥσπερ καὶ τὰ ἄλλα ἔντομα. Nam muſcæ fœminæ & Scarabæi in marem immittunt genitale. In cuius meatum excipiunt maris ſemen. Iccirco dixit ſciſſum genitale fœminæ: ne quis putaret fœminam indere ſicut alia inſecta. Quare emendauimus οὐχ ὥσπερ τὰ ἄλλα ἔντομα. Hoc quoque prætcrijt Theodorus. Itaque etiam repetit Philoſophus ἡ δὲ θήλειά ἐστι, &c.

CCLXXVI. ARISTOTELES.

Τίκτουσι δ' ἐν τοῖς ἀργοῖς, τρυπῶντες ᾧ ἔχουσιν ὄπισθεν ὀξεῖ, καθάπερ καὶ οἱ ἀττέλαβοι. καὶ γὰρ οἱ ἀττέλαβοι τίκτουσιν ἐν τοῖς ἀργοῖς· διὸ πολλοὶ ἐν τῇ Κυρήνῃ γίνονται. ἐντίκτουσι δὲ καὶ ἐν τοῖς καλάμοις, ἐν οἷς ἱστᾶσι τὰς ἀμπέλους, διατρυπῶντες τοὺς καλάμους· καὶ ἐν τοῖς τῆς σκίλλης καυλοῖς. ταῦτα δὲ τὰ κυήματα καταῤῥεῖ εἰς τὴν γῆν.

Pariunt in aruis ceſſantibus ſicut & bruci: quorũ partus in ipſis item fit: perforantes mucrone illo quem ad clunes habent. Quamobrem in agro Cyrenenſi largè naſcuntur. Pariunt etiam in arundinibus ex quibus facta ſint vitibus pedamenta. Et in ſquillæ caulibus. Qui fœtus in terram decidunt.

CAESAR.

CVIVSMODI roſtrum habent gammari, non abſimilem mucronem ad clunes habent cicadæ. Theodorus *aſperitate præacuta* τὸ ὀξεῖ hoc interpretatus eſt.

Καθάπερ καὶ οἱ ἀττέλαβοι, *bruci eiuſmodi ſolo* Theodorus ambitioſè. Neque enim in ſolo pariunt: ſolum enim eſt, quod ſoleæ ſubeſt: ſed in cauis.

Ἐν καλάμοις, *nidum fœturæ excauant*, malè: nam in ipſum tubum deponunt oua.

Καταῤῥεῖ εἰς τὴν γῆν: vult quaſi referre earum ortum omnino ad terram: tametſi initia alibi ſunt.

CCLXXVII. ARISTOTELES.

Γίνονται δὲ πολλοὶ, ὅταν ἐπομβεία γένηται.

MAgnus earum prouentus per imbres.

CAESAR.

PVlcherrima contemplatio. Ex imbribus fieri animal, quod imbrium materia tantùm alatur: rore ſcilicet. Eſt enim pluuia nocturna ſereni aëris, non in nubem coacti.

CCLXXVIII. ARISTOTELES.

Ὅταν δὲ σκώληξ αὐξηθῇ ἐν τῇ γῇ, τότε γίνεται τεττιγομήτρα, καί εἰσι τότε ἥδιστοι, πρὶν περιῤῥαγῆναι τὸ κέλυφος. ὅταν δὲ ἡ ὥρα ἔλθῃ περὶ τροπὰς, ἐξέρχονται νύκτωρ, καὶ εὐθὺς ῥήγνυται τὸ κέλυφος, καὶ γίνονται τέττιγες ἐκ τῆς τεττιγομήτρας. γίνονται δὲ μέλανες καὶ σκληρότεροι εὐθὺς, καὶ μείζους καὶ ᾄδουσιν.

CVm in terra creuerit vermiculus fit tettigometra. Quo tempore ſunt in cibo ſuauiſſimæ antequam calix dirumpatur. Appetente autem ſolſtitij tempore noctu prodeunt ſtatim rupto cortice. Atque ita ex tettigometra cicadæ fiunt: nigræ quidem, ac ſtatim duriores: & iam canunt.

CAESAR.

TRACTVM generationis declarat ab ouo ad cicadam per vermiculum & tettigometram: quæ *matricicada* aut *cicadomatrix* nihilo infeliciùs dici poteſt: alia tamen ratione ducta vox quàm ortygometra. Illa à magnitudine, hæc ab officio. Quoniam ex ea prodeat cicada.

Dicit eſſe ſuauiſſimas, & eſitari ſolitas. At ego puto Græcos etiam è Tiſiphone crinibus cibum petere poſſe. Qui arun, & aſphodelum fœnum, Græcum: mitto lupinum & cuminum: & locuſtas, & cicadas eſitauêre.

CCLXXIX. ARISTOTELES.

Εἰσὶ δὲ ἄῤῥενες μὲν, οἱ ᾄδοντες, ἐν ἀμφοτέροις τοῖς γένεσι· θήλεις δὲ, οἱ ἕτεροι.

IN vtroque genere quæ canunt, mares ſunt: reliquæ, fœminæ.

C AE S A R.

ERGO in maiorum numero omnes mares eſſent, quod falſum eſt. Sanè diſtinxit maiorũ genus à minoribus, ex eo quòd maiores canerent, omnes ſcilicet. Nam ſi non omnes, à minoribus diſtinguerentur. Nam & in hoc genere ſunt quæ canunt.

Nota θήλεις: quæ vox: vt contrà, *maſcula Sappho.*

CCLXX. ARISTOTELES.

Καὶ τὸ μὲν πρῶτον ἡδίους αἱ ἄῤῥενες, μετὰ δὲ τὴν ὀχείαν αἱ θήλειαι. ἔχουσι γὰρ ᾠὰ λευκά.

AC primùm quidem mares ſuauiores: à coitu verò fœminæ: habent enim oua candida.

C AE S A R.

POnit differentiam ab accidenti: & reddit rationem gulæ.

CCLXXI. ARISTOTELES.

Ἀναπτόμεναι δὲ ὅταν συμβῇ τις, ἀφιᾶσιν ὑγρὸν, οἷον ὕδωρ, ὃ λέγουσιν οἱ γεωργοὶ, ὡς κατουρούντων καὶ ἐχόντων περίττωμα, καὶ τρεφομένων τῇ δρόσῳ.

SVperuentu cuiuſpiam cùm auolant, emittunt humorem aquæ ſpecie. Eo agricolæ putant ipſas mingere: perinde atque excrementum roris, quo alantur.

C AE S A R.

ΟΤαν συμβῇ τις. Imò meliùs τὶ quàm τίς. Neque enim ſolum hominem fugiunt, ſed etiam ramorum conflictu territæ, idem faciunt. Verùm ſic Philoſophus loquutus eſt, propterea quòd non potuit animaduerti, niſi ab eo qui intereſſet.

Ὡς κατουρούντων Quoniam non erat vera vrina mitigauit ſignificatum, cùm dixit περίττωμα. Tertiò expreſſit rem cuius eſſet excrementum: cùm dixit τρεφομένων τῇ δρόσῳ.

CCLXXII. ARISTOTELES.

Ἐὰν δέ τις κινῶν τὸν δάκτυλον προσίῃ ἐπ' ἄκρου, ἤ τι κάμπτων καὶ ἐκτείνων πάλιν, μᾶλλον ὑπομένουσιν, ἢ ἐὰν εὐθὺς ἐκτείνῃ· ἀναβαίνουσι δ' ἐπὶ τὸν δάκτυλον, διὰ τὸ ἀμυδρῶς ὁρᾶν, ὡς ἐπὶ τὸ φύλλον ἀναβαίνοντες κινούμενον.

SI quis aut digitum mouens appropinquet, aut quippiam flectens permittat remitti, ſecuriores manent, quàm ſi derepente extendatur. Tranſcendunt etiam in digitum, quaſi in folium motum: propterea quòd obſcurè cernunt.

C Æ S A R.

NVNC affectum σκληροφθαλμίας affert ex experientia. Neque temere quicquam dicit. Nam & digitum tantùm poſuit, non *contractum*, & *remiſſum*, vt ait Theodorus, ſed præ oculis motatum. Et vimen aut ramulum, priùs flexum, quã ſenſim permittas retendi. Tunc non mouentur. At mouentur ſi repentinum quid admoueatur. Ergo ex impetu excitantur, non ex rei dignotæ ratione. Itaque addit aliud argumentum. Cum digitum inſcendunt. Et poſteà dixit: obſcurè vident. Inſcendunt enim digitum ſi ſenſim admoueatur: neque leui appulſu procurentur: cùm nihil dignoſcant. Cùm Sol non nitet, tunc penè nihil vident.

CAPVT VIGESIMVM-SEXTVM,

De pediculis, pulicibus, cimicibus, culicibus.

CCLXXXIII. ARISTOTELES.

Τῶν δ' ἐντόμων ὅσα σαρκοφάγα μὲν μή ἐστι, ζῇ δὲ χυμοῖς σαρκὸς ζώσης, οἷον αἵ τε φθεῖρες καὶ ψύλλαι, καὶ κόρεις, ἐκ μὲν τῆς ὀχείας πάντα γεννᾷ τὰς καλουμένας κόνιδας. ἐκ δὲ τούτων ἕτερον οὐδὲν γίνεται πάλιν.

Inſecta quæ carniuora non ſunt, ſed viuorum corporum ſuccum depaſcuntur: cuiuſmodi pediculi & pulices, & cimices, è coitu generant omnia ea, quæ lendes *vocantur. Ex his aliud nihil gignitur rurſus.*

CAESAR.

Nunc tranſit ad alia genera inſectorum, quæ alijs innaſcuntur animalibus. Sed vtinam ſic non loquutus fuiſſet: falſum enim eſt ex lendine nihil gigni. Nam pediculi gignuntur. Et ex ouis cimicum cimices: vidimus nos inchoatos. An verò ex illis alij naſcantur nécne, quis ſcit? veriſſimi ſaltem ſane ſunt cimices.

Πάλιν: quoniam repetitur generatio.

CCLXXXIV. ARISTOTELES.

Αὐτῶν δὲ τούτων γίνονται αἱ μὲν ψύλλαι, ἐξ ἐλαχίστης σηπεδόνος. ὅπου γὰρ κόπρος ξηρὰ γένηται, ἐνταῦθα συνίστανται· αἱ δὲ κόρεις, ἐκ τῆς ἰκμάδος τῆς ἀπὸ τῶν ζώων συνισταμένης ἐκτός. αἱ δὲ φθεῖρες, ἐκ τῶν σαρκῶν. γίνονται δὲ, ὅταν μέλλωσιν, οἷον ἴονθοι μικροὶ, οὐκ ἔχοντες πύον. τούτους ἄν τις κεντήσῃ, ἐξέρχονται φθεῖρες.

Horum generatio talis eſt. E minima putredine pulices: vbi fimus aridus ſit concreſcunt ibi. Cimices ex vapore, qui conſiſtit in cute animalium: pediculi è carnibus. Nam cùm propè eſt vt enaſcantur, extant veluti puſtulæ puſillæ ſine pure, quas ſi acu aperias, prodeunt pediculi.

CÆSAR.

Nunc eorum materiam ponit. At aliæ quoque materiæ eorum ſunt. Nam pulices è ſudore in canibus: non è fimo ſolùm. Imò verò in ſtabulis non durant: & equis nulli. Mutes autem refertiſſimi omnium ſunt: fortaſſe quia conſortes ſunt illius putredinis. At canibus maximè infeſti: felibus craſſiſſimi ac molliſſimi. Cimices verò in lectis, quorum materia mollior: in quercu, rari: in abiete, frequentes: in palea, frequentiores.

Nota & illud diligenter: ſi pediculi è carne fiunt, id quod verum eſt: ergo & carniuori. Id quod etiam verum eſt. Neque enim ſugunt vt pulices, ſed rodunt. Quod nos in caſtris & in mari ſępè, & diu experti ſumus. Qui ſub cute oriuntur, minimi, rotundi, & ſerpunt. A Romanis *pedicelli*: à Liguribus Taurinis *peluſelli*: à Gallis *ſirones*: à Vaſconibus *brigantes* vocantur.

Ἐκ τῆς ἰκμάδος, ex *humore* Theodorus, malè: ſed reſudationem vaporoſam intellige: λιγνυώδη vt ait Galenus.

Ἴονθοι *puſtulæ*: ἰὸς lentor carnis, aut alicuius rei alterius. Γίνονται Theodorus *emergunt* malè: ſed *exeunt*.

CCLXXXV. ARISTOTELES.

Ἐνίοις δὲ συμβαίνει τῶν ἀνθρώπων νόσημα, ὅταν ὑγρασία πολλὴ ἐν τῷ σώματι ᾖ· καὶ διεφθάρησάν τινες ἤδη τοῦτον τὸν τρόπον, ὥσπερ Ἀλκμᾶνά τέ φασι τὸν ποιητὴν, καὶ Φερεκύδην τὸν Σύριον. καὶ ἐν νόσοις δέ τισι γίνεται πλῆθος φθειρῶν.

Euenit quibuſdam exuberante humore plurimo, vt pediculari morbo capiantur: interemptis etiã nonnullis iam ad hunc modum: velut Alemanen. poetam, & Syrium Pherecydem narrant. Et in quibuſdam morbis pediculi proueniunt.

CAESAR.

DVo dicit de pediculis, morbum & accidens. Semper Ariſtoteles & Hippocrates exceſſum, aut defectum dicunt morbum. Itaque medicinam eſſe ablationẽ & additionem. Quod quemadmodum ſit accipiendum alibi diximus. Quare cùm pediculi è ſuperfluo corrupto naſcantur, ſi id ſuperflui multum ſit, multi quoque erunt illi. Sed cùm pediculos dicat è carne fieri, quomodo nunc ex ὑγρότητος? Quoniam adiuuat carnis corruptionem. Accidens autem ſunt illis in morbis qui, aut ſunt humidiſſimi, aut ſicciſſimi: vt vidimus in tabefactis puſtulas, & pediculos, conſumente calore humidum, qui exit à materia ſua. φθειρίασις dicitur morbus ille. Si Syllam Dictatorem nôſſe potuiſſet, addidiſſet hiſtoriæ.

Facetè διεφθάρησαν: φθεῖρες enim appellantur.

CCLXXXVI. ARISTOTELES.

Ἔστι δὲ γένος φθειρῶν οἳ καλοῦνται ἄγριοι, καὶ σκληρότεροι τῶν ἐν τοῖς πολλοῖς γιγνομένων. εἰσὶ δὲ ἔτι καὶ δυσαφαίρετοι ἀπὸ τοῦ σώματος.

Pediculorum genus eſt quod ferum *vocant. Durius hoc in multis gignitur. Nec facilè à corpore auelli poſſunt.*

CAESAR.

II ſunt qui ad pubem naſcuntur & alas, ſimiles ricinis: pedibus in cutẽ inſertis, quos, vt ſuprà diximus, vulgus Gallicum *morpiones* vocat. Non ſæpè auelluntur ſine ſanguine.

Ἐν πολλοῖς γίνεται. Theodorus, *magna ex parte prouenit*: malè. Imò non omnibus prouenit: non πολλάκις, ſed πολλοῖς: imò non multis ſi cum reliqua hominum parte comparentur.

CCLXXXVII. ARISTOTELES.

Παισὶ μὲν οὖν ἧσσον, αἱ κεφαλαὶ φθειρώδεις γίνονται· τοῖς δὲ ἀνδράσιν, ἧττον.

Puerili ætate pediculis plus ſcatent capita: virili minùs.

CAESAR.

QVoniam humidiore calore, maioréque abundant. Et dicit capita: Quoniam retinetur ibi & calor, & humor ſuperfluus in cute, tum capillo. Tum quia ſedet, nec fluit, vt aliunde. Theodorus male *in capillo* αἱ κεφαλαί.

CCLXXXVIII. ARISTOTELES.

Γίνονται δὲ καὶ αἱ γυναῖκες τῶν ἀνδρῶν μᾶλλον φθειρώδεις.

Item fœminis pluſquam viris.

CAESAR.

EAdem cauſſa ab humore, & capilli copia.

CCLXXXIX. ARISTOTELES.

Ὅσοις δ' ἂν ἐγγίνωνται τῇ κεφαλῇ, ἧττον πονοῦσι τὰς κεφαλάς.

Quibus caput pediculis frequens eſt, iis minùs ſæpe dolet,

CÆSAR.

PROpter eà quòd excreti ſuperflui indicium eſt. Et quod reliquum eſt illi ipſi depaſcuntur.

CCXC. ARISTOTELES.

Ἐγγίνονται δὲ καὶ τῶν ἄλλων ζώων ἐν πολλοῖς φθεῖρες. καὶ γὰρ οἱ ὄρνιθες ἔχουσι· καὶ οἵ γε καλούμενοι φασιανοὶ, ἐὰν μὴ κονιῶνται, διαφθείρονται ὑπὸ τῶν φθειρῶν· καὶ τῶν ἄλλων δὲ ὅσα πτερὰ ἔχει, τῶν ἐχόντων καυλόν.

PRoueniunt etiam pediculi aliis in animalibus. Habent enim & aues. Quin etiam phaſiani ab iis necantur, niſi puluerulentur. Item & aliæ, quarum penna caulem habent.

CAESAR.

MOlliores ſunt hi, & oblongiores, & tenuiores cinereo colore. Necantur puluere & aqua: vtrunque enim datum eſt auibus: diſtinxit ſuprà alarum genera. Nam quædam pennas non habent, vt veſpertilio, & inſecta volucria.

CCXCI. ARISTOTELES.

Καὶ τῶν ἐχόντων τρίχας· πλὴν ὄνος· οὐκ ἔχει οὔτε φθεῖρας, οὔτε κρότωνας. οἱ δὲ βόες, ἔχουσιν ἀμφότερα. τὰ δὲ πρόβατα καὶ αἶγες, κρότωνας, φθεῖρας δ' οὐκ ἔχουσι· καὶ ὗες, φθεῖρας μεγάλους καὶ σκληρούς. ἐν δὲ τοῖς κυσὶν, οἱ καλούμενοι γίνονται κυνοραῖσται.

ET ea animalia quæ pilis teguntur, excepto aſino, qui neque pediculis, neque ricinis infeſtatur. At boues vtrunque habent. Oues & capræ ricinum: pediculum non. Item ſues grandibus pediculis, duriſq; laborant. Canibus autem generantur ii, quos Cynoraïſtas *vocant.*

CAESAR.

NVNC à generibus animalium in quibus fiunt pediculi. Quoniam iam auium genus narrabat: & comparat cum natura ricini & cynoraiſtæ: diſtinguit enim canum ricinos ab aliis: coniungit quoque affectum pilorum cum penna: ſicut ſuprà coniunxerat hiſtoriam.

Theodorus *κρότωνας redinos* neſcio quos appellauit: cùm iners beſtia eſt: potes caninum ricinum *lancinaſtam* appellare. Nam Vaſcones corrupère: *lagaſtum* enim vocant. Suilli autem duriores ſunt: quoniam ſeta, non pilo teguntur.

CCXCII. ARISTOTELES.

Πάντες δὲ οἱ φθεῖρες, ἐν τοῖς ἔχουσιν, ἐξ αὐτῶν γίνονται τῶν ζώων.

PEdiculi ex ipſis animalibus fiunt, in quibus generantur.

CÆSAR.

REpetit quod ſuprà dixit, è carne fieri.

CCXCIII. ARISTOTELES.

Γίνονται δὲ αἱ φθεῖρες μάλιστα, ὅταν μεταβάλλωσιν ὕδατα εἰς λούονται, ὅσα ἔχει τῶν λουομένων φθεῖρας.

QVæ animalia & lauantur, & ſolent pediculos generare, ea tum pluribus infeſtantur, cùm aquas, quibus ſeſe lauant, mutant.

CÆSAR.

NVNC affectum ab euentu, à cauſſa materiali: ſicut dicebat de culicum generatione: vbi eſt limus παντοδαπὸς, ita citior fit corruptio: aſſueto humori ſi diuerſus addatur.

More ſuo addit ὅσα ἔχει τ λουομένων φθεῖρας. Quis enim neſciat ſi plures generantur pediculi, pediculos habere. Et ſi aquas mutant ad lauandum, lauare ſeſe?

CCXCIV. ARISTOTELES.

Ἐν δὲ τῇ θαλάττῃ γίνονται μὲν ἐν τοῖς ἰχθύσι φθεῖρες· οὗτοι δὲ οὐκ ἐξ αὐτῶν τῶν ἰχθύων, ἀλλ' ἐκ τ ἰλύος. εἰσὶ δὲ τὰς ὄψεις ὅμοιοι τοῖς ὄνοις τοῖς πολύποσι, πλὴν τ κέρκον ἔχουσι πλατεῖαν. ἓν δὲ εἶδός ἐστι τῶν φθειρῶν τῶν θαλαττίων, καὶ γίνονται πανταχοῦ, μάλιστα δὲ περὶ τὰς τρώγλας.

IN mari qui pediculi infeſtant piſces, non ex ipſis ſiunt piſcibus: ſed è limo proueniunt. Eorum facies ſimilis aſellorum, qui multis pedibus præditi ſunt, niſi quod caudam latam habent. Omnibus his vnum genus. Et vbique proueniunt: maximè autem circa foramina.

CÆSAR.

TRANSIT ad aliud genus ſummum. Et diffinit loco: quoniam in mari: generatione: quoniam è limo: facie: quoniam oniſcis ſimiles. Differunt ab oniſcis cauda: differũt etiam: quoniam non ſunt eorum diuerſæ ſpecies: differunt habitatione: quoniam non in piſcibus habitãt, ſed circa foramina. Vnde aggreſſi ſopitos piſces abſumunt, ſicut ſuprà diximus.

Γίνονται ἐν τοῖς ἰχθύσι φθεῖρες: paulò laxiùs. Neque enim in illis ſunt, aut in illis habitant: quin abſumunt.

CCXCV. ARISTOTELES.

Πάντα δὲ πολύποδά ἐστι ταῦτα καὶ ἄναιμα τὰ ἔντομα.

OMnia autem hæc, inſecta & exanguia ſunt, & multis prædita pedibus.

CÆSAR.

QVONIAM partim in animali ſanguine concreto degunt, aliqua etiam ex ipſo fiũt, videbantur eſſe congeneres quod ad ſanguinem ſpectat: & ſanè dubitatio magna eſt. Cimices enim interempti ſanguinem emittunt: ſed puto è ventre, non è corpore, ſanguen potiùs: ita appello ἰχῶρ.

Omiſit cimicum volantium hiſtoriam: quorum odor latè fuſus peſſimè habet accolas. Vnum cùm eliſiſſem, eius ſanies in oculum reflexa, repræſentauit ignis incendium.

CCXCVI. ARISTOTELES.

Τισὶ δὲ τ θύννων οἶστρος γίνεται μὲν περὶ τὰ πτερύγια· ἔστι δὲ ὅμοιος τοῖς σκορπίοις, καὶ τὸ μέγεθος ἡλίκον ἀράχνης.

IN nonnullis thynnis circa pinnas inuenitur aſilus ſcorpionis figura, aranei magnitudine.

CÆSAR.

AB effectu aſilum appellat. Quoniam thynnus eo agitatur: proſilit enim quò vis temerè.

CCXCVII.

CCXCVII. ARISTOTELES.

Ἐν δὲ τῇ θαλάττῃ τῇ ἀπὸ Κυρήνης πρὸς Αἴγυπτον, ἔστι περὶ τὸν δελφῖνα ἰχθὺς, ὃν καλοῦσι φθεῖρα· ὃς γίνεται πάντων πιότατος, διὰ τὸ ἀπολαύειν τροφῆς ἀφθόνου, θηρεύοντος τοῦ δελφῖνος.

In mari, quod inter Cyrenem & Aegyptum interiacet, delphini comes quidam piſcis eſt: pediculũ *vocant. Is omnium maximè pingueſcit: propterea quòd è delphini venatu, largiſſimo impletur cibo.*

CAESAR.

Ergo non vnum genus pediculorum, vt profitebatur: ſed nomen tantùm conuenit. Neque enim hæret piſcibus, aut eos viuos aggreditur: ſic aiunt aquilis famelicas, atque inertes aues comites eſſe.

CAPVT VIGESIMVM-SEPTIMVM,

Reliquorum Inſectorum puſillorum generationes.

CCXCVIII. ARISTOTELES.

Γίνεται δὲ καὶ ἄλλα ζωδάρια, ὥσπερ ἐλέχθη, τὰ μὲν, ἐν ἐρίοις, καὶ ὅσα ἐξ ἐρίων ἐστὶν, οἷον οἱ σῆτες, οἳ ἐμφύονται μᾶλλον, ὅταν κονιορτώδη ᾖ τὰ ἔρια· μάλιστα δὲ γίνονται, ἂν ἀράχνης συγκατακλεισθῇ. ἐκπίνων γὰρ, ἐάν τι ἐνῇ ὑγρὸν, ξηραίνει· γίνεται δὲ ἐν χιτῶνι ὁ σκώληξ οὗτος.

Naſcuntur & alia puſilla animalia quemadmodum dictum eſt. Nonnulla in lanis & lanificiis, quales tineæ, quæ tum magis proueniunt cùm puluerulentæ lanæ ſunt. Maximè verò cùm aranea concluſa fuerit: exucto enim, ſi quis ſit intus, humore, ſiccat. In tunicis vermiculus is naſci ſolet.

CAESAR.

Nvnc quod reliquum eſt ignobiliſſima perſequitur inſecta hoc congeſta Capite. Σῆτας primo loco: apponit cauſſam generationis; ariditatem. *Tineas* vocant Latini. Galli *harnas*: Etiam in furfure incluſo capſis piſtrinorum naſcuntur, aut eædem, aut congeneres. Itaque tinea vulgò dicta *alopecia*: quoniam depaſcatur, pilum. Dicit in tunicis naſci: quia iam dixerat in lanificiis: intelligo lanificium, non operam, ſed opus ipſum: ſed tamen cùm dixit δὲ, malim οὖν. Eſt enim concluſio, quoniam veſtes è lana ſunt: coccineas perſequitur maximè: nigras minùs ob chalcitidem, aut alia talia. Itali *tarmas* vocant.

CCXCIX. ARISTOTELES.

Καὶ ἐν κηρῷ δὲ γίνεται παλαιουμένῳ, ὥσπερ ἐν ξύλῳ ζῷον, ὃ δὴ δοκεῖ ἐλάχιστον εἶναι τῶν ζῴων πάντων, καὶ καλεῖται ἀκαρὶ, λευκὸν, καὶ μικρόν.

In cera quoque vetuſta non ſecius gignitur quàm in arido ligno animal candidum, quod omnium animalium minimũ videtur eſſe. Et vocatur Acari.

CÆSAR.

Absvmpto vtrobique humore. Et notabile eſt in cera: ipſa enim conſeruat à putredine alia: hoc animal neſcio an ſit coſſus, & diu dubitaui. At potiùs puto vt ſit caries: ambulat enim caries & erodit. Sed non mouetur oculis noſtris. Ἀκαρὶ autem dicitur

propter exiguitatem. Eſt enim ἀκαρὴς momentum quod tonderi non poteſt, ſicut nec punctum ſecari, κείρειν.

Puto mendum in Codice: cùm dixit ἐλάχιστον, addidit μικρόν: & λευκὸν ante ἐλάχιστον reponendum eſt.

CCC. ARISTOTELES.

Καὶ ἐν τοῖς βιβλίοις ἄλλα γίνεται· τὰ μὲν, ὅμοια τῶν ἐν τοῖς ἱματίοις· τὰ δὲ, σκορπίοις, ἄνευ τῆς οὐρᾶς, μικρὰ πάμπαν.

In libris quoque gignuntur tum veſtiarij vermiculi, tum ſcorpionilli ſine cauda, puſilli valde.

CAESAR.

Et tineas in libris videmus, & ſæpe in his ſcorpionillos reperimus. Brachia habent longiſſima: cùm progrediũtur, ea proferunt maximè, & pandũt: cùm aut metuunt, aut regrediũtur, quod pari faciunt velocitate, contrahũt: ad afflatũ hominis hærẽt maxi- & adeò celeriter in girum remigãt, vt vertibulum eſſe videantur: fului colore ſunt.

CCCI. ARISTOTELES.

Καὶ ὅλως ἐν πᾶσιν, ὡς εἰπεῖν, ἔν τε τοῖς ξηροῖς ὑγραινομένοις, καὶ ἐν τοῖς ὑγροῖς ξηραινομένοις, ὅσα ἔχει αὐτῶν ζωήν.

Omnino in omnibus ferè: & aridis, ſi humeſcentur: & humidis, ſi exſiccentur.

CAESAR.

Pvlcherrimvm apoteleſma. Itaque craſin *temperaturam*, rectè appellamus Latinè, id eſt, mediocritatem. Nam barbari malè putant corpus temperatum eſſe εὔκρατον. Imò benè temperatum. Eſt enim temperatura ſicut ſanitas multa latitudine. Nihil enim aliud eſt *temperare*, quàm moderari. At modus ſanitatis multus eſt. Itaque nimis, ſiccis nihil humoris eſt: ergo nihil materiæ. In nimis humidis calor ille rem peracturus ſuffocatur.

CCCII. ARISTOTELES.

Ἔστι δέ τι σκωλήκιον ὃ καλεῖται ξυλοφθόρον, οὐθενὸς ἧττον ἄτοπον τούτων τῶν ζώων. ἡ μὲν γὰρ κεφαλὴ, ἔξω τοῦ κελύφους προέχεται ποικίλη, καὶ οἱ πόδες ἐπ' ἄκρου, ὥσπερ τοῖς ἄλλοις σκώληξιν. ἐν χιτῶνι δὲ τὸ ἄλλο σῶμα ἀραχνιῶδες, καὶ περὶ αὐτὸ κάρφη· ὥστε δοκεῖν προσέχεσθαι βαδίζοντι. ταῦτα δὲ σύμφυτα τῷ χιτῶνί ἐστιν, ὥσπερ κοχλίαις τὸ ὄστρακον, οὕτω τὸ ἅπαν τῷ σκώληκι, καὶ οὐκ ἀποπίπτει, ἀλλ' ἀποσπᾶται, ὥσπερ προσπεφυκότα· καὶ ἐάν τις τὸν χιτῶνα περιέλῃ, ἀποθνήσκει, καὶ γίνεται ὁμοίως ἀχρεῖος, ὥσπερ ὁ κοχλίας περιαιρεθέντος τοῦ ὀστράκου. χρόνου δὲ προϊόντος, γίνεται καὶ οὗτος ὁ σκώληξ χρυσαλλὶς, ὥσπερ καὶ αἱ κάμπαι, καὶ ζῇ ἀκινητίζων. ὃ δ' ἐξ αὐτοῦ γίνεται τῶν πτερωτῶν ζώων, οὔπω συνῶπται.

Est vermiculus quidam quem Xylophthorum *vocant Græci: non minùs his abſurdum animal. Extra teſtulam caput varium extat: & in ſummo pedes, vt aliis vermiculis: in tunica autem cæterum corpus araneaceum quod à fiſtulis continetur. Ita vt cùm ingreditur ei hærere videantur. Hæc connata ipſi ſunt tunicæ. Ac quemadmodum teſta cochleis, ſic totum hoc vermiculo. Neque exeritur: ſed auellitur tanquam adnatum. Tunica detracta moritur, atque perinde inutilis fit, atque cochlea exempta teſta. Procedente tempore fit Chryſallis, erucarum more: viuitque ſine motu. Verùm, quid inde alati animalis fiat, nondum perſpectum eſt.*

CAESAR.

Ἄτοπον, hîc propriè non eſt abſurdum, ſed nouum & mirabile, & diuerſum à conſuetudine; vulgò extraneum dicunt: ſicut alibi περιττόν: nihil enim abſurdum in natura.

Ξυλοφθόρον Theodorus, *ligniperdi*: infeliciſſima vox: ſed ſequutus eſt vocem *officiperdi*, nihilo molliorem: *ligniuora*, *lignitera*: omnia monſtra ſunt. Hoc autem animal coſſum eſſe

eſſe puto. Iuuat opinionem meam Feſtus in tertio, qui hæc *χύρφη* Ariſtotelis, *rugas* vocat.

Α῎παι: ſcilicet & tunica, & feſtucæ.

Σύμφυτα connata: id eſt eodem tempore. Sed non προσπεφυκότα ſunt cochleis: imò leuiſsimè exuuntur. Itaque ἀχρεῖος cochlea fit: at ille etiam moritur. Theodorus *hebeteſcit* ἀχρεῖος, malè: ſed peiùs ἀποθνήσκει, *expirat*. Neque enim ſpirabat. ἀχρεῖος autem eſt ſui impotens, qui nulli vſui ſibi eſt. Et facetus eſt Ariſtoteles, cùm dixit ἀποθνήσκει, ſubdit ἀχρεῖος.

Ο᾿ δ' ἐξ αὐτοῦ γίνεται: aſſerit aliquid gigni. Itaque Theodorus *oriatur*, malè: ſed *oritur*. Non enim dubitat de re: ſed de ſpecie rei.

CCCIII. ARISTOTELES.

Οἱ δὲ ψῆνες οἱ ἐν τοῖς ἐρινεοῖς, ἔχουσι τὰς καλουμένας ψῆνας. γίνεται δὲ τοῦτο πρῶτον σκωλήκιον εἶτα ἐμπεριρραγέντος τοῦ δέρματος, ἐκπέτεται τοῦτο καταλεῖπον ὁ ψὴν, καὶ εἰσδύεται εἰς τὰ τῶν συκῶν ἐρινεά, καὶ διὰ στομάτων ποιεῖ μὴ ἀποπίπτειν τὰ ἐρινά· διὸ περιάπτουσι τά τε ἐρινὰ πρὸς τὰς συκᾶς οἱ γεωργοὶ, καὶ φυτεύουσι πλησίον ταῖς συκαῖς ἐρινεούς.

IN fructibus caprificorum culices generantur, quos Græci pſenas *vocant: vermiculus initio, deinde cute dirupta, atque coram relicta euolat: ſubítque ficos immaturos: quos pertuſos facit ne decidant. Itaque applicant caprificorum poma ficis agricolæ, & circumſerunt ficos caprificis.*

CAESAR.

THEOPHRASTVS ſub finē ſecundi libri de *Hiſtoria plantarum*, latiùs hoc perſequitur.

Ε᾿μπεριρραγέντος: τὸ, ἐν, ſignificat *dum intra pomum eſt*.

Τοῦτο ἐγκαταλεῖπον ὄψιν: τοῦτο ſcilicet δέρμα, non *ſedem*, vt Theodorus: quid τὸ ὄψιν, hîc ſit, neſcio. Ego verò ſic lego: τοῦτο καταλείπει ὁ ψὴν.

Εἰς τὰ τῶν συκῶν ἐρινᾶ: *immaturas*: ὄλυνθοι dicuntur ficus immaturi: Ariſtoteli ἐρινά.

Διὰ στομάτων ποιεῖ, *factis foraminibus*.

Περιάπτουσι: Suidas ἀπαρτῶσι.

CAPVT VIGESIMVM-OCTAVVM,

Quadrupedum ſanguine concretorum ouiparorum coïtus & generationes.

CCCIV. ARISTOTELES.

Τῶν δὲ τετραπόδων καὶ ἐναίμων καὶ ᾠοτόκων, αἱ μὲν γενέσεις, εἰσὶ τοῦ ἔαρος ὀχεύεται δὲ οὐ πάντα τὴν αὐτὴν ὥραν, ἀλλὰ τὰ μὲν, ἔαρος· τὰ δὲ, θέρους· τὰ δὲ, περὶ τὸ μετόπωρον, ὡς ἑκάστοις πρὸς τὸν χρόνον τῶν ἐκγόνων ἡ ἐπιοῦσα ὥρα συμφέρει.

QVadrupedes ouiparæ, quarum concretio conſtat ſanguine, vere generant. Quanquam non omnes eodem coëunt tempore. Sed partim vere, partim æſtate: circa autumnum aliæ, vt cuique fœturæ ſubeuntis temporis ratio commodior ſit futura.

CAESAR.

HINC Liber alius debuit ſecari: ſiquidem de ſanguine cōcretis animalibus iam agit, toto maximo illo genere ab his differentibus. Rectiùs enim cum auium hiſtoria coniunxiſſet. Hac igitur parte τῶν τετραπόδων ᾠοτόκων, explet duobus Capitibus: ſed maiore periculo, cùm confundit aquatilia cum πεζοῖς.

Reddit rationem quare vere pariant: quia commodius tempus educandis fœtibus. Reddit & quare

& quare non coëant, & explicauit: ea verò eſt: quia non omnia aut gerunt, aut excludunt, aut modo, aut tempore.

CCCV. ARISTOTELES.

Ἡ μὲν οὖν χελώνη, τίκτει ᾠὰ σκληρόδερμα καὶ δίχροα, ὥσπερ τὰ τῶν ὀρνίθων· τεκοῦσα δὲ κατορύττει, καὶ τὸ ἄνω ποιεῖ ἐπίκροτον· ὅταν δὲ τοῦτο ποιήσῃ, φοιτῶσα ἐπῳάζει ἄνωθεν, ἐκλέπεται δὲ τὰ ᾠὰ τῷ ὑστέρῳ ἔτει.

Teſtudo ouum parit: eius cortex & durus eſt, & bicolor, qualis etiam auium. Edita defodit, atque impoſitam terram pauit. Tum frequenti incubatu fouet inſidens. Atque altero anno excludit.

CAESAR.

Ποιεῖ ἐπίκροτον. Theodorus multis verbis expreſſit: ſumpta metaphora à ruſticis qui complanant areas.

Φοιτῶσα, *crebriùs repetens* Theodorus: nos ſimpliciùs expreſſimus.

CCCVI. ARISTOTELES.

Ἡ δ᾽ ἐμύς, ἐξιοῦσα ἐκ τοῦ ὕδατος, τίκτει, ὀρύξασα βόθυνον πιθώδη· καὶ ἐντεκοῦσα καταλείπει. ἐάσασα δὲ ἡμέρας [ἐλάττους ἢ] τριάκοντα, ἀνορύττει καὶ ἐκλέπει ταχὺ, καὶ ἀπάγει εὐθὺς τοὺς νεοττοὺς εἰς τὸ ὕδωρ.

Emys egreſſa ex aqua parit excauata ſcrobe in dolij modum: vbi, quod pepererit, relinquit per dies triginta. Tum effodit, ac mox excludit: ac continuò in aquam educit fœtum.

CAESAR.

THEODORVS ſemper hanc teſtudinem murem aquaticum vocat. In nonnullis enim exemplaribus μῦς, in aliquibus ἐμὺς ſcriptum eſt. Nihil tamen cum mure commune habet, præter caudam, quam terreſtribus teſtudinibus longiorem & tenuiorem habet. Cùm autem muris aquatici: eſt enim aliud & diuerſum animal: appellationem non probem: ita teſtudinis lutariæ nomen facilè laudabo.

Ἀνορύττει, *refoſſa*, Theodorus, non malè: *effoſſa* meliùs: quaſi è foſſa eruta.

Πιθώδη, *dolij amplitudine* Theodorus. At cuius, aut quanti dolij? Malè enim ὤδη, retulit ad magnitudinem: niſi vox ipſa ſignificet magnitudinem: vt γιγαντώδη.

CCCVII. ARISTOTELES.

Τίκτουσι δὲ καὶ αἱ θαλάττιαι χελῶναι ἐν τῇ γῇ ὅμοια τοῖς ὄρνισι τοῖς ἡμέροις· καὶ κατορύξασαι, ἐπῳάζουσι τὰς νύκτας. τίκτουσι δὲ πλῆθος πολὺ ᾠῶν. καὶ γὰρ ἑκατὸν τίκτουσιν ᾠά.

Maritimæ quoque teſtudines in terra pariunt, qualia cortales aues. Defoſſis noctu incubant: Numeroſa ouorum fœtura: quippe ad centena.

CAESAR.

NOCTV ſcilicet, ne deprehendantur, aut ab homine, aut ab aquila. Et natura ſapiens ſemper. Nam diei calor ſupplet matris abſentiam.

Ὅμοια, quoniam non δίχροα. Itaque addidit, ἡμέροις: non qualia auiculæ pariunt, ſed qualia cortales. Puſilla tamen intellige. Neque enim centena fouere poſſent grandia.

CCCVIII. ARISTOTELES.

Τίκτουσι δὲ καὶ σαῦροι, καὶ κροκόδειλοι οἱ χερσαῖοι καὶ οἱ ποτάμιοι, εἰς τὴν γῆν. ἐκλέπεται δὲ τὰ τῶν σαύρων αὐτόματα ἐν τῇ γῇ. οὐ γὰρ διετίζει ὁ σαῦρος. λέγεται γὰρ ἑξαμηνόβιος εἶναι ὁ σαῦρος.

Tam lacertæ, quàm crocodili, vel terreni, vel etiam fluuiatiles in terram pariunt. Ex ouis lacertarum ſponte fœtus excluditur in terra. Neque enim annum viuunt lacertæ: ſed vt aiunt, menſes tantùm ſex.

CAESAR.

MISCET fluuialia cum terrenis propter generum coniunctionem.

Dixit εἰς τὴν γῆν: quoniam motum egredientium ſignificat. Theodorus, *terræ gremio*. Et διετίζει, *annum peragit: per annum totum* viuit: δι᾽ ἔτους. Hoc autem falſum eſt. Nam religatum vnum & alterum filo ſerico vidimus nos vltra annum vixiſſe. Parentis obtutu putant aliqui vulgò excludi catulos. Iccirco ait Philoſophus, λέγεται, *aiunt*.

CCCIX. ARISTOTELES.

Ὁ δὲ ποτάμιος κροκόδειλος, τίκτει μὲν ᾠὰ περὶ ἑξήκοντα, λευκὰ τὴν χρόαν· καὶ ἐπικάθηται ἡμέρας ἑξήκοντα. καὶ γὰρ βιοῖ χρόνον πολύν. ἐξ ἐλαχίστου δὲ ᾠοῦ, μέγιστον ζῷον γίνεται ἐκ τούτου. τὸ μὲν γὰρ ᾠὸν, οὐκ ἔστι μεῖζον χηνείου, καὶ ὁ νεοττὸς κατὰ λόγον· αὐξανόμενος δὲ γίνεται καὶ ἑπτακαίδεκα πηχῶν. λέγουσι δέ τινες ὡς καὶ αὐξάνεται ἕως ἂν ζῇ.

Fluuialis crocodilus parit oua circiter ſexaginta, colore candido. Sexagenos dies incubat: viuit enim diu. Ex minimis autem ouis maximum animal fit. Neque enim eius ouum anſerino grandius eſt: ac fœtus quidem pro oui quantitate. At vbi creuit, decem & ſeptem cubitorum explet magnitudinem. Quidam putant, quandiu viuit, creſcere.

CAESAR.

TOT igitur dies incubat, quot oua parit: ſed quid eſt: καὶ γὰρ βιοῖ χρόνον πολύν? τὸ γὰρ, quid ſibi vult? ſcilicet res diuturnæ ſunt operoſiores: principia enim compoſitiora, & altera, quæ citò intereunt.

Περὶ ἑξήκοντα *complurimum*, Theodorus: meliùs, *cùm plurimùm*: fortaſſe etiam falſum, & plura. Nam περὶ, obſidet τὸ ἑξήκοντα, tam vltra, quàm citra.

Dixit ἐλαχίστου, non inter oua, ſed comparata ad animalis vaſtitatem: & Atticè addidit, ἐκ τούτου. Et falſum eſt, crocodili ouũ non excedere anſerinũ magnitudine. Quadruplo enim maius eſt.

Ὁ νεοττὸς κατὰ λόγον: ne quis putaret catulum ſtatim natum, eſſe iam grandem.

Αὐξανόμενος, *creſcendo*.

Theodorus *quindecim*, non ἑπτακαίδεκα, legit. Maximus, quem vidimus, pedum quindecim erat.

CAPVT VIGESIMVM NONVM,

De Vipera & aliorum ſerpentum fœtu.

CCCX. ARISTOTELES.

Τῶν δὲ ὄφεων ὁ μὲν ἔχις, ἔξω ζῳοτοκεῖ ἐν αὑτῷ, πρῶτον ᾠοτοκήσας· τὸ δὲ ᾠὸν, ὥσπερ τῶν ἰχθύων, μονόχρουν ἐστὶ, καὶ μαλακόδερμον. ὁ δὲ νεοττὸς, ἄνωθεν περιγίνεται, καὶ οὐ περιέχει φλοιὸς ὀστρακώδης, ὥσπερ οὐδὲ τὰ τῶν ἰχθύων. τίκτει δὲ μικρὰ ἐχίδια ἐν ὑμέσιν, ἃ περιρρήγνυνται τριταῖα. ἐνίοτε δὲ καὶ ἔσωθεν διαφαγόντα, αὐτὰ ἐξέρχεται. τίκτει δ᾽ ἐν μιᾷ ἡμέρᾳ καθ᾽ ἕν. τίκτει δὲ πλείω ἢ εἴκοσιν.

IN ſerpentum genere vipera concepto intra ſe ouo animal parit. Eius oui cutis vnicolor, ac mollis, vt piſcium. Superextat catulus ab ſummo. Neque enim teſtaceo ambitur cortice, ſicut neq; in piſcibus. Parit viperillas exiguas in membranis, quæ tertio die circumrumpũtur. Fit aliquando vt catuli dirupta ab ſe matre egrediantur. Sigillatim parit: abſoluit vno die: interdum plura viginti.

CAESAR.

C AE S A R.

NVNC περὶ ἀπόδων. Incipit à vipera, malè: perfectior enim eſt: & ignotior partus. Ab imperfectis autem ſemper procedit, & notioribus. Quæ fuit cauſſa, vt præponeret quadrupedes. Quoniam in ἀπόδων, genere eſſet, quòd animal pareret. De viperarum partu multa ſuprà: & plura in Exercitationibus in *Cardanum.*

Malè dixit Theodorus, *ouum molle.* Sed μαλακόδερμον, omnia enim oua mollia. Idem περιγίνεται *conſiſtit*, malè: ſed *ſupereſt*: neque cortice capitur totus fœtus.

Περιέχεται, Theodorus *continetur*: imò continetur, ſed non totus. Itaque addidit περὶ: ſi enim ex ouo fit, ab eo contineri neceſſe eſt: ſed continetur, vt nauta in nauigio: puer in cunis.

Nota cùm dixit μαλακόδερμον, quare dixit ὀστρακώδης? An negauit, & τὸ περιέχεσθαι, & τὸ ὀστρακώδης: ſic neque cortex teſtaceus eſt, neque ambit totum fœtum.

Quidam legunt περὶ εἴκοσι, non πλείω ἤ.

CCCXI. ARISTOTELES.

Οἱ δ᾽ ἄλλοι ὄφεις, ὠοτοκοῦσιν ἔξω· τὰ δ᾽ ᾠὰ, ἀλλήλοις συνεχῆ ἐστιν, ὥσπερ οἱ τῶν γυναικῶν ὑποδερίδες. ὅταν δὲ τέκῃ εἰς τὴν γῆν ἐπῳάζει· ἐκλέπεται δὲ ταῦτα τῷ ὑστέρῳ ἔτει.

CAEtera ſerpentes oua edunt inter ſe continua cohæſione, ad muliebris monilis modum. Quæ cùm pepererint deponunt in terram, atque ibi fouent: excludúntque anno altero.

C AE S A R.

EA oua vidimus nos agglutinata inter ſe, globulorum modo, quibus preces numerant mulieres. Omiſit colorem hîc dicere. Sed interſtructa punctis ſunt, qualia etiam auicularum.

FINIS LIBRI QVINTI.

ΑΡΙΣΤΟΤΕΛΟΥΣ ΠΕΡΙ ΖΩΩΝ ΙΣΤΟΡΙΑΣ τὸ Ζ.

ARISTOTELIS HISTORIÆ DE ANIMALIBVS Liber VI.

CAPVT PRIMVM,

De partu auium, & quibus pariant temporibus.

I. ARISTOTELES.

Αἱ μὲν οὖν τῶν ὄφεων καὶ τῶν ἐντόμων γενέσεις, ἔτι δὲ τῶν τετραπόδων καὶ ᾠοτόκων, τοῦτον ἔχουσι τὸν τρόπον.

Serpentium, inſectórúmque, atque etiam quadrupedum ouiparorum tales ſunt generationes.

CAESAR.

HINC maluit librum auſpicari, atque abſcindere à ſerpentibus aues. Cùm tamen videatur inter auem, ac ſerpentem plus eſſe cognationis, quàm inter auem, & piſcem, de quibus ſimul ſcribit: & inter teſtudinem & auem, quàm inter teſtudinem, & inſecta. Nam & teſtudo ſanguine concreta eſt: & tamen inter ἄναιμα, poſuit. Et in ſerpentum genere quædam ζωοτόκα ſunt: ſicut & in aquatilium genere τὰ σελάχη, & cetacea. Et hoc eodem libro coniungit quadrupedes viuiparas cum auibus.

II. ARISTOTELES.

Οἱ δὲ ὄρνιθες, ᾠοτοκοῦσι μὲν ἅπαντες.

Aves autem omnes oua pariunt.

CAESAR.

EXcipe veſpertilionem. Nam medium animal eſt, vt diximus, inter aues, & quadrupedes.

III. ARISTOTELES.

Ἡ δ' ὥρα τῆς ὀχείας, καὶ οἱ τόκοι, οὐ πᾶσιν ὁμοίως ἔχουσι. τὰ μὲν γὰρ, ὀχεύεται καὶ τίκτει κατὰ πάντα τὸν χρόνον, ὡς εἰπεῖν· οἷον ἀλεκτορὶς καὶ περιστερά. ἡ μὲν ἀλεκτορὶς, ὅλον τὸν ἐνιαυτὸν, ἔξω δύο μηνῶν τῶν ἐν τῷ χειμῶνι τροπικῶν. πλῆθος δὲ τίκτουσιν ἔνιαι καὶ τῶν γενναίων, πρὸ ἐπωασμοῦ, καὶ ἑξήκοντα· καίτοι ἧττον πολυτόκοι αἱ γενναῖαι τῶν ἀγεννῶν εἰσιν.

AT coïtus partúſque tempora non eadem omnibus. Quædam nanque ferè omni tempore & coëunt, & pariunt: vt gallina, & columba. Gallina ſiquidem toto anno, præter menſes brumales duos. Generoſæ, ante incubationis tempus, etiam ſexagena pariunt. Quanquam hæ minùs ſunt fœcundæ, quàm plebeiæ.

HHh

C AE S A R.

COMMVNEM naturam poſuit pariundorum ouorum. Nunc differentiam à tempore:& dicit τὰ μὲν. Neque ei reddit aliam clauſulam, τὰ δέ: ſed repetita poſt hiſtoriæ ſumma. αἱ μὲν οὖν ἀλεκτορίδες: dicet πελειὰς δέ:ſimul duas ſpecies declarat, nobiles,& plebeias. Illiſque cùm attribuit oua ſexagena, & ait minùs eſſe fœcundas, relinquit cogitandum, quot pariunt aliæ. Quas vocat γενναίας, ſunt generoſæ: grandibus cruribus: capite grandi: parua, aut nulla criſta carnea: apice plumato. Eæ frigus & æſtum minùs tolerant: imbribus infeſtantur: & intereunt pituita. Plebeiæ autem vulgares, multa pluma tectæ,grandiſſima criſta: breuibus cruribus: etiam nanæ aliquot, fœcundiſſimæ.

IV. ARISTOTELES.

Αἱ δὲ Ἀδριανικαὶ ἀλεκτορίδες, εἰσὶ μὲν μικραὶ τὸ μέγεθος, τίκτουσι δὲ ἀν' ἑκάστην ἡμέραν. εἰσὶ δὲ χαλεπαὶ, καὶ κτείνουσι τοὺς νεοττοὺς πολλάκις. χρώματα δὲ παντοδαπὰ ἔχουσι.

Adrianicæ gallinæ paruæ ſunt: quotidie pariunt: moroſæ tamen ſunt. Et pullos interimunt ſæpe ſuos: ac ſunt verſicolores.

C AE S A R.

Χαλεπαὶ, Theodorus *ferociunt*: imò natura feroces, & moroſæ ſunt.

V. ARISTOTELES.

Τίκτουσι δὲ καὶ οἰκογενεῖς ἔνιαι δὶς τῆς ἡμέρας. ἤδη δέ τινες λίαν πολυτοκήσασαι, ἀπέθανον διὰ ταχέων. αἱ μὲν οὖν ἀλεκτορίδες, τίκτουσιν, ὥσπερ εἴρηται, συνεχῶς.

E domeſticis nonnullæ etiam bis die pariunt. Iam verò etiam quædam ob ingentem fœcunditatem breui interiere. Sed gallinæ, vt dictum eſt, continenter pariunt.

C AE S A R.

HABET rationem naturalem: abſumpto humido naturali in fœtum. Nam venus extinguit animalia.

Οἰκογενεῖς, malim *domeſticas*, quàm cortales. Nam cortales etiam villaticæ ſunt. At quare addidiſſet οἰκογενεῖς, niſi vt à villaticis ſepararet?

Συνεχῶς *continenter*, non vt Theodorus *perpetuò*. Nam non perpetuò pariunt: ſunt enim menſes brumales in quibus à partu ceſſant.

VI. ARISTOTELES.

Περιστερὰ δὲ, καὶ φάττα, καὶ τρυγὼν, καὶ οἰνὰς, διτοκοῦσι μὲν, ἀλλ' οὐχ ὡς περιστερὰ δεκάκις τοῦ ἐνιαυτοῦ τίκτουσιν.

Turrilia autem, & palumbes, & turtur, & rupilia, non ſicut columba, decies: ſed bis tantum pariunt.

C Æ S A R.

NVNC alteram partem ponit: τὰ μὲν, ἡ δὲ πελειάς: quod ſuprà annotauimus: ſcriptum fuit in Codice noſtro περιστερὰ δὲ καὶ φάττα: ſed malè: quia ſic ſequitur: ἀλλ' οὐχ ὡς περιστερὰ δεκάκις. Cùm enim περιστερὰ genus ſummum eſt, quod δεκάκις, parere ſoleat, de reliquis ſpeciebus quæ tantùm bis pariunt, Philoſophum loqui exiſtimare neceſſe eſt. Quod autem Theodorus διτοκοῦσι *bina parere* interpretatus eſt, malè ab eo factum puto, ſed bis: neque enim de numero nunc fœtuum, ſed de tempore. Sed coactus eſt ſic dicere, vt coniungeret columbam, turturem, palumbem, vinaginem in hoc, *bina parere*: & diſiungeret à columba in tempore, ἀλλ' οὐ δεκάκις. Legerat enim περιστερὰ: ſed eſt διτοκοῦσι: non autem δύο. Quid, quod palumbes etiam terna parit, vt infrà Capite quarto.

VII. ARISTOTELES.

Οἱ δὲ πλεῖστοι τῶν ὀρνίθων, τίκτουσι τὴν ἐαρινὴν ὥραν· καί εἰσιν αἱ μὲν πολύγονοι αὐτῶν· πολύγονοι δὲ διχῶς· αἱ μὲν, τῷ πολλάκις, ὥσπερ αἱ περιστεραί· αἱ δὲ, τῷ πολλά, ὥσπερ αἱ ἀλεκτορίδες.

Plurima aues verno tempore pariunt: ſed earum quædam multiparæ: atque hoc quidem duplici ratione. Nam aut multùm, vt columba: aut multa, vt gallina.

C Æ S A R.

Nunc tempus pariundi, & numerum fœtuum notat: & diuiſit in πολυγόνους: & alterum quod ſubticuit ὀλιγογόνους. Diuiſit quoque πολυγονίαν, in multitudinem temporis, & multitudinem fœtus. Multitudinem temporis appellat πολλάκις. Nam columbæ ſæpe bina pariunt. Multitudinem verò fœtus, πολλά: vt gallinæ ſingulos ferè ſemper. Sed nota non eſſe veram diuiſionem: ſed alteram ab altera includi. Nam & gallinæ πολλάκις, & columbæ πολλά. Ad viginti enim pariunt quotannis: ſed ἅπαξ πολλά: & πολλάκις καθ' ἕν, erant membra veræ diuiſionis: vt perdices & gallinæ.

Notandum: fœcundæ ſunt multæ aues, quæ tamen non ſunt πολύγονοι: & differunt à ſterilibus. Itaque ſimpliciùs diximus *multiparas*, quàm Theodorus. Ita non expreſſit Atticiſmum πολλάκις πολλά: per *crebriùs & numeroſiùs*: ſed nos *multum, multa*: ſic eſt in prouerbio: *multum haud multa legere oportere.*

VIII. ARISTOTELES.

Τὰ δὲ γαμψώνυχα, πάντα ὀλιγόγονά ἐστιν, ἔξω κεγχρίδος· αὕτη δὲ πλεῖστα τίκτει τῶν γαμψωνύχων. ὦπται μὲν οὖν καὶ τέτταρα ἤδη· τίκτει δὲ καὶ πλείω.

Quibus vngues vnci ſunt, paucos pariunt, omnes præter tinnũculum: in eo enim genere plurima parit. Quaterni & iam viſi ſunt pulli: verùm etiam plures parit.

C Æ S A R.

Natura fecit coïtum, & partum propter generum continuationem. Ergo prædatricum auium vteros minùs fœcundos fecit eadem ratione. Ne earum inſolentia perirent genera.

Τῶν γαμψωνύχων. Theodorus, *in adunco genere.* Vſus eſt Synecdoche infelici: aduncum genus ab vnguibus notans: antea rectè dixerat: *quibus vngues adunci.* Quanquam & in harum auium genere addendæ ſunt, & ſubintelligendæ quæ aduncum roſtrum habent. Nam & hirundo, & riparia, & cypſelli adunci ſunt vnguibus, & omnes multiparæ: pluréſque pariunt, quàm tinnunculi.

IX. ARISTOTELES.

Τίκτουσι δὲ τὰ μὲν ἄλλα, ἐν νοττείαις· τὰ δὲ μὴ πτητικά, οὐκ ἐν νοττείαις, οἷον αἵ τε πέρδικες καὶ οἱ ὄρτυγες, ἀλλ' ἐν τῇ γῇ, ἐπηλυγαζόμενα ὕλην. ὡσαύτως δὲ καὶ κόρυδος καὶ τέτριξ.

Cætera in nidis pariunt: at quæ volandi minùs potentes ſunt, non: vt perdices, & cothurnices: ſed in terra aſtructis feſtuculis abſcondentes: ſic & alauda, & tetrix.

C Æ S A R.

Nunc à loco hiſtoriam texit: quaſi velit dicere, non poſſe ferre cibum pullis alto loco ſitis: ſed vtinam hoc non dixiſſet Philoſophus. Nam πτητικὸν, aut celeritatem volandi ſignificat, aut continuitatem tractus. Si celeritatem intelligas: perdicem adultam vix conſequitur accipiter: neque à tergo ſed de alto ex inſidiis: ſi pertinaciam volandi: ſcimus coturnices omnes tranſmittere: ſi vtrunque, quid celerius alauda? quid contentius, quid altius volat? vt etiam è conſpectu hominum ſeſe eripiat. Ea quibus artibus immiſſuli impetum, & fallit, & fugit, & euadit? Quid ignauiùs pica, quæ altiſsimis locis nidificat?

Πτητικά Theodorus, *quæ minùs volant:* malè expreſſit: imò quæ minùs volacia ſunt. Item illud ἐν τῇ γῇ ἐπιλυγαζόμενα τῇ ὕλῃ, *condenſo frutice prolem muniunt.* Neque expreſſit Philoſophum, neque verum dicit. Neque enim in frutice pariunt, ſed in aruo reſtibili aggeſtis feſtucis, & paleis. λυγάζειν enim eſt obſcurare: λύγα enim obſcurè ſignificat: ἐπιλυγαζόμενα obtegentes.

X. ARISTOTELES.

Ταῦτα μὲν οὖν ὑπηνέμους ποιεῖται τὰς νεοττεύσεις.

HAE igitur omnes vento expoſitos nidos conſtruunt.

CÆSAR.

SIC igitur diſtinguendum eſt. Aues aut nidificant, aut non. Quæ non nidificant, aut deponunt oua nullum in nidum, vt vpupa: aliæ in nidum alterius, vt cuculus. Quæ nidum faciunt, aut in terra faciunt, aut altiùs: atque hæ, aut imponunt ramis, & faſtigiis ædium, vt picæ: aut ſuſpendunt, vt hirundines. Aut indunt in cauernas: hæ bifariam: aut inuentas, vt cypſelli: aut factas ab ſe, vt picus: aliæ in humilibus fruticibus, vt tetrix. Itaque tranſiturus ad eas, quæ in cauernis nidificant, quoniam muniunt eos à ventis, ſic hoc hîc dixit. Nam ſanè plus vento ſunt expoſiti, qui in ramis ſunt. Sunt etiam quædam quæ ſubſternunt, aliæ non, vt vpupa.

Nota νεοττεύσεις, *nidificationes.*

XI. ARISTOTELES.

Ὃν δὲ οἱ Βοιωτοὶ καλοῦσι μέροπα, εἰς τὰς ὀπὰς ἐν τῇ γῇ καταδυόμενος, νεοττεύει μόνος.

QVem Baotij vocant meropem, *vnus omnium terræ cauernas ſubit, nidificandi gratia.*

CAESAR.

MIRVM non timere imbres, & reptilia. Nam auium oua deuorant ſerpentes: & vnde facilè non poſſit egerere ſtercus. Hanc auem à Bæotiis meropem vocari, ait: à nobis incognita omnino eſt. Commentarij peregrinationum aiunt, Cretæ auem quandam incolam pulcherrimam, diſtinctam coloribus, quam vulgus *Meliſſophago* vocat: quia apibus victitet. Hanc putant, inter quos Bellonius, eſſe Meropem. At deſcriptio meropis à Philoſopho in nono huius operis, ipſi nullo modo conuenit.

Ὀπάς: *foramina:* ſic Vitruuius parietum foramina in quæ inderentur tigna. Et Galenus τῶν κοτυλῶν τὰς ὀπὰς, in libris de *Officio partium.*

Νεοττεύει Theodorus, *facit cunabula:* nimium ambitioſè.

XII. ARISTOTELES.

Αἱ δὲ κίχλαι, νεοττιὰς μὲν ποιοῦνται, ὥσπερ αἱ χελιδόνες, ἐκ πηλοῦ, ἐπὶ τοῖς ὑψηλοῖς τῶν δένδρων· ἐφεξῆς δὲ ποιοῦσιν ἀλλήλαις καὶ ἐχομένας, ὥστε εἶναι διὰ τὴν συνέχειαν, ὥσπερ ὁρμαθὸν νεοττιῶν.

TVrdi in excelſis arboribus è luto, ſicut hirundines nidos faciunt, ſerie quadam inter ſe cohærentes: ita vt catenæ ſpeciem præbeant.

CAESAR.

MOnilibus ſuprà oua ſerpentum: nunc catenæ turdorum nidos comparat.

XIII. ARISTOTELES.

Ὁ δ' ἔποψ, μόνος οὐ ποιεῖται νεοττείαν τὴν καθ' ἑαυτὸν νεοττευόντων· ἀλλ' εἰσδυόμενος εἰς τὰ στελέχη, ἐν τοῖς κοίλοις αὐτῶν τίκτει, οὐδὲν συμφορούμενος.

In eo genere auium quæ nido vtuntur, ſola vpupa nullum ſibi ædificat: ſed ingreſſa in arborum ſtipites cauos, ibi parit, nihil eò congerens.

CAESAR.

Τῶν καθ' ἑαυτὸν νεοττευόντων. Neſcio quomodo non dicat, καθ' ἑαυτά: putaremus eum hoc dixiſſe quoniam quædam ſunt, quæ non incubant, ſi id putâſſet, vt cuculus: ſed ſtatim ait eum nidificare.

Οὐδὲν συμφορούμενος. Theodorus, *ſine vllo ſtramento*: non benè. Nam ſtramentum ibi eſt ex putrida materia: neque aliter cauæ fiunt: ſed meliùs nos, *nihil conferens.* Hoc dixit, quia multæ in cauis nidificant. Sed apportant, aut paleas, aut plumas, aut feſtucas.

XIV. ARISTOTELES.

Ὁ δὲ κόκκυξ, καὶ ἐν οἰκίᾳ νεοττεύει, καὶ ἐν πέτραις.

Cuculus autem in domicilijs, vel in ſaxis.

CAESAR.

At in nido curucæ certò ſcimus eum ouum vnicum. Quidam aſſerunt quandoque duo ponere. At hoc ſi verum eſt rarò: illud certiſſimum.

XV. ARISTOTELES.

Ἡ δὲ τέτριξ, ἣν καλοῦσιν οἱ Ἀθηναῖοι οὔραγα, οὔτε ἐπὶ τῆς γῆς νεοττεύει, οὔτε ἐν τοῖς δένδρεσιν, ἀλλ' ἐν τοῖς χαμαιζήλοις φυτοῖς.

Tetrix quam Athenienſes vragem *vocant, neque in terra, neque in arboribus, ſed in humilibus fruticibus.*

CAESAR.

TETRIX quæ auis ſit, multùm, diúque dubitaui: apud Plinium de ea verbum nullum. Ariſtoteles hîc ſolùm: at nec faciem, neque figuram deſcribit: ſuprà eam cum alauda coniungit, aítque ſimili modo nidificare. Quo ductus argumento exiſtimaui eam eſſe ex alaudarum genere: eámque eſſe quam *Calandram*, vulgus Gallicum vocat. Maior quidem alauda, penè eadem forma, atque viuendi ratione, craſſiore tamen voce ac ſplendidiore: frequens in Gallia Narbonenſi. At cùm eam parere in humilibus fruticibus, & non in terra, dicat Philoſophus, nonnihil, pendens adhuc animi tamen, de ſententia dimoueor. Neque abſurdum eſt & hanc & alaudam, ἐν τοῖς χαμαιζήλοις φυτοῖς parere. Cum hi frutices à ſolo parùm, aut minimùm exurgantur. Sunt qui vócis affinitate ducti tetraonem, & tetrigem eandem eſſe voluerunt. Quod ſi idem nobis liceret, Athenæus in nono, multum ex Alexandro Myndio & Epicharmo ſententiam noſtram iuuaret, qui tetragem inter paruas aues & καρποφάγους, & σπερμολόγους numerat. τέτριξ & τέτραξ, aliquo modo conuenire videntur: ſed cùm idem paulo poſt dicat, eam auem tunc, dum inquireretur à doctis quid eſſet tetrax, allatam, & poſteà coctam conuiuis ad comedendum appoſitam, maximum gallinaceum magnitudine æquare, atque ad porphyrionis ſimilitudinem accedere, neque tetraonem eſſe: tetragémque omnino à ſuperioribus diuerſam.

Χαμαιζήλοις φυτοῖς. Theodorus vnico verbo *frutici*: ſed frutices etiam ſunt auellanæ, neque tamen χαμαίζηλοι.

CAPVT SECVNDVM,

Ouorum partes, & eorum differentiæ.

XVI. ARISTOTELES.

Τὸ δὲ ᾠὸν ἁπάντων ὁμοίως τῶν ὀρνίθων, σκληρόδερμόν τι ἐστι, ἐὰν γόνῳ γένηται, καὶ μὴ διαφθαρῇ· (ἔνια γὰρ μαλακὰ τίκτουσιν αἱ ἀλεκτορίδες.)

OVa omnium auium ſimilia inter ſe putaminis duritia: ſi eius generatio non corrumpatur. Mollia enim nonnulla gallinæ pariunt.

CÆSAR.

POST modum coëundi, longè meliùs factum eſſet, ſi diſtinxiſſet modum pariendi in *ᾠοτόκα* καὶ *ζῳοτόκα*. Deinde narrâſſet tempus. Tertiò numerum & vices. Quartò incubationem. Poſtremò ouorum differentiam. Tum naturam pullorum, quandiu ſunt pulli. Declarat igitur hic oui partes: & cauſſam finalem earum: ex qua pullus fiat; ex qua alatur: & ſexus indicia: & figuras: & colores: & ordinem naturæ in eius generatione. Species æquiuocas: genitiuorum & irritorum, eorúmque cauſſas: & quando poſſint perfici. Præterea aliam cauſſam, finalem ſcilicet, ſub ratione cibi: ibique affectus multos.

XVII. ARISTOTELES.

ΚΑὶ δίχροα τὰ ᾠὰ τὰ τῶν ὀρνίθων, ἐκτὸς μὲν τὸ λευκὸν, ἐντὸς δὲ τὸ ὠχρόν.

DVo colores in ouis auium ambiente luteum albumine.

CÆSAR.

MAlui luteum, quàm vitellum dicere: quoniam coloris mentio erat. Intellige autem colores humorum, non corticis.

XVIII. ARISTOTELES.

Διαφέρουσι δὲ καὶ τὰ τῶν περὶ ποταμοὺς καὶ λίμνας γινομένων ὀρνέων, πρὸς τὰ τῶν ξηροβιωτικῶν. πολλῷ πλεῖον γὰρ ἔχει τὰ τῶν ἐνύδρων κατὰ λόγον τὸ ὠχρὸν, πρὸς τὸ λευκόν.

FLuuiatilium & paluſtrium differunt multa oua ab ijs, quæ in ſicco degunt. Aquatilium namque exceditur albumen à luteo præter modum.

CÆSAR.

PONIT differentiam à ſummis generibus: & mirum videbatur: ſiquidem aqueæ naturæ plus his eſt, ergo plus albuminis eſſe debuit. Propoſuit ſpecies *ποταμίων*, ſcilicet, & *λιμνωτικῶν*: & poſteà ſubdit genus *τῶν ἐνύδρων*. Sed & oua anatum marinarum eiuſdem ſunt modi.

Nota etiam cùm dixit *πολλά*: difficilè autem eſt, ſimul & temerarium, dicere, *πάντα*. Hæc omnia omiſit Theodorus malè: & magno periculo mentiendi.

Κατὰ λόγον, ex proportione Theodorus. Nos *præter modum* diximus. Eſt enim *λόγος* modus in aliis ouis.

Ξηροβιωτικῶν Theodorus *terreſtribus*, malè. Neque enim fideliter eſt ſecutus cùm poſſet: ſed etiam falsò. Neque enim terreſtres aues dicuntur. Itaque fugit hoc Philoſophus, & à victu notauit. Nam anates, atque anſeres cortales, ſunt, vt nunc vult Theodorus appellare, terreſtres: & tamen *ὑγροβιωτικά*. Prætereà cocalus auis alba, pedibus rubris, piſce victitat, & tamen non eſt *τῶν ἐνύδρων*: neque enim aquas ſubit.

XIX.

XIX. ARISTOTELES.

Καὶ τὰ χρώματα δὲ τῶν ᾠῶν διαφέρει κατὰ γένη τῶν ὀρνίθων. τῶν μὲν γὰρ, λευκά ἐστι τὰ ᾠὰ, οἷον περιστερᾶς καὶ πέρδικος· τῶν δὲ ὠχρὰ, οἷον τῶν περὶ τὰς λίμνας· τῶν δὲ, κατεστιγμένα, οἷον τὰ τῶν μελεαγρίδων καὶ φασιανῶν. τὰ δὲ τῆς κεγχρίδος, ἐρυθρά ἐστιν, ὥσπερ μίλτος.

Ovorum colores etiam alij alijs auium generibus. Nam quarundam alba ſunt, vt columbæ, & perdicis: alijs pallida, vt paluſtrium: alia punctis diſtincta, vt meleagridum & phaſianarum. Tinnunculi rubra quaſi minium.

CAESAR.

NVnc de corticis differentijs. Reſpondent igitur paluſtrium cortices humori: plus enim lutei continent. Itaque putamen ipſum quoque pallidum erit. Aliorum ratio perobſcura eſt. Nam galguli alba ſunt, ipſe aureus: corui alba, ipſe niger: gallinæ alba, ipſa tum nigra, tum alba, tum varia: pauonis alba, ipſe pictus.

Quæ ſint meleagrides, & quid de his ſentiam, alibi à nobis ſatis factum ſtudioſis putamus. Si ſint eæ quas vulgus *Gallos Indicos* vocat, cur Ælianus ait eſſe roſtro & acuto, & maiori, collo autem nigro, breuiore & craſſiore quàm cæterarum auium? in ijs enim, quas educamus, nihil horum apparet. In Braſſiliæ regione cóque maximo terrarum ambitu ab Hiſpanis nuper repertarum, magna copia horũ animalium: quę hinc nõ allata, vt multa alia, ſed ibi nata & reperta ab aduenis fuerunt: atque eorum opera denuò ad nos peruenerunt.

Κεγχρίδος *tinnunculi.* Plinium ſequuti. Ariſtoteles cùm cenchridis oua rubra eſſe dicat, idémque de tinunculo Plinius prodat: eundem eſſe putamus.

XX. ARISTOTELES.

Ἔχει δὲ τὸ ᾠὸν διαφοράς. τῇ μὲν γὰρ, ὀξύ, τῇ δὲ, πλατύτερόν ἐστι.

Differunt inter ſe oui partes: hac obtuſior, illa latior.

CAESAR.

NVnc partis partes diſtinguit per figuram. Πλατύτερον dixit: cùm tamen ὀξὺ καὶ ὀξύτερον obtuſiùs dicas: reſpondet enim acuto.

XXI. ARISTOTELES.

Ἐξιόντος δὲ ἡγεῖται τὸ πλατύ.

Egreditur autem latior pars prior.

CAESAR.

RAtione non caret: mollius enim deponitur. Si verò in mucronem exiret, decideret maiore impetu: altera ratio à niſu: vertitur autem vt à vento meta, ſi obijcias baſis ſuperficiem. Præterea muſculi cùm expellunt comprimunt ſe: Ita etiam comprimunt ouum.

XXII. ARISTOTELES.

Ἔστι δὲ τὰ μὲν μακρὰ καὶ ὀξέα τῶν ᾠῶν, θήλεα· τὰ δὲ στρογγύλα καὶ περιφέρειαν ἔχοντα κατὰ τὸ ὀξύ, ἄρρενα.

Ex oblongis & acutis fœminæ generantur. Ex ijs quæ mucronem obtuſum habent, mares.

CAESAR.

NVnc à cauſſa finali ponit differentias. Eſt enim ouum propter pulli generationem. Habet autem cauſſam hanc. Quoniam calidiora ſunt rotundiora. Calor enim plus poteſt cùm plus operatur. Eſt enim caloris congregare & conſtituere. Itaque etiam perfectiora

ſunt à figura,& à fine. Quanquam Columella aliter ſentiat. Nam *qui volet*, inquit, *quamplurimos mares excludi, longiſsima quæque, & acutiſsima oua ſubijciet, & rurſus cùm fœminas, quamrotundiſsima.*

Dixit Philoſophus oua ſunt θήλεα καὶ ἄῤῥενα κατὰ δύναμιν: vt oſtenderet eſſe materiam. Verum enim eſt ſi dicas. Aurum eſt annulus κατὰ δύναμιν.

XXIII. ARISTOTELES.

Ἐκπέττεται μὲν οὖν ἐπωαζόντων τῶν ὀρνίθων· οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ αὐτόματα ἐν τῇ γῇ ὥσπερ ἐν Αἰγύπτῳ, κατορυττόντων εἰς τὴν γῆν ἐν τῇ κόπρῳ. καὶ ἐν Συρακούσαις δέ φιλοπότης τις, ὑποτιθέμενος ὑπὸ τὴν ψίαθον εἰς τὴν γῆν, τοσοῦτον ἔπινεν, ὥς φασι, χρόνον συνεχῶς, ἕως ἐκλεπείη τὰ ᾠά. ἤδη δὲ καὶ κείμενα ἐν ἀγγείοις ἀλεεινοῖς, ἐξεπέφθη καὶ ἐξῆλθεν αὐτομάτως.

Ac nihilo quidem ſeciùs ſponte ſua in terra, quàm auium incubatu perficiuntur. Quemadmodum in Aegypto defodiunt in fimo terra abruto. Et Syracuſis prodidère potatorem quendam, ouis ſub ſtoria humo ſtratis tandiu potare, nunquam opera intermiſſa, ſolitum eſſe dum oua excluderentur. Iam verò etiam indita in vaſis tepidis eo concocta ſunt, vt exirent ſponte pulli.

CAESAR.

NVNC ponit cauſſam efficientem ipſius finis: ſcilicet modum generandi pulli: vt non ſolum matricum calore,ſed etiam externo perficiantur.

Ἐκπέττεται, ſcilicet ad generationem. Nam ſi ſimpliciter intelligas, falſum eſt. Ipſa enim iam ſunt perfecta. Itaque addidit ἐκ: vt ex maturo ouo maturum animal fiat. Nam ſanè durum verbum eſt apud Latinos. Theodorus non eſt veritus ponere *concocta*. Nos cùm meliùs non poſſemus, idem coacti ſumus facere. Sed cùm pro cibo etiam ſint. Itaque durum verbum. At hoc feciſſe videtur: quoniam erat ei ter interpretandum hoc verbum ἐκπέττεται: & ſemel ἐκλέπειν: ſemel in principio. Iterum in commate eiuſdem clauſulæ: ſic ἐκπέττεται μὲν οὖν ἐπωαζόντων τῶν ὀρνίθων· οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ αὐτόματα, ἐν τῇ γῇ. Vbi ſubticuit verbum Ariſtotelis. Nos in girum coëgimus orationem, per verbũ *perfici*: id eſt *finem naturæ* conſequuntur. Neque enim oua ſunt perfecta. Quanquam ſunt perfecta oua. Ergo cùm vitaret hanc repetitionem Theodorus, ἐκλεπείη interpretatus eſt ſic. *Donec oua ederent fœtum.* At oua non agunt: neque quicquam edunt: ſed calor ex ouis. Rectè dixiſſet. Ex ouis fœtus redderetur. Itaque Philoſophus dixit, ἐξῆλθεν: *ex ipſo pulli exiuêre*: viuenti enim competit actio: non autem ouo iam, non ſolùm non viuenti, ſed etiam quod nuſquam eſt.

Theodorus *pulliciem* poſuit: non malè: eſt enim ex Columella.

XXIV. ARISTOTELES.

Ἡ μὲν οὖν γονὴ πάντων τῶν ὀρνίθων λευκή, ὥσπερ καὶ τῶν ἄλλων ζώων.

Auium genitura omnium candida qualis etiam aliorum animalium.

CAESAR.

NVNC ipſam ouorum generationem narraturus, incipit à principijs ipſius: materiali & formali: ſcilicet à genitura auium. Cuius colorem neceſſariò deſcribit, propterea quòd in auibus non eſt ſanguis menſtruus. Vnde puto etiam vnum ex argumẽtis eſſe, quamobrem Ariſtoteles, contrà quàm Hippocrates, putârit, ex albumine oui pullum generari. Et ſanè non temerè: cùm vidiſſet pullum iam conſtitutum, & tamen vitelli partem extare. Quo ſcilicet exhauſto per vmbilicum, quæreret cibum foris, atque exiret. De hac diſputatione fuſiùs in Exercitationibus noſtris de *Subtilitate*.

XXV. ARISTOTELES.

Ὅταν δὲ ὀχευθῇ, ἄνω πρὸς τὸ ὑπόζωμα λαμβάνει ἡ θήλεια.

Idque inita fœmina excipit de ſuperiore loco, qui ſubeſt præcinctura.

CAESAR.

CAESAR.

Semper Phyſico neceſſaria eſt loci & temporis hiſtoria: ſunt enim concauſſæ. Nec temerè dixit λαμβάνει. Quoniam in eo, qui decimus *Hiſtoriarum* inſcribitur, oſtendimus quomodo matrices in ſinum vltimum trahunt genituram à veſtibulis in quæ iacta eſt.

XXVI. ARISTOTELES.

Καὶ τὸ μὲν πρῶτον μικρὸν καὶ λευκὸν φαίνεται τὸ ᾠόν, ἔπειτα ἐρυθρὸν καὶ αἱματῶδες· αὐξανόμενον δὲ, ὠχρὸν καὶ ξανθὸν ἅπαν. ὅταν δὲ ἤδη γίγνηται ἁδρότερον, διακρίνεται· καὶ ἔσω μὲν, τὸ ὠχρὸν, ἔξω δὲ, τὸ λευκὸν περιίσταται. ὅταν δὲ τελειωθῇ, ἀπολύεται καὶ ἐξέρχεται· ὑπὸ τοῦ καιροῦ ἐκ τοῦ μαλακοῦ εἶναι μεταβάλλοντος εἰς τὸ σκληρόν· ὥστε ἐξέρχεται μὲν οὔπω πεπηγός· ἐξερχόμενον δὲ, εὐθέως πήγνυται καὶ γίνεται σκληρὸν, ἐὰν μὴ ᾖ νενοσηκός. ἐφάνη δὲ ἤδη, οἷον ἔν τινι καιρῷ γίνεται, τὸ ᾠόν: ἅπαντα γὰρ ὠχρὰ ὁμοίως ἐστὶν, ὥσπερ ὕστερον ὁ νεοττός. τοιαῦτα καὶ ἐν ἀλεκτορίδι διαιρημένῃ ὑπὸ τὸ ὑπόζωμα, ὅπερ αἱ θήλειαι ἔχουσι τὰ ᾠὰ, τὸ μὲν εἶδος ὠχρὰ ὅλα, τὸ δὲ μέγεθος, ἡλίκα ᾠά. ὃ ἐν τέρατος λόγῳ τιθέασιν.

Ac primùm quidem exiguum & candidum videtur: deinde rubrum ac ſanguineum: vbi creuit, luteum, flauum totum. Iam ampliùs auctum diſcernitur: atque intus quidem luteum exteriore albumine ambitur. Cùm verò perfectum fuerit, abſoluitur, atque exit. Quo tempore è molli mutatur in durum. Cùm enim egreditur nondum concreuit: & ſimul atque prodijt, ſpiſſatur, ac dureſcit, niſi morbo quopiam præuentum ſit. Editum etiam aliquando fuit ouum tale, quale quodam tempore eſt: luteum ſcilicet, qualia & ſunt omnia, & eſt tandem pullus. Hoc enim colore in diſſecta gallina videntur ſub præcinctura loco, vbi illæ oua continent. Specie quidē lutea: at magnitudine tanta, quanta ſunt oua, quæ in prodigij loco deputare conſueuêre.

CAESAR.

Excepto ſemine genitali, ſex tempora aſſignat futuri pulli, mutandíque oui. Primum, candidi: ſecundum, rubri: tertium, flaui: quartum, perfecti intus: quintum, egredientis: ſextum, egreſſi. In altera parte hiſtoriæ dixit hæc omnia perſpecta eſſe in diſſectis gallinis. In poſtrema ponit ortum ouorum ſine albumine, & magnitudinem: quam comparat cum ouorum quorundam exiguitate. Quæ oua cùm eduntur à gallina, prodigij loco habentur: putârúntque veteres ſuperſtitiones rei detrimentum portendi.

Αἱματῶδες non temerè. Quoniam ſanguine concretum animal deſcripturus eſt. Theodorus *cruentum*, non placet. Viuit enim iam ſaltem in potentia: at cruor eſt κρύος.

Ὠχρὸν καὶ ξανθὸν: non eſt ταυτολογία. Sed vitelli quidam ſunt lutei: quidam valde rubri: quidam flaui diluti. Et dixit ἅπαν: ſicut primum λευκὸν ἅπαν. Et tamen non erit, neque λευκὸν, neque ὠχρὸν ἅπαν. Sed vtrunque ſimul. Ergo pars non totum: & nota verbum διακρίνεται *diſcernitur:* quoniam erat in potentia intus.

Non poteſt dici quanta ſit ſuauitas in oratione: ἐκ τοῦ μαλακοῦ εἶναι μεταβάλλοντος εἰς τὸ σκληρόν. Theodorus conſultiſſimè addidit *putamine*. Neque enim ſuccus interior, durior eſt. Imò luteum, fortaſſe non tam durum.

Theodori verba, *quibuſcunque emergit portionibus*: non ſunt in Codice noſtro. Neque verum eſt, ipſum quacunque ſui parte dureſcere.

Ἐὰν μὴ νενοσηκός, Theodorus: *niſi vitio vulua defecerit*. Imò etiam alia ſunt impedimenta quibus fieri poteſt, vt ouum ipſum ſanum non ſit, præter vuluæ vitium.

Ταῦτα γὰρ ἐν ἀλεκτορίδι. Theodorus, *reperta ſunt*. Imò reperiuntur: vt ſciamus, ita eſſe ſemper. Iccirco Philoſophus dixit διαιρημένην, non διῃρημένην. Nam vult comparare id quod rarò euenit, ſcilicet ouum, ſine albumine editum aliquando, cum eo quod ſemper natura tale eſt: ſcilicet cum ouo dum à gallina continetur ſub ſepto.

Ὥσπερ ὕστερον ὁ νεοττός. Quare hoc addidit Ariſtoteles, qui putat ex alio fieri pullum non ex luteo? imò dicamus, ὕστερον confirmare ſententiam ſuam. Nanque primordia dicit candida: pallideſcere poſteà, quoniam luteo alatur. Infrà autem docet mutationem candidi in luteum: luteúmque euadere vitellum.

Τὸ δὲ μέγεθος. Theodorus, *magnitudine oui perfecti*: malè. Et addidit: & falsò: neque enim perfectum ouum pro oſtento haberi poteſt: perfectio enim non tantùm partium ratione conſtat,

ſed

ſed etiam quantitate. Itaque infantem dicimus imperfectum virum: atqui ille omnes ſuas partes habet.

XXVII. ARISTOTELES.

Οἱ δὲ λέγοντες, ὅτι ὑπολείμματά ἐστι τὰ ὑπηνέμια τῶν ἔμπροσθεν ἐξ ὀχείας γιγνομένων, οὐκ ἀληθῆ λέγουσιν. ἤδη γὰρ ἱκανῶς ἤδη ἀνόχευτοι νεοττίδες ἀλεκτορίδων καὶ χηνῶν, τεκοῦσαι ὑπηνέμια. τὰ δὲ ὑπηνέμια, ἐλάττω μὲν τῷ μεγέθει γίνεται καὶ ἧττον ἡδέα, καὶ ὑγρότερα τῶν γονίμων, πλήθει δὲ πλείω. ὑποτιθεμένων δὲ τῇ ὄρνιθι, οὐδὲν παχύνεται τὸ ὑγρόν, ἀλλὰ τό τε ὠχρὸν διαμένει καὶ τὸ λευκόν, ὅμοια ὄντα.

Qui aiunt hypenemia reliquias eorum eſſe quæ antea è coitu generata ſunt, haud rectè ſentiũt. Nam compertum fuit in gallinarum atque anſerum genere, einſmodi oua edita eſſe à nouellis ſine vllo coïtu. Eorum ouorum magnitudo minor, minúſque ſuauia, & liquidiora quàm ea, quæ apta ſunt ad generationem. Sed plura numero. Si aui ſubijciantur, liquor ille non craſſeſcit, neque aut luteum, aut candidum à priſtina mutatur natura.

CÆSAR.

NVnc ſpeciem æquiuoca materia narrat. Mox alteram, quam vocat οὔρια. Confutat veterem opinionem valido argumento. Nam pullaſtræ nondum edidêre alia oua: ergo non ſunt aliorum reliquiæ. Ita ex illius definitionis deſtructione, potes aliam definitionem conſtruere. Comparat cum perfectis ouis: à magnitudine, à guſtu, à conſiſtentia: per quæ ab illis vincantur: ſed vincunt numero. Sanè ſunt & minora: ita quantitatis illius defectus compenſatur: & ſunt imperfectiora: Ergo minori negotio eduntur à natura. Poſtremò à fine. Neque enim quicquam ex illis gignitur, neque accipiunt σύστασιν.

Νεοττίδες Theodorus *iuuencas*: nos ex Columella *nouellas* diximus.

Ἐλάττω μὲν Theodorus, *ſterilia*, de ſuo addidit. Quanuis certè ſterilia ſint.

Ὑποτιθεμένων τῇ ὄρνιθι: ſic transferas: *fruſtrantur operam incubantium*. Neque enim craſſeſcit intus quicquam: ſed tam luteus, quam candidus liquor talis perſtat, qualis erat. Nolui dicere vitellum, quoniam à vita dicatur, quæ in illis nulla eſt. Τῇ ὄρνιθι autem, auibus intellige cuiuſcunque ſint generis, non ſolùm gallinacei.

XXVIII. ARISTOTELES.

Γίνεται δὲ ὑπηνέμια πολλῶν, οἷον ἀλεκτορίδος, πέρδικος, περιστερᾶς, ταῶνος, χηνός, χηναλώπεκος.

EDuntur hypenemia à multis. Gallina, perdice, columba, pauone, anſere, vulpanſere.

CÆSAR.

NVnc eorum cauſſam efficientem per genera perſcrutatur. Etiam ab aquilarum, & accipitrum genere id fieri conſtat. Nos alaudarum, & carduelium caueis incluſarum vidimus.

XXIX. ARISTOTELES.

Ἐκλέπεται δέ, ἐπῳαζουσῶν, ἐν τῷ θέρει θᾶττον, ἢ ἐν τῷ χειμῶνι. ἐν ὀκτωκαίδεκα γὰρ ἡμέραις αἱ ἀλεκτορίδες ἐν τῷ θέρει ἐκλέπουσιν· ἐν δὲ τῷ χειμῶνι, ἐνίοτε πέντε καὶ εἴκοσι.

INcubatu æſtiuo, quàm hyberno celeriùs excluduntur. Per æſtatem enim gallinæ duodeuiceſimo die abſoluunt: hyeme interdum ad quinque & viginti.

CÆSAR.

ISTORIA à tempore: ſane adiuuante aëris calore, non ſolùm aucto calore matricis: ſed etiam agente in oua ipſa. Neque enim refrigerantur ſurgentibus illis ad res naturæ neceſſarias. Etiam à locis potuit. In Ægypto enim celeriùs exeunt: etiam propè furnos ſponte.

XXX.

XXX. ARISTOTELES.

Διαφέρουσι μέντοι καὶ αἱ ὄρνιθες ὀρνίθων, τῷ ἐπωαστικώτεραι εἶναι ἑτέρας ἑτέρων.

SAnè ipſæ quoque aues inter ſe differunt: quòd alijs aliæ incubationi aptiores.

C AE S A R.

SVprà à tempore: nunc à ſpeciebus. Eadem ſubeſt ratio caloris innati, & patientia animi.

XXXI. ARISTOTELES.

Ἐὰν δὲ βροντήσῃ ἐπωαζούσης, διαφθείρεται τὰ ᾠά.

COelo tonante quæ fouentur oua, corrumpuntur.

C AE S A R.

QVANTVM poſſit aër in nos, tot locis Galenus declarat, vt etiam vſque ad faſtidium. Quantò magis aër, tantò cum motu & ſonitu? quantò magis inchoato animali? Nam etiam fœtus mulieres aborſas metu vidimus. Hanc autem hiſtoriam ponit, quaſi affectum ab euentu. Ἀπὸ συμβεβηκότος.

XXXII. ARISTOTELES.

Τὰ δὲ καλούμενα ὑπό τινων κυνόσουρα καὶ οὔρια, γίνεται τοῦ θέρους μᾶλλον.

QVæ autem cynoſura *&* vrina *ab aliquibus dicuntur, per æſtatem magis oriuntur.*

C AE S A R.

MELIVS feciſſet apponere hanc ſpeciem ſuperiori. Nunc autem interpoſuit vtiliũ ouorum narrationem. Sunt enim cynoſura, quaſi vrina canis, non ſicut cœleſte ſydus à cauda, Græcorum ineptijs, qui Vrſæ caudam appoſuêre: ſic οὔρια παρὰ τὸ οὖρον, non παρὰ τὴν οὐρὰν: neque παρὰ τὸν οὖρον ventum, vt diximus in decimo huius operis. Infrà de his aliquid dicet. Æſtate autem eueniũt, ſoluta corporis conſtitutione nimio calore. Quare duriuſculè loquutus eſt Theodorus, cùm dixit, *conſiſtunt*: infeliciter etiam *canicularia* κυνόσουρα.

XXXIII. ARISTOTELES.

Ζεφύρια δὲ καλεῖται τὰ ὑπηνέμια ὑπό τινων, ὅτι ὑπὸ τὴν ἐαρινὴν ὥραν φαίνονται δεχόμεναι τὰ πνεύματα αἱ ὄρνιθες. τοιοῦτον δὲ ποιοῦσι καὶ τῇ χειρί πως ψηλαφώμεναι.

VOcantur etiam à nonnullis hypozephyria *ea, quæ* hypenemia *diximus: proptereà quòd verno tempore excipere auras aues ſolent. At hoc ipſum faciunt etiam ſi certo tempore attrectentur.*

C AE S A R.

NVNC redijt ad hypenemia, eáque declarat per aliud nomen, nominíſque communem rationem. Nam Zephyrus ventus eſt. At qui ventus? quem genitabilem vocauêre. Hoc mendacium etiam de equabus Luſitanis Græci auſi ſunt prodere, vento eas concipere. Sed confutat Ariſtoteles. Nam aliam prodit cauſſam: attractionem ſcilicet. Ea igitur titillatione mouentur humores, & miſcentur calore item moto. Sed ventus nihil facit ad generationem ſicut pars: ſed ſicut mouens.

Χειρί πως ψηλαφώμεναι. Quoniam non quauis attrectatione, ſed ſuaui, & titillatoria. Theodorus ſpurciſſimè & barbarè loquutus eſt: *ſi digito in genitale palpetur.* Quæ enim hæc eſt locutio, *palpare in genitale?* Aut quis improbus primùm id auſus eſt, qui non æquè Græcus fuit?

XXXIV.

XXXIV. ARISTOTELES.

Γίνεται δὲ τὰ ὑπηνέμια γόνιμα, καὶ τὰ ἐξ ὀχείας ἤδη ἐνυπάρχοντα, μεταβάλλει τὸ γένος εἰς ἄλλο γένος, ἐάν, πρὶν μεταβαλεῖν ἐκ τοῦ ὠχροῦ εἰς τὸ λευκόν, ὀχεύηται ἡ τὰ ὑπηνέμια ἔχουσα, ἢ τὰ γόνῳ εἰλημμένα ἐξ ἑτέρου ὄρνιθος· καὶ γίνεται τὰ μὲν ὑπηνέμια, γόνιμα· τὰ δὲ προϋπάρχοντα, κατὰ τὸν ὕστερον ὀχεύοντα ὄρνιθα. ἂν δὲ ἤδη μετέβαλλον εἰς τὸ λευκόν, οὐδὲν μεταβάλλονται, οὔτε τὰ ὑπηνέμια ὥστε γενέσθαι γόνιμα· οὔτε τὰ γόνοι κυήματα, ὥστε μεταβάλλειν εἰς τὸ τοῦ ὀχεύοντος γένος. καὶ ἐὰν ὑπαρχόντων δὲ μικρῶν, διαλείπῃ ἡ ὀχεία, οὐδὲν ἐπαυξάνεται τὰ προϋπάρχοντα· ἐὰν δὲ πάλιν ὀχεύηται, ταχεῖα γίνεται ἡ ἐπίδοσις εἰς τὸ μέγεθος.

Quemadmodum hypenemia euadunt vtilia ad generationem: ſic etiam quæ iam è coïtu ſunt conſtituta, tranſeunt è ſuo genere, in genus aliud: ſi anteaquam hypenemia habet, ineatur priuſquam luteum in candidum mutetur: aut quæ vtilia ad generandum oua concepit, cum alterius generis aue coëat. Atque ita, & hypenemia fiunt genitiua: & genitiua ſuſcipiunt maris formam, qui poſterior inierit. Quòd ſi iam in album facta ſit mutatio, ipſa non mutantur. Neque hypenemia vt fiant genitiua; vel ſemine concepta, vt in genus tranſeant ineuntis. Præterea cùm adhuc parua ſunt, ſi coïtus intermittatur, non creſcunt ea quæ antea inerant. Repetito autem coïtu celeriter ad ſuum perficiuntur incrementum.

CAESAR.

PVLCHERRIMA hiſtoria, ſubtilis & candida. Et miro connexu duorum ouorum: inchoatorum, & perfectorum. Nam inchoata perficiuntur maris initu. Vt non ſolùm ſemen maris perficiendi vim habeat inchoata, ſed etiam deſtruendi perficientem: & perficiendi id, à quo abſtulit perfectionem. Eſt igitur quaſi teſtamentum: cuius vltima voluntas valet. Vtriſque autem tempus idem: antequam diſcernatur album à luteo. Hoc igitur facit coïtus. Quare in ſecunda parte etiam alium effectum notat: incrementum ſcilicet.

Προϋπάρχοντα. Quoniam ex priori coïtu iam ſunt perfecta.

Suprà meliùs dixit διακεῖσθαι, de albumine & vitello, quàm hîc μεταβάλλει. Nam album ibi ineſſe in prima in luteo ſignificat: hîc autem mutatur: ad ſenſum ſcilicet. Nam initio totum candidum eſt: deinde coquitur, & fit luteum totum: poſteà diſcernitur. Sed Theodorus etiam plus premit nos, cùm dicit: *candidum acceperunt humorem.* Neque enim accipiunt: ſed diſcernitur.

Τὸ μέγεθος. Non vacat articulus: ſed ſignificat ſuam magnitudinem, quæ debetur à natura.

XXXV. ARISTOTELES.

Ἔχει δὲ φύσιν τοῦ ᾠοῦ τό τε ὠχρὸν καὶ τὸ λευκὸν ἐναντίαν, οὐ μόνον τῷ χρώματι, ἀλλὰ καὶ τῇ δυνάμει. τὸ μὲν γὰρ ὠχρόν, ὑπὸ τοῦ ψύχους πήγνυται. τὸ λευκὸν δέ, οὐ πήγνυται, ἀλλ' ὑγραίνεται μᾶλλον. ὑπὸ δὲ τοῦ πυρός, τὸ μὲν λευκὸν πήγνυται· τὸ δὲ ὠχρόν, οὐ πήγνυται, ἀλλὰ μαλακὸν διατελεῖ, ἂν μὴ κατακαυθῇ. καὶ μᾶλλον ἑψόμενον ἢ πυρούμενον συνίσταται καὶ ξηραίνεται.

Luteum ouorum atque albumen contrariam naturam obtinent: non ſolùm colore, ſed etiam poteſtate. Luteum enim à frigore denſatur. Albumen non denſatur, ſed magis liqueſcit. Contrà ab igni ſpiſſatur albumen, luteum non ſpiſſatur, ſed molle permanet, niſi peruratur. Et elixando, quàm aſſando plus concreſcit, atque ſiccatur.

CAESAR.

NVNC partium differentias ab effectibus. Albuminis igitur natura à frigore eſt. Itaque patitur à calore: contrà luteum à frigore. Primus affectus eſt lutei communis cum candido per contrarietatem. Secundus eſt communis cum candido per ſimilitudinem. Nam ſi valde coquatur etiam luteum coït. At tertius an ſit lutei ſolius, vt aſſando minùs areſcat, quàm elixando. An & hoc habeat commune cum albumine per contrarietatem? Nam ſanè aſſatum albumen plus dēſatur. Atque hîc ſanè pulcherrima eſt naturæ inueſtigatio. Nam ſi luteum plus patitur à frigore, quàm à calore: Ergo etiam à calore humidiore plus patitur, quàm à ſicciore. Ratio autem eſt. Nam feruente aqua non cogitur ita citò albumen. Itaque calor dimanat ad vitellum. At cùm aſſatur, cogitur citiùs albumen. Itaque vitellus retinet diutiùs naturam ſuam. Puto illi ſi in

mentem

mentem veniſſet:oua percocta agiliùs celeriúſque verſari ſcripſiſſet. Ratio autem eſt: quia crudis intus liquor mouetur:& motus contentionem impedit. Natare quoque oua, notandum eſt, quæ vtilia non ſunt ad generationem:& ſuauiora eſſe ad guſtum rotunda quàm longa,& minora,quàm grandia, & recentia,quàm vetuſta.

Ἑψομένου ἢ πυρουμένου. Theodorus, *in aqua feruente quàm ad ignem.* Mirum tantum virum omiſiſſe tam ſignata verba. *Elixare & aſſare.* Cùm *lixa* ſit aqua apud veteres. Et *aſſare* ſit ab arco,arſi, arſum. Nam etiam aqua ad ignem feruet. Quonam igitur modo diſtinxit?

XXXVI. ARISTOTELES.

Ἑκάτερον δὲ χωρὶς ἐν ὑμέσι διείληπται ἀπ' ἀλλήλων.

VTrunque autem ſeorſum à ſe inuicem in membrana diſſeptum eſt.

CÆSAR.

NVNC humorum ſitum & modum declarat διείληπται: prægnans verbum. Nanque διὰ ſignificat ſeparationem. Itaque minùs plenè Theodorus dixit: *Membrana diſcernuntur:* ſi addidiſſet præpoſitionem,expreſſiſſet. Nunc non ſatis eſt,*diſcerni.*

Addere poterat Philoſophus differentiam membranarũ. Nam exterior craſſior eſt,qua albumen continetur. Et ſanè officio eſt operoſiore.

Scriptum eſt ὑπ' ἀλλήλων, non ἀπ' ἀλλήλων: mendum puto eſſe.

XXXVII. ARISTOTELES.

Αἱ δὲ πρὸς τῇ ἀρχῇ τοῦ ὠχροῦ χάλαζαι, οὐδὲν συμβάλλονται πρὸς τὴν γένεσιν, ὥσπερ τινὲς ὑπολαμβάνουσιν. εἰσὶ δὲ δύο· ἡ μὲν κάτωθεν, ἡ δὲ, ἄνωθεν.

QVæ ad principium lutei grandines hærent, nihil conferũt ad generationem,quemadmodũ quidã ſuſpicãtur.Duæ eæ ſunt:altera in imo,altera in ſũmo.

CÆSAR.

NESCIO quam ἀρχὴν vocat.In re orbiculata,qualis eſt vitellus,quid ſit principium neſcio.Sic lineam infinitam eam appellârunt Mathematici. Et motum infinitum Philoſophus in lib.de *Cælo.* Et Hippocrates dicit in homine nihil eſſe principij,aut finis,ſed orbis cuiuſdam ſpeciem præ ſe ferre. Infrà proximo Capite partem acutam oui, appellat oui principium.Quoniam inde exeat pullus.Et ſanè ſi grando in hypenemijs inuenitur, non eſt neceſſaria. Et in multis vnica tantùm eſt.

XXXVIII. ARISTOTELES.

Συμβαίνει δὲ περὶ τὸ ὠχρὸν καὶ τὸ λευκὸν, καὶ ὅταν ἐξαιρεθέντα συγκεράσῃ τις πλείω ᾠὰ εἰς κύστιν, καὶ ἑψήσῃ μαλακῷ καὶ μὴ συντόνῳ πυρί· τὸ ὠχρὸν εἰς τὸ μέσον συνέρχεται πᾶν κύκλῳ, τὸ δὲ λευκὸν, κύκλῳ περιΐσταται.

EVenit autem, vt cùm quis vitellos atque albumina multa exempta, inque veſicam indit: commiſcuerit,atque elixârit igni molliore remiſſiúrque: lutea tota maſſa in medium coeat orbiculare: alba autem huic circunfundatur.

CÆSAR.

TRACTAT effectus à natura loci: vt etiam ſciamus alibi eſſe centrum, quàm in medio terræ.Hoc ſanè argumento epicycli Aſtrologorum admittentur.Quod etiam cẽſet Hippocrates. Ratio autem eſt:quia albumen leuius eſt,& longe magis lubricum. Itaque ignis vi motum,vtrunque graue in medium coït, circumreſiliente leui, lapſu lubrico.

Εἰς κύστιν *in patinam* Theodorus:benè ſanè:at μὴ συντόνῳ *continente*, malè.

Ἐξαιρεθέντα. Διαιρεῖν *diuidere.* Ἐξαιρεῖν *diuiſa eximere.*

Theodorus alterum κύκλῳ lutei omiſit, malè. Neque enim fruſtra.Nam Ariſtoteles in primo *Phyſicorum*,& lib. de *Cælo*, oſtendit partes conſimiles eſſe eiuſdem figuræ,& totius.Itaque vitellus vt eſt globi figura.Ita vitelli ſi coeãt.Alterum κύκλῳ albuminis interpretatus eſt,*in oras.* Profectò non venit in mentem oram eſſe filum ipſum,lineámve extremam terminatæ latitudinis:aut ſine profunditate verè:aut analogicè cum pauca profunditate.

CAPVT TERTIVM,

De auium coïtu, & partu.

XXXIX. ARISTOTELES.

Τῶν δ' ἀλεκτορίδων αἱ νεοττίδες, τίκτουσι πρῶτον εὐθὺς ἀρχομένου τοῦ ἔαρος· καὶ πλείω δὲ τίκτουσιν ἢ αἱ πρεσβύτεραι· ἐλάττω δὲ τῷ μεγέθει, τὰ ἐκ τῶν νεωτέρων.

Gallinarum nouellarum partus primus ineunte ſtatim vere eſt: ac plura edunt quàm vetulæ. Sed minora ſunt quæ ab ipſis pariuntur.

CAESAR.

EXPLICATA oui ſubſtantia, narratis affectibus, nunc rediјt ad coïtum auiũ. Quem recenſet ab ætatum differentia in eodem genere. A differentijs ouorum: ab affectibus ante coïtum, in coïtu, poſt coïtum. Incipit autem à gallinis tanquam à notioribus: comparátque nouellas vetuſtis. Earum oua plura numero, & minora magnitudine. Sane ratio ſubeſt. Recens enim natura principiorum viget. Qui creſcunt enim plurimum calorem innatum habẽt, & plurimum humorem vitalem. Ergo nouellis partus frequentior. Minora oua, propterea quòd, & reſpondent matrum magnitudini. Neque poteſt fieri, vt ſimul & plurima, & maxima capiantur in minore matrice. Tenorem quoque naturæ vides, vt penè æqualis ſit in vtraque ætat: Compenſat enim defectũ numeri magnitudo. Satis conſtat malè hîc à Theodoro Caput continuatum. Neque enim hîc de ouis quicquam. Nam quòd meminit aliquando eorum numeri, hoc facit toto libro hoc.

Dixit νεοττίδες, & poſteà νεωτέρων. Hoc ſanè rectè: comparat enim πρεσβυτέρας: ſed νεοττὸς paruum pullum ſignificat: at νεοττὶς diminutiuum iam parit.

Πρῶτον Theodorus *prima*, malè. Neque enim primæ ipſæ, ſed aliæ adultiores: bimæ ſcilicet: & quæ iam matres fuere. Sed, *primùm:* notat enim tempus quo parere incipiunt. Aduerte tamen non omnes tunc incipere: neque enim omnes eodem naſcuntur tempore.

XL. ARISTOTELES.

Ὅλως δ' ἐὰν μήπω ἐποάζωσιν αἱ ὄρνιθες, διαφθείρονται, καὶ κάμνουσιν.

Omnes aues ſi non pariunt, aut pereunt, aut ægrotant.

CAESAR.

NVNC ab affectibus conſequentibus τὴν στέρησιν rei qua de agimus, id eſt partus. Et ratio ſubeſt. Nam aut habent materiam fœtuum, quam ſi non retinent, neceſſe eſt malè haberi: aut non habent: ergo morboſæ iam ſunt.

Codex noſter ſic habet ἐὰν μήπω ἐποάζωσιν, neſcio quid ſit: Secutus ſum Theodori exemplar.

Dixit διαφθείρονται: & poſteà ſubdit καὶ κάμνουσιν. At nunquam quiſpiam poſt mortem ægrotauit. Itaque καὶ eſt pro ἢ. Theodorus propterea ordinem inuertit. Sed Ariſtoteles etiam alibi ſic loquitur, vt monuimus.

XLI. ARISTOTELES.

Ὀχευθεῖσαι δὲ, αἱ μὲν ὄρνιθες, φρίττουσί τε καὶ ἀποσείονται, καὶ πολλάκις κάρφος περιβάλλονται· ποιοῦσι δὲ τὸ αὐτὸ τοῦτο καὶ τεκοῦσαι ἐνίοτε.

A Coïtu inhorreſcunt, & excutiunt ſeſe, ac feſtuca ſæpenumero luſtrant. Id quod etiam à partu faciunt aliquando.

CAESAR.

CAESAR.

Festiva hiſtoria: quaſi religionem attribuat, vt puluere venerem excutiant, & luſtrent ſeſe: hoc eſt περιβάλλον]. Subeſt ratio naturalis: motus enim humorum à coïtu fit. Itaque etiam ſudamus, aut horreſcimus. Et eius frequentia corrugatur cutis: ſcabra fit & craſſa: mitto συνουσίαν exiſtimatam ab Hippocrate quandam ſpeciem ἐπιληψίας. Excutiunt autem ſe, ſicut etiam equi poſt laborē. Quoniam ſcabere velint ſeſe aut diſtringi: pruritus enim fit. Itaque feſtucam etiam adhibent: & roſtro rimantur ventris alarúmque plumas.

XLII. ARISTOTELES.

Αἱ δὲ περιστεραὶ, ἐφέλκουσι τὸ ὀρροπύγιον· οἱ δὲ χῆνες, καταπολυμβῶσιν.

Columbæ caudam diſtendunt: anſeres autem aquas ſubeunt.

CÆSAR.

Alij duo modi luſtrationis. Quoniam tegunt naturam ſuam columbæ: anſeres autem lauant ſeſe. Καταπολυμβῶσι. Theodorus, *aquis ſeſe ingurgitant*: rectiſſimè. Sed tamen Latinus putabit aquas largè potare.

XLIII. ARISTOTELES.

Αἱ δὲ κυήσεις, καὶ αἱ τῶν ὑπηνεμίων ᾠῶν συλλήψεις, ταχεῖαι γίνονται τῶν πλείσταις τῶν ὀρνίθων, οἷον καὶ τῇ πέρδικι, ὅταν ὀργᾷ πρὸς τὴν ὀχείαν. ἐὰν γὰρ καταπνευσθῇ τοῦ ἄρρενος, κυΐσκεται, καὶ εὐθὺς ἄχρηστος γίνεται πρὸς τὰς θήρας. ὄσφρησιν γὰρ δοκεῖ ἔχειν ἐπίδηλον ὁ πέρδιξ.

Tum fœtus, tum hypenemiorum generatio euenit plurimis auibus repentina. Quemadmodum perdici cum in venerem ſollicitatur. Si enim affletur odore maſculi concipit: continuóque fit inutilis aucupijs. Inſigni nanque odoratu præditus perdix eſſe videtur.

CAESAR.

Tractat modum inter verum συνδυασμὸν, & ſpontaneos fœtus hypenemiorum. Neque enim initu, ſed odore concipiunt. Hoc quoque ſuprà dixit: addit cauſſam excellentium: odoratus.

Καταπνευσθῇ. Theodorus iucunda circumductione explicauit. Nos ſimplicius.

Ἐπίδηλον Theodorus, *exquiſitum*: rectè. Ἀκριβῆ: nos propius Philoſophi ſententiam, *inſignem*.

Ἄχρηστος πρὸς τὰς θήρας: quaſi eius opera vtātur ad aucupia: conſtituta enim fœmina mares captant. Nam ſedatur Venus tunc, à conceptu. Itaque ſubdit cauſſam: propterea quòd, inquit, perdix eximio eſt olfactu. Itaque ſentit eam concepiſſe. Quare hæc non appellat: neque ille non appellit.

XLIV. ARISTOTELES.

Ἡ δὲ τοῦ ᾠοῦ γένεσις, μετὰ τὴν ὀχείαν· καὶ ἐκ τοῦ ᾠοῦ πάλιν συμπεττομένου, ἡ τῶν νεοττῶν γένεσις οὐκ ἐν ἴσοις χρόνοις συμβαίνει πᾶσιν, ἀλλὰ διαφέρει κατὰ μεγέθη τῶν γεννώντων.

Tam oui poſt coïtum, quàm ex ouo incubato, pulli generatio, non eodem omnibus temporis contingit ſpatio. Sed pro ratione magnitudinis parentum euenit.

CAESAR.

Nunc moram incubandi variam notat, eiúſque rationem ex auium trahit magnitudine. Quoniam grandiores diutiùs & oua gerunt, & incubant.

Theodorus incautiùs *oui prouentum* dixit. Nam quanquam verbum *prouenire*, de vno dicatur, prouentus tamen non dicitur.

XLV. ARISTOTEES.

Συνίσταται δὲ τὸ τῆς ἀλεκτορίδος ᾠὸν μετὰ τὴν ὀχείαν· καὶ τελειοῦται τὸ ᾠὸν ἐν δέκα ἡμέραις ὡς ἐπὶ τὸ πολύ. καὶ τὸ τῆς περιστερᾶς δὲ ἐν μικρῷ ἐλάττοσι.

Gallinarum ouum conſiſtit à coïtu: perficiturq́; ſæpiſſimè decem diebus. Columbinum paulò paucioribus.

C Æ S A R.

Hoc fruſtra hîc repetit quod ſuprà dixit. Et hîc repetit τὸ ᾠόν.

XLVI. ARISTOTELES.

Δύνανται δ᾽ αἱ περιστεραὶ, ἤδη τοῦ ᾠοῦ ἐν ὠδῖνι ὄντος, κατέχειν· ἐὰν γάρ τι ἐνοχληθῇ ὑπό τινος, ἢ περὶ τὴν νεοττείαν, ἢ πτερὸν, ἐκτιλθῇ, ἢ ἄλλό τι πονήσῃ, ἢ καὶ δυσαρεστήσῃ, κατέχει καὶ οὐ τίκτει, μελλήσασα.

Columbæ etiam in dolore parturiendi ouum continere poſſunt. Si quid enim moleſtiæ interuenerit aut circa nidum, aut penna auulſa, aut aliter vexata, aut ægrè quippiam tulerit, continet, & partum differt.

C AE S A R.

Affectvs aliquot columbarum narrat: ſed præpoſterè. Nam priùs de partu quàm de coitu. Commodè autem narrat hîc hiſtoriam hanc: propterea quod è contrario plures aues ipſo in metu amittunt oua: ſicut quædam animalium, excrementa; vt de cicada diximus. De ſimia quotidie videmus: de cane quoque.

Ἐν ὠδῖνι: Theodorus, *in tempore parturiendi:* rectè. Sed dolorem expreſſimus nos propterea quòd facit ad efficaciam hiſtoriæ: & verbum ipſum Græcum id fert. Mirum verò, aut metum, aut turbam, aut iracundiam plus poſſe, quàm dolorem. Sed minùs rectè idem coniunxit partes diſiunctas ſic: *aut penna in nido euulſa.* Sed ἢ περὶ νεοττείαν: putà concuſſo nido. Ἢ πτερὸν ἐκτιλθῇ: id eſt, aut circa nidum: aut quod plus etiam eſt, circa ipſam, euulſa penna. Idem addidit *ſponte*, τὸ δυσαρεστήσῃ: malè: quis enim hoc ſciat: retineátne ouum, an non? quippe in parturiendo ſi quid ei turbæ fiat, tunc retinet. Si non fiat turba, quis ſciat ipſam ſponte iratam eſſe? Sed eſt ęgrè ferat: puta conſpectum intuentis. Idem addidit, *per triſtitiam retinet*: malè. Nam fortaſſe per iram: aut etiam præ metu ne prodat fœtum ſuum, imminenti periculo: fortaſſe etiam non conſultò retinet, ſed aſtrictis præ metu muſculis.

XLVII. ARISTOTELES.

Ἴδιον δὲ περὶ τὰς περιστερὰς συμβαίνει καὶ τάδε περὶ τὴν ὀχείαν. κυνοῦσί τε γὰρ ἀλλήλας, ὅταν μέλλῃ ἀναβαίνειν ὁ ἄρρην, πρὶν ἂν ὀχεύσῃ· ὁ μὲν πρεσβύτερος, τὸ πρῶτον· ὕστερον μέντοι ἀναβαίνει καὶ μὴ κύσας· οἱ δὲ νεώτεροι, αἰεὶ τοῦτο ποιήσαντες, ὀχεύουσι· τοῦτό τε ἴδιον ποιοῦσι· καὶ ἔτι αἱ θήλειαι ἀλλήλαις ἀναβαίνουσιν, ὅταν ὁ ἄρρην μὴ παρῇ, κύσασαι, ὥσπερ οἱ ἄρρενες· καὶ οὐθὲν προϊέμεναι εἰς ἀλλήλας, τίκτουσιν ᾠὰ πλείω ἢ τὰ γόνιμα· ἐξ ὧν οὐ γίνεται νεοττὸς οὐδὲ εἷς, ἀλλ᾽ ὑπηνέμια πάντα τὰ τοιαῦτά ἐστιν.

Coïturæ columbæ illud quoque habent peculiare: ante enim quàm coëant inituro iam columbo inter ſe oſculantur. Ac primo quidem coïtu ſenior oſculans: poſteà etiam ſine oſculo init. At iuniores nunquam ſine oſculo coeunt. Id quod etiam fœmellæ faciunt. Abſente enim mare poſt mutua oſcula, maſculorum more, viciſſim ſeſe conſcendunt: nihilóque inuicem immiſſo ſeminis genitalis, pariũt oua plura, quæ è ſemine concepta non ſunt: è quibus nullus quoque fœtus oriatur. Sed omnia talia hypenemia ſunt.

C AE S A R.

Hoc idem etiam corui faciunt: qui propterea dicti ſunt ore coïre. Sed naturæ conſilium animaduerte. Nanque vetulus parciùs laſciuit blanditijs: fœminarum autem ſalacitatem ſecundo loco notat.

Τοῦτό τε ἴδιον ποιοῦσι, καὶ ἔτι, &c. Videor mihi audire ſuauitatem Herodoti per eam connexionem tranſeuntis in fœmellarum hiſtoriam.

Πλείω: fœcunditate fuſa atque irrita: non aſtricta certis legibus naturæ.

CAPVT

CAPVT QVARTVM.

De pulli in ouo creatione.

XLVIII. ARISTOTELES.

Ἡ δὲ γένεσις ἐκ τοῦ ᾠοῦ συμβαίνει τοῖς ὄρνισι· συμβαίνει μὲν τὸν αὐτὸν τρόπον πᾶσιν, οἱ δὲ χρόνοι διαφέρουσι τῆς τελειώσεως, καθάπερ εἴρηται.

AVium omnium generatio eadem. At perfectionis tempora alia alijs, quemadmodum dictum eſt.

CAESAR.

PERSPECTIS principijs materiæ, id eſt ouo, nunc videamus formam ipſam, eiúſque introductionem, inchoationémque. Secundo loco partes, tàm exteriores, quàm interiores. Itaque à corde incipit: ad caput & oculos pergit: inde ad inteſtina: hinc ad venas: perſequitúrque modum generationis & alimenti. Simúlque tempora conſtitutionum & incrementorum: & ſitum ipſum principiorum tàm vitelli, quàm albuminis. Prætereà ſitum ipſius animalis: ſomnum quoque & vigiliam pulli, atque etiam ſonum. Hæ enim ſunt affectiones naturales. Hæc in prima Capitis parte maximè diligenter, atque exquiſitè. In ſecunda autem moroſè repetit ouorum irritorum narrationem. Mox gemellorum: quam partem rectiùs ſuperiori adiunxiſſet.

XLIX. ARISTOTELES.

ΤΑῖς μὲν οὖν ἀλεκτορίσι τριῶν ἡμερῶν καὶ νυκτῶν παρελθουσῶν, ἐπισημαίνει τὸ πρῶτον· τῶν δὲ μειζόνων αὐτῶν ὀρνίθων, ἐν πλείοσι, ταῖς δὲ ἐλάττοσιν, ἐλάττονα.

GEnerationis itaque indicia extare incipiunt in gallinis, poſt dies tres totidemq́; noctes. In genere auium, quàm hæ ſunt, maiorum, ſeriùs, minorum citiùs.

CAESAR.

REPETIT quod ſuprà dicebat κατὰ μεγέθη τῶν γεννώντων. Et ſtatuit pro norma ac modulo gallinas, ad quas referat maiores & minores. Semper enim hoc agit diuinus vir: vt conſtituat rationem quandam, ad cuius modum cætera omnia deducat. Vbi etiam libebit notare numerum ternarium in medio omnium hîc eſſe numerorum, quoad perfectionem, aut imperfectionem.

L. ARISTOTELES.

Γίνεται δ' ἐν τούτῳ τῷ χρόνῳ ἤδη ἄνω τὸ ὠχρὸν προσεληλυθὸς πρὸς τὸ ὀξύ· ᾗπερ ἡ ἀρχὴ τοῦ ᾠοῦ. καὶ ἐκλέπεται τὸ ᾠόν, καὶ ὅσον στιγμὴ αἱματίνη ἐν τῷ λευκῷ ἡ καρδία. τοῦτο δὲ τὸ σημεῖον πηδᾷ καὶ κινεῖται, ὥσπερ ἔμψυχον· καὶ ἀπ' αὐτοῦ δύο πόροι φλεβικοὶ ἔναιμοι ἑλισσόμενοι οἳ φέρουσιν αὐξανομένου εἰς ἑκάτερον τῶν χιτώνων τῶν περιεχόντων. καὶ ὑμὴν δὲ αἱματικὰς ἶνας ἔχων, ἤδη περιέχει τὸ λευκὸν κατὰ τὸν χρόνον τοῦτον, ὑπὸ τῶν πόρων τῶν φλεβικῶν· ὀλίγον δ' ὕστερον, καὶ τὸ σῶμα ἤδη ἀποκρίνεται, μικρὸν πρῶτον πάμπαν καὶ λευκόν. δηλοῖ δ' ἡ κεφαλή, καὶ ταύτης οἱ ὀφθαλμοὶ μάλιστα ἐμπεφυσημένοι· καὶ τοῦτο μέχρι πόρρω διατελεῖ. ὀψὲ γάρ ποτε μικροὶ γίνονται καὶ συμπίπτουσι. τὸ δὲ σώ-

PEr id tempus aſcendit iam vitellus ad ſuperiorem partem oui acutiorem: vbi & principium oui eſt, & fœtus excluditur. Córque ipſum apparet in albumine ſanguinei puncti. Quod punctum ſalit, & mouet ſeſe inſtar quaſi animatum. Ab eo meatus venarum ſpecie duo ſanguine pleni, flexuoſi, qui creſcente fœtu feruntur in vtranq́; tunicam ambientem. Ac membrana ſanguineas fibras habens eo tẽpore albumẽ continet, ſub meatibus illis venarũ ſimilibus. At paulò poſt diſcernitur corpus puſillũ initio, omnino & candidum: capite conſpicuo, atque in eo oculis maximè turgidis qui diu ſic permanẽt. Serò enim tãdem parui fiunt, ac conſidunt. In parte autẽ corporis

μεῖζον τὸ κάτω μέρος, οὐδὲν φαίνεται μόριον πρὸς τὸ ἄνω πρῶτον. τῶν δὲ πόρων τῶν ἐκ τῆς καρδίας τεινόντων ὁ μὲν, φέρει εἰς τὸ κύκλῳ περιέχον, ὁ δὲ, εἰς τὸ ὠχρὸν, ὥσπερ ὀμφαλὸς ὤν.

inferiore nullum extat membrum per initia, quod reſpondeat ſuperioribus. Meatus autem illi qui à corde prodeunt, alter ad circundantem membranam tendit, alter ad luteum, officio vmbilici.

CAESAR.

INCHOATIONEM pulli narrat, motúmque principiorum: fœtúſque materiã ſubſiſtere ait. Alimenti materiam ſurſum ferri: ſic etiam in ζωοτόκοις. A ſuperioribus enim partibus longè faciliùs trahitur alimentum. Et grauius eſt albumen quàm vitellus. Sed & locus capacior pullo datus eſt. Et natura ſeipſam imitatur: quæ acutiorem oui partem ſtatuat pro cacumine: latiorem autem pro ſede. Quin illud eſt maximè obſeruandum: pullo perfecto, abſumptóque albumine in corpus, luteo in alimentum, patere locum vacuum capiti, quod deſubtus alam exerat, vt rumpat putamen. Poſtremò totam maſſam grandiorem corporis contineri oui ſpatio laxiore: collum autem, capútque anguſtiore & productiore. Icciro eam partem oui principium appellauit, vnde fœtus oriatur. In ſecunda parte ponit pulli principium, cor: vt & hinc Galenus diſcat ab ipſius cordis vi cerebrum conſtitui. Iam extat cor: cerebrum non extat. Et Hippocrates qui ex luteo pullum creat, alit albumine. Nam in albumine tanquam in maſſa corporis eſt cor, à quo meatus quaſi vmbilicus petit alimentum à luteo in quod à corde tendit. Poſt hæc corporis cutem ambientem futurum corpus, id eſt, albumen ipſum: eámque munitam præſidio fibrarum ad alendum: quas fibras implent ſanguine meatus illi duo, qui ad membranam tendunt: quem ſanguinem à corde deferunt elaboratum, non ab hepate, quod nõdum vllum extat: vt & hoc Galenus diſcat: & Hippocrates falsò putet iecur prius corde generari. Tum declarat corporis conſtitutionem, & colorem: ſcilicet referentem principia ſua, id eſt, albumen. Inde corporis partes: caput, capitíſque partes: oculos, qui matureſcendo minores fiunt. Deinde curam naturæ explicat: quæ intenta capiti formando, pedes negligat. Neque enim dum eorum eget: neque loca excrementorum: non enim opus habet his. Sed & calor à corde ſurſum primus ferri par eſt. Ex reliquijs operæ ignobiliora mox fient.

Dixit γίνεται pro, *eſt*, in tempore præſenti: quoniam ἤδη παρεληλυθὼς: poſt tres dies: vt malè interpretetur Theodorus, *effertur*.

Ἐκλέπεται τὸ ᾠόν: *aperitur ouum ad edendum fœtum, exquammatur, excorticatur, exputatur.* Nos molliùs per fœtus excluſionem, Latinos ſecuti. Theodorus peſſimè *detegitur ouum.* Neque enim ouum detegitur. Sed pullus ouo exuitur.

Ὅσον στιγμή. Non dixit οἷον: ſed quantitatem. Quoniam addit, αἱματίνη. Non dixit αἱματώδης: vt principium ſanguinis intelligeret: non autem habere à ſanguine conſtitutionem. *Inſtar* potiùs *puncti*, quam vt Theodorus: *quaſi punctum.*

Τοῦτο τὸ σημεῖον: ſeipſum interpretatur, στιγμή: Mathematica voce: & pudenter dixit quoniam nondum perfectum cor eſt. Sed à virtute gignitiua ædificatur.

Πηδᾷ, quod alibi σφύζει. Et Galenus, & ipſe quod apertiùs declarauit κινεῖται. Nam multa ſaliunt, vt apud Poëtam: *ſalit horrida grando.* Et ſaliunt ſcatebræ: at non mouent ſe. Sic enim interpretandum per μέσον verbum: non vt Theodorus, *mouetur.* Itaque addidit ὥσπερ ἔμψυχον. Sed prudenter non ὥσπερ ζῶον. Neque enim, vt aiunt, organizatum eſt adhuc. Itaque animam attribuit in maſſa informi: at impudenter Theodorus, *animal*, vertit.

Αἱματώδεις, Theodorus *ſanguigeri*: rectiſſimè: ſicut fœdifragi, pro ſanguinigeri, & fœderifragi.

Αὐξανομένου. Nam alterius officium eſt alere membranam à corde: alterius alimentum afferre à luteo ad cor. Itaque etiam tunc in medio cor eſt officij ratione duplicis: attrahendi, & mittendi. Αὐξανομένου εἰς ἑκάτερον τῶν χιτώνων: vna luteum ambit, vnde ille ſuggit: altera albumen quo hic defert.

Καὶ τοῦτο μέχρι πόῤῥω. Τοῦτο, hoc eſt, τὸ ἐμπεφυσημένους εἶναι. Theodorus, cùm dixit, *quibus ita permanet diu:* videtur caput intellexiſſe: alioqui barbara loquutio: *ita mihi permanet*: & ſic etiã dura.

Συμπίπτουσι Theodorus: *ad ratam ſe contrahunt proportionem:* ratam ſcilicet eo tempore. *Conſidunt oculi*, diximus: ſicut conſidunt fluctus: & infrà in x. huius operis, matrix: & in *Aphoriſmis* Hippocrates, de vino,

Οὐδὲν φαίνεται μόριον πρὸς τὸ ἄνω. Theodorus, *pars inferior corporis, nullo membro à ſuperiore diſtingui:* optimè vertit: ſed ſubticuit proportionem illius vocis πρός.

Ὥσπερ ὀμφαλὸς ὤν: *velut vmbilicus*, Theodorus. Nos energiam Philoſophi expreſſimus *officio vmbilici.*

LI. ARISTOTELES.

Ἡ μὲν οὖν ἀρχὴ τοῦ νεοττοῦ, ἐστὶν ἐκ τοῦ λευκοῦ· ἡ δὲ τροφὴ, διὰ τοῦ ὀμφαλοῦ ἐκ τοῦ ὠχροῦ.

Pulli igitur origo ex albumine eſt: alitur enim luteo per vmbilicum.

CAESAR.

EX inſpectione atque hiſtoria concludit: ſed aliter ſenſit Hippocrates & alij veteres. Nam Hippocrates in libro de *Natura fœtus*, γίνεται δὲ ἐκ τοῦ χλωροῦ τοῦ ὠοῦ τὸ ὄρνεον· τροφὴν δὲ καὶ αὔξησιν ἔχει τὸ λευκὸν τὸ ἐν τῷ ὠῷ. Et Chryſippus appellauit νεοττὸν ipſum luteum, vt Suidas docet, in verbo νεοττόν. Cicero tranſtulit *vitellum*, narrans ſomnium illud in ſecundo de *Diuinatione*. Sed multa eſt magnáque dubitatio, ſi argumenta ſequare, non ipſam rem inſpicias. Qui luteum fouent, dicent gemella oua gemina lutea habere diſcreta membranis: albumen autem vnum. Igitur ex communi peti cibum: ex priuato conſtitui corpora: atque ita à ſitu hoc erit illis argumentum. Item à qualitate frigidum albumen eſt: neque debere vitæ principia, ſed calidum: id autem eſſe vitellum. Item à loco: nobilius melio re tutioréque eſſe loco, præſertim in re orbiculari, centrum cordi conuenire: igitur albumen potiùs alimentum eſſe. Sed ita eſt, originem eſſe in albumine nemo negare debet. Quod & à nobis fuſiùs in noſtris *Exotericis Exercitationibus* diſputatum eſt: ſed tamen puto cor ex vitelli ſubtiliſſima ſubſtantia factum, ſibi ſimile attrahere de vitello quod ſanguificet, atque diſpertiat in corpus. Carnem autem ex albumine atque oſſa.

LII. ARISTOTELES.

Δεκάτῃ δὲ ἤδη ὄντος, ὁ νεοττὸς ὅλος διάδηλος, καὶ τὰ μέρη πάντα. ἔχει δὲ τὴν κεφαλὴν μείζω τοῦ ἄλλου σώματος, καὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς τῆς κεφαλῆς, οὐκ ἔχοντάς πω ὄψιν.

Decima verò die iam pullus pullíque partes omnes conſpicuæ. Sed & caput toto corpore, & oculi capite ſunt grandiores, nulla adhuc pupilla præditi.

CÆSAR.

FACETA locutio: caput eſſe toto corpore maius, ſcilicet reliquo. Nam ſanè corporis caput pars eſt: ſicut & oculi, capitis: qui carent pupilla: & humore albo liquido pleni ſunt. Appellauit autem pupillam non κόρην, ſed ὄψιν. Quoniam viſionis inſtrumentum potiſſimum ea eſt.

LIII. ARISTOTELES.

Γίνονται δὲ οἱ ὀφθαλμοὶ περὶ τὸν χρόνον τοῦτον ἐξαιρούμενοι μείζους κυάμων, καὶ μέλανες· ἀφαιρουμένου δὲ τοῦ δέρματος, ὑγρὸν ἔνεστι λευκὸν καὶ ψυχρὸν, σφόδρα στίλβον πρὸς τὴν αὐγὴν, ὕστερον δὲ οὐδέν.

Quippe tunc ſi eximas, inuenias fabis grandiores ac nigros. A quibus detracta cute humor exit candidus, ac frigidus, vehementer ad lucem praefulgens: præterea verò nihil,

CAESAR.

EXPLICAT quo, quantóque modo oculi ſint capite grandiores. Cutis ergo nigra: liquor intus candidus & lucidus.

Ἐξαιρούμενοι *exempti*. Nam more ſuo ſic loquitur: ἀφαιρουμένου τοῦ ζῴου: & hîc mox: ἀφαιρουμένου δὲ τοῦ δέρματος. Atqui etiam ſi membranam non detrahas, intus humor ille eſt. Quanquam ſatis neceſſaria vox hæc videtur. Neque enim ſi non eximas, apparet fabarum magnitudo. Non nego quidem etiam τῷ ἐξαίρεσθαι, tumorem ſignificari: vt apud Galenum in XIV. de *Officio partium*, συναίρονται ταῖς ὑστέραις: ſed potiùs rei mobilis eſt, quæ & turgere, & detumeſcere poſſit: &

in eodem libro, ἐξαίρονται τὰ φυτικὰ μόρια: id eſt tolluntur: arrigunt. Itaque mox dicit, ἀνοιδισκόμενα μόρια. Theodorus malè interpretatus eſt, *emineant*: ſicut malè addidit illa: *nihil ſolidi videris*: & in eius Codice mendum tollendum, & pro, *rigidum*: *frigidum* ſcribendum.

Ὕστερον δὲ οὐδέν: Theodorus, *nec quicquam aliud*, rectè: ſed non coniunxit vim Latini verbi cum Græco. ὕστερον, *poſteà*: id eſt prætereà.

LIV. ARISTOTELES.

Τὰ μὲν οὖν περὶ τὰ ὄμματα καὶ τὴν κεφαλὴν, τοῦτον διάκειται τὸν τρόπον. ἔχει δ' ἐν τῷ χρόνῳ τούτῳ καὶ τὰ σπλάγχνα ἤδη φανερὰ, καὶ τὰ περὶ τὴν κοιλίαν, καὶ τὴν τῶν ἐντέρων φύσιν· καὶ αἱ φλέβες, αἱ ἀπὸ τῆς καρδίας φαινόμεναι τείνειν πρὸς τῷ ὀμφαλῷ ἤδη γίγνονται.

Oculi igitur ac caput ſic ſunt. At eodem tempore viſcera quoque iam apparent, & quæ ad ventris inteſtinorúmque pertinent naturam. Iam verò venæ, quæ à corde tendunt, tunc vmbilico applicantur.

CAESAR.

TRANSITVRVS ad membra, quæ vocant nutritionis, colligit quæ de capite dixerat. Tria genera ponit: viſcera, ventrem ſuperiorem, id eſt, ventriculum: & inferiorem, id eſt, aluum. Quarto loco, ſitum venarum quæ ad vmbilicum pertinent: quibus, è reliquiis lutei trahit alimentum. Nam Theodorus πρὸς τῷ ὀμφαλῷ, malè dixit, *iuxta vmbilicum*. Nam vmbilicus terminus medius eſt, & venarum interiorum ad cor, & exteriorum ad membranam luteum continentem. In vmbilico igitur vtrinque venientes coeunt oſculis ſuis: vt ſequitur ſic.

LV. ARISTOTELES.

Ἀπὸ δὲ τοῦ ὀμφαλοῦ τείνεται φλὲψ, ἡ μὲν, πρὸς τὸν ὑμένα τὸν περιέχοντα τὸ ὠχρόν· τὸ δ' ὠχρὸν ἐν τούτῳ τῷ χρόνῳ ὑγρὸν ἤδη ἐστὶ, καὶ πλεῖον ἢ τὸ κατὰ φύσιν· ἡ δ' ἑτέρα, εἰς τὸν ὑμένα τὸν περιέχοντα ὅλον τὸν ὑμένα ἐν ᾧ ὁ νεοττὸς, καὶ τὸν τοῦ ὠχροῦ ὑμένα, καὶ τὸ μεταξὺ τούτων ὑγρόν. αὐξανομένου γὰρ τοῦ νεοττοῦ κατὰ μικρὸν, τοῦ ὠχροῦ τὸ μὲν, ἄνω γίνεται, τὸ δὲ, κάτω· ἐν μέσῳ δὲ τὸ λευκὸν ὑγρόν· τοῦ δὲ κάτω ὠχροῦ, τὸ λευκὸν καὶ κάτωθεν, ὥσπερ τὸ πρῶτον ὑπῆρχε. δεκαταίου δὲ ὄντος, τὸ λευκὸν ἔσχατον γίνεται, ὀλίγον ἤδη ὂν καὶ γλίσχρον, καὶ παχὺ καὶ ὕπωχρον. τέτακται γὰρ τῇ θέσει ἕκαστα τόνδε τὸν τρόπον.

Ab vmbilico autem tenditur vena vna ad membranam qua vitellus continetur. Qui eo tempore liquidior iam & fuſior eſt, quàm qui natura ſua conſtare ſolet. Altera autem ad membranam, qua & tota membrana fœtum ambiens & vitellum, interiacénſque humor continetur. Creſcente enim paulatim pullo vitelli pars ſupra, pars infra eſt: albumen autem in medio liquidum. Sed & ſub inferiore vitelli parte illa, albumen item eſt: quemadmodum & antea ſuberat. Decima vero die, albumen ſubſidit totum, exiguum iam & viſcidum, & craſſum & ſubluteum. Ordo enim ac ſitus ſingulorum ſic ſe habet.

CAESAR.

NVNC oſtendit materiarum numerum, officium, diuiſionem, qualitatem, ſitum, tranſmutationem, eiúſque tempora. Numerus is eſt: una membrana continens luteum: vna continens pullum: vna continens vtrunque. Duæ venæ: vna ad hanc, altera ad illam. Duo humores, luteum & album. Diuiſio lutei, qualitas lutei. Diuiſio albi & qualitas. Nam quod eſt in medio liquidum eſt: quod ſub inferiore luteo eſt, craſſiuſculum. Ad decimam diem ex liquido medio albumine, & imo albumine, & interiacente luteo inferiore, vna fit maſſa: alba, ſublutea, craſſa, viſcida. Et quoniam ſatis obſcurè ſtatuit de his: planiùs ſe iam dicturum pollicetur.

Ἡ μὲν ἡ δὲ: Theodorus, *duplex vena*. Imò duæ venæ ſimplices.

Πλεῖον. Theodorus, *largior*: rectè. Nos, *fuſior*, quoniam, *liquidior*: & eſt ratio: idem corpus ſi liqueſcat, plus ſpatij continebit.

Τὸ μεταξύ. Theodorus, *interiectum : interiacentem* potiùs.

Τοῦ δὲ κάτω ἄχρι τὸ λευκὸν καὶ κάτωθεν : Theodorus, *nec partem inferiorem à vitello liquor deſerit albus.* Sanè neque Latina locutio eſt : neque quid ſibi velit ſcio. Sed albumen illud liquidum medium, eſt materia partium nobiliorum : poſteà cum inferiore albumine confunditur ad craſſiores partes formandas.

Γλίσχρον, Theodorus, *lentum*: non malè: meliùs, *viſcidum*.

Τὸ λευκὸν ἔσχατον γίνεται : τὸ, id eſt, totum. Idem enim eſt τὸ, & τοῦτο, & totum.

LVI. ARISTOTELES.

Πρῶτος μὲν καὶ ἔσχατον, πρὸς τὸ ὄστρακον ὁ τοῦ ὠοῦ ὑμήν, οὐχ ὁ τοῦ ὀστράκου, ἀλλ' ὑπ' ἐκεῖνον. ἐν δὲ τούτῳ λευκὸν ἔνεστιν ὑγρόν· εἶτα ὁ νεοττὸς, καὶ ὁ περὶ αὐτὸν ὑμὴν χωρίζων, ὅπως μὴ ᾖ ἐν ὑγρῷ ὁ νεοττός. ὑπὸ δὲ τὸν νεοττὸν τὸ ὠχρόν, εἰς ὃ τῶν φλεβῶν ἔφερεν ἡ ἑτέρα· ἡ δ' ἑτέρα εἰς τὸ περιέχον λευκόν. τὸ δὲ πᾶν περιέχει ὑμὴν μεθ' ὑγρότητος ἰχωροειδοῦς. εἶτα ἄλλος ὑμὴν περὶ αὐτὸ ἤδη τὸ ἔμβρυον, ὥσπερ εἴρηται, χωρίζων πρὸς τὸ ὑγρόν. ὑποκάτω δὲ τούτου, ὠχρὸν ἐν ἑτέρῳ ὑμένι περιειλημμένον· ἐν ᾧ τείνει ὀμφαλὸς ὁ ἀπὸ τῆς καρδίας καὶ τῆς μεγάλης φλεβὸς φέρων· ὥστε μὴ εἶναι τὸ ἔμβρυον ἐν οὐδετέρᾳ τῶν ὑγροτήτων.

Prima poſtremáque parte membrana oui ſub cortice, non corticis membrana, ſed ſub ea : atque in hac albumen ineſt candidum. Deinde pullus : & eum continens membrana: atque ita ſeparans, vt ne in liquore illo ſit fœtus ipſe. Sub pullo autem vitellus in quem tendebat altera vena illa : altera autem in circumpoſitum albumen. Totum autem hoc ambitur à membrana in qua eſt humor ſanioſus. Deinde membrana alia circum ipſum iam formatum fœtum, quemadmodum diximus, ſeparans eum ab humore. Sub eo autem luteum in membrana altera conuolutum, in quod tendit vmbilicus à corde & magna vena ferens. Ita vt fœtus in neutra ſit membranarum.

CAESAR.

ET hoc debuit priùs, ne repeteret, & hîc debuit : ita vt à ſuperiore ne diſcreparet: vt omittam bis idem dici hîc; ſanè non ſine tædio : & initia huius partis ſunt minùs planè diſpoſita. Videamus igitur hæc omnia.

Primùm quin repetat ea quæ dixit, nulla eſt excuſatio : quare ex ſuperioribus, & his, ſimpliciùs ſententiæ ſuæ tenorem ſtatuiſſet.

Quod autem diſſonet à ſuperioribus manifeſtum eſt. Nam ſub pullo vitellum tradit. At iam dixit albumen fieri ἔσχατον : id eſt, imum. Nam in ſummo eſt, ἡ ἀρχὴ τοῦ ὠοῦ : ergo in imo τὸ ἔσχατον.

Quod autem perplexè loquatur manifeſtum etiam eſt : πρώτως μὲν καὶ ἔσχατον : primum & vltimum : meliùs dixiſſet circunquaque. Nam etiam ad latus vtrunque eſt. Deinde πρὸς τὸ ὄστρακον : non eſt verum, ſed πρὸς τὸ ὑπὸ τὸ ὄστρακον ὑμένα. Itaque meliùs dixiſſet, πρῶτον μὲν ὑπὸ τὸ ὄστρακον ὑμὴν, εἶτα ὑπὸ τοῦτο ἕτερος. Præterea neſcio quàm membranam vocet τὸν τοῦ ὀστράκου. Neque enim propter teſtam facta eſt: neque eſt oui illa, ὁ τοῦ ὠοῦ : ſed χοριοειδὴς : vt mox.

Quòd autem repetat, conſtat. Nam cùm dixit : εἶτα ὁ νεοττὸς, &c. ſcilicet, ὑπὸ τὸν νεοττὸν τὸ ὠχρὸν : repetit ibi : εἶτα ἄλλος ὑμὴν, &c. ὑποκάτω δὲ τούτου ὠχρόν. Fortaſſe corruptus Codex eſt: & valde puto ita eſſe.

Αὐτὸ τὸ ἤδη τὸ ἔμβρυον : ἤδη iam formatum : ſicut doctiſſimus Poëta : *iam ſetis horrida, iam bos.*

LVII. ARISTOTELES.

Περὶ δὲ τὴν εἰκοστὴν ἤδη φθέγγεταί τε κινούμενος ἔσωθεν, ἄν τις κινῇ διελών· καὶ ἤδη δασὺς γίνεται, ὅταν ὑπὲρ τὰς εἴκοσι γίγνηται ἡ ἐκκόλαψις τῶν ᾠῶν. ἔχει δὲ τὴν κεφαλὴν ὑπὲρ τοῦ δεξιοῦ σκέλους ἐπὶ τῇ λαγόνι· τὴν δὲ πτέρυγα ὑπὲρ τῆς κεφαλῆς· καὶ φανερὸς κατὰ τοῦτον τὸν χρόνον, ὅ τε χοριοειδὴς ὑμὴν, ὁ μετὰ τὸν τοῦ ὀστράκου ὑμένα τὸν ἔσχατον, εἰς ὃν ἔτεινεν ὁ ἕτερος τῶν ὀμφαλῶν· καὶ ὁ νεοττὸς ἐν τούτῳ δὴ γίνεται τότε

Viceſima autem die iam vocem emittit: & aperto ouo ſi quis eum moneat, mouet ſe : atque inde plumis veſtitur cùm vltra viceſimum diem ouo exuitur. Tenet autem caput ſupra dextrum crus ad ile ſub ala. Atque eo tempore apparet tum membrana ſecundarum matricalium vicem gerens, quæ ſub vltima teſta membrana eſt : ad quam tendebat alter ex vmbilicis. Iam tum pullus in eo totus eſt.

ὅλος·

ὅλος· καὶ ὁ ἕτερος ὑμὴν, χοριώδης ὢν, ὁ περὶ τὸ ὠχρὸν, εἰς ὃ ἔτεινεν ὁ ἕτερος ὀμφαλός. ἄμφω δ' ἤστην ἀπό τε τῆς καρδίας καὶ τῆς φλεβὸς τῆς μεγάλης. ἐν δὲ τούτῳ τῷ χρόνῳ ὁ μὲν πρὸς τὸ ἔξω χορίον ὀμφαλὸς τείνων, ἀπολύεται τοῦ ζώου συμπεπτωκώς· ὁ δὲ εἰς τὸ ὠχρὸν φέρων, συναρτῆται τοῦ νεοττοῦ πρὸς τὸ ἔντερον τὸ λεπτὸν, καὶ ἔσω τοῦ ὠχροῦ πολὺ ἤδη γίνεται ἐν τῷ νεοττῷ, καὶ ὑπόστημα ἐν τῇ κοιλίᾳ ὠχρόν. καὶ περίττωμα δὲ ἀφίησι περὶ τὸν χρόνον τοῦτον πρὸς τὸ ἔξω χορίον. καὶ ἐν τῇ κοιλίᾳ δὲ ἔχει λευκόν, καὶ τὸ ἔξω περίττωμα, καὶ ἔσω τι ἐγγίνεται λευκόν. τέλος δὲ τὸ ὠχρὸν, ἀεὶ ἔλαττον γινόμενον καὶ προϊὸν, ἀναλίσκεται πάμπαν, καὶ ἐμπεριλαμβάνεται ἐν τῷ νεοττῷ· ὥστε ἤδη ἐκκεκολυμμένον δεκαταῖον, ἄν τις ἀνασχίσῃ, ἔτι πρὸς τῷ ἐντέρῳ μικρόν τι τοῦ ὠχροῦ λείπεται· ἀπὸ δὲ τοῦ ὀμφαλοῦ ἀπολέλυται, καὶ οὐδὲν γίνεται μεταξὺ, ἀλλὰ ἀνήλωται πᾶν.

Atque etiam videre eſt alteram membranam ſecundinam qua ambitur luteum, quò alter tendebat vmbilicus. Quorum vterque erat à corde, & à magna vena. Tunc etiam vmbilicus is, qui ad extimas ſecundas tendit, ſoluitur ab animali, & cadit. Qui vero ad luteum fertur, cum pulli tenui inteſtino connectitur. Atque intra multum lutei alimenti eſt in aluo pulli. Quo tempore etiam multum emittit excrementi ad extremam membranam. Quin album quoque excrementum tàm intra aluum, quàm extra habet. Tandem luteum decreſcit, procedentique tempore totum abſumitur in ipſum pullum, cuius in corpore comprehendatur: ita vt decimo poſt die, quàm excluſus eſt pullus, ſi diſſecetur, etiamnum ad inteſtinum paulum vitelli reliquum inueniat. Ab vmbilico autem abſolutum eſt: nec quicquam relinquitur intereà: ſed totum abſumptum eſt.

C AE S A R.

Nvnc perſequitur tempus abſoluti pulli viceſima die. Ducitque nos per omnem hiſtoriam. In prima parte attribuit vocem, & motum: in ſecunda plumas: in tertia ſitum capitis: in quarta ſecundas, & pullum integrum iam: in quinta modos vmbilici vtriuſque: in ſexta fœces & excrementa, tum lutea, tum alba: in ſeptima tranſmutationem lutei in corpus pulli, quaſi alimentum in alendi ſubſtantiam.

Prima: vocem edere, & mouere ſeſe: ſed ita ſi moueatur aperto putamine. Theodorus feſtiuè ac commodè κινεῖ, *ſollicitet*: & φθέγγεται, *pipit*: & addidit, *aliquantulum*: quaſi legat φθέγγεταί τι, non τί.

Ἤδη δασὺς γίγνεται. ἤδη de futuro: ſuprà de præſenti. Quanquam notat hîc tempus à viceſimo die tanquam præſentem tractum. Theodorus vetuſta voce vſus: *protelatur excluſio*, ἡ ἐκκόλαψις: atque hæc in ſecunda.

In tertia autem: ἔχει δὲ τὴν κεφαλὴν. Tres ſunt præpoſitiones, ὑπὲρ τοῦ σκέλους· ἐπὶ τῇ λαγόνι· ὑπὲρ τῆς κεφαλῆς: repetita, τῇ λαγόνι. Theodorus in plurali, *ilibus*; ſed dextro tantùm admotum habet, non etiam ſiniſtro. ἔχει autem malui dicere, *tenet*: quàm *habet*: habet enim caput ſuper collum, non ſuper crus.

Quarta: καὶ φανερὸς, *latiùs patet*, Theodorus: meliùs, *apertiùs*: τότε ὅλος, *iam perfectus*: χοριώδης: membranam ſecundinam, à ſecundis diximus. Quid ſit χορίον Galenus in lib. de *Semine*, & in quinto decimo de *Officio partium*.

Ἄμφω δ' ἤστην: Theodorus, *oritur*: minùs planè: ſed *oriebatur*: iam ſcilicet ab ipſis initiis: & vſus eſt verbo ſubſtantiuo Philoſophus non temerè. Quoniam eorum autor cor ſit.

Ἐν δὲ τούτῳ τῷ χρόνῳ. Hæc ad quintam partem. Theodorus, *compreſſo iam animante*: puto eſſe mendum. Quid enim eſt, animantem compreſſum? & omiſit συμπεπτωκώς.

Sexto loco ait: ἔσω τοῦ ὠχροῦ. Duo hîc dixit Philoſophus: ὑπόστημα in aluo: ratione cibi & alimenti, & περίττωμα cùm eiicit. Et nota hîc, excrementum excernere in locos exteriores, antequam vmbilicus ille ſoluatur. Galenus quoque in quinto decimo de *Officio partium*, vſum ſecundarum; & aliarum membranarum docet, ad excrementa. Nota quoque cùm dixit, καὶ ἐν τῇ κοιλίᾳ δὲ ἔχει λευκὸν: quare addidit, καὶ ἔσω τι ἐγγίνεται λευκόν? hoc non caret mendi ſuſpicione. Aduerte quoque & id. Tam ex alimento, quod erat vitellus, quàm ex ſubſtantia, quod erat albumen, ſubſiſtere aliquid fæcis.

Septimo & vltimo: ἀναλίσκεται. Theodorus addidit, *membrorum hauſtu*: vt expleret alterum verbum ἐμπεριλαμβάνεται: ſed minùs fecit. Neque enim neceſſe eſt contineatur quod hauritur.

Ὥστε ἤδη: more ſuo dixit: aperto pullo, luteum quiddam ineſſe. Quin ineſt etiam non aperto. Theodorus malè omiſit qua parte luteum illud reperiatur: ἐντέρῳ: cui ſcilicet applicabatur vmbilicus ferens à luteo alimentum.

Καὶ οὐδὲν γίνεται μεταξύ. μεταξὺ, *intereà*. Theodorus, *nihil prætereà haurit*: imo meliùs: *nihil intereà*

terea mutatur: ſcilicet inter tempus abſoluti vmbilici, & excluſi fœtus: ſed τὸ μεταξὺ, Theodorus tranſtulit ad locum humoris ſic: *humor qui in medio continebatur:* cùm tamen in medio non extiterit luteum dum formaretur, ſed albumen.

LVIII. ARISTOTELES.

Περὶ δὲ τὸν χρόνον τὸν πρότερον ῥηθέντα, καθεύδει μὲν ὁ νεοττός· ἐγείρεται δὲ καὶ ἀναβλέπει κινούμενος, καὶ φθέγγεται· καὶ ἡ καρδία ἅμα τῷ ὀμφαλῷ ἀναφυσᾷ, ὡς ἀναπνέοντος.

Ante hoc tempus dormit pullus. Quòd ſi moueatur experrectus, & reſpicit & mouetur, & vocem edit. Et tum eius cor quaſi ſpirantis ſimul cum vmbilico reflat.

CAESAR.

POETARVM more narrat omiſſa: & reuocat hiſtoriam temporis præcedentis diem viceſimum: attribuit ei tunc ſomnum naturaliter: per accidens autem vigiliam, & oculorum apertionem, & motum, & vocem Sic ſemper creſcit oratio: plus enim eſt motus totius corporis, quàm palpebrarum tantùm. Deinde addit cauſſas principales: flatum cordis & vmbilici. Qua parte ſcilicet, non ſolùm viuit, ſed etiam ſpirat. Trahit enim aërem per foramina corticis oui: quibus etiam recens ouum igni admotum ſudat. Puto ego, non ſemper dormire, ſed & moueri, ſuo certo motu, certo tempore, ſicut & fœtum animal.

Theodorus addidit: *ſed non perpetuò:* & ſubdit: *quippe qui ſeſe moueat,* &c. Quaſi verò putârit hîc à Philoſopho dictum, per ſe expergiſci. Quod quanquam verum puto, non tamen hîc dicitur à Philoſopho: quippe, quis ſciat ouo non aperto pullum oculos aperire?

Ἀναφυσᾷ. Theodorus addidit. *palpitat.*

Ἡ καρδία, ἡ: *eius,* hoc enim hîc poteſt articulus.

LIX. ARISTOTELES.

Ἡ μὲν οὖν γένεσις ἐκ τοῦ ᾠοῦ, τοῖς ὄρνισι τοῦτον ἔχει τὸν τρόπον. τίκτουσι δὲ αἱ ὄρνιθες ἔνια ἄγονα τῶν ᾠῶν, καὶ τὰ ἐξ ὀχείας γινόμενα· καὶ ἐπωαζουσῶν οὐδὲν γίνεται ἔκγονον. τεθεώρηται δὲ τοῦτο μάλιστα ἐπὶ τῶν περιστερῶν.

Aves igitur ex ouo ſic generantur: pariunt autem ipſæ etiam oua ſterilia, etiam quæ ex concubitu orta ſint. E quibus ne per incubatum quidem excluditur quicquam. Id quod potiſſimùm in columbis eſt animaduerſum.

CAESAR.

MEliùs feciſſet ſi hoc ouorum genus cum hypenemiis coniunxiſſet. Hæc enim ſunt oua irrita: aut etiam poſt ſequentem partem poſuiſſet. Rectum enim obliqui lex eſt. Itaque de didymis ouis priùs, quàm de irritis.

LX. ARISTOTELES.

Τὰ δὲ δίδυμα τῶν ᾠῶν, δύο ἔχει λεκίθους· ὧν τὰ μὲν διείργει τοῦ μὴ εἰς ἄλληλα συγκεχύσθαι τὰ ὠχρὰ, τοῦ λευκοῦ λεπτὴ διάφυσις· τὰ δὲ, οὐκ ἔχει ταύτην τὴν διάφυσιν, ἀλλὰ συμψαύουσιν. εἰσὶ δ' ἔνιαι ἀλεκτορίδες, αἳ πάντα δίδυμα τίκτουσιν, ὡς ἐπὶ τούτων ὦπται τὸ περὶ τὴν λέκιθον συμβαῖνον. ὀκτωκαίδεκα γάρ τις τεκοῦσα, ἐξέλεψε δίδυμα· πλὴν ὅσα οὔρια ἐγένετο. τὰ μὲν οὖν ἄλλα, γόνιμα· πλὴν ὅσα τὸ μὲν, μεῖζον, τὸ δ', ἔλαττον γίνεται τῶν διδύμων· τὸ δὲ τελευταῖον, τερατῶδες.

Gemellifica oua binis vitellis prædita ſunt: quæ in aliquibus tenui albuminis diſſepimento ſeparantur: quominus inter ſe confuſa ſint. In aliis nullum eſt, ſed inter ſe contingunt. Ac gallinæ quidem nonnullæ ſunt, quæ omnia gemellifera pariunt. In quibus, quod euenire vitello diximus perſpectum eſt. Duodeuiginti enim cùm peperiſſet, excluſit geminos: niſi quæ irrita fuerunt, certè quæ genitalia erant. Verùm ita fit, vt ex gemellis, alter maior ſit, alter minor: poſtremus autem etiam monſtroſus.

CAESAR.

CÆSAR.

NVNC de ouis è quibus gemelli prodeunt pulli. Ponit materiam: duos vitellos. Ponit differentiam: nam albuminis tenui tractu in quibuſdam diſtinguntur, in aliis non. Ponit hiſtoriam, ex qua ſit hoc animaduerſum. Reiicit obiectionem. Quoniam ea gallina non omnes excluſerat. Quia, inquit, quædam irrita erant: de quibus iam dixit. Ponit modum & differentiam pullorum, triplicem. Maiorum, minorum, & minimi: ſed ita vt etiam monſtri loco habeatur.

Δίδυμα, *gemina*, Theodorus: malè: ſed *gemellifica*: neque enim gemina ſunt, ſed ſingula. Neſcio verò an rectè dicamus de vna tantùm parte compoſiti, ſic: homo conſtat oſſibus: ouum conſtat vitellis, vt dixit Theodorus. Conſtat autem vitello & albumine.

Συνακεχύσθαι, in præterito: naturam enim indicat. Theodorus neglexit hoc.

Διάφυσιν, agnatum albumen: διὰ tractum ſignificat.

Συμψαύουσιν: membranulæ eorum ſcilicet, non ipſi vitelli.

Ὡς ἐπί τινων, pro ὥστε ὤφθη: Atticum eſt ὡς pro ὅπερ.

Τὰ μὲν οὖν ἄλλα γόνιμα: mira breuitas, ſcilicet ἐξέλειψε.

Πλὴν ὅτι. τὸ πλὴν non excipit, τὸ γόνιμον: ſed τὸ ἴσον τοῦ γονίμου. Ita vt ſit differentia inter οὔρια & γόνιμα: & inter opera ipſorum γονίμων.

Τὸ δὲ τελευταῖον: multum hic lucis attulit oratione ſua candidiſſima Theodorus.

CAPVT QVINTVM,

De columborum genere & eorum fœtificatione.

LXI. ARISTOTELES.

Τίκτουσι δὲ πάντα μὲν τὰ περιστεροειδῆ δύο, οἷον φάττα καὶ τρυγὼν ὡς ἐπιτοπολύ, τὰ δὲ πλεῖστα, τρία, τρυγὼν καὶ φάττα. τίκτει δὲ ἡ μὲν περιστερά, ὥσπερ εἴρηται, πᾶσαν ὥραν· τρυγὼν δὲ καὶ φάττα, ἐν τῷ ἔαρι, οὐ πλεονάκις ἢ δίς· τίκτει δὲ τὰ δεύτερα, ὅταν τὰ πρότερα γεννηθέντα διαφθαρῇ. πολλαὶ γὰρ διαφθείρουσιν αὐτὰ τῶν ὀρνίθων. τίκτει μὲν οὖν, ὥσπερ εἴρηται, καὶ τρία ποτέ· ἀλλ᾽ ἐξάγει γε καὶ οὐδέποτε δυοῖν πλείω νεοττία· ἐνίοτε δὲ καὶ ἓν μόνον· τὸ δ᾽ ὑπολειπόμενον τῶν ᾠῶν, ἀεὶ οὔριόν ἐστι.

Qvacunque ſpecie ſunt columbacea, bina oua pariunt veluti palumbes, & turtur magna ex parte. Tamen in genere, plurima terna: turtur, & palumbes. Columba domeſtica, quemadmodum dictum eſt, omni anni tempore. Turtur, & palumbes, vere non ſæpius quàm bis. Iterum autem pariunt vbi priora periêre. Id quod à pluribus auibus fieri ſolet. Atque pariunt quidem, vti diximus, interdũ terna: verùm nunquam educunt plures binis pullis: aliquãdo verò vnum tantùm. Reliquum autem ouorum ſemper irritum eſt.

CAESAR.

CONSTITVTIS principiis generationis, nũc per genera ducit hiſtoriam. Ponitque modum & numerum, & tempus, & nidorum loca, & figuras, materiam, conſilia, munimenta. Qua in narratione ne expectes vbique ordinem: ſed vt quæque in mentem venere ſæpè: non potiùs diſponit, quàm explicat. Ita à columbarum genere cùm incepit, ſubiungit vulturis hiſtoriam fœdiſſimi animalis, & à columbarum nitore atque manſuetudine alieniſſimi. Quin in hoc Capite & perdicis facit mentionem: & omittit hiſtoriam turtiliæ & rupiliæ; & de vitæ ſpatio loquitur. Ab ouiparis autem incepit tanquam ab imperfectioribus: & priùs ab auibus, quàm à piſcibus: quoniam perſpectiores ſunt.

Πολλαὶ γὰρ διαφθείρουσιν, Theodorus legit, *mares*: quod non placet: imò verò etiam ipſi mares incubant.

Τὸ δὲ ὑπολειπόμενον: imò verò animaduertimus nos tertium illud ouum deiicere nidis.

LXII.

LXII. ARISTOTELES.

Τῶν δὲ πλείστων ὀρνέων ὐδὲν ἀυθετὶς γεννᾷ.

Aves non ferè generant annicula.

CAESAR.

IN communi nunc ponit affectum generalem: ſed profectò extra ordinem: alibi commodiùs hoc poſuiſſet. Dixit πλείστων: quia dicet mox τὰς φάττας ζῆν φασι. Quanquam ibi ait, ἔνιοί φασι: quin ſcriptum eſt paſſeres, ὐ διετίζειν.

LXIII. ARISTOTELES.

Ἅπαντες δὲ οἱ ὄρνιθες, ἐπειδὰν ἅπαξ ἄρξωνται τίκτειν, διὰ τέλους, ὡς εἰπεῖν, ἔχουσιν ὠά· ἀλλ' ἐνίοις, διὰ μικρότητα, ὐ ῥάδιον ἰδεῖν.

AT verò omnes poſtquam ſemel parere ceperint, penè ſemper oua habent. Sed propter exiguitatem haud facilè deprehenduntur.

CAESAR.

ETiam hoc genericum eſt: & fortaſſe falſum: itaque addidit ὡς εἰπεῖν. Neque enim verum eſt: quin ne teſtes quidem in quibuſdam apparent: quæ ſunt partes naturales. Neque mihi in mentem venit, quare hoc ſit auſus Philoſophus.

LXIV. ARISTOTELES.

Ἡ δὲ περιστερὰ, ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ ἄρρεν καὶ θῆλυ· καὶ τούτων, ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ, πρότερον τὸ ἄρρεν τίκτει· καὶ τεκοῦσα, μίαν ἡμέραν διαλείπει τὰ πολλά· εἶτα πάλιν τίκτει θάτερον. ἐπῳάζει δὲ καὶ ὁ ἄρρην ἐν τῷ θέρει, τῆς ἡμέρας· τῆς δὲ νύκτα, ἡ θήλεια· ἐκπέττεταί τε καὶ ἐκλέπεται ἐντὸς εἴκοσιν ἡμερῶν τὸ γενόμενον πρότερον τῶν ὠῶν. τιτρώσκει δὲ τὸ ὠὸν τῇ προτέρᾳ ἢ ἐκλέπει· καὶ συνθερμαίνουσι τοὺς νεοττοὺς ἀμφότεροι ἐπὶ χρόνον τὸν αὐτὸν τρόπον, ὅνπερ καὶ τὰ ὠά. χαλεπωτέρα δὲ ἡ θήλεια ἐστὶ περὶ τὴν τεκνοτροφίαν τοῦ ἄρρενος, ὥσπερ καὶ τὰ ἄλλα ζῶα μετὰ τὸν τόκον. τίκτουσι δὲ τοῦ ἐνιαυτοῦ καὶ δεκάκις καὶ ἑνδεκάκις· αἱ δ' ἐν Αἰγύπτῳ, καὶ δωδεκάκις. ὀχεύει δὲ καὶ ὀχεύεται ἡ περιστερὰ, ἐντὸς τοῦ ἐνιαυτοῦ· καὶ γὰρ ἑξαμηνῶν, ὀχεύει καὶ ὀχεύεται.

Columba domeſtica ferè marem & fœminam parit: ac marem quidem priorem: ac frequenter die interiecto alteram parit. Incubat etiam mas per æſtatem interdiu, noctu fœmina. Quod ouum prius editum fuerit, intra viceſimum diem & abſoluitur, & excutitur à pullo. Pertundunt ouum, pridie quàm excludatur pullus. Atque ad certum tempus prolem fouent, eo modo quo etiam oua. Fœmina tantiſper dum pullos alit, infeſtior eſt quàm mas: quemadmodum cætera quoque animalia poſt partum. Pariunt in anno, vel decies, vel etiam vndecies: in Aegypto etiam duodecies. Intra annum quo natæ ſunt, tam mas quàm fœmina coëunt. Nanque etiam ſexto tantùm menſe.

CAESAR.

DIFFERENTIAM ætatis ouorum ponit. Inde etiam conſummationem ad pullum perficiendum. Marem priorem edi ex priori ouo: interiecta die fœminam ex altero. Dicit officium commune fouendis ouis: iam fouendis pullis implumibus: officium apparandi putamen prodituris: mutatā lenitatem fœminæ ex metu pullorum cùm eos alit. Ala enim etiam propugnat vel conſtantiſſimè. Ponit numerum partionum. Ægyptiam autem regionem eſſe fœcundiſſimam, etiam illo loco demonſtrauimus, cùm dicebamus octimeſtres fœtus vitales eſſe. Ponit & ætatem coëundi.

Theodorus omiſit, ἐν τῷ θέρει: & non rectè dixit, *citra viceſimum diem*: ſed *intra*. Nam prima dies citra viceſimam eſt: intra, etiam viceſimam comprehendit.

Sic lege: ἀμφότεροι ἐπὶ χρόνον, τὸν αὐτὸν τρόπον ὅνπερ ὠά. Neque enim eodem tempore & pullos, & oua fouent. Atque vt hîc ἐπὶ χρόνον, ſic paulò infrà de cornice, ἐπί τινα χρόνον. Quod Galenus in x v. de *Officio membrorum*, opponit διὰ παντός. Quoniam homo, ἐπὶ χρόνον χρῆται τοῖς προσθίοις κώλοις ὡς ποσί. ὁ δὲ πίθηκος διὰ παντὸς ἐπαμφοτερίζει. Et ipſe Ariſtoteles infra, de anſerum incubatu, διὰ παντὸς ἐφεδρεύουσι.

LXV. ARISTOTELES.

Τὰς δὲ φάττας καὶ τὰς τρυγόνας, ἔνιοί φασιν ὀχεύεσθαι καὶ γεννᾶν καὶ τρίμηνα ὄντα· σημεῖον ποιούμενοι τὴν πολυπλήθειαν αὐτῶν. ἔγκυα δὲ γίνεται δέκα καὶ τέτταρας ἡμέρας, καὶ ἐπῳάζει ἄλλας τοσαύτας. ἐν ἑτέραις δὲ δέκα καὶ τέτταρσι, πτεροῦνται οὕτως, ὥστε μὴ ῥᾳδίως καταλαμβάνεσθαι. βιοῖ δὲ φάττα, ὥς φασι, καὶ τετταράκοντα ἔτη.

Palumbes & turtures aiunt quidam & coire & gignere, etiam tertio ætatis ſuæ menſe: argumento ſumpto ab earum copia. Gerunt vtero quatuordecim dies: totidem incubant: tantundem temporis ponunt plumeſcendo, eò vſque vt ne facilè prehendi poſſint. Viuit palumbes, vt aiunt, etiam annos quadraginta.

CAESAR.

NON rectè poſſunt terminare potiùs tertium menſem quàm alium ab eo argumento quod ſumunt.

Nota ouorum inchoatorum, pulli inchoati, pulli perfecti, paria tempora: ſemper per duas ſeptimanas. Declarauit quoque quas plumas intelligeret: etiam ad volandum: & addidit extra ordinem de vita.

LXVI. ARISTOTELES.

Καὶ αἱ πέρδικες δὲ πλείω ἔτη ἢ ἑκκαίδεκα.

Perdices plus ſexdecim.

CAESAR.

QVid rei palumbi cum perdice?

LXVII. ARISTOTELES.

Τίκτει δὲ καὶ ἡ περιστερὰ ἀπονεοττεύουσα πάλιν ἐν τριάκοντα ἡμέραις.

Emiſſo priore fœtu columba domeſtica, iterum intra diem triceſimum parit.

CAESAR.

Ἀπονεοττεύουσα. Theodorus *expedita prole ſuperiore*: meliùs, *amiſſa*: ſicut apes examina amittere dicuntur.

CAPVT

CAPVT SEXTVM,

De auium carniuorarum nidificatione & partu.

LXVIII. ARISTOTELES.

ὉΔὲ γὺψ, νεοττεύει μὲν ἐπὶ πέτραις ἀπροσβάτοις· διὸ σπάνιον ἰδεῖν νεοττιὰν γυπὸς, καὶ νεοττούς. καὶ διὰ τοῦτο Ἡρόδοτος ὁ Βρύσωνος τοῦ σοφιστοῦ πατὴρ, φησὶν εἶναι τοὺς γῦπας ἐφ᾽ ἑτέρας γῆς, ἀδήλου ἡμῖν. τοῦτό γε λέγων τὸ σημεῖον, ὅτι οὐδεὶς ἑώρακε γυπὸς νεοττιὰν, καὶ ὅτι πολλοὶ ἐξαίφνης φαίνονται ἀκολουθοῦντες τοῖς στρατεύμασι. τὸ δὲ ἐστὶ χαλεπὸν ἰδεῖν ὦπται δ᾽ ὅμως. τίκτουσι δὲ δύο ᾠὰ οἱ γῦπες.

Vultur in ſaxis inacceſsis nidum ponit. Quo fit vt rarò viſus ſit vulturis nidus, & pulli. Ac propterea Herodotus Briſſonis Rhetoris pater ait eſſe vultures in terra altera ignota nobis, eo argumento. Tum quòd nemo vulturis nidum conſpexerit: tum quòd magno numero repente apparent ſequentes exercitus. Verùm quanquam difficile eſt ad deprehendendum, tamen perſpectum aliquando eſt. Pariunt autem bina.

CÆSAR.

VIDEMVS nunc ad diuerſiſsimum tranſire genus. Hic in Pyrenæis eorum nidi deprehenduntur quotidie. Duo eorum genera. Candidum & fuſcum: pluma pilo propior: pellis quadrupedum generi ſimilior.

Ἐφ᾽ ἑτέρας γῆς ἀδήλως ſcriptum fuit: ἀδήλου legit Theodorus. In nono vbi hanc eandem hiſtoriam repetit, Herodorus, non Herodotus ſcriptum eſt.

Dixit τὸ δὲ ἐστὶ χαλεπὸν: neutro genere, ſcilicet & nidum, & pullos.

Quoniam autem nunc carniuoras tractat: & interpoſita de communi auium incubatu hiſtoria, redit ad pauones: cúmque aquilis miſcet coruum & anſerem, & otidem. Hæc omnia tamen vno Capite referemus: excepto enim anſere, vulturis, aquilæ, accipitris & cuculi de quibus hîc agit, genera conueniunt. Otis quoque quem in ſuperioribus bubonem eſſe diximus & coruus carniuori ſunt.

LXIX. ARISTOTELES.

Τὰ μὲν οὖν ἄλλα ὅσα σαρκοφάγα, οὐχ ὦπται πλεονάκις ἢ ἅπαξ τίκτοντα. ἡ δὲ χελιδὼν, δὶς νεοττεύει, μόνον τῶν σαρκοφάγων. τῶν δὲ νεοττῶν ἄν τις, νέων ὄντων, τῆς χελιδόνος τὰ ὄμματα ἐκκεντήσῃ, γίνονται ὑγιεῖς, καὶ βλέπουσιν ὕστερον.

Cæteras omnes aues quæ carniuoræ ſunt, non plus quàm ſemel anno parere obſeruatum eſt. Sola hirundo, eo in genere bis nidificat. Eius pullis etiamnum iuuenculis ſi quis oculos pupugerit, conualeſcunt, atque iterum viſum recipiunt.

CÆSAR.

CONIVNGIT hirundinem vulturi, quanuis inter ſe figura multùm diſtent: ſed communi ratione, quoniam carne ipſa quoque veſcatur. Diiungit autem, quia cæteræ hoc in genere ſemel tantùm in anno pariunt: hirundo autem bis. Puto autem etiam cypſellos bis parere. Ratio quare carniuoræ non frequenter pariunt, eadem eſt, qua ne multa quidem. In perniciem autem aliorum oriuntur. At natura non vult ſpecies tolli: ſed aliquas in multis indiuiduis, quæ aliorum ſæuitiæ obnoxia ſunt, ſeruat. Alias, in paucis quæ ſibi ipſæ præſidio ſunt. Deinde ponit quiddam peculiare de hirundine: recuperare viſum amiſſum, etiam iniuria punctionis. Quidam dicunt, opera punctionis fieri, & herbæ cognominis. Quidam putant oculos tum imperfectos eſſe. Itaque dixit νέων ὄντων. Ergo nondum ſubiiſſe humorem viſus, qui poſtea oculos perficiat: neque amiſſus ſit vulnere. Vidimus nos calculos paruos lucidos, tum albos, tum rutilos, atque etiam varios, repertos, vt aiebant, in nidis hirundinum poſt obcæcationem: quorum auxilio viſus pullis recuperatus credebatur.

Dixit ἢ πλεονάκις ἢ ἅπαξ. Theodorus commodiſsimè addidit, *anno*: vt tolleret dubitationem.

Νεοττεύει, nidificat. Imò verò in priore, quē conſtruxit, nido, etiam prolem alterā ponit: & ſi con-

ſtructum ab ſe priore anno: nidum comperit, non nidificat. Sed intellexit parere, non nidificare.

LXX. ARISTOTELES.

Ὁ δ᾽ ἀετὸς, ᾠὰ μὲν τίκτει τρία, ἐκλέπει δὲ τούτων τὰ δύο ὥσπερ ἐστὶ καὶ ἐπὶ τοῖς λεγομένοις Μουσαίου ἔπεσιν· Ὃς τρία μὲν τίκτει, δύο δ᾽ ἐκλέπει, ἓν δ᾽ ἀλεγίζει --: ὡς μὲν οὖν τὰ πολλὰ οὕτω συμβαίνει. ἤδη δὲ καὶ τρεῖς νεοττοὶ ὠμμένοι εἰσίν. ἐκβάλλει δ᾽ αὐξανομένων τὸν ἕτερον τῶν νεοττῶν, ἀχθόμενος τῇ ἐδωδῇ. ἅμα δὲ λέγεται ἐν τῷ χρόνῳ τούτῳ ἄπαστος γίνεσθαι, ὅπως μὴ ἁρπάζῃ τοὺς τῶν θηρίων σκύμνους. οἵ τε οὖν ὄνυχες αὐτοῦ διαστρέφονται ὀλίγας ἡμέρας, καὶ τὰ πτερὰ λευκαίνεται· ὥστε καὶ τοῖς τέκνοις τότε γίνονται χαλεποί. τὸ δ᾽ ἐκβληθὲν δέχεται καὶ τρέφει ἡ φήνη.

Aquila autem tria oua parit: excluduntur tantùm è duobus pulli. Id quod in carminibus quæ Muſæi nomine circunferuntur, ſcriptum eſt.

Terna parit, binis excluſis, educat vnum.

Atque hoc quidem ferè ita euenit. Nam tres quoque pulli eius conſpecti ſunt: vbi creuere pulli, eorum alterum eijcit, præ tædio nutriendi. Quo ſanè tempore etiam ineptam ad prædam, quam è ferarum catulis compareт, aiunt eam fieri. Paucis igitur diebus eius vngues deprauantur, pennæ albeſcunt. Quare iniquiore ea vtuntur pulli. Eiectum autem excipit, atque educat oſſifraga.

CAESAR.

NVNC ad aquilam, cuius hiſtoriam aſperget aliis narrationibus, capta occaſione à ſimilitudine naturæ. Dicit ouorum numerum, eorúmque vſum: parentiſque animum erga pullos, & naturæ prouidentiam, quæ deprauet illius vngues, ne pullorum ſtudio deuaſtet naturam. Quare & hoc ſequitur commodi ferarum catulis: & pauciores alere poſſunt. Tædio enim comparandæ ſummo labore prædæ, infeſtiores ſunt ſoboli, atque eiiciunt. Mirum verò naturam ſibiipſi aduerſari in vno, & ſubuenire in alio. Nam eiectam prolem oſſifraga excipit. Nam quid attinebat parere quod Neronis more, non Æneæ tolleretur.

Ἔστιν ἐπὶ τοῖς ἔπεσι. ἔστι pro κεῖται: quo vulgò vtuntur.

Ἄπαστος: potiùs ἀπαστικὸς: ſed vitauit ne eſſet ab ἀπάζεσθαι. Theodorus *degenerare*, & *hebeteſcere*: non expreſſit vim verbi: quid ſi ἄπαστος legamus: vt quaſi ieiuna, & ob alimenti inopiam pereat?

Theodorus. *Noménque hinc exaëti, hoc eſt, degenerantis aquilæ accipit.* Pulchra hiſtoria: ſed quæ in noſtro Codice non ſit.

Διαστρέφονται, *inuertuntur*, Theodorus ex Plinio. Nos *deprauantur* non minùs meliore verbo: Γίνονται χαλεποί. Theodorus, *ſuos oderit partus*. Non explet: plus enim aliquando nimio addictus eſt Plinio: qui ſæpè de ſuo, non vt interpres, ſed vt paraphraſtes addit: & plus eſt, eſſe χαλεπὸν, quàm odiſſe: ſed vt eſt apud Comicum: *& te vtatur iniquiore, quàm vtitur.*

Albeſcunt pennæ: in inedia, aut inopia annonæ: quibus color animalis remittitur. Succus enim deſideratur. Atqui largiore pabulo equi colorantur.

Φήνη, *oſſifraga* Plinio: quam aquilis cognatum genus eſſe ait.

LXXI. ARISTOTELES.

Ἐπῳάζει περὶ τριάκοντα ἡμέρας. καὶ τῶν ἄλλων δὲ τοῖς μεγάλοις ὁ χρόνος τοσοῦτός ἐστι τῆς ἐπῳάσεως, οἷον χηνὶ καὶ ὠτίδι· τοῖς δὲ μέσοις, περὶ εἴκοσιν, οἷον ἰκτίνῳ καὶ ἱέρακι.

Incubat dies circiter triginta. Nam id temporis aliiſque grandioribus auibus exigitur ad incubationem, vt anſeri & tardæ. Medijs ſatis ſunt viginti, vt miluo & accipitri.

CÆSAR.

NVnc tempus incubandi: apponit rationem, corporis vaſtitatem: quam rationem exemplo firmat, hiſtoria communicata anſeris & tardæ.

Χηνὶ καὶ ὠτίδι: ὠτίδας. Plinius in decimo cap. XXII. in Hiſpania aues tardas vocari ait, eáſque

eáſque tetraouis magnitudini proximas facit, & damnatas in cibis. De otide quid ſentiamus ſatis abundè, vt puto ſupra in libro ſecundo diximus: quæ hîc repetere faſtidioſum eſſet.

LXXII. ARISTOTELES.

Τίκτει δὲ ὁ ἰκτῖνος, τὰ μὲν πλεῖστα, δύο· ἐνίοτε δὲ καὶ τρεῖς ἐξάγει νεοττούς.

Parit autem miluus ferè bina: interdum etiam ternos educit pullos.

CAESAR.

Apta occaſione à ſimilitudine incubandi, addit quædam de miluo: ſed certè præter operam: nam mox redit ad aquilam.

LXXIII. ARISTOTELES.

Ὁ δὲ αἰγώλιος καλούμενος, ἔστιν ὅτε καὶ τέτταρας.

Ægolius autem qui dicitur, aliquando etiam quaternos.

CAESAR.

Αἰτώλιος malè in Codice ſcriptum fuit: ſed is eſt quem alibi αἰγώλιον diximus. Theodorus hoc non animaduertit. Mendum facilè fit mutatione ſimilium literarum.

LXXIV. ARISTOTELES.

Τίκτει δὲ καὶ ὁ κόραξ οὐ μόνον δύο, ὥσπερ φασί τινες, ἀλλὰ καὶ πλείω, καὶ ἐπῳάζει περὶ εἴκοσιν ἡμέρας, καὶ ἐκβάλλει τοὺς νεοττοὺς ὁ κόραξ. ποιεῖ δὲ καὶ ἄλλα τῶν ὀρνέων τὸ αὐτὸ τοῦτο. πολλάκις γὰρ, ὅσα πλείω τίκτει, ἓν ἐκβάλλουσιν.

Parit etiam coruus, non ſolum bina, vt aiunt quidam: ſed etiam plura. Circiter viginti dies incubat, pullóſque nido eijcit. Id quod aliæ quoque aues faciunt. Nam quæ plura pariunt, ſæpenumero vnum expellunt.

CAESAR.

INCOMMODIVS nunc auget miſtionem hiſtoriæ, corui narratione: cuius nullam fecit obiter mentionem, niſi quia erat carniuorus.

Dixit πολλάκις: quoniam non omnes, neque ſemper, vt & ſuprà oſtendit: ἐνίοτε δὲ καὶ τρεῖς: & de hirundinibus conſtat.

LXXV. ARISTOTELES.

Οὐ πάντα δὲ τὰ τῶν ἀετῶν γένη ὅμοια περὶ τὰ τέκνα· ἀλλ' ὁ πύγαργος, χαλεπός· ὁ δὲ μέλανες, εὐτεκνοι περὶ τὴν τροφήν εἰσιν· ἐπεὶ πάντες, ὡς εἰπεῖν, οἱ γαμψώνυχες, ὅταν θᾶττον οἱ νεοττοὶ δύνωνται πέτεσθαι, ἐκβάλλουσι τύπτοντες ἐκ τῆς νεοττιᾶς καὶ τῶν ἄλλων δὲ, ὥσπερ εἴρηται, σχεδὸν οἱ πλεῖστοι τοῦτο δρῶσι καὶ ἐκθρέψαντες, οὐδεμίαν ἐπιμέλειαν ποιοῦνται τὸ λοιπὸν πλὴν κορώνης. αὕτη γὰρ ἐπί τινα χρόνον ἐπιμελεῖται· καὶ γὰρ ἤδη πετομένη σιτίζει παραπετομένους.

Non omnia aquilarum genera æquè erga pullos ſuos afficiuntur: ſed & pygargus moroſa eſt. Quin nigræ propenſiores educandis pullis ſunt ſuis. Alioqui omnes quæ vncis vnguibus præditæ ſunt, vbi pulli volare queunt, eijciunt, pulſantes è nido. Quod, quemadmodum dictum eſt, aliarum quoque maxima pars facit. Cúmque excluſi fuerint nullam eorum præterea gerunt curam, excepta cornice. Ea enim aliquanto etiam tempore ſuis ſtudet adeò, vt propter ſeſe volantes, ipſa etiam volans paſcat.

C Æ S A R.

REPETIT aquilas: nigras excipit ab illa communi & innata immanitate: repetit pullorum eiectionem in genere vncunguium: communicat eam hiſtoriam cum aliis quoque. Excipit cornicem: cuius ſtudium etiam narrat extra nidum: atque erga iam adultos ſuos.

Ἐκλέψαντες. Theodorus, *enutrierint*, malè: imò ſtatim excluſos, non valde curant.

Παρασιτουμένους: quoniam ſequuntur matrem, & efflagitant cibum. Theodorus non expreſſit: neque enim comitatur pullos: ſed eam pulli, ex verbis Philoſophi.

LXXVI. ARISTOTELES.

Ὁ δὲ κόκκυξ, λέγεται μὲν ὑπό τινων, ὡς μεταβάλλει ἐξ ἱέρακος, διὰ τὸ ἀφανίζεσθαι τὸν ἱέρακα ἐ περὶ τοῦτον χρόνον, ᾧ ὅμοιός ἐστι. σχεδὸν δὲ καὶ τοὺς ἄλλους ἱέρακας οὐκ ἔστιν ἰδεῖν, ὅταν θᾶττον φθέγγηται ὁ κόκκυξ, πλὴν ὀλίγας ἡμέρας. ὁ δὲ κόκκυξ, φαίνεται μὲν ἐπ' ὀλίγον χρόνον τοῦ θέρους· τὸν δὲ χειμῶνα, ἀφανίζεται.

Cuculum putârunt quidam ex accipitre mutato fieri: propterea quòd, cui ſimilis ipſe ſit, eo tempore non apparet. Ac ferè aliorum quoque accipitrum nullus niſi paucis diebus videtur, cùm canere cuculus incipit. Conſpicitur verò paruo tempore per æſtatem: hyeme autem, nullo.

C AE S A R.

DE Accipitris incubatu, & generatione cùm nihil dicat, mirum de cuculo ita dicere, vt ad eum referat hiſtoriam. Ponit primo loco opinionem eorum, qui putârunt cuculum ex accipitre fieri. Ponit eorum argumenta: faciei ſimilitudinem: & quòd cùm alter cernatur, alter non compareat. Quam in ſequentibus particulis deſtruet opinionem, propter differentias, vt videbimus.

Nota per excellentiam, ἱέρακα dictum accipitrem hunc, *quem Sparuerium* vocat vulgus. Nam is cuculo ſimilior: & hic dicit τοὺς ἄλλους ἱέρακας: tanquam ὁ ἱέραξ ſit nomen genericum, quemadmodum, *accipiter*, apud nos. Dixit σχεδὸν. quoniam tinnunculus ſemper videtur, niſi quandiu incubat.

Μεταβάλλει, media ſignificatione verbum poſuit, licet actiua voce.

LXXVII. ARISTOTELES.

Ἔστι δὲ ὁ μὲν ἱέραξ, γαμψώνυχος· ὁ δὲ κόκκυξ, οὐ γαμψώνυχος· ἔτι δὲ οὔτε τὰ περὶ τὴν κεφαλὴν ἔοικεν ἱέρακι, ἀλλ' ἄμφω ταῦτα περιστερᾷ μᾶλλον.

At verò eſt accipiter vncis vnguibus: cuculus non eſt. Neque capite illi ſimilis eſt: ſed vtriſque partibus potiùs columbæ.

C Æ S A R.

PRIMA differentia à partibus. Nam cuculus roſtro venatur, non pedibus: accipiter contrà. Ita caput quoque columbæ potiùs quàm pedes: roſtro enim adunco non eſt: & binos digitos cuculus habet ante & pone in pedibus. Quo argumento ſoluitur quæſtio, eum non eſſe ex accipitrum genere.

LXXVIII. ARISTOTELES.

Ἀλλ' ἢ κατὰ τὸ χρῶμα μόνον προσέοικεν ἱέρακι. πλὴν τοῦ μὲν ἱέρακος τὰ ποικίλα, οἷον γραμμαί εἰσι· τοῦ δὲ κόκκυγος, οἷον στιγμαί. τὸ μέντοι μέγεθος καὶ ἡ πτῆσις, παραπλησία τῷ ἐλαχίστῳ τῶν ἱεράκων, ὃς κατὰ τὸν χρόνον τοῦτον ἀφανής ἐστιν ἐπὶ τὸ πολὺ ὃν φαίνεται ὁ κόκκυξ· ἐπεὶ ἤδη γε ὠμμένοι εἰσὶν ἄμφω.

Colore tantùm accipitrem repræſentat: quanquam accipitres maculis linearum ſpecie ſunt. Cuculus quaſi punctis potius variatur. Magnitudo tamen & volatus ſimilis minimo accipitri, qui per id tempus ferè non comparet, quo cuculus videtur. Nam ſanè iam ambo viſi ſunt.

C AE S A R.

CAESAR.

OBIECTAM ſimilitudinem, quæ induxerat eos in errorem, deſtruit quantùm poteſt. Nam etſi colorem fatetur eundem,tamen coloris modum negat ſimilem. Alteram ſimilitudinem magnitudinis,& volatus deſtruit:Quoniam ambo eodem ſunt viſi tempore.Itaque addit ἐπιπολύ.

Dixit ἐλαχίςῳ τῶν ἱεράκων: & tamen per excellentiam accipitrem appellauit ſuprà. Præterea falſum eſt,eſſe minimum. Nam tinnunculus minimus eſt: & punctis potius,quàm lineis maculoſus. Maiores ſunt accipitres apud Galenum in XI. de *Officio partium*, quos ἀλκίμους vocat. Ο῾ κίρκος ϗ φασσαφόνος.

Α῎μφω, non dicit ἀμφότεροι, ſed ſimul eodem tempore ambo.

LXXIX. ARISTOTELES.

ΚΑὶ κατεσθιόμενος δ' ὤπται κόκκυξ ὑπὸ ἱέρακος· καίτοι οὐδὲν ποιεῖ τοῦτο τῶν ὁμογενῶν ὀρνίθων.

QVin perſpectum eſt cuculum ab accipitre deuorari. Atqui nullo in genere auium hoc euenire ſolet.

CAESAR.

MAXIMVM argumentum diuerſi generis.Dixit autem ὀρνίθων, propter piſces. Lucius enim lucium deuorat. Hoc vidimus nos. Itaque in libro octauo, Cap. tertio, negat aues carniuoras è ſuo genere cibum capere, ſicut faciunt piſces. At in libro nono Cap. primo,dicit cygnos inter ſe deuorari.Peius conſuluit Theodorus, qui κατεσθιόμενος, *interimi*, interpretatus eſt. At plus eſt *deuorari*, quàm *interimi*. Et longè falſiſſimum eſt aues inter ſe non interimi. Nam & coturnices, & galli, & falcones, & milui,& phaſiani,& columbæ,inter ſe,vt vidimus, pugnant, & niſi victus victori cedat, ſe interimunt.

LXXX. ARISTOTELES.

ΝΕοττοὺς δ' κόκκυγος λέγουσιν ὡς οὐδεὶς ἑώρακεν. ὁ δὲ, τίκτει μὲν, ἀλλ' οὐ ποιησάμενος νεοττείαν, ἀλλ' ἐνίοτε μὲν, ἐν τῇ τῶν ἐλαττόνων ὀρνίθων ἐντίκτει, καταφαγὼν τὰ ᾠὰ τὰ ἐκείνων· μάλιστα δὲ ἐν τῇ τῶν φαβῶν νεοττείαις, καταφαγὼν ϗ τὰ τούτων ᾠά.

CVculi pullos negant à quopiam conſpectos. At ille parit quidem: ſed nidum nullum conſtruit. Verùm in minorum auium nidis, deuoratis illorum ouis, deponit ipſe ſua: potiſſimùm verò in palumbis nido,deuoratis ipſius ouis.

CAESAR.

TOLLIT aliam obiectionem. Nam ſi pullos nemo vidit, ergo ex alterius ſpecie auis fit. Oſtendit rationem deceptionis:quoniam nidum non facit: ſed in aliorum nidis parit. Suprà tamen libro quinto aiebat eos nidificare. Sed reuera compertum eſt eos nullum nidum conſtruere. Tollit deinde aliam obiectionem.Nam qui,inquies, aues id patiuntur? Reſpondet: deuorat eorum oua, atque ſupponit ſua. Declarat auium illarum genera: hic τῶν φαβῶν: mox ὑπολάβει. Sed rectè conuenit huic illud, ἐλαττόνων: minor enim eſt,& ex paruis auiculis. At φάβαι non ſunt ipſo minores cuculo. Itaque dixit ἐνίοτε de minoribus: & μάλιστα, de palumbis. Sed mirum,cũ ipſe ſit carniuorus, quo alantur eius pulli palumbe,quæ glanda,herba,& frugibus veſcatur? At cuculorum pulli in Autumno pingues ſunt, vt putentur racemis etiam victitare.

LXXXI. ARISTOTELES.

Τίκτει δ' ὀλιγάκις μὲν δύο, τὰ δὲ πλεῖστα, ἕν.

SIngula ferè parit, rarò bina.

CAESAR.

MAlè interpoſuit numerum hunc, hîc: interrupta hiſtoria ſupponendi.

LXXXII. ARISTOTELES.

Τίκτει δὲ καὶ ἐπὶ τῇ τῆς ὑπολαΐδος νεοττιᾷ· ἡ δὲ, ἐκλέπει καὶ ἐκτρέφει.

PArit autem in curruca quoque nido: atque illa, & excludit, & educat.

CAESAR.

Ὑπολαΐς. De hac aue infrà in nono. Gaudet hæc cuculi fœtum iam grandem aſpicere, & ſeſe grandiorem. Ille autem vbi adoleuit, nutricem ſuam deuorat.

Ὑπὸ τῇ νεοττιᾷ: quare ὑπὸ neſcio: meliùs ἐπί.

LXXXIII. ARISTOTELES.

Γίνεται δὲ πίων καὶ ἡδύκρεως κατὰ τοῦτον τὸν καιρὸν μάλιστα.

QVo maximè tempore & pinguis eſt, & carne ſuaui ad veſcendum.

CAESAR.

HOc eſt præter operam: ſi de pullis intelligas: ſanè licet. Nam & mox de accipitrum pullis. Si de parente: adſunt rationes. Quoniam neque in oua abſumitur ſuccus: neque in incubatu quicquam cepit incommodi, neque in educando pullos diſpendij ad veſcendum. Totum ſtudium ponit edendo. Sed de pullis Philoſophum loqui certum eſt: neque puto cuculum parentem carne ſuaui eſſe.

LXXXIV. ARISTOTELES.

Γίνονται δὲ καὶ τῶν ἱεράκων οἱ νεοττοὶ ἡδύκρεῳ σφόδρα καὶ πίονες.

QVemadmodum accipitrum quoque pulli ſunt & pingues, & ſuaui carne valde.

CAESAR.

AT hoc certè extra propoſitum eſt. Καὶ, *quemadmodum*, diximus, vt eſſet modus comparationis. Verùm ſanè nonnihil affinitatis eſto. Quoniam ſimiles ſunt valde. Atque ijdem crediti.

LXXXV. ARISTOTELES.

Νεοττεύει δὲ γένος τι αὐτῶν πόῤῥω, καὶ ἐν ἀποτόμοις πέτραις.

EOrum genus quoddam præruptis atque longinquis in ſaxis nidificare ſolet.

CAESAR.

INtellige de accipitrum genere. Et ſanè hiſtoria hîc languet, de tàm nobili genere auium, cùm nihil dicat.

Theodorus addidit, *excelſis*. Ἀποτόμοις: *præciſis*: *præruptis*, ad literam.

CAPVT

CAPVT SEPTIMVM,

Auium incubatus: quo tempore mas, quo fœmina incubat.

LXXXVI. ARISTOTELES.

ἘΠωάζει δὲ τὰ πολλὰ τῶν ὀρνίθων (ὥσπερ εἴρηται περὶ τῶν περιστερῶν) διαδεχόμενα τὰ ἄῤῥενα τοῖς θήλεσι· τὸ δὲ τοσοῦτον χρόνον, ὅσον ἀπολείπει τὸ θῆλυ τροφὴν αὑτῷ πορίζόμενον.

AVium magna pars incubat, quemadmodum de columbis diximus, fœmina mare ſuccedente: ſaltem tamdiu dum abeſt fœmina, ſibi cibũ quærens.

CAESAR.

OMISSA hiſtoria particulari, redit ad vniuerſalem de incubatu narrationem. At hoc melius feciſſet, ſi ſtatuiſſet ſuprà ſtatim poſt oua. Ille enim his locis erat. Dixit primo loco, πολλὰ τῶν ὀρνίθων. Et poſteà ſubdit: τὸ δὲ: id eſt, ſi non per vices, ſaltem hoc: dum fœmina ἀπολείπει: *abeſt* Theodorus, optimè: *intermiſſo incubitu, relicto.* Sed idem Theodorus interpretatus eſt τὸ δὲ, ἄῤῥεν ſcilicet. Sed vt dixi, Atticiſmus eſt ἀντιμερία, pronomen pro coniunctione. Sic enim dicimus. Δώσεις μοὶ τὴν ἀρχὴν· τὸ δὲ τὴν διαδοχήν. *Cedes mihi imperium: ſaltem ſucceſſionem.* Et reſpondet ad τὸ μέν. Quod ſubticetur: clariùs dicitur τὸ γέ. Ergo mas incubat, ſaltem dum fœmina abeſt. Quoniam in multis generibus per viciſſitudines mas ſubit: vt in columbis, & palumbis.

Διαδεχόμενα τὰ ἄῤῥενα τοῖς θήλεσι. Non eſt ſimplex locutio, ſed valde Attica. Sic, *aues multæ incubant ſuccedentes maſculum fœminæ.* Sed etiam Latinè planiùs ſonat. *Succedo tibi:* at Græcè διαδέχομαί σοι, ſubintelligitur munus. *Excipio munus intermiſſum, tibi: excipio tibi.* Prætereà quid eſt διαδεχόμενα τὰ ἄῤῥενα: ipſa animalia ſuſcipientia maſculum fœminæ? Nam ipſe maſculus animal eſt. Neque ipſe ſe ſuſcipit, neque fœmina ipſum: ſed ipſe fœminæ ſuccedit. Itaque τὰ πολλὰ, ſignificat, quaſi dicat: Natura auium ſuccedere iubet mares fœminæ. Alius dixiſſet διαδεχομένου τοῦ ἄῤῥενος.

LXXXVII. ARISTOTELES.

Τῶν δὲ χηνῶν αἱ θήλειαί τε ἐπῳάζουσι μόναι, καὶ διὰ παντὸς ἐφεδρεύουσιν, ὅταν περ ἄρξωνται τοῦτο ποιεῖν.

AT anſeres fœminæ ſolæ incubant, atque perpetuo inſident, poſtquam id agere inſtituerint.

CAESAR.

ΔΙὰ παντός. Ne intelligas ipſas nunquam amoueri. Ad cibum enim exeunt, & ad excrementa deijcienda. Itaque non excludit intermiſſionem, ſed alternationem officij cum mare communicati.

LXXXVIII. ARISTOTELES.

Πρὸς δὲ τόποις ἑλώδεσί τε, καὶ πόαν ἔχουσι, πάντων τῶν λιμναίων ὀρνίθων αἱ νεοττεῖαι γίνονται. διόπερ καὶ ἡσυχίαν ἔχοντες ἐπὶ τῶν ᾠῶν, δύνανται τροφήν τινα αὑτοῖς πορίζεσθαι, μὴ παντάπασιν ἄσιτοι ὄντες.

LAcuſtres aues propter paluſtria atque herbida loca. Quamobrem nullo negocio etiam in ipſo incubatu poſſunt ſibi cibum capere, neque omnino inedia laborare.

CAESAR.

QVoniam dixerat anſeres non intermittere, reſpondet obiectioni. Neceſſariò inquies amoueant ſe ab incubatu, vt victum quærant. Hic dicit ſatis habere parciſſimum cibum: ſi capiant

piant etiam ab ipſo nido. Nam cùm paluſtres ſint, ſi nidos faciunt propè paluſtria, vnde victum ſolent petere, ab ipſo nido nullo negotio ſibi paratum habent. Sed anſeres noſtræ ea loca non quærunt. Quare puto Philoſophum non de domeſticis, ſed de feris loqui. Omnino tamen exiſtimo, eas neceſſariò exurgere ad excernendum, ſed illico repetere.

Theodorus vbique *incubitum* vertit, non incubatum: peſſima analogia. Nanque ab incumbo, incumbis, incumbere, *incubitus*: ab incubo, incubas, incubare, *incubatus*.

Λιμναίων Theodorus, *aquatica*: non rectè: neque enim fluuiales omnes, vt ardeolæ, quæ in excelſiſſimis populis nidos faciunt.

Nouè locutus eſt Philoſophus. Αἱ νεοττεῖαι γίνονται, fiunt aut ſunt: alius dixiſſet λιμναῖαι ποιοῦσι.

Ἡσυχίαν ἔχοντες. Theodorus non expreſſit. Nos Latinè, *nullo negotio*.

LXXXIX. ARISTOTELES.

Ἐπωάζουσι δὲ καὶ τῶν κορωνῶν αἱ θήλειαι μόναι, καὶ διαμένουσιν ἐπ' αὐτῶν οὖσαι διὰ παντός. τρέφουσι δ' αὐτὰς οἱ ἄρρενες, κομίζοντες τὴν τροφὴν αὐταῖς καὶ σιτίζοντες.

Cornices quoque fœminæ ſolæ fouent, perſtantéſque in opere non intermittunt. At eas mares alunt: allato, atque dato ex ore cibo.

CAESAR.

SIc meliùs dixiſſet per initia. Non debet intermitti incubatio, ne refrigeratis ouis incommodetur generationi. Prouidit enim natura certis legibus. Nam aut quærente cibum fœmina, ſuccedit mas, aut per vices ſubit: aut perſtat fœmina. Ac ne inedia cogatur ſurgere, ponit nidum in terra vbere vnde etiam fouens paſcatur. Aut maris officio ſubleuatur ſuggerentis cibum.

Κομίζοντες, ſignatum verbum, cùm fruges comportantur. Et curam quandam denotat: & duo verba poſuit, κομίζοντες τροφὴν, parum erat: quin & σιτίζοντες: lato ſcilicet ex ore cibo. Theodorus hoc neglexit.

XC. ARISTOTELES.

Τῶν δὲ φαττῶν ἡ μὲν θήλεια, ἀπὸ δείλης ἀρξαμένη, τήν τε νύκτα ὅλην ἐπωάζει, καὶ ἕως ἀκρατίσματος ὥρας· ὁ δὲ ἄρρην, τὸ λοιπὸν τοῦ χρόνου.

Palumba ab ſero diei incipiens totam noctem vſque ad ientandi tempus incubat: reliquum temporis, palumbus.

CAESAR.

VT genus diſtingueretur palumbum, & palumbam vertimus. Et meliùs ſonat quàm palumbes. Vbi extra Philoſophiæ limites erimus, rudium paſtorum Romanorum more loquemur. Nunc cum natura certamus.

Δείλην ſemper *pomeridianum* vertit Theodorus: at δείλη quamuis ſit poſt meridiem, ſerum tamen diei denotat: & noctem proximam.

Ἀκράτισμα: cùm ſoluunt mane ieiunia.

XCI. ARISTOTELES.

Οἱ δὲ πέρδικες, δύο ποιοῦνται τῶν ᾠῶν σηκούς· καὶ ἐφ' ᾧ μὲν, ἡ θήλεια ἐπωάζει· θατέρῳ δὲ, ὁ ἄρρην ἐπωάζει· καὶ ἐκλέψας ἐκπέμπει ἑκάτερος ἑκάτερα· καὶ τοὺς νεοττοὺς, ὅταν πρῶτον ἐξάγῃ, ὀχεύει αὐτοὺς ὁ ἄρρην.

At perdices binis ſepibus obmuniunt oua: in altero fœmina, in altero mas incubat: ſuos vterque excluſos emittit. Quin etiam cùm educit, primùm pullos eos init.

CÆSAR.

Σηκὸς, *preſepe*: tranſtulit à pecore ad id quod eſſet animal futurum: Atticè. Ἐφ' ᾧ, id eſt ἐφ' ἑνί.

Ἑκάτερος ἑκάτερα. Terentius ſic locutus eſt, *vterque vtrique cordi eſt*. Sed hîc dicéſne,

vterque

vterque vtroſque emittit pullos? Non dices. Sed *ſuos vterque*. Neque enim fœmina emittit eos quibus mas incubuit: neque mas quos excluſit fœmina. Ergo non vterque vtroſque. Sic etiam ſuſpecta locutio Terentij, ſi vim verborum intelligas. Sed vſus emolliuit. Neque *vterque alteri* dicas, ſed *vteruis alteri*. Nam vterque duos comprehendit per coniunctionem, *que*. Quid Græca locutio? proba eſt. Nam ἑκάτερος, ἑκὰς ἕτερος, ἑκὰς ἑτέρα: ſeorſum alter, altera: rectiſſimè: eſt enim ἑκάτερος *vteruis*. Ἀμφότεροι autem *vterque, ſimul & alter*. Ἄμφω autem, *ambo iunctim*.

Theodorus addidit, *à mare*, pullos ſubigi. Neſcio an etiam à matre. Nam ſeſe ineunt abſente mare fœminæ mutuò perdices: ſicut & columbæ: & equæ cùm vruntur libidine. Ὅταν πρῶτον ἐξάγει. Τὸ πρῶτον, *ſtatim*, Theodorus: rectè: at ἐξάγει *procedunt*, malè: *prodeunt* voluit dicere.

XCII. ARISTOTELES.

Ὁ δὲ ταὼς, ζῇ μὲν περὶ εἴκοσι καὶ πέντε ἔτη, γεννᾷ δὲ τριετὴς μάλιστα· ἐν οἷς καὶ τὴν ποικιλίαν τῶν πτερῶν ἀπολαμβάνει· καὶ ἐκλέπει ἐν τριάκοντα ἡμέραις, ἢ μικρῷ πλείοσιν. ἅπαξ δὲ τοῦ ἔτους τίκτει μόνον. τίκτει δὲ ᾠὰ δώδεκα, ἢ μικρῷ ἐλάττω. τίκτει δὲ διαλιπὼν δύο ἢ τρεῖς ἡμέρας, καὶ οὐκ ἐφεξῆς· αἱ δὲ πρωτοτόκοι, μάλιστα περὶ ὀκτὼ ᾠά. τίκτουσι δὲ οἱ ταῷ τὰ ᾠὰ καὶ τὰ ὑπηνέμια. ὀχεύονται δὲ περὶ τὸ ἔαρ. γίνεται δὲ καὶ ὁ τόκος εὐθέως μετὰ τὴν ὀχείαν. πτερορρυεῖ δὲ ἅμα τοῖς πρώτοις τῶν δένδρων, καὶ ἄρχεται αὖθις ἀπολαμβάνειν τὴν πτέρωσιν ἅμα τῇ τούτων βλαστήσει. ταῖς δὲ ἀλεκτορίσιν ὑποτιθέασιν αὐτῶν τὰ ᾠὰ ἐπῳάζειν οἱ τρέφοντες, διὰ τὸ τὸν ἄρρενα, τῆς θηλείας τῶ δρώσης, ἐπιπετόμενον συντρίβειν. διὰ ταύτην δὴ τὴν αἰτίαν καὶ τῶν ἀγρίων ἔνιοι ὀρνίθων ἀποδιδράσκοντες τοὺς ἄρρενας, τίκτουσι καὶ ἐπῳάζουσιν. ὑποτίθεται δὲ τοῖς ὄρνισι μάλιστα δύο ᾠά. τοσαῦτα γὰρ δύνανται μόνα ἐπῳάζουσαι ἐξάγειν. ἐπιμελοῦνται δὲ ὅπως μὴ καταβαίνουσα διαλείπῃ τὸν ἐπῳασμὸν, παρατιθέντες τροφήν.

PAuo autem quinque ac viginti annos viuit: trimus potiſsimum generat. Quo tempore etiã verſicolores eius pennæ fiunt. Tricenis aut paulò pluribus excludit diebus: ſemel dumtaxat in anno parit. Ouorum numerus ad duodecim, aut non multò pauciora. Interiectis binis terníſue diebus, pariendi officium intercipit. Primiparæ octona circiter. Edunt etiam & irrita, & hypenemia. Vere coëunt: celeriter à coïtu pariunt. Amittit pennas cum caſu foliorũ: atque cum eorum ortu, replumeſcit. Gallinis pauonina oua ſubijciunt ad incubandum paſtionibus præfecti, propterea quòd mas fouenti fœminæ aduolans atterat. Quæ cauſa eſt vt ſilueſtrium quoque volucrium, quædam fuga facta clam maribus, & pariant, & incubent. Gallinis ſubijciunt cumplurimum bina. Tot enim dumtaxat fouendo educere poſſunt. Student vero, ne abſcedens relinquat incubationem, eſca appoſita.

CÆSAR.

NVNC cum incubandi ratione qua inceperat dicere, miſcet & tempus coëundi, & generandi ætatem, & ouorum numerum, & artem villicorum, & pennarum variationem, earum caſum, atque inſtaurationem. Item vitę ſpatium. Meliùs quoque feciſſet, ſi ſtatim poſt gallinas, & columbas narràſſet. Nunc poſt carniuoras ſtatuit.

Dicit ſemel anno parere. At Columella, ſi eius oua gallinis ſubijciantur, ſæpiùs ait parere.

Πτερορρυεῖ: ſicut Hippocrates φυλλορρυεῖ. Theodorus qui ſemper aliquid addit etiam otioſum, meliùs hic addidiſſet vt nos, *cum caſu foliorum*. Nam τοῖς πρώτοις τῶν δένδρων, rectè dixit Philoſophus: quia alludit ad φυλλορρυεῖ. At noſtrum Latinum non ſequitur nos: *Cum primis arborum frondibus amittit pennas*. Sanè primas frondes arborum ſi dicas Latinè, intelligã vere ineunte exeũtes.

Τούτων βλαστήσει. Τούτων, non auſus ſum dicere, *earundem*, vt Theodorus: τῶν αὐτῶν. Neque enim ſunt eædem: vt *eundem* dicit Catullus, noctiferum, & luciferum rectiſſimè.

Ἀποδιδράσκοντες *fugientes*, Theodorus: imò poſtquàm fugêre.

Ὑποτίθεται τοῖς ὄρνισι: omiſit τοῖς ὄρνισι Theodorus. Et intellige aues cortales: ſed reparauit mox cùm nominauit in fine periodi gallinam.

XCIII. ARISTOTELES.

Οἱ δὲ ὄρνιθες, περὶ τὴν ὀχείαν τοὺς ὄρχεις μείζους ἔχουσιν ἐπιδήλως· οἱ μὲν μᾶλλον ὀχευτικοὶ, καὶ μᾶλλον ἐπιδήλως, οἷον ἀλεκτρυόνες καὶ πέρδικες· οἱ δὲ μὴ συνεχῶς, ἧττον. περὶ μὲν οὖν τῆς τῶν ὀρνίθων κυήσεως καὶ γενέσεως, τοῦτον ἔχει τὸν τρόπον.

AVium teſtes coïtus tempore grandiores extant, ac ſalacioribus plus: vt gallinaceis, & perdicibus. Qui verò venerem intermittunt, minùs. Ad hunc modum geſtant aues, & pariunt.

CAESAR.

C AE S A R.

HÆc quoque pars ſeparanda à cæteris. Hoc idem dicit libro Primo Cap. quato de *Generatione animalium*. Et ſuprà lib. Tertio, Cap. decimo. Iunxit autem perdices cum gallinaceis. At ſanè perdices intermittunt coitum. Itaque ipſius tempore poſſunt turgidiores eſſe teſtes. Gallinaceus verò nunquam intermittit.

Οἱ δὲ μὴ συνεχῶς: vt palumbium, & pauonum.

CAPVT OCTAVVM.

Piſcium fœtus.

XCIV. ARISTOTELES.

Οἱ δὲ ἰχθύες ὅτι μὲν οὐ πάντες ἀποκυοῦσιν, εἴρηται πρότερον. τὰ μὲν γὰρ σελάχη, ζωοτοκεῖ· τὸ δὲ τῶν ἄλλων ἰχθύων γένος, ᾠοτοκεῖ. ζωοτοκεῖ δὲ τὰ σελάχη, πρότερον ᾠοτοκήσαντα ἐν αὐτοῖς, καὶ ἐκτρέφουσιν ἐν αὐτοῖς, πλὴν βατράχου.

At piſces non omnes oua pariunt: vt dictum eſt. Cartilaginea nanque animal edunt. Cæterum genus, oua. Edunt autem illa animal: poſtquam priùs intra ſe & pepererint ouum, ibique dato incremento excluſerint: præter ranam.

C AE S A R.

NVnc ad alia ouipara, quæ cùm totum genus piſcium non contineant, coactus fuit ſtatim diuiſionem facere. Et repetit quæ alibi ſæpè dixit.

Theodorus addidit *coeunt*: malè. Nam de coitu alibi dixit, non hic: neque ſcriptum in nullo exemplarium: atque idem legit βάτου, non βατράχου: *præterquam Raia.* Sed ex Plinij nono cap. XXIV. conſtat legendum βατράχου, & non βάτου. Ad verbũ enim ibi expreſſa eſt Philoſophi opinio. Intelligit autem ranam marinam, non lacuſtrem. Atque huius rei rationem videre licet in Tertio de *Generatione animalium* Cap. tertio. Ἥττω, inquit, σώματος φύσιν, τήν τε γὰρ κεφαλὴν πολλαπλασίαν ἔχει τοῦ λοίπου σώματος, καὶ ταύτην ἀκανθώδη καὶ σφόδρα τραχεῖαν. διόπερ οὐδ' ὕστερον εἰσδέχεται τοὺς νεοττούς· οὐδ' ἐξ ἀρχῆς ζωοτοκεῖ. τὸ γὰρ μέγεθος καὶ ἡ τραχύτης τῆς κεφαλῆς, ὥσπερ καὶ εἰσελθεῖν κωλύει, οὕτω καὶ ἐξελθεῖν. Et in fine huius Capitis ne hanc quidem ob eaſdem difficultates in ſe recipere fœtus ſuos, quemadmodum nec animal parere, dicit.

Ἐκτρέφει: mirum verbum: quis enim dicat *alere oua*: & præpoſitio, ἐκ, ſignificat tranſmutationem.

XCV. ARISTOTELES.

Ἔχουσι δὲ καὶ τὰς ὑστέρας, ὥσπερ καὶ ἐν τοῖς ἄνω ἐλέχθη, διαφόρους οἱ ἰχθύες. τὰ μὲν γὰρ ᾠοτοκοῦντα, δικρόας ἔχει, καὶ κάτω· τὰ δὲ σελάχη, ὀρνιθωδεστέρας. διαφέρει δὲ τῶν ὀρνίθων ὑστέρας, ὅτι οὐ πρὸς τῷ ὑποζώματι ἐνίοις συνίσταται τὰ ᾠά, ἀλλὰ μεταξὺ κατὰ τὴν ῥάχιν· ἐκεῖθεν δ' αὐξανόμενα μεταβαίνει.

Ac, quemadmodum ſuprà dictum eſt, matrices alij alias piſces habent. Nam qui oua edunt: & binis ſinubus diuiſas, & inferiore parte ſitas. At cartilagineis potiùs ad auium naturam vergunt. Cæterùm ab illis hoc differunt: quòd quibuſdam non ſub præcordiorum ſepto conſiſtunt oua, ſed in medio ſecundum dorſum. Quo ex loco cùm creuerunt, in alium transferuntur locum.

C AE S A R.

DE partibus genitalibus ſuo loco dictum eſt, quatenus erant partes. At hic pro earum officio eas retractat: ponitque differentias matricum in piſcibus. Et cartilagineorum: primo conuenientiam cum auibus: mox differentiam.

Διχρόας Theodorus *bifurcatas*. Iam oſtendimus non rectè dici, *bifurcatum*. Et furca, de ſinubus matricum non rectè dicitur.

Κατὰ ῥάχιν: *per ſpinam*, Theodorus: præpoſitio, *per*, incommodiſſimè ibi poſita eſt.

Μεταβαίνει, *tranſeant* in locum quem ſubticuit: vbi ſcilicet ἐκτρέφει τὸ ἔμβρυον.

XCVI. ARISTOTELES.

Τὸ δ' ᾠὸν γίνεται πάντων τῶν ἰχθύων, οὐ δίχροον, ἀλλ' ὁμόχροον. λευκότερον δέ, ἢ ὠχρότερον, καὶ πρότερον, καὶ ὅταν ᾖ ὁ νεοττός.

Piſcium ouum non duobus coloribus, ſed vno præditum eſt: ac candidius quàm luteum, tùm ante, tùm, vbi iam in fœtum mutatum eſt.

CAESAR.

DISTINGVIT ab alijs ouis, ouum piſcium, coloris vniformitate.

Καὶ ὅταν ᾖ ὁ νεοττός: *cùm ouum erit catulus.* Quoniam in piſcibus penè omnibus id euenit, vt ex toto ouo fiant. Hoc autem dixit: quia pulli auium ex candido oui fiunt. Et tamen tandem ſublutei ſunt, vt oſtendimus ſuprà. Theodorus peſſimè: *cùm fœtus inſidet.* Nam quanquam diximus in ſuperiore oui parte fœtum extare: neque totum contineri: tamen non hoc hîc diximus. Sed mutato ouo in piſcem, colorem non mutari.

XCVII. ARISTOTELES.

Διαφέρει δ' ἡ γένεσις ἡ ἐκ τοῦ ᾠοῦ τῶν ἰχθύων τῶν ὀρνίθων, ᾗ οὐκ ἔχει τὸν ἕτερον ὀμφαλόν, τὸν τείνοντα πρὸς τὸν ὑμένα τὸν ὑπὸ τὸ ὄστρακον· τὸν δ' εἰς τὸ ὠχρὸν τοῖς ὄρνισι τείνοντα πόρον, τοῦτον ἔχει τὸν τρόπον.

Non eodem autem modo piſces, auéſque ex ouo generantur. In piſcibus enim non eſt vmbilicus ille alter, qui ad membranam quæ teſtæ ſubeſt, ducit. At, qui in auibus meatus ad luteum tendit, eodem habent modo.

CAESAR.

POSVIT differentiam materiæ. Nunc ponit differentiam tranſmutationis, dempto altero vmbilicorum qui excrementa ducebat ad extima: altero attributo quo, de luteo alantur: vbi intellige luteum in auibus, non in piſcibus. Neque igitur vnius eſſe coloris ouum piſcium: ſed vmbilicus ille attrahit alimentum, ex parte difformi à parte ex qua generatur piſciculus. Senſu autem minùs percipitur: propterea quòd minùs diſtinguitur.

Nota locutionem quæ me torquet. Διαφέρει ἡ γένεσις ἡ ἐκ τοῦ ᾠοῦ τῶν ἰχθύων καὶ τῶν ὀρνίθων. Mihi videtur ſic legendum. Ἡ ἐκ τοῦ ᾠοῦ τῶν ἰχθύων τῆς τῶν ὀρνίθων. Nam quæ generatio differret ab auium, & piſcium generatione, quos comparat?

ᾗ *quatenus.* Non ᾗ, quæ non habet vmbilicum. Neque enim generatio habet vmbilicum.

Τοῦτον ἔχει τὸν τρόπον: id eſt ἔχει ἡ γένεσις τὸν πόρον, κατὰ τοῦτον τὸν τρόπον. Vt non ſolum habeant meatum, ſed etiam eodem modo. Theodorus id neglexit.

XCVIII. ARISTOTELES.

Ἡ δ' ἄλλη γένεσις, ἤδη πᾶσα ἡ αὐτὴ ἐκ τοῦ ᾠοῦ, τῶν τε ὀρνίθων καὶ τῶν ἰχθύων. ἐπ' ἄκρου τε γὰρ τοῦ γίνεται, καὶ αἱ φλέβες ὁμοίως τείνουσιν ἐκ τῆς καρδίας πρῶτον, καὶ ἡ κεφαλὴ, καὶ τὰ ὄμματα, καὶ τὰ ἄνω, μέγιστα ὁμοίως πρῶτον· αὐξανομένων δέ, ἀεὶ ἔλαττον γίνεται τὸ ᾠόν, καὶ τέλος ἀφανίζεται καὶ εἰσδύεται ἔσω, καθάπερ ἐν τοῖς ὄρνισιν ὁ νεοττὸς καλυμμένος. προσπέφυκε δὲ καὶ ὁ ὀμφαλὸς μικρὸν κατώτερον τοῦ στόματος τῆς γαστρός. τοῖς δὲ νέοις μὲν ὢν ἐστιν ὁ ὀμφαλὸς μακρός, αὐξανομένοις δ' ἐλάττων, καὶ τέλος μικρός, ἕως ἂν

At verò reliqua generationis ratio ex ouo, tàm auium, quàm piſcium eadem tota eſt. Nam & in eius ſummo fit: & venæ ſimiliter tendunt à corde primùm. Item caput, atque oculi, partéſque ſuperiores maximæ: vt in illis per initia. Creſcente autem fœtu decreſcit ſemper ouum: ac tandem ſubducitur ab oculis, atque induit ſe in piſciculum: quemadmodum vitellus in auiculam. Agnatus quoque annectitur vmbilicus, paulò infrà ventriculi os: ac per initia quidem longus eſt vmbilicus: auctis autem minor. Tandem verò puſillus, vſque dum

εἰσῆλθη, καθάπερ ἐλέχθη ἐπὶ τ̃ ὀρνίθων. περιέχεται δὲ τὸ ἔμβρυον καὶ τὸ ᾠὸν ὑμένι κοινῷ. ὑπὸ δὲ τούτου ἄλλος ἐστὶν ὑμὴν, ὃς περιέχει ἰδίᾳ τὸ ἔμβρυον. μεταξὺ δὲ τ̃ ὑμένων ἔνεστιν ὑγρότης. καὶ ἡ τροφὴ δὲ ὁμοία γίνεται τοῖς ἰχθυδίοις ἐν τῇ κοιλίᾳ, ὥσπερ τοῖς τῶν ὀρνίθων νεοττοῖς· ἡ μὲν, λευκὴ, ἡ δὲ, ὠχρά.

ſubeat, quemadmodū in auibus dictum eſt. Ambitur autem & fœtus, & ouum cōmuni membrana, ſub qua altera item eſt, qua priuatim fœtus continetur. Inter membranas autem eſt humor. Ac quemadmodū in auiculis, ita in piſciculorum aluo continetur cibus. In illis luteus, in his candidus.

C Æ S A R.

POSITIS differentijs ponit modum in quo conueniant vtrorumque generationes. Sunt autem duodecim. In ſummo conſiſtit fœtus: venæ à corde: caput grande: oculi magni: partes ſuperiores maximæ: creſcente fœtu decreſcit ouum: mutatio oui in fœtum: vmbilicus: membrana vna: membrana altera: humor: cibus.

Καὶ τὰ ἄνω μέγιστα ὁμοίως πρῶτον. Iam alterum ὁμοίως ſuaſit nobis vt diceremus, ſic: *vt in illis*, ſcilicet, *auibus*: ſicut, νέοις, *per initia*.

Καὶ ἐνδύεται ἔσω, *ſubit*, ſcilicet, *fœtum*. Accipe autem hîc τ̃ νεοττὸν, non fœtum formatum, ſed vitellum, vt ſuprà oſtendimus ex Chryſippi ſententia. Alioqui ſic dicas. Τὸ ὠχρὸν εἰς τ̃ νεοττὸν εἰσδύει.

Ἰδίᾳ, *priuatim*. Theodorus, *per ſe*: rectè: etiam *ſeorſum* potes dicere.

Γίνεται ἐν τῇ κοιλίᾳ Theodorus: *ſuggeritur*: rectè. Sed Ariſtoteles voluit dicere etiam remanere & conſpici: potuit enim ſuggeri: ſed non permanere. At hoc iam docuit: *in auiculis*, nos.

XCIX. ARISTOTELES.

Τὸ μὲν οὖν σχῆμα τ̃ ὑστέρας ὡς ἔχει, ἐκ τ̃ ἀνατομῶν θεωρείσθω. διαφορὰ δέ ἐστιν ἐν αὐτοῖς πρὸς αὑτοὺς, οἷον τοῖς γαλεώδεσι, καὶ πρὸς αὑτοὺς, καὶ πρὸς τὰ πλατέα. ἐνίοις μὲν γὰρ, ἐν τῷ μέσῳ τ̃ ὑστέρας περὶ τ̃ ῥάχιν προσπέφυκε τὰ ᾠὰ, ὥσπερ εἴρηται, οἷον τοῖς σκυλίοις· αὐξανόμενα δὲ, περιέρχεται.

QVa verò facie matrix ſit, diſſectis corporibus compertum habeto. At verò etiam inter ſe differunt. Nam neque inter ſe, neque cum latis conueniunt genera muſtelaceorum. Quidam enim ad matricis medium circa dorſi locum adhærentia habent oua, ſicut antea dictum eſt. Huiuſmodi ſunt caniculæ. Aucta autem circumfunduntur.

C Æ S A R.

RELEGATA matricis figura ad Anatomices ſtudium, oſtendit differentiam non ſolū ſummorum generum, vt latorum & muſtelaceorum: ſed etiam certi generis, ſcilicet illorum muſtelorum inter ſe. Itaque canicula in medio ſub dorſo. Spinus autem muſtelus ad præcordia: vt tandem poſt multam circuitionem dicet. Duorum autē duo loca ſtatuit: alterum inchoatis ſub dorſo, alterum auctis. Quare, motus verbum appoſuit περιέρχεται.

Αὐξανόμενα. Theodorus, *abſoluta*: non: tractus enim incrementi adhuc eſt in tempore præſenti: at præpoſitio περὶ in περιέρχεται ſignificat circunfuſionem, & inchoatorum, & auctorum piſcium: propter ſcilicet circunſtantes matricis ſinus. Sic enim ſubdit.

C. ARISTOTELES.

Οὔσης δὲ δικρόας τ̃ ὑστέρας, καὶ προσπεφυκυίας πρὸς τῷ ὑποζώματι, ὥσπερ καὶ τ̃ ἄλλων τῶν τοιούτων, περιέρχεται εἰς ἑκάτερον τὸ μέρος.

IN binos enim partita ſinus matrix cùm ſit, atque ſub præcordiorum ſepto conſtituta, qualis etiam in einſcemodi generibus alijs, abſcedunt in circunſtantem vtranque partem,

C Æ S A R.

ITa declarat τὸ περιέρχεται. Διέρχεται γὰρ πρὸς τὰ σιελῆ ἑκάτερα μέρη. Quam præpoſitionem non expreſſit Theodorus. Infrà quoque de ouis τῶν λείων. Περιστάντα τὸ μέρος. τὸ τῆς διῃρημένου ſcilicet.

CI. ARISTOTELES.

Ἔχει δὲ ἡ ὑστέρα καὶ αὕτη, καὶ ἡ τῶν ἄλλων τῶν γαλεωδῶν, μικρὸν περιελθόν τι ἀπὸ τοῦ ὑποζώματος, οἷον μαστοὺς λευκούς· οἳ κυημάτων μὴ ἐνόντων, οὐκ ἐγγίνονται.

Habet autem tùm horum, tùm aliorum muſtelaceorum matrix paulò infrà praecordiorum ſeptum, quaſi mammas albas. Quas, ſi fœtus non inſint, non inuenias.

CAESAR.

HOc quoque ad particularem hiſtoriam pertinet: ſed officij gratia uidetur appoſitum: aliquid enim confert ad fœtus: ſiquidem gerentibus vterum inſunt ſolis.

Καὶ αὐτὴ, ſcriptum fuit. Fortaſſe καὶ αὕτη. καὶ ἡ τούτων: ſcilicet καὶ ἡ τῶν ἄλλων.

CII. ARISTOTELES.

Τὰ μὲν οὖν σκύλια καὶ αἱ βατίδες, ἔχουσι τὰ ὀστρακώδη, ἐν οἷς ἐγγίνεται ᾠοειδὴς ὑγρότης· τὸ δὲ σχῆμα τοῦ ὀστράκου, ὅμοιον τῷ τῶν αὐλῶν γλώτταις. καὶ πόροι τριχώδεις ἐγγίνονται τοῖς ὀστράκοις. τοῖς μὲν οὖν σκυλίοις, οὓς καλοῦσί τινες νεβρίας γαλεούς, ὅταν περιρραγῇ καὶ ἐκπέσῃ τὸ ὄστρακον, γίνονται οἱ νεοττοί. τῶν δὲ βατίδων, ὅταν ἐκτέκωσι, τοῦ ὀστράκου περιρραγέντος, ἐξέρχεται ὁ νεοττός.

Caniculae & raiae nota illa teſtacea gerunt quaedam, in quibus oui ſpecie humor inſit: teſtae facies ſimilis tibiarum ligulis: atque in ea inſunt meatus capillamentorum tenuitate. Ac eo in genere canicularum, quos Nebrios *appellant, dirupto & exuto cortice exeunt catuli. Raiae cum ipſa teſta pariunt, quae deinde rumpitur: atque ex ea prodit fœtus.*

CAESAR.

PONIT differentiam in caniculis ab alijs piſcibus: quippe quarum ouum corticatum ſit non membranatum. Ponit deinde differentiam inter σελάχη. Quoniam intus ruptis ouis in quibuſdam exeant pulli: in alijs foris. Quam differentiam comparare poſſis cũ ijs animalibus, quae ſtatim nata perfecta ſunt, vt hœdi. Et quae non ſunt, vt catelli, & feles, & vrſi, & leones.

Νεβρίας: ſic maxima pars catulorum in quadrupedibus animalibus, canibus muſtelis, & multis alijs.

Τὰ ὀστρακώδη: *nota illa teſtacea.* Theodorus τά, *quadam*, & nos quoque, rectè.

Νεοττοί. Theodorus *fœtus.* At nobis videtur non poſſe ſubtiliùs dici, quàm cùm diximus *catulos*: caniculae enim ſunt.

Ἐμπέσῃ, ſcribe ἐκπέσῃ, *exuto.* Theodorus *rupta dilapsáque teſta.* Satis habebat, vt, *rupta*, diceret.

CIII. ARISTOTELES.

Ὁ δ' ἀκανθίας γαλεός, ἐν τῷ ὑποζώματι ἔχει τὰ ᾠὰ ἄνωθεν τῶν μαστῶν· ὅταν δὲ καταβῇ τὸ ᾠόν, ἐπὶ τούτων ἀπολυομένων γίνεται ὁ νεοττός· τὸν αὐτὸν δὲ τρόπον συμβαίνει ἡ γένεσις καὶ ἐπὶ τῶν ἀλωπέκων.

At muſtelus ſpinus in ſepto praecordiorum continet oua ſupra mammas. Vbi igitur ouum deſcendit atque abſolutum fuerit, in eo fit catulus. Quo modo etiam vulpes generantur.

CAESAR.

Ἐν τῷ ὑποζώματι. Quoniam alij ὑπὸ τῷ ὑποζώματι. Et intelligit μαστοὺς, quas ſuprà dicebat mammas. Mutauit numerum: τὸ ᾠὸν ſingulariter. ἐπὶ τούτων pluraliter. Τὸ, ἐπὶ, autem: non ſolùm ſignificat materiam aut locum, ſed etiam ſitum in parte oui ſumma, vt ſuprà docuit. Neque enim ſimpliciter, *innaſcitur*, vt dixit Theodorus. Non enim eſt ἐν, ſed ἐπί. Ἐπὶ τοῦ ᾠοῦ, nunquam erit intus: ſed ſuprà.

CIV. ARISTOTELES.

Οἱ δὲ καλούμενοι λεῖοι τῶν γαλεῶν, τὰ μὲν ᾠὰ ἴσχουσι μεταξὺ τῶν ὑστερῶν ὁμοίως τοῖς σκυλίοις· περιστάντα δὲ τὰ τοιαῦτα, εἰς ἑκατέραν τὴν δικρόαν τῆς ὑστέρας καταβαίνει, καὶ τὰ ζῷα γίνεται, τὸν ὀμφαλὸν ἔχοντα πρὸς τῇ ὑστέρᾳ· ὥστε ἀναλισκομένων τῶν ᾠῶν, ὁμοίως δοκεῖν ἔχειν τὸ ἔμβρυον τοῖς τετράποσι. περιπέφυκε δὲ μακρὸς ὢν ὁ ὀμφαλὸς, τῆς μὲν ὑστέρας πρὸς τῷ κάτω μέρει, ὥσπερ ἐκ κοτυληδόνος ἕκαστος ἠρτημένος· τοῦ δὲ ἐμβρύου, κατὰ τὸ μέσον, ᾗ τὸ ἧπαρ. ἡ δὲ τροφὴ ἀνατεμνομένου, κἂν μὴ ἔχῃ τὸ ᾠὸν, ᾠοειδής. χορίον δὲ καὶ ὑμένες, ἴδιοι περὶ ἕκαστον γίνονται τῶν ἐμβρύων, καθάπερ ἐπὶ τῶν τετραπόδων. ἔχει δὲ τὰ ἔμβρυα τὴν κεφαλὴν, νέα μὲν ὄντα, ἄνω· ἀνδρωυόμενα δὲ καὶ τέλεια ὄντα, κάτω. γίνεται δὲ καὶ ἐν τῇ ἀριστερᾷ ἄρρενα, καὶ ἐν τῇ δεξιᾷ θήλεα, καὶ ἐν τῇ αὐτῇ ἅμα καὶ θήλεα καὶ ἄρρενα. καὶ τὰ ἔμβρυα διαιρούμενα, ὁμοίως ὥσπερ ἐπὶ τῶν τετραπόδων, ἔχει τῶν σπλάγχνων ὅσα ἔχει μεγάλα, οἷον τὸ ἧπαρ, καὶ αἱματώδη.

In medio matricum oua continent leues muſteli, quemadmodum & canicula. Vbi circumſtetere: in vtrunque matricis ſinum deſcendunt. Et euadunt animalia annexa per vmbilicum ad matricem. Ita vt abſumptis ouis non alio modo quàm quadrupedes habere fœtus videntur. Annexus eſt longus vmbilicus ad matricis partem inferiorem, vnuſquiſque tanquam appenſus acceptabulo. Et ad fœtus medium qua iecur habet. Quem ſi ſeces, intus alimentum quaſi ex ouo deprehendas: etiam cùm ampliùs ouum non eſt. Tamen ſecundæ, membranæq́; ſua cuique fœtui, more quadrupedum. Fœtus per initia caput in ſuperiore habet parte: adultus autem atque perfectus, deuexum. In læua mares generantur: in dextra fœminæ. Quin eadem in parte ſimul, tùm fœmina, tùm mas. Diſſecto fœtu, quot habet viſcera, putà iecur, ea interiùs magna, & ſanguine conſtantia, ſicut in quadrupedibus.

CAESAR.

NVNC læuium hiſtoriam texit, communem materiam cum caniculis circa oua. Eorum deſcenſum & circumpoſitionem, & generationem. Poſtea comparat quadrupedibus: ab vmbilico & acceptabulis. Dicit locum fœtus ad hepar. Eſt enim ibi organum alimenti. Ponit cibi naturam: qui etiam ouo abſumpto oualis ſit: retinet enim principia vnde factus eſt. Tum declarat ſecundas, & ſitum fœtus. Prætereà ſexuum loca diuerſa à cæteris. Nam contrario ferè modo fit in cæteris. Poſtremò magnitudinem viſcerum, ſicut ſuprà dixit de pullis. Quod rectiùs feciſſet: ſi ſic diceret. Ὥσπερ τῶν νεοττῶν τῶν ἀλεκτορίδων de quibus ſuprà: quàm de quadrupedibus, de quibus nihil etiam,

Μέταξὺ τῶν ὑστερῶν. Theodorus, *per vuluam mediam*: malè. Neque enim Latinè dicas *gero hædum per vlnas*, neque *gero pruna per caniſtrum*, ſed *per viam ſacram*.

Περιστάντα. Declarat quod ſuprà dixerat: περιέρχεται: poſtquàm affuſa parieti vtrinque ſteterunt, demittunt ſe in vteri ſinus. Sed Theodorus neglexit.

Ἕκαστος ἠρτημένος: omiſit Theodorus τὸ, ἕκαστος, malè. Suus enim cuique catulo hæret vmbilicus: ſicut mox περὶ ἕκαστον χοριώδεις ὑμένες.

Νέα ὄντα. Quoniam ſic dicuntur νεοττοί: *noua* Theodorus: quod non placet: *recens*, potiùs. Nos ſenſu communi contenti, *per initia*, diximus.

Ἀνδρωυόμενα: *aucta*: tranſtulit à viro: ſicut etiam alibi hoc vtitur verbo. Sed & νεανικῶς *robuſtè*: de vaſis genitalibus par eſt ſanè exiturum iam iam fœtum conuerſum in caput offi. Theodorus minùs explicat. *Caput partem ſpectat ſuperiorem.* Imò in ſuperiori eſt: ſpectare enim eſt, vergere. Sed & cùm caput dicas, & ſpectare, quod eſt oculorum officium, aliquid deſideres. Sic malè, *inferiorem verſus*, τὸ ἔχει κάτω. Imò verò deuexum habet, in inferiori, non verſus inferiorem.

Theodorus omiſit ὅσα ἔχει: hoc autem neceſſariò dixit Philoſophus: propterea non omnia habent. Αἱματώδη, Theodorus *cruenta*, malè: cruor enim eſt cadauerum.

Philoſophus intercepit orationem, cùm dixit μεγάλα οἷον τὸ ἧπαρ καὶ αἱματώδη. Alius dixiſſet: μεγάλα καὶ αἱματώδη: ne intelligeretur μεγάλα ὅσον τὸ ἧπαρ.

CV. ARISTOTELES.

Πάντα δὲ τὰ σελαχώδη, ἅμα ἔχουσι, ἄνω μὲν πρὸς τῷ ὑποζώματι ᾠά, τὰ μὲν μείζω, τὰ δὲ ἐλάττω πολλά· κάτω δὲ ἔμβρυα ἤδη· διὸ πολλὰ καὶ μῆνα τίκτειν καὶ ὀχεύεσθαι οἴονται τοὺς τοιούτους τῶν ἰχθύων, ὅτι οὐχ ἅμα πάντα προΐενται, ἀλλὰ πολλάκις καὶ πολὺν χρόνον. τὰ δὲ κάτωθεν ἐν τῇ ὑστέρᾳ ἅμα πέττεται καὶ τελειουργεῖται.

Omnia cartilaginea eodem tempore, & ſuperiore parte, ad præcordiorum ſeptum, oua continent, cùm maiora, tum minora multa, & inferiore iam excluſos fœtus. Quo fit, vt huiuſcemodi piſces crediti ſint eodem menſe ſæpe & parere, & coire: proptereà quòd non omnia ſimul edunt: ſed ſæpenumero, ac diu. Interea quæ in ima ſunt matrice, concoquuntur, atque perficiuntur.

CAESAR.

HÆc quoque alieno loco poſita ſunt inter hiſtorias ſpecierum quæ ad vniuerſum pertinent genus cartilagineorum. Sicut autem ſuprà comparauit plantarum generibus animalia Philoſophus: ſic hoc loco poterat medicæ arbori τὰ σελάχη comparare. Citria arbor, flores inchoatos, perfectos, mutandos, mutatos, poma meditatur, inchoat, fecit, perfecit.

Aſſignat tria loca: ouorum puſillorum in receſſu matricis, eorúmque numerum maiorem: ſic enim eſt, vt imperfecta plura ſint. Deinde perfecta celeriùs exiguntur: itaque numerus minor. Secundo loco, ouorum maiorum: infrà autem fœtum.

Ponit deinde opinionem quorundam, qui putârunt in menſe toties coïre quoties parerent, quoniam toties parerent. Neque enim alia animalia pariunt niſi coïerint. Oſtendit rationem erroris: quoniam multo tempore egeant ad perficiendum fœtum. Attende tamen, ibi eſſe mendum: legebatur enim, οἷόν τε: ſed legendum οἴονται. Theodorus, *id genus piſcium ſæpiùs menſe coëat, & pariat*: ſaltem addidiſſet vim verbi illius οἷόν τε: id eſt, poſſit coïre. Sed falſum eſt: imò per initia coëunt, neque coëunt. Et barbara locutio eſt. Οἷόν τε τοὺς τοιούτους ἰχθῦς. Sic etiam de Thunno. Bis parere putabant eam: quoniam ſerum fœtum alterum à priore edebat. Neque te moueat quod infrà dixit, ἐπικυΐσκεται. Nam illa ſuperfœtatione gerunt vterum menſes ſex. Nunc de editione vnius conceptus, quæ intra menſem abſoluitur, ſcribit.

Πολλάκις καὶ πολὺν χρόνον. Theodorus, *repetens ſæpè, & diu peragens*: malè. Neque enim verbum *perago*, tractum admittit. Eſt enim finem imponere: peragit vltimo nixu.

Τὰ δὲ κάτωθεν ἐν τῇ ὑστέρᾳ. Theodorus, *vt dum ſuperiùs oua contrahit, inferiùs coquat, atque perficiat*. Imò verò in receſſu matricis coquit vt abſoluat poſteà, & abſoluta tandem mutet in animal: illud etiam malè tranſtulit, τὰ μὲν μείζω, τὰ δὲ ἐλάττω, πολλά: complura alia maiora, alia minora. Non retulit complura ad minora, malè.

Ἔμβρυα ἤδη, fœtum iam: ſcilicet deformatum.

CVI. ARISTOTELES.

Οἱ μὲν οὖν ἄλλοι γαλεοὶ, καὶ ἐξαφιᾶσι καὶ δέχονται εἰς ἑαυτοὺς τοὺς νεοττοὺς, καὶ αἱ ῥῖναι, καὶ αἱ νάρκαι. ἤδη δὲ ὤφθη νάρκη μεγάλη, περὶ ὀγδοήκοντα ἔχουσα ἐν ἑαυτῇ ἔμβρυα. ὁ δὲ ἀκανθίας, μόνος οὐκ εἰσδέχεται τῶν γαλεῶν, διὰ τὴν ἄκανθαν. τῶν δὲ πλατέων, τρυγὼν καὶ βάτος οὐ δέχονται, διὰ τὴν τραχύτητα τῆς κέρκου· οὐκ εἰσδέχεται δὲ οὐδὲ βάτραχος τοὺς νεοττοὺς, διὰ τὸ μέγεθος τῆς κεφαλῆς, καὶ τὰς ἀκάνθας. οὐδὲ γὰρ ζωοτοκεῖ μόνος τούτων, ὥσπερ εἴρηται πρότερον.

Cæterùm muſtelorum genera & emittunt, & admittunt intra ſe catulos. Item ſquatinæ & torpedines. Iam verò deprehenſa eſt grandior torpedo, quæ ad octoginta contineret in ſe fœtus. Solus muſtelorum ſpinus non recipit propter ſpinam. E latioribus, neque paſtinaca, neque raia ob chordæ aſperitatem. Ac ne rana quidem fœtus ſuos recipit, tùm ob capitis magnitudinem, tum ob ſpinas. Quin ne animal quidē parit hæc ſola hoc in genere, quemadmodum antea dictum eſt.

CAESAR.

NVnc affectum mirabilem narrat: tenellum adhuc fœtum intra ſe recipiendi vbi libuerit: & ponit differentiam inter eos, & cauſſam. Ad poſtremum, cùm de rana ita loquitur, vt

excludat ab hoc affectu, duas aſſignat cauſſas: capitis magnitudinem, & ſpinæ incommoda. Superaddit autem & tertiam: quoniam in cartilagineorum genere videatur ſpuria: neque enim animal parit.

Raia malè, vt ſuprà in Codice Theodori, pro rana, vt βάτος, pro βάτραχος legitur.

CAPVT NONVM,

Semen genitale in piſcibus maribus cartilagineis: differentia meatuum genitalium marium, & fœminarum.

CVII. ARISTOTELES.

Αἱ μὲν οὖν πρὸς ἄλληλα διαφοραί, τοῦτον ἔχουσι τὸν τρόπον αὐτῶν, καὶ ἡ γένεσις ἡ ἐκ τῶν ᾠῶν. οἱ δὲ ἄρρενες, περὶ τὸν χρόνον τοῦτον τῆς ὀχείας, τοὺς πόρους ἔχουσι πλήρεις θοροῦ ὄντας, ὥστε θλιβομένων, ῥεῖν ἔξω τὸ σπέρμα λευκόν. εἰσὶ δὲ οἱ πόροι δίκροοι, ἀπὸ τοῦ ὑποζώματος τῆς μεγάλης φλεβὸς ἔχοντες τὴν ἀρχήν. περὶ μὲν οὖν τὸν χρόνον τοῦτον ἤδη διάδηλοι πρὸς τὰς τῶν θηλειῶν ὑστέρας εἰσὶν οἱ πόροι τῶν ἀρρένων· ὅταν δὲ μὴ αὕτη ἡ ὥρα, ἧττον διάδηλοι τοῖς μὴ συνήθεσι γίνονται. πάμπαν γὰρ ἐνίοις καὶ ἐνίοτε ἄδηλοι γίνονται, ὥσπερ ἐλέχθη περὶ τῶν ὀρχέων ἐν τοῖς ὄρνισιν.

Quo differant inter ſe, quóque generentur ex ouis, is modus eſt. Mares autem hoc ipſo tempore coïtus, meatus habent genituræ plenos: adeo vt expreſſis exeat inde candidum ſemen. Sunt ij binij, à magna vena ſub præcordiorum ſepto orti. Tunc igitur adeo conſpicui ſunt in maribus meatus illi, vt ad fœminarum matrices reſpondeant proportione. Alio tempore minùs deprehendi poſſunt, niſi à peritis. Omnino enim quibuſdam certo tempore nulli apparent: ſicuti de auium teſtibus dictum eſt.

CAESAR.

De generatione cùm ſit hiſtoria, & de fœminarum officio ſcripſerit: nunc ad marium partes tranſit: mox ad ipſam generationem: tam in eodem genere, quàm in diuerſo.

Οἱ δὲ ἄρρενες. Theodorus, *mares piſcium:* non rectè. Neque enim de vniuerſo genere piſcium loquitur, ſed de cartilagineis tantùm. Quanquam enim verum eſt, tamen non poteſt deprehendi. Quis enim vidit ſquillarum vaſa ſeminalia, aut cancrorum? Prætereà falſum eſt omnibus piſcibus ſubſidere, neque apparere alio tempore à coïtu. Non enim cetaceis. Poſtremò additum eſt verbum illud à Theodoro: non à Philoſopho poſitum.

Θλιβομένων. Theodorus, *attritu*: maluimus nos, *expreſſis*, ſcilicet meatibus.

Δίκροοι, Theodorus, *bifurces:* alibi oſtendimus quadrifidum eſſe quod bifurcum. Nũc etiam analogiam improbamus. Prætereà non ſunt bifurcati meatus: ſed bini in ſingulis, vtrinque ſinguli.

Ἤδη διάδηλοι πρὸς τὰς τῶν θηλειῶν ὑστέραν. Πρὸς, ſignificat proportionem. Nam matrices fœmellis coïtus tempore item tolluntur. Theodorus dum quærit orationis amænitatem, corrupit, aut neglexit penè omnia. Eius verba ſubieci. *Paténtque eo tempore etiam imperitis: ſcilicet incremento ſeminis, & turgentis faſtũ libidinis.* Principio, verbum, *patent*, ambiguum admodum eſt, cùm de meatibus loquare: quos hiare, per id verbum poſſis intelligere. Deinde: vt omiſit tota illa: ὅταν δὲ μὴ αὕτη ἡ ὥρα: ita addidit, & extra Philoſophi orationem, *incrementum ſeminis*: &, κακοζηλοτέχνως, *faſtum turgentis libidinis.* Neque enim Latinè dicas, *libidinem turgere*, ſed *membra*: faſtum autem, vereor, ne rideant etiam doctiores. Sanè puerile eſt, ne dicam Græcum.

CVIII.

CVIII. ARISTOTELES.

Ἔχουσι δὲ διαφορὰς καὶ ἄλλας πρὸς ἄλληλα, οἵ τε θορικοὶ πόροι καὶ οἱ ὑστερικοί, καὶ ὅτι οἱ μὲν, προσπεφύκασι τῇ ὀσφύϊ, αἱ δὲ τῶν θηλειῶν πόροι, εὐκίνητοί εἰσι, καὶ λεπτῷ ὑμένι περιειλημμένοι. θεωρείσθωσαν δὲ καὶ αἱ τῶν ἀρρένων πόροι, ὡς ἔχουσιν, ἐκ τῶν ἀνατομῶν διαγεγραμμένων.

Seminales meatus, & matricales inter ſe differunt. Eo etiam, quòd hi quidem hærent lumbis: fœminis autem bene mobiles ſunt, tenuíque membrana obuoluti. Marium meatus vt ſe habent, ſpectare poteris in picturis diſſectorum animalium.

CAESAR.

DIFFERENTIAS videtur duas ponere: ſed vna tantùm eſt. Quòd meatus in fœminis mobiles ſunt: matrici enim ſeruiunt, quæ mobilis eſt. At cùm dicit tenui membrana inuolui: id eſt vtriſque commune.

Οἵ τε θορικοὶ πόροι καὶ οἱ ὑστερικοί. Quoniam Ariſtoteles putat à fœmina non demitti ſemen genitale ad generationem: de quo latiùs x. horum librorum, & in noſtris de *Semine genitali*. Itaque, vt vult Philoſophus, οἱ θορικοὶ πόροι, marium, non fœminarum ſunt. Theodorus ſenſum interpretatus eſt, non verba.

Θεωρείσθωσαν δέ. Theodorus ſuſtulit τῶν ἀρρένων: & fecit omnibus commune.

CIX. ARISTOTELES.

Ἐπικυΐσκεται δὲ τὰ σελάχη, καὶ κύει τοὺς πλείστους μῆνας ἕξ.

Superfœtant cartilaginea, ac ventrem gerunt menſes, cùm diutiſſimè plurimos, ſex.

CAESAR.

INTELLIGE poſt certa oua concepta, alia concipere. Sed non ſunt hæc oua magis inter ſe diſsimilia, quàm in vtroque genere inter ſeipſa. Dico prioris conceptus oua differre inter ſe perfectione. Alia in matricis receſſu minima, alia maiora, deſcendentia: alia iam formata in fœtum.

CX. ARISTOTELES.

Πλειστάκις δὲ ἀποτίκτει ὁ καλούμενος τῶν γαλεῶν ἀστερίας· ἀποτίκτει γὰρ δὶς τοῦ μηνός· ἄρχονται δὲ ὀχεύεσθαι μηνὸς Μαιμακτηριῶνος.

Qui dicitur aſterias *ſæpiſsimè parit: quippe bis in vno menſe: coire incipit Septembri.*

CAESAR.

NVNC à numero partium per genera. Ἀστερίας, *ſtellaris* Theodorus: rectè: *ſtellionem* dicas commodiùs, niſi ſit æquiuocum cum lacerti ſpecie. Sed ſic eſt, canicula, vulpecula, hinnulus, muſtelus.

CXI. ARISTOTEES.

Οἱ δὲ ἄλλοι γαλεοί, δὶς τίκτουσι, πλὴν τοῦ σκυλίου· τοῦτο δὲ ἅπαξ τοῦ ἐνιαυτοῦ.

Cæteri muſteli bis pariunt, præter caniculam, quæ ſemel in anno tantùm.

CAESAR.

VT canicula minimè fœcunda: partuum frequentia plus alij: fœcundiſsimus aſterias.

CXII. ARISTOTELES.

Τίκτουσι δὲ πάντα τοῦ ἔαρος αὐτάς· ῥίνη δὲ καὶ τοῦ μετοπώρου πρὸς δύσιν πλειάδος χειμερινήν, τὸ ὕστερον· τὸ δὲ πρότερον, τοῦ ἔαρος. εὐθηνεῖ δ' αὐτοῖς μάλιστα μὲν ὁ γόνος ὕστερον· αἱ δὲ νάρκαι, περὶ τὸ φθινόπωρον.

Cartilaginea omnia vere pariunt. Squatina autem cùm vere primùm, tùm etiam Autumno. Iterum brumali occaſu Vergiliarum. Qui poſteriores fœtus, feliciores. Torpedo autem circa Autumnum.

CÆSAR.

NVNC à temporibus: ſed cùm torpedo vere non pariat, non dixiſſem ego, πάντα. Nam πάντα ſignificat, non ſolos muſtelos, ſed cartilaginea omnia. Dicit enim ῥίνη δὲ καὶ τοῦ μετοπώρου. τὸ, καὶ, copulat genera: & inuerſus eſt ordo: πάντα τοῦ ἔαρος αὐτάς: & ὁ γόνος ὕστερον: meliùs, πάντα αὐτάς: & ὁ ὕστερον γόνος. τὸ, ὕστερον, autem interpretati ſumus, *iterum*: ſatis commodè.

Εὐθηνεῖ. Theodorus, *felicior*: rectiſsimè: εὐθηνεῖ, ſignificat proſpero euentu vti ac ſucceſſu felici. Hoc eodem libro de ouis, vſus eſt Philoſophus, κακοθηνεῖν τὰ πρόβατα dixit, ſi minores natu oues non ſtato tempore libidine incitentur, annum gregi infelicem portendi. Et libro octauo huius operis de piſcibus flumina ſubeuntibus, dixit εὐθηνοῦσι: quod Theodorus vertit, *præſtant*.

CXIII. ARISTOTELES.

Ἐκτίκτει δὲ τὰ σελάχη πρὸς τὴν γῆν, ἐκ δὲ τοῦ πελάγους καὶ τοῦ βαθέος ἐπανιόντα, διά τε τὴν ἀλέαν, καὶ διὰ τὸ φοβεῖσθαι περὶ τῶν τέκνων.

Ex alto ac profundo terram repetunt, vbi pariant cartilaginea, tum captantia teporem, tum catulis metuentia.

CÆSAR.

NVNC à loco: & cauſſam aſsignat duplicem ἐπανιόντα. Theodorus, *repetunt*: rectè: ἐπὶ ſignificat locum ad quem: ανα ſignificat, reuerſionem. Nam ſi nata ſunt ad littus, eadem cùm parere volunt, ſi petunt littus, ſanè repetunt.

Τὴν γῆν. Theodorus ſimpliciter poſuit vt nos, *terram*: omnia enim comprehendiſſet: maluit dicere, *littus*: non ſatis habebat: addidit, *vada*: addidit etiam, *gurgite*. Cùm non neceſſe ſit ea gurgitibus contineri. Addidit etiam illa: *cùm tempus pariendi inſtat*.

Περὶ τέκνων. Theodorus, *progeniem tutiùs collocent*. At collocare liberos, eſt dare nuptum, apud eos qui Latinè loquuntur.

CXIV. ARISTOTELES.

Τῶν μὲν οὖν ἄλλων ἰχθύων παρὰ τὰς συγγενείας οὐδὲν ὦπται συνδυαζόμενον· ῥίνη δὲ μόνη δοκεῖ τοῦτο ποιεῖν, καὶ βάτος. ἔστι γάρ τις ἰχθὺς ὃς καλεῖται ῥινόβατος. ἔχει γὰρ τὴν μὲν κεφαλὴν καὶ τὰ ἔμπροσθεν, βάτου, τὰ δ' ὄπισθεν, ῥίνης, ὡς γινόμενος ἐξ ἀμφοτέρων τῶν ἰχθύων.

Aliorum piſcium nullus viſus eſt extra genus ſuum coïre. Sola ſquatina & raia hoc facere videtur. Eſt enim piſcis qui Squatinoraia *appellatur. Caput is, partéſque anteriores raiæ habet, poſteriora ſquatinæ: quaſi compoſitus ex vtroque.*

CÆSAR.

AFFECTVS à miſtione ſpecierum: ſicut in mulo, hybrida, lyciſca. Nam quod ait Porphyrius, ſpecies non miſceri vt vna fiat, falſum eſt: ſic fit in plantis caulorapa.

Ῥινόβατος, Theodorus, *ſquatinoraiam* vertit non infeliciter. Plinius hiſtoriam tantùm tradit: nomen verò animalis non ponit. An verò hic piſcis in rerum natura ſit, vt quidam docti viri negant, ingenuè fateor me neſcire: qui etſi multum ſtudij ponam in diſquiſitione hiſtoriæ naturalis,

naturalis, longè tamen abſum ab iis locis, in quibus hæc percontari ab incolis, & harum rerum peritis, licet. Quod autem autoritate Galeni in tertio de *Vſu partium* aiunt, diſſidentia corpora ſecundùm naturam minimè poſſe miſceri: fateor: neque enim equus lupam, canem, aut leænam inibit: ſunt enim diuerſiſsimæ ſpeciei. At equa ex tauro pariet hinnulum, qualem fœminam nos habemus, duo tubercula in capite gerentem, quaſi principia cornuum paternorum referat. Hæc tamen ſunt ſatis inter ſe diſsita, & minùs conuenientia, quàm raia cum ſquatina. De re tamen mihi penitùs incerta iudicium ferre meum non eſt. At Ariſtotelem ex aliorum tantùm auditu huius piſcis nomen appoſuiſſe, ipſique omnino ignotum, putare mihi certè religio eſt.

Γινόμενος Theodorus, *proueniens*: nos *compoſitus*: magis compoſitè, vt opinor: *factus*.

CXV. ARISTOTELES.

Οἱ μὲν οὖν γαλεοὶ καὶ οἱ γαλεοειδεῖς, οἷον ἀλώπηξ καὶ κύων, καὶ οἱ πλατεῖς ἰχθύες, νάρκη, καὶ βάτος, καὶ λειόβατος, καὶ τρυγὼν, τὸν εἰρημένον τρόπον ζωοτοκοῦσιν ᾠοτοκήσαντες.

Igitur muſteli, & muſtelacei, vt vulpecula, & canicula: item latiores, vt torpedo, & raia, & læuiraia, & paſtinaca, eo quo diximus modo, ex conceptis ouis animal edunt.

C Æ S A R.

Lavdit hiſtoriam quæ ſubſtantiam rei continet. Nam hactenus modos recenſuit. Meminimus ranam marinam excipere, quæ ſola animal non parit.

Theodorus οἱ πλατεῖς ἰχθύες: *& plani*: meliùs, *item*: quàm, *&*. Ne videatur coniungere planos cum muſtelis: ſed & πλατεῖς potiùs *lati*, quàm *plani*. Planum enim eſt affectus æquationis ſuperficiei: latum eſt dimenſio.

In noſtro Codice ſcriptum erat πρόβατον. At Theodorus λειόβατον legit, optimè *læuiraiam*, à cute læui: de qua Galenus libro tertio de *Facultate alimentorum*, & Athenæus in octauo, eámque βρομώδη eſſe ait.

CAPVT DECIMVM,

Fœtus piſcium viuiparorum.

CXVI. ARISTOTELES.

Δελφὶς δὲ καὶ φάλαινα, καὶ τὰ ἄλλα κήτη ὅσα μὴ ἔχει βράγχια, ἀλλὰ φυσητῆρα, ζωοτοκοῦσιν. ἔτι δὲ πρίστις καὶ βοῦς. οὐδὲν γὰρ τούτων φαίνεται ἔχον ᾠὰ, ἀλλ' εὐθέως κύημα· ἐξ οὗ διαρθρουμένου γίνεται τὸ ζῶον, καθάπερ ἄνθρωπος, καὶ τῶν τετραπόδων τὰ ζωοτόκα.

Delphin autem & balæna, aliáque cete quæcunque non branchias, ſed fiſtulam habent, animal gignunt. Item priſtes & bos. Horum enim in nullo inuenta oua ſunt: ſed ſtatim fœtus. Ex quo dearticulato animal generatur, quemadmodum homo: & quadrupedes quæ pariunt animal.

C Æ S A R.

Nvnc ad cete tranſit non probo conſilio. Nam ab auibus ouiparis ad ouiparos piſces tranſitus erat breuior & ipſi hiſtoriæ coniunctior. Deinde tranſeundum fuit ad cete: quæ ſcilicet animal pariunt: atque ab his ad quadrupedes per vituli marini naturam inter vtraque mediam.

Quæ fiſtulam habent: hoc eſt ſignum, non cauſſa.

Διαρθρουμένου, *in formam redacto*, Theodorus: intellige figuram, non ἐντελέχειαν. Et ſanè Latinè locutus eſt: verùm cùm dicit, *ex quo animal conſtat*: falſum eſt. Neque enim ego conſto ex fœtu: deſiuit enim eſſe κύημα, adepta forma, in quam redactum dicit: ſed factus ſum ex fœtu. Sicut in ſecundo *Phyſicorum*, dicimus annulum fieri ex armilla.

CXVII.

CXVII. ARISTOTELES.

Τίκτει δὲ ὁ μὲν δελφὶς, τὰ μὲν πολλὰ ἕν, ἐνίοτε δὲ καὶ δύο· ἡ δὲ φάλαινα, ἢ δύο τὰ πλεῖστα καὶ πλειστάκις, ἢ ἕν. ὁμοίως δὲ τῷ δελφῖνι καὶ ἡ φώκαινα. καὶ γάρ ἐστιν ὅμοιον δελφῖνι μικρῷ. γίνεται δὲ ἐν τῷ Πόντῳ. διαφέρει δὲ φώκαινα δελφῖνος. ἔστι γὰρ τὸ μέγεθος ἔλαττον, εὐρύτερον δὲ ἐκ τοῦ νώτου· τὸ χρῶμα κυανοῦν. πολλοὶ δὲ δελφίνων τι γένος εἶναί φασι τὴν φώκαιναν.

Delphin vnum ferè parit: interdum etiam duos. Balæna vel duos: atque id adeò frequenter: vel vnum. Similis lex phocænæ cum delphino. Siquidem minori delphino quoque ſimilis ipſa eſt. Naſcitur in Ponto. Hoc verò ab illo differt, quòd & minor eſt & dorſo latiore, colore cæruleo. Phocænam generi delphinorum multi attribuêre.

CAESAR.

PER genera procedit, & phocænam annumerat: quam *tyrſionem* vertit Gaza, ductus vt opinor, Plinij verbis, qui in nono turſionem delphino ſimilem eſſe ait: ſed aſpectu triſti, & canicularum roſtro ad maleficium. At ſi tyrſio phocæna eſſet, Ariſtotelis differentia non eſſet ſolùm conſtituta in magnitudine. Ea ſola phocænam à delphino differre ait Philoſophus quin & à quibuſdam generi delphinorum aſcribitur. Et in octauo huius operis mentio fit phocænæ, quæ in Ponto naſcatur: in quem nullam intrare beſtiam maleficam narrat Plinius cap. quinto decimo noni libri, præter vitulos & paruos delphinos. Idque expreſſit in nono huius operis, vbi tamen καὶ δελφῖνας, καὶ φωκαίνας, καὶ δελφῖνας μικροὺς memorat, vt delphini, & phocænæ, & parui delphini diuerſi ſint. At ſi tyrſio caniculæ roſtrum habet, cum vero delphino multùm diſtat. Tyrſio etiam eſt triſti aſpectu, vt diximus ex Plinio. Quo ductus puto verum tyrſionem eſſe, qui è Cantabrico Oceano huc aliquando vænum adfertur. Delphin quidem putatur: at vulgus *Marſoin*, quaſi maris ſuem, & *Mirſoupam* vocat: tergore ſanè lato, aſpectu triſti, roſtro caniculæ. Frequens in Cantabria & Burdigalæ. Eum tamen phocænam eſſe non putamus. Eámque ſolis Ponti accolis notam. Poſtquam autem dixit, ὁμοίως τῷ δελφῖνι: apponit cauſſam. Nam ipſa quoque ὁμοία eſt. In neutro dixit Philoſophus, vt naturam ipſam comprehenderet: ſcilicet totum genus. Cæſar eſt ſimile Platoni. Intelligis per formam ipſam non per accidentia: ſed repetere non eſt veritus: ἔστι γὰρ τὸ μέγεθος ἔλαττον.

CXVIII. ARISTOTELES.

Ἀναπνεῖ δὲ πάντα ὅσα ἔχει φυσητῆρα, καὶ δέχεται τὸν ἀέρα. πλεύμονα γὰρ ἔχουσι. καὶ ὅ γε δελφὶς ὦπται, ὅταν καθεύδῃ, ὑπερέχων τὸ ῥύγχος, καὶ ῥέγχει καθεύδων.

Spirant omnia quæ habent fiſtulam, atque aërem excipiunt. Pulmonem enim habent. Quin animaduertêre delphinum extante roſtro dormientem, atque per ſomnum ſtertentem.

CAESAR.

ET repetit quæ alibi dixit, & præter operam: nihil enim facit hoc ad generationem. Cùm dixit ἀναπνεῖ, definiuit additis verbis illis: καὶ δέχεται τὸν ἀέρα: & cauſſam πλεύμονα γὰρ ἔχουσι. Ponit hiſtoriam delphini habitu dormientis, vt aërem poſſit excipere. Probat eum dormîſſe tunc: quia ſtertebat. Sed negligenter admodum narrat: καὶ ῥέγχει καθεύδων: niſi legas ῥέγχειν.

Ὑπερέχων τὸ ῥύγχος. Theodorus, *roſtro emerſo*: rectè, ſed duriùs: potiùs, *extante roſtro.*

CXIX. ARISTOTELES.

Ἔχει δὲ ὁ δελφὶς καὶ ἡ φώκαινα γάλα, καὶ θηλάζονται· καὶ εἰσδέχονται δὲ τὰ τέκνα μικρὰ ὄντα.

Habet autem tam delphin, quàm phocæna lac, quod catulis ſuis præbeant. Quos etiam dum puſilli ſunt, intra ſe recipiunt.

CAESAR.

COmmodiùs cum quadrupedibus viuiparis, & partus, & officia narraret: quoniam natura communis, & quòd animal pariunt: & quòd ſpirent. Sed ἀσθενῆ τὰ τέκνα, Theodorus Plinium ſecutus vertit: *geſtant fœtus infirmos infantia.*

CXX. ARISTOTELES.

Τὴν δὲ αὔξησιν τὰ τέκνα τῶν δελφίνων ποιοῦνται ταχεῖαν. ἐν ἔτεσι γὰρ δέκα, μέγεθος λαμβάνουσι τέλειον.

CApiunt incrementum celeriter delphinorum catuli. Decimo enim anno iuſtam abſoluunt magnitudinem.

CAESAR.

TRactus conceptionis, geſtationis, parturitionis, incrementi, ætatis. Hæc omnia pertinent ad generationem.

Τέλειον, *ſummam*, Theodorus: intellige ſuam ipſorum: planiùs, & minore periculo dicas, ſicut nos: *iuſtam*: ſic τέλος vectigal, quod iuſtum eſt.

CXXI. ARISTOTELES.

Κύει δὲ δέκα μῆνας.

GErit vterum menſes decem.

CÆSAR.

VT ad hominis naturam propiùs accedat: quem etiam diligit.

CXXII. ARISTOTEES.

Τίκτει δὲ ὁ δελφὶς ἐν τῷ θέρει, ἐν ἄλλῃ δὲ ὥρᾳ οὐδεμιᾷ.

PArit æſtate delphin, neque alio tempore.

CAESAR.

ERgo ſemel parit, ſed mirum eſt eo parere tempore, quo catulos diu tueri nequeat. Latet enim diebus canicularibus triginta, vt mox dicet: & tamen φιλότεκνόν ἐστι.

CXXIII. ARISTOTELES.

Συμβαίνει δὲ καὶ ἀφανίζεσθαι αὐτὸν ὑπὸ κύνα περὶ τριάκοντα ἡμέρας.

FIt etiam vt lateat ſub ortu caniculæ circiter triginta dies.

CAESAR.

MIrum latere poſſe, cui neceſſaria ſit reſpiratio. Adeò naturæ conſilia incomperta ſunt nobis.

CXXIV. ARISTOTELES.

Παρακολουθεῖ δὲ τοῖς τέκνοις πολὺν χρόνον, ἔστι δὲ τὸ ζῷον φιλότεκνον.

CAtulos ſuos diu comitatur: quippe magna erga eos charitate eſt.

CAESAR.

CÆSAR.

HOc quoque ad mores potiùs ſpectat, quàm ad generationis hiſtoriam. Theodorus addidit, *adultos*: ex Plinio. Sed ille ſequutus eſt τὸ, πολὺν χρόνον: ſi enim id diu facit, & illi celeriter creſcunt: adultos igitur comitatur.

CXXV. ARISTOTELES.

Ζῇ [γὰρ] ἔτη πολλά. δῆλοι γὰρ ἔνιοι γεγόνασι βιοῦντες, οἱ μὲν, πέντε καὶ εἴκοσιν ἔτη, οἱ δὲ, τριάκοντα. ἀποκόπτοντες γὰρ ἐνίων τὸ οὐραῖον οἱ ἁλιεῖς ἀφιᾶσιν, ὥστε τούτῳ γνωρίζεσθαι τοὺς χρόνους αὐτῶν.

Viuit annis pluribus. Etenim aliquem ad quinque & viginti vixiſſe annos conſtitit: alium autem & ad triginta. Id quod obſeruârunt piſcatores amputatis caudis atque ab ſe amiſſis: quo argumento eorum ætatem deprehendêre.

CÆSAR.

NVNC claudit hiſtoriam vitæ tractu: quam cùm narrauit, addidit argumenta probationis, à conſuetudine piſcatorum: quam per verba præſentis temporis explicauit, vt eius veritatem aſſeueraret: quippe quod ſuo tempore fiebat, factum olim potuiſſe. Iccirco & ἀποκόπτοντες, & ἀφιᾶσι, & γνωρίζεσθαι dixit.

Theodorus addidit ſatis feliciter nitorem orationi: τοὺς χρόνους, *ætatem* dicas: ſic Latinè *ætatis tempus*.

CAPVT VNDECIMVM,

De Vitulo marino.

CXXVI. ARISTOTELES.

Ἡ δὲ φώκη, ἔστι μὲν τῶν ἐπαμφοτεριζόντων ζώων· οὐ δέχεται μὲν γὰρ τὸ ὕδωρ, ἀλλ᾽ ἀναπνεῖ καὶ καθεύδει, καὶ τίκτει ἐν τῇ γῇ μὲν, πρὸς τοῖς αἰγιαλοῖς δὲ, ὡς οὖσα τῶν πεζῶν. διατρίβει δὲ τοῦ χρόνου τὸ πολὺ, καὶ τρέφεται ἐκ τῆς θαλάσσης· διὸ μετὰ τῶν ἐνύδρων περὶ αὐτῆς λεκτέον.

Vitulus autem marinus vtriuſque particeps eſt. Nam neque aquam recipit, ſed reſpirat: atque etiam tum dormit, tum parit in terra, ad littora tanquam animal terræ incola. At in mari cùm maiorem ætatis ſuæ partem exigat, atque ex eo ſibi victum petat, de eo inter aquatiles dicendum eſt.

CÆSAR.

QVONIAM bouem inter cetacea, iccirco vitulus videbatur referri debere: ſed obſtabant quædam quominus plena natura conueniret. Ea hîc ponit: & comparat argumenta vtriuſque generis: potiorémque cenſet aquaticum: propterea quòd, quæ res videbantur ipſum facere τῶν πεζῶν, eæ etiam piſcibus ſunt communes: ſpirare aquam, non recipere: hoc etiam faciunt delphini: parere in terra, hoc faciunt teſtudines: at in mari eſſe, & ibi viuere: id piſcem teſtatur. Exit etiam in terram ad vites depopulandas in Illyrico, vt alibi diximus. Cùm igitur ſit ἀμφοτερίζων, ſanè rectè ſecuimus hoc Caput à ſuperiori, contra ſententiam Theodori.

Poſſit Criticus ridere Philoſophum, qui dixit καθεύδει, quaſi verò piſces ipſi non dormiant: aut non multis quoque argumentis iam ipſe Ariſtoteles id probauerit: ſed ita legendum eſt: καὶ καθεύδει, καὶ τίκτει ἐν τῇ γῇ: dormit in terra, non in mari: quod magno flagitio corrupit Theodorus. *Et dormit, & egreſſus in terram parit, &c.*

Τοῦ χρόνου τὸ πολὺ: quod multum eſt temporis, id etiam eſt plus. Quanquam de æqualibus partibus duabus in quas totum diuiſum ſit, tempus æquè multum poſſis dicere: ſed vſus abhorret ab his ſubtilitatibus.

CXXVII. ARISTOTELES.

Ζῳοτοκεῖ μὲν οὖν εὐθὺς ἐν αὑτῇ, καὶ τίκτει ζῷα· καὶ χορίον, καὶ τὸ γάλα προΐεται, ὥσπερ πρόβατον.

Concipit igitur illicò intra ſe animal, atque edit: itémque ſecundas eiicit, & lac pecudum more.

CÆSAR.

HÆc potiùs ad terreſtria: cùm autem ſecundas nominauit, προΐεται, commune tam ad ſecundas, quàm ad lac poſuit: paulò duriuſcule: quod Theodorus emolliuit, *lac reddit.*

CXXVIII. ARISTOTELES.

Τίκτει δ' ἓν ἢ δύο, τὰ δὲ πλεῖστα τρία.

Vitulorum quos parit numerus ſinguli, biníue: frequentiſſimè verò etiam terni.

CAESAR.

POnit numerum: dixit τὰ πλεῖστα τρία: iccirco dixerat τίκτει ζῷα. At Plinius nunquam geminis plures parere ait.

CXXIX. ARISTOTELES.

Καὶ μαστοὺς δ' ἔχει δύο, ἐ θηλάζεται ὑπὸ τῶν τέκνων, καθάπερ τὰ τετράποδα.

Bina habet vbera, quibus lactat fœtus ſuos: quemadmodum & quadrupedes.

CAESAR.

Ὥσπερ τὰ τετράποδα: aut quia ipſe eſt τετράπους: ſic etiam ſuprà, ὡς ἔμψυχον κινεῖται, de corde: aut quia eſt κεκολοβωμένος. Eſt comparatio tantùm lactandi, non explicatio naturæ.

CXXX. ARISTOTELES.

Τίκτει δ' ὥσπερ ἄνθρωπος πάσας ὥρας τοῦ ἔτους, μάλιστα δ' ἅμα ταῖς πρώταις αἰξίν.

Parit autem omni tempore anni, ſicut & homo: potiſſimum autem cum primis capellis.

CAESAR.

HOc quoque terreſtris naturæ eſt: itaque ad terreſtria potiùs reducas, contra Philoſophi ſententiam. Nam etiam mergi in aqua diu verſantur, & inde victitant, & anates. Nam vbi capias ſomnum, ibi inuenias maximè naturæ tuæ quod conueniat.

Primæ capellæ. Non vbiuis eodem tempore pariunt capellæ: ſed in Aquitania toto pene anno habemus hædos: exceptis Octobri, & Nouembri. Nonnunquam etiam in his eſitauimus: vt neſcias quæ primæ ſint: ſed ſunt ſanè hîc aut Nouembri, aut Decembri menſe. In Illyrico pariunt affecto Ianuario ſub ipſum ver. Sic malo interpretari, quàm ſidus Capellæ, vt quidam admonebat ambitiosè. Modus autem orationis breuis eſt: *parit cum primis capris:* ſcilicet eius primus partus, cum primo caprarum partu.

CXXXI. ARISTOTELES.

Ἄγει δ' περὶ δωδεκαταῖα ὄντα τὰ τέκνα, εἰς τὴν θάλατταν πολλάκις τῆς ἡμέρας, συνεθίζουσα κατὰ μικρόν· ταῦτα δ', κατάντη φέρεται, ἀλλ' οὐ βαδίζει, διὰ τὸ μὴ δύνασθαι ἀπερείδεσθαι τοῖς ποσί.

Vitulos deducit ſuos duodecimo circiter quàm peperit die in mare: identidem interdiu paulatim aſſueſcens. Ij autem proni repunt, nec ambulant: quippe inniti pedibus qui nequeant.

CAESAR.

NVNC officium circa ſobolem: ponit tempus: duodecim dies: vt neque dura ſit ad inſtitutum, neque tenera ad onus. Et ſanè καταντὴ φέρεται: *prona volutantur*: cernua etiam expreſſius diceres: ſed vitauimus ambitionem. Nam quod Theodorus dixit, *decliuis fertur*: quis ferat? ſi enim ſæpius in die deducit ac reducit: quomodo poteſt decliuis ferri à mari in littus ſurſum? omiſit autem Theodorus tota illa: πολλάκις τῆς ἡμέρας: at pars nobilis hiſtoriæ eſt: vt interdiu deducat, non noctu, ob inſidias.

CXXXII. ARISTOTELES.

Συνάγει δὲ καὶ συστέλλει ἑαυτήν. σαρκῶδης γάρ ἐστι καὶ μαλακὸν, καὶ ὀστᾶ χονδρώδη ἔχει.

Colligere, & contrahere ſeipſum poteſt. Carnoſus enim eſt & mollis: oſſáque eius cartilaginea.

CÆSAR.

NVNC affectus à ſubſtantia corporis ponit, per motum. Hæc enim eſt naturalis Philoſophi contemplatio: verùm hîc non erat locus: ſed in ea parte, qua de oſſibus agit. Niſi dicas hanc eſſe rationem, quare καταντὴ φέρεται: quoniam mollis eſt, neque firmo corpore, ſed contractu & remiſſu repunt: quod ſanè verum eſt etiam in adultis. Quare cùm oſſa ipſius propriè oſſa dici non mereantur, inter ea animalia quæ vera oſſa habent, aut ſanè firmiora reponi non debet: ſed hæc aliò ſanè deleganda erant.

Συνάγει, *contrahit*. Ergo habet poteſtatem contrahendi: ſic habet τάσιν, tam ipſe quàm galeus: multis enim locis habet extenſionem: id eſt poteſt extendi: cùm verò dixit ἑαυτήν: mutauit genus in σαρκῶδης: vt ideam illius carnoſitatis explicaret.

Σαρκῶδης Theodorus, *carne abundat*. At quæ carne abundant minùs poſſunt ſe contrahere: interualla enim iuncturarum referta ſunt carne. Sed σαρκῶδης, non à carnis multitudine, ſed à membris pene omnibus carniformibus. Cartilagines enim eius carniformes ſunt: ſicut oſſa cartilaginea.

CXXXIII. ARISTOTEES.

Ἀποκτείνεται δὲ φώκην χαλεπῶν βιαίως, ἂν μή τις πατάξῃ περὶ τὸ κρόταφον. τὸ γὰρ σῶμα σαρκῶδες αὐτῆς.

NEc facilè interficitur, & fruſtrantur conatibus: niſi circa tempora percutiatur. Eius enim corpus carnoſum eſt.

CÆSAR.

AB ea carnoſitate etiam alium euentum deducit: excipit enim ictus, atque eludit. Idémque facit meles animal, quem nos multis ictibus, multis venationibus aggreſſi concidere non potuimus. Quin etiam lupum interfeciſſemus, cúmque montanum. Inflat enim ſeſe meles, vt mirum quiddam ſit: neque venaticorum canum dentem admittit.

Βιαίως, non temerè poſuit Philoſophus. At Theodorus negligenter omiſit. Quò magis ſtudeas vulnerare, hoc plus ferrum reſilit. Itaque οὐ βίᾳ ἀλλὰ τέχνῃ. Quem interfecimus in Illyrico, Hiſtri equites lanceis facilè confodêre.

Πατάξῃ. Theodorus, *eliſis temporibus capitis*: addidit, *capitis* pudenter: ad tollendum temporis ſignificatum ambiguum: ſed non addidit Virgilius in quinto. *Puniceis*, inquit, *ibant euincti tempora ramis*: & eodem: *ſic fatus, cingit viridanti tempora lauro*. Nam de animali ſermo eſt: ſed hæc minuta ſunt, & vulgo cognita. Πατάξῃ autem *eliſis*: nimis proceſſit oratio Theodori. Nanque etiam occipite eliſo, etiam fronte, moriatur: ſed loci opportunitatem tantummodo deſignauit ictibus lethalibus excipiendis. At vt ait Philoſophus περὶ τὸ κρόταφον, ſanè eſt locus opportunus quouis in animali ad interitum.

CXXXIV.

CXXXIV. ARISTOTELES.

Ἀφίησι δὲ ὁμοίαν φωνὴν βοΐ.

Emittit vocem boui ſimilem.

CÆSAR.

PEDEO nomen ei vituli apud nos: ſed etiam in ſomno hoc agere ſcripſit Plinius: quod & ſuo arbitratu addidit Theodorus: cùm Philoſophus tantùm, ἀφίησι δὲ ὁμοίαν φωνὴν βοΐ: & φωνὴν, *mugitum*, reddidit: non malè: eſt enim proprium boum mugire. At planiùs erit cùm addas bouis ſimilitudinem.

CXXXV. ARISTOTELES.

Ἔχει δὲ καὶ τὸ αἰδοῖον ἡ θήλεια ὅμοιον βατίδι. ἅπαντα δὲ τὰ τοιαῦτα ὅμοια γυναιξί.

Habet genitale fœmina ſimile raiæ: atque hæc omnia ſimilia muliebribus.

CÆSAR.

MIra hiſtoria: cùm raiæ genitale neſciremus quale foret, declarauit per mulierem. Plinius vitulos marinos in coitu cohærere canum more ait.

CAPVT DVODECIMVM,

Ouiparorum piſcium partus.

CXXXVI. ARISTOTELES.

Περὶ μὲν οὖν τῶν ἐνύδρων, καὶ ζωοτοκούντων, ἢ ἐν αὑτοῖς, ἢ ἔξω, ἡ γένεσις καὶ τὰ περὶ τὸν τόκον, τοῦτον ἔχει τὸν τρόπον. οἱ δὲ ᾠοτοκοῦντες τῶν ἰχθύων, τὰς μὲν ὑστέρας δικρόας ἔχουσι, καὶ κάτω, καθάπερ ἐλέχθη πρότερον.

De aquaticis, quæ aut intra, aut extra ſe pariunt animal, generatio, partúſque ſic ſe habet. At qui piſces oua edunt, eorum matrix binis ſinubus caua & in imo ſita eſt, quemadmodum antea dictum eſt.

CÆSAR.

TRanſiturus ad ouiparos piſces, colligit quæ dixit, & connumerat quæ antea ſcripſerat de partibus neceſſariis ad generationem: primúmque de his dicet. Deinde de iis qui è nullo ſemine gignuntur: diuidétque priorem hiſtoriam in communem, & priuatam piſcium lacuſtrium.

CXXXVII. ARISTOTELES.

Ὠοτοκοῦσι δὲ πάντες οἱ λεπιδωτοί, οἷον λάβραξ, κεστρεύς, κέφαλος, ἔτελις· καὶ οἱ λευκοὶ καλούμενοι πάντες· καὶ οἱ λεῖοι, πλὴν ἐγχέλυος.

Pariunt oua omnes qui ſquammis teguntur: vt lupus, mugil, cephalus, etelis: atque omnes qui candidi *vocantur. Præterea leues quoque, præter anguillam.*

CÆSAR.

NVnc enumerat genera ouiparorum: notáque facit nota triplici: ſquammarum, coloris, & læuitatis. Notabis nomen τὸ λεῖον, læuitatis ſcilicet multa genera comprehendere: longos, latóſque: atque in latis cartilagineos quoſdam quoque. Quare hîc excipit anguillas rectè. De hoc ſuprà diſputatum eſt: cartilagineos autem illos non excipit: quia recens eſt hiſtoria.

Theodori Codex non habet κέφαλος: eſt enim cephalus, quem etiam *capitonem* poſſumus dicere, piſcis ſatis cognitus, à capitis magnitudine ſic dictus: à quo etiam apud nos idem nomen retinet *Cabox*. Quanuis autem quidam exiſtiment mugilum nomen genus eſſe ſub quo multæ ſpecies contineantur, inter quos & cephalum reponant. Eos tamen diſtinguit hîc Ariſtoteles: vt alius κέφαλος, alius ſit κεστρεύς. Athenæus in ſeptimo ex Hiceſij ſententia mugilum multas ſpecies eſſe ait: κέφαλοι, κεστρεῖς, μύξινοι, χελῶνες. Quis autem ſit etelis certè me ingenuè neſcire fateor. Sunt etenim multi piſces nomine tantùm nobis cogniti, quemadmodum aues & quadrupedes. De quibus potiùs ſuperſedendum, quàm quicquam temerè pronunciandum animi liberalis & candidi ſemper eſſe exiſtimaui.

CXXXVIII. ARISTOTELES.

Ὠὸν δὴ ἴσχουσι τὸ ψαθυρόν. τοῦτο δὲ φαίνεται διὰ τὸ τὴν ὑστέραν εἶναι πλήρη πᾶσαν ᾠῶν, ὥστ᾽ ἔν γε τοῖς μικροῖς τῶν ἰχθύων δοκεῖν ᾠὰ μόνον εἶναι δύο. διὰ τὴν σμικρότητα γὰρ καὶ τὴν λεπτότητα, ἄδηλος ἐν αὐτοῖς ἡ ὑστέρα.

Ovum illud arenidum habent. Hoc autem ſic videtur: propterea quòd tota matrix ouis ſtipata eſt: ita vt in minutis piſcibus duo tantummodo oua eſſe videantur. Cùm propter & paruitatem, & tenuitatem matrix nequeat deprehendi.

CAESAR.

NVNC declarat cuiuſmodi ea ſint oua: dicitque ouum vnum dici: propter maſſam. Et cum additamento arenidi: propter particulas arenulæ ſimiles. Reddit itaque rationem. Quoniam, inquit, matrix adeò ſtipata ouis eſt, vt vnum ouum eſſe videatur: ſcilicet in vtroque ſinu vnum. Nam & propter paruitatem ouorum, & propter tenuitatem membranæ ambientis ea, non poteſt ſenſu capi ipſa membrana. Dixit igitur σμικρότητα oui, quod indicaret paruum: & λεπτότητα ſcilicet membranæ. Quare particula potiùs oui, quàm ouum videretur. Theodorus non intellexit iſtam λεπτότητα, quam interpretatus eſt, *exiguitatem*: ſed de membrana loqui Philoſophum manifeſtum eſt, cùm dixit: ἄδηλος ἡ ὑστέρα. Non eſt igitur ouum vnum: ſed multa contenta in matrice, quæ propter tenuitatem latet nos.

Τοῦτο δὲ φαίνεται: ſcilicet eſſe ᾠόν, non autem ᾠά: quo matrix tota ſtipata eſt: ſi enim non eſſet, tunc interualla ouorum deprehenderentur: itémque ſinus matricis ipſius laxioris. In maioribus autem venoſa eſt matrix, & iccirco apparens. At Theodorus ſic: *quòd & ſi vtero continetur, tamen detectum, & per ſeipſum conſtare videtur*: malè conſuluit fidei ſuæ.

CXXXIX. ARISTOTELES.

Περὶ μὲν οὖν τῆς ὀχείας πάντων τῶν ἰχθύων εἴρηται πρότερον. εἰσὶ δὲ τῶν ἰχθύων οἱ μὲν πλεῖστοι, ἄῤῥενες καὶ θήλεις· περὶ δὲ ἐρυθρίνου καὶ χάννης ἀπορεῖται. πάντες γὰρ ἁλίσκονται κυήματα ἔχοντες.

Ac de piſcium quidem omnium coïtu iam dictum fuit. Piſcium verò pars maxima maris & fœminæ notis diſtinguitur. De rubello & channa dubitatur: omnes enim grauidæ capiuntur.

CAESAR.

REPETIT quod ſuprà dixerat. Ἐρυθρῖνος, *rubellionem* Theodorus ex Plinio. Nos *rubellum*. Galli ferè omnes *rouget*. Romani *phragolinum*: pagro ſimillimus, vt Ligures etiã pagri nomine confundant: vtérque aurata facie: ſed maior longè rubellus, & craſſior, & procerior, & nitore miniato. Channam Theodorus *hiatulam* vertit παρὰ τὸ χαίνειν, quia ſemper ſit ore hiante. In erythrinorum & channarum genere mares non reperiri ait Plinius, atque omnes vuluas habere: vt non immeritò dicat Philoſophus omnes grauidas capi.

CXL. ARISTOTELES.

Συνίσταται μὲν οὖν καὶ ὀχευομένων ᾠὰ τοῖς συνδυαζομένοις τῶν ἰχθύων. ἴσχουσι δὲ καὶ ἄνευ ὀχείας· δηλοῦσι δ᾽ ἔνιοι τῶν ποταμίων. εὐθὺς γὰρ γινόμενοι, ὡς εἰπεῖν, καὶ μικροὶ ὄντες οἱ φοξῖνοι, κυήματα ἴσχουσιν.

Qvanquam autem concreantur oua in coëuntibus, tamen etiam ſine coïtu habent quidam piſces. Deprehenſum hoc eſt in fluuiatilium certis generibus. Pene autem ſtatim quàm nati ſunt. Atque puſilli adhuc phoxini, fœti ſunt.

CAESAR.

C Æ S A R.

QVOD in auium genere dixerat de hypenemiis, hoc idem in piſcibus oſtendit, argumento phocynorum, qui vix dum editi, ouati ſunt. Ij ſunt, aut inter hos qui ab Aquitanis *Treganz* vocantur: ſi non ij, at ſaltem his proximi. Toloſates *grougnautz* dicunt. Hoc igitur illis cum auium genere conuenit.

CXLI. ARISTOTELES.

Ἀποῤῥαίνουσι δὲ τὰ ὠά.

ASpergunt autem oua illa.

C Æ S A R.

BREVIS hiſtoria atque adeò conciſa: ſed conuenit cum hiſtoria auium. Vbi dicebat hypenemia animari ac perfici appulſu maris ſuperuenientis, ſeminéque prolifico irrorantis ea. Hoc autem hîc addidit, ne ſuperfluò à natura faciat in his creari oua. Nihil enim eam fruſtra facere & ipſe ſemper dicit, & Galenus clamat. Icciro dixit τὰ, illa ſcilicet oua vt conſumentur. Theodorus autem cùm dixit, *ſpargunt ſua oua omnes:* non intellexit hoc. Hoc enim eſt σκορπίζειν: at ἀποῤῥαίνειν eſt irrorare, & aſpergere, ſcilicet genitura: quod mox declarabit.

CXLII. ARISTOTELES.

Καὶ καθάπερ λέγεται, τὰ μὲν πολλὰ ὠὰ, οἱ ἄῤῥενες ἀνακάπτουσι, τὰ δὲ, ἀπόλλυται ἐν τῷ ὕδατι· ὅσα δ' ἂν ἐκτέκωσιν εἰς τοὺς τόπους οὓς ἐκτίκτουσι, ταῦτα σώζεται. εἰ γὰρ πάντα ἐσώζετο, παμπληθὲς τὸ γένος ἂν ἦν ἑκάστων. καὶ τούτων δὲ οὐ γίνεται τὰ πολλὰ γόνιμα, ἀλλ' ὅσα ἂν περιῤῥάνῃ ὁ ἄῤῥην τῷ θορῷ· ὅταν γὰρ ἐκτίκτῃ, παρεπόμενος ὁ ἄῤῥην ἐπιῤῥαίνει ἐπὶ τὰ ὠὰ τὸν θορόν· καὶ ὅσαπερ ἂν ἐπιῤῥανθῇ, ἐκ πάντων γίνεται ἰχθύδια· ἐκ δὲ τῶν ἄλλων, ὅπως ἂν τύχῃ.

AC, quemadmodum aiunt, magnam partem ouorum mares deuorant: alia autem pereunt in aqua. Quaecunque autem depoſuerint in loca in quibus pariunt, ea ſuperſunt. Etenim ſi omnia incolumia forent, nimia cuiuſque generis eſſet copia. Quin ne horum quidem quodlibet genitale eſt: ſed quæ irrorârit genitura ſua mas. Etenim dum pariunt, ſequens mas aſpergit oua ſemine ſuo. Quæ igitur aſperſa fuerint, ex iis omnibus piſciculi generantur. Aliis alia ſors eſt.

C Æ S A R.

HOC quoque ſuprà dixit, cùm negaret eos ore concipere, eodémque verbo eſt vſus ἀνακάπτειν. Igitur ouorum ſortem declarat. Nam diceret quis: non eſſe verum etiam ſtatim natos concipere: creſceret enim multitudo penè infinita. Hoc, inquit, verum eſt: ſed aſperſu geminis genitalis comparatur ad generationem. At non omnia recipiunt illud. Deinde, inquit mares multa deuorant. Præterea multa pereunt in ipſa aqua: & hæc eſt ſecunda ratio quare non omnia proficiant oua. Tertia autem qua intercipiatur fœtuum copia. Quoniam humore fluitantia diſſipantur, atque intereunt.

Εἰς τοὺς τόπους οὓς ἐκτίκτουσι. Theodorus, *in locis opportunis:* commodiſſimè auxit orationem Philoſophi: ſunt enim opportuna ſi ibi ſalua ſunt: hoc enim eſt σώζεται. Neque enim rectè dicas ſeruantur, niſi addas à quo: ſed ſuperſunt.

Παμπληθὲς, Theodorus diuinitùs, *nimia.*

Οὐ γίνεται γόνιμα. Theodorus, *fœcunda locantur:* vtinam non ſic dixiſſet vir doctiſſimus: voluit dicere, *deponuntur.* Sed nulla fœcunda deponuntur. Quin mas genitalia vt ſint, facit: γόνιμον enim ouum malim dicere genitabile, quàm fœcundum: non enim fert, ſed fertur: ſitque piſcis, aut auis: at non fert piſcem, aut auem.

Ὅταν γὰρ ἐκτίκτῃ. Theodorus, *ſub partu:* ſaltem *ſub partum* dixiſſet: neque enim Latinè dicas, *ſub luce:* ſed *ſub lucem:* id eſt, ante lucem: aut *in luce:* igitur in partu. Nam ſanè ἐκτίκτῃ eſt, dum parit.

Ἐκ δὲ τῶν ἄλλων ὅπως ἂν τύχῃ. Verba ſunt Hiſtoricorum amœniſsima. *Multi ſunt cæſi: multi capti: pauci quos abſtulit è conſpectu fuga:* ὅπως ἂν ἔτυχεν: id eſt, *mala ſorte malè habiti, aut fluminibus hauſti, aut enecti ſiti, aut ab agreſtibus necati, aut latibulis tuti vix euaſère.* Theodorus optimè: *aliis vt fors tulit, euenit.*

CXLIII. ARISTOTELES.

Ταὐτὸ δὲ συμβαίνει τοῦτο καὶ ἐπὶ τῶν μαλακίων. ὁ γὰρ ἄῤῥην τῶν σηπιῶν, ὅταν ἐκτέκῃ ἡ θήλεια, ἐπιῤῥαίνει τὰ ᾠά· ὅπερ εὔλογον συμβαίνειν καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων μαλακίων· ἀλλ' ἐπὶ τῶν ἄλλων μαλακίων· ἀλλ' ἐπὶ τῶν σηπιῶν ὦπται ἐν τῷ παρόντι μόνον.

Hoc idem etiam molluſcis euenit. Nam in genere ſepiarum fœmina vbi peperit, mas irrorat oua. Quod ratione pari colligere poſsis etiam in aliis molluſcis. Nam in ſolis ſepiis ad hunc vſque diem id obſeruatum eſt.

CÆSAR.

Diffvndit hiſtoriam à phoxinis, & aliis eiuſmodi ad molluſcos: ſic enim appello *μαλάκια*, non vt Plinius *mollia*. Neque enim vocat *μαλακά*, ſed *μαλάκια*. Sed etiam potiùs dicendum *malacios*, verbo Latinis recepto, quàm *molles*. Lampetra & anguilla molles ſunt, etiam quouis polypo: quid mollius gobio? Ait igitur in ſepiis idem eſſe obſeruatum: & colligit harum argumento cætero in genere vniuerſo idem euenire.

Εὔλογον, *conſentaneum ratione*: ſicut dicimus, *bona fide*: ſic hîc Philoſophus *bona ratione*, id eſt, facilè.

Ἐν τῷ παρόντι μόνον. τὸ μόνον, refertur ad τῶν σηπιῶν, non ad tempus.

Ὦπται, verbum frequentiſsimum Ariſtoteli pro obſeruatione.

CXLIV. ARISTOTELES.

Ἐκτίκτουσι δὲ πρὸς τῇ γῇ οἱ μὲν κωβιοὶ, πρὸς τοῖς λίθοις, πλὴν πλατὺ καὶ ψαδυρὸν τὸ ἀποτικτόμενόν ἐστιν. ὁμοίως δὲ καὶ οἱ ἄλλοι. ἀλεεινά τε γάρ ἐστι τὰ περὶ τὴν γῆν, καὶ τροφὴν ἔχει μᾶλλον, καὶ πρὸς τὸ μὴ κατεσθίεσθαι ὑπὸ τῶν μειζόνων τὰ κυήματα. διὸ καὶ ἐν τῷ Πόντῳ περὶ τὸν Θερμώδοντα ποταμὸν οἱ πλεῖστοι τίκτουσι. νήνεμος γὰρ ὁ τόπος καὶ ἀλεεινὸς, ὁ ἔχων ὕδατα γλυκέα.

Pariunt propè terram ad ſaxa gobij: eſtque quod pariunt latum & arenaceum. Sic & alij. Tepidiora enim loca iuxta terram ſunt. Et eſt vnde plus eſcæ ſuppeditetur. Tunc ſic pote cauent, ne à grandioribus fœtus abſumantur. Quæ cauſſa eſt vt ad Thermodontem fluuium plurimi pariant. Tranquillus enim locus eſt, tepidúſque: & vberior aqua dulci.

CÆSAR.

Hvnc locum ponit vbi pariant: quoniam de eo ſuprà dixit: ὅπερ σώζεται. Ponit hiſtoriam gobiorum ad quos cæteros reducat. Ponit cauſſas tres, quare iuxta terram pariant. Prima ob teporem. At is maximè iuuat, & ad excludendum, & ad educandum tenellos: frigus enim naturæ hoſtis eſt & tyrannus. Secunda, eſca vberior. Tertia, grandiores piſces præter polypum non ferè adeunt ad vada. Cùm hæc dixit, ſoluit quæſtionem quare ad Thermodontem pariant plurimi Et ad vnam è ſupra dictis cauſſis, teporem ſcilicet, addit etiam tranquillitatem. Nam in fluctuum agitatione pereunt, ἐν τῷ ὑγρῷ, vt dicebat. Ἀλεεινὸς, autem reſpondet nomini Thermodontis: παρὰ τὸ θερμὸν εἶναι.

Ὕδατα γλυκέα reſpondet τῷ. τὴν τροφὴν ἔχει μᾶλλον. Negant enim Philoſophi, & ipſe Ariſtoteles, & ipſe Theophraſtus, amaro quicquam ali: de quo ſuprà dictum eſt. Ergo dulces aquas ſectantur piſces multi: etiam grandiſsimi ſuo magno periculo: inter quos, ſturio eſt.

CXLV. ARISTOTELES.

Τίκτουσι δὲ οἱ μὲν ἄλλοι τῶν ᾠοτόκων ἰχθύων ἅπαξ τοῦ ἐνιαυτοῦ, πλὴν τῶν μικρῶν φυκίδων· αὗται δὲ, δίς. διαφέρει δὲ ὁ ἄῤῥην φύκης τῆς θηλείας τῷ μελάντερος εἶναι, καὶ μείζους ἔχειν τὰς λεπίδας.

Qui edunt oua piſces cæteri, ſemel pariunt in anno: præter paruas fucas. Hæ enim bis. Differt à fœmina mas, quòd & nigrior ſit, & maiori ſquamma tectus.

CAESAR.

CAESAR.

NVNC à numero fœturarum: negátque præter fucas vllum genus plus ſemel in anno parere. Verùm non de cartilagineis intelligit, nam aut hoc, aut quod ſuprà dixit falſum eſſet, Atque nunc diſtinguit ἰχθύων περὶ τὰ σελάχη. Itaque addidit ᾠοτόκων.

Φυκίδιον, & φύκην tantum ætate differre arbitror. Eſt autem φύκη, aut φυκὶς piſcis ſaxatilis. Romæ nomen cum antiquo conuenit: *Phyco* enim vocatur: à Narbonenſibus *mole*. Caue tamen φυκίδα, & φύκαια confundas. Φυκὴν enim, & φυκὶς tanquam diuerſi ponuntur ab Athenæo, libro octauo. Sed mirum in diminutiuo poſitum à Philoſopho. An verò bis parere datum τῷ φυκιδίῳ tantùm, & non τῇ φύκῃ prouectioris ætatis? Potes etiam dicere τὰ φυκίδια, *fucillas*.

Poſuit quoque differentias inter fucam marem, & fœminam: quæ commodiùs dictæ fuiſſent in hiſtoria de coïtu. Habet autem vtraque differentia rationem: vt mas ſit atrior: calidior enim eſt: & ſquammis latioribus: eſt enim robuſtior.

CXLVI. ARISTOTELES.

Οἱ μὲν οὖν ἄλλοι ἰχθύες, ἐν τῷ χρόνῳ τίκτουσι, καὶ τὰ ᾠὰ ἀφιᾶσιν· ἣν δὲ καλοῦσί τινες βελόνην, ὅταν ἤδη ὥρα ᾖ τοῦ τίκτειν, διαῤῥήγνυται, καὶ οὕτω τὰ ᾠὰ ἐξέρχεται. ἔχει γάρ τινα ἔσω ὁ ἰχθὺς οὗτος διάφυσιν ὑπὸ τὴν γαστέρα καὶ τὸ ἦτρον, ὥσπερ αἱ τυφλῖναι ὄφεις· ὅταν δὲ τέκῃ, ζῇ, καὶ συμφύεται πάλιν ταῦτα.

Igitur cæteri omnes piſces legitima fœtura pariũt, atque oua edunt. At ea, quam acum *vocant, inſtante pariendi tempore dirumpitur: atque ita exeũt oua. Habet enim is piſcis intus ſub ventre, & ſumine rimam quandam veluti Cæciliæ ſerpentes. At vbi pepererit, viuit tamẽ, coaleſcente rurſus ea parte.*

CAESAR.

NVNC modum ponit pariendi piſcis, quem βελόνην Græci vocant. Plinius *acum* interpretatur: eſt enim piſcis longus digiti craſſitudine, cubiti, aut paulò minùs longitudine. Vulgus Narbonenſe à ſimilitudine tubæ, vt audio, *trompete vocat.* Partus igitur belonæ, ſiue acus aliquid ſimilitudinis cum vipera videtur habere. Nam belona dirumpitur: at oua ſola exeunt: grandia quidem ex parentis magnitudinis proportione, vt refert Philoſophus in Tertio de *Generatione animalium.* Vipera autem, vt alibi à nobis ſcriptum eſt: ouum quod intus habet fouet, & catulos viuos educit. At belonæ diruptio coaleſcit: viperam autem dirumpi vulgo falsò exiſtimatum fuit.

Ὥρα ᾖ τοῦ τίκτειν: *cùm parturit* breuiſſimè dicas.

Διαῤῥήγνυται. Theodorus, *ventre dehiſcente* cum Plinio. At etiam dehiſcunt vuluæ cùm pariunt. Sed certè eſt, rumpitur, & ſcinditur. Nam διάφυσις eſt rima, diducta ſcilicet φύσει. Sed ea intus eſt: at cutis ſola rumpitur. Sed & hoc leuiter. At illud negligenter cùm omiſit ἔσω. Nam ſi rima etiam extrorſum pertineret, non rumperetur. Sed & omiſit ἦτρον, contentus addere, *imo*. Et malè *calleſcit*, συμφύεται: non enim rurſus eadem parte pareret. Sed puto mendum eſſe, pro, *coaleſcit*: vt & Plinius dixit. Idem etiam malè ſcripſit, ſic: *piſces oua eodem foramine vulua edunt.* Quid enim attinebat dicere, *eodem*: periculoſiſſima certè vox eſt. Sed, *ſua quiſque vulua foramine.* His autem verbis voluit interpretari illa: ἐν τῷ χρόνῳ τίκτουσι, καὶ τὰ ᾠὰ ἀφιᾶσιν. Sed aliud eſt ἐν τῷ χρόνῳ, quàm vulua, aut foramen.

Alibi diximus, quos τυφλίνας vocat Ariſtoteles, à quibuſdam eoſdem *cophias* exiſtimari. Narbonenſes *Nadels* dicunt: eorum oculi veluti talpæ: rectiſſimè *cæcilia* vertit Theodorus.

CXLVII. ARISTOTELES.

Ἡ δὲ γένεσις ἐκ τοῦ ᾠοῦ συμβαίνει ἐπί τε τῶν ἔξω ζῳοτοκούντων. καὶ ἐπὶ τῶν ἔσω, ᾠοτοκούντων· ἐπ' ἄκρου τι γὰρ γίνεται, καὶ ὑμένι περιέχεται· καὶ πρῶτοι διάδηλοι αἱ ὀφθαλμοὶ, μεγάλοι καὶ σφαιροειδεῖς ὄντες· ᾗ καὶ δῆλον ὅτι οὐχ', ὥσπερ τινές φασιν, ὁμοίως

Eodem modo generantur ex ouo piſces, vel extra eos qui oua ediderint, vel intra eos qui oua conceperint. In ſumma enim extant, & ambiuntur membrana. Et oculi primùm apparent grandes atque oblongi. Quare manifeſtum eſt, non eodem, vt

γίνονται τοῖς ἐκ τῶν σκωλήκων γινομένοις. τοὐναντίον γὰρ συμβαίνει ἐπ' ἐκείνων, τὰ κάτω μείζω πρῶτον· ἡ δὲ κεφαλὴ καὶ οἱ ὀφθαλμοὶ, ὕστερον. ὅταν δὲ ἀναλωθῇ τὸ ᾠὸν, γίνονται πυρηνώδεις· καὶ τὸ μὲν πρῶτον οὐδεμίαν τροφὴν λαμβάνοντα, αὐξάνονται ὑπὸ τῆς τοῦ ᾠοῦ ἐγχυμένης ὑγρότητος· ὕστερον δὲ τρέφονται ἕως ἂν αὐξηθῶσι τοῖς ποταμίοις ὕδασι.

aiunt, modo fieri, quo qui è vermiculis generantur. Contraria enim in illis ratio: inferiora enim maiora priùs. Caput autem atque oculi poſteriùs. Abſumpto autem ouo accipiunt nuclei faciem. Ac principio quidem nullum capiunt cibum, ſed creſcunt hauſto oui humore. Poſteà verò aluntur vſque dum excreuerint, aquis fluuialibus.

CAESAR.

QVIA piſces omnes ex ouo ſunt, præter cete: & aut intra eos, aut extrà. Icirco videri poſſit non eodem modo generari. Hoc hîc agit & deſcribit. Deinde refutat opinionem eorum, qui putabant ſimili lege ex ouo, atque è verme fieri generationem. Ponit rationem refutationis à contrarijs partibus? Sed non ponit rationem rationis: quæ ſanè eſt ſubtiliſſima. Quod animal ex ouo fit, fit primaria intentione. Itaque ouum non renititur. Sed propenſum eſt, quaſi materia vt accipiat nobiliſſimã formam. Eſt enim animal in potentia. Itaque nobiliſſimæ & vitaliſſimæ ſtatim partes circunformantur. At è verme quæ fiunt, ſecundaria intentione generantur: quoniam prima fuit vermis. At vermis animal eſt: ergo renititur non accipere formam, ſed amittere ſuam. Itaque retinet, quandiu poteſt, hoc quod eſt. Quare animal perfici incipit à partibus vilioribus: & virtute gignitiua ſedem ſuam vltimam omnium mutat.

Καὶ τῶν ἔσω ᾠοτοκούντων, καὶ τῶν ἔξω ζωοτοκούντων. Quis non videt eſſe mendum inuerſis vocibus? nam intra ſe ζωοτοκεῖ, τὰ σελάχη. Extrà autem ᾠοτοκεῖ, alia genera. Theodorus autem negligentiſſimè: *ſiue intus, ſiue foris eſt ouum;* quaſi legerit ἔξω ᾠοτοκούντων, non ζωοτοκούντων.

Πυρηνώδεις: *veluti nucleus* Theodorus. Si eſt πυρώδεις: *frumentaceũ granum refert.* Ac ſanè ita verum eſſe vidimus.

Ἕως ἂν αὐξηθῶσι Theodorus, *vſque dum ſatis augeantur*: rectè: vſque dum excreſcant.

CXLVIII. ARISTOTELES.

ΤΟῦ δὲ Πόντου καθαιρομένου, ἐπιφέρεταί τι κατὰ τὸν Ἑλλήσποντον, ὃ καλοῦσι φῦκος· ἔστι δὲ ὠχρὸν τοῦτο· οἱ δέ φασι τοῦτο ἄνθος εἶναι τοῦ φύκους· ἀφ' οὗ τὸ φύκιον ἐστί. ἀρχομένου δὲ γίνεται τοῦ θέρους. τούτῳ τρέφεται [καὶ τὰ ὄστρεα,] καὶ τὰ ἰχθύδια τὰ ἐν τοῖς τόποις τούτοις. φασὶ δέ τινες τῶν θαλαττίων καὶ τὴν πορφύραν ἔχειν ἀπὸ τούτου τὸ ἄνθος.

CVm purgatur Pontus, fluitat ſecundo mari ad Helleſpontum id quod appellant Græci fucum, *nos* algam. *Color huic pallidus. Nonnulli algæ florem dicunt eſſe, ex quo etiam fucus fiat. Ineunte æſtate fit hoc, quo & oſtreæ, & piſciculi ea loca qui colunt, aluntur. Maris accolæ nonnulli etiam purpuram ſuum ab hoc florem habere tradunt.*

CAESAR.

NVNC aliud genus cibi apponit: declarátque eius ortum, tempus, colorem, naturã, vſum. Etiam opiniones duas: florem eſſe algæ, nõ algam: & purpuram ſuum hinc haurire florẽ. Cum tamen ſit luteus dubitârit quis de purpuræ flore, qui alterius ſit coloris.

Φύκιον. Theodorus, *algam fucariam.* Imò verò fucum, quo mulieres ſeſe interpolant. Idem quoque Theodorus omiſit θαλαττίων.

CAPVT DECIMVM-TERTIVM.

Generatio, & partus piſcium lacuſtrium, & fluuiatilium.

CXLIX. ARISTOTELES.

ΟἹ δὲ λιμναῖοι καὶ ποτάμιοι τῶν ἰχθύων, κυήματα μὲν ἴσχουσι, πέντε μῆνας τὴν ἡλικίαν ἔχοντες, ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ εἰπεῖν.

LAcuſtres fluuiatiléſque piſces ferè grauidi eſſe incipiunt quinto ætatis ſuæ menſe.

CAESAR.

CAESAR.

A Maritimis ad alios qui dulces aquas incolunt tranſit. Quos iccirco ſeorſum tractat, quoniam partuum numero ſunt fœcundiores.

CL. ARISTOTELES.

Τίκτουσι δὲ τοῦ ἐνιαυτοῦ περιϊόντος ἅπαντες.

VErtente autem anno pariunt omnes.

CAESAR.

Περιϊόντος ἐνιαυτοῦ: nondum abſoluto: ſicut & περιπλομένων dixit Homerus, id eſt affecto: nondum peracto. Quoniam circulus tùm maximè fit, cùm extremum cornu lineæ coïre pergit cũ altero. Ergo tunc facit τὸ περί. Theodorus itaque optimè dixit, *intra annum*: aſtrinxit hiſtoriam. Nam cùm de geſtandi tempore ſcriberet Philoſophus, addit ἐπὶ τὸ πολύ: vt temperaret incertam præſcriptionem. Nunc tollit id fugitque terminum, cùm dixit ἅπαντες: eſt enim ἀντίθετον τῷ πολλοί: idem enim eſt: οἱ πάντες.

CLI. ARISTOTELES.

Ὥσπερ δὲ καὶ οἱ θαλάττιοι, καὶ οὗτοι οὐκ ἐξαφιᾶσιν οὐδέ ποτε ἅμα πᾶν, οὔτε αἱ θήλειαι τὸ ᾠόν, οὔτε οἱ ἄρρενες τὸν θορόν, ἀλλ' ἔχουσιν ἀεὶ πλείω ἢ ἐλάττω, αἱ μὲν ᾠά, οἱ δὲ θορόν.

NEque verò aut mares genituram, aut fœminæ oua omnia eÿciũt, ſiquidem ne marini quidem: ſed ſemper plus minúſve habent hæ ouorum, hi ſeminis genitalis.

CAESAR.

NVnc miram hiſtoriam narrat: ſed ſanè nimis fuſam. Neque enim verum hoc eſt. Nanque multos eſitauimus, ſine ouo nullo, ſine genitura.

CLII. ARISTOTELES.

Τίκτουσι δὲ ἐν τῇ καθηκούσῃ ὥρᾳ· κυπρῖνος μέν, πεντάκις, ἢ ἑξάκις· ποιεῖται δὲ τὸν τόκον μάλιστα ἐπὶ τοῖς ἄστροις.

PAriunt æſtatis tempore. Cyprinus quinquies aut ſexies: paritque potiſſimùm ſub certorum ſiderum exortu.

CAESAR.

PARIVNTVR igitur æſtate: quinto menſe grauideſcunt. Septimo igitur incipiũt edere.

Ἐπὶ τοῖς ἄστροις, puta purè quæ tunc oriuntur, quinque aſtra.

Καθηκούσῃ, æſtate. Quoniam ὥρα prima, ver eſt: primum quoque dictum. Inde ὥρα καθήκουσα. Tunc ὥρα φθίνουσα. Sicut in menſe ἱσταμένου & φθίνοντος.

Cyprinus inter fluuiatiles, & lacuſtres numeratur. Galli *Carpam* vocant. Veneti *raïnam*: paſſim cognitus. Mirũ cur ab Oppiano inter marinos repoſitus: cùm Ariſtoteles à quo meliorẽ ſui operis partem acceperit, inter fluuiatiles & lacuſtres referat: ídque optimè. Nam & in fluuijs paſſim reperitur, & ſtagna noſtra hoc genere refertiſſima ſint. Dorion tamen apud Athenæum λιμναῖον & ποτάμιον eſſe ait. Eúmque λεπιδωτὸν vocat non malè vt opinor, à magnis ſcilicet, & latis quibus tegitur ſquammis.

CLIII. ARISTOTELES.

Χαλκὶς δέ, τίκτει τρίς· οἱ δὲ ἄλλοι, ἅπαξ τοῦ ἐνιαυτοῦ. τίκτουσι δὲ πάντες ἐν τοῖς περιλιμνάσι τῶν ποταμῶν & τῶν λιμνῶν, πρὸς τὰ καλαμώδη, οἷον οἵ τε φοξῖνοι καὶ αἱ πέρκαι.

CHalcis autem ter. Alÿ ſemel in anno. Pariunt autem omnes in ſtagnantibus fluuiorum aquis, lacuúmque arundinetis, veluti phoxini & percæ.

CAESAR.

CAESAR.

TEMPVS geſtandi, numerum partuum, tempus pariendi dixit: nunc locum. In tranquillo omnes, ne intereant agitatu. Itaque in receſſibus aquarum ſtagnantium, ſiue à fluuijs ſint, ſiue ſuapte natura circunſcribantur, vt lacus: arundineta petunt, tanquam vallum munimentúmque ab impreſſionibus prædonum.

Alibi ſcripſimus tantam halecum copiam in Baltíco ſinu ad Solouue inſulam capi: vt ſaliti multis in regionibus importentur. Horum duo eſſe genera: magnum, quod ſalitum & conditum in muria vulgus *harengum album* vocat, ſeu ſale aſperſum & fumo excicatum *ſoret* dicitur. Aliæ ſpecies, minima, quæ *anchioia:* altera maior quæ *ſardina* appellatur. Anchioia in muria conditur. Sardinæ veluti harengi, tùm condiuntur, tùm pauco ſale aſperſæ fumo exiccantur. Excicati verò hi piſces quia æris colorem referebant, à veteribus *Chalcides* vocabantur. At hæc Chalcis, de qua hîc à Philoſopho mentio fit & à Gaza, *Aerica*, Latino nomine, ab ære, vt puto, donatâ: non marina, ſed lacuſtris, vel fluuiatilis eſt. Quare aut ea eſt quæ è Benaco noſtro *Agonus* dicitur, aut certè hoc in genere. Sunt quidem alij lacus in Italia, è quibus piſces petuntur, vulgo *Sardanellæ*, & *Sarraca* dictæ, quibus Chalcidis Ariſtotelicæ deſcriptio conuenire poteſt.

De phoxinis ſuprà. Perca autem & marina fluuiatilis eſt. Marina inter ſaxatiles refertur. Multas in dorſo habet lineas, tùm nigras, tùm rubeſcentes, & toto corpore varia, vt non immeritò ab Ariſtotele, ἐν τοῖς περὶ ζωϊκῶν, vt refert Athenæus ποικιλόχροα appelletur. Fluuiatilis vario quoque eſt colore: pinnas duas erectas in dorſo gerit: iiſdem & ſimilibus lineis, & maculis ferè prædita quibus marina: à Gallis *perche* dicitur.

Προλιμνάδες, ſunt vbi aquam dormire aiunt piſcatores. Nam & ibi quies eſt, & altitudo aquæ: vtrunque præſidium fœtibus.

CLIV. ARISTOTELES.

Οἱ δὲ γλανεῖς καὶ αἱ πέρκαι συνεχὲς ἀφιᾶσι τὸ κύημα, ὥσπερ οἱ βάτραχοι. οὕτω δὲ συνεχές ἐστι τὸ κύημα περιειλιγμένον, ὥστε τά γε τῆς πέρκης, διὰ πλατύτητα ἀναπηνίζονται ἐν ταῖς λίμναις οἱ ἁλιεῖς ἐκ τῶν καλάμων.

Glanij & percæ fœtus ſuos cohærentes edunt ſicut & ranæ. Qui ita ſunt continuata ſerie obuoluti, vt quod perca pepererit: proptereà quòd fuſius expandatur: piſcatores arundine agglomerent.

CAESAR.

NVNC modum ouorum, qualem etiam in ſerpentibus diximus, quem ipſis monilibus comparemus. At percarum oua in oblongæ placentæ planiciem fuſa ſunt adeò, vt admota arundine atque pollice verſa piſcatores excepta eorum ora ſemel, totum textum agglomerent.

Τοὺς γλανεῖς vbique Theodorus vertit *Siluros*. At diuerſos eſſe videre eſt apud Atheneum. Habent quidem quandam inter ſe ſimilitudinem: at non ideo iidem iudicandi. Conueniunt multi piſces inter ſe, qui tamen non ſolùm diuerſis nominibus, ſed & diuerſa natura, & moribus non ſimilibus, alij ab alijs dignoſcuntur. Silurus Danubij præcipuus honor. Glanis ſeu Glanius Meandri, Lycij, & Strimonis fluuiorũ incola, vt refert Ælianus: quem ait Siluri ſimillimum, & fœtus ſui amantiſſimum.

Περιειλιγμένον. Εἰλίττω *obuoluo*: ἀναπηνίζονται. De hoc ſuprà diximus in hiſtoria bombycis.

CLV. ARISTOTELES.

Οἱ μὲν οὖν μείζους τῶν γλανέων ἐν τοῖς βαθέσιν ἐκτίκτουσιν, ἔνιοι καὶ κατ᾽ ὀργυιὰς τὸ βάθος· οἱ δ᾽ ἐλάττους αὐτῶν, ἐν τοῖς βραχυτέροις, μάλιστα πρὸς ῥίζαις ἰτέας, ἢ ἄλλου τινὸς δένδρου· καὶ πρὸς τοῖς καλάμοις δὲ, καὶ πρὸς τοῖς βρύοις.

Maiores glanij profundis aquis pariunt: quippe nonnulli etiam vbi ſenum pedum altitudo ſit. Minores locis breuioribus ferè ad radices ſalicis, aut alterius arboris cuiuſpiam, iuxtáque arundines, atque etiam muſcum.

CAESAR.

C AE S A R.

NVNC loca per genera, & generum modos. Κατ' ὀργυιάς: Theodorus, *trium paſſuum altitudine.* Herodotus ὀργυιαν quatuor cubitorum, ſiue ſenum pedum eſſe dicit. Quare ſecundùm ipſius ſententiam, ita vertimus.

Πρὸς τῷ βρύῳ *inter algas, & muſcoſam congeriem,* Theodorus addidit *algas & congeriem.* At in fluuijs nulla eſt alga. Et multùm alga, & muſcus differunt. Alga fluitat: muſcus hæret.

CLVI. ARISTOTELES.

Συμπλέκονται δὲ πρὸς ἀλλήλους ἐνίοτε καὶ μέγας πρὸς μικρόν· καὶ προσαγαγόντες τοὺς πόρους πρὸς ἀλλήλους, οὓς καλοῦσί τινες ὀμφαλούς, ᾗ τὸν γόνον ἀφιᾶσιν, αἱ μὲν, τὰ ᾠά, οἱ δὲ, τὸν θορὸν ἐξιᾶσιν. ὅσα δ' ἂν τοῦ θοροῦ μιχθῇ τῶν ᾠῶν, εὐθύς τε λευκότερα φαίνεται, καὶ μείζω ἐν ἡμέρᾳ, ὡς εἰπεῖν. ὕστερον δὲ ὀλίγῳ χρόνῳ δῆλά ἐστι τὰ ὄμματα τῶν ἰχθύων. τοῦτο γὰρ ἐν πᾶσι τοῖς ἰχθύσιν, ὥσπερ καὶ ἐν τοῖς ἄλλοις ζῴοις, ἐπιδηλότατόν ἐστιν εὐθὺς, καὶ φαίνεται μέγιστον. ὅσων δ' ἂν ᾠῶν ὁ θορὸς μὴ θίγῃ, καθάπερ καὶ ἐπὶ τῶν θαλαττίων, ἀχρεῖον τὸ ᾠὸν τοῦτο, καὶ ἄγονόν ἐστιν. ἀπὸ δὲ τῶν γονίμων ᾠῶν αὐξανομένων τῶν ἰχθύων, ἀποκαθαίρεται οἷον κέλυφος· τοῦτο δ' ἐστὶν ὑμὴν ὁ περιέχων τὸ ᾠὸν, καὶ τὸ ἰχθύδιον. ὅταν δὲ μιγῇ τοῖς ᾠοῖς ὁ θορὸς, σφόδρα γίνεται κολλῶδες τὸ συνεστηκὸς ἐξ αὐτῶν πρὸς ταῖς ῥίζαις, ἢ ὅπου ἂν ἐντέκωσιν.

COëunt etiam interdum maior cum minore. Et admotis meatibus inter ſe, quos vocant vmbilicos, *qua parte ſemen emittunt genitale: fœminæ oua, mares genituram proyciunt. Primò igitur aſperſu oua ſtatim fiunt candidiora, grandioráque vel ipſo pene die. Deinde mox apparent oculi piſciculorum. Quæ pars in omni piſcium genere ſicut in alijs quoque animalibus, & maximè conſpicua, & maxima eſt. At quæ oua non attigerit ſemen, quẽadmodum in maritimis dicebamus, inutile fit ouum, ineptúmque ad generationem. Auctis autem piſcibus, ex ijs ouis quæ ſunt genitalia excutitur quaſi putamen quoddam. Ea eſt membrana illa, qua & ouum, & piſciculus continentur. Vbi verò admiſtum fuerit ouo ſemen, quod ex vtroque conflatum eſt viſcidum fit, & adhæret radicibus, aliiſque locis vbi pepererint.*

C AE S A R.

NVNC modum pariendi: rationem, ſubſtantiámque, & accidentia ipſius fœtus narrat: vbi obſeruandum eſt ex coïtúne concipiant oua, an à ſeipſis. Mirum verò parere piſces antequam coëant, ſed coïtu concipere multos manifeſtum eſt. Verùm ea oua nondum perfecta ſunt. Sic coït ſepia: concipit: gerit vterũ: parit. Sequitur mas, atque aſpergit ſemen genitale. Hoc hic declarat in glanijs. Attritu igitur vmbilicorum fœmina excitatur ad oua edenda, mas ad ſemen: quod cùm ouis miſtum fuerit, facit genitalia. Hoc eſt à ſubſtantia. Item facit candida: hoc eſt ab accidente: facit viſcida: alterum accidens. Declarat etiam fœtus partes communes oui, vt ſubſtantia eius: fœtus, vt officij: ſcilicet membranam. Declarat deinde cauſſam finalem viſciditatis, vt hæreant, neque pereant.

Dixit μέγας πρὸς μικρὸν, ſicut in canibus quoque videmus. Hoc autem hîc ponit propterea quòd dixerat, magnos in altis ſinubus parere: minores in locis vadoſioribus. Theodorus iccirco addidit: *Neque ſolum pares cum paribus.* Sed malè expleuit: συμπλέκονται: vbi dixit, *veniunt.* Quoniam nihil immittat mas in fœminã. Quin fortaſſe immittit: expreſſo enim maris ſemine, quiddam prodit. Omnino autem, *venire*, verbum in hac ſignificatione nimis languidum eſt. Sed imitatus eſt Latinos qui dixêre, *coïre.* Putauit eodem filo duci poſſe, *conuenire.*

Καλοῦσιν ὀμφαλούς: non enim ſunt, niſi æquiuocè.

ᾗ τὸν γόνον ἀφιᾶσιν. Theodorus prætermiſit: quoniam fœmina non mittit τὸν γόνον: ſed τόκον: omnino autem videtur ſuperflua.

Ἐπιδηλότατον, *maximè conſpicuum:* addidit μέγιστον, non temerè. Nam quædam ſunt maximè conſpicua quæ minima ſunt, vt goſſipini fili ſummum ignitum. Alia grandiſſima quæ ἐπιδηλότατα non ſunt: quia etiamnum ſunt ἀδιάρθρωτα, vt fœtus vrſorum. Nota duo verba de ſemine genitali, θίγῃ *tetigerit oua*: & μιχθῇ: quoniam priùs tetigit: deinde miſcetur.

Οἷον κέλυφος. Οἷον, quoniam κέλυφος, τῶν ὀστρακωδῶν eſt: hic autem membrana.

Γίνεται κολλῶδες πρὸς ταῖς ῥίζαις: breuitas mira: *euadit glutinoſum: atque iccirco hæret radicibus.*

Ἀχρεῖον

Α᾽χρεῖον τὸ ᾠὸν τοῦτο καὶ ἄγονόν ἐστιν. Theodorus, *hæc ſterileſcunt & ſuperuacua ſunt*: vt Plinius *radicem ſuperuacuam* dixit, quæ ἀχρεῖα à Dioſcoride appellatur.

Ε᾽πὶ τῶν θαλαττίων, Theodorus, *in marino genere incidit*. Vtinam ne addidiſſet verbum illud. Sæpè enim defraudat orationẽ ſuam Latinitate, & Græciſſat ſuis verbis: *accidit*, diceret potiùs.

Ρίζαις, *ceſpites* interpretatur Theodorus: &, *coeuntia*, addidit. Meliùs, *cohærentia*. Sed certè ceſpes ſub aqua non eſt.

CLVII. ARISTOTELES.

Οὗ δ᾽ ἂν πλεῖστον ἐκτέκωσιν, ᾠοφυλακεῖ ὁ ἄῤῥην, ἡ δὲ θήλεια ἀπέρχεται τεκοῦσα.

Quo loco oua plurima edita fuerint, ibi eorũ agit cuſtodiam mas: fœmina cum pepererit, abit.

CÆSAR.

NECESSARIA erat hæc hiſtoria ab officio: eóque raro, & ab alijs diuerſo: vt fœminæ negligentiam expleat mas. Quatuor igitur notat: locum, numerum, officium maris, fœminæ proditionem. Dixit igitur, οὗ, id eſt, quo loco: ne quis putaret aliunde proſpicere. Aſſiduitatem, & ſedulitatem ſtationis obſeruauit. Deinde dixit πλεῖστον: quoniam non ſimul omnia edunt. Mas igitur maximum quenque obſeruat globum.

Mutauit numerum ἐκτέκωσιν de fœminis: & tamẽ ſubdit ᾠοφυλακεῖ de vno, & poſteà ἀπέρχεται.

CLVIII. ARISTOTELES.

Ε᾽στι δὲ βραδυτάτη μὲν ἐκ τῶν ᾠῶν ἡ τῶν γλανίων αὔξησις· διὸ προσεδρεύει ὁ ἄῤῥην καὶ τετταράκοντα καὶ πεντήκοντα ἡμέρας, ὅπως μὴ κατεσθίηται ὁ γόνος ὑπὸ τῶν παρατυχόντων ἰχθύων. δευτέρα δὲ βραδυτῆτι ἡ τῶν κυπρίνων γένεσις. ὅμως δὲ γόνος καὶ τούτων ὁ σωζόμενος ταχέως διαφεύγει. τῶν δ᾽ ἐλαττόνων ἐνίων, καὶ τριταίων ὄντων, ἤδη ἰχθύδιά ἐστι.

Tardiſsimum glanio eſt ex ouis incrementum: atque iccirco aſsidet mas quadragenos quinquagenóſque dies, ne deuoretur fœtus ab occurrentibus piſcibus. Proxima tarditas cyprino generandis. Quanquam horum quoque fœtus qui ſeruatus fuerit, celeriter aufugit. At in minorum genere, vel tertio die prodeunt piſciculi.

CAESAR.

A Temporis tractu procedit, in quo fit generatio. Et hanc hiſtoriam ponit hîc quaſi pro cauſſa, propter quam glanius aſſidet, vt præſidio ſit. Ex ea deducit quoque aliorum tẽpus. Nam minimorum in genere, vel tertia die prodeunt: in Cyprino autem mediocris. Nam, inquit, quanquam proxima tarditas eſt, tamen etiam celeriter exeunt ſi cuſtodiantur. Sic enim legimus ὁ σωζόμενος ταχέως διαφεύγει. Theodorus, aliter legit, *paríque modo oua edita à mare ſeruantur*. Dixit σωζόμενος: at verò ſi non ſaluum fuerit ouum, non excludetur fœtus Fortaſſe eſt, vt ait Theodorus, *cuſtoditus*: quoniam neglectus non fouetur Διαφεύγει, alluſit ad perfectionem iam valentis fugam exercere. Sic infrà de phalangiis: ſimiliter in acucicula.

CLIX. ARISTOTELES.

Λαμβάνει δὲ αὔξησιν τὰ ᾠὰ, ὧν ἂν ἐπιψαύσῃ ὁ θορὸς, καὶ αὐθημερὸν, καὶ ἔτι ὕστερον. τὰ μὲν οὖν τοῦ γλάνιος, γίνεται ὅσον ὄροβος· τὰ δὲ τῶν κυπρίνων καὶ τῶν βιώτων, ὅσον κέγχρος.

Eodem quoque die, aut etiam poſt, capiunt oua incrementum, quæ contigerit ſemen. Glanij ad erui magnitudinem. Cyprinorum atque eiuſmodi quantum milium ſit.

CAESAR.

INtelligit initium incrementi, vt ad erui aut milij proueniat magnitudinem, aut eadem die, aut etiam poſt. Sic enim volui vertere, quanquam eſſet αὐθημερὸν. Nam commodior eſt hæc ſententiæ laxitas, vt & alius dies includatur.

CLX. ARI-

CLX. ARISTOTELES.

Ταῦτα μὲν οὖν τοῦτον τὸν τρόπον τίκτει καὶ φυτᾶ. χαλκὶς δὲ, τίκτει ἐν τοῖς βαθέσιν ἀθρόα καὶ ἀγελαῖα.

Haec igitur hunc ad modum & parit, & gignit. Chalcis autem parit in altis aquis in vnum congregata.

CAESAR.

Ἀθρόα καὶ ἀγελαῖα. Theodorus *congeſta*: puto non cumulata. Sed vno in loco: non ſparſa. Ἀγελαῖα autem futura, ſcilicet cùm erunt piſces, gregalia. Et eſt cauſſa quare ἀθρόα pariat: quoniam ſuapte natura ſunt ἀγελαῖαι αἱ χαλκίδες. Sic mox ἀγελαῖος καὶ οὗτος.

CLXI. ARISTOTELES.

Ὃν δὲ καλοῦσι ψύλλωνα, πρὸς τοῖς αἰγιαλοῖς, ἐν ὑπηνέμοις· ἀγελαῖος δὲ καὶ οὗτος.

At quem pſyllonem *vocant, ad littora ventis auerſa. Is quoque gregalis eſt.*

CAESAR.

CONTRARIAM naturam à loco deponendi fœtus: ſimilem à ratione ſimul viuendi. Ὑπηνέμοις, quæ ſub vento ſint, ad verbum. At hoc non videtur conuenire naturæ teneri fœtus, qui tutò in ventorum agitatione, neque degere, neque incrementum capere poſſet. Quare Theodorus non malè dixiſſe videtur, *is littora petit tranquilliora.* Nã littora piſces petunt, vt tutò oua poſſint deponere. Et ne excluſus fœtus à maioribus piſcibus deuoretur: reliquáque incommoda vitet quæ vel vi ventorum, vel alio quoque modo ijs obuenire poſſunt. Aut hîc mendum manifeſtum eſt: aut pſylloni natura alia à ſuperioribus. Vt quemadmodum illi loca tranquilla, & minimè ventis obnoxia quærant: ita hi ventorum flatibus, & tempeſtate delectentur. Quis autem hîc ſit pſyllo, quem *fullonem* Gaza vertit, certò dicere non poſſum: cùm de eo nihil apud veterum quenquam repererim: neque alibi huius meminit, quod ſciam, Ariſtoteles. Quin neque Plinius qui nihil quod ad hanc rem faceret, intactum reliquit: neque Ælianus, neque Athenæus quicquam. Qui autem aliquid veri attulerit, illi libenter acceptum feram.

Ἀγελαῖος δέ. Τὸ, δὲ, Theodorus, *ſed*: videtur aduerſatiua: quanquam non petat altum, vt Chalcis, tamen gregalis eſt. Sed non potes hoc dicere, niſi gregalium natura ſit abhorrere à littoribus: quod falſum eſt. Atque τὸ, δὲ, quod in principio Apoteleſmatis poſitum eſt, ὃν δὲ καλοῦσι ψύλλωνα, videtur etiam notam eſſe diſſimilitudinis in pariundo à ſuperioribus lacuſtribus, & fluuiatilibus quos retulit, qui omnes in ſtagnantibus fluuiorum aquis, aut lacuum arundinetis pariũt: ſcilicet ne motu & agitatione turbẽtur fœtus. At pſyllo in littoribus ventis expoſitis parit.

CLXII. ARISTOTELES.

Κυπρῖνος δὲ, καὶ οἱ ἄλλοι πάντες, ὡς εἰπεῖν, ἀθοῦνται μὲν πρὸς τὰ βραχέα πρὸς τὸν τόκον.

Cyprinus, ac ferè omnes alij, ad vada appellunt ſeſe, vbi pariant.

CAESAR.

Βραχέα: Theodorus, *vada*, rectiſſimè: *breuia* Priſci. Non παρὰ τὸ βράχειν à fremitu, vt calumniantur veteres Latinos: ſed quia non eſt βάθυ. Et à breuitate funiculi nautici quo fundum explorant. Itaque ſuprà cùm de Glanijs maioribus diceret eos petere altos ſinus, ſubdidit: *minores autem* βραχυτέρως. Itaque in Codice quoque βραχέα, non βράχεα ſcriptum erat.

Theodorus legit, *Cyprinus, balerus*: in Codice noſtro, balerus non erat, de quo etiam in Octauo huius operis, neque alibi, nec à quoquã alio, quod ſciam. Nomẽ tantùm ponit, faciem atque mores neglexit magno ſtudioſorum detrimento: quî in tam difficili diſquiſitione quid certi præter quandam inanem coniecturam adferre poſſemus?

CLXIII. ARISTOTELES.

Μιᾷ δὲ θηλείᾳ πολλάκις ἀκολουθοῦσιν ἄῤῥενες καὶ τρεισκαίδεκα, καὶ τεσσαρεσκαίδεκα. τῆς δὲ θηλείας ἀφιείσης τὸ ᾠὸν καὶ ὑποχωρούσης, ἐπακολουθοῦντες ἐπιῤῥαίνουσι τὸν θορόν.

Singulas fœminas ſæpenumero terni quaternive deni ſequuntur mares: ouúmque quod ea abſcedente emiſſum fuerit, aſſequuti aſpergunt ſemine.

CAESAR.

MIRVM naturæ conſilium. Nanque cùm oua irrita fiant niſi quæ aſpergantur maris ſemine: iccirco plures mares vnam ſectantur.

Τρεισκαίδεκα Theodorus, *treſdecim:* cùm vertit μιᾷ *ſingulas*, meliùs ſeruâſſet analogiam vt diceret *ternideni*. Defecit etiam in temporibus. Ἀφιείσης: neque enim aſpergit quæ emittit, ſed quę emiſit. Neque quiſquam calumnietur minuta hæc. Sic eſt loquutus Ariſtoteles cuius prudentiam negligere nefas eſt interpreti. Illud palam eſt ἐπακολουθοῦντες, interpretandum eſſe *aſſequentes*. Itaque ἀκολουθοῦσι τῇ θηλείᾳ, quam non aſſequuntur.

Ὑποχωρούσης *cedente* & abſcedente: ſed oua relicta ſunt.

CLXIV. ARISTOTELES.

Ἀπόλλυνται δὲ τὰ πλεῖστα αὐτῶν. διὰ γὰρ τὸ ὑποχωροῦσαν τίκτειν τὴν θήλειαν, σκεδάννυνται τὸ ᾠὸν, ὅταν ὑπὸ ῥεύματος ληφθῇ, καὶ μὴ περιπέσῃ πρὸς ὕλην. καὶ γὰρ οὐδὲν ᾠοφυλακεῖ τῶν ἄλλων ἔξω γλάνιος, πλὴν ἐὰν ἀθρόῳ γόνῳ ἑαυτοῦ περιτύχῃ ὁ κυπρῖνος. τότε δέ φασιν ᾠοφυλακεῖν.

Verùm quia cedendo parit fœmina, plurima intereunt quæ correpta aquæ fluxu diſſipantur: niſi quæ aliquam materiam nacta fuerint. Neque enim præter glanium vllus aliorum cuſtodit oua: niſi ſi quando fortè cyprinus ſuis vnum in locum compoſitis interuenerit. Tunc enim amat ea ſeruare.

CAESAR.

EVENTVS hiſtoriam narrat. Itaque neſcias vtrum plurimorum interitum patiatur natura. Quoniam numeroſiſſima dedit, ac penè infinita. An dediſſe tantam copiam, quorum maxima pars peritura eſſet? Neceſſe autem eſt fœminæ ſic parerę: quoniam dolore agitatur, vt mox declarabimus. Sed non ſatisfacit ſequens ratio. Dicit ſolum glanium cuſtodire: itaque non interire. Hoc enim hîc agit. At verò non intereunt hæc niſi fluctu. At glanius non poteſt à fluxu defendere.

Ληφθῇ *correpta*. Theodorus, *excepta*: optimè.

Τοῦτοι δέ φασιν ᾠοφυλακεῖν: lego, τότε.

Περιτύχῃ alicunde ſcilicet delatus. Τὸ, περὶ, ſignificat loca circunſtantia. Τὸ, τύχῃ, caſum: quoniam conſultò non agat, vt glanius. Nos Latino verbo, *interueniendi*, quod eſt inter fortunam pereundi. Sicut *inter cœnam* dicimus, *in cœna*.

Præter Silurum Theodorus. Monuimus antea, Theodorum ſemper γλάνιον ſilurum vertere: ídque quàm rectè docti viderint. Et addidit cyprinum, malè. Neque enim cyprinus cuſtodit niſi fortè reperta. Itaque meliùs eſt ſubticere, & differre.

CLXV. ARISTOTELES.

Θορὸν δὲ πάντες ἔχουσιν οἱ ἄῤῥενες, πλὴν ἐγχέλυος· αὕτη δὲ οὔτε θορὸν, οὔτε ᾠόν.

Semen autem mares omnes habent præter anguillam. Quæ neque ſemen, neque ouum.

CAESAR.

HOc quoque & ſuprà dixit, & iam fuſiùs explicabit. Dixit mares: quoniam in rubellionibus fœminæ tantùm ſunt. Sed nota πλὴν. Excipit id, quod non eſt in eo, vnde excipit. Neque enim in anguillis ſexus eſt. Quid igitur dicit, mares præter anguillas? Sed ſic diceret. In anguillis mares nullis: neque fœminæ. Itaque neque ſemen, vt illi in alijs generibus: neque hæ ouum, vt hæ habent.

CLXVI. ARISTOTELES.

Οἱ μὲν οὖν κεστρεῖς, ἐκ τῆς θαλάττης ἀναβαίνουσιν εἴς τε τὰς λίμνας καὶ τοὺς ποταμούς· αἱ δ' ἐγχέλυες, τοὐναντίον ἐκ τούτων εἰς τὴν θάλασσαν.

MVgiles autem è mari aſcendunt in lacus & fluuios. Anguillæ contrà ex his in mare.

C AE S A R.

NOn erat is locus hæc dicendi, ſed vbi de anguillis hiſtoriam expleuerit. At de mugilum genere ne perfecit quidem: quin ad mores potiùs pertinet. Sed hîc poſuit vt loca generationis oſtenderet, & vitæ: cuius initium, & propter quam eſt generatio: de qua hîc agit.

CAPVT DECIMVM-QVARTVM.

Piſces generati ex limo, aut arena, aut maris ſpuma.

CLXVII. ARISTOTELES.

ΟἹ μὲν οὖν πλεῖστοι, ὥσπερ εἴρηται, τῶν ἰχθύων, γίνονται ἐξ ὠῶν. οὐ μὴν ἀλλ' ἔνιοι καὶ ἐκ τῆς ἰλύος, καὶ ἐκ τῆς ἄμμου γίνονται, καὶ τῶν τοιούτων γενῶν, ἃ γίνεται ἐκ συνδυασμοῦ καὶ ὠῶν, ἐν τέλμασιν ἄλλοις τε, καὶ οἷος περὶ Κνίδον φασὶν εἶναί ποτε. ὃ ἐξηραίνετο μὲν ὑπὸ κυνὰ, καὶ ἡ ἰλὺς ἅπασα ἐξηρεῖτο, ὕδωρ δὲ ἤρξατο ἐγγίνεσθαι ἅμα τοῖς πρώτοις γινομένοις [ὑετοῖς.] ἐν τούτῳ δὲ ἰχθύδια ἐνεγίνετο, ἀρχομένου τοῦ ὕδατος. ἦν δὲ κεστρέων τι γένος τοῦτο· ὃ γίνεται μὲν ἐξ ὀχείας, μέγεθος ἡλίκα μαινίδια μικρά· ᾠὸν δὲ τούτων εἶχεν οὐδὲν, οὐδὲ θορόν.

MAxima piſcium pars, ſicut dictum eſt, ex ouo generatur. At enimuerò nonnulli ex limo & arena. Quin ex his ipſis generibus quæ etiam ex coïtu atque ouo procreantur. Tùm in alijs ſtagnis, tùm in his quæ circa Cnidon fuiſſe olim aiunt. Ea Caniculæ ſideris æſtu exiccata, totus quoque limus areſcebat. Tunc vbi primis imbribus aquæ reſtitui incipiebant, ibi verò piſciculi cum ipſis aquæ initijs exoriri, qui genus eſſent eorum mugilum, quod è coïtu naſci ſolet puſillarum mænularum magnitudi: ſinene ouo, ſine ſemine.

C AE S A R.

QVOD ſuprà propoſuerat, & quod fecit in inſectis, in piſcium quoque hiſtoria idem agit: factóque epilogo ſuperiorũ per ἐπανάβασιν figurã, confert ſe ad generationem eorum piſcium, qui ſine coitu ex æquiuoca materia procreantur. Et duas materias agnoſcit, limum & arenam. Et duo genera. Vnum eorũ, quorum nulla omnino ſpecies vnquam è ſemine, aut coitu fit. Alterum eorum, quorum ſpecies ſuapte natura è coïtu conſtare conſueuêre. Narrátque hiſtoriam mugilum: dicítque genus eſſe eorum qui vulgò è coïtu proueniunt, diſtare tantùm magnitudine. Eorum materiam eſſe limum factum ex aqua pluuia: vt innueret principia cœleſtia. Dixit itaque genus eſſe eorundem: vt ſoluatur quæſtio in ſeptimo *Metaphyſ.* agitata. *An animalia facta ex putrefactione, eiuſdem ſint generis cum ijſdem quæ è coïtu generantur.* Neque enim videntur eſſe, cùm alia ſint principia. Ponunt autem falſum, alia eſſe principia. Eadem enim ſunt: ſed alius modus. Accidens autem non variat ſubſtantiam.

Ἐξηραίνετο: de aqua intelligit: iccirco ſubdit ἐξηρεῖτο de limo: ne quis dicat latuiſſe in limi humore.

Ἅμα τοῖς πρώτοις, ſcilicet ὕδασι.

Οὐδὲν ᾠὸν εἶχεν, οὔτε θορόν: quoniam aliqua genera ᾠὸν habent: θορὸν non habent. Itaque meliùs præpoſuiſſet. Nam in quibus non eſt ᾠὸν, non eſt θορός. Sed pudenter hoc addidit. Nē quis dicat eorum oua fuiſſe limo tandiu ceſſantia, donec humore animarentur. Nam hoc quoque

venatores dicũt. Anates & colymbades,& fulicas,& ardeolas,aliáque id genus deuorare piſces ouorum plenos:eorum oua deijcere cum excrementis, vnde piſciculi enaſcantur. Quare verò non concocturæ etiam oua ipſa, quæ multò citiùs ſoluuntur illorum ventriculi calore. Eſt in ſummo Alpium quas *Cinerum* vocant, vbi tranſitus eſt ab Ligurum Taurinorum Seguſia ad Allobrogas Maurianos, Lacus ſatis grandis, in quo noſtra tempeſtate nullus piſcis plus quadraginta iam annos videbatur. Nunc ſcatet eo genere quo *Truttas* vocant.

Ἀρχομένου τοῦ ὕδατος: ne quis putaret inuecta aliunde oua.

Ἅμα ὅτις τόποις, *reſtagnare loca inciperent*, interpretatus eſt Theodorus, malè. Neque enim reſtagnare eſt ſtagna reſtituere, ſed diffundere: proprium fluuiorum cũ curſus ſegnior eſt, quàm quantum aquæ poſſit ex alueo per fauces exhauriri. Exeunt igitur, & reſtagnare dicuntur: quoniam retrolabi videntur, cùm non euoluuntur: atque ibi ſtare: ſic regurgitare, & redundare.

Μαινίδια, Theodorus *haleculam* interpretatur, non rectè: neque enim is piſçis qui paſſim halec Græcis, ne Latinis quidem cognitus fuit. Oceani tantùm incola eſt. Malè igitur haleculam vertit. Plinius nomen Græcum retinuit *Manam*: quare μαινίδια paruas mænulas dicemus. Hiſtri quoque hodie paruas mœnas ſic vocant.

CLXVIII. ARISTOTELES.

Γίνεται δὲ καὶ ἐν ποταμοῖς ἐν τῇ Ἀσίᾳ, ὅπου διαῤῥέουσιν εἰς θάλασσαν, ἰχθύδια μικρὰ, ἡλίκα ἑψητοῦ ἔντερα, τὸν αὐτὸν τρόπον τούτοις.

IN Aſia quoque ad fluuiorum oſtia naſcuntur piſciculi puſilli, quemadmodum & illi: ſimiles verò minimorum piſciculorum inteſtinis.

CAESAR.

ALTERO exemplo continuat hiſtoriam, & ponit locum ob teporem.

Ἑψητοῦ ἔντερα. Non eſt nomen piſcis, ſed artis in genere piſcium coquendo ad epulas. Nanque alios dicebant ταγηνιστὰς à patella, quaſi *frixorios*: alios ἀνθρακιεῖς, id eſt, vt Hermolaüs doctiſſimus dicit, *carbonarios*: alios ἑψητοὺς, *elixarios* ſcilicet: quod è ſeptimo Athenæi licet colligere. Dorionem autorem citat ibi, qui encraſicholos, & iopas, & atherinas, & gobios, & triglidas puſillas, & ſepiolas, & lolliginellas, & cancellos vocet, ἑψητούς. Etiam Archippus, & Nicoſtratus epithetum apuæ faciant ἑψητόν. Et poſt aliquot alia ſubdit. Ἑψητοὺς λέγουσι πληθυντικῶς κατὰ τὸ πλεῖστον. Itaque Terẽtius ex Menandri *Perinthia* illa verba. Τὸ παιδίον δι' εἰσῆλθεν ἑψητοὺς φέρον, ita interpretatus eſt. *emptos piſciculos obolo ferre in cœnam ſeni.* Idem Athenæus ἑψητοῖς vocat omne genus piſciculorũ quod decreſcente Nilo in foueis exceptum remaneat. Quare Hermolaüs rectiſſimè dubitat an Theodorus hîc *Naricam* rectè ſit interpretatus. Eſt enim, Narica certum genus piſcis minuti apud Plautum muria conditi, vt ait Feſtus. Sed & Theodorus omiſit τὸ, ἔντερα. In margine autem Codicis Latini eſt gloſſema ſic appoſitum. Ἑψητοῦ, id eſt *Naricarum: Hepſeti à Plinio.* At apud Plinium id nunquam inuenire potui.

CLXIX. ARISTOTELES.

Ἔνιοι δὲ καὶ οὕτως φασὶ τοὺς κεστρεῖς φύεσθαι πάντας. οὐκ ὀρθῶς λέγοντες. ἔχουσαι γὰρ φαίνονται καὶ ᾠὰ αἱ θήλειαι αὐτῶν, καὶ θορὸν οἱ ἄῤῥενες. ἀλλὰ γένος τί ἐστιν αὐτῶν τοιοῦτον, ὃ φύεται ἐκ τῆς ἰλύος καὶ τῆς ἄμμου.

QVidam falsò ſic omnes mugiles aiunt prouenire. Eo nanque in genere, gerentes oua fœminæ, & mares cum ſemine genitali videntur. Sed certum genus dumtaxat id eſt, quod è limo & arena procreatur.

CÆSAR.

REmouet falſam opinionem per ſenſus argumentum. Nam ſi & ſexus eſt, & membra, & materiæ ad generationem, erit forma & agens, & materia vniuoca.

Φύεσθαι Theodorus, *ſponte oriri*. Sanè φύεσθαι eſt è terra exire primario ſuo ſignificatu.

CLXX. ARISTOTELES.

Ὅτι μὲν οὖν γίνεται αὐτόματα ἔνια, οὔτε ἐκ ζῴων, οὔτε ἐξ ὀχείας, φανερὸν ἐκ τούτων. ὅσα δὲ μήτε ᾠοτοκεῖ, μήτε ζῳοτοκεῖ, ἅπαντα γίνεται, τὰ μὲν, ἐκ τῆς ἰλύος, τὰ δ', ἐκ τῆς ἄμμου, καὶ τῆς ἐπιπολαζούσης σήψεως· οἷον καὶ τῆς ἀφύης ὁ καλούμενος ἀφρὸς, γίνεται ἐκ τῆς ἀμμώδους γῆς· καὶ ἔστιν αὕτη ἡ ἀφύη, ἀναυξὴς καὶ ἄγονος· καὶ ὅταν πλείων γένηται χρόνος, ἀπόλλυται, ἄλλη δὲ πάλιν ἐπιγίνεται· διὸ ἔξω χρόνου τινὸς ὀλίγου, πᾶσαν, ὡς εἰπεῖν, τὴν ἄλλην γίνεται ὥραν. διαμένει γὰρ ἀρξαμένη ἀπὸ ἀρκτούρου μετοπωρινοῦ μέχρι τοῦ ἔαρος. σημεῖον δ' ὅτι ἐνίοτ' ἐκ τῆς γῆς ἀνέρχεται· ἁλιευομένων γὰρ, ἐὰν ᾖ ψῦχος μὲν, οὐχ ἁλίσκεται· ἐὰν δὲ εὐδία, ἁλίσκεται, ὡς ἐκ τῆς γῆς ἀνιοῦσα πρὸς τὴν ἀλέαν. καὶ ἑλκόντων καὶ ἀναξυομένης τῆς γῆς πλεονάκις, πλείων γίνεται καὶ βελτίων. αἱ δὲ ἄλλαι ἀφύαι, χείρους, διὰ τὸ ταχέως λαμβάνειν αὔξησιν. γίνονται δὲ ἐν τοῖς ἐπισκίοις καὶ ἀλεεινοῖς τόποις, ὅταν εὐημερίας γενομένης ἀναθερμαίνηται ἡ γῆ· οἷον περὶ Ἀθήνας ἐν Σαλαμῖνι, καὶ πρὸς τῷ Θεμιστοκλείῳ, καὶ ἐν Μαραθῶνι. ἐν γὰρ τούτοις τοῖς τόποις γίνεται ὁ ἀφρός. φαίνεται δὲ ἐν μὲν τόποις τοιούτοις, καὶ εὐημερίαις τοιαύταις. γίνεται δὲ καὶ ἐνιαχοῦ, ὁπόταν ὕδωρ πολὺ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ γένηται, ἐν τῷ ἀφρῷ τῷ γινομένῳ ὑπὸ τοῦ ὀμβρίου ὕδατος· διὸ καὶ καλεῖται ἀφρός· καὶ ἐπιφέρεται ἐνίοτε ἐπιπολῆς τῆς θαλάττης, ὅταν εὐημερία ᾖ ἐν ᾧ συστρέφεται· οἷον ἐν τῇ κόπρῳ τὰ σκωλήκια μικρὰ, οὕτως ἐν τούτῳ ὁ ἀφρὸς, ὅπου ἂν συστῇ ἐπιπολῆς· διὸ πολλαχοῦ προσφέρεται ἐκ τοῦ πελάγους ἡ ἀφύη αὕτη· καὶ εὐθηνεῖ δὲ, καὶ ἁλίσκεται πλείστη, ὁπόταν ἔνυγρον καὶ εὐδιεινὸν γένηται τὸ ἔτος. ἡ δὲ ἄλλη ἀφύη, γόνος ἰχθύων ἐστίν.

Cum igitur quædam neque ex animalibus, neque ex coïtu, ſed ſponte oriri his argumentis manifeſtum eſt. Tum verò quæ neque ouum, neque animal pariunt, omnia vel è limo, vel ex arena, atque etiam ex fluitante re quapiam putrefacta euenire ſolent: quemadmodum ex ſabulone id quod apuę ſpumam vocant. *Eſt enim eiuſmodi apua, vt neque grandeſcat, neque habilis ſit ad generandum, neque diu queat durare. Sed priore turba abolita, altera ſuccreſcit. Quo fit vt præterquam paruo tempore, quædam ſemper proueniat. Durat enim ab initio Arcturi autumnalis ad ver vſque. Eam verò è terra prodire interdum hoc argumento obſeruârunt piſcatores, quòd frigidis temporibus non capiatur, ſed tepore conciliatus, quem de terra emergens captet illa. Quin traheis ſcalpta humo, ſæpenumero & copioſiores, & præſtantiores capiant. At alia aquarum genera deteriora, propterea quòd præmaturè minus creuêre. Oriuntur opacis tepidíſque locis: cum cœli clementia terra concaleſcit. Veluti in Athenienſis agri Salamine, & ad Themiſtoclem, & in Marathone. His ſcilicet locis ſpuma illa fit, quibus locis, quibúſque teporibus exiſtere conſueuit. Alibi quoque vbi largiores imbres ingruunt, excitata in ipſis ſpuma: à qua etiam ſpuma eſt nomen conſequuta. Fertur etiam tepido cœlo fluitabunda maris æquore ea in materia in qua conuoluta eſt. Nam quemadmodum in fimo vermiculi minuti, ſic in eiuſmodi re ſpuma, quocunque loco æquoris concreuerit. Quo fit vt ex alto multa ad loca appellatur hoc apuæ genus. Eius prouentus ac præſtantia maxima, quo tempore annus & humore, & tepore abundet. Alia autem apua à piſcibus generatur.*

CAESAR.

NVNC partitur æquiuocam generationem, in ea genera, quæ etiam è coïtu, & ea quæ ſine coïtu procreantur. Illorúmque hiſtoria relicta: tranſit ad hanc: atque aſſignat materias aliquot: limum, arenam, ſpumam, aliqua fluitantia, dummodo putreſiant. Ponit hiſtoriam apuæ, è ſpuma: ponit affectiones: quia neque grandeſcit: quoniam ſcilicet debilia principia ſunt: neque prolem ex ſe procreat: quoniam retinet principia ſua manca: neque enim ab alia ſibi ſimili procreata fuit. Itaque in fine commentarij aliud genus apuarum dicit è piſce oriri. Tertio loco vitæ breuitatem: reſolui enim in materiam ex qua creatæ ſunt. Compenſari autem breui tempore naturam, alijs ſubnaſcentibus. Ponit deinde metas vitæ præſcriptas certis anni temporibus. Probat è limo generari, quoniam è terra prodire viſa ſit à piſcatoribus. Addit teporis eſſe captatricem: quoniam etiam tepido tempore naſcatur. Reſpondent enim principijs generationis vitæ affectiones. Addit & affectionē τῆς ξεάσεως. Scalpta terra fieri meliores, & plures. Soluta enim terra faciliùs concipit, & mutatur: miſcetur enim. At ſuprà miſtionē in cauſſa eſſe putreſcēdi diximus in hiſtoria de aſcaridibus. Ponit aliud genus apuarū diuerſum tribus de cauſſis. Quæ & grandeſcant, & cito, & iccirco ſint inſuauiores. Sunt autem maiores exuctiores, & quaſi dicam ſtupeæ.

Et opponit hanc hiſtoriam illi ſuperiori, ἀναυξὴς καὶ ἄγονος. Redit ad harum generationem,& ponit loca,locorúmque rationem : miſtam ex diuerſis : opacitatem, & teporem. Videntur enim hæc non poſſe cohærere. Aperta enim loca aprica ſunt. Sed intellige loca à vento tecta,eadémque aprica è repercuſſu.Ponit locorum exempla tria:& rationem:quoniam,inquit,ſpuma ibi excitetur. Inde ponit etiam alium modum:ab imbribus:ac mox cauſſam nominis. Nam huius generis apuæ, à Græcis ἀφρὸς, id eſt ſpuma nominatur, à materia ſumpta appellatione. Poſt hæc modum aſſignat concretionis & exemplum : ſicut, inquit, vermiculi in fimo. Poſtremò repetit cauſſam materialem,aquam:formalem,calorem. Sic enim ſpuma fit.

Οὔτ' ἐκ ζώων, οὔτ' ἐξ ὀχείας. Ἐξ ὀχείας, vt ab agente. Ἐκ ζώων, vt ex materia : ſicuti pediculi.

Ἐπιπολαζούσης σήψεως. Theodorus, *per ſumma facta putredine* : obſcurè admodum:intelligit autem σῆψιν, τὸ σηπόμενον. Neque enim è putrefactione fit : neque enim putrefactionis eſt putrefactio : non enim motionis motus eſt.

Αὕτη ἡ ἀφρόν. Αὕτη, vt diſtinguat à genere, de quo mox. Dicta igitur ἀφύη quia careat generatione. Itaque *Nonnatum piſcem* vocant Niceenſes.

Ἄλλη δὲ πάλιν ἐπιγίνεται. Theodorus, *ſed denuò naſcitur* : peſſima Latinitate. Denuo fit id:quod fuit,deſijt eſſe. Item factum eſt,idem. Denuo recitatur *Eunuchus* quæ antea acta fuerat. At eadem non renaſcitur Apua Phœnicis more iactato. Sed ἄλλη ἐπιγίνεται, *ſubnaſcitur*. Τὸ, ἐπὶ, ſignificat tempus ſuccedens.

Διὸ, quia, ſi ſubnaſcitur contineat pene annum : dixit pene ὡς εἰπεῖν, propterea quòd intercipitur diuerſo tempore.

Ἑλκόντων καὶ ἀναξυομένης. Theodorus, *ſolo agitato, & detracta collunione* : non expreſſit, crates piſcatorias quibus ad hoc vtuntur. Et quas *traheas* rectè dicas.

Ἐπισκίοις καὶ ἀλεεινοῖς. Theodorus, *vmbroſis apricíſve* : diſiunxit ipſe. At Philoſophus coniungit. Sed cùm malè interpretetur ἀλεεινοῖς, non potuit coniungere. Nam apricum, apertum eſt: vmbroſum autem contrarium & tectum. Illud expoſitum Soli : hoc auerſum. *Tepidis* igitur vertiſſet. Nam opaca non perflantur. Et aëre tepido tepidiora ſunt.

Συστρέφεται, *conuolutatur*, vermiculi more in fimo,qui etiamnum continetur.

Εὐθηνεῖ. Theodorus, *copioſè generatur* : proficit : prouentus eius largior.

Πολλαχοῦ, πολλακόσε : quoniam è mari purgante ſeſe appellatur ad littora ſpuma illa.

Εὔδιοι καὶ ἀλεεινόν. Theodorus, *anno quieto, & humido* : imò tepido, & humido : ſuprà enim docuit quid vellet,cùm dixit, ἀλέαν, & ἀλεεινοῖς, lapſu fatali Theodori, & aliorum : vt in libro de *Inſomnijs* diximus.

CLXXI. ARISTOTELES.

Ἡ μὲν χαλκηδὼν κωβῖτις, κωβιῶν τῶν μικρῶν καὶ φαύλων, οἳ καταδύονται εἰς τὴν γῆν.

Qua enim gobialis appellatur, fit ex gobijs minutis ac nequam, qui terram ſubeunt.

CAESAR.

Κωβῖτις, Theodorus, *gobionaria*, nimis vaſta voce. Nam & gobio, & gobius dicitur. Ex verſione autem:ipſius diſces hũc gobialem paruos gobios procreare quod alienum eſt à Philoſophi ſententia : imò ipſa à paruis gobijs procreatur. Quod & animaduerſum eſt à doctiſſimo Rondeletio, à quo hæc omnia apuarum genera diligentiſsimè exequuntur : de his quoque Athenæus in Septimo.

Φαύλων, *nequam*: ſic interpretatur Cicero:nequam,quod necquicquam eſt. Nihil valet,vt aiũt. Theodorus nobiliſsimè, *ignobiles* dixit : potes etiam, *degeneres*.

Οἳ καταδύονται. Reddit rationem quare nequam ſint,& ignobiles:quoniam degenerent à piſcium natura.

LXXII. ARISTOTELES.

Ἐκ δὲ τῆς φαληρικῆς, γίγνονται μεμβράδες· ἐκ δὲ τούτων, τριχίδες· ἐκ δὲ τῶν τριχίδων, τριχίαι.

E Phalerica autem oriuntur arades, ex his trichides, è trichidibus trichia.

CAESAR.

ALIA genera eorúmque ſeriem ponit. Phalericæ aphyæ ex Phalero portu Athenienſi dicuntur, vt videre licet apud Suidam. Ex his arades oriuntur: quidam *membradas* legunt: inter quos & Theodorus. Ex quibus trichides, & ex his trichiæ: mirum è minori genere maius oriri. Has ſardinas & ſardas vulgares eſſe puto, & tantùm ætate differre.

CLXXIII. ARISTOTELES.

Ἐκ δὲ μιᾶς ἀφύης, οἷον τῆς ἐν τῷ Ἀθηναίων λιμένι, οἱ ἐγκρασίχολοι καλούμενοι.

Sola apua quæ in portu Athenienſium degit, generat eos qui encraſicholi dicuntur.

CAESAR.

ANTEQVAM mihi contigiſſet doctiſſimos de piſcium hiſtoria Commentarios G. Rondeletij videre, ea in opinione quoque eram, vt encraſicholum eum piſciculum putarem, qui è Liguribus in muria conditus ad nos importatur, vulgò *anchioia* dictus. Aliquando tamen alium minutulum qui in æſtuariis Venetiarum capitur, apuæ ſpeciem, & vulgò *agnella*, quaſi *apuella* dicitur, verum eſſe encraſicholum exiſtimaui. Verùm Philoſophi autoritas ſcribentis ſolam apuam, quæ in Athenienſium portu degit encraſicholum generare, ſententiam mutare cogebat. At verò ſi ab eo ne minimum quidem recedere fas eſt, quî poteſt fieri vt apuæ ligures id piſcium genus producant? At Athenæus harum rerum legitimus præter ex apua gobite, ſeu vt diximus gobiali oriri encraſicholum ait. Idem & Suidas ſenſit. Minùs certè nota fuerunt veteribus vltima maris noſtri littora. Nomen verò encraſicholi non malè ei, quem putamus, piſciculo conuenit: ἔχει δ' ἐν τῷ κρανίῳ τὴν χολήν: eíque ob eam rem antequam condiatur, caput abſcinditur, ne quid ex felle ingrati ſaporis conſequatur. Theodorus vertit *encraulos*. Nam illa ſanè nimis longa vox eſt: ſed ita legit Heſychius. Ita Athenæus in quarto, & in ſeptimo, vbi inter ἰχθύας connumerat: ἐγγραύλεις legit in numero plurali Oppianus in quarto.

CLXXIV. ARISTOTELES.

Ἔστι δὲ καὶ ἄλλη ἀφύη, ἡ γόνος ἐστὶ μαινίδων καὶ κεστρέων.

Eſt & alia apua quæ mænularum & mugilum fœtura eſt.

CAESAR.

MAινίδας, vbique vertit *halecem* Theodorus: malè, vt diximus: de hac apua mænularum, & mugilum fœtura etiam Athenæus: & de ea quæ ex mullis quoque oritur: quam, vt quæ ex mænis μαινίδας vocat Ariſtoteles, ſic ipſe ortas ex mullis τὰς τριγλίτας ἀφύας, dixit.

CLXXV. ARISTOTELES.

Ὁ δὲ ἀφρὸς ὁ ἄγονος, ὑγρός ἐστι, καὶ διαμένει ὀλίγον χρόνον, καθάπερ εἴρηται πρότερον. τέλος γὰρ λείπεται κεφαλὴ καὶ ὀφθαλμοί· πλὴν εὕρηται τοῖς ἁλιεῦσι πρὸς τὸ διακομίζειν. ἁλιζομένη γὰρ, πλείω μένει χρόνον.

At ſpuma illa ſterilis, humida eſt, & breui, vt antea dictum eſt, aboletur. Reliquum tandem caput atque oculi ipſi fiunt. Piſcatorum tamen inuentum eſt, vt eam quo deportare poſſint ſale aſpergant: ſic enim diutiùs durat.

CAESAR.

NVNC reuertitur ad propoſitam hiſtoriam. Nam hîc obiter has enarrauit propter generis ſimilitudinem. Apponítque effectionem à concretione: vt quoniam è ſpuma fiat, facilè ſoluatur. Ordinem quoque naturæ mirum expreſſit. Nam in piſcium generatione caput atque oculi primùm grandiſſimi erant. Itaque poſtremi quoque manent. Is eſt

curſus,quem in corde dicit Ariſtoteles, *δίαυλοι*: primum viuens,vltimum viuens. Ita flores in quibuſdam plantis, primi prodeunt, primi abeunt: folia ſeriùs funduntur, ſeriùs dilabuntur. Theodorus autem poſtquam dixit, *breui tempore edurant*: ſubdit: *mox oculi reſtant.* Illud, *mox*, nihil eſt.

Dixit piſcatores,vt diutiùs durent hæ apuæ,ſale eas aſpergere,optimè.Sal enim exiccat:itaque non temerè additur piſcium humidiſſimo,& maximè fluxo & ſolutili.

CAPVT DECIMVM-QVINTVM.

Procreatio anguillarum.

CLXXVI. ARISTOTELES.

Αἱ δ' ἐγχέλυες, οὔτ' ἐξ ὀχείας γίνονται, οὔτ' ᾠοτοκοῦσιν· οὐδ' ἐλήφθη ποτὲ οὔτε θορὸν ἔχουσα οὐδεμία, οὔτ' ᾠόν. οὔτ' ἀνασχισθεῖσαι, ἐντὸς θορικοὺς πόρους, οὔτε ὑστερικοὺς ἔχουσι· ἀλλὰ τοῦτο ὅλον τὸ γένος τῶν ἐναίμων, οὐ γίνεται οὔτε ἐξ ὀχείας, οὔτε ἐξ ᾠῶν. φανερὸν δέ ἐστιν ὅτι οὕτως ἔχει. ἐνίαις γὰρ τελματώδεσι λίμναις, τοῦ τε ὕδατος παντὸς ἐξαντληθέντος, καὶ τοῦ πηλοῦ ἐξαιρεθέντος, γίνονται πάλιν, ὅταν ὕδωρ γένηται ὄμβριον· ἐν δὲ τοῖς αὐχμοῖς οὐ γίνονται, οὐδ' ἐν ταῖς διαμενούσαις λίμναις. καὶ γὰρ ζῶσι καὶ τρέφονται ὀμβρίῳ ὕδατι. ὅτι μὲν οὖν οὔτε ἐξ ὀχείας, οὔτε ἐξ ᾠῶν γίνονται, φανερόν ἐστι. δοκοῦσι δέ τισι γεννᾶν, ὅτι ἐνίαις τῶν ἐγχελύων ἑλμίνθια ἐγγίνονται· ἐκ τούτων οἴονται ἐγγίνεσθαι ἐγχέλυς. τοῦτο δ' ἐστὶν οὐκ ἀληθές· ἀλλὰ γίγνονται ἐκ τῶν καλουμένων γῆς ἐντέρων· ἃ αὐτόματα συνίσταται ἐν τῷ πηλῷ, καὶ ἐν τῇ γῇ τῇ ἐνίκμῳ. καὶ ἤδη εἰσὶν ὠμμέναι αἱ μὲν, ἐκδυόμεναι ἐκ τούτων· αἱ δὲ, ἐν διακνιζομένοις καὶ διαιρουμένοις, γίνονται φανεραί. καὶ ἐν τῇ θαλάττῃ δὲ, καὶ ἐν τοῖς ποταμοῖς γίνονται τὰ τοιαῦτα, ὅταν ᾖ μάλιστα σῆψις· τῆς μὲν θαλάττης, πρὸς τοῖς τοιούτοις τόποις, οὗ ἂν ᾖ φῦκος· τῶν δὲ ποταμῶν καὶ λιμνῶν, περὶ τὰ χείλη. ἐνταῦθα γὰρ ἡ ἀλέα ἴσχουσα, σήπει.

Anguillæ neque ex coïtu generantur, neque ouum pariunt. Neque vlla capta eſt, quæ vel genituram, vel ouum haberet. Neque diſſecta comperti ſunt meatus,vel ſeminales, vel ad matricis officium deſtinati: ſed totum hoc inter ea quæ ſanguine concreta ſunt, neque ex coïtu, neque ex animali fit. Sic autem eſſe hoc argumento patet. Certis enim feculentis lacubus, tota aqua exhauſta, & cœno exacto rurſus generantur, vbi imbres euenerint: ſiccis autem temporibus non proueniunt: neque in lacubus perennibus: veniunt enim atque aluntur aqua pluuia. Quòd autem neque è coïtu, neque ex animalibus fiant manifeſtum eſt: verùm quibuſdam generare viſæ ſunt: propterea quòd in nonnullis lumbricellos deprehendére: ex quibus arbitrati ſunt innaſci anguillas. At hoc non ſic ſe habet: ſed gignuntur ex iis quæ terræ inteſtina *nominant,quæ ſponte concreſcunt in cœno,& humo vda. At iam obſeruatæ ſunt ex iis prodeuntes: partim etiam ſcalptis & diſciſſis extitère. Hæc autem proueniunt tum in mari, tum in fluuiis, cùm potiſſimum fit putrefactio. Maritimis quidem locis quæ algam ferunt. In ſtagnis autem,ac fluuiis iuxta ripas. Ibi enim tepor vigens putrefacit.*

CAESAR.

POSTQVAM de animalibus dixit quæ è coïtu generãtur,ſcripſit de iis,in quibus alter tantùm ſexus. Tum de iis, quæ è coïtu & ſorte. Quarto loco, de iis quæ ſorte tantùm in quibus nullus ſexus: *ἄγονοι* enim appellauit τὸ ἀφρόν. Itaque ei hiſtoriæ anguillarum quoque generationem apponit:quam ſuprà quoque deſcripſerat.

Οὔτ' ἐξ ὀχείας, οὔτ' ᾠοτοκοῦσι: propterea quòd è coïtu quidam piſces fiunt degeneres, qui tamen oua non ferunt, vt apuæ: & non ex coïtu, qui oua ferunt, vt rubelli.

Sexus excludit, *οὔτε θορὸν ἔχουσα, οὔτ' ᾠόν*: à partibus acquiſitis.Item à partibus propriis: *οὔτε θορικοὺς οὔτε ὑστερικούς*.

ὅλον

Ὅλον τὸ γένος: quoniam non totum genus mugilum,ſed ſpecies certa carebat ſexu.

Τελματώδει, *feculentis* Theodorus,rectè: τέλμα eſt cænum æſtuariorum : Veneti *velmam*:Galli *vaſam* vocant.

Πηλῷ ἐξωσθέντος, extruſo, eloto ſcilicet : *exacto* nos. Theodorus minùs ſignatè, *detracto*. Nam detrahimus ex altiore loco ſemper. Item πηλὸν,malè pro ἰλὺν interpretatus eſt. Hoc autem addidit Ariſtoteles : ne quis putet oua relicta in cœno.

Διαμενούσαις, non *ſtantibus* , ſed *promanantibus* : ſcilicet qui non deficiunt. Vtinam verò hoc non dixiſſet Philoſophus. Nam neque verum eſt,& ſibi contradicit : quippe mox ad labra & oras fluminum & lacuum. Meminimus quæ dicat Plinius de anguillis Lacus noſtri. Etiam noſtro nūc tempore idem eſt. Ex Tarni autem fluuio qui non ſolùm auget,ſed pene efficit Garumnam, maior enim eſt quàm Garumna qua parte in eum irrumpit,tanta copia defertur,vt vna die quindecim millia in naſſis inuenta ſint.

Ζῶσι καὶ τρέφονται , ſi viuunt, aluntur : videtur ſuperfluum : ſed intellige ζῶσι,συνῶσι, καὶ τρέφονται, id eſt ζῶσι : ſic ζωὴν καὶ λαμβάνουσι καὶ σώζουσι.

Ἐγγίνεται, ſcilicet animali intus formato : vt etiam ζωοτοκῶσι.Theodorus neglexit:malè.

Δοκοῦσι δέ τισι. Theodorus , *videntur tamen nonnulla* : imò nonnullis : credo mendum eſſe librarij non tanti viri:nam ſequitur ὄντας.

Γῆς ἔντερα: *terra inteſtina*: lumbrici ſcilicet : vt toties eſt apud Medicos.

Γῇ ἐνίκμῳ: *humo vda* : ſanè humus enim eſt vda : nec alia:terra ſcilicet compluta : ὕω, ὕομαι, præteritum ἷμαι.

Ἐκδυόμεναι: *emergentes, exeuntes* : exui meliùs,& propriùs. Theodorus , *abſolui* : mutile admodum : quaſi legerit, ἐκλύονται : duriſſimum eſt. Et nota , quaſi relinquant cutem : neque fiant ex toto animali : falſa igitur eſſet definitio τοῦ σκώληκος, quo ex toto, totum animal facit : ſed formam intellige, non partes : exuere formam : quemadmodum Romulum hominem exuiſſe aiunt.

Τὰ τοιαῦτα: promouet hiſtoriam etiam extra anguillas.

Ἴσχυσε, *ſubiens* Theodorus : nos *vigens, regnans, obtinens*:vim indicat uerbum illud.

Σήπει, Theodorus, *facit vt putreant*: malè. Facio ego vt putreat apua, quia ſale non aſpergo:facio vt putreat,quia Soli obiecto:facio vt putreat,quia in aquam indo. Imò verò ipſe calor eſt autor putrefactionis. Omnino enim Theodorus dum Latinus eſſe vult, deſiit eſſe Philoſophus. Interdum & minùs Latinus factus, deſiit Latinus eſſe.

CAPVT DECIMVM-SEXTVM.

Vteri geſtandi , & partus , tempus in piſcibus, fœtuúmque ipſorum emittendorum differentia.

CLXXVII. ARISTOTELES.

Περὶ μὲν οὖν τῆς τῶν ἐγχελύων γενέσεως, τοῦτον ἔχει τὸν τρόπον. τοὺς δὲ τόκους οὔτε πάντες οἱ ἰχθύες ποιοῦνται τὴν αὐτὴν ὥραν, οὔθ' ὁμοίως, οὔτε κύουσι τὸν ἴσον χρόνον.

ANguillæ ſic generantur. Non autem omnes piſces eodem, aut tempore, aut modo pariunt: neque pari gerunt vterum tractu.

CAESAR.

POSTQVAM generatim narrauit generationes, nunc earum , quas vocant circunſtantias ſcribere inſtituit. Tres igitur recenſet : tempus , modum , temporis tractum. Dixit enim, αὐτὴν , ὁμοίως, καὶ ἴσον, vir admirabilis, à ſubſtantia , qualitate , & quantitate.

CLXXVIII.

CLXXVIII. ARISTOTELES.

Πρὸ μὲν οὖν τῆς ὀχείας, ἀγέλαι γίνονται ἀῤῥένων καὶ θηλειῶν· ὅταν δὲ περὶ τὴν ὀχείαν καὶ τοὺς τόκους ὦσι, συνδυάζονται.

Igitur ante coïtum gregatim conueniunt, tum mares, tum fœminæ. Appetente vero & coïtus, & partus tempore, paribus in coniugiis ſegregantur.

C ÆSAR.

HOc quoque eſt τῆς ἐπιμίξεως, trium propoſitarum rationum ſcilicet viuendi. Neque commune omnibus eſt hoc. Neque enim gregales omnes ſunt.

Non eſt leue interpretari τὸ, συνδυάζονται, quaſi dicas *combinantur.* Nam me puero hoc quoque verbum commenti fuerunt Præceptores noſtri.

Theodorus malè dixit, *greges conſiſtunt*: nihil enim mobilius piſce: & malè, *ſub coïtu & partu*: ſed, ſub coitum & partum. Nemo enim Latinè ſic loquutus eſt.

CLXXIX. ARISTOTELES.

Κύουσι δὲ τούτων ἔνιοι, οὐ πλείους τριάκοντα ἡμερῶν· οἱ δὲ, ἐλάττω χρόνον· πάντες δὲ ἐν χρόνοις διῃρημένοις εἰς τὸν τῶν ἑβδομάδων ἀριθμόν.

Vterum gerunt horum nonnulli haud plures tricenos dies. Alij pauciores. Sed omnes, iis temporibus quæ certo ſeptimanarum numero diuidi poſſunt.

C ÆSAR.

A Geſtatione incepit, poſt coïtum, ante partum: coïtum iam dixit: partum dicet. Nunc agit de guſtatione: & commendat numeri ſeptimani perfectionem. Sed iſti triginta dies exeunt atque exuperant. Igitur qui paucioribus, putà vno & viceſimo: conſtabit numerus. De hac re copioſiùs in libris noſtris de *Semine genitali.*

CLXXX. ARISTOTELES.

Κύουσι δὲ πλεῖστον χρόνον οὓς καλοῦσί τινες μαρίνους.

Plurimum tempus gerunt, qui marini vocantur.

C ÆSAR.

IGITVR triceſimo die pariunt: quoniam dixit οὐ πλείους. Sed quomodo plurimum, ſi ſargus, vt mox dicet quoque triginta dies gerit? dicas vtrunque, plurimum neque ſuperlatiuè enuncies. Qui autem ſint μαρῖνοι piſces, quærendum: putabam ex recentiorum diligentia doctiorem me futurum: ſed multò adhuc incertior quàm antea.

CLXXXI. ARISTOTELES.

Σάργος κυΐσκεται μὲν περὶ τὸν Ποσειδεῶνα μῆνα· κύει δὲ ἡμέρας τριάκοντα.

Circiter Decembrem menſem prægnans fit ſargus. Geritque dies triginta.

C ÆSAR.

SArgus igitur vt diximus, plurimum tempus gerit: ſiquidem nullus excedit triceſimum diem. Κυΐσκεται, fit κύων, fit fœta. Sargus pelagius piſcis littoralis, nomen retinet apud Latinos. Itali *ſargum* quoque vocant.

CLXXXII. ARISTOTELES.

ΚΑὶ ὃν καλοῦσι δέ τινες χειλῶνα τῶν κεστρέων, καὶ μύξωνα, τὸν αὐτὸν καὶ ἴσον χρόνον κύουσι τῷ σάργῳ.

Tantidem ponitur vtero geſtando, tum ei, quem Labeonem *in mugilum genere vocant, tum muconi.*

CAESAR.

CAESAR.

Χειλῶνες, Theodorus *Labeones* vertit. Puto eum eſſe qui ab Ouidio *Labrus* dicitur: labris enim craſſis, & prominentibus præditus eſt. Hos etiam βάκχους, vocat Hiceſius apud Athenæum: quanquam & apud Plinium μυξῶνες ſic etiam appellentur, qui quidem nomen habent à muco & pituita: μύξα id ſonat. Quare non malè *Muconem*, vertit Theodorus. Ambo in mugilum genere.

CLXXXIII. ARISTOTELES.

Πονοῦσι δὲ τῇ κυήσει πάντες· διὸ μάλιστα τὴν ὥραν ταύτην ἐκπίπτουσι. φέρονται γὰρ οἰστρῶντες πρὸς τὴν γῆν, καὶ ὅλως ἐν κινήσει περὶ τὸν χρόνον τοῦτον διατελοῦσιν ὄντες, ἕως ἂν ἐκτέκωσι· καὶ μάλιστα ὁ κεστρεὺς τοῦτο ποιεῖ τῶν ἰχθύων· ὅταν δ᾽ ἐκτέκωσιν, ἡσυχάζουσι.

Doloribus laborant prægnantes. Quo fit vt per id tempus potiſſimùm exiliant: feruntur enim graui ſtimulo concitati in terram: atque omnino interea perpetuò in motu ſunt, quoad pariant. Maximè omnium piſcium mugil. Leuati autem partu quietem agitant.

CAESAR.

NVNC affectum prægnantium ponit & dolores. Diſtenduntur enim eorum vteri ob maximam ouorum quantitatem. Harengi enim adeò implentur: vt penè plus pendeant oua, quàm ipſa parens. Sic etiam cùm parturiunt miris doloribus infeſtantur.

Πονοῦσι Theodorus, *laborant*: malim, *dolent*.

Ἐκπίπτουσι: mirum verbum: at mare depreſſius eſt, quàm terra: τὸ, ἐκ: bene eſt, τὸ πίπτειν duriuſculum: niſi dicas elatos in aërem ſaltu, excidere. Erumpere rectè dicitur.

Οἰστρῶντες, mirum verbum actiua voce, paſſiuum ſignificans: imò verò οἰστρώμενοι.

Διατελοῦσιν ἐν κινήσει ὄντες. Atticum mel: pergunt porrò agitari.

Ὅταν δ᾽ ἐκτέκωσιν. Theodorus addidit, *continuò*: non neceſſariò.

CLXXXIV. ARISTOTELES.

Πολλοῖς δὲ τῶν ἰχθύων πέρας ἐστὶ τοῦ τίκτειν, ὅταν ἐγγένηται σκωλήκια ἐν τῇ γαστρί. ἐγγίνεται γὰρ μικρὰ καὶ ἔμψυχα, ἃ ἐξελαύνει τὰ κυήματα.

Parere deſinunt piſces multi, innatis in ventre vermiculis. Innaſcuntur enim puſilli, iique viui, qui exigunt fœtus.

CAESAR.

METAM naturalem ab ætate alibi ſtatuit, nunc ab euentu.

Πέρας, Theodorus *exitus pariendi*: paſſiuè: quid enim eſt exitus pariendi? imò exitus fœtus in partu: imò finis pariendi: quia deſinunt parere. Ante enim quàm fœtus iuſtam capiat perfectionem, expellitur à vermiculis vellicantibus, & mordicantibus. Itaque deſinunt parere: quia aborſus eſt non fœtus. Neque enim putes τὸ πέρας, tempus eſſe veri partus: quaſi verò vermiculi ſciant quando maturus fœtus futurus ſit.

CLXXXV. ARISTOTELES.

Οἱ δὲ τόκοι γίνονται τοῖς μὲν ῥυάσι, τοῦ ἔαρος καὶ τοῖς πλείστοις δὲ περὶ τὴν ἐαρινὴν ἰσημερίαν· τοῖς δ᾽ ἄλλοις οὐχ ἡ αὐτὴ ὥρα τοῦ ἔτους, ἀλλὰ τοῖς μὲν, τοῦ θέρους, τοῖς δὲ, περὶ τὴν μετοπωρινὴν ἰσημερίαν.

Piſces qui ſparſi agitant, pariunt. Ac plurimis circa vernum æquinoctium. Aliis aliud anni tempus: nam quibuſdam æſtas, nonnullis æquinoctium Autumnale.

CAESAR.

TEmpora perſequitur tria, ver, æſtatem, autumnum: duorum etiam præſcribit certa ſpatia æquinoctiorum ſcilicet.

Mendum

Mendum erat in impreſſo Codice: τοῖς δὲ ἀεὶ τὴν ἐαρινήν: lege φθινοπωρινήν. Quid enim eſſet, τοῖς δὲ ἄλλοις οὐχ ἡ αὐτή?

Ῥυάσι: opponuntur τοῖς ἀγελαίοις. Theodorus *ſolitarios*: nos *ſparſos*: etiam *palantes* dicere poteris.

CLXXXVI. ARISTOTELES.

Τίκτει δὲ πρῶτον τῶν τοιούτων, ἀθερίνη· τίκτει δὲ πρὸς τῇ γῇ· κέφαλος δὲ, ὕστατος. δῆλον δὲ, ἐκ τοῦ πρῶτον ταύτης φαίνεσθαι τὸν γόνον, τοῦ δὲ, ὕστατον. τίκτει δὲ καὶ κεστρεὺς ἐν τοῖς πρώτοις.

Hoc in genere prima parit Antherina, ídque iuxta terram. Cephalus autem poſtremus. Deprehenſum hoc eſt, & quòd huius fœtus primus conſpectus ſit: cephali autem poſtremus. Parit etiam mugil inter primos.

CAESAR.

RECENSET genera inter ſe comparata. Antherina à ſpinis, à Theodoro *ariſta* dicitur: ſaltem *ariſtiam* diceret. Hunc piſcem ex apuarum genere puto, eúmque eſſe qui Romæ etiamnum hodie nomen retinet: *Latarina*: piſciculus, qui & in muria conditus pro eo, qui *Anchioia* dicitur, exhibetur.

Mirum cephalum quî fecerit ἐκ ῥυάδων, cùm ſit ἀγελαῖος: eſt enim ex mugilum genere qui gregales ſunt: hic verò mugilem τὸν κεστρέα intellige: nam proprie mugilum nomen, genus eſt.

Ait antherinam primã parere: at mæna in ſinu Hiſtrico prima parit. Cephali fœtus nondum menſe Iunio ſatis adultus eſt.

CLXXXVII. ARISTOTELES.

Καὶ σάλπη τοῦ θέρους ἀρχομένη ἐν τοῖς πλείστοις, ἐνιαχοῦ δὲ καὶ μετοπώρου.

Salpa locis plurimis æſtate parit ineunte: alicubi etiam Autumno.

CÆSAR.

ERgo quod alibi dixit, etiam loca mutant tempora generationis: quippe ob teporem. Ἐν τοῖς πλείστοις, ſcilicet τόποις.

CLXXXVIII. ARISTOTELES.

Τίκτει δὲ καὶ ὁ αὐλωπίας, ὃν καλοῦσιν ἀνθίαν, τοῦ θέρους.

Aulopias quoque, is quem Anthian *vocant, æſtate parit.*

CAESAR.

AVLOPIAM Anthian Theodorus *ſacrum* interpretatur, pro nomine, cognomen ponens. Quanquam enim ἱερὸς ἰχθὺς, quis ſit apud antiquos non certò aſſerebatur, vt videre eſt apud Athenæum in Septimo: quoſdam enim memorat quibus id cognomen datum erat. Tamen neque aulopias, neque anthias eo in numero reponuntur. Oppianus in Primo Ἁλιευτικῶν: anthiæ ſpeciem facit, quam & ἔλλωπον, & αὐλωπὸν vocat.

CLXXXIX. ARISTOTELES.

Μετὰ δὲ ταῦτα, ὁ χρύσοφρυς, καὶ λάβραξ, καὶ μόρμυρος, καὶ ὅλως οἱ καλούμενοι δρομάδες.

Poſt hos aurata, & lupus, & murmurus: denique omnes quos Græci δρομάδας vocant, à curſu.

CAESAR.

C Æ S A R.

Μετὰ ταῦτα: mutauit genus: τούτους ſcilicet.

Λάβραξ, lupus marinus piſcis pelagius, qui & fluuios ſubit, veluti qui Romæ inter duos pontes capiebatur. Nomen Latinum à voracitate habet. Græcum autem, quòd impetu, & magno oris hiatu eſcam voret. Italorum nonnulli *lupazum*, Narbonenſes *lupum* vocant. Duo faciunt luporum genera: varij quidam ſunt, vt ait Columella lib. VIII. cap. vlt. alij, eodem autore, ſine macula: quos puto *lanços, à candore molliciáque carnis* Plinium vocare *lupos*. Idem & trichias bis anno parere ait.

Χρύσοφρυς aurata, quia ſupercilia auri colorem referentia habeat: piſcis omnibus cognitus: nomen enim vbique retinet. Athenæus Pompilum χρύσοφρυν vocatum quoque ait, eo quòd ſupercilia aurea etiam habeat.

Mormyri meminit Plinius in fine triceſimi ſecundi, & ex Ouidio θηλυκῶς effert pictas mormyras. Piſcis quidam auratæ ſimilis, pelagius, lineas nigras tranſuerſas habens: à Venetis *mormyrus* vocatur: quem hunc Ariſtotelis eſſe puto: atque ab his lineis *pictos* ab Ouidio dictos.

Δρομάδας, quoniã incertis ſedibus agunt. In primo huius operis horum δρομάδων meminit: inter quos thynnos, pelamydes, amias, recenſet: ſic enim, quia vagantur, à curſu vocati ſunt. Theodorus, *curſiones*, vertit: commodiùs, *curſores* dixiſſet. Plinius, *dromonas* maluit: quos tamen videtur certos piſces facere.

CXC. ARISTOTELES.

Ὕστατοι δὲ τῶν ἀγελαίων, τρίγλη, καὶ κορακῖνος. τίκτουσι δ' οὗτοι περὶ τὸ μετόπωρον.

Vltimus gregalium mullus, & coracinus: pariunt enim Autumno.

C AE S A R.

SVPRA in quinto huius operis ſcripſit Ariſtoteles nullum ter parere. Quod etiam refert Athenæus in ſeptimo: atque ideò τρίγλην vocatum ait. Mullum autem Burdigalenſes *barbehaut* dicunt. Galli *ſurmulet*: colore eſt purpureo: qui barbatus eſt, melior imberbi: lutarius viliſſimus.

Κορακῖνον, Theodorus *gracculum* vertit malè. Plinius Græcum nomen retinuit: putat dictum κορακῖνον Athenæus διὰ τὸ συνεχῶς τὰς κόρας κινεῖν καὶ οὐδέποτε παύεσθαι. Quanquam Oppianus denominationem ducat à colore nigro. Athenæus tamen in octauo, nigri & albi coracini mentionem facit. Varia nomina apud eundem ponuntur in ſeptimo: quæ quia ab aliis tradita ſunt, diutiùs non immorabor: piſcis eſt marinus & ſatis cognitus: Itali *coruum* vocant. Nilo maximè peculiaris.

CXCI. ARISTOTELES.

Τίκτει δὲ ἡ τρίγλη, ἐπὶ τοῦ πηλοῦ· διὸ ὀψὲ τίκτει· πολὺν γὰρ χρόνον ὁ πηλὸς ψυχρός ἐστιν.

Parit mullus in cœno. Itaque ſerò parit. Diu enim frigidum eſt.

C AE S A R.

REDDIT cauſſam ſimilem ſuperioribus περὶ τῆς αἰτίας: ſic contrarium è contrario. Mirum verò nobiliſſimum, candidiſsimum, ſapidiſsimum, minimè olidum in fœdiſsimo loco parere: ſed quomodo eſt apud Theodorum? *nullus ſua oua limo committit, vnde fit, vt ſerò pariat.* At iam peperit ſi commiſit: vult dicere excludit, cùm dicit, *pariat.* Mirum quoque eſt ſi ter parit mullus, eum ſerò, id eſt, Autumno parere. Frigus non lege abeſt. Eſt quoque in eorum piſcium genere, qui ob lapides quos in capite habent, frigus vehementer timent. Oportet igitur, vt hi tres partus non longo interuallo, vnus, ab altero diſtet.

CXCII. ARISTOTELES.

Ὁ δὲ κορακῖνος, ὕστερον τῆς τρίγλης, ἐπὶ τῶν φυκίων ἐκπορευόμενος, διὰ τὸ βιοτεύειν ἐν τοῖς πετραίοις χωρίοις· καὶ κύει δὲ πολὺν χρόνον.

Poſt mullum coracinus in algas egreſſus: propterea quòd degit inter ſaxa: & diu vterum gerit.

CAESAR.

TRes cauſſas aſſignat tarditatis. Nam ſaxatilis eſt:ergo minùs calet: quia quærit alia loca vbi pariat:& quia longinquo tempore gerit vterum.

CXCIII. ARISTOTELES.

Αἱ δὲ μαινίδες, τίκτουσι μετὰ τροπὰς χειμερινάς.

MAenula pariunt circa brumam.

CAESAR.

DIxit, *μετὰ τροπὰς χειμερινάς*: *circa brumam:* quia affecto Decembri pariunt. Martio menſe grandes iam ſunt.

CXCIV. ARISTOTELES.

Τῶν δὲ ἄλλων ὅσοι πελάγιοι, οἱ πολλοὶ θέρους τίκτουσι. σημεῖον δὲ, ὅτι οὐχ ἁλίσκονται τὸν χρόνον τοῦτον.

CAeterorum qui in alto mari degunt, magna pars æſtate pariunt. Quod ita conÿciunt: propterea quòd per id tempus non capiuntur.

CAESAR.

NOn eſt firma probatio. Nam fieri poteſt, vt lateant fugientes cœli calorem.

CXCV. ARISTOTELES.

Πολυγονώτατον δέ ἐστι τῶν ἰχθύων ἡ μαινίς.

FOecundiſsima piſcium mænula.

CÆSAR.

COMPREHENDE eum qui paſſim Halec: proprio tamen nomine *harengus* quanuis barbaro vocatur. Mæna alterius eſt generis. Harengus propior ſardæ. Mæna multis differt notis: latior, compactior, ſubrutilans, faucibus & branchiis craſſioribus. Guſtus vero omnino diuerſus. Quare non rectè, vt ſæpe monuimus, *halecem* vertit Theodorus.

CXCVI. ARISTOTELES.

Τῶν δὲ σελαχῶν, βάτραχος· ἀλλὰ σπάνιοί εἰσι, διὰ τὸ ἀπόλλυσθαι ῥᾳδίως. τίκτει γὰρ ἀθρόα ἅμα πρὸς τῇ γῇ· ὅλως δὲ ὀλιγοτόκα μέν ἐστι τὰ σελάχη, διὰ τὸ ζωοτοκεῖν. σώζεται δὲ μάλιστα ταῦτα, διὰ τὸ μέγεθος.

E Cartilagineis rana: ſed infrequentes tamen ſunt: propterea quòd facilè intereunt. Parit enim ſimul omnia iuxta terram: verùm omnino minùs fœcunda ſunt cartilaginea, icciroo quia animal pariant: ac tutiſsima ſunt ob corporis magnitudinem.

CAESAR.

IN illo genere, mænam: in cartilagineis, ranam. Occurrit obiectioni: quare paucæ ranæ ſunt? quia intereunt: quare intereunt? quia propè terram pariunt: at diuerſis locis, vt ſi cui quid eueniat, alia ſeruentur: minimè: ſed omnium eadem ſors in diſcrimine. Primum auget, omne, inquit, genus cartilagineorum minùs fœcundum eſt. Ergo & hæc cauſſa quare ſit infrequens. In ſuo enim genere fœcunda: at totum genus infœcundum. Reddit cauſſam: perfectum enim parit: obſtat copia perfectioni. Occurrit alteri obiectioni. Tamẽ ſatis multa cartilaginea

laginea videmus. Quæ ſuperſunt, inquit, non abſumuntur à cæteris piſcibus: valentiora enim ſunt.

Haud pauca ſunt loca in quibus non inuenias inuersè interpretatum à Theodoro βάτος pro βάτραχος, & è contrario: ſicut & hîc. At manifeſtum eſt raiam non eſſe raram inuentu, ſed ranam.

Α'θρόα Theodorus, *diuerſa*. Mendum eſt librarij: quare ſcribe, *vniuerſa*.

CXCVII. ARISTOTELES.

Ὀψίγονον δέ ἐστι καὶ ἡ καλουμένη βελόνη· καὶ αἱ πολλαὶ αὐτῶν πρὸ τοῦ τίκτειν διαῤῥήγνυνται ὑπὸ τῶν ᾠῶν. ἴσχει δὲ οὐχ οὕτω πολλὰ εἰς μεγάλα.

SEro parit etiam quæ acus *vocatur: multaq́ue earum parturientes dirumpuntur ab ouis: quæ non tàm multa quàm magna continet.*

CAESAR.

ALIVD tempus & modus, vt declaret quod propoſuit: οὐχ ὁμοίαι: repetit quod dixit: & reddit rationem. Magnitudo ouorum alium exitus modum quærit: itaque rumpuntur parturientes. Nota igitur non omnibus ventris cutem dirumpi. Theodorus, malè *dehiſcente vtero*. Neque enim vterus rumpitur, ſed venter. Meminiſſe debuit, quod ſuprà dictum fuerat: ὑπὸ τὴν γαστέρα διάφυσιν.

CXCVIII. ARISTOTELES.

Καὶ ὥσπερ τὰ φαλάγγια δὲ περιεχέχυνται καὶ περὶ τὴν βελόνην. ἐντίκτει γὰρ πρὸς αὐτήν· κἄν τις θίγῃ, φεύγουσιν.

FOetus circa parentem quaſi phalangia circumfuſi ſunt. Ita enim parit, vt ei adhæreant: ſed ſi tetigeris, fugiunt.

CAESAR.

DIFFICILLIMVS locus: longiſſimum è tenuiſsimis piſcem phanlangio æquiparat. Et illud quid eſt? ἐντίκτει πρὸς αὐτήν: *parit ad ſeipſam*: oua igitur hærent quæ ſecum gerat, & excludat fœtum.

Theodorus: *quippe quam diſcedere ſtatim prolis amor non ſinat*: nullo modo expreſsit: fortaſſe mendum, ἐντίκτει.

CXCXIX. ARISTOTELES.

Ἡ δὲ ἀνθερίνη, τίκτει τρίβουσα τὴν κοιλίαν πρὸς τὴν ἄμμον.

ANtherina parit, atterendo aluum ad arenam.

CAESAR.

SImile quiddam paſſa atque acus, quæ egeat diductione.

CC. ARISTOTELES.

Διαῤῥήγνυνται δὲ καὶ οἱ θυννοι ὑπὸ τῆς πιμελῆς.

RVmpuntur thunni quoque præ obeſitate.

CÆSAR.

PAr affectus, alia cauſſa. Neque appoſuit an viuant: ſicut ſuprà dixit acicula.

CCI. ARISTOTELES.

Ζῶσι δὲ ἔτη δύο. σημεῖον δὲ τούτου ποιοῦνται οἱ ἁλιεῖς. ἐκλιπουσῶν γὰρ ποτὲ τῶν θυννίδων ἐνιαυτόν, τῷ ἐχομένῳ ἔτει καὶ οἱ θύννοι ἐξέλιπον.

Viuunt annos duos: quod eo argumento deprehendêre piſcatores. Cùm anno ſuperiore defeciſſent Thunnillæ, ſequenti, ipſi quoque thunni defecêre.

CAESAR.

Hvnni maiores natu ſunt quàm thunnillæ: eas enim anni vnius ætate excedunt. Ergo abolitis thunnillis hoc anno, ſequenti ſi intereant thunni, non plus biennio viuunt.

Θυννίδας *limarias* interpretatus eſt Theodorus. Plinius *limoſas* dixit. Exiſtimantur enim θυννίδες eſſe πηλαμίδες, ſic dictæ, vt aiunt ἀπὸ τοῦ πηλοῦ. Deducit igitur argumentum ſic.

CCII. ARISTOTELES.

Δοκοῦσι δ᾽ ἐνιαυτὸν εἶναι πρεσβύτεροι τῶν πηλαμίδων.

Videntur enim eſſe thunni, quàm pelamydes, anno vno grandiores.

CÆSAR.

Ligures negant hoc: aiúntque pelamydes, quas vocant *paremias*, ſui eſſe generis, neque creſcere: neque à luto, aut limo dici. Sed de hac re mox videbimus.

CCIII. ARISTOTELES

Ὀχεύονται δὲ οἱ θύννοι καὶ οἱ σκόμβροι, περὶ τὸν ἐλαφηβολιῶνα φθίνοντος· τίκτουσι δὲ, περὶ τὸν ἑκατομβαιῶνα ἀρχομένου. τίκτουσι δὲ οἷον ἐν θυλάκῳ τὰ ᾠά. ἡ δὲ αὔξησίς ἐστι τῶν θυννίδων ταχεῖα. ὅταν γὰρ τέκωσιν οἱ ἰχθύες ἐν τῷ Πόντῳ, γίγνονται ἐκ τοῦ ᾠοῦ, ἃς καλοῦσιν οἱ μὲν, σκορδύλας, Βυζάντιοι δὲ αὐξίδας, διὰ τὸ ἐν ὀλίγαις ἡμέραις αὐξάνεσθαι. καὶ ἐξέρχονται μὲν τοῦ φθινοπώρου ἅμα τοῖς θυννίοις, εἰσπλέουσι δὲ τοῦ ἔαρος, ἤδη οὖσαι πηλαμίδες.

Thunni, ſcombríque coëunt menſe Februario poſt Idus: pariunt Iunij initio: oua edunt quaſi in vtriculo. Thunnillæ celeriter capiunt incrementum. Cum hi piſces in Ponto pepererint, ex eorum ouo fiunt quas ſcordulas *vocant. Byzantij autem* auxidas, *propterea quòd paucis diebus augeſcunt. Exeunt Autumno cum thunnis ſimul. Verno autem tempore repetunt, iam factæ pelamydes.*

CAESAR.

Coitvs & partus tempora ponit, & modum ouorum. Tria tempora poſteà eorum vitæ: primum σκορδύλας, ſecundum πηλαμίδας, tertium θύννους. Innuit autem pelamydas ex thunnis fieri, & tantùm ætate differre. Nam & è ſuperioribus licet colligere thunnos anno vno pelamydibus ſuperiores eſſe. Quod & Plinius Ariſtotelem ſequutus aſſerit in nono. *Cordyla,* inquit, *appellatur partus, qui fœtas redeuntes in mare Autumno comitatur. Limoſæ verò à luto pelamydes incipiunt vocari, & cùm annuum exceſſere tempus, thunni.* Thunni igitur ſunt maximi, pelamydes vnius anni, cordylæ fœtus ipſorum thunnorum. Quod & apud Athenæum Soſtratus idem putat: cùm pelamydem, thunnida vocari ait, hoc eſt cùm iam thunnus factus eſt. At cùm idem maius incrementum conſequutus fuerit, *orcynus* vocatur: ſi verò ſuprà modum creuerit, *cete.* Plinius quoque orcynum generis pelamydum eſſe ſcribit in triceſimo ſecundo. Quare ex veterum lectione reperiemus ſæpenumero cordylam pelamida, thunnida, thunnum, orcynum pro vno & eodem piſce accipi, ætatéque ſola differre. Quinimo & Plinius tritonem maximi generis eſſe ait pelamydum. In octauo Athenæi, multæ ſpecies thunnorũ & appellationes reperiuntur, quas ibi cuique ſtudioſo licet videre. At non ideò exiſtimãdum quoſdã alios piſces his propriis nominibꝰ nõ cẽſeri. Nã & eſt pelamys ſarda alia ab hac pelamyde

thunni,

thunni, & eſt orcynus. At omnes tamen in thunnorum genere. Atque nonnunquam à partibus quibuſdam nomen piſci tributum. Athenæus in primo *μελάνδρυν* maximorum thunnorum ſpeciem eſſe ait. At Plinius thunni partes aſſulatim diuiſas, & ſale ſparſas, *melandrya* vocari ſcribit: at de his hactenus. Ad examinationem verborum more noſtro accedamus.

Φθίνοντα post idus Theodorus, rectiſſimè: neque nos mutauimus: at *ἀρχομένου*, *ante nonas*, immutauimus: neque enim debuit præſcribere quaque tantùm die: ſeptimo enim atque etiam decimo dicitur *ἀρχόμενος* menſis.

Οἱ ἰχθύες. οἱ ſignificat οὗτοι, hîc: ſicut diximus, ὁ δ᾽ ἄπει, id eſt, αὐτός.

Αὐξίδας, Theodorus *auxumas*, malè. Nam ſi à Byzantio quæſîſſes quid fuerit auxuma, neſciuerit: referenda enim eorum lingua eſt.

Εἰσπλέουσι, pro εἰσνέουσι: ſed ita loquuntur Græci, vt natantia πλωτὰ dicant, ſicut & alibi, & mox.

Exeunt Autumno, comitantes fœtus, Theodorus ex Plinio: at id non in Græco.

CCIV. ARISTOTELES.

Σχεδὸν δὲ καὶ οἱ ἄλλοι πάντες ἰχθύες ταχεῖαν λαμβάνουσι τὴν αὔξησιν· πάντες δ᾽ ἐν τῷ Πόντῳ θᾶττον. παρ᾽ ἡμέραν γὰρ καὶ ἄμιαι πολλαὶ ἐπιδήλως αὔξονται.

PEne autem piſces omnes alij celeriter creſcunt. At omnes in Ponto celeriter. Quotidie enim magna amiarum multitudo manifeſtè creſcere videtur.

CAESAR.

VBIQVE inueniamus, imbribus, aquiſque dulcibus, piſces prouenire largiùs, ali vberiùs, creſcere ampliùs, certum eſt. At in Ponto præter cætera maria omnia, rariſſima eſt amaritudo. Hanc rationem nunc hîc non adducit, ſed exemplis agit: eadem die amias notabili incremento, vt aiunt, grandeſcere.

Theodorus: *ſed amiæ longè conſpectiùs*: non ſic Philoſophus, πολλαὶ ἐπιδήλως, non autem πόλλῳ ἐπιδηλότερον.

CCV. ARISTOTELES.

Ὅλως δὲ δεῖ νομίζειν τοῖς αὐτοῖς ἰχθύσι μὴ ἐν τοῖς αὐτοῖς τόποις, μήτε τῆς ὀχείας καὶ κυήσεως εἶναι τὴν αὐτὴν ὥραν, μήτε τοῦ τόκου καὶ τῆς εὐημερίας· (ἔνιοι οἱ καλούμενοι κορακῖνοι ἐνιαχοῦ τίκτουσι περὶ τὸν πυραμητόν·) ἀλλὰ τοῦ ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ γινομένου ἐστόχασται τὰ εἰρημένα.

OMnino autem id exiſtimandum ijſdem piſcibus non ijſdem locis alia eſſe tempora tum coeundi, tum vterum geſtandi: neque verò aut pariendi, aut proficiendi. Quandoquidem qui dicuntur coracini *circa triticeæ meſſis tempus pariant alicubi. Verùm, quæ diximus ita fere euenìſſe deprehenſum eſt.*

CAESAR.

PRudentia ſumma eleuat fidem calumniatorum, qui aliter prodant, aut ſentiant: & confirmat legem ſuam exemplo carocinorum.

Περὶ τὸν πυραμητόν: *circa tempus meſſis triticeæ*: quoniam aliæ fruges alio tempore ſecantur: εὐημερίας, quod ſuprà dixerat εὐθηνεῖ.

Ἐστόχασται, *coniectura comprehenſum*, propriè. Theodorus ſenſum tantummodo extulit.

CCVI. ARISTOTELES.

Ἴσχουσι δὲ καὶ οἱ γόγγροι κυήματα· ἀλλ᾽ οὐκ ἐν πᾶσι τοῖς τόποις ὁμοίως τοῦτο ἐπίδηλον. οὐδὲ τὸ κύημα σφόδρα φανερὸν, διὰ τὴν πιμελήν· ἔχει γὰρ μακρὸν, ὥσπερ καὶ οἱ ὄφεις· ἀλλ᾽ ἐπὶ τὸ πῦρ τιθέμενον, διάδηλον ποιεῖ. ἡ μὲν γὰρ πιμελὴ, θυμιᾶται καὶ τήκεται· τὰ δὲ, πηδᾷ καὶ ψοφεῖ ἐκθλιβόμενα.

GErunt congri quoque. Quanquam haud æquè omnibus locis hoc ſatis conſtat. Neque ipſe fœtus propter pinguedinem ſenſu ſatis comprehendi poteſt. Oblõgus enim eſt ſicut & ſerpentibus. Verùm igni inditus deprehendetur. Adeps enim exhalat ac tabeſcit. Oua autem exiliũt, atque extrita ſonitum edunt.

ἔτι δ' ἄν τις ψηλαφᾷ καὶ τρίβῃ τοῖς δακτύλοις, τὸ μὲν, στέαρ, λεῖον φαίνεται, τὸ δ' ᾠὸν, παχύ. ἔνιοι μὲν οὖν γόγγροι στέαρ μόνον ἔχουσιν, ᾠὸν δ' οὐδέν· οἱ δὲ, τοὐναντίον, στέαρ μὲν οὐδέν, ᾠὸν δὲ τοιοῦτον οἷον εἴρηταί μοι νῦν.

Quod ſi quis attrectet, atque affricet digitis, ſeui quidem lauitatem, at oui craſsitudinem dignoſces. Congri igitur quidam ſeuum quidem habent, ouum nullum. Alij contrà: ſeui nihil: ouum cuiuſmodi iam diximus.

C AE S A R.

PRopterea quòd congrus ad anguillam accedit, & haud facilè eius oua deprehendantur: iccirco ne quis iis carere, vt anguillas, putet, texit hiſtoriam. Dicit cauſſam quare carere ouo videantur. Docet modum quo deprehendantur:& igni quo diſcernuntur,& affricatione, qua internoſcantur. Poſtremò aut ſexum ponit, aut tempus fœturæ. Sed plus placet ſexum diſtingui: planior enim hiſtoria eſt, vt & marem & fœminam intelligamus.

Ἐπὶ τὸ πῦρ τιθέμενον, διάδηλον ποιεῖ: ποιεῖ: imò verò ποιεῖται.

Θυμιᾶται καὶ τήκεται: imò verò priùs τήκεται quàm θυμιᾶται, dicat aliquis: ſed animaduertat Philoſophi diuinam prouidentiam. Partes enim ſubtiliores priùs ignem ſentiunt atque abeunt: liquidæ ſoluuntur, ac fluunt. Theodorus hoc non intellexit: neque fideliter, aut voces, aut ordinem expreſſit ſic: *abſumitur, atque euaporatur:* neque enim priùs abſumitur, poſtea euaporatur.

Τὰ δ', ſcilicet oua.

Πηδᾷ καὶ ψοφεῖ: ſicut aliorum quoque oua, tam piſcium, quàm aliorum, caſtanearum more: inflatus enim humor, & ſolutus in aërem ab igni, diſcutit corticem.

Ἐκθλιβόμενα, ex adipe.

Παχύ. Theodorus, *duriuſculum:* malè. Aliud eſt craſſum, & non læue: aliud eſt σκληρόν. Et quia non eſt durum, ſed craſſum non æquale: iccirco dixit παχύ.

CAPVT DECIMVM-SEPTIMVM.

Tempus coïtus animalium quadrupedum viuiparorum.

CCVII. ARISTOTELES.

Περὶ μὲν οὖν τῶν ἄλλων ζῴων καὶ πλωτῶν, καὶ πτηνῶν, καὶ περὶ τῶν πεζῶν ὅσα ᾠοτοκεῖ, σχεδὸν εἴρηται περὶ πάντων, περί τε ὀχείας καὶ κυήσεως, καὶ γενέσεως, καὶ τῶν ἄλλων τῶν ὁμοιοτρόπων τούτοις. περὶ δὲ τῶν πεζῶν ὅσα ζωοτοκεῖ, καὶ περὶ ἀνθρώπων, λεκτέον τὰ συμβαίνοντα τὸν αὐτὸν τρόπον.

ANimalium ferè omnium quæ natatu, aut volatu, aut humi tantùm mouentur, partus ex ouo dictus eſt. Itémque de coïtu, de vtero, de generatione, atque ijs quæ eius ſunt modi. At quæ humi beneficio mouentur, atque animal pariunt, ac de ipſo homine dicenda ſunt quæcunque natura euenire ſolent.

C AE S A R.

HIc abſoluta hiſtoria ouiparorum colligit quæ dixit, & viam munit ad reliqua quæ dicturus eſt: hoc eſt περὶ πεζῶν, quæ animal pariunt.

Dixit σχεδὸν pudenter: neque enim omnia poteſt. Neque ſi poſſit debet artifex comprehendere. Quod etiam à Galeno alibi diximus.

Colligere incepit à partu. Quoniam recentiſſimum Caput hiſtoriæ eſt: poſteà progreſſus vſque ad principium, id eſt ad coïtum, non continuauit ſeriem. Sed priùs de vtero gerendo, quàm de generatione dixit Quoniam intelligebat generationem non eſſe tractum tranſmutationis, ſed perfectionem: & addidit, καὶ τῶν ἄλλων ὁμοιοτρόπων, id eſt de incubatione, nidificatione, cuſtodia ouorum, εὐημερίας, ſiue εὐθηνίας vita: atque aliis talibus.

Περὶ δὲ πεζῶν ὅσα ζωοτοκεῖ, καὶ περὶ ἀνθρώπων: aduerte modum loquendi: quia τὸ καὶ, ſignificat, μάλιστα, id eſt propter hominem.

Τὰ συμβαίνοντα: naturaliter ſcilicet, non forte, atque ex euentu: & ideo naturæ mentionem fecimus: *quæcunque natura euenire ſolent.*

Τὸν αὐτὸν τρόπον: id eſt à notioribus vt hiſtoriam texamus, & per notiora modum orationis inſtituamus. Itémque τὸν αὐτὸν τρόπον: vt de vtero priùs, quàm de partu, atque eiuſmodi.

CCVIII. ARISTOTELES.

Περὶ μὲν οὖν ὀχείας εἴρηται καὶ ἰδίᾳ, καὶ κοινῇ. κατὰ πάντων δὲ τῶν ζῴων, κοινὸν τὸ περὶ τὴν ἐπιθυμίαν καὶ τὴν ἡδονὴν ἐπτοῆσθαι τὴν ἀπὸ τῆς ὀχείας μάλιστα.

De coïtu igitur quæ peculiaria, quæ communia eſſent, dictum eſt. Commune autem omnium animalium eſt, vt voluptate & cupidine propter coïtum ſoleant ſollicitari.

CAESAR.

PRIMVM apoteleſma, quod initio huius operæ debebatur, hîc importunè ſtatuit. Neque enim πεζῶν καὶ ζῳοτόκων ἴδιον, ſed ἁπάντων, vt ipſe dixit, commune. Tamen quia plus apparent in πεζοῖς, hîc potiſſimùm deſtinauit.

Ἰδίᾳ καὶ κοινῇ: Theodorus, *priuatim & publice.* Quaſi populi magis interſit, noſſe quid ſit totius generis, quam vnius ſpeciei: hoc eſt publicè & priuatim. Publicū quod populi eſt. Commune eſt κοινὸν pluſquam publicum. Etiam Rex cum populo aliquid habet commune: etiam aues cum reliquis animantibus: illud eſt κοινόν.

Κατὰ πάντων τῶν ζῴων. Κατὰ, vox Philoſophica, vt & ſit, & dici poſſit: vnde κατηγορεῖσθαι.

Περὶ τὴν ἐπιθυμίαν. Τὸ, περὶ, cauſſas circunſtantes ſignificat. Περὶ τὴν ἐπιθυμίαν καὶ ἡδονὴν: prior eſt cupido, deinde voluptas.

Ἀπὸ τῆς ὀχείας: at nondum coïtus eſt. Sed hîc tanquam pro fine, atque idea capitur pudentiſſimè. At Theodorus languidè expreſſit, & non philoſophicè.

Dixit μάλιστα: quoniam hero conſpecto, aut pabulo, aut irritatione commoueantur animalia.

Ἐπτοῆσθαι in præterito perfecto, vt naturam rei ſignet: per, *ſolere,* nos expreſſimus. Theodorus duobus verbis eſt interpretatus: *geſtiant, atque incitentur.* Πτοεῖσθαι eſt ſollicitari, aut ſpe, aut metu, aut cupidine, aut gaudio: geſtire autem nullo modo dicas.

CCIX. ARISTOTELES.

Τὰ μὲν οὖν θήλεα, χαλεπώτατα, ὅταν ἐκτέκωσι πρῶτον· οἱ δὲ ἄρρενες, περὶ τὴν ὀχείαν.

Imprimis fœminæ difficiles ſunt vbi pepererint. Mares tempore coëundi.

CAESAR.

NVNC affectionem τῆς ἐπιθυμίας & differentiam: in ſexu. Nam fœminæ blandiſſimæ ſunt coïtus tempore. Equæ non ſolum permittunt ſeſe attrectari, ſed etiam præbent attrectandas. Item mulæ cùm calent: præterea canes, & genera alia multa. Cōtrà mares efferi ſunt, atque inſania agitati nihil parent. Huius rei cauſſa: quoniam attrectatio titillationem parit. At mas emittere vult, non excipere. Poſt partum fœminæ difficillimæ: metuunt enim pullis, aut catulis ſuis. Mas id nihil curat.

Πρῶτον: ſi dicat *cumprimùm pepererint:* rectè dicet. Sed etiam cùm iterum, & tertiùm. Ego malui, *imprimis.* Theodorus hoc, vt pleráque alia diſſimulauit.

Χαλεπώτατα, Theodorus, *ferociunt:* non malè: ſed nimis arctè. Sunt enim quædam animalia quæ neſcirent ferocire: & diſſimulauit ſuperlatiuum: malè.

CCX. ARISTOTEES.

Οἵ τε γὰρ ἵπποι, δάκνουσι τοὺς ἵππους, καὶ καταβάλλουσι καὶ διώκουσι τοὺς ἱππέας· καὶ οἱ ὗες οἱ ἄγριοι, χαλεπώτατοι, καίπερ ἀσθενέστατοι περὶ τὴν

Mordent enim equi equos: & deijciunt ſeſſores atque eos inſectantur. Sues quoque feri perditiſſimè ſæuiunt. Quanquam ob coïtum tempore hoc

καιρὸν τοῦτον ὄντες, διὰ τὴν ὀχείαν· καὶ πρὸς ἀλλήλους μὲν ποιοῦνται μάχας θαυμαστὰς, θωρακίζοντες ἑαυτοὺς, καὶ ποιοῦντες τὸ δέρμα ὡς παχύτατον ἐκ παρασκευῆς, πρὸς τὰ δένδρα διατρίβοντες, καὶ τῷ πηλῷ μολύνοντες πολλάκις, καὶ ξηραίνοντες ἑαυτούς. μάχονται δὲ πρὸς ἀλλήλους, ἐξελαύνοντες ἐκ τῶν συοφορβείων οὕτω σφοδρῶς, ὥστε πολλάκις ἀμφότεροι ἀποθνήσκουσιν. ὡσαύτως δὲ καὶ οἱ ταῦροι καὶ οἱ κριοὶ, καὶ οἱ τράγοι. πρότερον γὰρ ὄντες σύννομοι ἕκαστοι, περὶ τὰς καιροὺς τῆς ὀχείας μάχονται, διϊστάμενοι πρὸς ἀλλήλους. χαλεπὸς δὲ καὶ ὁ κάμηλος περὶ τὴν ὀχείαν ὁ ἄρρην, ἐάν τε ἄνθρωπος, ἐάν τε κάμηλος πλησιάζῃ. ἵππῳ μὲν γὰρ ὅλως ἀεὶ πολεμεῖ. τὸν αὐτὸν δὲ τρόπον [καὶ] ἐπὶ τῶν ἀγρίων. καὶ γὰρ ἄρκτοι, καὶ λύκοι, καὶ λέοντες, χαλεποὶ τοῖς πλησιάζουσι γίνονται περὶ τὸν καιρὸν τοῦτον· πρὸς ἀλλήλους δ' ἧττον μάχονται, διὰ τὸ μὴ ἀγελαῖον εἶναι μηδὲν τῶν τοιούτων ζώων. χαλεπαὶ δὲ καὶ αἱ θήλειαι ἄρκτοι ἀπὸ τῶν σκύμνων, ὥσπερ καὶ αἱ κύνες ἀπὸ τῶν σκυλακίων. ἐξαγριαίνονται δὲ καὶ οἱ ἐλέφαντες περὶ τὴν ὀχείαν. διόπερ φασὶν οὐκ ἐᾶν αὐτοὺς ὀχεύειν τὰς θηλείας τοὺς θρέψαντας ἐν τοῖς Ἰνδοῖς. ἐμμανεῖς γὰρ γινομένους ἐν τοῖς χρόνοις τούτοις, ἀνατρέπειν τὰς οἰκήσεις αὐτῶν, ἅτε φαύλως ᾠκοδομημένας, καὶ ἄλλα πολλὰ ἐργάζεσθαι. φασὶ δὲ καὶ τὴν τῆς τροφῆς δαψίλειαν πρᾳοτέρους αὐτοὺς παρέχειν. καὶ προσάγοντες δὲ αὐτοῖς ἑτέρους, κολάζονται καὶ δουλοῦνται, προστάττοντες τύπτειν τοὺς προστεταγμένους.

maximè ſint imbecilli: atque inter ſe pugnas cient admirabiles. Nanque affricantes ad arbores tergore lutóque incruſtantes ſæpè, & reſiccato, quàm craſſiſſimum ſibi comparant corium: initáque pugna, è gregibus expelluntur, adeò acri, vt ambo ſæpenumero intereant. Idem mos tauris quoque, & arietibus, & hircis. Cum ſuo enim quique in genere gregatim compaſcere ſoleant, coïtus tempore ſeditione mutua facta prælantur. Camelus quoque mas ſollicitatus coïtu, haud facilè aditur, vel ab homine, vel à camelo. Nam alioqui ſemper, atque omni de cauſſa, cum equo bellum gerit. Feræ quoque nihilo ſecius agunt. Quippe ad vrſos, lupos, leones hoc eodem tempore non ſine pernicie acceditur. Inter ſe autem minùs pugnant: propterea quòd eo in genere nullum gregale eſt. Ac ſanè vrſa ipſa enixa moroſior eſt, ſicut & canis fœmina, ob catulos vtraque ſuos. Efferantur item elephanti coïturientes. Quæ, vt aiunt, cauſſa eſt, ne Indi eos admittunt ad fœminas. In inſaniam enim actos tunc euertere eorum caſas: quippe minùs affabrè extructas: aliáque multa committere: mitiores tamen eos reddi, pabulo largiore. Quin & adductis alijs, atque iuſſis illos cedere, & vlciſcuntur, & ſeruire cogunt.

CAESAR.

SEPTEM exemplis probat Philoſophus quod dixit. Quæ exempla tribus partibus comprehenſa ſunt. Nanque & à gregalibus, & à domitis, & à feris. Sexus quoque differentiam quam propoſuit, proſequitur in vrſis.

Equorum hiſtoria tria continet argumenta. Morſum mutuum: deiectionem ſeſſorum, & inſectationem. Nihil mirum, equum æmulum atque obtrectatorem comparem appetere morſu: nihil mirum ſi ſeſſorem deijciat. Arrigere enim ſeſſe debet coïturus. At mirum eos ſeſſorem inſectari: memores ſcilicet impoſitæ ſeruitutis, qua prohibentur vagari ad explendam venerem. Sunt & alia animalia vitio hoc laborantia, vt coïtus tempore etiam homini obtrectentur. Nihil enim tunc homini hoſtile magis, quàm ceruus: hoc enim vidimus nos: vt etiam commiſſa pugna ſit pertinaciſſimus. Id quod mirum tacuiſſe Philoſophum. Morſus autem equorum potiùs quàm calces notauit: quoniam pro victo habetur qui auerſus pugnat. Generoſiores anterioribus pedibus, & morſu plus valent.

Καταβάλλουσι. Theodorus, *ſternunt*: nimis ſignatè. Neque enim ſemper ſternunt. Non enim ſternitur niſi iaceat. Falſum ergo diceret Philoſophus: ſatis habuit deiectos narrare.

Ἱππέας. Theodorus, *equites*: non malè. Hoc enim ad verbum ſonat. Sed iam apud Latinos habenda vſus ratio eſt. Negabit enim Romanus mulionem, aut agaſonem eſſe equitem: ſeſſorem non negabit.

Διώκουσι Theodorus, *inſequuntur*: languidè nimis: ſed, *inſectantur*, meliùs.

Ἀσθενέστατοι. Auxit miraculum: quietis enim eget omne animal à coïtu: addidit cauſſam: ob coïtum: exoluuntur enim vires. Itaque Galenus narrat, atque multi alij, athletas, qui à venere, virium cauſſa, ſemper abſtinuiſſent.

Χαλεπώτατοι, Theodorus, *acerrimè ſæuiunt*: ſemel atque iterum τὸ χαλεπόν: & bis ferociunt: & bis efferantur. Nos varietate condiuimus, oratione ſimpliciſſima tamen.

Θαυμαστάς: lorica ſcilicet è luto facta: hoc eſt miraculum ab inſtinctu: vt dentium ictus non admittunt: alterum ἐξελαύνοντες: nam mirum eſt eos relinquere id propter quod pugnant. Tertium, quod non niſi morte finis imponi poſſit inimicitijs.

Θωρακίζοντες

Θωρακίζοντες Theodorus, *armantes*: feſtiuiùs, *loricantes* poſſes dicere: quemadmodum Plinius in octauo de Ichneumone pugnaturo contra aſpidem.

Ἐκ παρασκευῆς: *eo apparatu.* Nos ex Terentio, *comparant ſibi*: ſic enim in *Eunucho. An ita me comparem.*

Πολλάκις ξηραίνοντες: quoniam non ſemper lutum inducunt: ſed ſemper fricant arbore coſtas, vt doctiſſimus Poëta diuinitùs dixit, hanc partem ibi exequutus. Theodorus autem addidit ea tota. *Tergus inuictum contra ictus efficiunt.*

Ἐξελαύνοντες Theodorus, *grege relicto*: languidiſſimè tranſtulit. Sed *exigentes*, atque *expellentes* inter ſe. Ἐξελαύνειν eſt hoſtes incurrentes expellere.

Ἀμφότεροι: *vterque aduerſarius obeat*: illud, *aduerſarius*, & additum eſt, & aures offendit.

Σύννομοι: *compaſcui*: verbum paſtorum, & Iureconſultorum. *Ager compaſcuus.*

Περὶ τοὺς καιροὺς τῆς ὀχείας μάχονται. Theodorus, *alter alterum libidinis rabie inuadit*: malè. Videtur enim agredi ex his verbis, vt expleat libidinem.

Ἵπποις μὲν γὰρ ὅλως ἀεὶ πολεμεῖ. Theodorus, *nam equis quidem naturali odio aduerſantur.* At πολεμεῖ eſt, non ſolùm aduerſantur, id eſt ſunt inimici: inimicus enim mus feli. Sed non pugnat, quanquam aduerſetur. Neque rectè *naturali odio.* Naturale enim odium eſt etiam tempore coïtus, non artificiale: naturale eſt ridere, quanquam non ſemper: ſed admirando, aut lætando. Ὅλως non naturam, ſed circunſtantiam temporis. Ἀεὶ autem tractum denotat.

Ἧττον μάχονται: *minùs pugnant.* Nam pugnant ipſi quoque: ſicut & canes, & aues quæ gregales non ſunt. Lupi autem tametſi gregatim non prædantur, tamen gregatim viuunt, vt nos vidimus ſæpè: repetúntque certa loca cùm volunt parere. Firma hæc eſt Pyreneorum ſententia: certorum hominum maleficijs exciri lupos è montibus: ducíque quò velint incantationibus: precióque id facere, vt abducant à certis paſcuis.

Σκύμνων *vrſarum*, σκυλακίων *canum.* Nos vtrunque ſimul *catulos.* Theodorus *catellos* canum, vertit rectiſſimè: ſed non ſemper σκύμνους vrſæ rectè. Siquidem infrà *pullos* vertit peſſimè. Malè etiam dixit, *à ſuis catulis vehementer ferociunt.* Videtur enim ferocia à ſuis catulis ſuppeditari.

Ἐξαγριαίνονται *efferantur*: nota verbum: *exanimari*, eſt exui anima: *expirare*, ſpiritu: *exulare*, ſolo. Igitur *efferari* feram exuere. Sed intellige excedere, non exuere: egredi modum conſuetum. Ita vt exuperet metam vſque vltimam.

Καὶ ἄλλα πολλὰ ἐργάζονται. Theodorus, *& alia incommoda plurima faciunt*: ſequutus Plinium: nos ſimpliciùs: *committunt.* Nanque πολλὰ non ſemper mala ſignificat. Sed etiam quæ mala non ſunt: putà, contumaciam, ſaltus inconditos, barritus, inediam, quæ Philoſophi non Theodori verbis comprehenduntur.

Δαψίλειαν: *mitigari pabulo*: diluitur enim acrimonia humoris, & diſtrahitur natura ad concoctionem à venere.

Κολάζονται Theodorus ex Plinio *plagis temperant.* Sed anceps ſenſus. *Tempero* enim eſt abſtineo: *tempero plagis*, non percutio. Et omiſit δηλοῦνται: nimis ſecurè quid ſcripſiſſet Philoſophus: deſcribens Plinium potiùs, quàm interpretans Philoſophum.

Προσάπτοντες τύπτειν τοὺς προσαπτομένους. Igitur ποιεῖν τὸ προσαπτόμενον: nota conſtructionem verbi. Nam videbantur ipſi verberantes, non verberati eſſe οἱ προσαπτόμενοι.

CCXI. ARISTOTELES.

Τὰ δὲ πολλάκις ποιούμενα τὰς ὀχείας, καὶ μὴ κατὰ μίαν ὥραν, οἷον τὰ συνανθρωπευόμενα, ὥσπερ ὕες τε καὶ κύνες, ἧττον τὰ τοιαῦτα φαίνεται ποιοῦντα, διὰ τὴν ἀφθονίαν τῆς ὁμιλίας.

At quæ animātes ſæpè & non vno ſtato coëunt tempore: cuiuſmodi ea ſunt quæ hominis conſortio participes ſunt, vt ſues, & canes, minùs conſtat hoc agere, propter coitus copiam.

CÆSAR.

NVNC diuerſo in genere diuerſam comparat hiſtoriam: & dicit ἧττον: quoniam etiam canes dimicant. Addit cauſſam: ἀφθονίαν ὁμιλίας. Neque enim inuidet mas mari: quoniam frequentiùs expletur. Itaque minùs agitatur.

Duo tamen notanda: frequentiam nempe coïtus, & incertum tempus. Μίαν hîc ὥραν ſtatum ſignificat. Nam canes multæ ſemel tantùm coëunt. Feles ſemel: aut bis ad ſummum, ídque rarò. Galli ſemper: & tamen acerrimè dimicant vſque ad necem.

CCXII.

CCXII. ARISTOTELES.

Τῶν δὲ θηλειῶν ὁρμητικῶς ἔχουσι πρὸς τὸν συνδυασμὸν, μάλιστα μὲν ἵππος, ἔπειτα βοῦς.

Coëundi libidine incenduntur inter fœminas, equæ potiſsimum: ſecundùm autem eas vaccæ.

CAESAR.

QVanquam ſuprà dixit fœminas à partu eſſe difficiliores. Tamen etiam hîc ad coïtum affectum narrat: anteponitque equas. Quod expreſſit doctiſsimus Poëtarum. *Scilicet ante omnes furor eſt inſignis equarum.*

CCXIII. ARISTOTELES.

Αἱ μὲν οὖν ἵπποι αἱ θήλειαι, ἱππομανοῦσιν· ὅθεν καὶ ἐπὶ τὴν βλασφημίαν τὸ ὄνομα αὐτῶν ἐπιφέρουσιν ἀπὸ μόνου τῶν ζώων, τὴν ἐπὶ τὸ ἀκόλαστον περὶ τὸ ἀφροδισιάζεσθαι. λέγονται δὲ καὶ ἐξανεμοῦσθαι περὶ τὸν καιρὸν τοῦτον· διὸ ἐν Κρήτῃ οὐκ ἐξαίρουσι τὰ ὀχεῖα ἐκ τῶν θηλειῶν. ὅταν δὲ τοῦτο πάθωσι, θέουσιν ἐκ τῶν ἄλλων ἵππων. ἔστι δὲ τὸ πάθος, ὅπερ ἐπὶ ὑῶν λέγεται τὸ καπρίζειν. θέουσι δὲ οὔτε πρὸς ἕω, οὔτε πρὸς δυσμὰς, ἀλλὰ πρὸς ἄρκτον, ἢ νότον. ὅταν δὲ ἐμπέσῃ τὸ πάθος, οὐδένα ἐῶσι πλησιάζειν, ἕως ἂν ἢ ἀπείπωσι διὰ τὸν πόνον, ἢ πρὸς θάλασσαν ἔλθωσι· τότε δ' ἐκβάλλουσί τι. καλοῦσι δὲ καὶ τοῦτο, ὥσπερ ἐπὶ τοῦ τικτομένου, ἱππομανές. ἔστι δὲ οἷον ἡ καπρία· καὶ ζητοῦσι τοῦτο μάλιστα πάντων αἱ περὶ τὰς φαρμακείας.

IGitur equæ maris deſiderio inſaniunt: vnde etiam earum nomen, ab vno animali in eas, quæ libidine vrantur, maledicto transferant. Aiunt etiam per idem tempus vento grauidas fieri. Qua de cauſſa in Creta nunquam ſegregant à fœminis admiſſarios. Cùm igitur equi abſentia ſolicitantur, cæteris, quæ in armento ſunt, relictis, curſu abeunt. Eſt autem affectio in equabus, quam Græci ἱππομανεῖν *dicunt:* Latinè equifurere: *quod in ſuibus ijdem* καπρίζειν, *nos* ſubare. *Vbi currunt, neque auroram, neque occidentem, ſed aut Septentriones, aut auſtrum petunt. Cùm ſic affectæ ſunt, neminem ad ſeſe accedere patiuntur: niſi aut labore fatigatæ, aut cùm ad mare peruenerint. Ibi verò eÿciunt quiddam, quod cognomine voce appellant cum eo quod pullus naſcens gerit. Eſt autem qualis à Græcis* καπρία*: à nobis* porcia *dici poteſt. Atque id exquiritur maximè veneficijs.*

CAESAR.

EXplet propoſitam equarum hiſtoriam, quam doctiſſimus poëta diuinis verſibus in tertio *Georgicorum* adornauit. Et quia diuinus vir diuinum virum expreſſit eos hîc apponemus,

Illas ducit amor trans Gargara, tránſque ſonantem
Aſcanium: ſuperant montes, & flumina tranant.
Continuóque auidis vbi ſubdita flamma medullis,
Vere magis, quia vere redit calor oſſibus, illæ
Ore omnes verſæ in Zephyrum: ſtant rupibus altis,
Exceptantq́; leues auras: & ſæpè ſine vllis
Coniugijs vento grauidæ, mirabile dictu,
Saxa per, & ſcopulos, & depreſſas conualles
Diffugiunt. Non Eure tuos, neque Solis ad ortus
In Boream, Caurumq́;, aut vnde nigerrimus Auſter
Naſcitur, & pluuio contriſtat frigore cœlum.
Hinc demum Hippomanes, vero quo nomine dicunt
Paſtores, lentum diſtillat ab inguine virus.
Hippomanes, quod ſæpè malæ legêre nouercæ,
Miſcueruntq́; herbas, & non innoxia verba.

Vides quantũ lucis attulerint Philoſophi narrationi hæc pluſquam nectarea Poëtæ verba: eam non ſolùm expreſſit, ſed & ornatu ſuo ſplendidiorem reddidit.

Quare autem, neque ortum, neque occaſum petant. Cum Zephyro ſi concipere putẽtur ore, aut Subſolano per genitalia. Poſtquam ſic conceperint: non ampliùs id quærunt. Sed alios ventos, vt

tos,vt expellant. Perdifficilis tamen eſt huius rei ratio:& non minima quæſtio inter eas quæ cadunt in rei naturalis inueſtigatione.

Ἱππομανοῦσι, *inſaniunt equi amore.* Theodorus, *equire* non malè: vt *catulire* apud veteres Latinos: & *ſubare.* Sed cùm καπρίζειν dicant Græci,& alia ſimplici voce: quoniam equarum nō potiùs deſiderium quàm inſania ſit:debuit etiam exprimi τὸ μανῆν: quod pudentiſſimè Græci appoſuêre:quare non dubitauimus *equifurere* dicere.

Ἐξανεμοῦται Theodorus, *euentari:* malè. Euentari enim eſt ventilari: ita vt ſordes habeant: at ἐξανεμοῦται, eſt ἐξ ἀνέμων concipere. Affectus is etiam in fœminis fit, vt in Decimo declaratum eſt.

Ἐξαίρουσι. Ἐξαίρετος apud Homerum eſt id quod à Iuriſconſultis *præcipuum* dicitur. Cum dominus præter communes greges cum partiario, præcipua quædam capita habet. Ita & prærogatiua militari, *præcipua* præmia ſunt. Theodorus nimis communi voce *ſubmouendos:* nos ſignatiſſima *ſegregandos*, diximus.

Ἐκθέουσι *excurrunt:* ſignato verbo. Vt locum, *vnde,* dicat τὸ ἐκ: & exceſſum curſuræ.Idem enim eſt excurrere.

Ἀπολήγουσι. Tranſlatio à negantibus:*abſiſtere,*dixit Virgilius: *abſiſte moneri:* id eſt,deſine.

Πρὸς θάλασσαν ἐλθοῦσι. Non eſt in cauſſa mare quare tunc ceſſant ab inſania, ſed à curſu: ſic enim aliarum quoque rerum obiectu retardatæ emittunt virus.

Ἐπὶ τοῦ τικτομένου. Theodorus, *illud quod naſcitur:* imò quod eſt in pullo naſcente. Prætereà non exprimit illud quod naſcitur naturam rei de qua quæſtio eſt. Videtur enim de herbis dici ſimpliciter. Sic mox ἐν πώλοις ἐπιφυόμενον.

Κάπρια Theodorus *apria:* pulcherrimè. Sed neque Græci, neque ipſe rectè. Eſt enim ſus ὗς genus etiam ad aprum. A nomine ſpeciei non rectè inditum eſt nomen generis vniuerſi communi affectioni. A ſubando, *ſuba* dicas: vt à flando *flamma*, ſiue è contrario: *ſub* enim priùs fuit quàm *ſubare.* Nam eſt agens ſus: actio ſubatio: actum ſuba. Noua vox dicetur à Criticis· Ego ante ipſum verbum fuiſſe intelligam.Infrà libro Nono de eadem κάπρια,quam virus eſſe denotat,vt infrà hoc eodem Capite.Commodiùs *porciam* dicas: porcus enim vetuſta vox totum ſuillum genus continens.

Οἱ περὶ τὰς φαρμακείας: *ad veneficia.* Theodorus addidit, *amoris:* non malè. Nos contenti fuimus,& ſimplicitate,& ambitu nominis maiore. Φαρμακεία enim plus eſt quàm φίλτρον.

CCXIV. ARISTOTELES.

Περὶ δὲ τὴν ὥραν τῆς ὀχείας, συγκύπτουσί τε πρὸς ἀλλήλας μᾶλλον ἢ πρότερον, καὶ τὴν κέρκον κινοῦσι πυκνά, καὶ τὴν φωνὴν ἀφιᾶσιν ἀλλοιοτέραν, ἢ κατὰ τὸν ἄλλον χρόνον. ἐκρεῖ δὲ αὐταῖς ἐκ τοῦ αἰδοίου ὅμοιον γονῇ, λεπτότερον δὲ πολὺ ἢ τὸ τοῦ ἄρρενος· καὶ καλοῦσι τοῦτό τινες ἱππομανές, ἀλλ' οὐ τὸ ἐπὶ τοῖς πώλοις ἐπιφυόμενον· ἐργῶδες δὲ εἶναί φασι λαβεῖν· κατὰ μικρὸν γὰρ ῥεῖ. καὶ οὐροῦσι δὲ πολλάκις, ὅταν σκυζῶσι, καὶ πρὸς αὐτὰς παίζουσι.

Inſtante coïtu, curuato dorſo pandiculantur magis quàm antea: caudámque motant: aliter quoque quàm conſueuêre hinniunt. E genitali genituræ ſimile quiddam effluit multò tenuius quàm maris ſemen. Quod etiam nonnulli hippomanes *quoque vocant. Non autem id quod in pullis innatum eſt. Non ſine negotio excipi poſſe autumant, paulatim enim diſtillat. Quin etiam dum equiunt, ſæpiùs mingunt,& inter ſe colludunt.*

CAESAR.

Ilia ſigna leuioris libidinis apponit. Συγκύπτουσι.Theodorus, *colligunt ſeſe,& ſocietate magis quàm antea gaudent.*Κύπτειν eſt curuari: vnde κεκυφὼς qui in terrā intuetur. Quo verbo hoc in ſignificatu vtitur Demoſthenes pro *Cteſiphonte.* Et Latini inde *gibbum* dixere. *Pandiculari* autem verbum eſt Plauti in *Menechmis*, cùm diſtenditur quis. Sed quadrupedes curuato dorſo interdum id agūt. Cauſſa eſt in equabus contentio matricis,& eius vinculorum. At quod Theodorus dicit, *colligunt:* videtur ſignificare conuenire: præſertim è ſequentibus verbis. Quid? quod colligere ſeſe eſt omnibus membris arctare: colligit ſe limax,& anguis. Κύπτειν aliud eſt.

Καλοῦσι τοῦτό τινες: tria igitur ſignificat: conceptum ἐκ τοῦ ἐξανεμοῦσθαι, virus, & tuber pulli. Doctiſſimus Poëta virus hoc appellat.

Λαβεῖν

Λαβεῖν Theodorus *accipi*: nos meliùs *excipi*.

Κινοῦσι Theodorus ex Plinio *iactant caudam*: potiùs mouent, quam iactant: nimis licenter: nos *motant*.

Σκυζῶσι: *equiunt* Theodorus: nos quoque. At id non eſt ἱπποµανεῖν, vt ſuperiùs malè vertit: ſed libidine vruntur, & pruriunt. At σκύζειν canum eſt. Σκύλαξ enim catulus eſt. At apud Heſychium σχῆµα eſt ἀφροδισιακόν. Vt τὸ σκύζειν, non malè pro deſiderio venereo, quo equæ etiam tenentur, non impropriè accipiatur.

CCXV. ARISTOTELES.

Τὰ µὲν οὖν περὶ τὰς ἵππους, τοῦτον ἔχει τὸν τρόπον. αἱ δὲ βόες, ταυρῶσιν. οὕτω δὲ σφόδρα καταχώχιµαι γίνονται τῷ πάθει, ὥστε µὴ δύνασθαι αὐτῶν κρατεῖν µηδὲ λαµβάνειν τοὺς βουκόλους.

Hæc de equis ſic. Vacca autem tauriunt. Tanto autem furore capiuntur, vt neque tenere, neque capere bubulci eas valeant.

CAESAR.

DVo propoſuerat: vnum eſt exequutus. Nunc agreditur alteram hiſtoriam de vaccis: & raro verbo vſus eſt: καταχώχιµαι *captiua*, παρὰ τὸ κατέχεσθαι. Κατοχὴ eſt furor, & κατακωχὴ: etiam is quem concipiunt Vates: vt in primo apud Pollucem: γίνονται καταχώχιµαι *furiantur*: meliùs quàm Theodorus, *libidine incenduntur*. Nam non ſolùm libidine incenduntur, ſed διπλῶσι κατεχόµεναι. Dixit deinde κρατεῖν, hoc multum eſt: itaque auxit furorem cùm dixit, µὴ δὲ λαµβάνειν. Non enim eis tantus curſus, atque equabus. Neque tamen capere eas queunt.

CCXVI. ARISTOTELES.

Δῆλαι δέ εἰσι καὶ αἱ ἵπποι καὶ αἱ βόες, ὅταν ὀργῶσι πρὸς τὴν ὀχείαν, καὶ τῇ ἐπάρσει τοῦ αἰδοίου, καὶ τῷ πυκνὰ οὐρεῖν αἱ βόες, ὥσπερ αἱ ἵπποι.

Cum vruntur libidine coëundi, tùm equæ, tùm vaccæ, id deprehendes tumore genitalium. Vaccas quoque perinde ac equas micturire.

CAESAR.

NVnc ſignum commune vnum ſimul à genitalibus. Alterum commune, ſed nō ſimul. Nam iam dixit de equarum mictu. Nunc apponit vaccarum micturitionem.

Πυκνὰ οὐρεῖν *micturire*: deſiderio enim maris mingunt: vt verbum noſtrum vtrunque includat.

CCXVII. ARISTOTELES.

Ἔτι δὲ αἵ γε βόες, ἐπὶ τοὺς ταύρους ἀναβαίνουσι, καὶ παρακολουθοῦσιν ἀεὶ, καὶ παρίστασι.

Vaccæ etiam inſcendunt tauros: comitantúrque eos ſemper: atque etiam aſſiſtunt.

CAESAR.

SEorsvm aſcribit vaccis quod etiam equarum eſt, & ſcrofarum, & etiam canum. Atque canes quaſdam vidimus, cùm nimio maris deſiderio tenerentur, neque paratum haberent, micturientes. Conſtat mares quoque olfacta fœminarum natura idem agere. Tria autem dicit non inſcendentes inſcendere, comitari ingredientes, ſtantibus aſſiſtere.

Theodorus ἀεὶ, *ſedulò*: nimis licenter. Sedulò etiam fit quod non ſemper fit. Et ſemper aliquid fiet quod nō ſedulò. Et, *ſedulò*, officij eſt præſtandi, nō exigendi. Vaccæ exigūt maris operam.

CCXVIII. ARISTOTELES.

Πρότερα δὲ τὰ νεώτερα ὀργᾷ πρὸς τὴν ὀχείαν, καὶ ἐν τοῖς ἵπποις καὶ ἐν τοῖς βουσί.

Iuniores in equorum genere, & bubulo priores incipiunt vrgeri ad coitum.

CAESAR.

CAESAR.

Ratio eſt quia calidiores, & humidiores,

Ὀργᾷ, noſtrum *vrgere* inde ductum eſt. Ὀρίγειν, conciſum ὀργᾷν: non autem *turgere*, vt omnes interpretantur. Neque enim Latini ſic loquuti ſunt. Neque verum eſt quod ait Galenus ab arboribus ſumptum. Sed prius in animalibus fuit ὀργᾷν, & ad arbores tranſlatum. Ita *ira* ὀργὴ: *turgere* tamen *ira* Plautus dixit: quare *turgere* totum vrgere.

CCXIX. ARISTOTELES.

Καὶ ὅταν εὐημερίαι γίνωνται, καὶ τὰ σώματα εὖ ἔχωσι, μᾶλλον ὀργῶσιν.

Temporibus quoque tepidioribus, & habitudine ſecundiore plus in venerem vrgentur.

CAESAR.

Duas cauſſas, à tempore, & ab habitudine ponit. Coïtus enim eſt appetitus expellendi ſemen: ſemen eſt pars ſuperflua ex alimento vtilis ad generationem. Tepor fouet ſanguinem, & auget: habitudo bona multum ſucci habet.

Εὐημερίαι Theodorus, *temporis beneficio* peſſimè. Nam aliud alij temporis beneficium eſt, vt in *Aphoriſmo*. Mares hyeme ſalaciores collecto calore intus, quoniam rara ſunt textura, fœminæ hyeme feruefacto intus calore excitatóque. Εὐημερία hîc dicit teporem, tam vtilem maribus, quàm fœminis: fœminis quoque vtiliorem: de fœminis autem hîc loquitur ſolis: non, vt Theodorus ait, *animalia*: quo nomine vtrunque ſexum comprehendit. Nam paulò frigidiore mares plus incitantur quàm tepidiore.

CCXX. ARISTOTELES.

Αἱ μὲν οὖν ἵπποι, ὅταν ἀποκείρωνται, ἀποπαύονται τῆς ὁρμῆς μᾶλλον, καὶ γίνονται κατηφέστεραι.

Equæ etiam cùm attondentur, earum impetus cohibetur: & fronte triſtiori fiunt.

CÆSAR.

Abſciſſo nodo caudæ creſcunt clunes: cæſa pullis, creſcit collum: rationes adſunt: retuſa materia. At quare cohibetur impetus in venerem tonſura? Nam hoc etiam Calabri armentarij, & Aquileienſes, & Aruerni nobis dixêre. Mihi certè videtur ratio difficilis.

Ὁρμὴ *impetus* potiùs quàm *libido*, vt Theodorus. Idem κατηφέστεραι, *frons triſtior redditur. Redditur:* rectiſſimè. Nam cæterum corpus nitidius eſt.

CCXXI. ARISTOTELES.

Οἱ δὲ ἄῤῥενες ἵπποι, διαγινώσκουσι τὰς θηλείας τὰς συννόμους τῇ ὀσμῇ· κἂν ὀλίγας ἡμέρας ἀλλαχόθι ἅμα γένωνται πρὸ τῆς ὀχείας, καὶ ἀναμιχθῶσιν ἀλλήλοις, ἐξελαύνουσι δάκνοντες, καὶ νέμονται χωρὶς, ἕκαστοι τὰς ἑαυτῶν ἔχοντες.

Armenti ſui conſortes fœminas odore dignoſcunt equi. Quinetiam ſi paucos dies ante coïtus tempus alicubi ſimul ac miſti paſcant, inuicem morſu expellunt: ſegregatique paſcuntur: ſuas quique habentes.

CAESAR.

Affectus marium mirus, odore tantùm ſapere. Etiam ſolertiam miram, ſuas dignoſcendi miſtas. Sed & paucis diebus mutare animum præ liuore.

Ἀλλήλοις, non ἀλλήλαις. Nam fœminas expellunt mares.

Ἔχοντες: verbum eſt regium, & imperatorium vt in *Cratylo*. Ἕκτωρ, idem quod Ἀνάναξ: adeo vt non ſolum poſſeſſionem, ſed etiam præſidium ſignificet. Tantum verbum eſt, vt etiam prædicamentum conſtituerit.

CCXXII. ARISTOTELES.

Διδόασι δ' ἑκάστῳ περὶ τριάκοντα, ἢ μικρῷ πλείους.

TRicena, aut paulò plures ſingulis dantur.

C AE S A R.

VT paſſer natura ſalaciſſimus ſit, aut gallus. Niſi quod is quotidie exhauritur.

CCXXIII. ARISTOTELES.

Ὅταν δὲ προσίῃ τις ἄῤῥην, συστρέψας εἰς ταὐτὸ, καὶ περιδραμὼν κύκλῳ, προσελθὼν μάχεται· κἄν τις κινῆται, δάκνει καὶ κωλύει.

QVòd ſi mas aliquis accedat, conuerſus in eãdem partem, & illum ambiens curſu, adoritur oppugnare: & ex agmine quæ ſe mouerit, morſu inhibet.

C AE S À R.

NVNC pugnam cum æmulo: & caſtigationem nouas res molientium: modúmque pugnæ: vt circum aduerſarium obequitet, ſemper in eum conuerſus: obſeruans ſcilicet quid agat: & in ſe conuertens, & notans locum apportunum quo ipſum aggrediatur.

Εἰς ταὐτό. Theodorus, *in eum*, rectiſſimè: ſed plus efficaciæ habet εἰς ταὐτὸ, quam εἰς αὐτόν.

Συστρέψας: vt ſuprà de apua συστρέφεται. Sed illa circumuoluebatur intus: equus autem foris circum aduerſatium.

Περιδραμὼν κύκλῳ, ſcilicet ipſum: non autem gregem: metuens ne æmulus, dum luſtrat, quãpiam comprimat. Sed cum ipſum circuit ſemper aduerſus. Vbi inter gregem, & illum eſt, prohibet obiectu ſuo: vbi eſt altera ex parte forinſecus, ſi ille è grege aggrediatur inire quampiam, iam cuſtos adoriatur inferiorem ad pugnam. Hoc quoque vidimus nos.

Δάκνει καὶ κωλύει. Theodorus, *morſu reuocat*: reuoco quempiam cui à tergo ſum. Itaque malè Theodorus. Κωλύειν eſt etiam ex aduerſo prohibere.

CCXXIV. ARISTOTELES.

Ὁ δὲ ταῦρος, ὅταν ὥρα τῆς ὀχείας ᾖ, τότε γίνεται συννόμος, καὶ μάχεται τοῖς ἄλλοις· τὸν δὲ πρότερον χρόνον μετ' ἀλλήλων εἰσίν· ὃ καλεῖται ἀπιμαγελεῖν. πολλάκις γὰρ οἵ γε ἐν τῇ Ἠπείρῳ, οὐ φαίνονται τριῶν μηνῶν.

TAurus autem appetente coïtus tempeſtate armentis aggregatur, pugnamq́; cæteris ciet. At antea ſimul degunt ipſi: id quod Græci ἀπιμαγελεῖν, *nos poſſumus dicere* exarmentari. *Sæpè enim numero Epirotici tres menſes totos non comparent.*

C AE S A R.

TAVRI miram naturam narrat, mirámque ſuperbiam: qui dedignetur intereſſe cum fœminis, cum ipſis non habet opus: vt plus ſapiat quàm Sardanapalus. Itaque cùm non eſt tempus coëundi, mares ſimul viuunt: fœminas negligunt. Cùm coïre appetunt, fœminas quærunt, pugnant pro eis inter ſe.

Ἀπιμαγελεῖν propriè eſt, *ſpernere gregem*. Οὐ τιμᾶν τῆς ἀγέλης. Alij aliter hoc ſunt interpretati. Nam Theodorus hìc, *coarmentari*, vertit: vbi coniunctionem marium declarat. At hoc non ſignificat Græca vox. Nam paſtores agmen ſuum, ἀγέλην vocant. A qua cùm abſunt tauri, eorum abſentiam notârunt, non præſentiam inter illos, quos ignotos habent interdum menſibus tribus. Eraſmus in *Chiliadibus* non meliore hac in re vſus eſt iudicio. Nam primùm dixit viros doctos putâſſe Ariſtotelis locum deprauatum: deinde eoſdẽ ait reri Theodorum hallucinatum. Sic enim & ipſe, & iſti loquũtur. *Sed qui putant rectè legi apud Ariſtotelem, ij arbitrantur errâſſe Theodorum*. At non eſſe mendum declarât Suidas eo verſu. Κέρας βουμολγὸς ταύρου κλάσει ἀπιμαγέλης. Et Theocritus ἐν τούτῳ. Οὐδὲν ἀπιμαγελεῦντες. Sed cùm Gazam vult defendere ſic ait. *Ad amuſſim quadrare: videlicet taurum cum vaccis aggregari: & in iiſdem verſari paſcuis coitus tempore.*

tempore: eíque non conuenire cum reliquis taurorum armentis. Sed bellum cum alijs gerere: reliquis temporibus tauros, cum tauris ſocialiter iiſdem vti paſcuis. Et ſubdit: *hanc taurorum ſocietatem neglectis vaccarum armentis vocari* ἀπμαγελεῖν. Vult tamen Gazam defendere, atque putare vocem, *coarmentari*, eſſe ſuppoſititiam. Sic autem loquutus eſt Gaza, *quia nobilius eſſet armentum marium quàm fœminarum.* Sed falſum eſt: quoniam multi etiam degunt ſolitarij. Quod notauit Virgilius. *Errabunda bouis veſtigia.* Et in *Georgicis: longéque ignotis exulat oris.* Itaque, & Philoſophus in Nono huius operis ita ſcribit. Ἀπόλλυνται δὲ καὶ οἱ ταῦροι, ὅταν ἀπμαγελήσαντες ἀποπλανηθῶσιν, ὑπὸ τῶν θηρίων. Quoniam & ſoli vagantur. Si velis argutam inclinare ad Latinitatem dicas *diuerti*, à diuortio. Poſſes & *ſegregari* dicere. Sed paſtores ſegregant veſpere ſua quique agmina. *Exarmentari* dici non incommodè puto. Bacchis Terentiana in *Hecyra*, ait Pamphilum abs ſeſe ſegregatum habuiſſe. Nam meretrices, vti alibi diximus, etiam antiquitùs *Tauræ* dicebantur. Ridicule autem putant hoc in loco mendum eſſe mutato numero, cùm dixit ταῦρος: deinde εἰσὶ: minùs exercitati in hiſtoria Ariſtotelis.

Οἵ γε ἐν τῇ ἠπείρῳ. γὲ: quoniam non alius alijs in locis.

CCXXV. ARISTOTELES.

Ὅλως δὲ τὰ ἄγρια πάντα, ἢ τὰ πλεῖστα, οὐ συννέμονται ταῖς θηλείαις πρὸ τῆς ὥρας τῆς ὀχεύειν, ἀλλ᾽ ἐκκρίνονται, ὅταν εἰς ἡλικίαν ἔλθωσι, καὶ χωρὶς βόσκονται τὰ ἄρρενα τῶν θηλειῶν.

DEnique ſilueſtria, vel omnia, vel plurima ante coitus tempus cùm non vtuntur communi cum fœminis paſcuo. Sed mares cùm adoleuerint ſegregantur: atque ſeorſum à fœminis degunt.

CAESAR.

AMplificat hiſtoriam ſuo more. Quaſi enim inueſtigabundus ſæpè colligit. Igitur vituli pullique ſilueſtres, quales in agro Romano *Brauos* vocant: dum egent matris, eius lateri hærent tantiſper: vbi ætas animos addiderit, atque vim coëundi, abeunt.

Χωρὶς βόσκονται: *diſpeſcere* veteres dicebant hoc.

CCXXVI. ARISTOTELES.

ΚΑὶ αἱ ὕες, ὅταν ἔχωσι πρὸς τὴν ὀχείαν ὁρμητικῶς, ὃ καλεῖται καπρᾶν, ὠθοῦνται καὶ πρὸς τοὺς ἀνθρώπους.

SCrofæ quoque cum veneris impetu ſollicitãtur, id ſubare *vocant, infeſtæ etiã homines adoriuntur.*

CAESAR.

Ὠθοῦνται, impelluntur, tunduntur.

Καπρᾶν, id eſt κάπρου deſiderio teneri: à ſpecie nomen generi vniuerſo propter excellentiam, vt ſi dicam hominem indagatorem veritatis Ἀριστοτελίζειν

CCXXVII. ARISTOTELES.

Περὶ δὲ τὰς κύνας, τὸ αὐτὸ πάθος καλεῖται σκυζᾶν.

CAnes autem eo affectæ modo dicuntur catulire.

CAESAR.

PHiloſophus interrupit hiſtoriam. Nam inter τὸ, αἱ ὕες ὅταν ἔχωσι: & ὠθοῦνται, interpoſuit ὃ καλεῖται: poſtea ponit περὶ δὲ τὰς κύνας.

Theodorus σκυζᾶν *canire*: malè. Vetus enim habuit verbum Latinum, *catulire*.

CCXXVIII. ARISTOTELES.

Ἔπαρσις μὲν οὖν ταῖς θηλείαις ἐγγίνεται τῶν αἰδοίων, ὅταν πρὸς τὴν ὀχείαν ὁρμῶσι, καὶ ὑγρασία περὶ τὸν τόπον. αἱ δὲ ἵπποι, καὶ ἀπορραίνουσι λευκὴν ὑγρότητα περὶ τὸν καιρὸν τοῦτον.

COiturientibus fœminis intumeſcunt genitalia, locúſque ille humeſcit. Equabus quoque liquor albus eodem tempore diſtillat.

CÆSAR.

HÆc omnia etiam ſuprà dicta ſunt.

Ἔπαρσις ἐγγίνεται) Theodorus, *prominent genitalia:* non expreſſit. Nam canibus prominent, & multis alijs. Sed dicit ἐγγίνεται, & ἔπαρσις: actionem ſignificat ἔπαρσις, & alia eiuſdem analogiæ.

CCXXIX. ARISTOTELES.

Καθάρσεις δὲ γίνονται μὲν καταμηνίων, οὐ μὴν ὅσαι γε τῇ γυναικί, οὐδενὶ τῶν ἄλλων ζῴων.

MEnſtruorum quoque purgationes eueniunt cæteris animalibus: ſed nulli æquè ac mulieri.

CÆSAR.

NVnc συμπτώματα fœtationis, & puerperij. Dixit καταμήνια æquiuocè: certis, & conſtitutis purgantur omnia. Sed poſt partum. Itaque non ſolùm ὅσαι: ſed etiam ὅσαι. Διὰ τὸ καιρὸν καὶ τὰς τοῦ καιροῦ περιόδους. Ὅσαι, quoniam ſeptima quaque hebdomada boues, & equæ pauxillum quiddam menſtruorum ſoluunt. Et videtur infrà bobus, & equabus agnoſcere menſtrua. Hoc neſcio: ſed ſcio canibus nulla eſſe. Multas ego alui in cubiculo, in quibus ne vllum quidem veſtigium. Sed ante & poſt coïtum purgari verum eſt.

CCXXX. ARISTOTELES.

ΤΟῖς μὲν οὖν προβάτοις καὶ αἰξίν, ἐπειδὰν ἡ ὥρα ὀχείας, ἐπισημαίνει περὶ τὴν ὀχείαν· καὶ ἐπειδὰν ὀχευθῶσι, γίνονται σημεῖα, εἶτα διαλείπει, μέχρις οὗ ἂν μέλλωσι τίκτειν. τότε δ' ἐπισημαίνει, καὶ οὕτω γινώσκουσιν ὅτι ἐπίτοκά ἐστιν, οἱ ποιμένες. ἐπειδὰν δὲ τέκῃ, κάθαρσις γίνεται πολλή, τὸ μὲν πρῶτον οὐ σφόδρα αἱματώδης, ὕστερον μέντοι σφόδρα.

IN ouibus, & capris, tùm coëundi tempus, tùm coïtum peractum certis ſignis deprehendes: inde nihil noui indicij moliuntur, quoad pariture ſint. Tunc enim quibuſdam argumentis cognoſcunt paſtores inſtare partum. Edito fœtu largè purgantur. Principio cruenta materia non valde: poſteà verò valde.

CÆSAR.

TRia igitur ſigna: coïtus, conceptus, imminentes partus, & purgatio. Tria illa σημεῖα appellat, quoniam nomen non habebat peculiare: purgationem non appellat indicium, & tamen eſt.

Argumentum coïturarum ἔπαρσις. Sed nomen commune eſt multis rebus. Itaque addidit τῶν αἰδοίων. Et eſt etiam diſtillatio quædam in aliquibus, vt bobus & equabus. Sed conceptus indicium eſt, abhorrere à mari, eúmque hoſtiliter impetere, nihil diſtillare. Cum ſunt pariture vbera demittuntur: laxior fit inter ea, & naturam ſinus. Paſtores Vaſcones, & Saltuarij *Bracatas* tunc vocant.

Ἐπισημαίνει. Τὸ, ἐπὶ, id eſt, præter geſticulationem & impetum, & furorem, etiam alia habemus indicia.

Διαλείπει Theodorus *deſiſtit:* imò ſiſtit, acceſſit. *Deſiſtere*, militare verbum fuit, cùm amittunt, aut locum, aut ſtationem, in quo priùs ſtabant, neque mouebantur. Durius certè, & quod accommodari non poſſit. Addidit quoque *ad tempus:* verboſè. Neque enim eſt & falſò. Nam quod deſiſtit ad tempus, redit. At non eſt verum eadem indicia eſſe & conceptus, & partus imminentis: præterea non rectè οὗ ἂν μέλλωσι τίκτειν, dixit, *parturientes.* Nanque parturientes ἐν τῶν ὠδίνων laborant. At quæ μέλλωσι τίκτειν ſunt etiam, ſine labore, & ſine dolore: multúmque læta interdum ac nitida: & ſunt ἐπίτοκα, vel decem dies ante partum.

Ἐπίτοκα, Aquitani ſua lingua optimè exprimunt cum dicunt impendere puerperium. Vult *ſe ſuperiacere: aiayre.*

CCXXXI.

CCXXXI. ARISTOTELES.

Βοΐ δὲ καὶ ὄνῳ καὶ ἵππῳ, πλείω μὲν τούτων, διὰ τὸ μέγεθος γίνεται, ἐλάττω δὲ κατὰ λόγον πολλῷ.

AT boui quidem aſinóque atque equo, quàm his vberiores eueniunt purgationes: propterea quod ſunt grandiores: verùm ſi ad vtrorúnque magnitudinis ſpectes rationem, multo parciùs purgantur.

CAESAR.

PVlcherrimum apoteleſma: quia ſint animalia grandiora oue & capra, quæ plus emittant purgamentorum, quàm illæ. Sed non tantum quantum illæ, pro vtriuſque magnitudinis ratione. Plus alit familiæ Imperator quàm ego, ſed ex proportione ſua.

CCXXXII. ARISTOTELES.

Η μὲν οὖν βοῦς ὅταν ὀργᾷ πρὸς τὴν ὀχείαν ἡ θήλεια, καθαίρεται κάθαρσιν βραχεῖαν ὅσον ἡμικοτύλιον, ἢ μικρῷ πλεῖον. καιρὸς δὲ γίνεται τῆς ὀχείας μάλιστα περὶ τὴν κάθαρσιν.

BOs igitur venere extimulata leuiter purgatur. Quippe ad heminæ dimidium, aut non multò plus. Quo purgationis tempore opportunus eſt coïtus.

CAESAR.

DEclarat quantillum ſit quod à boue demittitur. Et dixit καιρὸς, temporis opportunitatem ſcilicet. Heminæ autem dimidium multum eſt à canis minima, ad bouis magnitudinem.

CCXXXIII. ARISTOTELES.

Ἵππος δὲ, τῶν τετραπόδων ἁπάντων εὐτοκώτατον, καὶ λοχίαν καθαρωτάτη, καὶ ἐλαχίστην προΐεται αἵματος ῥύσιν, ὡς κατὰ τὸ τοῦ σώματος μέγεθος.

EQua facillimè omnium quadrupedum parit. Et quod attinet ad purgamenta puriſſima eſt, minimumque fluxum ſanguinis emittit, pro corporis magnitudine.

CAESAR.

QVippe vix nititur, ſtans enim parit. Λόχια, *purgamenta*: vnde, *loci*, in muliere.

CCXXXIV. ARISKTOTELES.

Μάλιστα δὲ καὶ τῶν βοῶν καὶ τῶν ἵππων τὰ καταμήνια σημεῖον διαλιπόντα, δίμηνον, καὶ τετράμηνον, καὶ ἑξάμηνον. ἀλλ' οὐ δυνατὸν γνῶναι μὴ παρεπομένῳ, μηδὲ συνήθει σφόδρα· διὸ ἔνιοι οὐκ οἴονται γίνεσθαι αὐτοῖς.

EQuam bouémque concepiſſe deprehendunt: cum altero iam menſe, aut quarto, aut ſexto menſtrua deficere animaduertunt. Hoc autem non niſi ab armentarijs, iiſque valde aſſuetis dignoſci poteſt: iccircóque nonnulli putârunt ijs menſtrua non ſolui.

CAESAR.

REDIT ad conceptum poſt partus affectiones. Et exponit argumentum conceptionis quod ſuprà non dixerat. A defectu menſtrûorum ait multos negaſſe ipſis ſolui menſtrua. Oſtendit rationem opinionis. Quia, inquit, oportet diu ſequi eas, & obſeruare. Sed δίμηνον, & τετράμηνον, & ἑξάμηνον non temerè dixit. Quoniam ſeptima quaque ſeptimana ſoluunt: non quanta, vt mulieres: quod ſuprà dicebat οὐχ ὅσαι. Theodorus cùm hoc non animaduerteret, etiam addidit, *trimeſtre*, malè.

Παρεπομβύῳ: diximus *armentarium*: quoniam addidit συνήθει: neque hoc contentus σφόδρα, ergo ſit armentarius. *Buſequas* antiqui nominabant: quam vocem ibi pones, ſi hanc delicatam nolis.

CCXXXV. ARISTOTELES.

Τοῖς δ᾽ ὀρεῦσι ταῖς θηλείαις, οὐδὲν γίνεται καταμήνιον, ἀλλὰ τὸ οὖρον παχύτερον τὸ τῆς θηλείας.

Mulabus non exeunt menſtrua, ſed vrina: quæ ſit craſſior quàm mulorum.

CAESAR.

SI periodum ſpectes, menſtrua ſunt in mulabus: ſi humoris concretionem, non ſunt. Neque enim cruenta demittunt.

Οὖρον παχύτερον: aliud ſanè eſt quàm vrina, & aliud quàm menſtrua. Παχύτερον autem intellige tunc: alio enim tempore non ita eſt.

Apta orationem conciſam: non menſtrua, ſed vrinam reddunt: quæ videatur menſtrua eſſe, quia craſſa eſt: at ſuapte natura craſſior ea eſt, quàm maribus.

CCXXXVI. ARISTOTELES.

Ὅλως μὲν οὖν τὸ τῆς κύστεως περίττωμα τοῖς τετράποσι παχύτερον, ἢ τὸ τῶν ἀνθρώπων.

Omnino autem vesicæ excrementum quadrupedibus, quàm hominibus craſſius eſt.

CAESAR.

ALieno loco de excrementis ſcribit: habet autem rationem manifeſtam: veſcuntur enim rebus terreſtribus: & largiores meatus habent. Suprà per ſexum: nunc per genera.

CCXXXVII. ARISTOTELES.

Τὸ δὲ τῶν προβάτων καὶ τῶν αἰγῶν τῶν θηλειῶν, παχύτερόν ἐστιν ἢ τὸ τῶν ἀρρένων· ὄνων δὲ λεπτότερον τὸ τῶν θηλειῶν· βοὸς δὲ καὶ δριμύτερον τὸ τῆς θηλείας.

IN genere ouillo, & caprino fœmellarum vrinæ quàm marium craſſiores. At aſinarum tenuior: vaccæ acrior.

CAESAR.

NVnc per ſexum in generibus. Neque ſcias reddere rationem: cùm aſina carduis, agreſti cinamo, & acantho veſcatur, acrior eſſe debebat. Itaque vbi minxit, odore ſollicitatur aſinus: nares contrahit, ac labra diducit: deinde pandit: cœlóque ſuſpecto captat auras meliores. Sicut & equus admiſſarius vbi olfecit equientis equæ virus: nares enim ferit.

CCXXXVIII. ARISTOTELES.

Μετὰ δὲ τοὺς τόκους, ἁπάντων τῶν τετραπόδων παχύτερον τὸ οὖρον γίνεται, καὶ μᾶλλον τῶν ἐλάττω προϊεμένων κάθαρσιν.

A Partu omnium quadrupedum craſſior vrina fit: magíſque etiamnum ijs quæ minus fuerint purgatæ.

CAESAR.

HÆc affectio rectè ad hunc locum pertinet: coniuncta enim eſt cum partus hiſtoria. Et habet rationem: ſi non exijt mera purgatio, cum vrina vt exeat.

CCXXXIX. ARISTOTELES.

Τὸ δὲ γάλα, γίνεται ὅταν ὀχεύεσθαι ἄρχωνται, πυῶδες· χρήσιμον δὲ γίνεται, ἐπειδὰν τέκωσιν ὕστερον.

LAc per initia coïtus puris ſpecie prouenit. Vtile autem fit poſtquam pepererint.

CAESAR.

C AE S A R.

PONIT ſignum à menſtruis mutatis: lac enim ſanguis non corruptus & concoctus eſt: & eiuſdem naturæ, vt menſtrua, vt ait Philoſophus in ſecundo & in quarto de *Generatione animalium*. Sed mirum lac fieri ante coitum. At certè non tam lac quàm pus videtur: quare rectè ait Philoſophus πυοειδές. Hoc autem eſt initio coitus: nam vno initu implentur ferè, vt vidimus. Et ſanè verum eſt quaſdam habere lac in puris modum: alioqui dicas ἄρχωσι κυίσκειν.

χρήσιμον δ' γίνεται ἐπειδὰν τέκωσιν ὕστερον. Intellige non ſtatim. *Nam id optimum eſt*, inquit Varro, *quod neque emunctum longè abeſt à mulſo: neque à partu continuo eſt ſumptum.*

CCXL. ARISTOTELES.

Κύοντα δ' τὰ πρόβατα καὶ αἶγες, πιότερα γίνονται, καὶ ἐσθίουσι μᾶλλον. καὶ βόες δ' ὡσαύτως, καὶ τὰ ἄλλα τὰ τετράποδα πάντα.

Oves capreæque pregnantes pingueſcunt, ac plus comedunt. Ita & boues, & quadrupedes omnes aliæ.

C AE S A R.

NVnc ſignum ab habitudine: pingueſcunt, quia plus comedunt: & plus comedunt, quia fœtus trahit. Itaque nonnihil in ſuum quoque ipſæ vſum vertunt.

CCXLI. ARISTOTELES.

Ὁρμητικώτατα μὲν οὖν, ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ εἰπεῖν, περὶ τὴν ὀχείαν, τὴν ἐαρινήν ὥραν ἐστίν. οὐ μὴν τὰ πάντα γε ποιεῖται τὸν αὐτὸν καιρὸν τῆς ὀχείας, ἀλλὰ πρὸς τὴν ἐκτροφὴν τῶν τέκνων ἐν τοῖς καθήκουσι καιροῖς.

VErno tempore ferè potiſſimùm aguntur in venerem. Quanquam non omnibus idem ad coitum tempus eſt opportunum: ſed id quod ad nutriendos fœtus fuerit conuenientius.

C AE S A R.

REpetit quod & ſuprà dixit. Virgilius: *Vere magis, quia vere calor redit omnibus.*

Καιρὸν & καθῆκον: *aptum, officioſum*: eſt enim καθῆκον, officium & commoditas quæ in tempore interuenit: καθῆκον, nulla voce commodiore interpretere quàm, *conueniens.*

CAPVT DECIMVM-OCTAVVM.

Suum partus.

CCXLII. ARISTOTELES.

AI μὲν οὖν ἥμεροι ὕες, κύουσι τέτταρας μῆνας, τίκτουσι δ' τὰ πλεῖστα εἴκοσι πλὴν ἂν πολλὰ τέκωσιν, οὐ δύνανται ἐκτρέφειν πάντα. γηράσκουσαι δ', τίκτουσι μὲν ὁμοίως, ὀχεύονται δ' [βραδύτερον· κυίσκονται δ'] οὐκ ἐκ μιᾶς ὀχείας, ἀλλὰ πολλάκις ἐπιβάλλουσι, διὰ τὸ ἐκβάλλειν μετὰ τὴν ὀχείαν τὴν καλουμένην ὑπό τινων καπρίαν. τοῦτο μὲν οὖν καὶ συμβαίνει πάσαις· ἔνιαι δ' ἅμα τούτῳ καὶ τὸ σπέρμα προΐενται.

SVes villatici quaternos menſes gerunt. Gerunt complurimos vicenos: verùm vbi multos pepererint: non omnes educare poſſunt: vetulæ nihilo ſeciùs pariunt. Non vno initu implentur: ſed ſæpè admittunt: propterea quòd poſt coitum emittunt id quod porciam *diximus. Ea quouis matricis loco generari conſueuit: omnibúſque communis affectio eſt. Sed quædam etiam cum ea ſemen emittunt.*

CÆSAR.

SEPARANDVM Caput fuit: quoniam quæ ſuprà dixit hactenus in communi ſcripſit. Nunc ſeorſum ſuillum genus tractat, & ſeorſum ouium atque caprarum. Totam hanc partem etiam ſuprà percenſuit, in Quinto. Viginti pariunt, vt ceſſet Galenus comparare numerum ſinuum matricis, cum mamillis. Nos ſenos denos vidimus educatos: idque quotannis diu.

Οὐκ ἐκ μιᾶς: peſſimè Theodorus ſuſtulit negationem. Nam ſubdit πολλάκις ἐπιβάλλουσι. Et reddit rationem: quoniam reddunt τὴν καθαρίαν. Sed iccirco emendâſſe putauit: quia infrà dicit, μία ὀχεία ὥσπερ εἴρηται ἀρκεῖ. Sed eſt cum conditione: ἂν δ᾽ ὀργῶσαι βιβάσῃ: alioqui πολλάκις ἐπιβαλλητέον. Idem omiſit, τοῦτο δὲ γίνεται ὅπου ἂν τύχῃ τῆς ὑστέρας. Quoniam ea verba mox de metachœro: ſed vtrunque rectè. Nanque ſi porculo illi non eſt certus ſinus aſſignatus, tantò minùs τῇ καθαρίᾳ. Ponit verò τῆς καθαρίας, communem omnibus naturam: ſed diſtinguit. Quoniam aliis ſola, aliis vna cum ſemine exit.

Ἐπιβάλλουσι: *admittunt*, ad verbum: vnde *admiſſarij*.

Ἥμεροι. Quoniam ſuprà ἄγριοι: non auſim dicere, *altiles*: quoniam ij ſunt quos ſaginamus: atque omnes *maiales*: *villaticos* potes dicere. Eſt enim vnum genus paſtionis. Theodorus *cicures*: malè: Nam cicur eſt è fero manſuetus factus.

CCXLIII. ARISTOTELES.

ἘΝ δὲ τῇ κυήσει ὃ ἂν βλαφθῇ τῶν τέκνων, καὶ τῷ μεγέθει πηρωθῇ, καλεῖται μετάχοιρον. τοῦτο δὲ γίνεται ὅπου ἂν τύχῃ τῆς ὑστέρας. ὅταν δὲ γεννήσῃ, τῷ πρώτῳ τὸν πρῶτον παρέχει μαστόν.

QVæ proles in vtero iuſta magnitudine deprauata fuerit, Græci μετάχοιρον vocant. Hoc nullum certum locum ſibi vendicat in matrice. Vt primum quenque peperit, eidem primam mammam dat.

CÆSAR.

AB euentu μετάχοιρον. Quaſi præuentum ab aliis: τὸ μετά. Theodorus, *poſthumum*, peſsimè: ſed *ſerum* ſignificat. Itaque potiùs *cordum*. Neque enim creſcunt agni cordi: ita ne ille quidem. Breues ſunt ij porcelli, & curui: clunibus exuctis, aluo grandiſsima.

Feſtiuus eſt Philoſophus cùm dicit ſuem dare mammam. Nam quemadmodum ei det? imò ille inſtinctu naturæ appetit: aiúntque inde in aluo ſuxiſſe: ſecundo ſecundam, & aliis ſuam quanque: eáque arefacta aliam non appetere. Sed nos mendacia hæc oculis noſtris coarguimus.

CCXLIV. ARISTOTELES.

Θυῶσαν δὲ οὐ δεῖ εὐθὺς βιβάζειν, πρὶν ἂν μὴ τὰ ὦτα καταβάλλῃ· εἰ δὲ μὴ, ἀναθυᾷ πάλιν.

SVbantem non oportet ſtatim iniri priuſquam aures demiſerit: alioqui rurſus ſubaturit.

CÆSAR.

HOc quoque ſuprà in Quinto dixit: θυῶσαν dixit, non σuῶσαν: aſpiratio enim conuenit cum ſibilo: & ſibilus cùm τ. θάλαττα θάλασσα.

Ἀναθυᾷ: redit ad maris deſiderium. Itaque non impletur. Theodorus nimis laxè dixit: *fruſtra fuerit*. Nam ἀναθυᾷ declarat cauſſam.

CCXLV. ARISTOTELES.

ἊΝ δὲ ὀργῶσαν βιβάσῃ, μία ὀχεία, ὥσπερ εἴρηται, ἀρκεῖ.

SI autem vrgeat eam veneris impetus, vnus initus, vti diximus, ſatis eſt.

CÆSAR.

VIdetur contrarius ſibi: ſuprà πολλάκις ἐπιβάλλωσι: hìc μία ὀχεία: ſed ibi eſt cùm eiicit porciam: hìc cùm ὀργᾷ.

CCXLVI. ARISTOTELES.

Συμφέρει δὲ ὀχεύσειν μέλλουσι τοῖς κάπροις παρέχειν κριθάς, τετοκυία δὲ τῇ ὑΐ, κριθὰς ἑφθάς.

APro coituro confert præbere in pabulum hordeum: ſcrofæ autem vbi peperit coctum.

CAESAR.

AVictu: vt ſemen illi, huic lac ſufficiat. Mirum aprum nominâſſe pro ſue: & ὀχεύοντι in præſenti: potes dicere, *admiſſarium*.

Τετοκυία: *fœta* Theodorus: fateor vtrunque ſignificare: ſed ex abuſu: Philoſophus enim ſanè loqui debet.

CCXLVII. ARISTOTELES.

Εἰσὶ δὲ τῶν ὑῶν αἱ μὲν, εὐθὺς καλλίχοιροι μόνον· αἱ δ', ἐπαυξανόμεναι, τὰ τέκνα καὶ τὰς δέλφακας χρηστὰς γεννῶσι.

SVnt ſcrofis quæ primore ſtatim ætate tantùm ferunt porcellos bonos: aliæ ætate procedente proles ſuas probas generant.

CÆSAR.

DIFFERENTIÆ ab ætate parentum. Ἐπαυξανόμεναι, *increſcentes* Theodorus, rectè, quoniam dixit εὐθὺς: & non malè τὰ τέκνα καὶ τὰς δέλφακας, *proles & porculos*. Δέλφακα Galli *cochonem*, Vaſcones *teſſonem* vocant: ſi paulò maior, *gorres*, à grunnitu dicitur.

Nota καλλίχοιροι paſsiuè. Quoniam τοὺς χοίρους καλοὺς generant: & poſteà δέλφακας χρηστάς. Interpres Hippocratis in Libris de *Ratione victus* in morbis, τὰ, ὑὰ, χοῖρον, *ſuem*, & *porcum* tranſtulit: porculum debuit dicere.

CCXLVIII. ARISTOTELES.

Φασὶ δέ τινες, ἐὰν τὸν ἕτερον ὀφθαλμὸν ἐκκοπῇ ἡ ὗς, ἀποθνήσκειν διὰ ταχέων ὡς ἐπιτοπολύ.

AIunt altero eruto oculo ſcrofam celeriter interire, ratóque euadere.

CAESAR.

QVare non expertus eſt Ariſtoteles? vidimus enim multos ſues vnoculos.

Ὡς ἐπιτοπολὺ: *ratóque euadere*: multo meliùs ac concinniùs quàm, *magna ex parte*: vt Theodorus: & ab ipſo toties repetitum.

Ἐκκοπῇ: *amiſſo*, Theodorus: at vtrunque poteſt amittere morbo neque interire: ſed & κόπτειν.

CCXLIX. ARISTOTELES.

Ζῶσι δὲ αἱ πλεῖσται μὲν περὶ ἔτη πεντεκαίδεκα, ἔνιαι δὲ καὶ τῶν εἴκοσιν ὀλίγον ἀπολείπουσι.

VIuunt ferè omnes quindecim annos: nonnullæ paulò minùs viginti.

CAESAR.

EXplet hiſtoriam vitæ ſpatio: ὀλίγον ἀπολείπουσι: ſed plus ſignificat: dimidiatos etiam annos complectitur: ἀπολείπουσι, quod ipſe alibi, & Herodotus δέον. εἴκοσι δύο δέοντων: duodeuiginti.

CAPVT

CAPVT DECIMVM-NONVM.

Coïtus & partus ouium & caprarum.

CCL. ARISTOTELES.

ΤΑ' δὲ πρόβατα κυΐσκουσι μὲν ἐν τρισὶν ἢ τέτταρσιν ὀχείαις· ἂν δὲ ὕδωρ γένηται μετὰ τὴν ὀχείαν, ἀνακυΐσκαι. ὁμοίως δὲ καὶ αἱ αἶγες.

Tertio aut quarto initu replentur tàm oues quàm capræ. Imbre coïtum ſuperueniente, repetendus coitus eſt.

CÆSAR.

EADEM hiſtoria caprarum atque ouium naturam comprehendit. Imber autem nocet refrigeratis. Ἀνακυΐσκαι: ſicut ſuprà ἀναθυᾷ: non dixit ἀποκυΐσκει: id enim eſſet *amittit conceptum*: ſed ἀνακυΐσκει. Nam rurſus impleri debet: declarat quod præcedit ab eo quod ſequitur. Neque enim ſi prior conceptus ſaluus eſſet, repeteret coïtum. Nullum enim id facit præter equam & mulierem. Theodorus maluit per, *abortum*, interpretari: non malè. Idem *terno*, aut *quaterno coïtu* dixit: vt ſit aut quotannis, aut ſingulæ. Sed vt tertio, aut quarto ſulco: ita hic nos.

CCLI. ARISTOTELES.

Τίκτουσι δὲ τὰ μὲν πλεῖστα, δύο, ἐνίοτε δὲ καὶ τρία, ἤδη δὲ καὶ τέτταρα.

PAriunt cumplurimos, duos: interdum tres. Iam verò etiam quatuor.

CAESAR.

SINGVLOS pariunt ferè: cumplurimos binos: rarò tres: rariſſimè quatuor: id tamen intellige de ouibus. Nam capras habemus quæ tres, & quatuor: imò & aliquando quinque pepererunt. Theodorus negligentiùs dixit: *ſed aliquando binos, & ternos, & quaternos.* At Ariſtoteles neque ſingulos dixit. Et plurimos duos: ordinariè ſcilicet: poſteà addidit ἐνίοτε tanquã rarum: poſtremò ἤδη tanquã rariſsimum.

CCLII. ARISTOTELES.

Κύει δὲ πέντε μῆνας πρόβατον καὶ αἴξ. διὸ ἐν ἐνίοις τόποις, ὅσοι ἀλεεινοί εἰσι, καὶ ἐν οἷς εὐημεροῦσι καὶ τροφὴν ἄφθονον ἔχουσι, δὶς τίκτουσι.

GErunt vterum menſes quinque tàm ouis quàm capra. Quo fit, vt locis tepidis commodiſque & vberibus bis pariant.

CAESAR.

SVPRA numerum fœtuum, nunc fœturarum: ſimul & tempus vteri. Nam cùm ſemel pariant neque ampliùs quinis gerant menſibus, bis aliquibus locis pariant. Dicit cauſſam locorum teporem. Ἀλεεινὰς, commoditatem, εὐημερίαν. Quoniam neque vento exagitantur nimis apertis locis, quanquam tepidis: neque imbribus, neque nebulis, neque afflatu lacuum, neque defectu præſepiorum, aut ſtabulorum. Tertia cauſſa τροφῆς ἀφθονία: quod & de gallinis.

Theodorus ἀλεεινὸν καὶ εὐημερίαν *cæli clementia* ſola complexus eſt malè.

CCLIII. ARISTOTELES.

Ζῇ δὲ αἲξ μὲν, περὶ ἔτη ὀκτώ· πρόβατον δὲ, δέκα· τὰ δὲ πλεῖστα, ἐλάττω, πλὴν οἱ ἡγεμόνες τῶν προβάτων· οὗτοι δὲ καὶ πεντεκαίδεκα. ἐν ἑκάστῃ γὰρ ποίμνῃ κατασκευάζουσιν ἡγεμόνα τῶν ἀρρένων· ὃς ὅταν ὀνόματι κληθῇ ὑπὸ τοῦ ποιμένος, προηγεῖται. συνεθίζουσι δὲ τοῦτο δρᾶν ἐκ νέων.

Viuit capra annos octo circiter: ouis decem: ſed etiam ſæpè minùs: præter earum ductores qui ad quindecim accedunt. Vnicuique enim gregi ex maribus vnum ductorem comparant. Qui à paſtore nominatim vocatus antecedit: aſſuefactus hoc agere à tenera ætate.

CAESAR.

VITÆ ſpatia narrat: ſimul ductorum intexit hiſtoriam. Ἡγεμόνες *duces* rectiſsimè Theodorus: κτίλος dicitur ab Homero. Nos ſequuti diuinum Poëtam *ductores* diximus. Nam *dux* paſtor ipſe eſt. Quanquam Plinius & Columella eo verbo vſi ſint: vtrunque certè rectè. Mirum verò duces gregis plus viuere. An verò ab arte natura poteſt immutari. Nam qui duces eſſe docti ſunt, non nati, qua ratione plus aliis viuunt? Niſi adducas rationem quam infrà inuenies de ductoribus taurorum. Quia caſtrantur neque arant: quare nullo labore fatigati ad plures annos vitam ducunt.

Ὀνόματι κληθῇ. Nam & boues, & ſues, & oues, & capræ nomina ſua intelligunt. Etiam nonnullæ aues, vt pſittaci, picæ, merulæ, & multæ aliæ: non ſolùm canes, vt quidam putârunt. Equos habuimus aures iactantes, quíque fierent attentiores à nobis vocati: id in cauſſa eſt cibus allatus datúſque eo nomine ſæpiùs dicto. Itaque paſtores ſalem dant: ſuibus etiam panem.

Ἐκ νέων. Theodorus, *ab ineunte ætate*, ſanè Latinè: ſed ne Latini quoque animaduerterunt ſe nimis laxè loqui: arctiſsima enim ſignificatio eſt eius participij. Nam de recens natis rectè dicitur: ineunte vere dicimus etiã prima quaque die: ſed aliud eſt ἐκ νέων. Cùm etiamnũ agnelli ſunt.

CCLIV. ARISTOTELES.

Τὰ δὲ περὶ τὴν Αἰθιοπίαν πρόβατα, ζῇ καὶ δώδεκα καὶ τρισκαίδεκα ἔτη· καὶ αἶγες δὲ καὶ δέκα καὶ ἕνδεκα.

Æthiopicæ oues & ad duodecim & tredecim viuunt annos. Atque capra ad decem & vndecim.

CAESAR.

SVnt etiam eorum integri populi qui ab Herodoto μακρόβιοι dicuntur. In cauſſa eſt humoris ſinceri modus, qui extraneo humore non corrumpatur.

CCLV. ARISTOTELES.

Ὀχεύει δὲ καὶ ὀχεύεται, ἕως ἂν ζῇ, καὶ πρόβατον καὶ αἴξ.

Coït tum ouis tum capra, tàm mares quàm fœminæ quandiu viuunt.

CAESAR.

HOc etiam ſuprà dixit: ſed intellige poſtquam cœperint coïre: ἕως ſignificat finem.

CCLVI. ARISTOTELES.

Διδυμοτοκοῦσι δὲ καὶ πρόβατα καὶ αἶγες, διά τε εὐβοσίαν, καὶ ἐὰν ὁ κριὸς ἢ ὁ τράγος ᾖ διδυμοτόκος, ἢ ἡ μήτηρ.

Geminos pariunt oues atque capræ: & pabuli vbertate, & cùm aries aut hircus, vel ipſa mater fuerit vna è gemellis.

CAESAR.

CÆSAR.

DVAS cauſſas aſſignat, vnam materialem à cibo, è quo & ſemen multum & plures fœtus fiant: alteram ab efficiente. Nam ſi alteruter parentum fuerit vnus è gemellis, acceptam à parentibus ac ſeruatam transfundet in prolem. Theodorus fœdo lapſu captus eſt: commiſit enim eum errorem quem Philoſophus vocat, petere principium. Verba enim ipſius ſunt: *ſi vim eam geminandi per naturam obtineat.* Quid enim eſt? *hoc facio quia poſſum facere.* Neque enim nunc diſputat, vt in *Metaphyſicis* aduerſus eos qui negabant, non niſi cùm agimus aliquid, id nos poſſe agere. Sed videamus. Naſcuntur gemini, quoties aut paſcua ſufficiunt largiora, aut poteſt id facere parens. Sed cùm facit, ſemper poteſt facere. Igitur non eſt legendum διδυμοτόκος, ſed πεφυκότες διδυμοτόκος, vt omittam Ariſtotelem ſcripturum fuiſſe ἦν, non autem ᾖ, ſi naturam illam apparâſſet indicare.

CCLVII. ARISTOTELES.

Θηλυγόνα δὲ καὶ ἀρρενογόνα γίνεται, διά τε τὰ ὕδατα· (ἔστι γὰρ τὰ μὲν, θηλύγονα· τὰ δὲ, ἀρρενόγονα) καὶ διὰ τὰς ὀχείας. ὡσαύτως καὶ βορείοις μὲν ὀχευόμενα, ἀρρενοτοκεῖ μᾶλλον· νοτίοις δὲ, θηλυτοκεῖ.

Mares verò aut fœminæ naſcuntur tum propter aquas, quarum vis aliarum alij ſexui deſtinatur, tum propter ipſos parentes: nec minùs aquilone ſpirante coeuntes mares potiùs generant: auſtro fœminas.

CAESAR.

NVNC affectionem ſexuum. Tres cauſſas aſsignat: aquas, coitum, ventos. In Quarto de *Generatione animalium*, etiam multas alias habemus: ſed potiſsimum id euenire ob matricem conſtat. In dextris enim ferè mares geſtantur: ſic ligari dextro teſticulo fœminas gigni, mares altero, verum eſſe experientia docet. Aquæ verò ſalſiores & aluminoſæ, & calidiores & puriores, marium materia ſunt: venti item ſicciores. Hæ cauſſæ enim ſunt notæ. Sed quid ſibi vult διὰ τὰς ὀχείας. Theodorus tranſtulit, *admiſſarios:* vt ſuprà τὰ ὀχεῖα διαφέρουσι ἐκ τῶν θηλειῶν. Itaque in neutro legit Theodorus: & ſanè ita eſt: à maribus enim multa natura pendet, & ratio fœtuum. Nanque è vetulis hircis fœmellas generari ſcimus nos qui habemus greges. Et pilum in prole referri patris, non matris in ouibus. Si legas τὰς ὀχείας, modum & tempus coëundi voluiſſe videtur dicere. Itaque mox perſequitur. Nam ſi ab initu mas deſcenderit ad dextram, marem gignet: altrorſum fœminam: infrà tamen de canibus τὰς ὀχείας intelligit mares: quanquam etiam ibi coïtus intelligas. Plus placuit, vt vtrunque complectamur, non admiſſarium ſolùm: ſed vtrunque parentem. Sunt enim quæ potiùs fœminas, aliæ quæ potiùs mares gignant, eáſque mox mutare naturam dicet.

CCLVIII. ARISTOTELES.

Μεταβάλλει δὲ καὶ τὰ θηλυτοκοῦντα, καὶ ἀρρενοτοκεῖ· δεῖ δὲ ὁρᾶν ὀχευόμενα πρὸς βορέαν.

Mutantur etiam naturæ, vt quæ fœminas parere conſueuerint, mares edant: ſi in coitu aduerſus aquilonem obuerſa ſtent.

CÆSAR.

IGITVR τὰς ὀχείας vtrorunque parentum intelligit: ac mutari venti ratione & vi. Πρὸς βορέαν ὁρᾶν. τὸ ὁρᾶν, non temporis habere rationem, ſed ſpectare obuerſas. Βορέαν autem non ſolum locum, ſed etiam flatum intelligere videtur.

CCLIX. ARISTOTELES.

Τὰ δὲ εἰωθότα πρωῒ ὀχεύεσθαι, ἐὰν ὀψὲ ὀχευθῇ τις, οὐχ ὑπομένουσι τοὺς κριούς.

Quæ mane iniri ſolent, ſi veſpere ineantur, non patiuntur arietes.

CÆSAR.

MIRAM naturam ponit à conſuetudine: quoniam non excitantur in libidinem cibo nondum per ſomnum concocto. Itaque arrigimus, honor ſit auribus, dormientes plus: vacui enim ſpiritus ab aliis functionibus eò demigrant. Fœminis huius regionis mẽdaciſsimè ac ſtultiſsimè perſuaſum eſt, coïtu veſpertino; aut primæ vigiliæ fœminas concipi: matutino mares. Quaſi verò non ſit ſemen coctius & craſsius diurnum quàm nocturnum. Aiunt crudum eſſe à cæna: quaſi verò non ſit ſemen præſto iam coctum interdiu: quaſi verò non ſit integrum, & ſuis fultum ſpiritibus: aut addito cibo non addantur ſpiritus.

Ὄψὲ ὀχευθῆ τις. ὀχευθῆ: *iuſſerit iniri.* Nam τὶς non poteſt ſignare pecus ipſum: niſi ſit Metaplaſmus & generis & caſus, τῶν εἰωθότων. Nam τὰ & τὶς malè cohærent.

Dixit κριοὺς in plurali, non temerè, ne putes arietis vitio euenire. Sed etiam, inquit ſubinde mutatos, non admittunt.

CCLX. ARISTOTELES.

Λευκὰ δὲ τὰ ἔκγονα γίνεται καὶ μέλανα, ἐὰν ὑπὸ τῇ τοῦ κριοῦ γλώττῃ λευκαὶ φλέβες ὦσιν, ἢ μέλαιναι· λευκὰ μὲν, ἐὰν λευκαί· μέλανα δὲ, ἐὰν μέλαιναι· ἐὰν δὲ ἀμφότεραι, ἀμφότερα· πυῤῥὰ δὲ, ἐὰν πυῤῥαί.

PRoles candida aut nigra fit, prout ſub arietis lingua, aut candidæ, aut nigræ venæ ſubſunt. A nigris nigræ, à candidis candidæ, ab vtriſque variæ, à ruffis ruffæ.

CÆSAR.

HOc quoque dixit Poëta. Hiſtoriæ ratio ſumpta à partibus.

Πυῤῥὰ ruffa. Theodorus hoc non habet in ſuo Codice. Xanthus ruffecentia reddit pecora: vnde & nomen amni. Theodorus hanc partem redegit ad compendium prudentiſsimè, & ad rotunditatem quandam. Nam hîc Ariſtoteles Atticiſſat.

CCLXI. ARISTOTELES.

Τὰ δὲ τὸ ἁλυκὸν ὕδωρ πίνοντα, πρότερον ὀχεύεται. δεῖ δὲ ἁλίζειν πρὶν τεκεῖν, καὶ ἐπειδὰν τέκῃ, καὶ ἔαρος αὖθις.

QVæ ſalſiores aquas potant maturiùs coëunt: operæ precium eſt etiam antequam pariant ſalire aquas. Itémque & poſtquam pepererint: atque etiam vere.

CÆSAR.

SALIVNT aquas pecui paſtores quater in anno: vere, vt excitent appetitum: Autumno, vt coëant coïtum: inſtante partu, vt partus fiat facilior ſtimulata matrice, & ipſæ robuſtiores: flaccidæ enim ſunt & elanguidæ: poſt partum, vt lacte abundent.

Theodorus malè legit pro τεκεῖν, ὀχεύεσθαι. Nam à coïtu non dant ſal.

Nota πρὶν τεκεῖν: poſuit πρὶν cum præterito: niſi ſit futurum ſecundum. Sed eſt vt τετελεσμένον ἐστι.

CCLXII. ARISTOTELES.

Αἰγῶν δὲ ἡγεμόνα οὐ καθιστᾶσιν οἱ νομεῖς, διὰ τὸ μὴ μόνιμον εἶναι τὴν φύσιν αὐτῶν, ἀλλ' ὀξεῖαν καὶ εὐκίνητον.

CApris ductorem non conſtituunt: propterea quòd earum natura minùs conſtans ſit: ſed citò & facilè vagentur.

CÆSAR.

REpetit hiſtoriam ducum in capris: & reddit rationem μὴ μένειν: paſcuntur enim non vno in loco: ſed mutant: ὀξεῖα ſignificat *celeritatem* mutandi loca. Theodorus, *lubrica*, laxè nimis.

Εὐκίνητον, *mobilem*: ὀξεῖαι καὶ εὐκίνητοι: vtrunque nobis liceat dicere, *vagacem*. Eadem verba poſuit Philoſophus de equis.

CCLXIII. ARISTOTELES.

Τῶν δὲ προβάτων ἐὰν μὲν τὰ πρεσβύτερα ὁρμᾷ πρὸς τὴν ὀχείαν κατὰ τὴν τεταγμένην ὥραν, φασὶν οἱ ποιμένες σημεῖον εὐετηρίας εἶναι τοῖς προβάτοις· ἐὰν δὲ τὰ νεώτερα κακοθηνεῖν τὰ πρόβατα.

STato tempore ſi grandiores natu oues ad coïtum incitentur, aiunt paſtores, commodiorem annum gregi portendi. Si iuniores, malè ei ceſſurum.

CÆSAR.

ET tamen iuniores natura ſua maturiùs coëunt, vt ſuprà dixit.

Εὐετηρία felix verbum: κακοθηνεῖν: ſuprà bis εὐθηνεῖν: in octauo ſemel. Plutarchus hoc verbo vſus eſt in *parallelis Romanorum & Græcorum*, pro vbertate.

Κατὰ τὴν τεταγμένην ὥραν. Theodorus *tempeſtiuè*, rectiſsimè.

CAPVT VIGESIMVM.

Coïtus, & partus Canum.

CCLXIV. ARISTOTELES.

Τῶν δὲ κυνῶν ἐστι μὲν γένη πλείω.

CAnum genera plura.

CÆSAR.

POST greges pecudum ponit canes tanquam præſidium infirmi generis: alioquin, præſtarêt: vt aues, ita quadrupedes interdiuiſiſſe carniuoras & herbiuoras. Canes herbam non vorant niſi vomitus ciendi gratia. *Neque ignotam nobis*, vt ait Plinius, *ſed quancunque oblongiorem, vt phalarin, & lolium murinum, & ipſam ſegetem etiam præſente homine.*

Plura autem ſunt canum genera. Differunt locis primùm. Hiſpani canes venatici duorum ſunt generum: ſagaces, & curſores. *Galgos* hos: *ſatinos* illos vocant. Curſores aliis præſtant anhelitus contentione, & celeritate: ſagaces errabundi veſtigant ſummo labore, & interplicatis mæandris. Aliter noſtrates prudentiùs: vbi ſemel deprehenderunt odorem nunquam amittunt: neque vocati remeant: ſed inſiſtunt donec laſsitudine affectam feram compellant conſidere, aut redire ad luſtrum ſuum: vbi nos morantes immittamus curſores. Tria horum genera. Aruerni magni: apris tantùm & maioribus feris idonei, lepores dedignantur: & minores noſtrates leporarij, & ceruarij, quos *limitarios* vocant. Quartum genus horum aucupio aptum duas habet ſpecies: altera venantur rete: inuentam enim perdicem, aut coturnicem, aut etiam leporem nutu adeſſe ſignificant, conquiniſcentes in ſulcos pede poſteriore aliqui elato. Ex his aliquot habuimus præſtantiſsimos: & nunc pulcherrimam omnium habemus *Vraniam* candidiſsimam, ſtellis nigerrimis maculoſam. Alterum genus accipitri venatur. Excitat alaudam, perdicem, coturnicem non niſi iuſſus: vt ſatis ſit interualli immittendo accipitri. Atque hoc in genere ſunt qui aquilæ ſeruiunt. Nam vt anatem deiecit in lacum, ij natatu aſſequuti exportant domino. Etiam complexam, vnguibuſq; hærentem ardeolæ aquilam non attigit vnus. ſed ardeola mordicùs arrepta vtranque extraxit. Sed vt plurimum qui in aquis venari conſueuerunt, ij villoſo ſunt corpore, tanquã eo munimẽto ſint, & ab aquarum & tẽporis iniuriis tuti.

Hos

Hos à pilorum copia, *Barbetos* vocamus : miro ſunt ingenio, dominorum quàm qui amantiſſimi. In venationem autem producti catapultę ſonum aduertunt, anatémque aut quanuis aliam aquatilem auem eo ictu læſam perſequuntur, dominóque adferunt. Curſorum tria ſunt genera: minores, quos ſuprà ſcripſimus : & paulò maiores compacti & fortes: & maximi, quos *Striuieros* vocant Itali : quo in genere vnum habuimus inuictum feris: *Carpelo* nomen eius fuit : dignus Græcis fabulis. In his Laconici à noſtris differentes cauda tantùm, quam villoſam gerunt: & auribus quas habent demiſſiores : leuitate & ſpiritu præſtantiſſimi. Qui etiam, quanquam minoris ſint ſtaturæ, lupum ſtrangulant. Eſt aliud genus grandiſſimorum ; qui bouem artubus repræſentant: magnitudine vituli trimeſtris, rictu vaſto. Alij *Alanos*, alij *Corſos*, alij *Dogas* vocant. Tauros his, atque etiam apros expugnant. Eſt & ex ſagacibus & curſoribus mixtum quoddam genus: quidam hos *Vertagos*, Vaſcones *Sarranegos*, quaſi dicas hybridas, vt & Galli *Metis*, qui ſoli venantur : prædámque ſæpenumero domino adferunt. Et paſtorale quoque : *Maſtinos* vulgus vocat : lupis & furibus inimicū. Moloſſi laudatiſſimi: etiam Illyrici. E quibus vnum habuimus *Ticinum* nomine, cuius villus ab imis coſtis ad aures aduerſus ferebatur. Aliud inter ſagaces ſed paruum, cunicularium : quod ſub terra pugnat. Etiam meles interficit & extrahit: diſtortum, ac dentibus exertis ferox : eſt domeſticum multis officiis. Ianitores ſunt grandiores, & villaticis proximi. Eſt cubicularium ex Hiſpanicis ſumma fide. Nunc pulcherrimum habemus nocte quauis nigriorem, *Carbo* appellatur, non ſine periculo ingredientium. Neque noſtris minis, aut blanditiis corrigi aut caſtigari verberibus, quin obtrectet introëuntibus, poteſt. Is nunquam ædium cuſtodiam amiſit, neque nos quopiam ſequutus eſt: ſed in ima cochlea ſedens, obſeruat quiſnam pedem inſerat vlterius Sunt & Melitæi catelli: adeo eorum quidam parui, vt vix ſciuri excedant magnitudinem : hi præcipuè in Heroïnarum deliciis. *Adamantinus* noſtra nulli, vt puto, ſi elegantiam, pernicitatem, animum, ingenium, fidem ſpectes, cedet. Differentiæ eorum multæ: quidam ſunt capite rotundiore, alij longiore : differunt & capitis partibus : oſſe capitis. Nam in minimis catellis vertex ſemper pertuſus eſt. Auribus flaccidis, rigidis, ſurrectis, curuis, paſſis, cauis, villoſis, nudis. Oculis quoque oblongis, rotundis, flauis, nigris, cæſiis, paruis, magnis. Catelli illi melitei grandiſsimis ſunt oculis, iiſque rotundis, & quò minores ſunt, eò maiores habent. Dentibus exertis, non exertis : cruribus altis, nanis, vacciis. Pili colore, denſitate, aſperitate, prolixitate, criſpitudine : vnguibus pedum poſteriorum Quinis aliqui præſtantiores putantur ad venandum. Magnitudine verò : ab aſelli magnitudine, vſque ad ſciuri, aut muris maioris.

CCLXV. ARISTOTELES.

Ὀχεύει δὲ κύων ἡ Λακωνικὴ μὲν, ὀκτάμηνος, καὶ ὀχεύεται.

Canes Laconici tàm mares, quàm fœminæ coëunt octauo ætatis menſe.

CAESAR.

NOn temerè hoc dixit : quia ſeriùs in venerem aguntur cæteri.

CCLXVI. ARISTOTELES.

Καὶ τὸ σκέλος δὲ αἴροντες, οὐροῦσιν ἤδη ἔνιοι περὶ τὸν χρόνον τοῦτον.

Ac ſublato crure circa id tempus nonnulli vrinam reddunt.

CAESAR.

NAM infra dicit idem ferè tempus eſſe & coëundi, & ſublato crure vrinam reddendi. Quare autem nonniſi pede ſublato vrinam reddunt? propterea quòd difficilè mingunt: meatus enim habent anguſtos. Itaque laxant eos elato crure. Catelli autem non tollunt quia imbecilli ſunt: ſed conquiniſcentes mingunt : ſic enim laxant. Quin etiam *Vrania* noſtra ſæpè ſublato pede mingit. Equi quoque veretrum demittunt, & diſtenti mingunt, vt canales aperiant : contracto enim veretro fiſtula vrinalis rugoſa eſt.

CCLXVII. ARISTOTELES.

Κυΐσκεται δὲ κυὼν ἐκ μιᾶς ὀχείας. δῆλον δὲ τοῦτο γίνεται μάλιστα ἐν τοῖς κλέπτουσι τὰς ὀχείας. ἅπαξ γὰρ ἐπιβαίνοντες πληροῦσι.

Vnico initu concipit canis. Quod deprehenſum ex eo eſt. Cùm furtim ſubdidiſſent fœminas: ſemel enim initæ concepère.

CAESAR.

PROPTEREA quòd diu catulit canis, & repetit coïtum frequentiſſimè, etiam eadem die bis térve, iccirco tollit dubitationem: & aſſignat hiſtoriam. Nam furantur initus aliqui, inuitis, aut inſciis dominis, qui nolunt canes ſuos commodare, duplici de cauſſa. Nanque & fiunt errones: amittunt ſtudium dominorum, & amittunt vires: deterioréſque fiunt, tum ad curſum, tum ad pugnam: minúſque diu viuunt. Sic Homerus in quinto *Iliados*.

Τῆς γὰρ γενεῆς ἔκλεψεν ἄναξ ἀνδρῶν Ἀγχίσης.
Λάθρη Λαομέδοντος ὑποσχὼν θηλέας ἵππους.

Suppoſuerat enim furtim fœminas equas Anchiſes: vt equos generoſos procrearent. Vulgatum de Laomedontis equis.

Κλέπτουσι τὰς ὀχείας. Theodorus *furtitijs initibus*: rectè, ſed obſcurè. Et nouè *furtiuum*, vt emptitium, & venalitium.

CCLXVIII. ARISTOTELES.

Κύει δὲ ἡ μὲν Λακωνικὴ, ἕκτον μέρος τοῦ ἐνιαυτοῦ· τοῦτο δέ ἐστιν ἡμέραι ἑξήκοντα· καὶ ἄρα μιᾷ ἢ δυοῖν, ἢ τρισὶ πλείονας ἡμέρας, καὶ ἐλάττους μιᾷ.

Gerit vterum Laconica ſextam anni partem: hoc eſt dies ſexaginta. Quanquam vno alteróve, aut tertio die plures: pauciores verò vno.

CAESAR.

HINC inter diuerſa genera ponit miram differentiam. Ac ſemper à proportione quadam ſcribit hiſtoriam. Diuiſit enim annum in partes quaſdam: aliáſque alij generi attribuit. Sextam Laconicæ: quintam aliis: aliis quartam. Itaque catulorum viſum etiam ſuis numeris reſpondere docet. Nona igitur hebdomade Laconicæ pariunt. Nam excedunt ſexageſimum tribus ad ſummum diebus: vnum tantùm omittunt aliquando de ſexaginta: vt in medio hebdomadis nonæ pariant. Theodorus incidit in exemplar corruptum. Sic enim ſcripſit: *aut vno vel altero plus minúſve.*

CCLXIX. ARISTOTELES.

Τυφλὰ δὲ γίνεται αὐτῇ τὰ σκυλάκια, ὅταν τέκῃ δώδεκα ἡμέρας.

Poſtquam peperit catulos, ij duodecim dies carent viſu.

CAESAR.

SEQVITVR proportionem, vt ſextæ parti biſſex dies reſpondeant.

Theodorus Philoſophum ſequutus appellauit *catellos cæcos*: licenter nimis. Nam cæcus eſt qui caret viſu: quo, & quando debet, vti non poteſt: & eſt priuatio habitus. At habitus tunc nullus eſt. Imò natura tales ſunt. Mirum verò de canibus dixiſſe: de auibus autem nihil: nam multæ auium dum excluduntur, non vident. Quod autem aiunt matricem ſollicitatam vnguibus eos eiicere, falluntur. Certo enim die, non fortuito omnes pariunt.

CCLXX. ARISTOTELES.

Τεκοῦσα δὲ, πάλιν ὀχεύεται ἕκτῳ μηνὶ, καὶ οὐ πρότερον.

A Partu coïtum repetit, non ante ſextum menſem.

CAESAR.

CAESAR.

ITaque per ſenarium numerum omnia deducuntur. Et habet proportionem ad geſtationem triplam: quæ eſt ſemiſextupla: vt colligat ſe natura maiore tempore in otio, quàm quantum poſuit in negotio.

CCLXXI. ARISTOTELES.

ΕΝιαι δὲ κύουσι τῶν κυνῶν τὸ πέμπτον μέρος τοῦ ἐνιαυτοῦ· τοῦτο δ' ἐστὶν ἡμέραι ἑβδομήκοντα καὶ δύο.

QVadam quintam anni partem gerunt, dies ſcilicet duos & ſeptuaginta.

CAESAR.

NVnc per quinarium numerum partitur. Hæ vndecima hebdomade pariunt.

CCLXXII. ARISTOTELES.

ΤΥφλὰ δὲ γίνεται τὰ σκυλάκια τούτων τῶν κυνῶν ἡμέρας δεκατέσσαρας.

HArum catelli non ante quartum decimum diem vident.

CAESAR.

VT duas hebdomadas addebant matres, ita catuli duos dies: & per ter penè implent quinarium numerum per quem partitur.

Theodorus malè legit *duodecim diebus*: & malè interpretatur *luce carent*, τυφλὰ γίνεται, lucem enim habent: ſed non vſum. In oculis quidem lux eſt: ſed palpebræ non ſeparantur.

CCLXXIII. ARISTOTELES.

ΕΝιαι δὲ κύουσι μὲν τὸ τέταρτον μέρος τοῦ ἐνιαυτοῦ· τοῦτο δ' ἐστὶ τρεῖς μῆνες ὅλοι.

QVadam verò quartam anni partem: quippe tres menſes totos.

CÆSAR.

NOnaginta dies gerunt hæ: tredecim ſcilicet ſeptimanas, vno minùs die.

CCLXXIV. ARISTOTELES.

ΤΥφλὰ δὲ γίνεται τούτων τὰ σκυλάκια ἑπτακαίδεκ' ἡμέραις.

HArum catuli decem & ſeptem diebus carent viſu.

CÆSAR.

TRes addunt dies ſuperioribus: quoniam penè quoque tres ſeptimanas.

CCLXXV. ARISTOTELES.

Δοκεῖ δὲ σκυζᾶν τὸν ἴσον χρόνον κύων.

VIdentur etiam canes catuliendo tantundem ponere temporis.

CAESAR.

MIra hiſtoria: vt propterea, & tantiſper fœtus ſit imperfectus: quia & quot dies vtero perfectè ferendo ſubtraxerit canis, tot eſſent, quos poneret in libidine.

CÆSAR.

SEPARANDVM Caput fuit: quoniam quæ ſuprà dixit hactenus in communi ſcripſit. Nunc ſeorſum ſuillum genus tractat, & ſeorſum ouium atque caprarum. Totam hanc partem etiam ſuprà percenſuit, in Quinto. Viginti pariunt, vt ceſſet Galenus comparare numerum ſinuum matricis, cum mamillis. Nos ſenos denos vidimus educatos: idque quotannis diu.

Οὐκ ἐκ μιᾶς: peſſimè Theodorus ſuſtulit negationem. Nam ſubdit πολλάκις ἐπιβάλλουσι. Et reddit rationem: quoniam reddunt τὴν καθαρίαν. Sed iccirco emendâſſe putauit: quia infrà dicit, μία ὀχεία ὥσπερ εἴρηται ἀρκεῖ. Sed eſt cum conditione: ἂν δ' ὀργῶσαι βιβάσῃ: alioqui πολλάκις ἐπιβαλλητέον. Idem omiſit, τοῦτο δὲ γίνεται ὅπου ἂν τύχῃ τῆς ὑστέρας. Quoniam ea verba mox de metachœro: ſed vtrunque rectè. Nanque ſi porculo illi non eſt certus ſinus aſſignatus, tantò minùs τῇ καθαρίᾳ. Ponit verò τῆς καθάρσεως, communem omnibus naturam: ſed diſtinguit. Quoniam aliis ſola, aliis vna cum ſemine exit.

Ἐπιβάλλουσι: *admittunt*, ad verbum: vnde *admiſſarij*.

Ἥμεροι. Quoniam ſuprà ἄγριοι: non auſim dicere, *altiles*: quoniam ij ſunt quos ſaginamus: atque omnes *maiales*: *villaticos* potes dicere. Eſt enim vnum genus paſtionis. Theodorus *cicures*: malè: Nam cicur eſt è fero manſuetus factus.

CCXLIII. ARISTOTELES.

Ἐν δὲ τῇ κυήσει ὃ ἂν βλαφθῇ τῶν τέκνων, καὶ τῷ μεγέθει πηρωθῇ, καλεῖται μετάχοιρον. τοῦτο δὲ γίνεται ὅπου ἂν τύχῃ τῆς ὑστέρας. ὅταν δὲ γεννήσῃ, τῷ ὑστέρῳ τὸν πρῶτον παρέχει μαστόν.

QVæ proles in vtero iuſta magnitudine deprauata fuerit, Græci μετάχοιρον vocant. Hoc nullum certum locum ſibi vendicat in matrice. Vt primum quenque peperit, eidem primam mammam dat.

CAESAR.

AB euentu μετάχοιρον. Quaſi præuentum ab aliis: τὸ μετὰ. Theodorus, *poſthumum*, peſſimè: ſed *ſerum* ſignificat. Itaque potiùs *cordum*. Neque enim creſcunt agni cordi: ita ne ille quidem. Breues ſunt ij porcelli, & curui: clunibus exuctis, aluo grandiſſima.

Feſtiuus eſt Philoſophus cùm dicit ſuem dare mammam. Nam quemadmodum ei det? imò ille inſtinctu naturæ appetit: aiúntque inde in aluo ſuxiſſe: ſecundo ſecundam, & aliis ſuam quanque: eáque arefacta aliam non appetere. Sed nos mendacia hæc oculis noſtris coarguimus.

CCXLIV. ARISTOTELES.

Θυῶσαι δὲ οὐ δεῖ εὐθὺς βιβάζειν, πρὶν ἂν μὴ τὰ ὦτα καταβάλλῃ· εἰ δὲ μὴ, ἀναθυᾷ πάλιν.

SVbantem non oportet ſtatim iniri priuſquam aures demiſerit: alioqui rurſus ſubaturit.

CAESAR.

HOc quoque ſuprà in Quinto dixit: θυῶσαι dixit, non συῶσαι: aſpiratio enim conuenit cum ſibilo: & ſibilus cùm τ. θάλαττα θάλασσα.

Ἀναθυᾷ: redit ad maris deſiderium. Itaque non impletur. Theodorus nimis laxè dixit: *fruſtra fuerit*. Nam ἀναθυᾷ declarat cauſſam.

CCXLV. ARISTOTELES.

Ἂν δὲ ὀργῶσαι βιβάσῃ, μία ὀχεία, ὥσπερ εἴρηται, ἀρκεῖ.

SI autem vrgeat eam veneris impetus, vnus initus, vti diximus, ſatis eſt.

C Æ S A R.

VIdetur contrarius ſibi : ſuprà πολλάκις ἐπιϐάλλουσι : hîc μία ὀχεία : ſed ibi eſt cùm eiicit porciam : hîc cùm ὀργᾷ.

CCXLVI. ARISTOTELES.

Συμφέρει δὲ ὀχεύοντι μὲν τῷ κάπρῳ παρέχειν κριθὰς, τετοκυίᾳ δὲ τῇ ὑῒ, κριθὰς ἑφθάς.

APro coïturo confert præbere in pabulum hordeum : ſcrofæ autem vbi peperit coctum.

C AE S A R.

A Victu : vt ſemen illi, huic lac ſufficiat. Mirum aprum nominâſſe pro ſue : & ὀχεύοντι in præſenti : potes dicere, *admiſſarium*.

Τετοκυίᾳ : *fœtæ* Theodorus : fateor vtrunque ſignificare: ſed ex abuſu : Philoſophus enim ſanè loqui debet.

CCXLVII. ARISTOTELES.

Εἰσὶ δὲ τῶν ὑῶν αἱ μὲν, εὐθὺς καλλίχοιροι μόνον· αἱ δὲ, ἐπαυξανόμεναι, τὰ τέκνα καὶ τὰς δέλφακας χρηστὰς γεννῶσι.

SVnt ſcrofis quæ primore ſtatim ætate tantùm ferunt porcellos bonos : aliæ ætate procedente proles ſuas probas generant.

C Æ S A R.

DIFFERENTIÆ ab ætate parentum. Ἐπαυξανόμεναι, *increſcentes* Theodorus, rectè, quoniam dixit εὐθὺς : & non malè τὰ τέκνα καὶ τὰς δέλφακας, *proles & porculos*. Δέλφακα Galli *cochonem*, Vaſcones *teſſonem* vocant : ſi paulò maior, *gorret*, à grunnitu dicitur.

Nota καλλίχοιροι paſsiuè. Quoniam τοὺς χοίρους καλοὺς generant : & poſteà δέλφακας χρηστάς. Interpres Hippocratis in Libris de *Ratione victus* in morbis, τὰ, ὑὰ, χοῖρον, *ſuem*, & *porcum* tranſtulit: porculum debuit dicere.

CCXLVIII. ARISTOTELES.

Φασὶ δέ τινες, ἐὰν ὁ ἕτερος ὀφθαλμὸς ἐκκοπῇ ἡ ὗς, ἀποθνήσκειν δὴ ταχέως ὡς ἐπιτοπολύ.

AIunt altero eruto oculo ſcrofam celeriter interire, raróque euadere.

C AE S A R.

QVare non expertus eſt Ariſtoteles ? vidimus enim multos ſues vnoculos.

Ὡς ἐπιτοπολύ : *raróque euadere* : multo meliùs ac concinniùs quàm, *magna ex parte* : vt Theodorus : & ab ipſo toties repetitum.

Ἐκκοπῇ : *amiſſo*, Theodorus: at vtrunque poteſt amittere morbo neque interire: ſed & κόπτειν.

CCXLIX. ARISTOTELES.

Ζῶσι δὲ αἱ πλεῖσαι μὲν περὶ ἔτη πεντεκαίδεκα, ἔνιαι δὲ καὶ τῶν εἴκοσιν ὀλίγον ἀπολείπουσι.

VIuunt ferè omnes quindecim annos : nonnullæ paulò minùs viginti.

C AE S A R.

EXplet hiſtoriam vitæ ſpatio : ὀλίγον ἀπολείπουσι : ſed plus ſignificat : dimidiatos etiam annos complectitur : ἀπολείπουσι, quod ipſe alibi, & Herodotus δύο. εἴκοσι δύο δεόντων: *duodeuiginti.*

CAPVT

CAPVT DECIMVM-NONVM.

Coïtus & partus ouium & caprarum.

CCL. ARISTOTELES.

ΤΑ' δὲ πρόβατα κυΐσκουσι μὲν ἐν τρισὶν ἢ τέτταρσιν ὀχείαις· ἂν δ' ὕδωρ γένηται μετὰ τὴν ὀχείαν, ἀνακυΐσκει. ὁμοίως δὲ καὶ αἱ αἶγες.

Tertio aut quarto initu replentur tàm oues quàm capræ. Imbre coitum ſuperueniente, repetendus coitus eſt.

CÆSAR.

EADEM hiſtoria caprarum atque ouium naturam comprehendit. Imber autem nocet refrigeratis. Α'νακυΐσκει: ſicut ſuprà ἀναθυᾷ: non dixit ἀποκυΐσκει: id enim eſſet *amittit conceptum*: ſed ἀνακυΐσκει. Nam rurſus impleri debet: declarat quod præcedit ab eo quod ſequitur. Neque enim ſi prior conceptus ſaluus eſſet, repeteret coïtum. Nullum enim id facit præter equam & mulierem. Theodorus maluit per, *abortum*, interpretari: non malè. Idem *terno*, aut *quaterno coitu* dixit: vt ſit aut quotannis, aut ſingulæ. Sed vt tertio, aut quarto ſulco: ita hîc nos.

CCLI. ARISTOTELES.

Τίκτουσι δὲ τὰ μὲν πλεῖστα, δύο, ἐνίοτε δὲ καὶ τρία, ἤδη δὲ καὶ τέτταρα.

Pariunt cumplurimos, duos: interdum tres. Iam verò etiam quatuor.

CAESAR.

SINGVLOS pariunt ferè: cumplurimos binos: rarò tres: rariſſimè quatuor: id tamen intellige de ouibus. Nam capras habemus quæ tres, & quatuor: imò & aliquando quinque pepererunt. Theodorus negligentiùs dixit: *ſed aliquando binos, & ternos, & quaternos.* At Ariſtoteles neque ſingulos dixit. Et plurimos duos: ordinariè ſcilicet: poſteà addidit ἐνίοτε tanquã rarum: poſtremò ἤδη tanquã rariſsimum.

CCLII. ARISTOTELES.

Κύει δὲ πέντε μῆνας πρόβατον καὶ αἴξ. διὸ ἐν ἐνίοις τόποις, ὅσοι ἀλεεινοί εἰσι, καὶ ἐν οἷς εὐημεροῦσι καὶ τροφὴν ἄφθονον ἔχουσι, δὶς τίκτουσι.

Gerunt vterum menſes quinque tàm ouis quàm capra. Quo fit, vt locis tepidis commodiſque & vberibus bis pariant.

CAESAR.

SVERA numerum fœtuum, nunc fœturarum: ſimul & tempus vteri. Nam cùm ſemel pariant neque ampliùs quinis gerant menſibus, bis aliquibus locis pariant. Dicit cauſſam locorum teporem. Α'λεεινὰς, commoditatem, εὐημερίαν. Quoniam neque vento exagitantur nimis apertis locis, quanquam tepidis: neque imbribus, neque nebulis, neque afflatu lacuum, neque defectu præſepiorum, aut ſtabulorum. Tertia cauſſa τροφῆς ἀφθονία: quod & de gallinis.

Theodorus ἀλεεινὸν καὶ εὐημερίαν *cœli clementia* ſola complexus eſt malè.

CCLIII.

CCLIII. ARISTOTELES.

Ζῇ δὲ αἲξ μὲν, περὶ ἔτη ὀκτώ· πρόβατον δὲ, δέκα· τὰ δὲ πλεῖστα, ἐλάττω, πλὴν οἱ ἡγεμόνες τῶν προβάτων· οὗτοι δὲ καὶ πεντεκαίδεκα. ἐν ἑκάστῃ γὰρ ποίμνῃ κατασκευάζουσιν ἡγεμόνα τῶν ἀρρένων· ὃς ὅταν ὀνόματι κληθῇ ὑπὸ τοῦ ποιμένος, προηγεῖται. συνεθίζουσι δὲ τοῦτο δρᾶν ἐκ νέων.

Viuit capra annos octo circiter: ouis decem: ſed etiam ſæpè minùs: præter earum ductores qui ad quindecim accedunt. Vnicuique enim gregi ex maribus vnum ductorem comparant. Qui à paſtore nominatim vocatus antecedit: aſſuefactus hoc agere à tenera ætate.

CAESAR.

Vitæ ſpatia narrat: ſimul ductorum intexit hiſtoriam. Ἡγεμόνες *duces* rectiſsimè Theodorus: κλῖτος dicitur ab Homero. Nos ſequuti diuinum Poëtam *ductores* diximus. Nam *dux* paſtor ipſe eſt. Quanquam Plinius & Columella eo verbo vſi ſint: vtrunque certè rectè. Mirum verò duces gregis plus viuere. An verò ab arte natura poteſt immutari. Nam qui duces eſſe docti ſunt, non nati, qua ratione plus aliis viuunt? Niſi adducas rationem quam infrà inuenies de ductoribus taurorum. Quia caſtrantur neque arant: quare nullo labore fatigati ad plures annos vitam ducunt.

Ὀνόματι κληθῇ. Nam & boues, & ſues, & oues, & capræ nomina ſua intelligunt. Etiam nonnullæ aues, vt pſittaci, picæ, merulæ, & multæ aliæ: non ſolùm canes, vt quidam putârunt. Equos habuimus aures iactantes, quíque fierent attentiores à nobis vocati: id in cauſſa eſt cibus allatus datúſque eo nomine ſæpiùs dicto. Itaque paſtores ſalem dant: ſuibus etiam panem.

Ἐκ νέων. Theodorus, *ab ineunte ætate*, ſanè Latinè: ſed ne Latini quoque animaduerterunt ſe nimis laxè loqui: arctiſsima enim ſignificatio eſt eius participij. Nam de recens natis rectè dicitur: ineunte vere dicimus etiã prima quaque die: ſed aliud eſt ἐκ νέων. Cùm etiamnũ agnelli ſunt.

CCLIV. ARISTOTELES.

Τὰ δὲ περὶ τὴν Αἰθιοπίαν πρόβατα, ζῇ καὶ δώδεκα καὶ τρισκαίδεκα ἔτη· καὶ αἶγες δὲ καὶ δέκα καὶ ἕνδεκα.

Æthiopicæ oues & ad duodecim & tredecim viuunt annos. Atque capræ ad decem & vndecim.

CAESAR.

Svnt etiam eorum integri populi qui ab Herodoto *μακρόβιοι* dicuntur. In cauſſa eſt humoris ſinceri modus, qui extraneo humore non corrumpatur.

CCLV. ARISTOTELES.

Ὀχεύει δὲ καὶ ὀχεύεται, ἕως ἂν ζῇ, καὶ πρόβατον καὶ αἴξ.

Coït tum ouis tum capra, tàm mares quàm fœminæ quandiu viuunt.

CAESAR.

Hoc etiam ſuprà dixit: ſed intellige poſtquam ceperint coïre: ἕως ſignificat finem.

CCLVI. ARISTOTELES.

Διδυμοτοκοῦσι δὲ καὶ πρόβατα καὶ αἶγες, διά τε εὐβοσίαν, καὶ ἐὰν ὁ κριὸς ἢ ὁ τράγος ᾖ διδυμοτόκος, ἢ ἡ μήτηρ.

Geminos pariunt oues atque capræ: & pabuli vbertate, & cùm aries aut hircus, vel ipſa mater fuerit vna è gemellis.

CAESAR.

C Æ S A R.

DVAS cauſſas aſſignat, vnam materialem à cibo, è quo & ſemen multum & plures fœtus fiant: alteram ab efficiente. Nam ſi alteruter parentum fuerit vnus è gemellis, acceptam à parentibus ac ſeruatam transfundet in prolem. Theodorus fœdo lapſu captus eſt: commiſit enim eum errorem quem Philoſophus vocat, petere principium. Verba enim ipſius ſunt: *ſi vim eam geminandi per naturam obtineat.* Quid enim eſt? *hoc facio quia poſſum facere.* Neque enim nunc diſputat, vt in *Metaphyſicis* aduerſus eos qui negabant, non niſi cùm agimus aliquid, id nos poſſe agere. Sed videamus. Naſcuntur gemini, quoties aut paſcua ſufficiunt largiora, aut poteſt id facere parens. Sed cùm facit, ſemper poteſt facere. Igitur non eſt legendum διδυμοτόκος, ſed προσπαραζευγνύντος, διδυμότοκος, vt omittam Ariſtotelem ſcripturum fuiſſe ἦν, non autem ᾖ, ſi naturam illam apparâſſet indicare.

CCLVII. ARISTOTELES.

Θηλυγόνα δὲ καὶ ἀρρενογόνα γίνεται διά τε τὰ ὕδατα· (ἔστι γὰρ τὰ μὲν, θηλύγονα· τὰ δὲ, ἀρρενόγονα) καὶ διὰ τὰς ὀχείας. ὡσαύτως καὶ βορείοις μὲν ὀχευόμενα, ἀρρενοτοκεῖ μᾶλλον νοτίοις δὲ, θηλυτοκεῖ.

MAres verò aut fœminæ naſcuntur tum propter aquas, quarum vis aliarum alij ſexui deſtinatur, tum propter ipſos parentes: nec minùs aquilone ſpirante coeuntes mares potiùs generant: auſtro fœminas.

C AE S A R.

NVNC affectionem ſexuum. Tres cauſſas aſsignat: aquas, coitum, ventos. In Quarto de *Generatione animalium*, etiam multas alias habemus: ſed potiſsimum id euenire ob matricem conſtat. In dextris enim ferè mares geſtantur: ſic ligari dextro teſticulo fœminas gigni, mares altero, verum eſſe experientia docet. Aquæ verò ſalſiores & aluminoſæ, & calidiores & puriores, marium materia ſunt: venti item ſicciores. Hæ cauſſæ enim ſunt notæ. Sed quid ſibi vult διὰ τὰς ὀχείας. Theodorus tranſtulit, *admiſſarios:* vt ſuprà τὰ ὀχεῖα διαφέρουσι ἐκ τῶν θηλειῶν. Itaque in neutro legit Theodorus: & ſanè ita eſt: à maribus enim multa natura pendet, & ratio fœtuum. Nanque è vetulis hircis fœmellas generari ſcimus nos qui habemus greges. Et pilum in prole referri patris, non matris in ouibus. Si legas τὰς ὀχείας, modum & tempus coëundi voluiſſe videtur dicere. Itaque mox perſequitur. Nam ſi ab initu mas deſcenderit ad dextram, marem gignet: altrorſum fœminam: infrà tamen de canibus τὰς ὀχείας intelligit mares: quanquam etiam ibi coïtus intelligas. Plus placuit, vt vtrunque complectamur, non admiſſarium ſolùm: ſed vtrunque parentem. Sunt enim quæ potiùs fœminas, aliæ quæ potiùs mares gignant, eáſque mox mutare naturam dicet.

CCLVIII. ARISTOTELES.

Μεταβάλλει δὲ καὶ τὰ θηλυτοκοῦντα, καὶ ἀρρενοτοκεῖ· δεῖ δὲ ὁρᾷν ὀχευόμενα πρὸς βορέαν.

MVtantur etiam natura, vt quæ fœminas parere conſueuerint, mares edant: ſi in coitu aduerſus aquilonem obuerſa ſtent.

C Æ S A R.

IGITVR τὰς ὀχείας vtrorunque parentum intelligit: ac mutari venti ratione & vi. Πρὸς βορέαν ὁρᾷν. τὸ ὁρᾷν, non temporis habere rationem, ſed ſpectare obuerſas. Βορέαν, autem non ſolum locum, ſed etiam flatum intelligere videtur.

CCLIX. ARISTOTELES.

Τὰ δὲ εἰωθότα πρωῒ ὀχεύεσθαι, ἐὰν ὀψὲ ὀχευθῇ τις, οὐχ ὑπομένει τοὺς κριούς.

QVæ mane iniri ſolent, ſi veſpere incantur, non patiuntur arietes.

C AE S A R.

CÆSAR.

MIRAM naturam ponit à conſuetudine: quoniam non excitantur in libidinem cibo nondum per ſomnum concocto. Itaque arrigimus, honor ſit auribus, dormientes plus: vacui enim ſpiritus ab aliis functionibus eò demigrant. Fœminis huius regionis mēdaciſsimè ac ſtultiſsimè perſuaſum eſt, coïtu veſpertino; aut primæ vigiliæ fœminas concipi: matutino mares. Quaſi verò non ſit ſemen coctius & craſsius diurnum quàm nocturnum. Aiunt crudum eſſe à cæna: quaſi verò non ſit ſemen præſto iam coctum interdiu: quaſi verò non ſit integrum, & ſuis fultum ſpiritibus: aut addito cibo non addantur ſpiritus.

Ο᾽ ϑὲ ὀχευθῇ τις. ὀχευθῇ: *iuſſerit iniri.* Nam τὶς non poteſt ſignare pecus ipſum: niſi ſit Metaplaſmus & generis & caſus, τῶν εἰωθότων. Nam τα᾽ & τὶς malè cohærent.

Dixit κριοὺς in plurali, non temerè, ne putes arietis vitio euenire. Sed etiam, inquit ſubinde mutatos, non admittunt.

CCLX. ARISTOTELES.

Λευκὰ δὲ τὰ ἔκγονα γίνεται καὶ μέλανα, ἐὰν ὑπὸ τῇ τοῦ κριοῦ γλώττῃ λευκαὶ φλέβες ὦσιν, ἢ μέλαιναι· λευκὰ μὲν, ἐὰν λευκαὶ· μέλανα δὲ, ἐὰν μέλαιναι· ἐὰν δὲ ἀμφότεραι, ἀμφότερα· πυῤῥὰ δὲ, ἐὰν πυῤῥαί.

PRoles candida aut nigra fit, prout ſub arietis lingua, aut candidæ, aut nigræ venæ ſubſunt. A nigris nigræ, à candidis candidæ, ab vtriſque variæ, à ruffis ruffæ.

CÆSAR.

HOc quoque dixit Poëta. Hiſtoriæ ratio ſumpta à partibus.

Πυῤῥὰ ruffa. Theodorus hoc non habet in ſuo Codice. Xanthus ruffecentia reddit pecora: vnde & nomen amni. Theodorus hanc partem redegit ad compendium prudentiſsimè, & ad rotunditatem quandam. Nam hîc Ariſtoteles Atticiſſat.

CCLXI. ARISTOTELES.

Τὰ δὲ τὸ ἁλυκὸν ὕδωρ πίνοντα, πρότερον ὀχεύεται. δεῖ δὲ ἁλίζειν πρὶν τεκεῖν, καὶ ἐπειδὰν τέκῃ, καὶ ἔαρος αὖθις.

QVæ ſalſiores aquas potant maturiùs coëunt: operæ precium eſt etiam antequam pariant ſalire aquas. Itémque & poſtquam pepererint: atque etiam vere.

CAESAR.

SALIVNT aquas pecui paſtores quater in anno: vere, vt excitent appetitum: Autumno, vt coëant coïtum: inſtante partu, vt partus fiat facilior ſtimulata matrice, & ipſæ robuſtiores: flaccidæ enim ſunt & elanguidæ: poſt partum, vt lacte abundent.

Theodorus malè legit pro τεκεῖν, ὀχεύεσθαι. Nam à coïtu non dant ſal.

Nota πρὶν τεκεῖν: poſuit πρὶν cum præterito: niſi ſit futurum ſecundum. Sed eſt vt τετελεσμένον ἔστω.

CCLXII. ARISTOTELES.

Αἰγῶν δὲ ἡγεμόνα οὐ καθιστᾶσιν οἱ νομεῖς, διὰ τὸ μὴ μόνιμον εἶναι τὴν φύσιν αὐτῶν, ἀλλ᾽ ὀξεῖαν καὶ εὐκίνητον.

CApris ductorem non conſtituunt: propterea quòd earum natura minùs conſtans ſit: ſed citò & facilè vagentur.

CÆSAR.

REpetit hiſtoriam ducum in capris: & reddit rationem μὴ μένειν: paſcuntur enim non vno in loco: ſed mutant: ὀξέα ſignificat *celeritatem* mutandi loca. Theodorus, *lubrica*, laxè nimis.

Εὐκίνητον, *mobilem*: ὀξεῖαν καὶ εὐκίνητον: vtrunque nobis liceat dicere, *vagacem*. Eadem verba poſuit Philoſophus de equis.

CCLXIII. ARISTOTELES.

Τῶν δὲ προβάτων ἐὰν μὲν τὰ πρεσβύτερα ὁρμᾷ πρὸς τὴν ὀχείαν κατὰ τὴν τεταγμένην ὥραν, φασὶν οἱ ποιμένες σημεῖον εὐετηρίας εἶναι τοῖς προβάτοις· ἐὰν δὲ τὰ νεώτερα κακοθηνεῖν τὰ πρόβατα.

STato tempore ſi grandiores natu oues ad coïtum incitentur, aiunt paſtores, commodiorem annum gregi portendi. Si iuniores, malè ei ceſſurum.

CAESAR.

ET tamen iuniores natura ſua maturiùs coëunt, vt ſuprà dixit.

Εὐετηρία felix verbum: κακοθηνεῖν: ſuprà bis εὐθηνεῖν: in octauo ſemel. Plutarchus hoc verbo vſus eſt in *parallelis Romanorum & Græcorum*, pro vbertate.

Κατὰ τὴν τεταγμένην ὥραν. Theodorus *tempeſtiuè*, rectiſsimè.

CAPVT VIGESIMVM.

Coïtus, & partus Canum.

CCLXIV. ARISTOTELES.

Τῶν δὲ κυνῶν ἐστι μὲν γένη πλείω.

CAnum genera plura.

CAESAR.

POst greges pecudum ponit canes tanquam præſidium infirmi generis: alioquin, præſtaret: vt aues, ita quadrupedes interdiuiſiſſe carniuoras & herbiuoras. Canes herbam non vorant niſi vomitus ciendi gratia. *Neque ignotam nobis*, vt ait Plinius, *ſed quancunque oblongiorem, vt phalarin, & lolium murinum, & ipſam ſegetem etiam præſente homine.*

Plura autem ſunt canum genera. Differunt locis primùm. Hiſpani canes venatici duorum ſunt generum: ſagaces, & curſores. *Galgos* hos: *ſatiuos* illos vocant. Curſores aliis præſtant anhelitus contentione, & celeritate: ſagaces errabundi veſtigant ſummo labore, & interplicatis mæandris. Aliter noſtrates prudentiùs: vbi ſemel deprehenderunt odorem nunquam amittunt: neque vocati remeant: ſed inſiſtunt donec laſsitudine affectam feram compellant conſidere, aut redire ad luſtrum ſuum: vbi nos morantes immittamus curſores. Tria horum genera. Aruerni magni: apris tantùm & maioribus feris idonei, lepores dedignantur: & minores noſtrates leporarij, & ceruarij, quos *limitarios* vocant. Quartum genus horum aucupio aptum duas habet ſpecies: altera venantur rete: inuentam enim perdicem, aut cothurnicem, aut etiam leporem nutu adeſſe ſignificant, conquiniſcentes in ſulco, pede poſteriore aliqui elato. Ex his aliquot habuimus præſtantiſsimos: & nunc pulcherrimam omnium habemus *Franiam*: candidiſsimam, ſtellis nigerrimis maculoſam. Alterum genus accipitri venatur. Excitat alaudam, perdicem, cothurnicem non niſi iuſſus: vt ſatis ſit interualli immittendo accipitri. Atque hoc in genere ſunt qui aquilæ ſeruiunt. Nam vt anatem deiecit in lacum, ij natatu aſſequuti exportant domino. Etiam complexam, vnguibuſq; hærentem ardeolæ aquilam non attigit vnus. ſed ardeola mordicùs arrepta vtranque extraxit. Sed vt plurimum qui in aquis venari conſueuerunt, ij villoſo ſunt corpore, tanquã eo munimẽto ſint, & ab aquarum & tẽporis iniuriis tuti.

Hos

Hos à pilorum copia, *Barbetos* vocamus: miro ſunt ingenio, dominorum quàm qui amantiſſimi. In venationem autem producti catapultę ſonum aduertunt, anatémque aut quamuis aliam aquatilem auem eo ictu læſam perſequuntur, dominóque adferunt. Curſorum tria ſunt genera: minores, quos ſuprà ſcripſimus: & paulò maiores compacti & fortes: & maximi, quos *Striuieros* vocant Itali: quo in genere vnum habuimus inuictum feris: *Carpelo* nomen eius fuit: dignus Græcis fabulis. In his Laconici à noſtris differentes cauda tantùm, quam villoſam gerunt: & auribus quas habent demiſſiores: leuitate & ſpiritu præſtantiſſimi. Qui etiam, quanquam minoris ſint ſtaturæ, lupum ſtrangulant. Eſt aliud genus grandiſſimorum: qui bouem artubus repræſentant: magnitudine vituli trimeſtris, rictu vaſto. Alij *Alanos*, alij *Corſos*, alij *Dogas* vocant. Tauros his, atque etiam apros expugnant. Eſt & ex ſagacibus & curſoribus mixtum quoddam genus: quidam hos *Vertagos*, Vaſcones *Satranegos*, quaſi dicas hybridas, vt & Galli *Metis*, qui ſoli venantur: prædámque ſæpenumero domino adferunt. Et paſtorale quoque: *Maſtinos* vulgus vocat: lupis & furibus inimicũ. Moloſſi laudatiſſimi: etiam Illyrici. E quibus vnum habuimus *Ticinum* nomine, cuius villus ab imis coſtis ad aures aduerſus ferebatur. Aliud inter ſagaces ſed paruum, cunicularium: quod ſub terra pugnat. Etiam meles interficit & extrahit: diſtortum, ac dentibus exertis ferox: eſt domeſticum multis officiis. Ianitores ſunt grandiores, & villaticis proximi. Eſt cubicularium ex Hiſpanicis ſumma fide. Nunc pulcherrimum habemus nocte quauis nigriorem, *Carbo* appellatur, non ſine periculo ingredientium. Neque noſtris minis, aut blanditiis corrigi aut caſtigari verberibus, quin obtrectet introëuntibus, poteſt. Is nunquam ædium cuſtodiam amiſit, neque nos quopiam ſequutus eſt: ſed in ima cochlea ſedens, obſeruat quiſnam pedem inferat vlterius Sunt & Melitæi catelli: adeo eorum quidam parui, vt vix ſciuri excedant magnitudinem: hi præcipuè in Heroïnarum deliciis. *Adamantinus* noſtra nulli, vt puto, ſi elegantiam, pernicitatem, animum, ingenium, fidem ſpectes, cedet. Differentiæ eorum multæ: quidam ſunt capite rotundiore, alij longiore: differunt & capitis partibus: oſſe capitis. Nam in minimis catellis vertex ſemper pertuſus eſt. Auribus flaccidis, rigidis, ſurrectis, curuis, paſſis, cauis, villoſis, nudis. Oculis quoque oblongis, rotundis, flauis, nigris, cæſiis, paruis, magnis. Catelli illi melitei grandiſsimis ſunt oculis, iiſque rotundis, & quò minores ſunt, eò maiores habent. Dentibus exertis, non exertis: cruribus altis, nanis, vacciis. Pili colore, denſitate, aſperitate, prolixitate, criſpitudine: vnguibus pedum poſteriorum Quinis aliqui præſtantiores putantur ad venandum. Magnitudine verò: ab aſelli magnitudine, vſque ad ſciuri, aut muris maioris.

CCLXV. ARISTOTELES.

Ὀχεύει δὲ κύων ἡ Λακωνικὴ μὲν, ὀκτάμηνος, καὶ ὀχεύεται.

Canes Laconici tàm mares, quàm fœminæ coëunt octauo ætatis menſe.

CAESAR.

NOn temerè hoc dixit: quia ſeriùs in venerem aguntur cæteri.

CCLXVI. ARISTOTELES.

Καὶ τὸ σκέλος δὲ αἴροντες, οὐροῦσιν ἤδη ἔνιοι περὶ τὸν χρόνον τοῦτον.

Ac ſublato crure circa id tempus nonnulli vrinam reddunt.

CAESAR.

NAM infra dicit idem ferè tempus eſſe & coëundi, & ſublato crure vrinam reddendi. Quare autem nonniſi pede ſublato vrinam reddunt? propterea quòd difficilè mingunt: meatus enim habent anguſtos. Itaque laxant eos elato crure. Catelli autem non tollunt quia imbecilli ſunt: ſed conquiniſcentes mingunt: ſic enim laxant. Quin etiam *Vrania* noſtra ſæpè ſublato pede mingit. Equi quoque veretrum demittunt, & diſtenti mingunt, vt canales aperiant: contracto enim veretro fiſtula vrinalis rugoſa eſt.

CCLXVII. ARISTOTELES.

Κυΐσκεται δὲ κύων ἐκ μιᾶς ὀχείας. δῆλον δὲ τοῦτο γίνεται μάλιστα ἐν τοῖς κλέπτουσι τὰς ὀχείας. ἅπαξ γὰρ ἐπιβαίνοντες πληροῦσι.

Vnico initu concipit canis. Quod deprehenſum ex eo eſt. Cùm furtim ſubdidiſſent fœminas: ſemel enim inita concepêre.

CAESAR.

Propterea quòd diu catulit canis, & repetit coïtum frequentiſſimè, etiam eadem die bis térve, iccirco tollit dubitationem: & aſſignat hiſtoriam. Nam furantur initus aliqui, inuitis, aut inſciis dominis, qui nolunt canes ſuos commodare, duplici de cauſſa. Nanque & fiunt errones: amittunt ſtudium dominorum, & amittunt vires: deterioréſque fiunt, tum ad curſum, tum ad pugnam: minúſque diu viuunt. Sic Homerus in quinto *Iliados*.

Τῆς γενεῆς ἔκλεψεν ἄναξ ἀνδρῶν Ἀγχίσης,
Λάθρη Λαομέδοντος ὑποσχὼν θηλέας ἵππους.

Suppoſuerat enim furtim fœminas equas Anchiſes: vt equos generoſos procrearent. Vulgatum de Laomedontis equis.

Κλέπτουσι τὰς ὀχείας. Theodorus *furtitijs initibus*: rectè, ſed obſcurè. Et nouè *furtiuum*, vt emptitium, & venalitium.

CCLXVIII. ARISTOTELES.

Κύει δὲ ἡ μὲν Λακωνικὴ, ἕκτον μέρος τοῦ ἐνιαυτοῦ· τοῦτο δέ ἐστιν ἡμέραι ἑξήκοντα· καὶ ἄρα μιᾷ ἢ δυσὶν, ἢ τρισὶ πλείονας ἡμέρας, καὶ ἐλάττους μιᾷ.

Gerit vterum Laconica ſextam anni partem: hoc eſt dies ſexaginta. Quanquam vno alteróve, aut tertio die plures: pauciores verò vno.

CAESAR.

Hinc inter diuerſa genera ponit miram differentiam. Ac ſemper à proportione quadam ſcribit hiſtoriam. Diuiſit enim annum in partes quaſdam: aliáſque alij generi attribuit. Sextam Laconicæ: quintam aliis: aliis quartam. Itaque catulorum viſum etiam ſuis numeris reſpondere docet. Nona igitur hebdomade Laconicæ pariunt. Nam excedunt ſexageſimum tribus ad ſummum diebus: vnum tantùm omittunt aliquando de ſexaginta: vt in medio hebdomadis nonæ pariant. Theodorus incidit in exemplar corruptum. Sic enim ſcripſit: *aut vno vel altero plus minúſve.*

CCLXIX. ARISTOTELES.

Τυφλὰ δὲ γίνεται αὐτῇ τὰ σκυλάκια, ὅταν τέκῃ δώδεκα ἡμέρας.

Poſtquam peperit catulos, ij duodecim dies carent viſu.

CAESAR.

Sequitur proportionem, vt ſextæ parti biſſex dies reſpondeant.

Theodorus Philoſophum ſequutus appellauit *catellos cæcos*: licenter nim is. Nam cæcus eſt qui caret viſu: quo, & quando debet, vti non poteſt: & eſt priuatio habitus. At habitus tunc nullus eſt. Imò natura tales ſunt. Mirum verò de canibus dixiſſe: de auibus autem nihil: nam multæ auium dum excluduntur, non vident. Quod autem aiunt matricem ſollicitatam vnguibus eos eiicere, falluntur. Certo enim die, non fortuito omnes pariunt.

CCLXX. ARISTOTELES.

Τεκοῦσα δὲ, πάλιν ὀχεύεται ἕκτῳ μηνὶ, καὶ οὐ πρότερον.

A Partu coitum repetit, non ante ſextum menſem.

CAESAR.

CAESAR.

ITaque per ſenarium numerum omnia deducuntur. Et habet proportionem ad geſtationem triplam: quæ eſt ſemiſextupla: vt colligat ſe natura maiore tempore in otio, quàm quantum poſuit in negotio.

CCLXXI. ARISTOTELES.

ΕΝιαι δὲ κύουσι τῆς κυνὸς τὸ πέμπτον μέρος τοῦ ἐνιαυτοῦ· τοῦτο δὲ ἐστιν ἡμέραι ἑβδομήκοντα καὶ δύο.

QVadam quintam anni partem gerunt, dies ſcilicet duos & ſeptuaginta.

CAESAR.

NVnc per quinarium numerum partitur. Hæ vndecima hebdomade pariunt.

CCLXXII. ARISTOTELES.

ΤΥφλὰ δὲ γίνεται τὰ σκυλάκια τούτων τῆς κυνὸς ἡμέρας δεκατέσσαρας.

HArum catelli non ante quartum decimum diem vident.

CAESAR.

VT duas hebdomadas addebant matres, ita catuli duos dies: & per ter penè implent quinarium numerum per quem partitur.

Theodorus malè legit *duodecim diebus*: & malè interpretatur *luce carent*, τυφλὰ γίνεται, lucem enim habent: ſed non vſum. In oculis quidem lux eſt: ſed palpebræ non ſeparantur.

CCLXXIII. ARISTOTELES.

ΕΝιαι δὲ κύουσι μὲν τέταρτον μέρος τοῦ ἐνιαυτοῦ· τοῦτο δέ ἐστι τρεῖς μῆνες ὅλοι.

QVadam verò quartam anni partem: quippe tres menſes totos.

CÆSAR.

NOnaginta dies gerunt hæ: tredecim ſcilicet ſeptimanas, vno minùs die.

CCLXXIV. ARISTOTELES.

ΤΥφλὰ δὲ γίνεται τούτων τὰ σκυλάκια ἑπτακαίδεκα ἡμέραις.

HArum catuli decem & ſeptem diebus carent viſu.

CÆSAR.

TRes addunt dies ſuperioribus: quoniam penè quoque tres ſeptimanas.

CCLXXV. ARISTOTELES.

Δοκεῖ δὲ σκυζᾶν τὸν ἴσον χρόνον κύων.

VIdentur etiam canes catuliendo tantundem ponere temporis.

CAESAR.

MIra hiſtoria: vt propterea, & tantiſper fœtus ſit imperfectus: quia & quot dies vtero perfectè ferendo ſubtraxerit canis, tot eſſent, quos poneret in libidine.

Codex mendoſiſſimus ὅσον κύει: nam id falſiſſimum eſt tandiu catulire, quandiu prægnans eſt. Quare optimè Theodorus ea verba ſuſtulit: & ex ſubſequentibus id apparet: ſeipſum enim declarat.

CCLXXVI. ARISTOTELES

Τὰ δὲ καταμήνια ταῖς κυσὶν ἑπτὰ ἡμέραις γίνεται. συμβαίνει δὲ ἅμα καὶ ἐπαρσις αἰδοίου. ἐν δὲ τῷ χρόνῳ τούτῳ οὐ προσίενται ὀχείαν, ἀλλ' ἐν ταῖς μετὰ ταύτας ἑπτὰ ἡμέραις. τὰς γὰρ πάσας δοκεῖ σκυζᾶν ἡμέρας τέτταρας καὶ δέκα ὡς ἐπιτοπολύ. οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ ἐνίαις περὶ ἑκκαίδεκα ἡμέρας γεγένηται τοῦτο τὸ πάθος.

Septenos dies canibus menſtrua ſoluuntur: ſimul & genitalia turgent. Verùm nondum admittunt mares: ſed ſequentibus diebus totidem. Omnes enim ferè videntur quaternis denis diebus catulire: quanquam etiam ſeptenis denis quædam ſic affecta fuêre.

CAESAR.

OPORTET intelligere, *intereà*, id eſt dum σκυζᾷ. Et quanquam quibuſdam duodecim, aliis ſeptemdecim attribuit: mediocritatem ſequutus eſt tamen ſicut in legatis faciunt Iuriſconſulti. Illud obſerua, ác dubita: ſi implentur vno coïtu, vt ſuprà dixit, quare repetunt? ſi non implentur, ſed ſeptem dies trahunt: quomodo aliquando duodecim catuli eadem hora exeunt? Dic. Implentur vno coïtu quidem, ſed aliquando, & non ſemper: & intelligendum eſt per δυνατόν. Sicut cùm dicit ἔχει τάσιν, id eſt extendi poteſt. Item implentur vno coïtu: verum eſt: ſed non omnibus catulis. Imò aliis ſex diebus excipiunt ſemen, & concipiunt. Quæ enim numeroſam dant ſobolem: alia vere ſuperfœtant, vt lepus: alia hoc modo in coïtus tractu. vt canis. Quomodo igitur paucis horis omnes exeunt? Quia natura maturum tempus partus effecit indifferenter per quinque dies: nam Laconicæ à quinquageſimo nono ad ſexageſimum tertium nullo diſcrimine pariunt.

CCLXXVII. ARISTOTELES.

Ἡ δ' ἐν τοῖς τόκοις κάθαρσις, γίνεται ἅμα τοῖς σκυλακίοις τικτομένοις. ἔστι δ' αὕτη παχεῖα καὶ φλεγματώδης· καὶ τὸ πλῆθος, ὅταν τίκωσιν, ἀπισχναίνεται ἔλαττον ἢ κατὰ τὸ σῶμα.

Exeuntibus catulis, vnà cum illis exit purgamentum craſſum muccoſum. Ac poſtquam pepererint, quantitate purgantur minore, quàm pro corporis portione.

CÆSAR.

TRES notabat in animalibus purgationes: vnam ordinariam, alteram ante coïtum: tertiam poſt partum. In canibus duas: vnam ante coïtum quam dixit: alteram poſt partum quam hîc dicit. Hoc enim id ſignificat: ἡ ἐν τοῖς τόκοις. Cuius rationem à tempore duplicem deſignat. Nanque inter pariundum cum catulis exire dicit: quæ ſit craſſa & muccoſa: poſt partum autem fluat: ſed tenuior & paucior. Poterat addere cruentam: rubidior enim eſt.

Φλεγματώδης Theodorus *pituitoſo*, rectè: ſed βλένναν intellexit Philoſophus, id eſt muccum craſſum. Theodorus non intellexit hanc partem: & omiſit τὸ πλῆθος: ſed & attribuit τὸ ἰσχναίνεται canibus, quæ exucciores fiunt à partu. Verùm cum dicit ἢ κατὰ τὸ σῶμα: quomodo fit vt tenuior ſim, quàm κατὰ τὸ μὸν σῶμα? Non poteſt id fieri. Itaque ſubticuit Theodorus omnia illa. Sed ἰσχναίνεται ἀντιτίθεται τῷ, παχεῖα. ἔλαττον ἀντιτίθεται τῷ λόγῳ τοῦ σώματος. Sic etiam ſunt duo antitheta, ἐν τοῖς τόκοις, τῷ, ὅταν τίκωσι: vbi quomodo coniungat duos numeros Theodorus ἰσχναίνεται, ὅταν τίκωσι. Atque ita eſt τὸ πλῆθος ἔλαττον ἢ κατὰ τὸ σῶμα ἀπισχναίνεται non ἀποσχναίνεται ἔλαττον: & ἰσχναίνεται, ſucceſſionem attenuationis dicit: tenuius enim ſemper fit. Ac plus placet, vt legamus αὕτη, quàm αὐτή.

CCLXXVIII. ARISTOTELES.

Τὸ δὲ γάλα αἱ κύνες ἴσχουσι πρὸ τῆς τεκεῖν, ὡς ἐπιτοπολὺ, ἡμέρας πέντε. οὐ μὴν ἀλλ' ἐνίαις, καὶ ἑπτὰ γίνεται πρότερον, καὶ τέτταρσι. χρήσιμον δ' εὐθὺς ἐστὶ τὸ γάλα, ὅταν τέκωσιν.

Canes antequam pariant ferè dies quinque lac habent. Quanquam quibuſdam proueniat, & ſeptimo, & quarto. Atque à partu ſtatim vtile.

CAESAR.

CAESAR.

DVo dicit: tempus, & ſubſtantiam: temporis rationes tres ſecundùm totidem tractus τοῦ σκυζᾶν, & κύειν.

Χρήσιμον: ad differentiam aliorum, quorum lac coloſtratur.

CCLXXIX. ARISTOTELES.

Ἡ δὲ Λακωνικὴ, μετὰ τὴν ὀχείαν τριάκονθ' ἡμέραις ὕστερον.

Laconicæ autem triceſimo die poſt coïtum.

CAESAR.

QVoniam accelerant partum, accelerant etiam lac. Cum igitur ſexagenos ferant dies, triceſimo ante partum lac habebunt: maluit à coïtu metiri.

CCLXXX. ARISRTOTELES.

Τὸ μὲν οὖν πρῶτον, παχύ ἐστι· χρονιζόμενον δὲ, γίνεται λεπτότερον.

INitio craſſum: proceſſu temporis tenuius fit.

CAESAR.

A Situ partium, & earum differentijs: à tempore χρονιζόμενον, non idem lac: quod videtur ſignificare τὸ χρονιζόμενον: ſed ipſius lactis τὸ ἔχειν ἃ cane.

CCLXXXI. ARISTOTELES.

Διαφέρει δὲ παχύτητι τὸ κύνειον πρὸς τὸ τῶν ἄλλων ζώων, μετὰ τὸ ὕειον καὶ δασυπόδειον.

PRaſtat caninum craſſitudine alijs: poſt ſuillum, & generis leporini.

CAESAR.

EAndem affectionem à generibus ſuprà περὶ τὸ ἔχειν. Nunc ἀπὸ τῶν ἐχόντων.

Semper δασύποδα interpretamur *leporinum genus*: vt etiam leporem, etiam cuniculum accipiamus.

Διαφέρει non ſolùm differentiam ſignificat, ſed etiam præſtantiam: διαφερόντως ἐξοχὴν ſignificat.

CCLXXXII. ARISTOTELES.

Γίνεται δὲ σημεῖον καὶ ὅταν ἡλικίαν ἔχωσι τῆς ὀχεύσεως· ὥσπερ γὰρ τοῖς ἀνθρώποις, ἐπὶ τῆς θηλαῖς τῶν μαστῶν ἐπιγίνεται ἀνοίδησίς τις, καὶ χόνδρον ἴσχουσιν. οὐ μὴν ἀλλ' ἔργον, μὴ συνήθει ὄντι, καταμαθεῖν ταῦτα. οὐ γὰρ ἔχει μέγεθος οὐδὲν τὸ σημεῖον.

APpetens ætas ad coïtum idonea deprehenditur argumentis, ſicut & in homine. Extumeſcunt aliquantiſper papillæ mamillarum: & cartilagineam induunt duritiem. Verùm operoſum eſt imperitis hæc dignoſcere. Neque enim vlla ſunt inſigni magnitudine.

CAESAR.

SVpra dicebat γίνεται σημεῖον περὶ τῆς ὀχείας. Nunc etiam ætatis ὀχευτικῆς indicia ponit à mamillis. Comparat homini. Nanque prodeunt papillæ & dureſcunt.

Τὸ σημεῖον. Nota papillarum: nos inuoluimus omnia ſimul: & inſignem diximus magnitudinem: non ineptè opinor.

CCLXXXIII. ARISTOTELES.

Τῇ μὲν οὖν θηλείᾳ τοῦτο συμβαίνει· τῷ δὲ ἄρρενι, οὐδὲν τούτων.

ATque hoc fœminæ quidem euenit: at mari nihil eiuſmodi.

C Æ S A R.

ALIAS enim notas habet mas quas proſequitur. Sed quare dixit οὐδὲν τούτων? cum vnum tantùm ſignum dixit? Itaque dixit τοῦτο τῇ θηλείᾳ. Sed fortaſſe legendum eſt τοιοῦτον Atticè, pro τοιοῦτο: vt non ſolùm τοῦτο, non eueniat. Sed ne τοῖον quidem.

CCLXXXIV. ARISTOTELES.

Τὸ δὲ σκέλος αἴροντες, οὐροῦσιν οἱ ἄῤῥενες, ὡς μὲν ἐπιτοπολὺ, ὅταν ἑξάμηνοι ὦσι. ποιοῦσι δὲ τινες καὶ ὕστερον τοῦτο, ἤδη ὀκτάμηνοι ὄντες, καὶ πρότερον ἢ ἑξάμηνοι. ὡς δὲ ἁπλῶς εἰπεῖν, ὅταν ὀχεύειν ἄρξωνται, αὐτὸ ποιοῦσιν.

Sed ſublato crure mingunt mares ferè ſexto ætatis ſuæ menſe. Hoc alij faciunt octauo. Etiam ſunt qui ante ſextum. Sed penè ſemper cùm incipiant coire id agunt.

C AE S A R.

NOtam marium ponit: ponitque differentiam temporis quæ reſpondeat ſuperioribus. Nam qui diutiùs geſtatur, diutiùs differat coïtum, coïtúſque notas.

CCLXXXV. ARISTOTELES.

Αἱ δὲ θήλειαι, πᾶσαι, καθιζόμεναι οὐροῦσιν· ἤδη δέ τινες καὶ ἐπάρασαι, ἄρασαι τὸ σκέλος, οὔρησαν.

At fœminæ conquiniſcentes vrinam reddunt omnes. Iam verò etiam quædam elato crure minxêre.

C AE S A R.

EXCEPIT à notæ communitate fœminas primùm: mox coniungit. Sed illud propriũ maribus eſt omnibus, ſed non ſolis. Fœminis autem neque ſolis, neque omnibus. Toto autem genere non eſt ſemper: non enim ante menſem quintum. Noſtra *Vrania* aliquando pedem tollit.

Καθιζόμεναι *conſidentes* Theodorus. At ſi ita eſſet non poſſent mingere. Sed flectionem corporis indicauit. Latini dicunt *conquiniſcere.*

CCLXXXVI. ARISTOTELES.

Τίκτει δὲ καὶ κύων σκυλάκια δώδεκα, τὰ πλεῖστα· ὡς δ' ἐπιτοπολὺ πέντε, ἢ ἕξ· ἤδη δὲ καὶ ἓν ἔτεκέ τις. αἱ δὲ Λακωνικαὶ, ὡς ἐπιτοπολὺ καὶ ὀκτώ.

PArit canis cumplurimos duodenos. Nam ferè niſi quinos, ſenóſve. Iam verò vnicum fuit quæ pepererit. Laconicæ ferè octo.

C AE S A R.

FOETVVM numerum nunc. Τὰ πλεῖστα, videtur legiſſe Theodorus *complurimum:* imò verò rarò. Quanquam vidimus quatuordecim: tamen octo tantùm mammas habent. Vt etiam hîc Galenus deſinat comparare numerum fœtuum cum mamillis. Vnum verò peperiſſe multas vidimus.

CCLXXXVII. ARISTOTELES.

Ὀχεύονται δὲ αἱ θήλειαι, καὶ ὀχεύουσιν οἱ ἄῤῥενες, ἕως ἂν ζῶσιν. ἴδιον δὲ ἐπὶ τῶν Λακωνικῶν συμβαίνει πάθος. πονήσαντες γὰρ, μᾶλλον δύνανται ὀχεύειν, ἢ ἀργοῦντες.

COëunt tàm mares quàm fœminæ quandiu viuunt. Peculiare verò id Laconicis. Laboribus enim exercitæ plus valent ad coëundum quàm deſides.

C AE S A R.

TEmporis ſpatium declarat vt in alijs: proprietatem Laconicis aſſignat. Sic ſunt quædam animalia quæ fiunt deſidia deteriora, vt aſini, & mulæ. Quædam labore libidiniſiora: arrigunt

gunt enim plus equi, excitati ſcilicet calore. Nam canes caleſcunt Laconicæ laborantes : at deſides pingueſcunt. Pinguedo autem eſt ſanguis dilutior, aut frigidior.

Ποιήσαντες. Theodorus intelligit *poſt laborem* meliùs coïre. Et ἀργοῦντες *per otium* eſt interpretatus. Verùm Ariſtoteles non vnum actum dicit. Neque niſi per otium quiſquam coëat. Quis enim currens coëat? Sed ita intelligit: aſſiduo labore exercitas, quàm ignauas promptiùs coïre. Itaque meliùs coëat venatu fracta Laconica otioſa biduo, quàm deſes, ſi à curſura venatica redeat. Itaque in aoriſto poſuit ποιήσαντες: quia per otium coëunt. In præſenti autem Ἀργοῦντες, vt deſidis vitæ tractum narret.

CCLXXXVIII. ARISTOTELES.

Ζῇ δὲ τῶν Λακωνικῶν κυνῶν ὁ μὲν ἄῤῥην, ἔτη δέκα· ἡ δὲ θήλεια, περὶ ἔτη δώδεκα· τῶν δὲ ἄλλων κυνῶν αἱ πλεῖσται, περὶ ἔτη τετταρακαίδεκα, ἢ πεντεκαίδεκα· ἔνιαι δὲ καὶ εἴκοσι. διὸ καὶ Ὅμηρόν τινες οἴονται ὀρθῶς ποιῆσαι, τῷ εἰκοστῷ ἔτει ἀποθανόντα τὸν κύνα τοῦ Ὀδυσσέως.

Viuit Laconicus canis annos decem : fœmina duodecim. Aliarum maxima pars quatuordecim, aut quindecim. Quædam viginti. Iccirco aiunt Homerum rectè feciſſe qui ſcripſerit canem Vlyſſis anno viceſimo eſſe mortuum.

CÆSAR.

NVNC à vita. Mirum verò fœminas, vt plurimum maribus imbecilliores, & quarum vitæ partus multum detrahat, maribus tamen eſſe longæuiores: cuius rei poſtea reddet rationem. At intellige in Laconico genere. Videtur tamẽ & reliquarum fœminarum ad viceſimum vſque annum pertrahere. Nam ſemper addidit articulum fœminarum *αἱ*: quod neglexit Theodorus, quemadmodum & numerum annorum, *quindecim*. Dicẽdum tamen ex exemplo canis Vlyſſis etiã mares comprehendiſſe Philoſophum.

CCLXXXIX. ARISTOTELES.

Ἐπὶ μὲν οὖν τῶν Λακωνικῶν, διὰ τὸ πονεῖν τοὺς ἄῤῥενας μᾶλλον, μακροβιώτεραι αἱ θήλειαι τῶν ἀῤῥένων· ἐπὶ δὲ τῶν ἄλλων, λίαν μὲν οὐκ ἐπίδηλον· μακροβιώτεροι δὲ ὅμως οἱ ἄῤῥενες τῶν θηλειῶν εἰσιν.

IN genere Laconum mares quàm fœminæ ob labores minùs diu viuunt. In alijs haud ſanè compertum eſt. Verùm mares longæuiores.

CAESAR.

AFfectio vitæ & ratio. Laborem autem intelligit κατ' ἐξοχὴν, per exceſſum: mares diutiùs viuunt: quia ſunt perfectiores. De qua re alibi à nobis, & ſuo loco fuſiùs diſputatum eſt.

CCXC. ARISTOTELES.

Ὀδόντας δὲ κύων οὐ βάλλει πλὴν τοὺς καλουμένους κυνόδοντας· τούτους δὲ, ὅταν ὦσι τετράμηνοι, ὁμοίως αἵ τε θήλειαι καὶ οἱ ἄῤῥενες. διὰ δὲ τὸ τούτους μόνους βάλλειν, ἀμφισβητοῦσί τινες. οἱ μὲν γὰρ, διὰ τὸ δύο μόνους βάλλειν, ὅλως οὔ φασι· χαλεπὸν γὰρ ἐπιτυχεῖν τούτοις· οἱ δὲ, ὅταν ἴδωσι τούτους, ὅλως οἴονται βάλλειν καὶ τοὺς ἄλλους.

DEntes canis præterquam eos qui canini dicuntur, nullos mutat : atque illos ſanè quarto quàm nati ſunt menſe, tàm mas, quàm fœmina. Igitur contrario modo ſentiunt aliqui : propterea quòd hos ſolos mutat. Ac quidam iccirco negant vllum omnino mutare. Quidam cùm hos obſeruârint, putant cæteros quoque mutare.

CAESAR.

REPETIT hanc hiſtoriam à ſecundo libro: feſtiua ſanè eſt. Quos latuit mutatio caninorum, putant nullum mutari. Qui eam obſeruârunt, putant idem cæteris euenire.

Ἀμφισβητοῦσι : *circumititare* propriè ſonat id verbum. Metaphora ab ijs qui iter ignorant : vna eadémque cauſſa eſt, & quare negant, & quare affirment. Itaque cùm dicit ἀμφισβητοῦσι appoſuit cauſſam, quare hos ſolos mutet.

Theodorus addidit de ſuo leuiter nimis illa verba: *Cùm enim paucos reperire difficile ſit.* Imò facile eſt reperire. Sed obſeruare non venit in mentem.

CCXCI. ARISTOTELES.

Τὰς δὲ ἡλικίας ἐκ τῶν ὀδόντων σκοποῦσιν. οἱ μὲν γὰρ νέοι, λευκοὺς καὶ ὀξεῖς ἔχουσιν· οἱ δὲ πρεσβύτεροι, μέλανας καὶ ἀμβλεῖς.

ÆTates à dentibus indicant. Iuniores candidos & acutos habent. Seniores atros & obtuſos.

CAESAR.

QVONIAM tractum vitæ hîc contemplatur, & notas debuit apponere. Ruffeſcunt autem canini ab radice omnium primi: primores autem etiam nigreſcunt & putrent, ac cadunt præſertim domeſticis, quibus res calidæ in cibum dantur. Ac potiſſimum carnium vſu putrent, anhelitus fœtet, oculi λημῶσι.

CAPVT VIGESIMVM-PRIMVM,

Coïtus, partus, & ætas Boum.

CCXCII. ARISTOTELES.

Βοῦς δὲ πληροῖ μὲν ὁ ἄῤῥην ἐκ μιᾶς ὀχείας.

Bos mas vno initu implet.

CAESAR.

SIVE partes, ſiue mores contemplere, hiſtoria canum importunè interceſſit. Conueniunt enim boues cum capris, & ouillo genere, cornibus, dentibus, vngulis, ruminatione. Diſtant his omnibus à cane: gregatim paſcuntur: herbiuora ſunt: lacte & fœtura alunt nos: poſtremò etiam carnibus. De cane nihil tale ſumas. Hiſtoriam igitur bouis tractat: atque rectè incepit à coïtu. Eſt enim principium generationis, tanquam actio.

CCXCIII. ARISTOTELES.

Βαίνει δὲ σφοδρῶς, ὥστε συγκάμπτεσθαι τὴν βοῦν. ἐὰν δὲ ἁμάρτῃ τῆς ὁρμῆς, εἴκοσιν ἡμέρας διαλείπουσα, πάλιν ὀχεύεται ἡ θήλεια τὴν ὀχείαν.

INſcendit autem violenter ita, vt vacca ſeſe concuruet. Quòd ſi ipſa errore aliquo impetus illius euentum non fuerit aſſequuta, viceſimo poſt die coïtum deintegro repetit.

CAESAR.

AT fœmina non vno initu impletur. Ponit cauſſam: propter vim tauri: quæ tanta eſt vt extinguatur eo impetu, & auertat eum per viginti dies.

Συγκάμπτεσθαι. *Καμπτω curuo:* collecta enim ſpina non excipit impetum maris. Et ſuum extinguit nulla facta conceptione.

Ἀμάρτῃ: *pererrauerit* Theodorus, peſſimè. Significat enim vagationem, non peccatum: *ſi tum voti compos non fuerit.*

Τῆς ὁρμῆς. Τῆς *illius, tunc.*

CCXCIV.

CCXCIV. ARISTOTELES.

Οἱ μὲν οὖν πρεσβύτεροι τῶν ταύρων, οὐδ' ἀναβαίνουσι πλεονάκις ἐπὶ τὴν αὐτὴν τῆς αὐτῆς ἡμέρας, ἐὰν μὴ ἄρα διαλιπόντες· οἱ δὲ νεώτεροι, καὶ τὴν αὐτὴν [βιάζονται] πλεονάκις, καὶ ἐπὶ πολλὰς ἀναβαίνουσι, διὰ τὴν ἀκμήν.

Seniores tauri eandem eadem die non inſcendunt, ſed intermittunt. At iuniores, tum eidem ſæpiùs vim afferunt, tùm multas ineunt, robore ſuo incitati.

C. AE S A R.

PONIT admiſſariorum differentiam ab ætate. Nam ſeniores vnam modo & ſemel, & interiectis diebus. At iuniores, & vnam ſæpiùs, & multas, & eadem die.

Οὐδ' ἀναβαίνουσι: οὐδὲ breuitas. Vult dicere, non ſolùm, non ineunt, ſed ne aſcendũt quidem, ideſt ne tentant quidem: niſi ſit οὐκ pro οὐδέ.

Dixit ibi πλεονάκις malè: quoniam eſt ἅπαξ tantùm: at bis non eſt πλεονάκις.

Ἐὰν μὴ ἄρα διαλιπόντες, intelligit dies: non interualla eiuſdem diei. Ἄρα, ornatus eſt.

Βιάζονται, quoniam ſiue primo initu concepit reſpuit marem: ſiue non concepit differt in diem viceſimum, extincto deſiderio. Theodorus addidit de ſuo, *petunt*: cui verbo adiunxit πλεονάκις.

CCXCV. ARISTOTELES.

Ἥκιστα δὲ λάγνοι τῶν ἀῤῥένων ἐστὶ βοῦς.

Marium, minimè libidinoſum animal eſt taurus.

C AE S A R.

VTINAM hoc non dixiſſet. Nam etiam hominem adorti petunt, ciéntque pugnam: eámque denuntiant arena pede ſulcata: atque excitata, & pugnam vſque ad necem. Et ſæpiùs vno die vnam aut multas inuadit. Sed vult dicere propter ſeceſſionem quam facit: & quia negligit fœminas multo tempore.

CCXCVI. ARISTOTELES.

Ὀχεύει δὲ ὁ νικῶν τῶν ταύρων· ὅταν δ' ἐξαδυνατήσῃ διὰ τὴν λαγνείαν, ἐπιτίθεται ὁ ἡττώμενος, καὶ κρατεῖ πολλάκις.

Qui vicit coïtum exercet, in quo cùm præ libidine viribus fuerit deſtitutus, inuadit eum victus, ac ſæpenumero ſuperat.

C AE S A R.

VIctoria ferocem: coïtus repetitus abundéque libidinatum occupat langor. Itaque ſuccumbit victo: vt in præmio victoriæ ſit etiam euentus τῆς ἥττης, ſi ſine modo fiat.

CCXCVII. ARISTOTELES.

Ὀχεύει δὲ τὰ ἄῤῥενα, καὶ ὀχεύεται τὰ θήλεα, ἐνιαύσια ὄντα πρῶτον, ὥστε καὶ γεννᾶν· οὐ μὴν τό γε ὡς ἐπιτοπολύ, ἐνιαύσιοι καὶ ὀκτάμηνοι· τὸ δὲ ὁμολογούμενον μάλιστα, διετεῖς.

Initia coëundi tàm mari quàm fœminæ anniculis: ita vt etiam generent. Non tamen hoc frequenter euenit, aut annum, aut octauum menſem natis. Sed quod potiſſimùm confeſſum eſt bimis.

C AE S A R.

ÆTãtes ad coïtum narrat tres: octimeſtris, anniculi, bimi. Illas duas rariores: hanc autem frequentem. Dicit enim ὁμολογούμενον *quod omnes confitentur*: ergo eſt frequentiſſimus partus & receptus: vbi notabis mendum in Codice οὐ μὴν ἀλλά τό γε ὡς ἐπιτοπολύ: immò falſum eſt hoc: magna ex parte euenire vt octimeſtres coëant, ὥστε καὶ γεννᾶν. Nam quare addidiſſet μάλιστα ὁμολογούμενον? Et infrà ait minores ἐνιαυσιαίων non coïre niſi prodigioſè. Theodorus hunc errorem eſt ſequutus: quare tollendum eſt ἀλλά.

CCXCVIII. ARISTOTELES.

Κύει δὲ, ἐννέα μῆνας, δεκάτῳ δὲ τίκτει. ἔνιοι δὲ διϊσχυρίζονται δέκα μῆνας κύειν, ἡμερῶν ὀλίγων. ὅ τι δ' ἂν ἔμπροσθεν ἐξενεχθῇ τῶν εἰρημένων χρόνων, ἐκβόλιμόν ἐστι, καὶ οὐ ζῇ ἔτι, οὔτε θέλει ζῆν, κἂν μικρὸν προτερήσῃ τῷ τόκῳ. μαλακαὶ γὰρ καὶ ἀτελεῖς γίνονται αἱ ὁπλαί.

Gerit nouē menſes, parit decimo. Quidam affirmant decem menſes geſtare, paucis diebus demptis. At quod citra dicta tempora editū fuerit, abortiuū eſt. Quin etiam ſi vel tantillum anteuerterit partus tempus, neque viuit, neque poteſt viuere. Ipſæ enim vngulæ quoque admodū ſunt imperfectæ tunc.

CAESAR.

NVNC vteri tempus, idque neceſſarium. Quod quoniam duabus erit ſententijs diſceptabile, vt modeſtè loqueretur, cùm oſtenderet vitulorum imperfectionē, complexus eſt vtrunque tempus, tàm confeſſum, quàm controuerſum. Cùm dixit ἔμπροσθεν τῶν εἰρημένων χρόνων. Vbi nota χρόνων ſignificare terminum temporis, non temporis tractum. Nam ante δέκα μῆνας, vt dicit, eſſet ante conceptionem, neque intra: ſic enim potes dicere. Nam quod legitimè naſcitur, intra tempus naſcitur.

Ἐξενεχθῇ. Theodorus, *præcurrerit*: peſſimè: & omiſit, οὔτε θέλει ζῆν. Quod & alibi dicit, & Plato in *Phædro* de arboribus. Οὐ βούλονταί με διδάσκειν. Omiſit autem Theodorus tanquam ſuperfluum ac repetitum. Sed ita eſt, *Neque viuit, neque poteſt viuere*. Sic enim καὶ οὐ ζῇ, οὔτε θέλει ζῆν.

Ἀτελεῖς, *præmollem* Theodorus addidit de ſuo. Ὁπλαὶ, autem poſuit pro χηλαὶ Philoſophus.

Προτερήσῃ: *maturauerit*, Theodorus: malè, nunquam enim peiùs loquutus eſt: imò feſtinārit: nihil enim malè maturatur. Itaque veteres addebant præpoſitionem: *præmaturum*.

Διϊσχυρίζονται: quod alibi μάχονται: *affirment* Theodorus, optimè. Ἰσχυρὸν enim firmum.

Ἐκβόλιμον: mira vox. Nam qui dies extra legem anni ſunt, ἐμβολιμαῖοι dicuntur. Habemus ἐμβόλια ad venatoria retia pertinentia apud Pollucem in Quinto. Doctiſſimus Hermolaüs cùm omnia excuteret loca quæ ad hanc vocem pertinent, horum duorum non meminit.

CCXCIX. ARISTOTELES.

Τίκτει δὲ ἓν τὰ πλεῖστα, ὀλιγάκις δὲ δύο. καὶ τίκτει καὶ ὀχεύει ἕως ἂν ζῇ.

Parit vnum ferè: raro duos. Parit verò atque coit quoad viuit.

CAESAR.

SI parit coïuit. Itaque peruerſo ordine ſcripſit. Niſi dicas tanquam cauſſam addere. Sed Theodorus diſpoſuit optimè.

CCC. ARISTOTELES.

Ζῇ δ' ὡς ἐπιτοπολὺ περὶ πεντεκαίδεκα ἔτη ἡ θήλεια· καὶ ἄρρενες δὲ, ἐὰν ἐκτμηθῶσιν. ἔνιαι δὲ ζῶσι καὶ εἴκοσιν ἔτη, καὶ ἔτι πλείω, ἐὰν εὔφορον ἔχωσι τὸ σῶμα· καὶ γὰρ τῶν βοῶν τοὺς τομίας ἐθίζουσι, καὶ καθιστᾶσι τῶν βοῶν ἡγεμόνας, ὥσπερ τῶν προβάτων. καὶ ζῶσι πλείω χρόνον τῶν ἄλλων, διά τε τὸ πονεῖν, καὶ διὰ τὸ νέμεσθαι ἀκέραιον νομήν. ἀκμάζει δὲ μάλιστα πενταετὴς ὤν. διὸ καὶ Ὅμηρόν φασι πεποιηκέναι τινὲς ὀρθῶς, ποιήσαντα,
-: ἄρσενα πενταέτηρον· καὶ τό -: βοὸς ἐννεώροιο. δύναται γὰρ ταὐτόν.

Quindecim annos circiter viuit magna ex parte fœmina. Item mares ſi caſtrentur: aliqua etiam ad viginti, aut etiam plures: ſi nitidiore ſint corporis habitu. Exectos mares aſſuefaciunt armentis ducendis. Quemadmodum in genere ouillo. Ij diutiùs quàm cæteri viuunt: propterea quòd neque laborant, & ſinceriore pabulo veſcuntur. Flos ætatis anno quinto. Itaque rectè feciſſe iudicant Homerum, qui ita ſcripſerit,

- marem quinquennem: *& illud*

-: bouis luſtralis.

Idem enim ſignificare.

CAESAR.

CAESAR.

VITAE tractum & differentiam à ſexu: ab arte: tùm ætatis florem: & publico, & Homeri Poëtæ teſtimonio vno atque altero.

Malè interpoſuit ἔνιαι καὶ εἴκοσι. Nam redit ad mares: & reddit rationem. Caſtrati enim venere abſtinent: & duces conſtituti non laborant. Quæ ratio etiam canibus accomodari poteſt. Et quia pabuli ſinceritate vitabant morbos.

Ἐπὶ τὸ πολύ. Non ſumus hìc interpretati per, *ferè*. Quoniam annorum numerus ibi eſt: ne eò referretur: vt eſſet, *ferè quindecim*.

Εὔφορον τὸ σῶμα: ſicut εὔεκτον. Etiam vulgus dicit. *Benè me gero*: non vt Latini pro *rectè ago*. Sed εὖ ἔχω. Nam imbecillibus & languentibus corpus oneri eſt, anima faſtidio.

Ὥσπερ τῶν προβάτων: nota breuitatem. Neque enim ouium ducem conſtituunt bouem, ſicut armenti: ſed ſicut ſuum ducem ouium.

Erat mendum in Codice. Διά τε τὸ πονεῖν: ſcribe τὸ μὴ πονεῖν. Prima ratio. Nam labor exhaurit humidum naturale: & extinguit calorem cuius illud ſedes eſt. Sic etiam ſuprà in Laconicis canibus, qui plus laborabant, minùs viuebant. Quare peſſimè conſuluit Theodorus ſententiæ Philoſophi, qui ſic interpretatus eſt. *Qui plus temporis quàm cæteri viuunt vſu exercitij*. Malè enim πόνον exercitium dixit. Eſt enim læſio neruorum motiuorum: ſicut ἀλγηδὼν ſentiuorum. At exercitium ſalubre eſt: & pars cauſſæ actiuæ ſanitatis. Et malè omiſit, τὸ, μή. Altera ratio: ἀκέραιον. Theodorus peſſimè, *copiam*, interpretatus eſt. Non enim eſt ἄφθονον. Quantitas hoc ſignificat, quæ poſſit eſſe mala. At ἀκέραιος bona qualitas impermiſta & pura, bonum ſuccum genitura. Nam ἐξ ἀφθονίας poteſt eſſe πλῆθος κακοχυμίας. Ex ἀκεραιότητος, non niſi εὐχυλία. Nam eſt τὸ μὴ κεράμενον, παρὰ τὸ κεράννυμι. Latini, *ſincerum*, à melle defecato à cera, ſine cera. Nam Laurentius Valla ludit nos: cùm negat præpoſitionem illam componi. Non enim meminerat huius vocis: *ſimplex*, *ſinciput*. Infrà in Octauo ſic vocat aquam puram in hiſtoria Camelorum. Ἂν γὰρ καθαρὸν ᾖ τὸ ὕδωρ καὶ ἀκέραιον. Nam ſi ſit purum: quare malit Valla mel cum cera, quàm mel purum? An Plinius putârit, mel ceroſum, quàm ſine cera, vt eſſet ſincerum? Paſcuntur enim ſinceriorem paſtionem: propterea quòd & recentem, & non pulueratam, non ſabulatam, non carioſam, vt boues operarij: eámque eligit quam malit.

Ἀκμάζει: flos ætatis.

Ὅμηρον πεποιηκέναι ποιήσαντα: vbique ſic loquitur de Poëtis. Quanquam hìc nihil facit Homerus, ſed factum recitat: figmenta enim ποιεῖ. Quoniam neque ſunt: eorúmque magna pars eſſe nequit.

Βοὸς ἐνναέτηρος. Virgilius: *perpetui tergo bouis, & luſtralibus extis*: non quibuſuis luſtrabantur, ſed ijs quæ eſſent quinquennes. Quoniam *eximias victimas* dicebant, & *egregias* quas è grege eximerent, Ἐννέωρον autem ſignificat ἐννεάζοντα, νέαν ὥραν ἔχοντα: ideſt annum quintum. Coloni tamen putant, ſextum annum afferre plus & virium, & patientiæ. Sed plus probant quintum: quoniam & is, & ſequens ſunt præſtantiores. At ſextum minùs probant: propterea quòd quintus iam abierit: ſeptimus minùs vtilis ſit.

CCCI. ARISTOTELES.

Τοὺς δ' ὀδόντας βάλλει βοῦς διετὴς, καὶ οὐκ ἀθρόους, ἀλλ' ὥσπερ ἵππος.

Dentes mutat bos anno altero ætatis ſuæ, non vniuerſos: ſed vt equus.

CAESAR.

Signa nunc ætatis ponit: vbi dixit καὶ οὐκ ἀθρόους. Quoniam bimum mutare dentes, neque diſtinxit tempora: iccircò explicauit planiùs.

Caue verò ſic ſcribas vt Theodorus: *nec vniuerſos, vt equus*. Poſſes enim intelligere, equum

vniuerſos mutare:quaſi,*vt*,aduerbium ſimilitudinem referat vocis, *vniuerſos*, non autem negationem, *nec*. Itaque prudentiùs fecit Philoſophus cùm addidit ἀλλά.

Ὥσπερ, non eſt plena ſignificatio dentium: quoniam carent ſuperioribus: ſed interuallorum. In Codice Theodori Latino mendum vt puto à Librario: *emittit*: ſcribe, *amittit*.

CCCII. ARISTOTELES.

Τὰς δὲ ὁπλὰς, ὁπόταν ποδαγρᾷ, οὐκ ἀποβάλλει, ἀλλ' οἰδεῖ μόνον σφόδρα τοὺς πόδας.

VNgulas, cùm dolore pedum laborat, non amittit: ſed tumeſcunt valde ei pedes.

CAESAR.

PROPTEREA quòd equos videmus vngulas amittere: pars hæc ad ſanitatem pertinet: quæ eſt affectio viuentis. Vita cauſſa finalis generationis: generatio materia ſubiecta libri: τὸ ὑποκείμενον cauſſa materialis huius libri.

Οἰδεῖ. Quoniam à pituita, & mucco laborant: ποδαγρίζοντες maximè: priuatim ab eo humore tumores οἰδήματα, nodi.

CCCIII. ARISTOTELES.

Τὸ δὲ γάλα, εὐθὺς ὅταν τέκῃ, χρήσιμον γίνεται· ἔμπροσθεν δ' οὐκ ἔχει γάλα. τὸ δὲ πρῶτον γινόμενον γάλα ὅταν παγῇ, οὕτω γίνεται σκληρὸν, ὥσπερ λίθος· τοῦτο δὲ συμβαίνει, ἐὰν μή τις μίξῃ ὕδατι.

LAc poſt partum vtile eſt: ante id tempus non habet lac. Primum quodque lac vbi concreuerit, adeo durum fit quaſi lapis. Quod ita demum contingit, ſi quis ei aquam non admiſceat.

CÆSAR.

TRES lactis affectiones: à cauſſa finali vtilitatem: à tempore: quoniam non vt canes ante partum lac habet. Et tertia à partium poſitione: id enim concretio eſt: huic addit artem aquæ indendæ: ſimul innuit cauſſam duritatis: ob calorem qui diluitur aquæ frigore. Quomodo igitur vtile eſt ſi coït in lapidis duritiam? Nam intelligit coloſtrationem, quæ fit ſtatim ab ipſo partu. Plinius in viceſimo octauo bubuli lactis copioſè exequitur virtutes. Hanc verò partem ita expreſſit ex Philoſopho, in vndecimo. *Bos*, inquit, *ante partum lac non habet: ex primo ſemper à partu coloſtra fiunt: quæ ni admiſceatur aqua, in pumicis modum coëunt duritia.* Primum igitur lac intellige quod exprimitur ſtatim à partu. Eſt autem coloſtra prima à partu ſpongioſa denſitas lactis, quæ in bubulo magis cogitur quàm in cæteris.

Deeſt in Codice εὐθὺς ὅταν τέκῃ. Nam ſi anteà non habet, quis non videt eſſe ſuperfluum τὸ, ὅταν τέκῃ, niſi addatur circunſtantia τοῦ εὐθύς?

CCCIV. ARISTOTELES.

Νεώτεραι δ' ἐνιαυσιαίων οὐκ ὀχεύονται, πλὴν εἰ καί τι τερατῶδες. ἤδη δέ τινες καὶ τετράμηνοι ὠχεύθησαν.

MAiores anniculis non coëunt iuuencæ, niſi prodigioſè. Nam & quadrimeſtres aliqua initum paſſæ ſunt.

CAESAR.

SVprà meliùs collocâſſet. Nam quamobrem ordinariè ſuprà ponebat etiam octimeſtres coïre? Theodorus infeliciter hæc vertit: cùm dixit, *recentior*: & illud, *niſi oſtento*: imò oſtentui: neque aptè ſignificat quod vult.

CCCV. ARISTOTELES.

Ἄρχονται δὲ τῆς ὀχείας περὶ τὸν Θαργηλιῶνα μῆνα καὶ τὸν Σκιρροφοριῶνα αἱ πλεῖσται. οὐ μὴν ἀλλ' ἔνιαι καὶ μέχρι τοῦ μετοπώρου κυίσκονται.

MEnſe Aprili & Maio coïre incipiunt plurima. Verùm & aliqua ante Autumnum non implentur.

CAESAR.

C Æ S A R.

NVNC ſtatuit tempus. Μέχει τῦ μεθοπώρου κυΐσκονται. Dura loquutio: ſi τὸ μέχει tractum ſignificat: ſignificaret enim gerere. Sed κυΐσκειν eſt κύουσαν γίνεσθαι. Quomodo autem in Autumnum vſque fit prægnans? per negationem nos expreſſimus: & per præpoſitionem, *ante:* Theodorus per verbum, *coire.* Sed κυΐσκειν eſt poſt ὀχεύεσθαι: & κύειν, poſt κυΐσκειν. Itaque qui verba in σκω inchoatiua dixêre, non erráſſe in libris de *Cauſis linguæ Latinæ* oſtendimus.

CCCVI. ARISTOTELES.

Ὅταν δὲ πολλαὶ κύωσι, καὶ προσδέχωνται τὴν ὀχείαν, σφόδρα δοκεῖ σημεῖον εἶναι καὶ χειμῶνος καὶ ἐπομβρείας.

Cvm multæ ſunt grauidæ, atque initum morantur, ratum argumentum videtur eſſe & tempeſtatis, & imbrium.

C AE S A R.

NVNC affectiones coïtus actiuæ: id eſt quæ extra ſe ſignificant. Σφόδρα, *firmum.* Χειμῶνος, *tempeſtatis*, potiùs quàm, *hyemis.* Non quia ver tum calet magis, magíſque ſiccum: itémque æſtas. Quare contrariam temporis σύστασιν ſequi par eſt. Iccircò igitur facilè patiuntur. Quoniam plus pruriunt: atque libidine magis incenduntur.

CCCVII. ARISTOTELES.

Αἱ δὲ συνήθειαι γίνονται μὲν ταῖς βουσὶν, ὥσπερ ταῖς ἵπποις ἧττον δέ.

Menſes ſoluuntur vaccis, vt equabus, ſed minùs.

C Æ S A R.

BREVITATI ſtudens non repetit communes naturas: ſed legat eo loci, quem iam declarauit. Συνήθειαι, *conſuetudines*, id eſt, *menſtrua.* Ita Galli honeſta voce, *flores:* alij *caſum* dicunt: pudentiores fœminæ *ægritudinem:* liberiùs qui loquuntur in Vaſconia vocant menſtruatas, *Rutenenſes.* Itali *Marchionatas.*

CAPVT VIGESIMVM-SECVNDVM,

Coïtus, & partus equorum, & ætas.

CCCVIII. ARISTOTELES.

Ἵππος δὲ ἄρχεται ὀχεύειν, ὁ μὲν ἄῤῥην, διετὴς καὶ ἡ θήλεια, διετὴς ὀχεύεσθαι. ταῦτα μέντοι ὀλίγα ἐστὶ, καὶ τὰ ἔκγονα τούτων ἐλάττω καὶ ἀσθενικώτερα· ὡς δὲ ἐπιτοπολὺ ἄρχονται ὀχεύειν, τριετεῖς ὄντες, καὶ αἱ ἵπποι ὀχεύεσθαι. καὶ ἐπιδιδόασι δὲ ἀεὶ πρὸς τὸ βέλτιον τὰ ἔκγονα γίνεσθαι, μέχρι ἐτῶν εἴκοσι.

Equus, & mas, & fœmina coïre incipiunt bimi. Quanquam hoc haud ſæpè fit. Eorum quoque proles tùm minor, tùm infirmior. Sed ferè treis annos natis initium veneris eſt, vtrique ſexui: ac proficiunt pullis ſubinde melioribus generandis ad annum vſque viceſimum.

C AE S A R.

PRIMVM de equis, & bobus in communi ſuprà. Deinde priuatim de bobus texit hiſtoriam: nunc de equis. Ab ætate incipit: ponit duas: ponit euentum in pullis: poſtremò proficere pullis melioribus generandis ad viceſimum vſque annum: quod ſal-

ſumeſt. Vetuli equi triſti facie pullus eſt oculis cauis: rugoſo collo: anhelitu breuiore: citiùs ducit ilia: citò deficitur viribus: ſeriùs domatur.

Καὶ ἐπιδιδόασι δ' ἀεὶ πρὸς τὸ βέλτιον τὰ ἔκγονα γίνεσθαι: aut ipſi equi ἐπιδιδόασι πρὸς. τὸ τοῦτο δ' ἐστὶ τὰ ἔκγονα γίνεσθαι βέλτιον: aut τὰ ἔκγονα ἐπιδιδόασι: vtrunque dicas, nihil refert. Aptiores ſanè ait eſſe parentes, quibus præſtantiores pulli gignantur.

Dixit βέλτιον, non βελτίω: vt præſtantiam illam, vtrique communicaret & pullis, & parentibus: meliùs generentur plus eſt, quàm meliora.

CCCIX. ARISTOTELES.

Κύει δ' ἕνδεκα μῆνας, δωδεκάτῳ δὲ τίκτει.

GErit menſes vndecim, parit duodecimo.

CAESAR.

VErſum integrum facias: κύει δ' ἕνδεκα μῆνας δωδεκάτῳ δέ τε τίκτει.

CCCX. ARISTOTELES.

Πληροῦ δ' ὁ ἵππος οὐκ ἐν τεταγμέναις ἡμέραις, ἀλλ' ἐνίοτε μὲν ἐν μιᾷ, ἢ δυοῖν, ἢ τρισίν. ἐνίοτε δὲ, πλείοσι. θᾶττον δ' ἐπιβαίνων πληροῖ ὄνος, ἢ ἵππος.

IMplet equus non certo dierum numero: ſed aliquando vno, aut altero, aut tertio, aut pluribus: aſinus autem celerius.

CAESAR.

SPatium metitur implendi. Et comparat aſino. Cum tamen mirum ſit. Nam aſina maris genitale ſemen ferè abijcit à coitu: niſi fuſte agitetur.

Commodiſſimè Theodorus per contrarium ſenſum tranſtulit: *ſeriùs certè quàm aſinus.* Cum eſſet θᾶττον ὄνος ἢ ἵππος: vt hiſtoriam continuaret comparando: non quaſi aliam annecteret hiſtoriam. Nam commodiùs compares hìc equum aſino: quàm aſinum equo: neque enim de aſino agitur. Etiam ἐπιβαίνων omiſit Theodorus rectiſſimè: nam παρέλκει: quonam enim modo impleret ſi non ineat?

CCCXI. ARISTOTELES.

Ἡ δὲ ὀχεία οὐκ ἐπίπονος τῶν ἵππων, ὥσπερ ἡ τῶν βοῶν.

EQuorum coïtus non eſt laborioſus, veluti boum.

CAESAR.

NEque enim mouetur fœmina: neque συγκάμπτεται.

CCCXII. ARISTOTELES.

Λαγνίστατον δὲ καὶ τῶν θηλειῶν καὶ τῶν ἀρρένων ἵππος μετ' ἄνθρωπόν ἐστιν.

SAlaciſſimum eſt omnium, & marium, & fœminarum, genus equorum, præter hominem.

CAESAR.

PRopterea quòd etiam prægnans equa coït: & equus toto anni tempore præſto eſt, atque etiam propenſus. Dixit ἀρρένων καὶ θηλειῶν. Quoniam canis mas multò eſt ſalacior: attentat etiam mares. Sed fœmina non item. Contrà tauri continentiores, adeò vt etiam fœminas relinquant.

CCCXIII. ARISTOTELES.

Ἡ δὲ τῶν νεωτέρων ὀχεία, γίνεται παρὰ τὴν ἡλικίαν, ὅταν εὐβοσία καὶ ἀφθονία γίνηται τροφῆς.

EXcitantur ad coïtum, præter ætatis rationem, iuuenci equi, cū & bono & largo pabulo luxuriāt.

CAESAR.

CAESAR.

Vprà meliùs poſuiſſet cùm ætatem tractabat ad coïtum idoneam: hîc addit eius rei rationem: pabulum ſcilicet, idque & bonum, & vber: vtrunque vt ſit τὸ εὖ, καὶ τὸ πολύ.

CCCXIV. ARISTOTELES.

Ἔστι μὲν οὖν ὡς ἐπιτοπολὺ μονοτόκος. τίκτει μέντοι ποτὲ καὶ δύο τὰ πλεῖστα. ὁ ἡμίονος δὲ ἤδη ἔτεκέ τις δύο· ὃ κρίνουσιν ἐν τέρασιν.

Rarò plures vno parit: parit aliquando etiam geminos, ſed nunquam plures: ſicut & mula quadã quæ geminos peperit. Quod prodigioſum cẽſetur.

CAESAR.

Numerus fœtus: duplex monſtrum ſit in mula & parere, & duo.

Ἐνίοτε τὰ πλεῖστα. Ἐνίοτε, tempus. Τὰ πλεῖστα pullorum numerum dicit. Theodorus peſſimè, vt ſemper vertit τὰ πλεῖστα, *complurimum. Complurimum* ſi Latinum eſt, ſignificat πλειστάκις. Sed τὰ πλεῖστα Ariſtoteles vltimum pullorum numerum dicit. Sicut de Leone infrà, hoc eodem libro, τὰ μέντοι πλεῖστα ἕξ. Item de vulpe: & alibi libro Septimo.

CCCXV. ARISTOTELES.

Ὀχεύει μὲν οὖν ἵππος ὁ τριακοντάμηνος· ὥστε ἤδη ὁ γεννᾶν ἄξιος, ὅταν παύσηται βάλλων. ἤδη δέ τινες ὁ βάλλοντες ἐπλήρωσαν, ὥς φασιν, ἂν μὴ φύσει ἄγονοι τυγχάνωσιν ὄντες.

Coït equus etiam triceſimo menſe ætatis ſuæ: ita vt poſt dentium mutationem ſeſe digna generet. Iam verò etiam dum amitterent adhuc dentes impleuerũt, vt aiunt, niſi ſua natura ſteriles fuerint.

CAESAR.

Repetit hîc quod ſuprà: vbi meliùs coniunxiſſet. Sed meminerimus quod dicebat. Non omni animali ſimul & coitus initia contingere, & facultatem generandi. Itaque triceſimo menſe incipit primores dentes, duos ſuperiores, & duos inferiores mutare. Sed non tum eum generare dicit. Sed ὅταν παύσηται. Subdit deinde hiſtoriã generationis: etiam ante id tempus: ſed mirificè loquutus eſt. Dixit enim ἐπλήρωσαν in præterito: poſteà addidit: ἂν μὴ φύσει ἄγονοι τυγχάνωσι: ſed ſi implêrunt, non fuêre ἄγονοι. Si de futuro loqueretur, potuiſſet ſic addere, ſed quod actum eſt narrat. Vult dicere hoc factum eſſe, & fieri poſſe: ſi autem eueniat vt non impleant, impedimento eſſe naturæ defectum. Vult etiam dicere factum eſſe à multis, & perfectum à pluribus: à quibus autem non ſit perfectum, eos natura defectos fuiſſe.

Βάλλοντες, non ſignificat actum, ſed tempus: à triceſimo menſe vſque ad quartum & quinquageſimum: tunc enim ſunt βάλλοντες: atque vtiliſſimi vt mox dicet.

Γεννᾶν ἄξιος: vt eſſent digna genere, neque degenerarent. Theodorus infeliciter hanc vertit partem. *Sed quoad dignè generare poſſit: tunc tempus eſt cum dentibus mittendis ceſſauit.* Quid enim eſt, *dignè generare*? Latinus neſcit. Et, *quoad*, ad quid dicit? Nos melius. *Cum*: & *mittendis dentibus.* Dura omnia certè, & quæ peregrinum redoleant.

CCCXVI. ARISTOTELES.

Ἔχει μὲν οὖν ὀδόντας τεσσαράκοντα· βάλλει δὲ τοὺς μὲν πρώτους τέτταρας, τριακοντάμηνος, τοὺς μὲν δύο ἄνωθεν, τοὺς δὲ δύο κάτωθεν· ἐπειδὰν δὲ γένηται ἐνιαυτός, βάλλει τὸν αὐτὸν τρόπον τέτταρας, δύο μὲν ἄνωθεν, δύο δὲ κάτωθεν· καὶ πάλιν,

Habet equus dentes quadraginta: amittit primores quatuor menſe triceſimo: duos ſuperiores, totidem inferiores: exacto deinde anno, eodem modo quatuor abijcit, duos ſuperiores, duos inferiores.

ὅταν ἄλλος ἐνιαυτὸς γένηται, ἑτέρους τέτταρας τὸν αὐτὸν τρόπον. τετλάρων δὲ ἐτῶν παρελθόντων καὶ ἓξ μηνῶν, οὐκέτι βάλλει οὐδένα. ἤδη δέ τις εὐθὺς τὸ πρῶτον ἅμα πάντας ἐξέβαλεν, καὶ ἄλλος ἅμα τοῖς τελευταίοις ἅπαντας· ἀλλὰ τὰ τοιαῦτα γίνεται ὀλιγάκις. ὥστε σχεδὸν συμβαίνει, ὅταν τετλάρων ἐτῶν ᾖ καὶ ἓξ μηνῶν, χρήσιμον εἶναι πρὸς τὴν γένεσιν μάλιστα.

Tum ſequenti anno peracto quatuor alteros ad eundem modum. Poſtquam annos quatuor atque inſuper menſes ſex natus fuerit, nullum amplius amittit. Iam verò cuidam omnes cum primis excidère: alij autem cum poſtremis. Verùm hæc rarò fiunt: ita vt ferè quarto & quadrageſimo menſe vtilis maximè ſit ad generationem.

C Æ S A R.

QVONIAM è dentium argumentis ætatem ad generandum idoneam metiebatur: iccircò hoc hic tractat. Concluditque poſt omniū mutationem, eſſe vtiliſſimos admiſſarios. Eam ferè eſſe menſe quinquageſimo quarto. Nam rarò euenit, vt cum primorum iactu omnes exciderent: & contrà cum poſtremorum.

Theodorus, *bini vtrinque:* peſſimè: imò ſinguli vtrinque: & bini infrà ſupráque.

Τέτλαρας ἑτέρους. Theodorus, *quatuor alij: alteri* meliùs. Quoniam alterum æquat numerum: aliud non æquat. Sic doctiſſimus Poëta: *aurea mala decem miſi, cras altera mittam.*

CCCXVII. ARISTOTELES.

Εἰσὶ δ' αἱ πρεσβύτεραι τῶν ἵππων, γονιμώτεραι, καὶ οἱ ἄρρενες τῶν ἀρρένων, καὶ αἱ θήλειαι τῶν θηλειῶν.

SEniores equi tàm mares quàm fœminæ aptiores ſunt ad generandum.

C Æ S A R.

COMPARAT ætatem inter ſe in vtroque ſexu. Non auſim dicere γονιμώτεροι *fœcundiores* de maribus, vt Theodorus: barbarè enim *mas* dicitur *fœcundus.* Neque rectiùs quàm ſi dicas *equum fætum.* Itaque Troianum equum doctiſſimus Poëta cùm vellet dicere fœtum, noluit niſi prudenter loqui, & *machinam* appellauit *fætam armis.*

Ariſtotelis Atticiſmum Theodorus redegit ad Latinum pudorem, & eius prudentiam nos ſequuti ſumus. Nam laxa admodum oratio ſit, ſi dicas. Seniores equi præſtantiores ad generationem, & mares maribus, & fœminis fœminæ.

CCCXVIII. ARISTOTELES.

Ἀναβαίνουσι δὲ καὶ ἐπὶ τὰς μητέρας οἱ ἵπποι καὶ ἐπὶ τὰς θυγατέρας· καὶ τότε δοκεῖ τέλειον εἶναι τὸ ἱπποφόρβιον, ὅταν ὀχεύωσιν ἑαυτῶν τὰ ἔκγονα.

INeunt & matres, & filias equi. Quo argumento iam tum completum armentum putant, cùm ſuam conſcendunt prolem.

C Æ S A R.

EXPLICAT ſalacitatem: quare cum ſuperioribus commodiùs coniunxiſſet: ponitque iudicium armentariorum. Completum autem eſſe armentum quare putant? Quia fœturæ iam habiles ſunt ad ferendum. Cum liberi patrisfamilias patres fiunt, domus completa eſt. Itaque cùm duo poſuiſſet Philoſophus: conſcendere & mares, & filias: poſuiſſétque iudicium armentariorum: vnum tantùm repetit: cùm prolem ineunt: propterea quòd perfectior proles eſt ex admiſſario prouectiore, & iuniore fœmina: quàm ex iuniore equo vetula matre.

Equum tamē detracto oculorum operimento, & cognito cum matre coïtu, petijſſe prærupta, atque exanimatum refert Plinius in Octauo. Idem quoque ſcribit equam eadem ex cauſſa in Reatino agro, *laceratumq́ pariter aurigam:* vbi mendum tolle & lege: *laceratumq́ perorigam.*

Ἱπποφόρβιον, *Agmen* rectè dixeris τέλειον. Quare inde incipiunt ſubtrahere capita quæ vendunt.

CCCXIX. ARISTOTELES.

Οἱ δὲ Σκύθαι ἱππεύουσι ταῖς κυούσαις ἵπποις, ὅταν θᾶττον στραφῇ τὸ ἔμβρυον· καί φασι γίνεσθαι αὐτὰς εὐτοκωτέρας.

Scythæ equabus grauidis equitant cùm primùm fœtus ſe conuerterit. Quo faciliorem partum aiunt euenire.

C ÆSAR.

ARTEM ponit: ſanè motus adiuuat partum. Aggrauata enim acceptabula amittunt: & onerati muſculi ceruicis aperiuntur: & calore excitati muſculi mouentur.

Ὅταν θᾶττον στραφῇ. Nota loquutionem. Alius dixiſſet εὐθὺς ὅταν στραφῇ. Sed Theodorus hiſtoriam laxiorem facit: cùm στραφῇ dixit, *mouerit*: ſed dicit, *conuerterit*, hîc: inſtante partu.

CCCXX. ARISTOTELES.

Τὰ μὲν οὖν ἄλλα τετράποδα, τίκτει κατακείμενα· διὸ καὶ πλάγια πορεύεται τὰ ἔμβρυα πάντων· ἡ δὲ ἵππος ἡ θήλεια, ὅταν ἤδη πλησίον ᾖ τοῦ ἀφιέναι, ὀρθὴ στᾶσα, προΐεται τὸ ἔκγονον.

Cætera quadrupedes pariunt iacentes, atque iccirco earum omnium fœtus in latus exeunt. At equa appropinquante partu erecta ſtans edit prolem.

C ÆSAR.

SVPRA facilitatem coïtus: nunc partus declarat. Nobiliſſimum animal nobiliſſimo corporis habitu naſcitur. Nihil enim virilius quàm ſtare. Itaque omnium animalium equo pertinaciſſimus ſtatus eſt. Habuimus equum Hiſpanum qui nunquam ſomni gratia deiecerit ſe totos viginti dies. Thracem habuimus vento comparabilem celeritate: quem toto anno quater nec decumberet. Philoſophus luxuriatus eſt oratione: ἡ δὲ ἵππος ἡ θήλεια. Nam & de pariente loquitur: & iam dixerat ἡ.

Dixit τετράποδα. Nam fœmina ſupra latere iacens non poſſet parere.

Πλάγια Theodorus, *obliqua*. Ne intellige curua, ſed in latus: ſic enim exeuntes vidimus catulos, & feles, & porcellos, & vitulos.

Ἔκγονον Theodorus, *partum: fœtum* potiùs.

Ὀρθὴ στᾶσα. Theodorus *erigit ſe*: quid ſi non iacet? non igitur eſt ἐπανορθώσασα, aut ἐπανορθωσαμένη: profectò haud tutum eſt ab latere Philoſophi diſcedere. ὀρθὴ στᾶσα. An verò aliquid erectum ſit neque ſtet? Quare igitur addidit? quia ὀρθοὶ erant equi Sybaritici, cùm erecti in pedes poſteriores ſalirent. Icciroo στᾶσα *ſtans tota*.

CCCXXI. ARISTOTELES.

Ζῶσι δὲ τῶν ἵππων οἱ πλεῖστοι, περὶ ὀκτωκαίδεκα ἔτη, καὶ εἴκοσι [ἔνιοι δὲ πέντε καὶ εἴκοσι,] καὶ τριάκοντα· ἐὰν δέ τις θεραπεύῃ, ἐκτείνει καὶ περὶ τὰ πεντήκοντα. ὁ δὲ μακρότατος βίος τῶν ἵππων ἐστίν, ὡς ἐπιτοπολὺ, τριάκοντα ἐννέα ἔτη. ἡ δὲ θήλεια, ὡς ἐπιτοπολὺ, πέντε καὶ εἴκοσιν ἔτη· ἤδη δέ τινες καὶ τετταράκοντα ἔτη βεβιώκασιν. ἐλάττω δὲ χρόνον βιοῦσιν οἱ ἄρρενες τῶν θηλειῶν, διὰ τὰς ὀχείας, καὶ ἴδια τρεφόμενοι τῶν ἐν τοῖς ἱπποφορβίοις.

Equorum plurimi duodeuiginti annos viuunt. Item viginti, atque etiam triginta. Quod ſi bene curentur, pertingunt etiam quinquageſimum. Sed ferè longiſſima vita vndequadrageſimus. Equabus autem quintus & viceſimus. Iam verò quædam etiam quadraginta vixerunt annos. Minùs diu viuunt mares fœminis ob coïtus: & domeſtici quàm armentarij.

C ÆSAR.

NVNC de ætate & vita. Carolus Rex cui ſucceſsit gloriæ noſtræ parens Ludouicus XII. auitarum ſedium noſtrarum reſtitutor, ad Tarum nobiliſsima victoria inſignis, eo in prælio ſedit in equo ſpadice, qui alterum oculum amiſerat, quem dicebant annos na-

tum triginta : memorabili opera regi præſtantiſsimo præſtita : vixit immunis poſteà multos annos.

Nota cùm equis ferè quadraginta vno minùs aſsignat. Quare autem dicit fœminas viuaciores quibus quatuordecim iam adimit? Intelligit de admiſſariis. Itaque addidit in plurali, διὰ τὰς ὀχείας. Armentarij autem equi plus viuunt quàm operarij : multæ ſunt cauſſæ. Nanque & vacui ſunt à labore, & liberius cœlum ſpirant : & tædio carent vinculorum : & paſcuis vtuntur ſinceriotibus : & faciliùs purgantur.

Legebatur ἰδίᾳ τρεφόμεναι : lege τρεφόμενοι. Nam dixiſſet καὶ αἱ ἰδίᾳ τρεφόμεναι.

Theodorus neglexit numerum τὰς ὀχείας.

Τεσσαράκοντα ἐννέα. Theodorus ſuſtulit ἐννέα.

CCCXXII. ARISTOTELES.

Ἡ μὲν οὖν θήλεια, πέντε ἐτῶν, τέλος λαμβάνει μήκους καὶ ὕψους· ὁ δ' ἄρρην, ἓξ ἐτῶν. μετὰ δὲ ταῦτα, ἐν ἄλλοις ἓξ ἔτεσι, τὸ πλῆθος λαμβάνει τοῦ σώματος, καὶ ἐπιδίδωσι μέχρις ἐτῶν εἴκοσι, καὶ ἀποτελοῦνται. τελειοῦνται δὲ τὰ θήλεα τῶν ἀρρένων ἔμπροσθεν· ἐν δὲ τῇ γαστρὶ, τὰ ἄρρενα τῶν θηλειῶν, καθάπερ καὶ ἐπὶ τῶν ἀνθρώπων. τὸ αὐτὸ δὲ τοῦτο συμβαίνει καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων ζώων, ὅσα πλείω τίκτει.

Fœminæ iuſta altitudo longitudóque anno quinto : mari ſexto. Sex annis ſequentibus craſſeſcit corpus : perficiúntque ad viceſimum vſque annum atque perficiuntur. Citiùs abſoluuntur fœminæ quàm mares. At in vtero mares quàm fœminæ : ſicut & in hominum euenit genere. Et in alijs animalibus quæ multipara ſunt.

CAESAR.

NVNC tractum vitæ & perfectionis: ſed neque plena hiſtoria eſt : neque tota vera. Nanque diligentiùs ſic ſcripſiſſet. Poſteriores partes tàm mari quàm fœminæ priùs creſcere, quàm anteriores, ad annum vſque tertium. Tum æqualiter ad ſeptimum vſque: poſteà impleri corpus & craſſeſcere. Adiuuari autem arte naturam. Nanque reſecta iuba collum craſſeſcere : reſecto caudæ nodo clunes. Falſum autem illud eſt, perficere & perfici ad viceſimum vſque. Sexto decimo Phryſij perfecti ſunt : atque etiam ante. Neque Calabri lo ngè aliter. Hiſpani, veteli ſunt duodecimo. Luſitani etiam citiùs. Thraces diutiùs durant : ſed P ræſtantiores ſunt decimo, aut duodecimo quàm poſt. Item Theſſali, atque Illyrici. Neque ex l ibris docemus hæc, ſed experti.

Τὰ θήλεα τῶν ἀρρένων ἔμπροσθεν : non ante, ſed citiùs: intelligit poſtquam ſunt natæ. Nam in vtero citiùs perficitur mas. Rationem alibi diximus : nam principia rei imperfectæ imperfecta ſunt, neque vim habent. At res imperfecta vbi conſtituta eſt citiùs abſoluitur. Rei perfectæ principia valida ſtatim de ſe ſpecimen præbent : ſed res ipſa operoſa eſt, & tempore indiget. Quæ ſponte proueniunt, ea totus annus parturit : tum momento abſoluuntur. At quæ è ſemine procreantur breuiſsimo tempore inchoantur : at tardiſsimè complentur.

Τῶν ἄλλων ζώων ὅσα πλείω τίκτει: τῶν πολυτόκων diffundit hiſtoriam à μονοτόκοις : ne quis aliter ſe habere in hoc putaret naturam : ſicut in numero ſe habet aliter.

CCCXXIII. ARISTOTELES.

Θηλάζειν δέ φασι τὸν μὲν ἡμίονον, ἑξάμηνον εἶτα οὐκέτι προσίεσθαι, διὰ τὸ σπᾶσθαι καὶ πονεῖν· τὸν δὲ ἵππον, πλείω χρόνον.

Aiunt mulum poſt menſem ſextum non adire mammam lactis gratia, vt ante : conuulſione enim iccirco laborare. At equum plus temporis ea in re ponere.

CAESAR.

IN muli hiſtoria meliùs poſuiſſet. Mox equum etiam prægnantem matrem anno ſequenti ſugere videmus quotidie.

Διὰ τὸ σπᾶσθαι, ſimpliciter tractum Theodorus interpretatus eſt. At conuulſionem à dolore etiam intelligimus.

CCCXXIV.

CCCXXIV. ARISTOTELES.

Ἀκμάζει δὲ καὶ ἵππος καὶ ἡμίονος, μετὰ τοὺς βόλους.

Ætatis vigor equo & mulo dentibus mutatis.

CAESAR.

HOc quoque ſuprà dixit. Sed ad generationem tunc. Hîc autem omnimodam vim dicit.

CCCXXV. ARISTOTELES.

Ὅταν δὲ πάντας ἤδη βεβληκότες, οὐ ῥᾴδιον γνῶναι τὴν ἡλικίαν. διὸ καὶ λέγουσι γνώμην ἔχειν, ὅταν ἄβολος ᾖ· ὅταν δὲ βεβληκὼς, οὐκ ἔχειν. ὅμως δὲ μάλιστα γνωρίζεται ἡ ἡλικία μετὰ τὰς βόλους τοῖς κυνόδουσι. τῷ μὲν γὰρ ἱππαστῇ, γίνεται μικρός, διὰ τὴν τρῖψιν· κατὰ τοῦτον γὰρ ἐμβάλλεται ὁ χαλινός· τῷ δὲ μὴ ἱππαστῇ, μέγας μὲν, ἀλλὰ ἀπαμβλυνόμενος· τῷ δὲ νέῳ, ὀξὺς καὶ μικρός.

CVm omnes iam amiſerit, haud facile eſt nôſſe ætatem. Itaque vulgò iactant ſic: cognitionem habere ante amiſſos: amiſſis non habere. Dignoſcitur tamen ætas poſt amiſſionem, de caninis. Septimo enim anno attritu minores fiunt: iuxta enim eos imponitur frenum. Ante id tempus maiores ſunt, ſed obtuſiores. Iunioribus autem acuti & puſilli.

CAESAR.

DENTIVM hiſtoriam diuulſam redintegrat: poſt βόλον iactum dentium non facilè dignoſcitur ætas. Non ſine periculo hoc dicit. Nam βόλος non eſt reparatio, ſed amiſſio. Itaque facillimè cognoſcitur ætas à poſtremo iactu quatuor & quinquaginta menſium. Præterea ſextus annus deprehenditur æqualitate dentium, & ſeptimus. Poſt ſeptimum amittunt nigredinem in caua ſummitate. Id primum ſignum eſt. Nam ſi poſt æqualitatem nigra illa, quos *phaſeolos* vocant Itali, non exceſſit octauum raro annum. Poſteà à canino metimur, & à rugis maxillarum & colli. Item à nodo grandiore caudæ, qui intumeſcit anno duodecimo. Veruli autem labrum inferius demittunt pendulum: & eorum cutis manu tracta conſiſtit, nec redit. Cilia caneſcunt: frons triſtis: hinnitus breuior: aures minùs mobiles: dentes anteriores longiſſimi: ita vt molares ne ſe contingant. Quare exucta ilia ſunt. Oculorum cauitas etiam pullis contingit, qui vetuli parentis proles ſunt. Itaque fallax ſignum: ſed etiam canini dentes ſexto anno ferè prodeunt: verum fallax ſignum. Nam & ante & poſt.

Prouerbium ambiguum recitat Philoſophus: γνώμην ἔχειν ὅταν ἄβολος ᾖ· ὅταν δὲ βεβληκὼς οὐκ ἔχειν. Nam γνώμη actiuè accepta ſignificat mentem & intellectum. Iuuenculos mentem habere, adultos non habere: ſed luditur in γνώμη. Quoniam paſſiuè accipitur: cognitionem, id eſt non cognoſcuntur. Pendet tota ratio à verbo quod poſuit ibi γνῶναι. Argutionem etiam dabimus: λέγουσι γνώμην: dicunt ſententiam ſic: ἔχειν ὅταν ἄβολος ᾖ. Eludere in verbo βάλλω: vt βάλλειν ſignificet amittere dentes, & etiam emittere. Itaque ludere in ambiguo. Habere dentes, cùm ἄβολος eſt: id eſt nondum βέβληκε, id eſt emiſit: & non habere cùm βέβληκε: propterea quòd amiſit. Itaque etiam in aſino poſtremos vocant γνώμας, γνώμονα, & γνώματα. Theodorus aliter interpretatus eſt. *Certa ſub ortu, incerta ab ortu.* Quid ſibi velit neſcio: neque lepor, neque luſus, neque vis eſt in his verbis. Nam etiam βόλον malè *ortum* interpretatur. Nam ſuprà βάλλει dixit, *amittit.* Quare peſſimè dixit, ἀκμάζει μετὰ τὰς βόλους, *ab ortu dentium vigent.* Nam oriuntur pullis recens natis, id eſt incipiunt oriri: at verè oriuntur altero & triceſimo menſe: id intellige cùm omnes amiſerint, vt mutent. Ἄβολος igitur cùm nondum quenquam abiecit: βεβληκὼς cum omnes. Item ἄβολος cùm non omnes: quia ſimpliciter dicit, μετὰ τὰς βόλους.

Τῷ δὲ μὴ ἱππαστῇ: laxè nimis. Nam & maiores natu quàm ſeptuennes, non ſunt ſeptuennes: ſed μήπω debuit dicere.

Ἀπημβλυμένος. Theodorus, *ſed non vertice extans adactiore.* Nondum intellexit quid velit Philoſophus: ἀπαμβλυνόμενος lege. Nam vetulis dat τρῖψιν, atque ex ea paruitatem: ante id tempus magnitudinem, ſed obtuſam: ante hos magnitudinem acutam. Primum igitur ſunt & magni & acuti. Deinde magni ſed mucronem amiſêre. Tandem etiam magnitudinem amittunt ipſam.

CCCXXVI.

CCCXXVI. ARISTOTELES.

Ὀχεύει δὲ ὁ μὲν ἄρρην, πᾶσάν τε ὥραν, καὶ ἕως ἂν ζῇ· καὶ ἡ θήλεια δ', ὀχεύεται ἕως ἂν ζῇ· οὔπω δὲ πᾶσαν ὥραν, ἐὰν μή τις δεσμὸν ἢ ἄλλην τινὰ προσπεριθείσῃ ἀνάγκην· ὥρα δ' οὐκ ἀφαιρεῖται οὐδεμία τῆς μόνη τοῦ ὀχεύεσθαι καὶ ὀχεύειν. οὐ μέντοι γε ὅτ' ἔτυχε γινομένης τῆς ὀχείας, δύναται ἃ ἂν γεννήσωσιν, ἐκτρέφειν.

Coit mas & quouis tempore, & quoad viuit. Fœmina autem idémque & coëundi, & vitæ finis eſt: ſed non quocunque tempore: niſi quis vinculis, aliave qua re afferat neceſſitatem. Nec tempus vllum certum huic, aut illi tollit libidinem. Cæterùm non quocunque coïerint tempore, queunt quod genuerint educare.

CAESAR.

NVNC à tempore coëundi dicit ſententias. Prima. Mas & fœmina coït quoad viuit: quæ ita interpretanda eſt, vſque ad vitæ exitum: & tamen falſa eſt. Maxima enim equarum pars ſenecta ſeneſcit.

Secunda ſententia. Mas quouis anni tempore coïtum appetit: fœmina non, ſed multa ſpatia intermittit: nec niſi coacta patitur marem.

Tertia quæ videbatur ſecundæ contraria. Nec mas, nec fœmina tempus vllum certum habet coëundi. Id eſt non magis ver quàm Autumnum. Atque hoc ita fit. Duodecimo parit menſe intermiſsis paucis diebus: repetit, concipit, vndecim menſes gerit: ſemper igitur ad quinquaginta dies excurritur ex anni curriculo ad coïtum repetendum. Adeò vt quæ Maio conceperint, quinto aut ſexto anno poſt, pariant Auguſto menſe, aut Septembri. Quo tempore id euenit quod ſententia quarta profitetur. Non è quouis initu & conceptione poteſt natus fœtus educari: deſerta terra pabulo Sirij ſiccitate: & hyemis torrida tempeſtate interueniente.

Ὅτ' ἔτυχε: *quouis euentu, aut ſorte temporis.* Theodorus adornauit additis illis verbis: *ſed ingenium hominis arcet*: atque ἀνάγκην interpretatus eſt, *impedimentum*: non malè. Nam faſciis compeditarum domitamus contumaciam cùm reſpuunt operam equiſonis: aut ad curam vlcerum: aut ad ſoleas affigendas. Quare autem velint vincire, vt marem patiatur fœmina cùm non vult, neſcio: ſed conditionali coniunctione vſus eſt Philoſophus.

CCCXXVII. ARISTOTELES.

ἘΝ Ὀποῦντι δὲ ὁ φορβὰς ἵππος ὤχευεν ἐτῶν ὢν τεσσαρακοντα. ἔδει δὲ τὰ πρόσθια σκέλη συνεπαίρειν.

IN Opunte gregarius equus quadragenarius inibat. Sed eius anteriora crura contollere oportebat.

CAESAR.

VT confirmaret opinionem coëundi ἕως ζῶντι. Sed dum affert hiſtoriam tollit fidem. Quoniam ſolus ille id faciebat: aſſuetus ſcilicet.

Ὁ φορβὰς ἵππος: ſuprà ἱπποφόρβιον *gregem equorum*. Sic Theodorus *gregarium equum* rectiſſimè dixit. Neque enim vera dicunt Grammatici: *gregem* de minutis tantùm eſſe animalibus. Nam de homine quoque dicitur: ſic *greges armentorum*.

Συνεπαίρειν. Quoniam ipſe vnum tantùm tollebat aut alterum ægrè: σὺν, adiuuare: opem enim ſignificat.

CCCXXVIII. ARISTOTELES.

Ἄρχονται δ' ὀχεύεσθαι αἱ ἵπποι τοῦ ἔαρος.

VEre coïtum auſpicantur equa.

CAESAR.

SVprà dixerat nullum certum tempus. Nunc autem aſſignat. Num igitur ſibi tam breui contradicit? non: ſed dixit nullum certum tempus auferre libidinem. Nam etiam prægnantes

equæ pruriunt. Quare poſſunt certo coïre tempore: quod tempus non auferat aliâs coëundi deſiderium. Et nunc primum quenque coïtum notat.

Αἱ ἵπποι. Quoniam mares quouis incipiunt tempore. Theodorus malè vertit genere maſculino.

CCCXXIX. ARISTOTELES.

Ὅταν δὲ τέκῃ ἡ ἵππος, οὐκ εὐθὺς πίμπλαται, ἀλλὰ διαλείπει χρόνον, καὶ τίκτει ἀμείνω τετάρτῳ ἢ πέμπτῳ ἔτει μετὰ τὸν τόκον. ἕνα δ᾽ ἐνιαυτὸν καὶ πάμπαν ἀνάγκη διαλείπειν, καὶ ποιεῖν ὥσπερ νεόν.

Poſtquam peperit equa non continuò implétur: ſed aliquandiu abſtinet. Ac quarto quintóue poſt partum anno parit præſtantiora. Vnum ſaltem annum interponere neceſſe eſt: ac tanquam noualem quendam facere.

CAESAR.

VTINAM hoc non dixiſſet Philoſophus. Nam ſingulos annos equæ pariunt generoſæ. Sed ita voluit vt doceret: non vt narraret. Sexto enim etiam die repetunt coïtum & implentur. At incommoda multa ſequi intellige. Nam effœtæ citò fiunt, & minùs commodè alitur pullus: & minùs generoſa procreantur: niſi ſaltem annus interponatur.

Ἀμείνω, *meliora.* aut *præſtantiora*: non *meliùs*, vt Theodorus: dum enim *meliùs* vertit, peiùs interpretatur. Nam meliùs procreare ad matris officium ſpectat: at meliora ad fœturam.

Ὥσπερ νεόν: ſic in decimo *Hiſtoriarum* de muliere, νεωνὶ dicit: at in Codice alio τέκνωσιν emendârunt. Definiuit enim aruum noualem per ἐνιαυτὸν, & per διαλείπειν: ſic Virgilius. *Alterniſque ſines annis ceſſare nouales.*

CCCXXX. ARISTOTELES.

Ἵππος μὲν οὖν, διαλείπουσα τίκτει, ὥσπερ εἴρηται· ὄνος δὲ συνεχῶς.

EQua igitur per interualla parit. Aſina autem nunquam intermittit.

CÆSAR.

STatim enim à partu coït & concipit aſina: ἡμίονος ſcriptum fuit. Theodorus ὄνος legit optimè: partus enim mularum prodigioſus.

CCCXXXI. ARISTOTELES.

Γίνονται δὲ τῶν ἵππων αἱ μὲν [καὶ] ἄτεκνοι ὅλως· αἱ δὲ συλλαμβάνουσι μὲν, οὐ δύνανται δ᾽ ἐκφέρειν· σημεῖον δὲ τοῦ τοιούτου λέγουσιν εἶναι, τὸ ἔμβρυον ἀνασχιζόμενον ἔχειν ἄλλα νεφροειδῆ περὶ τοὺς νεφροὺς, ὥστε δοκεῖν τέτταρας εἶναι νεφρούς.

SVnt nonnullæ equæ ſteriles omnino. Aliæ concipiunt quidem, ſed perferre nequeunt. Harum argumentum obſeruârunt in diſſecto pullo Circum cuius renes renum ſpecie alia ſint, quaſi renes videantur eſſe quatuor.

CAESAR.

A Defectu generationis ſcribit hiſtoriam. Nam eſſe quaſdam ſteriles ait. Cauſſam non adducit, ſed ex Decimo libro petas in mulieribus. Eſt enim tota in hac Philoſophia homo aliorum regula animalium.

Alias ait concipere, ſed non perferre ad maturitatem. Itaque ἄτεκνοι æquiuocum eſt. Nam quæ arbortum faciunt ἄτεκνοι ſunt. Icciרco addidit ὅλως.

Ponit quandam notam obſeruatam in pullo à renibus. An igitur indicium hoc aliquid habeat cauſſæ in ſterilitate? fortaſſe etiam matres illud habent, quare corrumpatur ſemen genitale, aut incommodent calore ſuo concepto fœtui.

Theodorus:

Theodorus: *fit etiam vt aliquæ ſteriles ſint.* Imò verò ſtatim ſunt à natura. Nam hoc verbum, *fit*, hoc loco auertit nos ab hiſtoriæ ſimplicitate.

Ἐκφέρειν. *In lucem ad metam vſque debitam ferre.* Theodorus peſſimè, *edere nequeant.* Imò pluſquam poſſunt edere. Idem malè addidit, *propemodum*: nam adeò gerunt ſpeciem renum, vt inter renes connumerentur.

CCCXXXII. ARISTOTELES.

Ὅταν δὲ τίκῃ ἡ ἵππος, τότε χόριον εὐθὺς κατεσθίει, καὶ ἀποδάκνει τοῦ πώλου ὃ ἐπιφύεται ἐπὶ τῷ μετώπῳ τούτων τῶν πώλων, ὃ καλεῖται ἱππομανές. ἔστι δὲ τὸ μέγεθος, ἔλαττον μικρῷ ἰσχάδος· τὴν δὲ ἰδέαν, πλατὺ, περιφερὲς, μέλαν. τοῦτο ἐάν τις φθῇ λαβὼν, καὶ ὀσφρῆται ἡ ἵππος, ἐξίσταται καὶ μαίνεται πρὸς τὴν ὀσμήν. διὸ καὶ αἱ φαρμακίδες ζητοῦσι καὶ συλλέγουσιν.

Equa vbi pepererit illicò deuorat ſecundas. Itémque auulſum de pullo id, quod in equorum genere pullorum fronti innaſcitur, Hippomanes *nomine, magnitudine parua carica, facie latum, orbiculatum, nigrum. Hoc ſi quis præueniens auferat, odore eius ſollicitata equa, ſurgit: atque vbi olfecit, furit. Quamobrem veneficæ id quærunt, atque colligunt.*

CÆSAR.

NVNC ab euentis in partu. Idque à partibus tàm extra fœtum neceſſariis, quàm in fœtu non neceſſariis. Nam ſecundæ ſunt neceſſariæ: at hippomanes fœtus pars non neceſſaria. Eſt enim excrementum in quod virus totum expurgatur.

Κατεσθίει *deuorat*, ſecundas & ἀποδάκνει: ἀπὸ, quoniam auulſum de fronte.

Nota loquutionem: τοῦ πώλου, quaſi partem τὸ τοῦ πώλου: poſteà dicit ὃ ἐπιφύεται. τὸ ἐπὶ, tanquam partem ſuperfluam: τούτων τῶν πώλων, vt rem naturalem toti generi attributam ſignificaret.

Μέλαν: omiſit χρῶμα: nam μέγεθος, & εἶδος dixerat. Iſocrates dixiſſet ὄνομα μὲν ἱππομανὲς, μέγεθος δὲ, εἶδος δὲ, χρῶμα δέ.

Φθῇ. Quoniam ſi non aliquis λαμβάνει, mater ἀποδάκνει. Virgilius: *Et matri præreptus amor.*

Ὀσφρῆται, delato temerè ac fortè odore. Πρὸς τὴν ὀσμήν. Quoniam captat poſteà iam deprehenſum. Theodorus ὀσφρῆται & ὀσμὴν, vtrunque vno verbo iterato: *odorem*, &c, *odore.*

Διό: quoniam μαίνεται, vt furorem incutiant amaſijs, infami diuini viri atque incomparabilis Poëtæ Lucretij interitu. Philoſophus addit poſtea pullum negligi à matre.

CCCXXXIII. ARISTOTELES.

Ἐπὰν δὲ ὀχευομένην ἵππον ὑπὸ ἵππου ὄνος ὀχεύσῃ, διαφθείρει τὸ ἔμβρυον τὸ ἐνυπάρχον.

Impletam ab equo equam, aſinus ſi ineat, corrumpit conceptum fœtum.

CAESAR.

QVoniam ex equino & aſinino genere fit mulus, videtur id ex ſeminum fieri concordia. Nunc diſcordiam ponit.

Διαφθείρει actiuè, vt cauſſam efficientem aſinum indicet. Theodorus nimis laxè, *corrumpitur.* Neque enim cauſſa deſignatur à paſſiuo.

CCCXXXIV. ARISTOTELES.

Ἵπποι δὲ ἡγεμόνα οὐ καθιστᾶσιν οἱ ἱπποφορβοί, ὥσπερ βοῶν, διὰ τὸ μὴ μόνιμον εἶναι τὴν φύσιν αὐτῶν, ἀλλ' ὀξεῖαν καὶ εὐκίνητον.

Equis nullum præſtituunt ducem armentarij: ſicut faciunt bobus: propterea quòd vagum ſuapte natura animal eſt, acréque, quaque de cauſſa ad motum propenſum.

CAESAR.

CAESAR.

HOc quoque ſuprà de capris eadem ratione, & iiſdem verbis.

Μὴ μόνιμον, *vagum* Theodorus languidè, *non ſtabilis*: & ὀξεῖαν vertit *mobilem*. At plus eſt ὀξὺ: celeritatem enim ſignificat: & motus ipſius acritatem: qui momentis temporis acuatur.

Εὐκίνητον, *procacem* Theodorus peſſimè: *procare* eſt petere, vnde *preces*: prociere, proclamare.

CAPVT VIGESIMVM TERTIVM,

Aſinorum generatio, & ætas.

CCCXXXV. ARISTOTELES.

ὌΝΟΣ δὲ ὀχεύει μὲν καὶ ὀχεύεται τριακοστάμηνος.

ASinus, aſináque coëunt menſe ætatis triceſimo.

CAESAR.

AD ſimillimum genus tranſit ſtatim meritò: ſed non poſuit illas animaduerſiones quas in equo: ὥστε ἀξίως γεννᾷν, &c. Sed verum eſt non ſolùm coïre, ſed etiam concipere.

CCCXXXVI. ARISTOTELES.

ΚΑὶ βάλλει τοὺς πρώτους ὀδόντας· τοὺς δὲ δευτέρους ἕκτῳ μηνὶ, καὶ τοὺς τρίτους καὶ τοὺς τετάρτους ὡσαύτως· τούτους δὲ γνώμονας καλοῦσι, τοὺς τετάρτους.

ET tunc amittit primos dentes: ſecundos autem ſexto menſe. Ac tertios quartoſq́; ſimili modo. Hos autem quartos gnomas vocant.

CAESAR.

SEXTO quoque menſe poſt triceſimum amittere dentes dicere potuit. Ita vt duodequinquageſimo menſe *gnomonas* amittat. Quos ſic appellant à dignoſcenda ætate: genere maſculino *gnomonas*, fœminino *gnomas*, neutro *gnomata*. Hîc γνώμονας legit Theodorus, in noſtro Codice γνώμας ſcriptum eſt. *Normas* potes interpretari: γνώρισμα abiectis duobus elementis, *norma*.

Ὡσαύτως, ſcilicet ſexto quoque menſe.

CCCXXXVII. ARISTOTELES.

Ἤδη δὲ καὶ ἐνιαυσία ὄνος ἐκύησεν, ὥστε καὶ ἐκτραφῆναι.

IAm verò etiam annicula aſella concepit, ita vt etiam educârit.

CAESAR.

QVoniam ſuprà de equabus, ἐκύει μὲν ἀλλ' οὐκ ἐξέφερε. Sic infra de mula οὐκ ἐξετραφῆ δὲ τέλος. Theodorus fusè, *perfici atque adoleſcere*, ἐκτραφῆναι: rectè, ſed imprudenter poſuit, *poſſet*: pro *potuerit*. Nam quî ſcis ipſam poſſe, niſi quia potuerit?

CCCXXXVIII. ARISTOTELES.

Ἐξουρεῖ δὲ, ὅταν ὀχευθῇ, τὴν γονὴν, ἐὰν μὴ κωλύηται· διὸ τύπτουσι μετὰ τὴν ὀχείαν εὐθὺς, καὶ διώκουσι.

EXceptum coïtu ſemen emingit, niſi prohibeatur. Iccirco poſt coïtum ſtatim verberibus inſectatur.

CAESAR.

ACre enim ſemen aſini eſt,ſicut & vrina. Dixit ἀζηρεῖ ſicut ſuprà de ſcrofis. Interdum cum vrina porciam ſeu capriam, vtrunque enim poſſumus dicere,emittunt: & quia idem meatus veſtibulum ad ſeminis & ad vrinæ exitum eſt. Theodorus neglexit hoc verbo nimis laxo,reiicit.

Κωλύηται, *interpelletur* Theodorus ex Plinio,non ſatis apertè.

Διώκωσι: quoniam aufugiunt: verbera autem aliàs faciunt egerere,canes,& ſimias, & homines: hîc autem auertunt animum aſinæ ab egerendo ad curſuram. At quanquam equæ mingunt currentes, id tamen non faciunt,niſi ſumma, atque extrema neceſſitate.

CCCXXXIX. ARISTOTELES.

Τίκτει δὲ δωδεκάτῳ μηνί.

Parit menſe duodecimo.

CAESAR.

QVæ eſt vna cauſſa,qua conueniat equina,aſininàque natura mulo procreando.

CCCXL. ARISTOTELES.

Τίκτει δὲ τὰ μὲν πολλὰ, ἕν· μονοτόκον γάρ ἐστι φύσει· τίκτει δ' ἐνίοτε καὶ δύο.

VNam ferè parit,hæc enim eſt eius natura:quanquam interdum & duos.

CAESAR.

QVare igitur φύσει μονοτόκον dixit, ſi etiam duos parit? Nam φύσει parit:ſemper Ariſtoteles metitur opera naturæ ab euentu frequentiore. Rarius autem quæ contingunt naturam coactam, aut conatum. Hîc φύσει ordinariam naturam dicit. Theodorus verò peſſimè conſuluit,vel veritati,vel Latinitati:cùm dixit *ſingulatim procreare prolem*.Singulatim parit ſus: vnum poſt vnum: oſtiatim mendici multa oſtia vno circuitu pulſant. Æs viritim diuidet magiſter Curiæ vna largitione multis.

CCCXLI. ARISTOTELES.

Ὁ μὲν οὖν ὄνος ἐπαναβὰς, διαφθείρει τὸ τοῦ ἵππου ὄχευμα, ὥσπερ εἴρηται· ὁ δὲ ἵππος τὸ τοῦ ὄνου οὐ διαφθείρει, ὅταν ᾖ ὀχευομένη ἡ ἵππος ὑπὸ τοῦ ὄνου.

AC quemadmodum,vt diximus equi conceptum corrumpit aſinus coïens. Ita equus aſini, cùm inita ab eo equa fuerit.

CAESAR.

MVtuæ clades & diſſidia naturæ,vt eadem vis agendi & patiendi vtrobique ſit. Ita vt nos vertimus legitur in noſtro codice. Theodorus negatiuè legit, ὁ δ' ἵππος τὸ τοῦ ὄνου οὐ διαφθείρει. Certè Plinius qui à ſententia Philoſophi ne latum vnguem diſcedit, in octauo de mulis loquens idem ſentit. Quare putandum in archetypo ita ſcriptum fuiſſe, vt & Plinius poſuit, & vt Theodorus aut eum ſequutus, aut exemplar correctius & antiquius nactus interpretatus eſt. Nos autem vt in noſtro Aldino reperimus, ita repoſuimus. Cum Plinio tamen ſentimus. Itaque ſic vltimam partem huius apoteleſmatis interpretabimur cum negatione. *At non ita equus aſini,cum inita ab eo equa fuerit.*

CCCXLII. ARISTOTELES.

Ἴχει δὲ γάλα κύουσα, δεκάμηνος οὖσα.

Grauida menſe decimo lac habet.

CAESAR.

Non dicit δεκάμηνος οὖσα: ſed δεκάμηνος οὖσα κύουσα.

CCCXLIII. ARISTOTELES.

Τίκτουσα δὲ, βιβάζεται ἑβδόμῃ ἡμέρᾳ, καὶ μάλιστα δέχεται τὸ πλῆσμα ταύτῃ τῇ ἡμέρᾳ, βιβασθεῖσα· λαμβάνει δὲ καὶ ὕστερον.

A Partu initur die ſeptimo: eóque huius diei initu potiſſimùm impletur: quanquam etiam poſt.

CÆSAR.

Striatim explicat hiſtoriam: prioris initus: lactis grauidæ: initus repetiti, cui duplex aſſignat tempus: certum, vtiliſſimum, & incertum.

Theodorus negligenter πλῆσμα *initum* dixit. Neque enim quouis initu impletur: & rurſus: *ſed poſt modum etiam patitur*: imò verò impletur.

CCCXLIV. ARISTOTELES.

Ἐὰν δὲ μὴ τέκῃ πρὶν τὸ γνῶμα λείπειν, οὐκέτι λαμβάνει πλῆσμα, οὐδὲ κυΐσκεται τοῦ λοιποῦ βίου παντός.

Qvòd ſi pepererit priuſquam gnomonas amittat, nunquam ampliùs aut impletur, aut coït poſteà quandiu viuat.

CAESAR.

Ab euentu affectionem ſterilitatis: quoniam feſtinatam vim attulerat naturæ: γνῶμα hîc neutro genere poſitum.

Πλῆσμα & κυΐσκεται: vt non ſolùm ſterilis ſit, ſed etiam auerſetur initum. Theodorus vnica voce *initum recipere*: malè.

CCCXLV. ARISTOTELES.

Τίκτειν δὲ οὐ θέλει οὔτε ὁρωμένη ὑπ' ἀνθρώπου, οὔτε ἐν τῷ φωτί· ἀλλ' εἰς τὸ σκότος ἀπάγουσιν, ὅταν μέλλῃ τίκτειν.

Non vult parere in conſpectu hominis, aut in luce: ſed in tenebras abducunt parturientem.

CÆSAR.

Verecundia aſinina. Ἀπάγουσιν: *ducitur* Theodorus: meliùs *abducunt*: vt non ſolùm actio ſequatur, ſed etiam præceptio artis ſit.

CCCXLVI. ARISTOTELES.

Τίκτει δὲ διὰ βίου, ἐὰν τέκῃ πρὶν τὰ γνώμονα λείπειν.

Tota vita parit ſi non antè pepererit quàm amittat gnomonem.

CAESAR.

Rectiùs coniunxiſſet cum ſuperiori: poſteà pudorem illum narraret: λείπειν hîc quod βάλλειν ſuprà.

CCCXLVII. ARISTOTELES.

Βιοῖ δὲ ὄνος πλείω τριάκοντα ἐτῶν, καὶ ἡ θήλεια τοῦ ἄρρενος πλείω ἔτη.

Viuit aſinus plus annos triginta: ac fœmina quàm mas diutiùs.

CAESAR.

Qvoniam æquârat fœcunditatis & vitæ ſpatium, iccircò addit quantum viueret. Nam alioqui commodiùs in finem Capitis diſtuliſſet.

Theodorus, *vita amplior:* malè. Amplum eſt capax. Nemo dixit *amplam vitam:* & licenter nimis dixit, *fœminam mare viuaciorem:* neuter enim viuax eſt: mirum verò cur Philoſophus longiorem vitam fœminis quàm maribus tribuerit: quemadmodum & ſuperiùs in genere equorum. Niſi dicamus eandem vtrique generi rationem competere: vt ſcilicet aſinos intelligamus admiſſarios & qui quotidiano oneri ferendo conſtituti ſunt: fœminas autem quæ tantùm proli ferendæ deſtinantur.

CCCXLVIII. ARISTOTELES.

Ὅταν δὲ ἵππος ὀχεύῃ ὄνον, ἢ ὄνος ἵππον, πολὺ μᾶλλον ἐξαμβλοῖ, ἢ ὅταν ὁμογενῆ ἀλλήλοις μιχθῇ, οἷον ἵππος ἵππῳ, καὶ ὄνος ὄνῳ.

Cum equus aſinam, aut aſinus equam init, longè magis hebetantur, quàm ſi congeneres coeant: cum equa equus, aſinus cum aſina.

CAESAR.

Perseqvitvr fœtationum affectiones. Πολὺ μᾶλλον ἐξαμβλοῖ: ſuprà quoque dixit ἐμβόλιμον. τὸ, ἐξ demptionem ſignificat, hebetantur: hebetem enim dicimus pigram naturam exutam acritate coëundi. Itaque non tam citò coïtus repetitur. Ratio adeſt, faciliùs τὰ συμβολικὰ perſeuerant. Theodorus malè per *aborſum,* interpretatus eſt: ſed potiùs dicas *effœtantur.* Mox infrà ſeipſum interpretatur Philoſophus: ἄγονον γίνεται: vt ſi non fiat, ἐξαμβλοῖ: ſi multum, ἄγονον γίνεται. Malè quoque Latinè loquutus eſt Theodorus: *equus cum aſina, vel aſinus cum equa inierit.* Vtérque igitur aliud quippiam inire.

Ὁμογενῆ ἀλλήλοις μιχθῇ: *miſcentur congeneres:* meliùs de diuerſis dicas *miſceri:* vſi ſumus voce Pliniana, quam puto poſiturum fuiſſe Theodorum, ſi in mentem veniſſet: *vnigenam* maluit dicere. Sed μονοτόκον *Mineruam* Catullus *vnigenam* appellauit: μονογενῆ *vnigeneres* debuit dicere.

CCCXLIX. ARISTOTELES.

Ἀποβαίνει δὲ καὶ ὁ τῆς κυήσεως χρόνος, ὅταν μιχθῇ ἵππος καὶ ὄνος, κατὰ τὸ ἄρρεν. λέγω δὲ, ἐφ᾽ ὅσον χρόνον τοῦτο γίνεται, ἐξ ὁμογενῶν γινόμενον. τὸ δὲ μέγεθος τοῦ σώματος, καὶ τὸ εἶδος, καὶ ἡ ἰσχὺς, μᾶλλον τῇ θηλείᾳ ἀφομοιοῦται τοῦ γεννωμένου.

Secundùm maris naturam euenit vteri gerendi tempus, cùm diuerſo coïuerint. Tantundem inquam temporis, quanto perficitur ipſe ſuo è genere cùm procreatur. At corporis magnitudo & facies, & robur prolis potius matrem repræſentat.

CAESAR.

Pvlcherrimvm apoteleſma: vt è fœmina potiùs ſit materia, à mare autem perfectio. Ibi ὕλη, hîc ἐντελέχεια. Nam tempus à mare pendet, ſi cum fœmina generis diuerſi coierit: à fœmina autem corporis magnitudo & facies, id eſt accidentia, & figura, & robur: quoniam neruus quoque materia eſt. Sed dubitamus hîc. Nam equa vndecim menſes gerit, duodecimo parit. Ita etiam aſina parit duodecimo. Totidem enim aſinæ quot equæ, & eiſdem menſibus & ſimili modo, vt ait Plinius. Neque ſi eſſent diſcordes tertium generarent. Altera dubitatio eſt. Nam quæ mulæ ex aſino & equa procreantur, ſanè ſunt contumaces, vt pater, & auriculis longioribus: neque natura ſunt gradariæ, ſed arte fiunt: neque equæ pulchritu

pulchritudinem repræſentant. Contrà quæ ex equo & aſina. Patri ſimillimæ: generoſæ, tractabiles: ſpecie inſigni: auriculis, collóque, ac pectore patris: cuius & hinnitum referunt: ſed gradariæ natura ſunt, & ea referunt matrem: vngula quoque equina potiùs.

Ὅταν μιχθῇ ὄνος ἢ ἵππος. Quoniam Græcus dicit, ὁ ἢ ἡ vtrunuis: iccireo facile fuit Philoſopho ſic loqui. At ſanè nobis non licuit. Itaque per genera diuerſa explicauimus: vt vtrunque vtroque à ſexu miſceremus. Quare minùs pudenter Theodorus dixit. *Equus cum aſino coierit*. Neque ſi corrigas, vt dicas *cum aſina*, ſatis eſt: ſed intelligendum etiam aſinum cum equa.

Hunc autem commentarium ſic etiam Latinè potes reddere παραφραστικῶς. Vteri gerendi tempus à maris natura pendet. Quanto enim temporis tractu perfectus fuit in vtero admiſſarius è congeneribus parentibus procreatus, tanto fœtus ipſe quem procreat continetur: fœtus & magnitudo, & facies, & robur matrem potiùs, quàm patrem repræſentat.

CCCL. ARISTOTELES.

Ἂν δὲ συνεχῶς μίσγηται, καὶ μὴ διαλείπῃ χρόνον τινὰ οὕτως ὀχευόμενα, ταχέως τὸ θῆλυ ἄγονον γίνεται. διὸ συνεχῶς οὐ μίσγουσι δὲ γε περὶ τὰ τοιαῦτα πραγματευόμενοι, ἀλλὰ διαλείπουσί τινα χρόνον.

Quòd ſi eiuſmodi mixtio perpetuetur: neque ita coëundi tempus vllum intermittatur, breui fœmina effœtatur. Iccirco qui hoc agunt, non perpetuò miſcent, ſed interponunt tempus.

CAESAR.

NVNC affectionem alteram ponit. Nam ſuprà dixerat hebetari vno aut altero initu: nunc etiam effœtari.

Συνεχῶς, *perpetuetur*: verbum Ciceronis. Perpes eſt continuum. *Noctem* Soſia Plautinus *perpetem* dicit, in qua nulla hora fuit quin penderet. Vult dicere inter coïtum ἐπιοχευόμενων, non interuenire coïtum τῶν ὁμογενῶν. Itaque fit quædam συνέχεια, non temporis, ſed coïtuum. Theodorus malè συνεχῶς, *frequenter*: imò contrarium eſt frequens continuo. Quoniam frequens eſt diſcretum.

Ταχέως *breui* Theodorus: benè Latinè. Idem ἄγονοι γίνεται *ſterileſcit*: bene: maluimus tamen *effœtam* dicere: hoc enim ſignificat Latinè eam quæ geſſit, & ceſſat.

CCCLI. ARISTOTELES.

Οὐ προσδέχεται δ' οὔτε ἡ ἵππος τὸν ὄνον, οὔτε ἡ ὄνος τὸν ἵππον, ἐὰν μὴ τύχῃ τεθηλακὼς ὁ ὄνος ἵππον. ὑποβάλλουσι γὰρ ἐπίτηδες οὓς καλοῦσιν ἱπποθήλας. οὗτοι δὲ ὀχεύουσιν ἐν τῇ νομῇ βίᾳ κρατοῦντες, ὥσπερ οἱ ἵπποι.

Non admittit aut equa aſinum, aut equum aſina, niſi aſinus vel fœmina equam ſuxerit. Ergo dant operam, vt ſupponant eos quos vocant Equirumos. *Hi ineunt in paſcuis vi ſuperantes, velut equi.*

CAESAR.

HOC quoque mendacium eſt, & propoſitam hiſtoriam malè deducit. Negat equam aſinámque admittere alterius generis admiſſarium. Ac poſteà: aſinum tantùm equa ſubiicit, qui ſit futurus admiſſarius in paſcuis. Nam equum quoque aſinam ſuxiſſe par eſt. Imo ita intelligas è contrario. Aſinos equas inſcendere etiam qui equum non ſuxerint. Equum autem aſinam non inſcendere. Quare ſatius fuit corrigere naturam vbi deficiebat. Cum igitur equum ad aſinam adducunt, neque conſcendit: equam admouent: tum capite obuoluto ſupponunt aſinam.

Ὁ ὄνος ἢ ἵππον, neceſſariò ὁ ὄνος, interpretati ſumus tàm marem quàm fœminam. Non vt Theodorus marem tantùm: hiſtoria enim de vtroque eſt. Et Græca vox id complectitur.

Προσδέχεται. Theodorus *recipit*: minùs planè: nos *admittit*.

Ὑποβάλλουσι, *admittunt*: imò ſubiiciunt vberibus: atque icciroo ἱπποθήλας vocant: *Equirumos* meliùs dicas quàm *equimulgos*, vt Theodorus. Etenim qui ſugit θηλάζεται: papillatur, at non mulget.

CAPVT VIGESIMVM-QVARTVM,

Mulorum generationes, & ætates.

CCCLII. ARISTOTELES.

Ὁ δὲ ὀρεὺς, ἀναβαίνει μὲν καὶ ὀχεύει μετὰ τὸν πρῶτον βόλον ἑπταετὴς δ' ὤν, καὶ πληροῖ, καὶ ἤδη ἐγένετο γίννος ὅταν ἀναβῇ ἐφ' ἵππον θήλειαν, ὕστερον δ' οὐκέτι ἀναβαίνει. καὶ ἡ θῆλυς δὲ ὀρεὺς ἤδη συνελήφθη, οὐ μέντοι γε ὥστ' ἐξενεγκεῖν διὰ τέλους.

MVlus conſcendit atque coït, poſt amiſſos dentes priores. Septuennis autẽ etiam implet. Ac iam ex eius, & cum equa coïtu ginnus procreatus eſt: ſed is rurſus non item coït. Atque olim mula facta grauida eſt: ſed quæ ad finem perferre fœtum non valuit.

CÆSAR.

NVSQVAM toto opere tàm dubitauimus: quomodo mulos fœcundos nôrit Ariſtoteles. Nam nuſquam nobis compertum eſt. Nam ſi mulus fœcundus, quare non mula? aut quare incompertum Ariſtoteli mulam ſæpè peperiſſe? Et noſtra tempeſtate Romæ bis peperit: quanuis antiqui id pro oſtento habebant. An verò non generat mula, quia retinere non poteſt. Mulus generat quia in eam proiicit quæ retinet, in equam ſcilicet. Columella in ſexto ex Varrone, Magone, Dionyſio, mulas vulgò parere ait in Africa. Itaque etiam mulos.

Ὀρεὺς: miror quare cur ita vocet: cùm & ἡμίονον alibi vocet: videtur alia ſpecies, & ſimplex natura ſua: ἡμίονος verò mixta ex aſino. Sanè fatendum eſt, & concedendum Ariſtotelem hîc peſſimè ſe geſſiſſe. Idque mirum cùm in ſecundo de *Generatione*, totum mulorum genus ſterile eſſe dicat: ibíque doctiſſimè contra Empedoclis & Democriti ſententiam de ipſorum ſterilitate diſputet.

Γίννος Theodorus malè *hinnum*: nam hinni ſeu hinnuli, vt refert Plinius ab antiquis dicebantur qui equo & aſina generarentur. Contráque muli, qui ex aſino & equa procreabantur.

Ὕστερον δ' οὐκέτι ἀναβαίνει: neſcio quid ſit ὕστερον: niſi ſit γίννος, ille ex aqua & mulo natus. Ac ſanè ita intelligitur. οὐκέτι non item: ἔτι repetit naturam coëundi: non autem idem genus, aut corpus.

CCCLIII. ARISTOTELES.

Αἱ δ' ἐν τῇ Συρίᾳ τῇ ὑπὲρ Φοινίκης ἡμίονοι καὶ ὀχεύονται καὶ τίκτουσιν· ἀλλ' ἔστι τὸ γένος ὅμοιον μὲν, ἕτερον δέ.

AT mulæ in terra Syria ſupra Phœnicem coëunt & pariunt. Sed enim ſimile genus eſt, non idem.

CAESAR.

GEllius etiam huius rei Theophraſtum autorem citat. Theodorus addidit, *omnes:* ὅμοιοι μὲν ἕτεροι δὲ dixit: ὅμοιοι quidem, facie, ἕτεροι autem, ſpecie.

CCCLIV. ARISTOTELES.

Οἱ δὲ καλούμενοι γίννοι, γίνονται ἐξ ἵππου, ὅταν νοσήσῃ ἐν τῇ κυήσει, ὥσπερ [ἐν] τοῖς ἀνθρώποις, οἱ νάνοι· ἐν δὲ τοῖς ὑσὶ, τὰ μετάχοιρα. καὶ ἔχει δὲ, ὥσπερ οἱ νάνοι, ὁ γίννος τὸ αἰδοῖον μέγα.

QVi Ginni vocantur ex equa generantur. Cùm inter geſtandum malè affecti fuerint, quemadmodum inter homines pumiliones: & in ſuillo genere porculi. Habetq́; genitale ginnus grande, ſicut & pumiliones.

CAESAR.

CAESAR.

EX mulo & mula nihil fieri ſuprà diximus ordinariè. Ex mulo & alterius generis fœmina fieri ait Philoſophus: puta ex aſina aut equa: eſſéque fœtum completum. Aliquando autem imperfecta magnitudo, quanta in ginno eſt, de quo ſuprà. Nunc declarat quantitatem quam ibi omiſerat: & comparat alijs animalibus. Additque cauſſam à morbo in matrice: principijs enim læſis natura ſuccumbit. Poſtremò addit affectum genitalis magnitudinis, neque addit cauſſam. Sed ex quarta ſectione, item decima propoſitarum quæſtionum poteſt colligi. Ibi enim redditur ratio quare claudi ſint ſalaces: quoniam defecta membra inferiora non recipiunt humorem ſibi debitum. Is igitur ad genitalia confluit. Sic pumiliones defraudati ſucco pleniore cætero corpore, habent in ea parte incrementa. Sed quare ibi potiùs quàm alibi: propterea quòd emunctoria ſunt membrorum naturalium, à quibus alimentum præbetur. Γίννος igitur à priſcis Latinis mulus *pumilus* dictus eſt, vt patet ex Martiale.

Νάνοι etiam Latinis receptum vocabulum, & in vulgus abijt. Extat apud Gellium lib. XIX. cap. XIII. docta de hoc verbo diſputatio: apud quem ex Heluio Cinna hi verſus referuntur.

At nunc me genuſ nana per ſalicta.
Bigis rheda rapit citata nanis.

Docétque id verbum de mulis, & equuleis humilioribus vſurpari poſſe. *Pumilio* autem dictus eſt quòd puer ſit magnitudine etiam cùm eſt ætate perfecta. Itaque etiam hominis diminutionem poſuere. Iccirco *pumilus* quoque dicitur puſio homulus. Ergo quis te prohibet *pumulum* dicere: multo enim proprior eſt vox voci.

CCCLV. ARISTOTELES.

Ζῆ δὲ ἡμίονος ἔτη πολλά. ἤδη γάρ τις βεβίωκε καὶ ὀγδοήκοντα ἔτη, οἷον Ἀθήνησιν ὅτε τὸν νεὼν ᾠκοδόμουν· ὃς καὶ ἀφειμένος ἤδη διὰ γῆρας, συναμπορεύων, παρώξυνε τὰ ζεύγη πρὸς τὸ ἔργον· ὥστ' ἐψηφίσαντο μὴ ἀπελαύνειν αὐτὸν τοὺς σιτοπώλας ἀπὸ τῶν τηλιῶν. γηράσκει δὲ βραδύτερον ὁ θῆλυς ὀρεὺς τοῦ ἄρρενος.

Vita mulorum ad annos multos. Quidam octogenarius factus eſt Athenis quo tempore templum exædificabant. Is etſi dimiſſus ob ſenium, adnixus iumentis quæ trahebant carros, ea ad opus adhortabatur. Quare plebs ſciuit cauitq́; ne annonæ negotiatores à frugum cumeris arcerent eum. Sed ſeriùs mula ſeneſcit quàm mulus.

CAESAR.

VITAE metam longiſſimam apponit ex pulcherrima hiſtoria. Συναμπορεύων, non eſt συναναπορεύων: vt in Codice additum eſt pro gloſſemate παραπορευόμενος: dele: neque enim Ariſtotelis eſt. Sed παρὰ τὸ ἀναπερᾶν: funis eſt ἄμπρον: ſicut πόρος παρὰ τὸ περᾶν. Is funis à carri fronte, aut ab ipſa ſarcina ductus per traiectum temonem, adiungebat acceſſionem operæ vlterioris iugi cui annectebatur. Συναμπορεύων igitur eſt quod vidimus ſæpè, quoties iumenta trahere nequeunt, carrucarij ſubiectis humeris adiuuant. *Funales* hi equi, aut muli dicebantur: quod verbum eſt apud Suetonium. Nam duo priores, vtraque ex parte temonis trahebant: totidem horum ab vtriuſque latere loris adiuncti. Carros autem operarios, & carrucas mulæ vehebant, mulique. Patiens animal & robuſtum: & morbo etiam cùm ſudauit minùs obnoxium, & promptius boue. Itaque more carrucariorum, etiam armos armis trahentium adaptabant, quaſi adnixuri. Theodorus verbum παραπορευόμενος putauit eſſe Ariſtotelis, atque vertit *obiens*? In quibuſdam Plinij exemplaribus legitur *connitendo, comitandóque*, &c. ſed gloſemmata ſunt.

Παρώξυνε, *adhortabatur*: idem enim eſt ὀξύνειν, & ὀρίνειν apud Homerum.

Ἀπὸ τῶν τηλιῶν: *à frumentorum aceruis*, Theodorus. Mirum cum non vſum verbo Pliniano, *incerniculis*. Cùm ei omnino totus adhæreat. Τηλία quid ſit, notum: accipitur pro cribro, & pro linteo in quo ſubigitur farina. Hic ego accipi puto pro arca in qua reponitur frumentum ad vſum, & victum diurnum. *Cumera* Horatio dicitur: quo vocabulo vſi ſumus. Plinius nimis licenter *incerniculis* dixit: non enim id verbum hoc loco conuenire poteſt.

CCCLVI. ARISTOTELES.

Λέγουσι δ' ἔνιοι, ὅτι ἡ μὲν, καθαίρεται οὐροῦσα· ὁ δ' ἄῤῥην, διὰ τὸ ὀσφραίνεσθαι τοῦ οὔρου, γηράσκει μᾶλλον θᾶττον.

Nonnulli ita aiunt: fœminam vrinam reddere: marem autem eius odore celeriùs ſeneſcere.

CAESAR.

Excitatvs deſiderio libidinis ſoluitur. Sed alia quærenda eſt ratio in ijs mulis, qui mulas non ſequuntur. Dicit enim in ſuperiori apoteleſmate. Seriùs fœminas quàm mares ſeneſcere. Idem in equis, & aſinis quoque dixit. At in mulis dubitandum eſt, an ratio poſſit conuenire. Non etenim prò admiſſarijs muli educantur. Quin & fœminæ, & mares ad opus ſimile adhibentur: neque vni pluſquam alteri parcitur. Quin & apud nos id receptum eſt mulas multo ſe meliùs habere ſi eas equi ineant: pingueſcere enim pro certo habetur. An verò coitus mari quia emittit, vires etiam minuit: ſalax enim eſt: quoquo ex patre natus ſit, eius refert naturam: fœmina autem cùm ſit ſterilis ob initum nihil incommodi patitur: & partus qui reliquo generi animantium multum de viribus adimit, huic nullo nocumento eſſe poteſt?

CAPVT VIGESIMVM-QVINTVM,

Ætatis quadrupedum indicium.

CCCLVII. ARISTOTELES.

Τούτων μὲν οὖν τῶν ζώων αἱ γενέσεις, τοῦτον ἔχουσι τὸν τρόπον. τὰ δὲ νέα καὶ τὰ παλαιὰ τετράποδα διαγινώσκουσιν οἱ περὶ τὰς θεραπείας ὄντες αὐτῶν. ἐὰν μὲν ἀπὸ τῆς γνάθου τὸ δέρμα ἑφελκόμενον ταχὺ ἐπίη, νέον τὸ τετράπουν· ἐὰν δὲ πολὺν χρόνον ἐῤῥυτιδωμένον μένῃ, παλαιόν.

Horum animalium generationes ad hũc modum ſunt. Sed qui quadrupedibus curandis obeunt munus, hoc argumento ſeniores iunioréſve deprehendunt. Si à maxilla abducta cutis cõtinua retendatur, iunior quadrupes eſt: ſi autem diu corrugata maneat, vetula eſt.

CÆSAR.

In Capite de equis, vbi de ætatis dignotione ſcribit, hoc commodiùs retuliſſet: addidiſſétque eandem rationem etiam in alijs obſeruari. Verùm cùm de quadrupedibus etiamnum texat hiſtoriam, ſaltem in finem diſtuliſſet.

Ταχὺ ἐπίῃ: continuò redeat ad ſuum locum: ſcriptum erat in noſtro Codice παχὺ, non ſine flagitio.

Theodorus peſſimè, *cutis detracta*. Marſya cùm excoriaretur, dixit: *quid me mihi detrahis*: ἑφελκόμενον *attracta* potiùs: nos *abducta*. Et *retendi*, verbo vſi ſumus.

Νέον: *recentioris quadrupedis*, Theodorus. Sed etiam mulus ille ἀμφοδίων recens erat non fatigatus. Ita recentem militem dicimus etiam veteranum.

CAPVT

CAPVT VIGESIMVM-SEXTVM,

Cameli fœtus, & ætas.

CCCLVIII. ARISTOTELES.

Ἡ δὲ κάμηλος, κύει μὲν δέκα μῆνας, τίκτει δ' ἀεὶ ἓν μόνον· μονοτόκον γάρ ἐστιν. ἐκκρίνουσι δὲ ἐκ τῶν καμήλων ἐνιαύσιον τὸ ἔκγονον. ζῇ δὲ χρόνον πολὺ πλείω ἢ πεντήκοντα ἔτη. τίκτει δὲ τοῦ ἔαρος, καὶ γάλα ἔχει μέχρις οὗ ἂν ἐν γαστρὶ λάβῃ. ἔχει δὲ καὶ τὰ κρέα καὶ τὸ γάλα, μέχρις οὗ ἂν ἐν γαστρὶ λάβῃ, ἥδιστα πάντων. πίνουσι δὲ τὸ γάλα, δύο καὶ ἓν ἢ τρία, καὶ ἕν, πρὸς ὕδωρ κεράσαντες.

Camelus gerit menſes decem: parit autem vnicum: vnipara enim eſt: fœtum anniculum ſegregant ex armentis. Viuit diu: quippe vel ad annos plus quinquaginta. Parit vere. Lac ſemper habet quoad iterum. Atque interea carnes, atque lac inter ſuauiſſimos cenſentur cibos. Lactis vſus eſt admixto duplo, aut triplo aqua.

CAESAR.

NON diuiſimus in apoteleſmata tam luculentam hiſtoriam: ordinem tamen deſiderabamus, vt ſæpè: ſic. Camelus coït quomodo, quóque tempore dictum eſt. Gerit menſes decem, parit vere: vnum: nec vnquam plures: fœtum anniculum ſegregant. Lac à partu ad alteram conceptionem nunquam deſit: quod eo tempore ſuauiſſimum eſt, ſicut & carnes: vſus lactis cum aquæ duplo, aut triplo: viuit annos pluſquam quinquaginta. Ordo igitur ita eſto. Prægnans ergo camelus lac habet: quoniam dixit eius non prægnantis lac eſſe ſuauiſſimum.

Ἐκκρίνουσι. Theodorus *ſeparant*: aptiùs *ſegregant*. Et barbarè illud: *lac vſque eò ſeruat, quò iam conceperit*. Nemo enim ſic loquitur: ſed, *dum*: aut, *cùm conceperit*. Neque verbum *ſeruat*, aptum eſt.

CAPVT VIGESIMVM-SEPTIMVM,

Elephantorum coïtus, & fœtus.

CCCLIX. ARISTOTELES.

Ὁ δ' ἐλέφας, ὀχεύει καὶ ὀχεύεται περὶ τὰ εἴκοσιν ἔτη. ὅταν δὲ ὀχευθῇ ἡ θήλεια, φέρει ἐν γαστρὶ, ὡς μέν τινές φασιν, ἐνιαυτὸν καὶ ἓξ μῆνας· ὡς δ' ἕτεροι, τρία ἔτη. τοῦ δὲ μὴ ὁμολογεῖσθαι τὸν χρόνον, αἴτιον τὸ μὴ θεωρεῖσθαι τὴν ὀχείαν. τίκτει δὲ ἡ θήλεια, συγκαθίσασα ἐπὶ τὸ ὄπισθεν, καὶ ἀλγοῦσα δήλη ἐστίν. ὁ δὲ σκύμνος, ὅταν γένηται, θηλάζει τῷ στόματι, οὐ τῷ μυκτῆρι. καὶ βαδίζει καὶ βλέπει εὐθὺς γενόμενος.

Elephantus ineunte ætate anni viceſimi, tàm mas quàm fœmina coeunt. A coïtu fœmina gerit vterum, vt aiunt quidam, ſeſquiannum: vt alij, annos treis. Controuerſiæ temporis in cauſſa eſt quòd coitum non obſeruârint. Parit fœmina clunibus demiſſis, manifeſto dolore. Natus pullus, ore, non promuſcide lac ſugit: ſtatimq́; & oculis vtitur ad videndum: & cruribus ad ingreſſum.

CAESAR.

CAESAR.

NE hanc quoque diſcerpſimus hiſtoriam ſimpliciſſimam. Dixit περὶ εἴκοσιν ἔτη. An non etiam prima dies qua ſunt nati, eſt ante annum viceſimum? vt poſſis dicere intra annum viceſimum. Theodorus malè, *anno viceſimo*: imò ante viceſimum annum, inquit Philoſophus. Περὶ enim ſignificat tempus anno propinquum viceſimo.

Τὸ μὴ διωρίσθαι τὴν ὀχείαν. At ſuprà libro quarto modum narrat coëundi. Itaque malè fecit, cùm non declarat vtra ſententia vera ſit.

Συγκαθίσασα, Theodorus *enitens poſterioribus pedibus*: meliùs *innitens*. Nam *eniti* eſt parturire, & malè: nanque ſemper innititur cruribus poſterioribus: ſed quaſi conſidens.

Theodorus omiſit τὸ, δῆλη: nota Atticiſmum ἀλγοῦσα δῆλη ἐστί.

Σκύμνος: potiùs πῶλος: ſed etiam verbo σκυζᾶν de alijs quàm de canibus ſuprà: & Lucretius *ſcymnos Leonum* dixit.

Τῷ ςόματι. Quoniam adultus nare bibit.

CAPVT VIGESIMVM-OCTAVVM,

Aprorum coïtus, & fœtus.

CCCLX. ARISTOTELES.

Αἱ δὲ ὕες αἱ ἄγριαι, τοῦ χειμῶνος ἀρχομένου ὀχεύονται.

Sves feræ ineunte hyeme coëunt.

CAESAR.

MEliùs diſtuliſſet poſt cœtum.

CCCLXI. ARISTOTELES.

Τίκτουσι δὲ τοῦ ἔαρος, ἀποχωροῦσαι εἰς τοὺς δυσβατωτάτους τόπους, καὶ ἀποκρήμνους μάλιστα, καὶ φαραγγώδεις, καὶ συσκίους.

VEre pariunt ſecedentes in loca maximè inacceſſa, & prærupta, anguſtáque, atque opaca.

CÆSAR.

ERGO totam hyemem ferunt: breuitate ſubticuit temporis hiſtoriam.

Ἀποχωροῦσαι. Theodorus *petentes*: non expleuit verbi vim: appellantur enim & ſeceſſus, & receſſus. *Eſt in ſeceſſu longo locus*, apud Poëtam. Et ſeceſſus Tyberij in Capreis: & aliorum Rhodi, & Athenarum. Quatuor autem locorum modos ponit δυσβατωτάτους: non inuios, vt ait Theodorus: nam ſaltus inuij ſunt ἄβατοι: & tamen ad eos accedas facilè. Sed inacceſſos, quos ἀπόρους veteres appellabant. Addidit ἀποκρήμνους pro interpretatione prioris. Quoniam multis modis quædam ſunt inacceſſa: mari: ſtagno: palude: ſaltu: feris: rupibus. Noluit geminare aſperitatem ſuperlatiui: ſed addidit μάλιστα. Tertia affectio, cùm dixit φαραγγώδεις. Theodorus, *anguſta*: rectè: vt ſit altera cauſſa δυσβασίας. Quarta, cùm dixit, συσκίους, vmbroſa vndique: eſt enim τὸ σύν: ſicut in conualle: vallis ſaltuoſa etiam potes dicere: ſicut enim opaci ſaltus: vt ſit & ratio tertia δυσβασίας. & munimenti ab oculis etiam veſtigantium.

CCCLXII. ARISTOTELES.

Διατρίβει δὲ ὁ ἄρρην ἐν ταῖς ὑσὶν ὡς ἐπιτοπολὺ ἡμέρας τριάκοντα.

VErſatur inter ſcrofas mas triginta ferè dies.

CAESAR.

CAESAR.

ERgo hîc quoque eſt ἀπημαγελία.

CCCLXIII. ARISTOTELES.

Τὸ δὲ πλῆθος τῶν τικτομένων, καὶ ὁ χρόνος τῆς κυήσεως, ὁ αὐτός τε, ὡς καὶ ἐπὶ τῶν ἡμέρων ὑῶν ἐστι.

PArtus numerus, ferendiq́ tempus idem, quod & in villaticis ſuibus.

CAESAR.

NIhil enim diſtant niſi feritate. Theodorus *vrbanos ſues*, dixit, ἡμέρων: malè: villaticæ enim ſunt paſtiones.

CCCLXIV. ARISTOTELES.

Τὰς δὲ φωνὰς παραπλησίως ἔχουσι τοῖς ἡμέροις· πολὺ μᾶλλον ἡ θήλεια φωνεῖ, ὁ δ᾽ ἄῤῥην, σπανίως.

VOcémque his ſimilem edunt. Sed fœmina quàm mas frequentiorem: is enim rarò.

CAESAR.

DIxit alijs in libris animalia in metu vocem edere. Mas eſt ſecurior: fœmina etiam catulis ſuis, & ſibi timet: penéque ſemper aliquo in officio, aut opere eſt: coëundi, gerendi, pariendi, educandi.

Theodorus μᾶλλον θήλεια φωνεῖ *fœmina vocalior*, non ſatis commodè: acriùs enim ſubat mas. Nota Atticiſmum παραπλησίως per ἀπημελίαν: aduerbium pro nomine.

CCCLXV. ARISTOTELES.

Τῶν δ᾽ ἀῤῥένων καὶ ἀγρίων αἱ τομίαι μείζους γίνονται καὶ χαλεπώτεροι· ὥσπερ καὶ Ὅμηρος ἐποίησε.

Θρέψεν ἐπὶ χλούνην σῦν ἄγριον· οὐ δὲ ἐῴκει
Θηρί γε σιτοφάγῳ, ἀλλὰ ῥίῳ ὑλήεντι.

Γίνονται δὲ τομίαι, διὰ τὸ νέοις οὖσιν ἐμπίπτειν νόσημα κνησμὸν εἰς τοὺς ὄρχεις· εἶτα ξυόμενοι πρὸς τὰ δένδρα, ἐκθλίβουσι τοὺς ὄρχεις.

SVes feri caſtrati tùm maiores tùm ſæuiores euadunt, ſicut etiam ab Homero ſcriptum eſt.

Exectum aprũ aluit ſæuũ qui nõ fuit inſtar
Frugiuoræ ille feræ, ſed molis mõtis opaci.

Fiunt & caſtrationes in iuuenculis: quorum teſtes pruritus morbo capiuntur. Ergo ſcabentes ad arbores eos exterunt.

CÆSAR.

ALterum eſt veroſimilius, fieri maiores: hoc etiam alijs euenit animalibus: abſumpto humore, qui genitalis euadere debuit in corporis molem. Quod à nobis copioſiùs in libris noſtris de *Semine genitali* diſputatum eſt. At animoſiores eſſe quis dicat? Nam Homerus magnitudinem tantùm notauit, non feritatem: ſed cùm dixit ἄγριον, intellexit genus, non mores. Χλούνης enim eſt, exectus. Minùs quoque hirti ſunt: ſed nitidiores, ſicut alia animalia execta.

Non mutauiſſemus interpretationem doctiſſimi Theodori in verſibus Homericis: feliciſſimè enim vertit. Sed nos adhæſimus propiùs verbis Poëtæ. Nam Theodorus, addidit *ſiluis horrentibus, &c, dorſo*. Et omiſit σιτοφάγῳ, quod tamen ad rem faciebat: quaſi eſu frugum non potuiſſet vllum animal eo excreſcere. Nos etiam altero genere verſuum tentauimus concinniùs ita reddere.

Nutrijt ſuem ferum, qui exectus, inſtar creuerat, non
Fruge paſtæ beſtiæ, ſed montis ardui arboroſi.

Ἐκθλίβουσι. Theodorus *extingunt*: puto Librarij erratum, & *exigunt* ſcribendum. Nos *exterũt*: quoniam attritu ſcabendo elidunt.

CAPVT

CAPVT VIGESIMVM NONVM,

Ceruorum coïtus, partus, & vita.

CCCLXVI. ARISTOTELES.

Ἡ δ' ἔλαφος τὴν μὲν ὀχείαν ποιεῖται, καθάπερ ἐλέχθη πρότερον, τὰ πλεῖστα μὲν ἐξ ὑπαγωγῆς· οὐ γὰρ ὑπομένει ἡ θήλεια τὸν ἄῤῥενα πολλάκις, διὰ τὴν συντονίαν· οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ ὑπομένουσαι ἐνίοτε ὀχεύονται, καθάπερ τὰ πρόβατα· καὶ ὅταν ὀργῶσι, παρεκκλίνουσιν ἀλλήλας.

Ceruæ ita coït, vt diximus antea, ferè ſubtrahendo ſe: rarò enim marem pati poteſt ob impetus contentionem. Aliquando tamen etiam more pecudum patiuntur, atque vrgente venere viciſſim inter ſe ſubigunt.

CAESAR.

Redit ad armenta. Ἐξ ὑπαγωγῆς: *ſubtrahendo ſeſe*: & dixit τὰ πλεῖστα. Quoniã mox ſubdit πολλάκις οὐχ ὑπομένει. Theodorus vtrunque omiſit, & τὰ πλεῖστα, & πολλάκις. Cùm tamen conueniant cum ſequentibus: οὐ μὴν ἀλλά. Sed etiã omiſit id ἐξ ὑπαγωγῆς: quod etiam ſuprà dixit, & repetito opus fuit. Propterea quòd rarum erat genus coïtus. Ita repetijt in vaccarum hiſtoria, συγκάμπτεσθαι. Sic ibi ἀνδρωδῶς: hîc συντονία.

Παρεκκλίνουσι, *inclinant*. Honor ſit auribus: fœdiſſimum enim verbum eſt apud Satyricum, & infandum. Theodorus, *declinant ſocias*, ἀλλήλας: imò inter ſe conſcendunt. Quod nos vidimus ſæpè in cicuribus. Etiam homines tum inſcendunt pedum ictu nocentiſſimo: ſacro enim igni pulſatus locus facilè corripitur. Videntur enim præ ardore pati marem: quo incenſæ etiam inuicem ſe ineunt. Icciroo autem dixit παρεκκλίνουσι: quoniam etiam manu ſi clunes demulceas, ſtatim ſe ſubducunt clunibus ſubmiſſis.

CCCLXVII. ARISTOTELES.

Μεταλλάττει δὲ ὁ ἄῤῥην, καὶ οὐ πρὸς μιᾷ διατρίβει· ἀλλὰ διαλείπων βραχὺν χρόνον, πλησιάζει ἄλλαις.

Mutat fœminas mas: neque vnius tantùm vtitur conſuetudine. Sed breui tempore interpoſito, aliam, atque aliam adit.

CAESAR.

Πρὸς μιᾷ διατρίβει Theodorus, *immoratur in eadem*. Sed διατριβὴ conſuetudo in re venerea. Sed quid eſt, *immoratur?* feliciùs τὸ, ἄλλαις dixit, *aliam & aliam*: expreſſit enim verbum μεταλλάττει. Μετὰ ἄλλην πρὸς ἄλλην πορεύεται.

Πλησιάζει: Græcum modeſtius: Latinum quod ei ſignificato reſpondeat non habemus, niſi dicas, *adit*.

CCCLXVIII. ARISTOTELES.

Ἡ δ' ὀχεία γίνεται μετ' Ἀρκτοῦρον, περὶ τὸν Βοηδρομιῶνα καὶ Μαιμακτηριῶνα.

Coëunt poſt Arcturum Auguſto & Septembri.

CÆSAR.

Περὶ τὸν Βοηδρομιῶνα: τὸ περὶ ſignificat tẽpus in quo: non extra eos menſes: ſed in ipſis mẽſibus.

CCCLXIX.

CCCLXIX. ARISTOTELES.

Κύει δ' ὀκτὼ μῆνας.

Gerit menſes octo.

CAESAR.

Vt nequeat è ceruo atque homine conſiteri animal tertium: ſicut de Centauro ſunt fabulati ex homine & equo. Cui refellendo multum temporis, & verborum poſuit Galenus.

CCCLXX. ARISTOTELES.

Κύισκεται δ' ἐν ὀλίγαις ἡμέραις.

Implentur paucis diebus.

CAESAR.

At mirum eſt cùm tantopere à mari incommodetur.

CCCLXXI. ARISTOTELES.

Καὶ ὑφ' ἑνὸς πολλαί.

Et ab vno multæ.

CAESAR.

Ergo non declinant ſocias, vt malè putauit Theodorus: nam multas ſimul adit mas.

CCCLXXII. ARISTOTELES.

Τίκτει δὲ, ὡς μὲν ἐπιτοπολὺ ἕν· ἤδη δέ τινες ὠμμέναι εἰσὶν ὀλίγαι, καὶ δύο.

Vnum ferè parit. Sed paucæ geminos peperiſſe viſæ ſunt.

CAESAR.

Ὀλίγαι, *nonnullæ* Theodorus rectiſſimè. Tamen non ita arcet paucarum ſententiam.

CCCLXXIII. ARISTOTELES.

Καὶ ποιεῖται τοὺς τόκους παρ' τὰς ὁδοὺς, διὰ τὸν πρὸς τὰ θηρία φόβον.

Parit iuxta vias, ob ferarum metum.

CAESAR.

Mavult credere homini inſidioſiſſimo, quàm feris: ſed puto feras nôſſe: hominem non nôſſe: quem etiam arcum intendentem miretur. Sed κατὰ ϛέρησιν conſulere pullis par eſt. Quoniam abſint ſiluæ: feræ quoque quæ non compareant κατὰ θέσιν, per poſitionem. Neque feræ cum hominibus, per ſiluas & vias.

Ὁδούς. Plinius *ſemitas. In pariendo*, inquit, *ſemitas minùs cauent humanis veſtigijs tritas.* Sed via ſemitam comprehendit: non è contrario, & hiſtoria efficacior. Nam ſemita vix nuda eſt à ſaltu.

Πρὸς τὰ θηρία φόβον: *ob metum ferarum*, paſſiuè, vt Salluſtius dixit, *metum Pompeij*: quo Pompeius metueretur, non quem metueret.

Θηρία: *belluas* interpretatus eſt Theodorus. Sed maiores tantùm feras *belluas*, dixêre veteres: nemo dicat lupum belluam.

CCCLXXIV. ARISTOTELES.

Ἡ δὲ αὔξησις ταχεῖα τῶν νεβρῶν.

HInnuli celeriter creſcunt.

C AE S A R.

ARgumentum contra Ariſtotelem, qui putat longæua animalia tardè creſcere: ſed ipſe non putauit ad ſe pertinere: quoniam non diu viuere arbitratus ſit. Centeſimum tamen annum excedere ex hiſtorijs deprehenſum eſt.

CCCLXXV. ARISTOTELES.

Κάθαρσις δὲ κατ' ἄλλους μὲν χρόνους οὐ συμβαίνει ταῖς ἐλάφοις· ὅταν δὲ τέκωσι, γίνεται φλεγματώδης αὐταῖς κάθαρσις.

PVrgationes alijs temporibus non eueniunt ceruis. Sed cùm pepererint, muccoſo quodam humore purgantur.

C AE S A R.

ERgo ſuprà *καταμήνια* æquiuocè erant, vt monuimus. Neque enim menſtruæ ſunt purgationes. φλεγματώδης, vt ſuprà: maluimus *muccoſum*, quàm *pituitoſum*, dicere.

CCCLXXVI. ARISTOTELES.

Εἴθισται δὲ ἄγειν τοὺς νεβροὺς ἐπὶ τοὺς σταθμούς. ἔστι δὲ τοῦτο τὸ χωρίον αὐταῖς καταφυγή, πέτρα περιρραγεῖσα μίαν ἔχουσα εἴσοδον· οὗ καὶ ἀμύνεσθαι ἤδη τοὺς ἐπιτιθεμένους.

ASſueſcit hinnulos petere luſtra. Quem locum pro profugio habet: ſaxum præruptum vno aditu: vbi etiam pugnare ſolet aduerſus eos qui ſeſe adoriuntur.

C AE S A R.

TRIA ponit: aſſuefactionem pullorum, luſtri rationem, animum ad defenſionem.

Σταθμοὺς *ſtabula*, vbi ſtant, atque agunt, luſtrum.

Ἐπιτιθεμένους: ἐπιτίθεσθαι, eſt impetum, atque impreſſionem facere.

Ἀμύνεσθαι *defendere ſe & repugnare* Theodorus: vnico verbo ſignificatur, *propugnare*.

CCCLXXVII. ARISTOTELES.

Περὶ δὲ τῆς ζωῆς μυθολογεῖται μὲν ὡς ὂν μακρόβιον, οὐ φαίνεται δὲ οὔτε τῶν μυθολογουμένων οὐθὲν σαφές· ἥ τε κύησις καὶ αὔξησις τῶν νεβρῶν συμβαίνει, οὐχ ὡς μακροβίου τοῦ ζώου ὄντος.

DE eius vita longitudine fabulantur. Atque earum fabularum ratio obſcura ſanè. Neque enim aut geſtatio, aut incrementa hinnulorum eiuſmodi ſunt, vt præbeant argumentum longæui animalis.

C Æ S A R.

RATIONEM opponit ſimplici narrationi. Quoniam quibus vita longa, ea & diu geſtantur, & multum temporis ponunt in adoleſcentia. At hoc falſum eſt ſi diſiungas argumenta. Duodecim menſes geritur equus: is raró excedit quadrageſimum. Homo breuiori tempore in vtero, longiore in vita eſt. Iccircò vtrunque coniunxit: homo enim vix ſeptimo & viceſimo anno implet totam omnémque magnitudinem: maiore tamen egent contemplatione.

CCCLXXVIII. ARISTOTELES.

Ἐν δὲ τῷ ὄρει τῷ ἐλαφόεντι καλουμένῳ, ὅ ἐστι τῆς Ἀσίας ἐν τῇ Ἀργινούσῃ, οὗ τετελεύτηκεν Ἀλκιβιάδης, ἔλαφοι πᾶσαι τὸ οὖς ἐσχισμέναι εἰσίν· ὥστε, κἂν ἐκτοπίσωσι, γινώσκεσθαι. καὶ τὰ ἔμβρυα δὲ ἐν τῇ γαστρὶ ὄντα, εὐθὺς ἔχει τοῦτο τὸ σημεῖον.

IN Aſiæ monte Elatunte *appellato ad Arginuſam, ubi diem obijt Alcibiades, ceruæ omnes fiſſa ſunt aure. Quo ſigno, cùm loca mutant, dignoſcuntur. Quin ipſi quoque in vtero ſtatim formati fœtus eadem nota præditi ſunt.*

CAESAR.

PONIT loci nomen,& loci regionem,& loci vicinitatem,& loci nobilitatem à morte nobilis viri:ponit & hiſtoriam aurium:neque mutari locorum mutatione: & natura id habere argumento hinnuli in vtero.

Ἔμβρυα. Hîc opus eſt diligentia Galeni, qui notauit ab Hippocrate aliud poni pro κύημα aliud pro ἔμβρυον. Itaque malè Theodorus dixit, *fœtus ab initio contrahit ſignum.* Imò Philoſophus dicit hinnulum habere,ſtatim ſcilicet, cùm ἔμβρυον dici poteſt. Nos per participium *formati*, excluſimus omnem dubitationem. Quid autem cognoſcas aurem fiſſam,cùm auris nōdum eſt? Dicunt argutuli, per verbum, *contrahere*, oſtendiſſe naturam principiorum. At vnde contrahit quod nondum eſt? Quæ actio detur fœtui vt ipſe trahat? Imò virtus informatrix hoc facit,ac dat illi : non ipſe contrahit. Interpres lege militiæ agit ex præſcripto dum deſerit ſtationem,in hoſtium manus incidit.

CCCLXXIX. ARISTOTELES.

Θηλὰς δ' ἔχουσιν αἱ θήλειαι τέτταρας, ὥσπερ αἱ βοῦς.

P*Apillas habent ceruæ quaternas, ſicut & vaccæ.*

CÆSAR.

DVAS mammas in vtraque: binas papillas ob magnitudinem, & multitudinem lactis, vt diſpertitum minus occupet, minus tumoris addat papillæ : & tamen æquè præſtò ſit.

Theodorus peſſimè θηλὰς, *vbera.* Nam duas tantùm mammas habent.

Τὸ, ὥσπερ volueram dicere,*quot :* ſed non ſolùm numerum,verùm etiam modum complexus eſt:neque tutum eſt à Philoſopho diſcedere.

CCCLXXX. ARISTOTELES.

Ἐπειδὰν δ' ἐμπλησθῶσιν αἱ θήλειαι, ἐκκρίνονται οἱ ἄρρενες καθ' ἑαυτούς. καὶ διὰ τὴν ὁρμὴν τὴν τῶν ἀφροδισίων, ἕκαστος μονούμενος, βόθρους ὀρύττει, καὶ βρωμᾶται ὥσπερ οἱ τράγοι καὶ τὰ πρόσωπα, διὰ τὸ ῥαίνεσθαι, μέλανα γίνεται αὐτοῖς, ὥσπερ τὰ τῶν τράγων. οὕτω δὲ διάγουσιν, ἕως ἂν ὕδωρ γένηται· μετὰ δὲ ταῦτα τρέπονται πρὸς τὴν νομήν· ταῦτα δὲ ποιεῖ τὸ ζῶον, διὰ τὸ φύσει λάγνον εἶναι, καὶ διὰ τὴν παχύτητα. ὑπερβάλλουσα γὰρ γίνεται τοῦ θέρους αὐτῶν· διὸ καὶ οὐ δύνανται θεῖν, ἀλλ' ἁλίσκονται ὑπὸ τῶν πεζῇ διωκόντων ἐν τῷ δευτέρῳ δρόμῳ καὶ τρίτῳ· καὶ φεύγουσι διὰ τὸ καῦμα καὶ τὸ ἆσθμα εἰς τὸ ὕδωρ.

V*Bi ceruæ grauidæ ſunt, ſegregantur mares : ac veneris impetu agitati, ſibi quiſque ſeorſum ſcrobes fodit, ac more hircorum fœtet : faciéſque exudantibus guttis nigreſcit, vt hircis. Atque ita agitant, donec imbres euenerint. Inde in paſtum vertuntur. Id ita agit animal hoc:propterea quòd ſalax natura ſua ſit : & quia pinguiſſimum eſt. Id quod præter modum ei accidit æſtate. Quamobrem currere non valent ſed capiuntur etiam à peditibus inſequentibus, altero aut tertio curſu. Fugiunt verò, tùm ob æſtum, tùm ob anhelitus fatigationem, in aquas.*

CAESAR.

OBSERVATIONES nouem ponit à cōceptu.Primam:marium ſegregationem: ſed ita, vt ſibi quiſque viuat:ſcrobémque fodiat. Addit cauſſam:ob libidinis incurſionem. Agitant crura : ſic arenam ſpargit taurus. Et quia quærunt terræ inferioris clementiam humidiorem. Ponit quartò fœtorem : deinde nigrorem, & cauſſam: humeſcit enim

& calore concreſcit. Ἴδρωμα eiuſmodi è ſordibus fit nigror. Ponit inde mutationem ab imbribus. Octauo reddit cauſſam vnam:ſalacitatem:& alteram,pinguedinem, & circumſcribit tempus. Tum ponit euentus duos à pinguedine. Vnum, capturam etiam à pedite: non primo curſu, ſed aut ſecundo,aut ſaltem tertio:ſicut & perdicum pullis euenit,cùm ſunt implumes. Et alterũ euentum:aquarum appetitum. Addit duas cauſſas:vnam à tempore:& alteram pendentem,tùm ab eo,tùm à pinguedine. Nam anhelitus eſt attractio aëris. Attrahimus autem ad refrigerandum & humectãdum. Nempe vt calorem temperemus. At calor & calefacit,& ſiccat:vnde etiam anima quæ ab aëre dicta eſt ἄω, Græcè ψυχὴ appellatur. Igitur ceruus ob æſtum, frigidum petit ex aqua:& ob anhelitum,& frigidum,& humidum. Cauſſa eſt pinguedo: quoniam obſerat pulmonem ex compreſſu diaphragmatis. Ita non eſt ei quantum vacui opus habet. Galenus in lib. de *inſtrumento olfactus*, paulò intemperantior contra Ariſtotelem ſe geſſit qui aërem calidum dixit: cum tamen fateatur refrigerandi cordis gratia anhelitum inſtitutum. At neſciebat calorem viuentis animalis ſanguine concreti eſſe valde magnum, aëriſque huius calorẽ valde ſuperare.

Καθ' ἑαυτούς. Theodorus, *per ſe ipſi*. Nam per ſe ipſi ſeparantur:etiam ſi gregatim abirent. Neque enim ab armentario,ſed ſponte. At hîc eſt ἕκαστος καθ' ἑαυτόν: quod declarat mox. Μονούμενος: Theodorus *ſolitarius*, malè: addidiſſet ſaltem: *tum factus*. Solitarius naturam declarat: μονόβιος: at hic actum dicit accidentalem Sed maior error Theodori,cùm ὀσμὴν τῶν ἀφροδισίων legit, & *graueolentiam* interpretatus eſt. Ὁρμὴν rectè apud nos ſcriptum eſt. Neque enim odor ad id compellit:ſed deſiderium ac memoria fœminarum.

Διὰ τὸ ῥαίνεσθαι: Theodorus, *aſpergine*. At qua aſpergine? nondum enim pluit. Sed quia retentum ſemen ſpargitur per corpus,atque exudat:icircò fœtent.

Ὕδωρ γίνεται: quòd eos ſcilicet lauet, vt ait Plinius, ſi ad nigrorem ſpectes: ſed leuicula ratio: imò quòd etiam refrigeret & expellat è ſcrobibus. Theodorus: *imber accedat*, non ſatis commodè. At ἆσθμα *anhelitum* rectiſſimè dixit: ſignificat enim anhelare difficultatem ducendi ſpiritum.

CCCLXXXI. ARISTOTELES.

Καθ' ὃν δὲ χρόνον ὀχεύουσι, τὰ κρέα γίνεται φαῦλα καὶ δυσώδη, καθάπερ καὶ τῶν τράγων.

Coitus tempore carnes eorum vitiantur, ac maleolentes fiunt hircorum more.

CAESAR.

IMPRIMIS iecur malè olet:vix enim ſi guſtaueris edas: cauſſam autem iam diximus. Nam fœtor ex calore nimio eſt occupante humidum ineptum naturæ. Itaque etiam à Poëtis *caper* dictum eſt vitium axillarum,& verbo expreſſum *hirquitallire*. Et *hirquitalli ætas*, in qua id incipit.

CCCLXXXII. ARISTOTELES.

Ἐν μὲν οὖν τῷ χειμῶνι γίνονται λεπτοὶ καὶ ἀσθενεῖς· πρὸς δὲ τὸ ἔαρ, μάλιστα ἀκμάζουσι πρὸς τὸ δραμεῖν.

Hyeme igitur extenuantur ac deficiuntur viribus.Sub ver maximè vigent curſu.

CÆSAR.

DEFECTV pabuli & ob frigus. Eſt Aphoriſmus Hippocratis, morbos ſolui aduerſo tẽpore quam inuaſere.Ita ſi pingues ſunt æſtate,hyeme gracileſcunt. Et propterea minùs ſunt prompti ad curſum,defectu viriũ,exuctis muſculis:ſicut æſtate oneratis. Mediocri tempore vigeant,verno ſcilicet:cùm tantum ſucci habeant,quantum non ſit oneri.

Ἀσθενεῖς: *debilitantur* Theodorus, optimè.

CCCLXXXIII. ARISTOTELES.

Ἐν δὲ τῷ φεύγειν ἀναπαύονται ποιούμενοι τὸν δρόμον, καὶ ὑφιστάμενοι μένουσιν, ἕως ἂν πλησίον ἔλθῃ ὁ διώκων· τότε δὲ πάλιν φεύγουσι. τοῦτο δὲ δο-

Fugiunt interpellato curſu, ac ſubſiſtentes manent vſque dum propè ſit qui inſectatur. Tum verò fugam repetunt. Hoc icircò facere

ῦσι

παύσι ποιοῦνται, διὰ τὸ πονεῖν τὰ ἐντός. τὸ γὰρ ἔντερον ἔχει λεπτὸν καὶ ἀσθενὲς ὥστε, ὥστε ἂν ἠρέμα τις πατάξῃ, ἐκκόπτεται, τοῦ δέρματος ὑγιοῦς ὄντος.

videntur ob inteſtinorum qua laborant tenuitate, atque debilitate. Quæ tanta eſt, vt ſi quis percutiat, intus rumpantur, ſaluo corio.

CAESAR.

MORIBVS hoc aptius fuit: ſed tempus coïtus duxit nos in hiſtoriam temporum aliorum. Dicit cauſſam quare curſum intermittant. Nam eorum inteſtina imbecillia ſunt: adeò vt etiam ad exteriorem ictum, ſaluo corio rumpantur ipſa. Itaque pondus ciborum & ſuccorum ferre non poſſunt. Nam alioqui ex anhelitu curſus intermittitur.

Ἀναπαύσιν ποιοῦνται. Atticè pro παύουσι. Theodorus ſequutus Græcum idioma, *requiem faciunt*: ſed Latini non ſic loquuntur.

Διὰ τὸ πονεῖν τὰ ἐντός. Theodorus ita vertit non quaſi ſubaudiatur τὸ, κατὰ διὰ τὸ αὐτοὺς πονεῖν κατὰ τὰ ἐντός. Dixit igitur quia interiora laborant. Sed interiora ſentiunt: quia ceruus ſentit. Τὰ ἐντός. τὰ ἔντερα.

Ὑγιοῦς ὄντος pro μένοντος: *integrum* Theodorus, nos *ſaluum* M. Tullium ſequuti: qui ſic loquitur: *aucti ſumus filiolo, ſalua Terentia.*

Δέρματος, *cute* Theodorus benè: nos *corio*, meliùs vt opinor.

CAPVT TRIGESIMVM.

Vrſorum coïtus, & fœtus: & de Hyſtrice.

CCCLXXXIV. ARISTOTELES.

Αἱ δὲ ἄρκτοι τὴν ὀχείαν ποιοῦνται, ὥσπερ εἴρηται πρότερον, οὐκ ἀναβάδην, ἀλλὰ κατακεκλιμέναι ἐπὶ τῆς γῆς.

VRſi coëunt quemadmodum dictum eſt, non initu, ſed humi decumbentes.

CAESAR.

NVnc ad ſciſſipedes tranſit. Κατακεκλιμέναι: ſicut dicimus concumbere, ita decumbere. Vnde cubare & cubile. Theodorus maluit, *ſtrati*, vt Plinius.

CCCLXXXV. ARISTOTELES.

Κύει δὲ ἄρκτος τριάκονθ᾽ ἡμέρας.

FErt dies triginta.

CAESAR.

TAm paucos dies fert, propterea quòd imperfectos edit.

CCCLXXXVI. ARISTOTELES.

Τίκτει δὲ ἓν ἢ δύο τὰ δὲ πλεῖστα, πέντε.

PArit ſingulos aut binos: neque vnquam plures quinis.

CÆSAR.

Τὰ δὲ πλεῖστα: per negationem expreſſimus. Theodorus fouet conſuetum errorem pertinacia.

CCCLXXXVII. ARISTOTELES.

Ἐλάχιστον δὲ τίκτει τὸ ἔμβρυον τοῦ μεγέθει, ὡς κατὰ τὸ σῶμα τὸ αὐτῆς. ἔλαττον μὲν γὰρ γαλῆς τίκτει, μεῖζον δὲ μυὸς, καὶ ψιλὸν, καὶ τυφλὸν, καὶ σχεδὸν ἀδιάρθρωτον τά σκέλη καὶ τὰ πλεῖστα τῶν μορίων.

Parit fœtum minima magnitudine, ſi ad eius corpus reſpicias: minorem enim muſtela edit, maiorem mure: nudum, cæcum, & penè informem cruribus, plurimiſque membris alijs.

C. AE S A R.

NVMERVM ſuprà: nunc magnitudinem, & alios affectus. Αἴλουρος cattus eſt ſiue felis: at γαλῆ, muſtela. Cùm igitur maiorem mure pariat, non dicet minorem catto: ſed muſtela. Errauit igitur Theodorus interpretans γαλῆν *cattum*: ſic & Capite vltimo γαλαῖ αἱ ἄγριαι, *cattos ſilueſtres* dixit malè. Ibi enim denotat muſtelas Philoſophus, vt dicemus: muſtelæ enim venantur mures: atque eſt in fabula. *Prehenſa* γαλῆ *orabat hominem vt ſe dimitteret: addidit cauſſam: hoſtem, inquit, tuum depopulatorem murem interficio. Reſpondit homo. Non mei id cauſſa facis: ſed quia tibi cibum ſolet præripere. Indidem enim victum quæritis.*

Ἀδιάρθρωτον, Theodorus, *indiſcretum & rudem*, optimè: idem addidit *alijs*, rectè: nóſque eum ſumus ſequuti, *plurimiſque alijs membris.*

CCCLXXXVIII. ARISTOTELES.

Τὴν δ' ὀχείαν ποιεῖται τοῦ μηνὸς τοῦ Ἐλαφηβολιῶνος.

Coït menſe Februario.

C AE S A R.

SI menſe Februario coït, & triginta dies fert vterum, non multum temporis ipſi relinquitur ad educendum in apertum catulos ſuos: nam tertio à bruma menſe, quem Aprilem eſſe oportet, è cauo ſuo eos educere, ait Philoſophus in Octauo huius operis.

CCCLXXXIX. ARISTOTELES.

Τίκτει δὲ περὶ τὴν ὥραν τῆς φωλείας.

Parit ſub tempus quo eſt latitura.

C AE S A R.

MIRVM cùm alia animalia tùm pariant, imò vt ipſe ait, parere eligant, cùm abundè paſtus poſſit ſufficere: hanc tempore maximè inopi parere. Nam niſi paſtum compararet quaſi in horreum, quid ageret? latet autem quadraginta dies: quorum quatuordecim prioribus graui tenetur ſopore, atque ita pingueſcit, vt facilè non poſſit ſe attollere: quaſique tum τὰ ἀναπεπτωκμένα τῶν χυλῶν διαδίδωσιν ἡ φύσις εἰς τὸ τοῦ σώματος πλῆθος.

CCCXC. ARISTOTELES.

Γίγνονται μὲν οὖν περὶ τὸν χρόνον τοῦτον καὶ ἡ θήλεια καὶ ὁ ἄῤῥην πιότατοι· ὅταν δ' ἐκθρέψῃ τρίτῳ μηνὶ, ἐκφαίνονται ἤδη τοῦ ἔαρος.

Per id tempus tùm mas tùm fœmina maximè pingueſcunt. Educatis catulis tertio poſt menſe prodeunt iam appulſo vere.

C AE S A R.

HÆC non carent difficultate, vt ſuperiùs diximus. Nam ſi Februario coëunt, & triginta dies, & pariunt tempore latitandi, educatum vere educunt. Martio ergo pariunt: quomodo igitur vere educunt tertio menſe. Sic dicendum eſt: tertio menſe vbi educârit. Theodorus autem dum nimis vult exornare, malè dixit: *exit à menſe iam veris tertio:* exit igitur poſt totum ver. Nam ver menſes habet treis: ſi à tertio exit, poſt vltimum igitur exit. In octauo huius operis cap. XVII. vt à Gaza notatur, Philoſophus oſtendit, educatos catulos educi à matre menſe tertio à bruma, qui Aprilis ſit oportet.

CCCXCI. ARISTOTELES.

Καὶ ὁ ὕστριξ δὲ φωλεύει καὶ κύει ἴσας ἡμέρας, καὶ τὰ ἄλλα ὁμοιότως τῇ ἄρκτῳ.

Hyſtrix quoque & latet, & gerit dies totidem, ac reliqua agit, vt vrſa.

CAESAR.

ALTERIVS generis eſt hoc animal: at quia in quibuſdam cum vrſis conuenit, eodem Capite complexus eſt hiſtoriam: latet enim iiſdem temporibus quo vrſi: totidem dies gerit, ac eadem agit quæ illi. Pauca de hyſtrice dixit toto opere Philoſophus: in Primo aculeorum meminit, quos pro pilis habere, vt & herinaceos, ait: eos quoque iaculari in maiora animalia refert in Nono. Hyſtricem Plinius Indiam, & Africam generare ſpina contectam, ac ex herinaceorum genere: quarum aculei miſſiles canum ora infeſtent: eos enim longè iaculatur: ob grunnitum quo ſuem referunt: *porcum ſpinatum* Galli vocant. At nihil aliud cum ſue commune habet.

Καὶ τὰ ἄλλα: omiſit verbum.

CCCXCII. ARISTOTELES.

Κύουσαν δὲ ἄρκτον ἔργον ἐστὶ λαβεῖν.

Pregnans vrſa non ſine negotio capitur.

CAESAR.

PROPTEREA quòd fugit, vitátque loca frequentia fœtui metuens, vt λαβεῖν etiam ſit καταλαμβάνειν: vbi verò peperit eduxítque fœtum, nihil ea perículoſius. Conſpectos nos procul cùm quid eſſemus acturi dubitaret, erecta in pedes poſteriores obſeruauit quid rerum gereremus: vbi intellexit appropinquare, rugitum tollit, apprehenſumque vrſulum deturbat per rupes decliues. Tum eum ſequitur. Identidem ad nos reſpiciens appetita plumbeis glandibus, & ictu ſcipionum incertis tractibus, declinabat accelerans ad prolem, quam conſequuta rurſus in profundam deiecit vallem, eóque ſe proiecit. Incolumem vtranque ſequuti ſumus viſu. Tum parentem obire, obambularéque catulum: quaſi perſcrutaretur ecquid incommodâſſet caſus. Hoc ſemel vidimus in Alpibus Taurinis. Non ſemel autem in Noricis interfuimus cum Paulo à Leichthenſtein præfecto cohorti Germanicæ à D. Maximiliano Cæſare.

CAPVT TRIGESIMVM-PRIMVM,

Leonum coïtus, fœtus, eorum dentium mutatio.

CCCXCIII. ARISTOTELES.

Λέοντα δ' ὅτι μὲν ὀχεύει ὄπισθεν, καί ἐστιν ὀπισθουρητικόν, εἴρηται πρότερον.

Leonem auerſum coïre, retróque vrinam reddere, iam dictum eſt.

CÆSAR.

QVONIAM leo rarior eſt quàm vrſus: iccirco de vrſo priùs: repetítque de coïtu hiſtoiam, vt ſubnectat generationem. Eſt enim coïtus principium generationis ſub ratione motus.

Καὶ ἐστιν ὀπισθουρητικὸν: addidit tanquam cauſſam, propter quam auerſus coït.

CCCXCIV. ARISTOTELES.

Ὀχεύει δὲ καὶ τίκτει οὐ πᾶσαν ὥραν, καθ' ἕκαστον μέντοι τὸν ἐνιαυτόν.

COït paritque non quouis tempore: quanquam quotannis.

CAESAR.

ET certum annum habet, & certum tempus. Non autem ὡς τυχόντα χρόνον.

CCCXCV. ARISTOTELES.

Τίκτει μὲν οὖν τοῦ ἔαρος.

PArit autem vere.

CAESAR.

PEſſimè omiſit hiſtoriam vteri gerendi: neque quo tempore coëunt vſquam declarauit.

CCCXCVI. ARISTOTELES.

Τίκτει δ' ὡς ἐπιτοπολὺ δύο, τὰ μέντοι πλεῖστα ἕξ· τίκτει δ' ἐνίοτε καὶ ἕν. ὁ δὲ λεχθεὶς μῦθος περὶ τοῦ ἐκβάλλειν τὰς ὑστέρας τίκτοντα, ληρώδης ἐστί. συνετέθη δὲ, ἐκ τοῦ σπανίους εἶναι τοὺς λέοντας, ἀπορούντος τὴν αἰτίαν τοῦ τὸν μῦθον συνθέντος. σπάνιον γὰρ τὸ γένος τὸ τῶν λεόντων ἐστὶ, καὶ οὐκ ἐν πολλῷ γίνεται τόπῳ, ἀλλὰ τῆς Εὐρώπης ἁπάσης ἐν τῷ μεταξὺ τοῦ Ἀχελώου καὶ τοῦ Νέσσου ποταμοῦ.

BInos ferè parit, neque plures ſenis: interdum etiam vnum. Nam quæ narratur fabula, leænam parientem eycere matricem, delira eſt. Sed compoſita ex eo fuit, quòd animal hoc rarum eſt. Iccirco qui fabulam confixit, cauſſam ignorauit. Rarum igitur leonum genus eſt: rariſque gignitur locis. Sed tota Europa inter Acheloum, & Neſſum duntaxat fluuios.

CÆSAR.

NVNC poſita hiſtoria reiicit fabulam, quæ etiam à Gellio recitatur. Taxat Herodotum qui in *Thalia* id dixit. Nam cùm Herodotus dicit leonum ſcymnos diſcerpere matricem vnguibus, ac ſecum trahere: quid felis qui quodammodo puſillus leo videri poteſt, an ſecum trahit? Nam id quoque falſum eſt, felem ſollicitari vnguibus ad præmaturum partum. Hæc igitur omnino fabuloſa ſunt.

Suo arbitratu cùm σπανίους dixiſſet τοὺς λέοντας, repetiit σπάνιον εἶναι.

Ἐκ τοῦ σπανίους. Nam quoniam eſſent rari, putauit leænam ſemel tantùm parere: ſed ſanè adhuc eſſent rariores. Nam duos ferè parit: & multi pereunt venationibus. Ληρώδης *nugatoria.*

Συνετέθη, compoſita fuit, non temerè: quoniam veritas vna eſt & ſimplex: mendacium autem non eſt vnum. Non enim cohæret. Itaque vnum, & verum, & bonum, & ens idem ſunt.

Ἀπορούντος, *dubitante, heſitante.*

Ἐν πολλῷ τόπῳ. Non ſolùm non multis locis, ſed ne multo quidem tractu. Nam tota Europa, & vno & modico tractu inter Acheloum & Neſſum leones producit.

CCCXCVII. ARISTOTELES.

Τίκτει δὲ καὶ ὁ λέων πάνυ μικρὰ οὕτως, ὥστε δίμηνα ὄντα μόλις βαδίζειν.

IPſa quoque leæna parit puſilla omnino, adeò vt altero ætatis menſe vix ingrediantur.

CAESAR.

KAὶ ὁ λέων. Quoniam dixit de vrſa, hic poſuit coniunctionem: καί.

Πάνυ: omnino, ad vltimam paruitatem: πᾶσαν μικρότητα explet.

Δίμηνα ὄντα. Theodorus, *poſt ſecundum menſem*: falsò. Nam poſt ſecundum ingrediuntur. Ariſtoteles ſuo arbitratu cùm haberet *λέαινα*, dixit *λέων*, ὁ ϗ ἡ.

CCCXCVIII. ARISTOTELES.

Οἱ δ' ἐν Συρίᾳ λέοντες, τίκτουσι πεντάκις· τὸ πρῶτον, πέντε, εἶτα ἀεὶ ἑνὶ ἐλάττονα. μετὰ δὲ ταῦτα οὐκέτι οὐδὲν τίκτουσιν, ἀλλ' ἄγονοι διατελοῦσιν.

Terra Syria leanæ quinquies pariunt: primùm quinos: poſt deinde uno pauciores. Poſtremò nullum, ſed effœtæ agitant.

CAESAR.

Mira hiſtoria. Quam Gellius cùm retulit ad omne leonum genus, ex Philoſophi ſententia, memoria lapſus eſt.

Theodorus Græcum ſuum ſequutus, auſus eſt genere maſculino ſcribere leones pro fœminis. Idem addidit, *vita*, ſuperfluè & inconcinnè.

CCCXCIX. ARISTOTELES.

Οὐκ ἔχει δὲ ἡ λέαινα χαίτην, ἀλλ' ὁ ἄῤῥην λέων.

Caret leana iuba: ſolus mas habet.

CAESAR.

Sicut mas homo habet barbam, fœmina non habet. At in equorum genere communis eſt iuba: contrà leones quidam ſunt ſine iuba. Itaque legimus iubatos leones exhibitos in arena, ad differentiam aliorum.

CCCC. ARISTOTELES.

Βάλλει δὲ ὁ λέων τοὺς κυνόδοντας καλουμένους τέτταρας μόνους, δύο μὲν ἄνωθεν, δύο δὲ κάτωθεν· βάλλει δὲ ἑξάμηνος ὢν τὴν ἡλικίαν.

Mutat dentes leo quatuor eos tantùm qui canini *appellantur. Duos ſuperiores: totidem inferiores: ídque ætatis ſuæ menſe ſexto.*

CÆSAR.

Canis quadrimeſtris amittit. Repetitum *βάλλει*. Theodorus diuinitùs expreſſit illis monoſyllabis: *idq́*: ſed ambitioſè appoſuit verbum, *fit*: ſuſtulit enim gratiam orationis.

CAPUT TRIGESIMUM-SECUNDUM, DE HYÆNA.

CCCCI. ARISTOTELES.

Ἡ δὲ ὕαινα, τῷ μὲν χρώματι λυκώδης ἐστὶ, δασυτέρα δὲ, καὶ λοφιὰν ἔχει δι' ὅλης τῆς ῥάχεως.

Hyæna colore lupi eſt, ſed hirtior: iubámque habet toto dorſo perpetuam.

CAESAR.

CAESAR.

OPtime Philoſophus incepit à faciei deſcriptione. Ignotum enim Europæ animal eſt. Hiſtoriæ autem obſeruationes ſunt. Color, iuba, genitalia, infrequentia, fœmina hyæna. Feſtiuè autem dixit λυκώδης, quaſi lupaceam dicas: libro octauo eam quoque appellat glanum. Iubam habet quemadmodum equus, ſed ſeta duriore. Iubam autem in fronte tantùm habet hircus, in fronte & collo equus: in collo & armis leo: in toto dorſo hyæna.

CCCCII. ARISTOTELES.

Περὶ δὲ τῶν αἰδοίων ὃ λέγεται, ὡς ἔχει ἄῤῥενος καὶ θηλείας, ψεῦδός ἐστιν. ἀλλ' ἔχει τὸ μὲν τοῦ ἄῤῥενος, ὅμοιον τῷ τῶν λύκων καὶ τῶν κυνῶν· τὸ δὲ δοκοῦν θηλείας εἶναι, ὑποκάτω μέν ἐστι τῆς κέρκου, παραπλήσιον δ' ἐστὶ τῷ σχήματι τοῦ θήλεος· οὐκ ἔχει μέντοι οὐδένα πόρον.

QVod autem aiunt, vtriuſque ſexus habere genitalia falſum eſt: ſed quod habent mares, eſt ſimile lupi & canis. Quod autem videtur eſſe fœmineum, ſub cauda quidem eſt ſimile figura fœminino: verùm peruium non eſt.

CAESAR.

REIICIT fabulam Calliſthenis Poëtæ: quam etiam Ouidius recitat in vltimo *Metamorphoſeωn*:

-----: & quæ ſit fœmina tergo
Paſſa marem, nunc eſſe marem miretur hyænam.

Sed ibi mutationem fruſtra captauit: ſed mixtum ſexum non mutatum perſuaſum erat. Ouidius autem licentiùs pro mutatione accepit. Sicut etiam cùm Phaëtontem per omnia ſigna paucis horis producit.

Nota locutionem ἀλλ' ἔχει τὸ μὲν τοῦ ἄῤῥενος ὅμοιον, habet quod eſt maris ſimile. Quid eſt id quod habet? mas ſcilicet: ſed quia controuerſum erat máſne eſſet an fœmina, prudentiſſimè accepit in ſexu confuſo. Sic hyæna habet genitale quod ad marem pertinet canino, lupinóve ſimile. Quod autem fœmineæ naturæ ſpeciem præbet: quanquam ſub cauda eſt, & ſitus ac figuræ ratio perſuadere potuit, tamen imperuium eſt.

Τὸ τοῦ ἄῤῥενος, Theodorus *virile*, non aptè. Canile enim eſt, non virile.

CCCCIII. ARISTOTELES.

Ὑποκάτω δ' ἐστὶν αὐτοῦ ὁ τοῦ περιττώματος πόρος.

SVb hoc meatus excrementorum.

CAESAR.

ESt igitur inutilis meatus ille fœmineæ naturæ facie: tum quia eſt imperuius: tum à ſitu. Quomodo enim matrix ſupra rectum inteſtinum ſub dorſo eſſet, ſi meatus excrementorum inter illam rimam & veretrum eſt?

CCCCIV. ARISTOTELES.

Ἡ δὲ θήλεια ὕαινα ἔχει μὲν τι ὅμοιον τῷ τῆς θηλείας λεγομένῳ αἰδοίῳ· ἔχει δ' ὥσπερ ὁ ἄῤῥην αὐτὸ ὑποκάτω τῆς κέρκου, πόρον δὲ οὐδένα ἔχει· μετὰ δὲ τοῦτο ὁ τοῦ περιττώματός ἐστι πόρος· ὑποκάτω δὲ τούτου, τὸ ἀληθινὸν αἰδοῖον.

AT fœmina hyæna quiddam habet ſimile ei quod fœmina dicitur genitale, ídque ſub cauda, ſicut & mas: ſed nullo meatu peruium. Deinde meatum excrementorum, ſub quo verum genitale.

CAESAR.

POſtquam oſtendit illum eſſe marem, audacter nunc ſuo nomine vocat fœminam.

Diſtinxit τὸ λεγόμενον αἰδοῖον, ἀπὸ τοῦ ἀληθινοῦ, quoniam ſuprà quod de illo dicebatur ψεῦ-

δός

δός ἐϛι dixit. Theodorus autem addidit illa, *præter ſuum illud.* At iam verò dicet Philoſophus τὸ ἀληθινόν.

Μετὰ δὲ τοῦτο. Theodorus, *à quo excrementorum meatus*: paulò imprudentiùs. Nam cùm *meatus* poſuit nomen, viderentur eo excerni excrementa, ſic, à quo excrementa.

CCCCV. ARISTOTELES.

Ἔχει δὲ ἡ ὕαινα ἡ θήλεια καὶ ὑστέραν ὥσπερ καὶ τὰ ἄλλα ζῷα τὰ θήλεα, ὅσα ἐστὶ τοιαῦτα.

HAbet fœmina matricem quoque, ſicut & aliæ eiuſmodi animantes.

CÆSAR.

ALIVD argumentum contra ſexum confundentes. Nam ſi fœmina matricem habet, neque habet veretrum, ſexus diſcretio eſt.

Ἄλλα ζῷα θήλεα, cùm Græcè poſſint neutro genere, vtrunque Latinè potuimus fœminino: vt ſicut fecit ex θήλεια θῆλυ, vt apponeret τῷ ζῴῳ. Ita nos ex animali animantem, vt apponeremus fœminæ.

Ὅσα ἐστὶ τοιαῦτα: *quæ ſunt eiuſmodi.* Quare hæc addit? An fœmina vlla eſt quæ matrice careat? ſic eſt profectò. Nam non ὑστέραν, ſed ὑστερικοὺς τόπους aliquando legimus. Et in auibus non eſt vera matrix.

CCCCVI. ARISTOTELES.

Σπάνιον δέ ἐστι λαβεῖν ὕαιναν θήλειαν· ἐν ἕνδεκα γοῦν κυνηγός τις μίαν ἔφη λαβεῖν.

RArò capitur hyæna fœmina. Nam venator inter vndecim numero, vnam tantùm cepiſſe retulit.

CÆSAR.

SVprà reddiderat rationem fabulæ Herodoti, nunc rationem erroris huius. Nam cùm vidiſſent multos mares cum rima ſub cauda: neque fœminam prehendiſſent: non potuere quin putarent eundem eſſe, & marem, & fœminam.

CAPVT TRIGESIMVM-TERTIVM,

Coïtus, & fœtus leporum.

CCCCVII. ARISTOTELES.

Οἱ δὲ δασύποδες, ὀχεύονται μὲν συνιόντες ὄπισθεν, ὥσπερ εἴρηται πρότερον. ἔστι γὰρ ὀπισθουρητικόν· ὀχεύονται δὲ καὶ τίκτουσι πᾶσαν ὥραν.

LEporum genera venerem exercent coëuntes auerſi inter ſe, ſicut iam dictum eſt: retrò enim mingunt. Coëunt enim, & pariunt omni tempore.

CÆSAR.

INTER feras carniuoras, leones, hyænas, lupos, miſcet leporem animal imbecillũ, imbelle, timidum, & minimè noxium. Saltem ea cauſſa feciſſet quòd putatur vtriuſque ſexus eſſe, vt cum hyæna coniungeretur. At id quemadmodum de hyæna, falſum eſt.

Δασύποδες: non dubium eſt quin lepores intelligat. Sed & cuniculos comprehendi par eſt, qui ſingulis menſibus pariunt: aut non multis deficiunt. Nam leporem

leporem ſingulis menſibus parere falſum eſt. Semel enim in anno pariunt, aut non plus bis: vere & Autumno. Decembri autem, & Ianuario, nunquam prægnantem prehendimus: ſub finem Februarij aliquando lepuſculum, at paruum admodum.

CCCCVIII. ARISTOTELES.

Καὶ ἐπικυΐσκονται ὅταν τίκωσι, καὶ τίκτουσι κατὰ μῆνας. τίκτουσι δὲ οὐκ ἀθρόα, ἀλλὰ διαλείπουσιν ἡμέρας ὁπόσας ἂν τύχωσιν.

ET ſuperfœtant cùm peperêre, & pariunt ſingulis menſibus. Pariunt autem non vniuerſos, ſed interponunt dies quot inter repetitum coïtum & partum.

CAESAR.

Ἐπικυΐσκονται) ὅταν τίκωσι. Theodorus omiſit ὅταν τίκωσι: malè. Cauſſa erroris fuit: quoniam prægnantes dicuntur ſuperfœtare. At ſi peperêre, quomodo ſuperfœtant? Iccirco dubitauit: ſed non meminerat ipſos non parere vniuerſos: iccirco ſuperfœtant coitu repetito: ſemper alios ſuper alios inchoant. Idque intelligendum de cuniculis: & ideò addidit, eos parere ſingulis menſibus. Quod vt oſtendimus, alienum omnino eſt à natura leporum.

Ἡμέρας ὁπόσας ἂν τύχωσιν. Quot fortè interpoſuerit dies inter partum & alterum coïtum repetitum, tot interponunt inter edendum ſeriùs conceptum fœtum, & editum maturiorem. Non dixit ὁπόσαι ἂν τύχωσιν, ſed ſubintelligit ὁπόσας ἂν τύχωσι διαλιπόντες ὀχευθησόμενοι.

CCCCIX. ARISTOTELES.

Ἴσχει δὲ ἡ θήλεια γάλα πρότερον ἢ τεκεῖν.

HAbet lac fœmina prinſquam pariat.

CÆSAR.

ERgo penè ſemper habet. Nam ſi parit menſibus ſingulis, & ſuperfœtat, non multum temporis ponet, quo lacte careat.

CCCCX. ARISTOTELES.

Καὶ τεκοῦσα εὐθὺς ὀχεύεται.

A Partu coïtum ſtatim repetit.

CAESAR.

PArum hoc eſt. Nam & equam tertia poſt partum die coïre vidimus: ſed & quem prægnans repetit.

CCCCXI. ARISTOTELES.

Καὶ συλλαμβάνει ἔτι θηλάζουσα.

ET etiamnum lactans concipit.

CAESAR.

HOc etiam equa facit.

CCCCXII. ARISTOTELES.

Τὸ δὲ γάλα, παχύτητι ὅμοιόν ἐστι τῷ ὑείῳ.

LAc craſſitudine ſuillum refert.

CAESAR.

C AE S A R.

SIc quoque ſuprà in hiſtoria canum æquauit leporinum ſuillo.

CCCCXIII. ARISTOTELES.

Τίκτει δὲ τυφλά, ὥσπερ τὰ πολλὰ τῶν πολυσχιδῶν.

PArit cæcos, ſicut pleráque eorum quæ pedes in multa fiſſos habent.

C AE S A R.

COACTVS eſt reducere hanc affectionem ad genus πολυσχιδῶν. Temperauit orationem veritate, addita voce illa, πολλά. Non enim homo cœcos parit. Theodorus negatiuè dixit, *non vt maior fidipedum pars*: peſſimè: nam maxima pars πολυσχιδῶν parit cœcos, leo, vrſus, canis, vulpes, lepus, felis, lupus, panthera, thoes. Idem quoque πολυσχιδῶν, *fidipedum* dixit: at vbi eſt τὸ πολύ: nónne biſulca σχιζόποδα ſunt? & fidipedes potiùs actiuè ſumas.

CAPVT TRIGESIMVM-

QVARTVM,

Coïtus & partus vulpis.

CCCCXIV. ARISTOTELES.

Ἡ δὲ ἀλώπηξ, ὀχεύεται μὲν ἀναβαίνουσα.

VVlpes conſcendens coit.

C Æ S A R.

MOre canum: neque enim eſt ὀπισθουρητική.

CCCCXV. ARISTOTELES.

Τίκτει δὲ [τυφλά] ὥσπερ ἡ ἄρκτος, καὶ ἔτι μᾶλλον ἀδιάρθρωτον.

PArit vrſæ modo, atque etiam magìs indiſcretum.

C Æ S A R.

NAm mox dicet lingua conformare, atque erudire.

CCCCXVI. ARISTOTELES.

Ὅταν δὲ μέλλῃ τίκτειν, ἐκτοπίζει οὕτως, ὥστε σπάνιον εἶναι τὸ ληφθῆναι κύουσαν.

INſtante partu demigrat. Itaque non ſæpe capta eſt prægnans vulpes.

C AE S A R.

VErſutiam ſuam pro ſobole exercet. Incommodè autem interpoſuit hæc.

CCCCXVII. ARISTOTELES.

Ὅταν δὲ ἐκτέκῃ, τῇ γλώττῃ ἐκλείχουσα, ἐκθερμαίνει καὶ συμπέττει.

Editum fœtum lingua lambendo & fouet & maturat.

CAESAR.

Idem etiam vrſam facere aiunt.

Ἐκθερμαίνει, ne aëris frigore lædatur: hoc idẽ faciunt & canes & catti: ſed vt abſtergant ſordes.

Συμπέττει. Theodorus, *concoquit* durè: *maturat* nos: quoniam præcox partus eſt.

CCCCXVIII. ARISTOTELES.

Τίκτει δὲ τέτταρα τὰ πλεῖστα.

Nunquam plures quaternis gignit.

CAESAR.

Et tamen plures mammas habet quàm quatuor: quod aduerſatur opinioni Galeni.

CAPVT TRIGESIMVM QVINTVM,

Luporum, felis, ichneumonis, pantheræ, lupi ceruarij coïtus, & fœtus.

CCCCXIX. ARISTOTELES.

Λύκος δὲ, ὀχεύει μὲν καὶ τίκτει, καθάπερ κύων, τοῖς χρόνοις καὶ πλήθει τῶν γινομένων, καὶ τυφλὰ τίκτει ὥσπερ κύων.

Lupus, & coït & parit canum more tum tempore, tum numero fœtuum. Item cæcos ſicut & canis.

CAESAR.

Lvpvs etſi multum affinitatis cum cane habeat, canis tamen non eſt. Quidam putant lupos eſſe canem ferum, & ex cicuratis tractu temporis prolem domeſticorum canum ſimilem futuram, quod falſum & ratio, & experientia nos docet. Sub genere communi tamen ſunt ſub quo & tygris, & vulpes, & hyæna contineantur: quemadmodum in *Exercitationibus noſtris ad Cardanum*, fuſiùs tractauimus: & vt, non ſolùm forma integra, neque feritate quam difficilè totam deponunt, etiam inteſtinis à cane diſtat. Quatuor hìc obſeruat Philoſophus ſimilitudines, tempus coïtus, geſtationis, numerum fœtuum, & cœcitatem. Meliùs igitur feciſſet cum canis hiſtoria ſi poſuiſſet.

Ὀχεύει καὶ τίκτει, *coït & parit*, vt modum coïtus, & tempus geſtationis partus, meta præſcriberet. Theodorus malè, *fert & parit*. Idem enim eſt hìc: nihil enim vult aliud quàm tempus.

Nota καθάπερ aduerbium pro nomine. Nam ſubdit τοῖς χρόνοις, id eſt ὁμοίως καὶ οὕτως καὶ τοσούτοις, καὶ τοῖς.

CCCCXX. ARISTOTELES.

Ὀχεύει δὲ καὶ ὀχεύεται κατὰ μίαν ὥραν.

Coït autem vno certo tempore.

CAESAR.

Hoc differt à cane, κατὰ μίαν ὥραν, vno tempore: non dixit ἅπαξ: nam μία hìc ſignificat etiam certum.

CCCCXXI. ARISTOTELES.

Καὶ τίκτει ἀρχομένου τοῦ θέρους. λέγεται δέ τις περὶ τοῦ τόκου λόγος πρὸς μῦθον συνάπτων. φασὶ γὰρ ἅπαντας τοὺς λύκους ἐν δώδεχ' ἡμέραις ἐνιαυτοῦ τίκτειν. τούτου δὲ τὴν αἰτίαν ἐν μύθῳ λέγουσιν, ὅτι ἐν τοσαύταις ἡμέραις τὴν Λητὼ παρεκόμισαν ἐξ ὑπερβορέων εἰς Δῆλον, λύκαιναν φαινομένην, διὰ τὸν τῆς Ἥρας φόβον. εἰ δ' ἐστὶν ὁ χρόνος οὗτος τῆς κυήσεως, ἢ μὴ ἔστιν, οὐδέν πω συνῶπται μέχρι γε τοῦ νῦν, ἀλλ' ἢ ὅτι λέγεται μόνον. οὐκ ἀληθὲς δὲ φαίνεται, οἷον οὐδὲ τὸ λεγόμενον δὴ, ὅτι ἅπαξ τίκτουσιν οἱ λύκοι.

Parit vere ineunte. Fertur etiam ratio partus fabulam adiungens. Aiunt enim lupos inter duodecim dies anni parere. Huius autem rei cauſſam referunt in fabula: propterea quòd in totidem diebus Latonam lupæ facie tectam Iunonis metu ex Hyperboreis in Delum deduxerint. At verò an id ſit tempus ferendi nécne, nondum etiam perſpectum eſt. Sed tantummodo ſic fertur. Commentum videtur tamen. Quemadmodum & cùm aiunt, ſemel tantùm lupos parere.

CÆSAR.

TEMPVS ponit pariendi & mox ferendi. Sed antequam dicat hoc, proponit fabuloſum eſſe quod ſit dicturus: deinde poſtquam dixit, repetit eſſe fabulam: eámque narrat. At etſi incertá eſſe de ipſius partu rem eſſe dicat, nos falſam ſuperiorem opinionem deprehendimus, verúmque vteri gerendi tempus, in lupa cicure tyrones, quam Stenegi comes matris meæ conſobrinus habuit. Hæc pertulit yterum quantum canis.

Πρὸς μῦθον συνάπτων. Imò λέγουσι συνάπτοντες.

Ἅπαντας τοὺς λύκους: cùm haberet λυκαίνας in fœminino, debuerat dicere ἁπάσας: ſed vt τὸ ἐκ τῆς λέοντα, ſuprà dixit ἐπικοινῶς: ſic & λύκον.

Ἐν δώδεκα: ἐν, *intra*: quia dixit τῆς κυήσεως.

Παρεκόμισαν: vt comes παρὰ τὸ κομίζειν, duci videatur. Theodorus optimè *deduxerint*: eſt enim verbum officij.

Φαινομένην: quia non eſſent.

De fabula autem hac, & apud Platonem, Pindarum, & Callimachum ampliùs poteris petere:

Οὐκ ἀληθὲς δὲ φαίνεται: non dixit ἐστί: quoniam negárat exploratum ad eam diem vſque.

Ὅτι ἅπαξ. Theodorus addidit, *in vita*: non neceſſariò: nimis arctum verbum eſt ἅπαξ: neque indiget præſcriptione.

CCCCXXII. ARISTOTELES.

Οἱ δὲ αἴλουροι, καὶ ἰχνεύμονες, τίκτουσιν ὅσαπερ καὶ αἱ κύνες, καὶ τρέφονται τοῖς αὐτοῖς.

Feles & ichneumones tot pariunt, quot canes: atque idem cibi genus eſt.

CAESAR.

NISI alia genera ſubmiſcuiſſet, auulſum voluiſſem Caput hoc. Et minimè excuſari poteſt Philoſophus: nam nihil conueniunt feles & ichneumones cum lupo, niſi quòd tot pariant quot canes: atque iiſdem idem cibus. Lupus enim, vt diximus ſub communi nomine canum eſt, etſi canis verus non ſit. Excuſari quoque vtrunque poteſt quia de Generatione diſputatio eſt, atque hęc animalia inter ſe hoc commune habent. Verùm ordo potiſſimùm ſeruandus eſt, vt quæque ſuis ſimillimis coniungantur: felis enim proximior leoni quàm cani. Felium autem duo ſunt genera: domeſticum, ferum. Domeſticum duplex, venaticũ & iners. Iners hoc è Syria aduectum in Italiam, & in Hiſpaniam: ex Hiſpania in Galliam: ſubcandidum maculis nigerrimis, aut guttis, aut tractibus. Venaticum ferè lupi colore: ſed & albi ſunt, & nigri, & ruffi, & varij. Agreſte duplex: alterum maximum: tanto altero maius quàm vulgare: cinereo colore ſubflauo, macularum tractibus nigris. Ex Hiſpania ad nos pelles importantur. Aiunt eſſe acerrimæ defenſionis: in deſperatione etiam canes lacerare. Retibus capiendos curant: ne corrumpatur propter quod petitur, pellis, aut canum morſu, aut miſſilibus. Alterum minùs, ſed fœtidiſſimum. Itaque *putum*, aut *putois* Galli vocant.

Καὶ τρέφονται τοῖς αὐτοῖς. Theodorus, *& veſcuntur eiſdem*. Si Theodori interpretatio recipitur, quidam putabit hæc animalia ſuis fœtibus veſci. Aliter igitur interpretãdum. Nos περιφραστικῶς

diximus : *idem cibi genus eſt.* Ambiguè quoque hæc intelligi poſſunt : vt & cibus idem ſit feli & ichneumoni, qui & canibus : aut vt, quod magis ad ſententiam Philoſophi facit, ichneumo & felis iiſdem vtantur cibis. Ichneumo enim & mures venatur, & ex inſidiis gallos & auiculas captat : quod & commune feli. Animal Ægypto peculiare, vbi *murem Pharaonis* vulgus vocat: cum aſpide & crocodilo pugnat. Martialis eum vocat *pernicioſum* : & Athenæus eius meminit in *Gryphis*.

CCCCXXIII. ARISTOTELES.

Ζῶσι δὲ περὶ ἔτη ἕξ.

Viuunt ad annos ſex.

CÆSAR.

FEles autem, vt nos experientia ſcimus, viuunt etiam ad annos quindecim.

CCCCXXIV. ARISTOTELES.

Καὶ ὁ πανθὴρ δὲ τίκτει τυφλὰ, ὥσπερ λύκος.

PAnthera cæcos item gignit, quemadmodum lupus.

CAESAR.

PANTHERAM quare *lupum canarium* dixerit Theodorus, neſcio. Pardum marem, pantheram fœminam ſcimus ex Plinio : meminit tamen ſeparatim Xenophon, vt alibi monuimus, παρδάλεων καὶ πανθήρων : cùm tamen apud reliquos autores idem ſint. Hæc autem cum leonum hiſtoria coniungenda erant: non multum aliena illorum natura. Pantheras à pardis ſolo candore diſcerni dicitur. In noſtris *Exercitationibus in Cardanum*, de his plura, quæ hîc repetere ſuperuacaneum eſſet.

CCCCXXV. ARISTOTELES.

Τίκτει δὲ τὰ πλεῖστα, τέτταρα τὸν ἀριθμόν.

NVnquam plures quatuor parit.

CAESAR.

ESt numerus vulpis.

CCCCXXVI. ARISTOTELES.

Καὶ οἱ θῶες δὲ ὁμοίως κυΐσκονται τοῖς κυσί.

LVpi ceruarij implentur coïtu, vt canes.

CÆSAR.

ALIBI docuimus quare lupi, cùm tamen nihil lupi præter auiditatem habeant, vocentur. Ceruarij autem quia ceruorum hoſtes acerrimi. Lynces ſunt, & Oppianus *Thoas* vocat : quos etiam Plinius luporum genus eſſe ait. At videtur neque lupos ceruarios neque Thoas, neque lynces, niſi ex aliorum fide nouiſſe.

CCCCXXVII. ARISTOTELES.

Καὶ τίκτουσι τυφλά· τίκτουσι δὲ καὶ δύο καὶ τρία καὶ τέτταρα τὸν ἀριθμόν.

PAriunt cæca, duo aut tria, aut quatuor numero.

CÆSAR.

DIffert numero, conuenit τυφλοτοκία.

CCCCXXVIII.

CCCCXXVIII. ARISTOTELES.

Ἔστι δὲ τὴν ἰδέαν ἐπὶ οὐρὰν μὲν μακρός, τὸ δὲ ὕψος βραχύτερος. ὁμοίως δὲ ταχυτῆτι διαφέρει, καίπερ τῶν σκελῶν ὄντων βραχέων· ἀλλὰ διὰ τὸ ὑγρὸς εἶναι, καὶ πηδᾷ πόῤῥω.

Quod ad eius ſpeciem attinet: caudam verſus porrigitur: ſed humilior eſt. Celeritate quoque præſtat, quanquam cruribus breuibus. Verùm propterea quòd agilis eſt, proſilire longè poteſt.

CAESAR.

Ἐπὶ οὐρὰν μὲν μακρός. Theodorus diuiſit in partes. Nam & corpus longum dedit, & fecit caudam porrectiorem. At ἐπὶ οὐρὰν dixit, quoniam non collo, ſed corpore eſt porrectiore.

Τὸ ὕψος βραχύτερος. Theodorus *proceritate breuior.* Nemo ſic Latinè vnquam locutus eſt: nos *humilior.*

Πηδᾷ: potentiam ſignificat, non actum.

CAPVT TRIGESIMVM-SEXTVM,

De mulis terræ Syriæ.

CCCCXXIX. ARISTOTELES.

Εἰσὶ δὲ ἐν Συρίᾳ οἱ καλούμενοι ἡμίονοι, ἕτερον γένος τῶν ἐκ συνδυασμοῦ γινομένων ἵππου καὶ ὄνου. ὅμοιοι δὲ τὴν ὄψιν, ὥσπερ καὶ οἱ ἄγριοι ὄνοι πρὸς τοὺς ἡμέρους, ἀπό τινος ὁμοιότητος λεχθέντες εἰσίν, [ὥσπερ οἱ ὄνοι ἄγριοι καὶ] ἡμίονοι, τὴν ταχυτῆτα διαφέροντες. αὗται αἱ ἡμίονοι γεννῶσιν ἐξ ἀλλήλων. σημεῖον δέ. ἦλθον γάρ τινες εἰς Φρυγίαν ἐπὶ Φαρνάκου τοῦ Φαρναβάζου πατρὸς, καὶ διαμένουσιν ἔτι. εἰσὶ δὲ νῦν μὲν τρεῖς, τὸ παλαιὸν δ᾽ ἐννέα ἦσαν, ὥς φασιν.

Svnt in Syria muli, ſic enim appellant: diuerſum tamen ab ijs genus, qui ex coïtu equi aſinique procreantur: ſimili tamen facie: ac vt ſilueſtres aſini ob quandam ſimilitudinem cum domeſticis ſic dicti. Et quemadmodum aſini ſilueſtres, ita hi muli præſtant celeritate. Hoc in genere mulæ viciſſim procreantur. Quod ex ijs deprehenſum eſt, qui venerunt in Phrygiam Pharnacæ tempore, qui Pharnabazi pater fuit. Durant adhuc: ſed treis tantum extant, cum olim nouem, vt aiunt, fuerint.

CAESAR.

Syrorvm mulorum genus ſupra dixit in hiſtoria mulorum obiter: nunc ex profeſſo: ſed meliùs ibi poſuiſſet quàm inter Thoës & mures.

Ἕτερον γένος: quaſi ſub eodem genere conſtituat: quoniam non dixit ἀπὸ τῶν, ſed alterum genus aliorum, id eſt, diuerſi ſpecie, iidem genere. Neque enim ſterilitas in illis à ſubſtantia eſt. Nam in Africa generant: ſed ab accidente. Tamen hîc ſimilitudinem tantùm dicit.

Ταχυτῆτα διαφέροντες. Nunc differentiam ponit: διαφέρειν, *differre:* differt etiam deterius à meliore: ſed tamen hoc verbum actum quendã videtur ſignificare. Quare ad præſtantius redactu eſt.

Αἱ ἡμίονοι: quoniam mares ſuprà generabant ex Philoſophi ſententia, non fœminæ: iccirco nunc mutauit genus.

Ἐξ ἀλλήλων: vt mula & ex mula prodeat, & ex ea mula, non ex equa, aut aſina.

Ἦλθον pro, adductæ ſunt.

Διαμένουσιν, Theodorus *extant*: at malè *ſeruantur*, cùm vellet interpretari εἰσὶ: ſed διαμένουσι eſt genus: εἰσὶ, ſunt capita nepotum.

Καὶ νῦν: à Pharnacæ tempore ad Ariſtotelem hi ſunt. Miltiades, Themiſtocles, Pericles, Alcibiades, Ariſtoteles.

CAPVT TRIGESIMVM-SEPTIMVM,

Varia murium genera, & eorum fœtus.

CCCCXXX. ARISTOTELES.

Η δὲ τῶν μυῶν γένεσις, θαυμασιωτάτη παρὰ τὰ ἄλλα ζῶά ἐστι, τῷ πλήθει καὶ τῷ τάχει. ἤδη γάρ ποτε ἐναπολειφθείσης τῆς θηλείας κυούσης ἐν ἀγγείῳ κέγχρου, μετ' ὀλίγον χρόνον ἀνοιχθέντος τοῦ ἀγγείου, ἐφάνησαν ἑκατὸν καὶ εἴκοσι μῦες τὸν ἀριθμόν.

Murium generatio imprimis mirabilis præ cæteris animalibus, tum magnitudine, tum celeritate. Iam enim in vaſe miliario relicta fœmina grauida, non multo poſt aperto vaſe, extitêre muſculi centum viginti numero.

CÆSAR.

Hoc poſtremo Capite murium agit hiſtoriam, quæ erat ambigua: ac tam ex putrefactione, quàm congenere procreationis, fuit ſuprema lege alio ordine digerenda. In hac enim obſeruat hæc: multitudinem, celeritatem. Itaque & numerum ponit, & dicit μετ' ὀλίγον χρόνον. Tertio loco genus ſoricum in agris: quorum prouentus paucis horis tantus, vt agros depopulentur. Quarto alterum miraculum: nam repentè euaneſcunt imbribus: cùm tamen multis modis expugnentur ab hominibus fruſtra: ſuffitu, venatu: item à vulpibus & à muſtellis. Quinto ponit genera murium quæ nominat, corúmque quorundam generationes. Poſtremo alia genera quæ non nominat. Nos aut in ſuperioribus nominauimus, aut hîc recenſebimus multa.

Θαυμασιωτάτη παρὰ. Neſcio an Latina oratio ſuſtineat ſuperlatiuum cum *ante*. Nam comparatiuum admittit: *ſcelere ante alios immanior omnes.*

Ἐναπολειφθείσης: ſit per α: relicta poſtquam prehenderit ibi: ἐν, & poſteà, ἀπό, ſi ſit per η, παρὰ τὸ λαμβάνω, συλληφθείσης ἐν ἀγγείῳ: rectior tamen eſt prior lectio. At Theodorus, *occupata*, neſcio quomodo dixerit. Idem malè Latinè *viginti & centum*: ante centum minor numerus præmittitur cum coniunctione.

CCCCXXXI. ARISTOTELES.

Απορεῖται δὲ καὶ ἡ τῶν ἐπιπολαζόντων μυῶν γένεσις ἐν ταῖς χώραις καὶ ἡ φορά. πολλαχοῦ γάρ εἴωθε γίνεσθαι πλῆθος ἀμύθητον τῶν ἀρουραίων, ὥστε ὀλίγον λείπεσθαι τοῦ σίτου παντός. γίνεται δὲ οὕτω ταχεῖα ἡ φορά, ὥστ' ἔνιοι τῶν μὴ μεγάλας ἐργαζομένων, τῇ προτεραίᾳ ἰδόντες ὅτι θερίζειν ὥρα, τῇ ὑστεραίᾳ ἕωθεν ἄγοντες τοὺς θεριστὰς, καταβεβρωμένον ἅπαντα καταλαμβάνουσι.

IN quæſtione etiam eſt & generatio & murium prouentus qui in agris emergunt. Multis enim in locis vix dici queat ſoricum multitudo tanta, vt ex vniuerſa ſegete parum reliqui fiat. Tàm repente enim cooriuntur, vt qui haud ita agri magnum modum colunt, cùm vidiſſent inſtare meſſis tempus, poſtridie manè adductis meſſoribus, deuoratam vniuerſam ſegetem offendêre.

CÆSAR.

Alterum murium genus æquè exercet ingenia, ἐν ταῖς χώραις in agris: *agreſtium*, vertit Theodorus rectè.

Φορὰ *copia*, & mox ταχεῖα φορά: *repente cooriuntur.*

Ἐπιπολαζόντων, *qui emergunt è terra.*

Nota Græcam locutionem. Nanque Philoſophus ita dicit, τῇ προτεραίᾳ ἰδόντες τῇ ὑστεραίᾳ καταλαμβάνουσι. An Latinus ſic poſſit dicere? *Cùm pridie veniſſent, poſtridie receſſêre*: ſanè poteſt. At verò quid ſignificat? tres dies ſignificantur, non duo. Nunquam dicas pridie ad poſtridie: neque è contrario: ſed ad diem interpoſitum. Pridie venit, cuius diei Kalendarũ poſtridie diſceſſit, nõ poſt diem

diem pridianum. Sed poſt diem præ qua altera dies fuerat. Itaque prudentiùs quàm Theodorus ſubiicuimus, *pridie*. Nam alterum tum dicas, ſic. Vaſtatum agrum inuenerunt: cùm pridie planum, & paſcentem, vt ait Gellius, manus reliquiſſent.

Καταβεβρωμένον. Quoniam iam σῖτον dixerat: *abſumptam ſegetem* Theodorus, rectè. Sed tamen laxior vox eſt: neque quæ ſoricum maleficium deſignet.

CCCCXXXII. ARISTOTELES.

Ὁ δὲ ἀφανισμὸς οὐ κατὰ λόγον ἀποβαίνει. ἐν ὀλίγαις γὰρ ἡμέραις ἀφανεῖς πάμπαν γίγνονται· καίτοι ἐν τοῖς ἔμπροσθεν χρόνοις, οὐ κρατοῦσιν οἱ ἄνθρωποι, ἀναθυμιῶντες καὶ ἀνορύττοντες, ἔτι δὲ θηρεύοντες, καὶ τὰς ὗς εἰσβάλλοντες. αὗται γὰρ ἀνορύττουσι τὰς μυωνίας. θηρεύουσι δὲ καὶ αἱ ἀλώπεκες αὐτούς, καὶ αἱ γαλαῖ αἱ ἄγριαι μάλιστα ἀναιροῦσιν, ἀλλ' οὐ κρατοῦσι τῆς πολυγονίας καὶ τῆς ταχυτῆτος· οὐδ' ἄλλο οὐδέν, πλὴν οἱ ὄμβροι, ὅταν ἐπιγένωνται· τότε δὲ ἀφανίζονται ταχέως.

Verùm ijdem abolentur item præter rationem. Paucis enim diebus omnino nuſquam comparent. At enimuero homines ei rei anteuertentes, euincere non poſſunt, vel ſuffitibus, vel effoſſa terra, vel etiam venationibus. Quin immittunt ſues quoque, quorum opera illorum luſtra obruantur. Ad hæc vulpes illos captant, & imprimis agreſtes muſtellæ interficiunt. At ne ſic quidem, aut fecunditatem, aut celeritatem ſuperare queunt. Neque aliud quippiam, niſi imbres ſuperuenerint. Citò enim fit vt nuſquam prætereà conſpiciantur.

CÆSAR.

Sicut repentinus prouentus, ita etiam internecio. Imbribus enim abolentur, cùm nulla opera humana extingui poſſint. Ponit ſuffitus: fiunt autem ex galbano, & cornu vſto. Ponit effoſſa latibula. Tertium remedium, venationem, illatis felibus, aut extructis decipulis. Quartum ſues. Quintum à natura vulpes. Et ſextum muſtellas. Nota autem diuturnitate, & multitudine remediorum non poſſe extingui: at breuiſſimo tempore aboleri imbribus.

Ἄγριαι γαλαῖ. Theodorus malè *cattos* dixit. Αἴλουροι enim multum differunt ἀπὸ τῆς γαλαῖς.

Ἐν τοῖς ἔμπροσθεν χρόνοις. Theodorus, *ſuperiore tempore*. At nullum etiamdum tempus dixit. Sed per verbum, *anteuertere* dicendum fuit.

Ὅταν ἔτι φυτεύωνται. Dele: verba enim ſunt de imbribus, & corrupta hic: ſed ſuo loco integra infrà ὅταν ἐπιγένωνται. Theodorus quoque ea neſciuit.

Tria verba ἀφανισμὸς, ἀφανεῖς, ἀφανίζονται: primum per, *aboleri* diximus: ſecundum per, *non comparere*: tertium per, *non conſpici*. Theodorus, *interitum*, cùm dixit, rectè facit. Sed tamen ne vnum quidem cadauer eorum inuenias. Itaque ἀφανίζονται.

Οὐ κατὰ λόγον. *Non ſecundum rationem.* Quoniam ratio perſuadet celeriùs, & faciliùs aboleri tot operis, quàm citò, imbrium ſuperuentu.

CCCCXXXIII. ARISTOTELES.

Τῆς δὲ Περσικῆς ἔν τινι τόπῳ ἀνασχιζομένων τῶν ἐμβρύων, τὰ θήλεα δοκεῖ κύοντα φαίνεσθαι.

Quodam loco terræ Perſicæ diſſectis è matris vtero fœtibus, fœminei ſexus tanquam prægnantes videntur.

CÆSAR.

Vult propemodum aſſignare cauſſam fœcunditatis. Nam etiam matres fiunt antequam naſcantur: vtinam apud nos tales vitulæ ſint.

Οἷον κύοντα modeſtè loquutus eſt. Οἷον & φαίνεται: non dixit ἐστί. Theodorus omiſit οἷον & φαίνεται, *comperiuntur*. Suſtulit ibi modeſtiam Philoſophi: hic obſcurauit.

CCCCXXXIV. ARISTOTELES.

Φασὶ δέ τινες καὶ διισχυρίζονται, ὅτι ἂν ἅλα λείχωσιν, ἄνευ ὀχείας γίνεσθαι ἐγκύους.

Quidam & aiunt, & affirmant, ſalem ſi delingant, ſine coïtu prægnantes fieri.

CAESAR.

HVius quoque rei fidem penes autores eſſe vult. Dixit, φασὶ, & addidit ad efficaciam ſententiæ *διϊσχυρίζονται*. Theodorus omiſit φασὶ, & addidit *vehementer.*

CCCCXXXV. ARISTOTELES.

Οἱ δ' ἐν Αἰγύπτῳ μῦες, σκληρὰν ἔχουσι τὴν τρίχα, σχεδὸν ὥσπερ οἱ χερσαῖοι ἐχῖνοι.

ÆGyptij mures duro ſunt pilo, penè quaſi erinacei.

CAESAR.

Οἱ ἐν Αἰγύπτῳ intelligas nati: nanque nauigijs noſtratibus multi Alexandriam importantur è noſtris.

CCCCXXXVI. ARISTOTELES.

Εἰσὶ δὲ καὶ ἕτεροι οἳ βαδίζουσιν ἐπὶ τοῖς δυσὶ ποσί. τὰ γὰρ πρόσθια, μικρὰ ἔχουσι. τὰ δ' ὀπίσθια, μεγάλα. γίνονται δὲ πλήθει πολλοί.

SVnt & alij qui bipedes ingrediuntur: anteriora enim crura breuia habent, poſteriora magna: & frequentes ſunt.

CAESAR.

SCIMVS ſciuros ſedere clunibus, prioribúſque pedibus tanquam manu vti admouendo ori cibo: longiſſimáque eſſe ijs crura poſteriora: valeréque ſaltu: quoniam etiam adiuuent iactu caudæ, arboratim inſilientes: ſed puto alios hic dici. Nam de cauda quæ his eſt inſignis nihil, quáque ſe toti tegunt: hirtiſſima enim eſt. Verùm de his & alijs multis, tùm ſuprà in Secundo, tum in noſtris ad Cardanum de *ſubtilitate* diſputationibus à nobis ſatis, ut putò dictum eſt.

Ἐπὶ τοῖς: ἑοῖς, ſcilicet ſuis.

CCCCXXXVII. ARISTOTELES.

Ἔστι δὲ καὶ ἄλλα γένη μυῶν πολλά.

SVnt prætereà murium genera alia multa.

CAESAR.

SIC cluſit nos: excluſitque poteſtate expoſtulandi ſecum. Nam & glires ſunt, & Pontici duum generum: varij & albi qui Armeni. Talpa etiam genus muris eſt: ſunt & mures agreſtes acutiſſimo roſtro, oculis penè nullis, dentibus binis grandiſſimis, validiſſimis, velocitate pene inenarrabili, ac ſagittam æquantes, de quibus copioſè alibi. Omiſit autem Philoſophus, & Alces, & Buffalos noſtrates (neque enim eſt bubalis) & Gazelam, & Camelopardalim quam *giraffam* vocant, tanquam ſibi minùs nota animalia. At melem & muſtellarum genera, mirum, cùm vulgatiſſima ſint.

FINIS LIBRI SEXTI.

ΑΡΙΣΤΟΤΕΛΟΥΣ ΠΕΡΙ ΖΩΩΝ ΙΣΤΟ-ρίας τὸ Η.

ARISTOTELIS HISTORIÆ DE ANIMALIBVS Liber VII.

CAPVT PRIMVM,

Signa quæ præueniunt puerorum, & puellarum pubertatem.

I. ARISTOTELES.

ΠΕΡΙ δ' ἀνθρώπου γενέσεως, τῆς τε πρώτης ἐν τῷ θήλει, καὶ τῆς ὕστερον μέχρι γήρως, ὅσα συμβαίνει διὰ [τὴν φύσιν] τὴν οἰκείαν, τόνδ' ἔχει τὸν τρόπον.

QVIBVS principijs, quóque modo & generatur homo in vtero fœminæ: ac deinde quibus euentis, propriæ naturæ ratione agitet vſque ad ſenectutem, ſic inſtituamus.

CAESAR.

PRAESTAT quæ fuerat pollicitus, vt abſoluat opus naturæ in generatione operis abſolutiſſimi. Quæ fuit cauſſa, vt poſtremũ in locum reiecerit. Habet enim cum omnibus animalium generationibus hominis generatio aliquid commune: propterea quòd imperfectum continetur à perfecto poteſtate quadam. Nam ſi è ſemine fit ouum, ex ouo animal. Ergo in eo ſemine, ex quo fit ſtatim animal, oui vis continetur. Si ex putrefactis lignis, aut alijs corporibus fit animal: eodem modo fit è cibo mutato in ſemen. Et quæ vis particularis in genere certo eſt, vt ſimile procreet per formam ſimilem: eadem eſt in communi ambitu naturæ poteſtatis, vt è fimo generet murem ſimilem ei muri, cuius ſpecies in eiuſdem naturæ mente eſt. Habet omnia præſentia Deus, ipſéque eſt omnia: nec plus operæ ponit in animando ſemine, vt homo fiat, quàm fimum, vt murem faciat. Nam quis dedit homini formam per quam forma ſimilis contineretur in eius ſeminis poteſtate? Deueniendum enim ad vnum principium eſt: quod eſt Deus: cuius voluntas fortuna appellatur, poteſtas Natura eſt. Hoc autem toto libro duo agit quæ hîc pollicetur. Primum, principia generationis, & modum. Alterum, euenta vitæ: & ponit principia Medicis. Tangit enim principia morborum, quæ alibi diſcutiat ſapientiùs. Nunc verba ipſa videamus. Περὶ ἀνθρώπου γενέσεως τῆς τε πρώτης ἐν τῷ θήλει, καὶ τῆς ὕστερον. Ergo quid eſt γένεσις? mutatio ſubſtantialis rei exiſtentis in rem naturæ deſtinatam. Quid igitur appellat primam? vnica enim eſt, & indiuiſibilis in plures. Quam appellat alteram extra vterum? nonne iam generatus eſt puer cùm editus eſt? Itaque nos mitigauimus æquiuocationem: & πρώτην γένεσιν, *principia generationis*: & τρόπον *modum principiorum*: & συμβαίνει *euenta*: & διὰ τὴν οἰκείαν, *propriam, & ſuam naturam* diximus. Non peregrina euenta putà à cauſſis procatarcticis: putà ſi vratur, aut ſecetur, aut exulet. Neque enim οἰκεῖα ſunt. Eſt enim οἰκεῖον proprium & ſimile naturæ cuius eſt. Intelligo ſimilitudinem quæ eſt inter cauſſam & effectum. Neque enim quicquam cohæret cum altero, niſi per ſimilitudinem. Quin etiam nihil altero diſſidet aut differt, niſi priùs ſit ſimile aliqua in re. Etiam agens & patiens, quæ ſunt longè maximè diuerſa, communem habent materiam. Sic Polybius dixit οἰκείως, pro ὁμοίως eueniſſe Carthaginenſibus, id eſt ex propria fortuna.

Ἐν τῷ θήλει. Theodorus, *in vtero*: rectiſſimè. Sed Philoſophus ſubtiliſſimè addidit θήλει. Quoniam

Quoniam fœminæ iam natæ eueniunt multa in vtero Igitur non differret hoc,quod priore diuiſionis membro ponit,ab altero. Duo enim dicit antequam naſcatur, & poſtquam natus eſt. Igitur ſi dicas de dominis generationis quæ συμβαίνει περὶ γένεσιν ἐν ὑστέραις: etiam de,poſtquã nata eſt, fœmina poſſis intelligere. Quod ſi addis ἐν τῷ θήλει: non de ipſa fœmina, ſed de eo quod in eo eſt,agas.

Theodorus addit, *in luce:* meliùs, poſtquam *in lucem editus eſt.* Nanque etiam in tenebris multa eueniunt:pauor infantibus,atque ex eo conuulſio,& morbus comitialis, & priuatio viſus homini:non feli,non lupo,non noctuæ. Caſtigatè loqui debet Philoſophus.

II. ARISTOTELES.

Ἡ μὲν διαφορὰ τοῦ ἄῤῥενος πρὸς τὸ θῆλυ καὶ τὰ μόρια, πρότερον εἴρηται.

Qvid differret à fœmina mas, quibúſque membris,iam antea dictum eſt.

CAESAR.

In hiſtoria partium,iam dixit,nihil differre marẽ à fœmina,niſi partibus generationis,& futuris capitis Quare hic non repetendum eſſe cenſet,ſed deſignat tantum.

Διαφορὰ τοῦ ἄῤῥενος πρὸς τὸ θῆλυ. Cùm mas nobis ſit notior & nobilior, quare non potiùs fœminam illi comparauit, quàm eum fœminæ. Nam verum meretur dici diuerſum ab altero quod prius eſt,an quod poſterius? ſanè vtrunque relatiuum ſimul eſt: ſimúlque incipit vtraque relatio. Sic dicas:inter ſe diuerſa ſunt. At ſi alterum alteri compares,vtri alterum referas? Nam ſi mas perfectus eſt,fœmina imperfecta:fœmina ſit poſterior natura: mas enim naturæ ſimilior, magis enim particeps eſt. Ergo fœmina ſubiens poſteriùs afferre videtur ſecum diuerſitatem. Quod metimur eſt prius quàm decempeda: & tamen ad decempedam refertur:quia decempeda arte facta eſt, eſt poſterior: ſed quia regula eſt intellectionis,iccirco nobis prior. Ratio tamen decempedæ in ipſa re menſurata eſt cum ipſa ſimul. Itaque etiam mas à fœmina dicetur diuerſus: propterea quòd ſecum habet principia nobiliora diuerſitatis. Et ſic loqui debet Philoſophus: qui omnia ante oculos habet ſimul. At vulgus è contrario.

III. ARISTOTELES.

Φέρειν δὲ σπέρμα πρῶτον ἄρχεται τὸ ἄῤῥεν ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ, ἐν τοῖς ἔτεσι δὶς ἑπτὰ τετελεσμένοις.

Biſſeptenis exactis annis mas ferre incipit genitale ſemen magna ex parte.

CÆSAR.

Partibvs diſcrimina poſuit. Nunc ab officijs partium. Incipit à mare qui nobis notior eſt. Dixit φέρειν, non ἔχειν: vt non aliunde aduentitium: ſed ab ſe σύνοικον. Tranſlatio à plantis,quæ etiam ἄφορα dicuntur,& εὔφορα, & πολύφορα, & ταχύφορα: & ipſe prouentus φορά. Cum præſcripſit ætatem anni quartidecimi, metitus eſt per numerum ſeptenarium propter nobilitatem: neque enim quatuordecim numerus eſt,niſi quia ſeptem ſunt. In ea enim prima diuiſione diuiditur. Dixit τετελεσμένοις, non vertente anno,ſed abſoluto.

Σπέρμα, γονὴ, θόρος, alibi diſtinximus ex Philoſophi ſententia.

Δὶς ἑπτά. Theodorus *biſſeptimo*: neſcio an cohæreat Latinè bis cum ſeptimo: nam *bis* numerum tantùm ſignificat, *ſeptimum*, ordinem. Itaque nullus annus poteſt eſſe biſſeptimus quoniam idem annus non poteſt eſſe bis, nedum vt ſit ſeptimus bis. Aliud enim eſt dicere *bis ſeptem*, vt dixit Iuno apud diuinum Poëtam, & aliud *biſſeptimus.* Quare quatuordecim anni ſunt bis ſeptem,quemadmodum & nymphæ, inter quas erat Deiopeïa, quam diua illa Æolo pollicetur: quoniam ſeptem, dimidium eius numeri totum & ſingulos capit: iteratúrque per bis. Nos *biſſeptenis* per relatiuum diſtributionum omnibus maribus: vt naturam æqualem faceremus, aut indicaremus.

IV. ARI-

IV. ARISTOTELES.

Ἅμα δὲ καὶ τρίχωσις τῆς ἥβης ἄρχεται· καθάπερ καὶ τὰ φυτὰ τὰ μέλλοντα φέρειν τὸ σπέρμα, ἀνθεῖν φησι πρῶτον Ἀλκμαίων ὁ Κροτωνιάτης.

Simul & pubes veſtiri pilis incipit: quemadmodum plantæ quoque quæ ſementeſcunt, florent primùm, inquit Alcmaeon Crotoniata.

CÆSAR.

PRIMVM ſignum à pilis pubis. Neque caret ratione laxatis meatibus, rarefacta cute, calefacto humore, cóque fluente, atque ibi feruente: cuius excrementum coctum ac penè peruſtum in pilum formatum exit.

Τρίχωσις τῆς ἥβης: ſi ἥβη etiam locum ſignificat pilis nudum, neceſſariò ſic loquutus eſt: ſin pilos quoque ſignificat, ſanè poſuit ad differentiam aliorum pilorum barbæ & axillarum, qui ſeriùs exeunt.

Μέλλοντα φέρειν σπέρμα. Theodorus, *ſemen laturas:* laxè nimis dixit. Nam etiam cùm nudæ ſunt plantæ per hyemem, ſemen ſunt laturæ. Sed hîc τὸ μέλλειν eſt in pendente ſemine: dum cunctantur ſemen ferre.

Ἀνθεῖν. Theodorus retulit ad plantas malè. Sed Alcmæon Poëta ſic dixit vt Pacuuius: *primoq́ teneras flore veſtibat genas.* Et Virgilius: *Aurea Cæſaries ollis, atque aurea veſtis.* Et *inueſtes pueri* impuberes: & *veſticeps adoleſcens*, iam pubeſcens. Sic pubem florere dixit Alcmæon. Nã quis non dicat plantas florere: nulla enim tranſlatio eſt digna ob quam autor eius loquutionis citetur ab Ariſtotele. Præterea ſunt plantæ quæ fructum, ſine flore ferunt, vt ficus: & quæ florem ſine fructu, vt ceraſi genus quoddam roſellam gerit, ſed nullo ſuccedente fructu.

V. ARISTOTELES.

Περὶ δὲ τὸν αὐτὸν χρόνον τοῦτον, ἥ τε φωνὴ μεταβάλλειν ἄρχεται ἐπὶ τὸ τραχύτερον καὶ ἀνωμαλέστερον, οὔτ' ἔτι ὀξεῖα οὖσα, οὔτε πω βαρεῖα, οὔτε πᾶσα ὁμαλή, ἀλλ' ὁμοία φαινομένη ταῖς παρανενευρισμέναις καὶ τραχείαις χορδαῖς· ὃ καλοῦσι τραγίζειν. γίνεται δὲ τοῦτο μᾶλλον τοῖς πειρωμένοις ἀφροδισιάζειν. τοῖς γὰρ περὶ ταῦτα προθυμουμένοις, καὶ μεταβάλλουσιν αἱ φωναὶ εἰς τὴν τῶν ἀνδρῶν φωνήν· τοῖς δ' ἀπεχομένοις, τοὐναντίον. ἐὰν δὲ καὶ συναποβιάζωνται τῆς ἐπιμελείας, (ὅπερ ποιοῦσιν ἔνιοι τῶν περὶ τὰς χορείας σπουδαζόντων) καὶ μέχρι πόρρω διαμένει, καὶ τὸ πάμπαν μικρὰν λαμβάνει μεταβολήν.

Vox quoque per hoc idem tempus mutari incipit in aſperiorem ſonum, atque inæquabiliorem: neque iam acuta eſt, neque dum grauis: neque ſibi conſtans: ſed quæ ſimilis videatur fidiculis aſperis, atque remiſsis. Idque vocant Græci τραγίζειν*: Latini* Hirquitallire. *Euenit hoc magis ijs qui venerem tentàrint. Nam qui eiuſmodi rem appetunt, ijs mutatur vox etiam in virilem: abſtinentibus contrà. Quod ſi cura adhibita ad arcendum hoc incommodum connituntur (id quod agunt ex ijs quidam qui muſicæ artis ſtudio tenentur (porrò vſque perdurat: longeq́ minimam patitur mutationem.*

CÆSAR.

ALTERVM ſignum à voce: mutatur enim mutato inſtrumento: ſiccius fit excitato calore: ergo aſperior arteria quoque fit. Item fit latior: ergo vox grauior. Hoc natura fit. Quod ſi addatur etiam fors naturæ, tunc vox quoque ipſa ad mutandum aptior eſt. Additur enim per veneris exercitia: quod & alibi diximus ex Catullo

Non illam nutrix orienti luce reuiſens
Heſterno potuit collum circumdare collo.

Μεταβάλλειν: μεταβάλλουσι: quod & Nigidius dixit Latinè, *mutat ſyllaba:* ideſt mutatur, μέσως: vt, *lauant.*

Τραχύτερον: vocis modi ſunt: acuta, grauis, aſpera, leuis, æqualis, inæqualis, continua, remiſſa. In viro grauis eſt: in impubere acuta: in pubeſcente, neque acuta, neque grauis, ſed aſpera: neque æqualis. Ponit exemplum fidicularum quæ minùs intentæ ſunt quàm ſit opus: ideò dixit παρανενευρισμέναις, *eneruatis*, id eſt, non intentis neruorum more.

Οὔτ' ἔτι ὀξεῖα οὖσα, οὔτε πω βαρεῖα. Theodorus, *quanquam nondum grauem: neque enim acuta*

præterea

præterea eſt: malè : nam , *enim*, cuius rei rationem reddit ? quod non ſit grauis ? non profectò id tollit : ſed per, *iam*, ἔτι τι : & per , *dum*, τὸ, πω puto à nobis non incommodè declaratum.

Τραγίζειν. Nam etiam hirci edunt vocem aſperam,cuiuſmodi ſonus eſt ſerræ ſecantis , & inæqualem intermiſto ſpiritu. Theodorus *caprire :* at hircus non eſt capra. Itaque Virgilius vt corrigeret σόλοικον,addidit, *vir gregis*.Prætereà optimam vocem habuit vetuſtam *hirquitallire:* non ab odore ſolùm,ſed à ſono quoque vocis. Ἄπεπτον intelligit Quintilianus cùm *immaturum* cantum galli dicit. Quanuis Politianus à quibuſdam de hac re irrideatur : ſed malè.

Τοῖς πειρωμένοις. Theodorus, *incipiunt agere :* malè : imò tentant : quoniam nondum ritè poſſunt : & omiſit tota illa τοῖς γὰρ περὶ ταῦτα προθυμουμένοις.

Τοὐναντίον : *contrà :* quid contra ? neque enim mutatur in acutiorem quæ eſt contraria grauiori:ſed contra,vt ſit, οὐ, contradictoria propoſitione..

Συναποβιάζωνται τὰς ἐπιμελείαις. Theodorus,*ſi curam adhibeant:* nimis ſupinè,tàm planum verbum, & σὺν, & ἀπὸ, & βιάζονται. Τὸ ἀπὸ ſignificat , arcere cum mutatione : & βιάζεσθαι , vim inferre naturæ legibus per ἐπιμέλειαν : vt ſuccis glycyrrhizæ,& braſſicæ, & cubebis, & vino dulci, & veneris abſtinentia. Τὸ, σὺν, ſignificat multitudinem remediorum.

Περὶ τὰς χορείας σπουδαζόντων. Theodorus, *qui choreis indulgent :* malè σπουδάζειν indulgere. Nã auditorum eſt indulgere choreis : at σπουδάζειν artificum eſt.

Χορείας autem idem malè expreſſit Latinè, qui tamen *caprire*, & alia finxit. Nam choreæ Latinis ſunt motus compoſiti corporum citra ſaltationem. At hic Muſicos,qui in fabularum choris canerent, intelligit.

Μέχρι πόρρω: *porrò vſque :* ſicut *aduſque*.Theodorus, *longo tempore :* rectè : item διαμένει *ſeruari* cùm dixit:ſed minùs expreſſit tractum τῆς διά. Et μένει ſtabilitatem æqualitatis, & tenorem dicit.

Τὸ πάμπαν vnica vox , quam neglexit Theodorus malè. Nam quoſdam vidimus nec paucos quibus non mutata fuit.

VI. ARISTOTELES.

Καὶ μαστῶν ἔπαρσις γίνεται καὶ αἰδοίων , οὐ μεγέθει μόνον , ἀλλὰ καὶ εἴδει.

Mammæ quoque exturgeſcunt & genitalia: neque ſolùm in magnitudinem , ſed in aliam ſpeciem.

CÆSAR.

TERTIVM indicium,duplex:ſed ſimul poſuit. Quoniam mammæ cum genitalibus inter ſe reſpondent ad venerem & generationem : ſic etiam , & ſanguis menſtruus, & lac.

Ἔπαρσις γίνεται. Theodorus *extuberant* rectè de mammis : ſed quomodo adaptabit ad genitalia ? neque enim extuberant:ſed turgent.

Ἀλλὰ καὶ εἴδει. Quoniam alia facies eſt,auribus honor ſit , arrecti mutonis,quàm demiſſi. Et papillæ verruculantur,quæ priùs nullæ extabant. Quare & ad papillas pertinet τὸ εἴδει , non ad genitale tantùm,vt Theodorus poſuit. Tum autem quid eſt , *perficere ſpecie ?*

VII. ARISTOTELES.

Συμβαίνει δὲ περὶ τοῦτον τὸν χρόνον τοῖς τε πειρωμένοις τρίβεσθαι περὶ τὴν τοῦ σπέρματος πρόεσιν, οὐ μόνον ἡδονὴν γίνεσθαι τοῦ σπέρματος ἐξιόντος, ἀλλὰ καὶ λύπην.

Euenit hoc quoque tempore ijs qui libidinoſa attrectatione ſollicitantur ad emittendum ſemen, vt exeunte eo non ſolùm capiant voluptatem , ſed etiam dolore capiantur.

CÆSAR.

REm turpiſſimam turpiſſimis explanandam relinquamus. Dolor autem fit propter repentinam mutationem,cui nondum aſſueuit natura.

VIII. ARISTOTELES.

Περὶ δὲ τὸν αὐτὸν χρόνον καὶ ταῖς θηλείαις ἥ τε ἔπαρσις γίνεται τῶν μαστῶν, καὶ τὰ καταμήνια κα-

PEr idem tempus fœmellis quoque mamillæ intumeſcunt : & quæ appellant menſtrua *ærum-*

λεύκωμα καταῤῥήγνυνται. τῶν δ' ἐστιν αἷμα οἷον νεόσφακτον· τὰ δὲ λευκὰ, καὶ παιδίοις οὖσι γίνεται πάμπαν νέοις, μᾶλλον δ', ἂν ὑγρᾷ χρῶνται τροφῇ· καὶ κωλύει τὴν αὔξησιν, καὶ τὰ σώματα ἰσχναίνει τῶν παιδίων. τὰ δὲ καταμήνια γίνεται ταῖς πλείσταις, ἤδη τῶν μαστῶν ἐπὶ δύο δακτύλους ἠρμένων.

punt. Ea ſunt ſanguis quaſi recens caſi animalis: Nam quæ ſunt alba, etiam omnino tenellæ ætate proueniunt, tanto magis ſi alantur humidioribus cibis. At ea prohibent incrementum puellularum, earumq́; corpora extenuant. Sed plurimis ſoluuntur menſtrua prima, vbi iam mammæ in digitorum duorum altitudinem tolluntur.

CAESAR.

DVo ſigna in fœmellis, tumorem, & menſtrua: ponit qualitatem menſtruorum: menſtrua æquiuoca alba: eorum tempus maturius: effectionem. Poſtremò ſicut ſignum veneris, menſtrua poſuit. Sic ponit ſignum commune vtriſque: mammillarum tumorem. Intellige hoc mammarum ſignum non in omnibus, nam quædam mammoſæ ſunt. Sed illud certum papillas extuberare. Quod nos faceta voce in *Poëmatijs*, diximus *verruculare*: nihil enim ſimilius verrucis. Seipſum autem imitatur Philoſophus. Nam cùm dixit ἐπάρσις, dicit ἠρμένων. Theodorus, *exurgunt vbera*: malè: rei enim eſt erectæ & oblongæ, *ſurrigo, ſurgo*. At illæ tranſuerſæ turgent. Et addidit, *fratrare* ex Feſto, vocem vetuſtam: quam alitèr dixit Plautus, vt idem ait *ſororiare* illo verſu. *Mammæ ſororiabant, id volui dicere fraterculabant*. Vt appareat Plautinum verbum eſſe.

Καταῤῥήγνυνται: *ruptis venis*: id eſt apertis defluunt. Τὸ καταῤ, ſumpta metaphora à fluuiorum ortu. Sic *catarracta* dicitur, clatrum, cancellatum, ianua penſilis quæ aduerſus hoſtium ingreſſum demittitur, copiáſque excludit quæ ingruunt. Eos qui ſunt ingreſſi intercipit ad cædem, eos qui ſunt in limine, elidit: neque quati poteſt vt è cardine euoluatur: in canalibus enim parietum eſt: & habet trànſmiſſas, vt rete, plagulas ac reticula, maculas, ad miſſilia.

Salluſtius dixit, *ſolui menſtrua*. Græci γίνεται. Καταῤῥήγνυνται, καθαίρονται, ἀφίεται, & alia.

Αἷμα νεόσφακτον: tranſtulit ab animali ad ſanguinem. Fortaſſe ſcripſit νεοσφάκτη.

Τὰ δὲ λευκά. Τὰ, quoniam nomen eſſet menſtruorum à qualitate. Itaque doctiſſimus Theodorus addidit, *quæ vocantur*.

Ἰσχναίνει: propterea quòd non alunt corpora: non ipſa igitur extenuant: ſed cauſſa effectiua menſtruorum alborum eſt priuatiua alimenti,

Μᾶλλον δ' ἂν ὑγρᾷ: quoniam βλεννώδεις χυλοὺς generant: intellige, tàm liquidos quàm ſolidos, modo ſint humidi.

Τῶν παιδίων, explicauit quod dicebat πάμπαν νέοις.

IX. ARISTOTELES.

Καὶ ἡ φωνὴ δὲ καὶ τὸν περὶ μεταβάλλει περὶ τὸν χρόνον τοῦτον ἐπὶ τὸ βαρύτερον. ὅλως μὲν γὰρ γυνὴ, ἀνδρὸς ὀξυφωνότερον αἱ δὲ νέαι, τῶν πρεσβυτέρων, ὥσπερ καὶ οἱ παῖδες τῶν ἀνδρῶν. ἀλλ' ἐστιν ἡ φωνὴ ὀξυτέρα τῶν θηλειῶν παίδων, ἢ τῶν ἀῤῥένων καὶ ὁ παρθένιος αὐλὸς τοῦ παιδικοῦ, ὀξύτερος.

ATque etiam puellis mutatur vox hoc tempore in ſonum grauiorem. Omnino nãque eſt mulieris quàm viri vox acutior. Ita & puellæ quàm adultiorum. Quemadmodum puerorum quàm virorum: & virginalis fiſtula, quàm puerilis acutior.

CAESAR.

QVAT hiſtoriam in puellis, & quartò repetit τὸ περὶ τὸν χρόνον τοῦτον.

Αἱ δὲ νέαι τῶν πρεσβυτέρων. Theodorus: *tum natu minores acutiùs, quàm maiores ſonant*: malè confundit. Nam Latinè non explicatur ſententia vt Græcè αἱ νέαι.

Παρθένιος. Quoniam Græcè παρθένιος de ſola puella, nunquam de maſculo dicitur. Et rarò apud Latinos. Nam in *ſatyra* Varronis περὶ ἐσθῆς γυναικὸς, ſemel extat quod equidem meminerim ex Marcelli narrationibus.

Αὐλὸς: metaphora ſumpta à tibicinũ inſtrumento in hiſtoria ſoni. Intelligit tracheã arteriam.

X. ARISTOTELES.

Μάλιστα δὲ καὶ φυλακῆς δέονται περὶ τὸν χρόνον τοῦτον· μάλιστα γὰρ ὁρμῶσι πρὸς τὴν τῶν ἀφροδισίων

POtiſſimùm autem, tùm egent cuſtodia. Vehementiſſimè enim in vſum veneris ſollicitantur illis

δισίων χρῆσιν, ἀρχομένων αὐτῶν. ὥστ' ἂν μὴ [ἤδη] διευλαβηθῶσι, μηδὲν ἐπιπλεῖον κινεῖν, ἢ ὅσον αὐτὰ τὰ σώματα μεταβάλλει, μηδὲν χρωμένων ἀφροδισίοις, ἀκολουθεῖν εἴωθεν εἰς τὰς ὕστερον ἡλικίας. αἵ τε γὰρ νέαι πάμπαν ἀφροδισιαζόμεναι, ἀκολαστότεραι γίνονται· καὶ οἱ ἄρρενες, ἐάν τ' ἐπὶ θάτερα, ἐάν τ' ἐπ' ἀμφότερα ἀφυλακτήσωσιν. αἵ τε γὰρ πόροι ἀναστομοῦνται, καὶ ποιοῦσιν εὔρουν τὸ σῶμα ταύτῃ· καὶ ἅμα ἡ τότε μνήμη τῆς συμβαινούσης ἡδονῆς, ἐπιθυμίαν ποιεῖ τῆς τότε γινομένης ὁμιλίας.

incipientibus. Quòd ſi nulla verecundia plus moueāt corpora, quam quantum ex mutatione afficiuntur, ijs, qui abſtinent venere, tranſire conſueuit id in ſequentes ætates. Adoleſcentulæ nanque exercitæ opere venereo euadunt intemperantiores. Itémque mares ſi incuſtoditi degant. Nanque & meatus aperiuntur. Et per eos fit vt facilè permittat corpus fluere humorem: ſimulq́; iam memores eius, quæ contingebat voluptatis, ad illius temporis coitum excitat appetentiam.

C AE S A R.

APPONIT affectum ætatis, & conſequentis errorem niſi caueatur: additque in fine cauſſam duplicem: à corpore, etiam ab anima. Memoria enim rerum earum quæ pueri geſſimus, pertinaciùs hæret: commouétque etiam maiores natu. Syllogiſmus eſt. Μάλιστα ὁρμῶνται? ergo μάλιστα φυλακῆς δέονται.

Χρῆσιν ἀφροδισίων. Ita Græci loquuntur: *vſus venereus*. Sic Galenus Tertio *artis Medicæ*. Α'ρχομένων αὐτῶν: ſcilicet καταμηνίων.

Ω῾στ' ἂν: maior propoſitio ſyllogiſmi.

Ε'πιπλεῖον: *magis ac magis* Latini dicunt. Obſcurus eſt ſermo propter negationis poſitionem, & propterea quòd non applicauit quartum caſum τὰ σώματα priori verbo τῷ κινεῖν: clariùs ſic dixerit. Α'ν πλεῖον κινῶσι τὰ σώματα ἢ ὅσον κινεῖται ἐκ τῆς κατὰ τὴν φύσιν μεταβολῆς. Hæc eſt igitur ſententia negatiua: at Theodorus affirmatiuam facit ſic: *ſi temperent nihil commouere.* Seruari temperantia ſolet: ſed negatiuam eſſe, & intemperantiam dici argumento eſt, ſequens ἀκολαστότεραι γίνονται: niſi aſtringamur perplexa Philoſophi oratione. Sic dicas candidiſſimè ac elegantiſſimè. Quòd ſi ita ſe comparent, vt plus moueant corpora vſu venereo quàm ipſa ſponte naturæ, ſine veneris conſuetudine mutarentur, fit vt conſequens ætas percipiat nocumentum.

Πάμπαν, id eſt ſine more modóque. Poſt hæc ſequuntur octo verba, quæ verè ſunt Græca, & Græci ſibi habeant. Nam Auſonius vir ſanctus rectè cecinit. *Dicere Romanum non decet opprobrium.*

Α'ναστομοῦνται, verbum Medicorum: *laxantur* Theodorus: non, ſed oræ aperiuntur.

Ποιοῦσιν εὔρουν: ſic etiam Hippocrates in *Aphoriſmis*. Theodorus *lubricum* dixit: peſſimè: neque enim corpus lubricum fit, ſed rarum: neque per ipſum ῥεῖ: ſed per ipſum humores.

Η' τότε μνήμη. Anima vtitur ad intelligendum ſpecierum præuia impreſſionum, & ſpiritibus tanquam medijs, vt alibi diximus. Itaque mouentur ſpiritus: at hi ſanguineæ ſunt partes tenuiores: igitur ſanguine quoque mouentur. Continuum enim eſt cuius parte ſecundum locum mota mouetur totum. Η' τότε μνήμη: ſcilicet τῆς ὕστερον ἡλικίας. At τῆς τότε γινομένης ὁμιλίας præteritum eſt: ſic συμβαινούσης παρατατικῶς eſt, quæ olim contingebat, pudentiſſimè: quaſi enim continuat Philoſophus eam voluptatem, præteritam in re, cum memoria præſenti. Theodorus autem ὁμιλίας, *contrectationis*, non rectè dixit.

XI. ARISTOTELES.

Γίνονται δέ τινες ἄγονοι ἐκ γενετῆς καὶ ἄγονοι, διὰ τὸ πηρωθῆναι τὸν τόπον τὸν γόνιμον. ὁμοίως δὲ καὶ γυναῖκες γίνονται ἄγονοι ἐκ γενετῆς.

SVnt quidam impubes, & ſteriles à generatione: propterea quòd genitalis locus deprauatus fuit. Sic etiam fœminis quibuſdam nulla vnquam pubes oritur à generatione.

C AE S A R.

QVONIAM indicium principij generationis excitabat ab ætate quam notaret pube, iccirco vtrunque hîc coniungit: impubes & ſteriles, tàm mares quàm fœminas. Intellige igitur indicium eſſe, non cauſſam ſterilitatis: ſed vtriuſque cauſſam, læſionem

princi-

principiorum. Nam ſi poſitio alterius poſitionem ſequitur:etiam priuatio priuationem. Nam vt cauſſa eſt cauſſa rei ordine naturæ: ita ſignum eſt cauſſa rei ordine noſtræ cognitionis. Nō quòd rem efficiat,ſed quòd efficiat in intellectu.Quæ autem eſſet cauſſa ſterilitatis Hippocrates proprio libro declarauit: & Ariſtoteles in Decimo huius operis. Animaduerte id quoque non eſſe verum ſemper. Imberbes atque impubes eſſe ſteriles. Multos enim vidimus nos ſine vllo pilo: inter quos Hieronymum Caluum apud Raguſam in Dalmatia Rhetorem, qui ſibi eſſe liberos binos affirmabat. Etiam tonſorem Siculum trium liberorum,quos vidimus, patrem. Et Sixtum Saonenſem & alios,in quibus ne vnus quidem pilus fuit à principijs generationis: neque tamen eſſent ſteriles:poſſunt enim habere genituram ſine his excrementis vnde pili generentur. Aliáque multa eſſe cutis impedimenta poſſunt. Priuatio igitur pubis ſequitur priuationem poteſtatis genitiuæ,at non ſolam:alias enim habet cauſſas. Item contrà. Multi enim ſunt ſteriles,nulla defecti aut barba, aut pube.

Γίνεται. Theodorus : *quidam prodeunt impubes à primo ortu* : malè : imò omnes prodimus impubes:ſunt enim pili ὑστερόφυεῖς.

Πηρωθῆναι : in aoriſto : quoniam vel in ſemine fuerit, vel in matrice acceperit incommodum: γόνιμον actiuè hìc : alibi oua γόνιμα paſſiuè tanquam ex materia. Non enim ſignificat paſſiuum ſemper. Itaque & inſtrumentum,& animal,& ſemen,& ouum, γόνιμον.

XII. ARISTOTELES.

Μεταβάλλουσι δὲ καὶ τὰς ἕξεις τὰ ἄρρενα καὶ τὰ θήλεα, πρός τε τὸ ὑγιεινότερα εἶναι καὶ νοσερώτερα, καὶ πρὸς τὴν τοῦ σώματος ἰσχνότητα καὶ παχύτητα, καὶ εὐτροφίαν. μετὰ γὰρ τὴν ἥβην, οἱ μὲν, ἐξ ἰσχνῶν παχύνονται, καὶ ὑγιεινότεροι γίνονται· οἱ δὲ, τοὐναντίον. ὁμοίως δὲ τοῦτο συμβαίνει καὶ ἐπὶ τῶν παρθένων. ὅσοι μὲν γὰρ παῖδες, ἢ ὅσαι παρθένοι περιττώματα κατὰ τὰ σώματα εἶχον, συναποκρινομένων τῶν τοιούτων, τοῖς μὲν, ἐν τῷ σπέρματι, ταῖς δ', ἐν τοῖς καταμηνίοις, ὑγιεινότερα τὰ σώματα γίνεται καὶ εὐτραφέστερα, ἐξιόντων τῶν ἐμποδιζόντων τὴν ὑγίειαν καὶ τὴν τροφήν. ὅσοι δὲ τοὐναντίον, ἰσχνότερα καὶ νοσερώτερα τὰ σώματα γίνεται. ἀπὸ γὰρ τῆς φύσεως καὶ τῶν καλῶς ἐχόντων, ἡ ἀπόκρισις γίνεται, τοῖς μὲν, ἐν τῷ σπέρματι, ταῖς δ', ἐν τοῖς καταμηνίοις.

Mutant autem & habitudines tàm mares quàm fœminæ, quò vel in proſperam, vel in aduerſam valetudinem propenſiores ſint. Et quod ad corpulentiam attinet, graciliores, aut craßiores, aut habitiores. Nam poſt pubem nonnulli ex gracilibus fiunt craßi, atque ſaniores. Alij è contrario. Similis euentus, & in virginibus. Quotus enim quiſque, vel puer, vel virgo in corpore habuit ſuperfluos humores : ijs ſimul excretis in puero per ſemen, in virgine per menſtrua: eorum corpora, & ſecundiore valitudine, & nitidiore habitudine comparantur exeuntibus ijs quæ & ſanitati, & alimentis incommodabant. Alijs contraria natura præditis, exiliora fiunt corpora, & morbis plus obnoxia. Nanque de ipſa natura, deq́; iis quæ benè habent excretio fit: pueris in ſemine, virginibus in menſtruis.

CÆSAR.

NVNC affectiones naturales pendentes à cauſſis generationis : quæ quidem affectiones corporis habitudines conſequantur. Et planiſſima hiſtoria eſt. Aut ſuperfluis humoribus ante pubem prædita ſunt corpora,aut non:ſi inſunt,ij impediunt & alimentum, & æqualitatem concretionis. Itaque neque nutriuntur. Ergo exilia ſunt & ſtrigoſa : neque ſana ſunt. Sanitas enim eſt qualitas in debita miſtorum proportione. Ergo ea ſuperflua , vbi pueris per ſemen, virginibus per menſtrua excernuntur. Detractis impedimentis, natura & alit, & æquat.

Ἕξεις, *habitudines* : etiam σχέσεις dicuntur. Et ſignificat hoc verbum valetudinem. Ἔχειν enim eſt verbum Regum vt Plato in *Cratylo* ait. Eſt igitur ἕξις vis viuendi in animali : qualitas illa & proportio concretorum. Itaque continet & miſtionem quam craſim dicūt,& compoſitionē. Eſt igitur σύστασις, hæc conſtitutio eſt:è conuentu elementorū, & formæ deſtinatæ in hac conſtitutione eſt miſtio:ea eſt craſis. Cicero à concreſcendo, quod verbum indidem venit, *concretionem* vocat. Hæc miſtio non eſt ὡς ἔτυχεν, id eſt, quæuis & fortuita : ſed certa proportione ſubeunt inter ſe omnia vt vnum fieri poſſint. Ea dicitur ἕξις, quam quiſque propriam habet naturæ vi. Ea eſt Latinè *valitudo*: quæ & proſpera & praua dici poteſt: prout,aut pura eſt,aut peregrina,ac noxia ſecum habet complexa.

Περί τε τὸ ὑγιεινότερα. τὸ περὶ ſignificat medium: mediocritas enim ſanitas eſt: extrema morbi. Appoſuit autem etiam morbos: quoniam morbus tunc vnius obtinet rationem. Cauſſæ autem mutationem, multitudinem ſignificat. Et dixit νοσερὸν: valetudinarium ſignificat: non quod ægrotat, ſed ægrotandi habitum facilem habet.

Περὶ τὴν τοῦ σώματος. Quare dixit σῶμα hîc? An non eſt corpus quod ægrotat? ſanè: ſed ibi affectionem miſtorum poſuit ad ſanitatem: hoc ad corpulentiam non ad corpus. Theodorus male omiſit.

Neque id rectè fecit Theodorus: *vel graciles, vel pleni, benéque vegeti*. Nam *pleni*, non explet τὸ, παχύτητα æquiuoci ambitus vox. Πληθωρικοὶ pleni ſunt. Saturi ſunt pleni, etiam hectici, & hepatici, & phthiſici. Deinde tria cùm ponat Philoſophus, graciles, craſſos, & εὐσαρκεῖς. Tertiũ ſtatim poſuit diſtinctum, quem cum ſecundo confudit Theodorus. Nam diſtat εὐσαρκὴς ab vtroque. Habitiores ſunt mediocriter muſculoſi & corpulentia temperata. Poſtremò non rectè dicitur εὐσαρκὴς benè vegetus. Nam quid eſt vegetus? væ agere, valde agitare eſt *vegetare*: vim & robur ſignificat, non corporis conſtitutionem. Itaque etiam macilenti ſunt corpore vegeto, vt maxima pars Hiſpanorum & Maurorum: quibus nihil vegetum magis. Εὐεξίαν habent. Εὐσαρκίαν non habent.

Μετὰ τὴν ἥβην. Theodorus, *à pube ex macilentis craſſeſcunt*: rectè: ſed ambigua vox riuus creſcit à fonte, non poſt fontem tamen.

Περίττωμα. Galenus dicit primùm ab Ariſtotele inuentam vocem hanc. Theodorus *excrementa* vbique dicit: malè: ſed περιττὸν quod ſuperfluum eſt dicimus. Neque enim pituita περιττὸν in virgine excrementum dici poteſt. Sed recentiores ſaniore ſignificato *ſuperfluitates*. Cicero περιττὸν *ſuperuacaneum* dicit. Plinius *ſuperuacuum*. Ita numerus qui non poteſt diuidi, quin altera in parte redundet aliquid, περιττὸς, non ineptè dicetur.

Ἐμποδίζονται τὴν ὑγίειαν, vt fiant ſaniora. Καὶ τὴν τροφὴν, vt euadant habitiora. Nos *incommodare alimentis* diximus. Theodorus, *obſtare*: propriùs reſpexit Græcam vocem: quaſi ea περιττώματα interponantur inter corpus & ſanitatem: ſic enim obſtant. Καὶ ἐμποδίζουσι, *impediunt*.

Ὅσοι δὲ ἐναντίοι: ſubticuit verbum. Theodorus commodiſſimè ſubſtituit, *anteceſſerit*: ſcilicet pubis tempus.

Ἀπὸ γὰρ τῆς φύσεως. Intelligit hic naturam, κρᾶσιν rebus conſtitutam naturalibus. Et plus eſt quàm ſi dicas de rebus naturalibus: propterea quòd principiorum vim debilitari dicit, cùm nominat naturam.

Καὶ τῶν καλῶς ἐχόντων: id eſt, & de principijs actiuis ſanitatis: putà calore naturali, atque humido natiuo: & de materia quæ καλῶς ἔχει: id eſt, ἐκ τῆς εὐεξίας καὶ τῶν αἰτιῶν αὐτῆς. Sic ſe imitatur in concluſione & propoſitione. Ἕξεις μεταβάλλουσι: ſuprà & nunc καλῶς ἐχόντων.

XIII. ARISTOTELES.

Ἔτι δὲ τῶν γε παρθένοις καὶ τὰ περὶ τοὺς μαστοὺς γίνονται διαφέροντας ἑτέραις πρὸς ἑτέρας. αἱ μὲν γὰρ, πάμπαν μεγάλους ἴσχουσιν· αἱ δὲ, μικρούς. ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ δὲ συμβαίνει τοῦτο, ὅσαι ἂν παῖδες οὖσαι, περιττωματικαὶ ὦσι. μελλόντων γὰρ, καὶ οὔπω γινομένων τῶν γυναικείων, ὅσῳ ἂν πλείων ἡ ὑγρότης ᾖ, τοσούτῳ μᾶλλον ἀναγκάζει αἴρεσθαι ἄνω, ἕως ἂν καταρραγῇ. ὥστε τότε λαβόντες ὄγκον οἱ μαστοὶ, διαμένουσι καὶ εἰς τὸ ὕστερον.

Mammarum quoque ratio alijs alia virginibus eſt. Quædam vaſtas habent: nonnullæ paruas. Illud autem eis euenit ferè, quibus ætate puerili humores redundant. Cunctantibus enim, neque dum ſolutis menſtruis, quò magis ineſt humiditas, eò altiùs attolli cogit, quoad erumpant. Quem igitur tunc tumorem comparârint, ne in poſterum quidem remittunt.

CAESAR.

NVNC perſequitur diſcrimina mammarum virginearum, apponítque cauſſam tumoris: ob humorem enim redundantem qui ante menſtrua ibi retinetur, turgêt. Et reſpondet obiectioni. Quid, poſt menſtrua quare non reſident? Quia verſus eſt humor in carnem mammillarem. Quare etiam hîc patet τὸ περίττωμα non eſſe excrementum, vt voluit Theodorus. Ratio autem tota conſiſtit in conuenientia matricis & mammarum, lactis & menſtruorum.

Πάμπαν μεγάλους. non potui meliùs dicere quàm *vaſtas*. Illyriæ mulieres vaſtas habent. Item Vaſconicæ: at humidiſſima eſt Vaſconia. Illyrium autem non item: ſed ſtatura corporis prægrandi

prægrandi ſunt,& nitidiſſima. Erat Agenni cùm hæc commentaremur grauida mulier, quæ virgo dum eſſet,prægrandes haberet mammas:nuptæ auctæ ſunt. Vbi verò concepit,excreuêre, ad eam magnitudinem,quæ ſitulam æquaret putealem.

Συμβαίνει τοῦτο. Cùm duo dixerit,priùs *μεγάλους*, poſt *μικρούς*. Τοῦτο poſuit ἐκεῖνα. Et dixit ὡς ἐπιτοπολὺ, *ferè*, quoniam etiam macilentas vidimus mammoſas. Theodorus addidit, *corpora creſcere*, & falsò,& inutiliter. Neque enim hîc de corporibus,ſed de mammis agitur. Quod autem ait Ariſtoteles retinere ὄγκον priſtinum, non ſemper ita eſt. Editóque vno aut altero fœtu,ſi non lactant prolem,decreſcunt:ac tandem vetulis æquantur pectori,vt nos obſeruauimus. Ὄγκον *incrementum* Theodorus,rectè ſententiam expreſſit:molem enim ſignificat,& apud Philoſophos quãtitatem & corpulentiam,hîc tumorem. Ὀγκωσις apud Galenum aliud eſt.

Τότε, tunc. Theodorus optimè dixit, *interim*: id eſt, eo tempore quod eſt inter firmiuſculam ætatem,& menſtruorum eruptionem.

XIV. ARISTOTELES.

Καὶ τῶν ἀῤῥένων δὲ ἐπιδηλότεροι γίνονται, οἱ γυναικικώτεροι οἱ μαστοὶ, καὶ νεωτέροις καὶ πρεσβυτέροις οὖσι, τοῖς ὑγροῖς καὶ λείοις, καὶ μὴ φλεβώδεσι· καὶ τούτων μᾶλλον τοῖς μέλασιν ἢ λευκοῖς.

Qvi mares leues ſunt & humidi, neque venoſi, ijs tàm iunioribus quàm ſenioribus,magis prominent vbera: magíſque muliebrem ſpeciem referunt:idque plus fuſcis, quàm candidis.

CAESAR.

Differentiae in maribus:ponit concluſionem:vbera extare. Addit analogiam naturæ: in muliebrium mammarum modum. Ergo cùm ad muliebrem naturam vergãt, ſanè tria ſigna muliebria ponit:duo poſitiua, humiditatem,læuitatem:vnum priuatiuũ: carere venarum frequentia. Nam ij ſunt piloſi qui venoſi, rariore textura ob calorem Cum hæc dixit, addit differentiam à colore : vt fuſcis , plus eueniat quàm candidis : propterea quod candidi,cùm illis tribus ſignis nimis fluidi & molles ſunt: temperatur ea mollicies calore fuſcorum.

Γυναικικώτεροι. Theodorus , *fœminatiores* , minùs concinnè : *muliebriores* melius exprimit , ita *φλεβώδεσι venulentis* : ſed Græcus ſonus atque analogia in Latina deductione eſt. *ὀδὺς*, *oſus*: *μέλασιν*: non *nigris* , ſed *fuſcis*.

XV. ARISTOTELES.

Μέχρι μὲν οὖν τῶν δὶς ἑπτὰ ἐτῶν, τὸ μὲν πρῶτον, ἄγονα τὰ σπέρματά ἐστιν. ἔπειτα γόνιμα μὲν, μικρὰ δὲ καὶ ἀτελῆ γεννῶσι καὶ οἱ νέοι καὶ αἱ νέαι, ὥσπερ καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων ζώων τῶν πλείστων.

IGitur ad biſſeptenos annos vſque, primùm ſterile ſemen eſt: deinde genitale quidem. Sed pumila & imperfecta generant & adoleſcentes , & puellæ: quemadmodum euenit plurimis aliorũ animalium.

CAESAR.

Post ſigna futuri,atque inſtantis ſeminis,atque menſtruorum, ſignorúmque affectiones inter ſexus,& in ſexibus,inter ætates repetit propoſitionem. Et amplificat:deducítque naturæ opus per gradus.Primùm ſterile eſt:deinde genitale,ſed opere debili. Communicat poſtremò cum cæteris animalibus,ſed non omnibus : ne quis calumniator vno obiecto genere tolleret ſententiam vt vanam:putà auicula vna,aut altera.

Theodorus legit τρὶς ἑπτὰ, falsò. Nam ſuprà eſt δὶς ἑπτὰ. Et falſum ſane eſt : generant puellæ quinto decimo,mares altero poſt.

Μικρὰ, exigua Theodorus malè: neque enim paruum hominem *exiguum* dicas. Etiamſi Statius dixit, *Maior in exiguo regnabat corpore virtus.* Et illud Homeri, Τυδεΐδης μὲν μικρὸς ἔην δέμας ἀλλὰ μαχητής. Nam *exiguum* de ære vectigali primùm dictum eſt. Quod onus verbi lenitate mitigabant.

XVI. ARISTOTELES.

Συλλαμβάνουσι μὲν οὖν αἱ νέαι θᾶττον· ἐὰν δὲ συλλάβωσιν, ἐν τοῖς τόκοις πονοῦσι μᾶλλον· καὶ τὰ σώματα δὲ αὐτῶν ἀτελέστερα γίνεται, ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ· καὶ γηράσκει θᾶττον, τῶν τ' ἀφροδισιαστικῶν ἀρρένων, καὶ τῶν γυναικῶν τῶν τοῖς τόκοις χρωμένων πλείοσι. δοκεῖ γὰρ οὐδ' ἡ αὔξησις ἔτι γίνεσθαι μετὰ τοὺς τρεῖς τόκους.

Concipiunt celeriùs iuniores, ſed in parturiendo laborant magis: earúmque corpora non ferè perficiuntur: maturiúſque ſeneſcunt ſalaces vel maſculi, vel fœmellæ frequentia partuum. Videtur enim quæ tertium pepererint, ampliùs nec creſcere quidem poſſe.

CAESAR.

TEMPORIS ſequentis hiſtoriam narrat: celeritatem concipiendi: pariendi difficultatem: non abſolui eorum magnitudinem: acceleratam ſenectutem.

Θᾶττον. Theodorus, *faciliùs*: at *celeriùs* meliùs: multa celeritate fiunt quæ non facilè: vt rotæ verſatio: exitus plumbeæ glandis ex ferreo tubo. Imò non facilè concipiunt: dolitant enim in coitu. Sed θᾶττον quàm ſeniores. Ratio, quoniam matricis parietes ſinúſque titillantur magis: propriores enim ſunt. Nam quæ nunquam geſſerunt vterum, earum matrices minores Hippocrates & Galenus dixerunt: laxitas enim impedit conceptionem.

Πονοῦσι: ſanè eadem ratione: neque enim eiuſdem magnitudinis eſt, & molliciei quod immiſſum eſt & quod exiturit. Itaque Aſtrologi addunt horulas quaſdam, quas, *Moram*, vocant: vt conueniat natalis hora cum conceptione. Fabula Horatiana huc conuenit de vulpecula: *arctum macra cauum repetes quem macra ſubiſti.*

Ἀτελέστερα: pro coitu intellige de maribus: nam fœmellæ coïtu perficiunt, & proficiunt. Sed in partu detrahitur perfectioni. Hoc quoque ſentit Philoſophus in *Ethicorum* libris, vbi de ætate coniugiorum agit.

Γηράσκει abſumpto ſucco. Eſt enim ſenectus morbus naturalis abſumpto humido, & caloris vitalis parte meliore.

Τῶν τοῖς τόκοις χρωμένων. Facetus Ariſtoteles qui intrà τόκον incluſit etiam maſculi operam: ſed ſequitur rectè. Peperit, ergo coïuit: communi lege naturæ loquimur. Scimus & credimus, quod donum Deo Opt. Max. acceptum referimus, vnicam & ſolam hac lege ſolutam fuiſſe matrem Domini noſtri Ieſu Chriſti. Tamen vno initu potuit concipere & parere: vno coïtu non debilitabitur mas. Omnino oratio hîc defecta eſt.

Δοκεῖ γὰρ. Docet rationem quare non perficiantur: quia ſi quotannis à ſeptimo decimo concipiunt, primo & viceſimo tertiùm parient. Ergo ſi non creſcunt poſt tertium, non ſanè creſcunt: gerentes enim vterum non poſſunt proficere. Permanebunt igitur eo in ſtatu, in quo fuere primo in cõceptu. Dixit autem δοκεῖ, id eſt, *obſeruatum eſt: atque ita ſentiunt*: inde δόγμα: diximus verò, *tertiùm peperit*, vt *tertiùm conſul.*

Οὐδ' ἡ αὔξησις: ne incrementum quidem, neque conſtantia ætatis permanere, ſed in ſenium abire, neque incremento proficere.

XVII ARISTOTELES.

Καθίστανται δὲ καὶ σωφρονίζονται μᾶλλον, ὅσαι τῶν γυναικῶν ἀκόλαστοι πρὸς τὴν ὁμιλίαν τὴν τῶν ἀφροδισίων εἰσὶν, ὅταν τοῖς τόκοις χρήσωνται πολλοῖς.

Sedantur, moderantúrque magis fœminæ quæ intemperantes in veneris conſuetudinem ſunt, ſi frequenter pariant.

CAESAR.

SIc quoque παρὰ τὸ θεραπευτικῶς: fœminarum effrenis impetus in venereorum conſuetudinẽ & ſiſtitur, & temperatur, ſi pariant frequenter.

Alterum euentum à partuum frequentia. Non dixit tollitur, ſed ſedatur: difficile enim eſt tollere illis. Καθίστανται, *ſiſtuntur*: oppoſuit quoque σωφροσύνην ἀκολασίᾳ. Theodorus τοῖς τόκοις χρήσωνται πολλοῖς: *cùm partum multoties exercuerint*. Idem putauit dici poſſe quemadmodum *exercere artem*. At Latina lingua id non patitur: nos ſimpliciter & Latinè, *ſi frequenter pariant.*

XVIII. ARISTOTELES.

Μετὰ δὲ τὰ τρὶς ἑπτὰ ἔτη, αἱ μὲν γυναῖκες, πρὸς τὰς τεκνογονίας ἤδη εὐκαίρως ἔχουσιν· οἱ δ' ἄνδρες, ἔτι ἔχουσιν ἐπίδοσιν.

Poſt ter ſeptimos annos mulier opportunè ſe habet ad prolificandum: viri autem adhuc proficiunt.

CAESAR.

Ponit differentiam à ſexu: ſtatuit metam fœminis viginti vnum annum: at viris non. Sic etiam fœminæ: citiùs viripotentes ſunt, quàm mares apti ad coitum. Sanè ratio naturæ eſt: vt difficilius ſit agere quàm pati.

Ἔχουσιν ἐπίδοσιν. Theodorus optimè, *viris accedere aliquid poteſt:* ſed mutile ſubdit *ad prolem perfectiorem:* ſcilicet generandam.

XIX. ARISTOTELES.

Ἔστι δὲ τὰ μὲν λεπτὰ τῶν σπερμάτων, ἄγονα· τὰ δὲ χαλαζώδη, γόνιμα, καὶ ἀρρενογόνα μᾶλλον· τὰ δὲ λεπτὰ, καὶ μὴ θρομβώδη, θηλυγόνα.

Semina tenuis ſterilia ſunt: grandinis ſpeciem quæ referunt & prolifica, & maſculifica magis. At tenuia & non globuloſa, fœmellifica.

CÆSAR.

A Tempore declarauit ſeminis vtilitatem. Nunc à ſubſtantia. Tenuia ſunt aut ſterilia, aut ſi pluſculum conſiſtãt, fœmellifica: grandinoſa, lucida, globuloſa, aut maſculifica, aut ſaltem non irrita.

Χαλαζώδη: quorum partes conſiſtunt rotundæ, tumidæ, lucidæ: vt in ouo appellant χάλαζαν.

Θρομβώδη, *globuloſa:* μὴ θρομβώδη, *ſoluta, diluta, fluida.* Theodorus, *globulenta,* voce lenta dixit: θρόμβος globum ſanguinis ſignificat coꝯti extra venas & cor.

Θηλυγόνα, παροξυτόνως actiuè, προπαροξυτόνως paſſiuè, vt πρωτότοκος, & πρωτοτόκος: ſed quanquam vocis modus actiuus eſt: tamen ſemen non generat neque facit fœtum: ſed vis gignitiua. Ariſtoteles tamen poteſt hoc dicere: qui maris ſemen agere, eſſéque extra fœtus materiam dicit. Itaque intellige hîc de marium ſemine, non de fœminæ: quod ſemen ipſe negat eſſe.

XX. ARISTOTELES.

Καὶ τοῦ γενείου δὲ τρίχωσις συμβαίνει τοῖς ἄρρεσι περὶ τὴν ἡλικίαν ταύτην.

Mentúmque maribus id ætatis veſtitur pilis.

CAESAR.

Commodius cum pube coniunxiſſet, ſi ſimul pubes ac barba ederentur. Sed prioris ætatis ſignum fuit pubes: huius poſterioris barba. Itaque ταύτην poſt τρὶς ἑπτά. Nam antè non fit, niſi coïtu accelerata barba.

CAPVT SECVNDVM,

Mulierum Menſtrua.

XXI. ARISTOTELES.

Ἡ δὲ τῶν γυναικείων ὁρμὴ γίνεται περὶ φθίνοντας τοὺς μῆνας· διὸ φασί τινες τῶν σοφιζομένων καὶ τὴν σελήνην εἶναι θῆλυ, ὅτι ἅμα συμβαίνει ταῖς μὲν, ἡ κάθαρσις, τῇ δὲ, ἡ φθίσις· καὶ μετὰ τὴν κάθαρσιν καὶ τὴν φθίσιν, ἡ πλήρωσις ἀμφοῖν. καὶ ταῖς μὲν, συνεχῶς καθ' ἕκαστον ὀλιγάκις τὰ καταμήνια φοιτᾷ, παρὰ μῆνα δὲ τρίτον ταῖς πλείσταις. ὅσαις μὲν οὖν ὀλίγον χρόνον γίνεται, δύο ἢ τρεῖς ἡμέρας, ἀπαλλάττουσι ῥᾷον· ὅσαις δὲ πολλὰς, χαλεπώτερον. ποιοῦσι γὰρ τὰς ἡμέρας ταύτας. ταῖς μὲν γὰρ, κατ' ὀλίγον, ταῖς δὲ, ἀθρόα ἡ κάθαρσις γίνεται· καὶ τὸ σῶμα βαρύνεται πάσαις, ἕως ἂν ἐξέλθῃ· πολλαῖς δὲ καὶ ὅταν ὁρμᾷ τὰ καταμήνια καὶ μέλλῃ ῥήγνυσθαι, πνιγμοὶ γίνονται καὶ ψόφοι ἐν ταῖς ὑστέραις, ἕως ἂν ῥαγῇ.

CIentur mulieribus menſtrua decreſcente luna. Iccirco qui argutantur, aiũt Lunam eſſe fœminam: propterea quòd eodem tempore & illa purgantur, & hac decreſcit. Ac poſt tum purgationem, tum diminutionem ambæ replentur. Nõ ſæpe cuilibet ipſarum ſingulorum menſium frequentia euenit, ſed tertio quoque menſe plurimæ purgantur. Quibus igitur modico tempore alterum, aut tertium diem durant, faciliùs liberantur. Quæ plures dies ponunt, difficiliùs: ægrè enim habent ijs diebus. Atque illæ quidem breui cumulatè purgantur. His autem omnibus corpus aggrauatur vſque dum exeant. Pleraq; autem incitatu, ac inſtantibus menſtruis matrices ſtrangulantur, & tumultuantur, quoad erumpant.

CAESAR.

POSTQVAM ea quæ vtrique ſexui eſſent communia, quibúſque eadem differrent, enarrauit. Nunc alterius tantùm quod eſſet proprium percenſet: menſtrua ſcilicet, quorum fecit mentionem: ratione ſigni, quo ætas habilis ad concubitum iudicabatur. Ac ſuprà quidem declarauit eius & genera, & ſubſtantiam, & colorem, & effectionem: quoniam alba etiam alia ætate euenirent, atque antecaperent annum quartumdecimum. Iccirco ibi fuit coactus hæc tractare. Nunc quibus modis, quibúſve interuallis menſtrua decurrant videamus primùm. Deinde affectiones ſoluendis aut ſolutis, aut dum ſoluuntur: ſiue vacuis ſiue fœtis. Tertio ac poſtremo loco: quare cætera animalia, aut nulla ſoluant, aut pauca. Itémque in genere eodem, ſcilicet humano, quare mas nulla. Cui neceſſariò addit quædam de ſeminis natura: propterea quòd eius multitudo, aut paucitas cum menſtruorum ratione coniunctam facit, ſicut & vrinarum. At dicit hîc Philoſophus quædam falſa, quædam controuerſa. Nam falſum eſt decreſcente Luna ſolui menſtrua, ſi ſimpliciter pronuncies. Itaque ſuam tàm frequens ἐπὶ τὸ πολὺ, hîc commodiſſimè explêſſet ſententiam. Nam decima quæque mulier non demittit menſtrua Luna decreſcente: ſed virgines aliquæ, quanquam non omnes, neque paucæ aberrant: ſed voluit dicere naturam menſtruorum per ſe eſſe talem, vt erumpant decreſcente Luna. Quare autem mulieres aberrent, in cauſſa ſunt tempora partuum. Nanque ſi contingit, vt purgentur puerperæ, ita vt deſierint in plenilunio, altero plenilunio repetent. Ratio autem altera, quare ſenecta Luna purgentur, eſt: quia eius mutatione maximè mutatur aër: & humor hîc inferior paret ei. Quod & de mari videmus, & à nobis in librum de *inſomniis* Hippocratis diſputatum eſt. Etiam oſtreæ & cancri plenilunio pleni ſunt: ſeneſcente ſidere contabeſcunt: inſtaurato replentur. Ita cerebrum humanum capite vulnerato, caluaria aperta vidimus plenilunio turgidum: duodecimo poſt die conſidere: neque id ſemel. Ergo humor in muliere, qui cum Luna creuit, cùm à calore naturali euinci non poteſt, poſt aliquot dierum pugnam, expellitur. Neque tum Luna defecta lumine fouere poteſt quam aluit copiam. Altera propoſitio falſa: quæ dicit, paucis euenire vt quot menſibus purgentur: ſed tertio quoque plurimis: imò è contrario fit: niſi mulieribus Græcis hoc contingat: quod tamen contra fidem eſt: quæ ſint climatis mediocris.

diocris. Italæ, Germanicæ, & Gallicæ ita ſunt vt dixi. Controuerſum autem eſt quod ait. Quæ paucis diebus purgantur faciliùs abſolui, quæ multis difficiliùs. Nanque repentina eruptione aliquæ animo deficiunt: ſed ad cauſſas eſt reſpiciendum. Nam aut multus humor eſt, atque exit citò: bene hábet: aut paulatim: malè. Quòd ſi paucus eſt, & vniuerſus erumpit, vt vidimus, nocet. Item ſi non eſt acutus, ac exit paulatim non nocet.

Γυναικείων ὁρμῶν, appellat μῆνας, καταμήνια, συνηθείας, γυναικεῖα: à tempore & conſuetudine, & animali cui plus euenit. Dixit, ὁρμή: *impetum*, nos per verbum *cientur* interpretati ſumus. Ciere enim, & citari motum ſignificant vehementiorem. Theodorus languidè *profluuium* vertit.

Περὶ φθίνοντας τοὺς μῆνας. Dixit περὶ. Quoniam non certa vna die, interdum etiam initio alterius menſis: φθίνοντα, autem & ἱστάμενον, Græci menſis abeuntis & appetentis tractum dixêre à Luna: cuius motu menſem ſignabant: vt & nunc Arabes, Iudæique, & alij barbari. Inde etiam μὴν & μήνη, & menſis. Germanica quoque vox non abhorret à Græca, *monat*: ductáque eſt menſis à Luna appellatio. Itaque hîc μῆνα Græcum intellige, non Latinum menſem: cuius initium eſt ἔνη καὶ νέα: vltima & noua dies eadem: quoniam in ſe recurrat. Quare annus quoque Lunaris dictus fuit.

Τῶν σοφιζομένων. In oratione tertia pro M. Tullio vocem hanc fuſiùs declarauimus. *Cauillo* interpretatur Theodorus, minùs benè: neque enim cauillantur. Cauillare eſt tergiuerſari à cauendo: vnde *cauſſa*. Cùm reddimus cauſſam quamlibet ne deprehendamur. At σοφίζεσθαι eſt argutari, oſtentare ſapientiam. Sic in ſecundo *Metaphyſices*, περὶ τῶν μυθικῶς σοφιζομένων: neque cauillabantur qui id dicerent, ſed ſapientiæ ambitioſæ autores erant.

Καὶ ἡ σελήνη ἐστὶ θῆλυ. τὸ, καὶ, ſicut & mulierem. Dixit θῆλυ, non θήλειαν: quoniam eſſet fœmina non coitu, ſed æquiuocè: vt ſignificatio ſit rei, non modus rei.

Τῇ δὲ ἡ φθίσις. Alluſit hac comparatione ad corpora tabida & conſumpta. Exucta enim ſunt: ſic κάθαρσις, eſt ſucci ablatio.

Ἡ πλήρωσις ἀμφοῖν: per nomina texit orationem Atticiſſimè. Sic & Thucydides, & Demoſthenes. Itaque κάθαρσις non καθαίρεται, & φθίσις, & πλήρωσις. Poſuit autem ſimplex pro compoſito: eſt enim ἀναπλήρωσις. Dixit quoque, ἀμφοῖν non ἀμφοτέρων. Quoniam eodem tempore intelligit id fieri. Iccirco dixit ἅμα.

Συνεχῶς καθ' ἕκαστον. συνεχῶς. Ita vt alter alterum menſem ſubeat pari opere purgandi.

Παρὰ μῆνα δὲ τρίτον: *tertio exacto menſe*: τὸ, παρά, ſignificat euaſionem & egreſſionem: παρὰ νόμος, παρὰ προσδοκίαν: Theodorus malè vertit: *vno interpoſito menſe*: ſi enim vnus tantùm interponatur menſis, ſingulis menſibus fluent.

Ὀλιγάκις: per ἀντιμερείαν pro ὀλίγαις: ſic in x. huius operis: πλεονάκις ἢ ἐλαττονάκις.

Φοιτᾷ, verbum menſtruorum ſubinde redeuntium, ſic & in x.

Ὀλίγον χρόνον: poſteà exponit δύο ἢ τρεῖς ἡμέρας.

Ἀπαλλάττουσι ῥᾷον. Theodorus, *faciliùs agitur cum his*: vt agnoſcas Græcum in Latio: neque enim ſic loquimur: quid, quod agere cum muliere, eſt aliud quàm agere cum populo?

Σῶμα βαρύνεται: ratio quare χαλεπώτερον.

Ὁρμᾷ, vt ſuprà ὁρμή: impetum dicit: καὶ μέλλη, *& cunctantur*. Theodorus, *eruptioni propinqua ſunt*: ſcilicet non ſic exeunt vt vrgent: *inſtare*, diximus: vt inſtare futuris regnis: vrgere occaſionem.

Πνιγμοί, *ſtrangulationes matricis*. Theodorus rectè, καὶ ψόφοι, & crepitus: nos per *tumultum* expreſſimus, *rugitum* quem vocant Arabes.

Ῥαγῇ, *rumpant*: ſcilicet venæ aperiantur. Latinè meliùs, *erumpantur*: exire è re rupta, aut aperta: metaphora à vento, veſica, aut caſtanea, aut igne è nubibus, aut eiuſmodi.

Examinanda quoque ampliùs hæc ſunt, ταῖς μὲν κατ' ὀλίγον ἀθρόα ἡ κάθαρσις γίνεται. Comparat beneficium celeritatis cum incommodo lentitudinis: additque cauſſam: quoniam, κατ' ὀλίγον. Itaque corpus non aggrauatur. Theodorus malè legit cùm facit duas partes ſic: ταῖς μὲν κατ' ὀλίγον, ταῖς δὲ ἀθρόα ἡ κάθαρσις. Nanque ὁ κατ' ὀλίγον, ſignificat ἐν βραχῇ, & reſpondet ſuperioribus: Ὀλίγον χρόνον: verba Theodori: *alijs nanque vniuerſim hæc purgatio fit, alijs paulatim: attamen omnibus corpus grauatur quandiu effluat humor.* Vt expediret ſe, addidit, *attamen*: & dixit, *omnibus grauari corpus*: falsò. Nam illæ citò liberantur. Quomodo enim eſſet ἀθρόα, ſi colligerent vt grauarent? Itaque etiam illud malè interpretatus eſt, ἕως ἂν ῥαγῇ, *quandiu effluat*. Cùm tamen ἕως ἄν, ſignificet finem, non motum. Quod declarat aoriſtus qui præteritum tempus notat: ἐξέλθῃ: dixiſſet enim ἐξερχομένων: & fortaſſe addidiſſet, μεταξύ. Sic mox ἕως ἂν ῥαγῇ: finem ſignificat τῶν ψόφων.

XXII. ARISTOTELES.

Φύσει μὲν οὖν ἡ σύλληψις γίνεται μετὰ τὴν τούτων ἀπαλλαγὴν ταῖς γυναιξί· καὶ ὅσαις μὴ γίνεται ταῦτα, ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ ἄτεκνοι διατελοῦσιν. οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ μὴ γινομένων τούτων, ἔνιαι συλλαμβάνουσιν, ὅσαις συναθροίζεται ἰκμὰς τοσαύτη, ὅση ταῖς γενομέναις ὑπολείπεται μετὰ τὴν κάθαρσιν, ἀλλὰ μὴ ὥστε καὶ θύραζε ἐξιέναι.

His expeditæ fœminæ natura concipiunt. Quæ non menſtruantur ferè ſteriles degunt. Quanquam aliquæ quibus nulla vnquam menſtrua effluxere, concipiunt: collecto ſcilicet tanto humore, quantus ſolet relinqui ijs quæ matres factæ ſunt poſt purgationem: modo ne foras exeat.

CÆSAR.

CAVSSAM finalem ponit. Nam ſuprà materialem, cùm dicebat eſſe ſanguinem: & efficientem eandem, ſcilicet quæ ſanguinis. Finis autem exeuntium menſtruorum eſt exonerare naturam ea mole ſanguinis, cuius copia obruit ſemen genitale viri. Finis autem reliquiarum intus manentium eſt vniri cum ſemine genitali & fermenteſcere ad fœtum concipiendum. Itaque ſequitur, vt quæ non mēſtruantur non concipiant. Nam aut non ſatis habēt ſanguinis, iccirco non exit: aut nimium habent, quia non exit. Item ſequitur, vt quæ non menſtruantur iccirco quia & non nimis habent vt exeat, & ſatis habent, vt recipiāt vim ſeminis ſibi proportionalem: eæ quoque concipiunt. Sic habemus hoc apoteleſma rotundiſſimè explicatum.

Dixit φύσει: naturalis conceptus. An verò eſt etiam conceptus non naturalis? ſed intellexit legem eſſe naturæ hanc. Nam extraordinariè etiam concipiunt dum menſtruantur: contraria eſt hîc φύσις menſtruis: ſignificat enim ordinariam naturam. Nam alioqui quodcunque in motu fit, à natura eſt.

Ἀπαλλαγή. Theodorus ſimpliciter nimis, *à profluuio menſtruorum.* Nam ſanè ἀπαλλαγὴ, ſignificat liberationem & expeditionem de ſtatu in alium ſtatum: ἀπ' ἄλλου, ἐπ' ἄλλο.

Διατελοῦσι. Theodorus *exigunt*: omiſit ætatem, aut ipſe, aut librarius.

Ἰκμάς. περιφραστικῶς, pro eo quod eſt αἷμα: & eſt genus in definitione menſtruorum: qui non eſt ſimplex ſanguis quartus humor, ſed maſſa ſanguinis. An autem verum ſit quod ait Druſianus, ſanguinem non eſſe quartum humorem, ſed tres ſimul iunct., alibi refutauimus.

Ταῖς γενομέναις: aoriſtum medium poſuit pro nomine puerperarum. Nam τὸ ἔκγονον, ſæpe appellat, τὸ γενόμενον: generatum ſcilicet. Ergo ἡ γεναμένη, eſt quæ genuit. Theodorus hoc non poſuit.

XXIII. ARISTOTELES.

Καὶ γινομένων ἔτι ἔνιαι συλλαμβάνουσιν.

Adhuc etiam profluentibus nonnullæ concipiunt.

CAESAR.

HOc benè notandum eſt. Neque enim intelligit poſteà profluere. Nam concluditur matrix: ſed vult dicere non dari purum ſpatium inter finem menſtruorum & conceptionem. Finis tamen tunc adeſt: alioqui non conciperent: niſi dicas ita fieri, ſicut & illis quæ quanquam grauidæ, tamen quot menſibus ſoluunt. Ratio autem in his eſt, quia ſatis fluxit.

XXIV. ARISTOTELES.

Ὕστερον δὲ οὐ συλλαμβάνουσιν, ὅσαις εὐθὺς μετὰ τὴν κάθαρσιν αἱ ὑστέραι συμμύουσι.

Poſt non concipiunt eæ quibus ſtatim poſt purgationem vulua concluditur.

CAESAR.

C AE S A R.

OTA & hoc. Nam collum matricis non concluditur. Intellige veſtibulum ipſum : ſed initia colli. Intellige etiam ſi non aperiatur. Neque enim ſtatim poſt purgationem concipere debent : ſed etiam alio poſſunt tempore : & grauidæ ſuperfœtant : poſſunt ergo concipere. In Codice Theodori malè coniunguntur hæ partes ſic. *Nonnullæ etiam dum profluunt menſes, concipiunt : poſteà concipere nequeunt, quibus vulua ſtatim à purgatione comprimitur* : malè inquam. Quid enim concipiant, quæ conceperint ?

Συμμύουσι. Theodorus, *comprimitur* : malè : neque enim eſt Συμπίπτουσι, hoc eſt enim comprimi : vt in ſpongia, & veſica : ſed concludi eſt *συμμύειν* : ab oculis conniuentibus tractum.

XXV. ARISTOTELES.

Γίνεται δ' ἐνίαις καὶ κυούσαις διὰ τέλους τὰ γυναικεῖα· συμβαίνει μέντοι αὐταῖς φαῦλα τίκτειν, καὶ ἢ μὴ σώζεσθαι εἰς αὔξησιν, ἢ ἀσθενῆ τὰ ἔκγονα γίγνεσθαι.


QVibuſdam menſes ad finem non ceſſant profluere quanquam grauidis : ſed ijs euenit, vt minùs idoneos pariant fœtus : quiq; aut ſeruari, vt creſcant, nequeunt : aut imbecilli euadunt.

C AE S A R.

NVNC extra legem menſtruorum narrat fluxum & euentum. Quoniam non aluntur fœtus defraudati ſanguine menſtruo : ex quo vt ſunt conſtituti ita aluntur.

Φαῦλα. Theodorus, *praua* : ſed prauum ſignificat diſtortum : at *φαῦλον* aliud eſt. Galli *meſchant* vocant : niſi, *nequam*, diffuſum eſſet ad probrum, hoc ſanè ſignificaret. *Idoneos fœtus*, diximus cum negatione.

Μὴ σώζεσθαι εἰς αὔξησιν : *non ſeruari ad creſcendum*. Mira oratio : ſic voluit, aut non ſupereſſe, aut ſi ſuperſint non creſcere, aut ſi creſcant imbecilla eſſe. Commiſſus enim error perparuus in principio, fit in fine maximus. Ratio geometrica eſt ab angulo ad baſim : facta enim angularium linearum minima diſiunctione, fit linea multiplici magnitudine in baſi. Theodorus autem malè vertit, cùm omiſit *εἰς αὔξησιν*.



XXVI. ARISTOTELES.

Πολλαῖς δὲ καὶ διὰ τὸ δεῖσθαι τῆς συνουσίας, ἢ διὰ τὴν νεότητα, καὶ τὴν ἡλικίαν, ἢ διὰ τὸ χρόνιον ἀπέχεσθαι πολλυὸ, καταβαίνουσιν αἱ ὑστέραι κάτω, καὶ τὰ γυναικεῖα γίνεται πολλάκις τρὶς τοῦ μηνὸς, ἕως ἂν συλλάβωσι. τότε δὲ ἀπέρχονται πάλιν εἰς τὸν ἄνω τόπον τὸν οἰκεῖον.

PLeriſque autem præ deſiderio coïtus propter, aut florentem ætatem, aut diuturnam abſtinentiam deſcendunt vteri, & fluunt menſtrua ter in menſe : donec concipiant. Tunc reuertuntur rurſus in ſuperiorem locum peculiarem.

CAESAR.

C Æ S A R.

NON ſolum humoris, ſed etiam membri affectum narrat: ponítque cauſſam vnam. Nam quæ coire conſueuerint, earum matrices mouentur in coïtu ad complectenda virilia. Igitur defectæ coïtu deſcendit matrix ei motui aſſueta. Hæc eſt vna cauſſa, quæ duas cauſſas habet: aut ætatis vim, aut diuturnam abſtinentiam. Is eſt affectus membri. Affectus humoris eſt, τρὶς τῦ ιι ωδε: quoniam ſollicitata matrix multo hiatu facit hiare venas: vbi conceperit redit: habitu enim recepto in materiam, ceſſat motus. Omiſit verò contrarium effectum ab eadem cauſſa: quoniam etiam aſcendunt & contrahuntur ſtimulatæ à ſanguine, aut ſanguine contento intus: itaque conuelluntur feruente ſemine, & turgentibus vaſis, contractíſque. Videtur autem idem bis repetere. Nam διὰ τὴν νεότητα καὶ τὴν ἡλικίαν, eſt μάκρα καὶ καρδοτον. Nos coëgimus in vnum, & effecimus alterum adiectiuum: ſed dicimus νεότητα etiam *tenellam ætatem*.

Ἀπέρχονται, dixit pro ἀναχωροῦσι.

Dixit οἰκεῖον facetè. Nam locum ædibus comparauit ὥσπερ εἰς τὸν οἶκον. Theodorus ſubtiliùs dixit, *ſuo ſitu conſtituuntur*: ſed malè: ſitus enim eſt ratio partium in loco. At etiam cùm deſcendunt, ſuum ſitum habent. Eo enim ſunt ſitu qui à natura datus eſt cùm coïtum appetunt. At non eſt ille locus, ſed in ſuperiore parte: quocunque modo mouеam me, meum ſitum obtinebo: at non cuiuſuis corporis ambitu mihi proprius locus eſt: non enim aquæ.

Neglexit verò apparatum orationis hîc Ariſtoteles. Nam primo loco ponit διά. Quod poſteà diuidit in duo διὰ, per, ἢ: ita vt videantur tres partes: non autem vna propoſita, quæ in duas diuidatur: quaſi dicas, διὰ τὸ δεῖσθαι ἢ διὰ τὴν νεότητα, ἢ διὰ τὸ ἀπέχεσθαι: alius dixiſſet: πολλαῖς δὲ διαμονίαις.

XXVII. ARISTOTELES.

Ἐνίοτε δὲ, κἂν μὴ συμβῇ ἔχουσα, τύχῃ δ' ὑγρὰ οὖσα, ἀποφυσᾷ τοῦ σπέρματος τὸ ὑγρότερον.

Interdum etiam licet non habeat intus fœtum, ſi fortè humidus vterus ſit, efflat ſemen genitale quod humidum ſit.

C Æ S A R.

QVONIAM dixerat non concipere occluſo veſtibulo: iccirco erat, quia reijciebat ſemen. Nunc etiam aliam cauſſam apponit quare non concipiant, humiditatem ſcilicet. Hoc eſt ab Hippocrate dictum, & à Galeno, & ab ipſo in Decimo huius operis.

Καὶ μὴ συμβῇ ἔχουσα: *ſi non contigerit vt habeat*: ſcilicet matrix fœtum: ἀποφυσᾷ *efflat*. In Decimo quoque ita dixit, iactum ſemen virile in veſtibulum: matricem quaſi naribus trahere introrſum. Itaque ſi attrahit quaſi ſpiritu: poſſit etiam reflare. Sed ibi diſputauimus non eſſe flatum niſi accidentalem cauſſatum à calore reſoluente. Sic etiam tumultus & ψόφοι, & flatus intus fiunt. Theodorus ἀποπτύει vertit, *reſpuit*, quo verbo vſus eſt & Galenus.

Τὸ ὑγρότερον. Quoniam quod compactius eſt ſiſtitur & ſiſtit: dilutum autem labitur. Neque intelligas τὸ ὑγρότερον, partem ſeminis humidiorem: ſed genus ſeminis quod humidum ſit.

Theodorus aliter legit hoc apoteleſma, μὴ συμβῇ κακῶς ἔχουσα. Quoniam etiam alio exceſſu quàm humiditatis poteſt fieri, vt reſpuat.

XXVIII. ARISTOTELES.

Πάντων δὲ τῶν ζώων (ὥσπερ εἴρηται καὶ πρότερον) ταῖς γυναιξὶ μᾶλλον τῶν ἄλλων θηλειῶν ἡ κάθαρσις γίνεται πλείστη. τοῖς μὲν γὰρ μὴ ζῳοτοκοῦσιν, οὐδὲν τοιοῦτον ἐπισυμβαίνει, διὰ τὸ τὴν περίττωσιν ταύτην τρέπεσθαι εἰς τὸ σῶμα· μείζω τε γὰρ ἔνια τῶν ἀρρένων εἰσί· καὶ ἔτι τοῖς μὲν εἰς φολίδας, τοῖς δὲ

Omnium animalium mulier inter fœminas, vt iam dictum eſt, largiſſimis menſtruis purgatur. Nam quæ animal non pariunt, iis nihil tale euenit: propterea quòd is humor ſuperfluus in corpus vertitur. Quippe ea maiora ſuis maribus ſunt. Præterea in ſqualorem, quibuſdam in ſquammas,

εἰς

εἰς λεπίδας, τοῖς δὲ εἰς τὸ τῶν πτερῶν ἀναλίσκεται πλῆθος· τοῖς δὲ πεζοῖς καὶ ζωοτόκοις, εἰς τε τὰς τρίχας καὶ τὸ σῶμα, (λεῖον γὰρ ἄνθρωπος ἐστὶ μόνον) καὶ εἰς τὰ οὖρα. παχεῖαν γὰρ τὰ πλεῖστα, καὶ πολλὴν τὰ τοιαῦτα ποιεῖται τὴν ἔξρουσιν· ταῖς δὲ γυναιξὶν, ἀντὶ τούτων τρέπεται τὸ περίττωμα εἰς τὴν κάθαρσιν.

alijs in pennarum copiam abſumitur. Illis autem quæ animal pariunt & humo ſola vtuntur, ad monendum ſeſe: tum in pilos, tum in corpus. Solus enim homo læuis eſt. Item in vrinas: maxima enim eorum pars mingit craſſum, & copioſum. At mulieri horum vice vertitur ſuperfluum illud in purgamentum.

C AE S A R.

NVNC diſcernit genera in hoc affectu: & repetit dicere de muliere. Quódque ſuprà omiſit, reddit rationes ampliores. Seiungit ouipara omnino, & dicit ſuperfluum illud aut verti in corpus, aut abſumi: in alas, in ſquammas, in corij ſquallorem. Deinde ſubdit aliud genus τῶν πεζῶν: quibus abſumi in pilos dicit: atque etiam in corpus, vt in illis. Item in vrinas: quam rationem fulcit & quantitate, & craſſitudine: poſthæc ſubdet quoque alias rationes. Cæterùm ab initiis vſque ſtudiorum noſtrorum dubitauimus ſuper hoc. Nam ſi menſtruus ſanguis eſt affectio generica animalis, aut omnibus erit, aut erit ratio quare non appareat: ſi eſt omnibus, ergo erit & maribus. Hoc autem eſt falſum: neque enim viro euenit, quem fruſtra dices plus eiicere ſeminis quàm fœminam. Nam qui non vtitur venere menſtruaretur: fruſtráque in barbam. Nam poſtquam creuit barba iuſta magnitudine, non creſcit prætereà: & mulier eſt capillatior: & equa iubata æquè ac equus eſt. Prætereà ſi in ſquammas abſumitur fœminæ auratæ, mas non habebit ſquammas. Neque enim debebatur ea materia. Item ab vrina: quod argumentum plus apparet, nullum eſt. Mulier enim craſſiùs mingit quàm vir. Sed pilum, ſquammámque habere certam materiam non à ſuperfluo humore, ſed à certa portione, ſicut & homini cutis. Si enim è menſtruo ſanguine fierent, creſcerent & decreſcerent ſquammæ. Sed menſtruorum rationem à maſſa & qualitate ſanguinis elici par eſt. Nanque homo eſt maximè ſanguineus. Hæc eſt ratio euentus menſtruorum à forma hominis, quæ tantam materiam exigit. Eſt enim animal aëreum in ſua conſtitutione. Cauſſa autem finalis diſtinxit mulierem à viro. Quoniam vir non opus habebat ad alendum fœtum, quem non eſſet geſtaturus. Itaque additus eſt calor viro à natura qui dilutum ſanguinem percoqueret, reduceretque in ſpiritus ad intellectionem. At calor in fœmina minor paritur ſanguinis aquoſiorem liquorem, qui in ſpiritus non abit. Itaque intellectu minùs valent fœminæ obrutæ copia humoris: & paucæ vtuntur ratione: ſed feruntur fluctuante impetu animi.

Phraſis tota Græca eſt, quam Latina grauitas pati nequeat: *πάντων τῶν ζώων ταῖς γυναιξὶ μᾶλλον τῶν ἄλλων θηλειῶν γίνεται κάθαρσις πλείστη.* Neque enim dixeris Latinè. *Magis bibo vinum plurimum cæteris Vaſconibus.*

Ἐπισυμβαίνει: ἐπὶ, ſignificat euentum rei quæ non eſt congenita. Theodorus, *euenit.*

Τὴν περίττωσιν. Theodorus hîc prudentiſſimè vertit, *ſuperuacuum*: non, *excrementum.* Neque enim poteſt eſſe excrementum quod abit in corporis molem.

Μείζω ἔνια τῶν ἀρρένων: *nonnulla maiora maribus.* Igitur ratio non concludit: nonnulla maiora ſunt: at neque minora menſtruantur. Ideo addidit, καὶ ἔτι εἰς φολίδας. Monuimus alibi Theodorum malè interpretari, *corticem*: ſed *ſquallam* diminutiuum à ſquamma, vt in lacerto.

Ἀναλίσκεται: non dixit *ἔστι*: quoniam penna eſt pars animalis ob officium: ſed non pars corporis ob conſtitutionem: hæret enim, non eſt continua. Cùm dixit, πλῆθος auxit ſuam rationem. Neque enim mirum eſt ſi frequentia alarum exhaurit πλῆθος τὸ πολὺ καὶ δασύ.

Λεῖον γὰρ ἄνθρωπος ἐστὶ μόνον. At anguillæ, & polypi, & cartilaginea quæ etiam animal pariunt: quorum aliquot nuda cute conteguntur: quæ etiam neque mingunt. Theodorus peſſimè conſuluit fidei ſuæ cùm dixit, *homo leuior cæteris eſt.* Putauit ſe emendare quaſi falſum: quoniam homo etiam piloſus eſt: ſic mox λειότατος: at alia non ſunt λεῖα: & ipſe non eſt omnino λεῖος.

Παχεῖαν πλεῖστα καὶ πολλήν. Craſſitudo à ſitu: eſt enim ex propinquitate partium multarum: πολλὴ ſignificauit dimenſionem. Itaque eſt quantitas duplex. Diſcreta in παχεῖα: vbi partes conſiderantur: & continua in πολλῇ: vbi ſpatium latitudinis, & longitudinis, & profunditatis.

Ἔξρουσιν: ſapientiſſimè cùm nominauit οὖρα, & per ea purgari quadrupedes, voce vſus eſt complectente vtrunque, & οὖρον, & κάθαρσιν.

Πλεῖστα, quoniam non omnia: ſed iumenta, & pecora ferè: at ea purgantur. Notabis quoque περίττωμα, & περίττωσιν.

XXIX. ARISTOTELES.

Ὁμοίως δ' ἔχει τοῦτο καὶ ἐπὶ ἀῤῥένων. πλεῖστον γὰρ, ὡς κατὰ τὸ μέγεθος, ἀφίησι σπέρμα τῶν ἄλλων ζώων ἄνθρωπος· διὸ καὶ λειότατον τῶν ζώων ἐστὶν ἄνθρωπος. καὶ αὐτῶν δὲ οἱ ὑγρότεροι τὰς φύσεις, καὶ μὴ πολύσαρκοι λίαν, καὶ οἱ λευκότεροι δὲ, τῶν μελάνων.

Similis quoque in maribus ratio. Inter alia enim animalia, plurimum ſeminis emittit homo pro ſui corporis magnitudine. Iccircóque læuiſſimus omnium animalium eſt. Inter eos autem ij qui & natura humidiores, & non multum ſunt corpulenti: ſicut & candidi, quàm fuſci.

CAESAR.

SICVT reddidit rationem in aliis generibus animalium. Ita & viri, vt reddat neceſſe eſt. Et cùm dixit vtrorunque hiſtoriam, iam cùm dicebat in pilos abſumi illis τὸ περίττωμα: homini autem non, læuem enim eſſe: ſed de fœmina intelligebat, cuius illud περίττωμα, in menſtrua verteretur. At mas, inquies, quid? Reſpondet ſimilem eſſe rationem in mari. Quoniam ipſe plurimum ſeminis emittat. Quare vt fœmina erat læuis abſumpto perittomate in menſtrua: ita & mas conuerſo in ſemen. Poſt hæc oſtendit differentiam inter mares capta occaſione ab hiſtoria, qui plus, qui minùs ſeminis excernant: ſed non eſt extra propoſitum. Quoniam hîc ſemen cum menſtruis comparatur, quorum hiſtoria narratur hîc: & tota opera de generatione conficitur.

Ὁμοίως δ' ἔχει: ὁμοίως, eſt conuerſio τοῦ περιττώματος: ſed nos ἀεὶ ὅμοια.

Cùm de maribus agit hîc: tamen ἄνθρωπος ſubdit ſemel a que iterum, non ſine maxima prudentia: vt & hîc oſtendit rationem quare fœmina læuis eſt ſicut vir: & læuior quàm vir. Nanque vir vno tantùm purgatur excremento: fœmina duplici: & ſemine & menſtruis: propterea ſubdit: διὸ καὶ λειότατον ἁπάντων τῶν ζώων ὁ ἄνθρωπός ἐστι. Quod Theodorus nimis delicatè omiſit: eſt enim concluſio.

Ὑγρότεροι τὰς φύσεις: à qualitate elementorum quæ in ſubſtantia ſeminis eſt, & definitione. Quoniam ὑγρότης eſt ſemen ab ipſo alibi appellatum: & argumentum à *coniugatis* per denominationem.

Μὴ πολύσαρκοι λίαν: à conſtitutione partium corporis. Nam πολύσαρκοι multum iaciunt ſeminis: multum enim humoris: ſed πολύσαρκοι μᾶλλον. Nam cùm valde ſint pingues, & frigidiores ſunt, & ſemen in pinguedinem abit, & meatus ſunt arctiores, & vaſa anguſtiora.

Οἱ λευκότεροι τῶν μελάνων: à qualitate conſequente primas qualitates: candidiores enim, ſunt humidiores: fuſci, calidiores. An verò homo plurimum ſeminis emittat alibi confutauimus.

XXX. ARISTOTELES.

Καὶ ἐπὶ γυναικῶν δὲ τὸν αὐτὸν τρόπον. ταῖς γὰρ εὐσάρκοις πορεύεται εἰς τὴν τροφὴν τοῦ σώματος πολὺ τῆς ἐκκρίσεως.

Eodem quoque modo mulieribus carnoſis tranſit in corporis alimentum magna pars illius fluoris.

CAESAR.

TERTIA ratio quare mulier non ſit piloſa: quia ſuaptè natura carnoſa eſt: adeóque compacta corpulentia, vt minùs quàm vir frigore lædatur: & quare carnoſa minùs purgatur menſtruis, quia plus alatur.

Τὸν αὐτὸν τρόπον: ſicut ſuprà ὁμοίως: idem modus ſcilicet mutationis: ſed non eadem ſubſtantia mutatorum.

Πορεύεται, *tranſit, tranſmeat*, vnde & πόροι dicuntur corporis.

Πολὺ τῆς ἐκκρίσεως: dixit πολὺ: quia m nùs purgatur, quàm minùs carnoſæ. Appellauit ἔκρυσιν ſicut ſuprà communi voce τὸ ἔθος καὶ τοὺς μῆνας. Theodorus maluit exponere quàm vertere: dixit enim, *menſtruum excrementum*.

XXXI.

XXXI. ARISTOTELES.

Καὶ ἐν ταῖς ὁμιλίαις δὲ τῶν ἀφροδισίων, αἱ λευκότεραι τὴν φύσιν ἐξικμάζουσι μᾶλλον τῶν μελαινῶν.

Atque in opere venereo candidiorum natura fert, vt plus quàm fuſca exigant humoris.

CÆSAR.

QVONIAM de candidis viris ſcripſerat, iccirco etiam de fœminis dicere inſtituit. Ergo plus ſeminis exigerent mulieres quàm mares, niſi menſtruarentur. Dilutius igitur emittunt: quia frigidiores, & paucius, quia aliò diuertitur. Alioqui ſi plus candidus homo, tam mas quàm fœmina mittit ſeminis, quàm fuſcus ratione caloris: eadem ratione caloris minus calidus plus emitteret.

Ἐξικμάζουσι: appellauit ἰκμάδα, quoniam in libris de *Generatione animalium*, negat eſſe ſemen prolificum in muliere. Theodorus, *euaporauit* peſſimè interpretatus eſt: quoniam vapor eſt ſiccus: exhalatio, humida: fumus, ſicciſſimus. In Decimo huius operis ἱδρῶμα τοῦ τόπου vocat.

XXXII ARISTOTELES.

Ποιεῖ δὲ τὸ ῥοφεῖν τὰ ὑγρὰ καὶ δριμέα ταύτην τὴν ὁμιλίαν μᾶλλον.

Faciunt impenſius ad coïtum alimenta humida, atque acria.

CÆSAR.

HOC extra ordinem ſanè eſt: ſed pendet tamen à dictis. Ratio autem eſt: quoniam humor eſt materia, acritudo eſt quaſi forma. Quoniam ſtimulata vaſa excitantur: flatus quoque plurimum conferunt. Itaque flatuoſa ſi eſitantur, vegetata modico ſale mirificè excitant in venerem.

Ποιεῖ τὴν ὁμιλίαν: alius dixiſſet πρὸς: quoniam non eſt cauſſa efficiens. Theodorus, *præparatur*: nos ſimpliciter, *facit*.

CAPVT TERTIVM,

Indicia conceptionis: quot diebus tum mas tum fœmina in vtero moueantur: abortiones.

XXXIII. ARISTOTELES.

Γίνεται δὲ σημεῖον τοῦ συνειλῆφθαι ταῖς γυναιξὶν, ὅταν εὐθὺς γίνονται μετὰ τὴν ὁμιλίαν ὁ τόπος ξηρός. ἂν μὲν οὖν λεῖα τὰ χείλη ᾖ τοῦ στόματος, οὐ θέλει συλλαμβάνειν· ἀπολισθαίνει γάρ· οὐδ', ἂν παχέα. ἂν δ' ἁπτομένῳ τῷ δακτύλῳ τραχύτερα ᾖ, καὶ ἀντέχηται, καὶ ἂν λεπτὰ τὰ χείλη, τότε εὐκαίρως ἔχει πρὸς τὴν σύλληψιν.

Mulierem concepiſſe indicat locus, ſi continuò poſt coïtum reſiccetur. Sanè labia oſtij ſi læuia ſint, nequeunt concipere: dilabitur enim: neque ſi craſſa. Quòd ſi digito attrectata aſperiora ſint & reſiſtant, aut tenuia inueniantur: tunc opportunum ad coëundum tempus eſt.

CAESAR.

POST apparatum rerum quæ ad generationem faciunt, ponit nunc ipſam generationem. Ponitque ſigna inchoationis: ſi locus ſit ſiccus. Quoniam vir & fœmina in veſtibulum iaciunt. Deinde matrix attrahit miſta, & relinquit locum ſiccum. Secundo loco reddit rationem quare oporteat locum ſiccum eſſe. Nam ſi humidus eſt, lubricuſq;, dilabitur ſemen neque retinetur. Ita ſimul docet quod tempus aptum ſit ad conceptionem. Cùm labia, inquit, oſtij vterorum ſunt & aſpera, & tenuia. Nam ex aſperitate intelliges retentionem: ex tenuitate habilitatem ad concludendum. Nam ex craſſitie fiunt οὐκ ἐυήκοαι, ſic enim appellat in Decimo. Sed animaduerte duo. Neque enim neceſſe eſt ſemper locum ſiccũ eſſe. Neque ſemper ſiccus docet cõceptionem.

Nanque vbi tantùm ſeminis eſt, vt ſatis ſit, totum attrahitur: locus ſiccus relinquitur: vbi plus eſt quàm ſit ſatis, tunc attrahitur quantum eſt ſatis: & reliquum manet qui locus vdeſcit. Sic loquitur in Decimo. τὸ δὲ ὑπολείπεται πολλαπλάσιον. Ita etiam ſi locus ſit ſiccus, poſſit eſſe ex ſeminis paucitate diluto tenui, quod ſtatim à matricis veſtibus exuctum ſit.

Οὐ θέλει συλλαμβάνειν: ſæpe ita loquitur. Verbum voluntarium non temerè matrici attribuit: ſed tamen multis locis notauimus hoc genus Atticiſmi.

Α'ντέχειν, Theodorus *adhærentia*, malè. Nam è viſcido ſemine hærere poſſunt: ſed ἀντέχεσθαι eſt reſiſtere tactui: neque ipſum tranſmittere, vt læuia.

Εὐκαίρως. Theodorus, *ita commodè*: rectiſſimè: ſed rectiùs, ſi pro, *ita*, dixiſſet, *tunc*. Reſpondent enim τότε, & εὐκαίρως: & plus eſt *opportunè*, quàm *commodè*. Eſt enim opportunũ commodum in tempore. Commoda eſt pluuia ſuaptè natura: ſed non ſuaptè natura εὔκαιρος. Hoc enim aliunde habet: à ſpecie ſcilicet: etiam planius eſt in matricis opere atque habitu. Nanque paucis ante diebus quàm menſtrua eruptura ſint, matrix tenuitate & aſperitate labiorum καλῶς ἔχει, quod in ſe commodè habet: ſed non εὐκαίρως: quod aliunde peti debet.

XXXIV. ARISTOTELES.

Πρὸς μὲν οὖν τὸ συλλαμβάνειν, τοιαύτας δεῖ κατασκευάζειν τὰς ὑστέρας. πρὸς δὲ τὸ μὴ συλλαμβάνειν, τοὐναντίον. ἐὰν γὰρ ᾖ λεῖα τὰ χείλη, οὐ συλλαμβάνει. διὸ ἔνιαι, ἵνα τῆς μήτρας πρὸς ὃ πίπτῃ τὸ σπέρμα, ἀλείφουσιν ἐλαίῳ κεδρίνῳ, ἢ ψιμυθίῳ, ἢ λιβανωτῷ, διέντες ἐλαίῳ. ἐὰν δὲ ἑπτὰ ἐμμείνῃ ἡμέρας, φανερὸν ὅτι εἴληπται. αἱ γὰρ καλούμεναι ἐκρύσεις, ἐν ταύταις γίνονται ταῖς ἡμέραις.

Ad hunc modum vterus apparandus eſt vt concipiat. Contrà vero vt ne concipiat. Etenim ſi labia læuia ſunt, non concipit. Iccirco nonnullæ matricis locum in quem ſemen cadit, obliniunt oleo cedrino, aut ceruſa, aut thure oleo dilutis. Igitur, ſi ſeptem diebus contineatur, manifeſtum indicium eſt conceptionis. Nam quæ vocantur effluctiones in his diebus eueniunt.

CAESAR.

POSTQVAM poſuit notas benè maléve ſeſe habentis vteri, quod reliquum eſt ponit etiam curam qua errores vitiáue corrigãtur. Qua cura adhibita ſi ſeptem diebus continetur, conceptum putat. Reddit cauſſam, ob quam tanto eodémque tempore remittere ſemen conſueuerit.

Πρὸς τὸ συλλαμβάνειν: *ante conceptum*: imò ante tempus. Neque enim neceſſariò ſequitur conceptus.

Πρὸς δὲ τὸ μὴ συλλαμβάνειν. Ergo, ô Ariſtoteles fuere aliqui qui prohiberent conceptiones? ſanè nollem hoc dixiſſet Philoſophus: ſed vt reſponderet Atticiſmo ita loquutus eſt: meliùs ſic dicturus, vt dixit mox: ἐὰν γὰρ ᾖ λεῖα.

Διὸ ἔνιαι ἵνα τῆς μήτρας πρὸς ὃ πίπτῃ τὸ σπέρμα. Theodorus, ἵνα, interpretatur, *vt*, rectiſſimè. Sed ita legendum ſit ἵνα πίπτῃ τὸ σπέρμα πρὸ τῆς μήτρας. Sic enim interpretatur, *ante vuluam*: ſed neque rectè, neque ſenſus ſequitur. Nanque *ante vuluam*, quid eſt? vbinam locorum is eſt locus? vulua enim eſt aditus loci, aut receſſus: matrix autem totum corpus membri ipſius. At ſemen procidit in vuluam, non ante vuluam. Sed fac vuluam eſſe totum corpus quod non negamus: ante vuluam quis locus erit? in veſtibulum vuluæ dicit in Decimo Ariſtoteles procidere: & Galenus vbique. Sed aliud conſilij nobis ineundum eſt. Neque enim interpretere Poëticè τὸ, ἵνα, pro, *vbi*, vt apud Homerum: ſed mendoſus codex eſt. Fortaſſe ita legendum, διὸ ἔνιαι τὰς ἴνας τῆς ὑστέρας πρὸς ὃ πίπτει. Neque mirum πρὸς ὃ: pro eo quod eſt πρὸς ἃς, frequens modus loquendi apud Philoſophum.

Theodorus peſſimè κεδρίνῳ interpretatus eſt, *iuniperino*. At num neſcit ex Theophraſto, Dioſcoride, Plinio quid interſit inter cedrum, & iuniperum? Ex frequentia iuniperi, & cedri infrequentia, differentia vtriuſque fructu, iam multum diſtare diſcet: effectiones quoque ſi ſciſſet, cauiſſet. Illita enim iuniperino oleo, pecorum, iumentorúmque coria deglubuntur: etenim puſtulas, puſuláſque ciet: & cruſtas, quas *eſcharas* vocant, vſque ad carnem. Nedum vt nuda operimẽto labia vuluæ vnguantur. Aquitani oleum *de cadde*: Franci oleum *du tac* vocant alicubi.

Διέντες, *excipientes* Theodorus, malè expreſſit: διιέναι eſt *diluere*, quoniam per omnes partes rei ſolidioris, liquidæ rei partes tranſmittuntur. At excipitur oleo ceruſa, etiam ſi non diluatur, & integra maneat.

Ε'κρύσεις:

Ἐκρύσεις: ſuprà vrinæ cum menſtruorum materia: poſteà menſtruus ſanguis ſine vrina. Nunc ſeminis ἔκρυσις. Itaque addidit καλοῦσιν αἱ μαῖαι, ab obſtetricibus ſcilicet.

Ἐν ταύταις. Nam dixit τοσαύταις, vt malè Theodorus, *tot numero*: ſed ταύταις, his ſcilicet quæ ſtatim coïtum ſequantur.

Nota etiam hic numeri ſeptenarij vim in quo laborat natura, incohet nécne.

XXXV. ARISTOTELES.

Αἱ δὲ καθάρσεις, φοιτῶσι ταῖς πλείσταις ἐπί τινα χρόνον συνειληφυίαις· ἐπὶ μὲν τῶν θηλειῶν, τριάκονθ' ἡμέρας μάλιστα· περὶ τετταράκοντα δὲ, ἐπὶ τῶν ἀῤῥένων. καὶ μετὰ τοὺς τόκους δὲ αἱ καθάρσεις βούλονται τὸν αὐτὸν ἀριθμὸν ἀποδιδόναι τούτων· οὐ μὴν ἐξακριβοῦσί γε πάσαις ὁμοίως.

Poſtquam conceperint aliquæ ad certum vſque tempus purgantur. Conceptis fœmellis cum diutiſſimè diebus tricenis. Ad quadragenos autem in maſculis. Purgationes quoque ſequentes partum tantundem dierum numerum repræſentant. Quanquam non omnibus æquè exactè eueniat.

CAESAR.

Poſt conceptionis tempus, & modum, & rationem, ponit conceptionis affectus: aitque aliquibus effluere menſtrua poſt conceptum. Ne putaremus illas eſſe ἐκρύσεις ſeminis. Et eſt differentia inter has purgationes & illas quas ſuprà dicebat: quibuſdam ſolui menſtrua quandiu gerunt vterum. Hic autem ſemel duntaxat: ſed diebus continuatis poſt conceptionem: in maribus, quadragenis: in fœminis, tricenis. Secundo loco æquat numerum dierum in purgationibus poſt partum cum diebus à conceptu. Vltimo loco inconſtantiam legis huius. At Hippocrates in libro de *fœtu*, contrarium dicit. Nam purgationes à partu præſcribit tot dierum numero quot dati ſunt formationi fœtus. Itaque plures fœminæ quàm mari. Sed tamen falſum id eſt. Nulla enim mulierum noſtrarum plus menſe purgatur poſt puerperium: multæ quinto decimo die abſoluuntur: quædam etiam ſeptimo: vidimus etiam quæ tertio: etiam editis fœmellis. Multa de hac re Galenus etiam περὶ κυημάτων.

Φοιτῶσι: verbum menſtruorum: & intelligit continuationem. Iccirco dixit ἐπί τινα χρόνον, ne putaremus quod ſuprà, quandiu gererent, & interuallatim.

Μάλιστα, id eſt, ad ſummum: & refertur ad vtrunque tàm tricenorum pro fœmina, quàm quadragenorum pro mare. Sed præſcripſit fœminis, non maribus, cùm dixit περὶ τετταράκοντα· περὶ, incertam facit præſcriptionem. Theodorus neglexit.

Βούλονται, quod monuimus, alibi θέλει, & haud ita multò ante, οὐ θέλει συλλαμβάνειν.

Ἀποδιδόναι ἀριθμόν: nota elegantiam: *reddere numerum* ad verbum. Nam qui reddit, tantundem reponit.

XXXVI. ARISTOTELES.

Μετὰ δὲ τὴν σύλληψιν καὶ τὰς ἡμέρας τὰς εἰρημένας, οὐκέτι κατὰ φύσιν, ἀλλ' εἰς τοὺς μαστοὺς τρέπεται, καὶ γίνεται γάλα. ἐπισημαίνει δὲ τὸ πρῶτον μικρόν τι καὶ ἀραχνιῶδες τὸ γάλα ἐν τοῖς μαστοῖς.

Poſt verò tum conceptionem, tum quot diximus, dies, non ampliùs eueniunt: ſed in mammas diuertitur, atque lac fit. Cuius ſanè lactis extant indicia prima pauculi & araneoſi in mammis.

CAESAR.

Seivngit nunc à naturæ legibus profluuiorum tractum vlteriorem: & addit rationem. Quoniam, inquit, tum inde ad vbera diuertitur quod ſolebat fluere. Tertio loco docet, quid eo humore fiat: lac ſcilicet. Poſtremo indicia lactis ponit iã ibi conſiſtẽtis.

Μετὰ τὴν σύλληψιν. Non habuit ſatis: ſed addidit καὶ ἡμέρας. οὐκέτι κατὰ φύσιν: fluunt ſcilicet: φοιτῶσι, quoniam natura conuertere debet & ſolet ad mammas, poſuit.

Τρέπεται, ſimplex pro compoſito ἀποτρέπεται, ἀπὸ τοῦ ἐκρεῖν: hic motum ſignificat: at ſuprà mutationem τρέπεται εἰς σῶμα. Itaque τό, εἰς, præpoſitio etiam æquiuocè hic atque ibi ponitur: οὐκέτι: quoniam antea erat κατὰ φύσιν. Τὸ τρέπεται, Theodorus *tranſitur* vertit: niſi ſit librarij mendum, peſſimè interpretatus eſt. Nota etiam numerum mutatum more ſuo. Nam dixerat καθάρσεις: nunc τρέπεται καὶ γίνεται, ſcilicet materia τῆς καθάρσεως.

Ἐπονημαίνει, τὸ ἐπὶ, ſignificat quod expreſſimus per, *extare*.

Ἀραχνιώδης: tanquam ſi telam araneam deducas: nondum enim maturum eſt æquatis omnibus partibus à calore tranſmutante. Nanque fructus ſic maturantur: ſic aquæ partes crudæ, atque inæquales, igni æquantur. At noſtri recentiores omnia euerterunt dum prohibent coquere. Aiúntque craſſiorem & calidiorem aquam fieri: quoniam omne genus Philoſophiæ ignorârunt. Nam quanquam puſillæ partes abeunt: quædam tamen reliquæ quæ remanent ad eandem naturam reducuntur, cuiuſmodi ſunt quæ abeunt: Nonne rareſcit aqua ab igni, quam ita digerit, vt aſcendere faciat? Nam de calore quod aiunt, ineptiunt. Accidens omnino enim præternaturale non mutat accidens naturale, ſcilicet frigus aquæ, ab ipſa forma aquæ immediatè dependens. Neque tolli illud poteſt manente ſubſtantia aquæ.

XXXVII. ARISTOTELES.

Ὅταν δὲ συλλάβωσιν, αἴσθησις μάλιστα ἐγγίνεται ταῖς λαγόσιν· ἐνίαις γὰρ γίνονται πληρέστεραι εὐθύς· μᾶλλον δ' ἐπιδήλως τοῦτο συμβαίνει ταῖς ἰσχναῖς καὶ ἐπὶ τοῖς βουβῶσιν. ἐπὶ μὲν τῶν ἀρρένων, ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ ἐν τῷ δεξιῷ μᾶλλον περὶ τὰς τετταράκοντα γίνεται ἡ κίνησις, τῶν δὲ θηλειῶν, ἐν τῷ ἀριστερῷ, περὶ ἐνενήκοντα ἡμέρας. οὐ μὴν ἀλλ' ἀκρίβειάν γε τούτων οὐδεμίαν ὑποληπτέον. πολλαῖς γὰρ θηλυτοκούσαις, ἡ κίνησις ἐν δεξιῷ γίνεται, καὶ ταῖς ἐν τῷ ἀριστερῷ ἄρρεν· ἀλλὰ ταῦτα καὶ τὰ τοιαῦτα πάντα, διαφέρει ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ κατὰ τὸ μᾶλλον καὶ τὸ ἧττον.

Cùm conceperint, fit vt ſentiant potiſſimùm in ilibus. Nonnullis enim ea efficiuntur pleniora: maniſeſtiúſque apparet id gracilioribus: item in inguine. Mares in dextro latere quadrageſimo ferè die. Fœmellæ autem in læua circiter nonageſimo. At enimuero arbitrandum eſt nulla certa lege hoc euenire. Pleriſq; enim fœminam gerentibus motus in dextra: maſcula prole grauidis in ſiniſtra factus eſt. Verùm omnia hæc atque eiuſmodi differunt ferè inter ſe: quòd frequentiùs, rariúſve contingant.

CAESAR.

NVNC de fœtu ipſo: déque eius motu primùm minùs diligenter. Priùs enim de formatione dicendum fuit. Neque enim mouetur niſi animal: igitur ponendum fuit, quomodo fieret animal. Ponit primò locum ſenſus grauidarum, cúmque duplicem. In ilibus vnum: quoniam matrix contrahitur in vacuum. Ea autem pars talis eſt: itaque etiam κενεὼν dicta & λαγών: quod ſignificat molle, ac laxum: alterum in inguine. Eſt enim locus connexus, & reſpondens generationi. Itaque ab ilibus etiam λαγνείαν *libidinem* appellârunt. Secundò ponit differentiam grauidarum à tempore, quoniam quædam ſtatim intumeſcunt. Eæ ſunt exiles, vt mox dicit. Apparet enim ſtatim tumor: ſed & eæ quæ breui ſunt ſtatura. Item quæ erectæ elatæq; non curuæ ſunt. Tum ponit differentiam loci, & motus inter maſculam prolem & fœmellam. Poſtremò inconſtantiam naturæ in ea re.

Αἴσθησις ἐγγίνεται, propterea quòd is ſenſus extra corpus matris eſt, & aduentitius. Dixit μάλιστα, quoniam etiam ad vmbilicum ſentiunt.

Ἐνίαις γὰρ: reddit rationem quare ilibus ſentiant: quoniam, inquit, implentur, ac ſtatim quidem. Emphaſim enim habet τὸ εὐθύς: quanquam non neceſſariam. Nam non ſentiunt ſtatim: ſed die quadrageſimo cumceleriimè.

Ὡς ἐπιτοπολὺ, refertur ad numerum dierum: μᾶλλον autem ad locum ἐν τῷ δεξιῷ.

Περὶ τὰς τετταράκοντα: & diſtulit ἡμέρας vſque ad finem periodi.

Ὑποληπτέον, ex coniecturis ſcilicet.

Θηλυτοκούσαις: hîc τίκτειν, non eſt parere, ſed gerere vterum: nam eſt γίνεται in præſenti.

Ταῦτα, ſcilicet eſſe in dextero aut ſiniſtro: καὶ τὰ τοιαῦτα, ſcilicet moueri tot aut tot diebus.

Διαφέρει. Iccirco non habent ἀκρίβειαν εἰς ἐπιτοπολύ: quia dixit πάντα: noluit mentiri: caſtigauit amplitudinem orationis, καὶ τὸ μᾶλλον καὶ τὸ ἧττον, id eſt *frequentiùs*, aut *rariùs*.

XXXVIII. ARISTOTELES.

Περὶ δὲ τὸν χρόνον τοῦτον καὶ σχίζεται τὸ κύημα. τὸ δὲ πρότερον, ἀδιάρθρωτον συνεστηκὸς κρεῶδες.

PEr idem tempus etiam finditur fœtus. Cùm antea indiſcretus carnoſus conſtiterit.

CAESAR.

C AE S A R.

PONIT nunc figuræ tempus: ſed non cuiuſuis figuræ. Nam ſeptimo ſtatim die aliquid habet figuræ: in corpus enim certum concreſcit. At veram adhuc nõ habet dearticulationẽ: iccircò dixit anteà fuiſſe ἄναρθρον. Tunc enim σχίζεται εἰς ἄρθρα ſcilicet. Plura ad hanc rem adduci poſſunt ex Hippocrate & Galeno: quæ quia ab illis viris doctiſſimis exactiſſimè ſunt diſputata, hîc non repetemus: ab illis enim vnicuique ſtudioſo petere licet.

Καὶ σχίζεται. Τὸ, καί, quoniam moueri dixit: quidam σχίζεται, *diſtinguitur*, maluêre, quàm, *finditur*: at, diſtinguitur, verbum nimis laxum eſt: ſed manus ſanè finditur in digitos.

Κρεῶδες. Quoniam noluit ſimplici carnis nomine appellare. Neque enim verum eſt dicere: caro eſt fœtus: ſed carne conſtitutus. Quare Theodorus non rectè dixit, *carunculam*: & minùs Philoſophicè, *informem*: indiſcretum potiùs, & inarticulatum.

Συνέστηκε: meliùs dixiſſet συνειστήκει.

XXXIX. ARISTOTELES.

Καλοῦνται δ' ἐκρύσεις μὲν αἱ μέχρι τῶν ἑπτὰ ἡμερῶν, διαφθοραί· ἐκτρωσμοὶ δὲ, αἱ μέχρι τῶν τετταράκοντα· καὶ πλεῖστα διαφθείρεται τῶν κυημάτων ἐν ταύταις ταῖς ἡμέραις.

QVæ intra ſeptimum diem corrumpuntur, appellantur effluxiones. Quæ intrà quadrageſimum, aborſus. Sanè plurimi fœtus intereà pereunt.

C Æ S A R.

SVPRA cùm de conceptu ageret, ſeptem dies aſſignauit ταῖς ἐκρύσεσι. Nunc cùm quadraginta dies numerauit, aſſignauit ei τοὺς ἐκτρωσμούς. Vtrumque autem comprehendit ſub genere διαφθορᾶς: vt per hoc definiatur vtrunque, addita temporis differentia. Sic definit etiam hîc διαφθοράν, cùm dicit διαφθείρεται πλεῖστα. Ergo ſic dicemus: Διαφθορά ἐστι τοῦ κυήματος ἔξοδος ἀτελής. Ἔκρυσίς ἐστι διαφθορὰ ἑπταημεραία. Ἐκτρωσμός ἐστι διαφθορὰ τετταρακονθημεραία. Notandum tamen ἐκτρωσμὸν etiam poſt eos dies dici etiam octimeſtris fœtus. Nam τὸ, ἐκ, ſignificat exceſſum legis certæ pariundi. Quinimo etiam διαφθοράν octimeſtrem dicet infrà.

Ἐν ταύταις ταῖς ἡμέραις: quoniam imbecillus adhuc fœtus eſt. Et retentis menſtruis malè afficitur prægnans. Itaque ægrotat: communicátque cum fœtu incommoda. Neque enim ſatis trahit fœtus. Etiam diſtillationibus eueniunt tuſſes: atque ita abortiuntur.

Διαφθείρεται. Theodorus *deprauantur*: vtinam doctiſſimus vir non dixiſſet: oſtendit enim non intellexiſſe verbi vim: *deprauantur*, diſtorquentur ſignificat.

Ἐν ταύταις. Theodorus *intra tot numero dies*: imò verò in his quadraginta primis diebus: neque enim ſatis eſt dicere numerum, ſed opus eſt demonſtrare qui ſint dies illi.

XL. ARISTOTELES.

Τὸ μὲν οὖν ἄρρεν, ὅταν ἐξέλθῃ τετταρακοσταῖον, ἐὰν μὲν εἰς ἄλλο τι ἀφῇ τις, διαχεῖταί τε καὶ ἀφανίζεται· ἐὰν δ' εἰς ψυχρὸν ὕδωρ, συνίσταται ὥσπερ ἐν ὑμένι. τούτου δὲ διαξυσθέντος, φαίνεται τὸ ἔμβρυον τὸ μέγεθος ἡλίκον μύρμηξ τῶν μεγάλων· τά τε μέλη δῆλα, τά τε ἄλλα πάντα, καὶ τὸ αἰδοῖον καὶ οἱ ὀφθαλμοί, καθάπερ ἐπὶ τῶν ἄλλων ζώων, μέγιστοι.

MAſculus ſi quadrageſimo exeat die, atque in aliud quippiam indatur, diluitur atque abolетur. Sin in aquam frigidam, conſiſtit ibi tanquam in membrana. Ea deinde diſcalpta, apparet fœtus quãtitate formicæ grandioris: partéſque ipſæ conſpicuæ ſunt: tùm cæteræ omnes, tùm genitale ipſum. Atque oculi ſicut in alijs animalibus, maximi.

C AE S A R.

SIcut aliqui ſatis habuere partes hominis deſcribere, atque ἀνατομικὰ appellare: alij autẽ etiam modum diſſecandi, & tempus, & ordinem adſcripſêre. Sic etiam Philoſophus hîc docet quòmodo deprehendas fœtus conſtitutionem. Nam quadrageſimo editus die, non conſiſtit, ſed ſol-

uitur : niſi in aquam frigidam imponatur. Declarat deinde magnitudinem , & partes iam formatas.

Ἐξέλθῃ : minùs ſignatè locutus eſt : *delabitur* potiùs aut *expellitur*, potiùs quàm *exeat*.

Ἐὰν δ᾽ εἰς ἄλλο : nota Atticiſmum. Ἐὰν δ᾽ εἰς ὕδωρ, etiam præpoſuit τὸ, ἄλλο : præſupponat τὸ ὕδωρ. Nam dicimus : leo & aliæ feræ. Sed elegantia ſermonis etiam tranſponit ſic: aliæ feræ, & leo : & non dixit ἐὰν μὲν εἰς ἄλλο : ſed ἐὰν δὲ : quoniam vtrumque δὲ reſpondet, τῷ, μὲν, primo loco poſito. Τὸ μὲν οὖν ἄρρεν.

Διαχεῖται *diffunditur*, rectè, ſic etiam de ſemine genitali dicebat.

Ἀφανίζεται *aboletur*, abijt ab oculis. Sic de ſemine quod amplius non comparet attractum à matrice introrſum, loquitur in Decimo.

Συνίσταται Theodorus *conſiſtit* rectè, ſed non rectè addidit, *cogitur :* quoniam iam ſuprà συνέστηκε κρεῶδες. Itaque ſua in conſiſtentia priſtina perſeuerat.

Τῶν μεγάλων. Theodorus *grandiuſcula* : imò grandiſſimæ in genere formicarum. Non meminerat magnum & paruum eſſe relationes quantitatis. Quoniam formica eſſet paruum animal, putauit non conuenire granditatem illi. Imò verò fœtus tunc tantus eſt, quantum grandiſſimum granum hordei: oculique panici magnitudine.

XLI. ARISTOTELES.

Τὸ δὲ θῆλυ, ὅτι μὲν ἂν διαφθαρῇ ἐντὸς τῶν τριῶν μηνῶν, ἀδιάρθρωτον ὡς ἐπιτοπολὺ φαίνεται· ὅτι δ᾽ ἂν ἐπιλάβῃ τοῦ τετάρτου μηνός, γίνεται ἐσχισμένον, καὶ διαταχέων λαμβάνει τὴν ἄλλην διάρθρωσιν.

Fœmininus fœtus qui intra tres menſes corruptus fuerit, ferè indiſcretus videtur. Qui verò de quarto menſe aſſumpſerit, & finditur, & celeriter adipiſcitur aliam dearticulationem.

CAESAR.

Nunc de fœminæ tempore, triplici obſeruatione : confuſam eſſe ante nonageſimum diem: poſt eum non ſolùm findi, ſed celeriter omnem expedire dearticulationem.

Διαφθαρῇ. Theodorus *eruperit*, peſſimè. Eſt enim eruptio violentus motus mouentis ſeſe, cùm apertis portis, aut vallo rupto milites hoſtes inuadebant. At Philoſophus perſtitit in hiſtoria: ſuprà enim appellauit διαφθοράν: ſed Theodorus exhorruit dicere fœminam corruptam, ne incideret in alterum ſignificatum communiorem.

Ἐπιλάβῃ τοῦ τετάρτου, aliquid de menſe quarto : non totum menſem, vt ait Theodorus. Τὸ ἐπί, ſignificat ſuper tertium menſem: ſicut ἐπιλαμβάνουσι τοῦ ἑνδεκάτου μηνός: neque enim totum vndecimum excipiunt.

XLII. ARISTOTELES.

Τέως μὲν οὖν πάσας τὰς τελειώσεις τῶν μορίων βραδύτερον ἀπολαμβάνει τὸ θῆλυ τοῦ ἄρρενος, καὶ δεκάμηνα γίνεται μᾶλλον τῶν ἀρρένων.

Vniuerſam membrorum perfectionem ſeriùs accipit fœmina quàm mas : & menſe decimo frequentiùs quàm mas oritur.

CAESAR.

Comparat tempus vtrique ſexui perficiendo, in vtero ſcilicet. Perſtat igitur in ea hiſtoria & colligit, additque decimum menſem fœminæ. Sic enim probat tarditatem. Quare non rectè addit Theodorus ea verba: *cùm itaque fœtus in vtero formatur*, & meliùs dixiſſet, *dum*, quàm, *cùm*.

XLIII. ARISTOTELES.

Ὅταν δὲ γένηται, θᾶττον τὰ θήλεα τῶν ἀρρένων, καὶ νεότητα καὶ ἀκμὴν λαμβάνει, καὶ γῆρας,

Cvm autem nata fuerit fœmina, celeriùs quàm mas, & in iuuentutem, & ætatem ſtatam & ſe-

καὶ

καὶ μᾶλλον αἱ χρώμεναι πλείοσι τόκοις, ὥσπερ εἴρηται πρότερον.

nectutem peruenit: Et citiùs etiam quæ puerperiorum frequentia vtebantur: quemadmodum anteà quoque dictum eſt.

CAESAR.

EDITOS partus comparat: dicit iuuentutem: infantiæ enim proximus gradus ad ætatem ſtatam, deinde ad ſenectutem: ſic vitæ quoque breuitatem potuit adijcere. Addit etiam partium frequentiam: vtriuſque rei autem iam diximus rationem.

Τὴν νεότητα. Theodorus, *accreſcit*: malè: non enim id ſignificat.

Τὴν ἀκμὴν. Theodorus, *ætate floret*: malè: nanque ætatis flos in fœmina ante viceſimum annum eſt: neque enim ad robur petitur flos, ſed ad delibandum: at ἀκμὴ, *robur* eſt.

Καὶ γῆρας. Theodorus, *ſenectute maceratur*: addidit verbum ambitioſum.

Καὶ μᾶλλον. Theodorus, *& magis*: at ſuprà dixit, *ociùs*: igitur dicat *magis ociùs*: barbarè nimis: *citiùs* commodiùs: citantur enim plus in ſenium.

Χρώμεναι: præteriti imperfecti ſignificatio eſt non præſentis, vt poſuit Theodorus. Nam quæ pariunt nondum ſunt in ſenectute.

CAPVT QVARTVM,

Quæ à conceptione vſque ad partum eueniunt mulieribus: tempus pariendi.

XLIV. ARISTOTELES.

ΟΤΑΝ δὲ συλλάβῃ ἡ ὑστέρα τὸ σπέρμα, εὐθὺς συμμύει ταῖς πολλαῖς, μέχρι γένηται ἑπτὰ μηνῶν· τῷ δ' ὀγδόῳ χάσκουσι· καὶ τὸ ἔμβρυον, ἐὰν ᾖ γόνιμον, προκαταβαίνει τῷ ὀγδόῳ μηνί. τὰ δὲ μὴ γόνιμα, ἀλλ' ἀπεπνιγμένα ὀκτάμηνα ἐν τοῖς τόκοις, οὐκ ἐκφέρουσιν ὀκτάμηνοι αἱ γυναῖκες, οὔτε προκαταβαίνει κάτω τὰ ἔμβρυα τῷ ὀγδόῳ μηνί, οὔτε αἱ ὑστέραι ἐν τῷ χρόνῳ τούτῳ χάσκουσιν· ἀλλὰ σημεῖον ὅτι οὐ γόνιμοι, ἐὰν γένηται μὴ συμπεσόντων τῶν εἰρημένων.

CVM vterus ſemen genitale comprehenderit, pleriſque ſtatim occluditur, quoad ſeptimus menſis exigatur. Octauo aperitur. Ac fœtus ſi maturus ad partum ſit, præuenit deſcendere menſe octauo. Qui autem maturi non ſunt, ſed ſuffocati menſe octauo pariundi, non edunt mulieres menſe octauo: neque occupat deſcenſum fœtus octauo menſe: neque vteri eo menſe aperiuntur. Idque indiciũ eſt, fœtum non eſſe maturum, cùm & exit ipſe, & ea quæ diximus, non contingunt.

CAESAR.

POSTQVAM de fœtus conſtitutione loquutus eſt, nunc de iuſti temporis accidentibus ſcribit, tàm pro matrice, quàm pro fœtu: déque eius occaſione ad exeundum, tùm interpoſitis quibuſdam alijs repetet. Sed adeò difficilis locus eſt, vt quò me vertam, neſciam. Principio dicit occludi vteros, vſque dum abſoluatur menſis ſeptimus: octauo aperiri, fœtum moueri, exire, maturum eſſe. Deinde dicit, fœtum non maturum, ſed mortuum: octimeſtrem non deſcendere. Ergo octimeſtrem fœtum, quem infrà negat eſſe vitalem, hìc facit viuere. Ergo mortuum fœtum non deſcendere, neque exire. Tertiò dicit non aperiri vuluas tunc. Quartò, ſi edatur non euenientibus ſignis, indicium eſſe non fuiſſe maturum. At iã mortuus eſt: at dicit nõ aperiri vuluas: quomodo igitur editur? Sanè hæc ita ſibi omnia contraria ſunt & confuſa, vt non eſſe Philoſophi putẽ. Quod ſi quis ſenſus eliciendus eſt, hunc eſſe puto: vult enim dicere. Si futurum ſit vt ex genitali facultate victurus ſit is infans qui octauo menſe naſcitur, oportet ſponte vteros aperiri ac deſcendere. Quod ſi non deſcendit, neque ſponte aperitur, & tamen exit, nequaquam vitalem ſortitur exitum. Signum autem ſtatuit quo vitalis ne ſit dignoſcatur:

noſcatur. Si, inquit, exit, cùm vterus non priùs deſcenderit: intelligendum verbum ἐκφέρουσι, non in vitam ferunt.

Συλλάβῃ, *comprehenderit*: quoniam ex omni parte adductis lateribus matrix ipſum obſidet.

Ταῖς πολλαῖς: imò omnibus: niſi velis referre etiam ad ſequentia. Μέχρι γένωνται ἑπτὰ μῆνες: quoniam non omnibus aperiuntur tunc matrices. Sed neque verum eſt, multis id euenire. Γένωνται in præterito, vt exacti ſint: peſſimè Theodorus, *ad menſem ſeptimum ventum ſit.*

Τῷ δ' ὀγδόῳ χάσκουσι: ergo octauo vitalis eſt. Γόνιμον, *generabile*: ſic mox γένηται intelligit maturum ad pariundum: non *vitalem*, vt ait Theodorus, qui ſenſum tantum ſecutus eſt.

Προκαταβαίνει. Βαίνει, motum ſignificat, quia viuus. Κατά, locum Πρό, tempus, ante nonum ſcilicet.

Ἀπεπηγμένα: eſt cauſſa quare non ſint γόνιμα.

Οὐκ ἐκφέρουσι: ſi ſignificat perferre vſque ad iuſtum finem: ita neque τὰ γόνιμα: ſi ſignificat edere, falſum eſt. Neque enim poſſunt fœtum mortuum diutiùs geſtare. Sed hoc vult dicere perferre: nam qui vitalis eſt fœtus, deſcendit, & aliquando non exit etiamſi χάσκει.

Ὀκτάμηνα, ὀκτάμηνα, ὀγδόῳ μηνὶ bis: adeò ſibi placuit: relatiuum quoque tranſpoſitum eſt ὀκτάμηνα αἱ γυναῖκες.

Συμπιπτόντων: quoniam non vnum eſt indicium: ſed apertio matricis, diſcuſſio infamis. At quis ſcit matricem non eſſe apertam: aut quis nouit quomodo exire poſſit infans ſi non hiet matrix?

XLV. ARISTOTELES.

Μετὰ δὲ τὰς συλλήψεις, αἱ γυναῖκες βαρύνονται τὸ σῶμα πᾶν, καὶ σκότοι πρὸ τῶν ὀμμάτων, καὶ ἐν τῇ κεφαλῇ γίνονται πόνοι· ταῦτα δὲ ταῖς μὲν, θᾶττον καὶ σχεδὸν δεκαταίαις γίνεται, ταῖς δὲ βραδύτερον, ὅπως ἂν τύχωσιν οὖσαι περιττωματικαὶ ἢ μᾶλλον ἢ ἧττον. ἔτι δὲ ναυτίαι καὶ ἔμετοι λαμβάνουσι τὰς πλείστας, καὶ μάλιστα τὰς τοιαύτας, ὅταν αἵ τε καθάρσεις στῶσι, καὶ μήπω εἰς τοὺς μαστοὺς τετραμμέναι ὦσι. ἔνιαι μὲν οὖν ἀρχόμεναι μᾶλλον πονοῦσι τῶν γυναικῶν, ἔνιαι δ' ὕστερον, ἤδη τοῦ κυήματος ἔχοντος αὔξησιν μᾶλλον. πολλαῖς δὲ καὶ πολλάκις καὶ στραγγουρίαι γίνονται τὸ τελευταῖον.

Poſtquam conceperint mulieres, earum totum corpus aggrauatur: viſus obtenebratur: capitis dolores oriuntur. Atque hæc quidem nonnullis citiùs, ac ferè die decimo eueniunt: alijs ſeriùs: vt quæq; fortè ſuperfluo humore plus minùs occupatæ fuerint. Prætereà nauſea, & vomitu plurimæ corripiuntur: maximè verò eæ, quibus ceſſant purgationes, neque in mammas diuertunt. Igitur per initia quædam plus laborant mulieres: quædam procedente tempore, auctiore iam fœtu: multis ſæpè tandem vrinam diſtillari contingit.

CAESAR

REDIT ad affectiones quæ eueniunt ex grauiditate. Et addit cauſſam aliquam. Nam grauantur toto corpore. Quippe quod ſuperflui exigi ſolebat in mẽſtruis, id oneri inſinuatũ eſt neruis, chordis, & iuncturis: ſed addit antequam ad mammas conuertatur. Hoc autem non eſt propter id. Nam illud ſuperfluum, & cũ ad mammas conuertitur, intus manet. Ergo aggrauat, propiúſque caput eſt, vt ei doleat. Prætereà non totum conuertitur eo, ſed pauculum. Itaque intellige aliam cauſſam: propterea quòd ſcilicet eodem tempore fœtus maiuſculus eſt, & plus trahit. Itaque vtero tantùm graues ſunt, vnde & grauidæ appellantur, non autem corporis artubus. Appoſuit igitur tempus: per initia, inquit. Ac præſcripſit quidem dies decem plurimis: alijs autem tardiùs: pro modo ſuperflui humoris. Præter hæc addidit diuerſam hiſtoriam: quoniam aliquæ, inquit, peius habent è contrario: cùm ſcilicet infans iam grandior eſt. Neque poſuit cauſſam: at in promptu eſt acutioribus. Nam quemadmodum ſuprà dicebat, de mutata habitudine per ætates: ſic & hìc intelligas: quæ mulieres ſunt habitiores, atque plus menſtruorum ſoluere conſueuêre, ex initio plus aggrauantur: plus enim retinent. Quæ verò imbecilliores minùs menſtruantur, eæ meliùs habent per initia: non enim multum retinent: ſed quantum ſatis eſt ad alendum inchoatum fœtum. At procedente tempore auctus fœtus non ſolùm ſuperfluum exhaurit: ſed etiã de eorum ſucco decidit ſibi. Ergo debilitantur, ipſúmque corpus exuctum ſibi oneri ipſummet eſt. Affectiones autem hæ ſunt: grauitas totius corporis: obtenebrationes: capitis dolores: nauſeæ: vomitus: & ſtranguriæ. Cæteræ igitur vnam cauſſam habent: collectum humorem ſuperfluum aggrauantem corpus, efformantem ad oculos, pertentantem caput, titillantem, & conuellentem

ventri-

ventriculum. Stranguria autem aliam habet cauſſam, ob ſitũ matricis inter inteſtinum rectum, & veſicam, ipſamque iccirco veſicam coarctantis. Sunt & alia. * * * *Deſunt quædam quæ ad generationem videbantur pertinere: quæ tamen peti poſſunt ab Hippocrate & Galeno.*

Βαρύνονται τὸ σῶμα: per ſynecdochen: & dixit πᾶν: quoniam per totam maſſam ſanguinis τὸ περίττωμα diſperſum eſt.

Σκότοι, *caligines* Theodorus, rectè. Σκοτωμίαν accidentalem σύμπτωμα τῆς κινήσεως intelligit: *vertiginem* Latini ſunt interpretati: nomine ſpeciei nomen generis peſſimè.

Πρὸ ὀμμάτων *ante viſum*, non, *ante oculos*: extra oculos enim nihil offertur: ſed inter pupillam & corneam.

Πόνοι. Cicero aiebat & *dolorem*, & *laborem* eadem uoce ſignificari apud Græcos, rectè: ſed non ſola. Nam dolor etiam alijs, & κόπος. De hoc autem plura in Decimo dicemus.

Γίνονται Theodorus, *moueantur*: *oriantur* potius: non enim inerant vt ſimpliciter moueri dicas: ſed oriuntur cùm non ineſſent.

Ὅπως ἂν τύχωσιν ἔχουσι τοῦ περιττώματος: mira loquutio. Ἔχω τοῦ περιττώματος: imò ἔχομαι potiùs. Τὸ ὅπως ſignificat modum in tempore pro ὁτάν πως. Theodorus, *ex materia ſuperuacua tentantur*: rectè: alius ſine præpoſitione dixiſſet.

Ita ſcriptum eſt. Καὶ ἔτι, μᾶλλον δὲ ἧττον: neſcio quid ſit καὶ ἔτι.

Ναυτίαι καὶ ἔμετοι: quoniam nauſea eſt incitatio ad vomitum: vomitus autem eſt euerſio ventriculi ad expellendum ſurſum. An autem ſit naturalis, alijs libris demonſtrauimus.

Αἱ καθάρσεις στῶσι. Cum purgationes ſtant: imò verò non ſunt: ſi non ſunt quomodo ſtant. Siſtuntur intellige: ſed intellexit purgamenta non purgationes. Nam non auſus eſt dicere κάθαρμα: propterea quòd vox fuit abominabilis. Theodorus ambigua nimis voce *conſtiterint*: quid enim ſint purgationes, conſtat.

Στραγγουρία. Theodorus *diſtillatio vrinæ*: quoniam cùm non poteſt, neque retineri exituriens vrina, neque expelli ob muſculorum oppoſitionem, fit is motus qui in tremore. Strangulatio veſicæ, eſt στραγγουρία, δυσουρία, ἰσχουρία.

Τελευταῖον *tandem*: ob fœtus magnitudinem.

XLVI. ARISTOTELES.

Αἱ μὲν οὖν ἐπὶ τὸ πολὺ ῥᾷον ἀπαλλάττουσιν αἱ τὰ ἄρρενα κύουσαι, καὶ μᾶλλον μετ' εὐχροίας διατελοῦσιν· ἐπὶ δὲ τῶν θηλειῶν τοὐναντίον. ἀχροίστεραι γὰρ ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ, καὶ βαρύτερον διάγουσι, καὶ πολλαῖς περὶ τὰ σκέλη οἰδήματα καὶ ἐπάρσεις γίνονται τῆς σαρκός. οὐ μὴν ἀλλ' ἐνίαις γίνονται καὶ τἀναντία τούτων.

QVæ marem gerunt ferè faciliùs expediuntur, & nitidiores degunt. Quæ fœminam contrà. Decolores enim plus ſunt magna ex parte, atque moleſtiùs agitantur. Pleríſque etiam crura circum intumeſcunt, & caro protuberaſcit. Quanquam aliquibus contrà eueniat.

CAESAR.

SVPRA communes affectiones, nunc pro ſexus ratione tria euenta: facilitas geſtandi: nitor coloris: facilitas pariendi. Hæc in maribus: totidem contraria in fœminis. Addit his etiã duos vibiceos tumores in cruribus quaſi per plagulas, & totorum crurum inflationem. Ratio geſtandi, & coloris, eadem eſt. Nam eiuſdem generis ſucco alitur fœtus, ex quo factus eſt. Itaque meliore ſucco factus eſt mas. Quare etiam crurum affectus illi ex muccis ſuperfluis effecti ſunt. Itaque quod addit alijs contrà euenire ea de cauſſa fit. Quod femellæ quædam meliore ſucco ſunt concretæ quàm mares quidam: ita, inquam, ſi indiuiduum indiuiduo, non ſexus ſexui comparetur. Ratio autem facilitatis partus in maſculino: quoniam vegetior eſt, & promptiùs mouetur. Et altera cauſſa à calore matricis: motus autem à calore fit.

Μετ' εὐχροίας. Hoc etiam Hippocrates dixit. Theodorus non rectè arctauit ἀχρούστεραι ad *pallorem*, & εὐχροίαν, ad *minùs pallent*. Nam & malè dixit, *minùs*: & pallere non eſt neceſſe: & quædam liuidæ ſunt. At pallor à croco eſt diluto, aut à vitello. Quæ igitur candidæ ſunt non pallent, ſed abeſt roſeus nitor oris.

Ἀπαλλάττουσι: *exigunt*, Theodorus: nimis magni ambitus verbum poſuit.

Οἰδήματα, Theodorus, *tumores*: noluit hoc Ariſtoteles: ſed totum crus tumeſcere. Non autem tolli in tumores. Itaque ſubdit, ἐπάρσεις, id eſt, in areolas tollitur caro.

Περὶ

Περὶ τὰ σκέλη γίνονται). Theodorus, *in cruribus incidunt*: malè: *in crura* potiùs decidunt: accidúntve. Τὸ περὶ, ob crura potiùs. Nos addidimus verbo præpoſitionem, *circum intumeſcunt.*

Τἀναντία ποιοῦν: ſanè intelligas. Nam figuræ & apoſtemati nihil eſt contrarium: ſed intellige τἀναντία pro priuatione, aut negatione. Et eſt quod etiam admittat hanc vocem. Nam ἀχεσίστραι habet contrarium εὐχροίαν.

XLVII. ARISTOTELES.

Εἰώθασι δὲ ταῖς κυούσαις αἱ ἐπιθυμίαι γίνεσθαι παντοδαπαὶ, καὶ μεταβάλλειν ὀξέως· ὃ καλοῦσί τινες κισσᾶν· καὶ ἐπὶ τῶν θηλειῶν ὀξύτεραι μὲν αἱ ἐπιθυμίαι· παραγινομένων δὲ, ἧττον δύνανται ἀπολαύειν. ὀλίγαις δέ ποι συμβαίνει βέλτιον ἔχειν τὸ σῶμα κυούσαις· μάλιστα δὲ ἀσῶνται, ὅταν ἄρχωνται τὰ παιδία τρίχας ποιεῖν.

Solent prægnantibus varij appetitus contingere, iíque celeriter commutari: quod vocant Græcorum nonnulli κισσᾶν. Et quæ fœmellas gerunt magis præcipites ſunt ad appetendum: ſed iam appetitis rebus minùs frui poſſunt. Paucis euenit grauidis corpore meliùs habere. Maximè infeſtantur cùm fœtui incipiunt oriri pili.

CÆSAR.

ALII affectus à victu eiúſque ratione. Nam & varia appetere ad veſcendum, eáque ſubinde in alia commutare ait prægnantes. Non apponit huius rei rationem. Deinde dicit faſtidio capi: ſcilicet omnium quæ appetiuerint: quoniã iam alia item appetiuerint. Poſtremò ponit affectum maximum cùm infans edit pilos: neque huius cauſſam ponit: hoc autem à pilis non oritur malum, ſed à magnitudine infantis. Nam cùm pili ſint ab excrementis percoctis, tunc infantis vis maximè mutatur: ſicut extra cùm eſt, in mittendis dentibus, mutatur: in mittenda pube & barba, mutat & vocem, & calor acutior fit. Appetentia autem grauidarum eſt, quoniam exuguntur à fœtu. Eſt enim appetentia voluntas habendi. Ergo eſt affectus à carendo. Neque verum eſt quod dicit Galenus, ventriculum calidum appetere calida propter ſimilitudinem. Nanque etiam humidus humida appeteret. At contrà videmus, ſiccum appetere humida. Nam ſi fames eſt appetitus ſicci & calidi: ergo ventriculus non appetet quod habet. Nam ſiticuloſus eſt ventriculus: ſiccus ergo humida appetet. Neque idem eſt, alij ijſdem & appetere eadem. Conſeruatur in ſiccitate ſiccus ſiccis, humidis humidus humiditate, quanquam non in eodem gradu. In hoc quoque errauit Galenus, qui putauit calidum hominem in primo gradu, conſeruari calidis cibis in primo gradu, calido exercitio, calido aëre. Nam hæc omnia ſimul coniuncta augebunt qualitatem: actiua enim ſunt. Neque ſimile eſt. Tria medicamenta calida in primo gradu ſi miſceãtur, non plus calida ſunt, ſed plura. Ergo aër, cibus, potus, ſomnus, exercitium in primo gradu calida, ſi coniungantur, efficient calidum in primo. Eſt enim fallacia in verbo mutato. Nam à verbo, *ſum*, concludunt verbum, *efficere*. Sunt calida in primo: ergo efficient calidum in primo. Iccirco humidis & frigidis æſtate veſci præceptum eſt: vt corpora ſicca per aërem, minùs ſiccentur per cibos. Ita cùm dixêre, corrupta appeti à prægnantibus, propterea quòd ſimilia ſint in humore retento ac corrupto, falſi ſunt. Non enim carbo, aut calx, aut lutum in eorum ventriculo ſunt: quæ tamẽ ipſæ appetunt. Præterea quæ in ipſis corrupta eſſent, ea diu durarẽt intus. Neque enim excernuntur: & tamen appetitus & ſemper, & celeriter mutantur: ſed iccirco fit: quia ex retentione redundat humor ſuper naturæ vim. Itaque non concoquunt benè, & replentur, & inaniuntur. Replentur enim humore quo non aluntur: ſicut etiam hydrops. Iccirco hydrops ſitit, quia humor ille naturalis non eſt. Ergo prægnantes appetunt, quia impeditur bona concoctio. Et appetunt diuerſa, quia quæ primo loco appetebant, ijs non ſunt adiutæ. Et appetunt acria, vt ſinape & eiuſmodi, quia excitantur: & corrupta, quia faſtidiunt bona. Sublato enim contrario reponi debet alterum. Iccirco vomunt, quià quæ intus ſunt minùs placent. Quare non appetunt quod expetunt, neque vlla in Philoſophia, aut natura ſcriptum fuit, ventriculum plenum malo humore appetere malum cibum.

Ἐπιθυμίαι: puto hîc ἐπιθυμίας primario ſignificatu indicare cibum. Nam mox dicit ἀπολαύειν. Tum autem etiam alias res. Nam nunc tenebras, nunc lucem, nunc ſomnum, nunc ſilentium, nunc fletum appetunt. Iccircò addidit παντοδαπαί. Non ſolum in ſpecie, ſed etiam in genere: & ὀξύτεραι αἱ ἐπιθυμίαι: & τὸ ἐπιθυμητικὸν τῆς ψυχῆς Platonis.

Κισσᾶν. Theodorus, *picare*: & exponit à pica aue. Κίσσα pica ſanè eſt: & κισσᾶν verbum appetentiæ: vt etiam apud Plutarchum in *Politicis*, αἱ κιττῶσαι λίθους διάκνουσι. Verùm ea auis non variat appetitus: ſed ſatis habet veſci carne, pane ac vino. Ac niſi dicta ſit hæc mutatio, à mutatione vocis picæ, aut à loquacitate, quæ eſuriens petit cibum: & ſanè edax eſt. Tunc etiam aliud verbũ habebimus κιττ͂αβίζειν ex Polluce. Latini cùm varijs verbis ſuum cuiuſque auis ſonum pingerent, picam, quoniam tàm variè mutaret, non expreſſère. Cauſſa autem quare hunc, aut aliunde deduxerint, difficilè reddi poteſt. Suidas illud Regis Phophetæ καὶ ἐν ἁμαρτίαις ἐκίνησέ με ἡ μήτηρ μου, legit ἐκίσσησε: atque ita ſcriptum eſt in vulgatis Codicibus: & tamen interpretati ſunt, *concepit*. Diuus Hieronymus multo licentiùs, *peperit*. At doctiſſimus Pagninus, *calefacta eſt*: rectiſſimè. Eſt enim in Hebræo excitatio quædam in calore.

Ὀξύτεραι. Theodorus, *auidiùs*: rectiſſimè: ſed ex ea auiditate non totam comprehendit τὴν ὀξύτητα. Τὸ ὀξὺ ſignificat præcipitationem.

Ἧττον δύνανται ἀπολαύειν. Theodorus, *frui*: rectè: ſed intellige veſci potiùs. Nam haud ſcio an dicas, *fruor cibo*: ſed ἀπόλαυσις ad eandem ſignificationem eſt in eadẽ ſignificatione in Octauo huius operis de equis. Πρὸς τὴν ἀπόλαυσιν ἔχει τῆς τροφῆς. Dixit ἧττον, non autem οὐ: propterea quòd dixit minus poſſe quàm velle: plus ſcilicet velle quàm poſſint: ſic eſt ἐπιθυμεῖν. Et dixit δύνανται, non βούλονται. Neque enim ventriculus poteſt recipere iam occupatus alijs. Excitatur autem appetitus ab opinione: opinio à ſpecie: ſpecies à ſpiritu qui ſeſe humoris tenuiſſimam partem repræſentat. Theodorus addidit tota illa: *faſtidiunt enim ſtatim quod modò vehementer appeterent*: appetebant meliùs.

Βέλτιον ἔχειν τὸ σῶμα Theodorus, omiſit τὸ σῶμα: ſed non fruſtrà poſuit Philoſophus. Nam animo plus valent è ſpe futuræ prolis pleræque.

Ἀσῶνται. Theodorus, *faſtidiunt, tedioq́; fatiſcunt*: ſed Latina verba notanda ſunt. Nam tedium eſt langor animi ſuſpenſi mora. Τήλιον fuit longum antiquis: vnde *telum*, & *tela*, & *muſtela*, & *tedium*: vt ne fruſtrà laborent ſcribere cum diphthongo. Quare igitur dixit *faſtidiunt*, & ſubdidit *tedium*? Nam faſtidire eſt, præ faſtu capi tedio: vt apud Poëtam doctiſſimum: *ſi te hic faſtidit Alexis*. Eſt autem ἄτη *nocumentum*, & ἀτάω *noceo*, idem ἀσάω. Potiùs dicerem *ſollicitantur*: hoc enim eſt & ἄττω, & ἄσσω: quo verbo vſus eſt Sophocles in *Trachinijs*, pro *incitare*, *feſtinare*: & adhuc durat apud Gallos leni ſpiritu in aſpiratum verſo, *haſter*: mixtum ex vtraque pronuntiatione, ἄττω, ἄσσω.

Τρίχας ποιεῖν: τὸ ποιεῖν hîc ἀκόσμως: ſed φύειν.

XLVIII. ARISTOTELES.

Αἱ δὲ τρίχες, τῶν μὲν κυούσαις αἱ μὲν συγγενεῖς, γίνονται ἐλάττους, καὶ ἐκρέουσιν. ἐν οἷς δ' οὐκ εἰώθασιν ἔχειν τρίχας, ταῦτα δασύνεται μᾶλλον.

Congeniti pili prægnantibus rareſcunt & defluunt. Quæ autem loca glabra habere conſueuerunt, ea potius piloſa fiunt.

CÆSAR.

NVNC à partibus alium affectum: neque ponit rationem. Congeniti cadunt defecti humore exucto à fœtu: & alibi ſubnaſcuntur: quoniam corpus rareſcit exuctum. Itaque prodeunt.

Μᾶλλον: *plus*, ſiue *magis*. An fuerint piloſiora quàm eſſent illa in quibus pili congeniti erant? non ſanè: ſed μᾶλλον refertur ad comparationem locorum, non pilorum: quia glabra potiùs nouos pilos fundunt, quàm piloſa retineant, aut refundant.

XLIX. ARISTOTELES.

Καὶ κίνησιν δὲ παρέχεται ἐν τῷ σώματι μᾶλλον ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ τὸ ἄρρεν τοῦ θήλεος, καὶ τίκτεται θᾶττον, τὰ δὲ θήλεα βραδύτερον. καὶ ὁ πόνος ἐπὶ μὲν τοῖς θήλεσι, συνεχὴς καὶ νωθρότερος· ἐπὶ δὲ τοῖς ἄρρεσιν, ὀξὺς μὲν, πολλῷ δὲ χαλεπώτερος.

Maſculus ferè magis mouetur in vtero quàm fœmella, & celeriùs editur: fœmella autem tardiùs. Atque in fœmellis dolor continuus & lentior: in maſculis expeditior quidem, ſed longè moleſtior.

CAESAR.

NVNC à fœtus motu,& motus fine,& repetit quædam quæ ſuprà dixerat.

Μᾶλλον: & frequentiùs,& vegetiùs: vtrunque complectitur. Theodorus: *plus motus infert*: nemo vnquam ſic loquutus eſt: inferimus ſigna, inferimus bellum patriæ, & ſimilia. At *motum inferre* neſcio quis dicat? præſertim cùm non aliunde inferat in vterum mas, qui in vtero ſit: ſed Philoſophus dicit, παρέχεται, quia Græci ſic loquuntur. Non quòd ita ſit. Neque enim vtero præbet motum infans, ſed ipſe mouetur.

Τὰ δὲ θήλεα Theodorus: *fœmina autem partus tardior eſt*: fecit ex δὲ, vt eſſet γὰρ: ſed nulla hæc ratio eſt, quare mas citiùs prodeat: quoniam fœmina tardior. Neque illud huius cauſſa: etſi alterum alterius eſſe cauſſa debuit, potiùs illud huius ſit, quàm hoc illius.

Νωθρότερος: *obtuſior*, Theodorus: quoniam ὀξὺς opponitur: ſegnior, languidior: *lentior*: vt Horatius, *lentiſſima bracchia*. Et de lento motu ſerpentium Nicander.

Ὀξὺς μὲν, πολλὸς δὲ χαλεπώτερος. Illud δὲ, cui aduerſatur? Nam ſi acer eſt, eſt etiam moleſtus: ſic igitur opponitur τὸ ὀξὺς τῷ νωθρῷ, lento expeditus. Quia videbatur, quod citò abiret, non eſſe χαλεπόν. Addit compenſari alterum altero, vt plus torqueantur.

L. ARISTOTELES.

Αἱ δὲ πλησιάζουσαι περὶ τὸν τόκον τοῖς ἀνδράσι, θᾶττον τίκτουσι.

INſtante partus tempore, quæ cum viris coëunt, celeriùs pariunt.

CAESAR.

QVONIAM à natura fœtus pariundi commoda atque incommoda recenſebat. Icircò etiam addidit alias cauſſas: à coïtu vnam. Non ponit rationem. Titillatur enim matrix atque aperitur. Itaque etiam aborſus cauſſa eſt coitus frequens.

Τοῖς ἀνδράσι addidit: quoniam verbum erat ambiguum & laxum. Πλησιάζουσαι, *appropinquant*: ſic noſtrum, *coire*: *inter ſe coiiſſe viros*. Et, *coeunt Rutuli*: verbum militare cùm globum faciebant: & ciuile cùm in comitium ibant: ὁμηγερέες Homeri.

Περὶ τὸν τόκον Theodorus, addidit de ſuo, *paulò ante partum*. Quoniam prima dies conceptionis etiam ante partum eſt: ſed περὶ, eſt, vt *pro foribus, pro roſtris, pro portis*.

LI. ARISTOTELES.

Δοκοῦσι δὲ ὠδίνειν αἱ γυναῖκες ἐνίοτε οὐ γινομένης ὠδῖνος· ἀλλὰ διὰ τὸ τὴν κεφαλὴν στρέφειν τὸ ἔμβρυον, φαίνεται ὠδῖνος ἀρχὴ τοῦτο γίνεσθαι.

VIdentur parturire mulieres interdum, cùm tamen tempus pariundi nullũ ſit. ſed parturitionẽ appetere putantur, cùm infans vertitur in caput.

CÆSAR.

ETIAM minutiùs perſequitur affectiones pariundi. Nam vertitur in caput infans, qui ritè ſit proditurus.

Ὠδίνειν *dolere ex partu*, hîc: nam ſanè dolent, ſed non ex partu.

Τὴν κεφαλὴν στρέφειν, *caput vertere*. Theodorus: malè: imò in caput verti. Quid enim eſt *vertere caput*? niſi cùm in tergus, vt retroſpiciamus.

Ἔμβρυον *infantem*, potiùs quàm, *fætum*, hîc. Nam ſi παιδίον etiam ante hoc tempus appellauit, multo aptiùs hîc. Eſt enim initio κύημα: deinde ἔμβρυον: poſtremò παιδίον. Notat hæc & perſequitur optimè Galenus ex Hippocrate.

LII. ARISTOTELES.

Τὰ μὲν οὖν ἄλλα ζῶα, μοναχῶς ποιεῖται τὴν τῶν τόκων τελείωσιν (εἷς γὰρ ὥρισται τοῦ τόκου χρόνος πᾶσιν) ἀνθρώπῳ δὲ πολλοὶ μόνῳ τῶν ζώων. καὶ γὰρ

REliqua igitur animalia perficiunt partus ſuos vna tantùm lege. Vnum enim tempus præſcriptũ eſt pariũdi. Soli ex animalibus homini, multa. Nã & ἑπτάμηνα,

ἑπτάμηνα, καὶ ὀκτάμηνα, καὶ ἐννεάμηνα γίνονται, καὶ δεκάμηνα τὸ πλεῖστον· ἔνιαι δ' ἐπιλαμβάνουσι καὶ τοῦ ἑνδεκάτου μηνός.

ſeptimo,& octauo , & nono menſe parit : plurimum etiam decimo. Quædam etiam ex vndecimo inſuper etiam aliquid capiunt.

CAESAR.

NISI ſuprà auſpicati fuiſſemus Caput hoc à neſcio quibus menſibus octo, rectè hic eſſet Capitis initium. Nam hactenus de affectibus vteri geſtandi diſputauit. Nunc autem narrat tempus geſtationis:quique vitales ſunt,qui non.

Dicit vnum tempus præſcriptum:ſcilicet ſpatium & meta gerendi : meta autem eſt partus ipſe τοῦ τόκου : ſicut ſuprà θηλυτοκοῦσαις quæ fœminam gerebant.

Ὥρισται, *meta poſita eſt, terminus : ſtatum tempus* Theodorus , malè. Nam *ſtatum*, ſignificat certum circuitum : vt *ſolemnes ſtatæq́ cerimoniæ*, quæ quotannis eodem redirent tempore:aut quinto quoque anno,aut eiuſmodi At hoc non ita eſt:quanquam hoc quoque obſeruandum eſt. Nam canes in nouem hebdomadibus penè vnam variant:adiectis,detractiſve diebus ternis.Ita in nouem menſibus homini accidit proportione temporis.

Τὴν τελείωσιν : ſe imitatur Philoſophus:nam μοναχῶς declarat per εἷς : & τὸ ποιεῖται per τὸ, χρόνος : eſt enim tempus menſura motus : & τὴν τελείωσιν per ὥρισται. Ὅρος enim eſt τὸ τέλος : plus fuit dicere τελείωσιν, quã τέλος. Quoniam & terminum ſignificat operæ,& operis abſolutionẽ.

Iucunda orationis harmonia. Εἷς χρόνος ἐστὶν de alijs animalibus. Contrà de homine πολλοὶ μόνῳ: quoniam dixerat μοναχῶς πολλοῖς : hoc enim eſt ἄλλοις : hic dicit πολλοὶ μόνῳ.

Γίνονται *oriuntur* : ſicut ſuprà γίνονται.

Τὸ πλεῖστον δεκάμηνα , vt nouus menſis abſoluatur.

Ἐπιλαμβάνουσι Theodorus, *tangunt*, ſatis leuiter. Τὸ ἐπὶ acceſſionem ſignificat : & poſuit in ſecundo caſu:quoniam partem notat τοῦ ἑνδεκάτου. Ratio autem iſtius menſium varietatis eſt à Luna:cuius locus eſt idem cum loco horoſcopi viciſſim in conceptione,& in natali hora. Et altera ratio. Quæ ſtatim poſt menſtrua concepit , citiùs parit:quæ ſerò ſerius:operoſiùs enim opus eſt. Et natura maiore negotio dominatur maſſæ ſanguinis menſtrui , vt eam dirigat. At ſtatim poſt menſtrua,non multum habet quod agat.

LIII. ARISTOTELES.

Ὅσα μὲν οὖν γίνεται πρότερα τῶν ἑπτὰ μηνῶν, οὐδὲν οὐδαμῇ δύναται ζῆν· τὰ δ' ἑπτάμηνα, γόνιμα γίνεται πρῶτον, ἀσθενῆ δὲ τὰ πολλά· διὸ καὶ σπαργανοῦσιν ἐρίοις αὐτά. πολλὰ δὲ καὶ τῶν πόρων ἐνίοις ἔχοντα ἀσχίστους, οἷον ὤτων καὶ μυκτήρων· ἀλλ' ἐπαυξανομένοις διαρθροῦται, καὶ βιοῖ πολλὰ καὶ τῶν τοιούτων. τὰ δ' ὀκτάμηνα, περὶ μὲν Αἴγυπτον, καὶ ἐν ἐνίοις τόποις, ὅπου εὐτοκοῦσιν αἱ γυναῖκες, καὶ φέρουσί τε πολλὰ ῥᾳδίως, καὶ τίκτουσι, καὶ γενόμενα δύναται ζῆν, κἂν τερατώδη γένηται. ἐνταῦθα μὲν οὖν ζῇ τὰ ὀκτάμηνα καὶ ἐκτρέφεται· ἐν δὲ τοῖς περὶ τὴν Ἑλλάδα τόποις, ὀλίγα πάμπαν σώζεται, τὰ δὲ πολλὰ ἀπόλλυται. καὶ διὰ τὴν ὑπόληψιν, κἂν σωθῇ τι, νομίζουσιν οὐκ ὀκτάμηνον εἶναι τὸ γεγενημένον, ἀλλὰ λαθεῖν ἑαυτὰς αἱ γυναῖκες συλλαβούσας πρότερον.

QVi ante menſem ſeptimum prodeunt, nulli vlla ratione poſſunt viuere. At ſeptimus maturè oriendi principium eſt. Verùm plerique ſunt imbecilles: ideò inuoluunt eos lanis. Foramina etiam aliqui indiſcreta habent : qualia ſunt aurium & narium. Cæterùm creſcentibus deformantur, ac horum quidem viuunt multi. Octauo autem menſe editi in Aegypto,atque alijs aliquot locis quorum indigenæ mulieres commodè perferunt, tùm ferunt multos facilè,tùm etiam pariunt:ijq́ nati valent viuere,etiam ſi monſtroſi fuerint. Ibi igitur octimeſtres & vitales ſunt, & educantur. At in terræ Græciæ regionibus pauci omnino ſupereſſe poſſunt : multi autem intereunt. Quòd ſi quis ſaluus ſit,ob eam opinionẽ putant mulieres non octauo natum menſe : ſed latuiſſe ſeſe concepiſſe.

CAESAR.

TRIA ſtatuit ſpatia:vnum ante menſem ſeptimum:& vnum poſt ſeptimum:vtrũque lethale:& tertium vitale in mẽſe ſeptimo. Atque huic cùm vitam tribuit,non omnibus tamen.Præterea agnoſcit imperfectionem. Sanè multos nouimus adeò breues, aut exiles,vt vix homines viderentur : præſertim fœmellæ paucæ , parúmque proficiunt : viros aliquot robuſta quadratura & proceritate : ſed molles tamen & moroſos. Mirum verò quod ait narem in foramina abſcedere per ætatem : itemque aures.

Cum tamen in vtero iam ex partes diſcretæ ſint: octimeſtres autem non viuere niſi aëris beneficio certis locis. Cauſſa autem non eſt declarata ab Hippocrate, neque ab Ariſtotele, neque à Galeno. Nanque mathematicum argumentum ſi adhibeas, negotium faceſſas. Septimeſtres viuunt, quia ſunt perfecti. Igitur & octimeſtres, quoniam perfectiores: ſed & hoc alibi diſputauimus, & habet rationem. Septimo menſe abſolutum quoad vitam: poſt hunc naturam inchoare aliud opus quoad aliam perfectionem. Quod opus ſi intercipiatur, edito infante, læditur ab aere. Itaque læſa illa principia quæ extra non poſſunt perfici, interimantur. Iccirco clementiore cœlo queunt viuere: quoniam eius tepor cum matricis fomite conuenit. Sin autem ſeptimo edantur menſe: tunc aut ceſſant principia illa perfectiua: quare, imbecilli degunt: aut ſi inchoantur, ab aëre inchoantur, atque ab eodem adiuti perficiuntur.

Πρότερα τῶν ἑπτὰ μηνῶν: pro πρότερον: aut πρὸ Atticè. Theodorus non potuit peius interpretari cùm dixit, *maturius*: neque enim maturi ſunt.

Οὐδὲν οὐδαμῆ. Tollit rem. Οὐδέν: nullus: & tollit artes, οὐδαμῆ: quod plus eſt quàm οὔποτε.

Πρῶτον: id eſt, hæc eſt prima lex temporis viuendi.

Τὰ πολλὰ, Theodorus, *magna ex parte:* imò magna eorum pars: opponitur ad γόνιμα, τὸ, ἀσθενῆ: viuunt quanquam imbecilli, ſed non omnes.

Σπαργανῶσιν. Theodorus, *cunabulis è lana:* malè: imò è viminibus, aut corticibus, aut aſſulis. Nam in ſola lana non poſſent tractari: rumperentur enim.

Ἀχίστους: *inſiſti* Theodorus: inſuauis vox.

Διαρθροῦται: numerus mutatus eſt. Ἐνίους enim dixerat: & nimis laxè ἄρθρον vocauit τὸ πόσον. Theodorus autem malè addidit generantur: nanque Latinum *generari*, non ponitur ſicut Græcum, γίνεται, pro oriri: ſed pro fieri: pro mutatione ſubſtantiali.

Εὐέκφοροι. Theodorus, *fertiliores:* peſſimè: ſed ſignificat commoditatem ferendi, & perferendi, & enitendi, & edendi: vt ſuprà οὐκ ἐκφέρουσι. Hoc autem dixit Philoſophus: non vt eſſet cauſſa qua viuerent octimeſtres: ſed pro indicio cœli melioris. Quod & fœcundos, & faciles partus efficeret. Ita etiam feliciores.

Σώζονται. Theodorus, *ſeruetur*, malè: nam ſeruantur illi quidem à nobis, ſed non viuunt. Omiſit idem διὰ τὴν ὑπόληψιν: *propter hanc opinionem:* cùm putarent octimeſtres non poſſe viuere, putant qui viuant octimeſtres non eſſe: optimè à deſtructione conſequentis, ex ſecundo *Priorum*.

Αἱ γυναῖκες, ſcilicet νομίζουσι: at Theodorus tranſtulit τὰς γυναῖκας: vt alij ſcilicet putent mulieres ipſas deceptas: Philoſophus autem vt ipſæ ita arbitrentur: longè meliùs.

Συμβάλλουσαι: mendum erat: lege συλλαβοῦσαι.

LIV. ARISTOTELES.

Πονοῦσι δ' αἱ γυναῖκες μάλιστα τὸν μῆνα τὸν τέταρτον, καὶ τὸν ὄγδοον, καὶ ἐὰν διαφθείρωσι τετάρτῳ ἢ ὀγδόῳ μηνὶ, διαφθείρονται καὶ αὐταὶ ὡς ἐπιτοπολύ· ὥστ' οὐ μόνον τὰ ὀκτάμηνα οὐ ζῆ, ἀλλὰ καὶ διαφθαρέντων αἱ τίκτουσαι κινδυνεύουσι.

Laborant potiſſimùm mulieres menſe quarto & octauo: quarto igitur & octauo menſe ſi fœtus corrumpatur, ipſa quoque ferè. Quare non ſolùm non viuunt octimeſtres fœtus, ſed & illorum pereuntium parentes in diſcrimine ſunt.

CAESAR.

COMMVNICAT periculum vitæ cum parentibus. Ponit duos menſes: neque ponit rationem, Ac quarti quidem ratio eſt. Quoniam eſt medius inter initia, & perfectionem quæ eſt in ſeptimo. Iccircò tunc mutatur valde fœtus. In omni autem mutatione periculum eſt. Præterea eſt dimidium octonarij qui mortalis eſt. Ratio octonarij iam dicta eſt. Et ad Saturnum referunt. Qui ſi menſi primo præeſt, etiam octauo præerit. Iccirco Iouem Ζῆνα dixere quoniam nono præeſſet.

Ὥστ' οὐ μόνον, &c. ſuperiori apoteleſmate non omnino aſſeuerat octimeſtres fœtus poſſe viuere niſi regionis beneficio iuuentur, vt in Ægypto: quod ſi aliquando in terra Græcia id contigerit, ideò pro lege id habendum non eſſe. Ex rarò contingentibus propoſitiones vniuerſales non fiunt. Quare affirmatiuè id non pronuntiauit Philoſophus: vt & hanc opinionem tolli à mulieribus ſcribat, quæ non putant, ſi vitales ſint fœtus, octimeſtres non eſſe. Aliter aut hic mendum eſſet, aut ſibipſi contrarius eſſet Philoſophus.

Διαφθείρωσι:

Διαφθείρωσι: actiuè poſuit: ſicut μεταβάλλει. Theodorus, *interire* dixit. Sed διαφθορὰν exitum immaturum ſuprà declarauit τὰς ἐκτρωσμούς. Non omnes autem mortui naſcuntur.

Οὐ μόνον τὰ ὀκτάμηνα: potuiſſet ſicut ſuprà, ἀλλὰ καὶ αἱ ὀκτάμηναι. Ratio autem quare ipſæ quoque in diſcrimine ſint, eſt: propterea quòd matricis officium præſcriptum eſt ſeptimo, aut nono, aut decimo, aut vndecimo. Itaque alijs temporibus vim patitur. Conuulſione autem aliquot vidimus interijſſe: vnam etiam epilepſia intra horam decimam.

LV. ARISTOTELES.

Τὸν αὐτὸν τρόπον δοκεῖ λανθάνειν καὶ ὅσα φαίνεται τίκτεσθαι πολυχρονιώτερα τῶν ἕνδεκα μηνῶν. καὶ γὰρ τούτων ἡ τῆς συλλήψεως ἀρχὴ λανθάνει τὰς γυναῖκας. πολλάκις γὰρ πνευματικῶν γινομένων ὑστερῶν, μετὰ ταῦτα πλησιάσασαι καὶ συλλαβοῦσαι, ἐκείνην οἴονται τὴν ἀρχὴν εἶναι τῆς συλλήψεως, δι' ἣν ἐσχήκασι τοῖς σημείοις.

Eodem modo latuiſſe quoque eorum conceptio videtur qui poſt vndecimum menſem editi ſunt. Illorum enim conceptus initium ignorant mulieres. Flatibus enim vteri ſæpenumerò occupati poſteà coëundo grauidæ factæ, illud arbitrantur fuiſſe initium conceptionis, quod ex indicijs vſitatis agnouiſſent.

C AE S A R.

CONTINVAT cum ſuperioribus: cùm dixerat λαθεῖν: & ponit cauſſam. Nam ſignum prægnantis eſt tumor vteri. At æquiuocum ſignum eſt. Quoniam & à vento id fieri conſueuit. Eſt autem quod in Decimo appellat ἐξανεμοῦσθαι.

Αὐτὸν τρόπον: ſicut & octimeſtrium. Δοκεῖ hîc ſignificat certam opinionem.

Πολυχρονιώτερα τίκτεσθαι τῶν ἕνδεκα μηνῶν. Sanè dura locutio. Niſi τίκτεσθαι hîc ſicut ſuprà κύειν ſignificet. Quid enim eſſet, *diuturniores pariuntur?* Itaque Theodorus, non expreſſit vim huius uocis, *diuturnum*: cùm dixit. *Diuturniores naſci videntur.* Tractum enim continuum ſignificat: vt *diuturnum ſilentium ante Marcellum reuocatum ſuum*, ait M. Tullius: poſuit diuturniores, pro ſeriùs.

Δι' ἣν ἐσχήκασι τοῖς σημείοις. Theodorus, *quod ſimile indicium attulit*: imò per quod principium vſæ ſunt ſignis: id eſt, quod principium agnouere ſignis ſolitis, aut vſitatis. Τὸ, ἐσχήκασι enim neceſſarium eſt: quod principium perſuaſere indicia vſitata.

CAPVT QVINTVM,

De numero fœtuum.

LVI. ARISTOTELES.

Τόδε δὴ πλῆθος τῶν τόκων τῆς τελειώσεως, παρὰ τἄλλα ζῶα τοῖς ἀνθρώποις ταύτην ἔχει τὴν διαφοράν.

Igitur quot metis pariundi differat ab alijs animalibus homo, hæ ſunt.

C AE S A R.

SEPARANDVM hoc Caput à ſuperiori putauimus: alia enim materia eſt. Nam hîc de modo fœtuum, tàm ex vno cõceptu quàm ex pluribus agit Philoſophus, & de ſuperfœtatione: concludit autem vniuerſam hiſtoriam partionum in homine.

Παρὰ τἄλλα: *præter alia.* ταύτην: imò verò ταύτας: ſed colligit omnes in genere: hîc enim eſt vnus affectus, ſpatijs diuerſis vterum gerere. Nam multitudo ipſa ac diuerſitas inter ipſos homines eſt.

Πλῆθος: quoniam, ſeptimo, nono, decimo, vndecimo: atque etiam in Ægypto, octauo.

Τὸ δὲ δὴ: lege τόδε δή: vt ſit collectio ſupradictorum.

LVII. ARISTOTELES.

Καὶ τὰ μὲν, μονοτόκα ὄντα, τὰ δὲ, πολυτόκα, ἐπαμφοτερίζει τὸ γένος τὸ τῶν ἀνθρώπων. τὰ μὲν γὰρ πλεῖστον, καὶ περὶ τοὺς πλείστους, ἓν τίκτουσιν αἱ γυναῖκες· πολλάκις δὲ καὶ πολλαχοῦ δίδυμα, οἷον περὶ Αἴγυπτον. τίκτουσι δὲ καὶ τρία καὶ τέτταρα, περὶ ἐνίους μὲν καὶ σφόδρα τόπους, ὥσπερ εἴρηται πρότερον· πλεῖστα δὲ τίκτεται πέντε τὸν ἀριθμόν. ἤδη γὰρ ὤφθη τοῦτο καὶ ἐπὶ πλειόνων συμβεβηκός. μία δέ τις ἐν τέτταρσι τόκοις ἔτεκεν εἴκοσι· ἀνὰ πέντε γὰρ ἔτεκε, καὶ τὰ πολλὰ αὐτῶν ἐξετράφη.

Animalia quædam cùm ſingulos tantùm pariãt, alia autem multa, vtriuſque naturæ particeps eſt humanum genus. Nanque & plurima & plurimis locis ſingulos pariunt mulieres. Multa & multis, gemellos: vt toto ambitu terræ Aegypti. Quin etiam ternos, quaternóſque, quibuſdam locis nõ paucis: quemadmodum ſuprà dictum eſt. Non plures parit quinis. Id quod eueniſſe multis obſeruatum eſt. Quædam verò viginti peperit, quater quinos ſcilicet: ac eorum plerique educati ſunt.

CÆSAR.

POSTQVAM de tempore gerendi dixit, nunc de fœtuum numero agit. Idque tam ex vno conceptu ſimplici, quàm ex ſuperfœtatione. Et quoniam differentiam poſuit inter hominem & cætera omnia animalia, quod ſpectaret ad tempus verum pariendi: nunc quod attinet ad fœtuum numerum: cum quibuſdam communem naturam in μονοτοκίᾳ fœtibus, cum alijs communem in πολυτοκίᾳ: & viciſſim, alterutriúſque differentiam. Primùm dicit, *plurimum ſingulos*. Secundò, *multum gemellos*. Tertiò, *non rariſſimè plures*: & aſſignat loca.

Τῶν μὲν μονοτόκων: at etiam hoc euenit animalibus alijs, vt & μονοτόκα ſint, & διδυμοτόκα, & πολυτόκα: vt capris, ouibus.

Ἐπαμφοτερίζει. Theodorus, *in ancipiti*: etiam in vtroque. Quoniam anceps vtrinque caput habet. Non enim hîc capit pro dubio, ſed pro vtroque.

Ὥσπερ εἴρηται πρότερον: quid aut vbi de hac re priùs dixit? μνημονικὸν ἁμάρτημα.

Ἐξετράφη. Theodorus duobus verbis, *enutriri & adoleſcere*: nos ſimpliciſſimè ſecuti mentem Philoſophi, *educati*.

LVIII. ARISTOTELES.

Ἐν μὲν οὖν τοῖς ἄλλοις ζώοις, κἂν ᾖ τὰ δίδυμα ἄρρεν καὶ θῆλυ, οὐδὲν ἧττον ἐκτρέφεται γενόμενα καὶ σώζεται τῶν ἀρρένων ἢ θηλειῶν· ἐν δὲ τοῖς ἀνθρώποις, ὀλίγα σώζεται τῶν διδύμων, ἐὰν ᾖ τὸ μὲν ἄρρεν, τὸ δὲ θῆλυ.

In alijs animalibus gemelli, etſi ſunt mas & fœmina nati, nihilominus enutriuntur, & viuunt quàm ſi aut mas vterque, aut fœmina ſit. At in hominibus pauci ſuperſunt è geminis, ſi alter mas, alter fœmina extiterit.

CÆSAR.

NVNC poſt numerum, numeri affectum: primò à ſexu: mox euentum à vita ponit: ac vera quidem hiſtoria eſt cùm dixit, ὀλίγα. Nam hîc apud nos vtriuſque exemplum eſt, tam ſuperſtitum quàm interemptorum. Quin etiam è geminis mas mortuus eſt, fœmella ſupereſt etiamnunc. Ratio autem eſt propterea quòd diuerſitas materiæ negotium præbuit naturæ, quominus perfectè opus ediderit diſtracta in partes varias. Quare autem non idem eueniat in animalibus cæteris, eſt, quia minùs laborat natura in re minùs perfecta.

Ἐκτρέφεται, *enutriunt*: ſicut dicimus *erudire* è rudi ætate educere: inde *educare*: ἐκβρέφεται ſcito verbo. Addidit σώζεται, *viuunt*, ſalui ſunt, etiam prouectiorem in ætatem. Dixit γενόμενα in περιγεννᾶν, *poſtquam nati ſunt*: mirum ni enutriantur antequã edantur. Nam & in vtero diſpereunt multi: quod & debuit dicere. Elidunt enim mutua pugna & niſu. Itaque imbecillior prodit, relictóque regno alteri relinquit vltionem. Nam admiſſo aëre in laxitate corrumpitur.

Οὐδὲν ἧττον τῶν ἀρρένων ἢ θηλειῶν. Theodorus rectiſſimè addidit, *ambo*, Philoſophus contentus fuit numeri mutatione. Cùm enim dixiſſet ἄρρεν καὶ θῆλυ: nunc ἀρρένων καὶ θηλειῶν: ſanè vtrunque intelligit.

LIX. ARI-

LIX. ARISTOTELES.

Δέχεται δ' ὀχείαν κύοντα μάλιστα τῶν ζῴων γυνὴ καὶ ἵππος· τὰ δ' ἄλλα, ὅταν πληρωθῇ, φεύγει τοὺς ἄρρενας, ὅσα μὴ πέφυκεν ἐπικυΐσκεσθαι, καθάπερ δασύποδες· ἀλλ' ἵππος μὲν, ἂν συλλάβῃ τὸ πρῶτον, οὐκ ἐπικυΐσκεται πάλιν, ἀλλ' ἓν τίκτει μόνον ὡς ἐπιτοπολύ. ἐπ' ἀνθρώπου δ' ὀλίγα μὲν, γέγονε δέ ποτε. τὰ μὲν οὖν ὕστερον πολλῷ χρόνῳ συλληφθέντα, οὐδὲν λαμβάνει τέλος, ἀλλὰ πόνους παρασχόντα, συνδιαφθείρει τὸ προϋπάρχον. ἤδη γὰρ γινομένης διαφθορᾶς, καὶ δέκα συνέβη καὶ δώδεκα ἐκπεσεῖν τὰ ἐπικυηθέντα. ἐὰν δ' ἐγγὺς ἡ σύλληψις ἐγένετο, τὸ ἐπικυηθὲν ἐξήνεγκαν, καὶ τίκτουσιν ὥσπερ διδύμων γόνον, καθάπερ καὶ τὸν Ἰφικλέα καὶ τὸν Ἡρακλέα μυθολογοῦσι. γέγονε γὰρ καὶ τοῦτο φανερόν. μοιχευομένη γάρ τις, τὸ μὲν ἐκ τῶν τέκνων, ἐοικὸς τῷ ἀνδρὶ ἔτεκε, τὸ δὲ, τῷ μοιχῷ. ἤδη δὲ καὶ δίδυμα κύουσά τις, ἐπεκύησε τρίτον. γινομένου δὲ τοῦ χρόνου τοῦ καθήκοντος, τὰ μὲν, τελεόγονα τῷ χρόνῳ ἔτεκε· τὸ δὲ πεντάμηνον· καὶ τοῦτ' ἀπέθανεν εὐθύς. καὶ ἑτέρᾳ δέ τινι συνέβη τεκούσῃ, πρότερον μὲν ἑπτάμηνον, ὕστερον δὲ δύο τελεόμηνα τεκεῖν· καὶ τούτων τὸ μὲν, ἐτελεύτησε, τὰ δὲ, ἐβίωσεν. καὶ ἐκτιτρώσκουσαι δέ τινες, συνέλαβον ἅμα· καὶ τὸ μὲν, ἐξέβαλον, τὸ δὲ, ἔτεκον.

Admittunt initum prægnantes potiſſimùm animalium mulier atque equa. Cætera poſtquam grauida facta ſunt, fugiunt mares, exceptis ijs quorum natura fert ſuperfœtationem, cuiuſmodi eſt genus leporinum. Atque equa quidem ſemel prægnans, non ſuperfœtat poſteà: ſed vnum ferè tantum parit. Homini autem aliquando euenit, ſed rarò. Igitur, qui multo poſt tempore concepti fuerint non perficiuntur, ſed dolorem faciunt, & corrumpunt priorem fœtum. Iam verò euenit vt aborſu facto, decem ac duodecim ſuperfœtatione concepti exciderint. Quòd ſi ſtatim conceperint extulère in lucem eum quo ſuperfœtârant: ſicque eos edunt quaſi qui gemellorum eduntur lege. Id quod de Iphicle & Hercule fabulantur. Atque hoc iam conſtitit. Adulterâ enim quadam alterum marito ſimilem, adultero alterum peperit. Olim etiam quædam gemellos vtero cùm geſtaret, tertium inſuper concepit. Appetēte igitur tēpore iuſto illos quidē ſuo perfectos tempore edidit: hunc autem quinquemeſtrem: atque is illicò perijt. Alij contigit, vt cùm vnum ſeptimeſtrem peperiſſet, poſteà duos menſium iuſtorum fine abſoluto pareret: quorum ille mortuus eſt: hi vixère. Quædam etiam abortientes ſimul concepēre, alterúmque eiecère, alterum peperère.

CAESAR.

PROSEQVITVR nunc euentum numeroſorū fœtuum, non à ſexu ſed à tempore conceptionis. Quoniam aut ſimul concipiuntur, aut non ſimul. Habétque hæc hiſtoria partes vndecim. In prima narrat ex omnibus animalibus duo tantùm cùm ſunt grauida admittere marem: mulierem, & equam. In ſecunda diſtinguit hanc communitatem à fine: quoniam equa non ſuperfœtat, mulier ſuperfœtat. In tertia dicit de mulieris ſuperfœtatione, ciúſque infrequentia. In quarta, diſtinguit modum temporis ſuperfœtandi. Nam aut ſerò ſuperfœtant, aut ſtatim: hîc igitur euentum narrat prioris hiſtoriæ. In quinta narrat numerum ſuperfœtatione conceptionum admirabilem. In ſexta exequitur alterum membrum diſtinctionis, ſi ſtatim ſuperfœtauerit. In ſeptima, comparat eos vnis gemellis ſimul conceptis, & apponit Herculis hiſtoriam. In octaua, apponit aliam hiſtoriā qua confirmaret ſuperfœtationem. In nona, etiam ſuperfœtationem poſt gemellos, eorúmque euentum ac fortunam: quoniam ſimul eos edidit. In decima eundem modum mouendi: ſed diuerſum tempus pariundi: eorúmque ſortem ac fatum. In vltima, etiam diuerſum longè modum ſuperfœtandi in aborſu. Nunc exactiùs omnia videamus.

Μάλιστα τῶν ζῴων: prudenter: quis enim omnia genera animalium nouit? Nam & paſſeres cùm vicenos initus patiuntur, videntur ſuperconcipere: ſed & canes, ſi vno initu implentur, vt docebat nos Philoſophus, videntur altero & tertio ſuperfœtare. Quin id verum eſt: multis enim maribus admiſſis, alium alij ſimilem catulum edent: ſed id eſt, inchoata iam conceptione.

Δέχεται, *excipiunt, admittunt:* vnde & *admiſſarij.*

Πέφυκεν: *natura ſua.* Theodorus ambiguam fecit orationem: *quorum,* inquit, *natura ſuperfœtare more leporis recuſat:* neſcias τὸ, *more leporis,* vtrouerſum ducas, ad ſuperfœtare, an ad recuſat.

Τὸ πρῶτον, ſemel. Theodorus omnia illa omiſit: ἂν συλλάβῃ τὸ πρῶτον.

Πάλιν: *iterum:* referendum eſt ad ſenſum τῆς συλλήψεως: non autem τῆς ἐπικυήσεως, ſed κυήσεως tantùm. Nam τὸ ἐπὶ, eſt idem quod πάλιν hoc loco.

Ἀλλ' ἢν τίκτει : igitur non ſuperfœtat : & addit μόνα : quoniam quæ duo edunt,etiam vnum edunt : & addidit ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ : quoniam etiam binos parit equa : ſed rarò geminos non ſuperconceptos.

Ἐπ' ἀνθρώπου δὲ : mutauit orationem in caſu : dixerat enim ἵππος : & poſuit ὀλίγα, pro ὀλιγάκις, & feſtiuus eſt cum illa aduerſatiua δὲ : ὀλίγα μὲν γίγνεται δέ ποτε. Nam ſi rarò fit, non dicimus tamen factum eſſe : ſed è contrario: factum eſt : ſed rarò. Poſuit igitur δὲ, pro μὲν οὖν.

Πόνον dolorem, & laborem, & negotium intellige. Theodorus addidit, *præmaturius*, & alia quædam, & dixit primum fœtum : alius dixiſſet priorem.

Ἐγγύς : putà altera nocte, quod ait Theocritus.

Ἡρακλέα δεκάμηνον ἐοῖσά ποχ' ἁ Μιδεᾶτις,
Ἀλκμήνα, καὶ νυκτὶ νεώτερον Ἰφικλῆα.

Διαφθοράς : *aborſus*, vt ſuprà, ἐκπεσεῖν optimo verbo : *dilabi*, quaſi non animalia moueri motu ſuo, ſed elementari deorſum : quoniam non ἔλαβε τὸ τέλος : & dixit οὐδὲν τέλος : non fuit contentus dicere οὐ : penitùs, inquit, imperfecti remanent. Ratio eſt : quoniam prior fœtus validus eſt, & omnia exhaurit.

Ἐξέθρεψαν, in præterito : vt intelligamus verum eſſe. Nam quod factum eſt, fieri potuit. Iccirco vocat Hiſtoriam hos libros : διαπεφεύγασιν ſicut ſuprà ἐκφέρουσι, vſque ad diem iuſtum.

Καὶ τίκτουσι : mutauit tempus : vſus eſt præſenti, quaſi dicat lege naturæ perpetuata.

Γονίμα, etiam ſuprà vſus eſt : dicit enim γόνιμα, id eſt iuſta fœtura ac debita : Theodorus omiſit.

Μυθολογοῦσι : reſpexit ad Iouem quaſi ad Deum, non quaſi hiſtoriam. Neque enim falſum eſt ita concipi. Nam & aliis exemplis confirmat.

Μοιχευθεῖσαν : exemplum eſt debile. Nam ſimilitudo faciei etiam aliunde trahi poteſt : quippe ex imaginatione,vt in Æthiopica Heliodori, Perſina Æthiops peperit Caricleam albam & ſimilem Andromedæ, cuius picturam ante oculos habebat. Sic pecudum color contractus in veteri hiſtoria ſacra. Etiam Minotaurum Tauro adultero ſimilem fuiſſe,& ſimul Minoï, vt ſit plus quàm ſuperfœtare : miſcere ſemina.

Χρόνου καθήκοντος : *iuſtum*: vnde nomen *officij* apud Stoïcos.

Τελεόγονα τῷ χρόνῳ : τελεσθέντα χρόνῳ.

Τὸν δὲ πεντάμηνον. Theodorus addidit, *eliſit*, malè : fortaſſe integrum,non eliſum edidit. Sed videtur Theodorus intellexiſſe quinto menſe editum, illos autem nono : ſed non ita eſt. Imò concepit geminos poſt tres menſes vnum : tres peperit, duos perfectos tertium quinquemeſtrem : non quidem menſe quinto, ſed nono vt perfectos. Alioqui non ſuperfœtâſſet. Agnouerunt enim hunc quinquemeſtrem ex paruitate, & obſeruatione coitus cum viro intermiſſi poſt primum coitum vſque ad alterum tertio menſe poſt.

Ἑτέρα δέ τις : at hæc non eſt ſuperfœtatio. Nam tres ſimul concepit : ſed vnum ſeptimo, duos nono edidit.

Ἐκτρώσασαι : obſcura hiſtoria : aborſæ concepere : nihil noui eſt : poſtquam eiecere priorem, alterum concipere. Niſi intelligas gemellos geſtâſſe : vnum aborſas : alterum pertuliſſe ſimul cum eo quem ſuperconcepiſſent.

Ἅμα : *ſimul* : non ſimul in tempore aborſus : ſed vtrunque euenit : ἅμα hic non dicit tempus : ſed coniunctionem euentorum, aborſus,& conceptus.

Τὸ μὲν ἐξέβαλον, quem conceperat : τὸ δ' ἤνεγκον, quem ſuperfœtârat : diſtinxit inter ἐκβάλλειν, in quo eſt vis, & ἐκφέρειν, in quo eſt officium naturæ. *Eijcere*, mutuati ſumus à Latinis: vnde *vulua eiectitia*, apud Plinium in XII. cùm partus eiicitur. Theodorus *abegerunt* : & ἤνεγκον, *continuerunt protuleruntque ad partum* : multis verbis ſuperfluis non expreſſit partionem : ſed ſtetit citra per illam præpoſitionem, *ad*.

LX. ARISTOTELES.

Ταῖς δὲ πλείσταις, ἐὰν συγγένωνται κυούσαις μετὰ τὸν ὄγδοον μῆνα, πλείστου μυξώδους τὸ παιδίον ἐξέρχεται γλισχρότητος.

Plurima ſi coëunt prægnantes poſt octauum menſem : infans prodit muccoſo lentore plenus.

CAESAR.

CAESAR.

ALia affectio: hinc apparet vuluas octauo menſe aperiri, qua de re ſuprà in principio quarti Capitis: atque ex hoc conſtat matricem adhuc trahere. Sed non dixit octauo, vt Theodorus vertit: ſed μζ: & nota ambitionem verborum: μυξώδης τὸ παιδίον ἐξέρχεται γλισχρότητος: multa enim interpoſuit.

LXI. ARISTOTELES.

Καὶ τῶν ἐδεσμάτων δὲ τῶν προσφερομένων, περίπλεων φαίνεται πολλάκις.

PLerunque verò etiam ciborum qui matri oblati ſunt, refertus exit.

CAESAR.

HOc facilius eſt: trahit enim & particeps eſt eorum quibus alitur mater: προσφερομένων, ἐδηδομένων. Nam id verbum eſt ægrotorum quibus offertur cibus. Theodorus, neſcio quem *gerulum* pueriliter nimis dixit.

LXII. ARISTOTELES.

Τῷ ἁλὶ δὲ φαυλοτέρῳ χρησαμένων, οὐκ ἔχοντα γίνεται τὰ παιδία ὄνυχας.

LArgiùs autem ſale ſi veſcatur, non habent vngues fœtus ipſi.

CAESAR.

LARGIOR ſalis vſus facit vt ſine vnguibus edantur infantes: ſic concinniùs vertas. Sed ratio perobſcura eſt, niſi dicas ſale liquefieri ſuccum qui debeat in vngues concreſcere. Hoc totum aduerſatur naturæ ſalis: indurat enim: exedere igitur dicas.

CAPVT SEXTVM,

DE LACTE.

LXIII. ARISTOTELES.

Τὸ δὲ γάλα τὸ γινόμενον πρότερον τῶν ἑπτὰ μηνῶν, ἄχρηστόν ἐστιν· ἀλλ᾽ ἅμα τά τε παιδία γόνιμα, καὶ τὸ γάλα χρήσιμον. τὸ δὲ πρῶτον, καὶ ἁλμυρόν, ὥσπερ τοῖς προβάτοις.

LAc quod prouenit ante ſeptimum menſem, inutile eſt: ſed ſimul & infantes maturi ſunt ad naſcendum, & lac vtile eſt. Primum autem ſalſum eſt, ſicut & ouium.

CAESAR.

INTEMPESTIVE hic de lacte agere videtur: edito nanque infante ad finem libri hoc tractandum eſſe quidam dicent: ſed de eo prodit, tanquam de affectu prægnantium, non tanquam de ipſo. Sicut & mox alterum affectum ſubiungit. Sed vtrique apoteleſmati debebatur locus ille: vbi de nauſea & aliis euentis ſcribebat: & ſanè de lacte minùs incommodè hic quàm de infante: iam enim eius cibum tractat. Sic paraphraſtes dicat. Ante ſeptimum menſem lac inutile: ſimul enim cum natalitio tempore vſus eius incipit.

Τὸ γινόμενον, quod fit, creatur, oritur, prouenit: ſic expreſſit lac in mammillis. Nam ſi non apponas

apponas, etiam poſſis intelligere lac extra mamillas, & in præſenti tempore poſuit participium: vt rei tractum ſignificaret.

Γόνιμα τὰ παιδία. Theodorus, *infans natalis eſt*: feſtiuè, id eſt aptus ad naſcendum. Sed Latini aliter ſunt locuti: natalem diem & locum, non infantem dixere. Dixit παιδία, quoniam iam perfectus eſt etiam ſeptimo menſe vſque ad vndecimum. Theodorus addidit verbum, *incipit*, ſicut & nos in paraphraſi, non incommodè.

Τὸ δὲ πρῶτον: adiectiuum ordinis, γάλα ſcilicet: non, *prius*, vt ait Theodorus. Nam ſexto menſe lac non eſt ſalſum: ſed primum, per initia ſcilicet. Ratio ſalſedinis eſt, quia nondum percoctum eſt. Dixit καὶ ἁλμυρόν: ſcilicet præter cætera incommoda, etiam ſalſuginoſum.

Τοῖς προβάτοις, *ouibus*. Theodorus, *pecoris*: voluit dicere, *pecudis*. Nam pecoris appellatione etiam bos venit.

LXIV. ARISTOTELES.

Μάλιστα δ' ἐν ταῖς κυήσεσι τοῦ οἴνου αἰσθάνονται αἱ πλεῖσται. διαλύονταί τε γὰρ, ἐὰν πίνωσι, καὶ ἀδυνατοῦσιν.

Potiſſimum cùm grauidæ ſunt vini ſenſu afficiuntur plurimæ: diſſoluuntur enim ſi bibant & deficiuntur.

CÆSAR.

NVNC alium affectum à lacte remotiſſimum ponit: commodiùs ſuprà poſuiſſet.

Αἰσθάνονται: *vinum ſentiunt*, id eſt, vini ſenſus grauis eſt. Theodorus, *vino infeſtantur*: atque etiam ebrioſi vino infeſtantur.

Διαλύονται: quoniam vis in neruis eſt: vnde etiam παράλυσις. Medici συνδέσμους copulas oſſium artuúmque vocant.

Ἀδυνατοῦσι. Theodorus, *debilitantur*, rectiſſimè: non autem eſt vini vis: quoniam earum vigor in matricem vergit, ac corpus viduatum relinquit.

CAPVT SEPTIMVM,

De Principio & fine generationis.

LXV. ARISTOTELES.

Ἀρχὴ δὲ ταῖς γυναιξὶ τοῦ τεκνοῦσθαι, καὶ τοῖς ἄρρεσι τοῦ τεκνοῦν, καὶ παῦλα ἀμφοτέροις, τοῖς μὲν, ἡ τοῦ σπέρματος πρόεσις, ταῖς δὲ, ἡ τῶν καταμηνίων. πλὴν οὔτ' ἀρχομένων γόνιμα εὐθὺς, οὔτ' ἔτι ὀλίγων γιγνομένων καὶ ἀσθενῶν. ἡλικία δὲ ἡ μὲν ἀρχῆς, εἴρηται.

Principium finíſque mulieribus viríſque prolificandi, is eſt: his ſeminis, illis menſtruorum emiſſio. Cæterùm, neque per incipientes ſtatim prolifica ſunt: & ſi generentur, quod paucis euenit, ſatis firmi ſunt. Ætas autem huius principij dicta eſt.

CÆSAR.

NVNC agit de ætate apta ad generandum: ponítque & principium & finem: ſed & hîc, non ſuo loco. Nam per initia libri ponendum fuit: & repetet paulò infrà. Secundum igitur fuit nobis Caput hoc, atque ab ſuperioribus ſeparandum. Cogit autem orationem ſuam in gyrum: ἀρχὴ, inquit, καὶ παῦλα: id eſt ceſſatio: ſed difficillimis verbis vtitur: & quæ ſenſum non admittant. Nam quis dicat fœminam τεκνοῦσθαι, ſi mas τεκνοῖ, facit ſobolem. Ergo quod τεκνοῦται fit ſoboles. Neque ſatis eſt dicere: fœmina patitur paulùm quidem in coitu: ſed etiam patitur, ſic vt fiat ſoboles: neque enim dicas eam ſoboleſcere, ſed matreſcere: nos vtrunque per, *prolificare*. Theodorus autem τεκνοῦσθαι, *prolem recipere*, τεκνοῦν, *prolem præbere*, feſtiuè dixit.

dixit: quoniam Ariſtoteles negat fœminam, *συμβάλλειν τὸ σπέρμα πρὸς τὴν κύησιν*. Præterea obtenebrauit quod dicebat. Nam ſi eſt *ἀρχὴ τοῦ τικτουσῶν*: quomodo non ſunt *γόνιμα*? intellexit *ἀρχὴν* latiuſculè: non verum principium. Itaque præſcripſit addito, *εὐθὺς*: & ſanè etiam aliquando euenit vt *τικτῶσι*: ſed ait *ὀλίγα* eſſe, & *ἀσθενῆ*.

LXVI. ARISTOTELES.

Παύεται δὲ ταῖς γυναιξὶ ταῖς μὲν πλείσταις τὰ καταμήνια περὶ τετταράκοντα ἔτη· αἷς δ' ἂν ὑπερβάλλῃ τὸν χρόνον τοῦτον, διαμένει μέχρι τῶν πεντήκοντα ἐτῶν· καὶ ἤδη δέ τινες ἔτεκον· πλείω δὲ χρόνον οὐδεμία.

PLurimis mulierum ceſſant menſtrua anno circiter quadrageſimo: quod tempus quæ excedunt iis ad quinquageſimum vſque: quo etiam quædam peperere. Vltra id tempus, nulla.

C AE S A R.

FInem ſtatuit in mulieribus: quinquageſimum paucis: plurimis decimo breuiùs. Parens mea edidit me altero & quadrageſimo.

Ὑπερβάλλῃ, ſcilicet ipſa menſtrua: *διαμένει*, Theodorus *ſeruantur*: durum ſeruantur menſtrua.

Ἤδη: *eo tempore*: *πλείω δὲ χρόνον* maiore tempore, id eſt vlteriore: grandior natu, nulla. Theodorus *protrahere*: malè: quid enim protrahet? tempus menſtruorum? imò ne ſemel quidem.

LXVII. ARISTOTELES.

Οἱ δ' ἄνδρες, οἱ μὲν πλεῖστοι, γεννῶσι μέχρις ἑξήκοντα ἐτῶν. ὅταν δὲ ὑπερβάλλῃ ταῦτα, μέχρις ἑβδομήκοντα· καὶ ἤδη τινὲς γεγεννήκασιν ἑβδομήκοντα ἐτῶν ὄντες.

AT virorum maxima pars generant vſque ad annum ſexageſimum. Cùm hunc exceſſerint, ad ſeptuageſimum vſque. Nam ſeptuagenarij quidam cùm eſſent generauere.

C AE S A R.

NVNC viris præſcribit. Incepit autem à fœminis quoniam, & citiùs matres fiunt, & citiùs eſſe deſinunt.

Ὅταν δ' ὑπερβάλλῃ ταῦτα: cùm hos omnes ſexaginta exceſſerit: non ætate ſed poteſtate procreandi.

Καὶ ἤδη: poſuit pro *καὶ γὰρ*: & eſt ratio propoſitionis: dicit enim ad ſeptuaginta vſque perpetuare vim progenerandi: propterea quòd iam hoc ſit animaduerſum. Apud Plinium & alios reperies, Maſaniſſam regem Numidiæ poſt octogeſimum ſextum annum generâſſe filium Methymathnum nomine. Item Cenſorium Catonem poſt octogeſimum è Salonij clientis ſui filia filium ſuſcepiſſe: ex quo Saloniani Catones, à quibus Cato, qui ſibi Vticæ mortem conſciuit, ducebat originem. Multos nos ſeptuagenarios fieri patres vidimus.

CAPVT OCTAVVM,

Communes coniunctionum affectus.

LXVIII. ARISTOTELES.

Συμβαίνει δὲ πολλοῖς καὶ πολλαῖς γυναιξὶ καὶ ἀνδράσι μετ' ἀλλήλων μὲν συνεζευγμένοις, μὴ δύνασθαι τεκνοποιεῖν, διαζευχθεῖσι δέ.

EVenit multis tam mulieribus quàm viris inter ſe coniunctis non poſſe liberos procreare, disiunctis poſſe.

CAESAR.

CAESAR.

NVNC inueſtigat proportionem naturæ mutuo in ſexu reſpondentem: & ponet differentias per priuationem, vt hîc: non poſſe: per ſexum, vt mox: mares aliis, aliis fœminas: ab ætate, tam per priuationem, quàm per ſexum. Poſteà rationes & affectiones, ac curas narrat quaſdam. Ratio autem eſt ab habitudine. Neque enim concurrunt: ſed alter celerior, alter tardior: hoc enim tractat in Decimo huius operis: vt mulier alacris atque intenta: vir ſubtriſtior, & multa alia ſimilia.

Πολλοῖς καὶ πολλαῖς: vt Demoſthenes: τοῖς θεοῖς πᾶσι καὶ πάσαις, & prius reddidit poſteriori, & priori poſterius: πολλοῖς καὶ πολλαῖς γυναιξὶ καὶ ἀνδράσι.

Διαζυγεῖσι δέ: τὸ δὲ, Atticæ breuitatis pro ἀλλά: expreſſimus iterato verbo ſine negatione. Theodorus addidit, *ſi ſe iunxere cum aliis*: συνεζευγμένοις autem dixit in præſenti, vt tractum coniugij intelligamus: διαζυγεῖσι verò, *diſiungatis*, in præterito omiſſo priore coniugio.

LXIX. ARISTOTELES.

Τὸ δὲ αὐτὸ συμβαίνει καὶ περὶ ἀῤῥενογονίας καὶ θηλυγονίας. ἔνιοι γὰρ καὶ γυναῖκές εἰσι καὶ ἄνδρες, οἱ μετ' ἀλλήλων μένοντες, θηλυγόνοι εἰσὶν, ἢ ἀῤῥενογόνοι· διεζευγμένοι δὲ, γίνονται τοὐναντίον.

Hoc idem euenit & procreandis maſculis fæmelliſve. Interdum enim ſunt & mulieres & viri, qui ſimul manentes fæmellas, aut maſculos generant. Soluto matrimonio contrà euadunt.

CAESAR.

A Sexu: μετ' ἀλλήλων μένοντες. Theodorus, *quandiu cum eiſdem coniunguntur*: non malè: ſed non expreſſit ἀλλήλων.

Ἔνιοι: aduerbium pro nomine ἔνιοι: vt vtrique ſexui reſponderet ſine ſolœciſmo, aut ſchemate: ſed tamen poſteà dixit μένοντες: & incluſit etiam per Syllepſim τὰς γυναῖκας, & pudenter locutus eſt μένοντες.

Γίνονται τοὐναντίον, concordant contrarium, id eſt mutantur.

LXX. ARISTOTELES.

Καὶ κατὰ τὴν ἡλικίαν δὲ μεταβάλλουσι· νέοι μὲν γὰρ ὄντες μετ' ἀλλήλων, θήλεα φύουσι· πρεσβύτεροι δὲ, ἄῤῥενα· τοῖς δὲ καὶ ἐπὶ τούτων συμβαίνει τοὐναντίον.

Secundùm ætatem quoque mutantur: iuuenes cùm ſunt iuncti, fæmellas generant: ſeniores, maſculos: aliis contrà euenit.

CAESAR.

AB ætate: & ratio eſt, quoniam dilutiore & molliore ſunt iuuentute: igitur acuitur ſuccus prouectiore calore.

Μετ' ἀλλήλων, inter ſe iuncti.

LXXI. ARISTOTELES.

Καὶ ἐπὶ τῆς φυτεύειν δὲ ὅλως τὸ αὐτό· νέοις μὲν οὖσιν, οὐδὲν γίνεται, πρεσβυτέροις δέ. οἱ δὲ, τὸ πρῶτον, ὕστερον δὲ φυτεύουσιν οὐδέν.

Atque in totum quod pertinet ad generandum, idem fit, vt iuuenes non: ſenes generent: alij primùm: poſt non procreent.

CAESAR.

SVprà de ſpecie generationis. Nunc de toto: & ratio eſt abundantia nimia ſeminis, aut defectus, aut mala qualitas.

LXXII.

LXXII. ARISTOTELES.

Εἰσὶ δὲ καὶ τῶν γυναικῶν τινες, αἳ μόλις μὲν συλλαμβάνουσιν, ἐὰν δὲ συλλάβωσιν, ἐκφέρουσιν· αἱ δὲ, τοὐναντίον, συλλαμβάνουσι μὲν ῥᾳδίως, οὐ δύνανται δὲ ἐκφέρειν.

Sunt etiam mulieres quæ vix concipiunt. At ſi concipiant perlatum pariant. Aliæ contrà facilè concipiunt, ſed perferre nequeunt.

CAESAR.

SVPRA de coniunctionis affectionibus. Nunc de altera tantùm parte. Ratio eſt. Quæ vix concipiunt & benè perferunt, ſunt, quarum matrix contumacior. Itaque ſi ſemel exceperit atque continuerit, eadem contumacia perſeuerat: contrà matrix, quæ faciliùs ſe conſtringit, faciliùs etiam aperitur.

Ἐκφέρειν, verbum eſt prægnans atque inimitabile nobis: *efferre* enim aliud eſt. Theodorum etiam vexauit: primò dixit, *perficiunt atque edunt*: poſteà dixit, *ſeruare*: infeliciter, & *perferre* potiùs, quam *perficere*, debuit. Neque enim ipſæ faciunt fœtum, ſed ferunt.

LXXIII. ARISTOTELES.

Εἰσὶ δὲ καὶ ἄνδρες θηλυγόνοι, καὶ γυναῖκες ἀῤῥενογόνοι· οἷον καὶ κατὰ τὸν Ἡρακλέους μυθολογεῖται, ὃς ἐν δύο καὶ ἑβδομήκοντα τέκνοις θυγατέρα μίαν ἐγέννησεν.

Sunt verò & viri qui fœmellas generent, fœminæ quæ mares. Sicut & de Hercule fabulis proditum eſt, qui in duobus & ſeptuaginta liberis, filiam vnam genuit.

CAESAR.

EST alia hiſtoria à ſuperiori. Nam ibi coniuncti quidam fœmellas & maſculos generabant: diſiuncti atque aliis copulati contrà. Hi ſemper tales ſunt: & addidit, mirum, in narratione. Nanque veroſimilius fœmellas à fœmina, mares à maribus procreari: ſed quare mares, aut fœminæ generentur, copiosè & doctè, vt ſemper diſputatum eſt à Philoſopho in quarti principio de *Generatione animalium*. Diſtorſit verò orationem. Nam cùm dixiſſet mares eſſe θηλυγόνους, exemplum contrarium appoſuit de Hercule. Nam is fuit ἀῤῥενογόνος. Itaque τὸ οἷον, non refert rem eodem modo, ſed contrario. Hercules autem ſeptuaginta liberorum pater fuiſſe traditur. Higinus tamen viginti quatuor tantùm refert: inter quos duodecim ex duodecim filiabus Theſpij Theutrantis filij numerantur: quanuis alij quinquaginta ex totidem virginibus quas vna nocte mulieres fecit, dicant.

Κατὰ Ἡρακλέους, philoſophicè locutus eſt. Nam oratores aliter: κατ' Ἀνδροτίωνος contra: ſed κατὰ de, vnde κατηγορήματα. Theodorus addidit, *tantummodo*.

LXXIV. ARISTOTELES.

Αἱ δὲ μὴ δυνάμεναι συλλαμβάνειν, ἐὰν ἢ διὰ θεραπείαν συλλάβωσιν, ἢ δι' ἄλλην τινὰ σύμπτωσιν, ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ θηλυτοκοῦσι μᾶλλον, ἢ ἀῤῥενοτοκοῦσι.

Quæ concipere nequeunt, ſi qua cura adhibita, aut quo alio caſu concipiant, ferè fœmellam pariunt potiùs, quàm marem.

CAESAR.

AB euentu ad euentum ducit orationem: pariunt autem imperfectiora: quoniam naturæ leges extortæ ſunt. Neque enim ars æquatur naturæ, aut æquat.

Διὰ θεραπείαν ἢ διὰ σύμπτωσιν: effectum, curæ & caſus intelligit: ſed putà calefactionem, aut exiccationem. Sed curam conſultò, caſum fortuitò.

LXXV. ARISTOTELES.

Πολλοῖς δὲ συμβαίνει καὶ τῶν ἀνδρῶν, δυναμένοις γεννᾶν, ὕστερον μὴ δύνασθαι, καὶ πάλιν καθίστασθαι εἰς τὸ αὐτό.

Pleriſque quoque viris euenit, cùm poſſent procreare, poſteà vt ne poſſent: atque iterum vt reſtituerentur ad idipſum.

C AE S A R.

MVtationem ſuprà in contrarium poſuit. Nunc etiam contrarij in ſtatum priſtinum.

Καθίσαϛ, *conſtitui, reſtitui.* Theodorus, *facultatem recipiant generandi*, τὸ αὐτὸ γεννᾷν.

CAPVT NONVM,

De ſimilitudine fœtuum cum parentibus, & inter ſe.

LXXVI. ARISTOTELES.

Γίνονται δὲ καὶ ἐξ ἀναπήρων ἀνάπηροι· οἷον ἐκ χωλῶν χωλοὶ, καὶ τυφλῶν τυφλοὶ, καὶ ὅλως τὰ παρὰ φύσιν ἐοικότες πολλάκις, καὶ σημεῖα ἔχοντες συγγενῆ, οἷον φύματα καὶ οὐλάς.

Generantur etiam ex mancis manci, vt claudi ex claudis, ex cæcis cæci. In ſumma ſæpe etiam ſimiles iis quoque rebus, quæ præter naturam ſunt, & notis cognatis inſignes: qualia ſunt tubera & cicatrices.

C AE S A R.

NVNC ponit affectus generationum: de quibus alio inſtituto alibi quoque ſcribit. Nam in octauodecimo Capite primi libri de *Generatione animalium*, vbi negat ſemen à toto corpore decidi, capit pro argumento: quoniam manci ex mancis, & manci ex integris, & integri ex mancis procreantur. Priùs igitur de ſimilitudine fœtuum cum parentibus: poſteriùs fœtuum inter ſe. Sic enim rectè procedit cùm comparat priùs effectum cum cauſſis, quàm effectus inter ſe. Similitudinem autem accipere & à ſubſtantia: cùm dixit, mancos è mancis: & à quantitate ſequente illam, & à qualitatibus tam naturalibus, quàm præter naturam, vt de cicatrice narrabit.

Ἀνάπηροι, Theodorus *læſi*: non explet ſignificationem: *manci* nos diximus ſed neque omnino explet: à manibus enim manci ſunt: potiùs mutilati membris, defectuoſi.

Ὅλως Theodorus, *denique* rectiſſimè: ſignificat, *in ſumma*. Idem φύματα, *verrucas*, & οὐλὰς *næuos*: propterea quòd erant συγγενῆ. Nam tubera non poſſunt eſſe longæua in cognationibus neque cicatrices, ſed verrucæ, cuiuſmodi habemus nos è patre ſub oculo læuo. Celſus videtur pro eadem re accipere: cùm dixit: *vbi ætas paulùm proceſſit, ſtruma, verrucarum quædam genera dolentia, & plura alia tubercula oriuntur.* Quo factum eſt vt *tubera* dixerimus nos, quanuis *verrucas*, vt Theodorus, etiam laudemus. Certe eas φύματα Hippocrates vocat. Οὐλὴ propriè non eſt næuus: quanquam neque cicatricem hîc rectè ſonare putem: niſi cicatricem accipiamus pro quacunque macula & ἢ κηλὶς συμπεφυκυῖα, quæ verè næuus dici poteſt. Theodorus quoque tranſtulit huc illa τῶν τοιούτων τι, aut potiùs repetiit fruſtra.

LXXVII. ARISTOTELES.

Ἤδη δὲ ἀπέδωκε τῶν τοιούτων τι καὶ διὰ τριῶν· οἷον, ἔχοντός τινος στίγμα ἐν τῷ βραχίονι, ὁ μὲν υἱὸς οὐκ ἐγένετο, ὁ δὲ υἱιδοῦς, ἔχων ἐν τῷ αὐτῷ τόπῳ συγκεχυμένον μέλαν.

Iam verò tale quiddam repræſentatum eſt etiam tertia generatione. Cùm enim haberet quidam in brachio punctum, eius filius non habuit: ſed nepos eodem in loco atrum confuſum.

C Æ S A R.

COnfirmat hiſtoria propoſitionem: atque auget ſententiam cùm dicit: non ſolùm ſuccedere ſeriatim, ſed etiam intermiſſa repræſentari.

Ἀπέδωκε *reddidit*, id eſt redditum eſt, relatum, reſtitutum: ſic mox ἀποδίδωσι καὶ διὰ πλειόνων.

Διὰ τριῶν. τὸ, διὰ, tenorem continuatæ naturæ dicit: ὁ μὲν υἱὸς οὐκ ἐγένετο, ſcilicet ἔχων μέλαν στίγμα: confuſum, οὐκ ὡρισμένον.

LXXVIII.

LXXVIII. ARISTOTELES.

Ὀλίγα μὲν οὖν γίνεται τὰ τοιαῦτα· τὰ δὲ πλεῖστα οὐ γίνεται, ἀλλὰ ὁλόκληρα ἐκ κολοβῶν, καὶ οὐδὲν ἀποτέτακται τούτων.

Pauca autem ad hunc modum fiunt: haud enim ferè eueniunt: ſed integra è mancis: & nihil horum certo ordine ſtatutum eſt.

CÆSAR.

NVnc præſcribit leges: aitque rarò euenire. Nec vlla conſtitutione firma eſſe, ſed variare.

Ὁλόκληρα: quæ ſuam totius vniuerſitatem ſortita ſunt.

Οὐδὲν ἀποτέτακται. Theodorus inuertit hîc omnia: τὰ δὲ πλεῖστα οὐ γίνεται: *& ſæpiſſimè ita agitur:* imo non agitur, ſed ὀλίγα γίνεται: ſuo autem more, etiam verbo, *agitur* abuſus eſt.

LXXIX. ARISTOTELES.

Καὶ ἐοικότες δὲ τοῖς γεννήσασιν, ἢ τοῖς ἄνωθεν γονεῦσιν, ὁτὲ δὲ οὐδὲν οὐδενί. ἀποδιδόασι δὲ καὶ διὰ πλειόνων γενῶν, οἷον ἐν Σικελίᾳ ἡ τῷ Αἰθίοπι μοιχευθεῖσα. οὐ μὲν γὰρ θυγάτηρ, ἐγένετο οὐκ αἰθίοψ, τὸ δὲ ἐκ ταύτης.

Similes quoque vel parentibus, vel etiam auis: interdum autem nullis quicquam. Referuntur autem etiam per multas generationes. Quemadmodum eius quæ in Sicilia cum Aethiope concubuerat, filia non fuit nigra, ſed huius natus.

CAESAR.

ALIA hiſtoria repetit, & τὸ διὰ γενῶν, dicit διὰ πλειόνων. Sic etiam in primo de *Cœlo*, vocat πάντα τὰ τρία.

Τοῖς γεννήσασιν ἢ τοῖς ἄνωθεν γονεῦσιν: feſtiua oratio, aut parentibus proximè, aut ſuperioribus. Theodorus cùm dixit, *auis*, addidit, *maioribus*.

Οὐδὲν οὐδενί. τὸ, οὐδενί, vtrunque excludit: τὸ, οὐδὲν, totam ſimilitudinem. Theodorus omiſit, τὸ, οὐδενί, malè.

Γενῶν: *proſapiam*, Theodorus verbo vetuſto & bono rectè interpretatus eſt.

Οἷον ἐν Σικελίᾳ. Durus ſermo. Nam is rectus nullum verbum habet: ſed & in primo de *Generatione animalium*, Cap. octauo decimo, ait non in Sicilia, ſed in Helide factum: οἷον, ait, καὶ ἐν Ἤλιδι ἡ τῷ Αἰθίοπι συγγενομένη, οὐ γὰρ ἡ θυγάτηρ ἐγένετο ἀλλ' ἐκ ταύτης αἰθίοψ. Niſi Achelous ſubterraneo curſu detulit ex Helide hiſtoriam in Siciliam.

Οὐκ αἰθίοψ: nunc non gentem ſignificat ſed colorem: vnde etiam gens ipſa dicta, αἰθόμενος τὰ ὦπα.

Τὸ δ' ἐκ ταύτης: mas: ſic enim alibi: ἀλλ' ὁ ἐκ ταύτης, vt mas marem potiùs repræſentârit. Theodorus luxuriatus eſt, *in auum Aethiopem regenerauit*: & verbo, *regenerauit*, abuſus eſt.

LXXX. ARISTOTELES.

Καὶ ὡς μὲν ἐπιτοπολὺ τὰ θήλεα ἔοικε τῇ μητρὶ μᾶλλον, τὰ δ' ἄρρενα τῷ πατρί. γίνεται δὲ καὶ τοὐναντίον, τὰ μὲν θήλεα τῷ πατρὶ, τὰ δ' ἄρρενα τῇ μητρί.

Ferè autem fœmellæ matri potiùs, mares patri ſunt ſimiles. At etiam contrà euenit: vt patrem fœmellæ, maſculi matrem referant.

CÆSAR.

QVaſi cauſſa eſt, quare nepos auum, potius quàm filia patrem repræſentârit: ratio autem, quia propior eſt materia, & τὰ σύμβολα.

Poſtquam dixit τοὐναντίον: græciſſatus eſt: additis quaſi commentariis rei abſtruſæ.

LXXXI. ARISTOTELES.

Καὶ κατὰ μέρη δὲ γίνονται ἐοικότα ἄλλα μέρη ἑκατέροις.

Partibus quoque aliis, atque aliis vtroſque repræſentant.

C AE S A R.

SIMIRVM ſi vtrinque materia eſt in vnum confuſa, etiam ſimilitudines vtrinque ſint. Premit autem locus hic valde Ariſtotelem negantem à matre ſemen, in fœtus ingredi conſtitutionem: ſi enim nihil adfert formæ, ſed materiam tantùm, materia obediet ſemper formæ. Ergo ſemper patri ſimilis erit.

Ἄλλα μέρη ἑκατέρων, id eſt, ἄλλα ἑτέρου, ἄλλα ἑτέρου ἑκάς: & eſt expoſitio τοῦ κατὰ μέρη: ſcilicet κατὰ ἄλλα τοῦ δέ: καὶ ἄλλα τὸ δέ.

LXXXII. ARISTOTELES.

Τὰ δὲ δίδυμα ἤδη μὲν ἐγένετο καὶ οὐκ ἐοικότα ἀλλήλοις, τὰ δὲ πλεῖστα καὶ ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ ἐοικότα· ἐπεὶ μετὰ τὸν τόκον τῆς ἑβδομαίας συγγινομένη καὶ συλλαβοῦσα, ἔτεκε τὸ ὕστερον τῷ προτέρῳ ἐοικὸς, ὥσπερ δίδυμον.

Olim etiam gemelli nati ſunt inter ſe diſſimiles. Quanquam plurimi ac ferè ſimiles ſunt. Nam cùm peperiſſet quædam, ſeptimóque poſt die & coiſſet & concepiſſet: peperit poſteriorem priori ſimilem, quaſi gemellum.

C AE S A R.

ALTERA Capitis pars: de comparatione fœtuum inter ſe: gemellos ſimiles eſſe ferè: & probat à minori. Nā ſi anno poſt natus maiuſculo fratri adeò fuit ſimilis quaſi ſi eſſet geminus, multo faciliùs qui vno concepti ſunt concubitu ſimiles ſint. Quippe vna materia: vnóque naturæ opere, non tempore, aut alio diſtractæ caſu.

Πλεῖστα καὶ ὡς ἐπὶ τὸ πολύ: quid? plúſne eſt, ὡς ἐπὶ τὸ πολύ, quàm πλεῖστα? Sic Theodorus, *plurimi magna ex parte*: imò & plurimi, & ſæpiſſimè.

Ἑβδομαία: quaſi è reliquiis ſuperioris: quaſi verò non etiam biennio poſt nati, & triennio non æquent formam ſeniorum fratrum. Vidimus enim nos quinquennio minorem, adeò retuliſſe maiorem natu, vt alterutro abſente, etiam parentes interdum vter eſſet præſens ignorarent. Illa verò verba συγγινομένη καὶ συλλαβοῦσα, otioſa copia ſunt.

Τὸ ὕστερον τῷ προτέρῳ: Atticiſmus, vt Virgilius, *ſéque nouo veterum deceptum errore locorum.*

LXXXIII. ARISTOTELES.

Εἰσὶ δὲ καὶ γυναῖκες ἐοικότα αὑταῖς γεννῶσαι, αἱ δὲ, τῷ ἀνδρὶ, ὥσπερ ἡ ἐν Φαρσάλῳ ἵππος ἡ Δικαία καλουμένη.

Sunt etiam mulieres quæ ſibi, aliæ quæ patri ſimiles generent. Qualis in Pharſalia equa, quæ Iuſta *nominabatur.*

C AE S A R.

REPETIT priorem partem ſimilitudinis fœtuum cum parentibus. Atque certa lege diſpoſitam naturam quarundam, non varia. Ponit exemplum equæ pro altera parte quæ patri ſimilem fecit. Icciro Iuſtæ cognomen acceperat equa: propterea quòd quaſi redderet patri ſobolem quam de eo accepiſſet. Debile ſanè exemplum: cùm paſſim in brutis id contingat. At in muliere id quoque ſæpiſſimè fieri quotidianis exemplis patet. Quinimo & in adulteris mirum: vt in Iulia Auguſti quæ Agrippæ marito natos ſimiles edebat: cùm alieni & nothi tamen putarentur: quam ſuſpicionem lepido tamen tegebat cauillo: *ſe non tollere niſi naui plena vectorem*, dicens.

Theodorus addidit de ſuo illa. *Naturæ ratione*: neſcio quo conſilio: omnia enim naturæ ratione fiunt naturalia: & ἀνδρὶ, *marito*, dixit, malè. Non enim omnes ſunt mariti. Videretur ergo Philoſophus aſtringere naturam legibus ciuilibus, vt extra matrimonium filij non naſcerentur. At addidit ipſe *naturæ ratione*.

CAPVT

CAPVT DECIMVM,

De Appulſu ſeminis, eiúſque concretione: de ſecundis: de ſitu fœtus in vtero: de eius exitu: de eius excrementis: de vmbilico & venis.

LXXXIV. ARISTOTELES.

Ἐν δὲ τῇ τοῦ σπέρματος ἐξόδῳ πρῶτον μὲν ἡγεῖται πνεῦμα· δηλοῖ δὲ ἡ ἔξοδος, ὅτι γίνεται ὑπὸ πνεύματος· οὐδὲν γὰρ ῥιπτεῖται πόῤῥω ἄνευ βίας πνευματικῆς.

IN ſeminis exitu, primùm ſpiritus antecedit: oſtendit autem exitus ipſe quòd fiat à ſpiritu. Nihil enim procul iacitur ſine vi ſpirituali.

CAESAR.

REDIT nunc ad cauſſas & primordia infantis in vtero: agitque de concretione: de ſecundis: quomodo trahat alimentum: de ſitu eius in vtero: de exitus modo: de excrementis: de vmbilico ac venis. Quare vnico Capite hæc coniunximus, non vt Theodorus duobus. Dixit igitur exire ſemen ſpiritus impulſu: & probat propterea quòd nihil porrò iacitur niſi ſpiritus vi. Sed ſanè & probatio ipſa eget perſcrutatione & probandi modo. Vtrunque igitur videamus: ſic enim probat. Antecedit ſpiritus ſemen. Ergo ſemen à ſpiritu impellitur. Impellitur enim quod antecedit, vt potiùs ſpiritus à ſemine impelli videatur: voluit dicere & antecedere & concitari, & ſequi. Efferueſcit enim in vaſis obuolutis teſtibus ſemen: id quod vidimus: mouentur enim teſtes ipſi excitati à ſpiritu qui mouetur. Itaque etiam ſine coïtu interdum exit. Quod autem à ſpiritu expellatur manifeſtum ex eo fit, quòd aſcendit. Inferior enim eſt ἀναδίπλωσις illa, quàm tubulus veretri. Nam vi muſculorum non exprimitur. Neque enim vaſa illa motum eiuſmodi habent. Hoc ita ſit ſolutum. An verò omne quod iacitur, vi ſpiritus iacitur, in quinto *Phyſicorum* exactè diſputatum eſt. Cùm enim Philoſophus diceret omne motum tangi à mouẽte: dubitatum eſt de ſagitta & lapide. Quam diſputationem quoque cùm in *viceſima octaua exercitatione ad Cardanum*, diligenter executi ſimus, hîc non repetemus. Putamus enim ibi à nobis ſtudioſis hac in tam difficili quæſtione ſatisfactum.

Dixit πρῶτον: quia non ſatis eſt ἡγεῖται: ſed etiam aliquanto ante.

Δηλοῖ δὲ ἡ ἔξοδος: ipſe ſibi exitus indicio eſt, ὅτι γίνεται, ſcilicet exitus fit à ſpiritu. Theodorus malè diſtorſit: agi de ſemine non de exitu dixit: & dixit *cum ſpiritu*, non *à ſpiritu*. At præpoſitio, *cum*, poteſt dicere concitatum, non etiam effectionem. Nam etiam ſpiritus exit cum ſemine: ἀλλ' οὐχ ὑπ' αὐτοῦ: & malè concinnauit ipſo exitu cum ſpiritu: in ſexto caſu omnia: at Philoſophus in recto ἔξοδος.

Dixit πόῤῥω, id eſt ab eo vnde iacitur. Ne intelligeremus caſum potiùs, quàm iactum. Nam quiuis iactus, & quantumuis etiam minimus eodem fit modo quo maximus. Quod ſi minimus eget, vt ipſe vult, ſpiritu: quanto magis ὁ πόῤῥω. Iccireo addidit βίας: non ſolùm ὑπὸ πνεύματος, ſed etiam ὑπὸ βίας.

LXXXV. ARISTOTELES.

Ὅταν δὲ λάβηται τὸ σπέρμα ἡ ὑστέρα καὶ ἐγχρονισθῇ, ὑμὴν περιΐσταται. φαίνεται γὰρ, ὅταν πρὶν διαρθρωθῆναι ἐξέλθῃ, οἷον ᾠὸν ἐν ὑμένι περιεχόμενον, ἀφαιρεθέντος τοῦ ὀστράκου· ὁ δ' ὑμὴν, φλεβῶν μεστός.

EXceptum ab vtero ſemen, vbi immoratum fuerit, membrana obducitur. Si enim priùs exeat, quàm dearticuletur, videtur quaſi ouum membrana obtectum, cui putamen detractum ſit. Membrana autem illa venarum plena eſt.

C AE S A R.

NVNC primùm ſeminis transformationem tractat: membranæ creationem & venarum: hoc etiam ab Hippocrate narratum eſt. Sed peſſima adducta ratio: à calore matricis membranam illam fieri: ſicut cruſtam in fumo & in Sole: imò verò à vi formatiua fit: nempe etiam venæ intertextæ ſunt.

Λάβῃ) τὸ σώδυμα: lege, τὸ σπέρμα. Theodorus *inſinuatum* rectè: ſed non expreſſit vim verbi Philoſophi: qui vbique dicit ſemen in veſtibulum iactum, trahi à matrice. Ergo hìc quoque id dicit, excipi & trahi, non autem à ſeipſo inſinuatum.

Καὶ ἐγχρονισθῇ: *diu permanſerit* Theodorus, non benè: ἐγχρονίζειν non eſt diu permanere: ſed ἐν χρόνῳ aliquantiſper: putà diem integrum: vult dicere μὴ εὐθὺς ἐξέλθῃ.

Διαρθρωθῆναι, *diſcernatur*. Theodorus, minùs aptè: nam diſcretum ipſum eſt ab aliis rebus quæ ipſum attingunt: ſed in artus ac partes digeratur.

Περιεχόμενον. Theodorus, *contectum*: malè: nam & teſtudo contecta eſt, tamen non περιέχε), & ſecutus eſt Græciſmum infeliciter: ἐν ὑμένι περιεχόμενον. Nam præpoſitio illa indiguit interpretatione: quippe nauta in ſcalmo eſt, at non περιέχε): adhuc detracto ſemiſſe putaminis, ouum in putamine eſt: at non περιέχε): icircò ſic locutus eſt Philoſophus. Theodorus autem cùm dixit, *in ſua membrana*, non expreſſit abſolutiùs modum τοῦ ἐν ᾧ ἐστί.

Ἀφαιρεθέντος τοῦ ὀστράκου: nõ quod aliter ſit cùm habet putamen, atque aliter cùm ipſum habet: ſed dicere voluit, ſemen non habere, τὸ ὄστρακον.

Μεστός. Theodorus *referta* malè: neque enim farcta eſt venis, ſed intertexta: refertum enim eſt à farcio. Nemo dicat caput noſtrum eſſe farctum venis, neque membranam: ſed venas refertas ſanguine rectè. Intereſt vacui refertum eſſe, intereſt pleni, farcire.

LXXXVI. ARISTOTELES.

Πάντα δὲ καὶ πλωτὰ, καὶ πεζὰ, καὶ πτηνὰ, εἴτε ζωοτοκεῖται ἢ ᾠοτοκεῖται, ὁμοίως γίνεται· πλὴν τὸν ὀμφαλὸν τὰ μὲν πρὸς τὴν ὑστέραν ἔχει τὰ ζωοτοκούμενα· τὰ δὲ, πρὸς τὸ ᾠὸν τὰ δ', ἀμφοτέρως, οἷον ἐπί τι γένος τῶν ἰχθύων. καὶ τὰ μὲν περιέχουσιν ὑμένες, τὰ δὲ, χορίῳ περιέχε)· καὶ πρῶτον μὲν τῷ ἐσχάτῳ χορίῳ ἐντὸς γίνε) τὸ ζῶον· εἶθ' ὑμὴν περὶ τοῦτον ἄλλος, ὁ μὲν πλεῖστον προσπεφυκὼς τῇ μήτρᾳ, τῇ δ' ἀφεστὼς καὶ ὕδωρ ἔχων. μεταξὺ δὲ ἡ ὑγρότης ὑδατώδης, καὶ ἰχωρώδης ἢ αἱματώδης, ὁ καλούμενος ὑπὸ τῶν γυναικῶν πρότοχος.

Omnia animalia, tã natatilia, quàm quæ humo ſola, aut volatu mouentur, quæq́ animalis, quæq́ oui principiis promouerunt, ſimili modo generantur. Niſi quod, quæ animalis forma eduntur appoſitum vteris habent vmbilicum: illa autem ad ouum: alia autem vtroq́ modo, veluti in piſcium quodam genere. Et in aliquibus membrana quaſi quadam obtinent, in aliis autem, ambiuntur ſecundis. Ac primùm quidem intra intimas ſecundas generatur animal. Deinde circum has membrana altera, cuius maxima pars hæret matrici: parte cætera abſiſtens & aquam continens. Inter eas autem humor aquoſus, ſanioſus, cruentus, quæ à mulieribus, primitiæ *appellantur.*

C Æ S A R.

PONIT nunc communem proportionem generationis animalium: & ponit differentiam ab vmbilico, & à membranis vel ſecundis. Agnoſcit autem duas ſecundas: vnam intimam, in qua fœtus, alteram in qua illa: hæc exterior plurima ſui parte hæret matrici: reliqua parte ſeiuncta eſt, vt aquoſum humorem contineat. Is eſt humor quem dicebat in maribus atriorem, in fœmellis cruentum. Fœminæ Aquitanicæ, *aquas*, vocant. Galenus verò tres agnoſcit membranas. Nam in ea laxitate vnam notauit oblongam quam vocat ἀλλαντοειδῆ. Aliæ duæ, χορίον propior matrici quæ & ſecundina à nobis dicitur: alia qua fœtus obuoluitur quia tenuis, & delicata ἀμνίος appellatur.

Ὠοτοκεῖ), paſſiuè Philoſophus poſuit, mirè admodum: nos ſimpliciter, *quæq́ animal, quæq́ ouum pariunt*, poteramus dicere: ſed neceſſariò quid addendum erat. Theodorus *formam*: nos principia.

Tà

Τὰ δὲ πρὸς τῷ ᾠῷ: oui ſcilicet membranæ: vt ſuprà dixit. Quoniam ouum extrà vterum iam eſt.

Τὰ μὲν περιέχουσιν οἷον ὑμένες: paſſiuè cum verbo actiuo: & mox τὰ δὲ περιέχονται: cum verbo paſſiuo. Dixit οἷον, quoniam non funguntur membranarum officio tantùm, ſed etiam matricis illæ ouorum membranæ.

Τὰ δ᾽ ἀμφότερα. Intelligit τὰ σπλάγχνα. Quoniam adhuc oua intus ſunt: non nominauit autem, ſed communi voce notauit cùm dixit ἐπὶ γένους: quoniam non omnia σπλάγχνα intrà ſe excludunt: non enim rana.

Πρῶτον μὲν τὸ ἔσχατον: alluſio eſt per contraria: primum in vltimo: dixit primum quoniam nobiliſſima eſt pars propter quam cætera fiunt. Neque ſignificat tempus: nam membrana exterior prima fit, vt diximus. Dixit ἔσχατον: quoniam remotior eſt ab oculis: & appellauit hoc χορίον: alteram autem membranam nomine communiore.

Ἡ ὑστάτης. Τὸ, ἡ, declarat τὸ ὕδωρ: & poſuit tria, ὑδατώδης, ἰχωροειδής, αἱματώδης. Ἐπεξηγητικός, enim eſt. Theodorus omiſit ἰχωροειδής.

Πρόφορος: quoniam primum omnium exit irrumpítque magno impetu: *proliferum* Theodorus rectè: nos *primitias*: hoc enim eſt προφορά: atque inde duxere mulieres appellationem à donarijs.

LXXXVII. ARISTOTELES.

Αὐξάνεται τὰ ζῷα πάντα, ὅσα ἔχει ὀμφαλόν, διὰ τοῦ ὀμφαλοῦ.

Creſcunt omnia animalia per vmbilicum: quæ ſcilicet vmbilicum habent.

CÆSAR.

Narratis partibus, earum officia explicat. Hæc igitur pars non fuit à ſuperioribus ſeparanda, vt fecit Theodorus.

Αὐξάνεται: poſuit quod ſequitur pro eo quod præcedit: voluit dicere aluntur, alimentum capiunt. Dixit autem quibus eſt vmbilicus: ergo etiam ſunt quæ carent vmbilico: ſcilicet quæ è vermiculo fiunt: totus enim, totum fit.

LXXXVIII. ARISTOTELES.

Ὁ δ᾽ ὀμφαλός, ὅσα μὲν κοτυληδόνας ἔχει, πρὸς τῇ κοτυληδόνι προσπέφυκεν· ὅσα δὲ λείαν ἔχει τὴν ὑστέραν, πρὸς τῇ ὑστέρᾳ ἐπὶ φλεβός.

Is vbi acceptabula ſunt, ad ſitum illis eſt: at ſi læues ſunt matrices ipſis ſuper venam aptus eſt.

CÆSAR.

Ponit differentiam matricum, & ſitus vmbilici: ſcilicet proportionem venæ ad acceptabula: & nota κοτυληδόνας: & mox τῇ κοτυληδόνι: quoniam vnus vmbilicus vni hæret: & ſi plures ſint, ſuo quiſque acceptabulo.

Προσπέφυκεν: non ſatis eſt dicere *adhæret*, vt Theodorus: ſed affixum ad ſitum tanquam hirudo.

Ἐπὶ φλεβός. Non ſolùm πρὸς τῇ ὑστέρᾳ ſed etiam ἐπὶ φλεβός. Itaque *venam ſubiectam* dixit Theodorus: ſed non expreſſit coaptionem vmbilici cum vena.

LXXXIX. ARISTOTELES.

Σχῆμα δὲ ἔχει ἐν τῇ ὑστέρᾳ, τὰ μὲν τετράποδα, πάντα ἐκτεταμένα· καὶ τὰ ἄποδα, πλάγια, οἷον ἰχθύς· τὰ δὲ δίποδα, συγκεκαμμένα, οἷον ὄρνις καὶ ἄνθρωπος, συγκεκαμμένος· καὶ ῥῖνα μὲν μεταξὺ τῶν γονάτων ἔχουσιν, ὀφθαλμοὺς δ᾽ ἐπὶ τοῖς γόνασιν, ὦτα δὲ ἐκτός.

Situs in vtero quadrupedum omnium extenſus eſt. Eorum quæ pedibus carent obliquus, vt piſcium: bipedum contractus, vt auis & hominis. Nares inter genua habent, oculos ſuper genibus, aures extra.

C Æ S A R.

SITVS declarat differentias. Et non ponit rationem: quæ tamen vna omnium eſt, vt quàm minimum loci occupent: itaque ſecundùm plicaturas natura inſtituit. Quadrupedes neceſſariò extenſæ cubant. Quoniam plicaturæ pedum ſubiectæ ſunt: piſces curui: vt ſint in ouo orbiculares. Quæ eſt cauſſa: vt etſi dorſo elato, ventre imo ſunt, ita vt vtrinque partes æquales eſſe debere videntur: tamen differant: dextera enim planior eſt: & in ouo curuantur in ſiniſtram qui lati nõ ſunt: lati autem in ventrem. Sic & homo plicatur contractione. Quoniam cubitos in femora recondit: brachia ſecundùm coxas: crura ſub coxis: oculos ad genua. Eadem eſt auium proportio.

Σχῆμα *figuram*: *ſitum* Theodorus optimè. Nos quoque: ſitus enim eſt poſitio partium in loco.

Differt πλάγιον ἀπὸ συγκεκαμμένου: propter σύν. Nam omne καμφθὲν πλάγιον eſt. At Theodorus πλάγιον *obliquum* dixit: rectè: ſed multa ſunt obliqua quæ curua vno tenore non ſunt: ſed multiplici curuitate, vt ſerpens cùm repit. At συγκεκαμμένον, vt aptè verteret multum laborauit, *inflexus*, *contractúſque*, quoniam κάμπτειν eſt *flectere*. Συγκεκυφὼς etiam poſſis: & fortaſſe ſignificatiùs.

Ὦτα δ' ἐκτὸς: quoniam genua inter ſe hærent: vt, quemadmodum diximus, minimum capiant loci.

XC. ARISTOTELES.

Ἔχει δ' ὁμοίως πάντα τὰ ζῶα τὴν κεφαλὴν ἄνω τὸ πρῶτον· αὐξανόμενα δὲ, καὶ πρὸς τὴν ἔξοδον ὁρμῶντα, κάτω περιάγεται. καὶ ἡ γένεσις ἐστὶν ἡ κατὰ φύσιν, πᾶσιν ἐπὶ κεφαλήν· συγκεκαμμένα δὲ καὶ ἐπὶ πόδας γίνεται παρὰ φύσιν.

Similiter etiam omnia animalia caput primùm supernè habent. Aucta autem & exiturientia deorſum obuertuntur. Natura enim ſuaptè omnia in caput exeunt: obliqua autem, aut in pedes præter naturam.

C AE S A R.

NVNC ponit in quo conueniant: vnum modum narrat naturalem prodeundi in caput. Duos præter naturam: obliquè, & in pedes: ac obliquè quidem qui exeunt pauci ſuperſunt. Et parientes magno in periculo verſantur. Primogenitus noſter Siluius ſic exijt: in pedes autem multi viuunt. *Agrippæ* à veteribus Romanis dicti: quoniam ægrè parerentur. Duo prætereà ex liberis noſtris ſic editi.

Συγκεκαμμένα: alio modo eſt quàm ſuprà: nempe πλάγια. Nates enim prodeunt primæ. Deinde dorſum & coxæ ſimul: pedes & brachia. Theodorus, malè: *corpore circumacto*: imò qui naturaliter exeunt, exeunt corpore circumacto.

Ὁρμῶντα: *incitata*. Theodorus *appetunt*, rectiſſimè.

Περιάγεται. Theodorus, *deducitur*, rectè: ſed non expreſſit τὸ περί. Nam etiam ſi extenſus ſit fœtus, quod ſæpè euenit, caput deorſum deductum eſt: ſed non eſt circumactum, quaſi rotæ radius. Nos *obuertitur*: *ob* enim eſt, τὸ, περὶ: *obuertunt pelago proras.*

XCI. ARISTOTELES.

Τὰ δὲ τῶν τετραπόδων, ἔχει καὶ περιττώματα, ὅταν ἤδη τέλεια ᾖ, καὶ ὑγρὸν, καὶ σφυράδας· τὰς μὲν, ἐν τῷ ἐσχάτῳ τοῦ ἐντέρου· ἐν δὲ τῇ κύστει, οὖρον.

Quadrupedum fœtus cùm ſunt abſoluti, etiam tũ excrementa habent, tùm liquida, tùm ſtercora. Hæc in poſtrema inteſtini parte: in veſica autẽ vrinã.

C AE S A R.

AFFECTVM narrat quadrupedum. In communi dixit περιττώματα: duas deinde ſpecies liquidi, & duri: tum vtriuſque loca.

Σφυράδες ſunt ſtercora pecorum ex Ariſtophane: nam σφυρῶν appellatione globoſas res & capitatas nominabant. Itaque etiam malleum, & extuberantia oſſa imæ tibiæ. Σφυρίζαι verbum eſt apud Plutarchum in libro de *Communibus motionibus*. Nota mutationem orationis.

Τὰς μὲν: non dixit τὰς δὲ: ſed ἐν δὲ τῇ: permutauit cum re locum. Sicut etiam cùm res narraret, alteram communi voce dixit ὑγρὸν: alteram autem propria ſpecie σφυράδας. Cum autem loca aſſignauit, communem notam poſuit reſpondentẽ propriæ ſpeciei: ſcilicet τὰς μὲν: reſpondet τῇ σφυράσι: communi enim nomini, ſcilicet τῷ, ὑγρὸν, reddit proprium, τὸ ὕδωρ.

XCII. ARISTOTELES.

Τοῖς δ' ἔχουσι κοτυληδόνας ἐν τῇ μήτρᾳ τῶν ζῴων, ἀεὶ ἐλάττους γίνονται αἱ κοτυληδόνες, αὐξανομένου τοῦ ἐμβρύου, καὶ τέλος ἀφανίζονται.

Qvæ animalia in matrice habent acceptabula, illis hæc decreſcunt, creſcente fœtu: ac tandem nulla extant.

CÆSAR.

AFFECTVS à partibus matricis: creſcente fœtu decreſcere acceptabula. Quoniam eorum diſpendio creſcit fœtus: quo perfecto nulla extant.

Ἀεί. Theodorus, *ſubinde*, rectiſſimè ſucceſſionem temporis declarauit: ſed non tractum continuatum. Nanque τὸ, *ſubinde*, etiam interpellato tempori conuenit: vt, *ſubinde monebat eum Lepidus vt copias coniungeret*. At, τὸ ἀεὶ ſignificat perpetuum opus, operámque caloris naturalis.

Ἐλάττους γίνονται. Τὸ γίνονται, verbum eſt ſubſtantiæ. De his dicitur quæ cùm non eſſent, facta ſunt hoc quod non erant ſubſtantialiter. At hìc eſt ad corruptionem: namque ἀφανίζονται. Itaque μὴ φθάνοντος, dictum eſt ἐλάττους.

Ἀφανίζονται, *abolentur*, Theodorus, rectè: nos ſimplicitate veteri: *nulla extant*: ſicut, *nullus dixeris*.

XCIII. ARISTOTELES.

Ὁ δ' ὀμφαλός, ἐστι κάλυφος περὶ φλέβας, ὧν ἡ ἀρχὴ ἐκ τῆς ὑστέρας ἐστί. τοῖς μὲν οὖν ἔχουσι τὰς κοτυληδόνας, ἐκ τῶν κοτυληδόνων. τοῖς δὲ μὴ ἔχουσιν, ἀπὸ φλεβός.

Eſt autem vmbilicus putamen circa venas: quarum ortus à matrice eſt. Atque ex acceptabulis quidem in quibus ſunt acceptabula: vbi nulla ſunt, ex vena.

CÆSAR.

SERO tandem, atque alieno loco declarat quid vmbilicus ſit. Et repetit annexionem eius, vel cum acceptabulis, vel ad venam.

Κάλυφος: quaſi tegmen quoddam vt in nucibus, aut ouis: *papillam* poſſis appellare, ac rectiſſimè quidem: ſignatiùs *operculum*.

Ἐκ τῆς ὑστέρας: cùm dixit matricem, declarat qua parte: acceptabula ſcilicet, aut venam. Sed quæret quis: quare in plurali τὰς κοτυληδόνας, in ſingulari φλεβὸς dixit, cùm anteà φλέβας? Nam ſunt φλέβες: neque intelligit ſuam cuique venam. Nanque bobus quaternæ ſunt, & rarò gemini vituli. Iccircò fecit, quia quædam vnam tantùm habent. Theodorus ſic vertit. *Quarum origo ab vtero eſt, aut acceptabulis, ſi habentur, aut vena commiſſa eſt*: hiat hæc oratio: ſaltem dixiſſet, *eáque aut acceptabulis*, &c. ſed omnino non recta oratio eſt. Quis enim dicat originem venarum venæ commiſſam? Et dum vult breuitatem Ariſtotelis alibi adorare, hìc plenam orationem ac neceſſariam ambitioſa breuitate mutilauit: omiſit enim, τοῖς δὲ μὴ ἔχουσι.

XCIV. ARISTOTELES.

Εἰσὶ δὲ τοῖς μὲν μείζοσιν, οἷον τοῖς τῶν βοῶν ἐμβρύοις, τέτταρες αἱ φλέβες· τοῖς δ' ἐλάττοσι, δύο· τοῖς δὲ σφόδρα μικροῖς, οἷον ὄρνισι, μία φλέψ.

Svnt autem grandioribus quemadmodum boum fœtibus, quaternæ venæ. Minoribus autem binæ. Minutiſſimis, velut auibus, vna.

CÆSAR.

REddit rationem quare dixit in ſingulari φλεβὸς: quaſi nomen generis poſuit, non numeri: numerum autem ipſum diſtinxerit poſteà. Sic dicunt Hiſtorici. ἵππος, pro ἵπποις.

Ἐμβρύοις,

Ἐμβρύοις, vitalis hîc: tres enim habemus voces: catulum, pullum, vitulum: quæ fœtus nomine continentur.

XCV. ARISTOTELES.

Τείνουσι δ' εἰς τὰ ἔμβρυα, αἱ μὲν δύο, διὰ τοῦ ἥπατος, ᾗ αἱ καλούμεναι πύλαι εἰσὶ, πρὸς τὴν φλέβα τὴν μεγάλην· αἱ δὲ δύο, πρὸς τὴν ἀορτὴν, ᾗ σχίζεται καὶ γίνεται ἡ ἀορτὴ δύο ἐκ μιᾶς.

Tendunt in fœtus, duæ per iecoris quas appellant portas, *ad magnam venam. Duæ ad aortam: vbi ipſa ſciſſa, fit ex vna, duæ.*

CAESAR.

OFFICIVM ipſarum narrat tribus præpoſitionibus: εἰς, διὰ, πρὸς: à matrice εἰς τὰ ἔμβρυα, cauſſa finalis. Διὰ πυλῶν. Πρὸς venam magnam, finis motus eſt is. ᾗ σχίζεται καὶ γίνεται δύο ἐκ μιᾶς: feſtiua locutio, vt vnum duo fiat. Non nominauit locum ſicut fecerat, πύλαι: propterea quòd caret nomine. Locus is eſt propè cornam ad iecur nulla it arteria. In auibus autem vnica illa vena in auem vbi ſeſe induit, ab oui membranæ parte ſuperiore in duo finditur: alteráque in iecur, altera ad cor tendit. Appellat verò nunc arterias, venarum nomine communi, duas poſteriores.

XCVI. ARISTOTELES.

Εἰσὶ δὲ περὶ τὴν συζυγίαν ἑκατέραν τῶν φλεβῶν ὑμένες· περὶ δὲ τοὺς ὑμένας ὀμφαλὸς, ὥσπερ ἔλυτρον.

Vtrunque venarum par obtegitur membrana: circum membranam vmbilicus eſt, tanquam calyculus.

CAESAR.

EXactiùs ſubſtantiam venarum & conſtitutionem narrat: appellátque rurſum vmbilicum ἔλυτρον ſicut ſuprà κέλυφος. Theodorus *putamen*: nos molliùs *calyculum*.

XCVII. ARISTOTELES.

Αὐξανομένων δὲ, ἀεὶ μᾶλλον συμπίπτουσιν αὐτῶν αἱ φλέβες.

Vgeſcentibus autem, magis magíſque ſubſidunt ipſorum venæ.

CÆSAR.

SICVT acceptabula minuuntur, ſic & venarum parietes exinaniti concidunt ſubſidentes.

Συμπίπτουσι, *collabuntur* Theodorus, malè. Nam etiam plena vena collabi poteſt: itaque addidit, *adductiùs contrahuntur:* neque his omnibus expreſſit: contrahuntur magis omnia vaſa quæ τάσιν habent, quo ſunt pleniora: latitudo enim exhaurit longitudinem. Itaque contrarium hîc ſignificat: ſed συμπίπτειν vaſorum eſt quæ τάσιν ἔχουσι, quoties exinaniuntur, & conſidunt. Hippocratis verbum in prima Sectione *Aphoriſmorum*. Μὴ δὲ τὰς ξυμπτώσιας εἰς τὸ ἔσχατον ἄγειν. Quoniam venarum plenitudines in athletis damnat: ſuccurrendum inanitione, vt interpretatur Galenus: quas Hippocrates appellat cõpreſſiones: ſicut concidit follis cũ ventus exit.

XCVIII. ARISTOTELES.

Τὸ δ' ἔμβρυον ἀνδρούμενον, εἴς τε τὰ κοῖλα ἔρχεται, καὶ ἐνταῦθα δῆλόν ἐστι κινούμενον, καὶ ἐνίοτε κυλινδεῖται περὶ τὸ αἰδοῖον.

Fœtus autem adultus, & caua vteri ſubit: ibíque manifeſto motu agitatur. Interdum etiam circa pubem volutatur.

CAESAR.

C AE S A R.

TRACTAT hiſtoriam à ratione formali: ſcilicet à motu: quem declarat per tempus, & per loca.

Ἀδρυνόμενον ſcriptum fuit. Theodorus legit ἁδρυνόμενον: qua voce vſus eſt Ariſtoteles etiam in piſcibus. Ἀδρυνῶδες autem ſignificaret laſciuiam moturientis fœtus.

Αἰδοῖον, *genitale*, expreſſimus per *pubem*, nos: neque enim eſt ad vuluæ vſque oſtium obuerſari: ſed περὶ τὸ ἦτρον meliùs dixiſſet.

Δῆλον ἤδη κινούμενον. Theodorus, *palpitans iam ſentitur*: vbi τὸ δῆλον per, *ſentitur*, diuinitùs tranſtulit: at pluſquam palpitatio eſt in fœtu: qui ſanè mouetur vero motu, adeò vt etiam κυλινδεῖσθαι.

Τὰ κοῖλα, *caua*: intelligit quod ſuprà dixit planiùs τὰ κενὰ τῶν λαγόνων.

Ἀδρυνόμενον Theodorus *grandeſcens*: falsò. Nam triceſimo ſtatim die, atque etiam anteà grãdeſcit. Ac quanquam vox illa ſit præſentis temporis participij, nihilominus ſignificatus ipſius verbi præſcribit aliud quàm grandeſcentiam. Quoniam ἁδρὸς ſignificat iam formatam ſubſtantiam abſolutam. Itaque hic per ἁδρυνόμενον voluit intelligere formam ipſam non quantitatem, quæ formæ ſerua eſt.

CAPVT VNDECIMVM,

De doloribus parturientium: déque rebus præuijs fœtui.

XCIX. ARISTOTELES.

ὍΤΑΝ δ' ὠδίνωσιν αἱ γυναῖκες, εἰς πολλὰ μὲν καὶ ἄλλα ἀποστηρίζονται αὐταῖς οἱ πόνοι· ταῖς δὲ πλείσταις, εἰς ὁπότερον ἂν τύχῃ τῶν μηρῶν· ὅσαις δ' ἂν περὶ τὴν κοιλίαν σφοδρότατοι γίνωνται πόνοι, αὗται τάχιστα τίκτουσιν. καὶ ὅσαι μὲν τὴν ὀσφὺν προαλγοῦσι, μόλις τίκτουσιν· ὅσαι δὲ τὸ ἦτρον, ταχύ.

PArturientes mulieres cùm multis alijs partibus affixis doloribus infeſtantur, tùm vel maximis in alterutrum femur. Quas dolores vehementiſsimi circa aluum vrgent, eæ celerrimè pariunt. At quæ lumbos priùs dolent, vix. Quæ verò ſumen citò.

C AE S A R.

FORMATVM fœtum neceſſe eſt educi. Itaque tractat ea quæ eueniunt. Dolores primùm quia hi præuij ſunt. Quadruplicem verò ponit hiſtoriam: dolorem femoris, alui, lumborum, ſuminis: his tribus attribuit hiſtoriã ſuam cuique. At in femoris dolore nihil ſtatuit: propterea quòd is dolor comes eſt aliorum: neque eſſentialis eſt, ſed per communicationem. Non enim eſt in matrice: non in matricis loco, locíue partibus: vt aluus, lumbi, ſumen. Ratio hiſtoriarum hæc eſt. Quæ aluum dolent: citiſſimè: propterea quòd motus eſt viuidus, & verus loci. Quæ imum ventrem: citò: quoniam prope eſt exitus. Quæ lumbos: tardiſſimè: quoniam initia matricis tantùm quibus appenſus eſt fœtus, petit: non autem oſtium & ceruicem.

Ἀποστηρίζονται: *obſtinantur: obfirmantur.* Theodorus *incumbunt*: motum tantùm, non ſtatum expreſſit.

Πόνοι. Theodorus, *tormina*: rectiùs quàm Celſus qui diſſenteriam *tormina* appellauit: cùm ſit genus ad dolores omnes.

Σφοδρότατοι, ſanè vt ſint excitantes maximè.

Προαλγοῦσι, eſt definitio τῆς ὠδῖνος προαλγηδὼν τῆς γενέσεως.

C. ARISTOTELES.

Ἂν μὲν οὖν ἀῤῥενοτοκῇ, προέρχονται οἷον ἰχῶρες ὑδαρεῖς ὕπωχροι· ἐὰν δὲ θηλυτοκῇ, αἱματώδεις· ὑγροὶ δὲ καὶ οὗτοι. ἐνίαις μέντοι συμβαίνει περὶ τὰς ὠδῖνας καὶ οὐδέτερα τούτων.

Si marem parturiat, antecedit ſanioſa aqua ſubpallida. Si fœmellam, cruenta: diluta tamen & hæc. Quanquam ſunt etiam quibus parturientibus neutrum horum accedat.

CAESAR.

Ponit differentiam τῶν ὑδαρῶν, quod πρότερον appellabat. Communis natura vtrique ſexui eſſe ὑγρὸν: differentia inter ea. Quoniam mares calidiores. Itaque excrementa pallidiora: ſic folia frondéſque palleſcunt ſicciora facta: in fœmella illic pallor nõ eſt.

Ὕπωχρον dilutum ſignificat & liquidum.

Οὐδέτερα, ſiue marem, ſiue fœminam gerat.

CI. ARISTOTELES.

Τοῖς μὲν οὖν ἄλλοις ζώοις οὐκ ἐπίπονοι γίνονται οἱ τόκοι, ἀλλὰ μετριωτέρως ἐπίδηλά ἐστιν ἐνοχλούμενα ὑπὸ τῆς ὠδῖνος· ταῖς δὲ γυναιξὶ συμβαίνουσιν οἱ πόνοι ἰσχυρότεροι, καὶ μάλιστα ταῖς ἑδραίαις καὶ ὅσαι μὴ εὔπλευροι, μηδὲ δύνανται τὸ πνεῦμα κατέχειν. δυστοκοῦσι δὲ μᾶλλον, καὶ ἐὰν μεταξὺ ἀποπνεύσωσιν ἀποβιαζόμεναι τῷ πνεύματι.

Cætera animalia non laborioſè pariunt: ſed mediocriùs videntur parturiendo vexari. At mulieribus fortiores labores eueniunt, ac potiſſimùm otioſis. Item ſi quæ imbecillis ſunt lateribus, neque ſpiritum continere poſſunt: ægriùs etiam pariunt, ſi coacta à ſpiritu, reſpirârint.

CAESAR.

Nvnc comparat animalia inter ſe in parturiendo quod ad dolores pertinet. Et contradicit ſibiipſi. Nanque ſuprà dixit, piſces doloribus agitatos diuagare etiam amentes: adeò vt quidam etiam diſrumpantur. Deinde cùm pariunt mulieres inter ſe, & ab earum natura, & ab earundem conſuetudine & euentu. Natura εὔπλευροι: conſuetudo ἑδραῖαι: euentus, ἀνάπνευσις: potuit addere alia ſigna quæ aluum ſuſtrictam habent. Quoniam non facilè inuertitur fœtus. Quæ femore breui ſunt, aſtrictiores enim ſunt. Rationem addidit, μὴ εὔπλευροι: quoniam ſpiritum nequeant continere: ſic enim intenditur vis enitendi. Non addidit τῶν ἑδραίων: ſed eſt, quoniam difficiliùs deſcendit fœtus: & grandior eſt, quam exercitatarum: & mollior, & ipſæ molliores.

Ἐπίπονοι. Τὸ ἐπὶ, exceſſum ſignificat doloris. Itaque malè ſubdit μετριωτέρως: neque enim illi ſunt μέτριοι.

Ἑδραίαις. Theodorus, *ſtabilibus*, malè. Neque enim ſtant, ſed ſedent. Nam ſtare conſuetæ faciliùs pariunt. Ideò addidit, *ſellulariis*: ſed videor meminiſſe ſedentarias dictas meretrices: otioſas voluit intelligere Philoſophus.

Μηδὲ δύνανται. Τὸ, μηδὲ eſt, τὸ ὅτι: lateribus infirmis.

Ἀποπνεύσωσιν. Theodorus, *eruperint reſpirationem*: malus autor locutionis. Neque enim erumpo tranſitiuè ponitur vſquam ſed abſolutè.

Ἀποβιαζόμεναι. Τὸ ἀπὸ: à retento ſcilicet ſpiritu: ſed maluit τῷ πνεύματι, quàm τοῦ πνεύματος μεταξὺ, intereà, dum retinent.

CII. ARISTOTELES.

Πρῶτον μὲν οὖν ὕδωρ ἐξέρχεται κινουμένου τοῦ ἐμβρύου, καὶ ῥηγνυμένων τῶν ὑμένων· ἔπειτα τὸ ἔμβρυον, στρεφομένων μὲν τῶν ὑστερῶν, καὶ τοῦ ὑστέρου τὰ ἔσω ἐκτὸς ἔχοντος.

Primùm igitur mouente ſe infante, ruptíſque membranis exit aqua illa. Deinde fœtus inuerſo vtero, & exinuantibus interiorem ſuperficiem extrorſum ſecundis.

CAESAR.

Tandem prodit infans: ſed priùs aquæ illæ: quoniam membranæ rumpuntur. Rumpuntur autem quia mouetur fœtus: poſteà ponit motum matricis & ſecundarum. Quoniam & illa, & hæc

& hæ inuertuntur, quemadmodum vidimus, ob nimium nixum etiam in inteſtino extremo iumentorum aliquando dum oletant. Galenus de hoc nixu, alio in propoſito tamen, plura ſcripſit: ſed & vidimus inuerſas matrices exeuntes quæ coïtum appeterent.

Appellauit ὕδρωπα: quoniam inter membranas eſſet. Iccircò Theodorus vertit *aquam intercutem*: ſed non ſunt cutes illæ: neque intrà infantem eſt. Legebatur γινομένου malè: nondum enim naſcitur, ſed κινουμένου. Itáque Theodorus, *per fœtus motionem ruptis membranis*.

Ἐξέρχεται: verbum militare. Cum è vallo prodirent. ἐκ τ῀ ἔρχωσι aſpiratione addita, & tranſtulit ad aquam, vt ad vocem Lucretius verbum, *gradior*: & ad nauem Cato verbum, *ambulo*.

Στρεφομένων: omiſit præpoſitionem.

Ὑστέρων, & ὑστέρου: quoniam ὕστερον poſt matricem eſt: nomen conuenit: ſed matrici non conuenit: vſus tamen tyrannus eſt, & occupauit.

Τὰ ἔσω ἐκτὸς: declarauit, τὸ, στρεφομένων: inimitabilis oratio.

CAPVT DVODECIMVM,

De officio matricis, atque arte circa vmbilicum.

CIII. ARISTOTELES.

Καὶ τῆς μαίας ἡ ὀμφαλοτομία, μέρος ἐστὶν οὐκ ἀστόχου διανοίας. οὐ γὰρ μόνον περὶ τὰς δυστοκίας τῶν γυναικῶν τῇ εὐχερείᾳ δύνασθαι δεῖ βοηθεῖν, ἀλλὰ καὶ πρὸς τὰ συμβαίνοντα ἀγχίνουν εἶναι, καὶ περὶ τὴν τοῦ ὀμφαλοῦ ἀπόδεσιν τοῖς παιδίοις. ἐὰν γὰρ καὶ τὸ ὕστερον συνεκπέσῃ, ἔσω ἀποδεῖται ἀπὸ τοῦ ὑστέρου ὁ ὀμφαλὸς· καὶ ἀποτέμνεται ἄνωθεν· ᾗ δ' ἀποδεθῇ, συμφύεται· τὸ δὲ συνεχὲς, ἀποπίπτει. ἐὰν δὲ λυθῇ τὸ ἅμμα, ἀποθνήσκει, τοῦ αἵματος ἐκρυέντος, τὸ ἔμβρυον· ἐὰν δὲ μὴ συνεξέλθῃ εὐθὺς τὸ ὕστερον, ἔσω ὄντος αὐτοῦ, τοῦ παιδίου δ' ἔξω, ἀποτέμνεται ἀποδεθέντος τοῦ ὀμφαλοῦ. πολλάκις δ' ἔδοξε τεθνεὸς τίκτεσθαι τὸ παιδίον, ὅταν ἀσθενικοῦ ὄντος, πρὶν ἀποδεθῆναι τὸν ὀμφαλὸν, τὸ αἷμα ἔξω εἰς τὸν ὀμφαλὸν καὶ τὸ πέριξ τύχῃ ἐξερρυηκός. ἀλλὰ τεχνικαί τινες ἤδη τῶν μαιῶν γενόμεναι, ἀπέθλιψαν εἴσω ἐκ τοῦ ὀμφαλοῦ· καὶ εὐθὺς τὸ παιδίον, ὥσπερ ἔξαιμον γενόμενον πρότερον, πάλιν ἀνεβίωσεν.

Quemadmodum ſecandus ſit vmbilicus, pars eſt non impudentis cogitationis obſtetricum. Neque enim ſola dexteritate opus eſt, vt iuuare poſſint mulieres quæ agrè pariant, ſed etiam præſenti animi vi, ad ea quæ euenire queunt: & ad vmbilicum infantium vinciendum. Etenim ne ſimul ſecundæ concidant, vmbilicum lana ligare cautio eſt. Tum ſuprà ſecatur: quaque nexum eſt coaleſcit. Atque inde quod continuatum eſt, decidit. Quòd ſi vinculum diſſoluatur, perit infans effluente ſanguine. Quòd ſi non ſimul exeant ſtatim ſecundæ, ſed intus ſint, infans autem foris, præciditur, obligato vmbilico. Sapè autem factum eſt, vt videretur naſci infans mortuus: cùm eo infirmo in vmbilicum, ac partes circumſitas efflueret ſanguis priuſquam ligaretur. Verùm artifices cata cùm factæ eſſent quædam obſtetrices, expreſsère intrò ab vmbilico. Ac ſtatim infans quaſi priùs exanguis rurſus reuixit.

CÆSAR.

PRODEVNTE infante, obſtetricis officio opus eſt: non ſolùm vt facilis partus ſit, vt ipſe incolumis, atque illæſus exeat: ſed etiam vt ne quid capiat detrimenti: quod fit potiſſimùm amiſſo ſanguine per vmbilicum. Hiſtoria candida oratione iucundáque plena eſt.

Ὀμφαλοτομία: fœlix verbum, *vmbiliſectio*, non penitus infœlix.

Μέρος: quoniam διάνοια obſtetricis etiam eſt deſtinata ad alias operas: quod vel ex nomine elici poteſt. Μαίεσθαι enim eſt *veſtigare*: dixit ἀστόχου διανοίας. Διανοία eſt diſcurſus τοῦ νοῦ: *cogitatiuam* appellat Auenroës. De ea & in *Magnis Ethicis*, & in *Nicomachijs*, & in tertio de *Anima* copioſè Philoſophus. Nos quoque multa diſputauimus in

noſtris *Nobilioribus Exercitationibus*, & in *Tertia defenſione pro M. Tullio.* Στοχασμὸς autem eſt affectio τῆς διανοίας: quoties è ſignis concludimus ſic: per vmbilicum ſugit infans: ergo reciprocare poteſt ſanguis atque exhauriri retrò: ergo eſt ligandus. Διανοίαν, *intelligentiam*, vertit Theodorus, peſſimè. Nam intelligentia eſt apprehenſio, & eſt νοεῖν. Is duobus eſt modis: aut ſimplex: vt cùm intelligo equum: aut compoſitus, cùm equus eſt velox: at διανοεῖν eſt motus intellectus, quem *diſcurſum* vocant Recentiores: vt, equus velox eſt: ergo mouetur. Τὸ, διά, ſignificat tractum motionis ad vlteriorem intellectionem. Itaque etiam malè addidit, *ingenij*. Nam ingenium eſt vis animæ ad intelligendum, quoniam eſſet in genio: id eſt in anima: & multis locis τὴν φύσιν *ingenium* dixere Latini. Plus eſt ingenium quam διάνοια.

Οὐκ ἀστόχου: *perſpicacem*, Theodorus: ſed plus eſt στοχάζειν, quàm perſpicere. Nam perſpectio ſimplex eſt. Στοχασμὸς deducens.

Τῇ εὐχειρίᾳ. Theodorus *opportunè atque expeditè*: vnica voce nos, *dexteritate*.

Δυσοχίᾳ: *difficultati partus*, Theodorus. At enimuerò plus eſt δυσοχεῖν, quàm difficile parere.

Πρὸς τὰ συμβαίνοντα: *ad ea quæ ſuperuenire aſſolent*: vt ait Terentius.

Ἀγχίνου. Theodorus, *ingenioſè*: non ſatis eſt. Ἀγχίνους ab Ariſtotele in *Analyticis* dicitur, is qui præſto habet, atque vt aiunt, in numerato, quæ opus ſunt ad eam rem quam parat. Ὁ ἔχων τὸν νοῦν ἀγχι: habere præſto ac præſentia remedia aduerſus fortuitas oppreſſiones, parato ingenio. Poſteà Theodorus addidit omnia: *prudentia requiritur ac peritia.* Neque adhuc expleuit.

Καὶ περὶ τὴν ἀπόδοσιν. Τὸ, καὶ, quoniam non eſt ἐκ τῶν συμβαινόντων ἡ ἀπόδοσις: ſed ἡ ἐκρύνσις.

Βοηθεῖν *ſuccurrendum*, Theodorus, ſignatiſſimè: eſt enim verbum militare. Βοᾶν καὶ θεῖν. Sed Romani raró tollebant clamorem: neque enim ſi clames percipias iuſſa Imperatoris.

Ἵνα γὰρ μὴ καὶ τὸ ὕστερον συνεκπέσῃ, ἐρίῳ ἀποδεῖται ἀπὸ τῶν ὑστέρων ὁ ὀμφαλός. Ne ſecundæ ſimul excidant vellere deligatur à ſecundis vmbilicus. Nullus ſenſus eſt. Neque enim iccircò deligatur vmbilicus ne coëxcidant ſecundæ: imò verò nihil commodiùs ducunt, quàm vt ſimul excidat: liberatur enim puerpera maximo metu: non paucæ enim intereunt. Aquitanicæ mulieres vmbilicum vocant, *vitem*: nodóſque numerant: prædicúntque numerum liberorum futurorũ, & ſexum, ſi nodi ſunt grandiores, mares denunciant futuros. Eſt igitur ſic legendum: ἐὰν γὰρ καὶ τὸ ὕστερον: quoniam infrà reſpondet alteri parti, ἐὰν δὲ μή. Verbum aptius συνεκπέσῃ: quoniam res eſt inanima, & motu tantùm elementari mouetur deorſum, quàm συνεξέλθῃ: vtrunque tamen poſuit.

Ἀποδεῖται ἀπὸ τῶν ὑστέρων: breuis locutio *abligatur*: id eſt, ita ligatur, vt ſeparetur.

Ἄνωθεν ſupra ligaturam.

Τὸ δὲ συνεχὲς: *continuum*, Theodorus: id eſt, pars continenter ſequens ipſam ligaturam.

Ἐὰν δὲ λυθῇ: declarat ligamenti vtilitatem.

Τὸ ἅμμα. Theodorus, *copula*, *amentúmque*, non malè: nanque *amentum* noſtrum ἅμμα fuit & *copula* eſt coapula: ab ἅπτομαι verò τὸ ἅμμα. Cæterùm amentum, & copula laxa eſt, neque arctat: ſignificat hîc ἅμμα nodum vinculi.

Ἐρίῳ: *vellere*: quoniam mollius eſt quàm linum: linum autem aut ſericum ſecaret. Hoc nolumus, ſed componere vt coaleſcat: neque enim rectè Theodorus συμφύεται, *cohæreſcat*: hærent multa quæ vnum non ſunt. At vnum fiunt parietes vmbilici.

Τεχνικαί. Theodorus *peritiores*, rectè: *artifices*, nos: quoniam arte operarentur, non forte agerent: iccircò addidit γινόμεναι, cùm non eſſent.

Ἀπέθλιψαν, *reprimunt*, vt rectè Theodorus ait: relidere ἀποθλίβειν.

Ὥσπερ ἔξαιμον: quoniam non penitus erat exanguis: ſed quaſi. Itaque ſubdit ἀνεβίωσε: quoniam viuus fuerat: & poſteà non mortuus, ſed quaſi. Reſpondent ἔξαιμον, & ἀνεβίωσε: ſic πρότερον καὶ πάλιν.

Εὐθὺς: vt videatur hoc ipſum fuiſſe in cauſſa: ſequuto cauſſam ſuam effectu. Theodorus addidit illa, *deficiebat*, &, *recreatur*. In præterito Philoſophus loquitur, quia narrat hiſtoriam: is enim eſt titulus librorum. Theodorus maluit tempus præſens ſequi.

CAPVT

CAPVT DECIMVM-TERTIVM,

Quomodo naſcatur, quid agat, quid ei eueniat.

CIV. ARISTOTELES.

Γίνεται δὲ, καθάπερ ἐλέχθη πρότερον, κατὰ φύσιν ἐπὶ κεφαλὴν καὶ τἆλλα ζῶα· τὰ δὲ παιδία, καὶ τὰς χεῖρας παρατεταμένας παρὰ τὰς πλευράς.

Naſcuntur in caput, quemadmodum dictum eſt, etiam alia animalia ſecundùm naturam. Infantes autem etiam brachijs ad coſtas porrectis.

CÆSAR.

NVNC quæ forma naſcentis, quæ actiones, qui euentus. Ac iam tertium repetit modum naſcendi. Addit ſitum brachiorum. Ratio eſt à natura, quæ quamminimum loci vult occupari egrediente.

Τὰς χεῖρας παρατεταμένας: χεῖρας hìc intelligit brachia ſicut & ſuprà: malè Theodorus *manus*. Nam & anſati ſerui in Comœdijs manus habent ad latera porrectas, non brachia tamen. In præterito dixit παρατεταμένας: quoniam ſic, antequam egrediantur, comparati ſunt à natura. Theodorus *porrectas extenſáſque*: altero ſatis haberet. Nota locutionem: deeſt enim ἔχοντα: niſi legas παρατεταμένα συνεκδοχικῶς.

CV. ARISTOTELES.

Ἐξελθόντα δ' εὐθὺς φθέγγεται.

Egreſsi autem ſtatim vocem edunt.

CAESAR.

INTELLIGIT ὡς ἐπιτοπολύ. Nam multi nihil clamant. Ratio eſt: quoniam vox data eſt animalibus ad animi interpretationem, vt de lingua ait Lucretius. Sed animi affectiones ex affecto corpore variantur. Maximè autem mutationes fiunt in infante recens edito è tenebris in lucem: è calido, in frigidum: obſtetricis attrectatione. Poſtremò cùm vox ſit aëris percuſſus ex aëre prodeunte à pulmone animalis, neceſſe eſt poſt longam ſpiritus contentionem vocem emitti: laborauit autem infans in veſtibulo illo. Etiam nonnulli ſuffocantur, aut atri exeunt. Hæc ſunt auſpicia noſtræ inſolentiæ: clamor, & fletus.

CVI. ARISTOTELES.

Καὶ προσάγει πρὸς τὸ στόμα τὰς χεῖρας.

Et admouet ori manus.

CAESAR.

MOTVS animalis voluntarius. Manus quare datæ ſint homini etiam vſque ad faſtidiũ, Galenus in primo de *Officio partium*. Statim natum animal alimentum quærit. Duabus enim de cauſſis præter cæteras exit: propter reſpirationem. Et propter cibum: neque enim iam ſatis habet quod ſuppeditet penus matris: iccircò mouet manus eam in partem quæ ſeruit appetentiæ cibi. Sed & ſaturi infantes ad os manus admouent, vt alia ſit cauſſa inueſtiganda. Sanè otioſi ab opere, inſtrũmentũ operandi neſciunt quo commodiùs transferant quã ad gingiuas pruriẽtes. Et videtur eſſe loci quædã proportio ibi, in quo manus digito appenſa quieſcat.

CVII. ARISTOTELES.

Ἀφίησι δὲ περιττώματα τὰ μὲν εὐθὺς, τὰ δὲ διαλιπόν· πάντα δ' ἐν ἡμέρᾳ. καὶ τοῦτο τὸ περίττωμα πλέον ἢ τοῦ παιδὸς κατὰ μέγεθος· ὃ καλοῦσιν αἱ γυναῖκες μηκώνιον. χρῶμα δὲ τούτου αἱματῶδες, καὶ σφόδρα μέλαν, καὶ πιττῶδες· μετὰ δὲ τοῦτο, ἤδη γαλακτῶδες. σπᾷ γὰρ εὐθὺς καὶ τὸν μαστόν.

Emittunt etiam excrementa quidam illicò, quidam haud multò poſt. Omnes autem intra diem. Cuius excrementi quantitas maior quàm pro pueri magnitudine. Quod appellant mulieres papauerculum. *Color eius cruētus ac valde ater & piceus: poſt illud mox lacteus. Statim enim ſugit mammam.*

CAESAR.

EXCREMENTA duorũ generum ponit: alterum atrum, quippe de ſanguine mẽſtruo, vnde ad id vſque tempus alebatur: alterum lacteum: & addit cauſſam: quoniam lac ſtatim ſugit. Excrementorum verò tempora duo varia concluſit in communi ſpatio diei. Ponit etiam nomen, eius mulierculis autoribus μηκώνιον: qua voce etiam luteum, atrúmve humorem in teſtaceis & cruſtaceis diximus.

Περιττώματα in plurali: quoniam duo aſſignat: & tamen ſtatim dicit τοῦτο τὸ περίττωμα.

Πλέον ἢ τοῦ παιδὸς: *vberius quàm pueri*: recta locutio: addidit expoſitionem κατὰ τὸ μέγεθος. Theodorus non aptè dixit *pluris*: neque enim aut venale eſt, aut æſtimatur.

Αἱματῶδες: excrementum ſanguinis menſtrui eſt: & μέλαν, quoniam diſcoctum: & πιττῶδες, lentum ſcilicet, & ſemiconcretum: ab eadem cauſſa à qua etiam nigrum eſt: vnde & nomen.

Γαλακτῶδες quoniam à lacte quod ſugit. Ἤδη hîc terminat illud μέλαν. Theodorus addidit *albidum*: ſanè ſi lacteum, albidum eſt: neque enim nunc è Ponto nigrum lac ſomniabamus.

CVIII. ARISTOTELES.

Πρὶν δ' ἐξελθεῖν, οὐ φθέγγεται τὸ παιδίον, κἂν δυστοκούσης, τὴν κεφαλὴν μὲν ὑπερέχῃ, τὸ δ' ὅλον σῶμα ἔχῃ ἐντός.

Antequam egrediatur nullã emittit vocem infans: quin etiam ſi difficulter egrediatur capitéque extante, totum corpus intus habeat.

CAESAR.

MIRAM hiſtoriam narrat: quaſi nondum victoria parta, Pœana nolit canere: hoc autem rectè animaduertit. Quoniam pulli intra putamen auditi ſunt pipillare. Eximit obiectionem, dicat quis: intus non edit vocem quia os occluſum habet. At verò, inquit, etiam capite extante. Hoc autem ea de cauſſa fit, quia pectus tunc maximè, ac pulmo laborat: & ipſe nititur exire: vox igitur edi non poteſt.

Δυστοκούσης, id eſt δυστοκουμένου.

Ὅλον σῶμα, quaſi caput non ſit σώματος. Ὅλον igitur hîc λοιπόν.

Oppoſuit autem τὸ ὑπὲρ τῷ ἐντός. ὑπὲρ hîc pro ἐκτός.

CIX. ARISTOTELES.

Ὅσαις δ' ἂν ἐν τῷ ἀποκαθάρσεσι προεξορμήσωσιν αἱ καθαρμοί, δυσαπαλλακτότεραι γίνονται τῶν ἐμβρύων. ἐὰν δὲ [αἱ] καθάρσεις μετὰ τὸν τόκον ἐλάττους γένωνται, καὶ ὅσον μόνον αἱ πρῶται, καὶ μὴ διατελέσωσιν εἰς τὰς τεσσαράκοντα, ἰσχύουσί τε μᾶλλον αἱ γυναῖκες, καὶ συλλαμβάνουσι θᾶττον.

Quibus ante tempus purgandi anteuerterint purgationes, difficiliùs partu liberantur. Poſt puerperium verò purgationes ſi eueniant parciores, nec niſi quanta priores fuere, neque ad quadrageſimum diem vſque perdurent, validiores efficiuntur mulieres & celeriùs concipiunt.

CAESAR.

HIc extra ordinem conuertit orationem ſuam ad mulieres ab infantibus, ad quos mox rediturus ſit. Nam ſuprà, vbi agebat de purgationibus, hoc reponendum fuit. Hippocrates ait tot

purgari dies puerperas, quot diebus formetur fœtus. Ariſtoteles hîc narrat & duos euẽtus. Prior hiſtoria eſt ab occupatione temporis: ſi ante partum purgentur, periclitari in pariundo. Ratio eſt quia & ipſæ, & fœtus ſunt debiliores. Altera hiſtoria: ſi poſt fœtificationem purgentur, ſed parciùs: duo ponit: robur mulieris, & celeritatem concipiendi. Ratio eſt roboris manifeſta: continetur enim calor naturalis: conceptio autem eſt, quia retinetur quantum ſit ſanguinis. Simul oſtendit dictum Hippocratis ſic intelligi: non omnibus totam dierum ſummam deberi: iccircò Moſes diuinus ille dux, & legiſlator inſtituit purificationes.

Ε'ν τ̃ καθάρσεσι. Non in tempore purgationum: neque enim eſſet περιφορὰ: ſed quod attinet ad purgationes. Et ſanè locutio laxiuſcula eſt: & eſt vox actionis. Καθαρμοὶ autem vox materiæ.

Προεξορμήσωσι. Τὸ πρὸ, ſignificat temporis anticipationem. Ε'ξ, ſignificat locum vnde ὁρμὴ: & motum & modum eruptionis: ſic etiam ῥήγνυσι alibi dicit.

Δυσαπαλλακτότεραι τ̃ ἐμβρύων: non eſt caſus comparationis: ſed cauſſæ finalis τ̃ ἀπαλλαγῆς. Theodorus omiſit. Neque enim reſpondebat Latinitati: *difficiliùs liberantur ab infantibus.* Ne videatur actio liberationis ab infantibus prouenire.

Καὶ ὅσαι μόνον. Καὶ ὅσαι in ſecundo poſuit caſu: quoniam partem tantùm ſignificat: quaſi dicat: ſed ex quantitate priorum.

Καὶ μὴ διαπλείοσιν: quoniam quantitas vtraque excludenda illi fuit, continua per copiam, & diſcreta per vices.

Reddidit τῷ, ἰσχύουσι τὸ συλλαμβάνουσι, & τῷ τε, τὸ καὶ, & τῷ μᾶλλον τὸ θᾶττον: & interpoſuit quod vtrique ſeruiebat membro: αἱ γυναῖκες.

CX. ARISTOTELES.

Τὰ δὲ παιδία ὅταν γένωνται, πρὸ τῶν τετταράκοντα ἡμερῶν, ἐγρηγορότα μὲν, οὔτε γελᾷ, οὔτε δακρύει, νύκτωρ δ' ἐνίοτε ἄμφω· οὐδὲ κνιζόμενα τὰ πολλὰ αἰσθάνεται. τὸ δὲ πλεῖστον καθεύδει τοῦ χρόνου. αὐξανόμενα δ' αἰεὶ εἰς τὸ ἐγρηγορέναι μεταβάλλει μᾶλλον· καὶ ἐνυπνιαζόμενα δῆλον μὲν γίνεται.

Infantes nati ante quadrageſimum diem vigilando, neque rident, neque flent: noctu autem interdum vtrunque. Et ferè titillatus non ſentiunt. Maximam quoque partem temporis dormiunt. Creſcentes mutantur, vt fiant vigilantiores. Somniare autem etiam manifeſtum eſt.

CÆSAR.

SVERA à motu, à voce, ab excrementis. Nunc à ſenſuum affectibus: ſomno, & vigilia, ſomníque affectibus. Quod autem negat ridere, intelligit non omnes: & ſanè falſum eſt: plurimi enim rident. Ij ſunt vigilantiores: & celeriùs admirantur quæ vident: flent autem pauci ita vt lacrymentur: vagiunt quidem, ſed ſiccis oculis. Neque enim ſuperfluum illud atræ bilis in principijs humidiſſimis & calidiſſimis eſſe poteſt: frigidiſſima enim & ſicciſſima illa eſt. Nam quod ait lacrymari noctu, falſum eſt eos lacrymas edere: ſed hi plus vigilantes quàm dormientes. Sed mirum cùm dixit ἐγρηγορότα, oppoſuit νύκτωρ: quaſi noctu dormiant. Imò verò maxima eorum pars dormit interdiu: noctu peruigilat atque vagit. Theodorus addidit, *per quietem*, ſuo arbitratu.

Κνιζόμενα Theodorus, *cùm ſcalpuntur:* nimis durè: ſcabuntur potiùs: & difficile eſt ſcire an ſentiant. Nam quòd non mouentur inter ſcabendum, fortaſſe ob voluptatem faciunt. Sed titillati non mouentur, vt adulti: quia nerui per quos ſentire debent, molliſſimi, & pleniſſimi ſunt humoris. Itaque pingues, & mulieres minùs titillantur: & partes corporis rariores plus, quas *emunctorias* vocant. Sed in planta pedis quæ eſt craſſiſſima quare titillamur? quia macerrima admittit ſenſum.

Τοῦ χρόνου. Theodorus *huius temporis*, rectiſſimè: & rectiſsimè τὸ, αἰεὶ, *in dies.*

Ε'νυπνιαζόμενον: *ſomniare:* ſi flent inter dormiendum, rident neceſſe eſt. Itaque dixit δῆλον, quoniam id iam narrauit.

CXI. ARISTOTELES.

Μνημονεύει δ' ὀψὲ τὰς φαντασίας.

Serò autem meminit ſpecies.

C Æ S A R.

NOn ſatis liquet intelligâtne memoriam ſomniorum, an cuiuſuis φαντασίας. At dicet aliquis: quid hoc ſcis Philoſophe? quis dixit tibi? infans enim eſt. Hoc ſoluimus etiam in lib. de *Inſomnijs*. Nam iam pueri adultiores non meminere. Ergo multo minùs infantes. Ratio eſt: dilutum & lubricum inſtrumẽtum memoriæ: lactei enim ſunt: impreſſa igitur dilabuntur & in humorem ſigna.

Φαντασίας. In ſecundo de *Anima* oſtendimus ſpecies è materialibus rebus in ſenſus quemadmodum eliciantur: & an dictus ſenſus agens. Eſt autem ſpecies accidens immateriale delatum in ſenſum, vt ſonus, calor, odor, acor: hæ dicuntur εἴδη cùm earum natura ſignificatur. At cùm ad ſenſum referuntur, φαντασίαι, à nobiliore ſenſu nominatæ, ſcilicet à viſu. Φαίνεσθαι enim eſt φαίνεσθαι παρὰ τὸ φάος. Quoniam lux educit colores è materia ad viſum noſtrum.

CXII. A R I S T O T E L E S.

Τοῖς μὲν οὖν ἄλλοις ζώοις οὐδεμία διαφορὰ τῶν ὀστῶν, ἀλλὰ πάντα τετελειωμένα γίνεται· τοῖς δὲ παιδίοις τὸ βρέγμα μαλακόν, καὶ ὀψὲ πήγνυται.

Cæteris animalibus nulla oſsium differentia: ſed omnia perfecta oriuntur. Infantibus vertex mollis, & ſerò duratur.

C AE S A R.

NVnc à partibus. Idem dixit libro Primo. At genera catellorum ſunt quorum verticis os pertuſum eſt. Ratio quare homini os illud diductum ſit, eſt: vt cerebrum quod ei perfectiſſimum datum eſt, purgetur. Theodorus *ſinciput* dixit: quod ſuprà etiã refutauimus: nos è Plinio *verticem* tranſtulimus. Diu palpitans vertex, aut tenerum eſt os illud, vt ineant quam velint obſtetrices, figuram. Error erat in noſtro Codice λευκὸν: legè μαλακόν.

CXIII. A R I S T O T E L E S.

Καὶ τὰ μὲν, ἔχοντα γίνεται ὀδόντας· τὰ δὲ παιδία, ἑβδόμῳ μηνὶ ἄρχονται ὀδοντοφυεῖν. φύει δὲ πρῶτον τοὺς ἐμπροσθίους· καὶ τὰ μὲν, τοὺς ἄνωθεν πρότερον, τὰ δὲ, τοὺς κάτωθεν· πάντα δὲ θᾶττον φύουσιν, ὅσων αἱ τίτθαι θερμότερον ἔχουσι τὸ γάλα.

Atque illa quidem cum dentibus naſcuntur. Infantes autem ſeptimo menſe dentire incipiunt. Edunt primores primùm. Quanquam alij ſuperiores, alij inferiores. Omnes celeriùs quorum nutrices calidius lac habent.

C AE S A R.

A Partibus ὑστερογενῶν. Quidam tamen infantes cum dentibus nati ſunt: inter quos Sicinius: vnde & *Dentati* cognomen Is Achilles ſui temporis dictus eſt. Liberi noſtri vix altero anno miſerunt dentes. In cauſſa eſt oſſium robur quod vix cedit medullæ illi.

Θερμότερον: propterea quòd calor compingit.

CAPVT DECIMVM-QVARTVM,

De lacte puerperarum, eiuſque affectibus, tàm naturalibus, quàm præter naturam.

CXIV. A R I S T O T E L E S.

ΜΕΤᾺ δὲ τοὺς τόκους καὶ τὰς καθάρσεις, ταῖς γυναιξὶ τὸ γάλα πληθύνεται· καὶ ἐνίαις ῥεῖ οὐ μόνον κατὰ τὰς θηλάς, ἀλλὰ πολλαχῇ τοῦ μαστοῦ· ἐνίαις δὲ καὶ κατὰ τὰς μασχάλας·

POST partum atque purgationes mulieribus lactis copia prouenit. Ac quibuſdam fluit, non ſolùm per papillas, ſed etiam paſsim per mammas, aliquibus etiam per axillas.

καὶ δια-

ἐ διαμένουσιν εἰς τὸν ὕστερον χρόνον σραγγαλίδες, ὅταν μὴ ἐκπεφθῇ, μηδὲ ἐξέλθῃ ὑγρότης, ἀλλὰ πληρωθῇ. ἅπας γὰρ ὁ μαστὸς σομφός ἐστιν ἅπας, ὥστε καὶ ἐν τῷ πόματι λάβωσι τρίχα, πόνος ἐγγίνεται ἐν τοῖς μαστοῖς ὃ καλοῦσι τριχίαν ἕως ἂν ἢ αὐτομάτη ἐξέλθῃ θλιβομένη, ἢ μετὰ τοῦ γάλακτος ἐκθηλασθῇ.

Itaque procedente tempore permanent ſtrumulæ, cùm humor incoctus non egreſſus fuerit, ſed differciatur. Tota enim mamma adeò ſpongioſa eſt, vt etiam hauſto in potu pilo, vbera eo morbo laborent, quem τριχίαν icci rco Græci vocant, quoad, aut ipſe fortè exeat expreſſus, aut cùm lacte exugatur.

CAESAR.

FACTVM ædificium munit nunc Philoſophus: quippe nato infanti parat cibum: narrátque eius copiam, & tempus: & morbum quendam ſumpta occaſione à mammarum raro contextu.

Πληθυνέται, *copiaſcit*, ſi liceat: πλῆθος enim apud Philoſophum vbique vbertatem ſignificat: atque etiam redundantiam.

Κατὰ τὰς θηλὰς, locus paucioris lactis: κατὰ τοὺς μαστοὺς locus vberioris. Ideo addidit πολλαχῇ τὰς μασχάλας: locus vberrimi, effuſi.

Πολλαχῇ: *paſſim, fuſim.*

Σραγγαλίδες Theodorus, *globuli*: meliùs *ſtrumæ*, obſtructione facta in gutture, collo, & mammis.

Μὴ ἐκπεφθῇ: quoniam vbi lac maturum eſt & naturale, non dureſcit. In Decimo diſputat duritiem molæ factam eſſe à frigore.

Πληρωθῇ Theodorus, *redundet*: intellige intus. Nam ſanè Latinum verbum reclamat: *redundare*, eſt cùm exit alueum humor: ſed πληρωθῇ ὁ μαστός. Nam humor non πληροῦται.

Σομφὸς *fungoſus*, Theodorus, rectè.

Ἐν τῷ πόματι, *in poculo* Theodorus, meliùs, *in potu*: non enim in quouis poculo potus eſt.

Πόνος. Theodorus, *dolor*, meliùs, *morbus*: addidit & idem de ſuo, *nec ſedatur.*

Τριχίαν, à pilo *pilarem*, dixit Theodorus rectè: eſt enim generis fœminini, ἡ τριχία non ὁ τριχίας.

Αὐτομάτη: quomodo *ſponte*: vt ait Theodorus, ſi eſt ἐκθλιβομένη? intellexit hîc ſola: nos *fortè* vertimus, tutiùs. Nam αὐτόματον caſum dicit Ariſtoteles.

CXV. ARISTOTELES.

Τὸ δὲ γάλα ἔχουσιν, ἕως ἂν πάλιν συλλάβωσι τότε δὲ παύεται καὶ σβέννυται, ὁμοίως ἐπ' ἀνθρώπων καὶ τῶν ἄλλων ζωοτόκων καὶ τετραπόδων.

Lac habent donec concipiant iterum. Tunc autem ceſſat & extinguitur æquè in hominibus, & alijs quæ animal pariunt, quadrupedibus.

CAESAR.

INITIVM lactis generationis poſuit: nunc metam. Hoc autem falſum eſt: multis enim etiam quinque menſes perdurat grauidis.

Ἔχουσι, Theodorus, *ſeruatur*: laxè nimis: imo ſi ſeruatur, perit: ſi hauriatur, durat.

Παύεται *ceſſat*: paſſiuum verbum: quoniam eius quæ fuerat futura materia à fœtu attrahitur.

Σβέννυται: licenter nimis ab igni ad humorem.

Ζωοτόκων τετραπόδων: addit τετραπόδων ob σελάχη: neque ſatis habebat dicere τετραπόδων: ſed addidit ζωοτόκων: ob teſtudines & lacertas.

CXVI. ARISTOTELES.

Τοῦ γάλακτος δ' ἐξιόντος, οὐ γίνονται αἱ καθάρσεις ὡς ἐπὶ τὸ πολύ. ἐπειδὴ ἤδη ποτὲ θηλαζομέναις ἐγένετο κάθαρσις. ὅμως δ' ἅμα πολλαχῇ οὐ συμβαίνει ἡ ὁρμὴ τῆς ὑγρότητος. δίον τῆς ἰσχούσαις αἱ-

Exeunte lacte haud ferè eueniunt purgationes. Nam ſanè quæ lactant, factum eſt vt purgentur. Alioqui multis de cauſſis humor ille impeditur quominus erumpat: veluti ijs quæ fluxus ſanguineos pa-

μοῤῥοΐδας, χείρους αἱ καθάρσεις ἐπιγίνονται. ἐνίαις δὲ καὶ διὰ τῶν ἰξίων, ὅταν ἀπὸ τῆς ὀσφύος ἐγκελιθῇ, πρὶν ἐλθεῖν εἰς τὰς ὑστέρας. καὶ ὅσαις δ' ἂν μὴ γινομένων τῶν καθαρσίων ἅμα συμπέσῃ ἐμέσαι, οὐθὲν βλάπτονται.

tiuntur, deteriores ſuperueniunt purgationes: alijs ob varices, cùm à lumbis externatur priuſquam vterum ſubeat. Quibus ceſſant purgationes, ſi vomitus eueniat, nihil læduntur.

CAESAR.

QVONIAM eadem materia lactis eſt, & menſtruorum: altero exeunte, alterum ceſſare par eſt. Euenit tamen vt vtrunque ſimul exciterit: id fit à copia. Inde aſſignat multas cauſſas defectus menſtruorum. Ac primam hæmorrhoïdes: ſecundam, varices: vltimo loco, vomitum. Sed hanc poſtremam minùs apertè dicit: ſed elicitur. Nam ſi nocetur mulieribus per defectum menſtruorum, & iis vomitus tollit nocumentum: ergo tollit materiam menſtruorum. Eſt argumentum à coniugata cauſſa ſuper effectum.

Ἐξιόντος: intellige non actionem, ſed poteſtatem. Nam etiam intus manente lacte: ſed voluit dicere, durante lacte.

Κάθαρσις: pro καθάρσεις: dixit enim αἱ.

Ὅμως δ' ἅμα πολλαχῇ οὐ συμβαίνει ἡ ὁρμή: ratio eſt concluſionis propoſitæ. Nanque idem humor non ſolet diſtrahi in diuerſas eruptiones. Itaque & verum eſt quod dixit non purgari menſtruis lactantes: & quia aliquæ purgatæ ſunt, coactus eſt addere ὅμως: aduerſatur enim hic euentus huic rationi. Theodorus addidit illa, *ſed enim natura ita fert.*

Αἱμοῤῥοΐδας: nunc eſt ratio rationis dictæ. Theodorus interpretatus eſt, *mariſcas.* Sed neque Latina voce genus comprehendit: neque ſi genus illud ſedis caperet, aſſequutus eſt Philoſophi hiſtoriam. Primum igitur fluxus ſanguinis Græca voce ſignificat: at non Latina. Nam mariſca, etiam ſanguine non fluente eſt. Prætereà mariſca tumor eſt. At hæmorrhoïs poteſt euenire etiam ſine tumore: aperta vena vna aut pluribus. Alter error eſt: quia Philoſophus non de ſedis tantùm venis, ſed etiam de naribus, ſi fluat ſanguis, intelligit. Minùs commodè menſtruari, atque αἱμοῤῥοεῖς, hoc æquè ſignificat.

Χείρους *deteriores*, non qualitate, ſed quantitate, & tempore.

Ἐπιγίνονται, *accedunt*, Theodorus, rectè. Nos *ſuperueniunt*, verbo Terentiano. Τὸ ἐπὶ, declarat ſanguinis modum in hemorrhoïde priùs: mox etiam in menſtruis.

Ἐνίαις δὲ καὶ διὰ τῶν ἰξίων. Theodorus *per anum*: malè. Idem enim repeteret in ſpecie refluxus ſanguinis. Cùm in generis vocabulo ſanguinis ſpecies omnes comprehenderit iam: & ipſum Theodorum minimè decuit: qui iam arctauerat ad ſedis hemorrhoïdas vocem generis illam. Sed legendum διὰ τῶν ἰξίων: *ob varices*: & declarat ἀπὸ τῆς ὀσφύος: cùm ſanguis per cauam venam diuertit in vtrunque crus ad varices.

Ἐγκελιθῇ. Quoniam ſanguis varicum eſt fæx ſanguinis craſſior: iccirco & deſcendit, & niger eſt, & craſſus: neque venas matricales ob anguſtiam ſubire poteſt.

Οὐθὲν βλάπτονται: ſcilicet à defectu menſtruorum quem compenſant vomitu. Theodorus ſenſum modo attigit: *ſecuriùs exigunt.*

Συμπέσῃ ἐμέσαι: quoniam σύμπτωμα eſt vomitus.

CAPVT DECIMVM-QVINTVM,

Puerorum morbi, & cauſſa: conuulſiones.

CXVII. ARISTOTELES.

Εἴωθε δὲ τὰ παιδία τὰ πλεῖστα σπασμὸς ἐπιλαμβάνειν, καὶ μᾶλλον τὰ εὐτραφέστερα, καὶ γάλακτι χρώμενα πλείονι, ἢ παχυτέ-

Solet conuulſio inuadere infantes, præſertim habitiores, vtentéſque lacte aut copioſiore, aut craſſiore: & nutricibus corpu-

ſæ, &

ρῳ, καὶ τίτθαις εὐσάρκοις. βλαβερὸν δὲ πρὸς τὸ πάθος, καὶ ὁ οἶνος ὁ μέλας μᾶλλον τοῦ λευκοῦ, καὶ ὁ μὴ ὑδαρὴς, καὶ τὰ πλεῖστα τῶν φυσωδῶν, καὶ ἐὰν ἡ κοιλία στῇ. τὰ πλεῖστα δὲ ἀναιρεῖται πρὸ τῆς ἑβδόμης· διὸ καὶ τὰ ὀνόματα τότε τίθενται, ὡς πιστεύοντες ἤδη μᾶλλον τῇ σωτηρίᾳ.

lentis. Acceſsionem adauget noxiam huic morbo vinum: idq́ nigrum, potius quàm album, merúmque: & pars maxima ciborum flatuoſiorum, & aſtricta aluus. Plurimi itaque ante diem ſeptimum intereunt. Iccirco tunc nomina imponunt: propterea quòd iam puerorum ſaluti magis credunt.

C AE S A R.

PVERORVM morbum narrat, ſpaſmum ſcilicet. Arabes vocant *Cuzez*. Paulus & Auicenna alios item morbos narrant: ſed Medici ſunt. Philoſophus autem ſemina iacere quædam ſatis habet. Conuulſio autem eſt contractio membri motus ad ſua principia. Id fit aut à cauſſa materiali intus, aut extra. A cauſſa materiali, aut cum materia, aut ſola qualitate. Nam aut materia imbibitur in neruis, itaque contrahitur: aut hæret neruis, neque imbibitur, ſed calefacit, vt eriſypeles, aut effectione cùm inanitur ſuccus, ſequitur ſiccitas: iccirco contrahitur. Nam ſi non ſequeretur ſiccitas, non eſſet conuulſio. Neque enim contraheretur: ſed produceretur, ſed contorqueretur, vt veſica inanita. Extera cauſſa eſt punctura & eiuſmodi. Itaque cauſſæ duæ ſunt aut coniunctæ, aut procatarcticæ: effectiuæ tamen, vt medicamentum & acus. Galeni errorem alibi notauimus negantis præter duas cauſſas inaniendi & replendi eſſe. Euenit autem pueris ob repletionẽ. Itaque qui ſunt πληθωρικοὶ, plus inſectantur: & hæc eſt cauſſa coniuncta: humor multus: deſcendit enim. Declarauit cauſſam antecedentem, lac: & eius circunſtantiam, copiam, quia non poteſt regi: & craſſitiem, quia obſtruit. Et cauſſæ cauſſam, nutricem corpulentam: quoniam multi ſucci cauſſa eſt. Altera cauſſa antecedens, vinum: poſuit qualitatem, nigrum: quia craſſius. Nam album vt citiùs ſubit, ita citiùs exhalatur. Quod declarat etiam plus, ſi ſit merum. Quoniam plus alit, penetrat, & non reſoluitur. Tertia cauſſa, flatuoſa: quia diſtendunt: intelligit legumina. Quarta cauſſa quæ concauſſa eſt. Nam reſtricta aluo retinentur materiæ, excrementa, & flatus: & caput occupatur. Poſuit verò conuulſionem in genere. Nam inde etiam comitialis morbus euenit, & ſingultus: generat enim conuulſio ſpecies, comitialis morbus comes eſt, iiſdem de cauſſis.

Εὐτραφέστερα: quoniam etiam nutrices εὔσαρκοι.

Χρώμενοι. Theodorus *veſcentes*, malè: neque enim edunt lac, ſed ſugunt. *Paſtores veſcuntur lacte cum pane*, fortaſſe rectè dicas: ſic enim legimus. Eſt *veſci* væſitare: *eſca* enim ἐδέσκω: Æolicum verbum, vt λαβέσκω.

Βλαβερόν. Theodorus, *nocet ad hoc morbi genus vinum*: voluit dicere, nocet pueris ad hoc genus morbi. Sed hoc minùs Latinè dicitur: neque enim eſt verbum: facit ad febres aqua hordeata: quia ſubintelligimus, expellendas.

Πρὸ τῆς ἑβδόμης: de futura die ſeptima.

Ὁ μὴ ὑδαρής: *merum*. Theodorus *minùs dilutum*: imò verò nihil dilutum.

Ὀνόματα: die ſeptimo nomina infantibus imponebant Græci. Romani fœminis octauo, maſculis nono: rationem pete ex Plutarcho in *Romanorum problematis*.

Πιστεύοντες *credentes ſaluti*: pro ſperantes de ſalute.

CXVIII. ARISTOTELES.

Καὶ ἐν ταῖς πανσελήνοις δὲ μᾶλλον πονοῦσι.

Plenilunijs magis ægrotant.

C AE S A R.

QVia plus ſucci obtinent, cerebrum plus obſtruitur. In pleniluniis enim ſcimus humida excreſcere, & magis ſolito tumeſcere.

CXIX. ARISTOTELES.

Ἐπικίνδυνοι δὲ καὶ ὅσοις τῶν παιδίων οἱ σπασμοὶ ἐκ τοῦ νώτου ἄρχονται, περιϊούσης δὲ τῆς ἡλικίας.

PVeris ſi à ſcapulis conuulſio oriatur, adultiori ætati periculum inſuper portendit.

CAESAR.

QVONIAM dixit mori ante ſeptimum: nunc dicit ſi euadant: quanquam non verum eſt plurimos ante ſeptimum diem mori, vt ſuprà aiebat. Igitur ſi euadant & conuulſio à ſcapulis oriatur, etiam malum portendi adultioribus. Quoniam ab occipitio neruorum mouentium origo eſt. Cæterum corpus lædi totum neceſſe eſt officio neruorum intercepto.

Ἐπικίνδυνοι. τὸ ἐπὶ, in aliam ætatem, νώτου: non dorſo tantùm ſed ſummo, quia per νώτου paria neruorum oriuntur. Theodorus omiſit: περιϊούσης ἢ τῆς ἡλικίας. Itaque cùm propoſuerit ſe dicturum μέχρι γήρως ὅσα συμβαίνει, neque hîc expleuit: neceſſe eſt huic libro ſubdi eum quem decimum vocant: qui ſic item incipit tanquam à teſſera περιϊούσης ἢ τῆς ἡλικίας. Sed quia ſententia de ſemine muliebri contra Ariſtotelis opinionem eſt, ſuſtulere illum atque reiecere in locum decimum.

FINIS LIBRI SEPTIMI.

ΑΡΙΣΤΟΤΕΛΟΥΣ ΠΕΡΙ ΖΩΩΝ ΙΣΤΟΡΙΑΣ ΤΟ Θ.

ARISTOTELIS HISTORIÆ DE ANIMALIBVS Liber VIII.

CAPVT PRIMVM.

De operibus animalium, déque ſerie atque ordine proceſſuq́; omnium animatorum, à prima planta vſque ad ſummum animal, id eſt hominem.

I. ARISTOTELES.

Τὰ μὲν οὖν περὶ τὴν [ἄλλην] φύσιν τῶν ζῴων καὶ τὴν γένεσιν, τοῦτον ἔχει τὸν τρόπον.

QVæ ad naturam generationémque pertinent animalium, ita ſe habent.

CÆSAR.

PROPOSITORVM Capita hæc erant. Partes, generatio, opera, mores. Sic enim erant cauſſæ materiales à partibus, finales ab operibus, efficientes à generatione, formales à formis: cum ex analogo aut ex congenere fiebant, ex ſimilibus ſimilia. Duo Capita prima ſuperioribus libris explicauit. Tertium nunc aggreditur. Quartum autem in ſequenti libro.

Dixit φύσιν καὶ γένεσιν. Quaſi verò opera & mores non ſint à natura. Hic verò φύσις ſignificat τὸ φύεσθαι, & ſignificat prioris motus tranſmutationes è ſemine aut æquiuoco, aut analogo, aut ouo, aut vermiculo, in animal: γένεσις autem finem & perfectionem ipſius procreationis.

II. ARISTOTELES.

Αἱ δὲ πράξεις καὶ οἱ βίοι, κατὰ τὰ ἤθη καὶ τὰς τροφὰς διαφέρουσιν. ἔνεστι γὰρ ἐν τοῖς πλείστοις καὶ τῶν ἄλλων ζῴων ἴχνη τῶν περὶ τὴν ψυχὴν τρόπων· ἅπερ ἐπὶ τῶν ἀνθρώπων ἔχει φανερωτέρας τὰς διαφοράς. καὶ γὰρ ἡμερότης [καὶ ἀγριότης,] πρᾳότης καὶ χαλεπότης, καὶ ἀνδρία καὶ δειλία, καὶ φόβοι καὶ θάρρη, καὶ θυμοὶ, καὶ πανουργίαι, καὶ τῆς περὶ τὴν διάνοιαν συνέσεως ἔνεισιν ἐν πολλοῖς αὐτῶν ὁμοιότητες, καθάπερ ἐπὶ τῶν μερῶν ἐλέγομεν. τὰ μὲν γὰρ, τῷ μᾶλλον καὶ ἧττον διαφέρει πρὸς τὸν ἄνθρωπον, καὶ ὁ ἄνθρωπος πρὸς πολλὰ τῶν ζῴων. ἔνια γὰρ τῶν τοιούτων, ὑπάρχει μᾶλλον ἐν ἀνθρώπῳ· ἔνια δὲ, ἐν τοῖς ἄλλοις ζῴοις μᾶλλον· τὰ δὲ, τῷ ἀνάλογον διαφέρει. ὡς γὰρ ἐν ἀνθρώπῳ τέχνη καὶ σοφία καὶ

Actiones autem & victus ſecundùm mores atque eſcas differunt. Inſunt enim in maxima cæterorum animalium parte veſtigia morum qui ad animam pertinent: quæ inter homines apertiora habent diſcrimina. Nanque manſuetudo, & feritas, lenitas & aſperitas: & fortitudo & timiditas: & metus & fidentia, & iracundia, & verſutia, prudentia per cogitationem comparatæ imagines, ipſorum pleriſque inſita ſunt. Sicut etiam de partibus eorum narrauimus. Quædam enim ab homine, à multis animalibus homo, plus minúſve differunt. Horum enim quædam exiſtunt in homine: quædam plus in aliis animalibus. Alia autem differunt proportione. Quemadmodum enim in homine ars &

σύνεσις,

συνέσεως, οὕτως ἐν ἐνίοις τῶν ζώων ἐστί τις ἑτέρα τοιαύτη φυσικὴ δύναμις. φανερώτατον δ' ἐστὶ τὸ τοιοῦτον ἐπὶ τὴν τῶν παίδων ἡλικίαν βλέψασιν. ἐν τούτοις γὰρ, τῶν μὲν ὕστερον ἕξεων ἐσομένων ἔστιν ἰδεῖν οἷον ἴχνη καὶ σπέρματα. διαφέρει δ' οὐδὲν, ὡς εἰπεῖν ἡ ψυχὴ τῆς τῶν θηρίων ψυχῆς κατὰ τὸν χρόνον τοῦτον. ὥστε οὐδὲν ἄλογον, εἰ τὰ μὲν, ταὐτὰ, τὰ δὲ, παραπλήσια, τὰ δ', ἀνάλογον ὑπάρχει τοῖς ἄλλοις ζώοις.

ſapientia & prudentia: ſic etiam in aliȷs animalibus eſt altera quadam talis naturalis vis. Planiſſimum eſt hoc in puerorum ætatem intuentibus: in his enim futurorum habituum quaſi veſtigia ac ſemina videre eſt. Nam, vt ita dicam, nihilo differt per id tempus illorum pueritia ab anima brutorum. Quare non ab re eſt, ſi partim eadem, partim ſimilia, partim proportione inſunt aliȷs animalibus.

CAESAR.

VICTVM & actiones executurus, oſtendit vtriuſque Capitis cauſſam: victus, eſcas, & actionum mores. Ac quanquam hoc libro victus perſequitur hiſtoriam: altero autem morem: tamen hîc vtriuſque fundamenta ſimul iacit: propoſitóque homine tanquam regula, inueſtigat eadem omnia in aliis animalibus: quibuſdam eadem: quibuſdam ſimilia: quibuſdam proportionalia. Hoc facit in prima parte Capitis. In ſecunda autem rationem naturæ in ſerie rerum apponet, quaſi propoſitorum cauſſam adducens. In tertia communem maximè actionem declarat quæ ſit. Hactenus vtrique libro, & huic & ſequenti communia. In calce Capitis iam iaciet ſemina huius libri priuatim.

Πράξεις καὶ οἱ βίοι. Atqui etiam victus ſub πράξεως venit rationem. Eſt enim actio quædam veſci. Nam & quædam aguntur vt viuatur: putà ambulare, volare, natare. Sed diſtinxit non tanquam ſpeciem à ſpecie: ſed quaſi ſpeciem ſub genere: quæ ſpecies quòd eſſet ampliſſima, iccirco integrum librum dicauit.

Κατὰ τὰ ἤθη καὶ τὰς τροφάς. Hæc non paruam afferunt dubitationem. Neque enim æquè reſpondet βίος πρὸς τὴν τροφὴν, & πράξεις πρὸς τὰ ἤθη. Nam mores ſunt habitus animæ, è quibus prodeunt actiones ordinariè: ſicut ex actionibus tumultuariis conſtituuntur habitus, habéntque inter ſe, vt potentia & actus. At victus eſt effectus pendens ab eſca tanquam à cauſſa materiali. Igitur quæ animalia moribus erunt temperatis, ea leniora opera agitabunt: quæ autem ſæuis, ſæua. Ita quæ herbis veſcuntur, terram incolent, quæ muſcis, aërem.

Ἔνεστι γὰρ: τὸ γὰρ, reddit rationem duarum rerum. Quare ſit differentia, & quare communicârit ἤθη, inter omnia animalia cum homine. Itaque definiuit ἦθος, ὁ περὶ τὴν ψυχὴν τρόπος. Sic Latini prudentiſſimè τρόπον, *modum*, cùm dixiſſent, eius genus ἦθος conciſa eadem voce dixere, *Morem*. Mos enim modus fuit.

Ἐν τοῖς πλείστοις: quoniam nonnulla ſunt animalia haud multo diſtantia ab inanimis.

Ἴχνη rectiſſimè: imago quaſi quædam, non res ipſa. Nota enim talis eſt: quia ſigillum eſt tale. Theodorus dixit *veſtigia*, nos quoque: ſunt enim propriè notæ pedum.

Διαφοράς: quoniam manifeſtior eſt differentia inter feritatem Scythæ, & humanitatem Itali, quàm inter feritatem lupi & lenitatem ouis. Ratio enim dictat Italo abeſſe à barbaria: Scytha ſibi videtur ratione vti ad immanitatem & prædam. Lupus inſtigatur fame, ouis cohibetur inertia.

Ἡμερότης, *manſuetudo*: ἥμερα dicuntur animalia quæ nobiſcum habitant poſtquam edocta ſunt: ἄμερα olim fuit. Theodorus malè interpretatus eſt *vrbanitatem*. Nam apud Latinos hæc vox ἰυτραπελίαν, ſignificat tantùm.

Πρᾳότης, *clementia* Theodorus: *lenitas* nos: neque enim eadem eſt cum ἡμερότητι: eſt enim, vt diximus ἡμερότης, manſuetudo acquiſita arte aut educatione: πρᾳότης eſt naturalis: iccirco oppoſuit manſuetudinem feritati, & lenitatem intractabilitati.

Χαλεπότης, Theodorus *feritas* rectè: difficultas, intractabilitas. *Aſperitatem* dixit M. Tullius, quem ſecuti nos ſumus: aſpera enim lenibus opponuntur: nam aſpera attrectari nequeunt ſine offenſione.

Ἀνδρία, *fortitudo*. Antiqui virtutem pro fortitudine dixerunt à viro: vt Græci ἀνδρία παρὰ τὸν ἄνδρα.

Δειλία, *timiditas*: contraria audentiæ: & eſt habitus metuendi: at φόβος eſt actus ipſe. Δειλίαν *ignauiam*, malè vertit Theodorus: ignauia enim eſt quam ἀκηδίαν vocant Theologi: animi deiectio ad agendum: eadem ſegnitia. Multi ſunt ignaui & ſegnes qui ſunt audaces: vt ſicarij qui per ignauiam ad inopiam redacti redimunt alieno ſanguine ſuæ ſegnitiæ damna.

Θάῤῥη, *fidentia* Theodorus rectè.

Θυμοὶ,

Θυμοὶ, Theodorus *ira*, minùs planè: ſed *iracundia*: χόλος potiùs iram. Ira actus eſt: iracundia verò habitus.

Πανουργίαι Theodorus, *malitiæ*: non, ſed κακία eſt malitia & vitioſitas. Malitia nimis ampla vox eſt ad πανουργίαν. Nemo enim Vlyſſem malum eſſe dicet, ſed vafrum: πανοῦργος, qui omnibus rebus aptus eſt perficiundis. Malitiam veteres dixere *imbelliam*, μαλακός: ſic & bonum pro forti: *bonus Aceſtes*.

Τῆς περὶ τὴν διάνοιαν συνέσεως ἔνεισιν ἐν πολλοῖς αὐτῶν ὁμοιότητες. Theodorus ὁμοιότητας, vertit *imaginem* rectè: διάνοιαν autem omiſit. σύνεσις prudentiam ſignificat ab intelligentia: συνίημι enim vnde σύνεσις, *intelligo*. διάνοιαν ideò addidit quoniam formicæ non eſt prudentia à diſcurſu quæ etiam annicula frumentum colligit.

Ἐπὶ τῶν μερῶν. Hæc ita interpretatus eſt Theodorus, vt de his habitibus Philoſophus alibi ſcripſerit, vbi de partibus loquebatur, vt in primo dixit. Sed nos acutiùs intelligimus, ἐπὶ τῶν μερῶν: *in partibus*: non in hiſtoria partium: ſed ſicuti de partibus dictum eſt, quarum perfectarum in homine, veſtigia tantum quædam in aliis ſunt. Dixiſſet enim ἐν τοῖς μέρεσι.

Τὰ μὲν γὰρ τῷ μᾶλλον καὶ ἧττον διαφέρει πρὸς τὸν ἄνθρωπον, καὶ ὁ ἄνθρωπος πρὸς πολλὰ τῶν ζῴων: ſi quædam differunt ab homine: quare non dixit à quibuſdam hominem differre non autem à multis? Quoniam in quibuſdam animalibus ſunt habitus quidam conſpectiores quàm in homine. Neque tamen perfectiores iccirco ſunt: vt feritas, intractabilitas. Habitus autem quibus differt homo à multis illorum, ſunt intellectuales. Ponit animalia & differentias in illis profluentes ab eſſentia, quibus ab homine diſtant. Deinde ponit hominem qui differat ſuis differentiis ab illis animalibus. Theodorus laxauit habenas orationi: *homo*, inquit, *diſſidet ab aliis animalibus*. Sed diſſidet etiam per illorum differentias, non ſolùm per ſuas. Non enim aſſecutus eſt neruos Philoſophiæ. Ponit autem tria Philoſophus. Primum ταυτά: vt progenerare. Secundum παραπλήσια: pro μᾶλλον καὶ ἧττον, vt lenitas & audacia. Tertium ἀνάλογον, vt prudentia. Neque enim prudentia formicæ eſt.

Τέχνη, σοφία, σύνεσις. Quinque habitus ſunt. Ars, prudentia, ſcientia, ſapientia, intellectus. Intellectus eſt hominis: vt ſi æqualibus addas æqualia. Item ſcientia, quoniam ex diſcurſu & collectione fit: & intellectum habet homo cum diuis communem. Scientiam autem ſolus: quoniam cœleſtes animi non ratiocinantur, ſed ſimpliciter intelligunt. Itaque medius eſt homo inter cœleſtia & bruta. Cum brutis communem habet artem: apes enim fabricant & hirundines. Prudentiæ vmbra quædam eſt in formicis, & erinaceo, & vrſo, & aliis. Sapientiam quoque animalibus attribuit Ariſtoteles fortaſſe laxiùs. Nullum animal vidimus Metaphyſicum: ſed penitus æquiuocè illis conuenit, ac vix homini attribuitur. Itaque mitigauit & dixit: φυσικὴ δύναμις: non parta atque accepta per diſciplinam, ſed cum ipſa naſcuntur, ſicut ars natandi terreſtribus animalibus, & ædificandi: iccirco dixit etiam τοιαύτη.

Φανερώτατον: mirum argumentum & placens Alexandro qui animam interficiebat. Inquit, ſic accedere brutorum naturam ad hominis habitus, vt pueri naturam ad viri eiuſdem habitus, & confirmat ſimilitudinem. Nam, inquit, puer tunc penè brutus eſt. Igitur vt differt à ſe viro, ita bruta, ab ipſo viro: demonſtratio clara eſt. Theodorus non conuenienter appoſuit aduerſatiuam *tamen*: probat enim, non aduerſatur.

Ψυχὴ: intelligit quoad inſtrumenta & actiones, ſcilicet ſpiritus quibus ſpecies repræſentantur: iccirco addidit, ὡς εἰπεῖν.

Θηρίων, Theodorus *belluarum* malè: ſed *brutorum*. Aliud bellua eſt.

III. ARISTOTELES.

Οὕτω δ' ἐκ τῶν ἀψύχων εἰς τὰ ζῷα μεταβαίνει κατὰ μικρὸν ἡ φύσις, ὥστε τῇ συνεχείᾳ λανθάνει τὸ μεθόριον αὐτῶν καὶ τὸ μέσον ποτέρων ἐστί. μετὰ [γὰρ] τὸ τῶν ἀψύχων γένος, τὸ τῶν φυτῶν πρῶτόν ἐστι· καὶ τούτων ἕτερον πρὸς ἕτερον διαφέρει, τῷ μᾶλλον δοκεῖν μετέχειν ζωῆς. ὅλον δὲ τὸ γένος πρὸς μὲν τἆλλα σώματα, φαίνεται σχεδὸν ὥσπερ ἔμψυχον. πρὸς δὲ τὸ ζῷον, ἄψυχον. ἡ δὲ μετάβασις ἐξ αὐτῶν εἰς τὰ ζῷα, συνεχής ἐστιν, ὥσπερ

Sic enim ab inanimis ad animantes tranſit natura paulatim: vt in continuatione eorum confinia mediáque lateant vtrius ſint. Etenim ab inanimatarum rerum genere, primum eſt plantarum genus. Quorum vnum ab altero differt eo, quod plus videtur eſſe vitæ particeps. Vniuerſum autem genus hoc cum cæteris corporibus comparatum videtur ferè animatum: cum animali autem, inanimum. Ac tranſitus illorum in animalia continuus eſt,

ἐλέχθη πρότερον. ἔνια γὰρ τῶν ἐν τῇ θαλάττῃ, διαπορήσειεν ἄν τις πότερον ζῷον ἢ φυτόν ἐστι. προσπέφυκε γὰρ, καὶ χωριζόμενα, πολλὰ διαφθείρεται τῶν τοιούτων. αἱ μὲν γὰρ πίνναι, προσπεφύκασιν· οἱ δὲ σωλῆνες, ἀνασπασθέντες, οὐ δύνανται ζῆν. ὅλως δὲ πᾶν τὸ γένος τῶν ὀστρακοδέρμων, φυτοῖς ἔοικε πρὸς τὰ πορευτικὰ τῶν ζῴων. καὶ περὶ αἰσθήσεως, τὰ μὲν αὐτῶν, οὐδὲν σημαίνεται· τὰ δὲ, ἀμυδρῶς. ἡ δὲ τοῦ σώματος ἐνίων σαρκώδης ἐστὶ φύσις· οἷον τά τε καλύμενα τήθυα, καὶ τὸ τῶν ἀκαλήφων γένος· ὁ δὲ σπόγγος, παντελῶς ἔοικε τοῖς φυτοῖς. ἀεὶ δὲ κατὰ μικρὰν διαφορὰν, ἕτερα πρὸ ἑτέρων ἤδη φαίνεται μᾶλλον ζωὴν ἔχοντα καὶ κίνησιν.

quemadmodum prius dictum eſt. Nonnulla enim quæ in mari agitant dubitârit quiſpiam animálne ſint, an planta: agnata enim humo ſunt: atque exempta intereunt eorum pleraque. Pinnæ enim ſuapte natura affixæ ſunt: digitelli autem auulſi nequeunt viuere. Omnino verò genus omne teſtaceorum ſimile plantis eſt, ſi cum greſſilibus animalibus comparetur. Senſuum officia in aliquibus nullo indicio deprehenduntur: in aliis autem obſcurè. Quorundam autem corpora carnea natura conſtant: cuiuſmodi quæ papillæ vocantur, & vrticarum genus eſt. Spongia autem penitùs eſt ſimilis plantarum: ſemper enim per puſillam differentiam alia ante alia iam videntur plus & vita & motus obtinere.

C AE S A R.

IN duodecimo *Metaphyſices* diſputauimus de gradibus entitatis: quæ contemplatio ſanè vniuerſæ naturæ conſilia excutit. Nam recentiores qui ibi diuerſati ſunt, huius loci penitus ignari fuere. Hic autem cohærentia ita inter ſe naturæ opera agnoſcit, vt etiam continuata appellet. Nam quanquam differentiis diſtinguntur, tamen ex tam proximæ ſunt, quàm ſunt lineæ in trianguli ſuperficie ab angulo ad baſim. Cùm hoc dicit probat hiſtoriis, vt probet quod propoſuit: animalia cætera habere quaſi inchoationes rerum perfectarum quæ in homine ſunt.

Ἐκ τῶν ἀψύχων: locus vnde: μεταβαίνει: quoniam non eſt principium motus. Συνέχεια, quoniam continuatur ſpongia cum vlua ex parte plantarum: cum vrtica ex parte piſcium: vrtica cum anguilla: anguilla cum rubellione: rubellio cum mullo: mullus cum raia: raia cum vipera: vipera cum quadrupedibus: quadrupedes cum homine. Hæc eſt recta linea motus & generationis. Quoniam ab immobilibus ad intellectuale per partim mobilia primùm, mox etiam verè mobilia. Sic à non generantibus penitus, ſed producentibus tantùm plantis, ad animalia quæ neque generant neque generantur, ſed proueniunt, cuiuſmodi ſunt anguillæ. Inde ad ea quæ altera tantùm ex parte generantur: quia, vt fertur, in rubellionum genere non eſt mas: inde ad vtriuſque ſexus genera per oua: inde ad ζωοτόκα intra ſe, in mari: inde ad ζωοτόκα intra ſe in terra: inde ad ἔξω ζωοτόκα: inde ad hominem. Laterales autem lineæ multæ. Nam raia cum acucicula comparabitur: vipera autem cum aſpide: his atque aliis cõparationibus. Adeò autẽ proxima ſunt vt alia in alia degenerẽt, vt in apuas mugiles: rapa in braſſicam: & miſceantur, vt mulus ex equo & aſina.

Μεθόριον καὶ μέσον: μεθόριον, quoniam duo ſunt differentia: ſic enim dicimus definitiones ὅρους. μεθόριον eſt interuallum vacuum. Sed quia dixit συνέχειαν, nihil vult eſſe vacui: iccirco addidit μέσον. Theodorus addidit *extremi* malè: neque enim μεθόριον eſt cuiuſpiam extremi. Non enim aurum annuli extremum eſt mediæ inanitatis. Πότερον, ἄψυχον ne, an ζῷον.

Τῷ μᾶλλον δοκεῖν μετέχειν ζωῆς. Nam tubera valde ambigas an viuant: & iam ſuo loco diſputatum eſt. Eſt igitur progreſſus in ipſo genere plantarum: & oſtendit eſſe primum poſt inanima, quorum comparatione ſit animatum & medium inter illa & animalia. Quorum comparatione videatur inanimum quoniam non mouetur: iccirco dixit φαίνεται, & ὥσπερ: quoniam principia animalis tenuia ſunt & occulta. Nam quibus notis deprehendet Philoſophus plantam viuere? quia ſcilicet creſcit. Eas in lapide animaduertet ruſticus.

Προσπέφυκε. Ratio dubitationis: neque enim videtur animal affixum eſſe debere, ſed plantam. Iccirco ζωόφυτα appellata ſunt. προσπέφυκε Theodorus, *hærent*, malè: nam non exprimit τὸ φύναι, agnata enim ibi ſunt.

Χωριζόμενα πολλὰ διαφθείρεται. Nam quæ hærent voluntariè, vt genera quædam patellarum, ea animalia ſunt: auellunt enim ſeſe. Iccirco dixit πολλά.

Οἱ δὲ σωλῆνες. Aliud genus proximum priori, gradum faciens ad perfectiora. Nanque iam dixit προσπέφυκε: iccirco igitur non videntur animalia, & quia intereunt auulſa. Quin etiam eſt animalium genus quod non προσπέφυκε, ſed ἐμπέφυκε, vt digitelli: ij non affixi ſunt, ſed immerſi tantùm: & tamen extracti viuere non poſſunt.

Πᾶν γένος ὀστρακοδέρμων. Tertium genus, medium inter plantã & animal: cætera ſcilicet omnia teſtacea: quæ non mouẽtur loco: videntur, inquit, plantæ ſi cum greſſilibus comparẽtur. Neq; enim verum eſt πᾶν γένος. Nanque pectunculi mouentur, & patellæ quædã: & purpuræ & alia repunt.

Hactenus

Hactenus à motu. Nunc à ſenſibus, cùm dicit καὶ περὶ αἰσθήσεως τὰ μὲν αὐτῶν οὐδὲν: nihil vt in tethyis quas papillas alibi diximus: τὰ δ' ἀμυδρῶς, vt in oſtreis: ἡ δὲ τοῦ σώματος: hîc à conſtitutione corporis: nam ſi organica non ſunt, aut ſanè non euidenter videntur eſſe animalia, vt tethyia & vrticæ.

Ὁ δὲ σπόγγος: hoc primum genus ſtatim ponit poſt plantam: & iam diſputauimus de eo ſuprà. Παντελῶς dixit: quoniam nullum ſenſum habet præter tactum: neque os, neque oras excrementorum: vt quidem poſſis negare ſpongiam eſſe animal.

Μᾶλλον ζωὴν καὶ κίνησιν: ζωὴν in plantis: κίνησιν in animalibus. Dixit μᾶλλον, non μείζονα: quoniam ſubſtantiam ſignificat: ſi plus vitæ, ergo plus animæ. Iccirco ſubſtantia recipit intenſionem & remiſſionem in ordine matricis. Non autem vt accidens in eodem idem manens. Nam ſubſtantia intenſior non eſt eadem, ſed alia addita differentia. Theodorus ἔχοντα *adipiſci*, dixit, peſſimè: imò, *habere* iam: prædita eſſe. Nam animalia quomodo adipiſcantur vitam? ſi non habent vitam, non habent formam. Non igitur ſunt: adipiſcimur ea quæ abeſſe poſſunt. Adipiſci & adaptare, idem. Minùs Latinè loquitur dum vult nimis: vt non fruſtra ſenariolus noſter illi conueniat. *Minùs Latinè ſcriptitat dum vult nimis.*

IV. ARISTOTELES.

Καὶ κατὰ τὰς τοῦ βίου δὲ πράξεις, τὸν αὐτὸν ἔχει τρόπον. τῶν μὲν γὰρ φυτῶν ἔργον οὐδὲν ἄλλο φαίνεται, πλὴν, οἷον αὐτὸ, ποιῆσαι πάλιν ἕτερον, ὅσα γίνεται διὰ σπέρματος. ὁμοίως δὲ καὶ τῶν ζῴων. ἐνίοις γὰρ, παρὰ τὴν γένεσιν, οὐδὲν ἔστι λαβεῖν ἔργον ἕτερον· διόπερ αἱ μὲν τοιαῦται πράξεις, κοιναί τινες εἰσί. προσούσης δὲ αἰσθήσεως ἤδη, περί τε τὴν ὀχείαν, διὰ τὴν ἡδονὴν, διαφέρουσιν αὐτῶν οἱ βίοι, καὶ περὶ τοὺς τόκους καὶ τὰς ἐκτροφὰς τῶν τέκνων. τὰ μὲν οὖν ἁπλῶς, ὥσπερ φυτὰ, κατὰ τὰς ὥρας ἀποτελεῖ τὴν οἰκείαν γένεσιν· τὰ δὲ, καὶ περὶ τὰς τροφὰς ἐκπονεῖται τῶν τέκνων· ὅταν δ' ἀποτελέσῃ, χωρίζεται, καὶ κοινωνίαν οὐδεμίαν ἔτι ποιεῖται· τὰ δὲ συνετώτερα καὶ κοινωνοῦντα μνήμης ἐπιπλεῖον, καὶ πολιτικωτέρως χρῶνται τοῖς ἀπογόνοις.

Ad officia quoque vitæ eodem modo ſeſe habent. Plantarum enim opus nullum aliud videtur: niſi qualis ipſa ſit alteram vt faciat. De iis dico quæ ſemine proueniunt. Eadem ratio & in animalibus. In quibuſdam enim præter generationem nullum aliud opus deprehendas. Iccirco tales actiones omnibus ſunt communes. Igitur acceſſione ſenſus facta iam vitæ differunt eorum, tum circa coitum propter voluptatem, tum circa partus ac ſobolis educationes. Ergo quædam plantarum more ſimpliciter certis temporibus propriam perficiunt generationem. Quædam etiam laborant enutriendis fœtibus. Quo opere abſoluto, deſerunt eos: ac nequaquam prætereà cum illis vllam habent ſocietatem. Quæ autem euidentiora ſunt, ac plus memoriæ comparârunt, etiam ciuiliùs vtuntur ſua ſobole.

CAESAR.

HACTENVS à formis, earúmque catenata ſerie inueſtigauit animalium communem naturam: nunc autem ab actionibus: vbi oſtendit vnum omnibus eſſe opus commune. Generare ſibi ſimile. Et moderatur orationem. Intelligo, inquit, ea quæ ex alio oriuntur. Hanc ſententiam diuinitùs perſequitur in principio ſecundi de *Generatione animalium.* Eiúſque cauſſam aſsignat: quoniam vnumquodque appetit ſimile fieri cauſſæ ſuæ: meditatúrque æternitatem. Itaque per propagationem compenſat defectum perpetuitatis. Deinde propoſita differentia formarum, ponit etiam differentiam operum. Nam plantæ cùm ſenſu careant, voluptate carent. Igitur & coitu, & omnino motu voluntario. Quare à plantis hoc differunt ea quibus ſenſus acceſsio facta eſt: intelligo animalia. In quo genere vniuerſo pro vario captu intellectionis, aliis alia viuendi ratio à natura deſtinata eſt.

Πράξεις. Theodorus, *muneribus vitæ*: ambigua voce nimis vſus eſt: munera vitæ ſunt epulæ moderatæ.

Τῶν φυτῶν οὐδὲν ἄλλο ἔργον φαίνεται, πλὴν οἷον αὐτὸ, ποιῆσαι πάλιν ἕτερον. Prudenter intelligenda ſententia hæc eſt: propterea quòd etiam alia opera videntur plantarum, & multi fines. Nanque quercus multa præter glandem ferunt: & ſicut piſces quidam alia genera abs ſe diuerſa, vt apuas, gobij: ita etiam quercus, viſcum. Prætereà perſpiciendum eſt hinc. Non omnem fructum totum eſſe vltimum finem cuiuſuis arboris: ſed granum quod intus

eſt : vt in pyro. Eius caro veſcendo producitur. At non eſt finis vltimus, ſed granum ad propagationem.

Οἷον αὐτό. Theodorus, *ſimilem ſibi faciat alteram* : non rectè expreſſit. Similem mihi facio diſcipulum : quem tamen diſcipulum iam à patre ſuo factum, non facio : multo aptiùs & apertiùs Philoſophus : οἷον αὐτὸ : qualis ipſa ſit.

Ο᾽μοίως & περὶ τ̃ ζώων. Theodorus, *ſic animalium etiam quorundam nihil muneris præter generationem acceperis* : κακοζηλία. Nam quod munus accipimus à ſerpentum generatione? Ita ſuum munus contaminauit illo verbo, *acceperis:* & locutio eſt peregrina.

Προσιούσης αἰσθήσεως. Theodorus, *procedente ſenſu:* peſſimè. Imo accedente ſenſitiua anima, ad animam vegetatiuam plantarum, fit animal : πρόσειμι, *adſum, accedo* : acceſſione facta ſenſus.

Διὰ τὴν ἡδονήν. Theodorus, *venerei coitus voluptate vita eorum diſcrepat.* Non expreſſit τὸ διὰ, quaſi cauſſam. Nam differo à Theodori interpretandi modo. Non tamen ea cauſſa eſt, ſed vtilitas poſteritatis. Ita animalia differunt περὶ τὴν ὀχείαν : modus, qualitas, vices, tempus, coïtus differentiæ ſunt in vita animalium, propter voluptatem : quoniam alia aliam, atque aliter capiunt. Neque enim commodum eſt paſtinacæ à tergo coïre : ne pro voluptate mœrorem capiat. Itaque & à plantis differunt ob voluptatem, & inter ſe ob modum voluptatis.

Καὶ περὶ τὰς τόκους : quoniam alia ouum, alia vermiculum, alia animal intus, alia foris : alia rumpuntur, alia ſcinduntur : quoniam catuli διὰ τὴν αἴσθησιν, impatientes erumpuntur.

Ε᾽κτροφάς : reddet nunc rationem : quoniam quæ plantis propriora ſunt generare, tantùm ſatis habent, vt lacertæ aut ſi qua alia dicuntur, non incubare. Triplicem igitur ponit hiſtoriam : horum primam : alteram eorum quæ educant, ſed cum educatis nihil prætereà ſibi fore volunt. Tertium genus quod ad hominem accedat, vt formicæ.

Τὰ δὲ & περὶ τὰς τροφάς. τὸ καὶ, non ſolùm πρὸς τὸ τίκτειν : iccirco dixit ἁπλῶς : quoniam ſobolem non educant : ſicut neque planta. Cuius ſemen exceptum humo terræ & ſolis beneficio educitur in prolem negligentis matris.

Ε᾽κπονεῖται. τὸ ἐκ perfectionem, vt *excogitare, explere*, paſſiua voce vſus, vt ſtudium & affectum indicaret, τροφὰς ἐκπονεῖται : ἐκτρέφει.

Α᾽ποτελέσῃ, ſcilicet τὴν ἐκτροφήν.

Χωρίζονται : etſi paſſiua voce eſt vſus, tamen ſenſus relatus ad hiſtoriam, etiam cum actiua debet communicari. Nanque, vt verum eſt, mares abire, ac relinquere fœtus ſuos iam adultos, & χωρίζονται, vt auiculæ multæ : ita aliqua non abeunt, ſed expellunt, vt hirundines : alis enim & roſtro exterminant pullos adultos. Theodorus *deſiſtunt* malè. Nam omnia animalia perfecto opere deſiſtunt.

Συνετώτερα : ſcilicet quam hoc ſecundum genus : vt ſues, cerui, formicæ, gracculi, gregarij piſces : prudentiam verò aſſignauit & memoriam. Quoniam prudentia eſt habitus proſpiciens rebus præſentibus, aut futuris ex præteritorum ratione.

Χρῶνται, vtuntur : τοῖς ἀπογόνοις. Theodorus, *ciuiliùs agunt cum prole* : quia neque deſerunt, neque exterminant.

V. ARISTOTELES.

Ε᾽Ν μὲν οὖν μέρος τοῖς ζώοις αἱ περὶ τὴν τεκνοποιΐαν εἰσὶ πράξεις αὐτοῖς· ἓν δ᾽ ἕτερον, αἱ περὶ τὴν τροφήν. περὶ γὰρ δύο τούτων, αἵ τε σπουδαὶ τυγχάνουσιν οὖσαι πᾶσαι, & ὁ βίος.

Ipſorum igitur animalium opera partim ſunt ad generationem, partim ob cibum. Circa enim hæc duo, omnibus & ſtudia & vita verſatur.

CÆSAR.

CONCLVDIT duo genera actionum è ſuperioribus. Nam cùm æternitatis ſint appetentes animantes, duobus finibus aguntur : vno pro ſeipſis : itaque cibum quærunt ac pro eo dimicant : altero pro ſpecie : itaque ſtudent procreationi.

Ε᾽ν μὲν οὖν μέρος : οὐ rectè concludit τὴν τεκνοποιΐαν : ſed alterum περὶ τὴν τροφὴν, non concludit : nullum enim fecit verbum, ἓν. Theodorus, *prima* peſſimè. Nam prima pars vitæ noſtræ eſt circa cibos, non circa generationem. Cuius ſignum, quia & præcedit in omnibus, & longè communior eſt. Omne enim viuens alitur: non omno autem gignit: & potior mihi eſt mei ſalus in me quàm in ſpecie: amo enim ſpeciem propter me.

Περὶ

Περὶ τὴν τροφήν. Theodorus, in *alendo*, malè: arctauit ad alendum ſobolem. Imò ad victum ſuum cuique.

Πᾶσι: ſcilicet generantibus: alioqui falſum eſſet. Nota locutionem: αἱ πράξεις εἰσὶν ἐν μέρει τοῖς ζώοις.

VI. ARISTOTELES.

Πᾶσαι δὲ τροφαὶ, διαφέρουσι μάλιστα κατὰ τὴν ὕλην ἐξ οἵας συνεστήκασιν· ἡ γὰρ αὔξησις, ἑκάστοις γίνεται κατὰ φύσιν ἐκ τῆς αὐτῆς. τὸ δὲ κατὰ φύσιν, ἡδύ. διώκει δὲ πάντα τὴν κατὰ φύσιν ἡδονήν.

Omnes autem cibi differunt eius potiſſimum materiæ ratione, cuiuſmodi è materia ſunt conſtituti. Ex eadem enim fit ſecundum naturam cuiuſque incrementum. At quod ſecundum naturam eſt, ſuaue eſt. Sequuntur autem omnium naturalem voluptatem.

CAESAR.

POSTQVAM inueſtigauit ſemina actionum animalium, oſtenditque vitæ illorum diuerſitatem à victus varia ratione pendere, nunc declarat cauſſam per demonſtrationem. Nam inquit alitur natura ſua animal ex eo ex quo eſt conſtitutum. Eſt autem è materia ex qua conſtant cibi quibus veſcitur. Ergo alitur ex cibis qui ſunt ex eadem materia conſtituti. Altera demonſtratio. Quod eſt naturale eſt ſuaue: incrementum eſt naturale, ergo ſuaue. Tertia omne ſuaue naturale eſt appetibile: omne incrementum eſt ſuaue naturale: ergo eſt appetibile. Quarta omne incrementum fit per cibum: omne animal appetit incrementum: ergo omne animal appetit cibum. Hæc autem omnia dicit, tanquam iaciens fundamenta totius operis: propterea quòd terreſtria è mari petunt cibum propter conſtitutiones ſimilitudinum. Illa quæ incolunt aquam, aquatili natura conſtant. Quæ ſententia etiam fouetur ab ipſo Ariſtotele in ſecundo de *Partibus animalium*, aduerſus eos qui dicebant piſces in humido ſitos à natura, propterea quòd ex ignea eſſent natura, & ſic temperarentur.

Κατὰ τὴν ὕλην: quoniam materia ſubiecta eadem eſt, & cibo & animali. Non intelligit materiam primam: ſed proximam vltimæ formæ eorum. Puta eadem materia ſubiecta differentiæ vltimæ hirundinis, & differentiæ vltimæ muſcæ qua veſcitur illa. Etenim neceſſe eſt non multum abeſſe: neque enim transmutaretur cibus in corpus, niſi ſubeſſet ſimilitudo. In omni enim actione & paſſione, eſt ſimilitudo & diſſimilitudo: & in omni tranſmutatione eſt actio & paſſio.

Dixit μάλιστα, quoniam etiam alio modo differunt: puta figura: quæ nihil attinet ad alimentum: tam enim trunca veſcetur muſca hirundo, quam capitata. Item arte: nihilo enim ſecius veſcetur farina aſellus, quàm hordeo.

Ἐξ οἵας συνεστήκασι: non dixit ἐξ ἧς: quoniam non eſt in materia τὸ ὄν: ſed τὸ ποῖον. Quod non eſt aſſecutus Theodorus: & dixit in præterito, vt indicaret naturam: quod ſæpè monuimus.

Αὔξησις: ergo etiam nutritio, de τροφῇ enim loquitur: non poſſumus ali ſine augmento: alimentum enim eſt quod reponitur loco amiſſæ partis naturalis. Ergo auget corpus: auctrix & altrix duæ ſunt poteſtates animæ ſimiles: quas nunc recentiores ſuſtulere nimis temerè: qui ſeſe tantùm Galenicos arbitrantur. Nimis tribuunt cordi & vitali poteſtati. Qua de re in ſecundo Tomo *Nobilium Exercitationum*, à nobis copioſè diſputatum eſt.

Ἐκ τῆς αὐτῆς. ἧσπερ, ſcilicet συνέστηκε.

Κατὰ φύσιν. Non quòd ſit vlla, αὔξησις παρὰ φύσιν: ſed eſt prædicatum: ſic, omne autem incrementum eſt naturale.

Τὸ δὲ κατὰ φύσιν ἡδύ: propterea quòd natura eſt vna: vnum autem à ſeipſo non diſſentit.

Διώκει: quoniam ſimilitudo eſt imago vnitatis: duo enim ſimilia appetunt vnum fieri: omnia enim appetunt perfectionem: vnitas autem perfectio eſt: omnes ſunt voces metaphyſicales.

Ἡδονήν: mutauit τὸ ἡδύ, in τὴν ἡδονήν: concretum in abſtractum, quaſi effectum in cauſſam. Theodorus addidit, *contingit*, imo ineſt. Eſt enim voluptas finis & perfectio omnium rerum. Nam illa voluptas Epicurea non eſt finis vitæ, ſed terminus: deſinunt enim viuere. Neque enim viuunt qui homines non ſunt.

CAPVT SECVNDVM,

Triplex animalium diuiſio: loca quibus diſtinguntur, & alimenta.

VII. ARISTOTELES.

ΔΙῄρηται δὲ κατὰ τοὺς τόπους. τὰ μὲν γὰρ, πεζὰ, τὰ δὲ, ἔνυδρα τῶν ζώων ἐστί. διχῶς δὲ λεγομένης ταύτης τῆς διαφορᾶς, τὰ μὲν, τῷ δέχεσθαι τὸν ἀέρα, τὰ δὲ, τῷ τὸ ὕδωρ, λέγεται τὰ μὲν, πεζὰ, τὰ δὲ, ἔνυδρα· τὰ δὲ οὐ δεχόμενα μὲν, πεφυκότα δέ εἰ πρὸς τὴν κρᾶσιν τῆς ψύξεως τὴν ἀφ' ἑκατέρου τούτων ἱκανῶς, τὰ μὲν, πεζὰ, τὰ δὲ, ἔνυδρα καλεῖται, οὔτ' ἀναπνέοντα, οὔτε δεχόμενα τὸ ὕδωρ· τῷ δὲ τὴν τροφὴν ποιεῖσθαι καὶ διαγωγὴν ἐν ἑκατέρῳ τούτων. Πολλὰ γὰρ δεχόμενα τὸν ἀέρα, καὶ τοὺς τόκους ἐν τῇ γῇ ποιούμενα, τὴν τροφὴν ἐκ τῶν ἐνύδρων ποιεῖται τόπων, καὶ διατρίβει τὸν πλεῖστον ἐν ὕδατι χρόνον· ἅπερ, ὡς ἔοικεν, ἐπαμφοτερίζει μόνα τῶν ζώων. καὶ γὰρ ὡς πεζὰ, καὶ ὡς ἔνυδρά τις ἂν θείη. τῶν δὲ δεχομένων τὸ ὑγρὸν, οὐδὲν οὔτε πεζὸν, οὔτε πτηνὸν, οὔτε ἐκ τῆς γῆς τὴν τροφὴν ποιεῖται· τῶν δὲ πεζῶν καὶ δεχομένων τὸν ἀέρα, πολλά. καὶ τὰ μὲν οὕτως, ὥστε μηδὲ ζῆν δύνασθαι χωριζόμενα τῆς τοῦ ὕδατος φύσεως· οἷον αἵ τε καλούμεναι θαλάττιαι χελῶναι, καὶ κροκόδειλοι, καὶ ἵπποι ποτάμιοι, καὶ φῶκαι· καὶ τῶν ἐλαττόνων ζώων, οἷον αἵ τε μύδες, καὶ τὸ τῶν βατράχων γένος· ταῦτα γὰρ ἅπαντα, μὴ διά τινος ἀναπνεύσαντα χρόνου, ἀποπνίγεται· καὶ τίκτει δὲ καὶ ἐκτρέφει ἐν τῷ ξηρῷ· τὰ δὲ, πρὸς τῷ ξηρῷ, διάγει δὲ ἐν τῷ ὑγρῷ.

SEparata autem ſunt animalia ſecundùm loca. Quædam enim in terra agitant, quædam autem in aquis tantùm. Trifariàm verò cùm hæc differentia dicatur, partim quòd hæc quæ recipiũt aërem, terreſtria, illa quòd aquam, aquatilia appellantur: partim non quòd recipiant, ſed quòd eorum natura, ob temperamentum opus habeat refrigeratione, quantum ſatis ſit ad vtrunque horum, aut terreſtria, aut aquatilia vocantur. Non propterea quòd aut ſpirant aërem, aut recipiant aquam. Sed quia & cibum capiant, & degant in vtroque eorum. Multa enim aërem recipientia, & in terra parientia, cibum ex aquaticis petunt locis, plurimúmque temporis in aqua verſantur. Quæ ſola animalium videntur vtranque ſortita naturam, quippe & vt πεζὰ, & aquatilia ea quis ſtatuere poſſit. Quæ autem aquam recipiunt neque πεζὸν, neque volatile vllum de terra cibum petit. At πεζῶν quæ aërem recipiunt, multa. Ac eorum quædam in tantum, vt ne viuere quidem queant, ſi à natura aquæ eximantur. Cuiuſmodi marinæ teſtudines, & crocodili, & equi fluuiatiles, & vituli, & minorum animalium Mydes, ranarúmque genus. Hæc enim ſi aliquo tempore non reſpirent, ſuffocantur. Pariúntque atque etiam educant in ſicco: degunt autem in vdo.

CAESAR.

VT victum vitámque diſtinguat, ponit τὰς τροφάς: & quia cibi erant diuerſi pro materia, materias ipſas ponit duas, terram & aquam: ſecundúmque ea facit diſtinctionem triplicem. Nam cùm in πεζὰ, & ἔνυδρα, diſtinguat vniuerſum genus animalium, non vna ratione dici animaduertit. Nam ab etymo vocum ſi ſumas rationem, τὸ πεζὸν, eſt quod ἐν τῷ πέδῳ, mouet, vt alibi dicit, nunc etiam quod latiùs degit. Itaque comprehendit & volucres, & humilia animalia, quæ vere ab humo ſic τὰ πεζὰ interpretantur, vt ſuprà diximus: ἔνυδρα, autem quæ ἐν ὕδατι agitant. Itaque cùm non vna de cauſſa in aqua verſentur omnia, arctandum fuit hoc ad certa capita. Ac primum quidem fuit & maximè proprium id genus quod aquam recipit ac reddit, tanquã ea ſpirãs. Quippe ab ea exempta morte capiuntur. Alterum genus eorum quæ in aqua viuunt ob ſimilitudinem loci & locati. Hæc non quòd aquam recipiant, ſed à proportione conuenientiæ, vt Hippopotami & alia quæ commemorat. Ea tametſi aquam non trahant, tamen ſine aqua viuere non poſſunt. Tertium genus ſunt ea, quæ quanquam neque trahunt aquam, & ſine aquæ habitatione poſſunt viuere: tamen quia cibum ex aqua petunt, ex aquatili natura videntur conſtituta per propoſitionem ſuprà poſitam: omne alimentum eiuſdem eſt materiæ cum eo quod eo alitur. Hoc ſub genere lutrarum genus comprehenditur, quam ἔνυδριν ſuprà appellauimus. Quod quanquam πεζὸν eſt, quadrupes greſſile ſpirans, pilis intectum: tamen ab aqua ex qua cibum capit, ſumpſit nomen. Poſtquam hæc ſic diſtinxit in altero genere, ſcilicet

τῶν ἐνύδρων: non habuit in altero τῶν πεζῶν tot diſtinctiones: vno tantùm nanque modo dici ait de iјs quæ ſpirant. Nam eorum quæ aquam recipiunt, nullum terram habitare poteſt: & cibum capere negat. Vbi multa notanda ſunt: primum hoc tertium falſum eſſe. Nanque gammarelli fluuiatiles noctu ad Lunam exeunt & paſcuntur. Et polypus exit in ſiccum: ſed quia pauca ſunt, non conſtituunt legem. Poteras etiam dicere ea non ſemper hoc agere, & in aquis cibi plus quærere: verumetiam aues quæ ex aquæ prouentibus victitant, carne oblata veſcuntur: vt corui, mergi, gauiæ, ardeolæ, onocrotali, & quadrupedes, vt lutræ. Quare etiam de Crocodilo naturam ſubtexet, vt caſtiget hiſtoriam. Deinde animaduertamus: non rectè omnia animalia diuiſa in πεζὰ, καὶ ἔνυδρα à ſpirando & trahendo aquam. Excluſit enim inſecta, quorum & genera infinita penè, & non contemnenda: ſapientiora enim ſunt. Sic etiam τῶν ἐνύδρων genus vnum omiſit: quod neque trahit aquam, neque in ea habitat, πεζὸν ὄν: neque ex ea capit cibum πεζὸν ὄν: ſed viuit ibi, & inde ἔνυδρον ὄν: vt oſtracorum multa & tethya, & vrticæ, & eiuſmodi. Reducentur autem ad genus tertium διὰ τὴν κρᾶσιν, & τὴν τροφήν.

Διῄρηται: per differentias ſcilicet: hæc eſt definitio differentiæ qua diuiditur genus in ſpecies, & declarat modum differentiarum κατὰ τόπους.

Τὰ μὲν γὰρ: ratio quare ſecundùm loca: quia πέδον eſt locus τῶν πεζῶν, & ὕδωρ τῶν ἐνύδρων.

Legitur διχῶς δὲ λεγομένης: imò vero τριχῶς: Primò, τῷ δέχεσθαι: vt mulus. Secundò, πεφυκότα διὰ τὴν ψύξιν, non quòd aërem aquámve ducant ore. Tertiò, τῷ δὲ τὴν τροφὴν ποιεῖσθαι. In quo genere tertio duo ponit ζωὴν & διαγωγὴν: à materia ζωή, à forma διαγωγή: quoniam loci cum locati forma coniunctiſſima eſt.

Πεφυκότα: à natura inſtituta πρὸς τὴν κρᾶσιν τῆς ψύξεως, ad temperandam refrigerationem. Theodorus ſic: *quod apta ſunt ſeruari temperamento alterutri*: malè: imò ad commiſcendam refrigerationem. Quoniam multa πεζὰ egent aquatico habitaculo, πρὸς τὴν ψύξιν: quantum ſatis ſit ad vtrunque horum: ſcilicet quod & πεζὰ ſint, & in aqua degere habeant. Iccircò dixit ἱκανῶς, quantum poſſint ad mediam naturam, vtraque natura ἱκάνειν, pertingere. Theodorus & ψύξιν, & ἱκανῶς omiſit: & neſcio quid, *ſeruari*, admiſcuit.

Δέ τοι: quia natura eadem, & illis hauſtum aquæ pro ſpiritu, & his diuerſorium pro temperamento conſtituit.

Οὔτ' ἀναπνέοντα, ὅτι δεχόμενα: ſcilicet ὕδωρ: peſſima oratione vſus eſt. Nanque ἀναπνεῖ. Non enim poteſt negari: ſed voluit dicere διὰ τὸ ἀναπνεῖν: ſed cùm verum eſſet ἢ δέχεσθαι τὸ ὕδωρ: voluit geminare τὸ ὅτι, cum eodem participij modo. Nam ſi dicas intelligere eum quædam quæ neque ſpirent, neque trahant aquam: & tamen tàm in aqua quàm in terra poſſe, viuere nullum inuenias. Neque hoc hîc vult, qui mox hippopotami exemplum ponit.

Τὰ μὲν πεζὰ, τὰ δ' ἔνυδρα καλεῖται: verum eſt τὰ πεζὰ in aquis degere, vt hippopotamum: ſed non eſt verum τὰ ἔνυδρα in terra degere: negat enim.

Καὶ τοὺς τόκους ἐν τῇ γῇ ποιοῦνται: vt oſtenderet naturam eſſe terreſtrem: à primordiјs argumentum eſt.

Τροφὴν ἐκ τῶν ἐνύδρων ποιεῖται τόπων, & διαζῇ, &c. vt diximus conuenientia à materia & forma: vnde meritò ἔνυδρα, appellantur. Πλεῖστον vt ſint πεζά. Nam ſi ὅλον χρόνον manerent, eſſent verè ἔνυδρα vt Delphin: iccircò ἐπαμφοτερίζει. Μόνα verò: quoniam quæ aquam trahunt non ἐπαμφοτερίζουσι.

Τῶν δὲ δεχομένων τὸ ὑγρὸν οὔτε πεζὸν, οὔτε πτηνὸν ἐκ τῆς γῆς ζωὴν ποιεῖται. Hic abutitur verbo πεζὸν in tam moroſa inueſtigatione: hîc enim greſſile tantùm ſignificat. Nam haud ita multo antè πεζὸν diſtinxit penitus ab eo quod ὕδωρ δέχεται. Intelligit autem hîc cancros, & alia πολύποδα: non temere hoc poſuit: quoniam quæ carent pedibus nihil mirum ſi non exeunt in ſiccum: ſed ne πολύποδα, quidem inquit. Itaque reddidit eadem ratione πτηνὸν: volucre: hirundines intellexit marinas: falſum autem eſſe ex hiſtoria polypi declarauimus. Theodorus cùm eſſet in illis anguſtijs, πεζὸν & πτηνὸν τὸ δεχόμενον ὕδωρ, addidit, *eſt*: ſic. *Quæ humorem recipiunt nullum, vel pedeſtre, vel volatile eſt, nec cibum ſibi ex terra petit.* Negauit cancrum eſſe πεζόν: qui tamen niſi nullo modo quàm in ſolida humo moueri poteſt. Atque hinc non benè Caput auſpicatur.

Θαλάττιαι χελῶναι. At nos vidimus diutiſſimè aliquot extra aquam viuere.

Μύδες. Theodorus *teſtudinem lutariam*, & *murem aquatilem* ſimul hîc interpretatus eſt. Memini & alibi de hac re ſententiam meam exhibuiſſe: vtrunque enim ſignificat. Sunt tamen mures aquatiles nihil omnino à terreſtribus niſi caudæ longitudine differentes, longè ab his μύδων diſtantes: verſantur autem propter aquas: at aquas non ſubeunt. Μύδες verò teſtudines ſunt quę flumina & foſſas vrbium, aut lacus & paluſtria loca incolunt, quæ & à nonnullis ἐμύδες dicuntur.

Τῶν δὲ δεχομένων τὸν ἀέρα, πολλά, ſcilicet è contrario τῆς ἐκ τοῦ ὕδατος τροφῆς ποιεῖται.

Ταῦτα γὰρ ἅπαντα μὴ διά τινος ἀναπνεύσαντα χρόνου ἀποπνίγεται. Probatio eſt τοῦ δέχεσθαι τὸν ἀέρα: non autem ὅτι μὴ ζῶν δύνασθαι χωριζόμενα. Cum tamẽ hoc potiùs debuiſſet probare, quàm illud quod manifeſtiſſimè conſtat: phocam ſpirare.

Καὶ τίκτει: ſcilicet maiora illa. Τὰ δὲ πρὸς τῷ ξηρῷ, ſcilicet τὰ ἐλάττω: ſic ſanè πεζά. Διάγει δ' ἐν τῷ ὑγρῷ: ſic ſunt ἔνυδρα. Et expreſſit vocem ſupra poſitam τὴν διαγωγήν. Theodorus omiſit. Τὰ δὲ πρὸς τῷ ξηρῷ, καὶ διάγει ἐν τῷ ὑγρῷ.

VIII. ARISTOTELES.

Περιττότατα δὲ πάντων ὁ δελφὶς ἔχει τῶν ζώων, καὶ εἴ τι ἄλλο τῶν τοιούτων ἐστὶ, καὶ τῶν ἐνύδρων, καὶ τῶν ἄλλων κητωδῶν ὅσα τοῦτον ἔχει τὸν τρόπον, οἷον φάλαινα, καὶ ὅσα ἄλλα τοιοῦτον ἔχει αὐλόν. οὐ μὴν ἴδιον, οὔτε ἔνυδρον μόνον θεῖναι τούτων ἕκαστον, οὔτε πεζόν, εἰ πεζὰ μὲν τὰ δεχόμενα τὸν ἀέρα θετέον, τὰ δὲ τὸ ὕδωρ, ἔνυδρα τὴν φύσιν. ἀμφοτέρων γὰρ μετείληφε· καὶ γὰρ τὴν θάλατταν δέχεται καὶ ἀφίησι κατὰ τὸν αὐλόν, καὶ τὸν ἀέρα τῷ πνεύμονι. τοῦτο γὰρ ἔχουσι τὸ μόριον, καὶ ἀναπνέουσι· διὸ καὶ λαμβανόμενος ὁ δελφὶς ἐν τοῖς δικτύοις, ἀποπνίγεται ταχέως, διὰ τὸ μὴ ἀναπνεῖν· καὶ ἔξω δὲ ζῇ πολὺν χρόνον μύζων καὶ στένων, ὥσπερ καὶ τὰ ἄλλα τῶν ἀναπνεόντων ζώων. ἔτι δὲ καθεύδων ὑπερέχει τὸ ῥύγχος, ὅπως ἀναπνέῃ.

MAximè verò excedit modum hunc delphin inter omnia animalia: & ſi quid aliud tale eſt, tùm aquatilium, tùm aliorum cetaceorum, quæ ad hunc modum ſeſe habent: vt balæna, & quæcunque alia horum fiſtulam habent. Non tamen propriè aut aquatile ſolùm, aut terreſtre horum vllum ſtatuere eſt. Si terreſtria tantùm illa ponenda ſunt quæ aërem recipiunt: aquatilia autem quæ aquam natura. Vtriuſque enim particeps eſt. Nam & mare recipit, & amittit per fiſtulam: aërem autem pulmone. Hanc enim habent partem & ſpirant. Atque iccircò captus in retijs delphin, citò ſuffocatur: propterea quòd non reſpiret. Extractus enim viuit diu mutiens ac gemens, ſicut & alia quæ ſpirant animalia. Etiam dormit extanti roſtro, vt reſpiret.

CÆSAR.

MORE ſuo inueſtigat ex reliqua natura an hæc diuiſio recta ſit. Nam, inquit, πεζά ſunt quæ aërem, ſi ἔνυδρα quæ aquam ducunt ore: delphin excedit hanc diuiſionem: in quo vno vtrunque eſt. Item cætera cetacea aliquot, vt orca, balæna, phyſeter. Inde oſtendit quomodo in delphino vtrunque eſt: poſt hæc, proximo apoteleſmate indicabit, non poſſe ſic leuiter pronunciari.

Περιττότατα: ſic & alibi ſæpè de rebus quæ excedunt communes naturæ metas ac modos. Nam impar numerus dicitur περιττός: quia diuiſi pars vna ſemper alteram excedit. Τὸ περὶ ſignificat exceſſum. Nam ſemper locus maior eſt locato, & continens contento: eſt enim contentum quaſi pars. Τὸ περί, ſignificat ambitum. Nam ſi ὑπὲρ ſignificat exceſſum: quanto magis τὸ περί. Nam τὸ περὶ circumducit τὸ ὑπὲρ quoquo verſus, quod ſummum tantùm notabat. Theodorus dixit *ſuperflua, & peculiaris.*

Καὶ τῶν ἐνύδρων καὶ τῶν ἄλλων κητωδῶν. Cum dixit genus ἐνύδρων: fruſtrà addidit καὶ τῶν ἄλλων κητωδῶν ſpeciem. Iccircò Theodorus inuertit & præpoſuit τῶν κητωδῶν.

Ὅσα τοῦτον ἔχει τὸν τρόπον. Quoniam non omnia cetacea fiſtulam habent: quod ſtatim declarauit ἔχει αὐλόν.

Θεῖναι *ſtatuere*: ſic leges à Græcis θέσεις & plebiſcita. Nos non ponimus in genere, ſed poſitorum à natura leges perſequimur.

Καὶ τὸν ἀέρα: vtrunque verbum repetijt δέχεται καὶ ἀφίησι.

Λαμβανόμενος. Theodorus *apprehenſus*, malè: *comprehenſus* potiùs: appendimus vnco, aut manu, aut laqueo, aut forcipe. Etiam laqueo meliùs dicas comprehendi.

Ἀποπνίγεται Theodorus, *ſtrangulatur*, peſſimè: ſtrangulamur obducto laqueo, aut manibus collo: atque anguſtijs intercepto ſpiritu.

Ἔξω *foris*, Theodorus: nos lenius, *extractus.*

Μύζων. Theodorus, *mutiens* optimè: ſed malè στένων, *anhelans*: imò *gemens.* Idem ſonus eſt μυζοῦντος in ore, στένοντος in pectore.

Καθεύδων ὑπερέχει ῥύγχος. Theodorus *dormiens roſtrum exerit*: ſed exortum habet. Ἔχει quod exerebat antequam dormiret: hanc hiſtoriam bis ac ter repetit.

Ὅπως ἀναπνέῃ. Nam hac de cauſſa eum ſpirandi facultate egere, vt oſtendat, hæc dixit hîc.

IX. ARI-

IX. ARISTOTELES.

Τὰ δ' αὐτὰ τάττειν εἰς ἀμφοτέρας τὰς διαιρέσεις, ἄτοπον, ὑπεναντίας οὔσας· ἀλλ' ἔοικεν εἶναι τὸ ἔνυδρον ἔτι προσδιοριστέον. τὰ μὲν γὰρ, δέχεται τὸ ὕδωρ καὶ ἀφίησι, διὰ τὴν αὐτὴν αἰτίαν, δι' ἥνπερ τὰ ἀναπνέοντα τὸν ἀέρα, καταψύξεως χάριν· τὰ δὲ, διὰ τὴν τροφήν. ἀνάγκη γὰρ ἐν ὑγρῷ λαμβάνειν ταύτην, καὶ τὸ ὑγρὸν ἅμα δέχεσθαι, καὶ τὸ δεχόμενον ὄργανον ἔχειν ᾧ ἐκπέμπει. τὰ μὲν οὖν ἀνάλογον τῇ ἀναπνοῇ χρώμενα τῷ ὑγρῷ, βράγχια ἔχει· τὰ δὲ διὰ τὴν τροφὴν, αὐλὸν τῶν ἐναίμων ζώων. ὁμοίως δὲ τά τε μαλάκια καὶ μαλακόστρακα. καὶ γὰρ ταῦτα δέχεται τὸ ὑγρὸν διὰ τὴν τροφήν.

Eadem autem redigere in ordinem vtriuſque diuiſionis abſurdum eſt. Quippe quæ ſunt contraria: ſed ipſum aquatile inſuper eſt etiam diuidẽdum. Quædam enim & recipiunt, & reddunt aquam eadem de cauſſa, qua ea quæ ſpirant aerem: ob refrigerationem ſcilicet: alia autem ob cibum. Neceſſe enim eſt vt ipſum in humore capiant: ſimúlque humorem ipſum haurire: ſimul habere inſtrumẽtum quo emittant. Quæ igitur humore vtuntur, tanquam vicario reſpirationis, branchias habent. Quæ autem ob cibum fiſtulam, quæ ſunt ſanguine concreta. Similiter autem & molluſca & cruſtacea. Hæc enim propter cibum recipiunt humorem.

CAESAR.

CVM diſtinxit in πεζὰ & ἔνυδρα, tanquam in contraria: offenderat tum delphin: quoniam vtriuſque differentiæ ratio conueniebat vni. Nam vt πεζὸν ſpirabat, & vt ἔνυδρον aquam reciprocabat. At, inquit, abſurdum hoc eſt. Itaque aut negandum illas differentias eſſe contrarias, aut videndum quomodo cohæreant in eodem. Itaque dicendum eſt. Cùm aliquid alij contrarium multis modis eſſe poſſit: illud vnum etiam eſt ratio finis. Ita fit æquiuocatio. Nam lupus amat oues, & paſtor amat oues. Non eſt vniuocus amor: quia finis diuerſus. Itaque cùm ἔνυδρα quæ aquam hauriunt, non eadem ſingula ratione recipiant, non erunt omnia contraria rationi τῶν πεζῶν. Quæ igitur ita hauriunt vt eis ſit loco aëris, vt quod aër eſt πεζοῖς, hoc ſit illis aqua. Hæc cum πεζοῖς non conueniunt. At quibus per accidens aqua hauritur: quoniam cibus quem capiunt in aqua eſt, ea non vtuntur aqua vice aëris: ſed per accidens. At per ſe, & per accidens cùm ſint contraria, faciunt tamen vt contraria, contraria non ſint. Aqua cùm frigida per ſe, calida eſt per accidens. In altera parte declarat quæ ſint ἔνυδρα per ſe quæ humore vtuntur vice aëris, quæ branchias habent. In tertia dicit datam fiſtulam piſcibus ſanguine concretis ad emittendum aquam, quam hauriunt cùm capiunt cibum. In poſtrema dicit etiam molluſca & teſtacea excipere ac reddere aquam non per ſe, ſed vt fiſtulata ob cibum: quoniam obijci poterat de branchijs, quibus carent ſanè. Cæterùm vt probaretur opinio diuiſionis, multa ſunt inuerſa. Primùm, vſus vocum. Deinde alia multa quæ pertinent ad veritatem. Nam ἔνυδρα ſi quis vocem contempletur plus comperiet ſignificare, quàm ὑδατικά. Itaque animalia quæ aquas incolunt, & aquas exeunt vt lutras, hippopotamos, poſſis ἔνυδρα dicere. Quæ autem foras non exeunt ὑδατικά. Prætereà, vt diximus, multa ſunt ἔνυδρα quæ aquas non hauriunt. Item τὸ πεζὸν dictum à πνέω, & à pedibus. Nam quod ποῦς erat Atticis, Æoles πὸς dixère, quos ſequuti ſumus: abijciebant enim τὸ, υ: vt ἄμπελος, pro ἀμπέλους: & ο, in ι, vertebant: vt ὀδοὺς, ἰδὸς: vnde noſtrum *Edo*. Inde τράπεζα quaſi τετράπεζα. Et ἀργυρόπεζα Θέτις à pedibus, ſicut Iuno à brachijs dicitur candida à Poëta λευκώλενος. Mirum, inquam, ſi à pedibus πεζὸν, quod alibi in vſu eſt Philoſopho. Quare ab ſpiratione πεζὸν voluêre interpretari: aut quare, quæ pedes habent, neque ſpirant erunt πεζὰ, & non πεζά: aut quare tam ambiguam vocem voluit trahere in differentiam certam: non paruæ certè eſt difficultatis: paulò infrà, πεζεύειν πεφυκὸς, πτερωτὸν ὂν declarauit: τὴν πόδα τῷ πεζεύειν. Ad hæc ſatis patet balænam nihil edere. Nunquam quicquam in eius ventriculo inuentum eſt: non maris, non fœminæ: non iuuenculæ, non vetulæ. Prætereà multi ſunt piſces qui branchias non habent, vt polypus & quidam alij: quos tamen par eſt trahere aquam, cauſſa refrigerationis. Sanè Crocodilus nullas habet, nullam fiſtulam: & tamen, & agit in aqua, & cibum in aqua petit. Myſticetus, quem *muſculum* Plinius vocat, & qui vt puto pro balæna in Cantabrico Oceano paſſim capitur, nullis branchijs, nulla fiſtula præditus eſt. Quare autem polypus branchias non habeat, reddet rationem Philoſophus, quia non tanta egeat refrigeratione: exanguis enim eſt. Quanquam & fiſtulam habeat qua pariat: & qua aquam trahat, vt & paulò poſt dicet, molluſca ſcilicet & cruſtacea fiſtulam habere. Cancri quoque valuulas habent loco fiſtulæ: nam exceptam aquam infernè, exigunt ſupernè. At Crocodilus

dilus amphibion omnino eſt animal. Et in terram ſæpè exit ad cibum comparandum. Illud quoque animaduertendum eſt: ranas & teſtudines non habere fiſtulas, & tamen cibum in aqua capere. Item cancros non cibi tantùm gratia aquam reciprocare, ſed & ſpirationis loco. Moriuntur enim extra aquam. Et ducunt ſpumam valuulis, vt alij piſces branchijs. Deinde cùm in terra ſint quæ ſpirent, alia quæ non ſpirent. Quædam media, vt talpæ quæ ſub terra craſſum illum & terreum aerem agitant: in aqua item ſint quæ aquam non hauriant, vt cochleæ. Quæ hauriant, vt mullus: quæ media ſint, piſces lati qui ſub limo agitant, vt paſſeres. Cum igitur ſint eæ duæ naturæ ſeorſum ſerie quadam ſua, quæque ducta per gradus: quid prohibet eſſe naturam vnam mediam, vtranque coniungentē: quæ ſit delphin, & eiuſmodi: quæ partim hoc, partim illud ſit? Sicut contra: vna natura ab latere delphini, quæ plus vergat ad terreſtre, vt crocodilus: branchias enim nullas habet: ab altero latere, altera natura quæ plus vergat ad piſces: quoniam branchias habeat: & diu tamen in terra viuat, vt anguilla. Nam ſi inter piſces quidam ſunt ſanguine carentes & oſſibus, vt cartilaginei: quidam habent pro oſſibus ſpinam oſſi propiorem: quidam habent oſſa vera, quibus participes ſunt naturæ τῶν πεζῶν: & tamen concretione corporis aquatiles ſint: nihil prohibet hanc miſtam naturam habere: illúdque miſtum, vt & aërem trahant & aquam. Atque illud quidem non negamus, non eſſe datum hauſtum aquæ delphino ob refrigerationem. Nempe non demittit eam ad pulmonem: ſed ſtatim hauſtam per ſupera emittit, ſpiritus eiuſdem impulſu quo ſpirat: ſed negamus diuiſionem illam eſſe conuenientem naturæ: tùm ex nominum ratione τῶν πεζῶν καὶ ἐνύδρων: tùm ex ipſis rebus. Quoniam & πεζὰ & ἔνυδρα multa ſunt, quæ neque aerem, neque aquam reciprocent ob refrigerandum.

Τὰ δ' αὐτὰ τάττειν. Quoniam ordo eſt in omni naturæ diſpoſitione. Theodorus, *collocare* dixit: negligētior ſanè eſt vocum Philoſophicarum: earúmque efficaciam degenerem facit forenſi oratione. Et addidit, *tàm: tàm contrariorum*, inquit. Quaſi verò contrarium ſuſcipiat magis & minus.

Πλεον διαιρετέον Theodorus, *amplius diſtinguendum eſt*: rectiſſimè: *amplius*, vox Iudicis cùm ſibi quærebat tempus dari ad diſpiciendum πρὸς τὴν περιτέραν διόρισιν.

Τὸ δεχόμενον ὄργανον: *membrum inſtrumentarium*: excipiens ſcilicet aquam iam exceptam vt expellat: adeò ambiguè verbo illo vſus eſt Ariſtoteles. Nam iam dixit τὸ ὑγρὸν δέχεσθαι, aquam, ſcilicet, quæ foris eſt: at hic τὸ δεχόμενον eſt aquæ quæ intus eſt.

Ἀνάλογον: *proportionem*: nos etiam *vice reſpirationis* dicere poſſumus: vicariæ enim inter ſe ſunt.

Καὶ μαλάκια. Theodorus: *mollibus etiam atque cruſtaceis hoc idem adhibitum eſt.* Cùm de fiſtula loquitur Theodorus non eſt veritus dicere, *hoc idem adhibitum eſſe.* Nam hæc ipſe addidit de ſuo.

X. ARISTOTELES.

Ἔνυδρα δέ ἐστι τὸν ἕτερον τρόπον, διὰ τὴν τοῦ σώματος κρᾶσιν καὶ τὸν βίον, ὅσα δέχεται μὲν τὸν ἀέρα, ζῇ δ' ἐν τῷ ὑγρῷ· ἢ ὅσα δέχεται μὲν τὸ ὑγρόν, καὶ ἔχει βράγχια, πορεύεται δ' εἰς τὸ ξηρὸν καὶ λαμβάνει τροφήν. ἓν δὲ μόνον νῦν ὦπται τοιοῦτον, ὁ καλούμενος κορδύλος. οὗτος γὰρ πνεύμονα μὲν οὐκ ἔχει, ἀλλὰ βράγχια, τετράπουν δ' ἐστίν, ὡς καὶ πεζεύειν πεφυκός.

Aquatilia autem ſunt etiam altero modo propter corporis concretionem, & victum. Quæ cùm aerem recipiant viuunt tamen in humore: aut quæ humorem recipiunt, branchiíſque ſunt prædita, ſed migrant in ſiccum, atque capiunt cibum. Vnum autem viſum eſt tale: quem cordulum *vocant. Is pulmonem non habet, branchias habet: quadrupéſque eſt etiam, vt ſit aptus ingredi.*

CÆSAR.

DECLARAT alteram naturam duplicem τῶν ἐνύδρων. Quæ ſpirantia in aqua cibum petunt: & quæ branchiata in terra victum quærunt. Ponítque hiſtoriam corduli. Ita ſibi contradicit: hoc enim ſuprà negauit. Et mirum, cùm terreſtre animal ſpirans, putà vitulum marinum appellauit ἔνυδρον à victu ex aqua & craſi: quare à victu è ſicco non appellauit cordulum πεζόν, præſertim πεζεύειν πεφυκός?

Κόρδυλος: falsò ſcriptum fuit κροκόδειλος: neque enim branchias habet crocodilus: idem error in libro de *Reſpiratione*: vbi pro cordulo, crocodilus legitur. Quē locum, quia ad hunc facit, huc

huc adducemus. Ἄποδες δὲ πάντες ἰχθύες, καὶ γὰρ ἃ ἔχουσι καθ' ὁμοιότητα τῶν πτερύγων ἔχουσι. Τῶν δὲ πόδας ἐχόντων ἓν ἔχει βράγχιον μόνον τῶν τεθεωρημένων ὁ καλούμενος κορδύλος. Atque hanc eſſe meram lectionem ex Athenæo licèt perſpicere.

Εἰς ξηρὸν: in *ſiccum* non εἰς γῆν. Nam in humore multa paſcuntur ἐν γῇ: *in fundo.*

XI. ARISTOTELES.

Τούτων δὲ πάντων πέφυκεν ἡ φύσις ὥσπερανεὶ διεστράφθαι, καθάπερ τῶν τε ἀῤῥένων ἔνια γίνεται θηλυκά, καὶ τῶν θηλέων ἀῤῥενωπά. ἐν μικροῖς γὰρ μορίοις λαμβάνοντα τὰ ζῶα διαφοράν, μέγα διαφέρειν φαίνονται κατὰ τὴν τοῦ ὅλου σώματος φύσιν. δηλοῖ δὲ ἐπὶ τῶν ἐκτεμνομένων. μικροῦ γὰρ μορίου πηρωθέντος, εἰς τὸ θῆλυ μεταβάλλει τὸ ζῶον. ὥστε δῆλον ὅτι καὶ ἐν τῇ ἐξ ἀρχῆς συστάσει, ἀκαριαίου τινὸς μεταβάλλοντος τῷ μεγέθει, ἐὰν ᾖ ἀρχοειδές, γίνεται τὸ μὲν θῆλυ, τὸ δὲ ἄῤῥεν. ὅλως δὲ ἀναιρεθέντος, οὐδέτερον. ὥστε καὶ τὸ πεζὸν καὶ [τὸ] ἔνυδρον εἶναι κατ' ἀμφοτέρους τοὺς τόπους, ἐν μικροῖς μορίοις γινομένης τῆς μεταβολῆς, συμβαίνει γίνεσθαι τὰ μὲν πεζά, τὰ δὲ ἔνυδρα τῶν ζώων. καὶ τὰ μὲν οὐκ ἐπαμφοτερίζει, τὰ δὲ ἐπαμφοτερίζει, διὰ τὸ μετέχειν τι τῆς ὕλης ἐν τῇ συστάσει τῆς γενέσεως, ἐξ οἵας ποιεῖται τὴν τροφήν. προσφιλὲς γὰρ ἑκάστῳ τῶν ζώων τὸ κατὰ φύσιν, ὥσπερ εἴρηται καὶ πρότερον.

Hæc autem omnia ita nata ſunt, quaſi inuerſis naturæ legibus: quo etiam modo maſcula quædam fœminina oriūtur, & in ſexu fœmineo maſculina facie. Etenim animantes adeptæ paruis in membris differentiam, differre totius naturæ corporis videntur. Hoc euidens eſt in exectis: puſilla nanque particula mutilata, mutatur in fœminam animal. Igitur manifeſtum eſt in principiorum concretione, momentaneæ cuiuſpiam magnitudinis factæ mutatione. Ea ſi principij ſpecies ſit, fit vel fœmina vel mas. Illa autem ſublata, neutrum. Itaque ſecundùm vtrūque locum, tàm terreſtre, quàm aquatile fit, puſillis mutatis membris, contingit vt aliqua euadant, alia aquatilia. Atque horum quidem aliqua ad neutram partem pertinent: alia autem ad vtranque: propterea quòd in conſtitutione, & generatione materiæ quandam partem præcepere, de cuius ſimili ſint victitatura. Quod enim ſecundùm naturam eſt, expetitur ab omni animali: ſicut iam dictum eſt.

CAESAR.

QVæ ſunt frequentia & penè ſemper ea dicuntur à Philoſopho legibus ſtatis naturæ conſtituta. Quæ autem rariora, ea in ijs legibus, illis impeditis, aut commutatis, exire naturæ opera aut manca, aut inuerſa. Itaque minimis momentis principiorum maximæ fiunt mutationes: vt fiſtula delphinū in aqua degere poſſe faciat: pulmo autem ipſum faciat vnum quaſi è terreſtribus. Oſtendit hoc etiam alijs in rebus euenire, vt in ſexu: qui vel natura, vel arte, vel caſu alius alij eueniat. Itaque, inquit, miſtis principijs miſcebuntur & ſpecies. Neque propterea dicetur contraria duo eſſe in eodem: propter illam diſtinctionem, quam & hic repetit. Eſſe πεζὰ per ſe, & ἔνυδρα per accidens, διὰ τὴν τροφήν. Sed dubitatur. Nam potiùs videtur delphin ἔνυδρον quàm πεζόν. Nam ſi propter cibum eſt ἔνυδρον: ergo ex natura ἐνύδρων conſtitutus eſt. Ergo ſi craſis talis eſt, non indiget reſpiratione. Dicendum, quoniam cor eſt princeps membrum: iccircò ab eius concretione nominatur: ſpeciem inque eam relatum delphinum. Sed cordis calorem talem eſſe, vt aëris refrigeratione opus habeat. Alij quoque piſces habent cor, vt aſellus: at pulmonem non habet: quoniam eius concretio dilutior eſt. Solum autem aſellum inter piſces habere cor falſum eſt. Salmo enim habet.

Πάντων: ſcilicet tàm fiſtulatorum, quàm branchiatorum, tàm in ſicco, vt lutrarum, quàm in humore victitantium. Πέφυκεν ἡ φύσις. Quoniam φύσις hîc paſſiuè accipitur. Natura ſcilicet concretio ab ipſa natura conſtituta: iccircò dixit πέφυκεν, quoniam naturatam, vt vocant, intelligit.

Διεστράφθαι Theodorus, *peruerſam*: peruerſa ſanè vox: *inuerſam* potiùs: argumenta λημματικὰ καὶ κεφαλαῖα καὶ ἀντίστροφα ſunt διεστραμμένα: vt pugnus, palma clauſa: palma pugnus apertus. Dialectica eſt oratoria arcta. Oratoria, dialectica fuſa. Itaque quod debetur πεζῷ, datum eſt ἐνύδρῳ. Commutatio quædam in naturæ commercijs: commutauit enim natura corduli cum lutra affectum: vt hæc terreſtris ex aqua, ille aquaticus è terra cibum petat.

Ἀῤῥένων ἔνια: à ſexu per naturam ex principijs. Quomodo autem hæc fiant in libris de *Generatione animalium* à Philoſopho, & à nobis in ijs quos de *Semine genitali* ſcripſimus, dictum eſt.

Ἐν μικροῖς

Ἐν μικροῖς γὰρ μορίοις λαμβανόντα διαφοράν: quoniam materia ſola differt à mari fœmina.

Φανερὸν, *manifeſtum eſt*, neque diſceptabile.

Κατὰ φύσιν ὅλῃ τοῦ σώματος. Theodorus vertit in caſum rectum. *Natura videtur differre*: imò animalia differunt per naturam corporis: ea eſt differentia. At differentia non differt: eſſet enim progreſſus in infinitum.

Ἐκτεμνομένων: argumentum ab arte, quo probat illam naturalem commutationem in vtero. Theodorus, *exciſis*: ambigua nimis voce.

Πηρωθέντος *læſo*: quoniam caſtrantur, vt diximus: vel eliſis, vel inuerſis, vel extractis teſtibus.

Εἰς τὸ θῆλυ: quoniam dixit θηλυκά. Non quod fiunt fœminæ, ſed fœminini, & ἀρρενωπά, quoniam non ſunt maſculi, ſed facie tantùm quadam: vt viragines.

Συστάσει, *conſtitutione primordiorum*. Iccircò Latinè dicimus, hoc aut hoc conſtare ſuis partibus. Significat autem quandam concordiam coaleſcentium in vnum, vt indicetur lis & amicitia: duo principia Epicuri: & Amor ille qui primus emerſit è Chao conciliaturus diſſidentia principia. Vt amor ſit principium principiorum. Porrò Deus amor eſt. Id nos expreſſimus in hymno *in Deum patrem* illo verſu. *Tum pater omnipotens æterno accinctus amore.* Alibi in Exercitationibus noſtris fuſiùs.

Ἀκαριαίων: *momentanei*: minimi cuiuſpiam: quoniam omnia principia minima ſunt: ſed non viribus, iccircò dixit τοῖς μεγέθει: non ſubſtantia, ſed quantitate.

Ἐὰν ᾖ ἀρχοειδές. Etenim ſi non ſit è claſſe principiorum nihil immutat: vt naſus, os, aures, & eiuſmodi. Theodorus *principale*, rectè: meliùs, *ſi principij ſit ſortitum naturam.*

Ὅλως δ' ἀναιρεθέντος ὁπότερον: mutato principio mutatur ſexus: ablato auferuntur: multa enim animalia ſexu carere iam diximus. Mirum verò cùm ad rem maximè facerent, non poſuiſſe. Μιχθέντων δ' ἀμφοτέρων: ſicut & mox τὰ δ' ἐπαμφοτερίζει, vt in androgynis.

Συμβαίνει: hîc ſignatè locutus eſt: quoniam euenit κατὰ συμβεβηκός.

Διὰ τὸ μετέχειν τι: partim ex materia, nam quæ penitus totam materiæ naturam vindicant, ἐπαμφοτερίζει. Ἐπαμφοτερίζει Theodorus, *ſimplicem vitam agant*, rectè: ſuam ſibi quiſque ſeorſum.

Ἐξ οἵας: qualitatem, vt dixi, ſubſtantialem ſignificat. Τὸ ποιόν τι.

Τὸ κατὰ φύσιν. Quoniam natura vna eſt: ſi animal conſtituitur ex hoc, hoc quoque conſeruabitur.

Προσφιλὲς, *amicum natura*. Τὸ πρὸς ſignificat motum ad adipiſcendum. Itaque appetibile rectè dicitur, & ſignificat ζητεῖν. Itaque Theodorus malè dixit, *quod per naturam habetur*. Neque enim appeterent ſi haberent: habent concretionem, non habent cibum. Iccircò per concretionis naturam, ſimilem naturam in cibo appetunt.

CAPVT TERTIVM,

Teſtaceorum mobilium & immobilium victus.

XII. ARISTOTELES.

Διῃρημένων δὲ τῶν ζώων εἰς τό τε ἔνυδρον καὶ πεζὸν τριχῶς, τῷ δέχεσθαι τὸν ἀέρα ἢ τὸ ὕδωρ, καὶ τῇ κράσει τῶν σωμάτων, τὸ δὲ τρίτον τῆς τροφῆς, ἀκολουθοῦσιν οἱ βίοι κατὰ ταύτας τὰς διαιρέσεις. τὰ μὲν γὰρ, κατὰ τὴν κρᾶσιν καὶ τὴν τροφὴν ἀκολουθοῦσι, καὶ κατὰ τὸ δέχεσθαι τὸ ὕδωρ ἢ τὸν ἀέρα· τὰ δὲ, τῇ κράσει, καὶ τοῖς βίοις μόνον.

Trinis modis diuiſione facta animalium in aquatile, & terreſtre: primum quòd vel aërem, vel aquam recipiant: deinde quòd certa ſint corporis concretione: tùm propter alimenta. Viuendi ratio conſequetur ipſa, ſecundùm has diuiſiones. Quædam enim ſequuntur ſecundùm & concretionem, & cibũ, & eo quòd vel aërem, vel aquam recipiant. Alia autem ſecundùm concretionem, & victum tantùm.

CAESAR.

CAESAR.

POSTQVAM inſtituit communem omnibus animalibus naturæ ſeriem continuatam: diuiſitque certa in Capita: hinc iacto hoc quod cõparauerat, fundamẽto, procedit ad victum ſingulorum generum. Incipit autem à piſcibus: quoniam tenet inſtitutum, vt poſt plantas piſces recenſeat: vnde etiam commodiùs quàm Theodorus Caput auſpicati ſumus.

Τεχῶς εἰς πεζὸν καὶ ἔνυδρον. Videtur bifariàm diuiſiſſe: duo enim tantùm ſunt membra: ſed ita accipiendum eſt. In duo diuiſa trinis modis: ſic enim meliùs quàm Theodorus, *trifariàm*.

Ἀκολουθοῦσιν οἱ βίοι: ſcilicet αὐτοῖς τοῖς ζώοις. Et dixit *ſequuntur*: quia ratio victus eorum pendet ab vno membro harum diuiſionum. Nota autem diligenter: cùm dixit trinis modis diuiſionem factam, in duo tantùm arctat. Primùm enim omnia comprehendit τῇ κράσει, τῇ τροφῇ, τὸ δέχεσθαι: alterum autem vnicum tantùm: τῇ κράσει μόνον. Sed tamen valde erratur hîc. Nanque multa κατὰ τῇ κράσιν, καὶ τὴν τροφὴν, ita affecta ſunt: vt ſint ἔνυδρα, quæ tamen non ſint κατὰ τὸ δέχεσθαι, vt teſtudo marina. Neque enim κατὰ τὸ δέχεσθαι τὸ ὕδωρ ἔνυδρον. Præterea multa κατὰ τροφὴν, quę non ſunt κατὰ κράσιν ad inhabitandum, vt aues marinæ: in ſicco enim morantur. Præterea κατὰ τὸ δέχεσθαι, & κατὰ τὴν κράσιν cordulus aquaticum eſt animal: cibo autem πεζόν. Intelligit autem κατὰ κράσιν μόνον hippopotamum. Nam & ſpirat, & paſcitur in ſicco. Sed adhuc dubitabimus. Nanque ſi alimur eo, quod particeps eſt materiæ qua conſtamus, ergo eſt ſecundùm κράσιν, & ſecundùm τροφὴν, vnus tantùm modus. Κράσιν enim fouet ſui ſimilem τροφή. Et τροφὴ κράσιν appetit. Quare ſi hippopotamus in humore agitat, id agit, quoniam reſpondet eius concretio humori: at è ſicco viuit: ergo ſiccum reſpondet. Igitur non ſecundùm eam differentiam facienda eſt diuiſio. Complexus autem eſt in κράσει, etiam ſi qua maritima coitum appetunt terreſtrium, atque è contrario: vt muræna cum ſerpente, quemadmodum vulgus putat: quod tamen falſiſſimum eſt. Μύρος enim mas eſt τῆς μυραίνας.

XIII. ARISTOTELES.

Τῶν μὲν οὖν ὀστρακοδέρμων ζώων, τὰ μὲν ἀκινητίζοντα, τρέφεται τῷ ποτίμῳ. διηθεῖται γὰρ διὰ τῶν πυκνῶν, διὰ τὸ λεπτότερον εἶναι τῆς θαλάττης συμπεττομένης, ὥσπερ καὶ τὴν ἐξ ὑπαρχῆς λαμβάνει κίνησιν. ὅτι δ᾽ ἐν τῇ θαλάττῃ πότιμόν ἐστι, καὶ ταύτῃ διηθεῖσθαι δύναται, φανερόν ἐστιν. ἤδη γὰρ εἴληφέναι τούτου συμβέβηκέ τισι πεῖραν. ἐὰν γάρ τις κήρινον πλάσας λεπτὸν ἀγγεῖον, καὶ περιδήσας, καθῇ εἰς τὴν θάλασσαν κενὸν, ἐν νυκτὶ καὶ ἡμέρᾳ λαμβάνει ὕδατος πλῆθος· καὶ τοῦτο φαίνεται πότιμον.

Teſtaceorum animalium quæ non mutant locum, aluntur aqua. Percolatur enim per denſa, cùm ſit ſubtilior, concocto ſcilicet mari: & qualiter fuerat prædita à ſubſiſtente principio accepit motum. Quæ autem potabilis aqua in mari eſt, in eo quoque percolari poſſe manifeſtum eſt. Contigit enim vt experimento deprehenderetur. Tenui enim è cera vas ſi quis fingat, & obligatum demittat in mare vacuum, per noctem & diem excipit aquam ſatis multam: quæ ſine controuerſia ad potandum eſt vtilis.

CAESAR.

VT inter animalia à piſcibus incipit, ita inter piſces à teſtaceis: inter teſtacea ab ijs quæ locum non mutant: corúmque cibum declarat, aquam dulcem Mouet obiectionem: quomodo in mari dulci alantur: quia, inquit, in mari dulcis aqua eſt. Oſtẽdit experimento vaſis: quod adducit ad probandum illud quod ait: dulcem aquam percolari. Et reddit rationem poſſibilitatis: quia, inquit tenuior eſt. Mare verò quare ſit ſalſum & craſſum, eadem cauſſa eſt: à Sole enim peruritur. Nã in fundo dulcis aqua eſt. Quare ſi ſuapte natura eſſet ſalſum, eſſet totũ ſalſum. Aut ſi eius natura ita eſſet comparatum, vt eius pars aliqua per ſe ſalſa eſſet, ea eſſet infundo: grauior enim eſt. Itaque fluuij longiſſimis tractibus in mare extra fauces perdurant dulces in ſummo maris: mare autem ſubſidet. Item quòd mare ſubit æſtu in fluuios: in fundo remanet, nec miſcetur, quia grauius eſt.

Ἀκινητίζοντα: non ἀμετάβλητα: ſed μὴ πορευτικά: vt patellæ quædam, & oſtreæ: hoc verbo vſus eſt in animalibus ſuprà dum dormiunt. Intellige autem non omnia. Nanque pinnæ aluntur piſciculis, quos captant, vt diximus. Itaque Theodorus addidit, *nonnulla*: ſed malè dixit immota: mouentur enim aliquo motu.

Τοῦ ποτίμου: non dixit γλυκέ: ſed etiam πότιμον voluit dicere quod eſſet affectum τῆς γλύκεως: quaſi exprimeret etiam modum τῆς τροφῆς: quoniam ſuctu alerentur.

Διηθεῖται γὰρ διὰ τῶν πυκνῶν: ſcilicet μερῶν τῆς θαλάττης: per partes craſſiores percolatur. Et declarat, quia tenuior eſt is humor, rectè: ſi ſalſum illud craſſius, dulce erit tenuius. Et declarat modum τῆς διηθήσεως, cùm dicit συμπεττομένης, *concocto mari*. Metaphora ſumpta à fructibus, qui, dum ſunt immaturi, partes omnes ſunt confuſæ. Sed & addidit modum concoctionis, & cauſſam concoctricem: & ſanè ſit motus: ſimul cum forma ipſa aquæ. Iccircò dixit λαμβάνει κίνησιν: motum ſcilicet alterationis, non loci: iccircò dixit τὴν ἐξ ὑπαρχῆς λαμβάνει κίνησιν: qui motus ſuberat ab ipſis principijs: appellat principium formam: dicit ὑπὸ, quoniam ſubeſt accidente ſalſitatis. Et dixit, ἐξ: quoniam ab ipſo principio fluxit ipſa κίνησις: forma enim autor eſt. Theodorus verò non ſatis expreſſit τὸ διηθεῖται, per *tranſmittendi* verbum: laxior enim vox eſt. Tranſmittit enim Garumnam per alueum fons ex Alpibus: at non διηθεῖται. Τὸ, διὰ πυκνῶν: ſignificat tractum. Et τὸ διὰ λεπτότερον ſignificat cauſſam. Theodorus omiſit, κίνησιν & λαμβάνει: *primo*, inquit, *naturæ ortu inſtituuntur*: non ſic: ſed mutationem hanc referentem mare ſalſum ad ſua principia intelligit. Theophraſtus declarauit diſputando, nullam rem ali amaro: at ſalſo non negauit. Quippe etiam oſtreorum ſaliua ſalſa eſt: ſed ſanè minùs quàm mare. Et ipſi citri & calli oſtreorum dulciores: & decoctæ marinæ aquæ vapor minùs ſalſus eſt quam aqua ipſa: quod verò ſubſidet in ſal cogitur quod eſt ſalſius ipſa aqua.

Ὥσπερ, poſuit pro ἥνπερ: ſed plus ſignificat, non ſolùm qualem motum, ſed etiam quo modo.

Καὶ ταύτῃ: ſcilicet in ipſo quoque mari.

Συμβέβηκε: caſu ſcilicet: qui eſt multorum experimentorum pater.

Ἀγγεῖον: parietes intelligit & fundum. Theodorus addidit, *latere*: mirum verò quo modo aqua ſubeat cùm intus aër ſit.

Περιελεῖν. Τὸ περὶ, non eſt neceſſaria.

Πλῆθος, *largiorem aquam*. Theodorus omiſit φαίνεται: id verò ſignificat, *ſine controuerſia*: & maluit πότιμον *dulcem*, quàm *potabilem* dicere. Cum tamen multa dulcia non ſunt ad potandum: vt oleum. Non enim fruſtra ſic loquutus eſt Philoſophus.

XIV. ARISTOTELES.

Αἱ δὲ ἀκαλῆφαι τρέφονται ὅ τι ἂν προσπαίσῃ ἰχθύδιον. ἔχει δὲ τὸ στόμα ἐν μέσῳ. δῆλον δὲ τοῦτο μάλιστά ἐστιν ἐπὶ τῶν μεγάλων. ἔχει δὲ ὥσπερ τὰ ὄστρεα, ᾗ ὑποχωρεῖ ἔξω ἡ τροφή, πόρον. ἔστι δὲ αὐτὸς ἄνω. ἔοικε γὰρ ἡ ἀκαλήφη ὥσπερ τὸ ἔσω εἶναι τῶν ὀστρέων τὸ σαρκῶδες· τῇ δὲ πέτρᾳ χρῆται ὡς ὀστρέῳ.

Vrticæ autem veſcuntur piſciculis, qui ad eas allapſi fuerint: habent enim in medio os. Quod euidentius in maioribus eſt. Ac quemadmodum oſtrea foramen parte ſuperiore habent, quo ſecedit foras cibus. Similis enim oſtrearum natura vrticis eſt: vt eius carnoſa pars ſit quod interior oſtrearum: at ipſa vtatur ſaxo, tanquam teſta.

CÆSAR.

ALTERVM genus eorum quæ locum non mutant, narrat: alterúmque genus cibi: repetit hiſtoriam partium: oſtendit quod & ſuprà: vrticam non abſimilem naturæ teſtaceorum. Nanque ſaxum ſit loco teſtæ: carnoſum autem ſit vice calli oſtracei: ſitu ſcilicet διεσπαρμένῳ.

Δῆλον δέ: remouet obiectionem dubitantium in minoribus.

Ὥσπερ τὰ ὄστρεα: alia ſimilitudo cum oſtreis.

Ὑποχωρεῖ, ſignificat tractum ad excrementa: iccircò non dixit περίττωμα, ſed τροφή. Nondũ enim eſt verum excrementum. Ἔξω: ſcilicet πρὸς τὸ ἔξω: vt minùs rectè Theodorus *excrementũ* tranſtulerit. Et malè idem tranſtulit quod ſequitur: *vrtica videtur quaſi oſtreorum caro incluſa ſaxo perinde vt teſta.* Nam principio conſtat non eſſe incluſam: neque omnia teſtacea incluſa: deinde non ſic loquitur Philoſophus. Sed vt caro oſtreorum intus eſt, ita foris vrticę: vt teſta oſtreorum foris, ita intus vrticæ: vrticæ autem teſtam, ſaxum eſſe.

XV. ARISTOTELES.

Καὶ αἱ λεπάδες δὲ, ἀπολυόμεναι, μεταχωροῦσι καὶ τρέφονται.

Patellæ quoque abſolutæ tranſmigrant, & paſcuntur.

CAESAR.

PROCEDIT per genera media: quoniam partim mutant, partim non mutant: & quæ mutant certò tempore affixa ſunt, vt patellæ, quæ non mutant niſi abſolutæ.

Μεταχωροῦσι. Χῶρος, μετὰ χῶρον μεταβάλλουσι. Theodorus *ſecedunt*, malè. Nam ſeceſſio aut otium ſignificat, vt in hoc noſtro receſſu: aut diſſidium populi, aut diſſeſſionem ſenatus: omnino diuerſa ſtudia partium. Sic enim intelligendum puto: non ſecedere patellas: quoniam alias negligunt patellas.

XVI. ARISTOTELES.

Ὅσα δὲ κινητικὰ, τὰ μὲν, ζωοφαγοῦντα, τρέφεται τοῖς μικροῖς ἰχθυδίοις, οἷον ἡ πορφύρα. σαρκοφάγοι γάρ ἐστι· διὸ καὶ δελεάζεται τοῖς τοιούτοις.

Quæ autem mutant locum, partim veſcūtur animalibus, alunturq́; minutis piſciculis: vt purpura. Carniuora enim eſt, atque iccircò eiuſmodi rebus ineſcatur.

CAESAR.

NVNC alteram Capitis partem proſequitur, & ſcindit in duas: quarum primam hîc tradit, vt quædam ſint carniuora: alteram proximo apoteleſmate.

Κινητικὰ: laxa nimis vox eſt, vt ſuprà oſtendimus. Nam vrticæ motu mouentur: quomodo enim vorarent piſces?

Σαρκοφάγοι: declarauit τὸ ζωοφαγοῦντα: quod elegans participium plenam facit orationem: vt ſit materia τοῦ ξίφιδος: æquiuocè σαρκοφάγοι: neque enim vera carniuora.

Δελεάζεται, *eſca allicitur*: verbum piſcatorum.

XVII. ARISTOTELES.

Τὰ δὲ, καὶ τοῖς ἐν τῇ θαλάττῃ φυομένοις.

Partim ijs quæ in mari plantarū natura oriūtur.

CAESAR.

QVÆDAM cùm ſint carniuora, vt dixit, quædam ſunt quæ alga, & eiuſmodi rebus quæ plantarum more in mari oriuntur, veſcuntur.

Τὰ δὲ: ſcilicet alia oſtracea quæ mutant locum: patellæ enim non ſunt carniuoræ. Theodorus paſſiuè agnouit hoc quaſi purpurārum: ſic enim ſcripſit: *quanquam ijs ètiam quæ mari pullulant, alliciuntur*: ſcilicet purpuræ: quas iam dicebat δελεάζεσθαι.

Ἐν τῇ θαλάττῃ φυομένοις. Τὸ φύεσθαι propriè plantarum eſt. Vnde fundus dicitur de agro. Itaque non ſolo verbo Latinè poteſt explicari, per *oriri, &, naſci*: quoniam etiam τοῖς ζώοις, de quibus iam dixit, conuenit. Itaque addito plantæ nomine ei voci ſatisfecimus. Theodorus, *pullulant*: ſed pullulare, eſt ſtolonum tantùm, non matricum plantarum: quaſi ſint pulli earum. Πρεμνοφυέσθαι niſi dicas, vix Græcè habeas tam concinnam vocem.

XVIII. ARISTOTELES.

Αἱ δὲ χελῶναι αἱ θαλάττιαι, τά [τε] κογχύλια νέμονται. ἔχουσι γὰρ τὸ στόμα ἰσχυρότερον πάντων. ὅτου γὰρ ἂν ἐπιλάβηται, ἢ λίθου, ἢ ἄλλου

At marinæ teſtudines etiam conchis veſcuntur: ore enim robuſtiſſimo ſunt. Quodcunque enim corripiunt, aut lapidem, aut aliud quid, deuo-

ὀστρακοῦ, ἀπεσθίει καὶ κατάγνυσι καὶ ἐξιοῦσα, τὴν βοτάνην νέμεται. πονοῦσι δὲ καὶ ἀπόλλυνται πολλάκις, ὅταν ἐπιπολάζουσαι ἀποξηρανθῶσιν ὑπὸ τοῦ ἡλίου. καταφέρεσθαι γὰρ οὐ δύνανται πάλιν ῥᾳδίως.

rat, & frangit. Egreſſa etiam in terram herbam paſcitur. Laborant ac ſæpè etiam intereunt, cùm ſummo mari fluitantes præter modum à Sole exiccantur. Neque enim facilè rurſum mergi poſſunt.

CAESAR.

TERTIVM genus, quod pedibus præditum eſt: & verè πορευτικὸν non ſolùm νευστικόν: cui duplicem attribuit victum, & duplicem naturam τῆς ἐνύδρου καὶ τῆς πεζῆς: poſtremò etiam addidit affectum ab euentu.

Νέμονται, *petunt* Theodorus, malè: imò lectas ſuis locis vbi deprehenderunt, paſcuntur. Alluſit ad herbas, quæ immobiles ſunt, ſic conchæ.

Τὸ στόμα: intellexit τὸ ῥύγχος. Nam oſſeum habent roſtrum, & poſuit ἰσχυρότερον per comparationem: propter generum diſſimilitudinem.

Ἀπεσθίει καὶ κατάγνυσι: prius videtur eſſe vt frangant: deinde vt deuorent: ſed ita voluit, deuorant non integrum, ſed præfractum: vt κατάγνυσι ſit declaratio modi quo ἀπεσθίει: mutauit numerum.

Ἐξιοῦσα ſcilicet è mari: ne intelligas exuere teſtam.

Ἀποξηρανθῶσι. Τὸ ἀπὸ non eſt negligendum. Nam ſtatim ſiccatur teſta, vel ſolo aëre tacta. Theodorus omiſit.

Ἐπιπολάζουσαι, Theodorus, *innatantes*: malè: nam etiam in imo mari cùm natant, innatant: ſed τὸ ἐπιπολῆς: neque enim aſtrictus fuit numeris verſus, vt Martialis de muræna.

Πονοῦσι: *laborant*, ad demergendum ſcilicet. Καὶ ἀπόλλυνται: capiuntur enim: non quod iccircò pereant: appellunt enim ad littora, vnde & victum capiant.

Καταφέρεσθαι Theodorus, *deferri in gurgite*: imò demergi in gurgitem: quanquam, vt alibi monuimus, abutitur Theodorus gurgitis appellatione.

Ῥᾳδίως: vt declararet τὸ πονοῦσι. Quod autem ſicca reſpuant humorem in quarto *Meteororum* explicatum eſt: quod nos quoque in noſtris *Nobilibus Exercitationibus* diſputauimus: & in Decimo huius operis. Nullum enim ſymbolum eſt.

CAPVT QVARTVM,

De cruſtatorum victu.

XIX. ARISTOTELES.

ΤΟΝ αὐτὸν δὲ τρόπον καὶ τὰ μαλακόστρακα. καὶ γὰρ ταῦτα παμφάγα. καὶ γὰρ λίθους καὶ ὕλην, καὶ φυκία νέμεται, καὶ κόπρον, οἷον οἱ πετραῖοι τῶν καρκίνων, καὶ σαρκοφαγοῦσιν.

IDEM quoque modus cruſtaceorum. Omniuora enim hæc item ſunt. Namque & lapides, & ligna, & algulas, atque adeò ſtercus deuorant: vt cancri ſaxatiles: quin etiam carne veſcuntur.

CAESAR.

TRANSIT ad cruſtacea: quorum naturam eandem cum ſuperioribus in victu narrat. Et appellat παμφάγα: quoad ſpecies rerum: non quoad numerum. Cùm igitur dixit τὸν αὐτὸν τρόπον. Tamen præter ſuperiora addidit, καὶ ὕλην καὶ κόπρον.

XX. ARI-

XX. ARISTOTELES.

Οἱ δὲ κάραβοι, κρατοῦσι μὲν καὶ τῶν μεγάλων ἰχθύων, καί τις συμβαίνει περιπέτεια τούτων ἐνίοις. τοὺς μὲν γὰρ καράβους οἱ πολύποδες κρατοῦσιν· ὥστε κἂν ὄντας πλησίον ἐν ταὐτῷ δικτύῳ αἴσθωνται, ἀποθνήσκουσιν οἱ κάραβοι διὰ τὸν φόβον· διὰ γὰρ τὴν τραχύτητα οὐκ ἐξολισθαίνουσιν αὐτούς· οἱ δὲ κάραβοι τοὺς γόγγρους· οἱ δὲ γόγγροι, τοὺς πολύποδας κατεσθίουσιν. οὐδὲν γὰρ αὐτοῖς διὰ τὴν λειότητα δύνανται χρῆσθαι.

Locuſtæ verò etiam maiores piſces ſuperant: ac ſanè hoſtilis animi affectus in orbem recurrens in horum nonnullis eſt. Nanque locuſtas vincunt polypi: adeò vt ſi eodem in rete ſeſe prope eſſe ſenſerint, moriuntur locuſtæ metu. Nanque aſperitas in cauſſa eſt, quominus dilabantur. Locuſtæ autem congros. At congri polypos deuorant. Neque enim ob læuitatem aprehendi poſſunt.

CAESAR.

RESTABAT in his etiam aliud genus cibi: à piſcibus: ſicut ſuprà dicebat veſci vrticas. Nam quanquam dixit σαρκοφαγοῦσι, tamen & ſuprà cùm dixiſſet: nihilominus explicauit. Pulcherrima verò hiſtoria eſt. Nanque qui ſuperatur à ſuperato, deberet ſuperari à ſuperante. Ratio eſt naturalis in Mathematicis: qui numerus exceditur à contento, excedatur à continente. Quoniam quæ eſt pars partis, eſt etiam pars totius. Igitur ſi locuſtam polypus vincit, & locuſta congrum. Ergo polypus congrum debuit vincere. At contra fit: polypum conger deuorat. Id autem in cauſſa eſt non animus aut vires, ſed proportio modi. Quoniam polypus vincit animo & robore. Itaque quod apprehendit conficit: apprehendit autem locuſtam, quia aſpero tegmine eſt. Congrum non poteſt apprehendere ob cutis læuitatem: ſicut & infrà in Nono ſcriptum eſt, polypum aſpera ſectari, læuium nullum vſum eſſe. Itaque inſultibus circumuento exedit brachia: locuſta autem congrum conficit, quia tecta eſt ab eius dentibus. Ergo forcipe ſemel apprehenſum ad fauces ſtrangulat: circumagitatur enim cum ipſo: & ab latere fruſtratur morſus.

Κρατοῦσι καὶ τῶν μεγάλων. Habet emphaſim hiſtoria à voce illa μεγάλων: addidit, præpoſitionem hîc καὶ: & poſuit κρατοῦσι, abſolutum: at mox tranſitiuè cum quarto caſu. Κρατοῦσι τοὺς καράβους. Theodorus, *conuincere poſſunt*, malè. Non dicitur conuictus niſi iudicio, aut indicijs, aut teſtibus, aut quæſtione.

Περιπέτεια τούτων ἐνίοις. Quoniam his tribus generibus euenit affectus quidam in orbem circumactus: vt conger polypum, polypus locuſtam, locuſta congrum habeat inimicum. Περιπετὴς dicitur procliuis, promptus, propenſus: ab auibus quæ è ſpecula inuadunt prædam. Περιπετὴς nunc orbicularem illam propenſionem hoſtilis animi ſignificat. Theodorus, *euenit vſu*: ſimpliciſſima & languidiſſima oratione adumbrauit vegetam ſententiam.

Ὄντας πλησίον. Theodorus omiſit τὸ, πλησίον. Οἱ δὲ κάραβοι τοὺς γόγγρους· Διὰ γὰρ τὴν λειότητα οὐκ ἐξολισθαίνουσιν αὐτούς. Nota hîc errorem Librarij, quem & Theodorus ſequutus eſt. Nam quæ ratio eſt vt congri à locuſtis conficiantur? quia non poſſunt elabi congri: At quare? quia ſunt aſperi: imò verò locuſtæ aſperæ ſunt: at hæ vincunt. Itaque ſic legendum, vt tollamus è medio illa verba. Οἱ δὲ κάραβοι τοὺς γόγγρους: & ſequentia reddamus ſuperioribus. Ἀποθνήσκουσιν οἱ κάραβοι διὰ τὸν φόβον. διὰ γὰρ τὴν τραχύτητα οὐκ ἐξολισθαίνουσιν αὐτούς: & poſteà ſequantur illa: οἱ δὲ κάραβοι τοὺς γόγγρους. Nam locuſtæ ob aſperitatem obnoxiæ ſunt captiuitati: neque enim elabuntur acceptabula polypi, quemadmodum congri. Itaque reſpondet ſibiipſi. Hîc διὰ τὴν τραχύτητα retinentur locuſtæ: mox: διὰ τὴν λειότητα congri non retinentur.

Οἱ δὲ γόγγροι τοὺς πολύποδας κατεσθίουσι. Hic quoque Theodorus incidit in exemplar corruptum: ſic enim vertit. *Congri polypos ſuperant: ſed edere non poſſunt: læue enim & lapſum polypi corpus vſum hoſtis effugit.* At hoc falſum eſſe ſatis conſtat ex ipſo Ariſtotele. Nanque paulò infrà acceptabula polyporum ait exeſa à congris. Si igitur tela hoſtis exedit conger, multò faciliùs capit: ſed hîc λειότης intelligitur de congro: cuius ope effugit acceptabula polypi captantis cum fruſtrà.

Οὐ δύνανται χρῆσθαι: mutauit numerum more ſuo, cùm dixit πολύποδας: ſicut mox ὅτι ἂν λάβοι, cùm tamen dixit θηρεύοντες. Et ſignificat inutilem eſſe vim acceptabulorum ob læuitatem.

XXI. ARISTOTELES.

Νέμονται δὲ οἱ κάραβοι, τὰ ἰχθύδια θηρεύοντες περὶ τὰς θαλάμας. καὶ γὰρ ἐν τοῖς πελαγίοις [καὶ] ἐν τοῖς τοιούτοις γίνονται τόποις, οἷοι ἂν ὦσι τραχεῖς καὶ λιθώδεις· ἐν τούτοις γὰρ ποιοῦνται τὰς θαλάμας. καὶ ὅτι ἂν λάβοι, προσάγεται πρὸς τὸ σῶμα τῇ διχελεῖ χηλῇ, καθάπερ οἱ καρκίνοι.

PAſcuntur locuſtæ piſciculis, quos circa latibula ſua venantur. Nanque in alti maris eiuſmodi habitant locis, quæ ſint aſpera ac ſcrupea, in quibus cubilia ſua habeant. Ac more cancrorum forcipato pede ori admouent quem prehenderint.

CÆSAR.

HIc erant illa verba: τὰ δὲ μαλάκια πάντα σαρκοφάγα ἐστί: quæ quanquam ab hiſtoria præſenti polyporum non abhorrent: tamen extra hanc hiſtoriam ſunt. Et reponenda ad initium Capitis ſequentis. Hiſtoria hæc planiſſima eſt.

Τραχεῖς καὶ λιθώδεις: vtrunque erat neceſſarium: vt loca eſſent aſpera & ſaxoſa. Nā cubilia cauis locis facere debuere, vbi teſtæ ab inſidijs agitent. Itaque ſaxa opportuna fuere: aſpera autem eſſe debent, vt poſſint adrepere. Theodorus addit *cauernoſis*.

Ὅτι ἂν λάβοι: mutauit numerum vt ſuprà: ſed linguæ Latinæ caſtitas vix id poſſet pati. Τὸ, ὅ, τι. ἰχθύδιον ſcilicet.

XXII. ARISTOTELES.

Βαδίζει δὲ κατὰ φύσιν μὲν εἰς τὸ πρόσθεν, ὅταν ἄφοβος ᾖ, καταβάλλων τὰ κέρατα πλάγια· ὅταν δὲ φοβηθῇ, φεύγει ἀνάπαλιν, καὶ μακρὰν ἐξακοντίζει.

PRocedit prorſum natura ſua cū ſine metu eſt: demittens cornicula in latera: perterrefacta autem retrofugit, porrectáque vibrat cornua.

CAESAR.

NVNC præter victum etiam aliquid è moribus miſcet.

Κατὰ φύσιν: quoniā ὁ φόβος eſt κατὰ συμβεβηκός. Πλάγια. Theodorus, *in latera*, rectè: vtrinque μακρὰν ἐξακοντίζει, ſcilicet cornua: at τὸ ἐξακοντίζει Theodorus omiſit. Sed ſignificat *iactare*: quoniā cornua ipſa flexilia ſunt, cohærentibus nodis annuloſis inter ſe: magnitudine ſubinde decreſcente in mucronem. Vndabunda igitur ipſa cornua iaculatur in longum.

XXIII. ARISTOTELES.

Μάχονται δὲ πρὸς ἀλλήλους, ὥσπερ οἱ κριοί, τοῖς κέρασιν, ἐξαίροντες καὶ τύπτοντες. ὁρῶνται δὲ καὶ μετ' ἀλλήλων πολλάκις καὶ ἀθρόοι, ὥσπερ ἀγέλη.

ARietum modo inter ſe pugnant ſublatis cornibus ferientes: conſpiciuntur autem plerunque, tanquam greges mutuo congreſſu.

CÆSAR.

ALIVM morem narrat: & dixit more arietum propter cornua, non propter morem cornuū. Nanque non punctim vrgent ſe; ſed verbere cornuū: hoc eſt ἐξαίροντες καὶ τύπτοντες.

Μετ' ἀλλήλων ἀθρόοι. Theodorus neſcio quod collegium gregibus aſcripſit: auguſtámque vocem muto pecore contaminauit, & dixit, *vniuerſæ*, peſſimè intellecta huius vocis vi. Neque enim ἀθρόοι hic ſunt omnes locuſtæ quotquot, vbi vbi ſunt: illud, ſignificat vniuerſæ: at ἀθρόαι hic ſignificat *congregatas*: verbum colonorum. Ἅμα θερίζειν: collectos ad frugem ſimul incumbere in meſſem. Μετ' ἀλλήλων, *congreſſi*.

XXIV. ARISTOTELES.

Τὰ μὲν οὖν μαλακόστρακα, τοῦτον ζῇ τὸν τρόπον. τὰ δὲ μαλάκια πάντα σαρκοφάγα ἐστί.

CRuſtacea ſic pote viuunt: molluſca autem omnia carniuora ſunt.

CAESAR.

CAESAR.

NVnc tranſit ad *μαλάκια*: quem in locum tranſtulimus illa verba è loco ſuperiori.

XXV. ARISTOTELES.

Τῶν δὲ μαλακίων αἱ τευθίδες καὶ αἱ σηπίαι κρατοῦσι καὶ τῶν μεγάλων ἰχθύων.

Atque hoc quidem genere lolligunculæ & ſepiæ etiam magnos piſces ſuperant.

CÆSAR.

DESCENDIT ad ſpecies. Τευθίδες, diminutiuum Plautina voce expreſſi meliùs quàm Theodorus, qui *lolligines*: ſed vt τευθὺς *lolligines*, ſic τευθίδας, *lolligunculas* dicere poſſumus. Hic poſuit κρατεῖν, cùm ſecundo caſu ſine præpoſitione. Theodorus, *euincunt*. At *euincere* aliud eſt: & verbum Iuriſconſultorum.

XXVI. ARISTOTELES.

Οἱ δὲ πολύποδες, μάλιστα κογχύλια συλλέγοντες καὶ ἐξαιροῦντες τὰ σαρκία, τρέφονται τούτοις· διὸ καὶ τοῖς ὀστράκοις οἱ θηρεύοντες γνωρίζουσι τὰς θαλάμας αὐτῶν· ὃ δὲ λέγουσί τινες, ὡς αὐτὸς αὑτὸν ἐσθίει, ψεῦδός ἐστιν· ἀλλὰ περιεδηδεσμένας ἔχουσιν ἔνιοι τὰς πλεκτάνας ὑπὸ τῶν γόγγρων.

Polypi conchis potiſſimùm collectis, exemptiſque carunculis, iis veſcuntur. Iccirco de eiuſmodi teſtis captatores agnoſcunt eorum cubilia. Nam quod aiunt quidam, eos ſeſe deuorare, falſum eſt: ſed nonnulli brachia habent ambeſa à congris.

CAESAR.

PLANA hiſtoria eſt. Μάλιστα: quoniam etiam aliis veſcuntur. Sed hîc non eſt opus pugna. Ἐξαίροντες: *ſuprà tollentes*: hîc *eximere* ſignificat. Theodorus, *extringentes*: ſanè nitida & generoſa voce: οἱ θηρεύοντες οἱ ἁλιεῖς: vox generis pro ſpecie.

Αὐτὸς αὑτὸν: mutauit numerum.

Περιεδηδεσμένας. Atticum præteritum: ambeſas: quoniam aſſultibus carpit eum conger. Theodorus *corroſa*: meliùs *arroſa*.

Τοῖς ὀστράκοις. Theodorus, *congerie teſtarum*: malè congeriem addidit. Nam etiam ſine congerie.

Ἐσθίει Theodorus, *polypum ſeipſum eſſe*: nimis laſciuit ambigua ambitione: quem tamen adiuuat pronomen reciprocum ad tollendum eam ambiguitatem.

CAPVT QVINTVM,

De Piſcium victu.

XXVII. ARISTOTELES.

Οἱ δὲ ἰχθύες, τοῖς μὲν κυήμασι τρέφονται πάντες, ὅταν οἱ χρόνοι καθήκωσιν ἐκεῖνοι· τῇ δὲ ἄλλῃ τροφῇ, οὐ τῇ αὐτῇ ποιοῦνται πάντες.

Piſces ſuis fœtibus aluntur omnes, ipſius fœturæ tempore: at alio cibo vtuntur non omnes.

CAESAR.

TRANSIT ad cæterum genus quod ſpeciatim ἰχθὺς vocatur: aitque veſci ſuis fœtibus quos pepererint: hócque eſſe omnibus commune: differre autem aliis cibis. Sunt igitur quodammodo omnes carniuori, quoad κυήματα: quodammodo non: quia multi poſteà abſtinent ab aliorum carnibus.

Καθήκωσι: verbum Ariſtotelis τὴν καθήκουσαν ὥραν ſuprà. Theodorus concidit orationē, redegitq́ in anguſtū ſic: *piſces omnes fœturā ſuo tēpore deuorant*: ſed quid eſt *ſuo tēpore*? valde obſcura oratio eſt.

XXVIII. ARISTOTELES.

Οἱ μὲν γὰρ αὐτῶν, εἰσὶ σαρκοφάγοι μόνον· οἷον τά τε σελάχη, καὶ οἱ γόγγροι, καὶ αἱ χάνναι, καὶ οἱ θύννοι, καὶ λάβρακες, καὶ συνόδοντες, καὶ ἄμιαι, καὶ ὀρφοὶ, καὶ μύραιναι.

Nonnulli enim ſola veſcuntur carne: vt cartilaginei & congri, & channa & thunni, & lupi, & dentices, & amiæ, & orphi, & murænæ.

CAESAR.

ORPHVM, *cernuam*, Theodorus vertit: quanuis Latini, vt Plinius & Ouidius, Græco nomine contenti fuere. Piſcis marinus littoralis ad pagrum aliquo modo accedens, colore rubeſcente, cuius Athenæus meminit in octauo. Ab Italis *cergna*, vt puto dicitur: cuius vocis affinitate ductus Theodorus *cernuam* vocauit. Piſcium nomina & naturam, qui ſequuntur, non recenſebimus, niſi eorum de quibus antea nihil diximus.

XXIX. ARISTOTELES.

Αἱ δὲ τρίγλαι, φυκίοις τρέφονται καὶ ὀστρέοις, καὶ βορβόρῳ καὶ σαρκοφαγοῦσιν.

Mulli autem alga aluntur, & oſtreis, & cœno, atque etiam carnibus.

CAESAR.

TΡίγλην, vt alibi *mullum* interpretati ſumus. Ligures *Trigiam* vocant. Adriatici *barbi*. Burdugalenſes *barbehautz*. Barba autem communis multis piſcibus eſt. Nanque barbos maximos Padus, & Garumna, atque multi alij fluuij alunt. Piſces ignobiles, carne molli & ariſtis plena. Barbam etiam Cyprinus habet.

XXX. ARISTOTELES.

Ὁ δὲ δάσκιλλος τῷ βορβόρῳ καὶ κόπρῳ.

Daſcillus cœno & ſtercore.

CAESAR.

HIc piſcis ſolo nobis cognitus eſt nomine. Plinius de eo nihil.

XXXI. ARISTOTELES.

Σκάρος δὲ καὶ μελάνουρος, φυκίοις.

Scarus autem & Melanurus alga.

CAESAR.

DE his ſuprà. Theodorus vt alibi, *oculatum* vertit melanurum. Vtraque vox ſub finem triceſimi ſecundi Plinij reperitur: ſed tanquam diuerſi piſces ab ipſo ponuntur: vulgus Romanum *Ochiado* vocat.

XXXII. ARISTOTELES.

Ἡ δὲ σάλπη τῇ κόπρῳ καὶ φυκίοις· βόσκεται δὲ καὶ τὸ πράσιον· θηρεύεται δὲ καὶ κολοκύνθῃ μόνη τῶν ἰχθύων.

Salpa ſtercore & alga: carpit etiam marrubium: ſola piſcium cucurbita quoque captatur.

CAESAR.

THeodorus legit πράσον, nõ πράσιον. Sed mirum in mari porrum vbi inueniat, aut marrubium, aut concurbitam. Num igitur appetentem horum fecit eam natura, vt etiam eſſet quo caperetur?

XXXIII.

XXXIII. ARISTOTELES.

Ἀλληλοφαγοῦσι δὲ πάντες μὲν, πλὴν κεστρέως, μάλιστα δ' οἱ γόγγροι.

Deuorant ſeſe inuicem omnes, præter mugilem: maximè autem congri.

CÆSAR.

NVNC non ſolum victum, ſed & mores ſimul complicat. Et declarat quod initio Capitis inſtituerat: cùm dicebat κνήμασι τρέφονται: vt & ſint σαρκοφάγοι, & ἰπεοφάγοι, & ἀλληλοφάγοι, & penè αὐτοφάγοι, cùm ſuam prolem deuorent. Puto autem falſum eſſe: vix enim anguillam anguilla paſtam: lampetra autem lampetram nullam.

XXXIV. ARISTOTELES.

Ὁ δὲ κέφαλος καὶ ὁ κεστριὸς, ὅλως μόνοι οὐ σαρκοφαγοῦσι. σημεῖον δέ. οὔτε γὰρ ἐν τῇ κοιλίᾳ ποτ' ἔχοντες εἰλημμένοι εἰσὶ τοιοῦτον οὐδὲν, οὔτε δελέατι χρῶνται ζῴων σαρξὶ πρὸς αὐτοὺς, ἀλλὰ μάζῃ. τρέφεται δὲ πᾶς κεστριὸς φύκει καὶ ἄμμῳ.

At capito & mugil ſoli omnino carnem non eſitant. Huius rei argumentum eſt, quòd nihil vnquam tale in eorum ventre inuentum eſt: neque ineſcant eos animalium carnibus: ſed offa panis. Alitur omnis mugil alga, & arena.

CÆSAR.

NON hîc ſolum diſtinguit à capitone mugilem: ſed tamen in fine apoteleſmatis dixit πᾶς κεστρεὺς, vt etiam capitonem includeret.

Μάζῃ: *offa panis* Theodorus rectè, quem ſequuti ſumus. Μάζαν Ariſtophanis interpres Comœdiæ, quæ Ἐιρήνη dicitur, vocat ἄρτον τρύφιον. In *Pluto* autem ἄρτον καὶ μάζαν, differre ait. Nam ἄρτος olim ſubigebatur, at non μάζα: vt videatur μάζα, panis ſine cura confectus. Athenæus verò pro offa madefacta videtur accipere. Nos ſimpliciter pro offa panis: ſicut & offa carnis dicitur.

XXXV. ARISTOTELES.

Ἔστι δὲ ὁ μὲν κέφαλος ὃν καλοῦσί τινες χελλῶνα, πρόσγειος· ὁ δὲ περαίας, οὔ. βόσκεται δὲ ὁ περαίας μύξαν τὴν ἀφ' αὐτοῦ· διὸ καὶ νῆστίς ἐστιν ἀεί. οἱ δὲ κέφαλοι, νέμονται τὴν ἰλύν· διὸ καὶ βαρεῖς, καὶ βλεννώδεις εἰσίν. ἰχθὺν δὲ ὅλως οὐκ ἐσθίουσι· διὰ δέ τι τὸ ἐν τῇ ἰλύϊ διατρίβειν, καὶ ἐξανακολυμβῶσι πολλάκις, ἵνα περιπλυνώνται τὸ βλέννος·

IN genere capitonum is quem labeonem *vocant, littoralis eſt. Alter autem procul incolit: atque hic quidem ſuo muco alitur. Iccircóque ſemper ieiunio inanis eſt. Capitones autem paſcuntur limo, ac propterea graues & cænoſi ſunt: piſcem enim nullum eſitant. Sæpéque emergunt in cæno in quo habitant, vt ſeſe eo eluant.*

CÆSAR.

DVO capitonum facit genera, τῶν κεφάλων: alteri nomen indidit, alteri non. Huic ἀνωνύμῳ, aſſignat naturam miram, ſuo muco viuere: ponítque indicium: quòd ſemper inanis captus ſit. Poſteà ſub nomine generis priuatam naturam alteri ſpeciei aſſignat: ſanè laxè & licenter vtens nominibus.

Χελῶνα, & χειλῶνα, *labeonem* Theodorus, rectiſſimè: legebatur περσογήεος: lege πρόσγειος.

Περαίας. Nomen feliciſſimum: procul à littoribus: ſanè argutè, *proculum* nominabis.

Νῆστις. *Ieiunus*, Theodorus, rectè: ſed ieiunus eſt qui nihil guſtauit: poteſt tamen plenus eſſe pridianæ eſcæ. Sic cameli ieiuni poſtero die quàm eſitârint, non tamen inanes ſunt. Nos expreſſimus vtrunque: ſed ſubuenit Theodorus τὸ ἀεί: ſi enim ſemper ieiunus eſt, ſemper etiam inanis eſt.

Μύξα: *muco & ſaliua*. Sunt hîc tria: hoc, & ἰλὺς, & βλέννα. Μύξα propria capitonis: ἰλὺς cibus:

βλέννα

βλέννα, vbi habitat: βλέννας adhuc Adriatici *velmam* vocant: ἰλὺς limus eſt: βλέννα autem cœnum.

Ε᾿ξαναχολυμβῶσι. Theodorus, *vrinantur* peſſimè: imò exiliunt, vt eo impetu cœnum abluant.

Περιπλανῶνται: lege περιπλύνονται.

XXXVI. ARISTOTELES.

Τὸν δὲ γόνον αὐτῶν, οὐδὲν ἐσθίει τῶν θηρίων· διὸ γίγνονται πολλοί· ἀλλ᾿ ὅταν αὐξηθῶσι, τότε κατεσθίονται ὑπὸ τῶν ἄλλων ἰχθύων, καὶ μάλιστα ὑπὸ τοῦ ἀρχάνου.

Eorum prolem nulla beſtia vorat: ideo ſunt frequentes. Sed vbi adoleuere tunc ab aliis piſcibus deuorantur: maximéque ab Archano.

CAESAR.

Mirum cùm ſint tenelli & imbecilles, non ſunt prædæ: ſed valentiores.

Α᾿ρχάνος, piſcis qui ſit, ingenuè fateor me neſcire: eius à Plinio neque ab alio quopiam, quod meminerim, nulla mentio. Hoc eodem libro ἀρχάνας ſcriptum eſt. Theodorus addidit, *oua*: & malè interpretatus eſt *violantur*: ita etiam κατεσθίονται, *corripiuntur*, malè: pluſquam enim corripiuntur.

XXXVII. ARISTOTELES.

Λαίμαργος δὲ μάλιστα τῶν ἰχθύων ἐστὶν ὁ κεστρεὺς καὶ ἄπληστος· διὸ ἡ κοιλία περιτείνεται· καὶ ὅταν ᾖ μὴ νῆστις, φαῦλος [κεῖται.]

Gvloſiſſimus piſcium mugil eſt, & inexplebilis: iccircóque venter ei diſtenditur. Et cùm eſt ieiunus, deterior.

CÆSAR.

Morem etiam alterum ad victum pertinentem narrat. Καὶ ὅταν ᾖ μὴ νῆστις φαῦλος. Theodorus, *& niſi ieiunus ſit, iners*: vult dicere, mugilẽ ſeſe diſtendere limo, vt vix moueatur: neque agilem eſſe, niſi ieiunum. At codex noſter Græcus aliter: nõ mobilitatem, ſed affectum aliũ à cibo actiuè, ad cibũ paſſiuè. Sic cùm ipſe non capit cibũ, non eſſe idoneũ cibo: & ratio eſt, quia voraciſſimus. Eſt autẽ voraciſsimus, quia plurimũ concoquit, & pingueſcit. Igitur cùm non vorat, non pingueſcit. Ac ſanè pleni mugiles pinguiſſimi & ſuauiſſimi ſunt: exenterati enim implentur herbulis, thymo, & paſſulis apyrinis ac cinnamomo. Veneti tamen pluris indicant ieiunos, rumpuntúrque clamitando: bonis eſſe inteſtinis: ſic enim vitioſa cœno declarant eorum qui ſint ſaturi. Commendantur autem ieiuni, quia ibi in æſtuariis ſaturi olent limum: ſed cedunt pinguedine ſaturis ieiuni. Et ſanè φαῦλος non *inertiam* ſignificat, ſed *ineptiam* ad guſtum, vt alibi quoque.

Α᾿πληστος. Theodorus, *inſatiabilis*: rectiſsimè: inexplebilis ſonat vox Græca.

Κοιλία περιτείνεται. Theodorus, *ventre diſtento graueſcit*: addidit *graueſcit* memor ſuperiorum verborum: βαρὺς ἐστι.

XXXVIII. ARISTOTELES.

Ο῞ταν δὲ φοβηθῇ, κρύπτει τὴν κεφαλὴν, ὡς ὅλον τὸ σῶμα κρύπτων.

Cvm perterreſit, abſcondit caput perinde, ac toto corpore occultato.

CAESAR.

Sic etiam auiculæ aliquot faciunt Puerum vidimus venantem paſſerculos, qui obiecto pileolo ſuo ſuis oculis, quòd eos non videret, videri item non poſſe putabat.

XXXIX. ARISTOTELES.

Σαρκοφαγεῖ δὲ καὶ ὁ συνόδων, καὶ τὰ μαλάκια κατεσθίει. πολλάκις δὲ καὶ οὗτος καὶ ἡ χαύνη ἐκβάλλυ-

Carne alitur etiam dentex, ac deuorat molluſca: tum is, tum channa inſequentes minutio-

σι τὰς

σι τὰς κοιλίας, διώκοντες τοὺς ἐλάττους ἰχθύας, διὰ τὸ πρὸς τῷ στόματι τὰς κοιλίας τῶν ἰχθύων εἶναι, καὶ στόμαχον μὴ ἔχειν.

res piſces, eijciunt ventriculos: proptereà quòd piſcibus ventriculus propè os eſt: neque gulam habent.

C Æ S A R.

INTER rationem victus, etiam affectum miſcet. Nam vt λαίμαργον καὶ ἄπληστον, καὶ βαρὺ, καὶ βλεννώδη dicit, ij ſunt affectus, aliíque ab his: vt ἐξαναχολυμβᾶν: & finis ἵνα ἀναπλύνωνται, & mouens ὁ ἰλὺς, & ratio mouentis ὅπως ἐξαγάγῃ: ita hìc. Cùm de eiectu ventriculi duas rationes reddit: vnam à cauſſa mouente propter appetitam prædam: alteram à ſitu, cùm dixit πρὸς τῷ στόματι: & ſuſtulit interuallum στόμαχον. Eiicere autem etiam ſuprà dixit, & nos ibi monuimus eo modo eijcere ventriculos: quomodo Galenus exire matricem dicit.

Χαύνη: χάννη, alibi ſcriptum eſt. Nanque ſi χαύνη dicatur non poteſt verti, *hiatula*. Sed *channe* apud Plinium ſemel atque iterum ſcriptum eſt nono & triceſimo ſecundo: genere maſculino ab Oppiano *Channi*: ſuprà etiam ex Athenæo μεγαλοχάσμονας recitauimus.

Συνόδων, *dentex*: etiam Liguria nunc *dentiſem* vocat.

Ἀποβάλλουσι τὴν κοιλίαν. Theodorus, *venter procidat*: malè. Nanque *procidere* ſignificat motum fortuitum ad caſum: at impetu arripiendi eijciunt: ἀφ' αὐτῶν βάλλουσι. Καὶ μὴ ἔχειν στόμαχον. Theodorus, *nec gula ſubeſt*: intellige ori ſubeſſe.

XL. ARISTOTELES.

ΤΑ μὲν οὖν, ὥσπερ εἴρηται, σαρκοφάγα μόνον ἐστὶν, οἷον δελφὶς καὶ συνόδων, καὶ χρυσόφρυς, καὶ οἱ σελαχώδεις τῶν ἰχθύων, καὶ τὰ μαλάκια.

QVidam igitur carne ſola, vti diximus, veſcuntur: veluti delphin, dentex, aurata: cartilaginei piſces & molles.

C AE S A R.

REpetit in ſumma diuiſionem: & dixit, μόνον: quoniam nonnulla & σαρκοφάγα ſunt, & aliam etiam eſcam carpunt.

Χρυσόφρυς: mirum, cùm minimo ore ſit & anguſtiſsimo.

XLI. ARISTOTELES.

Τὰ δὲ, ὡς ἐπιτοπολὺ νέμονται μὲν τὸν πηλὸν, καὶ φῦκος, καὶ τὸ βρύον, καὶ τὸ καλούμενον καυλίον, καὶ τὴν φυομένην ὕλην· οἷον φυκὶς καὶ κωβιὸς, καὶ οἱ πετραῖοι.

QVidam magna ex parte cœnum & algam, & muſcum, & quod caulium *vocant, & enaſcentem materiam, vt fucula, & gobio: & ſaxatiles.*

C Æ S A R.

POSTQVAM enumerauit ſpecies, diffundit orationem in genus.

Καυλίον. Omnes quotquot mihi contigit videre huius nominis interpretes, exiſtimant καυλίον, eſſe quam καυκαλὶν Theophraſtus, & Dioſcorides vocant: quod certè probare, non poſſum. Nam cùm καυκαλὶς oleris genus ſit quod & crudum & coctum editur, id paſsim in hortis noſtris ſatiuum habeamus. Inuenitur & in agris ſylueſtre quod à ſatiuo parum diſtat, vulgus *pes gallinæ*, quidam *pimpinellam* vocant. Caucali igitur quomodo veſcentur piſces, niſi ſit φυομένη ὕλη ἐν τῷ ὑγρῷ? At nullo modo eſſe poteſt. Malo itaque ſuperſedere cùm mihi adhuc quid ſit καυλίον ignoretur, quàm imprudēter pronuntiare: præſertim cum καυκαλὶς natura huic rei non conueniat.

Φυκὶς: *fuca* Theodorus: diminutiuum tamen à φυκὸς videtur, vt non immeritò, *fuculam*, aut *fucillam* dicamus. De hac infrà eodem hoc libro: quam ait in alga ſolam nidum ponere & fœtificare. Romæ nomen retinetur: *phyco* enim dicitur: piſcis ſaxatilis, carne molli, & friabili: non multùm experitus.

Oi

Οἱ πετραῖοι. τὸ, οἱ, Theodorus *omnes*, non malè: neque imprudenter: hoc enim valet articulus, idem enim eſt: qui ſunt ſaxatiles: &, omnes ſaxatiles.

Τὰ μὲν, τὰ δέ. Theodorus de piſcibus loquens, tamen auſus eſt neutro genere ſequi Græcam orationem: *alia*, inquit, pro, *alij*.

XLII. ARISTOTELES.

Ἡ δὲ φυκὶς ἄλλης μὲν σαρκὸς οὐχ ἅπτεται, τῶν δὲ καρίδων.

Fucilla cæterorum carne abſtinet: ſolis veſcitur ſquillis.

CAESAR.

Οὐχ ἅπτεται: *non tangit:* nota locutionem: cùm dicit τῶν δὲ, intelligit ſolas.

XLIII. ARISTOTELES.

Πολλάκις δὲ καὶ ἀλλήλων ἅπτονται, καθάπερ εἴρηται, καὶ τῶν ἐλαττόνων οἱ μείζους. σημεῖον δὲ ὅτι σαρκοφαγοῦσιν ἁλίσκονται γὰρ τούτοις δελέασι.

Sæpenumero etiam inter ſe appetunt, quemadmodum dictum eſt: & ſanè minores à maioribus conficiuntur. Argumento eſt quòd carnibus veſcuntur. Capiuntur enim eiuſmodi eſcis.

CÆSAR.

REPETIT, & addit modum: minores à maioribus confici. Addidimus verbum *conficiuntur*, ne eſſet ambigua oratio: minores maiores appetunt. Ἅπτονται diximus hîc, *appetunt*. Theodorus, *inuadit*: & optimè ſuſtulit ambiguitatem: *maiorum minores præda ſunt*. Columella in VIII. *Quiſquis eſt*, inquit, *incrementi minuti piſcis, maiorem alit.*

XLIV. ARISTOTELES.

Καὶ ἀμία δὲ καὶ θυννὶς καὶ λάβραξ, τὰ μὲν πολλὰ, σαρκοφαγοῦσιν, ἅπτονται δὲ καὶ φυκίων.

Amia, thunna, lupus, ferè carnibus victitant: carpunt tamen etiam algas.

CAESAR.

PRIMVM ſuprà carniuoros cuiuſuis carnis: deinde certæ carnis: καρίδων. Tertio ἀλληλοφαγίαν. Quarto ex magnitudine. Nunc promiſcuum victum.

Scriptum eſt in noſtro codice, θυννὶς. Theodorus, θύννος legit. Et *tangunt* etiam auſus eſt Latinis donare in vorandi ſignificatione: aut, meliùs dicam, ſurripere, ad peregrinum vſum. Nam negatiuè ſanè dicas: *nec graminis attigit herbam*: tollit enim totum atque vniuerſum genus, tactus: ergo etiam guſtum. At poſito genere, non ponitur ſpecies.

XLV. ARISTOTELES.

Ὁ δὲ σάργος ἐπινέμεται τὴν τρίγλαν· καὶ ὅταν ἡ τρίγλη κινήσασα τὸν πηλὸν ἀπέλθῃ, (δύναται γὰρ ὀρύττειν) ἐπικαταβὰς νέμεται, καὶ τοὺς ἀσθενεστέρους ἑαυτοῦ κωλύει συνεπιβαίνειν.

Sargus mullo paſcitur. Nanque vbi mullus emoto cœno abit (fodere enim valet) deſcendens deuorat, imbecillioréſque arcet deſcendendi ſocietate.

CAESAR.

E Specula ſargus cœni motum deſpectat: pugnátque pro futura præda cum iis qui velint eſſe participes.

Δύναται γὰρ ὀρύττειν: excauare cœnum in quo ſtabuletur.

Συνεπιβαίνειν, *adnatent* Theodorus, non expreſſit.

XLVI.

XLVI. ARISTOTELES.

Δοκεῖ δὲ τῶν ἰχθύων καὶ ὁ καλύμενος σκάρος μηρυκάζειν, ὥσπερ τὰ τετράποδα, μόνον. τοῖς μὲν οὖν ἄλλοις ἰχθύσιν ἡ θήρα τῶν ἡττόνων καταντικρὺ γίνεται τοῖς στόμασιν, ὅνπερ πεφύκασι τρόπον νεῖν.

Solus piſcium qui vocatur ſcarus, *videtur quadrupedum more ruminare. Cæteri piſces ex aduerſo ore ita venantur minores, quemadmodum etiam natare conſueuere.*

CÆSAR.

ALTERA Capitis pars: in qua modum capturæ ſignificat: & rationem addit. Nam vt natant, ita captant. Natatus enim motus eſt: motus datus ad fugiendum & appetendum: appetunt κατὰ φύσιν victum.

Καταντικρὺ. Theodorus, *à fronte agitur ore*. Nos, *aduerſo ore*, ſimpliciſſimè diximus.

Πεφύκασι, apti ſunt natura. Mirum quare addidit ἡττόνων: neque ſemper minores præda ſunt: ſed delphin amiis: ſed maior polypus minori congro: ſed minori lucio maior ſcardua: concipilat enim ipſam, vt vidimus.

XLVII. ARISTOTELES.

Οἱ δὲ σελαχώδεις, καὶ δελφῖνες, καὶ πάντες οἱ κητώδεις, ὕπτιοι ἀναπίπτοντες λαμβάνουσι. κάτω γὰρ τὸ στόμα ἔχουσι· διὸ σώζονται μᾶλλον οἱ ἐλάττους. εἰ δὲ μὴ, πάμπαν ἂν δοκῶσιν ὀλίγοι εἶναι. καὶ γὰρ ἡ τοῦ δελφῖνος ὀξύτης καὶ δύναμις τοῦ φαγεῖν, δοκεῖ εἶναι θαυμαστή.

AT cartilaginei omnes & delphines, & cetacei, reſupinati omnes corripiunt. Subtus enim habent os. Itaque minùs pereunt minores: alioqui pauci admodum extarent. Nam delphini pernicitas, ac vis deuorandi, videtur ſanè mirabilis.

CAESAR.

NVNC non à natatu: ſed ab inſtrumento eundi: modúmque cibum capiendi declarat. Cæterùm pars hæc non eſt ſine multa dubitatione. Primùm dixit omnia cetacea habere os infrà poſitum: cuiuſmodi videmus in ſturione. Sed omnino falſum eſt. Nam balæna, orca, phyſeter ore ſunt vaſtiſſimo, & horum quidam dentato. Præterea delphinum ne Plinius quidem vidiſſe viſus eſt, qui os infrà dicat habere: imò vaſtiſſimo hiatu, & ſummo roſtro ſtatim ſciſſum habet. Hoc ſic à natura conſtitutum eſt. At argumentum Philoſophi diſſoluitur: miram eſſe delphino celeritatem, mirámque edacitatem. Itaque niſi quippiam impedimenti à natura allatum fuerit, non poſſe ſeruari piſces qui illi præda ſunt: omnes enim aſſequeretur. Reſpondeo, aliud eſſe impedimentum: anhelitum: ſpirandi enim neceſſitas eum cùm vrgeat, non diu poteſt perſequi. Itaque euadunt.

Ὕπτιοι: *inuerſi, ſupini.* Ergo antequam inuerterentur, ea pars erat prona: contrà quàm vtatur Ariſtoteles vt monuimus.

Λαμβάνουσι: *comprehendunt*: vnde *labia* noſtra dicta.

Σώζονται μᾶλλον: *commodiùs euadunt.*

Δοκῶσιν ὀλίγοι εἶναι: conceptum eſſet animo atque exiſtimatione hominum, paucos ſupereſſe poſſe.

Ὀξύτης: vt in equis celeritas. Ergo apprehenderent aſſequuti. Hæc eſt vna cauſſa, altera τοῦ φαγεῖν δύναμις: quoniam momento deuorat. Dentes enim ſerratos habet, & robuſtos: hiatúmque vt diximus vaſtum.

Θαυμαστή: *mira.*

XLVIII. ARISTOTELES.

Τῶν δ' ἐγχέλεων τρέφονται μὲν ὀλίγαι τινὲς καὶ ἐνιαχοῦ, καὶ ἰλύϊ, καὶ σιτίοις, ἄν τις παραβάλλῃ· αἱ μέντοι πλεῖσται τῷ ποτίμῳ ὕδατι· καὶ τοῦτο τηροῦσιν

AT anguillæ paucæ quædam, nec multis locis, & limo & obiectis aluntur edulijs: potiſſimùm autem aqua potabili. Atque huius generis piſci-

οἱ ἐγχελυοτρόφοι, ὅπως ὅτι μάλιστα καθαρὸν ᾖ, ἀπορρέον [ἀεὶ καὶ ἐπιρρέον] ἐπὶ πλαταμώνων ἢ κονιῶνται τοὺς ἐγχελεῶνας. ἀποπνίγονται γὰρ ταχύ, ἐὰν μὴ καθαρὸν ᾖ τὸ ὕδωρ. ἔχουσι γὰρ τὰ βράγχια μικρά. διόπερ ὅταν θηρεύωσι, ταράττουσι τὸ ὕδωρ. καὶ ἐν τῷ Στρυμόνι δὲ περὶ πλειάδα ἁλίσκονται. τότε γὰρ ἀναθολοῦται τὸ ὕδωρ καὶ ὁ πηλὸς ὑπὸ πνευμάτων γινομένων ἐναντίων. εἰ δὲ μή, συμφέρει ἡσυχίαν ἔχειν.

narij id obſeruant, vt quampuriſſima effluat atque influat in foſsis, vbi opere tectorio inducunt viuaria. Citò enim ſuffocantur niſi ſit aqua pura: branchias ſiquidem exiguas habent. Iccirco eas cùm venantur aquam perturbant. Et in Strymone circa exortum Vergiliarum capiuntur. Eo nanque tempore conturbatur aqua, excitato cœno aduerſis ventis. Alioqui confert opere abſtinere.

C AE S A R.

HÆc poſtrema Capitis pars anguillarum victui & naturæ dicata eſt. Nam primò victum ponit: deinde corporis concretionem. Tertiò vitæ tempus extra aquam: ab aëre, à partibus anni, ab aquæ mutatione. Quartò in aqua. Quintò ætatem. Inde redit ad victum. Poſtremò victus rationem in tempore contemplatur. Nunc igitur quibus cibis alantur ſtatuit: lutum eis incommodare: reddit rationem: ob anguſtias branchiarum. Tum conſequenter ponit hiſtoriam, aquis turbatis capi: & iam poſuit artem piſcinariorum in cura aquæ purioris. Iccirco in noſtro Benaco & plurimæ ſunt & maximæ.

Σιτίοις ἄν τις παραβάλλῃ: vt in defectu τῶν σιτίων, limo alantur: ſi quis obiiciat eſcam, limum omittant. Intelligit igitur σιτία, ea quæ ipſæ nequeant conquirere. Nam ſanè etiam ἀλληλοφαγοῦσι, & βοτανοφαγοῦσι: alioqui verbum παραβάλλῃ, hîc fruſtra ſit.

Πλεῖσαι: potiùs eſt τὰ πλεῖστα, quàm πλεῖσαι. Nam nulla non obiectis eſcis alatur. Sed intelligit eas quæ extra piſcinas ſunt, contentas eſſe vel ſola aqua.

Τηροῦσιν: *obſeruant.* Theodorus dixit, *ſeruant*: ſcilicet quaſi legem præceptionum eius artis quam profitentur alendis anguillis: *curant*, diceret Latinus.

Ἐγχελυοτρόφοι: *qui anguillas alunt.* Nos, *piſcinarij huius generis.* Theodorus, *qui viuarijs anguillariis dant operam:* paulò laxiùs. Nanque multi dant operam viuariis, qui anguillas non alunt: qui ea extruunt: qui domini ſunt. Hîc autem intelligit inſtitores, aut partiarios, aut ſeruos, aut omnino præfectos. Vt autem ſe explicaret Theodorus, & culpa vacaret, dixit, *qui viuariis anguillariis dant operam.* Verbum *anguillarijs*, quanuis certè nimis laxa ſit oratio, tollit omnem dubitationem.

Ὅτι μάλιστα καθαρὸν: quammaximè pura aqua. Theodorus addidit, *ſincera.*

Ἀπορρέον καὶ ἐπιρρέον: meliùs dixiſſet commutatis ſedibus ἐπιρρέον καὶ ἀπορρέον. Nam quæ aqua influit ea prior eſt: atque eius cura maxima, vt pura ſit. Sic eſto ſanè: de aqua autem effluente quid ad nos? pura ne ſit an turbida? maximè verò. Nam ſi turbida exit, indicio eſt piſcinam ſordidam eſſe: iccirco dixit κονιῶνται, id eſt *trulliſſant.* Obductos enim parietes & fundum opere tectorio exæquant atque perpoliunt. Itaque Theodorus & malè intellexit, & malè vertit *extruunt.*

Ἐπὶ πλαταμώνων. Theodorus, *per ripas*: imò verò in caueis ſeu foſſis. Sunt enim πλαταμῶνες, loca excauata, in quæ aquæ viuæ deriuantur, à capacitate latiore dictæ. Non dixit ἐπὶ πλαταμῶνας: quoniam non ſolùm ἐπιρρέον, ſed etiam ἀπορρέον eſt ὕδωρ. Oppianus in primo Ἁλιευτικῶν, de iiſdem anguillis loquens: ἐκ ποταμῶν πλαταμῶσιν ἐνιχρίμπτουσι θαλάσσης.

Κονιῶνται: κονιοῦσθαι eſt puluerari, de auiculis, vt Nono libro dictum eſt: & aſpergi puluere, de athletis. Vnde κονιστήρια, vt eſt apud Vitruuium: & eſt inducere trulliſſationem, aut opus tectorium. Eſt enim κονία & calx, & puluis, & lixiuium: quoniam ex cinere fit. Sic puluerulentum Mercurium Lucianus ἐν Καταπλῷ, κεκονιαμένον dixit. Demoſthenes in tertia Olynthiaca hunc in ſignificatum quem hîc accipimus vſus eſt, καί τι ἄν τις εἰπεῖν ἔχοι τὰς ἐπάλξεις ἃς κονιῶμεν, καὶ τὰς ὁδοὺς ἃς ἐπισκευάζομεν καὶ κρήνας, καὶ λήρους. Quoniam pinnas opere tectorio dealbabant, eas appellat nugas: præut eſſent res in quas impendi debuiſſent tot talentorum.

Ταράττουσι τὸ ὕδωρ: *proculcant aquam atque obturbant*: duabus de cauſſis tum capiuntur. Nam & ſuffocantur, atque iccirco attonitæ fiunt, & minùs vident retia. Autumno in Garumnam cum Tarnis inducit limum ſuffuluum tantæ capiuntur, vt etiam excipulas vaſtiſſimas vnica nocte impleant. Idem in Strymone fieri ait hîc Philoſophus, atque eodem ſanè tempore.

Ἀναθολοῦται τὸ ὕδωρ καὶ ὁ πηλός: pinguis oratio: neque enim ἀναθολοῦται ὁ πηλός, ſed τὸ ὕδωρ τῷ πηλῷ. Θολὸς ὀξυτόνως, ſordes aquarum ſignificat, Θολερὸς *turbidus*, amnium epitheton.

Ἐναντίων γινομένων. Quoniam Auſtri tunc flant Eteſiis deſtruentibus. Vbi enim idem curſus & venti & aquæ, lutum ſubſidit ſuo pondere: ventus aquam radit: vbi aduerſi flant ſubeunt aquam, ac fluctus excitant. Ita turbatur.

Συμφέρει ἡσυχίαν ἔχειν: *præſtat operam intermittere*: aut, *differre*: quia nihil proficiunt: excitatas enim anguillas abigunt: neque euadentes capiunt. Dicas ſic: *alioqui operam perdunt.*

XLIX. ARISTOTELES.

Ἀποθνήσκουσαι δ' αἱ ἐγχέλεις, οὐκ ἐπιπολάζουσι, οὐδὲ φέρονται ἄνω, ὥσπερ οἱ πλεῖστοι τῶν ἰχθύων. ἔχουσι γὰρ τὴν κοιλίαν μικράν. δημὸν δ' ὀλίγαι μὲν ἔχουσι, αἱ δὲ πλεῖσται οὐκ ἔχουσι.

Mortuæ anguillæ non fluitant: ac ne ſurſum quidem efferuntur, veluti piſcium pars maxima. Habent enim ventrem modicum: pinguedinem autem paucæ habent: plurima non habent.

CAESAR.

NVnc affectum poſt vitam ponit. Idq; à corporis conſtitutione: quoniam iam de ſuffocatis loquutus eſt. Nanque negat fluitare: quia ventre exiguo ſunt. Hæc eſt prima cauſſa. Neque enim aqua implentur vt fluitent: ſed quaſi maſſa ad principia ſua deferantur. E limo enim ortæ ſunt. Alteram cauſſam ſubnectit: carere pinguedine: pinguia enim fluitant. Sanè verò paucæ extra carnem adipem habent: ſed totum rarum corpus, viſcidum ac valde aëreum eſt. Fluitant autem cadauera non priùs quàm putrida ſint: aqua enim tabida, ac iam penè aquea facta, aquæ naturam referunt: turgidóque corpore calore peregrino ſolutæ aquæ partes non paucæ, in aërem leuiora faciunt. Plinius cùm hiſtoriam poſuiſſet in libro ſecundo, non reddidit rationem: deſcribebat enim, non iudicabat: narrator, non Philoſophus. At in ſeptimo cùm marium cadauera ſupina fluitare dicit, fœminarum prona: addidit rationem ſatis ciuilem: *velut pudori*, inquit, *defunctorum parcente natura.* Quaſi verò non & maribus pudenda in parte ſunt anteriore. Sed & nihil fœdiùs auerſo homine. Quas partes iccirco fecit eſſe poſteriores natura, ac ſecretas ab oculis: ſed quòd ventre vaſto ſunt mulieres, plenóque inteſtinis. Itaque minùs impletur aqua, & ſubſidet inanior maribus: quibus nates præponderant.

Οἱ πλεῖστοι τῶν ἰχθύων. Theodorus, *maxima parte*: meliùs dixiſſet in recto.

Δημὸν δ': alia voce appellauit quàm ſupra in animalibus, cùm dicebat πίον, πιμελήν, στέαρ. Nota ſuperfluam orationem: ὀλίγαι ἔχουσι, ſatis fuit: addidit πλεῖσται οὐκ ἔχουσι.

L. ARISTOTELES.

Ἐκ δὲ τοῦ ὑγροῦ ἀφαιρούμεναι, ἡμέρας καὶ πέντε καὶ ἓξ ζῶσι· καὶ βορείων μὲν ὄντων, πλείους· νοτίων δὲ, ἐλάττους.

Exemptæ ex aqua, & quinque, & ſex viuunt dies: Aquilone flante plures: Auſtro pauciores.

CAESAR.

HOc ante debuit dicere quàm de affectu mortuarum. Sed tunc adhuc erant in aqua: & ſuffocatæ quidem. Nunc autem eximuntur ex aqua viuæ. Auſtro flante minùs viuunt: quia reſoluit earum humorem: Aquilo aſtringit & refrigerat. Suprà autem poſuit vicarias inter ſe: pulmonis ſpirationem, & receptionem aquæ branchiis: vtrunque eodem fine, ſcilicet refrigerandi: hoc idem Plinius in nono.

Πλείους, ſcilicet ἡμέρας. Theodorus *diutiùs*: at cùm addidit *plures*, ſine ratione fecit: niſi referat ad anguillas: ſed πλείους ſanè dierum eſt.

LIX. ARISTOTELES.

Καὶ μεταβαλλόμεναι τοῦ θέρους εἰς τοὺς ἐγχελεῶνας ἐκ τῶν λιμνῶν, ἀποθνήσκουσι· χειμῶνος δ' οὔ.

Atque per æſtatem in viuaria tranſlatæ è lacubus intereunt: per hyemem non item.

CAESAR.

EADEM ratio eſt temporis & affectionum eius. Itaque Auſter flans idem erit anguillis, & Auſtrum tempus referens: æſtas.

Dixit è lacubus: quoniam marinæ deteriores ac viliores ſunt: capite vt diximus craſſiore: roſtro obtuſiore: maxillis latioribus: ſtrigoſiores: pulpa exuctiore, duriore, nigriore.

LII. ARISTOTELES.

Καὶ τὰς μεταβολὰς δ᾽ οὐχ ὑπομένουσι τὰς ἰσχυράς, οἷον ἐν τοῖς φέρουσιν ἐὰν βάπτωσιν εἰς ψυχρόν. ἀπόλλυνται γὰρ ἀθρόαι πολλάκις.

NEc mutationes vehementes perferunt, velut cùm ij qui ferunt, ſi in frigidam merſerint. Intereunt enim plerunque vniuerſæ.

CAESAR.

NON ſolum à temporum qualitatibus, ſed etiam ab ſimilibus euentis: & reſpondet tacito conſenſui ſuperiori. Videbantur enim calore interire, ab Auſtro & ab æſtate: hîc etiam à frigore, inquit: & reddit cauſſam: quoniam impatientes ſunt fortium mutationum. Theodorus ſuperfluè, addidit, *æſtate: ſi æſtate transfers,* inquit. At ſatis conſtat cùm dicat, *mutationem*, & dicat, *in aquam frigidam:* è contrario mutari: contrarius autem calor. Nota loquutionem: οἷον καὶ τοῖς φέρουσιν ἐὰν βάπτωσι, ἀπόλλυνται: tertius caſus τοῖς φέρουσι, eſt in damnum: ἀπόλλυνται ſcilicet: intelligit τοὺς φέροντας, loco in locum.

Dixit, ἀθρόαι, ne videatur eſſe σύμπτωμα particulare: ſed totius ſpeciei.

LIII. ARISTOTELES.

Ἀποπνίγονται δέ, ἐὰν καὶ ὀλίγῳ ὕδατι τρέφωνται. τὸ δ᾽ αὐτὸ τοῦτο καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων συμβαίνει ἰχθύων. ἀποπνίγονται γὰρ ἐν τῷ αὐτῷ ὕδατι καὶ ὀλίγῳ ἀεὶ ὄντες, ὥσπερ καὶ τὰ ἀναπνέοντα, ἐάνπερ πωμασθῇ ὀλίγος ἀήρ.

INtereunt etiam ſi in pauca aqua alantur. Quod cæteris quoque piſcibus euenit: ſuffocantur enim in eadem ſemper aqua, quæ ſit exigua. Quemadmodum & ſpirantia animalia, ſi pauxillo aëre includantur.

CÆSAR.

SVPRA dixerat turbidam aquam: quoniam non eſſet peruia branchiarum exiguitate. Nunc dicit paucam: quoniam cùm ſit inſtituta ad refrigerationem, oportet vt renouetur: ſi enim eadem ingrediatur, non refrigerabit: alioqui non fuiſſet emiſſa ſi eſſet vſui. Sed alterutra à calore inutilis facta eſt: & ponit comparationem cum ſpirantibus, & cum pauco aëre.

Nota ἐν τῷ αὐτῷ: deinde dixit ὀλίγῳ. Tum etiam ἀεί: poſtremo ὄντες propoſitum eſt, ὀλίγῳ: hoc enim agimus, & reddidimus cauſſam: ſed prudentiſſimè & neceſſario addidit ἐν τῷ αὐτῷ: poteſt enim eſſe aqua paucula. Sed ſi currat, & recens ſubeat, nihilo deterius eis erit: ſiquidem: neque enim tota ſimul vtuntur, ſed particulatim. Itaque ſubdit ἀεί. Propterea quòd in paucula aqua ſunt: ſed non ſemper ſi in eadem non ſunt. Poſtremò ὄντες, non dixit: *tranſeuntes*, ſed *manentes*. Intelligit τὸ αὐτό, numero: & partem quidem. Vtrum autem aquæ differant numero, an ſpecie alibi declaratũ eſt. Sulphureæ enim ab aluminoſis ita differunt inter ſe, ſicut ſulphur & alumen: ſunt enim ſua vtriuſque natura: iccirco calidæ. Quoniam natura ibi metallum illud operatur: iiſque decoctis ita euenit metallum, vt decocto mari ſal.

Τρέφωνται. Theodorus, *ſtabulentur:* ambitioſè.

Πωμασθῇ: nota impoſito quaſi coperculo: vt muribus euenit incluſis modicella cauea: & maluit dicere, aëtem pauculum includi, quàm ipſa pauco aëre includi.

LIV. ARISTOTELES.

Ζῶσι δ᾽ ἔνιαι ἐγχέλυες καὶ ἑπτὰ καὶ ὀκτὼ ἔτη.

VIuunt anguillarum quædam & ſeptem, & octo annos.

C AE S A R.

Βίος, vt diximus tam victum, quàm vitam ſignificat. Eſt autem vita τὸ ζῆν viuentis: victus autem ratio alimenti. Alimentum autem eſt ſubſtantia, aut ſubſtituta in locum partis quæ defecit, aut futuri augmenti. Vtrunque autem pertinet ad τὸ ζῆν viuentis: iccirco de vita hîc poſt victum.

Ζῶσι ἔνιαι: dixit ἀκύρως: neque enim quæ nunc viuunt anguillæ, de his ſic poſsis dicere: viuunt ſeptem annos: viuunt enim non niſi quod viuunt. Hoc autem eſt momentum: hoc lubricum temporis, quod non niſi continuatione percipitur. Sed ita intellige: vixiſſe aliquas tot, quot hîc dicit annos: & quia vixere illæ aliquas eſſe quæ tantundem vitæ trahant: à ſpecie enim hoc habent. An verò quod ait Conciliator verum ſit: rerum naturam defeciſſe, deteriúſque nos habere quàm Priſci habuere? diſputatum eſt à nobis in primo tomo *Nobilium Exercitationum*: falſumq; eſſe oſtendimus.

Καὶ ἑπτὰ καὶ ὀκτὼ: intellige diſiunctim.

LV. ARISTOTELES.

Τροφῇ δὲ οἱ ποτάμιοι χρῶνται, ἀλλήλους τε ἐσθίοντες, καὶ βοτάνας, καὶ ῥίζας, κἄν τι ἐν τῷ βορβόρῳ λάβωσι.

Seſe inuicem deuorant anguillæ fluuiales: ſed & herbis veſcuntur & radicibus: & ſi quid in cœno deprehenderint.

C Æ S A R.

Redit ad victum, intercepta, more ſuo, narratione. Etiam alios piſces vorant: iccirco in anguillariis raro inuenias alios.

LVI. ARISTOTELES.

Νέμονται δὲ μᾶλλον τῆς νυκτὸς, τὴν δ' ἡμέραν εἰς τὰ βαθέα ὑποχωροῦσι.

Plus noctu paſcuntur: interdiu in altum abſcedunt.

C AE S A R.

Victum à temporis ratione declarat, εἰς τὰ βαθέα: ſi herbas & radices carpunt, vada quærant: cùm hoc non quærunt, profundis locis agitant, non quorum fundum petant.

Τὰ βαθέα ſunt τὰ ἔχοντα τὸ βάθος: non dixit τὰ βάθη.

CAPVT SEXTVM,

De Auium vita.

LVII. ARISTOTELES.

Τὰ μὲν οὖν περὶ τὴν τῶν ἰχθύων τροφὴν τοῦτον ἔχει τὸν τρόπον.

Piſcium victus ſic ſe habet.

C AE S A R.

TRANSITVRVS ad alia animalia colligit: & ſumpſit hîc ἰχθύων, nomen vniuerſi generis. Ita licenter abutitur. Quanquam Philoſophus, & cùm dixit τροφὴν, docet βίον victum intelligere: ac etſi animalia quoque tractauit: tamen hoc fuit principium: ciuſque gratia cætera deducta.

LVIII. ARISTOTELES.

Τῶν δὲ ὀρνίθων ὅσοι μὲν γαμψώνυχοι, σαρκοφάγοι πάντες εἰσί· σῖτον δὲ, οὐδ' ἐάν τις ψωμίζῃ, δύνανται καταπιεῖν. οἷοι τά τε τῶν ἀετῶν γένη πάντα, καὶ ἰκτῖνοι, καὶ ἱέρακες ἄμφω, ὅ τε φαβοτύπος, καὶ ὁ σπιζίας. διαφέρουσι δὲ τὸ μέγεθος οὗτοι πολὺ ἀλλήλων.

Auium vncungues omnes carniuoræ ſunt: fruges autem etiam ſi quis fruſtillatim in os indiderit, nequeunt deglutire. Talia aquilarum genera omnia, & milui, & accipiter vterque tum palumbarius, tum fringillarius. Qui magnitudine inter ſe differunt.

C Æ S A R.

Avium naturam deſcripturus, mirum quare ab ignotioribus cœperit. Nam ſanè prædatricum auium & rarior copia, & infrequentior obſeruatio: & genera adeò confuſa ac varia, vt non abs quouis diſcernantur. De quibus tamen in ſuperioribus à nobis copioſè dictum eſt: ſi quid ibi omiſſum aut intactum fuit, hîc addemus: nonnulla quoque ſi res poſcat, ſed quambreuiſſimè, repetemus. Videtur autem Philoſophus cauſſam addere quare ſint carniuoræ: quia ſunt vncungues: quaſi ea ſint arma ad prædam inſtituta: ſed non ita eſt. Non enim quæuis auis vncis vnguibus prædita, eos exercet ad prædam. Non enim hirundinum genera. Primum non conuertitur propoſitio: vt omnes carniuoræ ſint vncungues. Carnibus enim & alauda & calandra veſcitur & pica: quin & gallinæ & anſeres, & anates, ſi offerantur carnes eas deuorabunt illicò. Poſtremò iam declaratum eſt, pauciſſimas aues eſſe vnguibus rectis, vt hæ, quas modo diximus, & ſi quæ aliæ. Penè autem omnes curuis, inter quas & gallinarum aliquomodo curuantur. Sed alias aliis plus: terrenis verò & grauioribus, vt meleagridi, hebetantur.

Σῖτον, intelligit hîc ſpeciem cibi: frugis ſcilicet: quas negat deglutire poſſe: etiamſi ψωμίζηται: ſi buccelentur: ſic enim *buccellatum* dicimus panem in buccas ſciſſum. Hoc autem dicit ne quis obiiceret, non poſſe ob magnitudinem. ψωμίζειν dicuntur nutrices, cùm aut præmanſa, aut præciſa indunt in os. Sed abuſus eſt verbo δύνανται: poſſunt enim deglutire, ſed nolunt, quia abhorrent.

Καταπιεῖν: malè ſcriptum fuit in noſtro Codice καταποιεῖν: dixit autem ſic. Quoniam non mandunt ſed quaſi bibunt cibum. Itaque & paucæ in eo genere, & perrarò bibunt.

Ἱέρακες ἄμφω: malè aſtrinxit duobus hiſtoriam. Nam ne cæteri quidem diuerſa ab his ſunt natura.

Φαβοτύπος: *palumbicida*: à percutiendo non ab occidendo: quanuis alibi φασσοφόνος dicatur: etiam nunc ita loquimur: *accipiter percuſſit picam.* Quidam hunc eſſe falconem alterum lanierum putant. Qua de re fuſiùs in Secundo, & alibi de Spizia quoque, quem ſparuerium eſſe putamus.

LIX. ARISTOTELES.

Καὶ ὁ τριόρχης· ἔστι δ' ὁ τριόρχης τὸ μέγεθος ὅσον ἰκτῖνος, καὶ φαίνεται ἀεὶ διὰ παντός.

Et buteo: is magnitudine miluum æquat, & ſemper apparet.

C Æ S A R.

De buteone alibi diximus: quem contra quorundam opinionem eum qui à Venetis *pione* à capiendo dicitur, à Gallis *Milanus niger*, aſſeruimus. Magnitudine quidem miluum, quem nos *regalem* vocamus æquat: at eo vi, virtute & pulchritudine inferior. Vaſcones alij *buſam*: alij *Buſoc* vocant: quanquam & hoc nomine ſæpiſsimè vtrunque ſoleant appellare. Aliquid habent hæc nomina affinitatis cum Latina. Quanuis inde coniecturam proprij nominis accipere nimis aliquando periculoſum. Quemadmodum, & in Antiquorum regionum & ciuitatum nominibus: quæ recentioribus accommodare imprudenter & nonnunquam ſine iudicio, maximo reipublicæ literariæ detrimento, ſolemus.

LX. ARI

LX. ARISTOTELES.

Ἔτι δὲ φλεών, καὶ γύψ· ἔστι δὲ ἡ μὲν φλεών, τὸ μέγεθος ἀετοῦ μείζων, τὸ δὲ χρῶμα, σποδοειδές.

Item oſſifraga, & vultur. Eſt autem oſſifraga quàm aquila maior, colore cinereo.

C AE S A R.

Φ*ήνη* ex genere aquilarum eſt. Eam ſuprà in Secundo diximus ſuſcipere ſobolem eiectam ab aquila, de qua Plinius in Decimo. Oſſifragæ vt alijs ſoboles triplex: prima quæ & maxima, media mediocris, poſtrema minima. Hanc frequentiùs vidimus in præruptis Euganeorum, quæ iccircò pænarum nomine ſunt inſignia. Indigenæ aucupes vocant *aſtorellam*: ſubalbicans eſt, magnitudinem maximi fringillarij ſuperans: corpore rotundiore, & compactiore.

LXI. ARISTOTELES.

Τῶν δὲ γυπῶν δύο ἐστὶν εἴδη· ὁ μὲν, μικρὸς καὶ ἐκλευκότερος, ὁ δὲ, μείζων καὶ σποδοειδέστερος.

At vulturum duæ ſunt ſpecies. Alter minor & exalbidior: maior autem plus cinereum referens colorem.

C AE S A R.

MVLTOS nos vidimus vultures, & de his etiam in Secundo: plurimas eorum cutes cum plumis. Sed fallitur Ariſtoteles hîc. Nam & maximos vidimus candidos: & minores cinereos: fuſcos ſcilicet. Euenit enim in genere auium prædatricum, vt eiuſdem parentis, eiuſdémque nidi, aliæ ſint maximæ, aliæ minimæ, aliæ mediocres. Multi capiuntur in Pyrenæis, à quibus non longè abſumus: & frequentia commerciorum ſumus ſcientiſſimi. Galli vocant *Vautour*. Itali vocalem addunt: *Auoltor*.

Σποδοειδέστερος. Theodorus, *multiformius*: malè: nullam enim habuit rationem, qua eum ſic appellaret.

LXII. ARISTOTELES.

Ἔτι τῶν νυκτερινῶν ἔνιοι γαμψώνυχές εἰσιν, οἷον νυκτικόραξ, γλαῦξ, βόας. ἔστι δὲ ὁ βύας, τὴν μὲν ἰδέαν ὅμοιος γλαυκί, τὸ δὲ μέγεθος οὐδὲν ἀετοῦ ἐλάττων.

Præterea nocturnarum auium nonnullæ ſunt vncis vnguibus. Vt nocticorax, noctua, bubo. Eſt bubo noctuæ ſimilis: ſed magnitudine non inferior aquila.

C AE S A R.

PROPOSITA maiore propoſitione ſyllogiſmi, ponit nunc minorem. Ergo concludit ſic. Omnes vncungues carniuoræ: nocturnæ quædam vncungues, itaque dicet σαρκοφάγα ἐστί. Sex hic nocturnarum genera narrat, à nycticorace incipiens: quem malè fecit cùm nuſquam deſcribit: cum tamen ſit ignotior: de quo, & bubone & noctua quid ſentirem copioſè in Secundo à nobis dictum eſt: hîc addam quæ poſteà edoctus ſum. Auis eſt non tàm magna ſicut bubo: colore nigro, vnde & nomen: ramis inſtrata non ſtans incubat. Vnde Vaſcones *ramorum initorem* turpi vocabulo vocant. Hanc puto eſſe nicticoracē: facie enim repræſentat coruum. Philoſophus tamen infrà cap. XV. ait otum, quem ſocium facit coturnicum in migratione, à quibuſdam nicticoracem vocari: quod & à nobis in Secundo notatum eſt. An rectè *cicuniam* Theodorus verterit, ibidem diximus.

Bubonem autem deſcribit, ſed non planè. Nam noctuæ ſimilem facit: ſanè multum ad eam accedit: ſed auriculis plumeis præditus eſt bubo: noctua non eſt.

Οὐδὲν ἐλάττων. Οὐδέν, pro οὐ: id eſt nulla ex parte: quia etiam capite longè craſſiore eſt.

LXIII. ARISTOTELES.

Ἔτι δὲ ἐλεὸς, καὶ αἰγώλιος, σκώψ. τούτων δ' ὁ μὲν ἐλεὸς, μείζων ἀλεκτρυόνος· ὁ δ' αἰγώλιος, παραπλήσιος· ἀμφότεροι δὲ θηρεύουσι τὰς κίττας· ὁ δὲ σκώψ, ἐλάττων γλαυκός. πάντα δὲ ταῦτα, τρία ὄντα, ὅμοια τὰς ὄψεις, καὶ σαρκοφάγα πάντα ἐστίν.

Quin etiam vlula & capriceps, & aſio. Quorum vlula gallinaceo maior eſt. Capriceps ſimilis. Vterque picas venatur. Aſio minor quàm noctua. Hæc tria ſimilia de facie: & carniuora omnia ſunt.

CAESAR.

Dividit tria genera. Ἐλεὸς eſt vlula, vt alibi docuimus: etiam nomen ipſum indicio eſt. Quare malè Theodorus *Aluconem* tranſtulit. Sic enim Italorum quidam bubonem vocant. Αἰγώλιον æquè malè vocauit *vlulam*. Auritus eſt αἰγώλιος, cinereo colore, venatur pipiones è turriculis: nomen habuit à facie qua capram repræſentat: roſtro enim demiſſo eſt in naſi formam. Non potes vlulam appellare, quæ potiùs ſibilum effractum quàm vlulatum edit. De his & Aſione quem σκῶπα putamus, alibi diximus.

Ὅμοια τὰς ὄψεις: quoniam hæc tria, quæ in hoc apoteleſmate recenſentur, aurita ſunt: ideircò dixit τρία ὄντα: quoniam ſeorſum à ſuperioribus, bubone, nocticoruo, & noctua, narrauit eorum hiſtoriam: ſed differunt colore. Nanque capriceps αἰγώλιος ſubcinereus: vlula & aſio ſuffului.

LXIV. ARISTOTELES.

Εἰσὶ δὲ καὶ τῶν μὴ γαμψωνύχων ἔνιοι σαρκοφάγοι, οἷον ἡ χελιδών.

Sunt quædam ex ijs quæ vncos vngues non habent, carniuora, vt hirundo.

CAESAR.

Nunc amplificat propoſitionem carniuorarum: ſed pro hirundine omnes ἄποδας intellexit. Et falſum eſt eas vncungues non eſſe: niſi intelligas, quia poſſunt in plano conſiſtere ſatis commodè. Cæterùm hoc quoque faciunt νυκτέλια illa: neque noctuæ aduunciores ſunt vngues quàm hirundini: intellige σαρκοφάγα μόνον. Nam etiam gallinæ carne veſcuntur: etiam alauda ſi obijciatur: quæ veriſſimè rectunguis eſt.

LXV. ARISTOTELES.

Τὰ δὲ, σκωληκοφάγα, οἷον σπίζα, στρουθὸς, βατὶς, χλωρεὺς, αἰγιθαλός. ἔστι δὲ τῶν αἰγιθαλῶν εἴδη τρία. ὁ μὲν σπιζίτης, μέγιστος· ἔστι γὰρ ὅσον σπίζα· ἕτερος, ὀρεινὸς, διὰ τὸ διατρίβειν ἐν τοῖς ὄρεσιν, οὐραῖον μακρὸν ἔχων. ὁ δὲ τρίτος, ὅμοιος μὲν τούτοις, διαφέρει δὲ κατὰ τὸ μέγεθος· ἔστι γὰρ ἐλάχιστος.

Alia autem vermiculis veſcuntur, vt fringilla, paſſer, rubicola, vireola, ægithalus. Aegithali genera tria ſunt. Vnum grandiſſimum, dictus fringillaris. Aequat enim fringillæ magnitudinem. Alter montanus appellatur: propterea quòd montes colit, longam habens caudam. Tertium genus his ſimile eſt: ſed magnitudine differt. Eſt enim minimus.

CÆSAR.

Nunc alio victu vermiculorum multa genera complectitur. Et omiſit philomelam. Σπίζα *fringillam*, à frigoris tempore quo apparet, appellårunt Latini. Multum operæ antiqui nobis impoſuerunt, cùm tam negligenter animalia depinxere. Contenti enim ſola appellatione, nos in illorũ diſquiſitione ambiguos, & decertantes reliquerunt: ita vt difficillimum ſit eorum nomina ad recentiorum notam redigere. Σπίζης, & fringillæ nulla apud Plinium mentio: apud Feſtum vnum, quod ſciam, reperitur: ſic dicta, quòd frigore cantet & vigeat. Ariſtoteles in Nono huius operis ait σπίζαν locis tepidis æſtate, frigidis hyeme degere. Qua ducti coniectura fringillam eam eſſe auẽ aiunt quidam quæ paſſim, & ab omnibus *Pinſon* dicitur. Apparet enim apud nos toto anno: vt neq; frigore deterreatur: frequens enim eſt,

eſt,&gregatim volat,neque calore. At hyeme non,vt ęſtate canit:vnico enim vocis tono ſe exprimit,at ineunte vere, & ad autumni vltimum tempus altè & ſonorè:vt Philomelam quoque imitari videatur:quod nonnihil dubitationis,& ſcrupuli parere poteſt. Duæ ſunt cauſæ tamen quæ nos mouere poſſunt vt σπίζαν fringillam, & fringillam *pinſon* eſſe exiſtimemus. Notum eſt τὸν ἱέρακα σπιζίαν, ſic dictum,quòd τὰς σπίζας conſectetur,eáſque pro cibo habeat: videamúſque quotidiano vſu id euenire, vt hyeme præcipuè vbi magna earum auium quæ *pinſones* vocantur, copia ſit,frequens ibi quoque id genus accipitrum reperiatur. Deinde antiquæ appellationis veſtigium apud Italos remanet: penè enim Latino nomine à quibuſdam appellantur *franghioli:* quanuis id pro vera & certa regula ſemper non ſit accipiendum. Quare non dubitamus quin fringillæ ſint pinſones: & ab earum captura quòd his veſcantur accipitres, fringillariorum nomen adeptos eſſe putamus.

Αἰγιθαλὸς: *parus*, Theodorus: cur ſic interpretatur certè me fugit. Αἰγιθαλοῦ meminit Ariſtophanis Scholiaſtes: & nugatur,in interpretatione, & etymologia:nihil enim capræ habet, neque eſt ex accipitribus: paruam eſſe auem conſtat cum σπίζῃ ſit ſimilis. Eius tria ponit genera: primum fringillæ magnitudine: faciem nullo modo deſcribit: putamus tamen à Vaſconibus dici *Durbec:* duro enim eſt roſtro:& multum accedit ad fringillam. Itali quidam *Friſon del becco groſſo* vocant:alterum tantùm à longitudine caudæ deſignat:& in montibus degens. Tertium minimũ cæteris. Maxima certè vſus eſt negligentia Philoſophus. Hîc multa poſſumus adducere,ſed coniectanea tantùm erunt:ſcio quid recentiores dicant:mihi adhuc non ſatisfecerunt. Neque ſperet in re tàm anxia, & deſperata quis auxilium poſſe obtinere à nobis:ab alijs petimus nos: ab iiſque magnam inituri gratiam.

Βάτις à rubis nomen inuenit. Itaque vt effugeret æquiuocationem Theodorus cum rana *rubetam* non appellauit,ſed addita litera *rubetram:* ſicut à portulaca ἀνδράχνη, ſemouit ἀνδράχλην arborem, *potulacam* dempta litera.

Χλωρὶς Theodorus malè *luteolam* dixit. Eſt enim viridis non lutea: *verdon*, aut *verdier* appellat vulgus: roſtro craſſiſſimo.

LXVI. ARISTOTELES.

Ἔτι δὲ συκαλὶς, μελαγκόρυφος, πυῤῥούλας, ἐρίθακος, ὑπολαῒς, οἶστρος, τύραννος· οὗτος τὸ μέγεθος μικρῷ μείζων ἀκρίδος· ἔχει δὲ φοινικοῦν λόφον ἔχων, καὶ ἄλλως εὔχαρι τὸ ὄρνεον, καὶ εὔρυθμον.

Item ficedula, atriceps, byrriola, erithacus, curuca, aſilius, tyrannus. Is eſt paulò maior locuſta, puniceá criſta, atque adeò venuſta auicula, atque compoſita.

CAESAR.

Σ Υκαλὶς, & συκαλὶς, vtrunque enim ſcribitur, *ficula* ad verbum. Latini meliùs *ficedula:* vulgus Italicum *becafichi.* Diſtinguit eam ab atricipe quam μελαγκόρυφον vocat: at Plinius in viceſimo nono decimi,ait ficedulas formam ſimul, & colorem mutare: eáſque hoc nomen nonniſi Autumno habere,reliquóque tempore melancoryphos vocari. Sæpiſſimè euenit vt duobus nominibus idem animal appelletur, quæ diuerſa nonnunquam putamus. Ficedula certè ſimillima cotolio noſtrati,quod eſt minimum alaudarum genus ſine criſta ſaporis ſuauiſſimi, nec reliquæ cum hoc comparandæ. Ficedula verò etſi capite nigreſcat,quæ nota nomen melancoryphi dare poteſt:tamen dubius animi pendeo,vt autoritati Philoſophi plus tribuã quàm Plinij opinioni. In Nono enim huius operis ait Philoſophus μελαγκόρυφον βόσκεσθαι τοὺς σκώληκας. At συκαλὶς non eſt σκωληκοφάγος: diuerſæ igitur ſunt. Eſt hîc apud nos auis,quam vulgus *hortulanam* vocat,ficedulæ magnitudine, quæ nonnihil nigroris habet in capite:ea verò an ſit μελαγκόρυφος aſſerere non auderem. Sat ſit mihi hunc vulgatum errorem ſuſtuliſſe,quo vnam & eandem eſſe ficedulam,& μελαγκόρυφον putabant. Eam cùm verterit Theodorus *atricapillam*, non commodè feciſſe arbitror: neque enim capillum vllum habet, ſed verticem nigrum.

Πυῤῥούλας: Theodorus *rubecula*: nos *byrriolam* ad verbum. Itali vocant *petto roſſo:* Galli *gorge rouge:* auis nota Autumno,pinguis,& iucundiſſimi ſaporis.

Ἐρίθακος: Theodorus, *Siluia:* quare id ita dixerit neſcio certè:non enim memini aliquam auem ſic appellatam:de Erithaco idem Philoſophus in Nono.

Ἐπιλαΐς *curuca*, de qua alibi cùm de nido cuculi loqueremur. Viridis eſt, inde Vaſcones *verdaugiam*, quaſi *viridauliam*, vocant.

Οἶστρος Theodorus *aſilus*: hanc auem non nouimus: neque Plinius de eo quicquam: tantùm Philoſophus in Nono ait eſſe σκωληκοφάγον. Ex Bellonio tamen faciem auiculæ nouimus quæ etiam minor ſit regulo, quam *cantatricem* vocat. Ex paruitate puto nomen habere: quare libens accedo huic opinioni. Nos vt æquiuocationem vitaremus, *Aſilium* diximus.

Τύραννος: nouimus auiculam multo minorem regulo cum criſta rubeſcente: ea adeò parua eſt vt ſcarabæum vix æquet. Notæ conueniunt criſta, & magnitudo ad locuſtam, tyrannum eam eſſe puto. Hic vocatur, *oculus bouis*, à vulgo, *œil de beuf*.

Φοινικοῦν λόφον. Theodorus aliter legit: vt ſit interpretatus, *elatiuſcula eſt*.

Εὔχαρι: venuſta: vt Pamphilus ſe inuenuſtû appellat. Itali dicunt: *diſgratiatum*. Εὔχαρι: *elegans* Theodorus, non malè.

Ἄλλως Theodorus, *cætera*: rectiſſimè: nos Latino è fonte per aduerbium, *adeò*: idem enim ſignificat quod, *adhuc*. Et cæterùm eſt καὶ ἔτι.

Ἔνρυθμον. Theodorus ῥύθμον ad cantum tranſtulit. Ego ad corporis conſtitutionem. Vox eſt Geometrica, & architectorum. Vitruuius in primo de *venarum rythmo*, & in ſecundo Capite, partem architecturæ εὐρυθμίαν ponit. Et in Sexto, *aſpectus* εὐρυθμίας *dubius*.

LXVII. ARISTOTELES.

Ὁ δὲ λεγόμενος ἄνθος, ὅσον τὸ μέγεθος ὅσον σπίζα. ὀρεσπίζης ὅσον σπίζη ὅμοιος, καὶ τὸ μέγεθος παραπλήσιος. πλὴν ἔχει τὸ αὐχένα κυανοῦν, καὶ διατρίβει ἐν τοῖς ὄρεσιν.

QVi florus dicitur fringillæ eſt magnitudine. At monfringilla, & ſimilitudine, & magnitudine illam refert. Sed collum habet cæruleum, atque in montibus agitat.

CAESAR.

Ἄνθος: *florus*, Theodorus rectè: non florem dixit, ne æquiuocum verbum arceſſeret. De hoc & in Nono huius operis, vbi hunc ἄνθον πολέμιον εἶναι τῷ ἵππῳ ait.

Ὀρεσπίζης: à montibus hæc auicula: quæ alia ſit à para montana. Vidimus nos in Pyrenæis auem quæ fringillam noſtram vulgarem magnitudine æquaret: altè & ſonorè canentẽ, & cæruleo præditã circum collum colore. Quomodo autẽ indigenæ eam vocarẽt certè non memini. Audio eandem, aut ſimilem à Gallis Celtis & Belgis *mantanum* dici: nomen conuenit, & forma vt ab ipſis deſcripta eſt, non diſcrepans.

LXVIII. ARISTOTELES.

Ἐπὶ βασιλεύς, σπερμολόγος.

AD hæc regulus ſeminilegus.

CÆSAR.

TYranno excepta: hæc minima apud nos eſt auis: nota omnibus. Ἐπὶ δὲ τοῖς eſt σπερμολόγος: non autem ſpecies ſeparata, vt putauit Theodorus: neque *frugilegam* rectè interpretatus eſt. Σπέρμα enim ſignificat ſeminium ipſum: non dixit καρπολόγον.

LXIX. ARISTOTELES.

Ταῦτα μὲν οὖν καὶ τὰ τοιαῦτα, τὰ μὲν, ὅλως, τὰ δὲ, ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ σκωληκοφάγα.

HÆ igitur atque aliæ eiuſmodi, aut ſolis vermibus, aut ferè non alio aluntur cibo.

CAESAR.

HOc eſt Philoſophi, vt ait etiam Galenus, quædam nobiliora recenſere: alia alijs relinquere excipienda ingenio. Et rectè admonuit ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ: quoniam ὁ σπερμολόγος ſuo nomine reclamat τῷ σκωληκοφαγεῖν. Ipſe tamen nihilominus etiam vermiculis veſcitur: præſertim in ſepibus.

LXX. ARI-

LXX. ARISTOTELES.

Τὰ δὲ τοιάδε, ἀκανθοφάγα, ἀκανθὶς, θραυπὶς ἔτι ἡ καλουμένη ῥυσομήτρις. ταῦτα γὰρ πάντα ἐπὶ τῶν ἀκανθῶν νέμεται, σκώληκα δὲ οὐδὲν, οὐδ' ἔμψυχον οὐδέν. ἐν ταὐτῷ δὲ καθεύδει καὶ νέμεται ταῦτα.

At hæ è ſpinis veſcuntur: ſpinula, thraupis, & quæ dicitur rhyſometris. *Omnes enim è ſpinis carpunt: vermem autem aut animantem nullam. Eodem autem in loco hæ & ſomnum capiunt, & cibum.*

CAESAR.

Ἀκανθίδα: *ſpinum* Theodorus: nos propriùs *ſpinulam*: puſilla enim auicula eſt & voce valde ſonora. Theodorus *ſpinum & ligurinum* vocat: non à liguriendo, ſed à cantu. Αἰγυθὸς dictio vulgaris Græca: quidam putãt eſſe carduelem. At hæ tres à Philoſopho nominatæ aues ſpinas incolunt & carduos, quorum ſeminibus veſcuntur. Acanthidis & carduellis, tanquam diuerſarum meminit Plinius. Reſpondet nomen cardueli, noſtro ſimilis appellationis. Spinula aut eſt ſerinus, aut tarinus, aut vnus horum, Thraupis, rhyſometris nomen cui conueniat adhuc quærendum: negligentiſſimus hac in parte Philoſophus.

Ἀκανθοφάγα: poſuit totum pro parte: neque enim ſpinas vocant, ſed de ſpinis carpunt quod cordi eſt, ſiue ſemina, ſiue quiduis aliud: vermem nullo modo attingunt, neque aliam animãtem.

Τραυπὶς. Theodorus: *carduelus*: neſcio quare: ſed & carduelus quem *carduelim* vocat Plinius, alibi quàm in ſpinis capit ſomnum: ac fruges, & ſemina perſequitur: mili, lini canabi. Quin & eos, araneolas, & circum caueas, in quibus cardueles incluſi erant, diſcurrentes, & culices & paruas muſcas volitantes, appetere & vorare vidimus: quod & ſerinus & tarinus faciunt etiam ῥυσομήτρεις. Theodorus χρυσομήτρις legit: quaſi vitta aurea caput vinctum habeat. Oppianus in primo Κυνηγετικῶν Dianam χρυσομήτριν vocat.

LXXI. ARISTOTELES.

Ἄλλα δ' ἐστὶν σκνιποφάγα, ἃ τοὺς σκνίπας θηρεύοντα ζῇ.

Alia culicivora ſunt, culicum enim venatu viuunt.

CAESAR.

Peſſimo exemplo omiſit exemplum. Sed poterat veſpertilionis ſaltem meminiſſe.

LXXII. ARISTOTELES.

Ἄλλα δὲ δύο πλοῦται περὶ τὰ ξύλα, ἥ τε μείζων καὶ ἡ ἐλάττων καλοῦσι δὲ τινες ἀμφότερα ταῦτα δρυοκολάπτας ὅμοια δ' ἀλλήλοις, καὶ φωνὴν ἔχουσιν ὁμοίαν, πλὴν μείζω τὸ μεῖζον νέμονται δ' ἀμφότερα ταῦτα πρὸς τὰ ξύλα προσπετόμενα.

Aliæ duæ circa ſtipites ſatagunt: tùm minor, tùm maior, quas Græci δρυοκολάπτας, *quaſi tundiquercus. Latini* picos *vocant: ſimiles hæ inter ſe, ſimilique voce ſunt. Sed maiori maior. Alitur vterque ſtipitibus obuolando.*

CAESAR.

Hic non explicauit genus cibi, ſed vnde peterent. Neque enim veſcuntur ligno pici: ſed vermiculis & formicis. Hic duo tantùm genera prodit: in Nono tria. Venuſtas orationis Græcæ inimitabilis eſt: oratio mira. Ἄλλα δὲ δύο. Nondum declarat quid ſit. Et dixit πλοῦται, verbum planum ac turgidum: id eſt victui ſtudent ſedulò: ſpéque metúque afficiuntur ibi. Deinde ſubdit cuiuſmodi ſint illa duo, antequam quid ſit, dicat. Ita ſuſpendit animum auditoris. Tertio loco ponit nomen. Quarto ſpeciei conuenientiã & differentiam: & læuigat tractum orationis repetito & mutato verbo, ὅμοια, καὶ ὁμοίαν: poſteà alluſiuncula vocis ornat. Μείζω τὸ μεῖζον.

Προσπετόμενα: *obuolando*: non ſolùm πρὸς: ſed etiam περὶ: noſtrum verbum indicat.

Πρὸς τὰ ξύλα: *ad maceriem* Theodorus: malè. Neque enim ξύλον maceries eſt. Sed aliud eſt pici genus viride, quod à muris nunquam diſcedit, veſcitúrque araneis: iccircò *muratorem* cognominant

nant Taurini:& malè confundit hiſtoriam Theodorus culiciuorarum cum picis; neque enim ijs ij aluntur.

Δρυοκολάπτας: *piponem*, interpretatus eſt Theodorus, vocabulo Calabro: ſed illi *piconem* vocant, non *piponem*: poſteà interpretatus eſt *picum martium*, non malè. Quoniam picus ille grandior muſtulentis pennis & veſicoloribus non eſt martius.

LXXIII. ARISTOTELES.

Ἔτι κολιός· ἔστι δ' ὁ κολιὸς τὸ μέγεθος ὅσον τρυγὼν τὸ δὲ χρῶμα, χλωρὸς ὅλος. ἔστι δὲ ξυλοκόπος σφόδρα, καὶ νέμεται ἐπὶ τῶν ξύλων τὰ πολλά, φωνὴν τε μεγάλην ἔχει. γίνεται δὲ μάλιστα τὸ ὄρνεον τοῦτο περὶ Πελοπόννησον.

Prætereà galgulus. Is æquat turturis magnitudinem: colore totus luteus. Ligna vehementer pertundit, & in ipſis ferè veſcitur. Vocem magnam habet. Frequentiſſima auis Peloponeſo.

CAESAR.

ALIVD genus τῶν ξυλοκόπων κολιὸν Græci vocant. *Aureolum* Galli & Subalpini à colore, Latini *Galgulum*. Veneti *Piombin*. Vidimus appenſos vetuſtate ſuperata nulla carie. Plinius in vndecimo triceſimi ἴκτερον à Græcis vocari. Color ſanè perſuadet. Ariſtoteles turturis hîc aſſignat magnitudinem: ſed noſtrates dimidio minores ſunt. Theodorus cùm vult mitigare hiſtoriam, lapſus eſt: dixit enim *ferè*, pro *penè*.

Ξυλοκόποι. Theodorus, *lignipeta*: felix verbum: ſed ſignificatum non implet: *hæredipeta* aliter ſignificat. Κόπτειν eſt pertundere.

Τῶν ξύλων: adhuc *maceriem* interpretatus eſt Theodorus: ridiculè: eſt enim maceries murus ſine calce: quoniam macer ſit, ſine ſucco: & peſſimè dixit, *paſcitur macerie*. Ἐπὶ τῶν ξύλων.

Φωνὴν μεγάλην ἔχει: ſanè luculentam potiùs quàm magnam: neque contentam, ſed plenam. Ruſtici noſtri dicaces aiunt, cum nunciare maturam iam ficum eſſe ſuis verbis. Cùm tamen etiã ante primas gemmas interdum appareat atque canat.

LXXIV. ARISTOTELES.

Ἄλλος, ὃς καλεῖται κνιπολόγος, τὸ μέγεθος μικρὸς ὅσον ἀκανθυλλίς, τὴν δὲ χρόαν σποδοειδὴς καὶ κατάστικτος. φωνεῖ δὲ μικρόν. ἔστι δὲ καὶ τοῦτο ξυλοκόπον.

Alius vocatur culicilega, paruus vt ſpinula: colore cinereo, & punctis diſtincto: voce exigua. Is item ligna pertundit.

CAESAR.

VLTIMVM hîc genus τῶν ξυλοκόπων: ſuprà ἀκανθίδα. Hic etiam diminutiuo vlteriore ἀκανθυλλίδα. Qui putant hanc culicilegam eam quam Moticellam ex varrone & quaſſatione caudæ à Vaſconibus *baticoue* dicitur, falluntur: exiguo & debili roſtro eſt motacilla: quî igitur ξυλοκόπος erit?

LXXV. ARISTOTELES.

Ἄλλα δέ τινα ζῆ καρποφαγοῦντα [καὶ ποοφαγοῦντα·] οἷον φάψ, φάττα, περιστερά, οἰνάς, τρυγών. φάττα μὲν οὖν καὶ περιστερά, ἀεὶ φαίνονται· τρυγὼν δέ, τοῦ θέρους· τοῦ γὰρ χειμῶνος ἀφανίζεται· φωλεῖ γάρ. οἰνὰς δέ, τοῦ φθινοπώρου καὶ φαίνεται μάλιστα, καὶ ἁλίσκεται· ἔστι δὲ τὸ μέγεθος ἡ οἰνάς, μείζων μὲν περιστερᾶς, ἐλάττων δὲ φαβός. ἡ δὲ ἅλωσις αὐτῆς, γίνεται μάλιστα καμπτούσης τὸ ὕδωρ. ἀφικνοῦνται δὲ εἰς τόπους ἔχοντες τοὺς νεοττούς· τὰ δ' ἄλλα πάντα τοῦ θέρους ἀφικνούμενα, νεοττεύει ἐνταῦθα, καὶ ἐκτρέφει τὰ πλεῖστα ζώοις, πλὴν τῶν περιστεροειδῶν.

Liæ fruginoræ, vt palũbes, columba, rupilia, turtur. Ac palumbes quidem, columbaq; ſemper apparent. Turtur æſtate, hyeme non comparet: latet enim. Rupilia autem Autumno potiſſimùm & apparet, & capitur. Eſt rupilia quàm columba maior, quàm palumbes minor. Capitur ferè dum aquam potat. Mutant autem loca, ac ſecum abducunt pullos. At aliæ quæ abeunt æſtate, nidificant apud nos, & plurimæ animalibus aluntur, excepto genere columbaceo.

CAESAR.

CAESAR.

TRANSIT ad aliud cibi genus,ad fruges ſcilicet.Et immiſcet hiſtoriã non ſuo loco:apparendi,latitandi,nidificandi. Et repetit magnitudinem rupiliæ falſam apud nos:minor enim eſt quàm columba. Nam columbæ Aquitanicæ & Prouinciales,& Italicæ,maiores ſunt quàm rupiliæ, vel triente. Rupiliæ autem ac turriliæ eiuſdem ſunt magnitudinis.

Erat ſcriptum φάψ: φάττα: puto eſſe gloſſema. Nam φαττοφόνος, & φαβότυπος idem ſignificat: accipitris genus. Omiſit φιλιάδα: ſed comprehendit infrà cùm dixit σπερμολόγων. Tamen non expreſſit ibi τὸν καρπὸν: ſed excluſit tantùm τὰ ζῶα quibus dixit cæteras aues alere ſuos pullos.

Καταπίνοντες τὸ ὕδωρ: *dum ſe in aquam bibendo propendit*: ambitioſè voluit explicare τὸ χάμπτειν: ſed malè ceſſit. Nam eodem modo vtitur hîc in potu auis, quomodo in deuoratu piſcium: κάμπτουσι τὰ ὠά: ſignificat quod dicebat de aquilis, καταπίνειν: quoniam hauſtu bibunt columbæ, ſicut & equi.

Ἀφικνοῦνται δὲ εἰς τοὺς τόπους τούτους ἔχοντας νεοττούς. Theodorus: *veniunt ad noſtra loca cùm iam fecerint prolem*. Omitto quod non eſt Latinum *facere prolem*. Illud quæro non conuenire cum noſtro Codice: nam Græcè ſic ſonat: *abire eas in loca in quibus prolem reliquerint*. Quoniam è contrario dicit eas quæ æſtate hîc apparent, hîc nidificant: poſteà abeunt. Sic illæ quæ æſtate apud nos non videntur,alibi ſunt vbi nidificant.Propior eſt verò Codex Theodori: ſic: non, τοὺς ἔχοντας νεοττούς. Iam enim excluſi,atque excreti,atque adulti ſunt:neque parentum indigent auxilio. Quare aut ipſi non conuolârunt cum parentibus,aut eos parentes reliquerunt. Si eæ illius cœli impatientes ſunt,multo magis pulli. Quin etiam cum pullis veniunt qui ſunt parentibus ſuauiores. Itaque ſic legendum eſt. Ἀφικνοῦνται εἰς τόπους ἔχοντας τοὺς νεοττούς: mutant loca ac ſecum abducunt pullos. Tum turtur à nobis aliò,quàm rupilia aliunde ad nos.

Τὰ πλεῖστα ζώοις. Theodorus, *carne*: nimis laxè.

CAPVT SEPTIMVM,

Diuiſio auium ſecundùm loca ob victum.

LXXVI. ARISTOTELES.

Πάντων δὲ, ὡς εἰπεῖν, τῶν ὀρνίθων οἱ μὲν, πεζεύουσι περὶ τὴν τροφήν· οἱ δὲ περὶ ποταμοὺς καὶ λίμνας βιοτεύουσιν· οἱ δὲ, περὶ τὴν θάλασσαν.

Avium omnium aliæ, vt ita dicam, terra obuerſantur cibi gratia. Aliæ circa fluuios, ac lacus victitant. Aliæ circa mare.

CÆSAR.

QVAM diuiſionem ſuprà in vniuerſo animalium genere quæſierat, eam ad narrationem auium hîc accommodat. Sed æquiuoce vtitur, vt etiam alibi τῷ πεζεύειν. Nam cùm πεζὰ dixerit quæ aërem trahunt, cauſſa refrigerationis. Nunc verbum eo nomine aſtrinxit terreſtribus tantùm victibus. Iccircò diſtinximus Caput. Quoniam aliam materiam aggreditur aquatilium.

Dixit ὡς εἰπεῖν:quoniã non exactè poſſunt diſtingui membra. Nam vt ſunt aues quædam, quæ in terra agitant, vt è terra victum petant.Quæ è mari cibum capiunt aliquæ, in terra nihilominus agitant:vt aquila marina. Neque enim aquas ſubit, aut innatat. Et τὸ περὶ τὴν τροφὴν, conuenit etiam illis, quæ ſunt circa fluuios & mare: ſed diſtinguntur per πεζεύουσι.

Cæterùm cùm etiam illæ πεζεύουσι, membra, vt dixi, non ſunt diſtincta: & rectè dicas aues πεζεύουσι περὶ τὴν τροφήν, ἢ ἀπὸ τῆς γῆς, ἢ ἀπὸ τῶν ὑδάτων, longè meliùs dixiſſet. Itaque τὸ, ὡς εἰπεῖν, non rectè interpretatur Theodorus, *ferè*. Sed, *vt ita dicam*, dicendum: quoniam craſſiore modo diſtinxit, non ἀκριβῶς. Quare neque πεζεύουσι rectè interpretatus eſt, *à terra victum petunt*. Imò etiam ab aëre multa, vt hirundo, cypſellus, veſpertilio, & multæ aliæ aues prædatrices, quæ prædam non niſi in aëre captant: confidentem humi, aut in arbore non tangunt. Itaque non ſic voluit: ſed terræ obuolare, in ea verſari ob cibum. Neque enim muſca magis terreſtris eſt, quàm anas quæ præda eſt aquilæ ex aqua.

Dixit ποταμοὺς καὶ λίμνας, quibus & paludes comprehendit ſecus quas frequenter agit gallinago.

LXXVII. ARISTOTELES.

Καὶ ὅσοι μὲν στεγανόποδες, ἐν αὐτῷ τῷ ὕδατι ποιούμενοι τὴν πλείστην διατριβήν· ὅσοι δὲ σχιζόποδες, περὶ αὐτὸ τὸ ὕδωρ.

Quæ palmipedes ſunt, in ipſa aqua plurimum temporis agitant. Quæ fiſsipedes circa ipſam aquam.

CAESAR.

EXEQVITVR inuerſo ordine aquatilia. Quoniam reliqua hæc hiſtoria eſt. Igitur eam diuiſionem commodiùs ſuprà ſtatuiſſet. Diſtinguit τὸ ἐν, ἀπὸ τοῦ, περὶ, in eodem genere aquatilium.

Στεγανόποδες, pedes habent natatui accommodos: contractis enim ſcindunt aquam, dilatis appellunt. Et differentia eorum eſt modo victitandi: quoniam quædam ore venantur, quædam pedibus, vt cocalus piſces: quædam in ſumma aqua, vt ipſe idem: quædam profundiore, vt mergus: in cuius ventriculo integram anguillam vidimus: ſubit enim, & diu vrinatur. Roſtri quoque differentia eſt, alijs latum, alijs acutum: quod ferè cum pedibus conuenit: acutum fiſſipedi generi magna ex parte: latum planipedum.

Dixit ἐν αὐτῷ τῷ ὕδατι, & περὶ αὐτὸ τὸ ὕδωρ, cum emphaſi: quaſi ſpreta terra. Theodorus ditiorem habuit Codicem: ſic enim legit ampliùs: *aliqua ingurgitantes ſe quærunt quod comedant*.

Στεγανόποδες *tectipedes* poſſumus dicere: quaſi contignatos habeant digitos. A palma dicunt *palmipedes* Plinius & Theodorus. Quoniam cruri commiſſam partem in palmæ modum habeant: rectè ſanè. At σχιζόποδες *fidipedes*, malè: nam fidipes eſt findens pedem: fiſſipes eſt fiſſo pede.

LXXVIII. ARISTOTELES.

Καὶ τούτων ἔνιοι διὰ τῶν φυομένων βιοτεύουσιν, ὅσοι μὴ σαρκοφάγοι, οἷον περὶ τὰς λίμνας καὶ τοὺς ποταμοὺς ἐρωδιὸς, καὶ ὁ λευκερωδιός· ἔστι δὲ τὸ μέγεθος οὗτος ἐκείνου ἐλάττων, καὶ ἔχει τὸ ῥύγχος πλατὺ καὶ μακρόν.

Atque harum quædam plantarum generibus aluntur: ſcilicet quæ carniuoræ non ſunt: vt circa lacus ac fluuios ardeola, & albardeola, quæ illa minor eſt: habétque roſtrum latum, & longum.

CÆSAR.

AVictus genere ſtatuit diſcrimina: quoniam τὰ φυόμενα paſcuntur quæ carniuoræ non ſunt. Mirum cùm dicat ἐρωδιὸν non eſſe carniuoram. Non eſt igitur qui *Heron* dicitur, neque ἐρωδιὸς λευκὸς erit quam vulgus *aigrettam* dicit: longo enim & acuto eſt roſtro. Et tamen ex Nono huius operis Ardeolam eſſe ἐρωδιὸν Ariſtotelis conſtat: nam ibi ἐρωδιὸν cornici amicum, Plinius idem de ardeola tradit in Septuageſimoquarto decimi. Videtur certè Philoſophus ex auditu has aues nouiſſe tantùm: de quibus in noſtris ad Cardanum *Exercitationibus* plura diximus: & nonnulla adhuc dicturi in Nono huius operis.

LXXIX. ARISTOTELES.

Ἔτι δὲ πελαργὸς, καὶ λάρος. ὁ δὲ λάρος, τὸ χρῶμα σποδοειδής.

Item ciconia & gauia. Eſt autem gauia color cinereus.

CAESAR.

C AE S. A R.

Πελαργὸν *ciconiam* eſſe nemo neſcit. Gauiam autem eſſe λάρον etiam in Quinto diximus ex Plinio, qui ſic eam interpretatur in Decimo. Non eſt igitur laros fulica, vt quidam putârunt. Eſt enim fulica nigra admodum: de qua paulò poſt. Is fuit error Perroti Sipontini pontificis, & eius legulei Calepini. Gauiam *albam*, dicit Apuleius in *Aſino aureo*.

LXXX. ARISTOTELES.

Καὶ σχοίνικλος, καὶ κίγκλος, καὶ ὁ τρύγγας· οὗτος δὲ μέγιστος τῶν ἐλαττόνων τούτων· ἴσι γὰρ κίχλῃ. πάντες δ' οὗτοι τὸ οὐραῖον κινοῦσι.

ET ſchœniclus, & cinclus, & trynga. Is eſt maximus horum minutiorum. Aequat enim turdum. Omnes ij motant caudam.

C AE S A R.

SCHOENICLVM à iuncetis in quibus agit, Theodorus aptiſſimè *iunconem* appellauit. De eo Plinius nihil. In Nono à Philoſopho σχοινίων appellatur, vbi alaudæ amicum prædicat. Certè auicula eſt paulò maior alauda: cuius & faciem, & colorem refert: iuxta mare, & ſtagna marina agens, in iuncetis paluſtribus nidificans, motans caudam, quæ ab incolis alauda marina dicitur: nihil vt puto ab huius deſcriptione diſtãs. Quare nõ incõmodè σχοίνικλον vocari poſſe putamus.

De cinclo nihil Plinius prodidit. Theodorus nomen non immutauit: & aſcripſit *albiculam*: ſed in noſtro Codice deerat. Poſteà eſt tryngas. Has tres recenſuit Philoſophus ſub magnitudine minutiorum, & ſub affectu motationis caudæ: quo fit vt putem hanc eſſe quam vulgus Taurinum *gallinetam* vocat: turdi magnitudine, ac motans caudam, nec multum colore differens: à ſono vocis ſic dicta à Græcis. Nunquam perpetuo tractu volat, ſed moratur hominem ſuperuentum, vt penè contingas: tùm à capturiente auolat: atque haud procul conſidit, aſpectátque fruſtratum. Quid verò dicam de cinclo nihil pro certo compertum habeo. Eſt quædam auicula quam *becudellum* vocant Vaſcones, quaſi paruam beccaſſam. Beccaſſa autem eſt quæ gallinago: cui fortaſſe non malè cincli nomen conueniet. Gallinetæ Taurinorum propior: at minor, quare ſpeciem puto. Motat hæc quoque caudam. Sunt & aliæ quæ hac nota inſigniuntur, vt ea quæ ab hoc effectu *motacilla*, vocatur. Quare quidam putârunt eſſe tryngam, ſed mores non conueniunt.

LXXXI. ARISTOTELES.

Ἔτι ὁ καλίδρις· ἔστι δὲ τοῦτο τὸ ὄρνεον ποικιλίαν ἔχον, τὸ δὲ ὅλον σποδοειδές.

ET calidris, quæ auicula cinerea eſt: ſed variegata.

C Æ S A R.

NEMINEM merito honore fraudabimus. Bellonius etſi ſæpiſſimè non certis vtatur coniecturis, aliquando tamen eius conatus vt laudandus, ita opinio non ſemper contemnenda. Calidris magnitudinem, colorem albo, & cinereo varium, conuenire ait ei aui quæ à Gallis *Cheualier* dicitur. Quorum duo facit genera: vnum nigrum, alterum rubeum dictum nigro minùs. Parua eſt hæc auis exquiſiti ſaporis, longis cruribus, maris & fluuiorum littora frequentans, è quibus cibum capit, vt & ab agris & pratis nonnunquam. Qui aliam auem Ariſtotelicæ ſimiliorem adduxerit, maximam illi habebimus gratiam.

Τὸ δὲ ὅλον σποδοειδές: abuſus eſt voce ὅλον: intelligit enim planiciem plumarum maiorem.

LXXXII. ARISTOTELES.

Καὶ τὸ τῶν ἀλκυόνων δὲ γένος πάρυδρόν ἐστι. τυγχάνει δ᾽ αὐτῶν ὄντα δύο εἴδη· καὶ ἡ μὲν, φθέγγεται, καθιζάνουσα ἐπὶ τῶν δονάκων· ἡ δ᾽, ἄφωνος· ἔστι δ᾽ αὕτη μείζων· τὸ δὲ νῶτον ἀμφότεραι κυανοῦν ἔχουσι.

AD hæc alcedonum genus iuxta aquas agitat. Eius ſunt duæ ſpecies. Quarum altera vocalis eſt: inſidétque arundinibus. Altera muta, quæ maior eſt. Vtrique dorſum cæruleum.

CÆSAR.

DVo genera alcedonum πάρυδρα vocat. Sanè adeò πάρυδρα ſunt, vt affectus tempeſtatum maritimarum ab alcedone dictus ſit in trãquillo, vt ſuprà ſcripſimus. Hoc primùm conueniunt hæc duo genera, vt ſint πάρυδρα: alterum, in colore dorſi. Diſſident incolatu & voce. Vbi nota mirum, auiculam eſſe mutam: quanquam pulmonem habet. Nè Eraſmus fallat nos in libro de *Lingua*. Appellauit πάρυδρα, & expreſſit quod ſuprà dicebat περὶ τὴν θάλασσαν. Theodorus *aquas adamat*, malè. Nam etiam quæ aquis puluerantur, aquas quidem adamant, ſed non ſunt πάρυδραι.

In noſtro Codice erat mendum leue φέγγεται, pro φθέγγεται: & alterum grauiſſimum ἀηδόνων, pro ἀλκυόνων. Nulla enim lucinia inſidet arundinetis. Nouimus nos auiculam quæ circa arundineta verſatur, & ibi canit ita ſonorè, & ſuauiter, vt eam Philomelæ non debere cedere exiſtimes. Ita vt quidam eam *luciniam aquaticam* vocent: canoram alcedonem putamus. Philoſophus in Nono tantùm vnius ſpeciei meminit: at hîc de duabus. Quod & Plinius ipſum imitatus, cùm dicat eas magnitudine & cantu diſtingui: minoréſque in arundinetis canere. Maior alcedo non ita, tamen muta eſt, vt nihil omnino dicat, & ſit ἄφωνος. Aliquid in explicatione alarum dum aliò migrare vult, exprimit. Vocatur vulgò *martinetus piſcator*.

LXXXIII. ARISTOTELES.

Καὶ τροχίλος.

ET trochilus.

CAESAR.

DE hoc plura in hiſtoria Crocodili.

LXXXIV. ARISTOTELES.

Περὶ δὲ τὴν θάλατταν, καὶ ἀλκυὼν, καὶ κηρύλος.

Circa mare, & alcedo, & cerulus.

CÆSAR.

QVia hic repetit de alcedone, quidam fouent errorem ſuperiorem, & omnino ἀηδόνων pro ἀλκυόνων legendum contendunt: & ſecundum genus quod canorum diximus, non alcedonem eſſe, ſed luciniam. Quæ quia fluuios & paluſtria incolit, aquaticam cognominârunt. Sed repetitiones ſunt Philoſopho familiares hoc in opere: & quæ nonnunquam etiam faſtidium pariant. Itaque non ſolùm alcedonem aquas, putà fluuios incolit, & tunc de canora intelligendum puto, ſed etiam vtrunque genus, mare: quemadmodum & cerulus: cuius nuſquam ampliùs meminit: neque de eo Plinius quicquam.

LXXXV. ARISTOTELES.

Καὶ αἱ κορῶναι δὲ νέμονται ἁπτόμεναι τῶν ἐκπιπτόντων ζώων· παμφάγον γάρ ἐστιν.

SEd & cornices aluntur animalibus è mari eiectis. Omnis enim generis cibo aluntur.

CAESAR.

NOn eſt hæc hiſtoria per ſe, ſed per accidens. Nam quæ aues mare frequentant cibi gratia: ex de mari ita eum petunt, vt maritimos quærant victus. At cornix fame exacta, vbi in terra cadauera deficiunt, etiam ad aquas aduolat, quarum ſordibus alatur.

Ἐκπιπτόντων: *excidentibus* Græcè ſonat: ſed in Latium non ſequitur nos ea vox. Neque rectè dicas *excidere è mari in terram*: cùm mare depreſſum ſit. Sed ita Græci intellexêre: quoniam eijciantur à mari, videri ex altiore loco cadere: grauia enim ſunt: omne graue autem deſcendit.

Παμφάγοι: ratio eſt, quare etiam mare petat. Nam ſi omniuora cornix eſt, etiam maritima vorabit.

LXXXVI. ARISTOTELES.

Ἔτι δὲ λάρος ὁ λευκὸς, καὶ κέπφος, αἴθυια, χαραδριός.

Prætereà gauia candida, & fulica, & mergus, & charadrius.

CAESAR.

GAVIA alba Venetis eſt *cocalus*. Auis candida pedibus rubris & roſtro, non valde longo: columbo minor: tanta ſpeculandi vi, vt ex alto captans, oculis, ſummo maris dorſo præueniat: atque ſeſe demergat: pedibus inuadit, non roſtro: imminentibus tempeſtatibus ſeſe in æſtuaria recipit. Albas quaſdam aues recenſet Plinius in fine Octaui decimi, quæ cùm congregantur hyemem præſagire ſcribit: id agunt cocali. Κοχάλια dixit Philoſophus in Quarto: ſed ea ſunt ex teſtaceis.

Κέπφος *fulica*: vulgus Gallicum *pullam aquæ* vocat: nigra eſt tota, niſi apiculo candido in ſummo capitis: crura & pedes ſubuirides habet. Altera ſed minor reperitur in rubis, & ſentibus adnaſcentibus foſſis vrbium, dummodo aqua ſit degens: eadem facie, ſed quæ turdi magnitudinem nunquam excedat: *gariola* à Vaſconibus dicitur.

Αἴθυια *mergus*, à colore, ater enim eſt: ſicut etiam αἴθιοψ, dicitur à colore.

Χαραδριός. Theodorus *rupicem* dixit eleganti voce. In Nono vocat *hiatulam*. Plinius nullam huius auis fecit mentionem. Sed Ariſtoteles in Nono à rupibus dictam oſtendit: aitque eſſe nocturnam auem, & ignobilem cantu, aſpectúque inuenuſtam. Plutarchus in Quinto *Conuiualium Diſputationum*, ait ſi regio morbo laborantem conſpiciat χαραδριὸς, trahere atque transferre in ſeſe morbum. Iccircò auertere oculos. Idem fertur de Ictericis & galgulo.

LXXXVII. ARISTOTELES.

Τῶν δὲ στεγανοπόδων, τὰ μὲν βαρύτερα, περὶ τοὺς ποταμοὺς καὶ λίμνας ἐστὶν, οἷον κύκνος, νῆττα, φαλαρὶς, κολυμβεῖς.

Quæ in genere palmipedum ſunt grauiores, circum fluuios, & paludes agitant: vt olor, anas, phalaris, vrinatrix.

CAESAR.

HÆc eſt alia pars auium aquaticarum: in quibus recenſet multa genera: cygnus notus eſt. Latini ab vniuerſi corporis candore *olorem* vocârunt.

Νῆττα: *anas* à voce nos: à natando Græci: multa eius genera: Primum: alia marina, alia aquæ dulcis indigena. Marina minor longè. *Oſellam* vocant Veneti, olentem admodum & durioris carnis, niſi frigore maceretur: bruma enim capitur.

Quæ in dulcibus aquis agitant duum ſunt generum: domeſtica & ſilueſtris: vtrique penè par magnitudo: ſed ſilueſtris paulò maior: quem *Canardum* Galli vocant. Taurini domeſticam *Aniaz*. Vaſcones *ghit*.

Minoris generis multæ ſunt ſpecies, quas ad antiquorum normam omnino referre difficile eſt. Sed duæ præcipuè ſunt: altera quæ faciliùs immergatur, vnde eſt nomen Græcis κολυμβεὶς: de qua etiam Athenæus. Huius quoque multæ ſunt ſpecies, quas nõ immeritò κολυμβρίδας vocabis, quemadmodum & Galli ab eodem effectu, *plongeons* dicunt. Altera ſpecies eſt auidior, vnde & nomen à Græcis βοσκάς.

Φαλαρὶς, quæ ſit adhuc me latet. Nolo quorundam recentiorum vanas & incertas ſequi coniecturas: nihil enim recti, neque ſani adducunt.

Κολυμβρίδα, *vrinatricem*, ad verbum tranſtulit Theodorus rectiſſimè: tu potes dicere *anatulam*, aut *anatellam*. Taurini quoniam gregatim volant: neque facilè ſegregantur, vt ſic aquilæ venatoriæ fugiant impetum, vocant *gregot*. Franci anatum, non ſpeciei, ſed ætatis paruitatem notant: iuniores enim, *Allebrens*, vocant.

LXXXVIII. ARISTOTELES.

Ἔτι δὲ βόσκας, ὅμοιος μὲν νήττῃ, τὸ δὲ μέγεθος ἐλάττων.

ET paſcula, quæ anati ſimilis, ſed minor eſt.

CAESAR.

BOσκας. Theodorus, *boſcas: paſculam* nos Latinè dicere poſſumus: ſicut *paſcalem ouem* dixere veteres: vt eſt apud Lucilium. Quæ hæc ſit ſuprà oſtendimus. *Sarcella* quoque vocatur à Gallis.

LXXXIX. ARISTOTELES.

Καὶ ὁ καλούμενος κόραξ· ἔστι δὲ τὸ μέγεθος οἷον πελαργός, πλὴν τὰ σκέλη ἔχει ἐλάττω· στεγανόπους δὲ καὶ νευστικός· τὸ δὲ χρῶμα, μέλας. καθίζει δὲ καὶ ἐπὶ τῶν δένδρων, καὶ νεοττεύει ἐνταῦθα μόνος τῶν τοιούτων.

AD hæc is qui vocatur coruus. *Is ciconiæ refert magnitudinem. Caterùm cruribus eſt breuioribus. Palmipes eſt, & nandi potens, colore niger. Inſidet & arboribus, in quibus etiam ſolus aquaticarum nidulatur.*

CAESAR.

HVnc coruum Galli *cormoran* vocant, quaſi dicas coruum marinum: collo oblongiore quàm terreſtris: piſcator egregius: frequens Garumnæ. Quod autem dicit καθίζει ἐπὶ τῶν δένδρων etiam id Heronus facit.

XC. ARISTOTELES.

Ἔτι χὴν, καὶ ὁ μικρὸς χὴν ὁ ἀγελαῖος, καὶ χηναλώπηξ, καὶ αἲξ, καὶ πηνέλοψ.

ET anſer, & anſer minor gregatilis, & vulpanſer, & capella, & penelops.

CAESAR.

DVo genera anſerum notat: minores Itali *pauarum* vocant. Frequens in Adriæ paludibus ſtagnante Pado ad fauces, quæ *Gori* appellãtur: ad Argentam & baſtiliam: autumno, ineuntéque hyeme frequens in venatu.

Χηναλώπεκα *vulpanſerem* non nouimus: neque αἶγα *capellam*. Mirum illam miſto terreſtri & nomine & natura: hanc ſimilitudine integrum nomen inueniſſe Recentiores nihil nos monent: vt in multis alijs, ſic & in his frigent. Splendidiori nomine Heroina penelops. Puto à ſono gutturis ita appellatam. Sic Syringam Theocritus appellat in grypho Penelopem. Ὄψ vocem ſignificat, πηνελῶ factitium, vt θρεττανελῶ. Ludit ibi Poëta, aitque Syringa decantatam ab Homero, quam appellat μήτερα σοφίας. Et Homerus Penelopem cecinit. Plinius in Secundo vltimi ex Mneſiæ ſcriptis, ait, locum Africæ Sicyonem appellatum, & Cratin amnem in Oceanum effluentem è lacu, in quo aues meleagrides, & Penelopes degant.

XCI. ARISTOTELES.

Ὁ δὲ ἁλιαίετος, καὶ περὶ τὴν θάλατταν διατρίβει, καὶ τὰ λιμναῖα κόπτει.

MArina aquila, & circa mare agitat, & lacuſtres aues malè habet.

CAESAR.

ALIBI docuimus, eos multos errare qui Haliæetum *ſparuerium*, & Cirim Virgilianam *galeritam* eſſe putant. Saltem ſi Cirim alaudam criſtatam exiſtimabant, *Smerlium* haliætum, dicere debebant. Nos verò firmiſſimis oſtendimus rationibus, & cirim hæmatopum, quam vulgus *agrettam* vocat, & Niſum haliæetum. Eſt enim hæmatopus auis ex ardeolarũ genere, paludes, & littora maritima frequẽtãs. Quare non mirum ſi hanc quemadmodum,

modum & alias huius generis haliæetus perſequatur. Clariſſima enim eſt oculorum acie: viſoq; piſce ſe in eum maximo ruit impetu, atque diſcuſsis pectore aquis rapit. Implumium pullorum verum explorat ortum: cogit enim eos Solis radios intueri, qui ſi nictent, è nido tanquam verum & legitimum ſemen ementientes præcipitantur. Suum genus habere non putatur: ſed ex diuerſo aquilarum genere naſci. Qua de re alibi à me ſatis copioſè dictum memini.

Καὶ τὰ λιμναῖα κόπτει. Theodorus *lacum adit*: languidè nimis. Κόπτειν, ſignificat quod Latini veteres dicebant, *batuere*: & nunc ſic loquimur. Cùm venatica aquila aut accipiter pulſat aues alias. Omiſit verò Philoſophus multas alias aues: vt pelecanem, Ibim, &c.

XCII. ARISTOTELES.

Πολλοὶ δὲ καὶ παμφάγοι τῶν ὀρνίθων εἰσίν.

MVltæ aues etiam omniuoræ ſunt.

C AE S A R.

HOc ſit ſectionis huius poſtremum Caput. Neque enim cum ſuperioribus conuenit, quæ aquaticis tantùm cibis alerentur: hic enim de παμφάγοις, & de vncunguium cibo, & de auium potu loquitur.

Πολλοὶ δὲ: *multæ aues*: vt coruus, cornix, anſer, ſturnus, multæque aliæ. Intellige τὸ πᾶν, quod in genere cibi ſit: ſtruthocamelus etiam auxit ſententiam, qui & ferrum voret. Theodorus legit ποηφάγα. Sed ſi ſunt παμφάγα, ſunt etiam ποηφάγα. Herboraceus autem eſt & cycrius, & florus, & perdix, & gallus. Omiſit Philoſophus καρποφάγα: ſed ſub σπερμοφάγοις comprehendit.

XCIII. ARISTOTELES.

Οἱ δὲ γαμψώνυχοι καὶ τῶν ἄλλων ἅπτονται ζώων ὅσων ἂν κρατῶσι, καὶ τῶν ὀρνίθων. πλὴν οὐκ ἀλληλοφάγοι τοῦ γένους τοῦ οἰκείου, ὥσπερ οἱ ἰχθύες ἅπτονται πολλάκις καὶ ἑαυτῶν.

VNcungues, cum ſuperis quæ ſuperârint animalibus, tum & auibus veſcuntur ipſis. Sed mutuo cibatu de proprio genere nullam eſitant: ſicut piſces. Sæpenumero enim è ſua ſpecie paſcuntur.

C Æ S A R.

CARNIVORARVM genus aſtringitur ad ſpeciem τῆς ἀλληλοφαγίας, quam excludit ab hiſtoria auium: & attribuit piſcibus. Hoc idem iam dixit in Sexto in hiſtoria cuculi. Sed contrarium, ſui immemor, in Nono dicit, olorem ſua in ſpecie alterum alteri eſſe in cibum. Verùm hîc non de omnibus, ſed tantùm de vncunguium genere, quas ait inter ſe non deuorari.

Ὅσων ἂν κρατῶσι: ſcilicet, poſt aut pugnam, aut prædam.

Ἀλληλοφάγοι: addidit τοῦ γένους τοῦ οἰκείου. Quoniam in ſummo genere auium ſint ἀλληλοφάγοι: non autem ἐν οἰκείῳ, id eſt in ſpecie. εἶδος eſt οἰκεῖον γένος: ſed genus & κοινόν: fit enim genus proprium ſpeciei: per differentiam autem, vt ſpecies ipſa euadat. Eſt enim quaſi materia, differentia quaſi forma.

Καὶ ἑαυτῶν: ſcilicet in ſpecie: non autem in numero: aduenit ſanè numerus: vt ſic poſſimus intelligere. Nam ſi eſſet in ſingulari, indiuiduum ſtatim ſignaret: addidit τὸ, καὶ: ſcilicet καὶ ἄλλων: καὶ ἐξ αὐτοῦ τοῦ εἴδους.

Πολλάκις: quoniam ſi adſit alius cibus, ſanè ſuum genus non tangunt, vt edant.

XCIV. ARISTOTELES.

Ἔστι δὲ τὸ τῶν ὀρνίθων γένος πᾶν μὲν, ὀλιγόποτον· οἱ δὲ γαμψώνυχες, καὶ ἄποτοι παντάπαν, εἰ μή τι ὀλίγον γένος, καὶ ὀλιγάκις. μάλιστα δὲ τοῦτο ἡ κεγχρίς. καὶ ἰκτῖνος ὀλιγάκις μὲν, ὦπται δὲ πίνων.

VNiuerſum auium genus parcè bibit. Atque ipſæ vncungues potu omnino abſtinent præter paucas, eaſq; raro. Cuiuſmodi potiſſimùm tinnunculus. Miluus quoque raro bibere viſus eſt.

C Æ S A R.

EXTREMVM affectum à potu auium narrat Philoſophus. Tres gradus ponit: vniuerſi generis ὀλιγόποτον: vncunguium, ἄποτον: ſpeciei vncunguium inter vtrunque, & ponit nomina. Sanè & falconem vidimus nos bibere, qui genus aquilæ eſt, & aſturem, & accipitrem nobilem. Quòd autem dixit tam latè auium genus ὀλιγόποτον, ſanè nimis laxè: nanque gallinæ multum bibunt: item columbæ: & ſturni vel maximè. Omitto anſeres, anates, & id genus: dixit τὸ τῶν ὀρνίθων γένος. τὸ, ſignificat, πᾶν: vt alibi declarauimus.

Ὀλίγοι ὀλιγάκις: alluſio Attica, & fuci Ionicæ orationis: vt, & paucæ ſpecies, & eæ & parum, & rarò. Theodorus ὀλίγον, *pauciſſimis quibuſdam*: & dixit: *quæ & ipſæ rarò vtuntur.* Non reſpondet ſuperioribus eius oratio: nam dixit: *vſus bibendi nullus omnino.* Subinfer iam cætera verba: *quæ & ipſæ rarò vtuntur*: non cohærent: neque enim vtuntur vſu: & caſus bibendi non ſequitur hoc verbum. Omnino diſtracta oratio eſt.

Ὀλιγάκις μὲν ἅπαξ δὲ πίνων: meliùs dixiſſet: ἅπαξ μὲν: ὀλιγάκις δὲ: aduerſatiua eſt in ὀλιγάκις: aduerſatur enim propoſitæ ſententiæ, τῶν ἀπότων.

Μάλιστα τοιοῦτοι: quoniam vt dixi, & falco, & accipiter.

Quærunt rationem quare non bibant. Nam cæteræ carniuoræ bibunt. In ſequentibus declarabit: id enim à pulmone.

CAPVT OCTAVVM,

De lacertis, de ratione parci potus: de ſerpentum cibo modóque eſitandi: de araneis, & phalangiis.

XCV. ARISTOTELES.

Τὰ δὲ φολιδωτὰ τῶν ζώων, οἷον σαῦρός τε καὶ τὰ τετράποδα τὰ ἄλλα, καὶ οἱ ὄφεις, παμφάγα ἐστί. καὶ γὰρ σαρκοφάγα, καὶ πόαν ἐσθίουσιν. οἱ δὲ ὄφεις καὶ λιχνότατοι τῶν ζώων εἰσίν.

Quæ ſquallida teguntur cute, vt lacertus, & alia quadrupeda hæc & ſerpentes, omniuora ſunt. Nam & carne & herba veſcuntur. Serpentes verò etiam omnium animalium ſunt edaciſſimi.

C AE S A R.

NVNC aliam aggreditur hiſtoriam τῶν φολιδωτῶν: & aſsignat παμφαγίαν inter omnia animalia: inter ipſa autem etiam ſerpentes edacitate anteponit.

Τετράποδα, τὰ ἄλλα. Τὰ, ſignificat, in hoc genere: nos expreſſimus per pronomen, *hæc.* Theodorus, per *eiuſmodi*, rectiſſimè: & intelligit ſtellionem, & ſcinclum. Sed ſanè crocodilus neſcio an herba veſcatur: neque ſi teſtudo carne, & cùm etiam σιτοφαγία ſit ſpecies τῆς παμφαγίας, poſſum ſcire an tritico lacerta veſcatur: & ipſe probauit τὸ παμφάγειν, duobus tantùm τῇ σαρκὶ, καὶ, τῇ πόᾳ. Chamæleon non niſi aëre viuit: tametſi & linguæ iaculatu muſcas reſidentes nonnunquam legat: de quo & de lacertis in noſtris *Exercitationibus ad Cardanum*, copioſè à nobis eſt diſputatum.

Λιχνότατοι: *liguritores: linctores*, etiam nunc dicuntur vulgò qui propenſiores ſunt culinæ. Theodorus, *cupediæ dediti*: nimis ſibi placuit.

XCVI. ARISTOTELES.

Ἔστι μὲν οὖν ὀλιγόποτα καὶ ταῦτα, καὶ τἄλλα ὅσα ἔχει τὸν πνεύμονα σομφόν. ἔχουσι δὲ σομφὸν, τὰ ὀλίγαιμα πάντα, καὶ τὰ ᾠοτόκα.

PAruo igitur potu contenta ſunt, tum hæc, tum alia quæcunque raræ texturæ pulmonem habent. Habent enim omnia quæ pauco ſunt ſanguine prædita, & quæ oua pariunt.

CAESAR.

CAESAR.

REPETIT affectum τῆς ὀλιγοποσίας ἐν φολιδωτοῖς: & reddit vnam cauſſam à pulmonis raritate: & cauſſam cauſſæ, à ſanguinis paucitate: & ſignum cauſſæ in genere τῆς ὠοτοκίας. Sed hæc omnia ſunt conſideranda: videtur enim, quæ rarum pulmonem habent, debere plus bibere: ſunt enim calidiora. Quid enim calidius & ſiccius aquila? Earum cor calidiſſimum multa eget refrigeratione: ſicciſſimum, multa humectatione. Sed ſi ita eſt vt dicit, illa eſt cauſſa, quòd multum continet aërem pulmo: iccirco maximè humectatur. Dubitatur adhuc: an pulmo cauſſa ſit ſitis: ſi enim ſitis appetitus eſt frigidi, & ſicci, ergo ſtomachi eſt affectus, non autem pulmonis: neque potus eſt recta ad pulmonem, ſed per reſudationem. Præterea non eſſe paucitatem ſanguinis in cauſſa videtur. Nam multi ſanguinei minùs bibunt: melancholici plus. Item canes plus bibunt quàm oues. Poſtremò ouipara quædam quibuſdam ζωοτόκοις, ſunt bibaciora & ſiticuloſiora: vt gallina quàm cuniculus, quàm talpa, quàm mus. Nam mus rarò bibit niſi venenatus: cuniculus diutiſſimè abſtinet: talpa nunquam bibit: ſed & gallina plurimi ſanguinis eſt: leporinum genus pauciſſimi. Itaque coniungenda illa ſunt verba: τὰ ὀλίγαιμα, καὶ τὰ ὠοτόκα: vt ſit vtrunque ſimul iunctum in eodem.

XCVII. ARISTOTELES.

Οἱ δὲ ὄφεις καὶ πρὸς τὸν οἶνόν εἰσιν ἀκρατεῖς· διὸ θηρεύουσί τινες καὶ τὰς ἔχεις εἰς ὀστράκια διὰ τὸ τιθέναι οἶνον εἰς τὰς αἱμασιάς. λαμβάνονται γὰρ μεθύοντες.

Serpentes verò etiam intemperantes ſunt erga vinum. Icciro venantur in teſtas viperas aliqui impoſito vino in ſepibus: ebriæ enim capiuntur.

CAESAR.

AFFECTVM contrarium ſuperiori ponit: ſed eſt ob qualitatem aliam, quàm ſit humiditas, & frigiditas. Quoniam vinum non vt potum, ſed vt vinum appetunt. Aquam enim non appetunt. Præterea viperarum ponit exemplum, quæ propiùs accedunt ad ὠοτόκα.

Πρὸς οἶνον ἀκρατεῖς: *ſui impotes ad vinum:* quoniam non poſſunt ſe cohibere quin ipſum appetant. Theodorus peſſimè conſuluit ſententiæ, cùm dicit, *vini incontinentes:* nemo ſic loquitur: imò vinum continent adeò, vt ebriæ fiant. Sed ſui incontinentes quin vinum ament.

Εἰς ὀστράκια: rectè: quia motum ſignificat, & locum ad quem: quarto caſu vſus eſt: at εἰς τὰς αἱμασίας, eſt ex vſu potius, quàm ex arte. Sicut dicimus τιθέναι εἰς μέσον.

XCVIII. ARISTOTELES.

Σαρκοφάγοι δὲ ὄντες οἱ ὄφεις, ὅτι ἂν λαμβάνωσι ζῷον, ἐξικμάζοντες, ὅλα κατὰ τὴν ὑποχώρησιν προΐενται. σχεδὸν δὲ καὶ τὰ ἄλλα τὰ τοιαῦτα, οἷον αἱ ἀράχναι· ἀλλ' ἔξω αἱ ἀράχναι ἐκχυμίζουσιν. οἱ δὲ ὄφεις, ἐν τῇ κοιλίᾳ.

Carniuori ſerpentes cùm ſint, vbi quod prehenderint animal, exhauſtum demittunt integrum in ſeceſſus meatum. Id quod ferè alia quoque eiuſmodi efficiunt, vt aranei. Sed aranei exuctum foràs exigunt, ſerpentes autem in ventrem.

CÆSAR.

NVNC modum in cibo declarat: neque enim ſtatim deuorant, vt piſces & aues: aut mandunt, vt quibus dentes æquales ſunt. Sed primùm exhauriunt ſuccum: deinde deglutiunt exuctum illud integrum. Secundo loco hiſtoriam apponit aranei: & comparat, & ponit differentiam: nam ſerpens deglutitum demittit in ventrem: araneus emittit extra ventrem.

Duo ſunt verba ἐξικμάζοντες, ἰκμάδα: partem tenuiorem intellexit: & ἐκχυμίζουσι. Idem intellexit χυμὸν, & ἰκμάδα euenire ſugentibus. At χυμὸν eſſe ex eo quod deglutiuerint: quod dixit

dixit ὅλα: intelligit ὅλα non manſa. Sic videmus ab hydro ranam exugi, poſteà deglutiri. Mutauit numerum: ὅτι ἂν, & poſteà ὅλα, non ὅλον: more ſuo: vt commune eſſe omnibus animalibus dicat, quæ à ſerpentibus deuorantur: quarum in genere etiam lacertus eſt.

E'κχυμίζειν, *euaporare*. Theodorus, malè: ἐν τῇ κοιλίᾳ: quoniam concoquunt. Notandum tamen quia aranei nihil deglutiunt: aculeo enim vel promuſcide ſugunt.

XCIX. ARISTOTELES.

Λαμβάνει μὲν οὖν ὁ ὄφις ὅθεν ἂν τύχῃ τὸ διδόμενον. ἐσθίει γὰρ ὀρνίθια καὶ θηρία, καὶ καταπίνει ᾠά. λαβὼν δὲ ἐπανάγει, ἕως ἂν ἐπὶ τὸ ἄκρον ἐλθὼν, εἰς εὐθὺ καταστήσῃ· κἄπειθ' οὕτω συνάγει ἑαυτὸν καὶ συστέλλει μικρὸν, ὥστε ἐκταθέντος κάτω γίνεσθαι τὸ καταποθέν. ταῦτα δὲ ποιεῖ, διὰ τὸ τὸν στόμαχον εἶναι μακρὸν καὶ λεπτόν.

Corripit ſerpens vndelibet ei fortè oblatum ſit. Edit enim & auiculas, & beſtiolas, & deuorat oua. Vbi prehendit, reducit vſque adeò dum in ſummo erectus conſiſtat. Deinde ita colligit ſeſe atque contrahit paululum, vt cùm extenſius fuerit, deſcendat quod deuorârit. Hoc agit propterea quòd gulam habet longam & anguſtam.

CAESAR.

PONIT nunc modum in actione non in cibo: qui difficilis eſt iis, qui non viderunt. Serpens pullum cùm eſt aggreſſus, captum ſiſtit, exugitque poſtea vt eum deuoret. E'πανάγει, reducit, id eſt cogit intra ſinus ſuos, ita vt ſeipſum fulturis mutuis erigat ab humo in ſummum pulli: cui capite & collo imminens carpit quod poteſt. Inde συνάγει, colligit vt dilatet: quia habet λεπτὸν τὸν ςόμαχον: & συςέλλει, quia habet μικρόν: vt mox elato collo ac diſtento, deſcendat: quod & aues faciunt. Nam cùm contrahimus collum in inferiores annulos deſcendit cibus, cùm extendimus, ſuperiores liberantur: ita deglutimus maiores bolos. Itaque ſerpens non potuit deglutire humi iacens & collo extenſo: ſed inflexo & contracto, vt poſteà extendere poſſit. Quare autem conſcendat εἰς ἄκρον: id facit vt cætera animalia: prædam enim pedibus ſubiiciunt vt ſiſtant. Serpens pro pedibus orbibus aſtringit, & ei imminet: neque enim partes ſuperiores ſubiiciat ſed ſuprà locet.

Ο'θεν: *vndelibet*, vel ab homine, vel caſu.

Multa hîc à Theodoro malè ſcripta & negligenter reperiuntur. Malè θηρίον *belluam* dixit: & addidit, *retractat*: & τὸ ἐπ': *nactus* frigidè admodum: & τὸ ἄκρον, *poſtremam*: & εἰς εὐθὺ, *è directo*, & καταποθὲν, *quòd inditum ſuprà tenetur*: & neſcio quid, *in vnum*: & λεπτὸν, *tenue*: malè. Eſt enim tenue ſolidum, vt gula: cauum eſt & inanis: neque dicit tenue foramen, ſed anguſtum.

C. ARISTOTELES.

Δύνανται δ' ἄσιτα καὶ τὰ φαλάγγια καὶ οἱ ὄφεις πολὺν χρόνον ζῆν. ἔστι δὲ τοῦτο θεωρῆσαι ἐκ τῶν παρὰ τοῖς φαρμακοπώλαις τρεφομένων.

Poſſunt & phalangia, & ſerpentes diu ſine cibo viuere: quod perſpici poteſt ex ijs quas alant medicamentarij.

CÆSAR.

AFFECTVM nunc à quantitate. Sanè nos ſerpentem aluimus pueri. Dederat enim hoſtis inſidiaturus vitæ meæ, mentitus ab ea moſchum gigni: ea ſerpens plus quadraginta dies vixit in vitrea fiola.

Miſcet φαλάγγια, cum φολιδωτοῖς.

Φαρμακοπώλοις. Notandum: nam alij in prima vtuntur declinatione, φαρμακοπώλης. Theodorus, *pigmentarij*: malè: nam pigmentarij μυροπῶλαι ſunt. Neque quicquam illis delicatis cum ſerpentibus: ſed theriacariis.

CAPVT

CAPVT NONVM,

De Ferarum cibo, & potandi modo: & de cornutis quadrupedibus.

CI. ARISTOTELES.

Τῶν δὲ τετραπόδων καὶ ζωοτοκούντων, τὰ μὲν ἄγρια καὶ καρχαρόδοντα, πάντα σαρκοφάγα· πλὴν τοὺς λύκους φασίν, ὅταν πεινῶσιν, ἐσθίειν τινὰ γῆν, μόνον δὴ τοῦτο τῶν ζώων. πόας δὲ ἄλλοτε μὲν οὐχ ἅπτονται· ὅταν δὲ κάμνωσι, καθάπερ καὶ αἱ κύνες ὅταν κάμνωσιν, ἐσθίουσι ἀνεμοῦσι, καὶ καθαίρονται. ἀνθρωποφαγοῦσι δὲ οἱ μονοπεῖραι τῶν λύκων μᾶλλον [αὐτῶν,] ἢ τὰ κυνηγέσια.

Vę quadrupedes animal pariunt, feræq́; ſunt, & dentibus exertis prœditæ, carne veſcuntur omnes. Lupos tamen aiunt eſurientes certam terram deuorare: idq́; huic vni euenire animali. Herbam verò cibi gratia non attingunt aliâs: ſed cùm ægroti ſunt, more canum, qui morbo laborantes deuorant, & reuomunt, ac purgantur. Inter ipſos lupos ij qui à Græcis dicuntur μονοπεῖραι, *potiùs hominem cibi gratia appetunt, quàm ij qui ſunt venatores.*

CAESAR.

NVNC tranſit ad quadrupedes, ac primùm de feris: déque earum tum cibo, tum potandi modo: vltimóque loco de coranutis animalibus In præſenti de lupis. Quorum duo genera vtrunque carniuorum, niſi extrema inopia cogente: quo tempore etiam terrâ expleri aiunt. Vnum genus venatu ferarum, aut pecorum alitur, éſtque pugnaciſsimum ac ſtudij plenum. Alterum iners, pluſquam hominis appetens quàm pecoris. Illud appellat κυνηγετικὸν: hoc autem μονοπεῖραν: quoniam vnum tantùm genus victus tenet. Plinius Africanos ſic appellauit ignauos, inertéſue.

Τινὰ γῆν: non omnem. Plinius omiſit illud, τινά. Aiunt etiam agreſtes, lupum famelicum non terra veſci vt alatur: ſed vt equum aggreſſus pondere ſuo aggrauet, atque proſternat. Deinde terram reuomere, ac præda expleri.

Μόνον δὴ τοῦτο τῶν ζώων: contra hoc ſtat ſententia vulgi, qui autumat buffones nulla alia re quàm terra veſci: & piſces multi aluntur limo.

Ἐσθίουσι: intellige præteritum imperfectum: καθαίρονται, eſt finis vomitus: vomitus autem τῆς ἀνθρωποφαγίης.

Ἢ τὰ κυνηγέσια: mirum à canibus cognominatam luporum ſedulitatem: vt ab hoſtibus eorum laus proficiſcatur. Pollux in quinto oſtendit venationem hac voce appellari. Plinius de μονοπείροις nihil.

CII. ARISTOTELES.

ὋΝ δὲ καλοῦσιν οἱ μὲν γλάνον, οἱ δὲ ὕαιναν, ἔστι τὸ μέγεθος οὐκ ἔλαττον λύκου, χαίτην δ' ἔχει ὥσπερ ἵππος, καὶ ἔτι σκληροτέρας καὶ βαθυτέρας τὰς τρίχας, καὶ δι' ὅλης τῆς ῥάχεως, καὶ ἐπιβουλεύει δὲ καὶ θηρεύει τοὺς ἀνθρώπους· τοὺς δὲ κύνας καὶ ἐμοῦσα θηρεύει ὥσπερ οἱ ἄνθρωποι. καὶ τυμβωρυχεῖ δέ, ἐφιέμενον τῆς σαρκοφαγίας τῶν ἀνθρώπων.

AT quem vocant alij glanum, alij hyænam, non eſt minor lupo. Iubam habet ſicut equus: ſed & ſetas ipſas tum duriores, tum denſiores: continentúrque toto dorſo. Inſidiatur ac captat homines: canes autem hominum vomitum imitata venatur: ſepulchra etiam eruit humanæ carnis appetens.

CAESAR.

CAESAR.

LVPO ſubtexit hiſtoriam animalis lupi ſimilis: eius faciem primum narrat: deinde mores, victus genera. De ea & eius ſexu alibi ſatis dictum eſt.

Γλάνον, vt ſuſpicior, γλάνιν piſcem à violentia & voracitate ita appellatum: de quo alibi.

Καὶ μιμοῦσα θηρεύει ὥσπερ ἄνθρωπος: ambigua oratio. Theodorus planam fecit: *hominem*, inquit, *imitata*: quoniam ad hominis vomitus accurrunt canes. Sic hyæna eos decipit. Τὸ, ὥσπερ, igitur ſignificat imitationem, vt vult Theodorus. Cæterum puto non eſſe neceſſarium hyænam imitari hominem, quem fortè nunquam viderit.

Ἐφιέμενον: in neutro: mutauit genus cùm dixiſſet μιμοῦσα.

Βαθυτέρας. Theodorus longiores: ſicut πώγωνα βαθεῖαν, prolixam barbam dicimus.

CIII. ARISTOTELES.

Ἡ δ' ἄρκτος, παμφάγον ἐστί. καὶ γὰρ καρπὸν ἐσθίει, καὶ ἀναβαίνει ἐπὶ τὰ δένδρα διὰ τὴν ὑγρότητα τοῦ σώματος· καὶ τοὺς καρποὺς τοὺς χεδροπάς. ἐσθίει δὲ καὶ μέλι, τὰ σμήνη καταγνύουσα· καὶ καρκίνους, καὶ μύρμηκας· καὶ σαρκοφαγεῖ. διὰ γὰρ τὴν ἰσχὺν, ἐπιτίθεται οὐ μόνον ταῖς ἐλάφοις, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἀγρίοις ὑσὶν, ἐὰν δύνηται λαθεῖν ἐπιπεσοῦσα, καὶ τοῖς ταύροις. ὁμόσε γὰρ χωρήσασα τῷ ταύρῳ κατὰ πρόσωπον, ὑπτία καταπίπτει· καὶ τοῦ ταύρου τύπτειν ἐπιχειροῦντος, τοῖς μὲν βραχίοσι τοῦ ταύρου τὰ κέρατα περιλαμβάνει, τῷ δὲ στόματι τὴν ἀκρωμίαν δάκνουσα, καταβάλλει τὸν ταῦρον. βαδίζει δ' ἐπί τινα χρόνον ὀλίγον καὶ τοῖν δυοῖν ποδοῖν ὀρθή. τὰ δὲ κρέα πάντα κατεσθίει, προσήπουσα πρῶτον.

VRſus omniuorus eſt. Nam & fructibus veſcitur, & arbores conſcendit ob corporis agilitatem. Item legumina: diffractis quoque aluearibus mel edit, & cancros & formicas. Carniuorus quoque eſt. Cùm enim robuſtus ſit, inuadit non ſolùm ceruos, ſed etiam apros, ſi facere poteſt, vt improuiſus aggrediatur, etiam tauros. Cum ipſis enim congreſſus ex aduerſo, ſupinus concidit, tum eo moliente vulnera, cornua brachiis amplexus, armos ore mordet, vſque dum ipſum proſternit. Aliquando etiam temporis ſpatio ingreditur bipes erectus: carnes etiam cuiuſcunque modi eſitat, quas priùs omittat putreſcere.

CAESAR.

VRSI hiſtoria plana eſt.

Καὶ ἀναβαίνει. τὸ, καὶ, ſignificat, *iccirco*: ſcandit enim vt fructus carpat.

Διὰ τὴν ὑγρότητα. τὸ, διὰ, eſt nota cauſſæ: *lubricum* Theodorus vertit, malè: ſed *agilitatem* potiùs.

Μέλι. Hoc vulgus ait ab vrſo committi: vt apes irritatæ oculos inuadant: quibus perpunctis ſanies exeat: viſu enim eſt hebeti, nec diuturno. Cancros, aiunt eſitare, vt à rabie ſit tutus: formicas, vt purgentur. Nam cibi gratia non eſt veriſimile, tantillum tantæ belluæ ſufficere.

Καὶ σαρκοφαγεῖ: hoc eſt aliud caput τῆς παμφαγίας.

Καὶ τὴν ἰσχὺν: reſpondet illi διὰ τὴν ὑγρότητα.

Ἐὰν δύνηται λαθεῖν: tam ceruis, quàm apris: quoniam fuga ſunt meliores: iccirco ἐπιπεσοῦσα: caſu ac fortè in eos delatus nec opinantes. Theodorus addidit, *repentè*.

Ὁμόσε καὶ χωρήσασα τῷ ταύρῳ κατὰ πρόσωπον: quoniam alios furtiuis inſidiis appetit timentes ſibi: taurum confidentem ex aduerſo: ὁμόσε χωρήσασα, *congreſſus*.

Ἐπί τινα χρόνον ὀλίγον. Theodorus *aliquandiu*: ſed non expreſſit temporis breuitatem.

Κρέα πάντα: *omnis generis carnes*. Neque enim comedit quæ ego comedi. Aut ſic eſt: quaſcunque comedit eas προσήπουσα: σήπειν, eſt putrefacere. At vrſus non putrefacit: ſed differt cibum quoad putrefiant.

CIV. ARISTOTELES.

Ὁ δὲ λέων σαρκοφάγον μέν ἐστιν, ὥσπερ καὶ τὰ ἄλλα ὅσα ἄγρια καὶ καρχαρόδοντα· τῇ δὲ βορᾷ χρῆται λάβρως, καὶ καταπίνει πολλὰ οὐ διαι-

LEo ſicut & alia fera, & ſerratis dentibus prædita, carne veſcitur: cibo largè vtitur: multáque ſimul deuorat nihil ſeparans. Deinde dies duos,

ρῶν·

ρῶν· εἶθ' ἡμέρας δύο ἢ τρεῖς ἀσιτεῖ. δύναται γάρ, διὰ τὸ ὑπερπληροῦσθαι. ὀλιγόποτον δ' ἐστί. τὸ δὲ περίττωμα προΐεται σπανίως. διὰ τρίτης γάρ, ἢ ὅπως ἂν τύχῃ προχωρεῖ, καὶ τοῦτο ξηρὸν καὶ ἐξικμασμένον, ὅμοιον κυνί. φῦσαν δ' ἀφίησι σφόδρα δριμεῖαν, καὶ τὸ οὖρον ἔχον ὀσμήν· διόπερ αἱ κύνες ὀσφραίνονται τῶν δένδρων. οὐρεῖ γὰρ αἴρων τὸ σκέλος, ὥσπερ οἱ κύνες. ἐμποιεῖ δὲ καὶ ὀσμὴν βαρεῖαν ἐν τοῖς ἐσθιομένοις καταπνέων. καὶ γὰρ ἀνοιχθέντος αὐτοῦ, τὰ ἔσω ἀτμίδα ἀφίησι βαρεῖαν.

tréſve, cibo abſtinet. Id quod ſanè poteſt: eo quòd ſatis ſuperq́, expletus fuit: parcè bibit. Rarò excrementa reddit. Tertio enim quoque die, aut vt fors tulerit, exernit, eáque arida atque exucta, more canum. Flatum etiam eadem parte emittit accerrimum & olentem vrinam. Iccirco canes odorantur arbores. Nam ille ſublato crure vrinam reddit, more canum. Inficit etiam cibos odorem inſpirans tetrum. Secto enim leone interiora grauem halitum emittunt.

CAESAR.

VT quæque ſe offert hiſtoria, minùs anxiè, diſpoſuit. Itaque & hyænam præpoſuit leoni rariorem & ignobiliorem. Cibi ſpeciem, modúmque exequitur. Item modum edendi, & continuum & diſcretum, tum potum. Prætereà excrementa: cibi enim pars ſunt, eorúmque affectus. Summa naturæ ignea eſt. Colligitur ex voracitate, ex repletione, ex odore graui, ex ſiccitate excrementorum. In contrarium eſt: potus modicus. Sed iccirco parum bibit, quia multo ſanguine exhauſto leuat ſitim. Interfecta enim animalia incubat, exugit: exhaurit etiam animam, ore rictibus appenſo.

Λάβρως: poſuit aduerbium pro nomine: βρῶσις λάβρη. Theodorus, *incontinenter*, rectè.

Οὐδὲν διαιρῶν: *nullo facto diſcrimine.* Nanque multa animalia arrodunt ſelectas partes. Theodorus, *ſine vllo diſſectu*: & addidit, *ſolida* de ſuo.

Δύο ἢ τρεῖς ἡμέρας. Theodorus lepidiſſimè inuertit: *triduò, aut certe biduò*: ſit *certe*, pro, *ſaltem*: rectè.

Ὅμοιον κυνί. Theodorus, *ſimile vt canis*: meliùs, *ſimile canino*: ὅμοιον τῷ κυνί: & ξηρὸν, *durum* poſuit. Idque fecit, vt poſſet interpretari ἐξικμασμένον *aridum.* Sed multa ſunt ξηρά, quæ non ſunt ἐξικμασμένα, vt lapis: nunquam enim amiſit humorem, quem nullum habuit. Iccirco hoc illud declarauit. Prætereà quædam dura ſunt, quæ nihilominus ſunt humida, vt glacies. Omne aridum durum eſt, ſuis ſibi limitibus continetur: at non omne durum aridum. Aliud & σκληρὸν, aliud ξηρόν.

Ὀσφραίνονται, ſcilicet canes ſagaces in venatu veſtigantes feram.

Τὴν φῦσαν. Theodorus, *flatum alui*, rectè.

Αἴρων τὸ σκέλος. Theodorus, addidit, *ad ſtipites*: malè: nam etiam ad murum vidimus mingentem.

Ἐμποιεῖ: non potuit meliùs cadere Latinis, quàm ex verbo noſtro, *inficit.* Theodorus malè eſt aſſecutus efficaciam illam, & dixit *relinquit*: imò ſtatim facit.

Bis dixit βαρεῖαν: negligens enim eſt Philoſophus affectatæ orationis. Nos per *tetrum*, & *grauem* variauimus.

Ἀτμίδα, *vaporem, halitum*: olent enim leonis viſcera recens interfecti.

CV. ARISTOTELES.

ἜΝια δὲ τῶν τετραπόδων καὶ ἀγρίων ζώων, ποιεῖται τὴν τροφὴν περὶ λίμνας καὶ ποταμούς. περὶ δὲ τὴν θάλατταν οὐδὲν, ἔξω φώκης. τοιαῦτα δέ ἐστιν ὅ τε καλούμενος κάστωρ, καὶ τὸ σαθέριον, καὶ [τὸ] σατύριον, καὶ ἐνυδρὶς, καὶ ἡ καλουμένη λάταξ. ἔστι δὲ τοῦτο πλατύτερον ἐνυδρίου, καὶ ὀδόντας ἔχει ἰσχυρούς. ἐξιοῦσα γὰρ νύκτωρ πολλάκις, τὰς περὶ τὸν ποταμὸν κερκίδας ἐκτέμνει τοῖς ὀδοῦσι. δάκνει δὲ τοὺς ἀνθρώπους καὶ ἡ ἐνυδρὶς, καὶ οὐκ ἀφίησιν, ὡς λέγουσι, μέχρις ἂν ὀστοῦ ψόφον ἀκούσῃ. τὸ δὲ τρίχωμα ἔχει ἡ λάταξ σκληρὸν, καὶ τὸ εἶδος μεταξὺ τοῦ τῆς φώκης τριχώματος, καὶ τοῦ τῆς ἐλάφου.

QVædam feræ quadrupedes etiam circa lacus, ac fluuios cibum quærunt. At circa mare, nullum: excepto vitulo marino. Huius generis ſunt, fiber & ſatherion, & ſatyrion, & lutra, & latax, quæ quàm lutra latior eſt: robuſtiſq́ue adeò dentibus prædita eſt. Egreſſa enim noctu plerunque proxima virgulta fluuio dentibus excindit. Etiam lutra mordet homines: neque priùs, vt aiunt, amittit, quàm oſsis crepitum audiuerit. Lataci pilus durus eſt: ſpecie media inter eum qui eſt cerui, & vituli marini.

CAESAR.

ALteram partem exequitur quadrupedum aquaticarum: & intellige ζωοτόκων, vt ſuprà præpoſuit. Vnicam mari attribuit: quinque cæteris aquis: quæ ſanè inter ſe ſunt ſimiles. Varro fi-

bris attribuit quod Ariſtoteles lataci, virgultorum excidium. Inde lutram dictam, quoniam ſoluat radices. Sed Varro multum ſententiam pertinacia huius generis iudiciorum contaminauit. Lutra enim vox Græca Sicula fuit: quoniam in aquis degeret, quaſi lauacram dicerent. Plinius in octauo attribuit fibro quod hîc Philoſophus lataci. Theodorus eum ſequutus, vt ferè ſemper, addidit: *vt ferro*: at Philoſophus ſimpliciter: τοῖς ὀδοῦσι dixit.

Κερκίδας: *virgulta* ſignificat: vnde & textoris radius inde nomen traxit. Suidas addit eſſe ἰνάξεις τὸ φυτόν. Pollux & in quarto & in nono, ait fuiſſe theatri partem, vnde hoſpites ſpectarent.

Τοῦ ὀστοῦ. Theodorus addidit, *fracti*. Plinius ſuggeſsit id verbum vt ſemper ferè Cuius hæc verba. *Hominis parte comprehenſa, non antequam fracta concrepuerint oſſa, morſu reſoluit:* vbi omiſit τὸ ἀκούσῃ Quis enim ſciat an audiat? ſed poteſt aliter percipere.

CVI. ARISTOTELES.

Πίνει δὲ τῶν ζώων τὰ μὲν καρχαρόδοντα, λάπτοντα· ἔνια δὲ τῶν μὴ καρχαροδόντων, οἷον οἱ μῦες. τὰ δὲ συνόδοντα, σπᾷ, οἷον ἵπποι καὶ βόες. ἡ δὲ ἄρκτος, οὔτε σπᾷ, οὔτε λάπτει, ἀλλὰ κάψει.

Bibunt animalia ſerrata lambendo, & quædam non ſerrata, vt mures, æqualibus prædita dentibus trahendo, vt equi, & boues. Vrſus neque trahit neque lambit: ſed mandit.

CAESAR.

Tertia Capitis pars de modo bibendi, qui triplex eſt. Aut lingua, ſcilicet linctu, vt canes: aut ore: idque bifariam: tractu, vt boues: aut morſu, vt vrſi. Malè ſecuit Caput Theodorus: nam mox redit ad lupum & ſuem, corúmque cibum. Vbique enim ſimul narrat cibum & potum: vt de leone, de equino genere: de elephanto.

Λάπτειν: vnde noſtrum *lambere*: & τὸ λαβεῖν eſt aut eius parens, aut ſoboles. Vulgus alicubi ſic loquitur etiam nunc: *lepà*, id eſt lambere.

Σπᾷ. Plinius quem ſequitur Theodorus, *ſorbendo*: malè. Sorbere enim eſt cum ſonitu bibere: & nunc noſtri Aquitani paulò corruptiùs dicunt, *forrupa*. Græci ῥοφεῖν: vnde & ῥόφημα noſtris *forrup*, eundem ſonitum imitati. At σπᾶν eſt trahere aquam ipſam.

Κάψει: futuri litera verbum condidit: nam κάπτειν vſitatius eſt: quod poſteà etiam repetit. Sed puto ſcriptum fuiſſe κάπτει. Eſt autem κάπτειν, *mordere*: ſicut κάμπτειν, *vorare*: vnde Erucæ κάμπαι. Morſu igitur bibit vrſus. Sed etiam lupus: & curſores canes leporarij, vbi ſitim in æſtu & anhelitu tollunt. Hæc ſic bibunt, vt auium pars maxima: aduerſam enim aquam demittunt. Homo tractu bibit, vt bos, vbi manus vſus deeſt.

CVII. ARISTOTELES.

Καὶ τῶν ὀρνίθων δὲ τὰ μὲν ἄλλα, σπάσει πλὴν τὰ μὲν μακραύχενα. διαλείποντα καὶ αἴροντα τὴν κεφαλὴν· ὁ δὲ πορφυρίων, μόνος κάψει.

Et aues partim trahendo: ſed ita quæ longo ſunt collo intermiſsis vicibus & tollentes caput. Solus porphyrio morſu.

CAESAR.

Præter hiſtoriam aues miſcet cum quadrupedibus: & diſtinguit in duas partes, excluſo linctu. Attribuit morſum & tractum: ſed tractus modum aſſignat in μακραυχένοις. Trahunt quędam & c, ſed per interualla. Columbę autē continuo tractu, nō intermiſſo.

Τὰ μὲν: reſpondet illi, ὁ δὲ πορφυρίων, & ἀλλὰ reſpondet τῷ, μόνος: & τὸ πλὴν, non eſt membrum diſtinctum ab illo, σπάσει: ſed modus illius: vt tam longicollæ quàm breuicollæ σπάσει bibant. Sed hæ συνεχῶς: illæ διαλείποντες.

Αἴροντα τὴν κεφαλὴν: eſt declaratio quando διαλείπουσι: enim ſi tollunt caput, non continuant, ſed intermittunt.

Μακραύχενα: videtur eſſe cauſſa quare non continuant tractum: quoniam flexuoſo collo ſinum faciunt. Iccirco non poſſunt demittere niſi protento collo: non poſſunt procudere vt demittant niſi elato capite.

Αἴροντα. Theodorus *caput reſupinant*: aptè & commodè. Plinium ſequutus eſt: qui in Decimo de potu auium, *capite reſupinato velut infundentes ſibi*, ait.

CVIII. ARISTOTELES.

ΤΑ' δὲ κερατώδη τῶν ζώων, καὶ ἥμερα καὶ ἄγρια, [καὶ] ὅσα μὴ καρχαρόδοντα, πάντα καρποφάγα καὶ ποηφάγα ἐστὶ, μὴ λίαν κατεχόμενα τῇ πείνῃ, ἔξω τοῦ κυνός. αὕτη δὲ ἥκιστα ποηφάγοι καὶ καρποφάγοι ἐστί.

Cornigera animalia tum mitia, tum fera, quæ ſerratos dentes non habent, omnia & fructibus, & herbis veſcuntur, niſi valida fame vrgeantur: præter canem: is enim minimè aut herba, aut fructu alitur.

CAESAR.

REDIT ad inſtitutum, ſed ſatis inauſpicatò. Nam cùm ſtatuat, τὰ μὴ καρχαρόδοντα, herba & frugibus ali: quare excipit canem? At canis καρχαρόδους eſt. Prætereà quare excipit ex cornutis? non eſt corniger: quare negat fructu veſci? Non obiiciam herbas: neque enim pro cibo veſcitur herbis: non obiiciam oleum. Nam etſi è fructibus fit, tamen ſuccus eſt. Sed amygdalorum & nucis appetens eſt vel maximè: vuas quoque maxima pars in canum genere deuorat & vineas populatur: quin & ceraſa, & pruna multi comedunt. Itaque & falſum eſt, & non eſt corniger: & eſt καρχαρόδους. Iccirco aliter aliis in Codicibus legitur, quos ſequutus eſt Theodorus ἔξω τοῦ ὑός: non autem κυνός. Sed excluditur æquè: quia ſus non eſt corniger: & tantò peius quòd alitur & pingueſcit frugibus & fructibus. Etiam herbas vorat non eſuriens valde, vt ait: ſed vltro etiam ſatur braſſicas edit & betas & lactucas: radices etiam ſtudiosè ſequitur. Id quod ſtatim narrat: deditque occaſionem Theodoro errandi. Nam ſeparatim eam hiſtoriam narrat de ſue: non quaſi pendentem ab hac. Et ſanè patet mox quòd ait huic contradicere. Sic enim ſcribit: εὐχερέσατον πρὸς πᾶσαν τροφήν.

Μὴ λίαν κατεχόμενα τῇ πείνῃ: ſuauiſſima oratio. Quoniam etiam terra veſcuntur lupi eſurientes: ſed & homines narrat Auenzoar in fame eruiſſe ſepulchra.

CIX. ARISTOTELES.

Ῥιζοφάγοι δὲ μάλιστα αἱ ὕες ἐστὶ τῶν ζώων, διὰ τὸ εὖ πεφυκέναι τὸ ῥύγχος πρὸς τὴν ἐργασίαν ταύτην· καὶ εὐχερέστατον πρὸς πᾶσαν τροφὴν τῶν ζώων ἐστί. τάχιστα δὲ καὶ ἐπιδίδωσιν εἰς παχύτητα, ὡς κατὰ μέγεθος. πιαίνεται γὰρ ἐν ἑξήκοντα ἡμέραις. ὅσον δ' ἐπιδίδωσι, ἐπιγινώσκουσιν οἱ περὶ ταῦτα πραγματευόμενοι, νῆστιν ἱστάντες. πιαίνεται δὲ προλιμοκτονηθεῖσα ἡμέρας τρεῖς. σχεδὸν καὶ τὰ ἄλλα πάντα προλιμοκτονούμενα πιαίνεται. μετὰ δὲ τὰς τρεῖς ἡμέρας ἤδη οἱ πιαίνοντες τὰς ὕς. οἱ δὲ Θρᾷκες πιαίνουσι, τῇ μὲν πρώτῃ πιεῖν διδόντες· εἶτα διαλείπουσιν ἡμέραν μίαν τὸ πρῶτον, μετὰ δὲ ταῦτα δύο, εἶτα καὶ τρεῖς καὶ τέτταρας μέχρι τῶν ἑπτά. πιαίνεται δὲ τὸ ζῶον τοῦτο, κριθαῖς, κέγχροις, σύκοις, ἀκύλοις, ἀχράσι, σικύοις. μάλιστα δὲ καὶ ταῦτα καὶ τὰ ἄλλα τὰ ἔχοντα κοιλίαν ἀγαθὴν, ἡ ἀρεμία πιαίνει· τὰς δὲ ὕς καὶ τὸ λούεσθαι ἐν πηλῷ. νέμεσθαι δὲ βούλονται κατὰ τὰς ἡλικίας. μάχεται δὲ ὗς καὶ λύκῳ. ἀπογίνεται δὲ ἀπὸ τῶν σταθμῶν, ὅσον ἕλκει ζῶσα, τὸ ἕκτον μέρος εἰς τρίχας καὶ αἷμα, καὶ τὰ τοιαῦτα. θηλαζόμεναι δὲ καὶ αἱ ὕες καὶ τὰ ἄλλα πάντα, λεπτότερα γίνεται.

At ſus maximè omnium animalium radicum vorax eſt: propter roſtri ad einſmodi commoditatem: facilliméque omnium quoduis pabulum admittit: celerriméque proficit craſſitudine quantam fert eius magnitudo. Intra ſexageſimum nunquam pingueſcit diem. Agnoſcunt incrementum ſaginatores, poſtquam ieiunum ipſum ſtatuère. Pingueſcit ſi triduò fame fuerit maceratus: quemadmodum alia ferè omnia fame affecta priùs. Poſt eos dies treis, vberiori pabulo accipiunt ſuem. At Thraces ſaginant prima die potu exhibito: deinde vnum diem intermittunt: tum duos: poſteà treis, & quatuor: vſque ad ſeptem. Pingueſcit hordeo, milio, ficu, glande, pyro, cucumere. Pingueſcunt autem tum hæc, tum alia otio. Sed ſues etiam cænoſa lauatione. Paſtiones conſtitui volunt ſecundùm ætates. Pugnat ſus etiam cum lupo. Quot pondo viuens eſt: eius ponderis ſexta pars abit in ſetas, ſanguinem & eiuſmodi. Sues aliáque omnia lactentia fiunt exiliora.

CAESAR.

NATVRAM ſuum nunc aggreditur, & quæ ad cibum pertinent. Additque etiam artem, quoniam animal veſcendo eſt & gulæ natum. Intermiſcet autem & alia cum ipſo animalia, & cum eius cibatu etiam morem pugnandi. Prima pars eius cibum continet naturalem: ſecunda artem ſaginandi duplicem: alteram Græciæ, alteram Thraciæ. In tertia redit ad pabulum. In quarta otium pro cauſſa pinguedinis aſſignat. In quinta pugnam cum lupo. In ſexta pondus examinat cum partibus. In vltima lactentium affectum.

Ῥιζοφάγοι μάλιστα. At videamus an talpa ſit μάλιστα: vix enim alio cibo alitur quàm radicibus: nimis ſanè laxè loquutus eſt cùm dixit ζώων.

Εὖ πεφυκέναι τὸ ῥύγχος. Cùm aptum ad eruendum roſtrum habeat, vnde noſtra vox, *roſtrum*, vt volunt: nos à rodendo dictum putamus. Neque enim præter ſuem quicquam animal eruit: ſed omnia rodunt. Sic raſtrum à radendo: & ſuis roſtrum tota illa pars, quem *grunium* vulgus noſtrum vocat, à ſono quem edit. Quo nomine vulgus Græcum totum porcum vocat. Theodorus ῥύγχος, *rictum*: ſed rictus ſunt labia tantùm: quod & Lucretius docuit.

Mollia ricta fremunt duros nudantia dentes.

Eam partem tam irati quàm læſi mouere ſolemus: vnde & ringi & ridere. Sed ringi σιμοῦν τὸ ῥύγχος, ductum non negârim. Ridere autem fuit verbum vetus Dorienſium, quorum pars Thebani vſi ſint ἐκρείδδω, vt ait Athenæus in quartodecimo.

Πρὸς ἐργασίας: quoniam fodere opus eſt ruſticum.

Ὡς κατὰ μέγεθος. Non fruſtra hæc addidit. Nam ſues corpore longiſſimo ſunt. Itaque minùs apparent pingues tumore.

Οἱ περὶ ταῦτα πραγματευόμενοι: qui ei negotio præfecti ſunt: ſaginatores.

Νῆστιν ἱστάντες: qui ipſi in cortem adduxerunt ſaginandum: cognoſcunt enim longa experientia: comparantes ilia ieiuni cum ſaturo.

Προλιμοκτονηθέντα. Κτείνειν, eſt interficere: ſed minuit ſignificatum hîc Philoſophus, vt *macerare* ſit tantùm. Theodorus *fatigare*. Declarat modum, λιμῷ: & tempus, τρεῖς. Deinde modum temporis τρεῖς ἡμέρας: poſteà opus ſaginatorum contrario verbo: εὐωχοῦσι. Theodorus malè *ſaginant*. Nanque *ſaginare* eſt habere porcum in corte, quem vberius alamus: totum illum tractum temporis ſignificat. Sed εὐωχεῖ appoſitionem tantùm pabuli. Saginare autem eſt id effectionis quod prouenit ex ipſa εὐωχία. Nam ſi rectè dicas, tertio poſt die ſaginare. Ergo porcus ipſe dicetur ſaginatus tunc. Hoc autem eſt falſum: ſaginatus enim dicitur expletus toto pingui. Idem Theodorus vſus eſt verbo non apto *obeſant*: nimis indulgens. Nota εὐωχοῦσι, tranſitiuè: quoniam εὐωχεῖσθαι abſolutè ponitur.

Πιεῖν διδόντες: quoniam quotidie eos potant. Sed interpoſito vno die primùm: deinde addito ſemper die.

Κριθαῖς: quin etiam fabis, & furfure: ſed furfur laxam atque inanem carnem creat.

Κοιλίαν ἀγαθὴν: *bonum ventriculum*, id eſt, aptum officiis naturæ, id eſt, ad concoquendũ. Theodorus *calidum* interpretatus eſt.

Πηλῷ λοῦσθαι: *luto lauari.* Inde appellant Poëtæ, amicam luto ſuem. Et eſt facetum dictum lauari luto: quoniam lutum ſordidat. Potes referre in prouerbium, in eos qui verſuram faciunt: delent enim debitum debito. Emolliuit ſententiam præpoſitione ἐν: in luto lauari, non luto.

Ἄδεια: vt non ſolum otium ſignificet, ſed etiam ſecuritatem: ne vexentur, & lubentes pabulum expectent.

Κατὰ τὰς ἡλικίας. Nunc de villaticis paſtionibus eorum: & ſegregat iuniores: quoniam abiguntur à paſtu à robuſtioribus. Sic Columella in ſeptimo de arietibus: *tenerior ſeparetur à validioribus: quia robuſtus angit imbecillum.*

Ἀπογίνεται. Theodorus: *abſumitur*: rectiſſimè: deciditur de toto pondere in pondus pilorum & ſanguinis. Itaque cùm pendet mortuus, ſextante minùs pendet: abeſt igitur pondus integrum. Hoc ſignificat ἀπογίνεται, *abit.* Theodorus addidit, *occiſo*: quoniam ſi non occidatur, ſed moriatur, plus pendet integer. Cadauera viuis grauiora: educto ſcilicet aëre & igni, vitalibus.

Καὶ τὰ τοιαῦτα: fortaſſe intellexit alias ſordes.

Τρίχας, Theodorus *pilos*: qui tamen eſſet diligentiſſimus, *ſetas* potiùs diceret.

Ἕλκει: *ponderârit* Theodorus, rectè: Græcum verbum ducitur à tractu ſtateræ: quoniam deorſum trahit pondus.

Θηλαζόμενα, *lactentia animalia ſunt exiliora*: λεπτότερα, *ſtrigoſiora*: non propter lac: ſed quia creſcunt. Sed tamen falſum eſt: infantes enim & vituli & hœdi molliſſimi & rotundiſſimi ſunt: depulſi extenuantur. Sues autem etiam carnes edere adeò ſcimus: vt infantibus è cunis raptis ſaturi facti ſint. Et ſuos edunt ſcrofæ catulos.

CAPVT DECIMVM,

De boüm victu: de vitulorum cornibus: de cornuum conuenientia cum cornibus: de armentorum morbis: de Epiroticis.

CX. ARISTOTELES.

Ταῦτα μὲν οὖν τοῦτον ἔχει τὸν τρόπον. αἱ δὲ βόες, εἰσὶ μὲν καὶ καρποφάγοι καὶ ποηφάγοι. πιαίνονται δὲ τοῖς φυσητικοῖς, οἷον ὀρόβοις, καὶ κυάμοις ἐρηριγμένοις, καὶ χλόῃ κυάμων· καὶ ἐάν τις τὸ δέρμα ἐντεμὼν φυσήσῃ, καὶ μετὰ ταῦτα παρέχῃ τὴν τροφὴν τοῖς πρεσβυτέροις. ἔτι δὲ κριθαῖς, καὶ ἁπλαῖς καὶ ἐπτισμέναις· καὶ τοῖς γλυκέσιν, οἷον σύκοις καὶ σταφίσι, καὶ οἴνῳ, καὶ τοῖς φύλλοις τῆς πτελέας. μάλιστα δὲ οἱ ἥλιοι, καὶ τὰ λουτρὰ τὰ θερμά.

Hæc ſic ſe habent. Boues autem & fruge & herba veſcuntur: pingueſcunt flatuoſis: eruo, & faba freſa, & ſtipula viridi fabarum. Vetulos vero etiam inciſa prius cute atque inſufflata, ac deinde pabulo appoſito: item hordeo vel integro vel pinſito. Præterea rebus dulcibus: cuiuſmodi ſunt ficus & vuæ: & vino, & vlmi folijs. Sed maximè ſole & lotione aquæ calidæ.

CÆSAR.

Vt ſuprà de vrſo, leone, ſue, facienda ſeparatim Capita fuere: aut hîc non fuit ſecandum: ſed quia dicit ταῦτα τοῦτον ἔχει τὸν τρόπον: iccirco ipſammet præſcripſit nobis metam: quoniam & multa hiſtoria eſt, & ſatis cuique generi. De bobus agit hîc: quibus victitent, aut pingueſcant: ſed alia addidit præter propoſitum: vt de cornibus. Poſtrema pars hæret victui: quoniam de incremento eorum agit: & de Epiroticis quædam.

Φυσητικοῖς: inopia Græcæ linguæ quæ à naturali flatuoſum non diſtinxit.

Ἐρηριγμένοις: freſis. Fabæ freſæ & erui freſi meminit Columella ad paſtionem boum libro ſexto.

Χλόῃ κυάμων. Theodorus *herba fabarum*: dicere poſſis ſi ſecaretur, non velleretur, *aut ſtipula*. Eſt enim ſtipula paruus ſtipes.

Τὸ δέρμα ἐντεμὼν: mira narrat neque ſcio cauſſam. Idem à Plinio refertur.

Ἁπλαῖς καὶ ἐπτισμέναις: ſimplex hordeum notat integrum: quoniam ars non eſt addita. πτίσσω, ſignificat pinſo vnde πτισάνη παρὰ τὸ πτίσσειν καὶ ἀραιεῖν, vt in decimo Athenæus, ex Teucri definitionibus. Idem in decimoquarto, cantilenam τῶν ἐπτισμένων, fuiſſe narrat ex Ariſtophanis fabula Θεσμοφοριαζούσαις.

Καὶ τοῖς γλυκέσι. Eſt alterum caput: nam primum erat φυσητικοῖς. Tertium eſt οἶνος: quartum φύλλα. Poſtremum ἥλιοι: apricationes: iccirco in plurali dixit: inſolationes: & λουτρὰ θερμά, quæ τῶν ἡλίων haberent proportionem. Quoniam aperit calor & excitat ad circumferentiam id quod eſt intus cibi: iccirco nitidiore ſunt pilo.

CXI. ARISTOTELES.

Τὰ δὲ κεράτια τῶν νέων, χλιαινόμενα τῷ κηρῷ, ἄγεται ῥαδίως ὅπῃ ἄν τις ἐθέλῃ. καὶ τοὺς πόδας δὲ ἧττον ἀλγοῦσιν, ἐάν τις τὰ κεράτια ἀλείφῃ κηρῷ, ἢ πίττῃ, ἢ ἐλαίῳ.

Vitulorum cornua cera tepefacta ducuntur quorſum quis velit: & pedes minùs dolitant ſi cornua cera, aut pice, aut oleo oblinantur.

C AE S A R.

NVNC extra hiſtoriam hanc. Nam hoc ad hiſtoriam partium pertinebat. Eſt enim affectus cornuum: duplex flexibilitas ab arte: & συνήθεια cùm pedibus naturalis. Plinius huius rei quoque meminit: κεράτια autem dixit in diminutiuo ob ætatem.

CXII. ARISTOTELES.

Πονοῦσι δὲ αἱ ἀγέλαι μᾶλλον ὑπὸ τῆς πάχνης μεταναστάμεναι, ἢ ὑπὸ χιόνος.

Laborant armenta magis pruina quàm niue excitata.

C AE S A R.

ADMONITVS recenti hiſtoria de morbis pedum: addit & aliud incommodum, cùm dicit plus ſollicitari pruina quàm niue. Ratio eſt quia pruina hæret & vrit: nix ſoluitur.

Μεταναστάμεναι. Theodorus *ſolicitata*, non malè: nos *excitata*: quoniam coguntur mutare loca pruina vſta: vt infrà de ouibus.

CXIII. ARISTOTELES.

Αὐξάνονται δὲ, ὅταν πλείω ἔτη ἀνόχευτοι ὦσι. διὸ οἱ ἐν τῇ Ἠπείρῳ τὰς καλουμένας Πυῤῥίχας βοῦς, ἐννέα ἔτη διατηροῦσιν ἀνοχεύτους· καὶ καλοῦσιν ἀποταύρους, ὅταν αὔξωνται. τούτων δὲ τὸ μὲν πλῆθος εἶναί φασι περὶ τετρακοσίους ἰδίους τῶν βασιλέων. ἐν ἄλλῃ δὲ ζῆν χώρᾳ οὐ δύνασθαι· καίτοι πεπειρᾶσθαι τινάς.

Creſcunt cùm plures annos veneris expertes ſint. Iccirco Epirotæ vaccas quas vocant Pyrrhicas, *annos nouem coïtu arcendas curant: & dum creſcunt* atauras *appellant. Aiunt eas eſſe numero circiter quadringentas regum peculiares: alijs locis viuere non poſſe, multorum experimento.*

C Æ S A R.

NVNC qui affectus ad cibum pertinet tractat: incrementum ſcilicet: apponítque τὸ συναίτιον. Venere enim abit corpulentia & ſpiritus & nerui: neque decreſcunt defectu caloris naturalis. Paulus cap. viceſimoquinto primi libri, inter alia commoda veneris: proficere incremento corpus narrat: ridiculè ſanè.

Ἀνόχευτοι. Ne dicas venere abſtinere, vt quidam plus placere dicebat ſibi: neque enim earum voluntate fit.

Ὅταν αὔξωνται. Theodorus legit, ἵνα αὔξωνται, aut ὅπως αὔξωνται: & præpoſuit τὸ ἀποταύρους, ſic: διατηροῦσιν ἀνοχεύτους ὅπως αὔξωνται καὶ καλοῦσιν ἀποταύρους. Tunc enim ſegregatas à Tauris vocant ἀποταύρους. Cum ſunt veneris expertes, & dum creſcunt: ſed ſi αὔξονται legas in indicatiuo, ſicut αὐξάνονται: rectè omnia erunt. Non cùm creuerint: ſed dum creſcunt.

Ἀποταύρους. Theodorus, *ſetauras* facete: nos ſimplicius *atauras*, ſicut apud Horatium, Iudæus apella, ſine pelle.

Πλῆθος, gregem dicas: plus eſt quàm ἀριθμόν. Theodorus tamen, *numero* contentus fuit.

Ἰδίους. Theodorus *proprias*. Nos commodiùs de pecore, *peculiares*.

Καίτοι πεπειρᾶσθαι τινάς: fruſtratis quorundam conatibus.

CAPVT VNDECIMVM.

De Paſtu Equi, Muli, Aſini: Potu boum, Equorum, & Camelorum.

CXIV. ARISTOTELES.

Ἵπποι δὲ καὶ ὀρεῖς, καὶ ὄνοι, καρποφάγα μέν ἐστι καὶ ποηφάγα· μάλιστα δὲ πιαίνεται τοῖς ποτοῖς. ὡς γὰρ ἂν πίνῃ τὰ ὑποζύγια τὸ ὕδωρ, οὕτω καὶ πρὸς τὴν ἀπόλαυσιν ἔχει τῆς τροφῆς· καὶ ὁποῖον ἂν ἧττον δυσχεραίνει τὸ ποτόν, τοῦτο μᾶλλον εὔχορτον. ἡ δὲ κρατὶς λειοτριχεῖν ποιεῖ, ὅταν ἔγκυος ᾖ. ὅταν δ' ἀθέρας ἔχῃ σκληρούς, οὐκ ἀγαθή. ἡ δὲ πόας τῆς Μηδικῆς ἡ πρωτόκουρος φαύλη, καὶ ὅπου ἂν ὕδωρ δυσῶδες ἐπάγηται τῇ πόᾳ· ὄζει γάρ.

Equi, muli, aſini fructu atque herba veſcuntur. Potu maximè pingueſcunt. Nam iumenta, vt cuiuſque vſus aquæ euenerit, ita ad fruendum pabulo afficiuntur, & vt eorum quodque minùs detrectat potum, id commodiùs pingueſcit. Farrago dum ſucco turget, pilo leuiore, vt ſint efficit. At cum erit ariſtis durioribus, inutilis eſt. Herba Medicæ cùm eſt prima ſeges mala: tùm ipſa olet, ſi aqua putrida irrigatur.

CAESAR.

EQVVM, mulum, aſinum vnica natura contineri, ſuprà dictum eſt. Igitur ſimul tractat: ſed in fine Capitis quædam extrà hiſtoriam, de camelo, & boue. Ait equum, & aſinum, & mulum pingueſcere, adeò vt paſtiones ipſis ſint inutiles, niſi potus fuerit accommodatus. Et ſanè verum eſt. Nam aquis crudis & montanis minùs pingueſcunt. Tum de farragine, & Medicæ herbæ conditionibus agit.

Ὡς γὰρ ἂν πίνῃ τὰ ὑποζύγια τὸ ὕδωρ, οὕτω καὶ πρὸς τὴν ἀπόλαυσιν ἔχει τῆς τροφῆς. Non ſolùm, ὁποῖον ὕδωρ: ſed etiam ὡς, vt & qualitatem aquæ ſcilicet pinguis, & modum ac quantitatem intelligamus. Πρὸς τὴν ἀπόλαυσιν: id eſt, modus aquæ & qualitas efficit, vt & libentiùs edant, & plus proficiant.

Κρατὶς *farrago.* Ὅταν ἔγκυος ᾖ: *cùm frugibus grauida* Theodorus: malè. Nanque tùm eſt grauida frugibus, cùm habet ἀθέρας σκληρούς: *cùm ſucco grauida eſt ac turget.*

Πρωτόκουρος: *prima attonſio: prima falx,* vt primum ſulcum, Theodorus. Primum fœniſicium, ſic dicat Paraphraſtes. Herbæ medicæ primum fœniſicium inutile eſt: tanto deteriùs cùm fœtorem contrahit, olenti aqua irrigata.

CXV. ARISTOTELES.

Πίνειν δὲ οἱ μὲν βόες ζητοῦσι καθαρόν· οἱ δὲ ἵπποι, ὥσπερ καὶ αἱ κάμηλοι. ἡ δὲ κάμηλος, πίνει ἥδιον θολερὸν καὶ παχύ· οὐδ' ἀπὸ τῶν ποταμῶν πρότερον πίνει, ἢ συνταράξει. δύναται δ' ἄποτος ἀντέχειν καὶ τέτταρας ἡμέρας· εἶτα μετὰ ταῦτα πίνει πολὺ πλῆθος.

Boues puram quærunt quam bibant. At equi, vt cameli. Nam camelo ſuauior potus turbidus ac craſſus. Neque de fluuio potat priuſquam conturbârit. Sine potu durare poteſt etiam dies quatuor. Poſt quos deinde bibit largiſſimè.

CAESAR.

NVnc de qualitate aquæ: & comparat camelos cum equis.

Εἶτα μετὰ ταῦτα: palilogia & antimeria: μετὰ ταύτας.

CAPVT DVODECIMVM,

De Paſtu, & potu Elephantorum, vitaq; Camelorum.

CXVI. ARISTOTELES.

Ὁ δ᾽ ἐλέφας, ἐσθίει πλεῖστον μὲν, μεδίμνους Μακεδονικοὺς ἐννέα ἐπὶ μιᾶς ἐδωδῆς· ἐπικίνδυνον δὲ τὸ τοσοῦτον πλῆθος· τὸ δ᾽ ἐπίπαν, ἓξ μεδίμνους ἢ ἑπτά· ἀλφίτων δὲ πέντε [μεδίμνους] καὶ οἴνου πέντε μάρεις· ἔστι δὲ ὁ μάρις, ἓξ κοτύλαι. ἤδη δέ τις ἔπιεν ἐλέφας μετρητὰς ὕδατος Μακεδονικοὺς εἰσάπαξ δέκα καὶ τέσσαρας, καὶ πάλιν τῆς δείλης ἄλλους ὀκτώ.

Elephantus quidem cumplurimum edit Macedonicos modios nouenos: ſed id non ſine periculo. Verùm ad ſummum ſenos, ſeptenóſve. Farinæ quinos: vini totidem maros. Capit marus heminas ſex. Semel olim quidam elephantus bibit aquæ metretas Macedonicas quatuordecim: & veſpere prætereà octo.

C Æ S A R.

ELEPHANTI non hiſtoriam texit in victu. Sed ita vt etiam camelorum vitam narret.

Πλεῖστον μὲν: deeſt articulus τὸ, πλεῖστον: aduerſatiua ἐπικίνδυνον δὲ ἐπὶ μιᾶς ἐδωδῆς. Nos per nouenos omnia expreſſimus: ſed non declarat nunc cibi genus: ſed ἁπλῶς intelligit cùm ſubdit ἀλφίτων.

Τὸ δ᾽ ἐπίπαν. Theodorus, *in vſu frequenti*. Nos, *ad ſummum*, non malè, vt putamus.

Μαρεῖς: maluimus *maros*, quàm mares, vt æquiuocationem tolleremus.

Ἄλλους ὀκτώ. Τὸ, ἄλλους notat μετρητάς, non autem numerum: nos per, *prætereà*, diximus. Theodorus neglexit.

CXVII. ARISTOTELES.

Ζῶσι δ᾽ αἱ μὲν πολλαὶ τῶν καμήλων, περὶ ἔτη τριάκοντα, ἔνιαι δὲ πολλῷ πλείω. καὶ γὰρ εἰς ἔτη ἑκατὸν ζῶσι. τὸν δ᾽ ἐλέφαντα ζῆν φασὶν οἱ μὲν περὶ ἔτη τριακόσια, οἱ δὲ, διακόσια.

Pleriq; è camelis viuunt annos circiter tricenos: aliqui multò plures. Quippe ad centeſimum. Elephantũ ſunt qui trecentos annos dicunt: aly ducẽtos.

C Æ S A R.

DE cameli victu nihil ſcribit: delicate admodum præterijt. Arabes paleam camelorũ *iuncum odoratum* vocant. Mira verò hiſtoria: vt quibuſdam in eadem ſpecie triginta annos attribuat: aliquæ tamen etiam centũ attingunt. Plinius in Octauo. *Viuunt*, inquit, *quinquagenis annis, quidam & centenis*. Notabis τὸν ἐλέφαν primę declinationis: ὁ ἐλέφας τοῦ ἐλέφα.

CAPVT DECIMVMTERTIVM,

Ouium, & caprarum paſtiones, & cauſſa ipſarum obeſitatis: Ratio caudarum in ouibus: comparatio earundem in valetudine.

CXVIII. ARISTOTELES.

Πρόβατα δὲ καὶ αἶγες, εἰσὶ μὲν ποηφάγα· τὰς δὲ νομὰς ποιοῦνται τὰ μὲν πρόβατα, προσεδρεύοντα, καὶ

OVes capræq; herbis veſcuntur. Paſcuntur oues non mutatis ſedibus, ſed ſtabili grege. Capræ

μονίμως

μονίμως· αἱ δὲ αἶγες, ταχὺ μεταβάλλουσι, καὶ τῶν ἄκρων ἅπτονται μόνον. πιαίνει δὲ μάλιστα τὸ πρόβατον τὸ ποτόν· διὸ καὶ τοῦ θέρους διδόασιν ἅλας διὰ πέντε ἡμερῶν, μέδιμνον τοῖς ἑκατόν. γίνεται γὰρ ὑγιεινότερον οὕτω καὶ πιότερον τὸ ποίμνιον. καὶ τὰ πολλὰ δὲ ἁλίζοντες, διὰ τοῦτο προσφέρουσιν, οἷον ἔν τε τοῖς ἀχύροις ἅλας πολλοὺς, (διψῶντα γὰρ πίνει μᾶλλον) καὶ τοῦ μετοπώρου τὰς κολοκύντας, ἅλας πάττοντες. τοῦτο γὰρ καὶ γάλα ποιεῖ πλεῖον. καὶ κινούμεναι δὲ μεσημβρίας, πίνουσι μᾶλλον πρὸς τὴν δείλην. πρὸς δὲ τοὺς τόκους ἁλιζόμεναι, μείζω τὰ οὔθατα καθιᾶσι. πιαίνει δὲ τὰ πρόβατα θαλλὸς, κότινος, ἀφάκη, ἄχυρα, καὶ πόα· πάντα δὲ μᾶλλον πιαίνει ἅλμη προσρανθέντα. παχύνεται δὲ καὶ ταῦτα μᾶλλον προλιμοκτονηθέντα τρεῖς ἡμέρας. ὕδωρ δὲ προβάτοις τοῦ μετοπώρου τὸ βόρειον τοῦ νοτίου ἄμεινον, καὶ αἱ νομαὶ αἱ πρὸς ἑσπέραν συμφέρουσι. λεπτύνουσι δὲ αἱ ὁδοὶ καὶ αἱ ταλαιπωρίαι.

ſubinde mutantes,& ſumma quæque carpentes tantùm. Pingueſcit ouis potu maximè. Iccircò per æſtatē ſalis dant per dies quinque centenis modium. Quò grex & meliùs valeat, & pinguior ſit. Sapè etiam ſalito pabulo ſic exhibent, vt in paleis ſalis multum indant, quo, collecta ſiti plus bibant. Autumno etiam cucurbitam ſale aſperſam. Hoc enim etiam lactis copiam excitat. Ex ambulatione quoque meridiana largius bibunt veſpere. A partu ſale paſtæ maiora demittunt vbera. Pingueſcunt olea, oleaſtro, vicia, palea, herba: eóque magis, omnia ſale ſi ante irrorentur. Eæ quoque fame priùs affectæ tridnana craſſeſcunt ampliùs. Aqua ouibus Autumno borealis quàm auſtralis vtilior. Paſtiones veſpertinæ conferunt: itinera & labores extenuant.

C AE S A R.

NVNC de ouibus & capris ſimul. Primùm in communi de victu, ſagina, & macredine. Deinde de iudicio paſtorum. Tertiò, de carnibus in communi omnium quadrupedum. Quartò, comparantur in ipſo genere ouium ſpecies binæ: & cum his capræ. Quintò, comparatio cum ouibus quoad ſanitatem. Poſtremò, affectus coriorum. Comparat igitur, repetendo quomodo ſuprà, capellas inſtabili paſtione, ſtabili oues.

Πονφάγα: natura communis: τὴν δὲ νομὴν, diſcretio naturæ. Προσεδρεύοντα. Theodorus, *ſedulæ*. non vt Latini accipiunt, *ſeorſum à dolo*: ſed à *ſedendo* peſſimè: neque enim ſedent. Mirum ni *aſſidelas* verterit vt Græcum ſuum exprimeret. Latinum ſaltem fuiſſet: ſic enim vocabant menſas. Et cùm addidit, *atque ſtabiles*, videtur & ſedendo, & ſtando eas paſcentes pinxiſſe. At tunc Græcò non erunt προσεδρεύοντα, ſed καθιζόμενα. Latinè per mutandi ſedes dicas.

Μονίμως: ſic μονίμα animalia quæ nunquam mutant locum: alibi.

Νέμονται: *paſcuntur*. Πάω, πάσκω, πέποκα, πόκος *lana*: inde *pecus*: non vt ſomniauit Varro. Sic ἐδοὺς Æoles *dentem* pro ὀδούς.

Ταχὺ μεταβάλλουσι. Theodorus, *crebro mutant loca*. Suprà dixit eſſe animal ὀξύ.

Καὶ τῶν ἄκρων ἁπτόμεναι μόνον. Ratio quare commeent ſubinde: quoniam ſumma flagella tantùm ſtringunt. Ergo parum carpunt: iccircò citò mutant locum.

Διὰ πέντε ἡμερῶν Theodorus, *die quinto*: ſic eſt ſanè. At enimuerò hoc Græcè non ſonat. Τὸ διὰ, tractum ſignificat temporis: ſed quinque diebus modium centenis: quintam ſcilicet partem modij ſingulis diebus. Nota & malum Autorem Latinitatis: *die quinto*, inquit: pro eo quòd eſt, *quinto quoque die*. Et ſuperfluè dixit, *ſingulis centenis*: ſatis habuit, *centenis*. Columella in Septimo, ad pabulum condendum ſalem imponit per æſtatem canalibus ligneis, cùm è paſtu redierint oues.

Ὑγιεινότερον: *incolumius*. Theodorus, *incolume*: & tamen poſteà vſus eſt comparatiuo, *pinguius*.

Διὰ τοῦτο προσφέρουσιν. Διὰ τοῦτο, *ad hunc modum*, ſcilicet ſalitum: quaſi mediatore, & ſequeſtro ſale.

Ἀχύροις, ſalem paleis adhibent, vt eſitent libentiùs. Aſpernantur enim vt pabulum durius. Nam & delicata pabula faſtidiunt. Iccircò in Septimo Columella. *Nec tamen vlla ſunt, tàm blanda pabula, aut etiam paſcua, quorum gratia non exoleſcat vſu continuo: niſi pecudum faſtidio paſtor occurrerit præbito ſale.* Etiam paleas leguminum præbet idem autor.

Πάττοντες. Πάσσειν φάρμακα. Theodorus, *ſale contactam*, imitatus Virgilium. Spargere autem πάσσειν, & σπέρμα ἁλὸς ab agricolis.

Κινούμεναι, *agitatæ*. Theodorus, rectè: ex prima verbi ſignificatione: id eſt, actæ huc, atque illuc. Sed iam durius eſt ſignificatum.

Τὴν δείλην. Suprà Theodorus etiam, vt nunc, *tempus poſtmeridianum* interpretatur, malè: vel hinc

hinc patet: neque enim bibunt niſi redeuntes è paſtu. At enimuerò non eſt δείλη ſtatim poſt meridiem: poſtmeridianum tamen eſt. Columella in ſeptimo interpretatur crepuſculum. *Deinde,* inquit, *etiam crepuſculo redeuntibus ſaturis ouibus admiſcere agnos, &c.*

Θαλλὸς *olea.* Etiam apud Pindarum.

Ἀφάκη. Theodorus noluit *viciam* interpretari: ſed *aphacam*: cùm tamen ſit mirus Latinæ linguæ nouator.

Βόρειον: aquilaria aqua ſanior eſt: intelligit pluuiam: Autumnus enim per ſe æſtuoſus, auctus Auſtri ſæuitia peſtilens fit.

Πρὸς ἑσπέραν de loco intellexit Theodorus: nos de tempore vertimus. Nanque Columella in Septimo, *plurimum referre,* ait, *vt paſcentium capita ſint obuerſa Soli, ſub canicula, qui plerunque nocet animalibus oriente eo ſidere.* Et Atticus apud Varronem in Secundo de *Re ruſtica,* iubet, vt circiter meridianos æſtus, ſub vmbriferas rupes, & arbores patulas oues ſubijciantur, quoad refrigerato aëre veſpertino, rurſus paſcant ad ſolis occaſum. *Ita,* inquit, *paſcere pecus oportet, vt aduerſo Sole agat: caput enim ouis molle maximè eſt.*

Οὐδὲ plus eſt quàm κινοῦνται. Quod etiam mitigabatur μονοφαγία. Ταλαιπωρίαι, *labores,* & omnia incommoda. Videtur ſententia puerilis. Nam quis neſcit, labore malè haberi pecus? Sed non ita eſt. Mulæ labore pingueſcunt.

CXIX. ARISTOTELES.

Οἱ δὲ ποιμένες γινώσκουσι τὰς ἰσχυρὰς τῶν οἰῶν, ὅταν χειμὼν ᾖ, τῷ πάχνην ἔχειν, τὰς δὲ, τῷ μὴ ἔχειν. διὰ γὰρ τὴν ἀσθένειαν κινούμεναι, ἀποβάλλουσιν αἱ μὴ ἰσχύουσαι.

Paſtores dignoſcunt oues valentiores, ſi hyeme eis hæreat pruina, ab alijs quibus non hæret. Etenim præ imbecillitate cum ſeſe moueant, excutiunt quæ perferre non poſſunt.

CAESAR.

IVDICIVM paſtorum ſcribit: additque cauſſam. Nam quæ gelu perferre nequeant, vagantur, aut ſuccutiuntur: quæ poſſunt, eæ ſunt pruina tectæ. Columella in Septimo ait: *pruinam hyeme, & vere pecudi grauedinem creare, ventrémque proluere.*

Nota breuitatem. Τὰς ἰσχυρὰς τῶν οἰῶν πάχνην ἔχειν. Τὰς δὲ τῷ μὴ ἔχειν. Τὰς δὲ, *alias*: id eſt imbecilles. Theodorus ſententia contentus neglexit ſtructuram: breuiùs etiam poterat, τὰς δὲ μὴ, τῷ μή.

Ἀποβάλλουσιν *abijciunt, excutiunt.* Theodorus addidit, *quam ſuſceperit.*

CXX. ARISTOTELES.

Παντὸς δὲ τετράποδος τὰ κρέα χείρω, ὅσων [εἰς] ἑλώδη χωρία νέμονται, ἢ ὅπου μετεωρότερα.

Omnium quadrupedũ carnes deteriores quæ locis paluſtribus paſcuntur, quàm quæ editioribus.

CAESAR.

IN communi de omni pecore agit. Ratio eſt, ab aquæ & pabuli puritate. Montanæ carnes ſapidiores: quia etiam herbæ. An verò verum ſit quod ait Auerroes, montanas herbas omnes præſtantiores, alibi diſcuſſimus. Neque enim verum eſt: ſed hic de pabulo tantùm ſentit.

Ὅπου, vbi νέμονται: ſed abuſus eſt τῷ εἰς. Nos ὅσων mutauimus in relatiuum.

Νέμονται. Theodorus, *paſcit locis paluſtribus,* voce actiua cum quarto caſu. Columella in Septimo de genere pabuli: ait, *paluſtres, ſilueſtréſque minimè idoneas haberi.*

CXXI. ARISTOTELES.

Εἰσὶ δὲ δυσχειμερώτεραι αἱ πλατύκερκοι οἶες τῶν μακροκέρκων, καὶ αἱ κολοβαὶ τῶν λασίων· δυσχείμεροι δὲ καὶ αἱ αἶγες.

Minùs hyemem perferunt laticaudæ oues, quàm longicaudæ: & glabellæ, quàm veſtitæ. Hyemis impatientes etiam capellæ ſunt.

CAESAR.

CAESAR.

NVNC binas ſpecies ouium comparat inter ſe, ratione temporis.

Πλατύκερκοι. Miræ narrationes de caudarum magnitudine circumferuntur, etiam carruculas aut traheas grandiores implêſſe. Cubitales ouium caudas in Syria, ait Plinius in Octauo. Atticus apud Varronem in Secundo, caudas probat in Italia prolixas: in Syria breues, iccircò: quia in Syria oues longis caudis ſordes trahunt.

Κολέραι. Theodorus, *glabræ:* & addidit *exutiores*, exutæ ſcilicet: quaſi verò, *glabrum*, vox eſſet inde, neque intelligeretur: cùm Atticus in Secundo Varronis, *minam* ouem, & *apicam* quæ eſſet vētre glabro, vocet. Columella quoque in Secundo, *aream glabreſcere*, ait, cùm polita, & omnibus herbis euulſis, triturationi apta fit. Eſt ergo ouium, & genus glabrum & tectum. Veſtitæ igitur, & piloſo ventre, glabris & apicis, quæ quòd ventre eſſent glabro, damnantur. Quemadmodum & gallinarum genus quas *gramaias* vocant, quòd glabræ ſunt, hyemem ferre non poſſunt. Itaque lego δυσχειμερώτεραι, non autem δυσχειμερώτεραι. Quoniam etiam Tarentinæ quia breui lana ſunt, cœli ſunt impatientes. Et mox ſubdit Philoſophus: δυσχείμεροι δὲ καὶ αἱ αἶγες. Et vertit, *criſpæ* Theodorus. Verbum autem κολέραι nuſquam reperi: ſed conſtat opponi τῷ λασίῳ.

CXXII. ARISTOTELES.

Ὑγιεινότεραι μὲν οὖν ὄιες τῶν αἰγῶν· ἰσχύουσι δὲ μᾶλλον αἱ αἶγες τῶν ὀίων.

Salubriores ſunt oues quā capræ. Sed capræ quàm oues robuſtiores.

CAESAR.

COMPARAT nunc à corporis conſtitutione: quam ſequuntur duæ affectiones. Prima ſanitas: ſecunda robur. Eſt ſanitas proportio in corpore viuente humorum inter ſe. Robur autem eſt affectio ſanitatis: qua, ſcilicet, reſiſtimus aduerſarijs: & eſt in neruis magna ex parte conſtituta. Neque verum eſt quod volebant nobis olim præceptores perſuadere: benè temperatum corpus magis reſiſtere morbo, quàm minùs temperatum. Nam verum eſt omnibus morbis ſimul plus reſiſtere: quia ab omnibus æquè diſtat. At ſiccum corpus plus reſiſtet humido aduerſario. Sic, ne illud quidem verum eſt: robuſtiſſimum futurum, & acutiſſimi viſus, & agilioris celeritatis. Sed ita eſt: hominem propter ſapientiam à Deo factum. Itaque hunc finem in viro benè temperato perfectum eſſe. Ac quare ſint oues ſaniores, ratio latet nos. Sola experientia cōprobatur: quoniam rariùs, & paucioribus morbis apperuntur. Sed capræ ſunt valentiores robore: quia ſunt ſicciores. Itaque & ſaliunt mirificè, & trahunt, & impetunt. Horatius non neſciuit hoc: cùm dixit: *verùm vbi oues furto, morbo periere capellæ.* Difficiliùs enim abiguntur capræ: ſed intereunt faciliùs. Hoc tamen non eſt noſtris paſtoribus perſuaſum: qui quotidie agnos mori obijciant: capellas non item.

Theodorus ὑγιεινότεραι: *valent* Theodorus, rectè: ſed ambiguè. Nam ἰσχύουσι, ſignificat, *valent.* Neque enim *valere* fuit *ſanum eſſe*, ſed *robuſtum.* Id arguit nomen inde deductum: *validum.* Plautus *Amphitruone, vide obſecro quàm validus eſt* Itaque prægnans verbum fuit, quo precabantur ſalutem amicis priſci: & fuit verbum militare cū dicebant, βάλλε. Delphi idem dixere. Ἰὴ παιάν.

CXXIII. ARISTOTELES.

Τῶν δὲ λυκοβρώτων προβάτων, τὰ κώδια καὶ τὰ ἔρια, καὶ τὰ ἐξ αὐτῶν ἱμάτια, φθειροποιητικὰ γίνεται πολὺ μᾶλλον τῶν ἄλλων.

Coria ouium quæ à lupis vorata ſunt: itémque lanæ, atque ex ijs confectæ veſtes, multò ſunt ad generandum pediculos aptiores, quàm aliarum.

CÆSAR.

NVNC affectum victus paſſiuè. Nam ad lupi victum hoc pertinet. Rationem non addit. Sed eſt aut propter metum: aut propter grauem halitum lupi. Sic perdices quæ ab accipitre capiuntur ſunt teneriores. Ratio autem huius effectionis à metu eſt: quia ſoluuntur ſpiritus. Itaque & ſedes eorum. Melior ratio ab halitu lupi. Sic peſte interemptarum coria inutilia, ex tertio *Georgicon.* Nota hîc lupum non edere pellem: pecudem

pecudem aggreſſus ſi vacat, conficit: ſin minus: aut trahit, aut in collum gutture apprehenſum imponit: in iugulum enim illico inuadit. Ibi ſugit omnem ſanguinem: inde ventrem lacerat, viſcera exedit.

CAPVT DECIMVM-QVARTVM, DE INSECTIS.

CXXIV. ARISTOTELES.

Τῶν δ' ἐντόμων τὰ μὲν ἔχοντα ὀδόντας, παμφάγα ἐστί· τὰ δὲ γλῶτταν, μόνον τοῖς ὑγροῖς τρέφεται, πάντοθεν ἐκχυλίζοντα ταύτῃ. καὶ τούτων τὰ μὲν, παμφάγα (πάντων γὰρ γεύεται τῶν χυμῶν, οἷον αἱ μυῖαι) τὰ δὲ, αἱμοβόρα, καθάπερ μύωψ, καὶ οἶστρος· τὰ δὲ, φυτῶν καὶ καρπῶν ζῇ χυλοῖς. ἡ δὲ μέλιττα, μόνον πρὸς οὐδὲν προσίζει σαθρόν. χρῆται δὲ τροφῇ οὐδεμιᾷ, ἀλλ' ἢ τῇ γλυκὺν ἐχούσῃ χυμόν. καὶ ὕδωρ δὲ ἥδιστον εἰς ἑαυτὰς λαμβάνουσιν, ὅπου ἂν ἀναπηδᾷ.

Quæ inſecta dentes habent, omni genere cibi veſcuntur. At quibus lingua eſt, humido tantùm aluntur, ipſa ſcilicet vndecunque exugentia. Atque horum partim omniuora. (Omnium enim ſaporum ijs eſt guſtus, vt muſcæ) partim ſanguinem hauriunt tantùm, vt tabanus, aſilus. Alia plantarum ac fructuum tantùm ſuccos. Sola apes ad bonum inſidet. Neque alio vtitur cibo quàm qui dulci ſucco ſit præditus. Et vbi ſaliunt aquæ ſuauiſſimæ, ibi aquantur.

CAESAR.

ABSOLVIT hac parte primam libri commentationem: vnicóque Capite omnium inſectorum perſequitur diſcrimina: diuiditque à dentibus, & à lingua. Intellexit dentata: vt locuſtas. Formicæ quoque haud veros dentes habent: ſed forcipes extortos pro dentibus. Et ſanè formicæ etiam carnes, etiam fruges, etiam fructus abſumũt. Limaces & cochleas, quę ſint ſine ſanguine inſecta ſi dicas, nulla ſegmenta inuenies: dentes habere Ariſtoteles ait. Sed non ſunt παμφάγα: & pediculi carnes tantùm vorant & cimices. Præterea ricini linguam non habent: ſed capite infixo hauriunt.

Πάντοθεν ἐκχυλίζοντα ταύτῃ. Eſt ratio quare ſucco tantùm alantur: quoniam per linguam, vt per fiſtulam hauriunt. Ἐκχυλίζοντα ἐκ τοῦ τόπου χύλον ἀρυόμενα. Et dixit πάντοθεν: quoniam circulum reliquiarum ſanguinis exucti relinquunt in morſu: vt in culicibus, pulicibus, & muſcis manifeſtum eſt. Theodorus, *eliquando:* voluit dicere edendo liquare.

Παμφάγα: malè: neque enim eſt φαγεῖν τὸ γεύεσθαι: etiam ἀκυρότερον quod ſequitur αἱμοβόρα. Neque enim vorant: ſed hauriunt.

Πάντων γὰρ χυμῶν γεύεται. Theodorus, *quibus guſtus omnium ſaporum eſt.* At Ariſtoteles reddit rationem, quare omnia vorant: quia, inquit, omnis guſtus his notus eſt. Non eſt omittenda nota cauſſalis.

Τὰ δὲ καρπῶν ζῇ χυλοῖς: ſuccos liquorum, vt coſſi, blattæ, & ijs ſimilia: omiſit autem cicadas. Locuſtæ quoque forcipatos dentes habent: & tamen ſolis plantis veſcuntur.

Προσίζει: *aſſidet*, Theodorus: rectè. Καθίζει dicere voluit: ſed & voluit appetitum per motum per πρὸς, & indicium per ſeſſionem, per ἵζει.

Μόνον ζώων: ſcilicet: nam μέλιττα alterius generis eſt.

Εἰς ἑαυτὰς λαμβάνουσι, potant παραφραστικῶς: in ſe accipiunt, hauriunt: quoniam non potus gratia ſemper, ſed etiam ob opus videntur aquari, quo verbo doctiſſimus Poëta vſus eſt.

Ἥδιστον. Theodorus: *quam ſynceri, clariſſimiq́ fontes ſcaturiunt:* debuit dicere *ſinceriſſimi:* neque tamen aſſecutus eſt, τὸ ἥδιστον. Et peſſimè poſuit tranſitiuè, *fontes ſcaturiunt aquam.* Sic autem interpretandum. *Vbi ſaliunt aquæ, ibi aquantur.* Id enim eſt, ἀναπηδᾷ: ſic loquuntur Latini. Neque expleuit Theodorus τὸ, ὅπου: è fonte ſcilicet, ne contaminetur.

CAPVT

CAPVT DECIMVM-QVINTVM,

Actiones animalium circa coïtum & procreationem ſobolis: tempus latendi: quæ lateant: omnia animalia aliquomodo mutant loca mutata anni facie: auium migrationes.

CXXV. ARISTOTELES.

Τροφαῖς μὲν οὖν χρῶνται τὰ γένη τῶν ζώων ταῖς εἰρημέναις. αἱ δὲ πράξεις αὐτῶν ἅπασαι, περί τε τὰς ὀχείας καὶ τεκνώσεις εἰσί, καὶ περὶ τὰς εὐπορίας τῆς τροφῆς καὶ πρὸς τὰ ψύχη καὶ τὰς ἀλέας πεπορισμέναι, καὶ πρὸς τὰς μεταβολὰς τὰς τῶν ὡρῶν. πάντα γὰρ τὴν κατὰ τὸ θερμὸν καὶ ψυχρὸν μεταβολῆς αἴσθησιν ἔχει σύμφυτον. καὶ καθάπερ τῶν ἀνθρώπων οἱ μὲν, τὰς οἰκίας τοῦ χειμῶνος μεταβάλλουσιν, οἱ δὲ, πολλῆς χώρας κρατοῦντες, θερίζουσι μὲν ἐν τοῖς ψυχροῖς, χειμάζουσι δὲ ἐν τοῖς ἀλεεινοῖς· οὕτω καὶ τῶν ζώων τὰ δυνάμενα μεταβάλλει τοὺς τόπους. καὶ τὰ μὲν, ἐν αὐτοῖς τοῖς συνήθεσι τόποις εὑρίσκεται τὰς βοηθείας· τὰ δ', ἐκτοπίζει· μετὰ μὲν τὴν φθινοπωρινὴν ἰσημερίαν, ἐκ τοῦ Πόντου καὶ τῶν ψυχρῶν φεύγοντα τὸν ἐπιόντα χειμῶνα· μετὰ δὲ τὴν ἐαρινὴν, ἐκ τῶν θερινῶν, εἰς τοὺς τόπους τοὺς ψυχροὺς, φοβούμενα τὰ καύματα. τὰ μὲν, καὶ ἐκ τῶν ἐγγὺς τόπων ποιούμενα τὰς μεταβολάς, τὰ δὲ καὶ ἐκ τῶν ἐσχάτων, ὡς εἰπεῖν· οἷον αἱ γέρανοι ποιοῦσι. μεταβάλλουσι γὰρ ἐκ τῶν Σκυθικῶν εἰς τὰ ἕλη τὰ ἄνω τῆς Αἰγύπτου, ὅθεν ὁ Νεῖλος ῥεῖ. ἔστι δὲ ὁ τόπος οὗτος, περὶ ὃν οἱ Πυγμαῖοι κατοικοῦσιν. οὐ γάρ ἐστι τοῦτο μῦθος, ἀλλ' ἔστι κατὰ τὴν ἀλήθειαν, γένος μικρὸν μὲν, ὥσπερ λέγεται, καὶ αὐτοὶ καὶ οἱ ἵπποι· τρωγλοδύται δ' εἰσὶ τὸν βίον.

Cibis quibus diximus animalium genera vtuntur. Actiones autem ipſorum tùm ob coitum, ac procreationem ſunt: tum circa commeatum ciborum. Nec minùs ſeſe comparant ad frigora, aut tepores: itemque ad temporum mutationes. Omnia enim innatam habent naturam ad ſenſu percipiendum & calidi, & frigidi mutationem. Ac quemadmodum homines quidam ædes per hyemis tempus mutant: alij qui multæ terræ domini ſunt, æſtates agitant in gelidis, hybernant in tepidis. Sic etiam animalia quæ loca mutare poſſunt, partim iiſdem in locis inueniunt præſidia: partim loca egrediuntur. Poſt vernum Aequinoctium ex Põto, & frigidis locis inſtãtem hyemem fugientia. Poſt vernum ex æſtiuis in gelida loca, metu caloris. Quorum alia in propinqua migrant loca. Alia ex vltimis, vt ita dicam, demigrant: vt grues, quæ à Scythia in paludes, quæ ſunt ſuprà Aegyptum, vnde fluit Nilus, commeant. Ea loca ſunt quæ Pygmæi incolunt: puſillum genus, vt aiunt, ipſi atque etiam equi: cauernáſque habitant.

CÆSAR.

HÆc eſt altera ſectio, in qua aliud genus actionum perſcrutatur & narrat quò verſantur animalia circa locorum mutationes, ob temporum mutationes. Vbi multa præclara. Nam inſtituit aduerſus & Sophiſtas, & negligentes lectiones hæc non vulgata prodere. Quædam enim aues calidiſſimam æſtatem quærunt: vt cothurnices: quædã hyemem: vt iynges: quædam nihil curant, vt perdices. Non enim mutant locum: neque milui, neque multæ aliæ. Cùm poſuit τὰ κινήματα, καὶ τὰς εὐπορίας: paſtionem exequitur τὰ ψύχη. Reddit rationem ἔχει αἴσθησιν τοῦ θερμοῦ. Et pulchram poſuit comparationem mutationis. Aliæ mutant loca penitùs: aliæ iiſdem locis conſulunt ſuis commodis, vt homines. Intelligit τὰ φωλεύοντα: quæ erit pars altera huius ſectionis. Et diuidit hiſtoriam mutantium locum, ἐκ τῶν ἐγγύς, καὶ ἐκ τῶν ἐσχάτων. Et duplicem facit, vt aliæ hyemem, aliæ æſtatem quærant. Apponit poſteà fabulam Pygmæorum. Quam tamen ponit non vt fabulam.

Αἱ δὲ πράξεις ἅπασαι. Nam aut agunt propter ſe, aut propter ſpeciem: ſi propter ſpeciem, tunc περὶ ὀχείας, καὶ τεκνώσεις. Quorum alterum eſt finis, alterum via ad finem. Si propter ſe, aut eſt propter eſſe, aut propter benè eſſe. Propter eſſe εὐπορία τῆς τροφῆς, de qua iam diximus: propter benè eſſe: affectio erga temporũ qualitates. Intelligit hìc, actiones: motiones & carũ ſpecies aut modos.

Dixit ἀεί : quoniam ſunt naturaliter. Nam ipſæ actiones non ſunt: ac neque cùm factæ ſunt, tunc ſunt. Iccircò dixit πεποεισμέναι in præterito. Et πορίζεσ eſt *proficiſci*:ſcilicet à natura. Latinè dicas : *natura comparata*.

Περὶ τὰς εὐπορίας : quoniam ex delectu pabulorum mouentur. Non ſatis eſt veſci:ſed & commodè. Eſt igitur εὐπορία *commeatus*. Theodorus *ſolertiam*,minùs benè eſt interpretatus. Nam & aliud eſt ſolertia. Et vt hoc ſit,multa animalia nullam adhibent ſolertiam ad victum. Et nota duas præpoſitiones : περὶ : quoniam verſantur circa victum,quaſi circa materiã.Hoc enim agunt vt viuant : & hoc agunt,vt propagent. At mox dixit πρὸς : quoniam ipſa nihil temporis agunt, aut mutant:ſed ſeipſa mutant,atque afficiunt erga tempus.

Αἴσθησιν ἔχει σύμφυτον. Iam dictum eſt in Tertio de *Anima*, & in his libris tactum omnium animalium eſſe communem:alioqui non ſint animalia. In quo reprehendebamus Albertum qui putaret partes ſimilares non eſſe alias inquantum animal eſt. Sentit enim carne,aut quaſi medio, aut quaſi organo. Iam deciſum eſt. Igitur eſt aliud caro quàm miſtio ſimplex. Itaque in cadauere caro dicitur æquiuocè. Ergo σύμφυτον ſcilicet cũ ipſis natus ſenſus calidi & frigidi. Ergo etiam mutationis alterius in alterum. Quod enim cognoſcit vtrunque extremum , cognoſcit etiam medium. Theodorus σύμφυτον *natiuum:cognatum* potiùs dicas.

Καὶ καθάπερ τῶν ἀνθρώπων. Pulcherrima hiſtoria. Habemus γυναικωνῖτιν,& ἀνδρωνῖτιν in ædibus : & habemus æſtiua cubicula ima, Aquilonia ad viridaria.Hyberna autem cœnacula editiora, Auſtrina demiſſis contignationibus.Reges autem Perſæ Suſis hybernabant:& Bactris æſtatem tranſigebant.

Τὰς οἰκίας τοῦ χειμῶνος μεταβάλλουσι. Theodorus, *hyeme repetunt:* malè. Et interpretatus eſt χώρας , *prouinciam*. At Italia non eſt Prouincia, neque Perſis : neque aliæ Romanò Imperio ignotæ. Sic Tybur petebant Romani per æſtatem,ſalubre opacitate & auerſum ab Auſtro.

Πολλῆς χώρας κρατοῦντες : intellige πολλῆς : quantum ſatis eſt ad frangendam cœli inclementiam. Nam nos hìc æſtate peſſimè habemus reflexo à monte Sole,& Auſtro ſupra nos : æſtuante Garumna,& riuo Saleua qui vrbem ſecat. At in ruſculo Viueſiano æſtatem non ſentimus multis conuallibus gelidam:& nemuſculis ac riuo & fontibus frequentibus. Neque tamen plus quingentis paſſibus trans montem ipſum.

Τὰ δυνάμενα : reſpondet illi alteri , κρατοῦντες.

Τὰς βοηθείας, *præſidia :* quoniam φωλεύουσι, vt mox dicemus. Theodorus, *ſubſidium* , malè: præueniunt enim.

Ἐκτοπίζει. Τὸ, ἐξ, contrarium alteri, ἐν τοῖς τόποις : & τὸ ζεῖ illi συνήθεσι : quoniam mutant hæc:illa aſſueta non deſerunt.

Μετὰ τὴν φθινοπωρινήν. Poſt Autumnum frigus fugiunt grues,vt & doctiſſimus Poëta

—— : quas frigidus annus
Trans Pontum fugat , & terris immittit apricis.

Μετὰ τὴν ἐαρινήν : alterum genus auium quærentium gelidiora,vt fringillæ & ſimiles.

Φοβούμενα τὰ καύματα : mutauit ἀλέας in καύματα.

Τὰ μὲν ἐκ τῶν ἐγγύς : alia diuiſio:quoniam hirundines mare tantùm tranant: at aliæ ἐκ τῶν ἐσχάτων, vt è Scythia in Æthiopiam. Et addidit ὡς εἰπεῖν : quoniam non eſt verè ἔσχατον.

Οἱ Πυγμαῖοι. Negat eſſe fabulam de his Herodotus. At Philoſophus ſemper moderatus & prudens , etiam addidit ὥσπερ λέγεται. Athenæus in Nono citat Baſilidis librum ſecundum , περὶ Ἰνδικῶν, apud quos Pygmæi etiam perdicibus bellum faciant.Citat & Meneclem in primo *Collectaneorum*. Idem Athenæus in eodem,Beum Poëtam ait fabulantem,Gruem Pygmæis à Iunone mutatam .Fœminam autem antea fuiſſe in honore gentis illius : hoſtéſque iccircò pro ſupplicio factos.Plinius in Sexto,hoc eodem quo Ariſtoteles loco ſtatuit. In Septimo Ariſtotelem ex hoc loco citat:& aliam ſequitur hiſtoriã longè diuerſam.In India ſtatuit : arietum caprarúmque equitatu vti:caſas luto,atque auium debellatarum pennis conſtructas habitare : ternas ſpithanias , id eſt drodantes longos eſſe.In Decimo hanc,quàm illam habet potiorem:quoniam dicit eas venire à mari Eoo. Ergo à Gange,non à Nilo. Et interpretatus eſt τὸ, ἔσχατον, ibi, *immenſum :* mitigata verbi vaſtitate. In Quarto autem,etiam eos fuiſſe tradit, *Catizóſque* à Barbaris appellatos.At hęc omnia antiquorum figmenta,& meræ nugæ:ſi extarent reperirentur.At cùm vniuerſus orbis nũc nobis cognitus ſit,nullibi hæc naturæ excrementa reperiri certiſſimum eſt.Atque Grammaticorum hìc ridenda inſcitia,cùm aiunt,à cubitali magnitudine Pygmæos nomen adeptos. Πῆχυς eſt aliud quàm πυγμή.

CXXVI.

CXXVI. ARISTOTELES.

Καὶ οἱ πελεκᾶνες δὲ ἐκτοπίζουσι, καὶ πέτονται ἀπὸ τοῦ Στρυμόνος ποταμοῦ ἐπὶ τὸν Ἴστρον, κἀκεῖ τεκνοποιοῦνται· ἀθρόοι δ᾽ ἀπέρχονται, ἀναμένοντες οἱ πρότεροι τοὺς ὑστέρους, διὰ τὸ, ὅταν ὑπερπέτωνται τὸ ὄρος, ἀδήλους γίνεσθαι τοὺς ὑστέρους τοῖς προτέροις.

Et plateæ loca mutant, volántque à Strymone fluuio ad Danubium, atque ibi pariunt. Vniuerſæ abeunt: expectanturq́; à prioribus poſteriores. Propterea quòd priorum proſpectus ſuperuolantium montis obiectu intercipitur poſterioribus.

CAESAR.

Nunc ponit hiſtoriam τῶν ἐγγὺς quærentium mediocrem mutationem. Nam à Strymone ad Danubium non tanta eſt mutatio, quanta aut à Nilo, aut à Gange ad Strymonem.

Πελεκᾶνες, *Plateæ* ex Plinij Decimo: quem miror quare nomen Græcum non appoſuit. Ex Nono *hiſtoriarum* ſcripſit ibi de conchis. At addidit ibi hiſtoriam iucundam: aduolare ad alias aues, quæ è mari victitant: corpúſque earum appetere, donec prædam extorqueant. Qui plateam & onocrotalum putant eaſdem eſſe aues, Plinij autoritate ſuam ſi velint, tueri poſſunt opinionem: videtur tamen eas diuerſas facere. Onocrotalum quidem Galliæ Septentrionalis facit incolam: at plateam Ariſtoteles Strymonis & Danubij. De platea fuſiùs in Nono. Ἀθρόοι: *Vniuerſæ: conferta ſimul.*

CXXVII. ARISTOTELES.

Καὶ οἱ ἰχθύες δὲ τὸν αὐτὸν τρόπον, οἱ μὲν, ἐκ τοῦ Πόντου, ἢ εἰς τὸν Πόντον μεταβάλλουσιν· οἱ δὲ, ἐν μὲν τῷ χειμῶνι, ἐκ τοῦ πελάγους πρὸς τὴν γῆν, τὴν ἀλέαν διώκοντες· ἐν δὲ τῷ θέρει, ἐκ τῆς προσγείου εἰς τὸ πέλαγος, φεύγοντες τὴν ἀλέαν.

Sic & piſces quidam aut ex Ponto, aut in Pontum demigrant. Quidam hyeme ex alto ad terram ſequentes teporem per æſtatem ex littoralibus in altum æſtum fugientes.

CAESAR.

Non ex inſtituto hîc agit de piſcibus: ſed vt communem modum illum vtriuſque mutationis etiam piſcibus eſſe oſtenderet, quem poſteà ſeorſum perſequetur. Reſpondet ἐκ τοῦ πόντου, illi: ἐκ τῶν ἐσχάτων: & illi πολλῆς κρατούσης τῆς χώρας. Et τὸ, ἐκ πελάγους, illi, ἐκ τῶν ἐγγύς. Et illi, οἱ μὲν οἰκίας τοῦ χειμῶνος μεταβάλλουσι.

Ἐκ τοῦ Πόντου: ob frigus vitandum. Εἰς τὸν Πόντον, ob æſtum fugiendum.

Τὴν ἀλέαν διώκοντες. Nam tepor maior eſt propè littora. Cauſſas mox dicet: & dixit in Capite de ſpongijs. Mirificè quoque connexuit verba ſequentia. Nam cùm dixiſſet πρὸς τὴν γῆν: ſubdit προσγείων. His quoque poſuit ἀλέαν: ſed priore loco aptiùs teporem quem ſequantur: ſecundo æſtum quem fugiant. Nam & mox eodem in ſignificatu τὰ καύματα.

CXXVIII. ARISTOTELES.

Καὶ τὰ ἀσθενῆ δὲ τῶν ὀρνέων, ἐν μὲν τῷ χειμῶνι καὶ τοῖς πάγοις, εἰς τὰ πεδία καταβαίνουσι, διὰ τὴν ἀλέαν· ἐν δὲ τῷ θέρει, ἀποχωροῦσιν εἰς τὰ ὄρη ἄνω, διὰ τὰ καύματα.

Imbecilles quoque aues hyeme & gelidis tempeſtatibus in campos deſcendunt ob teporem. Aeſtate abſcedunt in montes ſuperiores ob æſtum.

CAESAR.

Alteram ponit partem diuiſionis in auium genere. Nam ſuprà in communi dixerat. Τὰ μὴ δυνάμενα τῶν ζώων μεταβάλλειν. Nunc eodem filo ἀσθενῆ quod dimittit ad aues.

Ἐν τῷ χειμῶνι καὶ τοῖς πάγοις: quoniam hyems non omnis hyemalis eſt.

Εἰς τὰ

Εἰς τὰ πεδία. Sic hyeme multa genera auium nobis vſui ſunt à Pyrenæis deſcendentium: è contrario æſtate alia genera habemus:& vna atque eadem eſt cauſſa.

Τὰ ὄρη ἄνω. Τὸ, ἄνω, παρέλκον eſt: aut ἐπίθετον: aut ſignificat πάλιν.

CXXIX. ARISTOTELES.

Ποιεῖται δὲ ἀεὶ τὰ πρότερα τὴν μετάβασιν τὰ ἀσθενέστερα καθ' ἑκατέραν τὴν ὑπερβολήν· οἷον οἱ μὲν σκόμβροι, τῶν θύννων· αἱ δὲ ὄρτυγες, τῶν γεράνων. τὰ μὲν γὰρ, μεταβάλλει τοῦ Βοηδρομιῶνος· τὰ δὲ, τοῦ Μαιμακτηριῶνος.

Imbecilliora animalia ſecundùm vtrunque exceſſum primo quoque tempore mutant loca. Præuertunt ſcombri thunnis, coturnices gruibus. Nam illi Auguſto, hi Septembri.

CAESAR.

CONCLVSIO demonſtratiua affectus ex cauſſis. Mutant animalia: quia ferre æſtum, aut algorem non poſſunt. Ergo quæ minùs poſſunt, citiùs mutant: quia citiùs ſentiunt. Supra hoc probauit per σύμφυτον αἴσθησιν: præueniunt enim fortiores impreſſiones. Eſt & alia ratio: minùs valent in motu: ergo vt commodiùs abeant, mouere incipiunt temperiùs.

Nota locutionem ποιεῖται τὰ πρότερα. Non dicit πρότερα. Et tamen debuit. Comparat enim mox ſcombros thynnis: ſine verbo: ſeruiret igitur. Οἱ σκόμβροι πρότεροι τῶν θύννων.

Τὰ μὲν γὰρ Βοηδρομιῶνος: ſcombri & coturnices. Τὰ δὲ Μαιμακτηριῶνος: thynni & grues.

CXXX. ARISTOTELES.

Ἔστι δὲ πιότερα πάντα, ὅταν ἐκ τῶν ψυχρῶν τόπων μεταβάλλῃ, ἢ ὅταν ἐκ τῶν θερμῶν· οἷον καὶ αἱ ὄρτυγες τοῦ φθινοπώρου μᾶλλον, ἢ τοῦ ἔαρος.

Sunt omnia pinguiora cùm è frigidis locis tranſmeant, quàm cùm è calidis. Vt coturnices Autumno potiùs quàm vere.

CAESAR.

PERSEQVITVR nunc affectus à qualitate locorum, vnde abeunt. Et certè hyeme multa auium genera ſunt pinguiora, vt gallinago, quam *beccaciam* dicimus: palumbes, turrilia, alaudæ. Verùm non omnes. Nam coturnices in fine æſtatis, & æſtibus Autumni pinguiſsimæ. Ratio duplex: aut à cibo, aut ab aëre. Quæ æſtiuis cibis aluntur, pingueſcunt plus vt coturnices frugibus: & contrà. At aëre frigido quædam pingueſcunt. Turdus vuis pingueſcit ficedula his & fico. Videtur tamen exemplum contrarium propoſitioni. Coturnices, inquit, Autumno quàm vere pinguiores. At Autumno exeunt è regionibus calidis: vere autem ex hyeme exeunt. Sed ita dicas. E locis Africæ venire vere macras: Autumno autem pingues eſſe. Sanè non conſtat ſibi ratio. Exercitium tranandi attenuauit eas cùm venirent: & attenuatæ etiam in Africam proueniunt: otio autem & pabulo hîc ante abitum obeſæ ſunt. Itaque commodiùs compoſuiſſet exempla duo diuerſa coturnicum & gruum. Nam ſanè grues cùm veniunt ſunt pinguiores. Exemplum autem de coturnicibus ſemper eſt idem. Nam ex calore Africæ veniunt huc. Et poſt calorem hinc abeunt.

Καθ' ἑκατέραν ὑπερβολήν: ſcilicet cùm aut æſtum fugiunt, aut gelu. Theodorus *vtranis*, diſiunctim ſenſum aſſequutus, verba prodidit.

CXXXI. ARISTOTELES.

Συμβαίνει δ' ἐκ τῶν ψυχρῶν τόπων ἅμα μεταβάλλειν, καὶ ἐκ τῆς ὥρας τῆς θερμῆς.

Euenit autem vt & frigidis è locis, ſimul & tempore calido diſcedatur.

CAESAR.

C AE S A R.

PERPLEXVM Apoteleſma: ſed ita eſt. Loca frigida ſunt noſtra hyeme: hirundo hinc abit: quoniam frigida ſunt hyeme: ſed abit æſtus autumni tempore. Et dixit συμβαίνει. Quoniam cùm ex Africa venit, fugit æſtum imminentem. Illius igitur, & tempus, & loca æſtuoſa fugit: hinc loca frigida relinquit tempore nondum frigido. Luſit igitur Philoſophus in contrarijs. Sed τό, ἐκ, geminatum, non habet vtrobique eandem proportionem. Ἐκ τῶν τόπων quæ futura ſunt frigida: ἐκ τῆς θερμῆς, quæ tunc eſt calida.

CXXXII. ARISTOTELES.

Ἔχουσι δὲ καὶ πρὸς τὰς ὀχείας ὁρμητικώτερον κατὰ τὴν ἐαρινὴν ὥραν, καὶ ὅταν μεταβάλλωσιν ἐκ τῶν θερμῶν.

Sunt etiam verno tempore appetentiores coïtus, & cùm deſcendunt è calidis locis.

C AE S A R.

ALIVS affectus: ſuprà à corporis conſtitutione de pinguedine: hîc affectus finalis ſpeciei reparandæ: & ratio eſt. *Vere calor redit*, vt ait Virgilius. Ver calore & humido conſtat: etiamſi contrarium, falsò tamen, Galenus dicat.

CXXXIII. ARISTOTELES.

Τῶν μὲν οὖν ὀρνίθων αἱ γέρανοι, καθάπερ εἴρηται πρότερον, ἐκτοπίζουσιν εἰς τὰ ἔσχατα ἐκ τῶν ἐσχάτων. πέτονται δὲ πρὸς τὸ πνεῦμα. τὸ δὲ περὶ τοῦ λίθου, ψεῦδός ἐστι. λέγεται γὰρ ὡς ἔχουσιν ἕρμα λίθον, ὃς γίνεται χρήσιμος πρὸς τὰς τοῦ χρυσοῦ βασάνους, ὅταν ἐκπέσῃ.

Ac quemadmodum ſuprà dictum eſt, grues ab extremis in extremas manant partes. Aduerſo vento volant. De lapide, quod aiunt, falſum eſt eum eas pro libramento habere: eſſeque vtilem ad auri indicium, cùm deciderit.

C AE S A R.

HÆC eſt altera Capitis pars: in qua particulatim hiſtorias perſequitur. Ac primùm de gruibus: deinde de palumbibus & turturibus, & rupilijs, & hirundinibus. Tertiò de coturnicibus. Quartò, de pſittaco & commoditate linguarum auium ad loquēdum. Poſtremò de generibus gregalium auium.

Πρὸς τὸ πνεῦμα Theodorus, *flatu ſecundo*. Quod autem hîc ait Philoſophus de lapide quem in volatu eas pro libramento habere, fertur, falſum eſſe, Plinius contrarium ſentire, videtur lib. x. cap. XXIII. Ait enim eas, cùm in Pontum tranſuolare decreuerint, quò faciliùs id agant, anguſtias inter duo promontoria Criumetopon & Carambin petere, mox ſaburra ſtabiliri: atque cùm medium tranſierint, abijci lapillos è pedibus: cùm attigerint continentem è gutture arenam. Hæc certè conuenire non videntur cum ſententia Ariſtotelis.

Ἕρμα λίθον. Ἀποθετικῶς. Ἕρμα, ſcilicet ὡς ἕρμα. Eſt enim ἕρμα fultura nauium eas ſuſtinens dum ſunt in ſicco, ne in latus cadant. Ita ſaburra ἕρμα erit. Hoc modo ſaburræ comparatur lapillus apum à Poëta, ne vaccillent in volatu. *Libramentum*, nos, potiùs quàm, *fulcimentum*, vt Theodorus. Nam non fulciuntur, ſed librantur: ſanè fultura ſuſtinet: ſuburra agrauat. Neque obſtrepant diligentiæ. Sic M. Tullius paſſus eſt emendari: qui *inhibendi* verbum malè tranſtuliſſet.

Βασάνους: Βάσανος *indicium*, vnde *index* lapis niger.

Ὅταν ἐκπέσῃ. Non quia tunc ea illi vis acquiratur, ſed quia commoditate vtendi.

CXXXIV. ARISTOTELES.

Ἀπαίρουσι δὲ καὶ αἱ φάτται, καὶ αἱ πελειάδες, καὶ οὐ χειμάζουσι, καὶ αἱ χελιδόνες καὶ αἱ τρυγόνες· αἱ δὲ περιστεραὶ καταμένουσιν. ὁμοίως δὲ καὶ οἱ ὄρτυγες, ἐὰν

Abeunt palumbes & turriliæ, neque hybernant. Item hirundines & turtures: columbæ non abeunt. Præterea coturnices exceptis paucis reliquijs

μή τινες ὑπολειφθῶσι καὶ τῶν τρυγόνων, καὶ τῶν ὀρτύγων ἐν εὐηλίοις χωρίοις. ἀγελάζονται δ' αἵ τε φάτται καὶ αἱ τρυγόνες, ὅταν τε παραγίνωνται, καὶ ὅταν πάλιν ὥρα ᾖ πρὸς τὴν ἀνακομιδήν.

coturnicum & turturum in locis apricis. Congregantur & palumbes, & turtures, vel cùm accedunt, vel cùm in eo ſunt, vt reuertantur.

CAESAR.

NVNC de abitu columbaceorum: & intermiſcet hirundinem longè diuerſiſſimum genus. Ait palumbes abire hyeme. At nos hîc tota hyeme eſitamus pinguiſſimas. Πελειάδας autem cùm dicit abire, declarat ſe non intelligere turriliam ſed rupiliam. De quibus in Quinto abundè diximus.

Ἀπαίρουσι verbum nauticum: tollunt anchoras, ſiue ſarcinas.

Ὁμοίως δὲ καὶ αἱ ὄρτυγες: malè conſuluit perſpicuitati. Cum ὁμοίως ſtatim ſequitur τὸ καταμένουσι. Et tamen referenda eſt ad ἀπαίρουσι.

Παραγίνωνται. Theodorus, *cùm accedunt*: at præteritum hîc eſt: rectè tamen. Nam, *accedunt*, eſt in motu: motus autem qui fit, neceſſe eſt partim præteriiſſe.

Ὥρα ᾖ: *cùm fuerit tempus*. Nos Latinè, *cùm in eo ſunt*. Ἀνακομιδὴ eſt *recuperatio* ad verbum.

Ἀγελάζονται. Theodorus, *volant gregatim*: minùs rectè: ſed, *congregantur ante ipſum abitum*. Conſilium declarat Philoſophus abeuntium.

CXXXV. ARISTOTELES.

Οἱ δὲ ὄρτυγες, ὅταν πέσωσιν, ἐὰν μὲν εὐδία ᾖ ἢ βόρειον, ἤτοι συνδυάζονταί τε καὶ εὐημεροῦσιν· ἐὰν δὲ νότος, χαλεπῶς ἔχουσι, διὰ τὸ μὴ εἶναι πτητικοί· ὑγρὸς γὰρ καὶ βαρὺς ὁ ἄνεμος· διὸ καὶ οἱ θηρεύοντες, ἐπιχειροῦσι τοῖς νοτίοις. οὐ πέτονται δὲ διὰ τὸ βάρος. πολὺ γὰρ τὸ σῶμα· διὸ καὶ βοῶντες πέτονται. πονοῦσι γάρ. ὅταν μὲν οὖν ἐκεῖθεν παραβάλλωσιν, οὐκ ἔχουσιν ἡγεμόνας· ὅταν δ' ἐντεῦθεν ἀπαίρωσιν, ἥ τε γλωττὶς συναπαίρει, καὶ ἡ ὀρτυγομήτρα, καὶ ὁ ὦτος, καὶ ὁ κίχραμος, ὅσπερ αὐτὰς καὶ ἀνακαλεῖται νύκτωρ. καὶ ὅταν τούτου τὴν φωνὴν ἀκούσωσιν οἱ θηρεύοντες, ἴσασιν ὅτι οὐ καταμένουσιν. ἡ δὲ ὀρτυγομήτρα, παραπλήσιος τὴν μορφὴν τοῖς λιμναίοις ἐστί· καὶ ἡ γλωττὶς, γλῶτταν ἐξαγομένην ἔχουσα μέχρι πόρρω. ὁ δὲ ὦτος, ὅμοιος τῇ γλαυκί, καὶ περὶ τὰ ὦτα πτερύγια ἔχων. ἔνιοι δὲ αὐτὸν νυκτικόρακα καλοῦσιν. ἔστι δὲ κόβαλος, καὶ μιμητὴς, καὶ ἀντορχούμενος ἁλίσκεται, περιελθόντος θατέρου τῶν θηρευτῶν, καθάπερ ἡ γλαύξ.

Coturnices cùm ceciderint, ſi ſerenum ſit cœlum, aut aquilonium, per paria coniunguntur, & rectè habent. Auſtrum flantem moleſtè ferunt: proptereà quòd minùs habiles ſunt ad volandum. Eſt quippe ventus & humidus, & grauis. Itaque aucupes captant ex Auſtro venandi occaſionem. Nequeunt autem volare ob grauitatem. Corpulentæ enim valde ſunt. Iccircò cùm clamore volant: quia laborant. Igitur cùm illinc appellunt, ducem nullum habent. Cum hinc abeunt: tum ligula ſimul demigrat, & ortygometra, & noctuinus, & cychramus, qui etiam noctu eas reuocat. Cuius vocem aucupes cùm audiuerint, ſciunt ipſas nō manſuras. Ortygometra ſimili facie eſt auibus paluſtribus. Ligula habet linguam extortam vſque porrò. Noctuinus eſt ſimilis noctuis: ac circa aures pinnulas habet. Eum quidam vocant nicticoracem. *Blatero eſt, geſticulator: capiturq́; ſaltatione à venatore, quam viciſſim imitatur: itaque ab ſocio circumuenitur ſicut noctua.*

CÆSAR.

NVNC de abitu coturnicum, & earum ſocietate. Aſſignat γλωττίδα, ὦτον, ὀρτυγομήτραν quas deſcribit, & cychramum quem non deſcribit hîc, neque alibi, neque Plinius, neque Ælianus, neque Athenæus, neque alius quiſquam, quod meminerim. Nomen ſolum apud Plinium in X. Mirum nocturnas aues cum diurnis contrahere ſocietatem.

Ὅταν πέσωσι, *cùm deciderint*: ſcilicet præ labore cùm ſeſe demiſerint: ſi ſerenum ſit & flat Aquilo, benè eis eſt: quoniam ſiccus ventus eſt. Auſtro autem grauantur: cùm alioqui ſuopte pondere ipſæ ſint grauiores: grauantur autem ſane vento humido. At in noſtre Codice duo maximi erant errores. Ἠρεμοῦσι pro εὐημεροῦσι. Et, εὐδίας δ' οὐ πέτονται. At enimuerò, ſi ſereno tempore quieſcunt, & Auſtrino non volant, nunquam volabunt, ſi neque vdo, neque ſudo. At Plinius, *aura vehi volunt*, inquit, *propter pondus corporum, paruáſque vires*. Et mox, *Aquilone maximè volant*. Itaque ſic legendum. Οὐ πέτονται δὲ διὰ τὸ βάρος: minimè enim commodè volant ſua natura. Itaque addito Auſtri incommodo, peius volant. Notabis hîc εὐδίαν ſerenum, non tepidum ſonare.

Διὸ καὶ

Διὸ καὶ βοῶντες: ratio, quare laborent in volando. Sed peſſima ratio. Cypſelli enim penè perpetuo clamore volant, quibus nihil volacius eſt. Milui quoque volando ſæpiſſimè clamant, & mulis, qui gementes gerunt ſarcinas, nulli præſtantiores. Plinius Philoſophum ſecutus, *hinc*, inquit, *volantium illa conqueſtio labore expreſſa.*

Πολὺ γὰρ τὸ σῶμα. Theodorus iucundè diffudit orationem: *ſunt corpore grandiores quàm ſuis pennis deferri poſſint.* Sicut & illud: πονοῦσι γὰρ, *laborant enim quaſi oppreſſæ onere.*

Παραβάλλουσι. Nauticum eſt verbum: *appellere* optimè Latini dicunt.

Γλωττὶς, Theodorus *lingulaca* rectè: nos *ligula*: ὠτὸν non mutauit vocem, ſed mox *auritum* vertit. Nos *noctuinum*: nihil enim noctuæ ſimilius, ſi pinnulas ad aures excipias, quibus noctua caret. Otum hic & nicticoracem eaſdem aues ex quorundam opinione ait. Quid verò ſentiremus nos, alibi diximus.

Ὀρτυγομήτραν Theodorus: *matricem*, minùs rectè: potiùs, *coturnicomatrem.* Facit eam λιμναίοις, & ſanè non eſt abſimilis gallinagini: corpore eam æquat, colore tamen dilutiore: facies tota eſt coturnicis. Etiam hodie aucupes quidam *matrem qualearum*, hoc eſt, coturnicum vocant. Quidam etiam *Raſcle.* Γλωττὶς autem quæ ſit, nondum mihi conſtat. Ridiculum quod quidam de phœnicoptero auſus eſt pronunciare.

Κολοβὸς, μιμητὴς, ἀντορχούμενος. Κολοβὸς dicitur mutilus membris, ſed & ſermone. Iccirco *blateronem* Theodorus vertit. Bambalio eſt κολοβὸς: quemadmodum iſti ſophomoriones diſtorto ore & mutilis aut perplexis verbis riſum cient. Κολοβοστομία eſt inter vitia pronunciationum. Plinius *paraſitam auem imitatricem & ſaltatricem* vocat. Theodorus, *hallucinatorem*, non rectè: & *planipedem*, paulò feliciùs. Sed *cinædum* etiam potuit, qui *planipedem* auſus eſt. Nos *mimum* quoque dicere poſſemus.

Περιελθόντος θατέρου θηρεύονται: mira breuitate: ergo ſunt duo. Theodorus, *intentus in altero aucupe*: in alterum debuit dicere.

Ἀντορχούμενος, *viciſſim geſticulans*: ὄρχησις aliud eſt quàm ἅλμα.

CXXXVI. ARISTOTELES.

Ὅλως δὲ τὰ γαμψώνυχα πάντα βραχυτράχηλα καὶ πλατύγλωττα καὶ μιμητικά. καὶ γὰρ τὸ ἰνδικὸν ὄρνεον ἡ ψιττάκη, τὸ λεγόμενον ἀνθρωπόγλωττον, τοιοῦτόν ἐστι· καὶ ἀκολαστότερον δὲ γίνεται, ὅταν πίῃ οἶνον.

Omnium autem vncungues & collo ſunt breuiore, & latiorem linguam habent, & imitatrices ſunt. Talis enim & auis Indica pſittacus, quam ab humana lingua Græci ἀνθρωπόγλωττον nominant. Is etiam vini potu fit intemperantior.

CÆSAR.

REDIGIT hiſtoriam particularem ad ſententiam communem. Et ſanè pſittacus etiam ſaltat, ſaltantem cùm intuetur doctus. Hoc vidimus nos: & annuentem vidimus. Ψιττάκην dixit Philoſophus genere fœminino. Latini verò maſculinè extulerunt.

Ἀνθρωπόγλωττον. Theodorus omiſit: ἀκολαστότερον, autem *loquaciorem* vertit, malè: vtrunque enim complectendum fuit: & loquela & imitatio è geſticulatione.

CXXXVII. ARISTOTELES.

Ἀγελαῖοι δὲ τῶν ὀρνίθων εἰσί, γέρανος, κύκνος, πελεκὰν, χὴν ὁ μικρός.

Gregales aues ſunt, grus, olor, platea, anſer minor.

CÆSAR.

AFfectum hærentem motui ac mutationi locorum narrat.

Χὴν ὁ μικρός: *pauarum* vocant Adriatici ſinus accolæ Padani: vbi maxima copia harum auium. Suaues enim ſunt in cibo.

CAPVT DECIMVM-SEXTVM,

De Piſcibus qui mutent loca, & quo tempore.

CXXXVIII. ARISTOTELES.

Τῶν δ' ἰχθύων οἱ μὲν, ὥσπερ εἴρηται, μεταβάλλουσιν εἰς τὴν γῆν ἐκ τοῦ πελάγους καὶ εἰς τὸ πέλαγος ἀπὸ τῆς γῆς, φεύγοντες τὰς ὑπερβολὰς τοῦ ψύχους καὶ τῆς ἀλέας. ἀμείνους δ' εἰσὶν οἱ πρόσγειοι τῶν πελαγίων. πλείω γὰρ καὶ βελτίω νομὴν ἔχουσιν, ὅπου γὰρ ἂν ὁ ἥλιος ἐπιβάλλῃ, φύεται πλείω καὶ βελτίω, καὶ ἁπαλώτερα, οἷον ἐν κήποις. καὶ ὁ θὶς ὁ μέλας, φύεται πρὸς τῇ γῇ· ὁ δ' ἄλλος ὅμοιός ἐστι τοῖς ἀγρίοις. ἔτι δὲ καὶ κεκραμένοι τυγχάνουσι καλῶς τοῦ θερμοῦ καὶ τοῦ ψυχροῦ οἱ τόποι οἱ πρόσγειοι τῆς θαλάττης· διὸ καὶ σάρκας συνεστήκασι μᾶλλον τῶν τοιούτων ἰχθύων· τῶν δὲ πελαγίων ὑγραί εἰσι καὶ κεχυμέναι.

Ex piſcibus nonnulli, vt diximus, commeant in terram ex alto, & à terra in altum fugientes vel gelu, vel æſtus exceſſum. Præſtantiores ſunt littorales iis qui in alto agitant. Nam & vberiore & meliore vtuntur pabulo. Qua enim ſol inuadit, oritur & largius, & probius, & mollius: veluti in hortis. Nam & algula nigra ſecus terram naſcitur. Alia autem ſimilior agreſti eſt. Maritima quoque loca littoralia benè temperata, ex calido & frigido ſunt. Iccirco etiam huiuſmodi piſcium carnes compactiores ſunt. At eorum qui in alto degunt, humidæ ac fluidæ.

CAESAR.

NVNC de piſcibus, qui & quando mutent loca. Ac priùs de parua mutatione quam dixerat ſuprà ἐκ τῆς ἐγγύς: & comparat littorales pelagicis: præſértque: additque cauſſas non abſimiles iis, quas in Capite de ſpongiis poſuerat. In ſumma duæ ſunt: cibus, & τὸ περιέχον: ſcilicet aqua. Cibi modos attribuit duos, copiam & bonitatem: bonitati modum vnum, teneritudinem. Aquæ bonitatem declarat temperamentum: & addidit his cauſſam, Solem. Et poſtremò declarat id quod dixerat, ἀμείνους δ' εἰσὶν οἱ πρόσγειοι, cùm dixit αἱ σάρκες: à carnium compactione indicium dat.

Εἰς τὴν γῆν: abuſiuè pro, πρός.

Τὰς ὑπερβολάς, *exuperantias* Theodorus, hîc & in prima ſectione *Problematum*: nos exceſſum In plurali dixit, quoniam ſunt contraria gelu, & æſtus. Contraria ergo plura vno. Et ſibi conſtat: quoniam mox dicit: κεκραμένοι καλῶς. Sequuntur igitur temperata loca littoris, qui fugiunt τὴν ὑπερβολὴν τοῦ πελάγους.

Ἀμείνους: quoniam pinguiores & firmiori carne. Itaque ἐκ τοῦ πλείω: copia carnis: ἐκ τοῦ βελτίω, bonitas: ἐκ τοῦ ἁπαλώτερα, inuitatio ad eſitandum.

Καὶ ὁ θὶς, Theodorus *litum*, ſic enim algulam littoralem vocat. Sed malè confundit nomen vetus cum re noua Latinis: à littore dicta herbula. ὁ δ' ἄλλος, qui non eſt πρὸς τῇ γῇ.

Κεκραμένοι καλῶς τὸ, καλῶς, quaſi ἴσως.

Συνεστήκασι: in præterito, vt naturale eſſe oſtenderet: *conſiſtunt, conſtantes ſunt*. Τὸ συν ſignificat partium propinquitatem: eſt definitio denſi Theodorus, *conſtet*, ſatis modico verbo.

Ὑγραὶ *humida, mollis*: imò ſiccæ ſunt carnes, neque humidum illud pingue intermiſtum habent: ſed quaſi ſunt ſtuppeæ. Ergo κεχυμέναι: *ſolutæ*, Theodorus rectiſſimè: *fluidæ* quoniam non cohærent.

CXXXIX. ARISTOTELES.

Εἰσὶ δὲ πρόσγειοι, συνόδων, κάνθαρος, ὀρφώς, χρύσοφρυς, κεστρεύς, τρίγλη, κίχλη, δράκων, καλλιώνυμος, κωβιός, καὶ τὰ πετραῖα πάντα.

Svnt littorales, dentex, cantharus, cernua, aurata, mugil, mullus, turdus, draco, callionymus, gobio, & ſaxatiles omnes.

CAESAR.

CAESAR.

ENVMERAT eos qui littora accolunt,non tamen omnes.

Canthari nomen ſolum apud Plinium. Oppianus ipſius laudat caſtitatem,qui fœmella ſua ſola contentus viuat. Forma corporis auratæ & ſargo ſimilis. Prouinciales,vt audio, *cantheno* vocant.

Draco piſcis ſatis cognitus vel ab aculeorum ictu, quos in branchiis ad caudam ſpectantes habet: qui ideo non ſine periculo temerè attrectantur. *Viue* à Gallis dicitur: piſcis littoralis,dura & ſuaui carne.

Athenæus in VIII. Callionymum etiam *ὑρανοσκόπον* vocat & *ἅγιον*: qui cum Latino nomine careat *caliſpex*, rectè meo quidem iudicio dici poteſt. Sic & Romæ erat Apollo cognomine *caliſpex*. Plinius in XXXII. Callionymum etiam *vranoſcopum* dici ſcribit. Cur autem Theodorus *pulchrum* vocet neſcio. Id autem nominis ſignificationi non reſpondet: non etenim pulcher,cùm etiam fœdo ſit aſpectu, ſed *pulchrinominis*, interpretari debuerat, ſi vno verbo id efferri lingua Latina poſſe pateretur. Vranoſcopi autem nomen habere videtur ab oculorum ſitu. Suprà caput enim habet, vt ſemper cœlum aſpiciat. Hunc in Liguria cùm eſſemus,vidimus: ab accolis obſcœno nomine vocatur. Caro eius ferinum quid redolet:quare inſuauis,vt aiunt

Καὶ πάντα τὰ πετραῖα. Neceſſe enim eſt ſaxatiles eſſe *προσγείους*. Itaque non potes commodè interpretari *littorales*. Neque enim omne littus ſaxatile eſt.

CXL. ARISTOTELES.

Πελάγιοι δὲ, ζυγαὶ, καὶ τὰ σελάχη, καὶ γόγγροι οἱ λευκοὶ, χάννη, ἐρυθρῖνος, γλαῦκος.

IN alto degunt paſtinacæ, cartilaginea, congri albi: channa, rubellius, cæſius.

CAESAR.

Congri albi: ergo etiam nigri ſunt. Et hæ notæ certè conſpicuæ ſunt in quibuſdam congris:quæ ideo eorum duo faciunt genera. Quorum vnum albicet pelagium: alterum ſit ſubnigrum littora amans. Paſſim hæ differentiæ cognitæ ſunt.

Glaucum *cæſium* diximus à colore cæſio: eius enim dorſum cæſium eſt:venter candidus paruis & minutiſſimis ſquammis. Romani *lechiam* vocant: de cura maris glauci erga prolem mira narrat Ælianus cap. XLVII. lib. XI.

CXLI. ARISTOTELES.

Φάγροι δὲ καὶ σκορπίοι, καὶ γόγγροι οἱ μέλανες, καὶ μύραιναι, καὶ κόκκυγες, ἐπαμφοτερίζουσι.

PAgri autem & ſcorpij, & congri atri, & murænæ, & cuculi vtriſque locis verſantur.

CAESAR.

DE his ſuprà abundè à nobis dictum eſt: quemadmodum & ſuperiori Apoteleſmate congros albos eſſe dixit,ſic & hîc atros.

CXLII. ARISTOTELES.

Εἰσὶ δὲ διαφοραὶ τούτων καὶ κατὰ τοὺς τόπους· οἷον περὶ Κρήτην οἱ κωβιοὶ, καὶ τὰ πετραῖα πάντα, πίονα γίνεται.

LOcorum quoque differunt hi ratione. Vt circa Cretam gobij, & ſaxatiles omnes pingues ſunt.

CAESAR.

NOn ſolùm propter loca animalia,vt quod littora accolunt,aut in alto victitant,differunt inter ſe:ſed certis locis hæc aut illa meliùs habent quàm alibi. Et ponit exemplum: rationem autem ſuprà poſuit:à pabulo. Gobij in æſtuariis Adriaticis pinguiſſimi ſunt.

CXLIII.

CXLIII. ARISTOTELES.

Γίνεται δὲ καὶ ὁ θύννος ἀγαθὸς πάλιν μετ' ἀρκτοῦρον. ἤδη γὰρ οἰστρῶν παύεται ταύτην τὴν ὥραν. διὰ γὰρ τοῦτο ἐν τῷ θέρει χείρων ἐστί.

Poſt Arcturum iterum thynnus bonus euadit: hoc enim tempore ceſſat agitari aſilo. Quæ eſt cauſa quare æſtate deterior ſit.

CÆSAR.

SVprà à locis, nunc à tempore, & reddit cauſſam in thynno, qui agitatus aſilo furit æſtate: οἶστρος qui ſit ſuprà diximus.

CXLIV. ARISTOTELES.

Γίνονται δὲ καὶ ἐν ταῖς λιμνοθαλάτταις πολλαὶ τῶν ἰχθύων, οἷον σάλπαι, χρύσοφρυς, τρίγλη, καὶ τῶν ἄλλων σχεδὸν οἱ πλεῖστοι. γίνονται δὲ καὶ αἱ ἀμίαι, οἷον περὶ Ἀλωπεκόννησον· καὶ ἐν τῇ Βιστονίδι λίμνῃ ἔνεστι τὰ γένη τῶν ἰχθύων.

IN maritimis lacubus etiam multi naſcuntur piſces: vt ſalpa, aurata, mullus: atque ex alijs ferè generibus plurimi. Quippe etiam amiæ: vt circa Alopeconneſum, & in Biſtone palude inſunt piſcium genera.

CAESAR.

REdit ad loca: quorum rationem cum aliis communicat. Intelligit lacus maritimos, ſinus maris proximos, in quos mare non recipit ſe. Ratio eſt: quia principia generationis ſunt, vbi etiam materia eſt. Aqua ibi maris eſt: ergo & principia animantium alia eſſe poſſunt: vt taceam ſubterraneos meatus.

CXLV. ARISTOTELES.

Τῶν δὲ κολιῶν οἱ πολλοὶ, εἰς μὲν τὸν Πόντον οὐκ ἐμβάλλουσιν· ἐν δὲ τῇ Προποντίδι θερίζουσι καὶ ἐκτίκτουσι. χειμάζουσι δ' ἐν τῷ Αἰγαίῳ.

GRacculorum plerique Pontum non ſubeunt: ſed in Propontide æſtuāt & pariunt. Hybernant in Ægæo.

CÆSAR.

POsT pauxillam digreſsionem redit ad piſces qui loca mutant. Et poſuit à longinquis vt thynnorum: & à propinquis, vt littoralium qui altum petunt. Nunc ponit mediocrem mutationem gracculorum: qui citra Pontum æſtatem, in Ægæo hyemem agitent. Eſt enim Propontis Sinus maris ante Pontum, vnde & nomen: pone fines.

Κολιοὶ Theodorus, *monedulæ*: nos *gracculi*.

CXLVI. ARISTOTELES.

Θύννοι δὲ καὶ πηλαμύδες, καὶ ἀμίαι, εἰς τὸν Πόντον ἐμβάλλουσι τοῦ ἔαρος καὶ θερίζουσι. σχεδὸν δὲ καὶ οἱ πλεῖστοι τῶν ῥυάδων [τε] καὶ ἀγελαίων ἰχθύων. εἰσὶ δὲ οἱ πλεῖστοι ἀγελαῖοι. ἔχουσι δὲ οἱ ἀγελαῖοι ἡγεμόνα. πάντες δὲ εἰσπλέουσιν εἰς τὸν Πόντον, διά τε τὴν τροφὴν, (ἡ γὰρ νομὴ καὶ πλείων καὶ βελτίων, διὰ τὸ πότιμον) καὶ διὰ τὰ θηρία τὰ μεγάλα, ὅτι ἐλάττω ἐστὶν ἐκεῖσε. ἔξω γὰρ φωκαίνης καὶ δελφῖνος, οὐδέν ἐστιν ἐν τῷ Πόντῳ· καὶ ὁ δελφὶς μικρός· ἔξω δὲ εὐθὺς προελθόντι μεγάλοι. διά τε δὴ τὴν τροφὴν εἰς

THunni & lutaria, & amiæ in Pontum traijciunt vere, atque ibi æſtatem habent, ac ferè maxima pars fuſancorum, & gregatilium. Maxima autem pars piſcium eſt gregatilis. Habent hi ducem: omnéſque Pontum ſubeunt, tum propter pabulum quod & largius & præſtantius ex aqua dulci eſt, tum ob belluas grandiores quæ ibi ſunt infrequentiores. Nam præter phocænam & delphinum, nulla in Ponto eſt. Et ipſe ſanè delphin puſillus ibi: exeunti autem illicò grandis. Igitur & pabuli gratia, &

πλεῖστοι,

πλέουσι, καὶ διὰ τὸν τόκον. τόποι γάρ εἰσιν ἐπιτήδειοι εἰς τὸ τίκτειν καὶ τὸ πότιμον, καὶ τὸ γλυκύτερον ὕδωρ ἐκτρέφει τὰ κυήματα. ὅταν δὲ τέκωσι, καὶ τὰ γινόμενα αὐξηθῇ, ἐκπλέουσιν εὐθὺς μετὰ πλειάδα. ἂν μὲν οὖν τόπιος ὁ χειμὼν ᾖ, βραδύτερον ἐκπλέουσιν. ἂν δὲ βόρειος, θᾶττον, διὰ τὸ, τὸ πνεῦμα συνεπουρίζειν. καὶ ὁ γόνος δὲ τότε μικρὸς ἁλίσκεται περὶ Βυζάντιον, ἅτε οὐ γινομένης ἐν τῷ Πόντῳ πολλῆς διατριβῆς.

pariundi cauſſa eò adnatant. Sunt enim loca ad pariendum accommoda, & potabilis aqua, & dulcior catulos educat. Vbi pepererint, & fœtus aucti fuerint recedunt ſtatim poſt Vergilias. Auſtrina hyeme ſeriùs egrediuntur. Aquilonia temperiùs: vento enim ſecundo iuuantur. Eorum itaque proles tum parua capitur ad Byzantium: propterea quòd non diu manſerit in Ponto.

CAESAR.

DE Thunnorum & amiarum traiectione narrat, & cauſſas duas ponit: pabulum, & loca ad pariendum: addit & abſentiam belluarum. Reddit cauſſas digreſſus. Aquilone flante, non Auſtro: & quo tempore fœtus minores capiantur, atque vbi. De thunnis & pelamidibus multa ſuprà diximus. Plinius verò cùm hæc ex Ariſtotele ferè ad verbum transferret, mirum, quod phocænam, *vitulum* verterit: niſi phocam pro phocæna legerit. Oppianus verò in Pr mo cùm hanc hiſtoriam pulchrè tractaret, de phocæna nullum verbum fecit.

Ὅτι ἐλάττω: non eſt contrarium ei quod dicit μεγάλα: ſed numerum ſignificat, vt ſequitur: excludendo omnia præter duo genera. Quid ſi vtrunque comprehendit. Subdit enim delphinum ibi eſſe μικρόν. Et nota loquutionem: διὰ τὰ θηρία τὰ μεγάλα: immo, propter non belluas: ideo ſubdit, ὅτι ἐλάττω καὶ τὸ πότιμον: quoniam aqua dulci melius prouenit pabulum & largius.

Duas cauſſas poſuit τροφὴν καὶ θηρίων ἀπουσία: & poſteà repetit: διά τε τὴν τροφὴν καὶ διὰ τὸν τόκον. Declarat quod dixerat τὰ θηρία: quibus obnoxij ſunt fœtus. Sed & alia cauſſa διὰ τὸν τόκον: quia loca ſunt apta excipiendis fœtibus: ſunt enim vadoſa. Iccirco abſunt belluæ: hoc non dixit. Sed addit aquam dulcem illis conferre ad educationem & incrementum.

Ὅταν τέκωσι: ſubdit τὰ γινόμενα: dixiſſet τὰ τικτόμενα.

Συνεπουρίζειν, οὖρος ventum ſecundum ſignificat. Ergo τὸ, συν comitatur natatum: τὸ ἐπὶ à tergo: τὸ οὐρίζειν, definit venti naturam.

Τότε: cùm flat Aquilo: quoniam temperiùs abſcedunt: lege, οὐ γινομένης: non autem vt erat ſcriptum αὐτῆς γινομένης. Ratio eſt quare puſillus ſit fœtus: quia non diu manſit in Ponto, obſecundante transmigrationem Aquilone.

CXLVII. ARISTOTELES.

Οἱ μὲν οὖν ἄλλοι καὶ ἐκπλέοντες καὶ εἰσπλέοντες δῆλοί εἰσιν· αἱ δὲ τριχίαι, μόνοι τῶν ἰχθύων εἰσπλέοντες μὲν ἁλίσκονται, ἐκπλέοντες δὲ οὐχ ὁρῶνται· ἀλλ᾽ ὅταν καὶ ληφθῇ τις περὶ Βυζάντιον, οἱ ἁλιεῖς τὰ δίκτυα περικαθαίρουσι, διὰ τὸ μὴ εἰωθέναι ἐκπλεῖν. αἴτιον δὲ, ὅτι οὗτοι μόνοι ἀναπλέουσιν εἰς τὸν Ἴστρον· εἶθ᾽ ᾗ σχίζεται, καταπλέουσιν εἰς τὸν Ἀδρίαν. σημεῖον δέ· τὸ γὰρ συμβαίνει τοὐναντίον. ἐκπλέοντες μὲν γὰρ, οὐχ ἁλίσκονται εἰς τὸν Ἀδρίαν· εἰσπλέοντες δὲ, ἁλίσκονται.

ALij tàm adeuntes quàm abeuntes videntur. At trachiæ ſoli è piſcibus cùm abeunt, capiuntur. Reuerti nulli videntur. Sed ad Byzantium ſi quis capiatur, piſcatores retia luſtrant: propterea quòd reuerti non conſueuerint. In cauſſa eſt, quoniam hi ſoli in Iſtrum abeunt. Atque vbi finditur, in Adriaticum deſcendunt. Cuius rei eſt argumentum, quòd ex Adriatico abeuntes nulli capiuntur. In Adriaticum ingredientes capiuntur.

CAESAR.

VTINAM tantus vir non ſubſcripſiſſet fabulæ Argonautarum, qui ex Iſtro nauigârunt in Adriaticum. A noſtratibus autem, Draua, Saua, Tibiſcus in Danubium influunt: ab eo in Adriam nullus alueus. Et ipſi trichiæ capiuntur, aut abſumuntur à cæteris piſcibus. Appellatione Græca vſi ſumus, quemadmodum & Plinius, qui & ſequutus Ariſtotelis veſtigia ait, eos, poſtquam Iſtrum amnem ſubierint, ex eo ſubterraneis eius venis in Adriaticum mare defluere. Quod & Theodorus, condiens mendacium, addidit, *per abditum terræ meatum*. Cùm autem ait idem, *vnde fiſſo flumine*: meliùs, *quà flumen ſcinditur*.

Εἰσπλέοντες ἁλίσκονται. Sed non vidimus ipſos ſubire, neque ingredi: nullum enim oſtium eſt fluuij

fluuij ab Iſtro. Sed è Carnis plurimi fluuij. Volui ego aliquando ſcire quare vere capiantur in Benaco, vnde illum ſubeunt. Sunt enim ibi trichiæ, aut trichides, aut illis proximi, aut ſimillimi. Nam quidam piſces latent certis temporibus : & Scombri Maio capiuntur in ſinu Iſtrico. At non ſubeunt in Danubium, deinde in Adriam. Et trichiæ in Thyrreno cùm capiuntur non veniunt ex Adriatico. Magna earum copia iuxta Narbonam ferè tota æſtate: & Roianum propè Blauiam in Aquitania.

CXLVIII. ARISTOTELES.

Εἰσπλέουσι δὲ οἱ θύννοι, ἐπὶ δεξιὰ, ἐχόμενοι τῆς γῆς· ἐκπλέουσι δ', ἐπ' ἀριστερά. τοῦτο δέ φασίν τινες ποιεῖν, ὅτι τῷ δεξιῷ ὀξύτερον ὁρῶσι φύσει, τῷ δ' ἀριστερῷ οὐκ ὀξὺ βλέπουσι.

INgrediũtur thunni vergentes dextrorſum ad terram. Egrediuntur ſecundùm littus. Id quod eos autumant facere quidam : propterea quòd dextro oculo natura ſua videant acutiùs, ſiniſtro non ita.

CAESAR.

NVNC duplicem hiſtoriam narrat : & à motu, & à partibus. Senſus enim datus eſt animali, vt ſæpius repetitum eſt ob mouendum: motus ob vitandum, & appetendum. Ergo pro modo ſenſuum, modus motuum. Hæc eſt demonſtratio propter quid. Itaque mouentur ſemper dextrorſum potiùs quàm ſiniſtrorſum thunni : propterea quòd dextro oculo plus vident. Itaque cùm Pontum ingrediuntur, ſecundùm dextrum littus nant. Cùm egrediuntur, ſecundùm ſiniſtrum. Quia in motu reciproco, dextrum ac ſiniſtrum inter ſe commutant.

Ἐπὶ δεξιὰ ἐχόμενοι τῆς γῆς. ἐχόμενοι, ſecundùm terram : τὸ ἐχόμενον enim eſt conſequens & hærens : τῆς γῆς refertur ad ἐχόμενοι, non ad δεξιὰ φύσει: ne quis putaret accidente id fieri.

Dixit τῷ δεξιῷ. Subticuit ὀφθαλμῷ: quoniam verbum ſupplet ſententiam ὁρῶσι, vnde ὄμμα. Et nota prudentiam Philoſophi, φασὶ : nota quoque loquutionem ὀξύτερον, non ὀξὺ : ſicut in quarto, πλατύτερον γὰρ εἶναι τὸ ὀξὺ τῶν ὀδόντων. Sed hîc inſolentiùs : non in ὀξεῖ τῶν ὀδόντων, eſt etiam πλατύ τι. Et addidit βλέπουσι, ſatis habebat enim, ὁρῶσι.

Ἐχόμενοι, Theodorus, *contingentes* : peſſimè : *appellentes*, potiùs. Et addidit de ſuo: *ſed remeant contra*. Et malè Latinè dixit, *læuum in latus ſe admonent.*

Ὀξύτερον. Theodorus, *clariùs*, malè : clarè videt etiam qui non acutè. Nam ſpiritus craſſi & multi : ij procul vident: aut craſsi & pauci : ij, neque procul, neque propè: aut multi & tenues: ij, & procul & propè, aut pauci & tenues: ij, clarè vident, ſed non acutè. Itaque hebes acuto viſu opponitur: clarus obſcuro.

CXLIX. ARISTOTELES.

Τὴν μὲν οὖν ἡμέραν αἱ ῥυάδες κομίζονται, τὴν δὲ νύκτα ἡσυχάζουσι καὶ νέμονται, ἐὰν μὴ σελήνη ᾖ. τότε δὲ κομίζονται καὶ οὐχ ἡσυχάζουσι. λέγουσι δέ τινες τῶν περὶ τὴν θάλατταν, ὡς ὅταν τροπαὶ χειμεριναὶ γίνωνται, οὐκέτι κινοῦνται, ἀλλ' ἡσυχάζουσιν, ὅπου ἂν τύχωσι καταληφθέντες, μέχρι ἰσημερίας.

FVſanei interdiu commeant: noctu abſtinent ab itinere ac paſcuntur : etiam ſilente luna : alioqui abſtinent, ſed iter faciunt. Maris accolæ quidam ita aiunt, per brumam immobiles euadere, & in loco quem nacti fuerint, quietem agere, vſque ad æquinoctij tempus.

CAESAR.

NVNC de ῥυάδων motu duplicem hiſtoriam ab anni, & itineris tempore. Nam ex relatu maritimorum accolarum ait, eos non mutare locum à bruma ad æquinoctium. Ex ſe dicit per diem iter facere, per noctem, non: ſed paſci, ſed in luna ſilente. Nam lucente luna promouere, ratio eſt, lux.

Κομίζονται : referunt ſe. Eſt verbum, vt alibi diximus, agricolarum cùm referunt fruges : κομίζειν enim curam quandam ſignificat. Suprà de auibus, τὴν ἀνακομιδὴν, dixit remeationem.

Ἡσυχάζουσι καὶ νέμονται: ergo οὐχ ἡσυχάζουσι: ſed intellexit ab itinere quieſcunt.

Κἂν μὴ σελήνη ᾖ. τότε γάρ: mira oratio. Paſcuntur, inquit, non lucente luna quod mirum eſt: nam ſilente luna multi piſces defecti pulpa ſunt: non enim paſcuntur noctu: vt gammari fluuiales & alij. Sed addit τότε γάρ: quando τότε? ſcilicet contrarium caſum accipit. τότε, ὅταν ᾖ σελήνη.

Οἱ περὶ τὴν θάλατταν: elegantiſſimè, vt non ſolùm locum, ſed etiam ſtudium maris complexus ſit oratione. Theodorus rectè: *vſuperiti rei marinæ*.

Οὐκέτι κινοῦνται: ſicut glires, & alia, vt inſecta.

Καταληφθέντες, deprehenſi à bruma.

CL. ARISTOTELES.

Οἱ μὲν οὖν κολίαι, εἰσιόντες ἁλίσκονται· ἐξιόντες δὲ, ἧττον. ἄριστοι δέ εἰσιν ἐν τῇ Προποντίδι πρὸ τοῦ τίκτειν.

AC gracculi quidem ſubeuntes capiuntur: exeuntes minùs. Præſtantiſſimi ſunt in Propontide antequam pariant.

CÆSAR.

PELAMYDES non capiebantur cum iis qui ſubibant Pontum: quia nondum natæ erant: ſed cùm egrediebantur. Alij cõtrà: vt trichiæ, quia nõ egrediuntur. Nunc adtexit ſimilem hiſtoriam: ſed & obſcura eſt, & non reddit rationem. Nanque trichiæ ſubibant Iſtrum neque reuertebantur. At gracculi hìc in ancipiti ſunt, quemadmodum intelligas, quare non capiantur: & an exeant. Duplex enim ſenſus eſt: ἐξιόντες οὐχ ἁλίσκονται: vnus eſt. Exeunt & tamen non capiuntur. Alter eſt: non exeunt, iccirco non capiuntur. Sicut ſuprà de trichiis ἐκπλέοντες δ' οὐχ ὁρῶνται. Cauſſa eſt. Atticiſmus in participio: non videntur exeuntes: duplicem ſenſum habet: & latent piſcatores cùm exeunt. Et non exeunt: iccirco non videntur. Sed ſuſtulit ambiguitatem appoſito aduerbio diminutionis: ἧττον, minùs. Cauſſam non apponit: fortaſſe ab accolis Ponti abſumuntur. Fortaſſe noctu abeunt: aut quid aliud ſit. Apponit autem hiſtoriam à cauſſa finali: à cibo ſcilicet, optimos eſſe. Addit locum: in Propontide. Addit tempus: antequam pariant: cohærent enim loca & tempora. E Propontide enim emigrant in Pontum vt pariant. Hìc autem affectus communis eſt maximæ parti animantium. Dico autem maximæ, non vniuerſæ. Quia mox contrariam hiſtoriam videbimus.

Κολίαι Theodorus, *monedulæ*, optimè: ſic dicti enim ſunt à Latinis gracculi à loquacitate: non autem à moneta, vt quidam opinantur, quoniam nummorum ſint furaces. Id & pica, & coruus, & multi alij huius generis agunt. *Monere* autem fuit *loqui*, apud veteres: vnde *mentum* & *Muſæ* filiæ Mnemoſynes. Loquuntur enim quæ meminimus. Vnde etiam *memoriare*, & *meminiſſe*, cum vno caſu memoriam, cum altero loquutionem ſignificat. Nota quoque terminationem mutatam differentiæ cauſſa. Κολίας piſcis, κολοιός auis. Itaque & etiam accentus mutatus ob ſexum: nam κολίας eſſet fœmina.

CLI. ARISTOTELES.

Οἱ δ' ἄλλοι φυάδες, ἐξιόντες ἐκ τοῦ Πόντου, ἁλίσκονταί τε, καὶ μᾶλλον ἄριστοι τότε εἰσὶν ὅταν δὲ εἰσπλέωσιν ἐγγύτατα τοῦ αἰγιαλοῦ, πιότατοι ἁλίσκονται· ὅσῳ δ' ἀνωτέρω, ἀεὶ λεπτότεροι. πολλάκις δὲ καὶ ὅταν πνεῦμα ἀντιπνεύσῃ νότιον, συνεκπλέουσι τοῖς κολίαις καὶ τοῖς σκόμβροις, καὶ κάτω ἁλίσκονται μᾶλλον ἢ περὶ Βυζάντιον.

ALij autem fuſanei, cùm exeunt è Ponto capiuntur: quo tempore longè optimi ſunt. Cùm verò ingrediuntur proxima littora, pinguiſſimi capiuntur. Quo interiùs ſubeunt tantò macriores. Ac ſæpenumero fit, vt cùm increbuerint contrà flatus Auſtrini, ſimul cum gracculis, & ſcombris emigrent: atque infra Byzantium potiùs capiantur.

CAESAR.

CLAVDIT hiſtoriam reliquiis fuſaneorum, quam ponit contrariam gracculis. Quoniam cùm exeunt optimi ſunt. Et alteram eos eſſe pinguiſsimos cùm ingrediuntur. Apponit conditionem à loco : prope littora : detrimentum bonitatis, à loci tractu. Poſtremò communicat tempus demigrandi cum aliis : & dat cauſſam : Auſtrum. Auſter autem educit eos ob teporem quem ſequuntur, vt ſuprà dictum eſt. Quæ igitur eſt cauſſa vt Pontum petant: tepor : eadem vt egrediantur. Simul igitur ſtatuit eorum differentiam & gracculorum, & ſcombrorum. Vt ſcombri minùs metuant à frigore quàm illi. Nam etiam Auſtro ſilente ſcombri exeunt tempeſtiuè. Illi autem ſeriùs niſi ab Auſtro euocati.

Καὶ μᾶλλον ἄριστοι: *magis optimi*: loquutio minùs vſitata, *longè optimi*: ἄριστος enim eſt præſtantiſſimus. Et nota quemadmodum diſtinguat ἀρίστοι, ab eo quod eſt πιότατοι. Deponunt igitur adipem in itinere. In Ponto ob eſcam dulciſſimam, præſtantiſſimum ſaporem adipiſcuntur.

Πνεῦμα ἐπικόψῃ νότιον: periphraſis: πνεῦμα νότιον, pro νότος. ἐπικόψῃ, verbum nauticum: *crebreſcere* Latini dicunt, *crebreſcunt optatæ auræ*, cùm continuant demiſſis interuallis. Verbum militare: cùm vallum munirent, aut telis tuerentur : & lixas ac calones adhortarentur ad ſuggerendum. *Gere porrò* aiebant. Inde *crebrò*. Nota quoque alium ſonum hîc quàm in ſuperioribus. τοῖς κολίοις nunc dicit : at ſuprà οἱ κολίαι.

Ἐγγύτατα τοῦ αἰγιαλοῦ: *proxime littus*: quoniam ibi plus cibi nanciſcuntur. Theodorus legit, *prope Aegæum*. Sed videtur ita eſſe, proxime Ægæum pinguiſſimi: à quo quantò magis abſcedunt, tantò ſint macilenti magis, vt intelligas eſſe in Propontide.

CAPVT DECIMVM-SEPTIMVM,

De Terreſtribus : proportio latibulorum cum ratione demigrandi in piſcibus : & de latibulis piſcium.

CLII. ARISTOTELES.

Τοὺς μὲν οὖν ἐκτοπισμοὺς τοῦτον ποιοῦνται τὸν τρόπον. τὸ δ' αὐτὸ τοῦτο συμβαίνει πάθος καὶ ἐπὶ τῶν χερσαίων κατὰ τὴν φωλείαν. τοῦ μὲν γὰρ χειμῶνος ὁρμῶσι πρὸς τὴν φωλείαν ἀπαλλάττονται δέ, κατὰ τὴν θερμοτέραν ὥραν.

Hoc modo mutant loca piſces. ſimilis verò affectio euenit terreſtribus latitandi tempore imminente. Hyeme enim capiuntur impetu ad latendum : atque redeunt tempore calidiore.

CAESAR.

CAVSSAM demigrationis piſcium ponebat, vt euitarent incommoda. Ita eandem cauſſam alterius euentus : ſcilicet latibulorum. Et apponit rationem : vt hyemem caueant. Poſtremò etiam cauſſam præſcribit. Redeunt, inquit, tempore calidiore : vt intelligamus alterum contrarium appetere, alterum fugere. Neque enim otioſa eſt oratio. Nam quædam vtrunque euitant : vt homo. Suprà autem demigratio ſine latibulis : hîc etiam latibula : quoniam commoda non poſſunt adipiſci.

Πάθος: rectiſsimè : patiuntur enim : iccirco fugiunt : atque hoc eſt quod patiuntur : motus ipſe migrandi.

Ὁρμῶσι, *excitantur*: ὁρμὴν Cicero in libris de *Officiis*, *impetum animi* vocat.

Ἀπαλλάττονται: *liberantur à latibulo*: quoniam torpent hyeme gelu ſeruitutis. Sed ſanè ſignatiſſimum verbum eſt, ἀπαλλάττεσθαι. Signatius tamen eſſet ἐπαλλάττονται.

Κατὰ τὴν φωλείαν. Theodorus, *cùm ſe abdunt & latent*: malè: neque enim migrant cùm latent. Exprimendus eſt, & affectus & finis. Cauſſa enim latendi, qui eſt affectus, motus eſt.

CLIII.

CLIII. ARISTOTELES.

Ποιοῦνται δὲ τὰ ζῶα καὶ τὰς φωλείας, πρὸς τὴν βοήθειαν καὶ τὰς ὑπερβολὰς τῆς ὥρας ἑκατέρας· φωλεύοντα μὲν ὅλον τὸ γένος ἔνιον δὲ, τὰ μὲν, τὰ δὲ, οὔ. τὰ μὲν γὰρ ὀστρακόδερμα, πάντα φωλεῖ οἷον τά τε ἐν τῇ θαλάττῃ, πορφύραι, καὶ κήρυκες, καὶ πᾶν τὸ τοιοῦτο γένος. ἀλλὰ τῶν μὲν ἀπολελυμένων, ἐπιδηλότερός ἐστιν ἡ φωλεία· κρύπτουσι γὰρ αὐτὰ, οἷον οἱ κτένες· τὰ δὲ, ἔχει ἐπιπολῆς ἐπικάλυμμα, οἷον αἱ χερσαῖοι κοχλίαι.

Latent animalia: aut aduerſus vtriuſque temporis exceſſus ſeſe communicant; at ſcabrorum genus omne. Alia non omnia. Iam verò teſtácea latent omnia: veluti ex marítimis, purpuræ, buccini, & vniuerſum genus hoc. Sed manifeſtius hoc agunt ea quæ affixa non ſunt: quippe ſeſe abdunt: vt pectines: Quædam verò in ſuperficie tegumento muniuntur: vt terreſtres cochleæ.

CAESAR.

POSTQVAM cauſſam demigrandi dedit: dat cauſſam latendi: & communicauit cum cæteris animalibus. Nunc & modos latendi connumerat, & ſpecies latentium. Eſt igitur demonſtratio reſolutoria. Sic. Sentiunt. Ergo patiuntur ab exceſſu: ergo mouentur ad euitandum: ergo mutant loca: ergo latent. In communi igitur vniuerſalem propoſitionem ſtatuit: τὰ ζῶα: & ab vniuerſalioribus ſemper: πάντα τὰ φωλεύοντα. Poſteà facit diuiſionem aliorum generum. Et ponit genera ſubalterna integra: οἷον τὰ ὀστρακόδερμα. Apponit exempla purpuræ: & vtitur occupatione προλήψει. Reſpondet enim obiectioni. Nam affixa ὀστρακόδερμα quomodo latent? Neque enim mutant. Reſpondet: minùs deprehendi: & ſtatuit gradus. Nam quæ celeri motu prædita ſunt, abeunt: quæ minùs, non ita. Alia igitur conduntur loco: alia etiam apparato munimento: vt cochleæ. Dubitamus tamen nos: propterea quòd oſtreis per hyemem veſcimur nos, non per æſtatem. Sed etiam cochleæ tellure conduntur.

Πρὸς τὴν βοήθειαν καὶ τὰς ὑπερβολὰς τῆς ἑκατέρας ὥρας. Nota τὸ πρὸς æquiuocum. Nam βοήθεια, contraria eſt τῇ ὑπερβολῇ: & tamen τὸ πρὸς vtrique ſeruit hîc.

Ἐνίων δὲ τὰ μὲν: ἐνίων, pro ἄλλων: ab ipſis φωλευόντων ſcilicet, & proſequitur alteram tantùm partem: τὰ μὲν, alteram non proſequitur: τὰ δ' οὔ: quoniam hoc hîc agit.

Ἀπολελυμένων: interpretati ſumus per contrarium: *quæ non ſunt affixa.* Nam ſi dicas abſoluta, non poſſis Latinè capere. Et reſpondet hæc pars parti ſequenti τῶν δ' ἀναπολύτων.

Τὰ δ' ἔχει. τὸ, δὲ, hoc loco aduerſatiuæ vim habet. *Alia,* inquit, *quanquam non abdunt ſe, tamen operiunt:* qui eſt illis latendi modus. ἔχει, laxiùs poſuit. Neque enim habent niſi cùm ſibi expuerint & confecerint.

Ποιοῦνται τὴν φωλείαν. Theodorus, *ratio latendi, & patendi.* Neſcio quid ſibi velit *patendi:* neque quare poſuerit: extendi, voluit dicere: quis enim dicat. *Ego pateo:* at *ianua patet.* Temerè quoque appoſuit: neque enim egrediuntur vt euitent ὑπερβολήν. ἐπιδηλότερος ἡ φωλεία: Hic φωλεία, non eſt locus, ſed modus latendi: at Theodorus, *latibulum euidentius.*

Ἐπικάλυμμα. Theodorus addidit *leniore,* nimis audacter: & ambitioſè nimis interpretatus eſt: *cochleæ,* inquit, *terreſtres, id eſt, limaces:* alterum ſatis erat.

CLIV. ARISTOTELES.

Τῶν δ' ἀναπολύτων, ἄδηλος ἡ μεταβολή.

At eorum quæ adhærent, modus, quo lateant incertus eſt.

CÆSAR.

HOc reſpondet ſuperiori: ἀπολελυμένων. Itaque Theodorus τὸ, δὲ, malè interpretatus eſt per copulatiuam: diſiungit enim: non copulat.

CLV. ARISTOTELES.

Φωλοῦσι δὲ οὐ τὸν αὐτὸν ὥραν πάντα, ἀλλ' αἱ μὲν κοχλίαι, τοῦ χειμῶνος· αἱ δὲ πορφύραι καὶ οἱ κήρυκες, ὑπὸ κύνα περὶ ἡμέρας τριάκοντα, καὶ οἱ κτένες περὶ τὸν αὐτὸν χρόνον.

Verùm non eodem tempore latent omnia. Sed hyeme cochleæ. Purpuræ & buccini ſub cane circiter dies xxx. Quo tempore etiam pectines.

CÆSAR.

Declarat quod ſuprà propoſuerat, hîc per diuiſionem. Dicebat enim τὰς ἐκείνης ὥρας.

CLVI. ARISTOTELES.

Τὰ δὲ πλεῖστα αὐτῶν φωλεῖ καὶ ἐν τοῖς σφόδρα ψύχεσι, καὶ ἐν ταῖς σφόδρα ἀλέαις.

Maxima verò pars latet: & in vehementi gelu, & in vehementi æſtu.

CÆSAR.

Nunc declarat τὴν ὑπερβολήν: ſicut in prima particula *Problematum*, ὑπερβολὴν ægritudinem dicit: ægritudo eſt prævia morti. Mors vitæ aduerſatur: etiam vitæ actiones ταῖς ὑπερβολαῖς. Itaque Theodorus non rectè omiſit particulam illam σφόδρα, quæ eſt anima ipſius ὑπερβολῆς. Et dixit *vrgente*: malè: neque enim viget algor ea cùm petunt latibula. Sed imminentem præſentiunt natura: ſicut abitum parant quæ emigrant.

CAPVT DECIMVM-OCTAVVM.

Inſectorum latendi ratio.

CLVII. ARISTOTELES.

Τὰ δ' ἔντομα σχεδὸν ἅπαντα φωλεῖ, πλὴν εἴ τι ἐν ταῖς οἰκήσεσι συνανθρωπεύεται αὐτῶν, καὶ ὅσα φθείρεται καὶ μὴ διετίζει. ταῦτα δὲ φωλεῖ τοῦ χειμῶνος.

Inſecta penè omnia latent: niſi ſi qua ex ipſis in domicilijs nobiſcum agitant. Atque ea quæ intereunt, neque perennant. Tempus inſectis latendi hyems.

CÆSAR.

Ab oſtracodermis ad inſecta ſtatim. Cùm tamen nullam ordinis habuerit rationem. Nam neque à notioribus incepit: neque coniunxit marina inter ſe: neque τὰ ἄναιμα. Duo autem ſtatuit genera inſectorum: altera quæ lateant, altera quæ non. Horum item modos duos: vnum quod cum homine habitat: tepore ædium muniunt ſe aduerſus gelu. Alterum quod non excedit annum: neque enim neceſſe habent latere, vt in ſequentem annum tranſmittant. Vltimo loco ponit latendi tempus inſectorum.

Σχεδὸν: declarat mox, quia aliqua non latent. Eſt atque ſi dicat: τὰ πλεῖστα. Iccirco in ſingulari dixit, εἴ τι αὐτῶν: ex magno genere αὐτῶν συνάριθμον, penè eſt, vt ipſe alibi dixit εἴ τι, quoniam pauca. Vt gryllus cantat in furnis: & tamen φωλεῖ. Et muſca: & tamen ἠρεμεῖ maxima ex parte. Sed papiliones lucernarij tunc noctu volitant.

Μὴ διετίζει, aut eſt δύο ἔτη, mutata vocali, vt δίφρος: aut eſt δὶς ἔτος. Itaque *perennare*, verbo interpretati ſumus: quod erat ſacrum, vt in Faſtis.

Ταῦτα δὲ, intellige τὰ φωλεύοντα. Nam eſt ambiguum ſignificatum, ad referendum, proxima, aut longinqua. Theodorus quoque negligentiùs tranſtulit.

CLVIII. ARISTOTELES.

Φωλεῖ δὲ τὰ μὲν, πλείους ἡμέρας· τὰ δὲ, τὰς χειμεριωτέρας, οἷον αἱ μέλιτται. καὶ γὰρ [καὶ] αὗται φωλοῦσι. σημεῖον δ', ὅτι οὐδὲν φαίνονται γευόμεναι τῆς παρακειμένης τροφῆς· καὶ ἐάν τις αὐτῶν ἐξερπύσῃ, φαίνεται διαφανὴς, καὶ οὐδὲν ἐν τῇ κοιλίᾳ ἐνὸν δῆλον. ἡσυχάζει δὲ ἀπὸ πλειάδος δύσεως μέχρι τοῦ ἔαρος.

Latent quædam diebus pluribus: alia gelidioribus tantùm: vt apes: latent enim hæ quoque. Argumento eſt quòd nihil guſtant ciborum qui apponuntur. Tum earum ſi qua ereptârit, videtur tranſlucida: neque quicquam planè in ventre continere. Quieſcunt ab occaſu Virgiliarum ad ver vſque.

CÆSAR.

SVPRA à tempore anni: nunc ponit differentiam à tempore latendi. Diebus pluribus alia, vt ſcarabei & formicæ. Statim enim ineunte primo quoque frigore conduntur. Ponit exemplum apum. Et tribus argumentis probat latere ipſas: primum eſt ab inedia: alterum à priuatione ſenſus: tertium à vacuitate: vltimo loco præſcribit eis tempus.

Καὶ γὰρ αὗται φωλοῦσι: videtur deeſſe alterum, καί. καὶ γὰρ καὶ αὗται φωλοῦσι, *ſicut & alia.*

Legebatur: φαίνεται ἀφανής. Theodorus legit διαφανής. Sic infra de vrſo: κενὰ φαίνονται ἥτε κοιλία καὶ τὰ ἔντερα. Plinius omiſit hæc argumenta. Et reprehendit metam latendi. Ait enim vltra exortum latere. Non enim ad veris initium: neque enim ante fabas florentes exire. Verùm id in Italia ſit. Ariſtoteles in Græcia ſcripſit. Legendum igitur διαφανής, explicatione ſequentium verborum. Cùm dixit: οὐδὲ ἐν τῇ κοιλίᾳ ἐνόν, & addit δῆλον. Fortaſſe aliquid inſit quo naturæ intus onera ſuſtententur: ſed non apparet.

Ἡσυχάζει: mutauit numerum more ſuo.

CLIX. ARISTOTELES.

Ποιοῦνται δὲ τὰ ζῷα τὰς φωλείας, ἀποκρυπτόμενα ἐν ἀλεεινοῖς, καὶ ἐν οἷς εἰώθει τόποις ἐπικοιτάζεσθαι.

Latent animalia atque abdunt ſeſe tepidis, & quibus antea locis cubilia conſtituere conſueuere.

CÆSAR.

NVNC quoque præuertit ordinem. Hoc enim pertinet ad omnia non ad inſecta. Quare ſeorſum ſuprà ponendum fuerat. Senſus eſt: latibuli locum eſſe vetus cubile. Et addit rationem: qualitate tepidum. Ratio ſubeſt: fugiunt frigus. Itaque ſomnum capiunt tepidioribus: frangentes & noctis aduerſam qualitatem, & ſomni: ſomni inquam: quoniam retrahitur calor introrſum, ac corporis circũnferentiam relinquit obnoxiam frigori.

Ἐπικοιτάζεσθαι pro ἐγκοιτάζεσθαι poſuit. Dicimus enim ἐν τόπῳ, non ἐπὶ τόπῳ: præſertim de latibulo. Itaque dicit κρυπτόμενα, ἀποκρυπτόμενα ἀπὸ τόπων φανερῶν.

Εἰώθει: ante ſcilicet quàm conderentur. Quod Theodorus non eſt aſſequutus per præſens tempus, *ſolent.*

CAPVT DECIMVM NONVM,

De ſanguineis in ſpecie, de ſcabris.

CLX. ARISTOTELES.

ΦΩλεῖ δὲ καὶ τὰ πολλὰ τῶν ἐναίμων· οἷον τά τε φολιδωτὰ, ὄφεις τε καὶ σαῦραι, καὶ ἀσκαλαβῶται, καὶ κροκόδειλοι οἱ ποτάμιοι, τέτταρας μῆνας τοὺς χειμεριωτάτους, καὶ οὐκ ἐσθίουσιν οὐδέν.

Latent etiam multa eorum quæ ſunt è ſanguine conſtituta: qualia quæ cute ſcabra teguntur: vt ſerpentes, & lacerti, & ſtelliones & crocodili fluuiales. Idq́; menſes quatuor hyemis acrioris: nihilque eſitant.

CÆSAR.

NVNC redit ad terreſtria: quorum hiſtoriam apparatam modò interceperat: reducitque narrationem ad genera ſcabrorum, quorum aliquot enumerat. Verùm de aliis nihil mirum eſt: & de crocodilis quæram: quare latitent? Neque enim in Ægypto hyems eſt. Sanè non ſunt menſes quatuor ibi χειμεριωτάτυς.

Dixit πολλά. Hoc quoque habet magnam difficultatem: videntur enim omnia φωλιδωτά.

CLXI. ARISTOTELES.

Οἱ μὲν οὖν ἄλλοι ὄφεις, ἐν τῇ γῇ φωλεύουσιν· αἱ δ' ἔχιδναι, ὑπὸ τὰς πέτρας κρύπτουσιν ἑαυτάς.

AC cæteræ quoque ſerpentes in terram conduntur. Viperæ autem ſub ſaxis abdunt ſeſe.

CAESAR.

POnit differentiam in ſpecie ſubalterna: & dixit ἐν τῇ γῇ. Quoniam infrà ſupráque terra eſt: & ὑπὸ τὰς πέτρας: quoniam ſubtus non ſemper ſaxum eſt: aut vbique.

CAPVT VIGESIMVM,

Ratio latendi piſcibus.

CLXII. ARISTOTELES.

Φωλῶσι δὲ πολλοὶ καὶ τῶν ἰχθύων· ἐμφανέστατα δὲ ἵππουρος καὶ κορακῖνος τοῦ χειμῶνος. οὗτοι γὰρ μόνοι οὐχ ἁλίσκονται οὐδαμοῦ, πλὴν κατά τινας χρόνους τακτοὺς ἀεί. τὰ δὲ λοιπά, πάντα ἀεὶ σχεδόν.

LAtent etiam multi è piſcibus: manifeſtiſſimè hippurus & coracinus hyeme: Hi namque ſoli nuſquam capiuntur, niſi ſtatis temporibus quibuſdam ſemper. Reliqui fere omnes ſemper capiuntur.

CAESAR.

REDIT ad mare: & cùm de ἐναίμοις modo cœperit ſcribere: tamen hîc miſcet μαλακόστρακα. Adeò negligens hîc fuit accuratæ illius atque diuinæ diligentiæ. Dicit multos latere: quoniam non omnes: neque enim barbi fluuiales. Malè quoque dixit τὰ δὲ λοιπὰ πάντα ἀεὶ σχεδόν: falſum enim eſt ferè ſemper cæteros capi. Imò verò pauciſſimi non latent. Sed puto exemplar eſſe corruptum. Quanquam ſic legit Theodorus: corruptum ſanè noſtrum erat ſic: τὰ δὲ λοιπὰ πάντα φωλεῖ σχεδόν. Et notandum interdum Philoſophum ponere φωλῶσι, interdum φωλεύουσι: ſed propriè φωλεύειν eſt φωλεὸν ποιεῖν. φωλεῖν, φωλεῷ χρῆσθαι.

Ε᾿μφανέστατα, feſtiua vox: quid enim ſit, quod lateat manifeſtiſſimè? imò vero abditiſſimè. Sed reſpexit ad argumentum, quo ſine controuerſia colligitur eos latere. Theodorus autem malè coniunxit hoc Caput cum ſerpentibus. Nam & infra de auibus ſeorſum: & non omnia quæ hîc narrat ſunt ἔναιμα, ſed etiam ὀστρακόδερμα.

CLXIII. ARISTOTELES.

Φωλεύουσι δὲ ἡ μύραινα, ἡ ὀρφὸς, καὶ γόγγρος.

LAtent & murana, & orphus, & conger.

CAESAR.

EXplet nunc narratione quod dixerat, πολλοί.

CLXIV.

CLXIV. ARISTOTELES.

Κατὰ συζυγίας δὲ αἱ πετραῖοι φωλεύουσιν, οἱ ἄρρενες ταῖς θηλείαις, ὥσπερ καὶ νεοττεύουσιν· οἷον κίχλαι, κόττυφοι, πέρκαι.

IN ſaxatilium genere mares: ac fœmellæ coniuges latent: quemadmodum etiam nidulantur. Turdi, merulæ, perca.

CAESAR.

SVPRA locum latendi coniunxerat cum loco cubandi ob teporem: & munimenta ab iniuria frigoris & aliorum incommodorum. Hîc coniungit rationem latibuli in quibuſdam cum ratione nidificandi. Propterea quòd ſecundùm coniugia latent. At ad coniugium pertinet nidi ratio.

CLXV. ARISTOTELES.

Φωλοῦσι δὲ καὶ οἱ θύννοι τοῦ χειμῶνος ἐν τοῖς βάθεσι, καὶ γίνονται πιότατοι μετὰ τὴν φωλείαν. καὶ ἄρχονται θηρεύεσθαι ἀπὸ πλειάδος ἀνατολῆς, μέχρι ἀρκτούρου δύσεως τὸ ἔσχατον. τὸν δ' ἄλλον χρόνον ἡσυχίαν ἔχουσι φωλοῦντες.

LAtent thunni hyeme in profundo maris: poſt quod tempus euadunt pinguiſſimi. Igitur ab exortu Vergiliarum eorum captura incipit ad extremum Arcturi occaſum vſque. Præter id temporis, in latibulis quieſcunt.

CAESAR.

LOcum & tempus aſſignat thunnis: & affectum: πιότατοι: quem etiam facit cauſſam capturæ: cuius quoque tempus apponit. Nota communem naturam thunnorum cum ſuibus: inedia enim præmaceratos ſaginamus ſues.

Βάθεσι: ſubſtantiuum, ſicut βράχεσι παραπεξιτόιοις.

CLXVI. ARISTOTELES.

Ἁλίσκονται δ' ἔνιοι περὶ τὸν χρόνον τῆς φωλείας, καὶ τούτων, καὶ τῶν ἄλλων τινὲς τῶν φωλούντων, κινούμενοι ἐν ἀλεεινοῖς τόποις, καὶ εἰ ἐπιτείνονται αἱ εὐδίαι παράλογοι. ἀπὸ γὰρ τῆς θαλάμης προέρχονται μικρὸν ἐπὶ νομήν, καὶ ταῖς πανσελήνοις. εἰσὶ δὲ οἱ πολλοὶ φωλοῦντες ἥδιστοι.

EX thunnis, ſicut ex alijs, aliqui capiuntur cùm latent: cùm tepor præter temporis rationem diutiùs durat. Atque ij tepidis in locis mouentur paulùm à cubilibus progreſſi in paſtum. Sic etiam plena luna. Quo tempore multi ſuauiſſimi ſunt.

CAESAR.

AFFECTVM in tempore latendi duplicem ponit: motum & ſuauitatem in cibis. Motum ponit cauſſam finalem, vt paſcantur: efficientem, teporem. Cauſſam ſuauitatis in cibis non ponit. Progrediamur autem nos. Modico frigore naturalis calor roboratur, coactus in interiora. Itaque plus appetimus: maximo frigore torpeſcit. Itaque non appetunt tunc piſces. Vbi aliquo tepore frangitur. Tunc verò excitatus calor appetitum creat: eodem modo de motu: interficitur enim à maximo frigore, à maximo calore roſoluitur: à mediocri tepore languens excitatur: itaque mouentur. Hæ ſunt cauſſæ. Cauſſa autem ſuauitatis eſt: quia neque nimiùm, neque nimis parum: ſed pro modo aluntur. Neque enim ſuperflua habent excrementa ex multo cibo. Et parum quem ſumunt, à calore conuertitur in carnem, & corpulentiam. Addidit etiam plenilunio: laxatur enim aër plenilunio.

Κινούμενοι: languido verbo vſus eſt: ſcilicet generico: *mouentur*: vt vix intelligas ſpeciem motus: mirificus vir. Itaque mox, cùm diceret προέρχονται, addidit, μικρόν. Theodorus, *cùm ſe moueant*, dixit: imò, *cùm ſe mouent*: aut, *mouerint*.

Ἐν ἀλεεινοῖς τόποις: locum dicit, & tempus: tempus duplex. Εὐδίαι καὶ πανσέληνοι: mutauit

caſus, ἐνδίας : & mox πανσελήνοις. At cùm dixit, *quietes* : malè: tepor enim eſſe poteſt etiam agitato mari. Quare ἐπιπόλαιον τοῦ νοτίου φλέγματος, etiam exciuntur è receſſibus ſuis piſces ſuprà è Ponto.

Παράλογοι : præter rationem temporis. Theodorus, *temporis inſolitæ quietes* : non plenè expreſſit. Poteſt eſſe aliquod inſolitum, quod maxima cum ratione fiat. Eſt nũc inſolitum, punire adulteros. Item multa fieri ſolent: ſed perperam.

Ἀπὸ τῆς θαλάσσης, in ſingulari, περιέρχονται, in plurali: ſua quiſque ſcilicet. Poſuit verò vtrunque finem, à quo, & ad quem.

Εἰσὶ δὲ οἱ πολλοὶ φωλεῦντες ἥδιστοι. Φωλεῦντες, intellige tempus τοῦ φωλεύειν: neque enim latent cùm eſitantur. Et vt ſuprà ἡδίστους diſtinguens, à πιοτάτοις Et nota articulum οἱ πολλοὶ : ſanè diceres εἰσὶ δὲ πολλοὶ τῶν φωλεύντων. Sed naturam quandam apponit ad intelligentiam. Φωλείαν *receſſum* Theodorus interpretatur, non rectè vt mihi videtur. Eſt enim receſſus eorum qui mutant nec latent. Οἱ πολλοὶ autem idem, *magna ex parte ſunt ſuauiſſimi cùm latent* : ſanè languidè. Nanque magna ex parte corporis potes intelligere.

Ἐπὶ νομήν : maluit Theodorus ſupino vti ſine præpoſitione: *paſtum*. Virgilius dixit, *in paſtus*.

CLXVII. ARISTOTELES.

Αἱ δὲ πριμαδίαι, κρύπτουσιν ἑαυτὰς ἐν τῷ βορβόρῳ. σημεῖον δὲ, τότε μὴ ἁλίσκεσθαι. ἰλὺν δ' ἔχουσαι ἐν τῷ νώτῳ φαίνονται πολλήν, καὶ τὰ πτερύγια ἐντεθλιμμένα. κατὰ δὲ τὴν ἐαρινὴν ὥραν κινοῦνται, καὶ περιέρχονται πρὸς τὴν γῆν ὀχευόμεναι καὶ τίκτουσαι, καὶ ἁλίσκονται κύουσαι· καὶ τότε ὡραῖαι δοκοῦσιν εἶναι. αἱ δὲ μετοπωριναὶ καὶ χειμεριναὶ, χείρους. ἅμα δὲ καὶ οἱ ἄρρενες φαίνονται πλήρεις ὄντες θορῦ.

PRimadiæ abdunt ſeſe in cœnum: colligitur hoc ex eo quòd tunc non capiuntur. Videntur quoque tergo limoſo admodum, & pinnis impactis. Verno autem tempore mouentur. Atque ad terram appellunt: tùm coëundi, tùm pariendi gratia: ac grauidæ capiuntur. Videtúrque id tempus afferre eis gratiam ad cibos. Deteriores enim ſunt & Autumno, & hyeme. Simul mares deprehenduntur pleni ſuo ſemine genitali.

CÆSAR.

NVNC ad modum abit, quo ſe primadiæ condunt. De primadijs autem alibi nuſquã memini me legiſſe. Hæc autem Hiſtoria, aut ſibi aduerſari videtur, aut admodum eſt indigeſta. Nanque ait abdere ſe primadias in cœnum: quia non capiantur. Tum dicit capi: & tergus limoſum prætereà habere: ergo capiuntur. Sed eſt ſanè ſic. Abdunt ſe ac latent certis diebus: tum produnt ſic limoſæ ad littora, vt concipiant, & pariant: ac tum capiuntur, & latent tamen in limo adhuc prope terram grauidæ. Mendum erat in Codice noſtro κατὰ τὴν σεμνὴν ὥραν. Nos ex Theodoro, & Florentino exemplari, cum ratione ducti ita legimus κατὰ δὲ τὴν ἐαρινὴν ὥραν. Theodorus autem maluit *primadas*, quàm *primadias* dicere. Sonus enim proprior eſt ad Latinitatem. At cùm ἰλὺν *facem* interpretatur, malè meo quidem iudicio fecit: *dorſo*, inquit, *fæculento*.

Ἐντεθλιμμένα πτερύγια : impreſſa, coarcta, compacta inter ſe ob cœnum.

Ὀχευόμεναι : imò ὀχευθησόμεναι. Tria tetigit tempora. Ὀχείας, τόκου, καὶ μεταξὺ τούτων, κύησιν. Τῆς κυήσεως verò ponit affectum. Ὡραιότητα : hîc ὡραῖοι expreſſi verbis illis: *tempus* : &, *gratia*.

Θορῦ. Theodorus interpretatur, *ſemen genitale* rectè. Et addidit de ſuo, *lacte appellato*. Vulgus enim ſic appellat piſcatorum. Vendibiliores enim piſces vt faciant, expreſſo ventre eliciunt, atque lac vociferant.

Μετοπωριναὶ : & πολλαὶ mox genere maſculino Ἀττικῶς.

CLXVIII. ARISTOTELES.

Ὅταν μὲν οὖν μικρὰ τὰ κύματα ἔχωσι, δυσάλωτοί εἰσιν. ὅταν δὲ μείζω, πολλαὶ ἁλίσκονται, διὰ τὸ οἶστρον.

FOetibus etiamnum puſillis haud facilè capiuntur. Vbi creuere, vberiùs, aſilo agitatæ.

CAESAR.

CAESAR.

NVnc extra hiſtoriam latendi: continuat enim ſuperiorem quam attigerat. Sed mirum quare non infeſtentur a filiis, etiam cùm puſilli ſunt foetus, vt nec catuli à partu non attingantur. Puto deſcribi tempus aſſiduum per ἐν φορᾷ ... ὅταν δὲ ...

CLXIX. ARISTOTELES.

Φωλεῦσι δὲ τὰ μὲν ἐν τῇ ἄμμῳ, τὰ δὲ ἐν τῷ πηλῷ, ὑπερέχοντα τὸ ςόμα μόνον.

LAtent alia in arena, alia in luto exerto tantùm ore.

CAESAR.

PAulo confuſius fortè agit de hac re hic Ariſtoteles. Nam hæc verba debuere initio Capitis proponi: vt locus & tempus latendi ſtatuerentur: deinde modus, tum genera latentium.

Ὑπερέχοντα τὸ ςόμα μόνον: vt ſcilicet aquæ vtantur beneficio pro reſpiratione. *Exertum* ad vnguem interpretati ſumus. *Exertis* unum apud Virgilium. Theodorus *detecto*.

CLXX. ARISTOTELES.

Τὰ μὲν οὖν πλεῖςα, φωλεῖ τὸν χειμῶνα· τὰ δὲ μαλακόςρακα, καὶ τῶν ἰχθύων οἱ πετραῖοι, καὶ οἱ σελάχιοι, τὰς χειμεριωτάτας ἡμέρας. δηλοῖ δὲ τὸ μὴ ἁλίσκεσθαι ὅταν ᾖ ψῦχος.

MAxima pars latet hyeme. At cruſtacea, & ſaxatiles piſces, & cartilaginea gelidiſſimis tantùm diebus. Id quod declaratur, propterea quòd tempore frigido non capiuntur.

CÆSAR.

TEMPVS ponit: diuiditque in hyemem & in æſtatem. Deinde hîc diuidit hyemem. Nam hyems tractum totum quibuſdam aſſignat: alijs *hyemis*, quod vulgus appellat *cor*. Item ψῦχος hîc poſuit affectum τοῦ χειμῶνος. Χειμῶνα autem poſuit tempus. Itaque Theodorus malè intellexit cum dixit τὰς χειμεριωτάτας, per expoſitionem τοῦ χειμῶνος, vt idem ſit. Hoc enim ſic dicitur à Philoſopho: quemadmodum ſuprà de inſectis: alia enim hyeme condi. Apes autem, τὰς χειμεριωτάτας. Itaque hîc addidimus, *tantùm*.

CLXXI. ARISTOTELES.

Ἔνιοι δὲ τῶν ἰχθύων φωλεῦσι καὶ τοῦ θέρους, οἷον γλαῦκος. οὗτος γὰρ τοῦ θέρους φωλεῖ περὶ ἑξήκοντα ἡμέρας.

QVidam etiam piſces æſtate conduntur: vt glaucus. Latet enim æſtiuis diebus circiter ſexaginta.

CÆSAR.

ALTERA pars diuiſionis, quam etiam diuidit. Neque enim totam æſtatem latet, quæ nonagenis diebus continetur: ſed beſſem tantùm. Itaque primo loco τοῦ θέρους, totius generis eſſe facit, & tempus ſignificat. Secundo loco τοῦ θέρους eſt genitiuus qui partitur poſſeſſiue: vt ſit, æſtatis dies ſexaginta: & nota copulam: καὶ τοῦ θέρους. Non coniungit æſtatem cum hyeme continuatione, ſed modo latendi.

CLXXII. ARISTOTELES.

Φωλεῖ δὲ καὶ ὁ ὄνος, καὶ ὁ χρύσοφρυς· σημεῖον δὲ δοκεῖ εἶναι τοῦ τὸν ὄνον φωλεῖν πλεῖςον χρόνον, τὸ διὰ πλείςου ἁλίσκεσθαι χρόνου.

LAtet etiam aſellus, atque aurata. Aſellus intelligitur quidem plurimùm latere: quia plurimo tranſacto tempore capitur.

CAESAR.

CAESAR.

Διὰ πλείστων non διὰ πλειόνων: vt ſit διάστημα, non autem ἱστορία. In Aſelli deſcriptione Dorion apud Atheniæum cum Ariſtotele non conuenit: ſi ſit quem vulgus *Merlucium* vocat. Scimus à piſcatoribus in Oceano ferè omnibus tẽporibus capi. Horum Plinius duo facit genera: minores callariæ, & bacchi: qui non niſi in alto capiuntur: hi ſuperioribus præferuntur. Eſt quidem aſellorum genus paruum in Oceano Britannico. Vulgus *Merlanos* vocat, fortaſſe callariæ: non multum quidem expetiti: delicati enim eos ferè contemnunt.

CLXXIII. ARISTOTELES.

Τοῦ δὲ καὶ θέρους τοὺς ἰχθῦς φωλεῖν, δοκεῖ σημεῖον εἶναι τὸ ἐπὶ τοῖς ἄστροις γίνεσθαι τὰς ἁλώσεις, καὶ μάλιστα ἐπὶ κυνί. κινηθέντα γὰρ ἀναστρέφεσθαι τὴν θάλατταν ὅπερ ἐν τῷ Βοσπόρῳ γνωριμώτερόν ἐστιν. ἡ γὰρ ἰλὺς ἐπάνω γίνεται, καὶ ἐπιφέρονται οἱ ἰχθύες. φασὶ δὲ καὶ πολλάκις τελβομένου τοῦ βυθοῦ, ἁλίσκεσθαι πλείους ἐν τῷ αὐτῷ βόλῳ τὸ δεύτερον ἢ τὸ πρῶτον.

Argumentum quòd æſtate lateant piſces videtur illud eſſe: quia ſiderum exortu capiantur: maximè verò caniculæ. Eo enim tẽpore ſubuerti mare. Id quod in Boſphoro manifeſtius eſt. Limus enim ſurſum fertur, ſimulq́; efferuntur piſces. Aiunt etiã ſæpenumero eueniſſe, vt fundo verriculis excitato, plures eodem verriculo, altero iactu, quàm priore capiantur.

CÆSAR.

Iſtoria plana ac facilis eſt. Et eſt per propoſitiones conſequentes ſeſe. Piſces latent æſtate in fundo: fundus euertitur caniculæ exortu. Itaque ſimul efferuntur. Euerriculis quoque agitato plures capi ſecundo iactu, quàm priore: quia ſub limo ſunt.

Μάλιστα ἐπὶ κυνὶ: *ſub cane*: vt pudeat iſtos nugatores, qui negant ab aſtris quicquam fieri. Euertitur enim fundus maris exortu caniculæ, feruent maria, mouentur ſtagna, ſentiunt non ipſius ſideris ardores non ſolùm piſces, ſed & reliqua animalia.

Ὅπερ ἐν τῷ Βοσπόρῳ γνωριμώτερον: vt etiam γνώριμον ſit alibi: ſed in Boſphoro ob cœnum facilius: quoniam craſſius & coloratius.

Τελβομένου ſcalpto euerriculis. Theodorus, *terantur*: non benè: Latinis aliud eſt *terere*.

Ἐν τῷ αὐτῷ βόλῳ: in eodem iactu: intellige eadem opera, non iactu: ſed altero iactu. Vt βόλος ſit ſagena, euerriculum, *funda* apud Virgilium.

Ἐπιφέρονται, *innatant* Theodorus, malè.

CLXXIV. ARISTOTELES.

Ἐπειδὰν δ' ὄμβροι μεγάλοι γίνωνται, πολλὰ φαίνονται ζῷα, τὰ πρότερον ἢ ὅλως οὐχ ἑωραμένα, ἢ οὐ πολλάκις.

Imbribus autem largioribus ingruentibus apparent animalia, quæ aut nunquam, aut rarò viſa ſunt.

CAESAR.

Videatur hoc cuipiam extra propoſitum. Quid enim pluuijs cum latibulis piſcium? Sed ita eſt: imbribus piſces aluntur: eorum ſunt appetentiores. Itaque excitantur è fundo: hoc eò ſpectat, vt in fundo latere argumentum ſit: quia non videntur niſi imbribus excitati.

CAPVT VIGESIMVM-PRIMVM,

Quemadmodum aues lateant.

CLXXV. ARISTOTELES.

Φωλοῦσι δὲ πολλοὶ καὶ τῶν ὀρνίθων, καὶ οὐχ (ὥς τινες οἴονται) ὀλίγοι, ἢ εἰς ἀλεεινοὺς τόπους ἀπέρχονται πάντες.

Ex auibus quoque multa, non vt quidam arbitrantur, pauca latent. Neque verò omnes in tepida ſecedunt loca.

C AE S A R.

TRANSIT ad auium genus: quod in duas partes diuidit ἀθυματόχων, & χαμψιούχων. Et totam hiſtoriam partitur in duo. Aut enim, inquit, latent: aut ſecedunt. Nam eſt modus latendi, ſeceſſio: latent enim eos vnde auolant. Et qui latent, latent: quia ſecedere non poſſunt. Vnum vtrorunque conſilium eſt: vitare incommoda, vt diximus. Refutat quorundam opinionem: eorum qui paucas aues latere dicebant: & eorum qui omnes abire.

CLXXVI. ARISTOTELES.

Ἀλλ' οἱ μὲν πλησίον ὄντες τοιούτων τόπων, ἐν οἷς οὐκ ἀεὶ διαμένουσι, [καὶ ἰκτῖνοι καὶ χελιδόνες,] ἀποχωροῦσιν ἐνταῦθα. οἱ δὲ πορρωτέρω ὄντες τῶν τοιούτων, οὐκ ἐκτοπίζουσιν, ἀλλὰ κρύπτουσιν ἑαυτούς. ἤδη γὰρ ὠμμέναι εἰσὶ πολλαὶ χελιδόνες ἐν ἀγγείοις ἐψιλωμέναι πάμπαν καὶ ἰκτῖνοι, ἐκ τοιούτων ἐκπετόμενοι χωρίων, ὅταν φαίνωνται τὸ πρῶτον.

Sed quorum ſedes in quibus non ſemper morantur, haud multum abeſt ab eiuſmodi locis, vt milui & hirundines eò demigrant. Quæ verò longiùs abſunt, non mutant locum: ſed ſeipſas abdunt. Viſæ enim ſunt hirundines in cauernis multæ, plumis nudatæ penitùs. Et milui ex ijs euolantes locis viſi ſunt, cùm primum apparuerant.

C AE S A R.

CONFVSA admodum hiſtoria & obſcura. Duo enim cùm velit dicere: alias latere: alias abire: & reddere vtriuſque rei rationem, propinquitatem locorum abeuntium: & longinquitatem latentium: confundit loca ſic. Cùm dixit, ἀλλ' οἱ μὲν πλησίον ὄντες τοιούτῳ τόπῳ ἐν οἷς διαμένουσι. Quæ ſunt propinquæ his locis in quibus ſemper manent. Quomodo ſunt propinquæ loco in quo ſunt? Quomodo abeunt in ea loca in quibus ſemper manent? Sed mendum oportet eſſe in Codice. Nam etiam σόλοικον eſt. Τόπῳ ἐν οἷς. Itaque ſic mihi videtur ſcribendum. Πλησίον ὄντες τοιούτων, τόπων ἐν οἷς οὐκ ἀεὶ διαμένουσι. Sic etiam dixit mox. Πορρωτέρω τῶν τοιούτων. Theodorus concinnauit: & dixit τὸ, ἀεὶ: *ſolitæ ſedi.* Altera dubitatio eſt: cùm dixit. Ἤδη γὰρ ὠμμέναι εἰσὶ χελιδόνες. Nanque iam poſuit hirundines in altera hiſtoria: earum ſcilicet quæ abeunt. Itaque hæ quoque quare non abiere? Voluit dicere idē quoque genus quod abire ſolitum ſit, ſi deprehendatur longius, pro abitu parare latibulum. Addidit πολλαὶ ad condiendam hiſtoriam firmiorem.

Ἐν ἀγγείοις. Theodorus, *in anguſtijs conuallium.* Plinius malè hoc expreſſit in Decimo. *Abeunt*, inquit, *In vicina, Africos ſecutæ montium receſſus: inuentæq́; iam ſunt ibi nudæ atque deplumes.* Neque enim exprimit τὸ ἀγγεῖον: neque rectè dixit ſequi receſſus. Sequimur enim duces mobiles. Neque appoſuit hoc ſuo loco. Neque addidit rationem quare ſint deplumes ab Ariſtotele omiſſam. Sed & in cauis arborum deprehenſæ ſunt aliæ aues apud nos nudæ: idque hyeme. Mutant enim quotannis aues plumas, idque æſtate. Natura ſapiens cùm plumas aduerſus frigoris incom-

incommoda condidiſſet, non abſtulit eas per frigus. Ergo hirundines quæ in Africa, aut alibi noſtræ hyemis tempore deprehenſæ ſunt, cùm non mutârint per æſtatem cùm pariunt apud nos, ne pulli pereant: néue illinc abire nequeant mutant in Africa: quia tepor maior eſt hyeme quàm apud nos. Neque coguntur euolare in paſtum propter pullos: mox infrà de turture *καὶ πτερορρυεῖ ἐν τῇ φωλείᾳ.*

Ἐκ τοιούτων ἐκπετόμενοι χωρίων. Eiuſmodi loca intelligit cauernas.

CLXXVII. ARISTOTELES.

Φωλοῦσι δὲ οὐδὲν διακεκριμένως, καὶ τῶν γαμψωνύχων καὶ τῶν εὐθυωνύχων. φωλεῖ γὰρ καὶ πελαργὸς, καὶ κόττυφος, καὶ τρυγὼν, καὶ κορυδός.

Nullo quoque diſcrimine, tàm quæ rectos, quàm quæ obliquos habent vngues ſeſe cõdunt. Quippe & ciconia, & merula, & turtur, & alauda.

CAESAR.

Poſt modum latendi aut ſecedendi, & rationem poſuit: genera ſumma: & dixit. *Διακεκριμένως* quia non diſtinguntur inter ſe latendi modo, ſicut diſtinguntur vnguibus. Theodorus *κακοζηλότατα latibulo genera diſtingui, vel adunca, vel rectiunguia non poſſunt.* Omnino malè: imò latibulo diſtinguntur. Neque enim ſimul latent: & adunci nomine etiam roſtrum intelliges. Apponit genera *εὐθυωνύχων* tantùm. Fortaſſe quia putabantur ab illis, quorum ſuprà refutat ſententiã non latere hæc. Verùm ſanè dubitem potiùs de ijs quæ aduncis ſunt vnguibus. Calor enim innatus & ſiccitas maior. Itaque latere non poſſe videntur: at pinguia hæc videntur. Ciconiam autem latere neſcio. Vidimus enim more hirundinum vere aduentare aliunde: merulam verò tota hyeme veſci hederaceis baccis: latere æſtate. Alauda tota hyeme videtur, totáque æſtate.

CLXXVIII. ARISTOTELES.

Καὶ ἡ γε τρυγὼν, ὁμολογουμένως μάλιστα πάντων. οὐδεὶς γὰρ, ὡς εἰπεῖν, λέγεται τρυγόνα ἰδεῖν οὐδαμοῦ χειμῶνος. ἄρχεται δὲ τῆς φωλείας σφόδρα πίειρα οὖσα, καὶ πτερορρυεῖ μὲν ἐν τῇ φωλείᾳ· παχεῖα μέντοι διατελεῖ οὖσα. τῶν δὲ φαττῶν ἔνιαι μὲν, φωλοῦσιν· ἔνιαι δὲ, οὐ φωλοῦσιν, ἀπέρχονται δὲ ἅμα ταῖς χελιδόσι.

Ac turtur quidem nemo dubitat quin maximè omnium lateat. Nulla enim vt aiunt audita eſt hyeme canere vſquam. Cùm init latebras valde pinguis eſt. Atque in latibulo plumis ſpoliatur. Neque tamen macreſcit. Cicurum quædam latent, quædam non: abeunt cum hirundinibus.

CAESAR.

Propoſitis quatuor generibus, vnum amplius exequitur: turturem ait latere: neque de eo dubitari, apponit cauſſam. Nõ eſſe auditam hyeme. Poſteà apponit affectus pinguedinis: & antequam lateat: & dum latet. Item plumarum profluuium: vt ipſius verbum propriè exprimam. Poſt hæc dixit cicures aliquas latere, aliquas non. Ratio eſt: quæ latent priſtinam ſequuntur naturam: quæ non latent contentæ ſunt munimentis domeſticis. Verùm quemadmodum quæ in ædibus ſunt, lateant videndum eſt: ín cauis nidorum ſcilicet. Nam in noſtris ædibus peperere quidem. Poſtremò ponit tempus abitus. Ergo ſi abeunt quomodo poſſunt deprehendi an lateant. Neque argumentum ſuperius ſatis firmum videtur: cùm negat audiri hyeme: dicam igitur potiùs *abire*, non, *latere.* Quoniam autem de turture nemo dubitat ideò dixit *ὁμολογουμένως*, ſine controuerſia. *Μάλιστα* autem *πάντων* dixit. Τὸ enim *μάλιστα* ſignificat aſſeuerationem: non autem comparationem latendi. Neque enim aliæ, alijs auibus latere magis poſſunt: non enim ſuſcipit magis aut minus ſitus. Et dixit *οὐδεὶς*: vt totum genus ea natura præditum intelligamus. *Οὐδαμοῦ* autem excludit loca, vt ne videantur ſeceſſiſſe.

Πτερορρυεῖ: mirum verbum: turtur fluit pennas.

Παχεῖα διατελεῖ οὖσα: ſimilis in hoc vrſo & gliri. Vt poſteà dicet. Et conuenit cum hiſtoria *συναθροιζομένων*.

Ἅμα ταῖς χελιδόσι. Τὸ *ἅμα* ſignificat tempus non autem comitatum. Locus hîc videtur Theodoro

negotium faceſſere:qua ex difficultate, vt ſe exolueret pro πιθασσῶν φάτλων legerit & verterit *palumborum.* Nos autem nihil mutandum putauimus : cùm ſciamus & cicures aues quaſdam latere : non vt propriè ſint cicures,veluti gallinæ : ſed quæ hominum frequentiam non exhorreſcant. Omiſit quoque Theodorus τὸ, ὁμολογουμένως : neque enim ſatis eſt conſtare:ſed etiam prædicari. Itaque adderet *omnium ſententia maximè conſtat.* Idem nimis audacter per aduerſatiuas coniunxit partes illas. *Et quanquam pennas in latebra dimittit, tamen pinguedinem ſeruat* : neque enim propterea debuit macreſcere. Imò potiùs cùm alimentum in pennas non abit,iccircò pinguis permanet. Deinde loco non mouetur : neque Latinis ſatisfacit : *ſeruat pinguedinem.* Quid enim eſt ſeruare quod in ſua non habet poteſtate ? Sed potiùs, *non amittit.* Neque hoc in poteſtate eius eſt.

CLXXIX. ARISTOTELES.

Φωλεῖ δὲ καὶ ἡ κίχλη, καὶ ὁ ψάρος.

LAtet etiam turdus & ſturnus.

CAESAR.

TVrdus latet à ceraſis maturis æſtate : neque enim tum viſitur : mutat enim tunc plumas neque canit.

CLXXX. ARISTOTELES.

Καὶ τῶν γαμψωνύχων ὀλίγας ἡμέρας ἰκτῖνος, καὶ ἡ γλαῦξ.

EX ijs quæ aduncis ſunt vnguibus paucis diebus latent milui, & noctua.

CAESAR.

PVto etiam omnes cæteras eiuſdem generis non diu latere : quia vt diximus, multum habent innati caloris, & ſiccitatis.

CAPVT VIGESIMVM-SECVNDVM,

Quadrupedes quæ animal pariunt, latentes.

CLXXXI. ARISTOTELES.

Τῶν δὲ ζωοτόκων καὶ τετραπόδων φωλοῦσιν οἵ τε ὕστριχες καὶ αἱ ἄρκτοι.

EX quadrupedum genere quæ animal pariunt. ſpini & vrſi latent.

CAESAR.

NVNC redit ad χερσαῖα : quæ ſuprà libârat tantùm. Ὕστριχας poſuit:ad quod genus etiam erinaceos reduces:latent enim,neque multum abſimiles ſunt. Hyſtricem Plinius in Octauo cùm pingeret hanc hinc hiſtoriam latendi poſuit:ita vt communem faceret etiam vrſis. Sed addidit audacter nimis : *ante omnia*, inquit, *vrſis*: hoc enim falſum eſt. Nam & lacerti diutiùs latent, & ſerpentes. Itaque moderanda eius fuerat oratio. Sed etſi reſtringas ad genus quadrupedum,quod tamen non fecit,falſum item erit. Glires enim diutiùs latent,& erinacei.

CLXXXII. ARISTOTELES.

Ὅτι μὲν οὖν φωλοῦσιν αἱ ἄγριαι ἄρκτοι, φανερόν ἐστι· πότερον δὲ διὰ ψῦχος, ἢ δι' ἄλλην αἰτίαν, ἀμφισβητεῖται. γίνονται γὰρ περὶ τὸν χρόνον τοῦτον οἱ ἄρρενες καὶ αἱ θήλειαι πιότατοι, ὥστε μὴ δυσκίνητοι εἶναι. ἡ δὲ θήλεια, καὶ τίκτει περὶ τοῦτον τὸν καιρὸν καὶ φωλεῖ, ἕως ἂν ἐξάγειν ὥρα ᾖ τοὺς σκύμνους. τοῦτο δὲ ποιεῖ τοῦ ἔαρος περὶ τρίτον μῆνα ἀπὸ τροπῶν. τὸ δ' ἐλάχιστον, φωλεῖ περὶ τετταράκοντα ἡμέρας· τούτων δὲ δὶς ἑπτὰ λέγουσιν, ἐν αἷς οὐδὲν κινεῖται· ἐν δὲ ταῖς πλείοσι ταῖς μετὰ ταῦτα, φωλεῖ μὲν, κινεῖται δὲ καὶ ἐγείρεται. κύουσα δ' ἄρκτος, ἢ ὑπ' οὐδενός, ἢ πάνυ ὑπ' ὀλίγων εἴληπται. ἐν δὲ τῷ χρόνῳ τούτῳ φανερόν ἐστιν ὅτι οὐδὲν ἐσθίουσιν· οὔτε γὰρ ἐξέρχονται. ὅταν δὲ ληφθῶσι, κενὰ φαίνεται ἥ τε κοιλία καὶ τὰ ἔντερα. λέγεται δὲ, διὰ τὸ μηδὲν προσφέρεσθαι, τὸ ἔντερον ὀλίγου συμφύεσθαι αὐτῇ· καὶ διὰ τοῦτο πρῶτον ἐξιοῦσαν γεύεσθαι τοῦ ἄρου, πρὸς τὸ ἀφιστάναι τὸ ἔντερον καὶ διευρύνειν.

Ac ſanè conſtat vrſos feros latere. Verùm propterne frigus, an aliam ob cauſſam dubitatur. Per id enim tempus fiunt, tùm mares, tùm fœminæ pinguiſſimi, atque adeò vt minùs commodè moueri queant. Fœminæ verò ad pariendum tempeſtiuum eſt. Latétque tantiſper dum ſit tempus catulos educendi. Hoc vere fit menſe tertio à bruma. Quadraginta latet dies cumpauciſſimos. Ex quibus biſſeptenos aiunt, in quibus non moueatur. Cæteris quorum numerus maior eſt, latet quidem, ſed mouetur & expergiſcitur. Prægnans vrſa aut à nullo, aut à paucis capta fuit. Hoc tempore conſtat eos nihil veſci. Neque enim exeunt. Quòd ſi capiantur, inani ventre & inteſtinis viſuntur. Aiunt etiam, quoniam non ceperit cibum, inteſtinum nonnihil coaleſcere. Ac propterea cùm primum prodeunt arum guſtare, quo inteſtinum abſiſtat & dilatetur.

CAESAR.

NARRAT hiſtoriam vrſorum: ſed ſuſpendit cauſſam: & ponit cauſſam dubitationis. Dubitatur inquit, quare vrſi lateant: ob frigúſne, an alia de cauſſa. Nam illud, inquit, ſatis conſtat, per id tempus eos admodum pingueſcere. At ſanè breuitas hæc obſcura admodum eſt. Quid enim prohibet eos propter frigus latere, quia pingues fiant? Hoc enim euenit multis alijs, vt erinaceo, hyſtrici, gliri: fiunt enim pingues ſomno. Calor enim naturalis imbecillior fit. Et agens in humidum dilatat ipſum: facit tùm aqueum, tùm aëreum ex igneo. Neque enim poteſt ipſum diſſoluere: quia illud eſt multum: ipſe verò eſt modicus. Ponit autem hiſtoriam bipartitam: maris & fœminæ: vtriuſque ſomnum, immobilitatem, inediam, pinguedinem: fœminæ verò etiam partum. Vulgus autem nugatur, vt alibi diximus, qui putet linctu dextri pedis anterioris victitare. In poſtrema etiam parte ponit ari hiſtoriam.

Αἱ ἄγριαι: quoniam cicures non latent: ſicut ſuprà de turturum genere τῶν τιθασσῶν. *Αἱ μὲν φωλεύουσι, αἱ δ' οὔ*: vt ſicut eſt in toto genere animalium: ita ſit in eadem ſpecie ratione differentiæ: quòd aut feræ ſint, aut cicures: atque id bifariàm. Nam vrſus nullus cicur latet: turtures non omnes.

Ὥστε μὴ δυσκίνητοι: ob pondus, & frigoris acceſſionem. Eſt enim pinguedo, ſanguis deteriore caloris conditione concretus. Itaque etiam in Gallia togata ſues ſaginati immobiles ſunt. Et moderatus eſt orationem: non enim dixit *ἀκίνητοι*.

Καὶ τίκτει. Τὸ, καὶ: id eſt, præterquam quod eſt *μὴ δυσκίνητος*.

Ἕως ἂν ὥρα: vt auſpicetur genus vrſorum vitam ſuam à latibulis. Catuli enim ibi naſcuntur: ac tantiſper latet mater dum eos educat. Deinde ponit tempus: ver: & temporis quantitatem dierum nonaginta: quos aliquãdo temperat minore numero, quadragenorum. Ait vulgus altero Februarij die egredi: ſi ſerenum tempus ſit repetere latebras: ſi pluuium, perſtare in propoſito. Poſt hæc diuidit officia naturæ per temporis portiones. Et maluit dicere *δὶς ἑπτὰ*: quàm *δεκατέσσαρα*, ob numeri nobilitatem.

Πλείοσι: quæ ſuperſunt è quadraginta deductis quatuordecim.

Κινεῖταί τε καὶ ἐγείρεται: videbantur nobis verba tranſpoſita. Priùs enim expergiſci oportet deinde moueri. Sed ipſe ita voluit: moueri, & non ſemel expergiſci: ſed ſubinde naturæ legibus conſuetis.

Κύουσα. Mirum prægnantem vrſam non capi: cùm tamen, tam facillimè id fieri poſſit, ſomno capta.

capta. Itaque ad ornatum potiùs fecit illam diſtinctionem ἢ ὑπ' οὐδενός. Nam quamobrem hoc addidit: aut à nullo captam. Captam enim tradit: eiúſque etiam inteſtina perſcrutatur. Hiſtoria contraria piſcibus: qui etiam latentes capiuntur.

Κατὰ φαίνονται: ſicut de apibus ſuprà. Διαφανῆ τὴν κοιλίαν.

Οὔτε γὰρ ἐξέρχονται: at ne erinacei quidem ἐξέρχονται: ſed tamen veſcuntur ante conuectis pomis.

Μηδὲν προσφέρεσθαι. Προσφορὰ cibus apud Hippocratem ſæpè.

Τὸ ἔντερον ὀλίγον. Τὸ ὀλίγον ad συμφύεσθαι non ad ἔντερον referendum eſt. Dixit ὀλίγον: quoniam non poteſt coïre cum cute cutis: aut membrana cum membrana. Et ſanè συμπίπτειν potiùs quàm συμφύεσθαι dixerim.

Αὐτὴ: ad ornatum appoſitum eſt, non ad diſtinctionem: de vrſa enim ſola loquitur.

Γεύεσθαι τοῦ ἄρου: imò ἐσθίειν: non ſolùm γεύεσθαι. Herbæ autem ipſius tum ex ſecundo Dioſcoridis & viceſimo quarto Plinij deſcriptionem pete: de qua & nos alibi fuſiùs, & multi alij copioſè.

Πρὸς δ' ἀφιστάναι: vt abſiſtant ab ſe inuicem parietes inteſtini. Sic apoſtema abſceſſus partis à parte, ſanie occupante interuallum: fit enim ſolutio continui. Itaque alluſit ad verbum συμφύεσθαι. Eſt enim τὸ ἑνοῦσθαι ſi propriè loquare.

Καὶ διευρύνειν: vt non ſolum abſiſtat, ſed etiam dilatetur. Theodori interpretatio non expreſſit Philoſophi mentem. *Vt inteſtinum luxetur & hiet.* Plus enim eſt laxum eſſe quàm hiare: neque ἀφιστάναι expreſſit. Et idem omiſit totum illud: ὅτι μὲν ἐν φωλεῦσιν αἱ ἄγριαι ἄρκτοι, φανερόν. Quæ verba & candorem afferunt orationi & neceſſaria ſunt. De vrſis enim ſolis hoc dicit ἀμφισβητεῖσθαι: ſicut paulò infrà repetit. Περὶ τὰς ἄρκτους ἀμφισβητοῦνται ὡς εἴρηται.

Ἐν αἷς οὐδὲν κινεῖται. Theodorus: *ſe nihilo mouetur:* meliùs, *nihil:* neque enim Latinè ſic loquere.

Ἐγείρεται. Theodorus: *& ſurgit:* pro αἴρεται: malè: præſertim cùm ipſe addiderit de ſuo hæc: *ita ſopitur:* non ſunt enim apud Ariſtotelem.

Καὶ τὰ ἔντερα. Theodorus: *inteſtino*, in ſingulari: malè: omnia enim inteſtina idem patiuntur.

Τὸ ἔντερον ὀλίγον συμφύεσθαι. Theodorus: *inteſtinum ita conniuere, vt adductum prope cohæreat.* Luſit cùm dixit, *conniuere.* Συμμύειν: & mitigauit τὸ συμφύεσθαι, cùm dixit, *prope.*

CLXXXIII. ARISTOTELES.

Φωλεῖ δὲ καὶ ὁ ἐλειὸς ἐν αὐτοῖς τοῖς δένδρεσι, καὶ γίνεται τότε παχύτατος.

Latet etiam glis in ipſis arboribus atque per id temporis euadit pinguiſſimus.

CAESAR.

Complet hiſtoriam quadrupedum gliris natura, quem Græci ἐλειὸν, Latini à creſcendo. *Gliſcere* enim eſt creſcere: quoniam pinguedo ſit γλισχρόν: vocabulum ſaginatorum. Et pinguia nitida. Vt Horatius: *me pinguem ac nitidum benè curata cute.* Galli *gliron:* Vaſcones *rat grieulle*, vocant.

Αὐτοῖς τοῖς δένδρεσι: non eſt ab re: αὐτοῖς. Nam quæ latebant, mutabant aliquid locorum. Ij non mutant. In arboribus enim degunt: *vbi ſenium*, vt inquit Plinius *hyberna quiete finiunt: nam æſtate iuueneſcunt.* Qui & muſtelis eandem attribuit quietem: & ſoricibus nonnullis: quos etiam condi, ait ex ſententia Nigidij.

Παχύτατος: vt idem nunc ſit quod πιότατος: vt Latini *creſcere*, rectè dixerint, *pingueſcere.* Ita craſſum hominem, pinguem. Eſt enim idem παρὰ τὸ κρέας.

CLXXXIV. ARISTOTELES.

Καὶ ὁ μῦς ὁ πόντιος ὁ λευκός.

Et mus ponticus candidus.

CAESAR.

SVPRA diximus eum eſſe qui *armelinus* ab Italis: *herminius* à Gallis dicitur. Nam aliud genus quo vtuntur ſacerdotes ordinarij in templis, non eſt totum candidum: ſed ventre tantùm: dorſo fuſco. Veneti vocant *varium*. Galli, *menuuer*: cùm ſolum dorſum eſt à ventre abſciſſum, *gris* dicitur. De his & ſuprà, & ad Cardanum à nobis multa dicta ſunt. Theodorus malè omiſit vocem, λευκὸς: cùm Plinius in Octauo dicat: *conduntur hyeme, & Pontici mures, hi dumtaxat albi.*

CAPVT VIGESIMVM-TERTIVM,

De ſpolijs quæ exuunt animalia quæ latent, quótque, & quo tempore.

CLXXXV. ARISTOTELES.

Τῶν δὲ φωλευόντων ἔνιοι τὸ καλούμενον γῆρας ἐκδύουσιν. ἔστι δὲ τοῦτο ἔσχατον δέρμα, καὶ τὸ περὶ τὰς γενέσεις κέλυφος.

QVæ latent, nonnulla exuunt id quod appellant ſenectam. *Suprema hæc cutis eſt: & folliculus tempore generationis.*

CAESAR.

POSTQVAM modos & genera latentium explicauit: nunc affectum quendam exequitur eorum. Nam quædam exuunt cutem quandam, quam Græci γῆρας vocant, Latini *ſenectam*: & malè *vernationem*. Neque enim vere tantùm exuũt: ſed etiam Autumno, vt hîc videbimus: quanquam Græci ἔαρ etiam dicunt & λεβηρίδα vnde natum prouerbium. Perſequitur hîc Philoſophus genera, & tempora, & affectum cutis, cùm dicit: γίνεται δὲ ἐκδυομένου τοῦ ἐντὸς ἐκτός. Diuidit igitur ſpecies ipſius cutis. Nam quędam eſt animalis iam educati quam exuunt: alia eſt animaliũ quorundam cùm generantur. Itaque illam appellauit δέρμα: hanc appellauit κέλυφος περὶ τὰς γενέσεις: quemadmodum infrà: πάντα δὲ μετὰ τὴν γένεσιν ἐκδύεται.

Ἔνιοι: quia non omnes: ſed φολιδωτὰ tantùm: neque omnia: non enim teſtudo.

Γῆρας καλούμενον: à vulgo ſcilicet: non à Philoſopho: quia τὸ κέλυφος non eſt γῆρας. Eſt enim γῆρας affectus ætatis viuentis: at τὸ κέλυφος nondum nati.

Ἐκδύουσι: indifferenter & ἐκδύονται: alterum enim alterius ſobolis eſt.

Ἔσχατον δέρμα: rectiſſimè. Nam duplex eſt δέρμα: ſuperius ἐπιδερμίδα Galenus vocat: ſcitè. Δέρμα. παρὰ τὸ δέρειν: exuunt enim.

Καὶ τὸ περὶ τὰς γενέσεις: ſcilicet ἐντόμων. Eſt enim quaſi loci matricis. Τὸ περὶ, ſignificat tempus: at infrà dicit μετὰ τὴν γένεσιν. Non rectè autem Theodorus continuauit hæc cum ſuperioribus: ſunt enim diſtincta. Nam qui diuiſit hiſtoriam quadrupedum ab auibus, ob latibula certo Capite diſtincto: multo rectiùs faciat, ſi diſtinguat ſenectæ hiſtoriam à quadrupedum latibulis. In qua hiſtoria ſenectæ, etiam inſecta continentur: etiam & piſces.

Κέλυφος. Theodorus: *primi ortus operculum.* At *operculum* Latinè non ambit, ſed imponitur: neque aliter vſurpatum reperies. Apud Catonem *operculum* doliorum eſt: maluimus nos *folliculum*, quàm *putamen* interpretari. Eſt enim putamen nucis cùm iam fracta eſt ſi purè loquamur. Addidit quoque Theodorus, *primi*: quaſi verò bis naſcantur. Sed non dicuntur oriri, niſi cùm exeunt: & vt iam notauimus, infrà dicit μετὰ τὴν γένεσιν.

CLXXXVI.

CLXXXVI. ARISTOTELES.

Τῶν μὲν οὖν πεζῶν καὶ ζωοτόκων περὶ τῆς ἄρκτου ἀμφισβητεῖται ἡ αἰτία τῆς φωλείας, καθάπερ ἐλέχθη πρότερον.

IGitur in quadrupedum genere quod animal parit, de vrſo quare lateat dubitatur, quemadmodum dictum eſt.

CAESAR.

NVlla neceſſitate vtitur hac ἐπαναφορᾷ. Nam neque γῆρας vrſus exuit. Et iam dixit.

CLXXXVII. ARISTOTELES.

Τὰ δὲ φολιδωτά, φωλεῖ μὲν σχεδὸν τὰ πλεῖστα.

QVæ verò cute ſcabra prædita ſunt: eorum pars penè maxima latet.

CÆSAR.

PERSEQVVTVRVS genera latentium, incipit à φολιδωτοῖς. Iam monuimus τὸ σχεδὸν malè applicari ſuperlatiuis: ſed σχεδὸν ἅπαντα meliùs, aut ἐπὶ τὰ πλεῖστα. Dixit autem τὰ πλεῖστα quoniam non omnia. Mihi tamen videntur omnia: lacertus, crocodilus, teſtudo, ſerpens.

Theodorus malè tranſtulit: *maxima ferè ſui parte ſeceſſus ſuo tempore latent.* Quid enim eſt ſuo tempore? & ſui parte ſeceſſus?

CLXXXVIII. ARISTOTELES.

Ἐκδύνει δὲ τὸ γῆρας, ὅσων τὸ δέρμα μαλακὸν καὶ μὴ ὀστρακῶδες, ὥσπερ τῆς χελώνης. (καὶ γὰρ ἡ χελώνη, τῶν φολιδωτῶν ἐστί, καὶ ἡ ἐμύς) οἷον ἀσκαλαβώτης τε καὶ σαῦρος· καὶ μάλιστα πάντων οἱ ὄφεις. ἐκδύουσι γὰρ καὶ τοῦ ἔαρος ὅταν ἐξίωσι, καὶ τοῦ μετοπώρου πάλιν.

EXuunt autem ſenectutem ea, quorum cutis mollis, non teſtacea, qualis teſtudini. Eſt enim tùm teſtudo, tùm lutaria è genere ſcabrorum. Itaque & ſtellio, & lacertus, & potiſſimum omnium ſerpens. Exuunt enim tùm vere cùm exeunt: tum Autumno iterum.

CÆSAR.

OMMVNEM φολιδωτοῖς poſuit hiſtoriam φωλεῖν. Nunc diſtinguit τὸ ἐκδύειν.. Et apponit tacitè rationem. Nam τὰ ὀστρακόδερμα non queunt, vt teſtudo, quæ eſt φολιδωτή, ſi cutem inſpicias. Sed cortice prohibetur ἐκδύειν.

Ἔστι γὰρ ἡ χελώνη τῶν φολιδωτῶν: ne quis excluderet, quoniam ὀστρακόδερμον eſt: ſed vtrunque obtinet: ſicut τὰ πτερωτὰ ἐν κολεῷ.

Καὶ μάλιστα πάντων οἱ ὄφεις. Μάλιστα: quia bis, vere & Autumno. Itaque dixit γὰρ: quare non rectè Theodorus reduxit τὸ, μάλιστα, ad τὸ μαλακὸν τοῦ δέρματος. Nam ſic eſt. Ἐκδύνει τὸ γῆρας, ὅσων δέρμα μαλακόν. Quare cùm addit. Οἷον ἀσκαλαβώτης: refertur ad ἐκδύνει, non autem ad ὅσων: diceret enim ἀσκαλαβώτου.

Stellionem alibi diximus à Vaſconibus, *blandam*, appellari, quaſi, *blattam*: putántque ab eo granaria depopulari.

Πάλιν: non eſt ſuperfluum. Nam bis exuere intelligit: poſſunt enim vere exuere & Autumno: ſemel alia aliàs. Itaque malè omiſit Theodorus. Et infrà dicit de aſtacis. Ὅτε μὲν τοῦ ἔαρος ὅτε δὲ τοῦ μετοπώρου.

CLXXXIX. ARISTOTELES.

Ἐκδύουσι δὲ καὶ αἱ ἔχεις τὸ γῆρας, καὶ τοῦ ἔαρος καὶ τοῦ μετοπώρου, καὶ οὐχ ὥσπερ τινές φασι τοῦτο τὸ γένος τῶν ὄφεων μὴ ἐκδύεσθαι μόνον.

VIperæ quoque exuunt ſenectam, & vere, & Autumno. At non vt putârunt aliqui: vnum genus hoc è ſerpentibus non exuere.

CAESAR.

APponit hiſtoriæ ſuperiori ſpeciem controuerſam. Negabant enim quidam exui ſenectam à viperis. Theodorus omiſit ea omnia. Καὶ οὐχ ὥσπερ τινές φασι τοῦτο τὸ γῆρας τῶν ἐχέων μὴ ἐκδύεσθαι μόνον.

CXC. ARISTOTELES.

Ὅταν δὲ ἄρχωνται ἐκδύεσθαι οἱ ὄφεις, ἀπὸ τῶν ὀφθαλμῶν ἀφίστασθαι πρῶτόν φασιν, ὥστε δοκεῖν γίνεσθαι τυφλοὺς τοῖς μὴ συνιεῖσι τὸ πάθος· μετὰ δὲ τοῦτο, ἀπὸ τῆς κεφαλῆς, καὶ λευκὴ φαίνεται πάντων. ἐν νυκτὶ δὲ καὶ ἡμέρᾳ πᾶν ἀποδύεται σχεδὸν τὸ γῆρας, ἀπὸ τῆς κεφαλῆς ἀρξάμενον μέχρι τῆς κέρκου. γίνεται δὲ ἐκδυομένη τὸ ἐντὸς ἐκτός. ἐκδύεται γὰρ ὥσπερ τὰ ἔμβρυα ἐκ τῶν χορίων.

CVm incipiunt exuere ſerpentes, aiunt ab oculis primùm abſcedere. Ita vt affectionis eius imperitis cæci videantur. Deinde à capite, quod tum omnibus album videatur. Intra noctem ac diē tota ſenectus penè exuitur: initio facto à capite ad caudam vſque. Fit autem quod intus erat, foris. Egrediuntur enim ſicut fœtus ab vtero inuolucro.

CAESAR.

MINVTIVS explicat hiſtoriam: antequam exuant, abſiſtere ait cutem ab oculis primùm. Quare etiam nunc vulgus ait cæcos egredi ſerpentes. Sed mirum ſi ab oculis abſiſtat membrana qui teguntur palpebris: à palpebris igitur potiùs.

Ἡ λευκὴ φαίνεται: ſcilicet κεφαλή: quoniam membrana abſcedit. Eſt igitur indicium, candor.

Ἐν νυκτὶ καὶ ἡμέρᾳ. Quoniam non exeunt manè: ſed tepore diei inclinatioris. Igitur noctē præpoſuit. Vſus eſt ἀποδύεται de cute. Ἀπὸ τοῦ ὄφεως. Et ἐκδύεται de animali: quoniam egreditur ex ea.

Ἀφίστασθαι. Thucidides, *detrahi:* malè intellexit. Neque enim etiamdum detrahitur. Sed abſcedit tantùm.

Πάθος: Theodorus, *rem*, eſt interpretatus paulò laxiùs: eſt enim affectio hæc.

Τυφλοὺς εἶναι. Theodorus, *obcæcari:* malè. Sed, *cæci:* fortaſſe reliquit ſcriptum, *occæcati.* Neque enim tunc fieri cæci videntur, ſed iam eſſe.

Ἀπὸ τῆς κεφαλῆς. Theodorus: *tum caput exuitur.* Imò nondum exuitur: ſed abſcedit cutis. Itaque candido capite videntur, propterea quòd abſiſtit. Quare bifariàm diuiſit hiſtoriam Philoſophus. In priore parte abſceſſum cutis à corpore antequam exuatur. In altera exuuias ipſius ponit. At Theodorus confundit. Quare coactus eſt pro λευκὴ facere *glabrum.* Omitto quod malè poſuit, *glabrum:* eſt enim *glabrum* carens pilis: at pili nō ſunt ſerpentibus: aliud eſt *deglubere*, aliud *deglabrare.* Quanquam eadem origo. Idem addidit multa verba præterea.

Καὶ γίνεται τὸ ἐντὸς ἐκτός. Theodorus: *& cute altera intus ſubnaſcente ipſa remouetur:* peſſimè intellexit. Nanque iam nata ſubtus cutis eſt. Itaque ſubtus dixiſſet non intus. Et Plinius ſicut nos tranſtulit: *vt extra fiat membrana quod fuerat intus.* Sic ipſe Ariſtoteles etiam alibi. Καὶ γίνεται τὸ ἐντὸς ἐκτός. At Theodorus quam comparationem facit, cùm dicit? *Vt enim fetus inuolucro ſecundarum quo contentus prodierit exuitur, ſic iſta ſenectute detracta renouantur.* Omitto quod addidit hæc poſtrema. Sed comparatio eſt, quia etiam ſecundæ inuertuntur. In Septimo ſuprà. Καὶ τῆς ὑστέρας τὰ ἔσω ἐκτὸς ἴσχοντος. Sic hîc quoque eam aptauit comparationem. Nos ſimpliciſſimè poſſumus dicere: *internertitur cutis cùm exuitur.*

CXCI. ARISTOTELES.

Τὸν αὐτὸν δὲ τρόπον καὶ τῶν ἐντόμων ἐκδύεται τὸ γῆρας, ὅσα ἐκδύει. οἷον σίλφη, καὶ ἀσπίς, καὶ τὰ κολεόπτερα, οἷον κάνθαρος.

EOdem modo ex inſectorum genere exuunt ſenectutem, quæ exuere conſueuere. Vt ſilpha, & aſpis: & quibus alæ in vaginis ſunt, qualis eſt ſcarabeus.

CAESAR.

C AE S A R.

ALIA pars Capitis de inſectis. Nominat ſilpham, nobis ignotum genus ſimul & Plinio: item aſpidem: quem auſus eſt interpretari Theodorus *culicem*. Lucianus in *ſomnio* σίλφης, meminit inter culices. Τῆς σίλφης καὶ τῆς ἐμπίδος οὐδὲν ἄμεινον βιοῦντος. Fortè Theodorus legit ἐμπὶς, non ἀσπίς. Nam verè ἀσπὶς ſerpens eſt, & ſcutulum, & ἀσπιδίσκαι, ſcutula in curru apud Pollucem. Sicut ἀσπιδοθήκιον, ſcutula pro fonte apud Demoſthenem contra *Phormionem*.

CXCII. ARISTOTELES.

Πάντα δὲ μετὰ τὴν γένεσιν ἐκδύεται. ὥσπερ γὰρ τοῖς ζωοτοκουμένοις καὶ τοῖς σκωληκοτοκουμένοις περιρρήγνυται τὸ κέλυφος, ὁμοίως καὶ μελίτταις καὶ ἀκρίσι. αἱ δὲ τέττιγες, ὅταν ἐξέλθωσι, καθιζάνουσιν ἐπί τε τὰς ἐλαίας καὶ καλάμους· περιρραγέντος δὲ τοῦ κελύφους, ἐξέρχονται, ἐγκαταλιπόντες ὑγρότητα μικράν· καὶ μετ' οὐ πολὺν χρόνον ἀναπέτονται καὶ ᾄδουσι.

SEd omnia poſtquam genita ſunt, exuunt. Nam ſicuti animali cùm editur: ſic etiam vermiculo cùm paritur, obrumpitur folliculus. Aequè ſanè & apibus & locuſtis. Ac cicada quidem cùm egreſſæ ſunt, conſidunt ſuper oleis & arundinibus. Circumrupto autem folliculo, exeunt, pauxillo humore relicto intus. Neque multo poſt tempore, & volant & canunt.

C Æ S A R.

DIXERAT inſecta ἐκδύνειν τὸ γῆρας, ὅσα ἐκδύουσι: ſicut cætera quæ ἐκδύουσι. Non igitur omnia. At nunc omnia ἐκδύεσθαι, non τὸ γῆρας, ſed τὸ κέλυφος. Cuius analogiam ponit ad ſecundas. Itaque dicit, ὥσπερ ζωοτοκούμενα: ſic σκωληκοτοκούμενα. Hæc cùm comparauit, comparat ſpecies ipſas inter ſe: cùm dicit ὁμοίως καὶ μελίτταις καὶ ἀκρίσι. Ponit deinde hiſtoriam cicadarum inuerſam. Nam dicit primùm καθιζάνουσι: deinde ἐξέρχονται: & notabis proportiones ſimiles in diuerſis. Nam τὸ γῆρας, non eſt cutis generationis, & tamen inuertitur. Sicut ſecundæ quæ ſunt cutis generationis. At contrà κέλυφος generationis eſt: neque inuertitur, ſed hiat.

Μικρὰν, pro ὀλίγαν poſuit Philoſophus. Theodorus, *paruum humoris*. Puto *parum* eum ſcripſiſſe.

CXCIII. ARISTOTELES.

Τῶν δὲ θαλαττίων, οἱ κάραβοι καὶ ἀστακοὶ ἐκδύουσιν ὁτὲ μὲν, τοῦ ἔαρος· ὁτὲ δὲ, τοῦ μετοπώρου μετὰ τοὺς τόκους. ἤδη δὲ εἰλημμένοι ἐνιοί εἰσι τῶν καράβων, τὰ μὲν περὶ τὸν θώρακα, μαλακὰ ἔχοντες, διὰ τὸ περιερρωγέναι τὸ ὄστρακον· τὰ δὲ κάτω, σκληρὰ, διὰ τὸ μήπω περιερρωγέναι. τὴν γὰρ ἔκδυσιν ποιοῦνται οὐχ ὁμοίως τοῖς ὄφεσι.

EX maritimis autem locuſtæ & gammari exuunt: aliquando vere: aliàs Autumno poſtquã pepererе. Iam verò quædam è locuſtis captæ ſunt quæ molles partes circa pectus haberent: propterea quòd abrupta cruſta fuiſſet ibi. At inferiores duras icirco, quia nondum ibi circumrupta eſſet. Neque enim eodem quo ſerpentes modo, exuunt.

C AE S A R.

NVNC tertia pars Capitis de maritimis, quæ differunt à ſuperioribus ſic. A ſerpentibus, quia neque bis, neque certò exuunt, ſed alternis temporibus, vernis aut Autumni. Deinde quia non ſimul exuunt.

Τῶν δὲ θαλαττίων: mutila hiſtoria eſt. Nam etiam fluuiatiles gammari exuunt.

Περὶ τὸν θώρακα. Theodorus, *ſuperiorem partem*: minùs benè: intelligit enim Philoſophus, τὰ κάτω, caudam verſus: vt ſuprà docuit: addidit Theodorus, *detracta*.

CXCIV. ARISTOTELES.

Φωλοῦσι δὲ αἱ ἀκρίδες περὶ πέντε μῆνας.

LAtent locuſtæ quinque circiter menſes.

CÆSAR.

QVARTA pars Capitis, quæ quanuis extra propoſitum poſita videatur: tamen cùm in principio propoſuerit ſe dicturum de animalibus latentibus, quæ exuunt ſenectutem: cùm de locuſtis verba faceret, diceretque eas exuere, ſimul & alium affectum coniunxit, eas ſcilicet latere.

CXCV. ARISTOTELES.

Ἐκδύουσι δὲ καὶ οἱ καρκίνοι τὸ γῆρας· οἱ μὲν μαλακόστρακοι, ὁμολογουμένως· φασὶ δὲ καὶ τοὺς ὀστρακοδέρμους, οἷον τὰς μαίας. ὅταν δὲ ἐκδύωσι, γίνονται μαλακὰ πάμπαν τὰ ὄστρακα.

EXuunt cancri quoque ſenectutem. Ac ſanè de ijs qui molliore teguntur cruſta nulla eſt controuerſia. Aiunt etiam qui duriore: vt maias. Et cùm exuunt, fiunt cruſtæ molles omnino.

CAESAR.

CONTINVAT tertiam partem in cancris. *Mollucas* Veneti vocant cùm exuere, cibis gratiſſimas è ſartagine. Ponit genera cancrorum duo: μαλακόστρακα, & ὀστρακόδερμα: ſanè negligentiùs. Nanque aliud genus ſuprà fecit, τῶν ὀστρακοδέρμων: à quo cancrorum genus excludit vniuerſum. Sed σκληρόστρακα potiùs diceret. Nam quanquam aduerſatur generi μαλακοστράκῳ, tamen τὸ σκληρὸν, eſt ratione τοῦ μαλακοῦ: & τὸ μαλακὸν, ratione τῶν ὀστρακοδέρμων.

Μαίας, vocat quas Veneti *grameolas* dicunt cute leui.

Ὅταν ἐκδύωσι γίνονται μαλακὰ πάμπαν τὰ ὄστρακα: vt intelligas γίνονται *naſcuntur*, & πάμπαν vult dicere, omnem molliciem: non ſimpliciter: ſed quanta poſſit eſſe in oſtraco. Eſt enim πάμπαν concludere. Sic infrà ἀπόλλυνται πάμπαν: nullus cephalus ſuperſtes eſt.

CXCVI. ARISTOTELES.

Καὶ οἱ γε καρκίνοι βαδίζειν οὐ σφόδρα δύνανται.

AC cancri quidem haud valde ingredi queunt.

CAESAR.

AFfectus conſequens exutionem, & mollitudinem, vt rectè definiamus durum, quod flecti non poſſit, quàm quod non ſcindi. Et intelligamus proportionem cruſtæ in his eſſe, proportionem oſſium in aliis.

Theodorus addidit: *præ teneritate.* Idem, οὐ σφόδρα, *non ſatis*: nos, *valde*: validi enim non ſunt.

CXCVII. ARISTOTELES.

Ἐκδύεται δὲ τὰ τοιαῦτα οὐχ ἅπαξ, ἀλλὰ πολλάκις.

EXuunt hæc, non ſemel, ſed ſæpe.

CAESAR.

VLtima Capitis pars communis: ne quis putaret ſemel exuere: quoniam ſenectus appellatur, & ſeneſcimus ſemel. Et addidit πολλάκις: ne quis putaret, bis tantùm.

CAPVT

CAPVT VIGESIMVM-QVARTVM,

Quibus locis temporibúſve animalia melius peiúſve habeant: ac de auibus primùm.

CXCVIII. ARISTOTELES.

Ὅσα μὲν οὖν φωλεῖ, καὶ πότε καὶ πῶς, ἔτι δὲ ποῖα καὶ πότε ἐκδύει τὸ γῆρας, εἴρηται.

QVæ igitur lateant, & quando, & quomodo: quæq́; exuant ſenectutem, iam dictum eſt.

CÆSAR.

ABSOLVTA hiſtoria latibulorum, vult tranſire ad affectiones valetudinis. Itaque ſic colligit. Ὅσα, genera ſcilicet: πότε, tempora: πῶς, modum, & affectum ſenectutis. Et eſt ratio vt Caput hoc conſequatur ſuperiora. Nanque ſi non benè habent ſemper æquè: ergo non ſemper vbique: ergo mutant regiones. Supra verò ſcripſit de affectibus ad vitam ſcilicet de alimentis: nunc de affectibus ad mortem, de morbis. Morbi enim ſunt circuli à centro: circunferentia eſt mors: centrum vita: latitudo quædam certa ſanitas. Itaque morbus eſt mors: μόρος.

CXCIX. ARISTOTELES.

Εὐημεροῦσι δὲ τὰ ζῷα κατὰ τὰς ὥρας οὐ τὰς αὐτὰς, οὐδ᾽ ἐν ταῖς ὑπερβολαῖς ὁμοίως ἁπάσαις.

AT verò haud æquè benè habent animalia ijſdem vel temporibus, vel exceſſibus quibuſcunque.

CAESAR.

EXORDITVR hiſtoriam quæ pertineat ad affectiones valetudinis. Ac ſanè fecit vniuerſalem cùm dixit τά. Idem enim eſt quod ἅπαντα. Quare vt poſſet applicare omnem rationem, diuiſit in tempora, & temporum exceſſus. Et addidit, ἁπάσαις: negauítque æqualitatem benè habendi: cùm dixit: οὐχ᾽ ὁμοίως. Eſt verò oratio iucunda ac breuis. Εὐημεροῦσι, affirmatiua eſt: apponit quid ſit: κατὰ τὰς ὥρας: deinde moderatur affirmationem per negationem: οὐ κατὰ τὰς αὐτάς: aduerſatiua ſubintelligitur: ἀλλ᾽ οὐ κατὰ τὰς αὐτάς: & ſubaudi, alia aliis temporibus. Deinde dicit, non æquè in temporum exceſsibus. Quoniam aliæ gaudent gelu, aliæ æſtu. Itaque & comparat diuerſa tempora eidem generi: & diuerſis generibus eundem exceſſum. Tangit quoque temperatum tempus: cùm dixit, ὥρας: & intemperatum cùm dixit: ὑπερβολήν. Illud quoque maximè eſt obſeruandum contra iſtos pertinaces, qui putant frigus non niſi per priuationem capi: calorem autem per poſitionem. Nam ὑπερβολὴ eſt tàm frigoris quàm caloris. At ὑπερβολὴν dicit poſitionem, non priuationem. Argutantur illi: cùm aër ſit calidus, abſentia ſolis frigeſcit, ac fit hyems. Neſciunt humore ac vento hoc fieri per accidens.

Εὐημεροῦσι. Theodorus: *proſperè viuunt:* vt & alibi: & ὑπερβολὴν *exuperantiam*. Sicut & in prima ſectione *Problematum*. Sic Latinè partem hanc interpretere. *Vtuntur animalia alijs alia temporibus ad vtranque valetudinem commodioribus.*

CC. ARISTOTELES.

Ἔτι δ' ὑγίειαι καὶ νόσοι κατὰ τὰς ὥρας τοῖς ἑτερογενέσιν ἕτεραι, καὶ τὸ σύνολον οὐχ αἱ αὐταὶ πᾶσι.

Secundæ quoque atque aduerſæ valetudines alijs alia eueniunt generibus, pro temporum ratione: ac denique non eadem omnibus.

CAESAR.

DIXIT διαιρεῖν. Nunc declarat contrarias differentias: ὑγίειαι καὶ νόσοι, & attribuit alias aliis à tempore. Notabis alluſionem τοῖς ἑτερογενέσιν ἕτεραι. Cauſſa enim ſubeſt: vt aliud genus, alia ſit ſubſtantia: ergo aliud accidens τοῦ γένους.

Καὶ τὸ σύνολον: *denique in totum*: vt totam naturam amplectamur. Nota quoque πᾶσι, non ſumitur collectiuè ſimul, ſed partitiuè: alioqui falſum eſt. Nã omnia ſimul animalia eoſdem patiũtur morbos: ſed ſuũ quodque tamen.

Dixit ἔτι: mallem dixiſſet, γάρ. Eſt enim expoſitio: non autem noua ſententia.

Theodorus luſit operam cùm diſtinxit valetudinem à morbo: eſt enim genus, *valere*: ad benè & ad malè.

CCI. ARISTOTELES.

Τοῖς μὲν οὖν ὄρνισιν οἱ αὐχμοὶ συμφέρουσι καὶ πρὸς τοὺς τόκους, καὶ οὐχ ἥκιστα ταῖς φάτταις.

Auibus ſquallores conferunt: etiam ad partus: non minimum verò palumbis.

CAESAR.

HÆC eſt ſecunda Capitis pars exequentis propoſita particulatim. Incepit autem ab auibus, quoniam, vt dixi, cohæret hiſtoria hæc ſuperiori. Si enim haud æquè vbique benè habent, mutare locum debent. Aues autem facillimè mutant. Habet autem adhuc quiddam vniuerſalis. Comparat enim aues cum piſcibus: ſed tandem ſeorſum de auibus.

Καὶ πρὸς τοὺς τόκους, id eſt, vt optimè Theodorus: *tum ad cæteram ſanitatem, tum etiam ad partum*. Et eſt ratio. Nam tutiùs & deponunt oua, & fouent, & excludunt. Imbres enim interficiunt oua & pullos: præcipuè in terra incubantium.

Οὐχ ἥκιστα: non peſſimè Theodorus, *præcipuè*. Sed, *præcipuè*, ponit exceſſum affirmatiuum: at ἥκιστα eſt exceſſus negatiuus: quem qui negat, non continuò alterum ponit. Neque enim οὐκ οὐδαμῶς dicit πάντως. Sed ita Græci conſueuere.

CCII. ARISTOTELES.

Τοῖς δ' ἰχθύσιν, ἔξω τινῶν ὀλίγων, αἱ ἐπομβρίαι.

Piſces autem, præter paucos, iuuantur imbribus.

CAESAR.

SVbeſt natura: aquei enim ſunt, & πότιμοι ſequuntur. Cœleſtis aqua coctior & ſuauior. Dixit præter paucos: quoniam mugiles peiùs habent tunc. Quanquam infrà potiùs à frigore affici quàm ab imbribus dicit. Sed alia ſunt genera quæ calore potiùs gaudent.

CCIII. ARISTOTELES.

Ἀσύμφορα δ' τοὐναντίον ἑκατέροις, τοῖς μὲν ὄρνισι, τὰ ἐπομβρία ἔτη. οὐδὲ γὰρ ὅλως συμφέρει τὸ πολὺ πίνειν.

INcommoda vtriſque contraria ſunt: pluuia tempeſtates auibus. Omnino nanque multus potus eis non eſt conducibilis.

CAESAR.

C AE S A R.

POTERANT iuuari aues ſquallore, piſces pluuia: neque tamen lædi contrariis. Icirco hæc appoſuit: & vtrunque genus complexus primo. Mox alteram tantùm hiſtoriæ partem adiunxit: addidítque rationem. Potu multo nullam ferè auem iuuari. Hæc eſt ratio quare ſiccis gaudeant. Rationem huius rationis & alibi, & hîc poſuit *σομφὸν πνεύμονα*. Tacuit autem rationem piſcium: quoniam ſuo mox loco eorum naturam per genera proſequetur: & apponet rationem, *τὴν ξηρὰν*, & alia. Et nota metallagen numeri: *ἀσύμφορα δὲ τἀναντίοις τἀναντία*

Ἀσύμφορα: tractum ab agricolis & ciuibus, *ἀσύμβολα*: vnde & nos *conferre* & *conducere*, tractum à muneribus publicis. Et poſteà dixit *συμφέρει*, vtitur enim iiſdem verbis ad ſyllogiſmum.

Τὸ πολύ. Nam *τὸ πίνειν*, ſimpliciter falſum eſſet: quia dixerat *ὅλως*, toti generi: *ἐναντίοις*. Quaſi paraphraſtes Theodorus ſic expoſuit: *auibus pluuij anni piſcibus ſicci.*

CCIV. ARISTOTELES.

Τὰ μὲν οὖν γαμψώνυχα, καθάπερ εἴρηται πρότερον, ὡς ἁπλῶς εἰπεῖν, ἄποτα πάμπαν ἐστίν· ἀλλὰ Ἡρόδοτος ἠγνόει τοῦτο. πεποίηκε γὰρ τὸν τῆς μαντείας πρόεδρον ἀετὸν ἐν τῇ διηγήσει τῇ περὶ τὴν πολιορκίαν τῆς Νίνου, πίνοντα. τὰ δ' ἄλλα, πίνει μὲν, οὐ πολύποτα δὲ ἐστιν, ὁμοίως δ' οὐδ' ἄλλων οὐδὲν τῶν πνεύμονα ἐχόντων σομφὸν καὶ ᾠοτόκων.

PEnè igitur omnia in genere vncunguium, ſicuti ſuprà dictum eſt, potu omnino abſtinent. Cæterùm id Herodoto clàm fuit. Vbi enim narrat Nini obſidionem, aquilam augurij præſidem bibentem facit. Alia verò bibunt quidem ſed non multùm: quemadmodum ne cæterorum quidem vllum quòd pulmone raro præditum ſit, atque oua pariat.

C Æ S A R.

CVM dixit *τὸ πολὺ πίνειν*, declarat ampliùs. Hoc enim ita excludi à toto genere, vt etiam per gradus *τὸ πίνειν*, ipſum à certis ſpeciebus excludatur. Simul intexit hiſtoriam Herodoti quam exſibilat.

Καθάπερ εἴρηται. Suprà Capite octauo huius libri: *ὡς ἁπλῶς εἰπεῖν*, ne exactè dicamus. Nam & tinnunculus & miluus bibunt aliquando.

Ἄποτα πάμπαν, id eſt perpetua natura: non abſtinentia.

Ἀλλ' Ἡρόδοτος. Alius dixiſſet *τοῦτο δὲ ἠγνόει*: aut, *οὐ μὴν ἀλλὰ*: eſt enim particula Attica *ἀλλά*: vt etiam integras orationes inde ſint auſpicati: familiaris Xenophonti. Latini dicunt, *at. At tibi pro ſcelere exclamat.* Eſt coniunctio ex nomine facta. Quod enim aliud eſt, non eſt idem.

Πεποίηκε γὰρ: fecit ſcilicet ſed fabuloſè quaſi *ποιητής*. Sic enim de Simonide & Homero loquitur Philoſophus. Sed mirum hac de re in libris *Hiſtoriarum* Herodoti nihil quicquam reperiri. Diligentiori gratias referam. Id tamen, etſi eum autorem mihi adeò fecerim familiarem vt vix è manibus depoſuerim, omnino me latet.

Οὐδ' ἄλλων οὐδὲν: vt ſerpentes & lacerti.

Οὐ πολύποτα. Theodorus: *non potioni indulgent*: non rectè. Multa ſunt *πολύποτα* natura quæ non indulgent potioni. Indulgere enim præter naturam ad voluptatem eſt. Idem malè *ἢ ᾠοτόκον*, *aut ouum pariat*: coniungendum enim eſt, non diſiungendum.

CCV. ARISTOTELES.

Τῶν δ' ὀρνίθων ἐν ταῖς ἀρρωστίαις ἐπίδηλος ἡ πτέρωσις γίνεται. παραλλάττει γὰρ, καὶ οὐ τὴν αὐτὴν ἔχει κατάστασιν, ἥνπερ ὑγιαινόντων.

AVium morbos indicant pluuiæ: obturbantur enim. Neque priſtinam ſanitatis obtinent conſtitutionem.

C AE S A R.

SIgna ponit aduerſæ valetudinis à pluuiis. Neque ponit cauſſam. Nam cùm algent, horrent: cùm æſtuant, demittunt alas: plumæ deuexæ ſunt. Soluitur enim vis, & laxatur cutis: hilaribus enim ſurrectæ ſunt.

Ἡ πτέρωσις. Plus eſt quàm ſi dicas, plumæ. Eſt enim quaſi actio illa conſiſtendi in plumis.

Ἐπίδηλος: quoniam ſuperuenit τὸ ἐπί. Itaque dixit, γίνεται: quoniam priùs non erat.

Ταράττεται, verbum militare ſolutis ordinibus. Itaque dixit κατάστασιν, quaſi amittant ſtationes. Theodorus, *poſituram*: rectè.

Ἥπερ ὀχευόνται: reſpondet illis verbis: ἐν ταῖς ἀφροδισίαις.

CAPVT VIGESIMVM-QVINTVM,

Piſcium habitus pro ratione temporum, ac locorum.

CCVI. ARISTOTELES.

Τῶν δ' ἰχθύων τὸ πλεῖστον γένος εὐθηνεῖ μᾶλλον, ὥσπερ εἴρηται πρότερον, ἐν τοῖς ἐπομβρίοις ἔτεσιν. οὐ γὰρ μόνον τότε τροφὴν ἔχουσιν, ἀλλὰ καὶ ὅλως τὸ ὄμβριον συμφέρει, καθάπερ καὶ τοῖς ἐκ τῆς γῆς φυομένοις. καὶ γὰρ τὰ λάχανα, καίπερ ἀρδευόμενα, ὅμως ἐπιδίδωσιν ὑόμενα πλεῖον. τὸ δ' αὐτὸ καὶ οἱ κάλαμοι πάσχουσιν οἱ πεφυκότες ἐν ταῖς λίμναις. οὐδὲν γὰρ, ὡς εἰπεῖν, αὐξάνονται, μὴ γινομένων ὑδάτων.

Annus pluuiis, ſicuti antea dictum eſt, piſces benè ſe habent. Neque enim ſolùm habent alimentum, ſed etiam conducibiles ſunt eis imbres. Quemadmodum iis quæ è terra proueniunt. Olera nanque tametſi irrigantur, tamen compluta plus proficiunt. Idem quoque euenit paluſtribus arundinibus. Neque enim admodum creſcunt niſi pluuiarum acceſſione.

CÆSAR.

PISCIVM naturam lætiorem imbribus repetit: atque facit poſita cauſſa proſporioris fortunæ, comparationem cum plantis. Gaudere igitur pluuiis manifeſtum eſt. Cauſſæ autem multæ ſunt. Prima quia alga multa & læta ſubnaſcitur: iccirco dixit τροφήν. Sed & aliam addidit, ſimilem ſimul, atque diſſimilem, eandem, ac non eandem. Nam, inquit, proficiunt imbre, ſicut & olera. Non nunc incipit gradus naturæ ſtatuere, atque animalia cum plantis comparare. Humore igitur terreno olera ſatis habebant ali: at pluuiis plus creſcunt. Sic mari, aut flumine piſces: at imbribus meliùs. Verùm diſſimilis cauſſa eſt. Nam eadem eſt in plantis: aqua enim aluntur: vberiore igitur vberiùs. At piſces aqua non ita aluntur. Itaque diſſimilior cauſſa. Nam aqua marina peiùs aluntur, dulci, meliùs: pluuia maximè. Eſt tamen dubitatio: nam fluúiali pinguiora iumenta: pluuia, minùs. Et Toloſani etiam ſi pluit; tamen putealis aquæ irrigatione proficere olera ſentiunt.

Τὸ πλεῖστον: quoniam aliquot genera infra minus.

Οὐ γὰρ μόνον: non ſolùm ob cibum, ſed etiam ob refrigerationem. Quoniam ſpirituoſior eſt pluuia, ac plus obtinet aëris. Trahunt enim eam piſces, vt nos aërem, qui leuiſſimus, optimus.

Καθάπερ. Sed confert oleribus pluuia ob largiorem τροφήν: videtur velle etiam alio modo conferre.

Ὑόμενα: quoniam cœlo ſuo terra affinis. Itaque plus iuuatur. Sed tamen alia ratio eſt. Nanque etiam aqua quæ inde hauritur affinis item eſt & cognata. Subtilior tamen cœleſtis & leuior.

Καὶ οἱ κάλαμοι: hoc plus eſt: non creſcere in aqua cuius indigenæ ſunt. Cauſſa eſt quia quantum ſatis eſt habent: quo plus egent, aliunde petendum.

Ὡς εἰπεῖν: animaduerſione dignum: incrementum capiunt nullum.

Αὐξάνονται. Theodorus, *accreſcunt*. Nos admonuimus, *accreſcere*, eſſe partis, non totius. Sed infeliciter γινομένων, *incidant*. Saltem dixiſſet, *interueniant*. Grammaticè dixit, non Latinè.

CCVII.

CCVII. ARISTOTELES.

Σημεῖον δὲ καὶ τὸ τοὺς πλείστους τῶν ἰχθύων εἰς τὸν Πόντον ἐκτοπίζειν θερείζοντας. διὰ γὰρ τὸ πλῆθος τῶν ποταμῶν, γλυκύτερον τὸ ὕδωρ, καὶ τροφὴν οἱ ποταμοὶ καταφέρουσι πολλήν.

EX eo quoque patet, quot piſces in Pontum tranſmittunt æſtiuaturi: vbi propter fluuiorum frequentiam dulcior aqua ſit. Quorum etiam beneficio multum eſca ſubuehatur.

CAESAR.

ADDIT nunc argumentum aſſeuerando ab hiſtoria. Peti à piſcibus Pontum propter aquæ dulcis copiam. Tum apponit aliam commoditatem: commeatum ſcilicet eis à fluminibus illum irrumpentibus apportari.

Τοὺς πλείστους: quoniam etiam dixit τοῖς πλείστοις, conducibilem eſſe aquã dulcem.

Θερείζοντας: hoc nunc nihil facit ad argumenti vim. Sed ad hiſtoriam tantùm. Et ſuprà dixit: ingrediuntur Pontum καὶ θερίζουσι.

Γλυκύτερον. Et addit πολλὴν τροφήν. Itaque reſpondet duabus cauſſis ſupraſcriptis: οὐ μόνον διὰ τὴν τροφήν, ἀλλὰ καὶ ὅτι συμφέρει τὰ ἐπόμβρια.

CCVIII. ARISTOTELES.

Ἔτι δὲ καὶ εἰς τοὺς ποταμοὺς ἀναπλέουσι πολλοὶ τῶν ἰχθύων, καὶ εὐθηνοῦσιν ἐν τοῖς ποταμοῖς καὶ ἐν ταῖς λίμναις, οἷον ἄμια καὶ κεστρεύς.

SVbeunt præterea amnes multi ex piſcibus. Inq; eis, atque in lacubus benè agitant: cuiuſmodi amia eſt, & mugil.

CAESAR.

SIMILE eſt argumentum ſuperiori. Ibi erat commutatio locorum ſimilium genere, ſed differentium gradu: hîc eſt differentium tota qualitate. E ſalſo enim in dulcem ſubeunt. Sed & videtur hîc eſſe probatio probationis ſuperioris, vt ſit ἀποδεικτική. Nam quòd Pontum ea de gratia petant non aliam ob cauſſam, hoc probat ex eo quòd fluuios ſubeunt. Dubitauit quiſpiam: quî ſciunt piſces ibi aquas eſſe dulciores? propterea quòd ſenſim diluitur mare ad certas vſque regiones: è quibus eliciuntur ad vlteriora perſequenda. Poſuit autem hîc exempla duo tantùm: cùm tamen propoſuerit multitudinem. Sed ſanè reliquit Philoſophis reliqua. Nam & anguillæ ſubeunt, & ſoleæ, & paſſeres, & alia innumera. Apponit itaque alia mox.

Εὐθηνοῦσι, verbum Philoſopho frequens, vt ſuprà lib. VI. cap. XII. apoteleſ. VI. Theodorus, *præſtant*: abſolutè.

CCIX. ARISTOTELES.

Γίνονται δὲ αἱ κωβιοὶ πίονες ἐν τοῖς ποταμοῖς· καὶ ὅλως τὰ εὐλίμναια τῶν χωρίων ἀρίστους ἔχει ἰχθῦς.

GObij quoque in fluuiis euadunt pingues. Denique lacuum commoditate loca prædita præſtantiſsimos habent piſces.

CÆSAR.

CONCLVDIT ab vniuerſali, præſtantium piſcium ab aqua dulci. Ac ſanè ita eſt. Nam in Garumna qui capiuntur piſces, certiſſimis argumentis præbent de ſe ſpecimen bonitatis: tantò maius, quantò à mari longiùs ſubeunt. Sed erat mendum in codice noſtro. Legebatur enim εὐλίμενα. At hoc ſignificat, portu aptũ: παρὰ τὸ λιμένα. Nunc quoque locus eſt in agro Patauino eo nomine, vbi nauium ſtatio olim eſſe conſueuerat. Sed hoc nihil ad probationem: multi enim portus, nullis fluuiis conſtituuntur. Sed aut ſinu, aut ſcopulorum obiectu: quales in Liguria multi, in Piceno, in Illyrico. Itaque doctiſsimus Theodorus aut Codicis emendatioris beneficio vſus, aut iudicio ſuo fretus rectiſsimè interpretatus eſt, per *lacum*. Quare εὐλίμναια, ſcribendum eſt. Non

LLL1

enim eſt λιμὴν. Sed λίμνη. Ac ſanè id verum eſſe deprehendet ſi quis eorum locorum naturam ſit contemplatus coram. Nam è lacu Lemanno optimorum eſt prouentus piſcium. Item è Lario. Benacum autem noſtrum præter cæteros omnes, præſtantiſsimos ferre, vel ignotum Plinio ciui ſuo: Carpionem, & truttam maximæ magnitudinis, & anguillas tum vaſtiſsimas, tum optimas: Sardas verò, quarum ſapor cedat nulli Etiam lacum ſcimus in Epiro, *Boianam* nominant, vbi ſint piſces præſtantiſsimi.

CCX. ARISTOTELES.

Αὐτῶν δὲ τῶν ὑδάτων οἱ θερινοὶ ὄμβροι συμφέρουσι μᾶλλον τοῖς πλείστοις ἰχθύσι, καὶ ὅταν τὸ ἔαρ καὶ τὸ θέρος, καὶ τὸ φθινόπωρον γίνηται ἔπομβρον, ὁ δὲ χειμὼν εὐδιεινός.

AEſtiuæ autem pluuiæ maximæ piſcium parti ſunt vtiliores. At præterea, cùm ver, æſtáſve, aut Autumnus pluuius, hyems autem tepida fuerit.

CAESAR.

HACTENVS de pluuia, & locis dulcibus in communi. Nunc de pluuiæ tempeſtate. Hoc autem eò tendit: humorem tantùm dulcem à piſcibus appeti. In pluuia autem duo eſſe: & dulce hoc, & frigus. Itaque frigido tempore, ſi imbres ingruunt, deteriores eſſe. Quare vere & æſtate quæ ſunt tempora tepida aut calida, pluuiæ ſunt eis commodæ. Autumni etiam ſiccitas iis temperatur. Eorum enim natura talis. At hyemis natura frigida, non poteſt vti eo beneficio ſine frigoris incommodo. Igitur in contrariũ mutata habitum, pluuiam excipiet.

Εὐδιεινὸς: *tepidus*: tepore enim hyemis pluuiæ temperátur: at Theodorus, *ſerenum*, tranſtulit malè. Nanque ventis gelidiſſimis, hyemis ſerenitas conſtant. At tunc piſces malè habent. Quod paulò poſt declarat, mugiles Occeani potiùs frigore, quàm pluuiis. Et ſtatim, ἐν δὲ τοῖς ψυχροῖς τόποις οὐκ εὐθηνοῦσι. Ergo neque χειμῶνος: ergo non ſerena hyeme.

CCXI. ARISTOTELES.

Ὡς δ᾽ εἰπεῖν τὸ σύνολον, καὶ ὅταν κατὰ τοὺς ἀνθρώπους εὐετηρία ᾖ, καὶ τοῖς πλείστοις ἰχθύσι συμβαίνει εὐημερεῖν. ἐν δὲ τοῖς ψυχροῖς τόποις, οὐκ εὐθηνοῦσι.

AC ſanè, vt de omnibus dicitur, cùm hominibus euenerit annus ſalubris: maxima quoque piſcium pars benè vt habeat, contingit. In locis non frigidis non benè habent.

CAESAR.

SImul ponit ſignum, ſimul proportionem hominis cum piſcibus. Sed vtinam hoc non dixiſſet. Neque enim tepor hyemis homines iuuat: neque pluuius Autumnus. Et plus confert ſiccius ver, quàm pluuioſius.

Τὸ σύνολον. Theodorus rectiſsimè, *ad ſummum*. Ponit Philoſophus pro eodem ἀθρεῖν καὶ διημερεῖν.

CCXII. ARISTOTELES.

Μάλιστα δὲ πονοῦσιν ἐν τῷ χειμῶνι οἱ ἔχοντες λίθον ἐν τῇ κεφαλῇ, οἷον χρόμις, λάβραξ, σκίαινα, φάγρος. διὰ γὰρ τὸν λίθον ὑπὸ τοῦ ψύχους καταπήγνυνται καὶ ἐκπίπτουσι.

MAximè verò laborant per hyemem, qui in capite lapillum habent: vt chromis, lupus, vmbra, pagrus. Lapis enim facit, vt à frigore congelentur: & ad littus appellantur.

CÆSAR.

PErſequitur incommoda alterius qualitatis, ſcilicet frigoris in quibuſdam generibus: quibus ponit & cauſſam, & morbum communem: lapidem: atque interitum, atque etiam interitus modum: καταπήγνυνται enim eſt actio τοῦ ψύχους.

Διὰ τὸν λίθον: quoniam extraneum frigus auget cognatum à lapide.

Ἐκπίπτουσι. Theodorus, *excidant*: ſed quid hoc eſt? *excidant*: vnde, aut quò?

CCXIII.

CCXIII. ARISTOTELES.

Τοῖς μὲν οὖν πλείστοις ἰχθύσι συμφέρει μᾶλλον· κεστρεῖ δὲ καὶ κεφάλῳ, καὶ ὃν καλοῦσί τινες μύξινον, τοὐναντίον. ὑπὸ γὰρ τῶν ὀμβρίων ὑδάτων, οἱ πολλοὶ αὐτῶν ἀποτυφλοῦνται θᾶττον, ἂν ὑπερβάλλωσιν. εἰώθασι γὰρ αὐτὸ πάσχειν οἱ κέφαλοι ἐν τοῖς χειμῶσι μᾶλλον. γίνονται γὰρ αὐτῶν τὰ ὄμματα λευκά, καὶ ἁλίσκονται τότε λευκοί, καὶ τέλος ἀπόλλυνται πάμπαν. ἔοικε δὲ οὐ διὰ τὴν ὑπερομβρίαν τοῦτο πάσχειν μᾶλλον, ἀλλὰ καὶ διὰ τὸ ψῦχος μᾶλλον. ἤδη γοῦν καὶ ἄλλοθι καὶ περὶ Ναυπλίαν τῆς Ἀργείας περὶ τὸ τέναγος τυφλοὶ πολλοὶ ἐλήφθησαν, ἰσχυροῦ γενομένου ψύχους. ἐλήφθησαν δὲ πολλοὶ καὶ λευκὴν ἔχοντες τὴν ὄψιν.

Plurimis igitur plus confert. At mugili & capitoni, & ei quem nonnulli vocant Myxinum, *contrà euenit. Nanque pluuijs aquis, ſi nimiæ ſint, eorum magna pars celerius excæcatur. Conſueuere enim capitones per hyemem potius id pati: quippe exalbeſcunt oculi eorum: atque eo tempore albi capiuntur. Ac tandem intereunt funditus. Verùm eius affectionis non videtur cauſſa eſſe imber potius quàm frigus. Nam cùm alibi iam, tum circa Naupliam Argiuorum ad ſtagnum capti ſunt cæci multi, cùm gelu inualuiſſet. Ac non pauci albis quoque oculis deprehenſi ſunt.*

CÆSAR.

CVM ſuprà dixit πολλοὶ, & πλείστοις: relinquebat alteram partem, quam nunc narrat in mugilum ſpeciebus. In qua tamen hiſtoria mirificè aſſentitur ei opinioni, quæ omnibus piſcibus aquam pluuiam conducibilem diceret. Nam & excludit affectum cæcitatis ab aqua pluuia, atque attribuit frigori. Iccirco dicit: εἰώθασιν αὐτὸ πάσχειν ἐν τῷ χειμῶνι: & dixit πολλοὶ, non πάντες. Et poſuit aduerbium θᾶττον: quoniam etiam ſine pluuiis cæci fiant. Ac tandem hyemem frigidam ſine pluuiis ponit in poſtrema hiſtoria, eóſque nihilominus cæcos.

Συμφέρει, repete, ἡ ἐπομβρία.

In Codice noſtro mendum erat μύελιον pro μύξινον. Myxinus enim, vt alibi, ſi benè memini, diximus in genere mugilum. Theodorus tamen μύελινον legit. Quod ſi recipiatur, eum fateor me non noſcere. Plinius myxonis quidem meminit: at myrini nec is, nec quiſquam alius, quod ſciam. Myxona autem & bacchium, & myxinum eundem eſſe quidam putant.

Ἀλλὰ καὶ διὰ τὸ ψῦχος, humori: repetit autem μᾶλλον nulla neceſſitate.

Ὄψιν, hîc ponit pro oculo, ἀντὶ τοῦ ὄμματος. Vtrique enim eadem origo, ὄπτειν.

Θᾶττον. Theodorus, *de facili*: malè.

Καὶ ἁλίσκονται τότε λευκοί. Theodorus, *macilentum* interpretatur: legit igitur λεπτοί: vtraque tamen affectio eſt & indicium morbi: infrà enim dicit λεπτοὺς καὶ τὸ χρῶμα μεταβεβληκότας.

Plinius nuſquam cephalum nominat, nuſquam capitonem, nuſquam alia mugilum genera.

Περὶ τέναγος, *in vadis* Theodorus: *in æſtuarijs* potiùs, vbi aquæ ſtagnant.

CCXIV. ARISTOTELES.

Πονεῖ δὲ τοῦ χειμῶνος καὶ ὁ χρύσοφρυς· τοῦ δὲ θέρους, [ὁ] ἀκάρναν, καὶ γίνεται λεπτός.

AEgrè etiam fert ſeſe aurata hyeme. Aeſtate autem acarnas, ac maceſcit.

CAESAR.

ATheneus in octauo ait, ὁ καλλιώνυμος ἀκαρνᾶν γλυκύς ἐστι καὶ παραςύφων, βόρβορος δὲ, καὶ εὐέκκριτος. Plinius in XXXII. *acarne* vocat: ſolo nomine contentus. Quis autem is ſit, adhuc quærimus.

CCXV. ARISTOTELES.

Συμφέρει δὲ τοῖς κορακίνοις, ὡς εἰπεῖν, παρὰ τοὺς ἄλλους ἰχθῦς τὰ αὐχμώδη μᾶλλον τῶν ἐτῶν· καὶ τούτοις δὲ, διὰ τὸ συμβαίνειν μᾶλλον ἀλέαν ἐν τοῖς αὐχμοῖς.

Sicciores anni, præter cæteros propemodum piſces, plus conferunt coracinis. Atque his quoque ea de cauſſa, quòd ſicco tempore tepor euenire ſolet frequentiùs.

CAESAR.

POnit aliam hiſtoriam diuerſam, ſed ita vt etiam moderetur. Nam imbres ita nocere mugili dicebat: quia refrigerabant potiùs, quàm humectabant. Sic coracino anni tempora ſicciora prodeſſe, non tam ob ſiccitatem, quàm ob teporem.

Ὡς εἰπεῖν: quoniam aliis conferunt ſiccitates. Itaque παρὰ τοὺς ἄλλους, intelligis πάντας. Καὶ τύπος. τὸ, καὶ: copulat naturam in tepore cum mugile.

Μᾶλλον συμφέρει: comparatiuum cum παρὰ: & ſignificat intenſionem: alterum μᾶλλον ἀλίαν συμβαίνειν, ſignificat frequentiam: ibi qualitatem, hîc quantitatem diſcretam: ſic noſtrum *potiùs* quantitatem diſcretam ſignat.

Κορακίνοις. Theodorus, *coruulis*: nos Græcam appellationem cum Plinio retinuimus Coruus alius eſt neque à colore κορακῖνος dicetur, cùm ex Athenæi octauo albus & niger ex Nilo referatur. Qui & in ſeptimo coracini nomen, non à colore, quanquam id videtur velle Oppianus, deducit: ſed ſic dictum putat, παρὰ τὸ κινεῖν τὰς κόρας. Ab eodem quoque ibidem multa ipſi nomina indita ponuntur: melanuro ſimilis. Itali *coruum* vocant. Et tamen alius eſt ab eo qui Græcis κόραξ, Latinis *coruus*: cuius tantùm nomen refert Plinius in triceſimo ſecundo, in piſcium catalogo. Huius & meminit Athenæus in octauo.

CCXVI. ARISTOTELES.

Τόποι δὲ ἑκάστοις συμφέρουσι πρὸς εὐθηνίαν. ὅσα μὲν εἰσι φύσει ἢ πρόσγεια πελάγια, ἐν ἑκατέρῳ τούτων· ὅσα δ᾽ ἐπαμφοτερίζει, ἐν ἀμφοτέροις.

Loca autem commoda cuique ſunt, in quibus benè habeant. Quicunque enim aut littore, aut alto gaudeat, in altero horum. Qui autem ſine diſcrimine vtrunque habent, vtrobique.

CAESAR.

ALia pars Capitis. Suprà à tempore, nunc à locis. Locorum diuiſio generica à littore, & alto mari: locutio breuis, & rotunda. Ratio naturalis: natalibus & conſuetudini reſpondere valetudinem.

Πρὸς εὐθηνίαν: mox infrà, εὐθηνεῖ. Sed alibi εὐθηνοῦσι.

Mendum erat in Codice ſic: ὅσα μὲν εἰσι φύσει πελάγεια ἢ πελάγεια: quaſi diceret à pelago pelagiam, vt à malacia malaciam, conferre pelagiis pelagiam. Sed ſic ſcribendum: πρόσγεια ἢ πελάγια: nanque hæc duo diuidit in ἑκάτερον: & τὸ ἐπαμφοτερίζει coniungit in ἀμφοτέροις.

Ἐπαμφοτερίζει, *ambigit*: inuſitatiſſimè Latinis: ambigit qui neutrum tenet: at ἐπαμφοτερίζει, vtrunque tenet ἀδιακρίτως. Addidit etiam multa verba: *pro naturæ deſiderio*: & malè Latinè poſuit, *vtroque*, aduerbium in loco. Sed *vtrobique*, dicere debuit.

CCXVII. ARISTOTELES.

Εἰσὶ δέ τινες καὶ ἴδιοι τόποι ἑκάστοις ἐν οἷς εὐθηνοῦσιν.

Sunt & propria quædam loca ſingulis, in quibus degunt commodè.

CÆSAR.

NVnc à locis ſpecialibus: quæ icci rco appellat ἴδια, quoniam τὸ πελαγικὸν, eſt valde generale. Itaque dixit ἑκάστοις: ſed hîc τὸ ἕκαστον eſt de ſpecie. Intelligit ſingulos in tota ſpecie: quoniam æqualis omnium natura eſt. Hæc eſt πρόβασις.

CCXVIII. ARISTOTELES.

Ὡς δ᾽ ἁπλῶς εἰπεῖν, οἱ φυκώδεις συμφέρουσι. πιότεροι γοῦν ἐν τοῖς τοιούτοις ἁλίσκονται, ὅσοι παντοδαποὺς νέμονται τόπους. οἱ μὲν γὰρ φυκιοφάγοι, τροφῆς εὐποροῦσιν· οἱ δὲ σαρκοφάγοι, πλείοσιν ἐντυγχάνουσιν ἰχθύσι.

Verùm ferè algoſi conferunt: atque icci rco pinguiores in his capiuntur ij, qui quouis locorum genere pabulantur. Nam ſanè alginoris cibus ſuppetit largior. Carninori autem plures piſces nanciſcuntur.

CAESAR.

CÆSAR.

POST propria, ponit nunc communia loca. Algoſa: reddit rationem. Piſces aut herbiuori, aut carniuori. In alga vtrunque euenit. Nam & herba eſt,& piſciculi multi qui ſequuntur pabuli copiam.

Ὡς ἁπλῶς εἰπεῖν: quoniam ſaxatiles non ita iis delectantur,ſicut hi alij, & ipſi aliis.

Πιότεροι: quoniam indicium ægritudinis ſuprà: λεπτοί.

Ὅσοι παντοδαπαῖς νέμονται τόποις: ne ſibi contradicat. Nam ſunt qui fortè delati in algas ſunt fluctibus aut fuga: ij κατὰ συμβεβηκός. Mira quoque orationis vis in παντοδαποῖς, incluſit τὰ φυκώδη: & antetulit. Et apto verbo νέμονται, cùm nominâſſet τὴν πόαν. Itaque dixit & φορβὴν & εὐπορίαν, quæ reſpondet τῇ εὐθηνίᾳ.

Σαρκοφάγοι: accipit largè τὴν σάρκα. Nam ſi σάρξ, eſſet vniuocum ad alia animalia, non eſſet ἄκανθη in piſcibus: ſed os vniuocè.

CCXIX. ARISTOTELES.

Διαφέρουσι δὲ καὶ τὰ βόρεια καὶ τὰ νότια. τὰ γὰρ μακρὰ μᾶλλον εὐθηνεῖ ἐν τοῖς βορείοις, καὶ τοῦ θέρους ἁλίσκονται ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ χωρίου πλείους ἐν τοῖς βορείοις τῶν μακρῶν, ἢ τῶν πλατέων.

Differunt etiam Aquilonia ab Auſtrinis. Nam longis piſcibus melius eſt in Aquiloniis, ac per æſtatem eodem in loco plus longorum, quàm latorum capitur.

CAESAR.

NVNC diuidit loca ab affectu aëris. Itaque miſcet loca cum tempore. Proponit igitur diuiſionem. Et aſſignat alterum membrum longis piſcibus. Sed tamen tandem non ſimpliciter exequitur. Nam addit per æſtatem, Aquilonia appeti: hoc autem nihil mirum.

Dixit ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ, vt comparatio eſſet ratione loci, non aliarum rerum quæ accidere poſſunt. Alius dixiſſet, ἐν τῷ αὐτῷ χωρίῳ.

CCXX. ARISTOTELES.

Οἱ δὲ θύννοι καὶ ξιφίαι, οἰστρῶσι περὶ κυνὸς ἐπιτολήν. ἔχουσι γὰρ ἀμφότεροι τηνικαῦτα παρὰ τὰ πτερύγια οἷον σκωλήκιον, τὸ καλούμενον οἶστρον, ὅμοιον μὲν σκορπίῳ, μέγεθος δὲ ἴσον ἀράχνῃ. ποιοῦσι δὲ ταῦτα πόνον τοιοῦτον, ὥστ' ἐξάλλεσθαι ἐνίοτε οὐκ ἔλαττον τὸν ξιφίαν τοῦ δελφῖνος· διὸ καὶ τοῖς πλοίοις πολλάκις ἐμπίπτουσι.

Thunni & gladij ſub canicula exortum, aſilo agitantur. Habet enim per id tempus vtrunque genus ſecundùm pinnulas, quaſi vermiculum, quem Aſilum *vocant, ſcorpij ſpecie, aranei magnitudine. Hoc tantùm facit doloris, vt exiliat gladius non minùs delphino: atque adeò ſæpe in nauigia incidat.*

CAESAR.

NVNC redit ad tempus, atque ad ægritudines à cauſſa procatarctica. Ponit nomen, οἶστρον: ponit genus, σκωλήκιον. Speciem circunſcribit, à facie & magnitudine, & affectione. Poſtremò ponit morbum πόνον. Et euentum ἐξάλλεσθαι, & alterum ab hoc euentum ἐμπίπτουσι.

Ἐπιτολή. Alij ἀνατολήν. Sed ἐπὶ ſignificat motum ſimplicem ratione loci, ἐπὶ τὸν ὁρίζοντα. ἀνὰ, ſimplicem motum ratione iterationis. Prima enim die orbis conditi non erat ἀνατολή. Anatoliam iccirco Aſiam dixere Græci recentiores.

Οἷον σκωλήκιον. τὸ οἷον, vt diximus generis eſt: nam mox dicit, ὅμοιον σκορπίῳ: at ὅμοιον eſt ὁμοίως οἷον.

Πόνον τοιοῦτον, non ποσοῦτον: quoniam qualitas eſt dolor: πόνος hîc pro dolore.

Ἐνίοτε, vt delphinum proponat. Itaque ei comparat.

Rectè reſpondent inter ſe, ἐξάλλεσθαι ex mari: ἐμπίπτουσι in nauigia.

Πολλάκις: interpretatus eſt τὸ ἐνίοτε: quia ſit aliquando: quoniam delphini frequentiùs, & tamen ſit πολλάκις.

Παρὰ τὰ πτερύγια: *ſub pinna.* Theodorus. Non tamen eſt ὑπό.

CCXXI. ARISTOTELES.

Χαίρουσι δὲ οἱ θύννοι μάλιστα τῶν ἰχθύων τῇ ἀλέᾳ, καὶ περὶ τὴν ἄμμον τὴν πρὸς τῇ γῇ προσχωροῦσι τῆς ἀλέας ἕνεκεν, ὅτι θερμαίνονται, καὶ τὸ ἄνω ἐπιπολάζουσι.

Tepore gaudent thynni maximè piſcium: eiúſque genera appellunt ſeſe ad littoris arenam, vt calore fruantur: ſummóque æquore nant.

CAESAR.

REDIT ad loca. Et reddit rationem, τῆς ἀλέας. Etiam ſuprà de ſpongiis cùm loqueretur: teporem oſtendit ad littora. Poſuit verbum generis θερμαίνονται.

Καὶ τὸ ἄνω ἐπιπολάζουσι. Aut deeſt κατὰ, aut poſuit verbum hoc tranſitiuè, aut vim præpoſitionis accommodauit: ἐπὶ τὸ ἄνω πολάζουσι.

Περὶ τὴν ἄμμον. τὸ, περὶ, motum cum quarto caſu: τὴν πρὸς τῇ γῇ, cum tertio caſu cohærentiam proportionalem motui. Theodorus, *arenam*, & *littora*: imò littorum. Neque enim deeſt eis arena etiam in fundo. Idem Theodorus, *teporis potiantur*, dixit. Sed hoc verbum cum ſecundo caſu minùs vſitatè pro *frui*: ſed pro *capere*.

CCXXII. ARISTOTELES.

Τὰ δὲ μικρὰ τῶν ἰχθυδίων σώζεται, διὰ τὸ παρορᾶσθαι· διώκουσι γὰρ τὰ μείζω οἱ μεγάλοι. τῶν δὲ ᾠῶν καὶ τοῦ γόνου διαφθείρεται τὸ πολὺ διὰ τὰς ἀλέας. οὓς γὰρ ἂν ἐφάψωνται, τοῦτο πᾶν λυμαίνονται.

Piſciculi autē minuti iccircò tuti ſunt ab interitu, quia deſpiciuntur. Minores enim ij qui grandiores ſunt perſequuntur. At ouorum maxima pars teporis tempore interit. Quæcunque enim deprehenderint, abſumunt omnia.

CAESAR.

EVENTVM temporis teporis ponit. Oua enim tum deuaſtari à piſcibus. Sed interuentu alterius narrationis auget hiſtoriam: piſciculos minutos ſcilicet contemni à maioribus: iccircóque ſeruari. Mirum verò oua appeti ab eis, quæ longè minora ſunt. Piſciculos corpulentiores ouis deſpicatui haberi puto, euadentes fuga dedignari perſequendo: oua autem immobilia abſumi. Non igitur eſſe ob contemptum. Auxit autem Philoſophus diminutionem: τὰ μικρὰ τῶν ἰχθυδίων· τῶν δὲ ᾠῶν καὶ τόκων. Atticiſmus ἀπὸ τοῦ περιέχοντος, καὶ τόκων: vt monuimus in libris de *Cauſsis linguæ Latinæ*, ſuper pronomine, *ipſe*. Alter Atticiſmus: τὸ πολὺ, pro, τὰ πολλά.

Διὰ τὰς ἀλέας: conciſa oratio: falſum enim eſt, ob teporem interire. Sed eſt tempus teporis.

Οὓς γὰρ ἂν ἐφάψωνται. Deeſt *piſces, attigerint*.

Λυμαίνονται. Theodorus, *liguriunt*, malè: *abſumunt*: alij voluerunt, *vaſtant*, malè. Neque enim vaſtant piſces: ſed loca piſcibus vacua faciunt. Id enim eſt *vaſtare*. Sic *vaſtare vrbem* ſublatis ſcilicet vaſis. Et nota Atticorum τὸ πάρισον, καὶ ὁμοιοτέλευτον. οὓς γὰρ ἂν ἐφάψωνται, τοῦτο πᾶν λυμαίνονται.

Theodorus interpretatus eſt καὶ τόκων *& prolis*: vt non ſit Atticiſmus. Et remouebis dubitationem ſuprà. Nam alio tempore piſciculi continentur διὰ τὰς ἀλέας. Sed ſimilis locutio, vt nos volumus eſt infrà: τοῖς δὲ ποταμίοις καὶ λιμναίοις. λοιμώδης οὐδὲ τούτοις οὐδείς: ac potiùs dixiſſet καὶ ἐκείνων pro prole: ſed non multùm refert. Probo enim Theodori doctiſſimi lectionem.

CCXXIII. ARISTOTELES.

Ἁλίσκονται δὲ μάλιστα οἱ ἰχθύες περὶ ἡλίου ἀνατολὰς, καὶ μετὰ τὴν δύσιν· ὅλως δὲ περὶ δυσμὰς ἡλίου καὶ ἀνατολάς. οὗτοι γὰρ λέγονται εἶναι ὡραῖοι βόλοι· διὸ καὶ τὰ δίκτυα ταύτην τὴν ὥραν ἀναιροῦνται οἱ ἁλιεῖς. μάλιστα γὰρ ἀπατῶνται οἱ ἰχθύες τῇ ὄψει κατὰ τούτους τοὺς καιρούς. τὴν μὲν γὰρ νύκτα, ἡσυχάζουσι· πλείονος δὲ γινομένου τοῦ φωτὸς, μᾶλλον ὁρῶσι.

Ante Solis ortum potiſſimùm capiuntur piſces, & poſt occaſum. Omnino verò circa ortum & occaſum. Tunc enim tempeſtiuè iaci retia. Per id itaque tempus tollunt retia piſcatores: quo tempore per viſum decipiuntur piſces. Noctu igitur quieſcunt. Maioris autem luminis acceſſione plus vident.

CAESAR.

CAESAR.

ALIA pars Capitis. Neque enim eſt ἀσθένεια hîc, quoad valetudinē: ſed quoad ſenſum vnum: viſus ſcilicet. Idque à tempore: cuius hiſtoriam continuat. Tria ponit tempora: obſcurum, lucidum, & creperum. Tenebris non videre, luce benè, crepuſculo non benè. Ponit deinde hiſtoriam ab arte: piſcatorum ſcilicet: & tollit obiectionem. Si capiuntur crepuſculo quia non vident: ergo noctu plus capiuntur: non mouentur, inquit. Itaque qui mugiles venantur, ſtrepitu excitant & exterrent: obiectóque lumine, eo allectos: exilientes excipiunt lembis. Theodorus verò cùm dixit, *crepuſculo viſum eorum falli*: ſubdit: *quippe cùm noctu quieſcant*. At, τὸ *quippe*: non debet reddere quietem pro cauſſa, quare viſus fallatur crepuſculo. Malè item addidit: *paulò ante ſolis ortum*. Imò multò ante ſolis ortum · quippe per horam: aut amplius ſpatium. Quantò enim plus diſtant à luce, tantò deteriùs vident.

CCXXIV. ARISTOTELES.

Νόσημα δὲ λοιμῶδες μὲν ἐν ὕδατι τοῖς ἰχθύσι φαίνεται ἐμπίπτον, οἷον ἐπὶ τῶν ἀνθρώπων συμβαίνει πολλάκις, καὶ τῶν ζωοτόκων καὶ τετραπόδων εἰς ἵππους καὶ βοῦς, καὶ τῶν ἄλλων εἰς ἔνια καὶ ἥμερα καὶ ἄγρια· νοσεῖν μέντοι δοκοῦσι· τεκμαίρονται δὲ οἱ ἁλιεῖς, τῷ ἐνίους ἁλίσκεσθαι λεπτοὺς καὶ ἠσθενηκόσιν ὁμοίους, καὶ τὸ χρῶμα μεταβεβληκότας, ἐν πολλοῖς καὶ πίοσιν ἑαλωκότας, καὶ τῷ γένει τῷ αὐτῷ.

Peſtilens verò morbus in piſces nullus incidere videtur. Cuiuſmodi inter homines euenit ſæpenumero inter equos & boues, aliáque aliqua tàm mitia, quàm fera genera quadrupedum earum quæ animal pariunt. Aegrotare tamen videntur. Id quod ex eo conijciunt piſcatores, cùm inter multos pingues eiuſdem generis capiunt nonnullos attenuatos, atque ægrotis ſimiles: etiam mutato colore.

CÆSAR.

NVNC valetudinem non à tempore, ſed à ſubſtantiæ habitu. Ac hanc partem ſimpliciter contemplatur: diſtinguitque morbos in duo genera. Λοιμώδη, & aliud genus ignobile. Primum excludit à piſcibus: alterum apponit. Idque per coniecturam. Nam prouerbium quoque iactatum eſt. *Sanior piſce*. Ratio ſubeſt: quia non magna fit in aqua mutatio: & ipſi ſemper meliora perſequuntur. Et notabis Philoſophum more ſuo diligentiſſimam feciſſe narrationem hanc. Νόσημα poſuit pro genere: λοιμῶδες pro differentia ad ſpeciem conſtituendam. ἐν ὕδατι ergo excludit totum genus. Itaque non dixit ἐν ὕδατι τῶν ἰχθύων. Sed τοῖς ἰχθύσι: vt genera ſignaret.

Ἐμπίπτον verbum peſtilentiæ: ſicut ἐνσκήπτειν.

Καὶ ἔνια: intelligit oues. Ζωοτόκων propter teſtudines & lacertas. Τετραπόδων propter aues. Καὶ ἄγρια intelligit capreas, & huiuſmodi.

Δοκοῦσι: quoniam non conſtat niſi indicijs macilentiæ & coloris, vt ſuprà de mugile: λεπτοὶ, καὶ λευκοί.

Καὶ ἠσθενηκόσιν ὁμοίους: quoniam non ſatis ſit λεπτοὺς ἐν πολλοῖς ſanis: reſpondet ἐνίους ægros. Πίοσιν reſpondet τῷ, λεπτούς. τῷ γένει τῷ αὐτῷ, comprehendit vtroſque: vt cauſſa differentiæ ſit accidens morbi in eadem ſubſtantia: & τὸ, πολλοὶ καὶ πίονες ſit natura. Τὸ, λεπτοὺς ſit accidens.

Ἐν ὕδατι. Theodorus, *morbus peſtilens nullus incidere piſcibus vniuerſis videtur*. Peſſima locutio. Nanque etiam vniuerſis hominibus nullus vnquam morbus incidit, neque peſtilens, neque alius. Vniuerſis enim dicit omnes ſimul: cùm per ſingulas vnitates verſamur in omnes. Omiſit idem ζωοτόκων, & addidit, *validos*.

CCXXV. ARISTOTELES.

Περὶ μὲν οὖν τῶν θαλαττίων τοῦτον ἔχει τὸν τρόπον. τοῖς δὲ ποταμίοις καὶ λιμναίοις, λοιμῶδες μὲν οὐδὲν τούτοις ἐν ὕδατι γίνεται.

AD hunc modum ſeſe habent marini piſces. At neque aut lacuſtres, aut fluuiatiles vexantur vllo genere morbi peſtilentis.

C AE S A R.

NON debuit, vt fecit, Theodorus hæc quaſi alio Capite à ſuperioribus diſiungere. Nanque in communi tractat capturam etiam marinorum: & redit ad hiſtoriam valetudinis in marinis. Nam nunc de peſtilentia tantùm ſcribit: quam ſolam concludit in marinis. non autem cæteram hiſtoriam Sed eſt altera Capitis pars.

Οὐδὲ τύτοις: ſimilis locutio atque ſuprà: τῶν δὲ αἰῶν ἐν τύτοις. Et eſt genus ſignatum pro τύτοις: pro, εἴδει, indiuidua. Et poſuit γίνε), quod ſuprà ἐμπίπτει.

CCXXVI. ARISTOTELES.

Ἐνίοις δὲ αὐτῶν ἴδια νοσήματα ἐμπίπτει· οἷον γλανὶς ὑπὸ κυνὸς μάλιστα (διὰ τὸ μετεώρως νεῖν) ἀστροβλὴς τε γίνε), καὶ ὑπὸ βροντῆς νανικῆς καρῦ).

Eorum verò nonnulli certis morbis tentantur. Nam glanis ſideratur ſub canicula potiſſimùm: quia ſummo æquore natat: & à forti tonitru conſopitur.

C AE S A R.

EODEM conſilio perſequitur alia morborum genera in fluuiatilibus. Ponit duas cauſſas duorum morborum: tum morborum nomina ἀστροβλὴς & κάρος. Cauſſarum prior primis eſt calor intenſior. Apponit cauſſam caloris, κυνὰ: concauſſam μετεώρως νεῖν, pro loco. Ita miſta eſt cauſſa coniuncta cum procatarctica. Altera cauſſa tota procatarctica eſt: ὑπὸ βροντῆς.

Ἴδια: ſpeciebus ſcilicet certis. Οἷον γλανὶς: alius dixiſſet. Γλανὶς γὰρ: aut οἷον γλανὶς ἕτερ© γάρ.

Μάλιστα: nam etiam alio tempore patiuntur hoc.

Ἀστροβλὴς. Et piſces & homines ſicut & arbores ſiderantur, & hoc morbo, qui ἀστροβολισμὸς dicitur, torquentur.

Νανικῆς: vox Ariſtotelis. Sic φόρυς dicebat νανικὺς, qui eſſent fortes.

Καρῦται *conſopitur.* Quid ſit κάρος Galenus exponit lib. tertio de *Symptomatum differentijs*: cùm τῆς φανταστικῆς βλάβην, οἷον παράλυσίς τις, ὃν κάρον καὶ κατάληψιν ὀνομάζονται. Et idem libro IV. de *Locis affectis*: cùm anterior cerebri pars afficitur, & cogitandi actiones vitiantur: eum affectum κάρον vocari ait: quaſi ipſæ actiones ſopitæ ſint. Cùm tamen ſpirandi facultas integra remaneat. Videntur igitur glanij tanquam attoniti & conſopiti ex tonitrus vehementi fragore. Quod & hominibus multiſque alijs animantibus ſolet accidere.

Μετεώρως Theodorus *ſublimis*, rectè.

CCXXVII. ARISTOTELES.

Πάσχει δὲ τοῦτο τῦτο ὁ κυπρῖν©, ἧττον δέ.

Patitur hoc etiam Cyprinus, ſed minùs.

C Æ S A R.

NOn igitur ἴδιον verè: ſed etiam alteri ſpeciei communis. Ἧττον: & infrequentiùs & minùs ſopitur.

CCXXVIII. ARISTOTELES.

Οἱ δὲ γλανεῖς ἐν τοῖς βραχέσι ὑπὸ δράκοντ© τῦ ὄφεως τυπτόμενοι, ἀπόλλυν).

Glanij etiam à ſerpente dracone in vadis icti intereunt.

C AE S A R.

MORBVS hic ſanè non eſt ἴδιον νόσημα: niſi ſit hoſtile odium inter eos.

Βραχέσι: quia parum aquæ ſit.

Τυπτόμενοι: ὄχευσιν: dente non dicimus vapulare: ſed ictum à ſerpente dicimus. παρὰ τὸ ἰὸν: vnde & noſtrum *iacio*.

Δράκοντ©

Δράκοντος τοῦ ὄφεως: contra Grammaticos qui negant apponendum eſſe genus ſpeciei. Nam fit in æquiuocis. Δράκων enim etiam piſcis eſt. Itaque hîc neceſſariò poſuit, propterea quòd piſcis à piſce tentari videretur. Theodorus ὄφεως, *anguis*, rectè. Veneti ruſtici anguem ponunt ſpeciem, quam aiūt innoxiam: eamq́ue grandem valde, atque *anzam* appellant. Ridiculè perſuaſum eſt eis muſchum eam eijcere. At anguis eſt genus omnium oblongorum quæ ſeſe in orbem colligunt, ab eo quod eſt, *an* & *agere*.

Ἀπόλλυνται: ergo ægrotant. Eſt enim morbus affectio præuia mortis.

CCXXIX. ARISTOTELES.

Ἐν δὲ τῷ βαλλέρῳ καὶ τίλλωνι ἕλμις ἐγγινομένη ὑπὸ κύνα, μετεωρίζει τε καὶ ἀσθενῆ ποιεῖ· μετέωρος δὲ γινόμενος, ὑπὸ τοῦ καύματος ἀπόλλυται.

IN ballero autem atque tillone lumbricus innaſcitur ſub canicula, qui inſtigat eos ad ſumma æquoris, atque inualidos efficit. Innatantes verò etiam æſtus interficit.

CÆSAR.

IN his quoque cauſſas coniunctas cum procatarcticis nectit. Nam lumbricus à materia fit. Materia illa inflammatur, & infirmatur à ſidere. Lumbricus hîc pro morbo eſt. Deinde fit cauſſa motus, & morbi. Poſtremò alia cauſſa æſtus, & morbi & mortis: horum autem piſcium nomina alibi me legiſſe non memini. Plinius, Oppianus, Ælianus de illis nullum verbum.

Μετεωρίζει, *tollit ad ſummum æquor*, inſtigatu ſcilicet. Καὶ ἀσθενῆ, quoniam vexat & abducit à paſtu. Theodorus, *ad ſumma ſtagni*, maluit, quàm *æquoris*. Sed æquor æqualitas eſt. Et ſummum ſtagni, poſſis intelligere caput, non æquor.

CCXXX. ARISTOTELES.

Τῇ δὲ χαλκίδι νόσημα ἐμπίπτει νεανικόν· φθεῖρες ὑπὸ τὰ βράγχια γινόμενοι πολλοὶ, ἀναιροῦσι.

CHalcis valido morbo corripitur. Pediculi ſub branchijs orti eam interimunt.

CÆSAR.

SVPRA lumbricus erat in cauſſa morbi ſed οὐκ ἄμεσον αἴτιον. Ὑπὸ καύματος γὰρ ἀπόλλυται: at hîc ἄμεσος cauſſa ἀναιροῦντας.

Theodorus chalcidē, *æricam*, appellat, ſequutus vocem χαλκοῦ: de qua nos ſuprà.

Νεανικὸν Theodorus *dirum*. Sed dirum eſt à Deorum ira: neque pediculi magis dirus morbus ſunt quàm alij. Sed qui morbi ex imprecationibus putabātur euenire, *diri* dicti ſunt. Idem πολλοὶ *quammulti*: potius, *permulti*.

CCXXXI. ARISTOTELES.

Τῶν δ᾽ ἄλλων ἰχθύων οὐδενὶ οὐδὲν τοιοῦτόν ἐστι νόσημα.

CVIuſmodi morbo nullus præterea tentatur piſcis.

CÆSAR.

ERgo eſt ἴδιον τῆς χαλκίδος. Sed intellige γινόμενοι, *nati*. Nam etiam alij piſces pediculis abſumuntur. Sed ingruentibus: non autem agnatis.

CCXXXII. ARISTOTELES.

Ἀποθνήσκουσι δὲ οἱ ἰχθύες τῷ πλόμῳ· διὸ καὶ θηρεύουσιν, οἱ μὲν ἄλλοι, τοὺς ἐν τοῖς ποταμοῖς καὶ λίμναις πλομίζοντες· οἱ δὲ Φοίνικες, καὶ τοὺς ἐν τῇ θαλάττῃ.

INtereunt verbaſco piſces. Itaque eo flumijs ac lacubus infectis, tùm alij venantur eos: tùm Phœnices etiam marinos.

CAESAR.

CAESAR.

NVNC etiam venenum piſcium apponit: cuius rei capta occaſione etiam venationem narrat: ac non vnum quidem modum.

Πλόμῳ: verbaſcum, Barbari *barbaſſam* vocant, addito taſſi nomine. De eo ſuo loco. Πλωμίζοντες autem nequeas Latinè imitari, ſicut ἐλλεβορίζειν, χυλίζειν.

CCXXXIII. ARISTOTELES.

Ποιοῦνται δέ τινες καὶ δύο ἄλλας θήρας τῶν ἰχθύων. διὰ γὰρ τὸ φεύγειν ἐν τῷ χειμῶνι τὰ βαθέα ἐν τοῖς ποταμοῖς, (καὶ γὰρ ἄλλως τὸ πότιμον ὕδωρ ψυχρὸν) ὀρύττουσι τάφρον εἰς τὸν ποταμὸν διὰ ξηροῦ· εἶτα ταύτην κατασκευάσαντες χόρτῳ καὶ λίθοις, οἷον φωλεὸν ποιοῦσιν, ἔκδυσιν ἔχοντα ἐκ τοῦ ποταμοῦ· καὶ ὅταν πάγος ᾖ, ἐκ τούτου κύρτῳ θηρεύουσι τοὺς ἰχθῦς.

SVnt & alij duo piſcandi modi, cùm fugiunt altos gurgites fluuiorum per hyemem. Nam ſanè dulces aquæ alioqui gelidiores. Ergo vbi ſubſidunt aquæ, ſcrobem quæ in fluuium ducat, fodiunt. Eam opertam fœno & lapidibus, quaſi latibulum vt ſit, faciũt, relicto exitu à fluuio. Gelu igitur facto, ex ea foſſa retibus venantur.

CAESAR.

CAPTA, vt diximus, à verbaſco occaſione, piſcandi modos explicat. Et ſanè etiam huc attinet quomodo moriantur etiam inſidijs, ſicut à dracone ſuprà.

Διὰ γὰρ τὸ φεύγειν. Fugiunt enim piſces frigus. At frigus in profundo eſſe diximus, & τὴν ἀλέαν in littoribus. Et auget quod dixerat χειμῶνι ſic. Τὸ πότιμον ψυχρόν. Itaque addidit ἄλλως, id eſt alia cauſſa quàm hyemis.

Εἰς τὸν ποταμόν: oratio conciſa: id eſt reſpondentem fluuio, vt mox ἔκδυσιν. Et dixit potiùs ἔκδυσιν, cùm tamen ſit εἴσδυσις ἐκ τοῦ ποταμοῦ εἰς τάφρον.

Πότιμον ψυχρόν: quia non eſt amarum.

Διὰ ξηροῦ: cùm aquæ, vt vocant piſcatores & nautæ, macræ ſunt.

Κατασκευάσαντες, Theodorus *ſtipant*: peſſimè. *Stipare* eſt plus quàm implere, à ſtupa nauigiorum. Etiam nunc nauem cùm onerant, *ſtipare* dicunt. Et *apes ſtipare cellas* dixit Virgilius.

Ἄλλως Theodorus, *aliàs*, malè: ambiguum enim eſt: & de tempore hîc loquitur, vt magis etiam ambigamus. Liberius quoque vagatur eius oratio, *& maceriam* apponit. Et φωλεὸν *cuniculũ*, maluit. Et addidit, *vnde impleatur*: vt iam non ſit interpres. Et κύρτῳ *naſſa* vertit, non rectè: ſed, *ſinu* potiùs. Naſſa enim eſt excipula: *labyrinthum* vocat Theocritus: Veneti *voègam*.

CCXXXIV. ARISTOTELES.

Καὶ ἄλλην δὲ θήραν ποιοῦνται ὁμοίως θέρους καὶ χειμῶνος· ἐν μέσῳ τοῦ ποταμοῦ φρυγάνοις καὶ λίθοις περιφράξαντες, ὅσον στόμα καταλείπουσιν· ἐν τούτῳ κύρτον ἐνθέντες, θηρεύουσιν περιελόντες τοὺς λίθους.

ALterum genus capturæ ſimile eſt: ídque tùm æſtate tùm hyeme. Medio in fluuio ſurculis ac lapidibus circumuallant, ac quaſi oſtioli ſpatium relinquunt. Ibi rete indito capiunt lapidibus ablatis.

CAESAR.

DICIT ſimilem modum capturæ: quia ibi foſſa: hîc cauea: ibi ex arena: hîc ex palis, & lapidibus parietes: ibi ἔκδυσις: hîc στόμα. Differt autem, quia hîc etiam θέρους.

Φρύγανα: virgulta hîc & ſurculos intellige, vt in libris de *Plantis* diximus. Nam vt hîc ponit Theodorus *frutices*, malè quidem accipias. Non enim frutex paxillus dicitur: neque cæſum lignum arbor, ſed lignum. Et virgultum illud non malè *ſurum* vocabis.

Ὅσον στόμα, potiùs οἷον στόμα. Nam quantum cuius? pulicíſne an balenæ: intellexit proportionem totius ambitus.

Περιελόντες. Περιαιροῦμαι: quoniam plenum rete per oſtium extrahere nequeant.

CCXXXV.

CCXXXV. ARISTOTELES.

Τῶν δὲ ὀστρακοδέρμων ἐν τοῖς ἄλλοις συμφέρει τὰ ἐπόμβρια ἔτη, πλὴν τῆς πορφύρας. σημεῖον δέ· ὅταν γὰρ τεθῇ οὗ ποταμὸς ἐξερεύγεται, καὶ γεύσωνται τοῦ ὕδατος, ἀποθνήσκουσιν αὐθημερόν.

Cetera teſtacea pluuijs gaudent annis: purpura non item. Cuius rei argumentum eſt: quòd vbi fluuius erumpitur, ſi ponantur ibi, atque aquam guſtârint, obeunt intra diem.

CAESAR.

Redit ad ſuperiorem hiſtoriam de marinis: excipit purpuram à commoditatibus pluuiarum. Καὶ γεύσωνται ὕδατος: tollit ſophiſma. Αὐθημερόν: ſicut alibi αὐτοετής. Theodorus guſtum tantùm poſuit: & omiſit illa τεθῇ οὗ ποταμός, &c.

CCXXXVI. ARISTOTELES.

Καὶ ζῇ δὲ ἡ πορφύρα, ὅταν θηρευθῇ, περὶ ἡμέρας πεντήκοντα.

Atqui viuit purpura, poſtquam capta eſt, dies quinquagenos circiter.

CAESAR.

Vt mirum ſit eodem die interire, cùm aliàs etiam quinquageſimum attingat.

CCXXXVII. ARISTOTELES.

Τρέφονται δὲ ὑπ' ἀλλήλων. ἐπιγίνεται γὰρ ἐπὶ τοῖς ὀστράκοις ὥσπερ φῦκός τι καὶ βρύον. ἃ δ' ἐμβάλλουσιν εἰς τροφὴν αὐταῖς, τοῦ σταθμοῦ χάριν εἶναί φασι, πρὸς τὸ πλεῖον ἕλκειν.

Alit ſanè alia aliam, quaſi alga quæpiam, muſco agnato teſtis. Nam quæ apponunt ipſis ad veſcendum, aiunt id ea de cauſſa fieri, vt plus ponderent.

CAESAR.

Mira res videbatur tandiu inediam ſuſtinere. Itaque apponit rationem: agnato teſtis alterius muſco veſci vicinam. Deinde aliam remouet dubitationem. Quid? nonne apponunt purpurarij quod edant? Non, inquit, vt edant, ſed vt pluris veneant. Nam & viuas vendunt. Extinguitur enim cum vita ſuccus.

Ἐπιγίνεται. Theodorus, mutilè, *gnatum.* Sed puto librariorum eſſe erratum, & ſcripſiſſe *agnatum.*

CCXXXVIII. ARISTOTELES.

Τοῖς δ' ἄλλοις οἱ αὐχμοὶ ἀσύμφοροι. ἐλάττω γὰρ καὶ χείρω γίνεται.

Cæteris anni ſicciores nocent. Deteriora enim fiunt, & infrequentiora.

CAESAR.

Τοῖς δὲ ἄλλοις: intellige teſtacea, ſicut infra mox. Sanè cùm hæc ſcriberemus, oſtrea quæ ex Oceano ſubuehebantur, erant deteriora: quòd Garumna erat exilis: etiam vado tranſmittebatur. Itaque oſtreæ & macilentæ, & ſalſæ erant.

Ἐλάττω, ad numerum: quia earum materia eadem ſit quæ & cibus. Ἐλάττω pro ſubſtantia: non enim generantur. Χεῖρον: pro qualitate.

CCXXXIX. ARISTOTELES.

Καὶ οἱ πυῤῥοὶ τότε μᾶλλον γίνονται κτένες. ἐν δὲ τῷ Πυῤῥαίων ποτὲ Εὐρίπῳ ἐξέλιπον οἱ κτένες,

Ac pectines ipſi quoque tunc rubeſcunt magis. Itaque in Euripo Pyrrhæorum olim defecere:

οὐ μόνον

οὐ μόνον διὰ τὸ ὄργανον, ὃ οἱ θηρεύοντες ἀνέξυον, ἀλλὰ καὶ διὰ τοὺς αὐχμούς.

non ſolùm quia inſtrumento piſcatores verrebant: ſed etiam ob anni ſiccitatem.

C AE S A R.

OSTENDIT non conferre ab indicijs: à colore primum: alterum ab hiſtoria. Pectines ipſi ruffeſcunt ſiccitate, vt capilli: ſicut & alia multa. At ſicca calore exucta albeſcunt: mollia excocta ſucco nigreſcunt. Sed ſuprà piſces erant albi pluuia & frigore, exalbidi ſcilicet, ſicut equi macilenti ſunt exalbidi.

Πυῤῥοί, *ruffi, burri:* vnde *Byrria* in Comœdijs.

Ἐξέλιπον, abſolutè non tranſitiuè. Theodorus, *defuerunt*, minùs benè. Sed cùm antea eſſent, defecere. Defuit autem generalius eſt.

Ὄργανον, intelligit euerriculum: iccircò dicit ἀνέξυον. Theodorus *ferramentum*, & addidit, *vbertim.*

CCXL. ARISTOTELES.

Τοῖς δ' ἄλλοις ὀστρακοδέρμοις τὰ ἔπομβρα ἔτη συμφέρει, διὰ τὸ γλυκυτέραν γίνεσθαι τὴν θάλατταν. ἐν δὲ τῷ Πόντῳ διὰ τὸ ψῦχος οὐ γίνονται, οὐδ' ἐν τοῖς ποταμοῖς, ἀλλ' ἢ ὀλίγα τῶν διθύρων· τὰ δὲ μονόθυρα, μάλιστα ἐν τοῖς πάγοις ἐκπήγνυται.

ALijs autem teſtaceis anni pluuij conferunt: propterea quòd dulceſcit mare. In Ponto autem ob frigus non naſcuntur, neque in fluuijs præter pauca: quæ valuulis clauduntur. Et quæ vnico tegmine conſtant, tempore gelido gelantur.

C AE S A R.

REDDIT cauſſam quare conferant: quia mare dulceſcit, inquit: & cauſſam quare in Ponto non naſcantur. Vt ſimul oſtendat, & ſiccitatem obeſſe: & frigus. Et apponit genera: deterius μονόθυρον, quia minùs habet munimenti. Eadem cauſſa quare in Ponto & in fluuijs non naſcantur: frigus: quia ſuprà τὸ πόντιον ψυχεῖν. Pontus itaque duplicem habet cauſſam, & regimen, & τὸ πόντιον. In Stagno aui Nicolai quod habuit ad Bulſanum, etiam conchas vidimus multis iam annis antea impoſitas, vt patebant: grandes illas, tegmine craſſiſſimo: ſed carne adeò dura, vt nullo igni domari potuerit.

Ἐν τοῖς πάγοις ἐκπήγνυται. Theodorus, *induratur & interit:* meliùs, *gelatur.* Τὸ, ἐν, enim non vacat. Sed nucleum, vt ita dicam, intelligit, non teſtam, quæ ſua natura ſemper dura eſt.

CAPVT VIGESIMVM-SEXTVM,

Quadrupedum morbi: ac primùm de ſuibus.

CCXLI. ARISTOTELES.

Περὶ μὲν οὖν τὰ ἔνυδρα τῶν ζῴων, τοῦτον ἔχει τὸν τρόπον. τῶν δὲ τετραπόδων αἱ μὲν ὕες, νοσήμασι μὲν κάμνουσι τρισίν· ὧν ἓν μὲν καλεῖται βράγχος, ἐν ᾧ μάλιστα τὰ περὶ τὰς σιαγόνας καὶ τὰ βράγχια φλεγμαίνει. γίνεται δὲ καὶ ὅπῃ ἂν τύχῃ τοῦ σώματος. πολλάκις γὰρ τοῦ ποδὸς λαμβάνεται. ὁτὲ δὲ ἐν τῷ ὠτί γίνεται δ' εὐθὺς σαπρὸν καὶ τὸ ἐχόμενον, ἕως ἂν ἔλθῃ πρὸς τὸν πνεύμονα· τότε δὲ ἀποθνήσκει. ταχὺ δὲ αὐξάνεται·

AQuatiles animantes ſic ſe habent. At in quadrupedum genere ſues tribus laborant morbis: quorum vnus vocatur angina. *Cùm potiſſimùm fauces ac maxillæ inflammantur. Euenit etiam alijs partibus quibuſcunque corporis: ſæpè enim pedem corripit. Aliquando aurem. Hoc continuo putreſcit ſimul, & id quod cohæret, vſque dum in pulmonem inuadat. Tunc enim interit. Citò creſcit:*

καὶ οὐδὲν

καὶ οὐδὲν ἐσθίει, ὅταν ἄρξηται τὸ πάθος κἂν ὁποσονοῦν. ἰῶνται δὲ οἱ ὑοβοσκοὶ, ὅταν αἴσθωνται μικρὸν ὄν, ἄλλον μὲν οὐδένα τρόπον ἀποτέμνουσι δὲ ὅλον.

ipſe cibo abſtinet ſtatim cùm correptus eſt morbo hoc, vel quantulocunque. Tantiſper dum morbum puſillum eſſe ſentiunt ſubulci, medicas adhibent manus, non alio modo, quàm tota abſciſſa parte.

CAESAR.

NVNC quadrupedes narrat: ac de ſuibus primùm ſcribit: quoniam ſuprà & ἥμερα & ἄγρια. Sus autem non ſolùm ἥμερον, ſed etiam altile & ferum. Narrat morbos tres: vnum anginam: duos ſub vno κραυρᾶν. Neque inſtituit repetere peſtilentibus morbis eos laborare: quoniam ſuprà ſatis dixit, cùm diſcludebat horum naturam à piſcibus.

Βράγχος, *raucedo* Theodorus: nos, *anginam* maluimus: ſuffocat enim. Ita Virgilius, *& fauces angit obeſas.* Βράγχος etiam fit in homine, de quo Galenus libro Sexto de *Symptomatum cauſis*, qui non malè: tunc raucedo vocabitur: non enim interficit. Eius etiam meminit Ægineta in Tertio: quem etiam ἀρτηριακὸν vocari ait. At in ſuibus non malè anginam dicemus: præcipuè cùm Plinius in Octauo ſuum genus obnoxium morbis anginæ & ſtrumæ eſſe dicat. Idem quoque in Viceſimo quarto de impia herba loquens: *eum qui*, inquit, *ipſam guſtauerit nunquam anginæ morbo tentari: itaque & ſuibus dari.* Quare βράγχος in ſuibus rectè angina dicetur.

Μάλιστα, quoniam mox dicit, καὶ ὅπου ἂν τύχῃ.

Τὰς σιαγόνας, & τὰ βράγχια. Βράγχια *fauces.* Proprium tamen vocabulum in piſcibus. Theodorus immutauit ordinem.

Ἐν ᾧ: *in quo morbo*, inquit, *inflammantur fauces.* Eſt eius definitio. Nam is morbus eſt faucium φλεγμονή. Sed ſecutus eſt ſermonis potiùs elegantiam: quaſi ſic: in febre inflammatur cor. Imò febris eſt cordis inflammatio.

Τοῦ ποδὸς λαμβάνεται, in ſecundum caſum Atticè hæc verba ius habent. Et variauit iucundè ἐν τῷ ὠτί. Item variauit aduerbia πολλάκις, & ὅτε.

Εὐθύ. Iccircò ſæpè eſt ἀνίατον: & dixit, καὶ τὸ ἰχόμενον: quoniam illicò pars inflammata putreſcit.

Πρὸς τὸ πνεύμονα: finis definitionis: mirum à pede proficiſci ad pulmonem ſerpendo. Τότε ἀποθνήσκει: finis affectionis.

Ταχὺ δ᾽ αὐξάνεται: affectus morbi: alter affectus animalis, οὐδὲν ἐσθίει: ambigua oratio: quoniam ibi de morbo, hîc de ſue. Et tamen intereſt καὶ.

Κἂν ὁποσονοῦν: vt tota ſpecie, ſit lethalis morbus: non autem ob magnitudinem.

Αἴσθωνται. Cùm præſentiunt morbi incrementum: cùm præueniunt intellectione morbi magnitudinem.

Ἀποτέμνουσι. Sic Virgilius: *vlcerù os, alitur vitium, viuitq́; tegendo.* Præſeruant autem ruſtici noſtri ſic. Hordei pug. x. Chelydoniæ cum toto, ſaliuæ, rutæ, ex ſingulis pug. 1. decoquuntur in aqua benè manè cum ex hara exeunt, ternis diebus, bis in anno Aprili, & Nouembri, ex ea decocto bibunt: neque intereunt. Vaſcones morbum hunc, *Tac* vocant.

Μάλιστα Theodorus, *maximè*: rectè. Sed ambiguè: nam potes intelligere, & maximè inflammari, & maximè, id eſt, imprimis. Sed, *potiſſimùm*, potiùs dicas.

Λαμβάνεται. Theodorus, *decumbit*: at decumbere eſt quòd aliunde vergit deorſum, & à pede incipit. Idem addidit, & *vlcus ſerpit*: &, *qua tacto*: fortaſſe non ita ſit: vt tacto tantùm. Nam ſanè falſum eſt. Illa verò peſſimè tranſtulit. Ὅταν ἄρξηται τὸ πάθος κἂν ὁποσονοῦν. *Cùm ita ægrotat, etiam ſi quantumlibet ſit morbi incrementum.* Hîc neque ἄρξηται declarauit: neque boni Medici officio functus eſt: qui principium cum incremento confundit: neque boni interpretis munus obiuit: qui, ὁποσονοῦν, *quantumlibet*, tranſtulit. Nam Latini, *quantumlibet*, ad magnitudinem grandiorē ſemper referunt: quantumlibet morbum grandem intelligas. Hîc vult ipſa initia dicere. Ὁσονοῦν, *quantillum.* Et ſanè quid mirum eſſet, maximis morbi incrementis captum ſuem, cibum faſtidire?

Ὑοβοσκοί. Theodorus, *porcarij*: differunt ὑοβοσκοὶ, & ὑοφορβοὶ, hi appoſita eſca alunt, quos *porculatores* vocat Columella: illi in paſtum ducunt.

Μικρὸν Theodorus, *incipere*: malè: poteſt eſſe μικρὸν poſt inceptionem.

Ἀποτέμνουσι δὲ ὅλον. Theodorus addidit, *qua ceperit.* Imò quam totam occupat: etiam ex viuo. Intelligit verò ὅλον, non membrum, ſed μέρος tantùm.

CCXLII. ARISTOTELES.

Δύο δ' ἄλλα ἐστί· λέγεται δὲ κραυγᾶν ἄμφω· ὧν τὸ μὲν ἕτερον, ἐστὶ κεφαλῆς πόνος καὶ βάρος, ἐν ᾧ αἱ πλεῖσται ἁλίσκονται· τὸ δ' ἕτερον, ἡ κοιλία ῥεῖ. καὶ τοῦτο μὲν, δοκεῖ εἶναι ἀνίατον· θατέρῳ δὲ βοηθοῦσιν, οἶνον προσφέροντες πρὸς τοὺς μυκτῆρας, καὶ κλύζοντες τοὺς μυκτῆρας οἴνῳ. διαφυγεῖν δὲ καὶ τοῦτο χαλεπόν. ἀναιρεῖται γὰρ ἐν ἡμέραις τρισὶν ἢ τέτταρσι.

DVo alij ſunt morbi. Vtrunque dicunt κραυγᾶν Græci. Latini poſſunt, grunnitionem. *Alter eſt capitis dolor & grauitas, quibus plurimi capiuntur. Alter eſt alui incitatio. Atque hic videtur non poſſe ſanari. Alteri auxiliãtur, vino naribus admoto, eoque elotis. Verùm haud facilè euadunt. Tertio enim quartoue obeunt die.*

CAESAR.

NOMINIS communitas fecit vt duo diuerſi morbi ſimul tractarentur. Nam & locis in corpore & eſſentia, & accidentibus, & exitu differunt. Alter capitis, alter alui. Ille grauitas, hic fluxus: ibi qualitas, hic motus. Poſterior incurabilis: prior curatur.

Κραυγᾶν, *clamare*: vehementer enim ſtrident, commoti dolore tùm capitis, tùm alui. Κραυγὴ *clamor*, etiam apud Demoſthenem. Theodorus legit κραυρᾶν, & interpretatur *ſtrumam*. At ſtruma eſt angina illa ſuperior. Hîc autem quis dolores capitis ſtrumam vocet? Quis ſtrumam curet vino naribus infuſo? Quis ſtrumam vocet alui profluuium? ſed Plinius, vt ſuperius oſtendimus, ſcribit: *morbi ſuum anginæ maximè & ſtrumæ.* Vt videatur κραυρᾶν legere. Quare igitur Theodorus non eſt βράγχον *anginam* potiùs interpretatus, ſuum Plinium ſequutus? Sed ſtrumas intellexit Plinius ſcrophulas, τὰς χοιράδας, quas ſcimus eſſe quod Ariſtoteles hîc βράγχος dicit. Plinius autem hos duos morbos non tetigit poſteriores. Et κραῦρος eſt etiam morbus boum infrà.

Τὸ μὲν ἕτερον, βάρος: quòd ſuprà καρηβαρουῶνται de piſcibus. Et rectè: non enim dixit ἐν ᾧ: ſed mox paulò licẽtiùs. Τὸ δ' ἕτερον ἡ κοιλία ῥεῖ: pro ῥεῦσις. Nemo enim dicat, morbus eſt, aluus fluit.

Δοκεῖ εἶναι: quoniam multa latent nos, quæ tamen fieri queunt.

Θατέρῳ βοηθοῦσι: manca oratio: *alteri morbo auxiliantur*: imò ſuibus auxiliantur aduerſus morbum.

Atticiſmus repetitionis. Οἶνον πρὸς τοὺς μυκτῆρας, καὶ τοὺς μυκτῆρας οἴνῳ.

Καὶ τοῦτο χαλεπὸν: quoniam alter erat ἀνίατος: priore autem morbo etiam capellæ laborant. Medentur paſtores ſubula adacta in aurem: expergiſcuntur enim ſanguine educto.

CCXLIII. ARISTOTELES.

Βραγχῶσι δὲ μάλιστα, ὅταν τὸ θέρος εὐφορῇ, καὶ πιότατοι ὦσι.

ANgina corripiuntur potiſſimùm, cùm æſtas largiùs tulerit: atque ipſi euaſerint pinguiſſimi.

CAESAR.

REDDIT cauſſam anginæ: tumeſcunt enim glandes, atque obſtruunt fauces. Itaque rauceſcunt: etiam pinguiores viri rauciores.

Τὸ θέρος εὐφορῇ: quoniam æſtas vrit glandes. Theodorus non τὸ θέρος, ſed τὰ ὄρη: ſed meliùs noſter Codex: quid enim? ſoline montes ferunt: aut ſolis in montibus paſcuntur ſues?

Πιότατοι: effectus eſt τοῦ εὐφορεῖν. Et cauſſa τοῦ πιότατοι ὦσι.

CCXLIV. ARISTOTELES.

Βοηθεῖ δὲ τά τε συκάμινα διδόμενα, καὶ τὸ λουτρὸν ἐὰν ᾖ πολὺ καὶ θερμὸν, καὶ ἐάν τις σχάσῃ ὑπὸ τὴν γλῶτταν.

REmedio ſunt mora præbita: & lauacrum tùm largum, tùm calidum: ſcarificata ſubtus lingua.

CAESAR.

CAESAR.

PHILOSOPHVS deſinit vbi incipit Medicus. Iccircò ſemina quædam ſpargit medicinæ: ac tribus quidem modis: pharmaco, lauacro, χειρουργίᾳ. Nam lauacrum medium eſt inter Chirurgiam & Clinicam. Apponit modos lauacri. Πολὺ καὶ θερμόν. Item membrum, & locum membri. Γλῶτταν καὶ ὑπό.

Διδόυμα. Iccircò Latini *prebia* dixêre medicamenta.

Συκάμινα, *mora*. Ea ſunt duplicia: è rubo & moro arbore. Itaque à celſitudine huius: *celſi mora* dixêre: ab humilitate illius, *mora baſſi*. Nam *baſſum* vulgus Italiæ, Galliæ, Hiſpaniæ à baſi imum vocat.

Σχάσῃ ὑπὸ τὴν γλῶτταν. Theodorus: *venæ ſub lingua ſita cultello adacto ſanguinem detraxiſſe*: non potuit λαπίζειν χαλκοτύπους.

CCXLV. ARISTOTELES.

Χαλαζώδεις δέ εἰσι τῶν ὑῶν αἱ ὑγρόσαρκοι, τά τε περὶ τὰ σκέλη, καὶ τὰ περὶ τὸν τράχηλον, καὶ τοὺς ὤμους· ἐν οἷς μέρεσι καὶ πλεῖσται γίνονται χάλαζαι· κἂν μὲν ὀλίγας ἔχῃ, γλυκερὰ ἡ σάρξ· ἂν δὲ πολλάς, ὑγρὰ λίαν καὶ ἄχυλος γίνεται. δῆλαι δέ εἰσιν αἱ χαλαζῶσαι. ἔν τε γὰρ τῆς γλώττης τοῖς κάτω ἔχουσι τὰς χαλάζας· καὶ ἐάν τις τρίχας ἐκτίλλῃ ἐκ τῆς λοφιᾶς, ὕφαιμοι φαίνονται. ἔτι δὲ τὰ χαλαζῶντα, τοὺς ὀπισθίους πόδας οὐ δύνανται ἡσυχάζειν. οὐκ ἔχουσι δὲ χαλάζας, ἕως ἂν ὦσι γαλαθηνοὶ μόνον. ἐκβάλλουσι δὲ τὰς χαλάζας ταῖς τίφαις· ὃ καὶ πρὸς τὴν τροφὴν ἐστι χρήσιμον.

Grandinoſi ſues ſunt, quibus caro humida tùm in cruribus, tùm in collo, atque etiam armis. Quibus in locis, plurima quoque grando eſt. Ac ſanè pauca ſi ſint, dulcior caro: ſin multæ, humida valde, atque inſipida eſt. Grandinis indicia ſumuntur ex linguæ parte inferiore, vbi grandines ſunt. Tum ex iuba ſetas ſi quis vellat, apparent ſubcruentæ. Præterea qui ſic ſunt affecti, poſterioribus pedibus nequeunt quieſcere. Tantiſper carent grandine dum lac ſugunt dumtaxat. Tolluntur grandines tipha. Ea etiam ad alendum vtilis eſt.

CAESAR.

ALIA ægritudo, quam grandinem vocat: commodiùs dicas *grana* ſanguinem concretum. *Ladros* vocant Galli. Itali *leproſos*: alij *lazaroſos*. Ponit loca, & indicia. Sub lingua enim ſi ſint granula, etiam intus in membris eſſe: ſic ſub lingua notæ in ariete transfundũt colorem in lanam ſobolis. Alterum indicium à ſetis euulſis: quarum radix ſubcruenta: id fit, quia caro fluidior eſt. Quid igitur? ſi calore concreſcit ſanguis in guttulas illas; quare non coxit carnes ad conſiſtentiam? quare igitur fluida? Nam etiam poſt ætatem lacteam grandineſcunt: quia ſicciores ſunt: inæqualior enim tunc ſanguis fit. Dicemus: inæqualitatẽ illam in cauſſa eſſe: partibus ſiccioribus coactis, fluidas fieri carnes. Prætereà hic τὸ ὑγρὸν, nõ tam humidũ, quàm fluidũ ſignificat. Ita caro leproſorum porcorũ non cohæret, neque conſiſtit firmitate quadã. Sed quare ſapidior ſi pauca grando ſit? quia coctior caro: nam etiam nunc id aiunt, ſapidiorem eſſe. At quare nequeunt durare pedibus? quia titillantur, & pruriunt. Quare poſterioribus? quia ibi terreſtrior pars corporis eſt: ima enim eſt. Quare tolluntur tipha? quia æquatur ſanguis & refrigeratur. Sic etiam hordeo medemur.

Χάλαζαι in gemmis vitium, in ſanguine, in oculo: pars oui: omnia à naturali grandine.

Ἐν οἷς μέρεσι πλεῖσται. Nanque alijs quoque partibus nonnullæ, ſcilicet in dorſo: & faucibus.

Ἄχυλος: vt χύλος ſit ſapor hic, non ſuccus.

Ἐκβάλλουσι: vt nunc ponat remedium morbi, non ſolùm præuentionem.

Ταῖς τίφαις: vt ridiculè noluerunt Grammatici licere nobis dicere, *farra, frumenta, hordea*. Subdit relatiuum comprehendenti genere ὃ, in neutro.

Χαλαζῶσαι Theodorus: *grandent*: *grandinant* potiùs: idem ἡσυχάζειν, *conſiſtare*: malè. Conſtare poſſunt: quieſcere non poſſunt: & malè omiſit μόνον. Nam etiã lac ſugunt cùm veſcuntur herbis.

Legebatur in Aldino Codice ταῖς σίφαις malè. Τίφαις omnino legendum eſt, quod & Theodorus doctiſſimus animaduertit. Tipha enim frugis genus apud Theophraſtum Octauo hiſtoriæ *Plantarum*: & in quarto de *cauſis* vbi nos de ea plura. Plinius quoque in XVIII. quædam tradit.

CCXLVI. ARISTOTELES.

Ἄριστοι δὲ πρὸς τὸ πιαίνειν καὶ τρέφειν οἱ ἐρέβινθοι καὶ τὰ σῦκα· τὸ δ' ὅλον, μὴ ποιεῖν ἁπλῆν τὴν τροφὴν, ἀλλὰ ποικίλην. χαίρει γὰρ μεταβάλλουσα, καθάπερ καὶ τὰ ἄλλα ζῷα. καὶ ἅμα φασὶ τὸ μὲν, ἐμφυσᾶν, τὸ δὲ, πιαίνειν τῶν προσφερομένων. τὰς δὲ βαλάνους μόνον ἡδέως μὲν ἐσθίειν, ποιεῖν δὲ ὑγρὰν τὴν σάρκα.

Commodiſſimè & aluntur, & pingueſcunt cicere, & ficu. Summa illa eſt, non ſimplicem apponere cibum, ſed variare. Gaudens enim mutatione, quemadmodum alia quoque animalia. Aiũt etiam ſimul cibi parte inflari, parte pingueſcere. Solas verò glandes libenter ab illis eſitari: ſed humidam efficere carnem.

CÆSAR.

INVTILITER & repetit quæ alibi poſuit, & hîc in genere morborum recitat. Tamen excuſabitur ab argumento contrariorum Nanque hîc & commoda & incommoda recenſentur. Eſt enim πρὸς ἀδηνίαν. Præuertit etiam ordinem τὸ πιαίνειν καὶ τρέφειν, καὶ τὰ σῦκα. Notat Plinius hoc ex Apicij cura.

Τὸ δὲ ὅλον. Nam illud eſt à natura, ἐρέβινθοι. At ποικίλλειν ab arte: vt hoc plus poſſit quàm illud. Itaque dixit, τὸ ὅλον.

Μεταβάλλουσα: at non eſt ſus qui mutat: ſed ὑοφορβός: vitauit ſic ſatietatem. Neque enim excitatur natura ad appetendum quod habet. Appetitus enim cauſſa, priuatio eſt. Neque materia prima, vt aiunt, appetit: cognoſceret enim. Sed patitur tantùm euenire formam. Expellitur autem prior forma à poſteriore propter vim maiorem. Contrarietas autem mutationis cauſſa eſt.

Ἅμα τὸ μὲν ἐμφυσᾶν, τὸ δὲ, πιαίνειν. Sic puto omnia pingueſcere: dilui ſanguinem ac rarefieri: deinde compleri, cibi ſcilicet varietate: quoniam alius inflet, alius compleat.

Τὰς βαλάνους μόνον. Duplex ſenſus: aut ſolas inter cæteros cibos: aut vt facit Theodorus, ſolas datas ſine alijs. Mirum verò humidam fieri carnem à glande, cuius natura ſit ſicca. Plinius in XVI. cap. XIII. *glande fagea ſuem hilarem facere*, ait, *carnem coctibilem ac leuem, & vtilem ſtomacho. Iligna ſuem fieri anguſtam, nitidam, ſtrigoſam, ponderoſam: qua ſues tentantur niſi paulatim detur. Fungoſam autem fieri, eſculo, robore, ſubere.*

Τὸ δὲ, πιαίνειν τῶν προσφερομένων. Theodorus addidit *partim impleatur.* Idem πιαίνειν *opimare*: non malè. Telluris enim primum fuit verbum agricolarum: quam *Opim* priſca Græcorum voce dicerent. *Opimum agrum.* Paſtores poſteà eam vocem ſibi communem fecere in gregibus.

Ἡδέως *ſuauiter comeduntur:* Theodorus: potiùs & magis Latinè, *libenter.* Nam ſuauiter ſanè nunquam comedunt ſues.

CCXLVII. ARISTOTELES.

Καὶ ἐὰν ἐγκύμονες πλείους ἐσθίωσιν, ἐκβάλλουσιν, ὥσπερ καὶ τὰ πρόβατα. ταῦτα γὰρ ἐπιδηλοτέρως τοῦτο πάσχει, διὰ τὰς βαλάνους.

Et ſi grauida largiùs eas eſitârint, abortiuntur, ſicut & oues. Hæ enim manifeſtiùs patiuntur ob glandes.

CÆSAR.

HOc ſanè ad propoſitum: eſt enim duplex morbus, & matris, & prolis: & communis ouibus. Nam hæc hiſtoria eſt quadrupedum.

Ἐκβάλλουσι, *eijciunt.* Vnde *vulua eiectitia:* verbum commune etiam dentibus: & infrà vngulis. Id autem eſt ad verbum. Hoc in loco propriè, *abortiuntur:* aut, vt Theodorus, *abortum faciunt.*

Ἐπιδηλοτέρως. Theodorus: *conſtantiùs:* minùs benè: imò meliùs, inquit, conſtat. Ratio eſt: quia pecudes non veſcuntur glande ex vſu, vt ſues. Neque Latinum eſt, *conſtantiùs accidit.* Neque *conſtantiùs* eſt *apertiùs:* licet, *conſtat*, verbum id dicat Et ſi coniungas cum verbo Græco πάσχουσι, quid erit, *conſtantiùs patiuntur?* falſum enim erit iam. Capellæ autem eſu glandium cæcæ fiunt.

CCXLVIII.

CCXLVIII. ARISTOTELES.

Χαλαζῶται δὲ μόνοι τῶν ζώων ὧν ἴσμεν, ὗς.

Solus ex animalibus quæ nota ſunt nobis, grandine afficitur ſus.

CAESAR.

Vtinam non dixiſſet hoc Philoſophus. Nam & gallinas vidimus nos aliquot, & lepores non paucos: homines verò plurimos, quorum ſanguis eſſet arenoſus.

Χαλαζᾶ). Theodorus, *grandinem concipit.* Sanè neſcio quid ſit hîc, *grandinem concipere*: peregrinè enim ſæpè loquitur.

CAPVT VIGESIMVM-SEPTIMVM,

CANVM MORBI.

CCXLIX. ARISTOTELES.

Οἱ δὲ κύνες, κάμνουσι νοσήμασι τρισίν. ὀνομάζεται δὲ ταῦτα, λύττα, κυνάγχη, ποδάγρα. τούτων ἡ λύττα, ἐμποιεῖ μανίαν· καὶ ὅταν δάκῃ, λυττῶσιν ἅπαντα τὰ δηχθέντα, πλὴν ἀνθρώπου. ἀναιρεῖ δὲ τὸ νόσημα τοῦτο τάς τε κύνας, καὶ ὅ τι ἂν δηχθῇ ὑπὸ λυττώσης, πλὴν ἀνθρώπου.

Canes tribus morbis infeſtantur: quorum nomina: rabies, angina, podagra. Rabies inſanos facit. Et quæ momorderint, omnia in rabiem aguntur, præter hominem. Interficit peſtis hæc tùm canes ipſos, tùm id quod momorderint, excepto homine.

CÆSAR.

Canvm morbos nunc perſequitur: alijs quoque tamē laborant morbis. Nam & comitiali vt vidimus, plures: & Gallico morbo vnum vidimus laborare, qui heri ſui hac tabe affecti, emplaſtra deuorârat. Vexantur & ſcabie, quæ, niſi præſentanea remedia adhibeantur, difficillimè curatur. Atque vtinam non excepiſſet hominem Philoſophus. Nam & ipſe rabit, mordet, & interit: & qui ab ipſo morſi ſunt homines eundem morbum contrahunt. Ὑδροφοβία à Galeno dicitur morbus hic. Atque omnino qui eo torquentūr, & canes, & ab eo tacta animalia, aquam fugiunt. Leonicenus legit πρὶν ἀνθρώπου, ſed ſenſus durus eſſet: neque puto Philoſophum ſic ſcripſiſſe.

Ὑπὸ λυττώσης: alius dixiſſet ὑπ' αὐτοῦ.

Νόσημα Theodorus *vitium*: ſanè nimis leuiter.

CCL. ARISTOTELES.

Ἀναιρεῖ δὲ καὶ ἡ κυνάγχη τὰς κύνας.

Interficit etiam angina canes.

CAESAR.

Vt κυνάγχη ſit canum. Συνάγχη quaſi συάγχη & βρόγχος ſuum. Λυκάγχη luporum cauſidicorum. Etiam equi hoc morbo intereunt. *Vidulos* vocant Itali à tumore: eſt enim vidulus folliculus & marſupium.

CCLI. ARISTOTELES.

Ὀλίγαι δὲ καὶ ἐκ τῆς ποδάγρας περιεσώζονται.

PAuci ex podagra euadunt.

CAESAR.

SI dicat, pauci ex omnibus ne tententur, falſum eſt: ſi dicat podagra interire, item falſum. Sed περισώζεσθαι hîc euadere, ac ſanari ſignificat: alibi verò περισώζεσθαι ad vitam tantùm pertinet. Nos duos habuimus podagricos: alterum etiam leporarium curſorem excellentiſſimum: qui per interualla tantùm tentabatur.

CCLII. ARISTOTELES.

Λαμβάνει ταῦτα καὶ τὰς καμήλους.

COrripiunt hæc etiam camelum.

CAESAR.

ERgo non ſoli canes rabie agitantur: quin etiam muli & equi: etiam ſues, etiam non à cane morſi: & cameli, alioqui ſatis mite animal, & quod facillimè cicuratur.

CCLIII. ARISTOTELES.

Τοὺς δὲ ἐλέφαντας πρὸς μὲν τὰ ἄλλα ἀῤῥωστήματα ἀνόσους εἶναί φασιν, ἐνοχλεῖσθαι δ᾽ ὑπὸ φυσῶν.

ELephantos aiunt immunes eſſe ab alijs morbis: ſed flatibus infeſtari.

CAESAR.

MIRVM hîc de elephantis, & tam paucis atque etiam mancis. Hæc potius cum iis quæ de ipſis prolixius narrat, erant coniungenda. Quare locus hic mihi ſuſpectus meritò eſt, tanquam argumento non conueniens. Hæc igitur inferioribus addenda ſunt, vbi etiam morbos tractat. Tamen vtrobique omiſit morbum teterrimum, elephantiaſim. Τῶν φυσῶν. Theodorus, *inflationem alui*: ſanè inflatio à flatu fit.

CAPVT VIGESIMVM-OCTAVVM,

BOVM MORBI.

CCLIV. ARISTOTELES.

Οἱ δὲ βόες οἱ ἀγελαῖοι, νοσοῦσι δύο νόσους τὸ μὲν, ποδάγρα· τὸ δὲ, κραῦρος καλεῖται.

DVabus ægritudinibus afficiuntur gregales boues: podagra & ſtruma.

CAESAR.

FEcit ſuprà differentiam ſuper incolumitate, inter gregalia animalia, & quæ domi alerentur. Itaque hîc dixit, ἀγελαῖοι.

CCLV.

CCLV. ARISTOTELES.

Ἐν μὲν οὖν τῇ ποδάγρᾳ, τοὺς πόδας οἰδοῦσιν, οὐκ ἀποθνήσκουσι δὲ, τὰς δ' ὁπλὰς ἀποβάλλουσι. βέλτιον δ' ἴσχουσι τῶν κεράτων ἀλειφομένων πίττῃ θερμῇ.

In podagra pedes tument: verùm non intereunt: ſed vngulas amittunt. Meliùs continent delibutis pice calida cornibus.

CAESAR.

Exequitur alterum morbum: ponit ſigna: tumorem. Speciem morbi: non lethalem: ponit σύμπτωμα: amiſſionem vngularum: ponit remedium: picem. Ponit ſympathiam capitis cum cornibus: cornuum cum vngulis: mirum ſanè.

Dixit in podagra: quoniam non eſt tumor pedum podagra, ſed dolor. Tumor autem accidens. Neque enim in omni podagra tumor.

Οἰδοῦσι τοὺς πόδας. Synecdoche eſt. Inde *Oedipus* dictus eſt traiectus loro pedes. Inde *œdemata*.

Πίττῃ θερμῇ: quoniam non omnis pix liquida, calida eſt. Hanc ignorant hæ regiones: *peculam* Veneti vocant.

Ἐν τῇ ποδάγρᾳ. Theodorus: *facit podagra vt pedibus intumeſcant*: rectè. Eſt enim morbus, cauſſa accidentium: fluunt enim ab eſſentia.

Βέλτιον ἴσχουσι. Theodorus: *valent meliùs*: non eſt ita. Sed meliùs continent vngulas, neque amittunt. Sic Plinius in vndecimo. *Boum attritis vngulis*, inquit, *cornua vngendo aruina, medentur agricolæ*. Et in viceſimo octauo: *medicari pedes boum, ſi priùs pice liquida perungantur cornua*: de pedum cum capite ſympathia. Idem eiuſdem libri Capite quarto, & vndecimo, atque alibi.

CCLVI. ARISTOTELES.

Ὅταν δὲ κραυρῶσι, τὸ πνεῦμα γίνεται θερμὸν καὶ πυκνόν· καὶ ὅ ἐστιν ἐν τοῖς ἀνθρώποις πυρετὸς, τοῦτό ἐστιν ἐν τοῖς βουσὶ τὸ κραυρᾶν. σημεῖον δὲ τῆς ἀρρωστίας. τὰ ὦτα καταβάλλουσι καὶ οὐ δύνανται ἐσθίειν. ἀποθνήσκουσι δὲ ταχέως καὶ ἀνοιχθέντων ὁ πνεύμων φαίνεται σαπρός.

Cum autem ſtrumeſcit, ſpiritus caleſit, & craſſior euadit. Et quod eſt in hominibus febris, hoc eſt in bobus ſtrumam pati. Signum morbi aures demiſſæ: atque edendi impotentia. Celeriter intereunt. Atque diſſectis pulmo putridus apparet.

CAESAR.

Alterius morbi eſſentiam à comparatione ſtatuit: vt ſit febris. Ergo non conuenit nomini ſtrumæ, ſi febris tantùm eſt. Sed ſanè aliud eſt: quippe pulmo putreſcit. Signum à pulmone ſpiritus craſſior. Ponit & ſigna & exitum morbi.

Πυκνὸν: non eſt ψυχρὸν, frequens, quia non egent ventilatione, ſed euaporatione: quia craſſus eſt & impar. Iccirco anhelitus magnus eſt potiùs quàm frequens. Theodorus tamen legit ψυχρόν.

Καταβάλλουσι, *demittunt aures*. Sic & diuinus Poëta in tertio *Georgicorum*. Theodorus addidit, *flaccεant*. Quoniam ſcrofarum aures ſic pinxit Plinius, ex Ariſtotele.

CAPVT VIGESIMVM-NONVM,

Equorum morbi.

CCLVII. ARISTOTELES.

Τῶν ἵππων αἱ μὲν φορβάδες, ἄνοσοι τῶν ἄλλων ἀρρωστημάτων εἰσὶ, πλὴν ποδάγρας. ταύτην δὲ κάμνουσι, καὶ ἐνίοτε ἀποβάλλουσι τὰς ὁπλάς. ὅταν δὲ ἀποβάλλωσι, πάλιν φύουσιν εὐθύς. γίνεται γὰρ ἅμα τῆς ἑτέρας ὑποφυομένης, ἡ τῆς ἑτέρας ὁπλῆς ἀποβολή. σημεῖον δὲ τῆς ἀρρωστίας· ὁ γὰρ ὄρχις ἄλλεται ὁ δεξιός· ἢ κατὰ μέσον ὀλίγον κάτωθεν τῶν μυκτήρων, ἐν κοῖλον γίνεται καὶ ῥυτιδῶδες.

Equi paſcui non ſunt obnoxij ægritudinibus, præterquam podagræ. Hac cùm laborant, interdum etiam vngulas amittunt: amiſsis illicò aliæ ſubnaſcuntur. Simul enim altera abijcitur & altera generatur. Morbi indicium eſt, teſtis dexter ſubſiliens: vel etiam paulò infrà nares, medio in loco rugoſa quædam cauitas eſt

CAESAR.

Hic quoque diſtinguit τὰς φορβίας, & τὰς τροφίας. Eſt enim ἱπποκομία, genus ad vtrunque. φέρβονται, quibus tellus φέρει βίον. φορβίας, *paſcales* veteres dicebant. τροφὴ, autem eorum eſt, quibus etiam τροφαὶ, afferuntur. Ponit vnum tantùm morbum, podagram: verùm etiam ſtruma capiuntur atque intereũt: etiam hos torminibus vexari vidimus nos. Ponit ſignum ὄρχις ὁ δεξιὸς: conuelluntur enim in podagra. Itaque podagrici ſalaciſſimi ſunt: & ſalaces podagrici fiunt. Subſilit autem, quoniam σπᾶται, dexter potiùs, quia ſiccior. Alterum ſignum paulò diuerſius eſt. Sed dolore ſanè nares contrahuntur & labia corrugantur.

Γίνεται γὰρ ἅμα. τὸ, ἅμα exponit, τὸ εὐθύς: quare alia ſubnaſcitur illico? quia ſimul altera abit, altera adit.

Ὁ γὰρ: τὸ, γὰρ, παρέλκει ad ornatum.

Ἐν κοῖλον: quia caret nomine proprio communi, quod tranſcendens appellat, declarauit. Sic potes interpretari. Labium ſub naribus ſubſidit cauum, atque corrugatur.

Ταύτην γὰρ κάμνουσι. Theodorus addidit, *vno*: & malè ὁπλὰς, *vngues*. Nullus Latinè ſic loquitur: & omiſit τὸ ἅμα. Quod aduerbium ſi tollas, non expleas ſenſum in repetitione, ſic. Amittunt vngulas: amiſſis aliæ ſubnaſcuntur: generatur enim altera, altera decidente. Idem Theodorus ἄλλεται, *palpitet*: malè intellexit quid eſſet palpitare. Græca vox eſt ab haſtis, πάλλειν, & aduerbium πάλιν, cùm vibrantur atque ſinuantur. Itaque ἄλσεις palpitationes apud Galenum dicimus, cùm ſubſilit caro, & fit inæqualis. Sicut de piſcibus ἀσπαίρειν: quoniam qui palpat iterum atque iterum, & inæquali motu digitorum tangit. At teſticulus ſubſilit totus: non ſicut oculus apud Theocritum: ἄλλεται ὀφθαλμός μοι δεξιός.

Ὀλίγον κάτωθεν, de loco, in naribus ſcilicet. Theodorus peſſimè, *citra nares*: quid enim præter nares eſt: quouis ſit loco erit citra, ſi loquens locum mutet. At κάτω non poteſt à loquente mutari. Idem omiſit κατὰ μέσον, Sanè negligenter multa neceſſaria plerunque, & addens non neceſſaria.

CCLVIII. ARISTOTELES.

Οἱ δὲ τροφίαι ἵπποι, πλείστοις ἀρρωστήμασι κάμνουσι. λαμβάνει γὰρ καὶ εἰλεός. σημεῖον δὲ τῆς ἀρρωστίας· τὰ ὀπίσθια σκέλη ἐφέλκουσιν ἐπὶ τὰ ἐμπρόσθια, καὶ ὑποφέρουσιν, ὥστε ἀλλήλοις συγκρούειν.

At qui aluntur domi, plurimis morbis corripiuntur. Capiuntur enim torminibus. Indicant ægritudinem, cùm crura poſteriora ad anteriora attrahunt: quæ ita ſubmouent, vt inter ſe collidant.

CAESAR.

CAESAR.

DOMESTICORVM morbos narrat inſigniores. Nam multos omiſit, quos petes ex veterum hippocomiis, Vegetio, & aliis.

Καὶ εἰλεός. τὸ καὶ, notat ſequentes alios morbos: recentiores ridiculè, *volunlum* appellant. Cùm tamen, *ilium* ſit Latinum: neque enim voluitur ibi dolor, ſed fixus eſt. Sic malè Celſus *tormina*, dyſenteriam. Nam tormina à torquendo ob dolorem: ſumpta metaphora à criminalibus quæſtionibus. At non omnis dyſenteria torquet: non omnis dolor dyſenteria.

Τὰ ὀπίσθια, vt comprimant ventrem.

Ὑποφέρουσι, *ſubinferunt*: neque enim Latinè poſſis dicere ſimpliciter, *ſufferunt*.

Συγκρούειν, *complodere*. Sic pedum ſonus dicitur à M. Tullio in lib. de *Oratore* tertio, *ſupploſio*. Theodorus addidit, *propemodum*.

CCLIX. ARISTOTELES.

Ἐὰν δὲ ἀπνήσας τὰς ἡμέρας, ὠνα μανῇ, αἷμα ἀφαιροῦντες καὶ ἐκτέμνοντες, βοηθοῦσι.

QVod ſi poſt aliquot dierum inediam, furore agitentur, ſecta vena, atque detracto ſanguine auxiliantur eis.

CAESAR.

PROPTER frequentiam Capitum & morborum, neceſſariò mutat loquendi modum: breuitate mira vtitur. Signa præcedentia ſimul, & morbum, & remedium ponens.

Τὰς ἡμέρας ἡμέρας: alius dixiſſet, τὸ πρῶτον, vt reſponderet τῷ, εἶτα. Et diſturbauit ordinem, αἷμα ἀφαιροῦντες καὶ ἐκτέμνοντες. Priùs enim ſecatur vena, poſteà auffertur ſanguis. Alius dixiſſet, ἐκτεμόντες. Itaque τὸ, καὶ eſt expoſitiuum.

Ἀσιτήσας. Theodorus addidit, *ſponte*: & omiſit ἐκτέμνοντες.

CCLX. ARISTOTELES.

Λαμβάνει δὲ καὶ τέτανος. σημεῖον δ᾽ αἱ φλέβες τείνονται πᾶσαι, καὶ ἡ κεφαλὴ καὶ ὁ αὐχὴν· καὶ προβαίνει εὐθέσι τοῖς σκέλεσι.

COnuelluntur etiam. Indicio ſunt venæ intentæ omnes: tum caput, & collum. Ac cruribus rigidis incedunt.

CAESAR.

QVID ſit τέτανος, Galenus libro primo de *muſculorum motu*, ita exprimit: οὐκ ἄλλο ἐστὶ τέτανος ἢ ὅταν εἰς τἀναντία πρὸς τὴν ἀντιτεταγμένων μυῶν ἀκινήτως ἀντιτάσσηται τὰ μέρια. Pluribus idem exponit in quarto Comment. in *Aphoriſmos Hippocratis*. Philoſophus hîc ponit ſigna à venis: quoniam ſociæ ſunt neruorum. Itaque membra maximè mobilia poſuit pro neruis. Etiam cutis tunc adeò intenditur, vt vix digitis capi queat: remedia non ponit. Sed pyria vtimur nos & detrahitur ſanguis, & oblinitur totus eo ſanguine calido cum cymino & vino, & melle, & bolo Armenica. Etiam oua in aceto induntur in ollam: olla in fimum: ibi molleſcunt. Ea ita integra dantur per cornu: atque ex aceto aliquid.

Theodorus addidit: *nerui*, &c, *immobiliter rigeant*: & εὐθέσι, *rectis cruribus*, dixit, malè: *rigidis*, dicendum fuit. Nam recta crura in equo, laus eſt. Itaque doctiſſimus Poëta aliter loquutus eſt: *mollia crura reponit*: ὑγρά.

CCLXI. ARISTOTELES.

Γίγνεται δὲ καὶ ἔμπυοι αἵ ἵπποι.

EOrum quoque pulmo laborat pure.

CAESAR.

C Æ S A R.

ΕΜπυϊκοὶ, & ἔμπυοι, dicuntur quorum pectus, aut pulmo pure occupatur: morbus aliquando ſequens pleuritidem. Theodorus: *ſuppuratione etiam equi infeſtantur.* At propriè vlcera, aut tumores cùm pus fluit, dicuntur ſuppurari. Plinius tamen multis in locis & pro ſpirandi difficultate, & pro apoteſmatum puris extractione vtitur: quod & Celſus in primo. Latini veteres *ilia ducere*, reſpirationis difficultatem, *ilia ducere*, dixere. Quoniam ea parte anhelitus plus appareat. *Bolſum* Itali, vocant hoc morbo affectum. Galli, *pouſſif.*

CCLXII. ARISTOTELES.

Λαμβάνει δὲ καὶ ἄλλος αὐτοὺς πόνος. καλεῖται δὲ τοῦτο κριθίας. σημεῖον δὲ τοῦ ἀρρωστήματος· μαλακὸς γίνεται ὁ οὐρανὸς, καὶ θερμὸν πνεῖ. ἀνίατα δὲ, ἐὰν μὴ αὐτόματα καταστῇ.

Corripiuntur etiam morbo alio, quem Græci vocant κριθίαν. Latinè poſſis hordeationem. *Signum mutatæ valetudinis, palati mollitia. Et feruidum ſpirat. Quæ ſponte ſua niſi deſiſtant, curam admittunt nullam.*

C AE S A R.

ΚΡιθίας, alius morbus eſt palpebræ: hordeationem & hordeolum poſſis dicere à forma. At hic cum nomine morbus non conuenit. Mirum dicit, curari ſponte interdum: arte non item.

Καταστῇ: vnde Hippocratis κατάστασις, ſed non vno ſignificatu. Theodorus: *emendetur:* ſequutus eſt potiùs ſignificatum, quàm vocem.

Mutauit genus, πόνος: τοῦτο.

Μαλακὸς, in Theodori Codice: *moleſtet:* mendosè: ſcripſit enim molleſcat.

Καὶ θερμὸν πνεῖ. Cùm equus frigidum ſpirat, mors ſequitur. Itaque hîc θερμὸν eſt potiùs feruidum quàm calidum. Quare Theodorus addidit, *ex conſueto.* Sic infrà, πνεῖ, pro συχνὸν πνεῖ αὐτόματα. Theodorus: *ſponte natura.*

CCLXIII. ARISTOTELES.

Τό τε νυμφιᾶν καλούμενον, ἐν ᾧ συμβαίνει κατέχεσθαι ὅταν αὐλῇ τις, καὶ κατωπιᾶν· καὶ ὅταν ἀναβῇ τις, τροχάζει, ἕως ἂν μέλλῃ κατά τινας θεῖν.

Et quod vocant lymphari *cohibetur ſono tibiæ: demiſſa his frons eſt. At vbi conſcenderis, curſu incitantur quoad fiat, vt ad quempiam feratur.*

C AE S A R.

FVRORI propius vitium hoc: neque fræno cohiberi poſſunt: qui autem ſunt νυμφόληπτοι, alibi à nobis in libris de *Re equeſtri*, declaratum eſt. Latini *lymphari* dicunt purè. Mendum erat in Codice: τό τε νυμφίαν καλούμενον: verbum ſuſtituendum eſt νυμφιᾶν.

Κατέχεσθαι, *inhiberi.*

At fortaſſe nonnihil mendi ſit in Codice Græco. Niſi dicas, καὶ κατωπιᾶν καλούμενον πάσχουσι. Priùs enim poſuit remedium, quàm abſolueritmorbi rationem.

Ἕως ἂν μέλλῃ κατά τινας θεῖν. Theodorus legit κατασχεθῇ: *donec retineas.* Sed mihi videntur non poſſe retineri: ſed fieri amentes.

CCLXIV. ARISTOTELES.

Κατηφοῦσι δὲ ἀεὶ, κἂν λυττῶσι. σημεῖον δὲ καὶ τούτου· τὰ ὦτα καταβάλλει πρὸς τὴν χαίτην, καὶ πάλιν προστείνει, ἐκλείπει, καὶ πνεῖ.

Cum rabie infeſtatur, triſtis item eſt: rabiei ſignum. Retrahit auriculas ad iubam: atque prorſum iterum tendit. Et deficitur animo, & anhelat.

CÆSAR.

C AE S A R.

PONIT commune ſignum lymphatis, & rabidis : quia dixerat [illegible] καχωσίας : hîc κατηφῆ : ponit deinde alia ſigna ἰδιαιτερικά.

Καταβάλλει: diximus *retrahit*.

Theodorus aliter legit. Sic, *idque viciſſim factitat.* At in noſtro Codice ita ſcriptum fuit : καὶ ἐκλείπει καὶ πνεῖ. Nam ſanè qui rabiunt, deliquium quoque animi patiuntur occupato corde veneno illo. Itaque etiam anhelant : quoniam inflammantur. Inde enim ſpuma quoque & apertum os.

Πνεῖ, ſcilicet plus quàm conſueuit : ἀσθμαίνει, voluit dicere.

CCLXV. ARISTOTELES.

Ἀνίατα δὲ καὶ τάδε, ἐὰν καρδίαν ἀλγήσῃ· (σημεῖον δὲ· λαπαρὸς ὢν ἀλγεῖ.)

Haec quoque remedio nullo tolluntur : ſi cordis dolorem patiantur. Cuius indicium eſt, cum dolet, ducit ilia.

C AE S A R.

IN plurali dixit καὶ τάδε ἀνίατα. Sed tantùm vnum incurabile poſuit hoc. Nam ſequenti laborantes vidimus curari.

Λαπαρὸς ὢν ἀλγεῖ : non eſt facilè ponere ſignum huius ægritudinis. Quis enim ſciat an cor doleat equus ? Sed ita coniectârunt, vt ex iliorum tractu iudicarent. Λαπάρα, autem *ilia* : nomen inde λαπαρὸς, quia trahit ilia.

CCLXVI. ARISTOTELES.

Καὶ ἐὰν ἡ κύστις (ἀποστῇ.) σημεῖον δὲ καὶ τούτου, τὸ μὴ δύνασθαι οὐρεῖν. καὶ τὰς ὁπλὰς καὶ τὰ ἰσχία ἐφέλκει.

Siue abſcedat veſica. Cuius mali nota eſt, cùm nequeunt vrinam facere : tum vngulas atque clunes trahit.

C AE S A R.

DEFICIEBAT verbum in Græco Codice. Nos ſubſtituimus, ἀποστῇ : donec quod deſit inueniatur. Theodorus dixit, *dimoueatur.* Sed ſanè non poteſt moueri veſica loco. Sed abſceſſus pati, vnde fiat iſcharia. Trahit autem & pedes, & femora, propter diſtentionem veſicæ & vreterum.

Ἰσχία. Theodorus: *clunes*, rectè.

CCLXVII. ARISTOTELES.

Καὶ ἐὰν σταφυλῖνον ἀναχάνῃ. τοῦτο δ' ἐστὶν ἡλίκον ἡ σφονδύλη.

Siue paſtinacã deuorârit. Ea eſt ſphondylij magnitudine & facie.

C AE S A R.

LETHALEM ait eſſe paſtinacã equo. Et declarat cuiuſmodi intelligat σταφυλῖνον. Ea eſt quàm Galli *panetz*, vocant. Similis ſphondylio: nullo enim diſtat quàm folij magnitudine. Idem flos, idem ſemen, eadem radix. Sed viroſior guſtus ſphondylio. Nam Dioſcoridæ Staphylinus alius, folio dauci. Theodorus putauit hîc ſphondyliũ eſſe inſectum de quo ſupra. Sed peſſimè. Eſt enim herba locis humidis prouenienſ, odore & guſtu acri: flore luteo : denique qualem ſuo loco deſcripſimus. Nam quæ paſtinaca ſit ſcarabeoli magnitudine.

Ἡλίκον : hîc non ſolùm magnitudinem, ſed etiam faciem intelligo.

CCLXVIII.

CCLXVIII. ARISTOTELES.

Τὰ δὲ δήγματα τῆς μυγαλῆς καὶ τοῖς ἄλλοις ὑποζυγίοις χαλεπά. γίνονται δὲ φλύκταιναι. χαλεπώτερον δὲ τὸ δῆγμα, ἐὰν κύουσα δάκῃ. ἐκρήγνυνται γὰρ αἱ φλύκταιναι· ἂν δὲ μή, οὔ.

Mvris aranei morſus etiam aliis iumentis pernicioſi. Excitantur puſtulæ. Pernicioſius mordet prægnans. Non enim niſi prægnantis puſtulæ dirumpuntur.

CAESAR.

COMMVNEM cum aliis morbum ponit : μυγαλῆ. Ex mure & muſtela compoſuere Græci nomen huic animali : quoniam muris magnitudine, facie muſtelæ: ordo dentium quadruplex : *murem araneum* Latini vocant. *Mygales* Auicenna meminit, & Aëtius, & Dioſcorides, & Nicander, & Lucianus in φιλοψευδεῖ, & in *Corollario* Barbarus. Vbi cùm recitaret autoritatem Dioſcoridæ, qui dicat puſtulas rumpi ex prægnantis morſu, ex non prægnantis non rumpi : atque ſententiam Plinij diuerſam apponeret : mirum tantus vir quare locum hunc non adduxerit. Neque in XX. *Caſtigationum* quicquam. Verba Plinij ſunt hæc in XXIX. *Nam ſi prægnans momorderit, protinus diſſilit.* Neſcio an diſſilire, voluerit, diſrumpi. Sanè τὰς φλυκταίνας ἐκρήγνυσθαι, etiam Ariſtoteles dixit. Dioſcorides, puſtulas quidem rumpi: ſed prægnantis nullam fecit mentionem : contrà quàm allegat Barbarus.

Dubitandum autem reliquit Philoſophus, quare prægnantis morſus ſit moleſtior. Rationem ponit : quia puſtulæ rumpuntur. At quare ſi rumpuntur, ſunt deteriores ? Nam ſanè virus exit. Itaque ipſa impoſita medetur : retinetur enim ibi venenum per ſimilitudinem : neque abit in cor : item allia imponuntur, & eiuſmodi aëria, eadem de cauſſa. Dicamus : non quia rumpuntur : prægnantis autem grauior morſus, quia venenum retinetur : & mater exuctior eſt.

Χαλεπά, leuiſsimè loquutus eſt. Nam in Italia venenum affert, ac mortem.

Ὑποζύγια : *iumentum* : malè Latini. Nam & boues ſunt ὑποζύγιοι.

CCLXIX. ARISTOTELES.

Ἀποκτείνει δὲ δάκνουσα, ἢ σφόδρα ἀλγεῖν ποιεῖ καὶ ἡ καλουμένη χαλκὶς ὑπὸ τινῶν, ὑπὸ δ᾽ ἐνίων ζιγνίς. ἔστι δ᾽ ὅμοιον ταῖς μικραῖς σαύραις, τὸ δὲ χρῶμα τοῖς τυφλίνοις ὄφεσιν.

Aut interficit morſu, aut magnum dolorem affert ea, quam nonnulli chalcidem, *alij vocant* Zygnidem. *Similis eſt hæc puſillis lacertis, colore cæciliarum ſerpentum.*

CAESAR.

ALIA hiſtoria beſtiolæ. A colore dicta eſt chalcis : raua enim eſt : *grimolam* vocant Aquitani. Itali *lacertulam*. Nam Thuſci vt diximus, verum lacertum luteo colore *ramarrum* : alij, *ligurum*.

Theodorus ἀλγεῖν ποιεῖ, *dolorem mouet*. Sic etiam Cicero loquutus eſt : ſed miro modo : neque enim mouent, ſed afferunt quicum eſt. Morſum autem huius beſtiolæ nos quoque paſsi ſumus, ſanè non contemnendo dolore. Ludit autem hîc Ariſtoteles qui, quaſi equis propria hæc aſsignat. Puto ego nec ſemel quidem poſtquam hæc ſcripſit, morſum fuiſſe equum à chalcide. Feles has beſtiolas venantur æſtate apricantes ex inſidiis, atque deuorant : quo fit, vt ſtrigoſiſsimi euadant.

CCLXX. ARISTOTELES.

Ὅλως δέ φασιν οἱ ἱππιατροί, χεδὸν ὅσαπερ ἀρρωστεῖ ἄνθρωπος ἀρρωστήματα, καὶ ἵππον ἀρρωστεῖν καὶ πρόβατον.

IN ſumma periti ſic autumant : omnibus penè morbis quibus laboras homo, equum quoque tentari, atque ouem.

CAESAR.

CAESAR.

PVDENTER vbique loquitur Philoſophus, ἴσως, ἂν, φαίνεται, δοκεῖ. φασὶ: atque etiam prudenter. Dixit enim ἴσασι, vt captet attentionem & dociles faciat nos. Peritorum autem ſententia moderata eſt per σχεδόν. Multis enim morbis carent equi: pro pleuritide, angina capiuntur. Comitialem nullum audiuimus, neque ictericum, neque apoplecticum, neque cardiacum, neque ſpleneticum, neque diabeticum. Contrà multis laborant, quorum nos nullo.

CCLXXI. ARISTOTELES.

Ὑπὸ φαρμάκου δὲ διαφθείρεται καὶ ἵππος καὶ πᾶν ὑποζύγιον, σανδαράκης. δίδοται δὲ καὶ ἐν ὕδατι, καὶ διηθεῖται.

Sandaracæ veneno interit tum equus, tum iumenta alia. Datur autem in aqua, atque percolatur.

CAESAR.

QVoniam non omnibus omnia venenum ſunt: iccirco ſandaracam nunc narrat: de qua Dioſcorides in quinto, & Plinius in xxv. Quidam recentiorum putidè vocant *gummi iuniperi*, ſandaracam. Neſcio verò quare Philoſophus dixerit δίδοται: quis enim det vt interficiat?

CCLXXII. ARISTOTELES.

Καὶ ἐκβάλλει δὲ ἵππος κύουσα διὰ τῆς ὀσμῆς λύχνου ἀποσβεννυμένου. συμβαίνει δὲ τοῦτο καὶ γυναιξὶν ἐνίαις κυούσαις.

Abortum facit equa fœta, extincta lucernæ odore. Id quod prægnantibus mulieribus nonnullis quoque vſuuenit.

CÆSAR.

HOc quoque à Plinio hinc recenſetur. Ratio eſt: quia matrix abhorret omnino à rebus tetris. Theodorus verò laſciuit, *odorem*, inquit, *ſentiens fungi fumigantis lucernæ extinctæ.* Quaſi verò ſemper fungi concreſcant, vt ait Poëta: quaſi non ſine fungo fœteat. Imò verò plus fœtet: plus enim humoris eſt in ſtupa, aut goſſypio ſine fungo.

Deerat in noſtro Codice præpoſitio, quam repoſuimus, διὰ τῆς ὀσμῆς.

CCLXXIII. ARISTOTELES.

Περὶ μὲν οὖν τὰς νόσους τῶν ἵππων, τοῦτον ἔχει τὸν τρόπον. τὸ δὲ ἱππομανὲς καλούμενον ἐπιφύεται μὲν, ὥσπερ λέγεται, τοῖς πώλοις· αἱ δὲ ἵπποι περιλείχουσαι καὶ καθαίρουσαι, περιτρώγουσιν αὐτό. τὰ δ' ἐπιμυθολογούμενα πέπλασται μᾶλλον ὑπὸ τῶν γυναικῶν καὶ τῶν περὶ τὰς ἐπῳδάς.

De equarum morbis hæc. At quod vocant hippomanes *innaſcitur pullis, vt aiunt. Equæ verò prælambentes depurantéſque abrodunt ipſum. Quæ autem fabulantur, ficta ſunt à mulierculis, & incantatricibus.*

CÆSAR.

HActenus de morbis. Nunc de quaſi morbis, vt ita dicam. Nam hippomanes: etſi cum pullo naſcatur, tamen excrementum ſuperfluum potiùs ſit. Itaque tollitur à matribus. Mirum quare hìc repetat, quod alibi narrauit.

CCLXXIV. ARISTOTELES.

Ὁμολογουμένως δὲ καὶ τὸ καλούμενον πώλιον αἱ ἵπποι περιεκβάλλουσι πρὸ τοῦ πώλου.

Non eſt controuerſum edi ab equabus id quod vocant pullium *antequam pariant.*

CAESAR.

HOc etiam ſuprà dixit: perſequitur autem hìc tanquam morbo ſimile.

CCLXXV. ARISTOTELES.

Γινώσκουσι δὲ οἱ ἵπποι καὶ τὴν φωνὴν ἀκούοντες τῶν ἵππων, οἷς, ἂν μαχεσάμενοι τύχωσι.

AGnoſcunt equi vocem aduerſariorum, quibuſcum pugnârint aliquando.

C Æ S A R.

HOc quoque extra propoſitum eſt, & ad mores pertinet, non ad ἰυθμίαν. Τύχωσι, *fortè*: nos *aliquando* diximus.

CCLXXVI. ARISTOTELES.

Χαίρουσι δὲ οἱ ἵπποι τοῖς λειμῶσι καὶ τοῖς ἕλεσι. καὶ γὰρ τῶν ὑδάτων τὰ θολερὰ πίνουσι· κἂν ᾖ καθαρὰ, ἀναθολοῦσιν αὐτὰ οἱ ἵπποι ταῖς ὁπλαῖς· εἶτα πιοῦσαι, λούονται. καὶ γὰρ ὅλως ἐστὶ φιλόλουτρον τὸ ζῶον, καὶ ἔτι φίλυδρον. διὸ καὶ ἡ τοῦ ποταμίου ἵππου φύσις οὕτω συνέστηκεν.

GAudent equi pratis & paludibus: turbidam nanque potant aquam: atque ſi pura eſt, vngulis obturbant. Ita vbi biberint, lauantur: lauacri enim, atque aquarum amantiſsimum animal eſt. Quare ſic quoque conſtituta fuit equi fluuiatilis natura.

C Æ S A R.

HOc potiùs in principio Capitis reponendum fuit: pertinet enim ad ἰυμμελίαν. Sed minùs ſtudioſè agit his in hiſtoriis Ariſtoteles, quàm in cæteris libris Philoſophicis. Gaudent autem equi lauacris, præſertim nigri. Et maximè qui in fine æſtatis nati ſunt. Habent enim affectum à matre ſiticuloſa. Nam quanquam, etiam qui vere naſcuntur æſtatem in matris vtero traduxerint: tamen initium conceptionis eſt tunc: neque fœtus tanto eget ſucco. Gaudent autem in genere: quia animoſi ſunt, & calidi, ac ſicci, vt temperentur. Sic etiam cerui, & vrſi; quare autem potant turbidam? quia gaudent ſapore. Inſipida autem limpida eſt. Pingueſcunt igitur potu turbido: quia placet multum: & quia craſsior eſt.

Ἀναθολοῦσι: *euertunt*. Et notabis mutationem generis: οἱ ἵπποι, &c, εἶτα πιοῦσαι.

Φιλόλουτρον καὶ ἔτι φίλυδρον. Addidit hoc poſterius: quia lauacra etiam alio quàm aqua inſtituuntur. Sus φιλόλουτρον animal eſt. Sed cœno non aqua lauatur. Doctiſsimus Poëta.

Aut aſſuetus aquæ perfundi flumine noto.

Συνέστηκεν, ex duobus terreſtri, atque aquatili: quoniam hoc terreſtre aquæ amans eſt.

Καὶ ἕλεσι. Sic intellexit Philoſophus. Si paludes notas habeant cò ferri potiùs, quàm ad fluuios, quia turbidiores. Theodorus, *pratis*, addidit de ſuo, *riguis*: & aduerbium, *libentiùs*: & verbo aſperiore vſus: *inturbant*. Et addidit omnia de ſuo præter primum verbum. *Et lauant ſe totos, lymphiſque potiuntur.* Item illa addidit, *vt viuere niſi in humore non poſsint*: minùs fideliter, & falsò. Viuit enim extra humorem. Imò etiam extra humorem victum petit: *balneum*, etiam hîc malè dixit λουτρόν. Neque enim balneas adit equus.

CCLXXVII. ARISTOTELES.

Οἱ δὲ βόες, τοὐναντίον τοῦ ἵππου· ἂν γὰρ μὴ καθαρὸν ᾖ τὸ ὕδωρ καὶ ψυχρὸν καὶ ἀκέραιον, οὐκ ἐθέλει πιεῖν.

AT bos contrà, niſi pura aqua ſit, & frigida, & ſincera, non vult bibere.

C Æ S A R.

KΑθαρὸν καὶ ἀκέραιον. Theodorus, *clara & lympida*. Sed ſane lympidum, eſt clarum modo aquæ: lympha enim eſt. Vox Catulli de nobiliſsimo lacu. Καθαρὸν autem eſt, quod eſt purum ſine ſordibus: ἀκέραιον, quod non ſolùm careat ſordibus: ſed etiam cum re nulla ſit permiſtum. Sic etiam vulgo, *purum & netum*: καθαρὸν τὸ νίπτειν: καθαρὸν autem malè Theodorus *clarum*.

Καὶ ψυχρόν. Non eſt hîc τοὐναντίον τοῦ ἵππου: quia non dixit, calidam appetere, aut frigidam nolle. Sed ſanè in re ſic eſt. Frigidam auerſatur equus. Itaque etiam vngulis diſturbatam calefacit motu: etiam miſtione caleſit.

CAPVT TRIGESIMVM,

Aſinorum morbi.

CCLXXVIII. ARISTOTELES.

Οἱ δ' ὄνοι, νοσοῦσι μάλιστα νόσον μίαν, ἣν καλοῦσι μηλίδα. γίνεται δὲ περὶ τὴν κεφαλὴν πρῶτον, καὶ ῥεῖ φλέγμα κατὰ τοὺς μυκτῆρας, παχὺ καὶ πυῤῥόν· ἐὰν δὲ πρὸς τὸν πνεύμονα καταβῇ, ἀποκτείνει· τὰ δὲ περὶ τὴν κεφαλὴν πρῶτον οὐ θανάσιμα.

Aſini vno potiſſimùm laborant morbo, quem vocant, melida. *Circa ipſum caput fit primùm. Tum deſtillatur per nares craſſum & ruffum. Quod vbi in pulmonis partes deſcendit, interficit. Nam eius initia, cùm tantùm caput occupat, non ſunt lethalia.*

CÆSAR.

Μάλιστα: quoniam etiam aliis laborant. Sed penè nunquam ἵπποι. Itaque rariſſimi quoque muli. Quare verò hunc morbum μηλίδα vocârit, haud ſanè conſtat. At etiam hoc morbo laborant equi: *bormum* Galli vocant.

Κατὰ μυκτῆρας: quoniam à capite per nares. Non dixit ἀπὸ μυκτηρίων: & κατὰ πνεύμονα: quoniam etiam pulmoni vicinas partes intelligit.

Theodorus omiſit παχὺ, & legit πολύ. Sed noſtrum meliùs: niſi comprehenderit ſub vocabulo pituitæ. Sed eius genera multa. Inter quæ etiam aquoſum & tenue.

Τὰ δὲ περὶ τὴν κεφαλὴν πρῶτον οὐ θανάσιμα. Theodorus: *ſed ſi in capite eſt, non infert interitum:* malè. Nam etiam cùm in pulmone eſt, in capite eſt. Itaque peſſimè omiſit τὸ, πρῶτον. Intelligit enim initia morbi, non ſtatum.

CCLXXIX. ARISTOTELES.

Δυσριγότατον δέ ἐστι τοῦτο τὸ ζῷον· διὸ περὶ τὸν Πόντον καὶ τὴν Σκυθίαν οὐ γίνονται οἱ ὄνοι.

Frigoris impatientiſſimum animal hoc eſt. Quamobrem neque in terris Ponticis, neque in Scythia, non generantur aſini.

CÆSAR.

IN Aruernis maxima ſunt frigora, & tamen aſini pulcherrimi, non minores Reatinis. Veneunt enim tricenis: etiam quinquagenis aureis nummis. Dubitatur autem quare ſit frigoris impatiens: ob frigus, an ob calorem. Nam herbæ quædam calidiſſimæ in locis frigidiſsimis naſcuntur: vt id quod *calamum aromaticum*, vocant in Ponto: contrà cicuta in Ægypto. Valde latet proportio huiuſce habitudinis rerum ad cœli temperamenta varia. Qua de re multa in noſtris *ad Cardanum de ſubtilitate*, Commentariis ſcripſimus, & alibi quoque.

CAPVT TRIGESIMVM-PRIMVM,

Elephantorum morbi.

CCLXXX. ARISTOTELES.

Οἱ δ' ἐλέφαντες, κάμνουσι τοῖς φυσώδεσι νοσήμασι· διὸ οὔτε τὸ ὑγρὸν περίττωμα προΐεσθαι δύνανται, οὔτε τὸ τῆς κοιλίας· καὶ ἐὰν γῆν ἐσθίῃ, μαλακίζεται, ἐὰν μὴ συνεχῶς· εἰ δὲ συνεχῶς, οὐδὲν βλάπτεται. καταπίνει δὲ καὶ λίθους ἐνίοτε.

ELephantos infeſtant ægritudines flatuoſæ: quibus fit vt neque vrinam reddere, neque alui excrementa queant. Quod etiam ſi terram deuorárint, inualidi fiunt. Ita ſanè ſi intermiſerint. Si non intermittant, non afficiuntur nocumento. Deuorant etiam ſaxa interdum.

CAESAR.

REPETIT hiſtoriam elephanti intempeſtiuè cœptam ſuprà, atque omiſſam. Fiunt igitur aluini intercepta etiam vrina. Terræ eſitatione præueniunt morbum hunc. Sed ita, ne intermittat.

Μαλακίζεται, hoc eſt molleſcere morbi oppreſſione: & *συνεχῶς* non eſt continuationis verè, ſed per vices. Theodorus, per *frequenter*, expreſſit, rectè. Sed tamen frequenter poſſunt: & tamen aliquando omittere.

Dixit & ἐὰν, vt continuatio ſit præſeruandi cauſſa: non autem intermiſſio. Et dixit ἐσθίῃ, quia mandunt terram: & *καταπίνει*, quia non poſſunt mandi lapides.

CCLXXXI. ARISTOTELES.

Ἁλίσκεται δὲ καὶ διαῤῥοίᾳ. ὅταν δὲ ἁλῶσιν, ἰατρεύουσιν ὕδωρ θερμὸν διδόντες πίνειν, καὶ τὸν χόρτον εἰς μέλι βάπτοντες, διδόασιν ἐσθίειν, καὶ ἵστησιν ἑκάτερον τούτων.

INuadit etiam alui profluuio. Eo captis medentur aquæ calidæ potu dato. Melle quoque intinctum fœnum in cibum præbent: quorum vtrouis ſiſtitur.

CAESAR.

ERGO hoc plus eſt, quàm quod ſuprà pollicebatur: præterquam flatibus nullo capi morbo: & ponit duplex remedium. Siſtitur calida aqua: quia facit attractionem in venas. Siſtitur melle: quia abſtergit: nobis autem melle citatur aluus.

Theodorus διαῤῥοίαν *fluorem*, interpretatus eſt: malè niſi addas, *cuius*.

Ὅταν δ' ἁλῶσιν: quoniam dixit ἁλίσκεται: at Theodorus: *cùm vires languerint*. Sanè minùs fideliter. Neque enim expectant, vt langueant: neque virium vlla mentio.

Ἑκάτερον. Theodorus: *vtrunque*: potiùs *vtrumuis*, ἑκὰς ἕτερον.

CCLXXXII. ARISTOTELES.

Ὅταν δὲ κοπιάσῃ, διὰ τὸ μὴ κοιμηθῆναι, ἀλλ' τριβόμενοι καὶ ἐλαίῳ καὶ ὕδατι θερμῷ τοὺς ὤμους, ὑγιάζονται,

CVm laſſitudinem contrahunt: iccirco quia non decubuerint: ſanantur affricatis armis, ſale, oleo, calida aqua.

CAESAR.

TERTIA ægritudo, laſſitudo ex ſtando: potiſſimùm armi fricantur: quia ibi incipit laſſitudo. Theodorus *κοιμηθῆναι*, *ſomnum*, maluit. At non ſunt feſſi ex vigilia in armis. Sed quia non recreárunt corpus quiete: atque etiam ſi κοιμᾶσθαι dormire non cubare ſignificat: ſic Pote accipiendum contendimus: quid enim vigiliis cum armis.

Teſt

τειβόμενοι, alluſit ad aliptas, τειβάδες. Reducuntur autem ad ſanitatem: ſale, vt penetret: oleo vt tollat dolorem: aqua calida, vt diſſoluat.

CCLXXXIII. ARISTOTELES.

Καὶ ὅταν τοὺς ὤμους ἀλγῇ, ὕεια κρέα ὀπτήσαντες προστιθέασι, καὶ βοηθεῖ αὐτοῖς.

Cum humeros dolent, ſuillas carnes aſſas apponunt: atque ita auxiliantur.

CAESAR.

ATtrahit enim ad ſe caro, tum ob ſimilitudinem, tum ob calorem. Itaque exugit noxia poſtquam diſcuſſit.

CCLXXXIV. ARISTOTELES.

Ἔλαιον δὲ αἱ μὲν πίνουσι, αἱ δ' οὔ, τῶν ἐλεφάντων. κἂν τύχῃ σιδήρειόν τι ἐν τῷ σώματι ἐνόν, τὸ ἔλαιον ἐκβάλλει, ὅταν πίωσιν, ὥς φασι.

Elephanti non omnes oleum bibunt. At qui bibunt, ſi quid in corpus ab hoſtibus adactum eſt, olei potu eijci prædicant.

CAESAR.

SImul & naturam, & morbum, & remedium poſuit.

Οἱ μὲν, αἱ δ' οὔ. Latinè, *non omnes.*

Σιδήρειον, *telum, hoſtile.*

Mira certè olei natura, vt lubricet etiam tela, etiam intrò ſumptum.

CCLXXXV. ARISTOTELES.

Τοῖς δὲ ὄνοις, ῥίζαν ἑψήσαντες ἐλαίῳ διδόασι.

Aſinis autem radicem oleo elixam præbent.

CAESAR.

MORE ſuo ſi quid commune eſt, miſcet ſpecies: vt ſuprà de boum potu cum equis: & de camelo cùm cane ob rabiem: atque idem hìc.

Theodorus aliter legit non ὄνοις, ſed ſic. τοῖς δ' ἄλλοις τυρτάμου ῥίζαν ἑψήσαντες ἐλαίῳ. Sed moniti ſumus à quodam gloſſemate non *tyrtami*, ſed *dictami* legi potiùs debere. Sic enim ferè Cretenſes deponunt ſpicula: quod & doctiſſimus Poëta non ignorauit in ſagitta Æneæ. Tyrtamus autem quid ſit, neſcio: niſi Theophraſti nomen verum à parentibus inditum. Intereſt autem: quia non potant oleum, ſed mandunt. Hoc etiam facilius. Sic enim in obſoniis ſumimus oleum: quod neutiquam equidem biberim. Radice etiam tollitur faſtidium.

CAPVT TRIGESIMVM-SECVNDVM,

Inſectorum morbi.

CCLXXXVI. ARISTOTELES.

Περὶ μὲν οὖν τῶν τετραπόδων ζώων, τοῦτον ἔχει τὸν τρόπον. τῶν δ' ἐντόμων τὰ πλεῖστα εὐθηνεῖ ἐν ἧπερ ὥρᾳ καὶ γίνεται, ὅταν τοιοῦτον ᾖ τὸ ἔτος, οἷον τὸ ἔαρ, ὑγρὸν καὶ ἀλεεινόν.

HActenus de quadrupedibus. At inſectorum pars maxima benè valet. Cùm annus eiuſmodi ſit, quale tempus in quo generantur, verno ſimilis, humidus & tepidus.

CÆSAR.

TRACTATVRVS τῆς ἀδηνίας inſectorum, communem naturam ponit maximæ partis. Et ſanè reſpondet naturæ, vt vitæ habitus reſpondeat principiis. Itaque conferre anni continuationem ſi ei parti ſimilis ſit, quæ ipſa tulerint inſecta. Oratio paulò conciſior: συμβαίνει ἐν ἤπερ ὥρᾳ καὶ γίνεται: benè eſt: hîc ver notat. Poſtea ſubdit ὅταν ὅμοιον ᾖ τὸ ἔτος: hîc deeſt, καὶ, aut διὸ: nam vere gigni & benè habere confeſſum. Ergo alio quoque tempore verino ſimili.

Dixit ver humidum & tepidum: quia calorem ſuperat humiditas. Neque eſt temperatum, vt ſentit Galenus. * * * * * * * *Multa hîc deſunt quæ ad hanc diſputationem pertinebant.*

CCLXXXVII. ARISTOTELES.

Ταῖς δὲ μελίτταις ἐγγίνεται ἐν τοῖς σμήνεσι θηρία, ἃ λυμαίνεται τὰ κηρία· τό τε σκωλήκιον τὸ ἀραχνιοῦν, ὃ λυμαινόμενον τὰ κηρία· καλεῖται δὲ κλῆρος· οἱ δὲ πυραύστην καλοῦσιν· ὃς ἐντίκτει ἐν τῷ κηρίῳ ὅμοιον ἑαυτῷ οἷον ἀράχνιον, καὶ νοσεῖν ποιεῖ τὸ σμῆνος.

AT in alueis apum oriuntur beſtiolæ quæ populantur fauos. Deuaſtantur etiam à vermiculo qui telam texit, quem clerum *vocant. Alij autem* pyrauſtam. *Parit is in cellulis ſibi ſimile, aranei ſpecie. Ac facit vt ægrotet examen.*

CÆSAR.

NVNC ſpeciatim narrat apum peſtes: quoniam ignobiliores aliæ ſpecies. Communi voce dixit θηρία: quoniam ſanè etiam aranei, etiam aliæ beſtiolæ intus moleſtant. Deinde nominatim, clerum. Cuius ſpeciem ponit & effectiones.

Ταῖς μελίτταις: pro τῶν μελιττῶν Eſt enim caſus commodi, & incommodi.

Τό τε σκωλήκιον: aliud ἀπὸ τῶν θηρίων ἀσιμίων.

Ἀραχνιοῦν, participium à verbo ἀραχνιόω. Itaque duo incommoda: & tela, & populatio fauorum: Theodorus nimis leuiter. *officiant*, λυμαίνεται, dixit. Et ἀραχνιοῦν, *ſpecie aranei.* At non dixit Philoſophus ἀραχνιώδης. Neque repetiſſet οἷον ἀράχνιον.

Πυραύστην. Plinius quam in Vndecimo deſcribit, alia eſt ab hac: quam etiam *pyralim* dici tradit. In Cypri ærariis fornacibus muſcæ magnitudine naſcitur: in igne viuit: extra moritur.

CCLXXXVIII. ARISTOTELES.

Καὶ ἄλλο θηρίον, οἷον ὁ ἠπίολος ὁ περὶ τὸν λύχνον πετόμενος. οὗτος ἐντίκτει τι χνοῦ ἀναπνέων· καὶ οὐ κεντᾶται ὑπὸ τῶν μελιττῶν, ἀλλὰ μόνον φεύγει καπνιζόμενος.

ITem alia beſtiola hepiolo ſimilis, qui circum lucernam obuolitat. Hæc parit quiddam plenum lanugine: neque pungitur ab apibus: ſed ſolo fumo fugatur.

CÆSAR.

ALIAM ponit beſtiolam ſimilem papilioni, & eius noxias, & remedium.

Ἠπίολος: *papilio* dicitur à noſtris, à Thuſcis *farfalla.* Et notabis orationem dubiam. θηρίον neutri generis: ἠπίολος maſculini: pronomen ſubinfert genere maſculino: οὗτος: & tamen eſt θηρίον. Fecit hoc: quia eiuſdem generis ſit naturalis. Genus quoque grammaticum attribuit.

Περὶ λύχνον. Theodorus *aduolat*: meliùs, *circumuolat.* At in Codicem mendoſum incidit. Videtur enim ſic legiſſe, *τίκτει τι χνοῦ ἀναπνέων, puluerem ſpirando.* χνόος, malè *puluerem* eſt interpretatus. Et cùm dixit ἀναπνέων, non videtur verſatus in doctrina Philoſophi, qui vbique ſuſtulit ſpiritum ab inſectis.

CCLXXXIX. ARISTOTELES.

Ἐγγίνονται δὲ καὶ κάμπαι ἐν τοῖς σμήνεσιν, ἃς καλοῦσι τερηδόνας· ἃς οὐκ ἀμύνονται αἱ μέλιτται.

INnaſcuntur in aluearijs etiam erucæ quas vocant teredines. *Has non inſectantur apes.*

CÆSAR.

C Æ S A R.

Μυιόονται *inſectantur* Theodorus: optimè: non vlciſcuntur, non exigunt.

Ἃς καλοῦσι τερηδόνας. Quoniam κάμπη multas habet ſub ſe ſpecies. Τερηδὼν alterius ſpeciei nomen eſt: à Thuſcis, *tarlo: tarnia* ab alijs Italis: à Gallis *harde*. Columella in Nono, tineas euerri, & papiliones necari iubet.

CCXC. ARISTOTELES.

[Νοσοῦσι δὲ μάλιστα ἠλιμώδυα,] ὅταν ἐρυσιβώδη τὰ ἄνθη ἡ ὕλη ἐνέγκῃ· καὶ ἐν τοῖς αὐχμηροῖς ἔτεσι.

ÆGrotant cùm ſylua rubiginoſos flores tulerit, & anno ſicciore.

C Æ S A R.

SVPERIORA incōmoda erant extrinſecùs, atque ab hoſtibus animalibus. Hîc morbi cauſſam ponit. Ἐρυσίβην.

Αὐχμηροῖς ἔτεσι: quoniam tunc fit ἐρυσίβη: neque ros ſuppetit.

Deerat verbum νοσοῦσι: quod ſi tollas, dicas erucas innaſci annis rubiginoſis. Theodorus verò verbum illud agnoſcit.

CCXCI. ARISTOTELES.

Πάντα δὲ τὰ ἔντομα ἀποθνήσκει ἐλαιούμενα· τάχιστα δ᾽, ἄν τις τὴν κεφαλὴν ἀλείψας, ἐν τῷ ἡλίῳ θῇ.

INſecta omnia oleo intereunt. Celerrimè ſi quis capite illito in Sole ponat.

C Æ S A R.

COmmunis morbus & nex. Ἐλαιούμενα *vncta*. Theodorus, *tacta*, nimis leuiter. Nos amplioris ſignificatus intellectionem reliquimus, cùm nihil addidimus.

CAPVT TRIGESIMVM-TERTIVM,

Differentia locorum ad vtranque valetudinem animalium.

CCXCII. ARISTOTELES.

Ὅλως δὲ τὰ ζῷα διαφέρει κατὰ τοὺς τόπους. ὥσπερ γὰρ ἔν τισιν ἔνια οὐ γίνονται παντάπασιν, οὕτως ἐν ἐνίοις τόποις γίνονται μὲν, ἐλάττω δὲ καὶ ὀλιγοχρονιώτερα, καὶ οὐκ εὐημερεῖ.

OMnino verò locorum ratione diuerſis modis ſeſe habent animalia. Nam ſicuti alicubi quædam prorſus non naſcuntur: ſic alibi naſcuntur ſanè. Sed pauciora: quæq́ neque diu viuant, neque benè valeant.

C Æ S A R.

POSTQVAM loca & tempora propter qualitates caloris, & humorum, & frigoris contemplatus eſt ad animalium vtranque valetudinem: nunc alijs quidem principijs, ſed eodem tamen fine ea comparat inter ſe, iucundiſſima & melliflua oratione, quam tranſtulit Plinius in librum Octauum. Dixit ὅλως Philoſophus: quoniam omnibus generibus commune eſt: malè, aut benè habere, alibi, atque alibi. Tres verò ſunt Hiſtoriæ partes. Aut omnibus in locis omnia: aut nulla vſquam. Aut quædam quibuſdam

tantùm. Priores duo modi falſi ſunt. Neque enim quoduis vbiuis prouenit: neque nulla vſquam. Reſtat igitur, vt quædam alicubi, alicubi non. Huic quoque modum impoſuit natura. Nanque quaſi gradus quidam ſunt; quippe fœcundiora, plura, habitiora, longæuiora. Alibi non item.

Erat mendum fœdiſſimum in Codice, πολυχρονιώτερα. Sed hoc vult excludere Philoſophus: quare βραχυβιώτερα repoſuimus.

Οὐκ εὐημερεῖ. Theodorus, *nec proſpera*: rectiſſimè. Sed tamen ſignificatio huius verbi tranſitiua eſt: vt *proſperat nauigatio nautis*. Neſcio an Latinè dicas *vita proſpera*. Sic autē interpretere. *Gignuntur quidem, ſed & numero, & vita tùm habitudine, tùm longinquitate inferiora.* Poſt poſuit οὐκ εὐημερεῖ, cùm tamen ægritudo præcedat mortem, quæ includitur in præcedente voce βραχυβιώτερα. Id ita fecit: quia poteſt eſſe βραχύβιον: & tamen εὐημερεῖν: vt ἐφήμερον animal.

CCXCIII. ARISTOTELES.

Καὶ ἐνίοτε ἐν τοῖς πάρεγγυς τόποις ἡ διαφορὰ γίνεται τῶν ζῴων· οἷον τῆς Μιλησίας ἐν τόποις γειτνιῶσιν ἀλλήλοις, ἔνθα μὲν, γίνονται τέττιγες, ἔνθα δ', οὐ γίνονται· καὶ ἐν Κεφαλληνίᾳ ποταμὸς διείργει· οὗ ἐπὶ τάδε μὲν, γίνονται τέττιγες, ἐπ' ἐκεῖνα δ', οὐ γίνονται.

Ac ſanè etiam propinquis in regionibus differentia hæc eſt. Nam in terra Mileſia vicinis inter ſe locis gignuntur cicadæ, & non gignuntur. Et in Cephalenia fluuio diſterminantur, vbi cicadæ, vel naſcantur, vel non.

CÆSAR.

ILLVD animaduertamus: interdum vnius hiſtoriam animalis in pluribus locis recitari: interdum è contrario, vnum locum pro multis animalibus. Itaque his legibus diuiſimus Commentarios. Non pepercit Philoſophus verbo γίνονται: neque nomini τόποις. Sed variauit πάρεγγυς, & γειτνιῶσι.

Ἀλλήλοις Theodorus, *ſibi*: non ſatis plenè: potiùs *inter ſe*.

Ἔνθα μὲν ἔνθα δὲ. Theodorus *alteris*: nos breuiùs coarctauimus.

Διείργει. Quoniam eſt inter ἐπὶ τάδε, & ἐπ' ἐκεῖνα, *hinc & inde*: & poſuit aduerbium pro nomine, οὗ, ſcilicet τόπου. Theodorus poſuit, *dirimit*, abſolutè: malè Latinè. Et addidit, *copiam*: non benè: ſatis eſt ipſas eſſe: non quæritur πλῆθος. Sed τὸ εἶναι tantùm.

CCXCIV. ARISTOTELES.

Ἐν δὲ Ποροσελήνῃ ὁδὸς διείργει, ἧς ἐπέκεινα μὲν γαλῆ γίνεται, ἐπὶ θάτερα δὲ οὐ γίνεται.

IN Poroſelene dirimuntur itinere loca, in quorum altero muſtella ſit: in altero non ſit.

CAESAR.

HIC mutauit. Ἐπέκεινα, ἐπὶ θάτερα. Et eſt διείργει abſolutum. Theodorus ridiculè: *via interiacet*: inter quæ? Et γαλῆν *catum* interpretatus eſt. At Plinius in Octauo *muſtellam* tranſtulit. Eſt autem Poroſelene, inſula Lesbo adiacens: olim Pordoſelene: Stephanus autor eſt cum crepitu ablatum elementum pudoris gratia. Priore vtitur Plinius in Octauo poſteriore in Quinto: neque meminit differentiæ.

CCXCV. ARISTOTELES.

Καὶ ἐν τῇ Βοιωτίᾳ ἀσπάλακες μὲν περὶ τὸν Ὀρχομενὸν πολλοὶ γίνονται. ἐν δὲ τῇ Λεβαδικῇ γειτνιώσῃ οὐκ εἰσὶν, οὐδ' ἄν τις κομίσῃ, ἐθέλουσιν ὀρύττειν.

IN Bœotia talpæ circa Orchomenum multæ ſunt. In Lebadica vicina nullæ: neque ſi importentur volunt fodere.

CAESAR.

IN Lebadia, non ſolùm non eſſe: aut gigni, ſed ne velle quidem ibi agere, autor Plinius in Nono: qui vt & Strabo Lebadiam, non Lebadicam vocat.

Orchomenus fluuius Beotiæ Plinio in XXXI.

CCXCVI.

CCXCVI. ARISTOTELES.

Ἐν Ἰθάκῃ δ' οἱ δασύποδες, ἐάν τις ἀφῇ κομίσας, οὐ δύνανται ζῆν, ἀλλὰ φαίνονται τεθνεῶτες πρὸς τῇ θαλάττῃ ἐστραμμένοι, ᾗπερ ἂν εἰσαχθῶσι.

IN Ithacam lepores ſi quis attulerit, atque dimiſerit, nequeunt viuere: ſed mortui reperiuntur iuxta mare, reuerſi eam in partem, qua fuerint importati.

CÆSAR.

TRIA notatu digna: non ineſſe: non viuere: reuerti ad littus, qua parte fuerint importati: ac patriæ deſiderio extingui.

Ἀφῇ. Quoniam niſi dimittat, moriuntur quidem: ſed non ἐστραμμένοι.

ᾗπερ ἂν: infeliciter Theodorus: *vnde maris*: ſicut *vbi locorum*.

CCXCVII. ARISTOTELES.

Καὶ ἐν μὲν Σικελίᾳ ἱππομύρμηκες οὐκ εἰσίν.

IN Sicilia non ſunt hippomyrmeces.

CAESAR.

Ἱππομύρμηκας: haſce omiſit Plinius hinc recitare. Puto eſſe maiore formicas: & meliore proportione, quàm ἱππολάπαθον. Plus enim conuenit inter equum & formicam, quàm inter equum & lapathum. Apud nos ſunt formicæ grandiſſimæ, maiores muſca. Earum Philoſophus neque in Primo: neque in Quarto: neque in Quinto: neque in Nono meminit.

CCXCVIII. ARISTOTELES.

Ἐν δὲ Κυρήνῃ οἱ φωνοῦντες βάτραχοι οὐκ ἦσαν πρότερον.

IN Cyrenenſi agro vocales ranæ olim non fuere.

CAESAR.

PLINIVS explicauit, importatas vocales. Sed in Codice Græco ita ſcriptum eſt. Οὐκ εἰσὶ πρότερον. Si ſic ſcribatur τὸ πρότερον: vt ſint quidem, ſed non ab initijs: atque vt vulgò loquuntur, *ab antiquo*: ſanè loquutio mirabilis eſt, niſi ſit mendum. Sed addito articulo puto non eſſe mendum.

Φωνοῦντες: meliùs nos, *vocales*.

CCXCIX. ARISTOTELES.

Ἐν δὲ Λιβύῃ πάσῃ οὔτε σῦς ἄγριος ἐστὶν, οὔτ' ἔλαφος, οὔτε αἲξ ἄγριος.

NVſquam locorum in Africa aprum inuenias, neque ceruum, neque feram capram.

CAESAR.

ET tamen ceruis refecit ſocios Æneas. Αἲξ ἄγριος, pro ἀγρία.

CCC. ARISTOTELES.

Ἐν δὲ τῇ Ἰνδικῇ, ὥς φησι Κτησίας, οὐκ ὢν ἀξιόπιστος, οὔτε ἥμερος οὔτ' ἄγριος σῦς· τὰ δ' ἄναιμα καὶ τὰ φωλοῦντα, πάντα μεγάλα.

IN India Cteſias, indignus cui fidem habeamus, negat eſſe ſuem, vel cicurem, vel ferum. Animalia verò quæ ſanguine nullo concreta ſunt, & omnia quæ terram ſubeunt, magnitudine eſſe inſigni.

CAESAR.

NOn dicit, hoc non eſſe credendum hîc. Sed autoris leuat autoritatem.

Φωλοῦντα: intellige quæ terra conduntur, vt ſerpentes, & teſtudines, & lacertæ, & alia. Non enim

enim eſt hic verbum, vt ſuprà. Cùm etiam τὰ ἄναιμα φωλεῦσι. Itaque dixit τὰ ἄναιμα καὶ τὰ φωλοῦντα: etiam ἄναιμα vt teſtudines.

CCCI. ARISTOTELES.

Καὶ ἐν μὲν τῷ Πόντῳ οὔτε τὰ μαλάκια γίνεται, οὔτε τὰ ὀστρακόδερμα πάντα, εἰ μὴ ἔν τισι τόποις ὀλίγοις.

IN Ponto neque molluſca gignuntur, neque omnia teſtacea, niſi paucis locis.

CAESAR.

NON NIHIL etiam horum ſuprà. Οὔτε negat, τὸ πάντα, non autem τὸ ὀστρακόδερμα. Itaque Theodorus malè negauit vllum teſtatorum. Οὐ πάντα non ſignificat *nullum:* ſuprà tamen negauit ſimpliciter. Οὐ γίνεται δὲ τὸ ψύχος. Sed hic moderatur. Ἔν τισι τόποις: moderatur igitur loci vniuerſitatem. Ita etiam generis vniuerſitatem. Nam tametſi quibuſdam locis, tamen non omnia. Et reſpondet ſuperioribus, vbi dicebat. Ἐλάττω γίνεται καὶ οὐκ εὐημερεῖν.

CCCII ARISTOTELES.

Ἐν δὲ τῇ ἐρυθρᾷ θαλάττῃ ὑπερμεγέθη τὰ ὀστρακόδερμα πάντα.

IN mari rubro miræ magnitudinis teſtacea omnia.

CÆSAR.

NE dicas ob cœli inclinationes fieri. Nam in noſtro hoc Oceano Britannnico, oſtreæ ſunt tanto nucleo, vt vel grande ouum æquēt integrum. Loca vadoſa in cauſſa ſunt, & limus: cuiuſmodi natura in mari quoque rubro. In æſtuarijs tamen Venetis modicæ ſunt, atque etiam intra modum: in Tyrreno, & Siculo non multò maiores.

Theodorus addidit de ſuo, *augentur.*

CCCIII. ARISTOTELES.

Ἐν δὲ τῇ Συρίᾳ τὰ πρόβατα τὰς οὐρὰς ἔχει τὸ πλάτος πήχεως· τὰ δὲ ὦτα αἱ αἶγες σπιθαμῆς καὶ παλαιστῆς, καὶ ἔνιαι συμβάλλουσι τὰ ὦτα κάτω ἀλλήλοις· καὶ οἱ βόες, ὥσπερ αἱ κάμηλοι, καμπὰς ἔχουσιν ἐπὶ τῶν ἀκρωμίων.

IN Syria ouibus caudæ ſunt cubiti latitudine: auriculæ capellis longitudine palmi ac dodrantis. Quibuſdam etiam infernè coeunt inter ſe auriculæ. Boues Syri, ſicut cameli, flexuras habent in ſummis armis.

CAESAR.

DIFFERENTIA à partibus: vnius regionis tres hiſtorias recenſet. Caudarum vaſtitatem etiam audiendo accepimus. Capellarum aures vidimus nos Ferrariæ etiam multò maiores.

Συμβάλλουσι. Theodorus *demittunt:* minùs rectè. Imò conueniunt aures: fortaſſe implicatę: quia dum paſcuntur lappis cohæreant.

Καμπάς. Theodorus *nodos flectunt:* nunquam dicas, *nodum flecti:* ſed *commiſſum.* Idem ἀκρώμια *ſcapulas* vertit: melius, *armos.*

CCCIV. ARISTOTELES.

Καὶ ἐν Κιλικίᾳ αἱ αἶγες κείρονται, ὥσπερ τὰ πρόβατα παρὰ τοῖς ἄλλοις.

IN Cilicia tondentur capræ, quemadmodum oues aſibi.

CAESAR.

ETiam à Cyniphijs hoc fieri ait Poëta in vſum caſtrorum: texũt enim tentoria & penulas aqua inuictas atque impermeabiles. Veneti etiam nunc *cilicas* vocant. Puto ex tenuiori lana texi in vſum noſtrum veſtes vndulatas quas, *camelotum,* vocant.

CCCV. ARISTOTELES.

Καὶ ἐν μὲν Λιβύῃ εὐθὺς γίνεται κέρατα ἔχοντα τὰ κερατώδη τῶν κριῶν, οὐ μόνον οἱ ἄῤῥενες, ὥσπερ Ὅμηρός φησιν, ἀλλὰ καὶ τὰ ἄλλα.

IN Africa cornigeri arietes naſcuntur ſtatim: neque ſolùm mares, vt Homerus ait, ſed etiam alia.

CAESAR.

VULGÒ capellæ fœminæ apud nos ſunt cornigeræ, & viliùs veneunt. Vaſtant enim arbores. Etiam oues cornigeras vidimus. Et arietem vnum quadricornem habuimus nos domi. Et vidimus in Illyrio ſex cornibus inſignes multos. Ceruа in Gallia cornigera fuit. Cornua etiam nunc ſpectantur in Francia: vt deſinant Critici id obijcere Callimacho: qui cùm daret aurum cornibus, potuit etiam illam dare.

Γίνεται κέρατα ἔχοντα *naſcuntur ſtatim cornigeri.* Ratio eſt, calor. Itaque etiam fœmellis. Theodorus: *ſtatim cornigeri generantur:* poſuit igitur εὐθὺ, pro ἅμα.

Καὶ τὰ ἄλλα, ſcilicet fœminæ.

CCCVI. ARISTOTELES.

Ἐν δὲ τῷ Πόντῳ περὶ τὴν Σκυθικὴν, τοὐναντίον. ἀκέρατα γὰρ γίνονται.

AT in Ponto circa Scythiam contrà: ſine cornibus omnia.

CAESAR.

EAdem ratio, ob frigus. Nam & retundit emerſura: & obtundit calorem formantem.

CCCVII. ARISTOTELES.

Καὶ ἐν τῇ Αἰγύπτῳ, τὰ μὲν ἄλλα, μείζω ἢ ἐν τῇ Ἑλλάδι, καθάπερ οἱ βόες καὶ τὰ πρόβατα· τὰ δ', ἐλάττω, οἷον οἱ ὄνοι, καὶ λύκοι, καὶ λαγωοὶ, καὶ ἀλώπεκες, καὶ κόρακες, καὶ ἱέρακες· τὰ δὲ, παραπλήσια, οἷον κορῶναι, καὶ αἶγες. αἰτιῶνται δὲ τὰς τροφὰς, ὅτι τοῖς μὲν, ἀφθόνως, τοῖς δὲ, σπανίως· οἷον τοῖς λύκοις καὶ τοῖς ἱέραξι, τοῖς δὲ σαρκοφάγοις, ἡ ὕλη σπάνια γὰρ τὰ μικρὰ ὄρνεα· τοῖς δὲ δασύποσι, καὶ ὅσα οὐ σαρκοφάγα, ὅτι οὔτ' ἀκρόδρυα, οὔτ' ὀπώρα χρόνιος.

IN Aegypto alia quidem maiora quàm in Gracia, vt boues, & oues: alia autem minora, vt aſini, lupi, lepores, vulpes, corui, accipitres: alia pari magnitudine vt cornices, capra. Huius rei cauſſam pabulo attribuunt: quòd alijs ſuppetat abundè, alijs non item. Nam lupo & accipitri, qui carnibus veſcantur, materia infrequens eſt: raræ enim auiculæ ſunt. Lepori verò & alijs quæ carnibus non aluntur, neque nuces, neque poma diuturniora ſunt.

CAESAR.

HIC non ſolùm ponit hiſtoriam, ſed etiam cauſſam. Verùm eam vt ex alijs, ita mutilam, vt ſuo more, etiam oratione manca. Nam ſi oues ſunt grandes, quia herba abundant paſcua: quare non item aſini? Lepores quoque non pomis potiùs, quàm ſegete aluntur, quæ in Ægypto largiſſima, & lætiſſima eſt. Iam ſi oues & grandiſſimæ ſunt & frequentes, lupi autem puſilli, non eſt in cauſſa τὸ σπάνιον. Sed minùs poſſunt inſidiari: quia aperti campi ſunt. Ad hæc ſi cornices ſunt pares magnitudine Græcis, quare non etiam corui? Præterea falſiſſimum eſt quod de aſinis ait. Nam in Ægypto ſunt grandiſſimi, atque pulcherrimi. Videamus nunc orationem.

Τὰ μὲν ἄλλα. Ergo cætera omnia præter aſinum & lupum, & quæ ſequuntur: meliùs dixiſſet τὰ μὲν, ſimpliciter.

Οἱ βόες: intellige veram Græciam: non etiam Epirum, vbi boues grandiſſimi.

Οἷον τοῖς λύκοις καὶ τοῖς ἱέραξι τοῖς σαρκοφάγοις, ἡ ὕλη: quid eſt ἡ ὕλη his? Nam vtrunque ſimul poſuit ἄφθονον καὶ σπάνιον. Alterum igitur τὸ σπάνιον debuit apponere.

Ὅσα

Ὅσα καὶ σαρκοφάγα. At hoc verbum contaminat omnem orationem. Nam βόες ea voce comprehenduntur.

Ἀκρόδρυα, intelligit nuces. Ὀπώρα, poma ὡραῖα dicta. Ὀπώρα, Autumnus, quia ſera pars anni eſt. Ὀψὲ: vnde etiam ὄπισθεν. Theodorus autem faſtidiuit mutilam orationem: ſuppleuitque quantum potuit.

CCCVIII. ARISTOTELES.

Πολλαχοῦ δὲ καὶ ἡ κρᾶσις αἰτία· οἷον ἐν τῇ Ἰλλυρίδι καὶ τῇ Θρᾴκῃ καὶ τῇ Ἠπείρῳ, οἱ ὄνοι μικροί. ἐν δὲ τῇ Σκυθικῇ καὶ Κελτικῇ ὅλως οὐ γίγνονται· δυσχείμερα γὰρ ταῦτα.

MVltis autem locis etiam temperatura in cauſſa eſt. Quemadmodum in Illyrio, & Thracia, & Epiro aſini puſilli ſunt. In Scythia & Celtica nuſquam gignuntur. Aegrè enim hyemes tolerant.

CAESAR.

SVprà à pabulis: nunc à cœlo. Hiſtoria aſinorum eſt: quorum paruitatem frigori aſſignat: defectum autem acriori gelu.

Κελτικῇ. Galliam intelligit. Sed falſus fuit mendacium hominum relatione.

Ὅλως: tollit enim etiam τὴν σμικρότητα κρᾶσις: de qua ſuprà.

CCCIX. ARISTOTELES.

Ἐν δὲ τῇ Ἀραβίᾳ, σαῦραι μείζους πηχυαίων. γίνονται δὲ καὶ μύες πολὺ μείζους τῶν ἀρουραίων. τὰ μὲν ἔμπροσθεν σκέλη ἔχοντες σπιθαμῆς, τὰ δ' ὀπίσθια, ὅσον ἄχρι τῆς πρώτης καμπῆς τῶν δακτύλων.

IN Arabia autem lacerti cubito maiores. Et mures grandiores quàm ſint ſorices. Anterioribus cruribus palmi longitudine: poſterioribus autẽ quantus primus digiti nodus eſt.

CÆSAR.

DE lacertis quia non niſi magnitudinem totam ſtatuit, poteſt ponere in cauſſa κρᾶσιν cœli. At de cruribus murium qui ſcribat, intelligat formam ſic attributam.

Ὅσον ἄχρι τῆς πρώτης καμπῆς τῶν δακτύλων. Theodorus, *poſteriora ad primum digiti nodum habentur*. Malè: videretur enim dicere de crurũ digitis. Neque expreſſit τὸ ὅσον.

CCCX. ARISTOTELES.

Ἐν δὲ τῇ Λιβύῃ τὸ τῶν ὄφεων μέγεθος γίνεται ἄπλετον, ὥσπερ καὶ λέγεται. ἤδη γάρ τινές φασι, προσπλεύσαντες, ἰδεῖν ὀστᾶ βοῶν πολλῶν, καὶ δῆλον ἦν αὐτοῖς ὅτι ὑπὸ τῶν ὄφεων ἦν κατεδηδεσμένα. ἀναγομένων γὰρ, ταχὺ διώκειν τὰς τριήρεις αὐτούς, καὶ ἐνίων αὐτῶν ἐσβαλεῖν ἀναστρέψαντας τὴν τριήρη.

IN Africa ſerpentum ingens, vt aiunt, magnitudo: ſic enim prædicant nonnulli. Eò cùm appuliſſent, conſpexiſſe multorum oſſa boum, qui tam illis viderentur ab anguibus deuorati. Prouectas enim triremes nihilo ſeciùs ſerpentes celeriter inſectatos: atque eorum aliquot cùm inuaſiſſent, triremem ſubuertiſſe.

CÆSAR.

QVi non habet fidem huic hiſtoriæ legat Plinium de ſerpente interfecto ad Bragadam fluuium. In Indicis nauigationibus legimus, vnum in antro conſpectum, oculo repreſentâſſe Hiſpanicæ cetræ magnitudinem: boues ibi integros: item equitem equúmque deuorare.

Ἄπλατον: lege ἄπλετον: vocabulum nauticum. Latinè, *immenſum*. Παρὰ τὸ πλεῖν.

Ἀναγομένων γάρ. Eſt ratio quare videbantur abſumpti boues à ſerpentibus.

Ταχύ: mirum, vt magnitudo coniuncta ſit cum celeritate.

Ἐκβάλλειν: legè ἐσβάλλειν ἀναστρέψαντας: vel potiùs ἐσβαλεῖν in aoriſto. Ne quis miretur. Non enim triremes erant hac noſtra magnitudine.

Theodorus ἀναστρέψαντας hìc, *euertere*: rectè: ſed *ſubuertere* aptiùs dicas.

CCCXI.

CCCXI. ARISTOTELES.

Ἔτι δὲ λέοντες μὲν ἐν τῇ Εὐρώπῃ μᾶλλον, καὶ τῆς Εὐρώπης ἐν τῷ μεταξὺ τόπῳ τοῦ Ἀχελώου καὶ τοῦ Νέσου· παρδάλεις δ' ἐν τῇ Ἀσίᾳ, ἐν δὲ τῇ Εὐρώπῃ οὐ γίνονται.

IN Europa quoque, atque Europæ parte ea quæ inter Achelotum, ac Neſſum amnem interiacet, plus leonum, quàm in Aſia. At in Aſia panthera, in Europa nulla.

CÆSAR.

HVIVS quoque dimidium falſum eſt. Nam tota Europa leones pauciſſimi. In Aſia multi. Neque enim ſi totam Europam dicas, non etiam totam Aſiam intelligas. At in Syria etiam nigri.

De pardis & pantheris Plinius in Octauo, & Viceſimo ſeptimo: & nos ſuprà: & multa copioſè in noſtris *ad Cardanum* exercitationibus.

CCCXII. ARISTOTELES.

Ὅλως δὲ, τὰ μὲν ἄγρια, ἀγριώτερα ἐν τῇ Ἀσίᾳ, ἀνδρειότερα δὲ πάντα τὰ ἐν τῇ Εὐρώπῃ, πολυμορφότατα δὲ τὰ ἐν τῇ Λιβύῃ· καὶ λέγεται δέ τις παροιμία, ὅτι ἀεὶ φέρει τι Λιβύη καινόν. διὰ γὰρ τὴν ἀνομβρίαν, μίσγεσθαι δοκεῖ ἀπαντῶντα πρὸς τὰ ὑδάτια καὶ τὰ μὴ ὁμόφυλα, καὶ ἐκφέρειν ὧν οἱ χρόνοι τῆς κυήσεως οἱ αὐτοὶ, καὶ τὰ μεγέθη μὴ πολὺ ἀπ' ἀλλήλων· πρὸς ἄλληλα δὲ πραΰνεται, διὰ τὴν τοῦ ποτοῦ χρείαν. καὶ γὰρ καὶ δέονται τοῦ πίνειν τοὐναντίον τῶν ἄλλων, τοῦ χειμῶνος μᾶλλον ἢ τοῦ θέρους. διὰ γὰρ τὸ μὴ εἰωθέναι ὕδατα γίνεσθαι τοῦ θέρους, ἀσυνήθες αὐτοῖς τὸ πίνειν ἐστί. καὶ οἵ γε μῦς, ὅταν πίωσιν, ἀποθνήσκουσι.

OMnino verò in Aſia feræ omnes efferatiores: fortiores autem in Europa. Multæ maximè ſpecies in Africa. Et prouerbiũ circumfertur. Semper aliquid noui afferre Africam. Cum enim regio ea laboret aquarum penuria occurſu mutuo ad aqulas facto, videntur ea quoque quæ non eiuſdem generis ſunt, tum coire, tum etiam educare, ſi tempora vtero gerendo ſint eadem: neque inter ſe valde diſcrepent magnitudine. Miteſcunt autem inuicem ob bibendi vſum. Contrà verò quàm alia indigent potu hyeme potiúſque æſtate Nam æſtiuæ pluuiæ cùm ibi nullæ ſint, non conſueuere tunc bibere. Atque ipſi quidem mures ſi biberint, moriuntur.

CAESAR.

SVPRA Aſiam atque Europam comparabat in leone & panthera: hìc iterum comparat in communi: atque vtranque cum Africa. Tria igitur cùm ponat ἀγριότητα, ἀνδρειότητα, πολυμορφίαν: tertij tantùm reddit rationem. Hiſtoria maximè eſt luculenta, neque indiget enarratione.

Dixit ἀνδρειότερα, & ἀγριώτερα in comparatiuo: at in ſuperlatiuo πολυμορφότατα. Quoniam ſemper aliquid noui. Ponit cauſſam: miſtio ſpecierum. Ponit huius cauſſas: ἀνομβρίαν: itaque aquarum raritatem. Ergo multorum conuentum ad pauculas. Itaque dixit ἀπαντῶντα: ſcilicet ὡς τύχῃ. Id facit variationem vt cuique occurrit.

Ὑδάτια poſuit in diminutiuo, vt multa ad paucas aquas.

Ὁμόφυλα: ſic etiam *apum gentem* dixit Poëta · & alter poëta ἀκειτάφυλα.

Καὶ ἐκφέρειν: non ſatis eſt μίσγεσθαι: itaque inter hæc duo verba intellige κυΐσκειν *concipere.*

Οἱ αὐτοὶ: non dixit ἴσοι, vt eſſentiam quandam communem indicaret.

Καὶ τὰ μεγέθη: propterea quòd etiam idem canum genus ſi nimia diſtent magnitudine, non poteſt educare: quia non poteſt parere. Hoc ſæpè vidimus nos.

Πραΰνεται. Reſpondet tacitæ obiectioni: quomodo poſſint concordes eſſe feræ: propter potum inquit. At enimuerò ob potum pugnant equi interdum, & canes, & alia item, vt puto.

Καὶ γὰρ καὶ δέονται τοῦ πίνειν τοὐναντίον. Neſcio quare dicat καὶ γάρ. Nulla ratio redditur τοῦ πραΰνεσθαι cùm addit τοὐναντίον.

Ὕδατα γίνεσθαι: propriè dixit, παρὰ τὸ ὕεσθαι.

Μῦς ὅταν πίωσι: ſcilicet propter τὸ ἀσυνήθες.

CCCXIII. ARISTOTELES.

Γίνεται δὲ ἄλλα ἐκ μίξεως μὴ ὁμοφύλων· ὥσπερ καὶ ἐν Κυρήνῃ μίσγονται οἱ λύκοι ταῖς κυσὶ, καὶ γεννῶσι. καὶ ἐξ ἀλώπεκος καὶ κυνὸς οἱ Λακωνικοί. φασὶ δὲ καὶ ἐκ τοῦ τίγρεως καὶ κυνὸς γίνεσθαι τοὺς Ἰνδικούς· οὐκ εὐθὺς δὲ, ἀλλ' ἐπὶ [τῆς] τρίτης μίξεως. τὸ γὰρ πρῶτον γεννηθὲν, θηριῶδες γίνεσθαί φασιν. ἄγοντες δὲ, δεσμεύουσιν εἰς τὰς ἐρημίας τὰς κύνας. καὶ πολλαὶ κατεσθίονται, ἐὰν μὴ τύχῃ ὀργῶν πρὸς τὴν ὀχείαν τὸ θηρίον.

Generantur alia quoque ex miſtione diuerſorum generum. Veluti miſcentur in Cyrenaico agro canes cum lupis, ac generant. Sic ex vulpe & cane Laconici. Aiunt etiam ex tigride & cane naſci canes Indicos. Verùm non protinus, ſed tertia miſtione. Primos enim fœtus eſſe feroces autumant. Actas in deſerta canes vinciunt. Ac ſanè earum multa deuorantur, niſi fortè in venerem incenſa ſit fera.

CAESAR.

SVPRA fortuitam miſtionem: nunc frequentiorem atque arte quæſitam.

Λύκοι ταῖς κυσί, vnde *lyciſcæ*: etiam apud nos hoc fit.

Ἰνδικούς. Plinius primo & ſecundo partu feroces. Τὸ θηριῶδες: *belluinum* Theodorus non ſatis benè.

Τὸ πρῶτον: non primum ſolùm, ſed etiam ſecundum fœtum appellauit πρῶτον: quia eſſent priores tertio.

Τρίτης μίξεως: vt intelligamus non cum tigride: potiùs dixiſſet tertium fœtum, quàm tertiam mixtionem.

Κατεσθίονται præſertim à fœmina. Theodorus *lacerantur*, imò *deuorantur*. Idem θηρίον *bellua* dixit: potiùs *beſtia*.

CCCXIV. ARISTOTELES.

Ποιοῦσι δὲ καὶ οἱ τόποι διαφέροντα τὰ ἤθη· οἷον οἱ ὀρεινοὶ καὶ τραχεῖς, τῶν ἐν τοῖς πεδίοις καὶ τοῖς μαλακοῖς. καὶ γὰρ τὰς ὄψεις ἀγριώτερα, καὶ ἀλκιμώτερα· καθάπερ καὶ οἱ ἐν τῷ Ἄθῳ ὕες. τούτων γὰρ οὐδὲ τὰς θηλείας ὑπομένουσι τῶν κάτω οἱ ἄρρενες.

Morum quoque loca faciunt diuerſitatem. Montana, & aſpera à campeſtribus, & mollibus. Sunt enim facie magis torua, & fortiora. Quemadmodum in Atho monte ſues. Illorum enim fœminas ne mares quidem ſubiectæ planiciei poſſunt ſubſiſtere.

CAESAR.

MALE ſeiunxit hanc partem Theodorus. Nam ſuprà per regiones dixit ἀλκιμώτερα: hîc per regionum affectus, mores metitur.

Ὑπομένουσι, Liuius in Primo, *feras ſubſiſtit*. Theodorus *ſpectare*: malè: infrà de elephantis ὑπομένουσιν τὴν φωνήν.

CCCXV. ARISTOTELES.

Καὶ πρὸς τὰ δήγματα δὲ τῶν θηρίων, μεγάλην ἔχουσιν αἱ χῶραι διαφοράν· οἷον περὶ μὲν φάρον καὶ ἄλλους τόπους οἱ σκορπίοι οὐ χαλεποί. ἐν ἄλλοις δὲ τόποις καὶ ἐν τῇ Καρίᾳ, πολλοὶ καὶ μεγάλοι, [καὶ χαλεποὶ] γίγνονται· καὶ ἐάν τινα πατάξωσιν ἄνθρωπον ἢ θηρίον, ἀποκτείνουσι καὶ τὰς ὗς, αἳ ἥκιστα αἰσθάνονται τῶν ἄλλων δηγμάτων, καὶ τούτων τὰς μελαίνας μᾶλλον ἀποκτείνουσι. μάλιστα δὲ ἀπόλλυνται αἱ ὕες πληγεῖσαι, ἐὰν εἰς ὕδωρ ἔλθωσι.

Etiam ad ſerpentum morſus aliter atque aliter ſeſe habent terrarum loca. Nam circa Pharum atque alias regiones, ſcorpij non ſunt moleſti. At verò cùm alijs in locis, tùm in Caria, & multi, & magni, & pernicioſi generantur. Si quem hominem aut feram pupugerint, necant. Necant etiam ſues: quæ alioquin minimè aliorum morſus ſentiunt. Nigros faciliùs interimunt. Quòd ſi percuſſi ſues in aquam deſcenderint, tunc potiſſimùm pereunt.

CAESAR.

CAESAR.

HÆc eſt alia Capitis pars:ſuprà à quantitate, à qualitate, à ſubſtantia, ab habitudine. Nunc in genere ſerpentum à gradibus venenorum loca contemplatur.

Πολλοὶ καὶ μεγάλοι καὶ χαλεποί: à multitudine,à magnitudine,ab habitu.

Καὶ τὰς εἰ: vt oſtendat peſſimum venenum. At gallinæ noſtrates eos deuorant. In Vaſconia,ac toto hoc tractu nullum inuenias.In Prouincia frequentiſſimi,& Romæ,nigri,fului, lutei, candidi. Plinius in Viceſimiſeptimi Capite decimo ait, ſcorpiones Siciliæ afflatu extingui.

Πατάξωσιν: *percuſſerint*.Theodorus:meliùs *pupugerint*.Sic etiam impropriè δῆγμα de ſcorpione.

Μάλιστα: vt tres ſunt gradus. Τοὺς ἀποκτείνει. μᾶλλον τὰς μελαίνας· μάλιστα τὰς λουομένας. In nigris cauſſa, ſiccitas: acutius enim fit venenum. Itaque etiam in Gallo nigro experimur theriacam. In lotis cauſſa, aqua:cuius frigus extrinſecus compingit intùs venenum. Theodorus legit Σκυθία, non Καρία. At Plinius in Octauo ex Ariſtotele dicit in Alterio monte Cariæ hoſpites non lædi,indigenas interimi.

Εἰς ὕδωρ non ad aquam,ſed in aquam more ſuo.Remedia verò ſuis ictæ à ſcorpione ponit Plinius libro XXXII. cap. IV.

CCCXVI. ARISTOTELES.

Τά τε τῶν ὄφεων δήγματα, πολὺ διαφέρουσιν. ἥ τε γὰρ ἀσπὶς ἐν Λιβύῃ γίνεται. ἐξ ἧς ὄφεως ποιοῦσι τὸ σηπτικὸν, ἐστὶ ἄλλως ἀνίατος.

Serpentum quoque morſus multum differunt. Fert Africa ſerpentem aſpidem ex quo faciunt ſepticum medicamentum, ad quod nullum remedium inuenitur.

CÆSAR.

Σηπτικόν: *putrificum* Theodorus: quòd ſcilicet putreſcendo corrumpat: eſt enim σήπειν corrumpere & ad cariem ducere.Certè σηπτὰ Dioſcoridæ lib.II. cap.LXVII. dicuntur medicamenta putrifica,& exedentia. De ſeptico hoc nihil Plinius,quod mirum videtur.

CCCXVII. ARISTOTELES.

Γίνεται δὲ καὶ ἐν τῷ σιλφίῳ τι ὀφίδιον, οὗ καί λέγεται ἄκος εἶναι λίθος τις, ὃν λαμβάνουσιν ἀπὸ τάφου βασιλέως τῶν ἀρχαίων, καὶ ἐν οἴνῳ ἀποβάψαντες, πίνουσι.

Naſcitur in Laſere anguiculus, aduerſus quem remedium fertur lapis quidam acceptus à regis priſci ſepulchro. Eóque perfuſo vinum bibunt.

CAESAR.

THEODORVS, *in eodem agro in quo laſer*. At Philoſophus ἐν τῷ σιλφίῳ inter virgulta ſylphij.

Ἀρχαίων meliùs dicas *priſcum*, quàm *antiquum*.

Ἀποβάψαντες. Theodorus: *eóque perfuſo ex vino bibunt*: è cyatho bibunt vinum, non ex vino.Neque quiſquam dixit, *perfundere ex vino*.

CCCXVIII. ARISTOTELES.

Τῆς δ' Ἰταλίας ἔν τισι τόποις, καὶ τὰ τῶν ἀσκαλαβωτῶν δήγματα θανάσιμά ἐστι.

Etiam ſtellionum morſus in Italia quibuſdam locis lethales ſunt.

CAESAR.

PLinius in Octauo, noxios eſſe in Græcia: innocuos in Sicilia.

CCCXIX. ARISTOTELES.

Πάντων δὲ χαλεπώτερά ἐστι τὰ δήγματα τῶν ἰοβόλων, ἐὰν τύχῃ ἀλλήλων ἐδηδοκότα, οἷον σκορπίον ἔχις.

SI fortè alia aliam deuorârit, eius tum morſus maximè eſt pernicioſus. Veluti ſi ſcorpionem vipera comederit.

CAESAR.

NVnc non à loco, ſed ab eodem genere. Augetur enim peſtis acceſſione alterius veneni. Ἀλλήλων ἐδηδοκότα. Quomodo poſſit hoc eſſe vt duo inter ſe deuorent, & alterius morſus ſit peſſimus. Nam ſi ἀλλήλων eſt vtrinque reciprocum, neuter erit ſuperſtes. Intellige, *alteruter.*

CCCXX. ARISTOTELES.

Ἔστι δὲ τοῖς πλείστοις αὐτῶν πολέμιον τὸ τοῦ ἀνθρώπου πτύελον.

ADuerſatur autem eorũ multis hominis ſaliua.

CAESAR.

NVnc à diuerſa ſpecie. Intellige autem ſaliuam hominis ieiuni. Circumſcriptus ea ſcorpio non egredietur circulum. Sed neque aranea.

Dixit πλείστοις: quia hoc non ſunt in omnibus experti.

CCCXXI. ARISTOTELES.

Ἔστι δέ τι ὀφίδιον μικρὸν, ὃ καλοῦσί τινες ἱεράν. ὃ οἱ πάνυ μεγάλοι ὄφεις φεύγουσι. γίνεται δὲ τὸ μέγιστον πηχυαῖον, καὶ δασὺ ἰδεῖν. ὅ τι δ᾽ ἂν δάκῃ, εὐθὺς σήπεται τὸ κύκλῳ.

SErpens quidam minutus eſt, quem vocant nonnulli ſacrum *: is magnos valde fugat angues. Nuſquam maior eſt cubito, & hirſutus viſu: quod momorderit illicò in orbem putreſcit.*

CAESAR.

NOn eſt valdè paruus qui implet cubitum. Nam neque ceraſtæ, neque viperæ ſæpe maiores ſunt. Pertinet hæc hiſtoria ad id quod dicebat, alterum ab altero deuorari: cùm dixit φεύγουσι. Τὸ κύκλῳ: aut poſuit. Τὸ, pro τοῦτο, aut intellige αὐτό.

CCCXXII ARISTOTELES.

Ἔστι δὲ καὶ ἐν τῇ Ἰνδικῇ ὀφίδιόν τι, ᾧ μόνῳ φάρμακον οὐκ ἔχουσι.

IN India ſerpentillus quidam eſt, aduerſus quem ſolum non habent remedium.

CAESAR.

MAlè factum eſt, cùm tàm nobili peſti non eſt nomen hîc poſitum.

Theodorus addidit, *incolæ*, malè: nam neque peregrini remedium habent aduerſus eum.

CAPVT TRIGESIMVM-QVARTVM,

Piſces præſtantiores in cibum qui, & quando.

CCCXXIII. ARISTOTELES.

Διαφέρει δὲ τὰ ζῷα καὶ περὶ εὐημερεῖν, ἢ τοὐναντίον, καὶ περὶ τὰς κυήσεις.

ETiam vterorum geſtationes faciunt, vt animalia meliora ſint, aut deteriora.

CAESAR.

C AE S A R.

SVPRA à locis, à temporibus, & ab alijs cauſſis deduxerat hiſtoriam bonæ malæq; valetudinis: tanquam habitus ipſorum animalium. Nunc de valetudine tanquam de fine: quia pro nobis à Deo Opt. Max. facta ſunt. Itaque *δύναμις* nunc non eſt propter ſe, ſed propter hominem. Sanè ita eſt: vt ſi meliùs habeant piſces ſeſe viuentes, meliùs habeant nos, mortui.

Περὶ τὰς κυήσεις. Differunt animalia circa vterorum geſtationes. Theodorus verò maximè peregrinatus eſt in hac oratione. Sic: *diſcrimen animalium & proſperè contráue exigant, vel vtero pleno, exiſtere nouimus.* Saltem addidiſſet ætatem aut vitam, aut tempus. Deinde, quid eſt illud, *vel vtero pleno?*

CCCXXIV. ARISTOTELES.

Τὰ μὲν γὰρ ὀστρακόδερμα, οἷον κτένες, καὶ ἅπαντα τὰ ὀστρεώδη, καὶ μαλακόστρακα, ἄριστά ἐστιν ὅταν κύῃ, οἷον τὰ καραβώδη. βλέπεται δὲ ἡ κύησις καὶ τῶν ὀστρακοδέρμων· τὰ μὲν γὰρ μαλακόστρακα, καὶ ὀχευόμενα ὁρᾶται καὶ ἀποτίκτοντα. ἐκείνων δὲ οὐδέν.

AC teſtacea quidem, vt pectunculi, & omnia oſtracea, & cruſta intecta præſtantiſſima ſunt prægnantia. Sicut omnia locuſtacea. Nam teſtacea quoque deprehenduntur oculis prægnantia. At cruſtacea etiam coëuntia videntur, etiam parientia. At illorum nullum.

C Æ S A R.

EXEQVITVR duo genera prægnantium: vnum manifeſtum: alterũ controuerſum.

Οἷον τὰ καραβώδη: ſuprà dixit κτένες: & addidit ἅπαντα. Hic dicit τὰ μαλακόστρακα. Hoc loco, τὰ, ſignificat ἅπαντα. At addit τὰ καραβώδη: non implet orationem, concludens omnia per aliquid. Sed τὸ οἷον eſt ſimilitudinis.

Βλέπεται: reſpondet tacitæ obiectioni. Nam etiam oculis deprehenditur fœtus oſtrearum, licet non coïtus. Alio enim modo concipiunt, vt ſuprà dicit loquens de purpuris. Sanè cancri optimi ſunt prægnantes, & gammari, & locuſtæ & ſquillacea omnia.

Ὀστρεώδη. Theodorus *oſtrearium*: malè. Significat enim officium potiùs, quàm ſpeciem: & addidit idem, *ſiue concharium genus.*

CCCXXV. ARISTOTELES.

Καὶ τὰ μαλάκια δὲ κύοντα, ἄριστα. οἷον τευθίδες τε καὶ σηπίαι, καὶ πολύποδες.

MOlluſca cùm granida, tum optima. Vt lolligunculæ, ſepiæ, & polypi.

C AE S A R.

PErſequitur alia genera. Τεῦθον vt alibi diximus, *lolliginem*, interpretor. Τευθίδα *lolligunculam*. Sic enim loquuti ſunt veteres. Non *lollium, & lolliginem*: vt Theodorus.

CCCXXVI. ARISTOTELES.

Οἱ δὲ ἰχθῦς, ἀρχόμενοι μὲν κυΐσκεσθαι, σχεδὸν ἀγαθοὶ πάντες· προϊούσης δὲ τῆς κυήσεως, οἱ μὲν, οἱ δ' οὔ.

PIſces per initia conceptionis boni ferè omnes. Procedente fœtatione partim boni, partim non.

C AE S A R.

ILLA quoque ſic ſunt. Licet hîc Philoſophus ſecreuerit piſces more ſuo, & nomine, & hiſtoria cum ſuperioribus. Nam cancri perfectis ouis ſunt deteriores intus. Ratio quia ſuccus minor eſt. Sic infrà de ætate eadem proportio.

Dixit προϊούσης τῆς κυήσεως, ſicut τῆς ἡλικίας.

CCCXXVII. ARISTOTELES.

Κύουσα μὲν οὖν ἀγαθὴ μαινίς· μορφὴ δὲ τῆς θηλείας, στρογγυλωτέρα. ὁ δ᾽ ἄρρην, μακρότερος καὶ παχύτερος. συμβαίνει δὲ ἀρχομένης κυΐσκεσθαι τῆς θηλείας, τοὺς ἄρρενας μέλαν τὸ χρῶμα ἴσχειν καὶ ποικιλώτερον, καὶ φαγεῖν χειρίστους εἶναι. καλοῦνται δὲ ὑπ᾽ ἐνίων τράγοι κατὰ τοῦτον τὸν χρόνον.

Foeta igitur bona mænula. Fœmella facie eſt rotundiore: mas oblongior & craſſior. Cùm cæpere fœmellæ concipere, mares tunc contrahunt colorem nigrum, & varium magis: deterioréſque ſunt ad veſcêdum. Per id tempus à quibuſdã hirci *appellantur.*

C AE S A R.

Exeqvitvr piſcium genera per vteros: faciei diſcrimina hîc non ſuo loco ponit. Natura eſt comparatum, vt quod recipiat, ditius ſit. Abeſt igitur ſuccus à mænulis maribus tempore conceptionis, & adeſt fœmellis. Itaque etiam nigreſcunt mares, quia ſicciores fiunt. Et fiunt varij: quia inæqualis ſuccus fit.

Theodorus μαινίδα *halecem* vertit non benè. Et certè *halec* potiùs nomen eſt generis quàm proprium vnius piſcis.

Στρογγυλωτέρα hoc non intelligo: quid enim eſt in longo piſce, non plano. Στρογγυλώτερον ſanè ἄχαρον. Verum eſt quod ait fœmellam eſſe teretem: atque etiam ſapidior eſt: & palpa firmiore, & nitidiore luce ſquammatum. Aprili menſe in ſartagine cum oleo optimæ. De his alibi diximus.

Ποικιλώτερον. Theodorus: *pluriſque varietatis*. Neſcio vbi legerim, vt poſſem dicere, *plurem gentem*: vt quantitas diſcreta ſit in ſingulari. Nam cùm dico, *plus gentium*, corpus quaſi vnum intelligo. At *pluris*, diſcretum ſignificat precium ſanè.

Τράγοι: non vt vites quæ eo vocabulo ſunt pinguiſſima. Sed vt animalia iniucunda eſu: ob libidinem naturalem: vt mænulas, ob libidinem eius temporis.

CCCXXVIII. ARISTOTELES.

Μεταβάλλουσι δὲ καὶ ἃς καλοῦσι κοττύφους, καὶ κίχλας· καὶ ἡ καρὶς τὸ χρῶμα κατὰ τὰς ὥρας, ὥσπερ ἔνια τῶν ὀρνέων. τοῦ μὲν γὰρ ἔαρος, μέλανες γίνονται· εἶτα ἐκ τοῦ ἔαρος λευκοὶ πάλιν.

Mutant etiam colorem quas merulas *vocant: & turdi, & ſquilla certis anni tempeſtatibus: ſicut & auium quædam. Vere enim nigreſcunt. Poſt ver priſtinum recipiunt candorem.*

C Æ S A R.

Occasionem mutationis colorum accepit à mænulis. Itaque alijs quoque aſſignat. Sed tamen non eſt is locus: niſi quantum indicium eſt valetudinis.

Οὓς καλοῦσι: quoniam æquiuocè.

Ἔνια τῶν ὀρνέων: de his nondum. Sed ſequenti libro. Theodorus verò omiſit hæc omnia. Ὥσπερ ἔνια τῶν ὀρνέων.

Κατὰ τὰς ὥρας: quoniam vere mutant hyemalem colorem: poſt ver vernum.

CCCXXIX ARISTOTELES.

Μεταβάλλει δὲ καὶ ἡ φυκὶς τὴν χρόαν· τὸν μὲν γὰρ ἄλλον χρόνον λευκή ἐστι· τοῦ δὲ ἔαρος ποικίλη. μόνη δὲ αὕτη τῶν θαλαττίων ἰχθύων στιβάδας ποιεῖται, ὥς φασι, καὶ τίκτει ἐν ταῖς στιβάσι.

Mutat etiam colorem fuca. Nam cætero tempore candida, vere varia. Sola hæc marinorum piſcium ſternere ſibi nidum vbi pariat, prædicant.

C AE S A R.

Ddit ſuperiori hiſtoriæ fucam, & apponit aliam hiſtoriam: ſanè alieno loco. Neque hîc de moribus. Sed ſequenti libro. Tamen de fœtatione cùm dicit, de nido quoque aliquid poteſt. Plinius in Nono *fucam* vocat: eſt enim ex ſaxatilium genere vulgò à Romanis cognitus à quibus *mollera* dicitur: à mollicie, vt puto, carnis.

Τὸν γὰρ ἄλλον χρόνον. Mirum, cùm ἄλλος, reliquias colligat orationis, ſemper anteponit Philoſophus. Priùs de vere dicendum eſſet, quàm diceret alia tempora.

Τῶν θαλαττίων: ad differentiam fluuialium.

CCCXXX. ARISTOTELES.

Μεταβάλλει δὲ καὶ ἡ μαινὶς, ὥσπερ εἴρηται, καὶ ἡ σμαρὶς· καὶ ἐκ λευκοτέρων, πάλιν ἐν τῷ θέρει καθίστανται, καὶ γίνονται μέλανες. μάλιστα δ' ἐπίδηλος ἐστὶ περὶ τὰ πτερύγια καὶ τὰ βράγχια.

Mutat igitur & menula ut dictum eſt, & ſmaris. Atque ex albidioribus fiunt æſtate nigriores. Qui color plus extat in pinnulis & branchiolis.

CAESAR.

Etiam ſecundùm partes, περὶ τὰ πτερύγια.

Καθίστανται καὶ γίνονται: peruertit ordinem verborum. Priùs enim fiunt, quàm ſint.

CCCXXXI. ARISTOTELES.

Καὶ κορακῖνος δ' ἄριστός ἐστι κύων, ὥσπερ καὶ ἡ μαινίς. κεστρεὺς δὲ καὶ λάβραξ καὶ οἱ λεπιδωτοὶ λοιποὶ, φαῦλοι κύοντες σχεδὸν πάντες.

Et coracinus præſtantiſſimus eſt cùm gerit uterum: quemadmodum & menula. Mugil verò & lupus, & ſquammati, ferè omnes pleno ventre deteriores.

CAESAR.

Mendum videtur ſubeſſe: quare poſt λεπιδωτοὶ, adde, λοιποί. Quid enim eſſet? ſic, *equus eſt homo, & animalia.* Adde etiam ſquammatis carentia quædam, vt ſoleam cùm prope partum eſt: & lampetram & alia.

Dixit σχεδὸν: quoniam minuti piſciculi quidam, quos *lochias* vocant, tunc ſunt præſtantiſſimi.

Φαῦλοι: intelligit quia alij macri, alij etiam amari.

CCCXXXII. ARISTOTELES.

Ὅμοιοι δὲ κύοντες καὶ μὴ ὀλίγοι, οἷον γλαῦκος.

Qui verò perinde præſtantes ſint, & cùm ferunt, & cùm non ferunt, pauci, vt glaucus.

CAESAR.

Mirum ingenium Philoſophi perſcrutantis etiam mediam ac communem naturam. ὅμοιοι δὲ κύοντες καὶ μὴ ὀλίγοι: voluit dicere ὁμοίως ἔχοντες. Theodorus autem *ſimiles ſibi ferentes & non ferentes.* Sed non exprimit. Poteſt dici ferens piſcis, qui non ferat, ἄφορα, ſunt ſterilia.

CCCXXXIII. ARISTOTELES.

Φαῦλοι δὲ καὶ οἱ γέροντες τῶν ἰχθύων· καὶ οἵ γε θύννοι, καὶ εἰς ταριχείας φαῦλοι οἱ γέροντες. πολὺ γὰρ συντήκεται τῆς σαρκός· τὸ δ' αὐτὸ καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων συμβαίνει ἰχθύων. δῆλοι δὲ οἱ γέροντες αὐτῶν τῷ μεγέθει τῶν λεπίδων καὶ τῇ σκληρότητι. ἤδη δὲ εἰλήφθη γέρων θύννος, οὗ σταθμὸς μὲν ἦν τάλαντα πεντεκαίδεκα, τῆς δ' οὐραίας τὸ διάστημα πέντε πήχεων ἦν καὶ σπιθαμῆς.

Deteriores etiam vetuli piſces: quin etiam ad ſalſamenta ineptiores thynni vetuli: multum enim carnis abſumitur. Id quod alijs quoque euenit piſcibus. Indicium ſenectutis ſquammarum magnitudo, & duritia. Iā captus fuit vetulus thynnus, cuius pondus erat talentum quindecim: caudæ diſtantia quinque cubitorum, & palmi.

CÆSAR.

NVNC bonitatem etiam ab ætate. Sed ita intellige de iis eum loqui, qui penitùs vetuli ſunt. Nam adultiores piſces, firmiores. Iuuenculi, carne fluida ſunt. Item intellige non omnes. Nam barbus fluuiatilis vetulus melior: quod & luculentiſſimis verſibus Auſonius expreſſit.

Καὶ οἵ γε θύννοι: vt non ſolùm non ſint boni ad veſcendum, ſed etiam ad ſaliendum: & reddit cauſſam: πολὺ συντήκεται τῆς σαρκός. Sed cùm caro vetulorum ſit durior, quare abſumitur à ſale, pluſquam iuniorum? quia minus humidi habent. In illud totum graſſatur ſal: maiore autem humido ſal diluitur.

OOOo 4

Τὸ δ' αὐτὸ καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων. Ergo non debuit ponere τὸ, γά. δί γε θύννοι. Eſt enim particula μονωτικὴ, excipiens ab aliis. Sed poſuit pro exemplo manifeſtiore.

Δῆλοι: ponit affectum pro ſigno. Sed non eſt communis. Nam mollia, & aliis ſquammis carentes, aliis indiciis ſunt dignoſcendi.

Οὐραίῳ διάστημα. Theodorus non legit πάντη. Sed ὅδε ex Plinio: διάστημα autem intellige, *furcam*. Itaque Plinius in nono dixit, *latitudinem*.

Theodorus γέρων, *ſenex*: meliûs *vetulus*. Senex ferè de homine. Rariùs de aliis: quanquam τὸ ἔτυμον competit: ſecus necem.

CCCXXXIV. ARISTOTELES.

Οἱ δὲ ποτάμιοι καὶ οἱ λιμναῖοι, ἄριστοι γίνονται μετὰ τὴν ἄφεσιν τοῦ κυήματος καὶ τῆς θορῆς, ὅταν ἀναθραφῶσιν.

Fluuiatiles verò & lacuſtres, exacto fœtu optimè euadunt. Item emiſſo ſemine, ſi iterum alimentis recreentur.

CÆSAR.

NVNC ab alio tractu vitæ, eiúſque affectu. Et natura ſeipſam ſequitur. Nam ſanè ita eſt: vt ſaginent ſuem inedia affectam priùs. Sic exucti fœtu piſces poſtquam pepererunt, famelici fiunt, atque ita pingueſcunt. Eadem ratio eſt in ſemine emiſſo. Occurrit tacitæ obiectioni: ὅταν ἀναθραφῶσι, *ſi iterum alantur*, id eſt, ſi ſuppetat pro loci ratione pabuli copia quod carpant. Aoriſtus eſt ſecundus paſſiuus ſubiunctiui; quod omiſit interpretari Theodorus.

CCCXXXV. ARISTOTELES.

Κύοντες δ', ἔνιοι μὲν, ἀγαθοὶ, οἷον σαπερδὶς· ἔνιοι δὲ, φαῦλοι, οἷον γλάνις.

Ex his pleno vtero aliqui ſunt boni, vt ſaperdis: aliqui mali, vt glanis.

CÆSAR.

DVo ſunt tempora: fœtus vterus: & vacuus. Itaque examinat in dulcis aquæ piſcibus vtrunque, & contrarias differentias in altero. Quid autem ſit ſaperdis, ingenuè fateor me neſcire.

CCCXXXVI. ARISTOTELES

Οἱ μὲν οὖν ἄλλοι πάντες, ἀμείνους οἱ ἄρρενες τῶν θηλειῶν· γλάνις δὲ ὁ θῆλυς, τοῦ ἄρρενος ἀμείνων.

Cæteri omnes mares præſtantiores fœmellis. At glanio mari fœmella melior.

CAESAR.

NVnc à ſexu: & puto multis aliis in generibus mares eſſe præſtantiores: etiam fluuialibus. De fœmellis ratio eſt: nam firmiore ſunt carne.

CCCXXXVII. ARISTOTELES.

Καὶ ἐν ταῖς ἐγχέλυσι δὲ, ἃς καλοῦσι θηλείας, ἀμείνους εἰσίν· οὐκ οὔσας δὲ θηλείας καλοῦσιν, ἀλλὰ τῇ ὄψει δοκούσας.

Inter anguillas quas vocant fœmellas *eæ ſunt præſtantiores. Sanè vocant fœmellas propter earum faciem: neque enim ſunt.*

CAESAR.

SVprà quoque hoc monuit nos: carere ſexu anguillas. Itaque videri fœmellas non eſſe. Earum faciem à capite metiuntur. Faucibus enim anguſtiſſimis ſunt, & roſtro valde ſanè præ cæteris acuto. Nos eas hic *anguillas finas* dicimus. Lampetra contrà, mas præſtantior. Theodorus, addidit, *temerè*. Et δοκούσας: ſic interpretatur. *Sed quia aſpectu à cæteris diſcrepant:* non benè. Nam etiam mares à cæteris diſcrepant. Sed δοκούσας non dicit differentiam, ſed lineamenta quæ talem faciunt opinionem.

FINIS LIBRI OCTAVI.

ΑΡΙΣΤΟΤΕΛΟΥΣ ΠΕΡΙ ΖΩΩΝ ΙΣΤΟ-ρίας τὸ Ι.

ARISTOTELIS HISTORIÆ DE ANIMALIBVS Liber IX.

CAPVT PRIMVM.

Mores animalium in communi, & diſtinctio inter mares, & fœminas.

I. ARISTOTELES.

ΤΑ' δ' ἤθη τῶν ζῴων ἐστὶ, τῶν μὲν ἀμαυροτέρων καὶ βραχυβιωτέρων, ἧττον ἡμῖν ἔνδηλα κατὰ τὴν αἴσθησιν· τῶν δὲ μακροβιωτέρων, ἐνδηλότερα. φαίνεται γὰρ ἔχοντά τινα δύναμιν περὶ ἕκαστον τῶν τῆς ψυχῆς παθημάτων φυσικὴν, περί τε φρόνησιν καὶ εὐήθειαν, καὶ ἀνδρίαν καὶ δειλίαν, περί τε πρᾳότητα καὶ χαλεπότητα, καὶ τὰς ἄλλας τὰς τοιαύτας ἕξεις. ἔνια δὲ κοινωνεῖ τινος ἅμα καὶ μαθήσεως καὶ διδασκαλίας. τὰ μὲν γὰρ, [παρ'] ἀλλήλων· τὰ δὲ, παρὰ τῶν ἀνθρώπων, ὅσαπερ ἀκοῆς μετέχει, μὴ μόνον ὅσα τῶν ψόφων, ἀλλ' ὅσα καὶ τῶν σημείων αἰσθάνεται τὰς διαφοράς.

QVæ animalia tum obſcuriora, tum æui ſunt breuioris, eorum mores ſenſus noſtros magis latent. In longæuioribus faciliùs deprehenduntur. Naturali nanque vi quadam ad ſingulas animi affectiones prædita videntur. Prudentiam, ſtultitiam, fortitudinem, metum: item manſuetudinem, acerbitatem, atque alios habitus eiuſmodi. Nonnullorum etiam communis natura, vt tum doceantur, tum diſcant, vel inter ſe, vel ab homine: qualia ſunt quæ audiendi ſenſus ſunt participes. Non ſolùm ad ſonorum, ſed etiam ad notarum differentias percipiendas.

CAESAR.

IAM cæteris partibus abſolutis quæ erant propoſitæ, nunc vltimam aggredimur: mores ſcilicet: quos diſtinguit per ſpecies, per ſexum, per loca, & alia, vt vidimus. Ac ſanè ab ipſis ſpeciebus videbatur auſpicandum, tanquam à ſubſtantia. At hîc incipit à ſexu, propterea quòd & manifeſtiſſima res eſt: & quanuis non vniuerſalis, tamen non multùm abeſt. Itaque cùm penè omnes ambiat ſpecies: & ſit differentia materialis communis propemodum omnibus: iure optimo hinc initium cœpit ſcribendi.

Ἀμαυροτέρων: quæ extra auram ſunt, id eſt fulgorem: quæ non ſunt illuſtria: αὐγὴ enim illuſtre quiddam ſignificat. Vnde διαυγὴς, & noſtra Aurora. Ponit duas cauſſas quare ignotiores ſint nobis mores. Aut quia ignobilia ſint animalia: vt quæ ſunt imperfecta, & rara, ea ſint obſcura: aut quia non diu viuunt. Nam ex obſeruatione frequenti memoria conſtituitur, ac tandem habitus cognoſcendi. Vt in Secundo *Poſteriorum.*

Ἧττον ἔνδηλα: reſpondet ad ſequens ἐνδηλότερα. Et dixit αἴσθησιν: quoniam ratiocinatione poſſumus deduci à ſpecie in ſpeciem. Sic ἐφήμερον vnum tantùm diem viuit. Neſcimus an habeat ingenium fauificandi. Ratione colligimus non habere. Neque enim in hyemem duraturum eſt.

Φαίνεται: quoniam dixit αἴσθησιν. Et dixit τινὰ δύναμιν: quoniam homo regula eſt aliorum, & perfectam habet δύναμιν φυσικὴν, à natura ſtatim inditam.

Εὐήθειαν: contraria φρονήσει. Peſſimè à Græcis commune nomen ἦθος, detortum eſt ad vitium: optima alioqui additione εὖ. Simplicitas potiùs debuit ſignificari.

Δειλίαν. Theodorus *ignauiam*: meliùs *metum*. Ignauus autem eſt piger: ὀκνηρός. Idem πρᾳότητα, *clementiam:*

clementiam: meliùs *manſuetudinem*. Χαλεπότητα, *acerbitatem* benè. Eſt enim χαλεπὸς, qui non vult manſueſcere.

Μαθήσεως & διδασκαλίας. Vnus habitus: μάθησις diſcipuli: δίδαξις magiſtri. Quod optimè diſputatum eſt à Philoſopho initio *Poſteriorum*.

Ἅμα, *ſimul*, cum φρονήσει. Et dixit iccirco κοινωνεῖ: quoniam videtur eſſe hominis tantùm. Sed addit rationem: ἀκοῆς μετέχει. Nam eſt ſenſus diſciplinæ. Et facit differentiam ἀλλήλων, & παρ' ἀνθρώπων. Demonſtratio autem eſt: μετέχει, κοινωνεῖ. μετέχει ἀκοῆς. Ergo κοινωνεῖ eſt μαθήσεως. Media propoſitio: quoniã μαθήσεως αἴσθησις ἡ ἀκοή. Et auxit hiſtoriam: μὴ μόνον τῶν ψόφων, ἀλλ' ὅσοι καὶ σημείων διαφορᾶς. Sine ſono ſcilicet intelligit, vt nutum, & pulſum, & tractum, & occurſum. Deducit enim ad quæſtum, & fruges formica vetus iuuenculam.

Ψόφων, *ſtrependi*: σημείων *ſignificandi*. Theodorus, malè: ψόφος, hîc non ſtrepitum, ſed vocem ſignificat: σημεῖον, non ſignificatum, ſed ſignum. Et malè dixit αἰσθάνεσθαι *dignoſcere*: nôſſe enim, eſt animi: αἰσθάνεσθαι, ſenſus. Oportet Philoſophum non mutare ὅρους: quoniam dixit ἀκοήν.

II. ARISTOTELES.

ΕΝ πᾶσι δὲ ὅσοις ἐστὶ γένεσι τὸ θῆλυ καὶ τὸ ἄρρεν, σχεδὸν ἡ φύσις ὁμοίως διέστησε τὸ ἦθος τῶν θηλειῶν πρὸς τὸ τῶν ἀρρένων.

QVibus in generibus eſt mas, & fœmina, in iis omnibus penè ſimili ratione diſtinxit natura genus fœminarum à maribus.

CAESAR.

A Sexu, vt dicebamus, incipit. Et dixit ὅσοις, quoniam non in omnibus generibus eſt mas & fœmina. Vt ſuprà de anguillis. Et dixit πᾶσι: quoniam in quibus eſt ſexus, in iis omnibus differentia: vt ſit demonſtratio per hos terminos, genus, ſexus, mores, morum differentia. Dixit quoque σχεδόν: quoniam aliquibus in generibus, non inuenitur differentia quæ conſtet: vt in inſectis. Et γένεσι, quoniam ſexus eſt generis affectio: iccirco genus dictum eſt: quia ſexus eſt accidens ad generationem. Addit deinde: ὁμοίως: quoniam ἦθος eſt in Prædicamento Qualitatis. Poſtremò τῶν θηλειῶν πρὸς τῶν ἀρρένων: quoniam mas putatur à Philoſophis primo loco intendi à natura. Igitur & priùs natum, etiam ſacræ litteræ teſtantur. Sed nos alibi oſtendimus æquè intendi marem & fœminam. Neque materiæ eſſe accidentia, ſed formæ non variantia formam: vt par & impar in numero. Neque enim membra fœminæ à membris maris diſcrepant, materia: niſi quia ea materia aliter informatur ab eadem forma eiuſdem ſpeciei. Et quanquam per materiam apparet, tamen à forma ſingulari ſic admittitur.

Nota διέστησε actiuè, διέστηκε paſſiuè.

Τὸ θῆλυ καὶ τὸ ἄρρεν. Theodorus *procreatio*: peſſimè. Nam, *procreatio* etiam paſſiuè poteſt accipi: procreatur mus in agro ſine patre: & tamen non eſt genus à patre. Vim verò illorum verborum, quam adeò acutè excuſsimus τὸ τῶν θηλειῶν πρὸς τὸ τῶν ἀρρένων, videtur ignoraſſe Theodorus, cùm dixit, *mas à fœmina differt*. Nam quanquam, *differre*, eſt verbum correlationis: atque iccirco æquale formaliter: tamen quod differt ab alio factum à natura intelligimus, poſterius eſſe materialiter ab eo à quo differt. Diſertus ſit Theodorus, at certè non bonus Philoſophus.

III. ARISTOTELES.

Μάλιστα δὲ φανερὸν ἐστί τι τῶν ἀνθρώπων & τῶν μέγεθος ἐχόντων, καὶ τῶν ζωοτόκων τετραπόδων. μαλακώτερον τε γὰρ τὸ ἦθος ἐστὶ τὸ τῶν θηλειῶν, καὶ τιθασσεύεται θᾶττον, & προσίεται τὰς χεῖρας μᾶλλον, & μαθηματικώτερον· οἷον & αἱ Λάκαιναι κύνες αἱ θήλειαι, εὐφυέστεραι τῶν ἀρρένων [εἰσί.] τὸ δ' ἐν τῇ Μολοττίᾳ γένος τῶν κυνῶν, τὸ μὲν θηρευτικὸν, οὐδὲν διαφέρει πρὸς τὸ παρ' τοῖς ἄλλοις· τὸ δ' ἀκόλουθον τοῖς προβάτοις, τῷ μεγέθει, & τῇ ἀνδρίᾳ τῇ πρὸς τὰ θηρία. διαφέρουσι δὲ αἱ ἐκ τῶν ἀμ-

PAtet autem hoc potiſſimùm in homine, & in maioribus animantibus, & in iis quadrupedibus quæ animal pariunt. Horum enim fœminæ moribus ſunt mollioribus, ac citiùs cicurantur, & manſueſcunt, & inſtituuntur. Cuiuſmodi Laconicæ canes: meliore enim indole ſunt fœminæ quàm maſculi. At Moloſſicorum genus canum, venaticum quidem, nihil differt à cæteris. Quòd autem greges ſequitur, & magnitudine præſtat, & fortitudine qua feræ debellentur. Præſtantes verò ſunt

φῶν ἀνδρίᾳ καὶ φιλοπονίᾳ· οἱ τε ἐκ τῶν ἐν τῇ Μολοττίᾳ γιγνομένων κυνῶν, καὶ ἐκ τῶν Λακωνικῶν.

tum fortitudine, tum induſtria, qui ex vtroque genere Moloſſo, ac Laconico procreantur.

CÆSAR.

HÆc eſt περιοχὴ ſuprà poſitæ προτάσεως. Et hiſtoriam ſtatuit triplicem. Deinde exequitur duarum tantùm partium duas ſpecies.

Dixit ἐπὶ τῶν ἀνθρώπων. Eſt enim, vt toties diximus, aliorum regula: & deinde μέγεθος ἐχόντων: hoc eſt generalius quàm ἄνθρωπος. Et primo loco debuit poni. Sed notiſſimum præpoſuit generaliſsimo. Tertio loco poſuit genus ſubalternum, τετράποδα: & coarctauit ad ζωοτόκα.

Μέγεθος ἐχόντων. At omnia corpora habent magnitudinem. Sed hîc μέγεθος, non eſt mathematicum illud exactum vocabulum. Sed quod dicimus Latinè, *grande*.

Ζωοτόκων. Nam teſtudinum, & lacertorum in genere, haud ſatis patet.

Μαλακώτερα. Vnde vox militaris, *malus*. Significat enim imbellem primo ſuo ſignificatu.

Προσίεται τὰς χεῖρας. Dixit τιθασσεύεται. Et addidit ea verba: quoniam quædam cicurantur neque fugiunt nos, vt capreoli. Sed non omnia manibus aſſueſcunt, vt in felibus. Mures autem contumaciores. Vtrunque ſciens diuinus Poëta, addidit, *pectebátque ferum*: de ceruo. Ne interpretere προσίεται τὰς χεῖρας, *ad manus veniunt*, hoc enim pugnantium eſt. Neque ſic: *manus adeunt*. Nam apud Plautum id ſignificat, *decipere*, aut *illudere*. Sed rectè Theodorus: *manus patiuntur*: attrectantur. Sicut illud: *& plauſæ ſonitum ceruicis amare*.

Μαθηματικώτερα. Non in rebus mathematicis, ſed communibus inſtitutis, habiliores ad accipiendum imperia. Nam quod addit Theodorus de ſuo: *ingenioſius imitantur*, falſum eſt: ingenioſiores enim mares. Sed *animos*, vt inquit Poëta, *tollunt*.

Αἱ Λάκαιναι κύνες. Addidit αἱ θήλειαι, fruſtrà. Nam ſexus iam intelligitur. Sed ita loquuntur Attici: vt ἡ ἵππος ſit equus. Quare etiam addunt ſexum præter articulum.

Εὐφυέστεραι: *ſagaciores* Theodorus. Non ſanè fideliter: εὐφυὴς, *ad omnia benè natus*: etiam ſic loquimur.

Ἐν Μολοττίᾳ. Theodorus maluit, *Moloticum*. At Plautus & alij Latini *Moloſſicum*.

Οὐδὲν διαφέρει πρὸς τὸ περὶ τοῖς ἄλλοις: mira locutio philoſophica. τὸ, hîc ſignat ἦθος. περὶ ſignificat non, ſubſtantiam, ſed accidens proprium inhærens.

Τῷ πρὸς τὰ θηρία. Nam etiam ἀνδρία eſt in venaticis. Et notabis breuitatem ſub articulo.

Nota verbum διαφέρει. Significat enim differentiam. Sed etiam præſtantiam hîc. Differt fortitudine, quia eam habet. Ergo præſtantius eſt.

Φιλοπονίᾳ: *induſtria*, laborioſi enim ſunt.

Τὸ ἀκόλουθον τοῖς προβάτοις: pecuarium, quod diuiditur in armentarium & gregarium.

IV. ARISTOTELES.

Ἀθυμότερα δὲ τὰ θήλεα πάντα τῶν ἀρρένων, πλὴν ἄρκτου καὶ παρδάλεως· τούτων δ' ἡ θήλεια δοκεῖ εἶναι ἀνδρειοτέρα. ἐν δὲ τοῖς ἄλλοις γένεσι τὰ θήλεα μαλακώτερα καὶ κακουργότερα, καὶ ἧττον ἁπλᾶ, καὶ προπετέστερα, καὶ περὶ τὴν τῶν τέκνων τροφὴν φροντιστικώτερα. τὰ δ' ἄρρενα, ἐναντίως θυμωδέστερά τε καὶ ἀγριώτερα, καὶ ἁπλούστερα, καὶ ἧττον ἐπίβουλα.

Minùs animoſæ fœminæ omnes, præter vrſam & pantheram. In his fœmella videtur eſſe fortior. Alijs generibus fœminæ molliores & maleficentiores, & minùs ſimplices: & procaciores, ac liberis alendis attentiores. Contrà, mares animoſiores, ferociores, ſimpliciores, & minùs inſidioſi.

CÆSAR.

NVNC omiſſa hiſtoria particulari, communem perſequitur, & comparat ſexus.

Ἀθυμότερα: reſpondet θυμωδέστερα: ſed ἄκυρον eſt. Non enim eadem poſitio eſt, τὸ ἄθυμον, καὶ τὸ θυμῶδες.

Κακουργότερα: excipe multa: vt oues, & vaccas, & feles, & equas: minùs enim malefica ſunt.

Ἧττον ἁπλᾶ: quia minùs reſpondent expectationi: inſtabili enim animo ſunt. Theodorus, *aſtutiores*, malè. Neque enim aſtus ille eſt. Sed infidus animus.

Προπε-

Προπετέστερα. Theodorus, *inſidioſiores*: quoniam debeat reſpondere illi, ἧττον ἐπίβουλα. At ne illud quidem reſpondet ἀγελαιότερα, τοι, κακουργότερα. Sed dicas *petulantiores*. Inclinatio quædam eſt προπέτεια, ad petendum: *petere* noſtrum totum Græcum eſt.

V. ARISTOTELES.

Τούτων δ' ἴχνη μὲν τῶν ἠθῶν ἐστιν ἐν πᾶσιν ὡς εἰπεῖν. μᾶλλον δὲ φανερώτερα ἐν τοῖς ἔχουσι μᾶλλον ἦθος, καὶ μάλιστα ἐν ἀνθρώπῳ. τοῦτο γὰρ ἔχει τὴν φύσιν ἀποτετελεσμένην, ὥστε καὶ ταύτας τὰς ἕξεις εἶναι φανερωτέρας ἐν αὐτοῖς. διόπερ γυνὴ ἀνδρὸς ἐλεημονέστερον, καὶ ἀείδακρυ μᾶλλον· ἔτι δὲ φθονερώτερόν τε καὶ μεμψιμοιρότερον, καὶ φιλολοίδορον μᾶλλον, καὶ πληκτικώτερον.

Atque horum quidem veſtigia cùm penè in omnibus ſint: tum apertiùs videntur in iis quæ ſunt moratiora. Maximè verò in homine: ipſe enim naturam habet perfectam. Quare ij habitus in eo ſunt manifeſtiores. Quippe mulier, quàm vir, faciliùs mouetur miſericordia: & ad lacrymas promptior. Inuidia quoque plus laborat. At frequentiùs defraudatam ſeſe conqueritur: conuiciosior etiam, & exprobrantior.

CÆSAR.

EXEQVITVR primam partem propoſitam de homine & ponit gradus tres. Vnum in omnibus: alterum in iis quæ moribus clarioribus prædita ſunt. Tertium in homine: & facit demonſtrationem. Concludit enim: φανερὰς τὰς ἕξεις: quia ſit φύσις ἀποτετελεσμένη.

Ἴχνη: quoniam vera ἤθη, in homine tantùm: in aliis quaſi veſtigia.

Ὡς εἰπεῖν: conuenit cum ſuperioribus, ἧττον ἔνδηλα.

Μᾶλλον φανερώτερα, reſpondet illi, μᾶλλον ἦθος. Nam quædam plures, quædam pauciores habent habitus morum, vſque ad oſtreas & tethya.

Μάλιστα: quia poſuit gradus tres: ἴχνη, μᾶλλον, μάλιστα: iccirco peſſimè dixit Theodorus, ἐν τοῖς ἔχουσι μᾶλλον ἦθος: *maximè in perfectioribus, & præcipuè in homine.* Diſtinxit enim vim argumentationis. Non eſt enim, *maximè*, in perfectioribus, ſed *magis*: in perfectiſſimo autem, *maximè*.

Γυνὴ ἐλεημονέστερον. In neutro: quoniam generis ſcilicet τοῦ ζῴου, affectum attribuit.

Ἀείδακρυ: ob capitis humiditatem. Et quia ſuturis paucioribus caput eius communitur. Plus humoris continet. Iccirco minùs bona mente valent.

Μεμψιμοιρότερον. Theodorus, *querula magis*: non eſt aſſecutus: τὴν μοῖραν. Nam querula eſſe poteſt ex dolore, & labore, & morbo. At ſemper queritur quippiam ſibi damno eſſe. Μοῖρα enim ſignificat proportionem. Itaque μεμψίμοιρον, dicas *difficilem ad explendum*. Queritur malè ſecum decidi.

Φιλολοίδορον: *maledicentior* Theodorus: differt tamen λοιδορία ἀπὸ τῆς βλασφημίας: qui maledicit lædit famam: qui conuiciatur, is λοιδορεῖ.

Πληκτικώτερον. Theodorus, *mordacior*: benè. Sed meliùs, *exprobrantior*. Tamen optimè ex Terentio: *par pari referto quod eam mordeat.*

VI. ARISTOTELES.

Ἔστι δὲ καὶ δύσθυμον μᾶλλον τὸ θῆλυ τοῦ ἄρρενος, καὶ δύσελπι, καὶ ἀναιδέστερον, καὶ ψευδέστερον· εὐαπατητότερον δὲ καὶ μνημονικώτερον. ἔτι δὲ ἀγρυπνότερον, [καὶ ὀκνηρότερον,] καὶ ὅλως ἀκινητότερον τὸ θῆλυ τοῦ ἄρρενος, καὶ τροφῆς ἐλάττονός ἐστι. βοηθητικώτερον δέ, ὥσπερ ἐλέχθη, καὶ ἀνδρειότερον τὸ ἄρρεν τοῦ θήλεός ἐστιν· ἐπεὶ καὶ ἐν τοῖς μαλακίοις, ὅταν τῷ τριόδοντι πληγῇ ἡ σηπία, ὁ μὲν ἄρρην βοηθεῖ τῇ θηλείᾳ· ἡ δὲ θήλεια φεύγει τοῦ ἄρρενος πληγέντος.

Eſt etiam animo demiſſiore fœmina quàm mas, & deſperantiore: impudentior quoque & mendacior. Faciliùs dolo capitur, & memorosior. Ad hæc vigilantior & ignauior, atque denique minùs mobilis: minùs item capit cibi. Mas auxilium ſuum impenſiùs præſtat: &, quemadmodum ſuprà diximus, fortior eſt. Nam & in molluſcorum genere ſi feriatur ſepia tridente, mas fœminæ ſubuenit: fœmina fugit percuſſo mare.

CÆSAR.

C AE S A R.

REPETIT comparationem vlteriorem, apponens alia capita, & repetens vnum à fortitudine. Poſtremò ponit hiſtoriam ſepiarum.

Δύσθυμοι, Theodorus *anxia* : δυσθυμεῖν eſt, *animum deſpondere.*

Ἀρχυμονώτεροι : quoniam caput agitatur fœminis : & tamen exhalare non poſſunt. Iccirco inſtabiles ſunt mutatis intus ſpeciebus. Quare minùs animi ſunt compotes, minúſque mente valent, vt ſuprà diximus.

Τροφῆς ἐλάττονος : quia calor minor, vt ſit proportio ſpeciei.

Ἀκινητότεροι : dixit ὅλως : quoniam genus eſt ad ὀκνηρόν. Theodorus, *ſegnior* : rectiſſimè : quaſi ſine igni, & cauſſa eſt quare minùs moueatur. Calor enim efficiens motus eſt : & motus calorem efficit. Ὀκνηρότητα noſtri Theologi dicunt, ἀκηδίαν: *cura neceſſaria vacans animus.*

Sic verò lege hunc locum : βοηθητικώτεροι & ὥσπερ ἐλέχθη ἀνδρειότεροι. Nam de βοηθείᾳ ſuprà nihil. Theodorus hoc non animaduertit, & tranſtulit *iuuantior*. At iuuamus etiam non βοηθοῦντες. Vox eſt hæc militaris, παρὰ τὸ βοᾷν & θεῖν. Sublato clamore accurrebant. Latini ſic auxilia, *ſupplementa & legiones*, dicebant, quibus augerentur. Itaque hîc βοήθεια nominat quod telum eſt. Et plagam, & fugam, & auxilium : non ſolum iuuamentum.

CAPVT SECVNDVM,

Animalia terreſtria quæ, & quare inter ſe amica, aut inimica.

VII. ARISTOTELES.

Πόλεμος μὲν οὖν πρὸς ἄλλα τοῖς ζώοις ἐστὶν, ὅσα τοὺς αὐτούς τε κατέχει τόπους, καὶ ἀπὸ τῶν αὐτῶν ποιεῖται τὴν ζωήν. ἐὰν γὰρ ᾖ σπάνιος ἡ τροφὴ, καὶ πρὸς ἄλληλα τὰ ὁμόφυλα μάχεται· ἐπεὶ καὶ τὰς φώκας φασὶ πολεμεῖν περὶ τὸν αὐτὸν τόπον, καὶ ἄρρενι ἄρρενα, καὶ θηλείᾳ θήλειαν, ἕως ἂν ἀποκτείνῃ, ἢ ἐκβληθῇ θάτερον ὑπὸ θατέρου. καὶ τὰ σκυμνία ὡσαύτως πάντα.

Nter ſe pugnant animantes, quæ eadem loca tenent : quorúmque victus eſt idem. Si enim cibi penuria laborant, etiam congeneres inter ſe præliantur. Nam marinos quoque vitulos aiunt bellare pro loco, tum marem aduerſus marem : tum fœminam aduerſus fœminam : quoad aut interficiatur, aut exigatur alter ab altero. At que etiam catuli ipſi.

C AE S A R.

MVLTAS cauſſas ponit inimicitiarum inter animantes. Locum, cibum, iniurias fortuitas (cum aſinus ſeſe affricat vepribus) venerem, ſobolem & eiuſmodi. Sed hæ ſunt cauſſæ non vltimæ. Nam potiùs cirim ſequitur niſus, quæ eſt perniciſſima ac maximè altiuolans, quàm alias auiculas minùs aptas ad fugam. Sic neglecto turture falco ardeolam petet. Et tamen neque ſedes eadem, neque cibus, neque odia ob incommoda. Sed ita etiam veſtigia morum ſunt humanorum in illis. Nam etiam Tyranni bella magis amant quàm pacem. Sic nulla de cauſſa interdum omnia pro libidine miſcent.

Πόλεμος πρὸς ἄλλα τοῖς ζώοις ἐστίν. Locutio minùs firma : ἄλλα igitur non ſunt ζῶα : pro ἄλληλα fortaſſe ſcribendum : aut ſubticuit ἄλλοις : alia aliis infeſta ſunt animalia.

Κατέχει : non tenent eadem loca. Sed vnum tenet, alterum tenere vult. Sed intellige quibus natura eaſdem ſedes ad nidum, aut victum aſſignauit.

Ἐὰν γὰρ ᾖ σπάνιος. Nam ſi eſt copia non pugnant : tamen etiam in copia pugnant metuentes ne deſit. Sic equus equum peregrinum de prato eijcit.

Τὰ ὁμόφυλα, *congeneres*, vt ponit Plinius.

Ἀποκτείνῃ actiuè, ἐκβληθῇ paſſiuè : fortaſſe eſt ἀποκτείνῃ.

Theodorus malè fecit cùm non abſcidit Caput hoc : diuerſiſsima enim materia eſt : neque

benè interpretatus eſt τόπον, *ſitum*. Etenim ſitus non locus, ſed loci habitudo. καὶ τὸ, ὁμοιότης, retulit ad pugnam. Etiam vitulos pugnare de loco. Puto Philoſophum dicere, interfici vitulos quoque à victore.

VIII. ARISTOTELES.

Ἔτι δὲ τοῖς ὠμοφάγοις ἅπαντα πολέμια, καὶ ταῦτα τοῖς ἄλλοις· ἀπὸ γὰρ τῶν ζώων ἡ τροφὴ αὐτοῖς· ὅθεν καὶ τὰς διεδρίας καὶ τὰς συνεδρίας οἱ μάντεις λαμβάνουσι· δίεδρα μὲν, τὰ πολέμια τιθέντες· σύνεδρα δὲ, τὰ εἰρηνοῦντα πρὸς ἄλληλα.

Crudiuoris quoque omnia infeſta ſunt, & ipſa alijs. Ex animalibus enim cibum petunt. Vnde & diſſidia, & conſidia vates capiunt. Diſſidia ex inimicis: conſidia ex pacatis inter ſe.

CÆSAR.

COMMVNE genus à cibo: ὠμοφάγα. At omnia ſunt ὠμοφάγα: ſecundùm ſe. Nulla enim auicula ſibi coquit pruna.

Ἀπὸ ζώων: tanquam à materia, non tanquam ab efficiente: ὅθεν ἡ κίνησις.

Καὶ τὰς διεδρίας: quia non ſimul habitant, hoſtica intellige ſanè. Nam accipitrum atque aquilarum genus, columbum in arbore conſidentem non percutiunt: ſed aſsident, aut expectantes dum auolet, aut roſtro excitantes vt inſequantur. Neque enim interficiunt niſi vngue correptum.

Ὠμοφάγα. Theodorus, *carniuora*: ſenſum ſequutus eſt, non vocem. Idem legit δίεδρα τὰ πολέμια, id eſt, *coniectantes bella ex diſſidio, pacem ex conſidio*. Sanè ſic faciunt. Sed non ſic dicit Philoſophus. Quid enim eſt τὰ σύνεδρα εἰρηνεύοντα. Imò eas aues quæ conſidunt, pacificas ſtatuunt. In XV. Verrij Flacci ſcriptum fuit. Augures ſigna capere à quinque cùm de cœlo obſeruant. Item ab auibus, etiam à tripudiis, tum à quadrupedibus: poſtremo ex diris.

IX. ARISTOTELES.

Κινδυνεύει δὲ, εἰ ἀφθονία τροφῆς εἴη, πρός τε τοὺς ἀνθρώπους ἂν ἔχειν τιθασῶς, τὰ νῦν φοβούμενα αὐτῶν καὶ ἀγριαινόμενα, καὶ πρὸς ἄλληλα τὸν αὐτὸν τρόπον· δῆλον δὲ ποιεῖ τοῦτο ἡ περὶ Αἴγυπτον ἐπιμέλεια τῶν ζώων. διὰ γὰρ τὸ τροφὴν ὑπάρχειν, καὶ μὴ ἀπορεῖν, μετ' ἀλλήλων ζῶσι καὶ αὐτὰ τὰ ἀγριώτατα. διὰ τὰς ὠφελείας γὰρ ἡμερῆ, οἷον ἐνιαχοῦ τὸ τῶν κροκοδείλων γένος πρὸς τὸν ἱερέα, διὰ τὴν ἐπιμέλειαν τῆς τροφῆς. τὸ δ' αὐτὸ τοῦτ' ἔστιν ἰδεῖν καὶ περὶ τὰς ἄλλας χώρας γινόμενον, καὶ κατὰ μέρεα αὐτῶν.

Solent abundante cibo ea quæ ſua natura, aut timida, aut effera ſunt, pati vt miteſcant, vel erga homines: vel inter ſe eodem modo. Conſtat hoc ex cura quæ in terra Aegypti impenditur animalibus. Cùm enim cibus abundanter ſuppetat, etiam inter ſe degunt ipſa ferociſsima. Beneficio enim miteſcunt. Veluti alicubi crocodilorum genus afficitur erga ſacerdotem à quo curatur, vt alantur. Hoc etiam tum in alijs regionibus, tum earum quoque partibus videtur.

CAESAR.

VIT probare propter cibum pugnam fieri. Ex explicat illud, πάντως ἡ τροφὴ, à contrario. Nam ſi abundante cicurantur, deficiente efferantur. Itaque etiam à canibus legimus inedia efferatis diſcerptos paſtores. Excitato prouerbio, cuius & Theocritus meminit τεαὶ κυνὰς ὥς τυ ἔδοιτο. Et nota locutionem: ἂν ἔχειν τιθασῶς: non ponit enim magis Atticè, quàm per hoc verbum κινδυνεύει. Sic Plato & Iſocrates frequenter ſunt eo vſi, cùm in motum quendam ad aliam affectionem ſignificant. Latinè optimè ac ſignatiſsimè dicas. In eo ſunt animantes vt ponant feritatem demulſa cibi copia. Τὰ νῦν φοβούμενα καὶ ἀγριαινόμενα: mira oratio. Nam τὸ νῦν, ſignificat naturam non tempus. Diuiſio cauſſarum eſt quare non ſunt τιθασὰ: metus, & odium. Et diuinitus alterum per paſsiuum, alterum per actiuum expreſsit. Et duos poſuit terminos, πρὸς ἀνθρώπους: hoc ſatis leue eſt. Non enim ex eodem viuit homo, & ceruus. καὶ πρὸς ἄλληλα: hoc plus eſt. Itaque ſaturi falcones plures in eadem pertica pacificè conſidunt. Famelici in venatu alter alterum inuadit & arripit.

Τὸν

Τὸν αὐτὸν τρόπον : quia τρόπος pertinet ad ἦθος.

Ὠφελείας : *iuuamentum:beneficium* politiùs dicas.

Πρὸς τὴν ἱερέα : *qui eos paſcit.* Herodotus in *Euterpe*, ait Ægyptios qui circa Thebas & Mœrin paludem habitant,crocodilos ſacros exiſtimare. Horum vtrique vnum accipiunt, alunt & cicurant, atque ita edocent vt ad manum, & cibum veniat. Puto Philoſophum de his crocodilis ſenſiſſe.

Διὰ τὴν ἐπιμέλειαν : declarat quid ſit ὠφέλεια.

Καὶ μόρια : *partes regionum :* intelligit ſerpentes qui aluntur à Sacerdotibus : &leones à magiſtris in caueis. Et mutauit præpoſitiones περὶ χώρας· καὶ κατὰ μόρια.

Ὑπάρχειν, *ſubeſſe:ſuppetere*, diximus: & οὐκ ἀπορεῖν, *abundanter.*

Theodorus peſſimè tranſtulit κυδωνιείν, *haud ſcio*, & ἀνίχειν, *inter ſe eant:* & μετ' ἀλλήλων *collegio.* Non enim Latinum eſt collegium in brutis. Et omiſit μόρια αὐτῶν : atque vt vno verbo dicam malum in hac parte ſe geſſit interpretem.

X. ARISTOTELES.

Ἔστι δ' ἀετὸς καὶ δράκων πολέμια· τροφὴν γὰρ ποιεῖται τοὺς ὄφεις ὁ ἀετός.

Sunt aquila & draco inimici. Alitur enim ſerpentibus aquila.

C Æ S A R.

ALTERA Capitis pars:terrena miſcet cum auibus. Et exequitur earum prælia ſpeciatim. Hoc etiam ab Homero & Virgilio dictum. Et nos vidimus aquilam à dracone inuolutam. Hîc puto omne ſerpentum genus ſub nomine draconis deſignari. Addit enim : τροφὴν γὰρ ποιεῖται τοὺς ὄφεις ὁ ἀετός.

XI. ARISTOTELES.

Καὶ ἰχνεύμων καὶ φάλαγξ· θηρεύει γὰρ τοὺς φάλαγγας ὁ ἰχνεύμων.

Et ichneumo ac phalangium, bellum gerunt. Venatur enim ea ichneumo.

C Æ S A R.

INtermiſcet inſecta φάλαγξ, inuſitata aliis voce. Vnde diminutiuum *phalangium.* Plinius in decimo. *Ichneumones veſpæ, & phalangia aranei.*

XII. ARISTOTELES.

Τῶν δ' ὀρνίθων, ποικιλίδες καὶ κορυδῶνες, καὶ πίπρα καὶ χλωρεύς· τὰ γὰρ ᾠὰ κατεσθίουσιν ἀλλήλων.

Ex auibus variolæ, & alaudæ, & pipra, & chloreus. Inuicem enim oua edunt.

C Æ S A R.

REDIT ad aues. Ποικιλίδες, *variæ*, Theodorus. Sed omiſit flexum diminutiuum. De pipra & chloreo, quem Theodorus modo *luteam*, modo *luteum*, dicit, infrà ampliùs.

Κατεσθίουσι, Theodorus *exedunt* : imò, *edunt* : exedere enim eſt obrodere.

XIII. ARISTOTELES.

Καὶ κορώνη καὶ γλαὺξ· ἡ μὲν γὰρ τῆς μεσημβρίας, διὰ τὸ μὴ ὀξὺ βλέπειν τὴν γλαῦκα τῆς ἡμέρας, κατεσθίει ὑφαρπάζουσα αὐτῆς τὰ ᾠά· ἡ δὲ γλαὺξ, τῆς νυκτὸς τὰ τῆς κορώνης· καὶ κρείττων ἡ μὲν, τῆς ἡμέρας, ἡ δὲ, τῆς νυκτός ἐστι.

Item cornix & noctua : quia enim interdiu minùs acutè videt noctua, illa meridie arrepta eius oua deuorat. Contrà noctua nocte illius. Nam valentior illa interdiu, hac noctu eſt.

C Æ S A R.

Mὴ βλέπειν. Nam ſanè aliquantulum videt. Iccircò μονυβρίας, ob lucis proportionem. Nam ſi interdiu non videt ob lumen, ergo minùs in maiore. Sed quid ſcit cornix illam meridie minùs videre? ob immobilitatem puto.

Καὶ κρείττων: ad ornamentum hiſtoriæ hæc [illegible]dita ſunt. Nam cornix noctu penè inutilis. Malleolis enim accenſis ad arbores eas capimus. Noctua noctu κρείττων, quia per diem etiam valet. Conſtat id in venatione.

XIV. ARISTOTELES.

Καὶ γλαῦξ δὲ καὶ ὄρχιλος πολέμια· τὰ γὰρ ᾠὰ κατεσθίει καὶ οὗτος τῆς γλαυκός.

Hoſtes inter ſe noctua & orchilus. Nam is quoque oua abſumit.

C AE S A R.

DE orchilo neque Plinius, neque quiſquam alius quod ſciam, quicquam. Sed Philoſophus ait. Orchili noctua oua abſumit, vt cornicis in vltionem, non ponit.

XV. ARISTOTELES.

Τῆς δὲ ἡμέρας καὶ τὰ ἄλλα ὀρνίθια τὴν γλαῦκα περιπέτεται· ὃ καλεῖται θαυμάζειν· καὶ προσπετόμενα τίλλουσι· διὸ οἱ ὀρνιθοθῆραι θηρεύουσιν αὐτῇ παντοδαπὰ ὀρνίθια.

Qvin interdiu cætera quoque auiculæ noctuam circumuolant. Id quod vocant, admirari, *atque etiam aduolantes vellicant. Quo fit vt aucupes venentur eius opera omne genus auicularum.*

C Æ S A R.

NVNC aduerſus vnam multas aues ſtatuit: τὰ ἄλλα ὀρνίθια, dixit in diminutiuo. Nam ſanè maiora bubone capiuntur. Duobus verò verbis vſus eſt, περιπέτεται, & προσπετόμενα. Priùs enim circumuolant: deinde aduolant, & morſicant eam. Illa autem conſpectis cedit, deuolátque ex porticella. Deinde redit: miriſque modis intorquet collum, ac eludit.

Θαυμάζειν: quoniam mirantur auiculæ rem nunquam ab ſe conſpectam. Theodorus verò non rectè addidit, *nimirum*. Nam quare dicant *mirari*, ſi non mirantur. Idem τίλλουσι, *percutiunt*: imò *deplumant, vellunt, morſicant*, Plinius, *vellunt*. Et παντοδαπὰ, *multa*. Sed Varro in Tertio de *Re ruſtica*, *omne genus*.

XVI. ARISTOTELES.

Πολέμιος δὲ καὶ ὁ πρέσβυς καλούμενος, καὶ γαλῆ καὶ κορώνη. τὰ γὰρ ᾠὰ καὶ τοὺς νεοττοὺς, κατεσθίει αὐτῆς.

INimicus etiam presbys *dictus: & muſtela & cornix. Oua enim illius & pullos deuorat.*

C Æ S A R.

DVOS præterea eius hoſtes narrat. Et repetit tertium ſanè fruſtrà: cornicem ſcilicet. Sed ſanè muſtela omnibus auibus inimica eſt. Oua enim & pullos deuorat. Habuimus enim pueri venatricem etiam columbarum.

Theodorus addidit, *priuatas inimicitias*: quoniam communes ſunt, τῶν ὀρνίθων. Quare non oua quæritant: ſed in communi aggrediuntur. Idem πρέσβυν, *regem auium* eſt interpretatus, rectè: infrà enim ſic dictum putat Ariſtoteles. Atque: quia cornix fruſtrà repeteretur ad inimicitias noctuæ, ſic legit: *vt priuatim noctua hoſtis ſit presbys*. Deinde ſcindit orationem, ac transfert in aliam hiſtoriam inimicitiarum inter muſtelam & cornicem. Itaque κατεσθίει legit. At in noſtro Codice eſt κατεσθίουσι. Sed Plinius ſic legit vt Theodorus: quod nos quoque probamus.

XVII. ARISTOTELES.

Καὶ τρυγὼν καὶ πυραλίς. τόπος γὰρ ὁ νομῆς καὶ βίος ὁ αὐτός.

Et turtur & pyralis. Idem enim locus pabuli, idemq́ victus.

CAESAR.

THEODORVS πυραλίδα *ignariam* vertit inconſultiùs. Nam *ignaria*, vox augurum, ſicut *incendiaria*. Ea auis dicta ſic eſt quæ carbonem ex aris tolleret, atque ita appareret: quam alio vocabulo *ſpinthurnicem* dicerent. Miluio hoc frequenter eueniebat arreptis extis è focis ſacris, ſimul vt carbones ferret. Extat fabula in qua cùm nidum ſic incendiſſet, exprobrata ei à matre eſt, Deorum ira & vltio diſturbatis ſacris. At Plinius nomine Græco vſus, *pyralidem* vocat. Æquiuocum eſt ad vermem, & ad papilionem.

XVIII. ARISTOTELES.

Καὶ κελεὸς καὶ λιβυός.

Et galgulus, & lybius.

CAESAR.

Κελεὸς *galgulus*. Theodorus: at Plinius in XXX. putat galgulum dici, quem Græci ἴκτερον vocant. Alius autem eſt κολοιός, quem *monedulam* putamus: κελεὸς, verò eſt is quem etiam ἴκτερον, dicunt à colore: quemadmodum & tota Italia ab eo, *aureolum*. Et Gallia item voce paululum detorta *loriot*. Hæc ſuprà in octauo à nobis tractata ſunt. Idem Theodorus, *lybium* hîc dixit. At infrà *ledum* legit. Quis ſit autem lybius, quærendum.

XIX. ARISTOTELES.

Ἰκτῖνός τε καὶ κόραξ. ὑφαιρεῖται γὰρ τοῦ κόρακος ὁ ἰκτῖνος ὅ τι ἂν ἔχῃ, διὰ τὸ κρείττων εἶναι τοῖς ὄνυξι, καὶ τῇ πτήσει· ὥστε ἡ τροφὴ ποιεῖ πολεμίους καὶ τούτους.

Miluus & coruus. Cùm enim miluus valentior, & vnguibus, & volatu ſit, ſubtrahit à coruo quicquid tenet. Quare hi quoque hoſtes ob cibum fiunt.

CAESAR.

SÆpè hanc pugnam ſpectauimus. Sed etiam duorum coruorum aduerſus miluum vnum: eúmque malè habuiſſe. At cùm dixit vnguibus & volatu, adderet etiam animum, etiam oculum, etiam roſtrum. Omni enim in re eſt præſtantior.

Ὑφαιρεῖται: non dixit ἀφαιρεῖται: quia ab vnguibus eius aufert. Plinius, *praripere*, dixit.

XX. ARISTOTELES.

Ἔτι οἱ ἀπὸ τῆς θαλάττης ζῶντες, ἀλλήλοις εἰσὶ βρένθος, καὶ λάρος, καὶ ἅρπη.

Ad hæc quæ de mari cibum petunt inter ſe diſſident. Brenthus, & gauia, & harpe.

CÆSAR.

NVnc ad aquatilia. Βρένθον Theodorus ex Plinio *anatem* interpretatur. Sed ita videtur Plinius legiſſe, vt diuidat harpen ab aquaticis, quam facit inimicam triorchi. Et ſanè harpe ex aqua non petit cibum.

XXI. ARISTOTELES.

Τριόρχης δὲ καὶ φρυνὸς καὶ ὄφις· κατεσθίει γὰρ ὁ τριόρχης αὐτούς.

Buteo rubeta hoſtis & anguium: deuorat enim eas.

CAESAR.

Commune id habet cum aquila aduerſus angues: rubetam omiſit hîc Plinius.

XXII. ARISTOTELES.

Τρυγὼν δὲ καὶ χλωρεύς· ἀποκτείνει γὰρ τὴν τρυγόνα ὁ χλωρεύς.

Turtur & chloreus: interficit enim hic turturem.

CAESAR.

ERGO chloreus magna eſt auis. Et quædam auis in Liguribus Taurinis, quæ vulgò *cloris*, dicitur par turturi, aut fortaſſe maior, roſtro longo. Ea adeò præſtat volatu, vt difficillimè à falcone poſſit aſſequi. Fortaſſe ea eſt de qua hîc Philoſophus: quanquam neque lutea, neque viridis ſit.

XXIII. ARISTOTELES.

Καὶ ἡ κορώνη τὸ καλούμενον ταπύνον·

Et cornix quem tapynum *vocant.*

CAESAR.

Ταπύνον, Theodorus *tympanum* vocat: neſcio qua ductus ratione. Plinius de eo nihil. Eam ego puto eſſe auiculam quæ ab Italis, *miſellus* vocatur.

XXIV. ARISTOTELES.

Τὸν δὲ κόλαριν ὁ αἰγωλιός, καὶ οἱ ἄλλοι γαμψώνυχες κατεσθίουσιν· ὅθεν ὁ πόλεμος αὐτοῖς.

Ægolius colarim, ſicut & alij vncungues deuorant: vnde his bellum.

CAESAR.

CVM ægolius, de quo alibi, auis ſit nocturna. Oportet vt colaris etiam noctu appareat: aliter quomodo eum interficeret? At quid ſit colaris, quærendum. De eo nulla apud Plinium, neque alium quemquam quod ſciam, mentio. Ægolium malè, *vlulam* Theodorus, vt à nobis ſuprà declaratum eſt.

XXV. ARISTOTELES.

Πόλεμος δὲ καὶ ἀσκαλαβώτῃ καὶ ἀράχνῃ· κατεσθίει γὰρ τοὺς ἀράχνας ὁ ἀσκαλαβώτης.

Bellum item inter ſtellionem & araneum: deuorat enim araneas ſtellio.

CAESAR.

TRanſit ab auibus: interrupta hiſtoria ad quam mox redeat. Plinius quoque refert araneum librare ſe filo in caput ſerpentis porrectæ ſub vmbra arboris ſuæ tantaque vi, morſu cerebrum apprehendere, vt inde mors conſequatur.

XXVI.

XXVI. ARISTOTELES.

Ἵππῳ δὲ καὶ ἐρωδιῷ· τὰ γὰρ ᾠὰ καταπίνει καὶ τοὺς νεοττοὺς τοῦ ἐρωδιοῦ.

Et Hippum & ardeolam: oua enim abſumit: & pullos harum ille.

CAESAR.

QVÆ auis ſit ἵππος, fateor me ingenuè neſcire. Theodorus *piponem* dixit: at ſuprà ſic & πίπρα. Plinius legit *ſorices*. *Sorices*, inquit, *& ardeolæ inuicem fœtibus inſidiantes*. Suprà libro Octauo Theodorus *piponem* appellauit *picum martium*.

XXVII. ARISTOTELES.

Αἰγίθῳ δὲ καὶ ὄνῳ πόλεμος διὰ τὸ παριόντα τὸν ὄνον, ξύεσθαι εἰς τὰς ἀκάνθας τὰ ἕλκη. διά τε οὖν τοῦτο, κἂν ὀγκήσηται, ἐκβάλλει τὰ ᾠὰ καὶ τοὺς νεοττούς· φοβούμενοι γὰρ ἐκπίπτουσιν· ὁ δὲ, διὰ τὴν βλάβην ταύτην κολάπτει ἐπιπετόμενος τὰ ἕλκη αὐτοῦ.

Præliantur ægithus & aſinus: prooptreà quòd accedit ad vepres aſinus, vt ſcabat vlcera. Tum igitur ſic, tum etiam rudendo oua eius eÿcit atque pullus. Tremefacti enim excidunt. Ergo ille ob hanc noxiam inuolans, eius vlcera morſicat.

CÆSAR.

PVLCHELLA hiſtoria. Quare verò *Salum* Ægithũ vocet Theodorus me latet. Plinius nomine Græco vſus eſt. At faciem nullomodo neque hîc, neque infrà deſcribit Philoſophus: magno certe rei literariæ incommodo. Sic enim ægithus ſolo nomine erit cognitus. Ridendi, qui nullis, vt ſæpe, coniecturis ducti eum eſſe contendant inpudenter, qui à Gallis, *linote*, dicitur: cùm tamen αἰγιθος χωλὸς ſit.

Lege ἐκπίπτουσι φοβούμενοι: *pulli iuuenculi recens excluſi extremefacti excidunt*. At Theodorus ambagibus actus eſt Plinium ſequutus ſic: *ſi vocem rudentis audierit, oua abigat per abortum*: vt exprimeret τὸ ἐκπίπτουσι. Sed id nihil eſt: oſtendat vbi pulli lædantur. Itaque etiam addidit pullos labi in terram: oua enim eiecta nondum excluſa, nondum incubata ſunt.

Βλάβην, *iniuriam* Theodorus: imò verò *noxiam*. Idem κολάπτει *excauat*: imò *pertundit* mira natura: qua ſciant ibi imbecilliorem hoſtem.

XXVIII. ARISTOTELES.

Λύκος δὲ ὄνῳ, καὶ ταύρῳ, καὶ ἀλώπεκι πολέμιος. ὠμοφάγος γὰρ ὢν, ἐπιτίθεται τοῖς βουσὶ καὶ τοῖς ὄνοις, καὶ τῇ ἀλώπεκι.

Lvpus aſino, & tauro, & vulpi bellum facit. Crudiuorus enim cùm ſit, inuadit boues & aſinos, & vulpes.

CAESAR.

ETiam equos, & homines, & lepores, & præcipuè pecora: quin etiam & anſeres interficere, & deuorare vidimus.

XXIX. ARISTOTELES.

Καὶ ἀλώπηξ δὲ καὶ κίρκος, διὰ τὴν αὐτὴν αἰτίαν. γαμψώνυχος γὰρ ὢν καὶ ὠμοφάγος, ἐπιτίθεται, καὶ λυπεῖ κόπτων.

Vlpes & circus eandem ob cauſſam: qui cùm vncunguis, & crudiuorus ſit, aggreditur, & angit percutiens.

CAESAR.

REdit ad genera diuerſa: circus autem vulpem interficere non poteſt: ideò dixit λυπεῖ quod Theodorus omiſit. Κόπτων, non vt Theodorus, *vulnerans*, ſed *percutiens*.

XXX. ARISTOTELES.

Καὶ κόραξ ταύρῳ καὶ ὄνῳ πολέμιος, διὰ τὸ τύπτειν ἐπιπετόμενος αὐτοὺς, καὶ τὰ ὄμματα κολάπτειν αὐτῶν.

Coruus tauri, atque aſini hoſtis eſt: quapropter aduolans eos ferit, oculoſq́; eorum fodit.

CAESAR.

Διὰ τὸ τύπτειν: imò verò διὰ τὸ πολέμιον εἶναι. Mirum ſuũ tergo inſidere: neque quicquã mali facere coruum, & cornicem, & gracculum, & picam. Hoc ideò euenit, quia roſtro eruendo radices, educit etiam vermes ac ſcarabeos: & gryllos quibus ipſi paſcantur. Oculos autem appetunt. Non, vt ait Plinius, quia ibi videant imaginem ſuam: neque enim vicinam auem appetunt morſu: & cadauerum oculos, in quibus nulla ſpecies apparet. Sic accipiter potiùs cor petit. Quaſi verò neſciant animalia quod ſibi ſit pabulum à natura inſtitutum. Alia, inteſtina non attingunt: alia pellem nullam. Nam ſi ſpecies ad eum finem diſtinctas habent, quare non & ſpecierum partes? Itaque fructus aliqua edunt, vt ſciuri: alia folia non fructus, vt eruca, vt equus: alia lignum, alia radices, vt ſuprà diximus.

Κολάπτειν Theodorus *laceret*: meliùs, *fodit*, aut, *pertundit*: inde δρυοκολάπτης picus, quia arbores pertundat.

XXXI. ARISTOTELES.

Πολεμεῖ δὲ καὶ αἰετὸς καὶ ἐρωδιός· γαμψώνυχος γὰρ ὢν ὁ αἰετὸς, ἐπιτίθεται· ὁ δὲ, ἀποθνήσκει ἀμυνόμενος.

Aquila & ardeola pugnant. Aquila enim cùm ſit vncunguis adoritur: illa autem defendendo ſeſe moritur.

CAESAR.

ERODIVM eſſe ardeolam ſuprà & alibi oſtendimus. Falco igitur, & ſacer, & grypofalco eam debellant.

Γαμψώνυχος: cauſſa eſt nimium vniuerſalis: reſpicit enim ad carnem veſcendam. At quare hic γαμψώνυχος aduerſus hanc. Neque enim aquila coruum petit niſi ſumma in fame.

Ἀμυνόμενος, *tuendo ſeſe*: fortaſſe etiam ſignificat vltionem. Sæpè enim roſtro, quod habet acutiſſimum, atque ad ictus validiſſimum, ferit, atque interficit graſſatorem.

Theodorus γαμψώνυχος, *vnguibus valens*: malè: nam τὸ γαμψὸν exprimit quare valeat.

XXXII. ARISTOTELES.

Καὶ αἰσάλων δὲ αἰγυπιῷ πολέμιος.

Æſalo vulturi hoſtis.

CAESAR.

ET tamen non indidem victitant. Neque vultur ζωοφάγος potiùs quàm νεκροφάγος. De Æſalone ſuo loco diximus.

XXXIII. ARISTOTELES.

Καὶ κρὲξ κολιῷ καὶ κοττύφῳ καὶ χλωρείωνι, ὃν ἔνιοι μυθολογοῦσι γίνεσθαι ἐκ πυρκαϊᾶς· καὶ γὰρ αὐτοὺς βλάπτει καὶ τὰ τέκνα αὐτῶν.

Crex galgulo, merulæ & vireoni, quem ex rogo natum fabulantur, tum eos infeſtat, tum eorum pullos.

CÆSAR.

QVis ſit crex facilè non eſt dicendum. Infrà tãtùm natura pugnacem eſſe tradit Philoſophus. Plinius de eo nihil. Bellonus ait ſe iuxta Nilum auem vidiſſe quæ vocem, *crex*, emitteret: eámque putat ideo dictam. Doctorum eſto iudicium. Χλωρείων alia à χλωρεὺς: parua auicula eſt.

Galli

Galli *verdon* vocant. Itali, *phryſon* ſimilis currucæ, ſed fuſciuſcula, & craſſior, & roſtro valentiore. Suprà Octauo libro eandem χλωεὶν nominat.

Ἐκ πυρκαϊᾶς *ex conflagratione* Theodorus: quaſi non eſſet verum verbum Latinum, *rogus*.

XXXIV. ARISTOTELES.

Καὶ σίττη καὶ τροχίλος αἰετῷ πολέμιά ἐστιν· ἡ γὰρ σίττη, καταγνύει τὰ ᾠὰ τοῦ αἰετοῦ. ὁ δ᾽ αἰετός, καὶ διὰ τοῦτο, καὶ διὰ τὸ ὠμοφάγος εἶναι, πολέμιός ἐστι πᾶσιν.

Sitta, & trochilus aquilæ inimica. Sitta enim aquilæ oua frangit. Ipſa autem, tum propter hoc, tum quia crudiuora eſt, infeſta eſt omnibus.

CAESAR.

DVAS ponit hiſtorias, & vnam tantùm exequitur. Neque enim dicit quare priuatim trochilus aquilæ ſit inimicus. Nam quæ pugna poteſt eſſe minimo cum maximo? Vepreticolæ cum monticola? Plinius ſemel atque iterum oſtendit eſſe, quem *regulum* vulgus vocat: atque ei aquilam inimicam, quia rex auium dicitur. Quaſi verò aquila id ſciat: quis eam hanc doctrinæ particulam docuit, eúmque hoc nomine ab homine donatum? Cauſſæ autem inimicitiarum alia ratio quærenda eſt: quæ facile educi non poteſt, vt puto. Vulgus putat, quòd altius volat: quod falſiſſimum ego exiſtimo. Ex Ariſtotele, βασιλεὺς, καὶ, πρέσβυς, καὶ τρόχιλος dicitur.

Καὶ διὰ τοῦτο: omiſit dicere, eſſe hoſtem ſittæ. Et ſubſtulit vniuerſales inimicitias ab vniuerſali cauſſa: quia ὠμοφάγον. Iccirco πᾶσιν dixit: quod Theodorus omiſit: & πολεμεῖ, *aduerſatur*, tranſtulit: potiùs, *infeſta eſt*: aduerſari enim potiùs eſt defenſoris.

XXXV. ARISTOTELES.

Ἄνθος δὲ ἵππῳ πολέμιος· ἐξελαύνει γὰρ τὸν ἵππον ἐκ τῆς νομῆς. πόαν γὰρ ἐπινέμεται ὁ ἄνθος. ἐπάργεμος δέ ἐστι καὶ οὐκ ὀξυωπός. μιμεῖται δὲ τοῦ ἵππου τὴν φωνὴν, καὶ φοβεῖ ἐπιπετόμενος, καὶ ἐξελαύνει, ὅταν δὲ λάβῃ κτείνει αὐτόν. οἰκεῖ δ᾽ ὁ ἄνθος παρὰ ποταμὸν καὶ ἕλη· χρόαν δ᾽ ἔχει καλὴν· καὶ εὐβίοτος.

Anthus equi hoſtis eſt. Abigit enim è paſtu equum. Herba enim veſcitur anthus. Oculi eius nube occupati hebetiùs vident. Imitatur equi vocem, & perterret aduolans. At ille ſi capiat, interficit. Habitat anthus ſecundùm fluuios, ac paludes: colore pulchro, & parabili contentus victu.

CAESAR.

REDIT ad genera miſta, ex auibus & terrenis. Ponit cauſſam prælij, communem victum: cui coniungit naturæ ſuiipſius imitationem: vt qui equi pabulo vtatur, equi vocem imitetur. Ponit modum inimicitiarum: vt auicula equum fuget: equus eam interficiat. Suprà in Octauo huius meminit quem σπίζῃ parem facit magnitudine, hoc eſt fringillæ. Eum Theodorus tum ibi, tum hîc optime *florum* dixit. Auem nos nouimus quæ Ariſtotelicæ deſcriptioni conuenit, quæque quodammodo equi vocem & hinnitum imitari videtur: quanquam & vocis flexus & deductiones alias habeat, & non ſolùm herba veſcatur, ſed etiam vermibus & ſeminibus. *Bruant*, à Gallis dicitur.

Ἐξελαύνει: eſt quaſi definitio inimicitiarum. Πόαν γὰρ ἐπινέμεται: quod eſt cauſſa hoſtilitatis.

Ἐπάργεμος καὶ οὐκ ὀξυωπός: cauſſam præpoſuit. Coniunctio καὶ, non eſt copulatiua ſimplex, ſed illatiua. Sic de oſſifraga infrà, ἐπάργεμος πεπήρωται τοὺς ὀφθαλμούς.

Μιμεῖται ἵππου φωνὴν: modus quo ἐλαύνει.

Ἐπιπετόμενος: plus eſt quàm περιπετόμενος. Τὸ, ἐπὶ, enim ſignificat inuaſionem.

Ὅταν δὲ λάβῃ: omiſit ἵππος.

Ποταμὸν in ſingulari. Ἕλη in plurali.

Theodorus legit contrario modo, vt non anthus equum abigat, ſed equus anthum. Sed eſt infrà φοβεῖ καὶ ἐξελαύνει. Addidit idem verbum feliciſſimum, *excipiatur*. Eſt enim verbum militare ex inſidijs.

XXXVI.

XXXVI. ARISTOTELES.

Κολωτῇ δ' ὄνος πολέμιος. κοιμᾶται γὰρ ἐν τῇ φάτνῃ αὐτοῦ, καὶ κωλύει ἐσθίειν, εἰς τοὺς μυκτῆρας ἐνδυόμενος.

Colotæ aſinus hoſtis eſt. Cubat enim in eius præſepio: & in nares ſeſe inducens impedit ne comedat.

CAESAR.

KΩλωτὴν quidam auis nomen putârunt. At quæ auis induceret ſe in nares aſini? Inſectum quoddam eſſe oportet: atque puto ex ſcarabeorum genere. Maximè enim cùm degant ſcarabei in ſtabulis, vt ex ſtercoribus victum ſibi parent, ſaturi cubant in præſepijs. Aſini verò cùm trahunt ad ſe fœnũ quod comedant, colote è ſomno & quiete excitata, idq; moleſtè ferẽs, pro pœna & vindicta ſeſe in nares aſini immittit.

Φάτνη *præſepe* Theodorus. At propriè præſepe eſt ſtabulum, quo pecora præſepiuntur.

Iuſſa Dea celeres peragunt, ignémque vomentes
Ambroſiæ ſucco ſaturos præſepibus altis.
Quadrupedes ducunt.

Ouidius ſecundo *Transfor.* Præſepium locus vbi fœnum apponitur adedendum.

XXXVII. ARISTOTELES.

Τῶν δ' ἐρωδιῶν ἐστὶ τρία γένη· ὅ τε πέλλος, καὶ ὁ λευκὸς, καὶ ὁ ἀστερίας καλούμενος. τούτων ὁ πέλλος χαλεπῶς διανάζει τε καὶ ὀχεύει. κεκράζει τε γὰρ, καὶ αἷμα, ὥς φασιν ἀφίησιν ἐκ τῶν ὀφθαλμῶν ὀχεύων, καὶ τίκτει φαύλως καὶ ὀδυνηρῶς. πολεμεῖ δὲ τοῖς βλάπτουσιν, αἰετῷ· ἁρπάζει γὰρ αὐτόν· καὶ ἀλώπεκι· φθείρει γὰρ αὐτὸν τῆς νυκτός· καὶ κορυδῷ· τὰ γὰρ ᾠὰ αὐτοῦ κλέπτει.

Ardeolarum tria ſunt genera. Pellus, leucus, & qui aſterias *dicitur. Horum pellus non ſine moleſtia cubat & coït. Clangit enim & ſanguinem, vt aiunt, ex oculis emittit coïens. Parit quoque incommodè, & cum dolore. Pugnat cum aduerſariis. Quippe aquilæ, propterea quòd eius præda ſit. Vulpi, quia noctu eum abſumit. Alaudæ, quoniam eius oua clepit.*

CAESAR.

NVNC multò plura miſcet: pellum, aquilam, vulpem, alaudam. Ardeolarum tres ſpecies ponit: & tamen vnam tantùm exequitur. De ardeolis ſuprà nos copioſè diximus. Theodorus vero ſic ſcripſit: *pella, alba, ſtellaris, piger cognomine.* De ſuo addidit hîc, ab Ariſtotele tamen mutuatus, qui idem ait infrà hoc libro. Vocat enim ὀκνόν. Hic eſt quem *Vac* vocant aucupes: vocem enim hanc mittit. Vidimus in Liguria falcone imminente, nolle ab arbore diſcedere. Sed perticis exactum non multum repugnâſſe.

Εὐνάζει καὶ ὀχεύει. Εὐνάζει hîc non ad ſomnum, ſed ad lectum maritalem referendum: vt apud Poëtam: *qui cum bella puella cubet.*

Ἀστερίας: *ſtellaris*: non à punctis: ſed quia volatu ſtellas petat: vnde & ardeæ nomen. Poëta pudentiſſimè ſicut omnia innuit: *ſupra volat ardea nubem.*

Τίκτει φαύλως Theodorus, *ægrè*: feliciſſimè.

XXXVIII. ARISTOTELES.

Ὄφις δὲ γαλῇ καὶ ὗς πολέμιοι. τῇ μὲν γαλῇ, κατ' οἰκίαν ὅταν ὦσιν ἀμφότερα· ἀπὸ γὰρ τῶν αὐτῶν ζῶσιν. μὴ δὲ ὗς, ἐσθίει τοὺς ὄφεις.

Muſtela, ſuillóque generi ſerpens bellum facit. Muſtelæ cùm vterque eadem in domo fuerint. Idem enim victus vtriuſque. Sus autem ſerpentes deuorat.

CAESAR.

REdit ad terrena, & diuerſa genera miſcet. Hiſtoriæ prioris ponit cauſſam. Idem victus vtriuſque. Poſterioris autem aliam cauſſam: nãque alter alterius victus eſt. Puto itaque eſſe falſiſſimum

mum quod Galenus ait, ſuillas carnes humanis eſſe proximas. Nam argumentum à forma optimum:ſecundùm formam dari materiam. Ergo alia penitùs: diſtant enim tota diametro. Item à moribus. Item à victu:vinum enim bibit homo, & carnes comedit: ſus autem etſi ijs veſcatur, tamen non alitur. Item à concretione. Falſum enim videmus eſſe, eatúmque σύστασιν eſſe longè diuerſam. A guſtu autem ipſi Græco argumentum relinquo. Ab effectu & fine cibi etiam falſum eſt. Nanque homini eſitatæ multum faciunt excrementorum:at in ſimili non eſt excrementum.

XXXIX. ARISTOTELES.

Καὶ αἰσάλων ἀλώπεκι πολέμιος. τύπτει γὰρ καὶ τίλλει αὐτὴν, καὶ τὰ τέκνα ἀποκτείνει· γαμψώνυχος γάρ ἐστι.

ÆSalo vulpi inimicus. Iccirco ferit eam ac vellicat: eiúſque catulos interficit. Vncunguis enim eſt.

CAESAR.

ERat vulturi hoſtis æſalo,nunc vulpi:quin etiam lepores venatur. Nota τύπτει matrem:catulos autem interficit imbecilliores.

XL ARISTOTELES.

Κόραξ δὲ καὶ ἀλώπηξ ἀλλήλοις φίλοι. πολεμεῖ γὰρ τῷ αἰσάλωνι ὁ κόραξ. διὸ βοηθεῖ τυπτομένῃ αὐτῇ.

VVlpes autem & coruus amici. Inimicus enim coruus æſalonis. Iccirco fert opem vulneratæ.

CÆSAR.

HÆc debuit eſſe pars altera Capitis: qua amicitiæ continerentur. Sed non eſt ſeparata: confusè enim repetit mox inimicitias. Verùm hîc hoc tractat ſumpta occaſione ab inimicitia æſalonis cum coruo.

XLI. ARISTOTELES.

Καὶ αἰγυπιὸς δὲ καὶ αἰσάλων, πολέμιοι σφίσιν αὐτοῖς. ἀμφότεροι γὰρ γαμψώνυχοι·

VVltur & aſalo hoſtes inuicem. Vterque enim vncunguis.

CÆSAR.

SVprà hoc eodem Capite hæc dixit:nunc fruſtrà repetit. Et dixit σφίσιν αὐτοῖς pro ἀλλήλοις.

LXII. ARISTOTELES.

Μάχεται δὲ καὶ αἰετὸς αἰγυπιὸς καὶ κύκνος· κρατεῖ δ' ὁ κύκνος πολλάκις.

PVgnat cum aquila vultur: item olor: & ſuperat olor ſæpe.

CAESAR.

AQuila & vultur,quia indidem viuunt, & quia aquila omnibus hoſtis eſt. Olor autem vt ſit prædæ.Pugnat olor ala,ac deijcit aquilã,ictu vno debilitatã.Hoc quoque ſæpe vidimus nos.

XLIII. ARISTOTELES.

Εἰσὶ δ' οἱ κύκνοι ἀλληλοφάγοι μάλιστα τῶν ὀρνέων.

INter aues maximè olores alter alteri eſca eſt.

CAESAR.

AT hoc ſuprà negauit libro Sexto, Capite de *cuculo*: quem ſolùm à ſuo genere interimi ſcribit. Quod etiam Plinius in Decimo.

XLIV.

XLIV. ARISTOTELES.

Ἔστι δὲ τῶν θηρίων τὰ μὲν, ἀεὶ πολέμια ἀλλήλοις· τὰ δ', ὥσπερ ἄνθρωποι, ὅταν τύχωσιν.

Feræ aliæ inter ſe perpetuas gerunt inimicitias: aliæ ſicut homines fortuitas.

CAESAR.

HOc debuit initium eſſe Capitis:ſed ipſe nihil penſi ſuper hoc habet. Non eſt autem oblitus referre ad hominem tanquam ad naturam propoſitam,vt inſtituerat.

XLV. ARISTOTELES.

Ὄνος δὲ καὶ ἀκανθίδες, πολέμιοι. αἱ μὲν γὰρ, ἀπὸ τῶν ἀκανθῶν βοσκόνται· ὁ δ', ἁπαλὰς οὔσας ἐσθίει τὰς ἀκάνθας.

Aſinus & acanthides aduerſarij. His enim victus ab vepribus:ille tenellas vepres depaſcitur.

CAESAR.

REdit ad miſcellam terreni & aërei. De acanthide ſuprà.Poëta Græco nomine vſus eſt.*Litteráque & Halcyonem reſonent & acanthida dumi.*

Ἁπαλὰς οὔσας. Plinius maluit *flores ſpinæ.*

XLVI. ARISTOTELES.

Καὶ ἄνθος, καὶ ἀκανθὶς, καὶ αἴγιθος. λέγεται δ' ὅτι αἰγίθου καὶ ἄνθου αἷμα οὐ συμμίσγεται ἀλλήλοις.

Anthus & acanthis & agithus. Aiunt verò ægithi & anthi ſanguinem non commiſceri inter ſe.

CAESAR.

TRes ſimul hoſtes ponit.Sanguinem autem ægithi & anthi non miſceri, fortaſſe quia alterius ſanguis pinguis eſt.

Ἀλλήλοις, quia poſſunt commiſceri cum alijs, at inter ſe non queunt. Et iam trium hiſtoriam dicebat,ne putaremus cum tertio. Theodorus autem omiſit, ἀλλήλοις malè.

XLVII. ARISTOTELES.

Κορώνη δὲ καὶ ἐρωδιὸς φίλοι.

Cornix & ardeola amici.

CAESAR.

AD id redit, quod intermiſerat. Non poſuit cauſſam,vt ſuprà de vulpe,& coruo.Sed Plinius ponit, *contrà vulpium genus*,inquit, *communibus inimicitijs.*

XLVIII. ARISTOTELES.

Καὶ σχοινίων καὶ κόρυδος.

Et ſchœnio alauda.

CAESAR.

Σχοινίων. Hîc, vt puto, ſuprà in Octauo χοίνικλος vocatur: de quo quid ſentiamus ibi à nobis ſcriptum eſt. *Iunconem* vocat Theodorus optimè. Nos etiam *iuncarium* poſſemus dicere.

XLIX. ARISTOTELES.

Καὶ λιβυὸς, καὶ κελεός· ὁ μὲν γὰρ κελεὸς, περὶ ποταμὸν οἰκεῖ καὶ λόχμας· ὁ δὲ λιβυὸς, πέτρας καὶ ὄρη, καὶ φιλοχωρεῖ οὗ ἂν οἰκῇ.

Et lybius celeo. Secundùm enim flumen & fruticeta habitat celeus:lybius ſaxa & montes.Amant igitur regionem quam incolunt.

CAESAR.

CAESAR.

COLLIGANTVR igitur genera amicitiarum. Prima erat, quia vtrique vnus eſſet hoſtis communis: vultur corui, vulpis. Sic cornicis & ardeolæ. Tertia quia locis habitant diuerſiſſimis. Nam ſi pro loco pugnant alia: hæc quæ contraria loca incolunt, ſanè ſint amica. Verùm ita mihi videtur, neque hoc eſſe exactum, neque verum. Nam infrà paulò, ſerpentem & vulpem amicos ait: quia caua loca ament. Ergo à ſimilitudine & diſſimilitudine locorum idem argumẽtum. Theodorus autem aliter videtur legiſſe. λοῖδος, non λιβυός, & κολιός, nõ κελιός. At falſum eſt galgulum amare flumina. Imò verò ſequitur etiam montana, & arboroſa. Qui vero ſint λοῖδοι, λιβυοὶ, & κολιοὶ, meliùs mihi conſulere videor ſi me ingenuè fatear ignorare, quàm vanis vti coniecturis, quæ nihil aliud quàm noſtram inſcitiam proderent.

Παρὰ ποταμὸν καὶ λόχμας: *colit apud fluuium*. Deinde τὸ καὶ, coniunctio non copulat τὸ ποταμὸν, ſed τὰς λόχμας tantùm. Mutauit numerum vt ſuprà ποταμὸν καὶ ἕλη: ſic hîc ποταμὸν καὶ λόχμας. Theodorus aliter tranſtulit, *fruteta & nemora*. Plinius hanc hiſtoriam omiſit.

L. ARISTOTELES.

Καὶ πίφηξ, καὶ ἅρπη, καὶ ἰκτῖνος, φίλοι.

PIfex & harpe & miluus amici.

CAESAR.

VNcungues ſupràponebat pro cauſſa inimicitiarum. At hi qui *amici* dicuntur vncungues ſunt: maximè harpe & miluus. Nam piſex cùm nobis ſit incognitus qua ſit facie & quibus moribus aſſerere non auſim.

LI. ARISTOTELES.

Καὶ ἀλώπηξ, καὶ ὄφις. ἄμφω γὰρ τρωγλοδυτεῖ.

ITem vulpes ac ſerpens. Ambo enim caua terræ habitant.

CAESAR.

VIDENTVR igitur pro loco debere pugnare. Tum autem quæ amicitia ſi ſimul non habitant? Voluit, vt puto, ſimilitudinem quandam naturæ dicere. Nam & ſerpens, & vulpes ouis, & auiculis viuunt.

Non dixit τρώγλην οἰκεῖ. Sed τρωγλοδυτεῖ: quoniam verbum hoc ſignificat habitum quendam.

LII. ARISTOTELES.

Καὶ κόττυφος, καὶ τρυγών.

MErula & turtur.

CÆSAR.

OMiſit quod nos vidimus, & refertur à Plinio ex Poëta de pſittaco.

Et niger à viridi turtur amatur aue.

LIII. ARISTOTELES.

Πολέμιοι δὲ καὶ ὁ λέων καὶ ὁ θὼς ἀλλήλοις. ὠμοφάγοι γὰρ ὄντες, ἀπὸ τῶν αὐτῶν ζῶσι.

HOſtes inter ſe leones, & thoes. Crudiuori enim cùm ſint indidem vtrinque victitant.

CÆSAR.

THoas & in hoc opere & *ad Cardanum* oſtendimus eſſe quos *lupos ceruarios* vulgus vocat.

LIV. ARISTOTELES.

Μάχονται δὲ καὶ ἐλέφαντες σφοδρῶς πρὸς ἀλλήλους, καὶ τύπτουσι τοῖς ὀδοῦσι σφᾶς αὐτούς· ὁ δὲ ἡττηθεὶς, δουλοῦται ἰσχυρῶς, καὶ οὐχ ὑπομένει τὴν τοῦ νικήσαντος φωνήν.

PVgnant elephanti etiam vehementer inuicem, & feriunt dentibus. Victus penitùs redigitur in ſeruitutem: neque enim victoris vocem fert.

C AE S A R.

CLAVDIT hanc hiſtoriam elephantorum pugna. Quæ quoniam animo duce ſeritur, de eorum animo quoque dicit. Et quia vel feri inter ſe pugnant vel domiti ex inſtituto in prælijs, id quoque tractat. Atque etiam illud quomodo & capiantur & domentur. Mirum Philoſophum non poſuiſſe inimicitias & pugnam elephanti & draconis, cuius meminit Plinius in Octauo Capite vndecimo, & nos ſuprà in ſecundo.

Σφᾶς αὐτούς: in ſpecie intellige, non indiuidua: neque enim ſe ipſe quiſquam ferit, ſed alterum ſuæ ſpeciei: ſanè locutio paulo licentior.

Δουλοῦται ἰσχυρῶς: aſperiuſcula oratio. Nam per vim ſanè ſubigitur: at ἰσχυρῶς eſt agentis, non patientis: ὁ νικήσας δουλοῖ ἰσχυρῶς τὸν ἡττηθησόμενον. Theodorus laxè: *adeo animum amittit:* ſequutus ſenſum non fidem interpretis. Sic tu diceres: *ſeruilem in modum demittit animum.*

Καὶ οὐχ ὑπομένει. Τὸ καὶ, eſt τὸ, γὰρ, hîc.

LV. ARISTOTELES.

Διαφέρουσι δὲ καὶ τῇ ἀνδρείᾳ ἀλλήλων οἱ ἐλέφαντες, θαυμαστὸν ὅσον. χρῶνται δὲ οἱ Ἰνδοὶ πολεμιστηρίοις, καθάπερ τοῖς ἄρρεσι, καὶ ταῖς θηλείαις. εἰσὶ μέντοι καὶ ἐλάττους αἱ θήλειαι, καὶ ἀψυχότεραι πολύ. τοὺς δὲ τοίχους καταβάλλει ὁ ἐλέφας, τοὺς ὀδόντας τοὺς μεγάλους προσβάλλων. τοὺς δὲ φοίνικας τῷ μετώπῳ, ἕως ἂν κατακλίνῃ, ἔπειτα τοῖς ποσὶν ἐπιβαίνων, κατατείνει ἐπὶ τῆς γῆς.

DIfferunt inter ſe fortitudine mirum in modum. Tam maribus quàm fœminis vtuntur Indi ad prælia. Minores tamen fœminæ, & animoſæ minus longe. Muros proſternit elephantus admotis dentibus maioribus. Palmas autem fronte vſque dum inclinatas pedibus ſuperuenit atque humi extendit.

C AE S A R.

PONIT differentiam roboris ad prælium: deinde communem vſum, tum communem naturam. Plinius quoque Afros ait Indis deteriores.

Θαυμαστὸν ὅσον: id eſt θαυμαστόν ἐστιν ὅσον διαφέρουσι: *mirum quantum differant.*

Πολεμιστηρίοις *bellatoribus.* Ita eſt ſeries χρῶνται ταῖς θηλείαις καθάπερ τοῖς ἄρρεσι.

Vt alibi ſic hîc Theodorus, ἐλάττους, *pauciores:* imo *minores* corpore, viribus, & animo.

Ἀψυχότεραι: per contrarium: non enim ἄψυχοι οἱ ἐλέφαντες.

Τοίχους. Theodorus videtur legiſſe οἴκους: nam vertit *ædificia.*

Ἐπιβαίνων pedum ſuperuentu proculcatas proterat.

LVI. ARISTOTELES.

Ἔστι δὲ καὶ ἡ θήρα τῶν ἐλεφάντων τοιάδε· ἀναβάντες ἐπί τινας τῶν τιθασσῶν καὶ ἀνδρείων, διώκουσι καὶ ὅταν καταλάβωσι, τύπτειν προστάττουσι τούτοις, ἕως ἂν ἐκλύσωσι. τότε δὲ ὁ ἐλεφαντιστὴς ἐπιπηδήσας, κατευθύνει τῷ δρεπάνῳ. ταχέως δὲ μετὰ ταῦτα τιθασσεύεται καὶ πειθαρχεῖ.

ELephanti ſic venantur. Cicuratos fortiores aliquos inſcendunt, atque inſectantur. Vbi ſunt aſſequuti ferire iubent quoad fatiſcant illi. Tunc rector in alterum tranſtulit, eúmque falce regit. Celeriter deinde miteſcit, atque imperata facit.

C Æ S A R.

VEnationem recenſet: quam facit ad vſum belli: vtuntur enim captis.

Τιθασσῶν καὶ ἀνδρείων: duo neceſſaria.

Ἐκλύσωσι, *ſoluantur vires.*

Δρεπάνῳ

Δριμάνῳ: mira ſcutica, ad verbera inutilis.
Ταχέως: mirum tantam ferociam tam ſubitò deponi. Sed hordei hauſtibus placant.
Καταλάβωσι, *vbi ſunt aſſequuti.* Theodorus, *cùm occupârint*: rectiſſimè.

LVII. ARISTOTELES.

Ἐπιβεβηκότος μὲν ἐν τῷ ἐλεφαντιστοῦ, ἅπαντες πρᾳεῖς εἰσιν· ὅταν δ' ἀποβῇ, οἱ μὲν, οἱ δ' οὔ· ἀλλὰ τῶν ἐξαγριαινομένων τὰ πρόσθια σκέλη δεσμεύουσι σειραῖς, ἵν' ἡσυχάζωσιν.

Rectore inſidente, mites ſunt omnes. Vbi deſcenderit, non omnes. Itaque ferociorum priora crura vinciunt catenis, vt quieſcant.

CAESAR.

PONIT differentiam aliam ſimul cum communi natura.

Οἱ μὲν, οἱ δ' οὔ: *alij ſunt, alij non ſunt.* Theodorus totam hanc hiſtoriam nimis laxè interpretatus eſt.

Ἀγριαινομένων: *immiteſcentium*, Theodorus: duriuſcula vox.

Σειραῖς: vinculis, reſtibus, funibus, catenis, compedibus vinciunt.

LVIII. ARISTOTELES.

Ἔτι δὲ ἡ θήρα καὶ μεγάλων ἤδη ὄντων, καὶ πώλων.

Venantur verò vel adultos, vel vitulos.

CAESAR.

NE quis putaret iuuenculos tantùm capi, etiam inquit, ἐστὶν ἡ θήρα τῶν μεγάλων. Πώλων, *Iuuencorum.* Sic etiam equum *iuuencum* dicunt, & pullum elephanti, & vitulum Plinius.

CAPVT TERTIVM,

Piſcium amicitiæ & inimicitiæ.

LIX. ARISTOTELES.

Αἱ μὲν οὖν φιλίαι καὶ οἱ πόλεμοι τοῖς θηρίοις τούτοις, διὰ τὰς τροφὰς καὶ τὸν βίον συμβαίνουσι.

Hae ſunt tum amicitiæ, tum bella in feris his: quæ ob victum atque eſcam conſeruntur.

CAESAR.

TRANSITVRVS ad piſces colligit hiſtoriam: & dixit τοῖς θηρίοις: quanquam multa nominauit quæ non ſunt fera. Non enim turtur θηρίον, neque equus, neque aſinus.

Διὰ τὰς τροφάς: eſt finis belli. Καὶ τὸν βίον: eſt finis τῆς τροφῆς. Omiſit verò cauſſam loci.

LX. ARISTOTELES.

Τῶν δ' ἰχθύων οἱ μὲν, συναγελάζονται μετ' ἀλλήλων, καὶ φίλοι εἰσίν· οἱ δὲ μὴ συναγελαζόμενοι, πολέμιοι.

Piſcium verò quidam congregantur & amici ſunt. Quidam ſegregatim degunt inimici.

CAESAR.

ALiud eſt, *conueniunt*, aliud, *congregantur.* Nam conueniunt etiam hoſtes vnum in locum: at non congregantur niſi amici. Neque ſolùm ὁμόγονα vt coturnices: ſed etiam ἀλλόγονα, vt cinchramus cum coturnice.

Καὶ φίλοι εἰσίν: quoniam illa quoque differentia eſt. Nam aliqua συναγελάζονται quæ tamen hoſtica ſunt, vt mugil, & lupus. Sic igitur diſtingues. Quidam congregantur, quidam non. Qui nõ congregãtur, alij inimici, alij non. Qui congregãtur alij inimici, alij amici. Itaque non rectè dixit, *οἱ μὴ συναγελαζόμενοι, πολέμιοι: qui non congregantur inimici*. Non enim πάντες: transferendus igitur eſt articulus: ſic. Οἱ συναγελάζονται οἱ πολέμιοι. Et tamen hoc quoque falſum eſt. Nam mugil & lupus congregantur. Theodorus verò *συναγελάζονται gregatim degunt*, malè: congregantur priùs, quàm degant gregatim. Itaque infrà. Οἱ μὲν συναγελάζονται.

LXI. ARISTOTELES.

Ἔνιοι μὲν οὖν ἀγελάζονται κυοῦντες· ἔνιοι δὲ, ὅταν ἐκτέκωσιν.

Nonnulli igitur congregantur cùm fœti ſunt. Alij cùm fœtus edidere.

CAESAR.

A Tempore hiſtoria: intellige tamen tempus anni deducendo demonſtrationem. Fœti congregantur: fœti ſunt vere: ergo vere congregantur. Vna verò ex cauſſis congregandi, eſt coïtus. Itaque non ſolùm κυοῦντες, ſed etiam κύοντες. Alia cauſſa eſt: vt ſint tuti ab hoſtibus: vt amiæ. Hãc hîc nõ ponit. Tertiam ponit ſed imperfectam. *Alij*, inquit, *poſtquam peperere*. Sanè, vt fœtus tueantur ab iniuria.

LXII. ARISTOTELES.

Ὅλως δ' ἀγελαῖά ἐστι τὰ τοιάδε· θυννίδες, μαινίδες, κωβιοὶ, βῶκες, σαῦροι, κορακῖνοι, συνόδοντες, τρίγλαι, σφύραινα, ἀνθίαι, ἐλεγῖνοι, ἀθερῖνοι, σαργῖνοι, βελόναι, μήκωνες, τευθοὶ, ἰουλίδες, πηλαμίδες, σκόμβροι, κολίαι.

Summa autem gregalium hæc eſt. Thunnides, mænulæ, gobij, boces, lacerti, coracini, dentices, muli, ſphyrenæ, anthiæ, elegini, atherini, ſargini, aciculæ, meeones, lolligines, iulides, pelamydes, ſcombri, gracculi.

CAESAR.

SVPRA hiſtoriam à tempore, nunc à ſubſtantia, enumeratis ſpeciebus.

Βῶκες qui ſint adhuc non reperi. Non auſim aſſerere eos eſſe qui à Liguribus *bogæ*, dicuntur: à Venetis *bobæ*, lacertis ſimiles, ſed latiores, neque cauda ſerrata, vt lacerti. Malè Theodorus *coracinum coruulum* dixit, & peius addidit *gracculum*. Nam coactus eſt κολίαν, malè, *monedulam* dicere. Idem ἀνθίαν *ſacrum* interpretatur, quoniam eſt eius cognomen. Iccirco quia nullus ibi maleficus piſcis viſitur, vbi ille agitat, vt infrà hoc libro ait Philoſophus: & ſuprà diximus. Reliqui aut ſolo nomine noti, aut alibi explicati à nobis ſunt.

LXIII. ARISTOTELES.

Τούτων δ' ἔνιά ἐστιν οὐ μόνον ἀγελαῖα, ἀλλὰ καὶ σύζυγα. τὰ γὰρ λοιπὰ συνδυάζεται μὲν ἅπαντα.

Horum quidam ſunt non ſolùm gregarij, verùm etiam coniuges. Reliqui enim omnes etiam in coniugia conueniunt.

CAESAR.

AFFECTVS vniuerſalis eſt: eſſe σύζυγον aliquando: adeò vt in gregibus etſi nonnulli mas ac fœmina fortuitò coëant, vt in armentis: tamen in quibuſdam certa ſunt coniugia, vt in auibus.

Συνδυάζεται ἅπαντα: intelligo τὸ, ἅπαντα cautiùs. Neque enim omnes piſces coëunt: pauci enim ex planis congregantur.

Σύζυγα. Theodorus, *coniugales*, rectè.

LXIV.

LXIV. ARISTOTELES.

Τὰς δὲ ἀγέλας ποιοῦνται κατ' ἐνίους καιρούς, ὥσπερ εἴρηται, ὅταν κύωσιν. ἔνια δὲ, καὶ ὅταν τέκωσι.

Greges coguntur ſtatis, vt diximus, temporibus: cùm vterum gerunt, aut cùm pepererint.

CAESAR.

REPETIT gregalium naturam à tempore congregandi. Sed ſanè Theodorus mirificè hîc falſus eſt: ſic enim ait. *Reliqui omnes coniugia agunt quidem, ſed greges ſtatis temporibus, vt modo dixi, conſtituunt.* At enimuerò falſum eſt: non gregales greges conſtituere. Dicit Philoſophus gregalium quoſdam non fortuita venere vti ex copia & frequentia congregalium: ſed in coniugij officio permanere: alios autem piſces qui ex coïtu oriuntur omnes. Item coniungi binos ad fœtum fortuitum. Quomodo igitur dicat hos congregari, quos vocat λοιπὰ à gregalibus? Sed ſic eſt: vt λοιποὶ non ſemper συνδύο agitant. Sed συνδυάζονται tempore conceptionis. Sic illi congregantur certis temporibus.

LXV. ARISTOTELES.

Λάβραξ δὲ καὶ κεστρεὺς, πολεμιώτατοι ὄντες, κατ' ἐνίους καιροὺς συναγελάζονται ἀλλήλοις. συναγελάζονται γὰρ πολλάκις οὐ μόνον τὰ ὁμόγονα, ἀλλὰ καὶ οἷς ἡ αὐτὴ καὶ ἡ παραπλήσιός ἐστι νομὴ, ἂν ᾖ ἄφθονος.

Lupus verò ac mugil, etſi ſunt inimiciſsimi ſimul, tamen quibuſdam temporibus cōgregantur. Conueniunt enim in vnum non ſolùm quæ eiuſdem ſunt generis: ſed quibus aut eadem, aut ſimilis eſca eſt, ſi largè ſuppetat.

CAESAR.

QVIA ſuprà dixerat οἱ πολέμιοι οὐ συναγελάζονται, hîc excipit hanc hiſtoriam. Et reddit cauſſam: quoſdam cogi ob eandem ſpeciem in vnum: alios autem ob eundem cibū. Et addidit ſi ſit vberius pabulum. Nam ſi ſit σπάνιον vt ſuprà, ſanè pugnent. Et auxit hiſtoriæ affectū ſuperlatiuo πολεμιώτατοι. Theodorus facetè & benè, *inimici capitales.* Ὁμόγονα idem quod ὁμογενῆ: quæ ſimul ſunt ſub eodem genere Et notabis à Philoſopho duas poni differentias, ἡ αὐτὴ, vt alga, παραπλήσιος, vt cœnum quod algæ ſubeſt. Ἄφθονος verò, oſtendit quare alteri alter non inuideat. Theodorus figuratè, *dummodo abundè ſit cibarij*, vt Poëta, *terrorum ac fraudis abundè eſt*, vt *ſatis*. Cibarium eſt caſarum, & caſtrorum vox: quiuis panis, aut aliud quid cibi cauſſa ſumptum. Hæc denominatiua à Græcis diminutiuis fluxere. Quod enim denominatur, refertur ad denominans. Igitur videtur eſſe minùs. Παιδάριον. Cibus autem repoſita eſca dicebatur à cophinis, κιβωτὰ, & menſis κίβια.

LXVI. ARISTOTELES.

Ζῶσι δὲ πολλάκις ἀφῃρημένοι οἱ κεστρεῖς τὴν κέρκον, καὶ οἱ γόγγροι, μέχρι τῆς ἐξόδου τοῦ περιττώματος. ἀπεσθίεται δὲ ὁ μὲν κεστρεὺς, ὑπὸ λάβρακος· ὁ δὲ γόγγρος, ὑπὸ μυραίνης.

Viuunt ſæpe mugiles & congri adeſa cauda ab ea vſque parte qua exit excrementum. Deuoratur ſanè mugil à lupo. Conger autem à murana.

CAESAR.

DECLARAT τὸ πολεμιώτατοι. Et cùm dixit ζῶσι: id non facit ad πόλεμον, ſed ad fœdus prælij: & quia putant quidam inter ſe deuaſtari mugiles morſu, excluſit hanc opinionem illa hiſtoria ἀπεσθίεται. Et cùm dixit ὑπὸ μυραίνης: addit alteram hiſtoriam inimicitiarum.

Ἀφῃρημένοι. Theodorus, *abſciſſa*: meliùs, *adeſa*: abſcindere enim nequiret lupus.

Μέχρι τῆς ἐξόδου. Sanè ſuperioribus libris ea erat regio & tractus caudæ. Et ratio eſt, verbi τῷ, ζῶσι: quia ſi promouiſſet morſus, non continerentur excrementa, atque ita interirent. Cauda abſciſſa viuere lacertos, atque etiam renaſci ſuprà dictum eſt.

LXVII. ARISTOTELES.

Ὁ δὲ πόλεμός ἐστι τοῖς κρείττοσι πρὸς τοὺς ἥττους. κατεσθίει γὰρ ὁ κρείττων.

Bellum faciunt valentiores imbecillioribus. Eos enim deuorant.

CAESAR.

COmmunem vniuerſali medio poſuit demonſtrationem. Eſt enim κρείττων habitudo cuiuſuis generis relata ad ἧττον. Et è contrario, relata hæc ad illam.

Κατεσθίει: ratio eſt πολέμου. Itaque dicit γάρ.

CAPVT QVARTVM,

Mores pecoris ouilli & caprini.

LXVIII. ARISTOTELES.

Καὶ περὶ μὲν τῶν θαλαττίων ταῦτα.

Ac de maritimis hæc.

CAESAR.

QVEMADMODVM ſuprà fecit, diceret de lacuſtribus & fluuialibus. Nam lucius omnes deuorat. Itaque in viuarijs ſi ſunt lucij, aliorum eſt infrequentia. Lampetræ congregantur, & gammari, & alij.

LXIX. ARISTOTELES.

Τὰ δ' ἤθη τῶν ζώων, ὥσπερ εἴρηται πρότερον, διαφέρει κατά τε δειλίαν καὶ πραότητα, καὶ ἀνδρίαν καὶ ἡμερότητα, καὶ νοῦν τε καὶ ἄνοιαν.

Animantium verò mores differunt: quia ſunt aut meticuloſa, aut faciles, aut fortes, aut mites, aut cordata, aut amentes.

CÆSAR.

SVPRA inter alias differentias poſuerat feritatem. Itaque bella exequutus eſt. Nunc alias differentias exequitur, auſpicatus à pecore. Repetit igitur quaſi per πρότερον. Poſuit πραότητα, καὶ ἡμερότητα. Nam πρᾶος eſt affectus pendēs ab ἡμερότητος. Ἥμερος eſt primus affectus animi pacati. Itaque *mitem* interpretati ſumus. Eſt enim mitis qui iram mittit: atque inde facilis eſt: de eo enim facimus quod volumus. Theodorus legit aliter: & omittit πραότητα, & transfert ἀνδρίαν, in primum locum. Et poſt ἡμερότητα ponit *ferocitatem:* quaſi per contraria ordiatur hiſtoriæ diuiſionem Philoſophus.

LXX. ARISTOTELES.

Τό τε γὰρ τῶν προβάτων ἦθος, ὥσπερ λέγεται, εὐηθες καὶ ἀνόητον. πάντων γὰρ τῶν τετραπόδων κάκιστόν ἐστι, καὶ ἕρπει εἰς τὰς ἐρημίας πρὸς οὐδέν, καὶ πολλάκις χειμῶνος ὄντος, ἐξέρχεται ἔνδοθεν. καὶ ὅταν ὑπὸ τοῦ νιφετοῦ ληφθῶσιν, ἂν μὴ κινήσῃ ὁ ποιμὴν, οὐκ ἐθέλουσιν ἀπιέναι, ἀλλ' ἀπόλλυνται καταλειπόμενα, ἐὰν μὴ ἄρρενας κομίσωσιν οἱ ποιμένες· τότε δ' ἀκολουθοῦσι.

Nam & oues, vt fertur, ingenio ſunt ſtolido, atque amenti. Ita vt omnium quadrupedum nequiſſima ſint. Adeunt enim ſolitudines nulla de cauſſa: hyemis quoque tempore exeunt è præſepibus. Deprehenſæ niuibus niſi ab opilione moueantur, nolunt abire. Sed relictæ intereunt, niſi arietes à paſtoribus adducantur. Tunc enim ſequuntur.

CAESAR.

CAESAR.

MVLTA capita ſtoliditatis ponit. Nam omnis motus eſt propter finem. Itaque dixit, εἰς ἐρημίας: vbi non eſt paſtio. Et auxit πρὸς ὕδωρ. Nam tauri victi petunt deſerta, vt vitent victoris ſuperbiam. Solitudine inuitati tanquam præſidio, & litura dedecoris. Deinde tecta ſubeunt animalia & cauernas, vt hyemem vitent. At hæc χειμῶνος exit. Ibi erat πρὸς ὕδωρ: hîc eſt πρὸς τὸ ἐναντίον. Hæc de fine. Nunc de motu: ὅθεν. Nam motus vt diximus, aut eſt ob appetendum, aut ob fugiendum. Itaque addit tertium, *niuibus deprehenſas non moueri*. Poſtremò ponit aliud ſtolidum. Sequi arietes: vt plus ament marem quem ſequantur, quàm ſe, quas ſubducant ab incommodis.

Τὸ, τε: dixit per copulam, quoniam mox etiam de caprarum ſtultitia.

Ὥσπερ λέγεται, non ſignificat, *vt relatum eſt*. Sed *vt eſt in prouerbio*. Etiam nunc Thuſci: *pecorone* & *pecoragine*, dicunt.

Εὐήθεις, iam diximus quid ſignificat. Eſt tamen minus quàm amens. Itaque addidit ἀνόητοι: *amens*, eſt pluſquam *ſtolidum*. Theodorus εὐήθεις *amens*, malè: ſed *ſtupidum* potiùs. Sic enim Latinè in Comœdiis: *iſte meus ſtupor*.

Κάκιστον: non eſt hîc κακία, *maleficium*, ſed ἀχρεία. Itaque Ciceroniana voce diximus *nequam*. Sic autem interpretatur quod nihili ſit. Theodorus malè, *ineptior*.

Ἕρπει, verbum τῶν ἀπόδων χερσαίων. Ignauiam voluit pingere Philoſophus: vt ne ingreſſus quidem illarum valens ſit.

Πρὸς ὕδωρ, *nihil*, actiuè. Albertus dixit, *in vanum*.

Ληφθῶσι. Theodorus, *occupatum*: meliùs *deprehenſum*.

Κινῆσαι ὁ ποιμὴν: vt non voci obtemperet, ſed manus etiam ſint admouendæ. Icci̇rco dixit ἐθέλουσιν, vt animum ſegnem oſtendat. Nota, more ſuo numerum mutâſſe, ἐξέρχεται, ἐθέλουσιν.

Κομίσωσιν, *curârint adducendas*. Suprà de hoc verbo multa ſatis.

LXXI. ARISTOTELES.

Τῶν δ' αἰγῶν ὅταν τις μιᾶς λάβηται τὸ ἄκρον τοῦ ἠρύγγου, (ἔστι δ' οἷον θρὶξ) αἱ ἄλλαι ἑστᾶσιν ὥσπερ μεμωρωμέναι, καὶ βλέπουσιν εἰς ἐκείνην.

Capræ autem vnius ſi ſummum aruncum, qui villi ſpecie eſt, apprehendas, illicò reſtitant aliæ ſtupidæ ſpectantes illam.

CAESAR.

AMENTIAM caprarum narrat ex barbæ apprehenſione: ἤρυγγον vocat Philoſophus: Latini *aruncum*.

Μεμωρωμέναι, *ſtupidæ*, ex Plinio.

Ἑστᾶσιν, *illicò*, id eſt, in loco reſtitant.

LXXII. ARISTOTELES.

Ἐγκαθεύδει δὲ ψυχρότερα αἱ ὄϊες αἰγῶν. αἱ αἶγες, μᾶλλον ἡσυχάζουσι, καὶ προσίενται πρὸς τοὺς ἀνθρώπους. εἰσὶ δ' αἶγες δυσριγότεραι τῶν ὀΐων.

Frigidioribus locis libentiùs cubant oues. Capræ autem plus ruminant, & faciliùs accedunt ad hominem. Et agriùs ferunt frigus.

CÆSAR.

NVNC naturam quandam admiſcet moribus: & ponit differentiam. Illud ad mores penitùs: προσίενται πρὸς τοὺς ἀνθρώπους. Sanè vocatæ veniunt ad ſalem lingendum, & nominatim euocantur. Frigidiora loca vult ad cubandum ouis, quia tectior eſt: capella nudior: quanquam calidior. Itaque reſpondent inter ſe illa, ψυχρότερα ἐγκαθεύδει: & capræ δυσριγότεραι. Alia differentia: quia plus ruminant.

Theodorus ψυχρότεραι: aliter videtur legiſſe: & interpretatur, *difficiliores*: & non μηρυκάζουσι: ſed ἡσυχάζουσι, *quieſcunt*. Hoc autem falſiſſimum eſt. Quieſcunt enim in ſeptis oues: capræ autem totam noctem ea impetunt fronte, vt etiam procul ictus exaudiantur. Sed quia erat, γὰρ, ſic: αἱ γὰρ

αἶγες μᾶλλον μηρυκάζουσι: voluit rationem reddere, quare, vt ipſe vult, difficiliùs cubent. Nam ruminatio ad cubationem nihil. Verùm neque quod ſequitur, προσόρχονται, ſequitur ad illud idem. Itaque τὸ γὰρ, tollendum eſt.

LXXIII. ARISTOTELES.

Διδάσκουσι δ' οἱ ποιμένες τὰ πρόβατα συνθεῖν, ὅταν ψοφήσῃ. ἐὰν γὰρ βροντήσαντος, ὑπολειφθῇ τις καὶ μὴ συνδράμῃ, ἐκτιτρώσκει, ἐὰν τύχῃ κύουσα. διὸ ἐὰν ψοφήσῃ, ἐν τῇ οἰκίᾳ συνθέουσι, διὰ τὸ ἔθος.

INſtituuntur ab opilionibus oues, vt ſtrepitum cienti congregentur. Nam tonante cælo, ſi qua prægnans ſeorſum deprehendatur, neque concurrat, aborſum facit. Quæ cauſſa eſt, vt etiam domi ſtrepitu exaudito, conueniant ex conſuetudine.

CAESAR.

NVnc mores ab inſtitutione, & naturam ſimul timidam narrat. Et ponit cauſſam quare ſic doceantur.

Ἐὰν γὰρ, ἐὰν τύχῃ: geminum *ſi*, vnico incluſimus.

LXXIV. ARISTOTELES.

ΚΑτάκεινται δὲ αἱ οἶες καὶ αἶγες ἀθρόαι κατὰ συγγένειαν.

DEcumbunt tum oues, tum capræ ſimul cunctæ in ſuo genere.

CAESAR.

SImul exeunt, ſimul redeunt, ſimul ſepiuntur: ſed non ſimul, aut paſcuntur, aut cubant. συγγένειαν, *per cognationem.* Theodorus: *per ſua genera quæq.*

LXXV. ARISTOTELES.

ΟΤαν δ' ὁ ἥλιος τραπῇ θᾶττον, φασὶν οἱ ποιμένες οὐκέτι ἀντιβλεπούσας κατακεῖσθαι τὰς αἶγας, ἀλλ' ἀπεστραμμένας ἀπ' ἀλλήλων.

DEuergente Sole ſtatim aiunt paſtores, auerſas inter ſe capras, non aduerſis oculis cubare.

CÆSAR.

AT oues conuerſis capitibus in medium, orbem faciunt magnis æſtibus pomeridianis. Cauſſam autem huius naturæ in capris neque ipſe reddit, neque ſatis conſtat.

Τραπῇ Sol conuertatur à ſummo meridie: ſic à ſummo Zodiaco τροπαί. Theodorus, *conuerſus deſtiterit.* Neſcio quid ſit, *ſolem deſiſtere*: aliud eſt *ſolſtitium.*

Οὐκέτι ἀντιβλεπούσας. Plinius, *contueri inter ſe.*

CAPVT QVINTVM,

BOVES ET EQVI.

LXXVI. ARISTOTELES.

ΑΙ δὲ βόες, καὶ νέμονται καθ' ἑταιρείας καὶ συνηθείας· κἂν μία ἀποπλανηθῇ, ἀκολουθοῦσιν αἱ ἄλλαι· διὸ καὶ οἱ βουκόλοι, ἐὰν μὴ εὕρωσιν, εὐθὺς πάσας ἐπιζητοῦσι.

BOues & ſociatim, & communi paſcuntur more. Atque earum vna ſi aberrauerit, tum eam cæteræ conſequentur. Iccirco bubulci vnam ſi amiſerint, omnes præterea continuò perueſtigant.

CAESAR.

CAESAR.

SICVT capras, & oues ſimul narrauit, ſic equos cum bobus coniungit. Sed erat ibi ratio: ſimul enim paſcebantur. Hæc autem non item. Appellat autem ἰδιαίτερον, quod ſuprà ἀγέλην, & συγχρόνειαν. Per συνήθειαν, autem voluit dicere, κοινὸν ἦθος, καὶ τὴν συννομήν: non autem vt ait Theodorus, *conſuetudines*. Quid enim eſt *paſci per conſuetudines?*

Βυκόλοι. Theodorus, *boarij*, vt caprarij.

Ἐὰν μίαν μὴ εὕρωσι. Theodorus, *niſi præuenerint*: non ſatisfacit. Præuenire potes etiam non quærens. Et boues genere maſculino, minus aptè. Neque enim domitorum boum armenta habentur, ſed vaccarum & taurorum.

Dixit εὐθὺς, ob diligentiam, & quia nihil dubitant cæteras ſequutas. Et dixit ἐπιζητοῦσι, τὸ, ἐπὶ ſignificat ἐπ' ἄλλων τῶν ἀποπλανηθεισῶν. Inſuper Theodorus hæc omnia neglexit. Et addidit *neceſſe eſt*: magnum tamen verbum nimis: neque enim ſemper fit. Verbum autem ἐπιζητοῦσι, non eſt vere tam quærunt, quàm recenſent. Nam ſi nulla compareret, tunc omnes quærerent: at tunc non vnam amiſiſſent ſed omnes. Ergo luſtrato armento oculis: ſi vnam non inueniant, recenſent armentum tanquam plures perierint.

LXXVII. ARISTOTELES.

Ἀπόλλυνται δὲ καὶ οἱ ταῦροι, ὅταν ἀπημελημένοι πλανηθῶσιν, ὑπὸ θηρίων.

ETiam tauri, cùm neglecto armento errabundi feruntur, à feris interficiuntur.

CAESAR.

SVprà non erat niſi πλάνη, & naturalis fortuita. At nunc eſt, διὰ τὸ ἀπημελεῖν. Hoc autem eſt naturale ordinarium, cùm vaccas impleuerint. Hæc verba, in Capite ſuperiore inter capras tranſcripta erant: quæ huc tranſtulimus. Coniuncta enim ſunt propter πλάνην.

LXXVIII. ARISTOTELES.

Τῶν δ' ἵππων αἱ σύννομοι, ὅταν ἡ ἑτέρα ἀπόληται, ἐκτρέφουσι τὰ πῶλια ἀλλήλων. καὶ ὅλως γὰρ δοκεῖ τὸ τῶν ἵππων γένος εἶναι φύσει φιλόστοργον. σημεῖον δ' ἐστι· πολλάκις γὰρ αἱ στεῖραι ἀφαιρούμεναι τὰς μητέρας, τὰ πώλια αὐταὶ στέργουσι· διὰ δὲ τὸ μὴ ἔχειν γάλα, διαφθείρουσι.

ARmentariæ equæ autem, ſi altera perierit, educant pullos inter ſe. Sanè enim totum equinum genus videtur eſſe natura benignum erga ſobolem. Cuius rei ſignum eſt, quòd ſæpenumero ſteriles ſubductos à matribus pullos curant. Verùm lactis inopia perdunt eos.

CAESAR.

CONIVNGIT cum ſuperiore, διὰ τὸ ἀπολλύναι. Et diſiungit differentias τῆς φιλοστοργίας.

Σύννομοι: *armentaria, compaſcua*: vt ager paſſiuè. Theodorus, *ſocietate coniunctæ*, malè. Nam ſociæ ſunt etiam in bellis, & in ſtabulis.

Ἑτέρα: quoniam duæ intelligantur: mater, & ſterilis. Mutila verò eſt oratio. *Et ſterilis ſanè*: imò verò prægnans.

Ἀλλήλων. Theodorus expoſuit potiùs quàm tranſtulit ſic: *altera pullum parente orbatum enutrit*.

Φιλόστοργον. omiſit τῶν τέκνων: quoniam materia præſens hoc debuit declarare: interpretor, *benignum, amans curæ*. Eſt enim *benignus* apud Latinos, qui facilè ſeruit commodis alterius, atque de ſuo ſubleuat.

Σημεῖον, *indicium*. Recentiores ſemper *notam*, transferunt, abdicarúntque vocem hanc, *ſignum*: neſcio quo conſilio. Cùm in hoc ſignificatu ſit Quintiliani, Ciceronis, & omnium Rhetorum. Nota autem à Galeno ſignata voce γνώρισμα in Secundo de *Locis male affectis*, & alibi.

Ἀφαιρούμεναι, *auferentes*: quonammodo id faciant? Nam quomodo proles amittat matrem lacte plenam, lactis indigam ſequetur?

Διαφθείρουσι, *deprauant*. Theodorus, malè: deprauare eſt diſtorquere. Sed ſi lacte carent perdunt. Idem addidit, *quos diligunt*.

CAPVT

CAPVT SEXTVM,

DE CERVIS.

LXXIX. ARISTOTELES.

ΤΩν δ' ἀγρίων καὶ τετραπόδων, ἡ ἔλαφος οὐχ ἥκιστα δοκεῖ εἶναι φρόνιμος, τῷ τε τίκτειν παρὰ τὰς ὁδούς (τὰ γὰρ θηρία διὰ τοὺς ἀνθρώπους οὐ προσέρχεται) καὶ ὅταν τέκῃ, ἐσθίειν τὸ χορίον πρῶτον. καὶ ἐπὶ τὸ σέσελιν δὲ τρέχουσι, καὶ φαγοῦσαι, οὕτως ἔρχονται πρὸς τὰ τέκνα πάλιν. ἔτι δὲ τὰ τέκνα ἄγει ἐπὶ τοὺς σταθμούς, ἐθίζουσα οὗ δεῖ ποιεῖσθαι τὰς ἀποφυγάς· ἔστι δὲ τοῦτο πέτρα ἀπορρώξ, μίαν ἔχουσα εἴσοδον· οὗ δὴ καὶ ἀμύνεσθαί φασιν ὑπομένουσαν.

INter feras quadrupedes cerua non peſſimè videtur vti prudentia: tum quòd iuxta ſemitas parit, quò beſtiæ non adeunt hominum metu: tum quòd vbi pepercit, deuorat ſecundas primùm: deinde accurrit ad ſ. ſelim: qua depaſta, ſicpote ad ſobolem rurſum redit. Præterea ad ſtabula hinnulos actos inſtituit aſſueſcere quò ſe à fuga recipiant. Eſt igitur locus, ſaxum prræruptum, vnicum habens aditum: vbi etiam ſubſiſtere, & repugnare tradunt.

CAESAR.

TRANSIT ad feras quadrupedes: ac primùm de ceruis iucundiſſima hiſtoria. In prima parte de fœminæ prudentia, quam multis colligit ſignis. In ſecunda de maris æſtu. In tertia de cornibus, ortu, amiſſione, natura. In quarta redit ad prudentiam medicam. In quinta redit ad fœminarum ſecundas In ſexta tradit venationem. In poſtrema de eorum ſenſu agit.

Οὐχ ἥκιστα, *non peſſimè*, Latini ſolent dicere. Theodorus, *maximè*. Sed negatio eſt contrarij ſuperlatiui, quæ alterum ſuperlatiuum contrariũ nunquã inducit.

Τῷ δὲ: etiam dicimus τῇ τε, *partim*: vnde noſtrum, *tum*: τοίνυν. Sed omiſit particulam correſpondentem ibi, & ὅταν τέκῃ.

Διὰ τοὺς ἀνθρώπους. Neſcio quam prudentiam narret: quæ potiùs homini quàm beſtiis commendet fœtum ſuum. At ſanè omnium beſtiarum inimiciſſimus homo: qui etiam grandes pugna ſectatur, quare imbellem fœtum non tollat? Puto ceruam quæ hominem nunquam viderit, idem facere, & eo in loco deponere: quia procul à latibulis ferarum ſit. Verùm à canibus vrgentibus ad homines confugere ceruos, auctor eſt Plinius in Octauo. Etiam alaudam ab accipitre ad nos recepimus ſemel.

Τὸ χορίον πρῶτον. Reddit cauſſam infrà, quia φάρμακον ſit. Illa enim præripit non inuidentia. Sed ob commoda ſua.

Τρέχουσι. In eodem penè κώλῳ numerum mutauit ἐσθίει.

Ἐθίζουσα, *aſſuefaciens*: intellige locum perfugij, οὗ *in loco*, & tamen ad locũ aduerbiũ requirebatur.

Πέτρα ἀπορρώξ. Ibi libentiùs debebat parere, & φρονιμωτέραν eam exiſtimâſſem.

Ὑπομένουσαν: quoniam non vlteriùs patet fugæ locus. Theodorus, *expectare*: imò *ſuſtinere*.

Ἀμύνεσθαι, περὶ ἑαυτῆς, aut τέκνων: pedibus faciunt & fronte: pedúmque ictus certis anni temporibus calidioribus plagas facit.

LXXX. ARISTOTELES.

ΕΤι δὲ ὁ ἄῤῥην, ὅταν γένηται παχύς, (γίνεται δὲ σφόδρα πίων ὀπώρας οὔσης) οὐδαμοῦ ποιεῖ ἑαυτὸν φανερόν, ἀλλ' ἐκτοπίζει, ὡς διὰ τὴν παχύτητα εὐάλωτος ὤν.

ITem mas cùm euaſit pinguis, obeſiſſimus enim fit Autumno, nequaquam comparet. Sed mutat locum: facilis enim ob adipem captu eſt.

CAESAR.

PRudentia ſuperior eſt fœminæ tantùm, quæ & proli & ſibi proſpicit. Nunc maris aſtum ponit φανερὸν, vti conſueuerat. γένηται παχύς. Theodorus, *pinguerit*, peſſima voce. Idem, σφόδρα πίων

ὀπώρας

ἐπιφέρας ὥρας, *quod valde tempore fructuum ſit.* τὸ, *valde*, anceps eſt, & tam ad tempora, quàm ad παχὺς, referri poteſt. Suſtuleris ambiguitatem ſi dicas, *qui*: non, *quod*. Addidit etiam *longè*: fruſtrà: & multa circumductione abſoluit orationem.

LXXXI. ARISTOTELES.

Ἀποβάλλουσι δὲ καὶ τὰ κέρατα ἐν τόποις χαλεποῖς καὶ δυσεξευρέτοις· ὅθεν [καὶ] ἡ παροιμία γέγονεν, Οὗ αἱ ἔλαφοι τὰ κέρατα ἀποβάλλουσιν. ὥσπερ γὰρ ὅπλα ἀποβεβληκυῖαι, φυλάττονται ὁρᾶσθαι. λέγεται δὲ ὡς τὸ ἀριστερὸν κέρας οὐδείς πω ἑώρακεν. ἀποκρύπτειν γὰρ αὐτό, ὡς ἔχον τινὰ φαρμακείαν.

Abijciunt etiam cornua locis & aditu, & inuentu difficilibus. Vnde & prouerbium ortum eſt: vbi cerui cornua deponũt. *Id ea cauſſa faciũt, quod quaſi tela amiſerint, cauent ne videantur. Ferunt ſiniſtrum cornu à nemine vnquam viſum: abſcondere enim id tanquam medicamento inſigne.*

CÆSAR.

PRIVS debebat dicere ortum cornuum: deinde amiſſionem, tum hoc quod agit hîc.

Χαλεποῖς καὶ δυσεξευρέτοις: vt neque inuenias facilè, & inuenta haud facilè adeas: addidit ἐξ, ſcilicet inter cætera.

Ὥσπερ, vna ratio: λέγεται δὲ, alia ratio ab inuidentia.

Φυλάττονται ὁρᾶσθαι. Theodorus, *ne inermis reperiatur.* Sed ſanè hoc non dicit. Nam amiſſis, non tam cauet, quàm cum amittit: intellige autem ſiniſtrum quod ceruus abiecerit. Nam multa paria vidimus. Et cùm dixit ἀποκρύπτειν, τὸ ἀπό, habet vim multam mutatæ latebræ. Plinius habet, *dextrum* non *ſiniſtrum.*

LXXXII. ARISTOTELES.

Οἱ μὲν οὖν ἐνιαύσιοι, οὐ φύουσι κέρατα, πλὴν ὥσπερ σημεῖον χάριν, ἀρχήν τινα. τοῦτο δ' ἐστὶ βραχὺ καὶ δασύ. φύουσι δὲ διετεῖς πρῶτον τὰ κέρατα εὐθέα, καθάπερ παττάλους· διὸ καὶ καλοῦσι τότε παττάλίας αὐτούς. τῷ δὲ τρίτῳ ἔτει δίκρουν φύουσι, τῷ δὲ τετάρτῳ τραχύτερον· καὶ τοῦτον τὸν τρόπον αἰεὶ ἐπιδιδόασι μέχρι ἓξ ἐτῶν. ἀπὸ τούτου δὲ ὅμοια ἀεὶ ἀναφύουσιν, ὥστε μηκέτι ἂν γνῶναι τὴν ἡλικίαν τοῖς κέρασιν, ἀλλὰ τοὺς γέροντας γνωρίζουσι μάλιστα δυοῖν σημείοιν. ὀδόντας τε γὰρ οἱ μὲν ὅλως οὐκ ἔχουσιν, οἱ δ', ὀλίγους· καὶ τοὺς ἀμυντῆρας οὐκέτι φύουσι. καλοῦνται δὲ ἀμυντῆρες, τὰ προνενευκότα τῶν φυομένων κεράτων εἰς τὸ πρόσθεν, οἷς ἀμύνεται. ταῦτα δ' οἱ γέροντες οὐκ ἔχουσιν, ἀλλ' εἰς τὸ ὀρθὸν γίνεται ἡ αὔξησις αὐτοῖς τῶν κεράτων.

Anniculis non oriuntur cornua, niſi tanquam ſigni gratia inchoatum quiddam, ídque breue, & hirſutum. In bimatu edunt cornua primùm recta ſubularum facie. Vnde eos παττάλίας, *Latini* ſubulones *vocant. Tertio anno furcata fundunt. Quarto autem aſperiora: quo modo ad ſextum vſque annum ſemper ſuperaddunt. Exinde ſemper ſimilia enaſcuntur: adeò vt per cornua nequeas ætatem dignoſcere. Vetulos duobus potiſſimùm indicijs deprehendunt: quidam enim dentibus omnino carent, quidam paucos habent: propugnacula etiam non ampliùs ſubnaſcuntur. Sunt propugnacula quæ Græci vocant* ἀμυντῆρας, *nutantes prorſum partes cornuum quibus pugnant. Eas vetuli non habent. Sed in ſurrectum creſcunt eorum.*

CÆSAR.

ORTVS cornuum tractat: & differentiam eorum ab ætate: vt primùm ſint quaſi veſtigia: deinde ſimplicia, tum furcata. Tertio ramum addat vſque ad ſenos: qui tum eſt ſeptimus annorum annus: atque interea ἀμυντῆρας habeant, quibus careant vetuli.

Σημείου χάριν: vtitur hîc cùm prima initia vult declarare. Etiam mamillæ virorum ſic narrantur ab eo.

Ἀρχήν τινα. *Initium*, vnde negatiuè cum primum penitùs tollitur aliquid. Nam ſi initium eſt minimum quid, & id abſit, totum aberit: οὐδ' ἀρχήν. Theodorus addidit, *protuberans.*

Τοῦτο: quia voluit cornu appellare.

Παττάλίας, paxillarij, ſurcularij: à Latinis enim dicti ſunt *ſuri.*

Τραχύτερον: *aſperius*: ſcilicet ramo addito.

Ἐπιδιδόασι, proficiunt ramorum numero. Plinius, *ſingulis annis adijcientibus ramos.*

Ὅμοια ἀεί. Ergo octauo anno ceſſant habere τοὺς ἀκρεμόνας. Plinius in Octauo hanc hiſtoriam neglexit. In vndecimo παττάλιας, *ſubulones* appellat. Et ἀκρεμόνας *ramos*, tantùm dixit: neque eorum vſum explicauit magna negligentia. Theodorus cùm *adminicula*, dixit, non intellexit vim verbi. Adminicula ſunt quæ vicem manuum præſtant: vt in vitibus capreoli. Sic adminicula, ſcipiones quibus ad manum vtuntur ſenes. Addidit etiam Theodorus, *iuniores* ex Plinio, fruſtrà. Nam ſenes habere negat: ergo non vtuntur. Ergo illi qui habent vtuntur.

LXXXIII. ARISTOTELES.

Ἀποβάλλουσι δ' ἀνὰ ἕκαστον ἐνιαυτὸν τὰ κέρατα· ἀποβάλλουσι δὲ περὶ τὸν Θαργηλιῶνα μῆνα. ὅταν δ' ἀποβάλλωσι, κρύπτουσιν ἑαυτοὺς τὰς ἡμέρας, ὥσπερ εἴρηται. κρύπτονται δ' ἐν τοῖς δασέσιν, εὐλαβούμενοι τὰς μυίας. νέμονται δὲ τὸν χρόνον τοῦτον ἐν τοῖς δάσεσι νύκτωρ, μέχριπερ ἂν ἐκφύσωσι τὰ κέρατα.

Amittunt annis ſingulis cornua menſe Aprili. Amiſſis latent interdiu, vti diximus. Abſcondunt ſeſe denſis frutetis muſcarum faſtidio. Noctu ſimilibus paſcuntur locis, quoad cornua renaſcantur.

CAESAR.

NVNC cornuum affectum præſcribit tempus, quottannis, & temporis tempus, menſe Aprili.

Τὰς ἡμέρας ὥσπερ εἴρηται: at nihil de hoc dixit.

Δασέσι. Sic Græci fruteta *frequentia* vocant. Theodorus, *opacis* peſſimè. Eſt enim opacum terræ obiectu aliquid obſcurum. Eſt opacum pratum ſyluæ obiectu aut ſaxi. At verò οὐκ ἔστι δασύ.

Εὐλαβούμενοι τὰς μυίας: puto minùs rectè additum. Nam cornibus non pugnant cum muſcis: & noctu paſcuntur, ἐν δασέσι: at tum etiam apertis locis muſcæ nullæ.

Ἐκφύσωσι meliùs ἀναφύσωσι. Theodorus, *recipiant*. Sed non recipiunt vt M. Fabius Tarentum.

LXXXIV. ARISTOTELES.

Φύεται δ' ὥσπερ ἐν δέρματι τὸ πρῶτον, καὶ γίνονται δασέα· ὅταν δ' αὐξηθῶσιν, ἡλιάζονται, ἵν' ἐκπέψωσι καὶ ξηράνωσι τὸ κέρας. ὅταν δὲ μηκέτι πονῶσι, πρὸς τὰ δένδρα κνώμενοι αὐτά, τότε ἐκλείπουσι τοὺς τόπους τούτους, διὰ τὸ θαρρεῖν, ὡς ἔχοντες ᾧ ἀμυνοῦνται.

Inchoantur primùm quaſi cute obducta, & fiunt hirſuta. Aucta ad ſolem exponunt vt excoquantur atque exicentur. Cùm verò inter ſcabendum ad arbores, non ampliùs dolitant. Tunc relinquunt loca eiuſmodi, quaſi habeant quo ſeſe vindicent.

CAESAR.

NArrat ortum cornuum, & progreſſum, & modum.

Ἡλιάζονται, ipſi cerui apricantur.

Πονῶσι: mirum quaſi ſentiant primùm cornua: ſed ſcabunt tamen.

Θαρρεῖν. Sic expone: iis freti, quorum præſidio ocioſè agant ab iniuria.

Theodorus addidit, *cùm res exigit.*

LXXXV. ARISTOTELES.

Ἤδη δὲ εἴληπται ἀχαΐνης ἔλαφος, ἐπὶ τῶν κεράτων ἔχων κιττὸν πολὺν πεφυκότα χλωρόν, ὡς ἁπαλῶν ὄντων τῶν κεράτων ἐμφύντα, ὥσπερ ἐν ξύλῳ χλωρῷ.

Iam verò captus ceruus eſt gerens in cornibus enatam hederam multam viridem: quaſi quæ cùm tenella eſſent, innata fuerit tanquam in arbore viridi.

CÆSAR.

QVoniam dixit κνώμενοι πρὸς τὰ δένδρα, appoſuit hiſtoriam. Nam hedera tranſiliit ex arbore in cornu: addidit *tenellum*: vt radices agere poſſit.

Ἐμφύοντα.

Ἐμφύσεται. Theodorus, *inſerta*, non malè. Sed *coaluerit*, etiam rectè: *ſimul creuerit*.

Ἐν ξύλῳ χλωρῷ. Quare addit χλωρῷ? Nam etiam in ſicco ligno viuit hedera: etiam in muro, in ſaxo.

LXXXVI. ARISTOTELES.

Ὅταν δ' δηχθῶσιν αἱ ἔλαφοι ὑπὸ φαλαγγίου, ἤ τινος τοιούτου, τοὺς καρκίνους συλλέγουσαι ἐσθίουσι. δοκεῖ δὲ καὶ ἀνθρώπῳ ἀγαθὸν εἶναι τοῦτο πίνειν· ἀλλ' ἐστιν ἀηδές.

Cerui à phalangio, aut aliquo eiuſmodi icti collectos cancros eſitant. Id quod homini quoque prodeſſe videtur in potu datum, ſed ſanè inſuaue eſt.

CAESAR.

SOLERTIAM à natura ad remedia aduerſus venena nunc tractat: quàm hiſtoriam mox largiùs enarrabit.

Δηχθῶσι. Theodorus, *morſi*, potiùs *puncti*, à phalangio: neque enim dentes habent, ſed ſuctu viuunt, vt culices.

Συλλέγουσαι: quoniam plus vno opus habent. Hæc à Plinio in Octauo, qui & in Nono idem affert remedium aduerſus ſerpentum morſus.

Ἀηδές, ſcilicet, πρὸς τὸ πίνειν. Nam mihi etiam ſunt omnium ciborum iucundiſſimi. Theodorus, *ſed non caret faſtidio*: poteſt tamen eſſe inſuaue ſine faſtidio. Nam faſtidium eſt ναυσία.

LXXXVII. ARISTOTELES.

Αἱ δὲ θήλειαι τῶν ἐλάφων, ὅταν τέκωσιν, εὐθὺς κατεσθίουσι τὸ χόριον, καὶ οὐκ ἔστι λαβεῖν. πρὶν γὰρ τὸ χαμαὶ βαλεῖν, αὐτ(αὶ) ἅπτονται. δοκεῖ δὲ τοῦτ' εἶναι φάρμακον.

Cerua leuata partu ſtatim deuorant ſecundas, neque intercipi poſſunt. Nam antequam terram attingant, ipſæ adipiſcuntur: putant autem in eis eſſe vim medicam.

CAESAR.

ADDERET ὡς εἴρηται, addidit hiſtoriæ id οὐκ ἔστι λαβεῖν, dicas cuius rei cauſſa. Iccirco appoſuit: δοκεῖ φάρμακον.

Ἅπτονται, noſtrum Latinum *apiſci*, à Catullo poſitum. Theodorus *arripiunt*: potiùs, *præcipiunt*. Sed fidem ſequutus eſt. Neque ſciunt ipſæ arreptum iri ab alio, vt præripere occupent.

Εὐθύς, benè *ſtatim*: antequam terram attingant.

LXXXVIII. ARISTOTELES.

Ἁλίσκονται δὲ θηρευόμεναι αἱ ἔλαφοι συριττόντων καὶ ᾀδόντων ὥστε καὶ κατακλίνονται ὑπὸ τῆς ἡδονῆς. δύο δ' ὄντων, ὁ μὲν, φανερῶς ᾄδει, ἢ συρίττει· ὁ δὲ, ὄπισθεν βάλλει, ὅταν οὗτος σημαίνῃ τὸν καιρόν.

Capiunt venatores ceruos fiſtula & cantu: itaque decumbunt voluptate capti. Duo ibi cùm ſint: alter palam voce vt fiſtula canit, alter à tergo icit: vbi iam tempus eſſe ab illo accepit ſignum.

CAESAR.

ANIMVM cœleſtem nunc attribuit, quia harmonia capiatur. Itaque etiam κατακλίνεται, tam ſecurus fit.

Φανερῶς, *coram*. Itaque minùs metuit inſidias.

Σημαίνῃ, cùm ſcilicet intentiorem eſſe animaduertit, ſignum ipſo in cantu dat. Satis dicas ſimpliciter: *ſigno ab illo dato, fecit*.

Συριττόντων. Theodorus, *ſibilo*: malo ego, *fiſtula*. Sic Theocritus, ſic Plinius, *paſtorali fiſtula & cantu*: vt mirum ſit eum alibi vagantem ſequi Plinium, nunc fidum ducem aſpernari.

LXXXIX. ARISTOTELES.

Ἐὰν μὲν οὖν τύχῃ ὀρθὰ τὰ ὦτα ἔχουσα, ὀξὺ ἀκούει, καὶ οὐκ ἔστι λαθεῖν. ἐὰν δὲ καταβεβληκυῖα τύχῃ, λανθάνει.

Svrrectis auriculis ceruus acutè audit, neque falli poteſt: demiſsis occupatur.

CAESAR.

OCcasione capta à cantu, de auditu narrat: quanquam non eſt ἦθος, ſed φύσις. Οὐκ ἔστι λαθεῖν, αὐτὴν ſcilicet. At poſteà dicit λανθάνει: quid latet? ipſa καταβεβληκυῖα: minime. Itaque aliud verbum ſupponendum fuit. Theodorus, *interimitur*, nos, *occupatur*. Addidit idem ad λαθεῖν: *inſidias*, neque fruſtrà, neque ineptè.

CAPVT SEPTIMVM,

DE VRSIS.

XC. ARISTOTELES.

Αἱ δ' ἄρκτοι, ὅταν φεύγωσι, τὰ σκυμνία προωθοῦσι, καὶ ἀναλαβοῦσαι φέρουσιν· ὅταν δὲ ἐπικαταλαμβάνωνται, ἐπὶ τὰ δένδρα ἀναπηδῶσι.

VRſæ in fuga catulos præurgent, & ſuſceptos ferunt. Cùm eas aſſequutus venator eſt, in arbores conſcendunt.

CAESAR.

SOcius venationis in Alpibus Taurinis ita factum dicebat. Per decliuia à matre deiectum catulum ſe inuadente. Deinde illam quoque præcipitem ſequutum.

XCI. ARISTOTELES.

Καὶ ὅταν ἐκ τοῦ φωλεοῦ ἐξέλθωσι, πρῶτον τὸ ἄρον ἐσθίουσιν, ὥσπερ εἴρηται πρότερον· καὶ τὰ ξύλα διαμασῶνται, ὥσπερ ὀδοντοφυοῦσαι.

E Latibulo prodeuntes, arum, quemadmodum iam dictum eſt, vorant: & lingua quaſi dentientes mandunt.

CAESAR.

REpetit hiſtoriam ſine cauſſa, quam ſuprà dixit. Addit aliam hiſtoriam à dentibus: cauſſam non dicit: ſed eſt quia dentes ſtupidi ſint, & fauces.
Ὀδοντοφυεῖν, & ὀδοντιᾶν, etiam apud Hippocratem: *dentire*.

CAPVT OCTAVVM,

Quorundam animalium ſolertia in remedijs, tàm à venatione, quàm ab alijs.

XCII. ARISTOTELES.

Πολλὰ δὲ καὶ τῶν ἄλλων ζώων τῶν τετραπόδων ποιεῖ πρὸς βοήθειαν ἑαυτοῖς φρονίμως.

MVltas prætereà cæterarum quadrupedum ſibi prudenter opem ferre conſtat.

CAESAR.

QVOD de aro dixit, quod pertinebat ad eam prudentiam, quæ exerceretur ad vitæ præſidia. Subdit multas ea in re hiſtorias, in quibus animantium pleráſque tutas oſtendit ab incommodis. Nō cognatis rebus, vt cornibus, vnguibus, corio, dentibus, atque eiuſmodi, ſed re extrinſecùs pudenter quæſita.

Ἄλλων τετραπόδων: quia vrſa quoque quadrupes ſit. Sed fruſtrà addidit. Nam & in auibus multa inuenies talia. Nam & lapidem aquilæ dicuntur afferre in nidum ad parturitiones faciliores. Et hirundines, ad vitiatos oculos pullorum. Et Maratho ſerpentes affricare oculos exuta ſenecta. Et Ibim marinam aquam hauſtā roſtro immiſſo in anum, reddere, vt aluum leuet. Et alia multa. Aiunt etiam vrſum grauitatem oculorum medicari apum aculeis receptis, quas quærat ea de cauſſa atque irritet. Et hoc Capite etiam narrat ciconias quæ non ſunt quadrupedes.

Dixit φρονίμως, quia temerè & homines inuenere quædam remedia. Vt in fœniſecio qui falce adacta, quia aliud non haberet, vulnus hypericone obuoluit, atque ſanatus eſt. Intellige autem φρονίμως, æquiuocè: vt ἴχνος ἀνθρωπίνης φρονήσεως. Nam φρόνησις, eſt μέτρον futuri ex præterito. Hoc autem experientia fit in homine: in brutis habitu cognato, quem *inſtinctum* vocant.

XCIII. ARISTOTELES.

Ἐπεὶ καὶ ἐν Κρήτῃ φασὶ τὰς αἶγας τὰς ἀγρίας, ὅταν τοξευθῶσι, ζητεῖν τὸ δίκταμνον. δοκεῖ γὰρ τοῦτο ἐκβλητικὸν εἶναι τῶν τοξευμάτων ἐν τῷ σώματι.

Nam in Creta aiunt capras ſagitta ictas dictamnum quærere. Videntur enim eius vi eijci quæ in corpus infixa ſunt tela.

CAESAR.

MVlta ſunt eiuſmodi quæ extrahunt appoſita oſſa, tela, ſurculos. Aliqua etiam in potione, aut in cibo ſumpta. Calami radix, radix oxyacanthæ, radix narciſſi, propolis, fermentum, anagallis, rotunda ariſtolochia. Sed præſtans gladiolus. Spatha fœtida mirabilis.

XCIV. ARISTOTELES.

Καὶ αἱ κύνες δὲ, ὅταν τι πονῶσιν, ἔμετον ποιοῦσι, φαγοῦσαί τινα πόαν.

Canes morbo quopiam correpti, vomitum cient deuorata herba quadam.

CÆSAR.

Πόαν τινὰ, non potiùs *quadam*, quàm *quapiam*. Nam quod Plinius ait inuidere id nobis, falſum eſt. Palam enim id faciunt. Et alibi λήϊον paſci infrà ait ad vermes.

XCV. ARISTOTELES.

Ἡ δὲ πάρδαλις, ὅταν φάγῃ τὸ φάρμακον τὸ παρδαλιαγχὲς, ζητεῖ τὴν τῶν ἀνθρώπων κόπρον· βοηθεῖ γὰρ αὐτῇ.

Panthera deuorato veneno quod iccirco vocant pardalianches, *quærit hominis ſtercus. Iuuat enim.*

CÆSAR.

PArdalianches aconiti ſpecies ex Dioſcoride: *pantheranginam* potes interpretari.

XCVI. ARISTOTELES.

Διαφθείρει δὲ τοῦτο τὸ φάρμακον καὶ λέοντας. διὸ καὶ οἱ κυνηγοὶ κρεμαννύουσιν ἐν ἀγγείῳ ἔκ τινος δένδρου τὴν κόπρον, ὅπως μὴ ἀποχωρῇ μακρὰν τὸ θηρίον. αὐτοῦ γὰρ προσαλλομένη ἡ πάρδαλις, καὶ ἐλπίζουσα λήψεσθαι, τελευτᾷ.

Interficit eadem herba leones quoque. Icctrco venatores appendunt ſtercus in vaſe de arbore quapiam, ne procul abſcedat fera. Ibi igitur aſcultando ſpe capiundi, perit.

C AE S A R.

THEODORVS confundit verba aliquot: ſed ſenſus manet integer. Et omiſit ἐν ἀγγείῳ, quæ vox, etiam in libro de *Miraculis* quæ acceperat auditu Philoſophus, ponitur: & à Plinio repetitu[m].

Προσαλλομένη. Theodorus *inſiliens*, malè: meliùs *aſſiliens*. Et addidit: *perſeuerans in ſe efferenda*. Mirum verò pantheram carniuoram herbam deuorare: prudentia remedium nôſſe: nocumentum non præuidere.

XCVII. ARISTOTELES.

Λέγουσι δὲ καὶ κατανενοηκέναι τὴν πάρδαλιν ὅτι τῇ ὀσμῇ αὐτῆς χαίρουσι τὰ θηρία, ἀποκρύπτουσαν ἑαυτὴν, θηρεύειν. προσιέναι γὰρ ἐγγύς, καὶ λαμβάνειν οὕτω καὶ τὰς ἐλάφους.

AIunt etiam panthera notum eſſe, eius odore oblectari feras. Ergo abſcondere ſeſe ac venari: accedere enim illas: hanc autem corripere etiam ceruos ad hunc modum.

C Æ S A R.

ALIVM aſtum à dotibus naturæ. Theophraſtus negauit animalia eſſe odorata, & fruſtra cauſſam quærit. Nam odor in genere ineſt animalibus. Quædam enim fœtent mirum in modum, vt in genere felium, qui *cattus fœtidus* dicitur. Item viuerra, foïna, & caſtor. Benè olent panthera, cercopithecorum genus quoddam, *Gazela*. Et inter piſces polypia puſilla. Plinius verò non dicit ſe totam occultare: ſed caput tantùm quod toruum habent.

Προσιέναι γὰρ ἐγγύς: omiſit, τὰ θηρία, ſiue αὐτὰ, ſiue ἐκεῖνα. Theodorus verò aliter contexuit orationem: & omiſit, οὕτω καὶ τὰς ἐλάφους.

XCVIII. ARISTOTELES.

Ὁ δὲ ἰχνεύμων ὁ ἐν Αἰγύπτῳ, ὅταν ἴδῃ τὸν ὄφιν τὴν ἀσπίδα καλουμένην, οὐ πρότερον ἐπιτίθεται, πρὶν συγκαλέσῃ βοηθοὺς ἄλλους· πρὸς δὲ τὰς πληγὰς καὶ τὰ δήγματα πηλῷ καταπλάττουσιν ἑαυτούς. βρέξαντες γὰρ ἐν τῷ ὕδατι πρῶτον, οὕτω καλινδοῦνται ἐν τῇ γῇ.

IN Aegypto ichneumo conſpecta ſerpente aſpide nõ priùs inuadit, quàm conuocatis auxiliarijs alijs. Tum aduerſus ictus atque morſus ſeipſos luto oblinunt. Madefacti enim aqua priùs, mox humi volutantur.

C Æ S A R.

DVo belli commoda: auxilia, & arma quærit ſibi & comparat beſtiola. Nam & ſocios euocat & loricat ſeſe. Theodorus interpretationem ſuam è Plinio ſumpſit benè. Sed non ſatis caſtigatè loquutus videtur ibi: *vt primùm madefaciat corpus, & in terra ſe volutet*. Nam quid poſuit quod ei aduerbio, *primùm*, reſponderet? Nam ad πρῶτον appoſuit Ariſtoteles οὕτω.

XCIX. ARISTOTELES.

Τῶν δὲ κροκοδείλων χασκόντων, οἱ τροχίλοι καθαίρουσιν εἰσπετόμενοι τοὺς ὀδόντας· καὶ αὐτοὶ μὲν, τροφὴν λαμβάνουσιν ὁ δ', ὠφελούμενος αἰσθάνεται, καὶ οὐ βλάπτει, ἀλλ' ὅταν ἐξελθεῖν βούληται, κινεῖ τὸν αὐχένα, ἵνα μὴ συνδάκῃ.

REgulus auis crocodilorum oſcitantium in os inuolat: cuius dentes purgat. Igitur inde ipſe cibum capit: illi voluptatem capiunt, neque nocent. Sed vbi exire vult, collum mouet ne mordeat.

C AE S A R.

KIνεῖ τὸν αὐχένα: neſcio quare. An verò colli quies faciet, vt morſu conterat? Plinius ſomno datum atque hiantem narrat. At hîc videtur regulus etiam occluſo ore manere tutò.

C. ARISTOTELES.

Ἡ δὲ χελώνη, ὅταν ἔχεως φάγῃ, ἐπεσθίει τὴν ὀρίγανον· καὶ τοῦτο ὦπται· ἤδη δὲ κατιδών τις τοῦτο πολλάκις ποιοῦσαν αὐτὴν, καὶ ἑκάστοτε γευσαμένην τῆς ὀριγάνου, πάλιν ἐπὶ τὸν ἔχιν πορευομένην, ἐξέτιλλε τὸ ὀρίγανον· τούτου δὲ συμβάντος, ἀπέθανεν ἡ χελώνη.

Teſtudo cùm viperam deuorârit, mox eſitat cunilam bubulam: atque hoc obſeruatum eſt. Quidam igitur cùm id conſpexiſſet ſæpe hoc eam facere, vt guſtata cunila ad viperam remearet: extirpauit herbam. Quo facto teſtudo interijt.

CAESAR.

Mirum viperam à teſtuſtine deuorari tardiſſima mole atque inepta viuidiſſimam.

Ὀρίγανον, Plinius *cunilam bubulam* vocat. Romæ, atque multis aliis locis thymum falsò *cunilam* dicunt *bubulam*, corrupto vocabulo ſcilicet: *cornabugia*. Sed cunilæ nomen multis herbis etiam diuerſis attributum fuit. De ea ſuo loco dictum eſt.

Ἐπεσθίει, inſuper edit: poſt primum eſum.

CI. ARISTOTELES.

Ἡ δὲ γαλῆ, ὅταν ὄφει μάχηται, ἐπεσθίει τὸ πήγανον. πολεμία γὰρ ἡ ὀσμὴ τοῖς ὄφεσιν.

Muſtela cum ſerpentibus pugnatura edit rutam: infeſtus eius odor ſerpentibus.

CAESAR.

Ὅταν μάχηται: μαχέσασθαι, potiùs. Sic ἐπεσθίει non tàm ſignificat vt ſuprà, ſed potiùs προεσθίει.

CII. ARISTOTELES.

Ὁ δὲ δράκων, ὅταν ὀπωρίζῃ, τὸν ὀπὸν τῆς πικρίδος ἐκροφεῖ. καὶ τοῦθ' ἑώραται ποιῶν.

Draco vbi fructuum eſu grauatur, picridis ſuccum haurit: hoc enim perſpectum fuit.

CÆSAR.

Picris intubi ſpecies amara, Theodorus *lactucam amaram*, vertit ſequutus Plinium, qui ait draconem vernam nauſeam ſilueſtris lactucæ ſucco reſtinguere.

CIII. ARISTOTELES.

Αἱ δὲ κύνες, ὅταν ἑλμινθιῶσιν, ἐσθίουσι τοῦ σίτου τὸ λήϊον.

Canes lumbricis infeſtati tritici ſegetem depaſcuntur.

CÆSAR.

Gramen potiùs carpunt. Mirum: nam tritici vſus vermes creat: ſuccus abigit.

CIV. ARISTOTELES.

Οἱ δὲ πελαργοὶ, καὶ οἱ ἄλλοι τῶν ὀρνίθων, ὅταν ἑλκωθῶσί τι μαχόμενοι, ἐπιτιθέασι τὴν ὀρίγανον.

Ciconiæ atque aues cætera exceptis in pugna vulneribus cunilam bubulam imponunt.

CAESAR.

Vt intus & extra iuuet: μαχόμενοις: pro μαχεσαμένοις. Et nota hîc τὴν ὀρίγανον, & ſuprà τό.

CAPVT NONVM,

Prudentia animalium alia, non ex remedijs.

CV. ARISTOTELES.

Πολλοὶ δὲ καὶ τὴν ἀκρίδα ἑωράκασιν, ὅτι, ὅταν μάχηται τοῖς ὄφεσι, λαμβάνεται τοῦ τραχήλου τοῦ ὄφεως.

MVlti videre locuſtam corripere collo ſerpentes quibuſcum pugnet.

CAESAR.

NVNC alius modi prudentiam narrat quàm à remediis. Aſtutias potiùs dicas: ita locuſta collum arripit hoſtis ne inuicem mordeatur.

Error in noſtro Codice ἀσπίδα: reponendum eſt ἀκρίδα. Sic Plinius in XI. locuſtam apprehendere fauces ſerpentum ait. Theodorus quoque hanc lectionem agnoſcit.

CVI. ARISTOTELES.

Φρονίμως δὲ δοκεῖ καὶ ἡ γαλῆ χειροῦσθαι τοὺς ὄρνιθας. σφάζει γὰρ ὥσπερ οἱ λύκοι τὰ πρόβατα. μάχεται δὲ καὶ τοῖς ὄφεσι μάλιστα τοῖς μυοθήραις, διὰ τὸ καὶ αὐτὴν τοῦτο τὸ ζῶον θηρεύειν.

PRudenter quoque capere auiculas muſtela exiſtimatur: iugulat enim ſicut lupi oues. Pugnat etiam cum ſerpentibus murium venatricibus, proptereà quòd ipſa quoque eos venatur.

CAESAR.

MVSTELÆ prudentiam ponit, quia iugulat aues vt interficiat. Nam & fugit ſanguinem, & parcit dentibus, ne oſſi occurrant. Et ſtatim conficit negotium. Deinde ponit cauſſam inimicitiarum. Suprà meliùs poſuiſſet: tamen pars eſt prudentiæ, collere hoſtem.

Μυοθήραις θηρεύειν, ergo hoſtes. Itaque poſuit διά.

Χειροῦσθαι: tranſlatio ab homine: ita dicimus χειράλωτος. Sic tranſtulit ἀνδρίαν, ad bruta & τεχνικῶς, etiam ad inanima.

CVII. ARISTOTELES.

Περὶ δὲ τὴν τῶν ἐχίνων αἴσθησιν συμβέβηκε πολλαχοῦ τεθεωρῆσθαι, ὅτι μεταβαλλόντων βορέων καὶ νότων, οἱ μὲν ἐν τῇ γῇ, τὰς ὀπὰς αὐτῶν μετακινοῦσιν· οἱ δ' ἐν ταῖς οἰκίαις τρεφόμενοι, μεταβάλλουσι πρὸς τοὺς τοίχους. ὥστ' ἐν Βυζαντίῳ γέ τινά φασι προλέγοντα λαβεῖν δόξαν ἐκ τοῦ κατανενοηκέναι ταῦτα ποιοῦντα τὸν ἐχῖνον.

ERinaceorum quoque ſenſus multis locis ſpectatus fuit. Prout enim aut Aquilo, aut Auſter ſlârit, qui in terra degunt, oſtiola cauorum tranſmouent. Qui in ædibus aluntur parietum obiectum mutant. Vnde Byzantij aiunt quendam cùm erinaceos hæc facere animaduertiſſet, atque prædixiſſet, exiſtimationem accepiſſe.

CAESAR.

ERinacei & prudentiam, & artem ſimul narrat. Nam προνοεῖν, eſt prudentiæ: μηχανᾶσθαι, artis.

Αἴσθησις: intellige præſentationem προαίσθησιν: non autem ſenſum ſolùm: meliùs enim ſic dixiſſet. Sed ſanè ex præuia aëris affectione quam tum ſenticeſcerent, accepit.

Ὀπὰς, *feneſtellas*: alibi diximus ex Vitruuio eſſe in parietibus vbi tigna imponantur.

Μετακινοῦσι: non quod transferant in alium locum. Sed quod obducta altera, alteram aperiant. Vſi ſumus verbo Terentiano.

Μεταβάλλουσι, ſcilicet ſeipſos.

Ἐν Βυζαντίῳ γε. τὸ, γε : quia dixerat πολλαχοῦ. Vnum ſaltem, inquit, locum afferamus ad hiſtoriam.

Δόξαν λαβεῖν. Sic Cicero *exiſtimationem accipere*, id eſt, *conſequi*.

CVIII. ARISTOTELES.

Ἡ δ᾽ ἴκτις, ἐστὶ μὲν τὸ μέγεθος ἡλίκον Μελιταῖον κυνίδιον τῶν μικρῶν· τὴν δὲ δασύτητα καὶ τὴν ὄψιν, καὶ τὸ λευκὸν τὸ ὑποκάτω, καὶ τοῦ ἤθους τὴν κακουργίαν, ὅμοιον γαλῇ. καὶ τιθασὸν γίνεται σφόδρα, τὰ δὲ σμήνη κακουργεῖ· τῷ γὰρ μέλιτι χαίρει. ἔστι δὲ καὶ ὀρνιθοφάγον, ὥσπερ αἱ αἴλουροι. τὸ δ᾽ αἰδοῖον αὐτῆς ἐστὶ μὲν, ὥσπερ εἴρηται, ὀστοῦν· δοκεῖ δ᾽ εἶναι φάρμακον στραγγουρίας τὸ τοῦ ἄρρενος· διδόασι δ᾽ ἐπιξύοντες.

Ictis autem eſt Melitæi catelli magnitudine. Pilo autem & facie & candore ventris, atque etiam morum maleficio muſtelæ ſimilis. Valde verò cicuratur. Aluearia infeſtat, quippe melle oblectatur. Veſcitur auibus quemadmodum feles. Eius veretrum ſicuti diximus oſſeum eſt. Cuius ramenta putauit facere ad vrinæ ſtillicidia.

CAESAR.

De ictide quam ſuprà *viuerram* eſſe diximus, plura. In Vndecimo Plinius *muſtelam ſilueſtrem* interpretatur. Idem in Octauo viuerræ operam aduerſus cuniculos narrat. Ariſtoteles nullam dicit. Mel eis gratum autumat: nos oblatum vidimus reſpuiſſe.

Poſtquam dixit κυνίδιον, addidit etiam τῶν μικρῶν, vt paruitatem nobilem agnoſceret.

Τὸ ὑποκάτω : quod alibi dicit ἐν τοῖς ὑπτίοις.

Ὥσπερ αἱ αἴλουροι : tribus animalibus comparauit. Sed etiam ἡ γαλῆ ὀρνιθοφάγος.

Theodorus dixit, *minorem catello Melitenſi* : malè: & κακουργίαν *aſtutiam*, peſſimè. Multa κακουργία ſunt ſine aſtu: vt hîc cùm dicit τὰ σμήνη κακουργεῖ : quænam aſtutia? Idem κακουργεῖ *officit* : minùs aptè : ſed *infeſtat*. Officere eſt aliquid facere ad impediendum : vt fumus officit apibus. At ictis vaſtat aluearia.

Ἐπιξύοντες, *raſum, radentes*. Theodorus addidit, *ex vino*.

CAPVT DECIMVM,

Animalium ſolertiam in artibus.

CIX. ARISTOTELES.

Ὅλως δὲ περὶ τοὺς βίους πολλὰ ἂν θεωρηθείη μιμήματα τῶν ἄλλων ζώων τῆς ἀνθρωπίνης ζωῆς· καὶ μᾶλλον ἐπὶ τῶν ἐλαττόνων ἢ μειζόνων ἴδοι τις ἂν τὴν τῆς διανοίας ἀκρίβειαν.

Omnino verò ſi quis animantium victum contempletur, ea multis in rebus humanam vitam imitari : cogitationem verò exactiorem in minoribus quàm in magnis videbit.

CAESAR.

Nvnc artium veſtigia humanarum in animantibus perſcrutatur : atque in puſillis clariùs ſpectari. Sanè grandia non egent harum rerum: ſed ſua mole tuta ſunt.

Μιμήματα ſunt poſſeſſiuè τῶν ἄλλων ζώων : & relatiuè, τῆς ζωῆς τῆς ἀνθρωπίνης.

Theodorus peſſimè dixit τὸν βίον : *ratio brutorum* : & ἀκρίβειαν *rationem*, item peſſimè.

CX. ARISTOTELES.

Οἷον πρῶτον ἐπὶ τῶν ὀρνίθων ἡ τῆς χελιδόνος σκηνοπηγία. τῇ γὰρ περὶ τὸν πηλὸν ἀχυρώσει τὴν αὐτὴν ἔχει τάξιν. συγκαταπλέκει γὰρ ταῖς κάρφεσι πηλόν· κἂν ἀπορῇ πηλοῦ, βρέχουσα αὐτὴν, καλινδεῖται τοῖς πτεροῖς πρὸς τὴν κόνιν. ἔτι δὲ στιβάδα ποιεῖται, καθάπερ οἱ ἄνθρωποι, τὰ σκληρὰ πρῶτα ὑποτιθεῖσα, καὶ τῷ μεγέθει σύμμετρον ποιοῦσα πρὸς αὐτήν.

Principio in auium genere tale eſt hirundinum ingenium ad nidum fingendum. Complicat enim lutum feſtucis eodem ordine, quo lutum palea ad parietes ſubigitur. Si luto egeat, madefaciens ſeipſam volutatur alis in puluere. Stragulum quoque conficit hominis more. Primum ſubdens duriora, & quod ſuæ reſpondeat magnitudini.

CAESAR.

INCIPIT à notioribus: quippe ab hirundine quæ συνανθρωπεύει: & oſtendit ſolertiam in fingendo nido.

Πρῶτον: vt ab hirundine auſpicemur.

Σκηνοπηγία: vocabulum militare.

Ἀχυρώσει, vocabulum architectorum. Τάξιν, intelligit *conſtitutionem.*

Στιβάδα, *ſtramentum, ſtragulum.*

Τοῖς πτεροῖς, *alis.* Theodorus malè, *omnibus pennis:* & falſum.

CXI. ARISTOTELES.

Περί τε τὴν τροφὴν τῶν τέκνων ἐκπονεῖται ἀμφότερα. δίδωσι δὲ ἑκατέρῳ διατηροῦσά τινι συνηθείᾳ τὸ προειληφὸς, ὅπως μὴ δὶς λάβῃ.

Ac ſanè alendæ proli tàm mas, quàm fœmina ſtudioſa eſt. Dant enim vtrique, obſeruantes more quodam, eum qui prior ceperit, ne bis accipiat.

CAESAR.

COMMVNE ſtudium ponit primùm, deinde œconomicum.

Ἀμφότερα in neutro: quoniam promiſcui generis eſt.

Δίδωσι διατηροῦσα: meliùs διατηροῦντα διδόασι.

Συνηθείᾳ: minùs rectè. Non enim hoc ex aſſuetudine faciunt, ſed ex inſtinctu. Nam ſtatim prima actione id agunt.

Ἑκατέρῳ malè: plures enim pullos gignunt, nunquam binos quod viderim. Itaque Theodorus *ſingulis* dixit: & addidit, *mira æquitate.*

Δὶς λάβῃ: poſuit δὶς, pro πάλιν.

CXII. ARISTOTELES.

Καὶ τὴν κόπρον τὸ πρῶτον αὐταὶ ἐκβάλλουσιν. ὅταν δὲ αὐξηθῶσι, μεταστρέφοντας ἔξω, διδάσκουσι τοὺς νεοττοὺς προΐεσθαι.

Ac ſtercus primùm ipſæ eijciunt. Vbi autem pulli creuerint, auertentes extrorſum docent deijcere.

CAESAR.

NON ſolùm eijciunt ſtercus pullorum, ſed etiam extra ædes ferunt.

Μεταστρέφοντας ἔξω: extrorſum auerſos: non autem vt Theodorus *foras egerere:* vt ἔξω ſit τοῦ, προΐεσθαι. Sed eſt τοῦ, μεταστρέφοντας. Ita enim auertunt, vt extrema alui extra nidum ſit: non autem circumaguntur, vt idem vult. Sed ſemicircumaguntur. Foras autem aduerbium non aptè dicas hîc: foràs ſemper requirit oſtium, & rem clauſam. Non dicas de pomo quod in caniſtro non eſt, foras exceptum. Prætereà προΐεσθαι, *egerere* dixit: imò ipſæ matres *egerunt* ſi rectè loquare, expectant enim. Pulli autem *deijciunt:* vt verbum Medicorum ſit circa excrementa: & pullorum qui ex alto nido demittunt.

CAPVT

CAPVT VNDECIMVM,

Columborum genera, perdices, paſſeres, fringillæ.

CXIII. ARISTOTELES.

Περί τε τὰς περιστερὰς ἐστιν ἕτερα τοιαύτην ἔχοντα τὴν θεωρίαν. οὔτε γὰρ συνδυάζεσθαι θέλουσι πλείοσιν, οὔτε προαπολείπουσι τὴν κοινωνίαν. πλὴν ἐὰν χῆρος ἢ χήρα γένηται.

Vnt etiam alia quædam talia, quæ in columborum genere contemplemur. Neque enim volunt coniungere pluribus: neque conſortem tori relinquunt, quàm aut viduus, aut vidua ſit.

CÆSAR.

HISTORIA columbarum ſummi generis, ſub quo etiam palumbes & turtures capit. Intermiſcet tamen etiam vitam perdicum, & paſſerum. Et fringilla claudit Caput.

Συνδυάζεσθαι πλείοσι: mira loquutio: quis enim dicat binos cum pluribus? Sed intelligas πλείοσι, diſtributiuè. Ac ſanè συνδυάζεσθαι columba columbo non poteſt: neque enim, ſed vtraque à quodam tertio. Theodorus non benè vertit, *adoleſcere*, & *coire*, minùs benè. Nam συνδυάζονται antequam coëant. Itaque ſubdit poſteà κοινωνίαν.

Χῆρος *cælebs*. Theodorus: at cælebs eſt etiam qui nunquam vxorem duxit. Plinius, *quem niſi cælebs aut vidua, nidum non relinquit.*

CXIV. ARISTOTELES.

Ἔστι δὲ περὶ τὴν ὠδῖνα δεινὴ τοῦ ἄρρενος θεραπεία καὶ συναγανάκτησις· ἐάν τε ἀπομαλακίζηται πρὸς τὴν εἴσοδον τῆς νεοττιᾶς, διά τε τὴν λοχείαν, τύπτει καὶ ἀναγκάζει εἰσιέναι.

Parturiente columba vehemens maris cura eſt inſtigantis. Si enim in aditu nidi languidiùs ob dolorem partus cunctetur, vrget cedendo, atque intrare cogit.

CAESAR.

COMMVNEM naturam ſuprà, nunc priuatam maris, & fœminæ.

Συναγανάκτησις: murmur notat maris indignantis cunctabundam coniugem. Reſpondent ſuperioribus hæc, vbi dicebat, columbam poſſe ouum ſi velit, diutiùs continere.

Δεινὴ θεραπεία: quoniam τύπτει.. Theodorus hîc, *cultu fungitur*, dixit: at nemo vnquam Latinè ſic loquutus eſt.

Ἀπομαλακίζηται *langueat*, vt ſuprà. Plinius, *pigriùs intrante.*

Εἴσοδον. Theodorus, *nidum*, malè.

Τύπτει, *ala*, vt vidimus.

Νεοττιᾶς *nidi*. Varro vocat *columbarium*. Columella, *cellas*.

CXV. ARISTOTELES.

Γενομένων δὲ τῶν νεοττῶν, φροντίζει τῆς ἁρμοττούσης τροφῆς· ἣν διαμασησάμενος, ἐκπτύει τοῖς νεοττοῖς διοιγνὺς τὸ στόμα. προπαρασκευάζων πρὸς τὴν τροφήν.

Pullis natis ſalſugineſam terram ſumptam, atque permanſam eorum os aperiens inſpuit. Sic præparans ad cibum.

CAESAR.

CAESAR.

ALTERA œconomia, eáque non ſine medica prudentia. Nam & terrâm indit, vt aperiat inteſtina: eámque ſalſam, vt abſtergat, atque excitet. Sic enim legimus: γῆς ἁλμυρώσης. Non autem vt erat in noſtro Codice. Τῆς ἁρμοττούσης τροφῆς. Sic legit Plinius, eúmque ſequutus Theodorus. Sed omiſit Plinius διαμασώμενος: & addidit *tempeſtiuitatem*. Nam quid eſſet ἁρμοττούσης, aut quid διαμασώμενος? Non enim triticum aut alios cibos mandunt, ſed integros degluttiunt. Aut quid eſſet πρὸς τὴν τροφήν? Nam dicit τροφῆς. Theodorus minùs eſt ſecutus Plinium: & addidit *potiſſimùm*. Mirum verò vbi terram ſalſam inueniant. Notabis autem verbum φροντίζει: id eſt, *curat vt inueniat*.

CXVI. ARISTOTELES.

Ὅταν δ' ἐκ τῆς νεοττίας ἐξάγειν μέλλῃ, πάντας ὁ ἄῤῥην ὀχεύει.

Cum è nido prodituri ſunt, omnes mas init.

CAESAR.

HActenus boni patrisfamilias officijs functus eſt: nunc iam omnia contaminauit.

CXVII. ARISTOTELES.

Ὡς μὲν οὖν ἐπιτοπολὺ, τοῦτον τὸν τρόπον στέργουσιν ἀλλήλας. παροχεύονται δέ ποτε καὶ τῶν τοὺς ἄῤῥενας ἐχουσῶν τινές.

Sic igitur mutuo maxima ex parte inter ſe amore degunt. Verùm enimuerò, etiam aliquæ præterquam à maritis ſubagitatæ ſunt.

CAESAR.

QVONIAM dixerat ſuprà niſi viduam maritum non amittere: iccirco hîc moderatur eam hiſtoriam: quapropter addidit ἐπιτοπολύ.

Παροχεύονται δέ ποτε. Omnia ſignificat τὸ παρὰ: prætergreſſionem: vt παραπρέσβεια. Τὸ, δὲ, pro μέντοι, aduerſatiua eſt. Τὸ, ποτὲ, moderatur τὸ ἐπιτοπολύ.

Ἄῤῥενας ἐχουσῶν: *maritatæ* Theodorus, rectè.

CXVIII. ARISTOTELES.

Ἔστι δὲ μάχιμον τὸ ζῶον, καὶ ἐνοχλοῦσιν ἀλλήλας, καὶ εἰς τὰς νεοττίας παραδύονται τὰς ἀλλήλων· ὀλιγάκις μέντοι καὶ γὰρ ἂν ἄποθεν ἧττον ᾖ, ἀλλὰ παρά γε τὴν νεοττίαν διαμάχονται ἐσχάτως.

Est autem pugnax animal hoc, interturbántque ſeſe mutuò. Quinetiam nidos alienos ingrediuntur. Sed rarò hoc. Nam etſi remotioribus locis minùs, ad ipſum tamen nidum vltimis conatibus dimicant.

CAESAR.

MORES nunc militiæ. Primùm dicit natura pugnax. Deinde effectum à natura, ἐνοχλοῦσι. Tertiò modum triplici hiſtoria. In nido, ad nidum, procul à nido, rarò in nidum ſubire, rariùs longiùs pugnare: conſtantiſſimè ad nidum. Auicenna ita legit τὸ ἄποθεν: ſi nidi diſtantes ſint, rarò pugnare, ſi propinqui, multùm.

Ἐνοχλοῦσι, Theodorus, *infeſtat*: nos verbo Comico Græcum expreſſimus.

Καὶ γὰρ ἂν ἄποθεν ἧττον ᾖ. Τὸ ἂν, eſt ſubiunctiuũ, *tametſi*.

Ἐσχάτως Theodorus optimè, *ſummo certamine*. Παρά γε. Τὸ, γε, eſt tamen & παρὰ. Idem Theodorus, *apud*, rectè. Nos, *ad*, vt Liuius *ad Capuam ſedere exercitum. Ad Leccam cœnare.*

CXIX. ARISTOTELES.

Ἴδιον δὲ τῶν περιστερῶν δοκεῖ συμβεβηκέναι, καὶ τῆς φαττῆς καὶ τρυγόνι, τὸ μὴ ἀνακύπτειν πινούσας, ἐὰν μὴ ἱκανὸν πίωσι.

PRoprium columbi videtur eſſe & palumbis & turturis, in potu collum non reſupinare, niſi cùm ſatis biberint.

CAESAR.

CAESAR.

TRACTV eas bibere, alibi dictum eſt. Accepit περιστερὰν pro genere hîc, ad turriliam, plumipedem, & rupiliam. Plinius omnia vnico verbo complectitur in Decimo: *proprium*, inquit, *eius generis*.

Ἀνακύπτειν: *recuruare: reclinare.*

Συμβεβηκέναι: quoniam actio eſt τὸ ἀνακύπτειν.

CXX. ARISTOTELES.

Ἔχει δὲ τὸν ἄρρενα ἡ τρυγὼν τὸν αὐτὸν καὶ φάττα, καὶ ἄλλον οὐ προσίενται, καὶ ἐπῳάζουσιν ἀμφότεροι καὶ ὁ ἄρρην καὶ ἡ θήλεια. διαγνῶναι δ᾽ οὐ ῥᾴδιον τὴν θήλειαν καὶ τὸν ἄρρενα, ἀλλ᾽ ἢ τοῖς ἐντός.

Tvrtur quoque, & palumba habet ſuum quæque marem eundem, neque alium admittit: incubántque tàm mas quàm fœmina. Quibus tamen ſignis differant non eſt facilè dignoſcere, niſi ex interioribus membris.

CAESAR.

ACCEPTAM particulam ſuperioris hiſtoriæ communicat cum turture, & palumba coniugij fidem: & commune officium incubandi tàm maris, quàm fœminæ, & ſimilitudinem faciei. Caue ambiguitatem. Ἔχει ἡ τρυγὼν καὶ ἡ φάττα τὸν ἄρρενα τὸν αὐτόν. Ne intelligas communem vtrique marem eundem eſſe. Itaque nos diſtinximus orationem addito pronomine. Quod autem vera ſit hiſtoria nos adeò ſcimus. Nam turtures cùm aleremus coniugijs ſeparatim iunctis, altera binarum obijt. Ei aliam ſuccenturiauimus, quæ ab illa eſt interempta.

CXXI. ARISTOTELES.

Ζῶσι δ᾽ αἱ φάτται πολὺν χρόνον. καὶ γὰρ εἴκοσιν ἔτη καὶ πέντε, καὶ τριάκοντα ὠμμέναι εἰσίν· ἔνιαι δὲ καὶ τετταράκοντα ἔτη. πρεσβυτέρων δὲ γινομένων αὐτῶν, οἱ ὄνυχες αὐξάνονται· ἀλλ᾽ ἀποτέμνουσιν οἱ τρέφοντες. ἄλλο δ᾽ οὐδὲν βλάπτονται ἐπιδήλως γηράσκουσαι.

Viuere palumbas diu, ad quinque & viginti, vel triginta annos obſeruatum eſt. Aliquas etiã quadraginta. In ſenecta vngues augentur, qui ab ijs, qui eas alunt reciduntur. Eis nihil præterea incommodi manifeſti à ſenecta affertur.

CÆSAR.

NOn ſuo loco agit de vita hîc. Sed ſuprà in ἐφημερίας hiſtoria poneretur. Hiſtoria per ſe plana.

CXXII. ARISTOTELES.

Καὶ αἱ τρυγόνες δὲ καὶ αἱ περιστεραὶ ζῶσι καὶ ὀκτὼ ἔτη, αἱ τετυφλωμέναι ὑπὸ τῶν παλευτρίας τρεφόντων αὐτάς.

Tvrtures quoque & columbæ octo viuunt annos. Quæ excæcatæ ſunt ab ijs qui in aucupij pellaciam eas alunt.

CAESAR.

PONIT modum quo deprehenſa ſint ætatis ſpatia. Nam domi alunt aucupes excæcatas, quas inter retia collocant, vt peregrinas alliciant, vel conſpectu, vel voce. Aquitani *appellatrices* vocant. Philoſophus παλευτρίας: nomen meretricularum. Id ponitur ab Athenæo in XIII. ex Cratino: τὰς φειδωλὰς κερμάτων παλευτρίας. Παλεύειν, ſignificat *monere*.

CXXIII. ARISTOTELES.

Ζῶσι δὲ καὶ οἱ πέρδικες περὶ πεντεκαίδεκα ἔτη.

Viuunt etiam perdices ad annos quindecim.

CAESAR.

CAESAR.

ET argumentum extra propoſitum, & ſpecies extra propoſitas, perdix.

CXXIV. ARISTOTELES.

Νεοττεύουσι δὲ καὶ αἱ φάβες καὶ αἱ τρυγόνες ἐν τοῖς αὐτοῖς τόποις ἀεί.

Nidulantur tàm palumbæ, quàm turtures iiſdem in locis ſemper.

CÆSAR.

REdit ad columborum genus & ad mores ἐν τοῖς αὐτοῖς τόποις ἀεί: propterea quòd ſuprà dixit excluſa & educata ſobole ad nos aduenire. Incluſi ornithone turtures nobis peperere aliquando.

CXXV. ARISTOTELES.

Πολυχρονιώτερα δ' ὅλως μέν ἐστι τὰ ἄρρενα τῶν θηλειῶν· ἐπὶ δὲ τούτων τελευτᾶν φασί τινες πρότερον τὰ ἄρρενα τῶν θηλειῶν, τεκμαιρόμενοι ἐκ τῶν κατ' οἰκίαν τρεφομένων παλευτριῶν.

Longæuiores quidem, vt ſummatim dicamus, ſunt mares fœminis. Verùm hoc in genere mares aiunt obire priùs, ſumpto indicio ex iis quæ aluntur domi, quas diximus pellaces.

CAESAR.

HOc quoque ſuperioribus libris ſuo loco debuit dicere. Quas verò nos *pellaces* dicimus & Philoſophus παλευτρίας, etiam *illices* ex Plauto potes dicere.

Πολυχρονιώτερα Theodorus, *diuturniores:* peſſimè. Nemo nomen hoc ad ætatem adiecit, etſi aduerbium conueniat.

CXXVI. ARISTOTELES.

ΛΕγουσι δέ τινες καὶ τῶν στρουθίων ἐνιαυτὸν μόνον ζῆν τοὺς ἄρρενας· ποιούμενοι σημεῖον, ὅτι τοῦ ἔαρος οὐ φαίνονται ἔχοντες εὐθὺς τὰ περὶ τὸν πώγωνα μέλανα, ὕστερον δ' ἴσχουσιν· ὡς οὐδενὸς σωζομένου τῶν προτέρων. τὰς δὲ θηλείας μακροβιωτέρας εἶναι τῶν στρουθίων. ταύτας γὰρ ἁλίσκεσθαι ἐν τοῖς νέοις, καὶ διαδήλας εἶναι τῷ ἔχειν τὰ περὶ τὰ χείλη σκληρά.

De paſſeribus quoque aiunt quidam, annum ſolùm mares viuere. Coniecturam inde faciunt quod vere ſtatim cùm apparent, non videntur habere maculam in collo nigram, quam procedente tempore poſteà habent. Itaque priorum nullum extare. Diutiùs fœminas viuere: quippe quæ inter iuuenculos capiantur: dignoſcantúrque ex eo, quòd labiorum partes habeant duriores.

CAESAR.

ETIAM paſſeres recenſet extra propoſitum. Et ſanè cùm pauci paſſeres capiantur, quod & negligantur à gulonibus, & verſutiſſimi ſint, multi prætereà gignantur, quare tam pauci viſuntur? Contrà, eorum cadauera nuſquam extant. Ponit duo ſigna vetulorum: in mare maculam: in fœmina corium ad roſtrum durius. Iuuenculos & ca carere macula, & illud corium mollius habere. Argumentum tamen à macula non ſatis eſt: mutare enim poſſunt. Prætereà pueri aluimus paſſeres multos, qui diu vixere.

Περὶ τὸν πώγωνα. Ludit Philoſophus cùm *barbam* appellauit.

Μακροβιωτέρας. Theodorus *viuaciores:* at neuter viuax: exuperantiam enim ſignat vocis flexus, vt *pugnax*, *bibax*.

Νέοις. Theodorus *nouellis*, malè: nunquam enim Latinè dicam *nouellum hœdum*, ſed *vitem*.

Τὰ χείλη: at labia non habent, licenter nimis. Theodorus *callum* nominauit minùs aptè.

CXXVII. ARISTOTELES.

Διάγουσι δ' αἱ μὲν τρυγόνες τὸ θέρος ἐν τοῖς χειμερίοις, τὸ δὲ χειμῶνα ἐν τοῖς ἀλεεινοῖς.

DEgunt æſtate turtures locis frigidis: hyeme tepidis.

CAESAR.

HOc quoque præter propoſitum. Sed ad εὐημερίαν pertinet.

CXXVIII. ARISTOTELES.

Αἱ δὲ σπίζαι, τὸ μὲν θέρους ἐν τοῖς ἀλεεινοῖς, τὸ δὲ χειμῶνα ἐν τοῖς ψυχροῖς.

FRingillæ æſtate calidis, hyeme gelidis.

CÆSAR.

HYeme tamen ad nos veniunt: æſtate non comparent: fortaſſe tranſuolant ad calidiora.

CAPVT DVODECIMVM,

De auibus quæ humili volatu contentæ ſunt.

CXXIX. ARISTOTELES.

Οἱ δὲ βαρεῖς τῶν ὀρνίθων, οὐ ποιοῦνται νεοττιάς (οὐ συμφέρει γὰρ, μὴ πτητικοῖς οὖσιν) οἷον ὄρτυγες καὶ πέρδικες, καὶ τἆλλα τὰ τοιαῦτα τῶν ὀρνίθων· ἀλλ' ὅταν ποιήσωνται ἐν τῷ λείῳ κονίστραν, (ἐν ἄλλῳ γὰρ τόπῳ οὐδενὶ τίκτει) ἐπηλυγασάμενοι ἄκανθάν τινα καὶ ὕλην, τὸ περὶ τοὺς ἱέρακας ἕνεκα καὶ τοὺς αὐτοὺς ἀλιαίετους, ἐνταῦθα τίκτουσι, καὶ ἐπῳάζουσιν. ἔπειτα ἐκλέψαντες εὐθὺς, ἐξάγουσι τοὺς νεοττοὺς, διὰ τὸ μὴ δύνασθαι τῇ πτήσει πορίζειν αὐτοῖς τροφήν. ἀναπαύονται δ', ὑφ' ἑαυτοὺς ἀγόμενοι τοὺς νεοττοὺς, καὶ οἱ ὄρτυγες καὶ οἱ πέρδικες, ὥσπερ αἱ ἀλεκτορίδες, καὶ οὐκ ἐν τῷ αὐτῷ τίκτουσι καὶ ἐπῳάζουσιν, ἵνα μή τις κατανοήσῃ τὸν τόπον, πλείω χρόνον προσεδρευόντων.

GRauiores aues non faciunt nidum. Neque enim prodeſt, cùm minùs volatiles ſint: quales ſunt coturnices, perdices, atque eiuſmodi alia. Sed vbi in loco glabro puluerem excitârint, nuſquam alibi pariunt. Sed concepto loco ſpina quapiam aut alia materia quæ ſit aduerſus accipitrem & aquilas pro munimento, ibi ponunt oua, & fouent. Excluſos protinus educant pullos. Quippe volando cùm nequeant illis parare victum. Requieſcunt verò collectis ſub ſe pullis tùm coturnix, tùm perdix, gallinarum more. Non eodem loco & pariunt, & incubant: ne diutiùs ſedentibus ipſis locus ille à quopiam deprehendatur.

CAESAR.

NVnc ſecat hiſtoriam, & tranſmittit ad aues quas appellat βαρεῖς: non corpore graues, ſed volatu. Eas eſſe ait coturnices & perdices: negat nidum conſtruere. Addit rationem: ponit modum nidi qualis qualis. Addit deinde mores alios.

Μὴ πτητικοῖς: exponit quas intelligat βαρεῖς. Nam ardeola eſt ex grandibus non ex grauibus. Ita anas: volat enim & altè, & contento curſu. Verùm pſittacus parum valet volatu, & tamen nidum faberrimè ædificat. Alauda volaciſſima eſt: & tamen nidum eodem, quo coturnix more, facit.

Τἆλλα τὰ τοιαῦτα, vt attagen, & ſitta ἐν τῷ λείῳ. Theodorus *in aprico*: meliùs *puro loco, & aperto & glabro.*

Κονίστρα. Theodorus, *area*. Athenæus in Nono, hoc quoque verbo vtitur. Sed ſuprà dixit Philoſophus, aues κονιστικὰς quæ ſe puluerent. Ita κονίστρα eſt locus vbi ſe puluerant. Suidas, κονίστρα, παλαίστρα, ἢ κυλίστρα.

SSSſ

Ἐπηλυγασάμενοι: alibi quoque vſus hoc verbo eſt.

Περὶ τὰς ἱέρακας. Τὸ περὶ, pro eo quod eſt πρός.

Εὐθὺ ἐξάγουσι, meliùs ἀπάγουσι. Nanque nidum non habent. Εὐθὺ *protinus* ſignificat, & *longiùs*, & *ſtatim*. Nam τὸ εὐθὺ eſt τὸ βραχύ.

Οὐκ ἐν τῷ αὐτῷ τίκτουσι, καὶ ἐπῳάζουσι. Mirum igitur quomodo oua transferant, niſi vnguibus apprehenſa. Mirum igitur: ſuprà enim dixit ἐνταῦθα τίκτουσι καὶ ἀπῳάζουσι. Contraria enim ſunt ἐνταῦθα, &, οὐκ ἐν τῷ αὐτῷ.

Προσεδρευόντων: meliùs ἐνεδρευόντων.

CXXX. ARISTOTELES.

Ὅταν δέ τις θηρεύων περιπέσῃ τῇ νεοττιᾷ, προκυλινδεῖται ἡ πέρδιξ τοῦ θηρεύοντος, ὡς ἐπίληπτος οὖσα, καὶ ἐπισπᾶται, ὡς ληψόμενον, ἐφ' ἑαυτήν, ἕως ἂν διαδράσῃ τῶν νεοττῶν ἕκαστος. μετὰ δὲ ταῦτα ἀναπτᾶσα αὐτὴ, ἀνακαλεῖται πάλιν.

SI venator in nidum inciderit, ante pedes venatoris perdix volutatur, quaſi iam in eo ſit, vt capiatur. Et abſtrahit ipſum capturientem ad ſeipſam, vſque dum aufugerint pulli ſinguli. Tum illa ſeſe reuolans reuocat eos rurſum.

CÆSAR.

MVLTVM aſtum in amore filiorum oſtendit perdicis Philoſophus iucundiſſima oratione.

Περιπεσὼν: quoniam Caſu & Forte duobus tanquam dijs vtuntur venatores. Dixit περὶ: *vndecunque*.

Ἐπίληπτος *captibilis*. Τὸ ἐπὶ, in eodem tempore.

Ἐπισπᾶται, notauit affectum venatoris qui trahatur volens. Theodorus mitiùs, *allicit*.

Ἀναπτᾶσα, *reuolans*: quoniam acceſſerat propiùs tanquam capienda.

CXXXI. ARISTOTELES.

Τίκτει μὲν οὖν ᾠὰ ἡ πέρδιξ, οὐκ ἐλάττω ἢ δέκα, πολλάκις δ' ἑκκαίδεκα.

PArit non perdix non minùs decem: ſæpe ſexdecim.

CAESAR.

SExdecim nos matrem ſequentes volantem numerauimus nos.

CXXXII. ARISTOTELES.

Ὥσπερ δ' εἴρηται, κακόηθες τὸ ὄρνεόν ἐστι καὶ πανοῦργον.

QVemadmodum diximus non fatua eſt, ſed vaſra hac auis.

CAESAR.

FRuſtra repetit. Κακόηθες opponit τῷ εὐήθει, quod eſt fatuum. Theodorus *malitioſa*, optimè. Omittit Philoſophus & id, tanta animi eſſe contumacia vt fleat capta ab aquila: & captiua intra horam deteriore carne ſit.

CXXXIII. ARISTOTELES.

Τοῦ δ' ἔαρος ἐκ τῆς ἀγέλης ἐκκρίνονται δι' ᾠδῆς καὶ μάχης κατὰ ζεύγη μετὰ θηλείας, ἣν ἂν λάβῃ ἕκαστος.

MAres vere per paria iugati cum fœmina, quam ſibi quiſque comparârit, ſegregantur à comitatu cantillantes, & pugnantes.

CAESAR.

KAκόηθες declarat. Non enim bonis moribus eſt qui gregem ſeceſſionibus diſſipat vaſtátque bello.

Vere,

Vere. Quia vere calor redit oſſibus, vt ait Poëta.
Ζεύγη: vt gladiatorum. Nos expreſſimus per, *iugati*: nam coniuges ſunt.
Λάβῃ verbum impuriorum & κακόηθες.
Μετὰ θηλείας: quia eſt belli cauſſa.
Δι' ᾠδῆς καὶ μάχης cantillant enim in pugna: μετὰ ᾠδῆς alius dixiſſet.

CXXXIV. ARISTOTELES.

Διὰ δὲ τὸ εἶναι ἀφροδισιαστικοὶ οἱ πέρδικες, ὅπως μὴ ἐπωάζῃ ἡ θήλεια, οἱ ἄρρενες τὰ ᾠὰ διακυλινδοῦσι καὶ συντρίβουσιν, ἐὰν εὕρωσιν. ἡ δὲ θήλεια, ἀντιμηχανωμένη, ἀποδιδράσκουσα τίκτει· καὶ πολλάκις, διὰ τὸ ὀργᾶν τίκτειν, ὅπου ἂν τύχῃ, ἐκβάλλει, ἐὰν μὴ παρῇ ὁ ἄρρην· καὶ ὅπως σώζηται ἀθρόα, οὐκ ἔρχεται πρὸς αὐτά.

Propterea verò quòd in venerē propenſiores ſunt perdices, ne fœmina incubet, mares oua prouoluta conterūt, ſi repererint. Aduerſus quam impreſſionem arte vtitur fœmella: aufugit enim & parit. Sæpè etiam numero vrgente partu, vbi ſit locorum eijcit, ſi mas non adſit. Atque vt omnia ſeruentur, non accedit ad ipſa.

CAESAR.

ALIA aſtutia maris, vt fœmina venerem admittat, in frangendis ouis. Contrà aſtus alius fœminæ abſente mare parere. Hactenus rectè. Verùm poſt hæc, diuerſæ ſunt Theodori lectio, & noſtra. Nam ipſe dicit, vrgente partu etiam ſi mas adſit, edere oua: quod ſane cohæret cum ſuperioribus. Nam vbi ei vacat fugere, abit, ac parit. Vbi non vacat, parit etiam præſente hoſte. Sed verba ſequuntur huic ſententiæ inutilia: ea ſunt. Καὶ ὅπως σώζηται ἀθρόα, οὐκ ἔρχεται πρὸς αὐτά. *Et tunc vt ea ſeruentur vniuerſa, ad ea non accedit.* Quo pacto ad ea non accedat, quibus iam præſens eſt, & ipſa, & etiam mas? Quomodo ſi non adeat ad ea, ſeruantur? Nam mas confringet. Itaque Theodorus contrario modo legit. Οὐκ ἀπέρχεται ἀπ' αὐτῶν: quaſi mas vereatur fœminam præſentem, vindicantémque ab iniuria oua. Sed ſi ſic eſſet, non aufugeret fœmina vt pareret, freta ſua præſentia atque præſidio. Quare nos ita legimus. Ἐὰν μὴ παρῇ ὁ ἄρρην: modò mas non adſit, non curat quo loco deponat oua. Ita illum metum cuiuis periculo alij anteponit, ibíque poſitis occurrit mari, atque abſtrahit. Id quod etiam venatori faciebat: neque accedit ad oua niſi capta occaſione decipiendi ac relinquendi maris. Itaque hæc lectio, etiam aſtum hunc plus habet, quàm illa altera. Vtram voles cape. Noſtra vt mihi videtur non aſpernenda.

CXXXV. ARISTOTELES.

Καὶ ἐὰν ὑπ' ἀνθρώπου ὀφθῇ, ὥσπερ περὶ τοὺς νεοττοὺς, οὕτω καὶ ἀπὸ τῶν ᾠῶν ἑαυτὴν ἀπάγει, πρὸ ποδῶν φαινομένη τοῦ ἀνθρώπου, ἕως ἂν ἀπαγάγῃ.

Etiam ſi ab homine conſpecta ſit, quemadmodū à pullis, ita ab ouis ſeſe aufert: ante pedes oſtentans ſeſe ab ouis eum vt abducat.

CAESAR.

COHÆRET cum lectione noſtra: perdicem non adire ad oua ſua metu maris, cui præſenti blandiatur, vt retineat ſecum, neque oua inueniat. Sic & hominem abducit, vt ſuprà dicebat ὡς ληψόμενον αὐτήν.

Ἀπάγει. Theodorus addidit ἑαυτὴν, non malè: quia ἑαυτὴν ἀπάγει, ὅπως ἄνθρωπον ἀπαγάγῃ rectè ſanè: nam in Codice non eſt.

Φαινομένη, *labans* Theodorus: nos *oſtentans*: & ἀπαγάγῃ *dimoueant* idem. At non dimouemus ambulantem, ſed abducimus.

CXXXVI. ARISTOTELES.

Ὅταν δ' ἀποδρᾶσα ἐπωάζῃ, οἱ ἄρρενες κεκράγασι, καὶ μάχονται συνιόντες· καλοῦσι δὲ τούτους

Poſt fugam fœminis incubantibus mares vociferantur, & congredientes pugnant. Vocant eos

χήρους. ὁ δ' ἡττηθεὶς μαχόμενος, ἀκολουθεῖ τῷ νικήσαντι, ὑπὸ τούτου ὀχευόμενος μόνου· ἐὰν δὲ κρατηθῇ τις ὑπὸ τοῦ δευτέρου ἢ ὁποιουοῦν, οὗτος λάθρα ὀχεύεται ὑπὸ τοῦ κρατιστεύοντος. γίνεται δὲ τοῦτο οὐκ ἀεί, ἀλλὰ καθ' ὥραν τινὰ τοῦ ἔτους.

tum cœlibes. *Victus in pugna victorem ſequitur: à quo etiam ſolo initur. Quod ſi quis ab illo altero, aut quouis alio ſuperetur, is clam ſubigitur à ſuperatore. Fit hoc non ſemper, ſed certo anni tempore.*

CAESAR.

NVNC monſtra narrat. Κεκράγασι, *vociferantur.* Theodorus addit, *tumultuant*: ſaltem dixiſſet *tumultuantur.*

Ἢ ὁποιουοῦν: aut à ſecundo illo victo, aut ab altero comite illius primi victoris. Iccirco dixit, victum primum à victore primo ſolo pati. Μόνου: & λάθρα alium poſteà victum à victo, non autem publicè. Theodorus non δευτέρου, ſed ἑταίρου legit.

In Codice Theodori ita legitur: *clam à principe ſubigitur.* Imò clam principe ſubigitur à ſecundo victore.

Χήρους *cælibes.* Sic à Plinio vocantur. Vt ſuprà de columbis diximus.

CXXXVII. ARISTOTELES.

Καὶ ἐπὶ τῶν ὀρτύγων ὡσαύτως. ἐνίοτε δὲ συμβαίνει τοῦτο καὶ ἐπὶ τῶν ἀλεκτρυόνων. ἐν μὲν γὰρ τοῖς ἱεροῖς, ὅπου ἄνευ θηλειῶν ἀνάκεινται, τὸν ἀνατιθέμενον πάντες εὐλόγως ὀχεύουσι.

IDem euenit etiam coturnicibus. Interdum etiam gallis. Nam in templis vbi ſine gallinis dicati degunt, vt quiſque donatus fuerit, eum omnes ſanè ſubigunt.

CAESAR.

ETIAM in pugna publicè vidimus victori fœdo victum obtemperâſſe.

Τὸν ἀνατιθέμενον, repoſitum inter donaria. Ἀνάθημα. Theodorus, *munerarÿ dicatique*: peſſimè. Neque enim munus eſt hominis Deo, ſed donum.

Εὐλόγως: aduerbium non conueniens: quæ enim ratio hæc aut à lege, aut à fine bono naturæ. Theodorus *non temerè*: nimis Græcè. Sic verbo ἀνάκεινται abuſus videtur Philoſophus. Inanima dona dijs dicata in templis ἀνάκεινται: at Galli viuentes non item.

CXXXVIII. ARISTOTELES.

Καὶ τῶν περδίκων δ' οἱ τιθασοὶ τοὺς ἀγρίους πέρδικας ὀχεύουσι, καὶ ἐπικορίζουσι καὶ ὑβρίζουσιν.

Cicures quoque perdices feros ſubagitant, & pulſant, & contumelia afficiunt.

CAESAR.

CICVR peregrinum, quaſi fretus notis munitionibus ædium. Cum tamen feri fortiores eſſe debeant. Tria verba poſuit non ſine vehementia. Primũ ὀχεύουσι. Nam quos ſubigunt immeritò poſteà malè tractant. Alterum ἐπικορίζουσι: *ſpernunt*, Theodorus, malè: ſpernimus enim, quod nolumus attingere. At ἐπικορίζειν eſt verbum ab eo quod ſit ἐπὶ κόρης. Cùm colaphum incutiebant. Tertium ὑβρίζουσιν: per inſolentiam, vnde nata vox: *ebrius.* Sic ebrios Demoſthenes ſibi inſultâſſe Cononem & filias, ait.

CXXXIX. ARISTOTELES.

Ἐπὶ δὲ τὸν θηρευτὴν πέρδικα ἀΐττει τῶν ἀγρίων ὁ ἡγεμών, ἀντιπάτας ὡς μαχούμενος. τούτου δ' ἁλόντος ἐν ταῖς πηκταῖς, πάλιν προσέρχεται ἄλλος, ἀντιάσας τὸν αὐτὸν τρόπον. ἐὰν μὲν οὖν ἄρρην ᾖ ὁ θηρεύων, τοῦτο ποιοῦσιν· ἐὰν δὲ θήλεια ἡ θηρεύουσα ᾖ, καὶ ᾄδουσα, ἀντιάσῃ δ' ὁ ἡγεμὼν αὐτῇ, οἱ ἄλλοι

IN venatorem quoque perdicem impetum facit agreſtium dux contrà congrediens vt pugnaturus. Eo verò capto viminea cauea, denuo alter contrà procedit eodem modo. Si igitur mas ſit, quo venantur, hoc faciunt. Quod ſi fœmina fuerit venatrix & cantet, occurreritq́; dux ei, cætera turba conglobati,

ἀθροισθέντες

ἀθεωδέντες τύπλουσι τοῦτον, καὶ ἀποδιώκουσιν ἀπὸ τῆς θηλείας, ὅτι ἐκείνῃ, ἀλλ' οὐκ αὐτοῖς προσέρχεται. ὁ δὲ, πολλάκις διὰ ταῦτα σιωπῇ προσέρχεται, ὅπως μὴ ἄλλος τῆς φωνῆς ἀκούσας, ἔλθῃ μαχούμενος αὐτῷ. ἔνιοι δέ φασιν οἱ ἔμπειροι τὸν ἄρρενα προσιόντα, τὴν θήλειαν καταστηλάζειν, ὅπως μὴ ἀκουσάντων τῶν ἀρρένων, ἀναγκασθῇ διαμάχεσθαι πρὸς αὐτούς.

pulſant illum, atque à fœmina fugatum perſequuntur, propterea quòd ad illam non ad ſe accedat. Ille verò hanc ob cauſſam ſilentio progreditur, ne quis exaudita voce prodeat ſecum pugnaturus. Vſuperiti ferunt accedentem marem interdum efficere, vt fœmina ſileat, ne audientibus maribus, cogatur cum ipſis dimicare.

CÆSAR.

INTER feras poſuit pugnam propter fœminas: deinde inter marem & fœminam, propter oua, naturam diſcordem. Tum inter cicures & feros. Nunc inter gregem ob cicurem ex zelotypia.

Ὠθεῖται ſeipſum impellit.

Ὡς μαχούμενος in præſenti tempore, tanquam iamiam pugnet, animi præſentiam notat.

Ἐν τῇ πηκταῖς. Theodorus, *compage: caueam vimineam* dicas.

Τύπλουσι. Theodorus addidit, *inuadunt*: &, *inuidentes*. At ἀποδιώκουσι· *fugant*, rectè: *arcent, perſequuntur*.

Καταστηλάζειν, actiuè: *imponere ſilentium*.

CXL. ARISTOTELES.

Οὐ μόνον δὲ ὁ πέρδιξ ᾄδει, ἀλλὰ καὶ τριγμὸν ἀφίησι, καὶ ἄλλας φωνάς.

NOn ſolùm autem cantat perdix: ſed etiam emittit tum eam vocem quam vocant trigmum, *tum alias.*

CAESAR.

ID quoque ad mores pertinet. Nam in pugna & in venere, & in otio, alia atque alia vtitur voce. Malui vero *trigmum* dicere τριγμὸν, quàm *ſtriderem*, vt Theodorus. Alias voces quidem edit. Nam dicitur κακκαβάζειν, καὶ τιττυβίζειν.

CXLI. ARISTOTELES.

Πολλάκις δὲ καὶ ἡ θήλεια ἐπωάζουσα ἀνίσταται, ὅταν τῇ θηρευούσῃ θηλείᾳ αἴσθηται προσιόντα τὸν ἄρρενα, καὶ ἀντιάσασα ὑπομένει, ἵνα ὀχευθῇ, καὶ ἀποσπάσῃ ἀπὸ τῆς θηρευούσης.

SAepè etiam fœmina incubans, vbi marem ad venatricem fœminam accedere perceperit, ſurgit, & occurrens ſubſiſtit, vt ineatur, abſtrahátque illum à venatrice.

CÆSAR.

MAgnam obtrectationem narrat: & fœminæ incontinentis zelotypiam.

Ἀποσπάσῃ: *abſtrahat*. Sic Terentius, *vt me miſerum à Glycerio abſtrahat*.

Προσίοντα. Theodorus, *fœmina venatrici attendere*: minùs Latinè, pro, *ire*. Et conſtructio non bona: *me attendite*, dicit Cicero, & Salluſtius, & Terentius.

CXLII. ARISTOTELES.

Οὕτω δὲ σφόδρα καὶ οἱ πέρδικες καὶ οἱ ὄρτυγες ἐπτόηνται περὶ τὴν ὀχείαν, ὥστ' εἰς τοὺς θηρεύοντας ἐμπίπτουσι, καὶ πολλάκις καθίζάνουσιν ἐπὶ τὰς κεφαλάς.

COëundi cupiditate eò clementiæ veniunt & coturnices & perdices, vt in venatores incidant, atque etiam capitibus inſedant.

CAESAR.

EFerueſcentia ſpirituum occupat cerebrum, atque ſtuporem affert. Πτόησις hoc ſignificat: mente capi, & moueri. Theodorus nimis leuiter, *copia libidinis gaudent*.

CAPVT DECIMVM-TERTIVM,

De ijs, quæ in arboribus non ſidunt: & de pico martio, atque eius generibus.

CXLIII. ARISTOTELES.

Περὶ μὲν οὖν τὴν ὀχείαν καὶ θήραν τῶν περδίκων, τοιαῦτα συμβαίνει, καὶ περὶ τὴν ἄλλην τοῦ ἤθους πανουργίαν.

IN perdicum & coitu & venatione, hæc ita vſu veniunt, atque etiam in aliam morum aſtutiam.

CAESAR.

QVÆDAM aues non alibi quàm in arboribus ſidunt, vt picus: quædam nunquam in arboribus: quædam ἀδένδρεα. Itaque etiam de nidis dicendum. Iam dixit quæ in arboribus non nidulantur, & quare. Nunc dicet de ijs quæ ne inſidunt quidem. Tranſiturus igitur in aliud Caput, colligit περὶ μὲν οὖν.

Ἄλλην: quoniam etiam in coitu eſt πανουργία. Cum metuit ne venatrix perdix maritum abſtrahat, ſurgit ab incubatu. Theodorus verò omiſit, ἄλλην: & θήραν malè.

CXLIV. ARISTOTELES.

Νεοττεύουσι δ᾽ ἐπὶ τῆς γῆς, ὥσπερ εἴρηται, αἵ τε ὄρτυγες καὶ οἱ πέρδικες, καὶ τῶν ἄλλων ἔνιοι τῶν μὴ πτητικῶν.

NIdificant humi, quemadmodum dictum eſt, & coturnices & perdices: & alia minùs volaces.

CAESAR.

MORE ſuo tranſiturus ad alia repetit. Nota: τῶν ἄλλων ἔνιοι τῶν μὴ πτητικῶν. Sic legit Theodorus. In Codice noſtro non eſt negatio: fortaſſe & rectè. Nam quædam volaces vt alauda, in terra nidificãt. Sed tamen dixit, τῶν τοιούτων ὁ μὲν κόρυδος. Eam ſanè nos horas duas in aëre volantem etiam altiſſimè, & cantilantem obſeruauimus.

CXLV. ARISTOTELES.

Ἔτι δὲ τῶν τοιούτων, ὁ μὲν κόρυδος, καὶ ὁ σκολόπαξ καὶ ὄρτυξ, ἐπὶ δένδρου οὐ καθίζουσιν, ἀλλ᾽ ἐπὶ τῆς γῆς.

AT harum quoque nonnullæ, ne in arbore quidem ſidunt, vt alauda, coturnix, ſcolopax: ſed in terra.

CAESAR.

NAM perdicem in metu accipitris vidimus in arbore ſæpè conſidentem.

Σκολόπαξ. Theodorus *gallinago*: infrà ἀσκαλώπαξ, atque idem *gallinaginem*, interpretatur. Nomẽ Græcum cum Latino nihil habet affinitatis: neque quiſquam veterum *gallinaginis* meminit. Plinius quoque magna negligẽtia de ſcolopace nihil. Eſt autem, vt etiam infrà in eius deſcriptione, quam ponit Philoſophus perſpicuè patet, ea quam Itali alicubi *gallinacciam*: quæ vt puto Theodoro argumento fuit, vt *gallinaginem* diceret. Alicubi *beccaliam*, à roſtri longitudine, vocant. Malè tranſlata eſt hæc pars in Codice Auicennæ.

CXLVI. ARISTOTELES.

Ὁ δὲ δρυοκολάπτης οὐ καθίζει ἐπὶ τῆς γῆς· κόπτει δὲ τὰς δρῦς, τῶν σκωλήκων καὶ σκνιπῶν ἕνεκεν, ἵν' ἐξίωσιν. ἀναλέγεται γὰρ ἐξελθόντας αὐτοὺς τῇ γλώττῃ· πλατεῖαν δ' ἔχει καὶ μεγάλην. καὶ πορεύεται ἐπὶ τοῖς δένδρεσι ταχέως πάντα τρόπον, καὶ ὕπτιος, καθάπερ οἱ ἀσκαλαβῶται. ἔχει δὲ καὶ τοὺς ὄνυχας βελτίους τῶν κολοιῶν πεφυκότας, πρὸς τὴν ἀσφάλειαν τῆς ἐπὶ τοῖς δένδρεσιν ἐφεδρείας. τούτους γὰρ ἐμπηγνὺς πορεύεται.

At picus in terra non conſidit. Pertundit quercus vermiculorum, & culicum gratia, vt exeāt. Egreſſos excipit lingua. Latam enim habet & grandem. Ingreditur ſuper arboribus celeriter, quouis modo, etiam ſupinus, ſtellionum more. Vngues habet à natura datos firmiores quàm ſint gracculis, quibus tutiùs in arboribus inſiſtat. Iis enim impactus ambulat.

CAESAR.

Nvnc aliam ſpeciem contra illam: addit primùm mores, & victum.

Κόπτει, interpretatus eſt τὸ κολάπτειν.

Σκνιπῶν. σκνίψ, *culex*: etiam formicas depopulatur.

Ἐπὶ τοῖς δένδρεσι: aſcendendo ſcilicet.

Πάντα τρόπον, omni modo, ambulatione accliui & decliui.

Ταχέως, quoniam tutiùs aſcendit qui citò: impetus enim iuuat.

Ἀσκαλαβῶται: ſtelliones noſtri tardiores ſunt. At lacertulæ celeres: etiam mures conſcendunt turres.

Ὄνυχας, rectè addidit inſtrumentum, quo ſuperent arbores.

Πεφυκότας, abundat, ad Atticiſmum. Nam vnde haberent vngues niſi à natura. Sed voluit dicere πεφυκότας πρὸς τὴν ἀσφάλειαν, à natura comparatos.

Ἐφεδρείας, ne intellige inſidere rectà ad perpendiculum, ſed ad inhærendum.

Ἐμπηγνύς, quaſi vnco affixo.

Πλατεῖαν καὶ μεγάλην: quoniam latam habet pſittacus, ſed non magnam. Theodorus per diminutionem maluit.

Βελτίους. Theodorus, *commodiores*: malim, *firmiores*.

Ἐφεδρείας, Theodorus, *reptationem*, non malè, ſed infidè. Et cùm dixit, *arborum*, contaminauit: neque enim eſt reptatio arborum, ſed pici ſuper arbores. Actiuè enim accipitur à Latinè loquentibus.

Ἐμπηγνύς. Theodorus *affixis*: ſi vngues ſint affixi, non poſſet ταχέως, percurrere, vt dicebat.

CXLVII. ARISTOTELES.

Ἔστι δὲ τῶν δρυοκολαπτῶν ἓν μὲν γένος ἔλαττον τοῦ κοττύφου· ἔχει δ' ὑπέρυθρα μικρά. ἕτερον δὲ γένος, μεῖζον ἢ κόττυφος. τὸ δὲ τρίτον γένος αὐτῶν, οὐ πολλῷ ἔλαττόν ἐστιν ἀλεκτορίδος θηλείας. νεοττεύει δ' ἐπὶ τῶν δένδρων, ὥσπερ εἴρηται· ἔν τε ἄλλοις τῶν δένδρων, καὶ ἐν ἐλαίαις. βόσκεται δὲ τούς τε μύρμηκας καὶ τοὺς σκώληκας τοὺς ἐκ τῶν δένδρων. θηρεύοντα δὲ τοὺς σκώληκας, οὕτω σφόδρα φασὶ κοιλαίνειν, ὥστε καταβάλλειν τὰ δένδρα. καὶ τιθασευόμενός δέ τις ἤδη ἀμύγδαλον εἰς ῥωγμὴν ξύλου ἐνθεὶς ὅπως ἐναρμοσθὲν ὑπομένειεν αὐτοῦ τὴν πληγὴν, ἐν τρίτῃ πληγῇ διέκοψε, καὶ κατήσθιεν αὐτοῦ τὸ ἁπαλόν.

Eſt enim picorum genus, vnum minus merula cum maculis ſubrubris puſillis. Alterum maius merula. Tertium genus non minus pulla. Nidos facit in arboribus, quemadmodum diximus, tum cæteris, tum etiam ſuper oleis. Veſcitur formicis, & coſſis arborum. Aiunt verò dum eos venatur, eò vſque excauare arbores, vt eas deijciat. Quin etiam cicur quidam amygdalum in ligni rimam ab ſe inditum, vt ſic aptum eius ictum exciperet, tertia percuſſione pertudit, & edit nucleum.

CÆSAR.

Post communem naturam diſtinguit genus in ſpecies: quod primo loco faciendum fuit, ſi ea quæ dixit non omnibus competerent ſpeciebus. Picorum genera nobis quoque tria nota ſunt. Vnum puſillum minus merula, ſubluteum, ſubcinereum, quem etiam infrà *cyaneum* vocat Philoſophus, ſcandentem muros, atque araneolos depaſcentem. *Picum*

murarium vocant Taurini. Alter picus inſignis rubra torque, quem *Martium* Latini vocant. Cuius roſtri firmitas tanta eſt quantam prædicat. Is arboribus inſidit, eáſque ſic ſcãdit vt ſuprà dictum eſt. Iccirco à viridariis, *viridarium*, Taurini dicunt. Martius mas capite inſigni diademate. At fœmina dilutiore. Sicut & grus, & anates mares etiam in pectore. Tertium genus grandius, ſed non tantum quantum dicit Ariſtoteles. *Picum* quoque dicimus in Italia, roſtro craſſiore, morſu validiſſimo. Is etiam auiculis victitat muſteo colore vario. Voces humanas imitatur. Latinè *picus varius* dici poteſt. Thuſci *ghiandaiam*. Galli, *Geay*. Puto eam eſſe de qua hîc Ariſtoteles. Picus verò paruus, & minor merula, pedibus luteis, colore cætero viridi, pectore tamen albo, etiam eodem modo, quo picus ſcandit arbores. Obſeruat vbi picus excauauit, ad oſtiolum vbi aſcendit congerit lutum, vt oſtium anguſtius efficiat: tum ibi ſe condit. Ita aiunt ruſtici. Sed puto excauatum ab ipſis vt ſinuoſum ſit, coarctari luto in adytum anguſtum. Vocem non eandem cum pico edit, non abſimilem tamen. Hos igitur ab opere, *bardiſſonos* vocant quidam Vaſcones: quoniam lutarios parietes *bardiſſum* dicunt. Alij etiam *tapiſſonos*: quia *tapiam*, idem opus appellant. Eſt & in eodem genere alia ſpecies longè minor, dorſo nigriore. Ex excauant in arbore vt nidificent, ſed non extruunt lutum. *Scaletam* vocant: quia non volatu ſcandant: ſed reptant lacertarum more. Itaque malè fecit Theodorus, cùm genus totum ſub *Marty* cognomine inſigniuit. Nanque ſolius ſpeciei eſt: vt apud Plinium libro x. qui ſolita negligentia omiſit enarrare ſpecies: cùm tamen & ſtellionum comparationem poſuiſſet. Idem eandem vocat *arborariam* in xxx. & in xi. Cirros eius agnoſcit: quod ſit apud Ouidium regni inſigne.

Ρ'ωγμή. ῥήγνυμι, in hiatum, *rima*, ab eodem ortu.

Τιθασσευόμενος. Theodorus, *miteſcens*: imò *mitis factus*. Præterea non implet ſignificatum. Multæ animantes mites ſunt, ſed non cicures, vt damæ, lepores, & auiculæ: quarum quædam etiam nullo modo cicurentur, vt hirundines. *Mitis* contrarium habet *ſæuum*: *cicur* verò *ferum*.

CAPVT DECIMVM-QVARTVM,

De Gruum, & platearum prudentia.

CXLVIII. ARISTOTELES.

Φρόνιμα δὲ πολλὰ καὶ περὶ τὰς γεράνους δοκεῖ συμβαίνειν. ἐκτοπίζουσί τε γὰρ μακράν, καὶ εἰς ὕψος πέτονται, πρὸς τὸ καθορᾶν τὰ πόρρω. καὶ ἐὰν ἴδωσι νέφη καὶ χειμέρια, καταπτᾶσαι ἡσυχάζουσιν. ἔτι δὲ τὸ ἔχειν ἡγεμόνα τε, καὶ τοὺς ἐπισυρίττοντας ἐν τοῖς ἐσχάτοις, ὥστε ἀκούεσθαι τὴν φωνήν. ὅταν δὲ καθίζονται, αἱ μὲν ἄλλαι ὑπὸ τῇ πτέρυγι τὴν κεφαλὴν ἔχουσαι, καθεύδουσιν ἐπὶ ἑνὸς ποδὸς ἐναλλάξ. ὁ δὲ ἡγεμὼν, γυμνὴν ἔχων τὴν κεφαλὴν, προορᾷ· καὶ ὅταν αἴσθηταί τι, σημαίνει βοῶν.

Multis quoque modis euenire videtur, vt gruum prudentia agnoſcatur. Tranſmigrant enim in longinqua loca, & in altum ſubuolant, vt quæ procul ſunt, deſpiciant. Vbi viderint nubes aut tempeſtates, deuolant, & quieſcunt. Item quod habent duces: & qui in poſtremo agmine ſignum dant, vt exaudiantur. Vbi demiſere ſeſe, partim ſub ala capite condito dormiunt, vno in pede ſtantes per vices. At dux aperto capite proſpicit. Ac, ſi quid percipiat, clamore ſignificat.

CAESAR.

SVPRA ad hominis normam referebat animalium prudentiam. Nunc multis Capitibus refert gruum prudentiam, ad œconomiam, viatorem, & militiam. Primum eſt ab œconomia. Nam procul migrant, vt euitent incommoda. Sic Perſarum Reges Suſis, & Ecbatanis. Alterum eſt in altum volare. Geometræ hoc eſt. Sic infrà de aquila. Tertium, ſi quid viſum impediat, non faciunt iter. Quartum, habent duces. Quintum, qui cogant agmen, & à tergo ſignum dent. Sextum: quòd aliæ quieſcunt vt excubent: aliæ excubant, vt quieſcant. Septimum, vno

vno in pede ſtant, ne fatigentur ſimul ambo. Itaque ἐπαλλάξ.

Ἐπισυρίττοντας. A caſtris tranſlatio. Theodorus, *clament*.

Καθίζονται, ἄκυρον. Stant enim.

Γυμνή, ſcilicet ala.

CXLIX. ARISTOTELES.

Οἱ δὲ πελεκᾶνες, οἱ ἐν τοῖς ποταμοῖς γινόμενοι, καταπίνουσι τὰς μεγάλας κόγχας καὶ λείας· ὅταν δ᾽ ἐν τῷ πρὸ τῆς κοιλίας τόπῳ πέψωσιν, ἐξεμοῦσιν ἵνα χασκουσῶν τὰ κρέα ἐξαιροῦντες ἐσθίωσι.

Platea quæ in fluuijs degunt, deuorant magnas conchas, eáſque leues. Quas cùm receperint, cum in locum, cui ventriculus ſubeſt, euomunt, vt hiantibus illis exempta veſcantur carne.

CAESAR.

Plinivs in Decimo paleam πελεκᾶνα vocat. Puto eſſe onocrotalum, quem etiam nonnulli Italorum *tarabuſum* dicunt. Huic prolobus, ſiue ingluuies vaſtiſſima. Conchas quia non poteſt frangere, integras deuorat. Ex calore coactæ hiant, ita euomit, atque carnes eximit. Ergo ad mare eunt. Nam in fluuiis conchæ nullæ, aut paucæ, ſaltem noſtratibus quod ſciam, & ſuprà negauit.

Λείας: quoniam aſperæ offenderent.

Ἐξαιροῦντες, *teſtis exuens*, rectè: ſed *exuere quempiam* dicimus, cùm amictum tollimus: ſicut Conon fecit Demoſtheni. At potiùs contrà plateæ exuunt à teſta carnes, quàm teſtas à carnibus.

Ἐν τῷ τόπῳ πέψωσιν: ἄκυρον: imò εἰς τόπον. At πέψωσι hîc certè ἄκυρον.

CAPVT DECIMVM-QVINTVM,

Agreſtium auium mores, in nidis, pullorum ſtudio, quærendo victu, elegendis locis, vt ſecurè agant.

CL. ARISTOTELES.

Τῶν δ᾽ ἀγρίων ὀρνίθων, αἱ τ᾽ οἰκήσεις μεμηχάνηνται πρὸς τοὺς βίους καὶ τὰς σωτηρίας τῶν τέκνων.

AGreſtes aues domicilia fabricant, tum ob vitæ commoda, tum ad ſalutem liberorum ſuorum.

CAESAR.

Nvnc longiſſima hiſtoria percenſebit auium genera multa. Quæ nos ita per Capita diſtinximus: vti eas natura formis ſeparârat. Et quas officiorum, aut artium, aut aliorum morum ſimilitudine coniunxerat, eas quoque vno Capite collectas repræſentauimus. Non magnopere tamen laborandum eſt, ſi neſcimus, quæ, quibus nominibus genera nunc appellentur, ſi veteres omiſere declarare Nam aut ignobilia ſunt, quæ non ſtatuunt: aut adeò aperta, vt non ſint controuerſa. Quædam verò etiam ipſi neſciuere. Sed ſi qua obſcurè indicârunt, meruere vt ſeſe ne ſequeremur. Nos ſcimus enim noſtris nominibus multò plura quàm quæ tradiderunt ſuis. Solus labor in multis reliquus factus eſt nobis diſceptandi, & eorum fabulas, & errores corrigendi. Sed ad rem.

Ἀγρίων ὀρνίων: quoniam quæ συνανθρωπεύονται, tepore ædium fretæ non ædificant. Et dixit ἀγρίων: *agreſtium*, & *feras aues*, potes dicere. Nam *ferum* Iuriſconſulti non ſolùm ferocem, ſed

etiam

etiam homini intractabilem, & inaſſuetum dicunt. Excipe tamen quædam. Nam cucullus non ædificat nidum, aut οἴκησιν.

Μεμηχάνηνται, in præſenti, vt certiores nos faciat id iam eſſe obſeruatum, idque eas ſuapte natura factitare.

Βίους, communes tàm ſibi, quàm ſoboli, σωτηρίας τέκνων tantùm.

CLI. ARISTOTELES.

Εἰσὶ δ' οἱ μὲν εὔτεκνοι αὐτῶν, καὶ ἐπιμελεῖς τῶν τέκνων· οἱ δ', τοὐναντίον.

Sunt nonnulla & fœcundæ, & ſobolis ſtudioſæ: aliæ contrà.

CAESAR.

ILLVD ad artem: hoc ad mores. Εὔτεκνοι, vt ſit naturæ munus ad habitum corporis. At ἐπιμελεῖς, ſit ab ingenio. Sic paraphraſis ſit. Earum nonnullis feliciùs cedit ad ſobolis procreationem, cuius ipſæ impenſiorem quoque curam habent. Nonnullis autem & natura, & ingenium contrarium eſt.

Εὔτεκνοι, Theodorus, *parentes feliciores*. Vt benè & concipiant, & pariant, & educent. Cuiuſmodi non eſt ἴυγξ, neque ardeolarum ſpecies.

CLII. ARISTOTELES.

Καὶ οἱ μὲν, εὐμήχανοι πρὸς τὸν βίον· οἱ δ', ἀμηχανώτεροι.

Et quædam ad victum parandum aptiores: quædam minùs.

CÆSAR.

ALteram propoſitionem diuidit per contraria.

Εὐμήχανοι. Τὰς μηχανὰς, etiam nunc Itali vocant *ingenia*: εὐμήχανον, *ingenioſum*.

CLIII. ARISTOTELES.

Τὰς δ' οἰκήσεις οἱ μὲν, περὶ τὰς χαράδρας, οἱ δὲ, χηραμοὺς ποιοῦνται καὶ πέτρας, οἷον ὁ καλούμενος χαραδριός. ἔστι δ' ὁ χαραδριὸς καὶ τὴν χρόαν καὶ τὴν φωνὴν φαῦλος. φαίνεται δὲ νύκτωρ, ἡμέρας δὲ ἀποδιδράσκει.

Habitant aliæ circa torrentes: aliæ circa cauernas, ac ſaxa, vt is qui charadrius *dicitur: cui & color, & vox minùs bona eſt. Noctu apparet, interdiu fugit.*

CAESAR.

PRIMAM propoſitionem tertio loco exequitur domiciliis & locis nidorum. Sed nota diuiſionem: χαράδρας, vnum membrum: χηραμούς, alterum membrum. Et tamen χαραδριὸν, à primo membro dictum, ſtatim ſubdit ſecundo.

Χαράδρας, *fragoſa* Theodorus: non eſt ſatis. Torrentium enim prærupta id ſignificat.

Χαραδριὸν, *hiaticulam* vocat Theodorus. *Calandrinum* vocant Itali corrupta voce, alium à calandra. Et narrant mira de præſagio ægrotorum ab eo ſumptis indiciis. Si allatus ægro eius rei ignaro eum auerſetur, moriturũ. Si contrà intueatur, euaſurum.

Φαῦλος. Theodorus, *praua hæc auis & colore, & voce eſt.* Neſcio quomodo Latinè dicat, *prauum colorem*. Vocem emittit auis hæc acutam, & noctu volat, colore ſubrauo.

Ἡμέρας δὲ ἀποδιδράσκει: vt ſit lucifuga.

CLIV. ARISTOTELES.

Ἐν ἀποτόμοις δὲ καὶ ὁ ἱέραξ νεοττεύει. ὠμοφάγος δ' ὤν, ὧν ἂν κρατήσῃ ὀρνέων, τὴν καρδίαν οὐ κα-

In præruptis quoque nidificat accipiter. Quanquam igitur crudiuorus eſt: tamen quas aues ce-

perit

πεδίον καὶ τοῦτό τινες ἑωράκασι καὶ ἐπ' ὄρτυγος, καὶ ἐπὶ κίχλης, καὶ ἕτεροι ἐφ' ἑτέρων. ἔτι δὲ καὶ περὶ τὸ θηρεύειν μεταβάλλουσιν. οὐ γὰρ ἁρπάζουσιν ὁμοίως τοῦ θέρους καὶ τοῦ χειμῶνος.

perit, eorum cor non vorat. Id quod in coturnice & turdo obſernârunt, & in aliis alij. Non eodem quoque modo venantur ſemper. Non enim aquè rapiunt æſtate, ac hyeme.

C Æ S A R.

CONIVNGIT cum ſuperiore hæc per nidum. Sed mores ſubiungit ſecundo loco. Tertio autem naturam. Non enim tam validos eſſe æſtate. Sanè quia mutant pennas. Negat autem auium, quas ceperit, corde veſci. At nos ſcimus eſſe falſum hoc. Et Auicenna contradicit, atque eum corde oblectari.

Theodorus omiſit, ὠμοφάγος ὤν. At id eſt neceſſarium: ponit enim per aduerſationem.

CLV. ARISTOTELES.

Γυπὸς δὲ λέγεται ὑπό τινων, ὡς οὐδεὶς ἑώρακεν οὔτε νεοττὸν οὔτε νεοττιάν· ἀλλὰ διὰ τοῦτο Ἡρόδωρος ὁ τοῦ Βρύσωνος τοῦ σοφιστοῦ πατὴρ, ἀπό τινος αὐτοὺς ἑτέρας εἶναι μετεώρου γῆς ἔλεγεν τεκμήριον τοῦτο λέγων, καὶ τὸ φαίνεσθαι ταχὺ πολλούς· ὅθεν δὲ, μηδενὶ εἶναι δῆλον. τούτου δ' αἴτιον, ὅτι τίκτει ἐν πέτραις ἀπροσβάτοις. ἔτι δ' οὐδὲ πολλαχοῦ ἐπιχώριος ὁ ὄρνις. τίκτει δὲ ἓν ᾠὸν, ἢ δύο τὰ πλεῖστα.

VVlturis nec pullum, nec nidum à quoquam viſum aiunt. Propterea Herodorus, Bryſonis Rhetoris pater, dicebat ipſos à ſuperiore quapiam terra alia aduentare. Illo vſus argumento apparere extemplò multos. Sed quibus è locis, conſtare nulli. Eius rei cauſſa eſt, quòd parit locis inacceſſis. Neque verò multarum regionum incola eſt auis hæc. Vnum parit enim: aut ſummùm duo.

C Æ S A R.

HANC hiſtoriam ſuprà libro Sexto poſuit.

Μετεώρου. Non vt τὰ μετέωρα τῶν νεφῶν, & αἰθέρων. Sed Aquilonia. Theodorus *eminentiore*, malè. Sed ſuprà nos, *Vrſam verſus*.

Εἶναι, pro φαίνεσθαι poſuit.

Μηδενὶ δῆλον. At nos in Pyrenæis nidificare ſcimus: & à Cantabris pullos captos. Suprà in Sexto ait nidum eorum viſum.

Οὐ πολλαχοῦ. Neque enim campos ſequitur, niſi odore ſollicitatus.

Ἓν *ſingula* libenter interpretarer. At δύο nequaquam *bina*: propterea quòd rariùs id fiat.

Γῆς: *ſitum* interpretatur Theodorus. Sed aliud eſt.

Ταχύ. Theodorus *breui tempore*: imò longo poſt tempore: ſed ſimul extemplò multi.

Οὐδὲ πολλαχοῦ: altera ratio: quare eius natura ſit ignotior nobis. Et reſpondet ſuperioribus quæ ignobiliora ſunt, & quæ minùs viuunt, minùs nota eſſe. Ita quæ infrequentiora. Sic paraphraſis eſto. Atque adeò infrequentior ſanè eſt, quàm vt multis locis videatur.

CLVI. ARISTOTELES.

Ἔνιοι δὲ τῶν ὀρνίθων ἐν τοῖς ὄρεσι καὶ τῇ ὕλῃ κατοικοῦσιν. οἷον ἔποψ, καὶ βρένθος· οὗτος δὲ ὁ ὄρνις, εὐβίοτος καὶ ᾠδικός.

ALiqua etiam in montibus, & ſiluis habitant, vt vpupa, & brinthus. Hic verò benè & victitat, & cantillat

C Æ S A R.

QVIS ſit brinthus neque alibi Philoſophus quàm hîc, quem ait in ſiluis degere: & benè canere. Plinius de eo nihil quicquam. Mihi igitur hæc auis incognita eſt, niſi fortè ea ſit, quam vulgus *paſſerem ſolitarium* vocat. Ad turdorum accedit magnitudinem. Montes, & ſiluas amat: tota maculis nigricantibus fulua eſt: cantat ſuauiſſimè.

CLVII.

CLVII. ARISTOTELES.

Ὁ δὲ τροχίλος, καὶ λόχμας καὶ τρώγλας οἰκεῖ· δυσάλωτος δὲ καὶ δραπέτης, καὶ τὸ ἦθος ἀσθενής· εὐβίοτος δὲ καὶ τεχνικός. καλεῖται δὲ πρέσβυς καὶ βασιλεύς· διὸ καὶ τὸν ἀετὸν αὐτῷ φασι πολεμεῖν.

Trochilus fruteta aut foramina colit. Difficilè capitur: fugax enim eſt. Quod ad mores ſpectat, imbecillus: parat ſibi victum, non iners. Vocatur etiam & Senator, *&* Rex. *Propter quam cauſſam aiunt ei infeſtam eſſe aquilam.*

CAESAR.

SVPRA χηράμους, dixit *cauernas*: nunc τρώγλας, *foramina minutiora*. Vt etiam aues ſint τρωγλοδύται.

Δραπέτης: nunquam enim reſtitat.

Ἦθος ἀσθενής: non eſt ἦθος, ſed ἕξις τοῦ σώματος.

Τεχνικός. At nihil ſtruit.

Διὸ καὶ τὸν ἀετόν φασιν αὐτῷ πολεμεῖν: rectè φασίν. Ridiculum enim eſt, aquilam ſcire eum à nobis vocari regem. Hoc etiam dubia fide recitat Plinius, & irridet.

Πρέσβυς. Sic etiam ſuprà appellauit eum.

CAPVT DECIMVM-SEXTVM,

AQVATICÆ AVES.

CLVIII. ARISTOTELES.

Εἰσὶ δέ τινες αἳ περὶ τὴν θάλατταν βιοῦσιν, οἷον κίγκλος. ἔστι δὲ τὸ ἦθος ὁ κίγκλος πανοῦργος καὶ δυσθήρατος· ὅταν δὲ ληφθῇ, τιθασσότατος. τυγχάνει δ' ὢν καὶ ἀνάπηρος· ἀκρατὴς γὰρ τῶν ὄπισθέν ἐστι.

Sunt quæ circa mare victitant: vt cinclus. Eſt is aſtutus, neque facilis captu. Verùm captus maximè omnium cicuratur. Contigit ei à natura vt eſſet minùs integer. Partes enim poſteriores minùs valentes habet.

CAESAR.

NVNC tranſit ad eas aues quæ circum aquas, aut ab ipſis victum petunt.

Ἀνάπηρος, ſanè. Sed cùm explicat quem in modum, difficilior fit ad intelligendum.

Ἀκρατὴς τῶν ὄπισθεν. Nam quid dicit τῶν ὄπισθεν. Bipes enim tantùm eſt. Et ἀκρατὴς *incontinens*, cùm dicit Theodorus, innuit ipſum excrementa non poſſe continere. Sed *imbecillum* ſignificat: vt anſerem cui digitus pro calcaneo minor eſt quàm vt ſurrectum ſeſe poſſit continere. De cinclo quid ſentiamus, ſuprà in Octauo dictum eſt.

CLIX. ARISTOTELES.

Ζῶσι δὲ περὶ θάλατταν καὶ ποταμοὺς καὶ λίμνας, οἱ μὲν στεγανόποδες ἅπαντες· ἡ γὰρ φύσις αὐτὴ ζητεῖ τὸ πρόσφορον.

Viuunt circa mare, & fluuios, & lacus palmipedes omnes. Eiuſmodi nanque natura amat victum parabilem.

CAESAR.

NVnc per genera ſumma procedit, à differentia pedum. Nam στεγανόποδες, neque currere poſſunt, neque multum volant. Itaque τὸ πρόσφορον vocant. Theodorus, *commodum*: nos

parabilem:

parabilem : τὸ εὐπόριστον. Nam omnis natura commodius quid ſibi ſit quærit : non ſolùm palmipedum, ſed & earum, quæ valentiores ſunt. Quæ etiam τὰ δύσπορα ζητοῦσι, vt aquilæ. Non enim niſi longè quæſitis, & expugnatis victitant. Ζητοῦσι verò dixit, vt φιλοῦσι.

CLX. ARISTOTELES.

Πολλοὶ δὲ καὶ τῶν σχιζοπόδων, περὶ τὰ ὕδατα καὶ τὰ ἕλη βιοτεύουσι. ὁ δ' ἄνθος περὶ τοὺς ποταμούς. ἔχει δὲ τὴν χρόαν καλὴν, καὶ ἔστιν εὐβίοτον.

Multa etiam fiſſipedes circa aquas, & paludes victitant, vt anthus circa fluuios. Is colore pulcher eſt, & victu facilis.

CAESAR.

VT non ſit affectus conuertibilis cum aquatico τὸ στεγανόπους. Nam etiam τὸ σχιζόπους ὑδατικὸν eſt. Sanè multas dixit : quia etiam ardeolæ, etiam corui, etiam fulicæ, aut parùm, aut nihil habent membranæ inter digitos. Sed quaſi inchoamenta quædam tantùm. Theodorus σχιζόποδας, *fidipedes*, malè : hoc enim actiuum eſt. At *fiſſipedes*, paſſiuum.

De antho & ſuprà in Octauo, & hoc in libro etiam.

CLXI. ARISTOTELES.

Ὁ δὲ καταῤῥάκτης, ζῇ μὲν περὶ θάλατταν· ὅταν δὲ καθῇ ἑαυτὸν εἰς τὸ βαθὺ, μένει χρόνον οὐκ ἐλάττονα, ἢ ὅσον πλέθρον διέλθοι τις. ἔστι δ' ἔλαττον ἱέρακος τὸ ὄρνεον.

Catarractes viuit ad mare. Cùm autem ſeſe in profundum demiſerit, non minore manet tempore, quàm quanto iugerum quis tranſiuerit. Eſt enim minor accipitre auis.

CÆSAR.

KAταῤῥάκτης. Quæ hæc auis ſit, & quo nomine vulgus vocet, neſcio. Plinius in Decimo, ex Iuba ait Diomedeas aues *cataractas* eſſe dictas. At aliæ videntur ab Ariſtotelis deſcriptione. Quo fit vt cataractæ, aliæ à catarractis ſint. Diomedeas autem aues fabuloſas puto : neque vnquam in rerum natura fuiſſe. Figmenta ſunt, mendacium Græcorum. Quod hîc Philoſophus, τῷ καταῤῥάκτῃ tribuit, in mergo reperitur. Nam καταῤῥάκτην σχιζόποδα eſſe oportet. Fortaſſe hoc mergi cognomen eſt παρὰ τὸ καταῤῥάσσειν. Nam de mergo nihil hîc, ſed in Octauo. Ariſtotelem autem diuerſis nominibus quædam animalia, præcipuè aues, vocare conſtat. Vt in regulo quem *ſenatorem*, *trochilum*, dicit.

Περὶ τὴν θάλασσαν : imò ἀπὸ τῆς θαλάσσης.

Καθῇ. Theodorus *ingurgitârit*, malè. Latinis enim aliud eſt ingurgitare.

Διέλθοι : hoc etiam faciunt mergi, anates, & aliæ multæ.

CLXII. ARISTOTELES.

Καὶ οἱ κύκνοι δὲ, εἰσὶ μὲν τῶν στεγανοπόδων, καὶ βιοτεύουσι δὲ περὶ λίμνας καὶ ἕλη· εὐβίοτοι δὲ καὶ εὐήθεις, καὶ εὔτεκνοι, καὶ εὔγηροι, καὶ τὸν αἰετὸν, ἐὰν ἄρξηται, ἀμυνόμενοι νικῶσιν· αὐτοὶ δὲ οὐκ ἄρχουσι μάχης. ᾠδικοὶ δὲ, καὶ περὶ τὰς τελευτὰς μάλιστα ᾄδουσιν. ἀναπέτονται γὰρ καὶ εἰς τὸ πέλαγος· καί τινες ἤδη πλέοντες παρὰ τὴν Λιβύην, περιέτυχον ἐν τῇ θαλάττῃ πολλοῖς ᾄδουσι φωνῇ γοώδει, καὶ τούτων ἑώρων ἀποθνήσκοντας ἐνίους.

Olores etiam palmipedes ſunt. Et circa lacus, atque paludes viuunt. Facili victu, & moribus innoxiis, & fœcundi, & ſenecta proſpera. Aquilam madentem repugnando vincunt. Ipſi nunquam laceſſunt : cantores verò ſunt : atque ſub mortem potiſſimùm canunt. Auolant enim etiam in altum mare. Vbi iam prænauigantes quidam Africam, inuenerunt multos canentes voce lugubri. Quorum etiam aliquot morientes tum videre.

CAESAR.

MVlta Capita morum & naturæ in cygnis narrat. Palmipedes, aquaticos, facili victu, innocentes, fœcundos, ſenecta ſecundiore, aquilæ victores, non aggreſſores, cantores maximè morituros. Deinde ſubnectit fabulam

Non potuimus aſſequi lenocinium tranſmarinum,repetito, εὖ, toties: εὔβιοτοι, εὐήθεις, εὔτεκνοι, εὔγηροι. Theodorus, *nec probitate victus,morum.* Hactenus benè. At cùm addit *prolis, ſenectutis vacant*: malè. Εὔτεκνος, non eſt qui probos habet liberos. Neque dicas *probam*, ſed *fœcundam ſenectutem.*

Ἀναπέτονται γάρ. τὸ γὰρ, παρέλκει.

Πλέοντες παρὰ τὴν Λιβύην: Africæ oram legentes.

Γοώδει. Sic noſter Poëta. *Cantator cygnus funeris ipſe ſui.*

Καὶ τούτων ἑώρων ἀποθνήσκοντας ἐνίους: fabulæ condimentum. Aiunt verò etiam ſpirante Fauonio id facere. Ferrariæ multos vidimus,ſed cantores ſanè malos, neque meliùs anſere canere.

CAPVT DECIMVM-SEPTIMVM,

DE CHALCIDE.

CLXIII. ARISTOTELES.

Ἡ δὲ χαλκὶς, ὀλιγάκις μὲν φαίνεται· οἰκεῖ γὰρ ὄρη· ἔστι δὲ μέλας· καὶ μέγεθος ὅσον ἱέραξ ὁ φασσοφόνος καλούμενος, καὶ τὴν ἰδέαν μακρὸς καὶ λεπτός. κύμινδιν δὲ καλοῦσιν Ἴωνες αὐτήν· ἧς καὶ Ὅμηρος μέμνηται ἐν τῇ Ἰλιάδι εἰπών.

Χαλκίδα κικλήσκουσι θεοὶ, ἄνδρες δὲ κύμινδιν.

Apparet rarò chalcis. Montes enim habitat,colore atro, accipitris magnitudine, cognomento palumbarij. *Facie procera, & tenui.* Cymindin *eum vocant Iones. Cuius etiam Homerus meminit in* Iliade. Chalcida *quem ſuperi vocitant, hominesq́;* cymindin.

CAESAR.

Ὄρη γὰρ οἰκεῖ. Ratio quare apparet rarò,ſed campos incolentibus.

Μέλας: ergo λεπτὸς, non λευκὸς, vt ſcriptum eſt in Codice noſtro,legendum eſt.

Ὅσον ἱέραξ. At Plinius in Decimo attribuit eum accipitrum generi, & rectè ex Ariſtotele, qui infra in Capite de *accipitre* eum ipſis annumerat. Plinius vocat *accipitrem nocturnum.*

CLXIV. ARISTOTELES.

Φασὶ δέ τινες εἶναι τὸν αὐτὸν τοῦτον ὄρνιθα τῷ πτυγγί, οὗτος ἡμέρας μὲν οὐ φαίνεται, διὰ τὸ μὴ βλέπειν ὀξύ· τὰς δὲ νύκτας θηρεύει, ὥσπερ οἱ ἀετοί· καὶ μάχονται δὲ πρὸς τὸν ἀετὸν οὕτω σφόδρα, ὥς᾽ ἄμφω πολλάκις λαμβάνεσθαι ζῶντας ὑπὸ τῶν νομέων. τίκτει μὲν οὖν δύο ᾠά· νεοττεύει δὲ καὶ οὗτος ἐν πέτραις καὶ σπηλαίοις.

Aiunt quidam hanc eãdem eſſe auem cum ptynge. Ea interdiu non apparet propter viſus hebetudinem. Noctu venatur vt aquila: cum qua adeò vehementer pugnat, at ambæ viuæ ſæpe à paſtoribus capiantur. Oua bina parit. Nidificat etiam ijs in ſaxis,& ſpeluncis.

CÆSAR.

CONTINVAT hiſtoriam ex quorundam opinione,qui etiam ptyngen dictam eſſe putârint. Et ponit mores:nam ſuprà,formam tantùm.

Ὥσπερ οἱ ἀετοί. Τὸ, ὥσπερ, vtrum referatur ad θηρεύει, an ad νύκτας? Nam ſi cum aquila pugnat:ergo aut interdiu quoque apparet,aut aquila etiam noctu venatur.

Intercepta erat ſeries hiſtoriæ quibuſdam verbis, ἢ δ᾽ ὕβρις, quæ expunximus. Nam & Theodorus ea non agnouit, neque Plinius: qui tamen omiſit nomen ptyngis.

Φασί: ergo ptyngen ignorauit Ariſtoteles,ſi alia erat auis.

Theodorus, addidit, *implexa deferantur in terram*: & omiſit præpoſitionem. *Saxis ſpeluncisq́; nidulatur*: malè. Neque enim eſt vt Thebis, Piſis.

CAPVT

CAPVT DECIMVM-OCTAVVM, *GRVES.*

CLXV. ARISTOTELES.

Μάχιμοι δὲ καὶ αἱ γέρανοί εἰσι πρὸς ἀλλήλας οὕτω σφόδρα, ὥστε καὶ λαμβάνεσθαι μαχομένας· ὑπομένουσι γάρ. τίκτει δὲ καὶ γέρανος δύο ᾠά.

PVgnare ſolent etiam grues inter ſe tam acriter, vt dimicantes capiantur. Reſiſtant enim. Pariunt etiam grues oua bina.

CÆSAR.

POTIVS ſuprà dicere hæc debuit in Capite de *Inimicitijs*. Sed pugnant humi, non in aëre. Nam ex complexæ non deferuntur. Non enim vncos habent vngues.

Ὑπομένουσι, ſcilicet inflammato animo in aduerſarium ad inuadendum: non aduerſus graſſatorem hominem ad euadendum. Theodorus paraphraſi vſus eſt: *hominem expectare potiùs quàm pugna deſiſtere patiuntur.*

Τίκτει δὲ καὶ. τὸ, καὶ, quia cymindis bina: iccirco καὶ γέρανος. Theodorus omiſit.

CAPVT DECIMVM-NONVM, *PICA.*

CLXVI. ARISTOTELES.

Ἡ δὲ κίττα, φωνὰς μὲν μεταβάλλει πλείστας. καθ' ἑκάστην γὰρ, ὡς εἰπεῖν, ἡμέραν ἄλλην ἀφίησι· τίκτει δὲ περὶ ἐννέα ᾠά. ποιεῖται δὲ τὴν νεοττίαν ἐπὶ τῶν δένδρων ἐκ τριχῶν καὶ ἐρίων. ὅταν δ' ὑπολίπωσιν αἱ βάλανοι, ἀποκρύπτουσα ταμιεύεται.

MVltas voces pica mutat. Singulis nanque propemodum diebus aliam edit. Parit oua nouem circiter. Nidum facit in arboribus ex pilis & lana: glandem, cùm deficit, abditam condit.

CAESAR.

AVOCE picæ ingenium narrat, & ait vocem mutare. Mihi non ita videtur. Præterea non in arboribus, ſed turrium culminibus, modò pinnulæ ramoſæ ſint. Non ex pilis, ſed ex luto, & feſtucis, & ſurculis adeò magnum, & grauem, ac durum, vt ſecuris aciem reſpuat: & pinnulas etiam ferreas inclinet.

Ταμιεύεται. Sic Latini, *condere*: ταμίας, *promus condus*. Ferax enim animal eſt: neque cedit monedulæ Omnia ſurripit atque condit, obſeruans ne deprehendatur.

Κίτταν Græci: *picam* Latini: Thuſci *puttam*: quidam Itali *garzam*: Taurini *agathiam*: Franci *piam*: Vaſcones, *agazam*, vocant.

Ὑπολίπωσιν: *cùm futurum eſt*, vt ne ampliùs de arboribus viuant.

CAPVT VIGESIMVM,

Ciconia, & meropes, chloris, merula, pica, acanthylis, cinnamomeus.

CLXVII. ARISTOTELES.

Περὶ μὲν οὖν τῶν πελαργῶν, ὅτι ἀντεκτρέφονται, θρυλλεῖται παρὰ πολλοῖς· φασὶ δέ τινες καὶ τοὺς μέροπας ταυτὸ τοῦτο ποιεῖν, καὶ ἀντεκτρέφεσθαι ὑπὸ τῶν ἐκγόνων, οὐ μόνον γηράσκοντας, ἀλλὰ καὶ εὐθὺς, ὅταν οἷοί τ' ὦσι· τὸν δὲ πατέρα καὶ τὴν μητέρα μένειν ἔνδον. ἡ δὲ ἰδέα τοῦ ὄρνιθος τῶν πτερῶν ἐστι, τὰ μὲν ὑποκάτω, ὠχρόν· τὰ δ' ἐπάνω, ὥσπερ τοῦ ἀλκυόνος, κυάνεον· τὰ δ' ἐπ' ἄκρων τῶν πτερυγίων, ἐρυθρά. τίκτει δὲ περὶ ἓξ ἢ ἑπτὰ ὑπὸ τὴν ὀπώραν, ἐν τοῖς κρημνοῖς τοῖς μαλακοῖς· εἰσδύεται δ' εἴσω καὶ τέτταρας πήχεις.

Multos autores habet fama, quæ de ciconiis circumfertur. Parentibus à liberis educationis gratiam referri. Hoc idem etiam à merope factitari aiunt. A ſobole viciſſim nutriri non ſolùm ſeneſcentes, ſed continuò vbi id pulli efficere valeant: matrem patrémque à nido non dimoueri. Quod ad formam auis attinet. Pennæ inferiores pallidæ, ſuperiores ceruleæ, vt alcedoni: alarum extrema, rubra. Poſt Autumnum parit ſex aut ſeptem in rupibus mollioribus: intra quas etiam quatuor cubita ſubit.

CAESAR.

CONIVNGIT ciconiam cum merope alioqui diuerſiſſima aue. & ſpecie, & nido, & magnitudine, & victu. Coniungit autem ob pietatem. Maiorem etiam meropi eſſe, qui non vetulos tantùm, ſed etiam beneualentes parentes curet, cibo allato, vt quieſcant ipſi. Ferunt verò etiam geſtare dorſo parentem affectum ſenecta, ciconiam. Viuit ciconia ſerpentibus, quos nos Stapuniſij ab ea afferri vidimus. Id eſt caſtellum in Taurinis, vbi quotannis ſumma in turri nidum faciebat. Item ranis viuit, vt vidimus. Cruribus longis eſt, & collo, & roſtro, cauda mutila, vt grus, colore ſubcinereo. Merops autem vt hîc deſcribibitur: alius ab eo quem Bellonius à Cretenſibus *Meliſſophagum*, vocari ait, videtur. De eo ſuprà cap. I. lib. VI. quid ſentiremus, expoſuimus.

Ἀντεκτρέφονται, vnde ἀντιπελαργεῖν, vox luculenta, & feſtiua, & commoda.

Θρυλλεῖται: circunfertur fama.

Καὶ ἀντεκτρέφεσθαι. Τὸ καὶ, eſſet expoſitiuum: nihil enim copulat noui, niſi addatur οὐ μόνον.

Nota ποιεῖν καὶ ἀντεκτρέφεσθαι. At ποιεῖν, eſt actiuum: ἀντεκτρέφεσθαι paſſiuum. Sed attribuit τὸ ποιεῖν, toti generi. Itaque οἷοί τ' ὦσι, τοῦ ποιεῖν: & τὸ γηράσκοντας τοῦ ἀντεκτρέφεσθαι. Mira ſanè vbique oratio huius viri.

Μένειν ἔνδον Sanè qui quatuor cubitorum tractu ſubeunt cauernulas. Plinius ait, *eum parentes ſuos reconditos paſcere.*

Ὑπὸ τὴν ὀπώραν: *tranſacto Autumno.* Theodorus, *æſtate.* Sed falſum eſt: πρὸς τὴν ὀπώρας, dixiſſet. Plinius tacuit.

Μαλακοῖς: quis vnquam vidit rupem mollem? Sed intellexit terram, aut quouis alio modo quam excaueat. Ita Plinius *defiſſa altitudine.* Theodorus verò omnia illa de ſuo addidit. *Sed in cubili manentes paſci labore eorum, quos ipſi genuerunt, enutrierunt, educârunt.*

Τὰ ὑποκάτω, quæ alibi vocat ὕπτια: vt ventre ſit luteo. dorſo cyaneo. At Plinius, *pallido intus colore pennarum, supernè cyaneo, priori ſubrutilo.* Sed quid eſt illud, *priori ſubrutilo?*

CLXVIII. ARISTOTELES.

Ἡ δὲ καλουμένη χλωρὶς, διὰ τὸ τὰ κάτω ἔχειν ὠχρὰ, ἔστι μὲν ἡλίκος κόρυδος, τίκτει δὲ ᾠὰ τέτταρα ἢ πέντε. τὴν δὲ νεοττιὰν ποιεῖται μὲν ἐκ τοῦ συμφύτου ἑλκοῦσα πρόσριζον, στρώματα δ' ὑποβάλλει τρίχας καὶ ἔρια.

Quæ chloris dicitur: propterea quòd inferiores plumas luteas habeat, eſt alaudæ magnitudine. Parit oua quaterna quináve. Ex ſymphyto nidum facit radicitùs extirpato, conſternens pilo, & lana.

CAESAR.

C Æ S A R.

OCCASIONE τοῦ ὀχεῦ, ſubdidit alteram hiſtoriam. Sunt igitur tres aues affini nomine : χλωρὶς χλωρείων, χλωριός. χλωριὸς, grandis auis eſt : χλωρείων, eſt quem *viridonem* diximus, *friſonem* Itali: χλωρὶς, quam Vaſcones *verdaugiam* vocant : id eſt viridem auiculam, minùs craſſam, & roſtro minùs robuſto quàm viridi.

Τὰ κάτω : quoniam dorſum habet ſubcinereum.

Ἐκ τοῦ συμφύτου : *alum* ex Plinio interpretatur Theodorus.

CLXIX. ARISTOTELES.

Ταὐτὸ δὲ τοῦτο ποιεῖ καὶ ὁ κόττυφος καὶ ἡ κίττα, καὶ τὰ ἐντὸς τῆς νεοττιᾶς ἐκ τούτων ποιοῦνται.

Hoc idem facit & merula, & pica, atque ex his interna nidorum conſtruunt.

C AE S A R.

DE pica fruſtrà repetit. De merula malè differt. Et ſanè intelligas ταὐτὸ τοῦτο. Nanque non eſt verum. Neque enim ex ſymphyto conſtruunt. Itaque meliùs dixiſſet, τὰ γὰρ ἐντός: quàm, καὶ τὰ ἐντός. Videntur enim & ſymphytum componere, & conſternere pilos.

CLXX. ARISTOTELES.

Τεχνικῶς δὲ καὶ ἡ κίττα τῆς ἀκανθυλλίδος ἔχει νεοττιά. πέπλεκται γὰρ ὥσπερ σφαῖρα λινῆ, ἔχουσα τὴν εἴσοδον μικράν.

Artificioſus Acanthyllidis quoque nidus eſt: intextus enim eſt perinde atque pila linea, anguſto aditu.

C Æ S A R.

ARGATHYLIN legit Theodorus ex Plinio. Sed malè legit Plinij verba. Sic enim conſtant in Decimo. *In genere ripariarum eſt, cui nidus ex muſco arido ita abſoluta perficitur pila, vt inueniri non poſſit aditus.* Poſtea ſubdit. *Argathylis, appellatur eadem figura ex lino intexens.* Ergo argathylis alia eſt ab illa riparia. Nam lino hæc, illa muſco texit. Sed propter communem figuram ſubiunxit hiſtoriam. At Theodorus ſimul connexuit : vnam agnoſcens. Sic enim addidit de ſuo. *Solerti ingenio argathylis in ripariarum genere ſuum inſtruit nidum.* Et malè vſus eſt, verbo, *inſtruit.* Nam ſtruit qui ædificat : inſtruit qui intus quæ opus ſunt, apparat. Vnde *inſtrumenta ruſtica.* Pica & ſtruit, & inſtruit, vt diximus. Item malè : *filis intexit lineis* : vbi nanque neuit illa, vt texat filis: ſed lini ſurculis texit. Ita Plinius prudentiùs *lino*, dixit.

CLXXI. ARISTOTELES.

Φασὶ δὲ καὶ τὸ κιννάμωμον ὄρνεον εἶναι οἱ ἐκ τῶν τόπων ἐκείνων, καὶ τὸ καλούμενον κιννάμωμον φέρειν ποθὲν τοῦτο τὸ ὄρνεον, καὶ τὴν νεοττιὰν ἐξ αὐτοῦ ποιεῖσθαι. νεοττεύει δ' ἐφ' ὑψηλῶν δένδρων, καὶ ἐν τοῖς θαλλοῖς τῶν δένδρων· ἀλλὰ τοὺς ἐγχωρίους μόλυβδον πρὸς τοῖς οἰστοῖς προσαρτῶντας, τοξεύοντας καταβάλλειν, καὶ οὕτω συνάγειν ἐκ τοῦ φορυτοῦ τὸ κιννάμωμον.

Aiunt etiam cinnamomum auem eſſe ex locis illis, eámque alicundè ferre quod cinnamomum *vocant : éxque eo ſibi nidum ædificare, ſummis arborum ramis impoſitum. Incolas apto ad ſagittas plumbo deijcere : atque ita ex congeſto colligere cinnamomum.*

C AE S A R.

NOn incautè dixit φασί : fabula enim eſt : quam tamen Plinius ſequutus eſt ſolida fide. Neque enim addidit, vt Herodotus, *aiunt.* Et ſanè in eius Codice mendoſè ſcriptum eſt *cinnamulgus*, vel *cinamologos.* Neque enim mulgetur cinnamomum, neque Arabes Græcè loquuntur. Sed

auem merci ſuæ cognominem dixere. Plinius quoque dixit, *in Arabia*: atque eum ſequutus Theodorus. At in Græco Codice nihil horum eſt. Sed, οἱ ἐν τῷ τόπῳ ἐκείνῳ. Id eſt, *ij loca illa habitant.*

Πόθεν, alia ex regione. Ex India ſcilicet.

Ἐκ τοῦ φορυτοῦ. Theodorus, *diſcuſſo*: imò verò ex eo quòd auis congeſſit. Sic φορυτὸν in fluuiis.

CAPVT VIGESIMVM-PRIMVM,

ALCEDO.

CLXXII. ARISTOTELES.

Ἡ δ' ἀλκυὼν, ἔστι μὲν, οὐ πολλῷ μείζων στρουθοῦ· τὸ δὲ χρῶμα, καὶ κυανοῦν ἔχει καὶ χλωρὸν, καὶ ὑποπόρφυρον· μεμιγμένον δὲ τοιοῦτο τὸ σῶμα πᾶν, καὶ αἱ πτέρυγες καὶ τὰ περὶ τὸν τράχηλον, οὐ χωρὶς ἕκαστον τῶν χρωμάτων. τὸ δὲ ῥύγχος, ὑπόχλωρον μὲν, μακρὸν δὲ καὶ λεπτόν.

Alcedo paſſere haud maior eſt: colorem habet cæruleum, & luteum, & ſubpurpureum mixtum. Tale corpus totum & alæ. Tum colli partes, non ſeorſum poſitis coloribus. Roſtrum ſubluteum, longum, tenue.

CAESAR.

Alibi de alcedone non pauca: nunc etiam aliqua.

Μεμιγμένον: non ſeparatos colores, vt pica, & pauo. Et addidit ſuperfluè: οὐ χωρὶς ἕκαστον τῶν χρωμάτων. Sic cùm dixiſſet, τὸ σῶμα πᾶν. Quare addidit καὶ πτέρυγες, καὶ τὰ περὶ τὸν τράχηλον? Σῶμα appellat molem præter alas, crura, collum, caput. Sic & alibi.

Μείζων. Theodorus, *amplior*, malè: *amplum*: ſignificat *capax*: *amplustria*: vox nautica: amplum vas ad nauigandum ἄφλαστον.

Μεμιγμένον δέ. Theodorus, *videlicet, non particulatim colore ita diſtincta, ſed ex indiſcreto variè refulgens.* Etiam *fulgorem* addidit: Et negat particulatim diſtingui. Et dicit *indiſcretum colorem*. Imò diſcreti ſunt colores, & particulatim diſtincti. Non per membra, ſed per particulas, & maculas: ideò *mixtos* conſultiùs dixiſſet. Nam χωρὶς ſignificat regiones corporis. Et ἕκαστον: vt certis ſpatiis ſuo quiſque præſcribatur, ſine alio.

CLXXIII. ARISTOTELES.

Τὸ μὲν οὖν εἶδος ἔχει τοιοῦτον· ἡ δὲ νεοττιὰ παρόμοια ταῖς σφαίραις ταῖς θαλαττίαις ἐστὶ, καὶ ταῖς καλουμέναις ἁλοσάχναις, πλὴν τῷ χρώματι. τὸ δὲ χρῶμα ὑπόπυρρον ἔχουσι· τὸ δὲ σχῆμα παραπλήσιον ταῖς σικύαις, ταῖς ἐχούσαις τοὺς τραχήλους μακρούς. τὸ δὲ μέγεθος αὐτῶν ἐστὶ τῆς μεγίστης σπογγιᾶς μεῖζον· εἰσὶ γὰρ μείζους καὶ ἐλάττους· κατάστεγοι δὲ, καὶ τὸ στερεὸν ἔχουσι συχνὸν καὶ τὸ κοῖλον. καὶ κόπτοντι μὲν σιδηρίῳ ὀξεῖ, οὐ ταχὺ διακόπτεται· ἅμα δὲ κόπτοντι, καὶ ταῖς χερσὶ θραύοντι, ταχὺ διαθραύεται, ὥσπερ ἡ ἁλοσάχνη. τὸ δὲ στόμα στενὸν ὅσον εἴσοδον μικρὰν ὡς ἤδη, ὥστε οὐδ' ἂν ἀνατραπῇ ἡ θάλαττα, οὐκ εἰσέρχεται. τὰ δὲ κοῖλα παραπλήσια ἔχει τοῖς τῶν σπόγγων. ἀπορεῖται δὲ ἐκ τίνος συντίθησι τὴν νεοττιάν. δοκεῖ δὲ μάλιστα ἐκ τῶν ἀκανθῶν τῆς βελόνης. ζῇ γὰρ ἰχθυοφαγοῦσα. ἀναβαίνει δὲ καὶ ἐπὶ τοὺς ποταμούς. τίκτει δὲ περὶ πέντε μάλιστα ᾠά. λοχεύεται δὲ διὰ βίου, ἄρχεται δὲ τετράμηνος.

Talis eius ſpecies eſt: nidus autem ſimilis marinis pilis quas haloſachnas *vocant: colore tantùm diſtans. Subruffus enim eſt. Figura repræſentat cucurbitas quibus longum collum eſt, maximis ſpongiis maior. Quanquam ſimul alij etiam minores: omnes autem conſepti ſoliditate & cauitate crebra conſtant. Ferri aciem non citò patitur ſed percuſſu & manuũ vi celeriter diffrangitur: ſicut & haloſachne. Oſtiolum anguſtum habet, quantum ſatis ſit ad ingreſſum puſillum: adeò, vbi ſubuertatur mare, vt ne tum quidem ingrediatur. Cauernas intus habet, vt ſpongia. Dubitant de materia eius. Videtur verò ex acuiculæ ſpinis confici. Piſcibus enim victitat. Subit etiam fluuios. Parit potiſſimùm oua quinque. Quandiu viuit fœcunda eſt. Incipit quarto ætatis menſe.*

CAESAR.

C Æ S A R.

NVNC de nido: cuius refert, materiam, formam, figuram, quantitatem, ſitum partium, colorem, finem. Dicit enim è ſpinis, nidum: dicit cucurbitæ faciem, ſpongiæ magnitudinem, ſoliditatem cauitatis, ruffum, duritiam quandam ab alijs differentem. Finalis cauſa figuræ, etiam in mare recipiat.

Σφαίραις θαλαττίαις καὶ τῇ καλουμέναις ἁλοσάχναις. Sanè verum eſt, & idem. Nam ſpuma maris, quam *florem* vocant, in globos rotundos formata eijcitur in littus. Dioſcorides in Quinto, alcyonei medicamēti quinque facit genera. Hoc verò quod quintum ponit, plurimum reperiri ait in Propontide prope inſulam Besbicon, atque ab incolis *haloſachnen* vocari. Plinius in Triceſimo ſecundo, quatuor tantùm recenſet genera.

Πλὴν τῇ χρώματος. Nam haloſachne colore eſt ſubcinereo.

Τὸ δὲ σχῆμα σικύαις: at ſuprà *παρομοία τῇ σφαίραις*. Idem verò eſt *σχῆμα καὶ ὅμοιον*. Vult autem dicere eum eſſe rotundum vt pilam, ſed in collum produci, vt cucurbitam: quam Theodorus non rectè medicinalem vult eſſe. Imò hortenſem intellexit: à cuius facie *medicinalis* quoque dicta eſt.

Ταῖς ἐχούσαις τὰ: βαυχῆλας μακρούς. Nam etiam rotundæ ſunt, & oblongæ ſine collo: etiam ſeſſiles. Medicinales autem collum longum non habent.

Εἰσὶ γὰρ μείζους καὶ ἐλάττους. Oportet igitur dicere ſic. *Ἡ μὲν μεγίστη νεοττία μείζων τῆς μεγίστων σπόγγων. Εἰσὶ δὲ καὶ ἐλάττους.* Nota *σπογγία*, & *σπόγγος*: vnde eſt noſtra *ſpongia*.

Κατάπυκνοι δέ. Theodorus *conſepius & ſtipatus*, rectè. Nos addidimus *omnes*: quia non omnes eadem magnitudine, at omnes *κατάπυκνοι*.

Τὸ στερεὸν ἔχουσι πυκνὸν καὶ τὸ κοῖλον. Theodorus *crebro ſolido, & cauo conſtant*: rectè. Iccircò ſpongijs aſſimilauit mox.

Καὶ κόπτοντι οὐ διακόπτεται: mel non eſt dulcius: *ſecanti non diſſecatur.*

Ἅμα δὲ κόπτοντι: tundenti ferro non acuto: quia non eſt dura materia: ſed recedens mollitia quadam lenta. Sic multa alia inuenias. Iccircò non ferro acuto, obtuſo frangitur, potiùs quàm ſcinditur. Itaque Plinius in Decimo: *ferro*, inquit, *intercidi non queunt, franguntúrque ictu valido, vt ſpuma arida maris.* Et ideo *διαθραύεται* dicit. Sic reſpondet *διαθραύεται θραύοντι, διακόπτεται κόπτοντι.* Sic tamen dicas: tundendo & frangendo diffringitur, ſecando non diſſecatur.

Ὅσον εἴσοδυσιν μικράν. Theodorus *ὅσον*, *quoad*, malè.

Τὰ κοῖλα παραπλήσια. Theodorus *proxima.* Non loquuntur Latini ſic, ad eam ſignificationem. *Ἀκανθῶν τῆς βελόνης.* Plinius in Decimo. *Nec vnde, confingantur*, inquit, *inuenitur. Putant ex ſpinis aculeatis: piſcibus enim viuunt.* Quia idem in Nono, *belonas acus*, vocat. Et in Triceſimo: *belona*, inquit, *quos* aculeatos *vocamus.*

CAPVT VIGESIMVM-SECVNDVM,

Auicularum nidi, & mores multarum.

CLXXIV. ARISTOTELES.

Ὁ δὲ ἔποψ τὴν νεοττίαν μάλιστα ποιεῖται ἐκ τῆς ἀνθρωπίνης κόπρου· τὴν δ' ἰδέαν μεταβάλλει τοῦ θέρους καὶ τοῦ χειμῶνος, ὥσπερ καὶ τῶν ἄλλων ἀγρίων τὰ πλεῖστα.

Vpups nidum ferè facit in humano ſtercore. Mutat faciem æſtate, & hyeme: ſicut & aliarum agreſtium auium plurima.

CAESAR.

MVLTARVM ſimul auium breues hiſtorias recenſebimus à fœdiſſima auſpicati. Triſti aſpectu auis eſt, colore raro, candidis pennis alarum diſtincto: magnitudine dupla ad merulam. Inſigni criſta plicatili ex plumis, more militari, ſurrecta vbi velit. *Vpupam*, Latini, vulgus noſtrum *puttam*: quia fœtet, quemadmodum Vaſcones, *puput*: tum à fœtore, tum etiam à cantu. Galli *huppam*, tum à criſta, tum etiam à voce dixere. Aiunt verò non ſolùm nidum in humano ſtercore facere, ſed etiam eo ali. Quod & canes faciunt, gallinæ, ſues, & anſeres domeſtici.

Μάλιστα. Nam non ſemper inuenit. Theodorus *potiſsimè*, tranſtulit: meliùs, *potiſsimum*.

Τὴν ἰδέαν μεταβάλλει. Hoc etiam repetit in calce huius libri: & laxiùs exequitur.

Ἄγριον. Quoniam apud nos quæ degunt aues non mutant faciem.

Τὰ πλεῖστα: quoniam non omnia, neque pauca.

CLXXV. ARISTOTELES.

Ὁ δ' αἰγίθαλος τίκτει μὲν ᾠὰ πλεῖστα, ὥς φασιν. ἔνιοι δὲ καὶ τὸν μελαγκόρυφον καλούμενον, φασὶ πλεῖστα τίκτειν, μετά γε τὸν ἐν Λιβύῃ στρουθόν. ἑώραται μὲν γὰρ καὶ ἑπτακαίδεκα. τίκτει μέντοι καὶ πλείω ἢ εἴκοσι. τίκτει δ' ἀεὶ περιττά, ὥς φασιν. νεοττεύει δὲ καὶ οὗτος ἐν τοῖς δένδρεσι, καὶ βόσκεται τοὺς σκώληκας.

Ægithalus parit, vt aiunt, oua plurima. Aliqui etiam à melancorypho plurima edi autumant. Sed plura adhuc ſtruthionem Afrum. Etiam ad ſeptem & decem viſa ſunt. Sed enimuerò etiam plura quàm viginti: ſempérque imparia. Nidificat ægithalus in arboribus, & vermes depaſcitur.

CÆSAR.

ÆGITHALI hiſtoriam à fœcunditate inceptam, claudit nido, & eſca. Intercipit duabus alijs hiſtorijs melancoryphi & ſtruthionis.

Καὶ τὸν μελαγκόρυφον. Τὸ, καί: facit hiſtoriam parem ſuperiori, non illam tollit.

Μετά γε: ſic Homerus μετ' ἀμύμονα Πηλείωνα.

Ἐν Λιβύῃ: à natione, non habitatione. Nam etiam extra Libyam in Ægyptum tranſlatus parit.

Περιττά. Nam multæ aues contrà, paria: vt mas & fœmina ſit.

Καὶ οὗτος: intellige ægithalum. Theodorus ſuprà lib. Octauo, *Parum*, ſicut & hîc interpretatur: vbi multa quæ ad hanc rem. Odioſum enim hîc eſſet ea repetere: addam tantum hîc quæ ibi omiſeramus. Plinium cùm neque ægithali, neque fringillæ, neque Pari verbum vllum feciſſet, *Param* tantùm nominâſſe in Octauodecimo. Eam exortu Sirij, eodem ſtatim die abire à conſpectu. In libris Augurum auis hæc *Para* fuit inauſpicata. Idem Plinius in Decimo, ait ficedulas formam & colorem mutare, neque hoc nomen niſi Autumno habere: poſteà *melancoryphos* vocari. Quod & à nobis ſuprà in ſcriptis relatum eſt.

CLXXVI. ARISTOTELES.

Ἴδιον δὲ τούτῳ καὶ ἀηδόνι παρὰ τοὺς ἄλλους ὄρνιθας, τὸ μὴ ἔχειν τῆς γλώττης τὸ ὀξύ.

Proprium & huic, & luciniæ, præter alias aues carere linguæ mucrone.

CAESAR.

PSITTACVM non erat contemplatus, obtuſa enim lingua eſt. Meliùs hoc dixiſſet vbi de partibus animalium loquitur.

Lege τούτῳ, non τῷδε.

Τὸ ὀξύ, quod linguæ debetur. Theodorus *lingua ſumma acumine*. Mirum ſi acumen alia in parte ſit.

CLXXVII. ARISTOTELES.

Ὁ δ' αἴγιθος, εὔβιοτος καὶ πολύτεκνος. τὸν δὲ πόδα χωλός ἐστι.

Ægithus victus facilitate, & fœcunditate præditus eſt. Sed pede altero claudicat.

CAESAR.

C Æ S A R.

DE ægitho ſuprà hoc eodem libro. Ponere debuerat Philoſophus vter pes eſſet claudicans. Theodorus peſſimè vertit: *alterius pedis clauditate cedit.*

CLXXVIII. ARISTOTELES.

Χλωρεὺς δὲ μαθεῖν μὲν ἀγαθὸς καὶ βιομήχανος, κακοπετὴς δὲ, καὶ χρόαν ἔχει μοχθηράν.

Viridones dociles ſunt, & induſtrij ad victum, ſed minùs apti ad volandum, & colore minùs nitido.

C AE S A R.

ADEò ſunt dociles, non ad canendum tantùm, ſed etiam ad alia. Vt ſitulas in caueolis penſiles aquæ plenas potus cauſſa ad ſeſe ſurſum trahant. Iccircò βιομήχανον non malè appellat Philoſophus.

Μοχθηρὰν χρόαν: Theodorus *nec grati coloris eſt*: optimè.

CLXXIX. ARISTOTELES.

Ἡ δ' ἐλέα, ὥσπερ ἄλλη τις τῶν ὀρνίθων, εὐβίοτος, καὶ καθίζει θέρους μὲν ἐν προσηνέμῳ καὶ σκιᾷ· χειμῶνος δ' ἐν εὐηλίῳ. καὶ ἐπισκοπεῖ ἐπὶ τῶν δονάκων περὶ τὰ ἕλη. ἔστι δὲ τὸ μὲν μέγεθος βραχὺς, φωνὴν δ' ἔχει ἀγαθήν.

Helea ſi qua alia auium, facilè ſibi victum quærit. Aeſtate in aura, & opacis habitat: hyeme in apricis. Ab ſummis arundinibus paludes circumſpectat. Corpore paruo eſt, voce bona.

C AE S A R.

THEODORVS ἐλέαν *veliam* vocat, verſa aſpiratione in digamma Æolicum. A paludibus autem cùm conſtet dictam, non peſſimè cecidit illi nominis ſors. Neque enim eſt, *ve*, in Velia Romæ, vt ſit *via vea*, *vela villa*, vt ait Varro: quia linteis velarentur. Sed *via* eſt ab ἰω, addito digãmate. *Velare* eſt à Velia, vbi erant paludes Romæ. Velia ab ἕλος. *Paludinam* etiam vocare poſſis. Vidimus nos atque audiuimus in canali qui tranſmittit à Pado in Atheſim, auiculam in arundinetis degentem, vegetam & canoram cuius nomen nautæ ignorabant. An ea ſit velia, ſi non auſim aſſeuerare, neque omnino negare tamen.

Ἐπισκοπεῖ. Τὸ ἐπὶ: eſt τῶν δονάκων: τὸ περὶ, eſt ἑλῶν.

Theodorus, *colore etiam pulchro.* Codex noſter ea verba non habet.

CLXXX. ARISTOTELES.

[Καὶ ὁ γνάφαλος καλλίφωνος, φωνήν τε φωνὴν ἔχει ἀγαθὴν] καὶ τὸ χρῶμα καλὸς, καὶ βιομήχανος, καὶ τὸ εἶδος εὐπρεπής. δοκεῖ δ' εἶναι ξενικὸς ὄρνις. ὀλιγάκις γὰρ φαίνεται ἐν τοῖς μὴ οἰκείοις τόποις.

ET gnaphalus, vocem habet commendabilem, & colorem pulchrum: & ad victum apparatus, & viſu decorus. Peregrina auis hæc, rarò enim mutat ſedes proprias.

C AE S A R.

THEODORVS hæc omnia attribuit veliæ. Sed noſter Codex habet γνάφαλος: *fullonem* potes dicere. Memini dum hæc ſcriberem auem paruam ſæpiſſimè me vidiſſe in valle Polyzella & ei quam in eo canali, quem ſuprà diximus, perſimilem, colore ſubrauo: & in Iſtria, quam incolæ *varellam* vocabant. Quo fit vt certiùs veliam eſſe exiſtimemus. Ergo hæc quæ Theodorus ei attribuit conuenire non poſſunt, cùm dicat Philoſophus eſſe peregrinam. At id de gnaphalo dicit Ariſtoteles, qui Theodoro ignotus fuit etiam nomine. At nobis facie quoque: nã rarò alijs quã natiuis locis cernitur. Ideo ait, ἐν τοῖς μὴ οἰκείοις. Theodorus, *noſtris locis*, malè.

Βιομήχανος, vt ſuprà de Chlorione. Sic mox de Crece εὐμήχανος πρὸς τὸν βίον. Itaque diſtinguit βιομηχάνους πρὸς τὸ εὐβίοτον. Nam illi anxij ſunt ad victum: hi ſimplici, ac parabili victu contenti ſunt. Et infrà βιοτικὸς καὶ εὐμήχανος.

CLXXXI.

CLXXXI. ARISTOTELES.

Ἡ δὲ κρὲξ, τὸ μὲν ἦθος μάχιμος, τὴν δὲ διάνοιαν εὐμήχανος πρὸς τὸν βίον, ἄλλως δὲ κακόποτμος ὄρνις.

Crex quod ad mores ſpectat, pugnax eſt. Quod ad ingenium attinet, induſtrius ad victum: alioqui infelix auis.

C AE S A R.

DISTINXIT mores à διανοίᾳ: quoniam ἦθος ſit habitus innatus ad vitia, & virtutes: & bonum habet pro fine. Διάνοια, habitus innatus animæ ad ſcientias: habet pro fine, verum: & dirigit τὸ ἦθος, ad bonum, vtile, & honeſtum.

Κακόποτμος. Quare *infelicem* vocet, non addidit. Pugnare ſuprà cum galgulo dicit: alibi nihil. Fortaſſe ſit auis inauſpicata.

Μάχιμος. Theodorus *moribus pugnacibus*. Nemo Romanorum ſic loquatur: meliùs dicas, ſic. *Natura pugnax crex, atque circa victus apparatum ſtudioſus: verùm infelix auis.*

CLXXXII ARISTOTELES.

Ἡ δὲ καλουμένη σίττη, τὸ μὲν ἦθος μάχιμος, τὴν δὲ διάνοιαν εὔθικτος, καὶ εὐθήμων, καὶ εὐβίοτος· καὶ λέγεται φαρμάκεια εἶναι, διὰ τὸ πολύιδρις εἶναι. πολύγονος δὲ καὶ εὔτεκνος, καὶ ζῇ ὑλοτομοῦσα.

Qua ſitta dicitur, & natura pugnax, & ingenio tractabilis, & compoſita. Victu parabili contenta. Aiunt in ea vim eſſe medicamenti, quia multiſcia ſit. Fœcunda quoque eſt, & ſobole felici: & viuit ligna tundens.

C Æ S A R.

IN noſtro Codice σίππη, non σίττη legitur. At ſuprà quoque σίττη ſcriptum eſt: & Theodorus hanc lectionem agnouit: qui διάνοιαν *animum*, interpretatus eſt: meliùs, *ingenium*. Et εὔθικτος, *hilaris*: nos, *tractabilem*, *& manſuetum*: qui tractari poſſit. Θιγγάνειν.

Εὐθήμων, non à θυμοῦ. Εὐχήμων videtur legiſſe Theodorus, & *concinnum*, vertit. Sed infrà in Capite de *aquilis* εὐθήμων. Xenophon εὐθημοσύνην appellat habitum Oeconomiæ, quo ſuo quæque loco res diſpoſita in ædibus eſt, παρὰ τὸ τιθέναι. Sic hîc εὐθήμονα vocat ſittæ animum. nos *compoſitum*: qui non temerè efferatur extra vitæ officia.

Ὑλοτομοῦσα. Nam ita ſuprà diuiſerat ſpecies auium, quaſdam enim de truncis cibum quærere. Eſt ἄκυρον τὸ τέμνειν hîc. In Codice Theodori, *maceries* malè legitur: at *materia*: potiùs. Tamen, materia, à Latinis non dicitur niſi cæſa: hîc autem ſignificat ſiluam virentem.

CLXXXIII. ARISTOTELES.

Αἰγωλιὸς δ' ἐστὶ νυκτινόμος, καὶ ἡμέρας ὀλιγάκις φαίνεται. καὶ οἰκεῖ [καὶ] ἐπὶ πέτρας καὶ σπήλυγγας. ἔστι γὰρ δίθαλος· τὴν δὲ διάνοιαν βιωτικὸς καὶ εὐμήχανος.

Noctu paſcitur ægolius, interdiu rarò viſitur. Et ſaxa, & ſpeluncas habitat hic quoque. Victus enim gemini eſt. Viuendi induſtria inſignis.

C AE S A R.

VLulam, αἰγωλιὸν peſſimè tranſtulit Theodorus. De eo ſuprà in Secundo, & Octauo. Is & αἰγοκέφαλος dicitur, quem Plinius poſt Ariſtotelem ait lienem non habere.

CLXXXIV. ARISTOTELES.

Ἔστι δέ τι ὀρνίθιον μικρὸν, ὃ καλεῖται κέρθιος· οὗτος τὸ μὲν ἦθος θρασὺς, καὶ οἰκεῖ περὶ δένδρα, καὶ ἔστι θριποφάγος· τὴν δὲ διάνοιαν εὐβίοτος, καὶ τὴν φωνὴν ἔχει λαμπράν.

Eſt auicula quædam parua quæ vocatur, certhius. Audax hæc eſt, & arbores accolit, & coſſos vorat. Ingenio parato ad victum, & voce clara præditus.

C AE S A R.

CAESAR.

Ριποφάγος: coſſiuorus.

Θεασις: audaciam non declarat. Negligentiſſimus & minimè conſulens poſteritati fuit Philoſophus, qui animantium multarum, quia vulgares erant, nomina tantùm poſuerit. Sunt quædam auiculæ vulgares, quarum faciem & mores ſi aliquantulum deſcripſiſſet faciliùs rem notam, de qua ambigimus, haberemus. Quæ à nobis, *Serinus*, & quæ, *Tarinus* dicitur auicula eſt canora: coſſos & vermiculos vorat, ſed vt plurimum ſeminibus delectatur: non omnibus quidem, ſed raporum, canabis, milij, & cinapis.

CLXXXV. ARISTOTELES.

Αἱ δ' ἀκανθίδες, κακόβιοι, καὶ κακόχροοι, φωνὴν μέντοι λιγυρὰν ἔχουσι.

ACanthides malè victitant, maliquε ſunt coloris: vocem tamen argutam habent.

CAESAR.

DE acanthide ſuprà in Octauo: vbi eum aut ſerinum, aut tarinum noſtrum eſſe dicebamus. Vterque vocem argutam habet. Color eorum ſubuiridis, luteis maculis aſperſus. Qui *tarinus* dicitur maior eſt ſerino: eius color paulò obſcurior. Acãthis fortaſſe ſit tarinus: ſerinus autem, certhius. Acanthida autem Theodorus *ligurinum* interpretatur quandoque, quandoque, *ſpinum*. Itali auiculam cantillantem argutè, *lugarinum*, vocant. Eam appellationem ad acanthidem tranſtulit Theodorus. At Latinis *ligurire* vox infamis eſt.

CAPVT VIGESIMVM-TERTIVM,

Ardeolarum genera.

CLXXXVI. ARISTOTELES.

Τῶν δ' ἐρωδιῶν ὁ μὲν πέλλος, ὥσπερ εἴρηται, ὀχεύει μὲν χαλεπῶς, εὐμήχανος δὲ καὶ δειπνοφόρος, καὶ ἐπαγρος. ἐργάζεται δὲ τὴν ἡμέραν τὴν μέντοι χροιὰν ἔχει φαύλην, καὶ τὴν κοιλίαν ἀεὶ ὑγράν.

ARdeolarum pellus coit, vt diximus, difficulter. Ingenioſus verò, & eſcæ ſtudioſus, & prædæ. Interdiu agit: colore deteriore eſt: at aluo ſemper vda.

CAESAR.

POST multam auicularum congeriem: nunc ſeparatim cæteras per capita videamus. Repetit hiſtoriam pelli, quam tamẽ meliùs cum aquaticis coniunxiſſet. Tria verò ponit ardeolarum genera: quæ nos quoque agnoſcimus. Pellus eſt aëronus pugnax δειπνοφόρος. Victitat piſcibus, muribus, & auiculis: quas vidimus totis plumis conceptas deuorare, ſed non niſi lotas priùs.

Χροιὰν ἔχει φαύλην. Nam eſt φαιὸς: ſubcinereus.

Κοιλίαν ὑγράν: veriſſimum eſt.

Δειπνοφόρος. Theodorus, *cœnagerula*. Mirum non compoſuiſſe *cænigera*, more ſuo. Δεῖπνον antiquitùs ientaculum, ſiue prandium eſſe conſtat. Δεῖ πονεῖν. Cœna autem δόρπον, δόρυ παύειν. Et κοινή, quia tota familia vnà conueniebat.

CLXXXVII. ARISTOTELES.

Τῶν δὲ λοιπῶν δύο, (τρία γὰρ γένη ἐστὶν αὐτῶν) ὁ μὲν λευκὸς, τήν τε χροιὰν ἔχει καλὴν, καὶ ὀχεύει

REliquarum duarum, nam tria genera ſunt, alba, colore pulchro eſt, & innoxia veneris. Nidum

CLVII. ARISTOTELES.

Ὁ δὲ τροχίλος, καὶ λόχμας καὶ τρώγλας οἰκεῖ· δυσάλωτος δὲ καὶ δραπέτης, καὶ τὸ ἦθος ἀσθενής· εὐβίοτος δὲ καὶ τεχνικός. καλεῖται δὲ πρέσβυς καὶ βασιλεύς· διὸ καὶ τὸν ἀετὸν αὐτῷ φασι πολεμεῖν.

Trochilus fruteta aut foramina colit. Difficilè capitur: fugax enim eſt. Quod ad mores ſpectat, imbecillus: parat ſibi victum, non iners. Vocatur etiam & Senator, *&* Rex. *Propter quam cauſſam aiunt ei infeſtam eſſe aquilam.*

CAESAR.

SVPRA χηράμους, dixit *cauernas*: nunc τρώγλας, *foramina minutiora*. Vt etiam aues ſint τρωγλοδύται.

Δραπέτης: nunquam enim reſtitat.

Ἦθος ἀσθενής: non eſt ἦθος, ſed ἕξις τοῦ σώματος.

Τεχνικός. At nihil ſtruit.

Διὸ καὶ τὸν ἀετόν φασιν αὐτῷ πολεμεῖν: rectè φασίν. Ridiculum enim eſt, aquilam ſcire eum à nobis vocari regem. Hoc etiam dubia fide recitat Plinius, & irridet.

Πρέσβυς. Sic etiam ſuprà appellauit eum.

CAPVT DECIMVM-SEXTVM,

AQVATICÆ AVES.

CLVIII. ARISTOTELES.

Ἐισὶ δέ τινες αἳ περὶ τὴν θάλατταν βιοῦσιν, οἷον κίγκλος. ἔστι δὲ τὸ ἦθος ὁ κίγκλος πανοῦργος καὶ δυσθήρατος· ὅταν δὲ ληφθῇ, τιθασσότατος. τυγχάνει δ᾽ ὢν καὶ ἀνάπηρος· ἀκρατὴς γὰρ τῶν ὄπισθέν ἐστι.

Sunt quæ circa mare victitant: vt cinclus. Eſt is aſtutus, neque facilis captu. Verùm captus maximè omnium cicuratur. Contigit ei à natura vt eſſet minùs integer. Partes enim poſteriores minùs valentes habet.

CAESAR.

NVNC tranſit ad eas aues quæ circum aquas, aut ab ipſis victum petunt.

Ἀνάπηρος, ſanè. Sed cùm explicat quem in modum, difficilior fit ad intelligendum.

Ἀκρατὴς τῶν ὄπισθεν. Nam quid dicit τῶν ὄπισθεν. Bipes enim tantùm eſt. Et ἀκρατὴς *incontinens*, cùm dicit Theodorus, innuit ipſum excrementa non poſſe continere. Sed *imbecillum* ſignificat: vt anſerem cui digitus pro calcaneo minor eſt quàm vt ſurrectum ſeſe poſſit continere. De cinclo quid ſentiamus, ſuprà in Octauo dictum eſt.

CLIX. ARISTOTELES.

Ζῶσι δὲ περὶ θάλατταν καὶ ποταμοὺς καὶ λίμνας, οἱ μὲν στεγανόποδες ἅπαντες· ἡ γὰρ φύσις αὐτὴ ζητεῖ τὸ πρόσφορον.

Viuunt circa mare, & fluuios, & lacus palmipedes omnes. Eiuſmodi nanque natura amat victum parabilem.

CAESAR.

NVnc per genera ſumma procedit, à differentia pedum. Nam στεγανόποδες, neque currere poſſunt, neque multum volant. Itaque τὸ πρόσφορον vocant. Theodorus, *commodum*: nos

parabilem:

parabilem : τὸ εὐπόριστον. Nam omnis natura commodius quid ſibi ſit quærit : non ſolùm palmipedum, ſed & earum, quæ valentiores ſunt. Quæ etiam τὰ' λιθοφόρα ζητοῦσι, vt aquilæ. Non enim niſi longè quæſitis, & expugnatis victitant. Ζητοῦσι verò dixit, vt φιλοῦσι.

CLX. ARISTOTELES.

Πολλοὶ δὲ καὶ τῶν σχιζοπόδων, περὶ τὰ ὕδατα καὶ τὰ ἕλη βιοτεύουσι. ὁ δ' ἄνθος περὶ τοὺς ποταμούς. ἔχει δὲ τὴν χρόαν καλὴν, καὶ ἔστιν εὐβίοτον.

MVlta etiam fiſsipedes circa aquas, & paludes victitant, vt anthus circa fluuios. Is colore pulcher eſt, & victu facilis.

CAESAR.

ET non ſit affectus conuertibilis cum aquatico τὸ στεγανόποδες. Nam etiam τὸ σχιζόπους ὑδατικὸν eſt. Sanè multas dixit : quia etiam ardeolæ, etiam corui, etiam fulicæ, aut parùm, aut nihil habent membranæ inter digitos. Sed quaſi inchoamenta quædam tantùm. Theodorus σχιζόποδες, *fidipedes*, malè : hoc enim actiuum eſt. At *fiſsipedes*, paſsiuum.

De antho & ſuprà in Octauo, & hoc in libro etiam.

CLXI. ARISTOTELES.

Ὁ δὲ καταῤῥάκτης, ζῇ μὲν περὶ θάλατταν. ὅταν δὲ καθῇ ἑαυτὸν εἰς τὸ βαθὺ, μένει χρόνον οὐκ ἐλάττονα, ἢ ὅσον πλέθρον διέλθοι τις. ἔστι δ' ἔλαττον ἱέρακος τὸ ὄρνεον.

CAtarractes viuit ad mare. Cùm autem ſeſe in profundum demiſerit, non minore manet tempore, quàm quanto iugerum quis tranſierit. Eſt enim minor accipitre auis.

CÆSAR.

Καταῤῥάκτης. Quæ hæc auis ſit, & quo nomine vulgus vocet, neſcio. Plinius in Decimo, ex Iuba ait Diomedeas aues *cataractas* eſſe dictas. At aliæ videntur ab Ariſtotelis deſcriptione. Quo fit vt cataractæ, aliæ à catarractis ſint. Diomedeas autem aues fabuloſas puto : neque vnquam in rerum natura fuiſſe. Figmenta ſunt, mendacium Græcorum. Quod hîc Philoſophus, τῷ καταῤῥάκτῃ tribuit, in mergo reperitur. Nam καταῤῥάκτην σχιζόποδα eſſe oportet. Fortaſſe hoc mergi cognomen eſt παρὰ τὸ καταῤῥαίνειν. Nam de mergo nihil hîc, ſed in Octauo. Ariſtotelem autem diuerſis nominibus quædam animalia, præcipuè aues, vocare conſtat. Vt in regulo quem *ſenatorem*, *trochilum*, dicit.

Περὶ τὴν θάλασσαν : imò ἀπὸ τῆς θαλάσσης.

Καθῇ. Theodorus *ingurgitârit*, malè. Latinis enim aliud eſt ingurgitare.

Διέλθοι : hoc etiam faciunt mergi, anates, & aliæ multæ.

CLXII. ARISTOTELES.

Καὶ οἱ κύκνοι δὲ, εἰσὶ μὲν τῶν στεγανοπόδων, καὶ βιοτεύουσι δὲ περὶ λίμνας καὶ ἕλη. εὐβίοτοι δὲ καὶ εὐήθεις, καὶ εὔτεκνοι, καὶ εὔγηροι, καὶ τὸν αἰετὸν, ἐὰν ἄρξηται, ἀμυνόμενοι νικῶσιν. αὐτοὶ δὲ οὐκ ἄρχουσι μάχης. ᾠδικοὶ δὲ, καὶ περὶ τὰς τελευτὰς μάλιστα ᾄδουσιν. ἀναπέτονται γὰρ καὶ εἰς τὸ πέλαγος. καί τινες ἤδη πλέοντες παρὰ τὴν Λιβύην, περιέτυχον ἐν τῇ θαλάττῃ πολλοῖς ᾄδουσι φωνῇ γοώδει καὶ τούτων ἑώρων ἀποθνήσκοντας ἐνίους.

OLores etiam palmipedes ſunt. Et circa lacus, atque paludes viuunt. Facili victu, & moribus innoxiis, & fœcundi, & ſenecta proſpera. Aquilam madentem repugnando vincunt. Ipſi nunquam laceſſunt : cantores verò ſunt : atque ſub mortem potiſsimùm canunt. Auolant enim etiam in altum mare. Vbi iam prænauigantes quidam Africam, inuenerunt multos canentes voce lugubri. Quorum etiam aliquot morientes tum videre.

CAESAR.

MVlta Capita morum & naturæ in cygnis narrat. Palmipedes, aquaticos, facili victu, innocentes, fœcundos, ſenecta ſecundiore, aquilæ victores, non aggreſſores, cantores maximè morituros. Deinde ſubnectit fabulam.

Non potuimus aſſequi lenocinium tranſmarinum, repetito, εὖ, toties: εὐβίοτοι, εὐήθεις, εὔτεκνοι, εὔγηροι. Theodorus, *nec probitate victus, morum.* Hactenus benè. At cùm addit *prolu, ſenectutis vacant*: malè. Εὔτεκνος, non eſt qui probos habet liberos. Neque dicas *probam*, ſed *fœcundam ſenectutem.*

Ἀναιρῖται γάρ. τὸ γὰρ, παρέλκει.

Πλέοντες παρὰ τὴν Λιβύην: Africæ oram legentes.

Γοᾶσθαι. Sic noſter Poëta. *Cantator cygnus funeris ipſe ſui.*

Καὶ τοῦτον ἱστοροῦσι ἀποθνήσκοντας ᾄδειν: fabulæ condimentum. Aiunt verò etiam ſpirante Fauonio id facere. Ferrariæ multos vidimus, ſed cantores ſanè malos, neque meliùs anſere canere.

CAPVT DECIMVM-SEPTIMVM,

DE CHALCIDE.

CLXIII. ARISTOTELES.

Ἡ δὲ χαλκὶς, ὀλιγάκις μὲν φαίνεται· οἰκεῖ γὰρ ὄρη· ἔστι δὲ μέλας· καὶ μέγεθος ὅσον ἱέραξ ὁ φασσοφόνος καλούμενος, καὶ τὴν ἰδέαν μακρὸς καὶ λεπτός. κύμινδιν δὲ καλοῦσιν Ἴωνες αὐτήν· ἧς καὶ Ὅμηρος μέμνηται ἐν τῇ Ἰλιάδι εἰπών.

Χαλκίδα κικλήσκουσι θεοὶ, ἄνδρες δὲ κύμινδιν.

Apparet rarò chalcis. Montes enim habitat, colore atro, accipitris magnitudine, cognomento palumbarij. *Facie procera, & tenui.* Cymindin *eum vocant Iones. Cuius etiam Homerus meminit in* Iliade. Chalcida *quem ſuperi vocitant, hominesq́* cymindin.

CAESAR.

Ὄρη γὰρ οἰκεῖ. Ratio quare apparet rarò, ſed campos incolentibus.

Μέλας: ergo λεπτὸς, non λιδινὸς, vt ſcriptum eſt in Codice noſtro, legendum eſt.

Ὅσον ἱέραξ. At Plinius in Decimo attribuit eum accipitrum generi, & rectè ex Ariſtotele, qui infra in Capite de *accipitre* cum ipſis annumerat. Plinius vocat *accipitrem nocturnum.*

CLXIV. ARISTOTELES.

Φασὶ δέ τινες εἶναι τὸν αὐτὸν τοῦτον ὄρνιθα τῷ πτυγγὶ, οὗτος ἡμέρας μὲν οὐ φαίνεται, διὰ τὸ μὴ βλέπειν ὀξύ· τὰς δὲ νύκτας θηρεύει, ὥσπερ οἱ ἀετοί· καὶ μάχονται δὲ πρὸς τὸν ἀετὸν οὕτω σφόδρα, ὥς' ἄμφω πολλάκις λαμβάνεσθαι ζῶντας ὑπὸ τῶν νομέων. τίκτει μὲν οὖν δύο ᾠά· νεοττεύει δὲ καὶ οὗτος ἐν πέτραις καὶ σπηλαίοις.

Aiunt quidam hanc eãdem eſſe auem cum ptynge. Ea interdiu non apparet propter viſus hebetudinem. Noctu venatur vt aquila: cum qua adeò vehementer pugnat, at amba viua ſæpe à paſtoribus capiantur. Oua bina parit. Nidificat etiam ijs in ſaxis, & ſpeluncis.

CÆSAR.

CONTINVAT hiſtoriam ex quorundam opinione, qui etiam ptyngen dictam eſſe putârint. Et ponit mores: nam ſuprà, formam tantùm.

Ὥσπερ οἱ ἀετοί. Τὸ, ὥσπερ, vtrum referatur ad θηρεύει, an ad νύκτας? Nam ſi cum aquila pugnat: ergo aut interdiu quoque apparet, aut aquila etiam noctu venatur.

Intercepta erat ſeries hiſtoriæ quibuſdam verbis, ἢ δὶ ἴβεις, quæ expunximus. Nam & Theodorus ea non agnouit, neque Plinius: qui tamen omiſit nomen ptyngis.

Φασί: ergo ptyngen ignorauit Ariſtoteles, ſi alia erat auis.

Theodorus, addidit, *implexæ deferantur in terram*: & omiſit præpoſitionem. *Saxis ſpeluncisq́ nidulatur*: malè. Neque enim eſt vt Thebis, Piſis.

CAPVT

CAPVT DECIMVM-OCTAVVM,

GRVES.

CLXV. ARISTOTELES.

Μάχιμοι δὲ καὶ αἱ γέρανοί εἰσι πρὸς ἀλλήλας ἄγαν σφόδρα, ὥστε καὶ λαμβάνεσθαι μαχομένας· ὑπομένουσι γάρ. τίκτει δὲ καὶ γέρανος δύο ᾠά.

PVgnare ſolent etiam grues inter ſe tam acriter, vt dimicantes capiantur. Reſtitant enim. Pariunt etiam grues oua bina.

CÆSAR.

POTIVS ſuprà dicere hæc debuit in Capite de *Inimicitijs.* Sed pugnant humi, non in aëre. Nam ex complexæ non deferuntur. Non enim vncos habent vngues.

Ὑπομένουσι, ſcilicet inflammato animo in aduerſarium ad inuadendum: non aduerſus graſſatorem hominem ad euadendum. Theodorus paraphraſi vſus eſt: *hominem expectare potiùs quàm pugna deſiſtere patiuntur.*

Τίκτει δὲ καί. Τὸ, καί, quia cymindis bina: iccirco καὶ γέρανος. Theodorus omiſit.

CAPVT DECIMVM-NONVM,

PICA.

CLXVI. ARISTOTELES.

Ἡ δὲ κίττα, φωνὰς μὲν μεταβάλλει πλείστας. καθ' ἑκάστην γὰρ, ὡς εἰπεῖν, ἡμέραν ἄλλην ἀφίησι· τίκτει δὲ περὶ ἐννέα ᾠά. ποιεῖται δὲ τὴν νεοττιὰν ἐπὶ τῶν δένδρων ἐκ τριχῶν καὶ ἐρίων. ὅταν δ' ὑπολίπωσιν αἱ βάλανοι, ἀποκρύπτουσα ταμιεύεται.

MVltas voces pica mutat. Singulis nanque prepemodum diebus aliam edit. Parit oua nouem circiter. Nidum facit in arboribus ex pilis & lana: glandem, cùm deficit, abditam condit.

CAESAR.

A VOCE picæ ingenium narrat, & ait vocem mutare. Mihi non ita videtur. Præstereà non in arboribus, ſed turrium culminibus, modò pinnulæ ramoſæ ſint. Non ex pilis, ſed ex luto, & feſtucis, & ſurculis adeò magnum, & grauem, ac durum, vt ſecuris aciem reſpuat: & pinnulas etiam ferreas inclinet.

Ταμιεύεται. Sic Latini, *condere*: ταμίας, *promus condus.* Ferax enim animal eſt: neque cedit monedulæ Omnia ſurripit atque condit, obſeruans ne deprehendatur.

Κίτταν Græci: *picam* Latini: Thuſci *puttam*: quidam Itali *garzam*: Taurini *agathiam*: Franci *piam*: Vaſcones, *agazam*, vocant.

Ὑπολίπωσιν: *cùm futurum eſt*, vt ne ampliùs de arboribus viuant.

CAPVT VIGESIMVM,

Ciconia, & meropes, chloris, merula, pica, acanthylis, cinnamomeus.

CLXVII. ARISTOTELES.

Περὶ μὲν οὖν τῶν πελαργῶν, ὅτι ἀντεκτρέφονται, θρυλλεῖται παρὰ πολλοῖς· φασὶ δέ τινες καὶ τοὺς μέροπας ταὐτὸ τοῦτο ποιεῖν, καὶ ἀντεκτρέφεσθαι ὑπὸ τῶν ἐκγόνων, οὐ μόνον γηράσκοντας, ἀλλὰ καὶ εὐθύς, ὅταν οἷοί τ' ὦσι· τὸν δὲ πατέρα καὶ τὴν μητέρα μένειν ἔνδον. ἡ δὲ ἰδέα τοῦ ὄρνιθος τῶν πτερῶν ἐστι, τὰ μὲν ὑποκάτω, ὠχρόν· τὰ δ' ἐπάνω, ὥσπερ τῆς ἀλκυόνος, κυάνεον· τὰ δ' ἐπ' ἄκρων τῶν πτερυγίων, ἐρυθρά. τίκτει δὲ περὶ ἓξ ἢ ἑπτὰ ὑπὸ τὴν ὀπώραν, ἐν τοῖς κρημνοῖς τοῖς μαλακοῖς· εἰσδύεται δ' εἴσω καὶ τέτταρας πήχεις.

Multos autores habet fama, quæ de ciconiis circumfertur Parentibus à liberis educationis gratiam referri. Hoc idem etiam à merope factitari aiunt. A ſobole viciſſim nutriri non ſolùm ſeneſcentes, ſed continuò vbi id pulli efficere valeant: matrem patrémque à nido non dimoueri. Quod ad formam auis attinet. Pennæ inferiores pallidæ, ſuperiores ceruleæ, vt alcedoni: alarum extremæ, rubræ. Poſt Autumnum parit ſex aut ſeptem in rupibus mollioribus: intra quas etiam quatuor cubita ſubit.

CAESAR.

CONIVNGIT ciconiam cum merope alioqui diuerſiſſima aue. & ſpecie, & nido, & magnitudine, & victu. Coniungit autem ob pietatem. Maiorem etiam meropi eſſe, qui non vetulos tantùm, ſed etiam benevalentes parentes curet, cibo allato, vt quieſcant ipſi. Ferunt verò etiam geſtare dorſo parentem affectum ſenecta, ciconiam. Viuit ciconia ſerpentibus, quos nos Stapuniſij ab ea afferri vidimus. Id eſt caſtellum in Taurinis, vbi quotannis ſumma in turri nidum faciebat. Item ranis viuit, vt vidimus. Cruribus longis eſt, & collo, & roſtro, cauda mutila, vt grus, colore ſubcinereo. Merops autem vt hîc deſcribitur: alius ab eo quem Bellonius à Cretenſibus *Meliſſophagum*, vocari ait, videtur. De eo ſuprà cap. I. lib. VI. quid ſentiremus, expoſuimus.

Ἀντεκτρέφονται, vnde ἀντιπελαργεῖν, vox luculenta, & feſtiua, & commoda.

Θρυλλεῖται: circunfertur fama.

Καὶ ἀντεκτρέφεσθαι. Τὸ καὶ, eſſet expoſitiuum: nihil enim copulat noui, niſi addatur οὐ μόνον.

Nota ποιεῖν καὶ ἀντεκτρέφεσθαι. At ποιεῖν, eſt actiuum: ἀντεκτρέφεσθαι paſſiuum. Sed attribuit τὸ ποιεῖν, toti generi. Itaque οἷοί τ' ὦσι, τοῦ ποιεῖν: & τὸ γηράσκοντας τοῦ ἀντεκτρέφεσθαι. Mira ſanè vbique oratio huius viri.

Μένειν ἔνδον Sanè qui quatuor cubitorum tractu ſubeunt cauernulas. Plinius ait, *eum parentes ſuos reconditos paſcere.*

Ὑπὲρ τὴν ὀπώραν: *tranſacto Autumno.* Theodorus, *æſtate.* Sed falſum eſt: πρὸς τῆς ὀπώρας, dixiſſet. Plinius tacuit.

Μαλακοῖς: quis vnquam vidit rupem mollem? Sed intellexit terram, aut quouis alio modo quam excauat. Ita Plinius *defoſſa altitudine.* Theodorus verò omnia illa de ſuo addidit. *Sed in cubili manentes paſci labore eorum, quos ipſi genuerunt, enutrierunt, educârunt.*

Τὰ ὑποκάτω, quæ alibi vocat ὕπτια: vt ventre ſit luteo. dorſo cyaneo. At Plinius, *pallido intus colore pennarum, supernè cyaneo, priori ſubrutilo.* Sed quid eſt illud, *priori ſubrutilo?*

CLXVIII. ARISTOTELES.

Ἡ δὲ καλουμένη χλωρὶς, διὰ τὸ τὰ κάτω ἔχειν ὠχρὰ, ἔστι μὲν ἡλίκον κόρυδος, τίκτει δὲ ᾠὰ τέτταρα ἢ πέντε. τὴν δὲ νεοττιὰν ποιεῖται μὲν ἐκ τοῦ συμφύτου ἑλκῦσα πρόρριζον, στρώματα δ' ὑποβάλλει τρίχας καὶ ἔρια.

Quæ chloris *dicitur: propterea quòd inferiores plumas luteas habeat, eſt alaudæ magnitudine. Parit oua quaterna quináve. Ex ſymphyto nidum facit radicitùs extirpato, conſternens pilo, & lana.*

CAESAR.

C Æ S A R.

OCCASIONE τοῦ ἄχρι, ſubdidit alteram hiſtoriam. Sunt igitur tres aues affini nomine: χλωρὶς χλωρείων, χλωριός. χλωριὸς, grandis auis eſt: χλωρείων, eſt quem *viridonem* diximus, *friſonem* Itali: χλωρὶς, quam Vaſcones *verdaugiam* vocant: id eſt viridem auiculam, minùs craſſam, & roſtro minùs robuſto quàm viridi.

Τὰ κάτω: quoniam dorſum habet ſubcinereum.

Ἐκ τοῦ συμφύτου: *alum* ex Plinio interpretatur Theodorus.

CLXIX. ARISTOTELES.

ΤΑὐτὸ δὲ τοῦτο ποιεῖ καὶ ὁ κόττυφος καὶ ἡ κίττα, καὶ τὰ ἐντὸς τῆς νεοττίας ἐκ τούτων ποιοῦνται.

HOc idem facit & merula, & pica, atque ex his interna nidorum conſtruunt.

C Æ S A R.

DE pica fruſtrà repetit. De merula malè differt. Et ſanè intelligas ταὐτὸ τοῦτο. Nanque non eſt verum. Neque enim ex ſymphyto conſtruunt. Itaque meliùs dixiſſet, τὰ γὰρ ἐντὸς: quàm, καὶ τὰ ἐντός. Videntur enim & ſymphytum componere, & conſternere pilos.

CLXX. ARISTOTELES.

ΤΕχνικῶς δὲ καὶ ἡ κίττα τοῦ ἀκανθυλλίδος ἔχει νεοττία. πέπλεκται γὰρ ὥσπερ σφαῖρα λινῆ, ἔχουσα τὴν εἴσοδον μικράν.

ARtificioſus Acanthyllidis quoque nidus eſt: intextus enim eſt perinde atque pila linea, anguſto aditu.

C Æ S A R.

ARGATHYLIN legit Theodorus ex Plinio. Sed malè legit Plinij verba. Sic enim conſtant in Decimo. *In genere ripariarum eſt, cui nidus ex muſco arido ita abſoluta perficitur pila, vt inueniri non poſſit aditus.* Poſtea ſubdit. *Argathylis, appellatur eadem figura ex lino intexens.* Ergo argathylis alia eſt ab illa riparia. Nam lino hæc, illa muſco texit. Sed propter communem figuram ſubiunxit hiſtoriam. At Theodorus ſimul connexuit: vnam agnoſcens. Sic enim addidit de ſuo. *Solerti ingenio argathylis in ripariarum genere ſuum inſtruit nidum.* Et malè vſus eſt, verbo, *inſtruit.* Nam ſtruit qui ædificat: inſtruit qui intus quæ opus ſunt, apparat. Vnde *inſtrumenta ruſtica.* Pica & ſtruit, & inſtruit, vt diximus. Item malè: *filis intexit lineis:* vbi nanque neuit illa, vt texat filis: ſed lini ſurculis texit. Ita Plinius prudentiùs *lino*, dixit.

CLXXI. ARISTOTELES.

Φασὶ δὲ καὶ τὸ κιννάμωμον ὄρνεον εἶναι οἱ ἐκ τῶν τόπων ἐκείνων, καὶ τὸ καλούμενον κιννάμωμον φέρειν ποθὲν τοῦτο τὸ ὄρνεον, καὶ τὴν νεοττίαν ἐξ αὐτοῦ ποιεῖσθαι. νεοττεύει δ' ἐφ' ὑψηλῶν δένδρων, καὶ ἐν τοῖς θαλλοῖς τῶν δένδρων· ἀλλὰ τοὺς ἐγχωρίους μόλυβδον πρὸς τοῖς οἰστοῖς προσαρτῶντας, τοξεύοντας καταβάλλειν, καὶ οὕτω συνάγειν ἐκ τοῦ φορυτοῦ τὸ κιννάμωμον.

AIunt etiam cinnamomum auem eſſe ex locis illis, eámque alicundè ferre quod cinnamomum *vocant: éxque eo ſibi nidum ædificare, ſummis arborum ramis impoſitum. Incolas apto ad ſagittas plumbo deijcere: atque ita ex congeſto colligere cinnamomum.*

C Æ S A R.

NOn incautè dixit φασί: fabula enim eſt: quam tamen Plinius ſequutus eſt ſolida fide. Neque enim addidit, vt Herodotus, *aiunt.* Et ſanè in eius Codice mendoſè ſcriptum eſt *cinnamulgus*, vel *cinamologos.* Neque enim mulgetur cinnamomum, neque Arabes Græcè loquuntur. Sed

auem merci ſuæ cognominem dixere. Plinius quoque dixit, *in Arabia*: atque eum ſequutus Theodorus. At in Græco Codice nihil horum eſt. Sed, οἱ ἐν τῷ τόπῳ ἐκείνῳ. Id eſt, *ij loca illa habitant.*

Πόθεν, alia ex regione. Ex India ſcilicet.

Ἐκ τῆς φορυτῆς. Theodorus, *diſcuſſo*: imò verò ex eo quòd auis congeſſit. Sic φορυτὸν in fluuiis.

CAPVT VIGESIMVM-PRIMVM,

ALCEDO.

CLXXII. ARISTOTELES.

Ἡ δ' ἀλκυὼν, ἐστι μὲν, οὐ πολλῷ μείζων στρουθοῦ· τὸ δὲ χρῶμα, καὶ κυανοῦν ἔχει καὶ χλωρὸν, καὶ ὑποπόρφυρον· μεμιγμένον δὲ τοιοῦτο τὸ σῶμα πᾶν, καὶ αἱ πτέρυγες καὶ τὰ περὶ τὸν τράχηλον, οὐ χωρὶς ἕκαστον τῶν χρωμάτων. τὸ δὲ ῥύγχος, ὑπόχλωρον μὲν, μακρὸν δὲ καὶ λεπτόν.

Alcedo paſſere haud maior eſt: colorem habet cæruleum, & luteum, & ſubpurpureum mixtum. Tale corpus totum & alæ. Tum colli partes, non ſeorſum poſitis coloribus. Roſtrum ſubluteum, longum, tenue.

CAESAR.

ALIBI de alcedone non pauca: nunc etiam aliqua.

Μεμιγμένον: non ſeparatos colores, vt pica, & pauo. Et addidit ſuperfluè: οὐ χωρὶς ἕκαστον τῶν χρωμάτων. Sic cùm dixiſſet, τὸ σῶμα πᾶν. Quare addidit καὶ πτέρυγες, καὶ τὰ περὶ τὸν τράχηλον? Σῶμα appellat molem præter alas, crura, collum, caput. Sic & alibi.

Μείζων. Theodorus, *amplior*, malè: *amplum*: ſignificat *capax*: *ampluſtria*: vox nautica: amplum vas ad nauigandum ἀφλαστον.

Μεμιγμένον δέ. Theodorus, *videlicet, non particulatim colore ita diſtincta, ſed ex indiſcreto variè refulgens.* Etiam *fulgorem* addidit: Et negat particulatim diſtingui. Et dicit *indiſcretum colorem*. Imò diſcreti ſunt colores, & particulatim diſtincti. Non per membra, ſed per particulas, & maculas: ideò *mixtos* conſultiùs dixiſſet. Nam χωρὶς ſignificat regiones corporis. Et ἕκαστον: vt certis ſpatiis ſuo quiſque præſcribatur, ſine alio.

CLXXIII. ARISTOTELES.

Τὸ μὲν οὖν εἶδος ἔχει τοιοῦτον· ἡ δὲ νεοττιὰ παρομοία ταῖς σφαίραις ταῖς θαλαττίαις ἐστὶ, καὶ ταῖς καλουμέναις ἁλοσάχναις, πλὴν τῷ χρώματος. τὴν δὲ χρόαν ὑποπύρρον ἔχουσι· τὸ δὲ σχῆμα παραπλήσιον ταῖς σικύαις, ταῖς ἐχούσαις τοὺς τραχήλους μακρούς. τὸ δὲ μέγεθος αὐτῶν ἐστὶ τῆς μεγίστης, σπογγιᾶς μεῖζον· εἰσὶ γὰρ μείζους καὶ ἐλάττους· κατάστεγοι δὲ, καὶ τὸ στερεὸν ἔχουσι συχνὸν καὶ τὸ κοῖλον. καὶ κόπτοντι μὲν σιδηρίῳ ὀξεῖ, οὐ ταχὺ διακόπτεται· ἅμα δὲ κόπτοντι, καὶ ταῖς χερσὶ θραύοντι, ταχὺ διαθραύεται. ὥσπερ ἡ ἁλοσάχνη. τὸ δὲ στόμα στενὸν ὅσον εἴσδυσιν μικρὰν ὥστ' οὐδ', ἂν ἀναστραφῇ ἡ θάλαττα, οὐκ εἰσέρχεται. τὰ δὲ κοῖλα παραπλήσια ἔχει τοῖς τῶν σπόγγων. ἀπορεῖται δ' ἐκ τίνος συντίθησι τὴν νεοττιάν. δοκεῖ δὲ μάλιστα ἐκ τῶν ἀκανθῶν τῆς βελόνης. ζῇ γὰρ ἰχθυοφαγοῦσα. ἀναβαίνει δὲ καὶ ἐπὶ τοὺς ποταμούς. τίκτει δὲ περὶ πέντε μάλιστα ᾠά. λοχεύεται δὲ διὰ βίου· ἄρχεται δὲ τετράμηνος.

Talis eius ſpecies eſt: nidus autem ſimilis marinis pilis quas halosachnas *vocant: colore tantùm diſtans. Subruffus enim eſt. Figura repræſentat cucurbitas quibus longum collum eſt, maximis ſpongiis maior. Quanquam ſimul alij etiam minores: omnes autem conſepti ſoliditate & cauitate crebra conſtant. Ferri aciem non citò patitur ſed percuſſu & manuū vi celeriter diffrangitur: ſicut & haloſachne. Oſtiolum anguſtum habet, quantum ſatis ſit ad ingreſſum puſillum: adeò, vbi ſubuortatur mare, vt ne tum quidem ingrediatur. Cauernas intus habet, vt ſpongia. Dubitant de materia eius. Videtur verò ex acuciculæ ſpinis confici. Piſcibus enim victitat. Subit etiam fluuios. Parit potiſſimùm oua quinque. Quandiu viuit fœcunda eſt. Incipit quarto ætatis menſe.*

CAESAR.

CAESAR.

NVNC de nido: cuius refert, materiam, formam, figuram, quantitatem, ſitum partium, colorem, finem. Dicit enim è ſpinis, nidum: dicit cucurbitæ faciem, ſpongiæ magnitudinem, ſoliditatem cauitatis, ruffum, duritiam quandam ab alijs differentem. Finalis cauſſa figuræ, etiam in mare recipiat.

Σφαίραις θαλαττίαις καὶ ταῖς καλουμέναις ἁλοσάχναις. Sanè verum eſt, & idem. Nam ſpuma maris, quam *florem* vocant, in globos rotundos formata eijcitur in littus. Dioſcorides in Quinto, alcyonei medicamẽti quinque facit genera. Hoc verò quod quintum ponit, plurimum reperiri ait in Propontide prope inſulam Beſbicon, atque ab incolis *haloſachnen* vocari. Plinius in Triceſimo ſecundo, quatuor tantùm recenſet genera.

Πλὴν τῷ χρώματος. Nam haloſachne colore eſt ſubcinereo.

Τὸ δὲ σχῆμα σικύας: at ſuprà παρόμοια τῷ σφαίραις. Idem verò eſt σχῆμα καὶ ὅμοιον. Vult autem dicere cum eſſe rotundum vt pilam, ſed in collum produci, vt cucurbitam: quam Theodorus non rectè medicinalem vult eſſe. Imò hortenſem intellexit: à cuius facie *medicinalis* quoque dicta eſt.

Ταῖς ἐχούσαις τὰ: ῥαχίλας μακράς. Nam etiam rotundæ ſunt, & oblongæ ſine collo: etiam ſeſſiles. Medicinales autem collum longum non habent.

Εἰσὶ γὰρ μείζους καὶ ἐλάττους. Oportet igitur dicere ſic. Ἡ μὲν μεγίστη νοττία μείζων τῆς μεγίστων σπόγγων. Εἰσὶ δὲ καὶ ἐλάττους. Nota σπογγία, & σπόγγος: vnde eſt noſtra *ſpongia*.

Καταστεγοι δὲ. Theodorus *conſepius & ſtipatus*, rectè. Nos addidimus *omnes*: quia non omnes eadem magnitudine, at omnes κατάστεγοι.

Τὸ στερεὸν ἔχουσι συχνὸν καὶ τὸ κοῖλον. Theodorus *crebro ſolido, & cauo conſtant*: rectè. Iccircò ſpongijs aſſimilauit mox.

Καὶ κόπτοντι οὐ διακόπτεται: mel non eſt dulcius: *ſecanti non diſſecatur.*

Ἅμα δὲ κόπτοντι: tundenti ferro non acuto: quia non eſt dura materia: ſed recedens mollitia quadam lenta. Sic multa alia inuenias. Iccircò non ferro acuto, obtuſo frangitur, potiùs quàm ſcinditur. Itaque Plinius in Decimo: *ferro*, inquit, *intercidi non queunt, franguntúrque ictu valido, vt ſpuma arida maris.* Et ideo διαθραύεται dicit. Sic reſpondet διαθραύεται θραύοντι, διακόπτεται κόπτοντι. Sic tamen dicas: tundendo & frangendo diffringitur, ſecando non diſſecatur.

Ὅσον ἔσοδον μικράν. Theodorus ὅσον, *quoad*, malè.

Τὰ κοῖλα παραπλήσια. Theodorus *proxima*. Non loquuntur Latini ſic, ad eam ſignificationem.

Ἀκανθῶν τῆς βελόνης. Plinius in Decimo. *Nec vnde, confingantur*, inquit, *inuenitur. Putant ex ſpinis aculeatis: piſcibus enim viuunt.* Quia idem in Nono, *belonas acus*, vocat. Et in Triceſimo: *belonæ*, inquit, *quos* aculeatos *vocamus.*

CAPVT VIGESIMVM-SECVNDVM,

Auicularum nidi, & mores multarum.

CLXXIV. ARISTOTELES.

Ὁ δὲ ἔποψ τὴν νοττίαν μάλιστα ποιεῖται ἐκ τῆς ἀνθρωπίνης κόπρου· τὴν δ' ἰδέαν μεταβάλλει τοῦ θέρους καὶ τοῦ χειμῶνος, ὥσπερ καὶ τῶν ἄλλων ἀγρίων τὰ πλεῖστα.

Vpops nidum ferè facit in humano ſtercore. Mutat faciem æſtate, & hyeme: ſicut & aliarum agreſtium auium plurima.

C ÆSAR.

MVLTARVM ſimul auium breues hiſtorias recenſebimus à fœdiſſima auſpicati. Triſti aſpectu auis eſt, colore raro, candidis pennis alarum diſtincto: magnitudine dupla ad merulam. Inſigni criſta plicatili ex plumis, more militari, ſurrecta vbi velit. *Vpupam*, Latini, vulgus noſtrum *puttam*: quia fœtet, quemadmodum Vaſcones, *puput*: tum à fœtore, tum etiam à cantu. Galli *huppam*, tum à criſta, tum etiam à voce dixere. Aiunt verò non ſolùm nidum in humano ſtercore facere, ſed etiam eo ali. Quod & canes faciunt, gallinæ, ſues, & anſeres domeſtici.

Μάλιστα. Nam non ſemper inuenit. Theodorus *potiſſimè*, tranſtulit: meliùs, *potiſſimum*.

Τὴν ἰδέαν μεταβάλλει. Hoc etiam repetit in calce huius libri: & laxiùs exequitur.

Ἀγρίων. Quoniam apud nos quæ degunt aues non mutant faciem.

Τὰ πλεῖστα: quoniam non omnia, neque pauca.

CLXXV. ARISTOTELES.

Ὁ δ' αἰγίθαλος τίκτει μὲν ᾠὰ πλεῖστα, ὥς φασιν. ἔνιοι δὲ καὶ τὸν μελαγκόρυφον καλούμενον, φασὶ πλεῖστα τίκτειν, μετά γε τὸν ἐν Λιβύῃ στρουθόν. ἑώραται μὲν γὰρ καὶ ἑπτακαίδεκα. τίκτει μέντοι καὶ πλείω ἢ εἴκοσι. τίκτει δ' ἀεὶ περιττά, ὥς φασιν. νεοττεύει δὲ καὶ οὗτος ἐν τοῖς δένδρεσι, καὶ βόσκεται τοὺς σκώληκας.

ÆGithalus parit, vt aiunt, oua plurima. Aliqui etiam à melancorypho plurima edi autumant. Sed plura adhuc ſtruthionem Afrum. Etiam ad ſeptem & decem viſa ſunt. Sed enimuerò etiam plura quàm viginti: ſempérque imparia. Nidificat ægithalus in arboribus, & vermes depaſcitur.

C ÆSAR.

ÆGITHALI hiſtoriam à fœcunditate inceptam, claudit nido, & eſca. Intercipit duabus alijs hiſtorijs melancoryphi & ſtruthionis.

Καὶ τὸν μελαγκόρυφον. Τὸ, καὶ: facit hiſtoriam parem ſuperiori, non illam tollit.

Μετά γε: ſic Homerus μετ' ἀμύμονα Πηλείωνα.

Ἐν Λιβύῃ: à natione, non habitatione. Nam etiam extra Libyam in Ægyptum tranſlatus parit.

Περιττά. Nam multæ aues contrà, paria: vt mas & fœmina ſit.

Καὶ οὗτος: intellige ægithalum. Theodorus ſuprà lib. Octauo, *Parum*, ſicut & hîc interpretatur: vbi multa quæ ad hanc rem. Odioſum enim hîc eſſet ea repetere: addam tantum hîc quæ ibi omiſeramus. Plinium cùm neque ægithali, neque fringillæ, neque Pari verbum vllum feciſſet, *Param* tantùm nominâſſe in Octauodecimo. Eam exortu Sirij, eodem ſtatim die abire à conſpectu. In libris Augurum auis hæc *Para* fuit inauſpicata. Idem Plinius in Decimo, ait ficedulas formam & colorem mutare, neque hoc nomen niſi Autumno habere: poſteà *melancoryphos* vocari. Quod & à nobis ſuprà in ſcriptis relatum eſt.

CLXXVI. ARISTOTELES.

Ἴδιον δὲ τούτῳ καὶ ἀηδόνι παρὰ τοὺς ἄλλους ὄρνιθας, τὸ μὴ ἔχειν τῆς γλώττης τὸ ὀξύ.

PRoprium & huic, & luciniæ, præter alias aues carere linguæ mucrone.

C ÆSAR.

PSITTACVM non erat contemplatus, obtuſa enim lingua eſt. Meliùs hoc dixiſſet vbi de partibus animalium loquitur.

Lege τούτῳ, non τῷδε.

Τὸ ὀξὺ, quod linguæ debetur. Theodorus *linguæ ſummæ acumine*. Mirum ſi acumen alia in parte ſit.

CLXXVII. ARISTOTELES.

Ὁ δ' αἰγίοθος, εὔβιος καὶ πολύτεκνος. τὸν δὲ πόδα χωλός ἐστι.

ÆGiothus victus facilitate, & fœcunditate præditus eſt. Sed pede altero claudicat.

C ÆSAR.

C Æ S A R.

DE ægitho ſuprà hoc eodem libro. Ponere debuerat Philoſophus vter pes eſſet claudicans. Theodorus peſſimè vertit: *alterius pedis claudicate cedit.*

CLXXVIII. ARISTOTELES.

Χλωρείων δὲ μαθεῖν μὲν ἀγαθὸς καὶ βιομήχανος, κακοπετὴς δὲ, καὶ χρόαν ἔχει μοχθηράν.

Viridones dociles ſunt, & induſtrij ad victum, ſed minùs apti ad volandum, & colore minùs nitido.

C AE S A R.

ADEÒ ſunt dociles, non ad canendum tantùm, ſed etiam ad alia. Vt ſitulas in caueolis penſiles aquæ plenas potus cauſſa ad ſeſe ſurſum trahant. Iccircò βιομήχανον non malè appellat Philoſophus.

Μοχθηρὰν χρόαν: Theodorus *nec grati coloris eſt*: optimè.

CLXXIX. ARISTOTELES.

Ἡ δ' ἐλέα, ὥσπερ ἄλλη τις τῶν ὀρνίθων, εὐβίοτος, καὶ καθίζει θέρους μὲν ἐν προσηνέμῳ καὶ σκιᾷ· χειμῶνος δ' ἐν εὐηλίῳ. καὶ ἐπισκοπεῖ ἐπὶ τῶν δονάκων περὶ τὰ ἕλη. ἔστι δὲ τὸ μὲν μέγεθος βραχὺς, φωνὴν δ' ἔχει ἀγαθήν.

Helea ſi qua alia auium, facilè ſibi victum quærit. Aeſtate in aura, & opacis habitat: hyeme in apricis. Ab ſummis arundinibus paludes circumſpectat. Corpore paruo eſt, voce bona.

C AE S A R.

THEODORVS ἐλέαν *veliam* vocat, verſa aſpiratione in digamma Æolicum. A paludibus autem cùm conſtet dictam, non peſſimè cecidit illi nominis ſors. Neque enim eſt, *va*, in Velia Romæ, vt ſit *via vea*, *vela villa*, vt ait Varro: quia linteis velarentur. Sed *via* eſt ab ἴω, addito digãmate. *Velare* eſt à Velia, vbi erant paludes Romæ. Velia ab ἕλος. *Paludinam* etiam vocare poſſis. Vidimus nos atque audiuimus in canali qui tranſmittit à Pado in Atheſim, auiculam in arundinetis degentem, vegetam & canoram cuius nomen nautæ ignorabant. An ea ſit velia, ſi non auſim aſſeuerare, neque omnino negare tamen.

Ἐπισκοπεῖ. Τὸ ἐπὶ: eſt τῶν δονάκων: τὸ περὶ, eſt ἑλῶν.

Theodorus, *colore etiam pulchro*. Codex noſter ea verba non habet.

CLXXX. ARISTOTELES.

[Καὶ ὁ γνάφαλος καλλίφωνος, τὴν τε φωνὴν ἔχει ἀγαθὴν] καὶ τὸ χρῶμα καλὸς, καὶ βιομήχανος, καὶ τὸ εἶδος εὐπρεπής. δοκεῖ δ' εἶναι ξενικὸς ὄρνις. ὀλιγάκις γὰρ φαίνεται ἐν τοῖς μὴ οἰκείοις τόποις.

Et gnaphalus, vocem habet commendabilem, & colorem pulchrum: & ad victum apparatus, & viſu decorus. Peregrina auis hæc, rarò enim mutat ſedes proprias.

C AE S A R.

THEODORVS hæc omnia attribuit veliæ. Sed noſter Codex habet γνάφαλος: *fullonem* potes dicere. Memini dum hæc ſcriberem auem paruam ſæpiſſimè me vidiſſe in valle Polyzella & ei quam in eo canali, quem ſuprà diximus, perſimilem, colore ſubrauo: & in Iſtria, quam incolæ *varellam* vocabant. Quo fit vt certiùs veliam eſſe exiſtimemus. Ergo hæc quæ Theodorus ei attribuit conuenire non poſſunt, cùm dicat Philoſophus eſſe peregrinam. At id de gnaphalo dicit Ariſtoteles, qui Theodoro ignotus fuit etiam nomine. At nobis facie quoque: nã rarò alijs quã natiuis locis cernitur. Ideo ait, ἐν τοῖς μὴ οἰκείοις. Theodorus, *noſtris locis*, malè.

Βιομήχανος, vt ſuprà de Chlorione. Sic mox de Crece εὐμήχανος περὶ τὸν βίον. Itaque diſtinguit βιομηχάνους περὶ τὸν εὐβίοτον. Nam illi anxij ſunt ad victum: hi ſimplici, ac parabili victu contenti ſunt. Et infrà βιοτικὸς καὶ εὐμήχανος.

CLXXXI.

CLXXXI. ARISTOTELES.

Ἡ δὲ κρέξ, τὸ μὲν ἦθος μάχιμος, τὴν δὲ διάνοιαν εὐμήχανος πρὸς τὸν βίον, ἄλλως δὲ κακόποτμος ὄρνις.

CRex quod ad mores ſpectat, pugnax eſt. Quod ad ingenium attinet, induſtrius ad victum: alioqui infelix auis.

C AE S A R.

DISTINXIT mores à διανοίᾳ: quoniam ἦθος ſit habitus innatus ad vitia, & virtutes: & bonum habet pro fine. Διάνοια, habitus innatus animæ ad ſcientias: habet pro fine, verum: & dirigit τὸ ἦθος, ad bonum, vtile, & honeſtum.

Κακόποτμος. Quare *infelicem* vocet, non addidit. Pugnare ſuprà cum galgulo dicit: alibi nihil. Fortaſſe ſit auis inauſpicata.

Μάχιμος. Theodorus *moribus pugnacibus*. Nemo Romanorum ſic loquatur: meliùs dicas, ſic. *Natura pugnax crex, atque circa victus apparatum ſtudioſus: verùm infelix auis.*

CLXXXII. ARISTOTELES.

Ἡ δὲ καλουμένη σίττη, τὸ μὲν ἦθος μάχιμος, τὴν δὲ διάνοιαν εὐθικτος, καὶ εὐθήμων, καὶ εὐβίοτος· καὶ λέγεται φαρμάκεια εἶναι, διὰ τὸ πολυΐδρις εἶναι. πολύγονος δὲ καὶ εὔτεκνος, καὶ ζῇ ὑλοκοποῦσα.

QVa ſitta dicitur, & natura pugnax, & ingenio tractabilis, & compoſita. Victu parabili contenta. Aiunt in ea vim eſſe medicamenti, quia multiſcia ſit. Fœcunda quoque eſt, & ſobole felici: & viuit ligna tundens.

C Æ S A R.

IN noſtro Codice σίππη, non σίττη legitur. At ſuprà quoque σίττη ſcriptum eſt: & Theodorus hanc lectionem agnouit: qui διάνοιαν *animum*, interpretatus eſt: meliùs, *ingenium*. Et εὔθικτος, *hilaris*: nos, *tractabilem*, & *manſuetum*: qui tractari poſſit. Θιγγάνειν.

Εὐθήμων, non à θυμοῦ. Εὐχήμων videtur legiſſe Theodorus, & *concinnum*, vertit. Sed infrà in Capite de *aquilis* εὐθήμων. Xenophon εὐθημοσύνην appellat habitum Oeconomiæ, quo ſuo quæque loco res diſpoſita in ædibus eſt, παρὰ τὸ τιθέναι. Sic hîc εὐθήμονα vocat ſittæ animum. nos *compoſitum*: qui non temerè efferatur extra vitæ officia.

Ὑλοκοποῦσα. Nam ita ſuprà diuiſerat ſpecies auium, quaſdam enim de truncis cibum quærere. Eſt ἄκυρον τὸ τέμνειν hîc. In Codice Theodori, *maceries* malè legitur: at *materia*: potiùs. Tamen, materia, à Latinis non dicitur niſi cæſa: hîc autem ſignificat ſiluam virentem.

CLXXXIII. ARISTOTELES.

Αἰγωλιὸς δ' ἐστὶ νυκτινόμος, καὶ ἡμέρας ὀλιγάκις φαίνεται. καὶ οἰκεῖ [καὶ] κατὰ πέτρας καὶ σπήλυγγας. ἔστι γὰρ δίθαλος· τὴν δὲ διάνοιαν βιωτικὸς καὶ εὐμήχανος.

NOctu paſcitur ægolius, interdiu rarò viſitur. Et ſaxa, & ſpeluncas habitat hic quoque. Victus enim gemini eſt. Viuendi induſtria inſignis.

C AE S A R.

V*Lulam*, αἰγωλιὸν peſſimè tranſtulit Theodorus. De eo ſuprà in Secundo, & Octauo. Is & αἰγοκέφαλος dicitur, quem Plinius poſt Ariſtotelem ait lienem non habere.

CLXXXIV. ARISTOTELES.

Ἔστι δέ τι ὀρνίθιον μικρὸν, ὃ καλεῖται κέρθιος· οὗτος τὸ μὲν ἦθος θρασύς, καὶ οἰκεῖ περὶ δένδρα, καὶ ἔστι θριποφάγος· τὴν δὲ διάνοιαν εὐβίοτος, καὶ τὴν φωνὴν ἔχει λαμπράν.

EST auicula quædam parua quæ vocatur, certhius. Audax hæc eſt, & arbores accolit, & coſſos vorat. Ingenio parato ad victum, & voce clara præditus.

CAESAR.

Ῥιποφάγος : *coſſiuorus.*

Θρασύς : audaciam non declarat. Negligentiſſimus & minimè conſulens poſteritati fuit Philoſophus, qui animantium multarum, quia vulgares erant, nomina tantùm poſuerit. Sunt quædam auiculæ vulgares, quarum faciem & mores ſi aliquantulum deſcripſiſſet faciliùs rem notam, de qua ambigimus, haberemus. Quæ à nobis, *Serinus*, & quæ, *Tarinus* dicitur auicula eſt canora: coſſos & vermiculos vorat, ſed vt plurimum ſeminibus delectatur: non omnibus quidem, ſed raporum, canabis, milij, & cinapis.

CLXXXV. ARISTOTELES.

Αἱ δ' ἀκανθίδες, κακόβιοι, καὶ κακόχροοι, φωνὴν μέντοι λιγυρὰν ἔχουσι.

Acanthides malè victitant, maliqué ſunt coloris: vocem tamen argutam habent.

CAESAR.

De acanthide ſuprà in Octauo: vbi eum aut ſerinum, aut tarinum noſtrum eſſe dicebamus. Vterque vocem argutam habet. Color eorum ſubuiridis, luteis maculis aſperſus. Qui *tarinus* dicitur maior eſt ſerino: eius color paulò obſcurior. Acãthis fortaſſe ſit tarinus: ſerinus autem, certhius. Acanthida autem Theodorus *ligurinum* interpretatur quandoque, quandoque, *ſpinum*. Itali auiculam cantillantem argutè, *lugarinum*, vocant. Eam appellationem ad acanthidem tranſtulit Theodorus. At Latinis *ligurire* vox infamis eſt.

CAPVT VIGESIMVM-TERTIVM,

Ardeolarum genera.

CLXXXVI. ARISTOTELES.

Τῶν δ' ἐρωδιῶν ὁ μὲν πέλλος, ὥσπερ εἴρηται, ὀχεύει μὲν χαλεπῶς, εὐμήχανος δὲ καὶ δειπνοφόρος, καὶ ἐπαγρος. ἐργάζεται δὲ τὴν ἡμέραν· τὴν μέντοι χροιὰν ἔχει φαύλην, καὶ τὴν κοιλίαν ἀεὶ ὑγράν.

Ardeolarum pellus coït, vt diximus, difficulter. Ingenioſus verò, & eſcæ ſtudioſus, & prædæ. Interdiu agit: colore deteriore eſt: at aluo ſemper vda.

CAESAR.

Post multam auicularum congeriem: nunc ſeparatim cæteras per capita videamus. Repetit hiſtoriam pelli, quam tamẽ meliùs cum aquaticis coniunxiſſet. Tria verò ponit ardeolarum genera: quæ nos quoque agnoſcimus. Pellus eſt aëronus pugnax δειπνοφόρος. Victitat piſcibus, muribus, & auiculis: quas vidimus totis plumis conceptas deuorare, ſed non niſi lotas priùs.

Χροιὰν ἔχει φαύλην. Nam eſt φαιός: ſubcinereus.

Κοιλίαν ὑγράν: veriſſimum eſt.

Δειπνοφόρος. Theodorus, *cœnagerula.* Mirum non compoſuiſſe *cænigera*, more ſuo. Δεῖπνον antiquitùs ientaculum, ſiue prandium eſſe conſtat. Δεῖ πονεῖν. Cœna autem δόρπον, δόρυ παύειν. Et κοινή, quia tota familia vnà conueniebat.

CLXXXVII. ARISTOTELES.

Τῶν δὲ λοιπῶν δύο, (τρία γὰρ γένη ἐστὶν αὐτῶν) ὁ μὲν λευκός, τήν τε χρόαν ἔχει καλήν, καὶ

Reliquarum duarum, nam tria genera ſunt, alba, colore pulchro eſt, & innoxia veneris. Nidum

ὀχεύει

ὀχεύει ἀσινῶς, καὶ νεοττεύει καὶ τίκτει καλῶς ἐπὶ τῶν δένδρων. νέμεται δ' ἐν ἕλει καὶ λίμναις, καὶ πεδία καὶ λειμῶνας.

pulchrè ſtruit: parit commodè ſuper arboribus. Paſcitur in paludibus, & lacubus, & campis, & pratis.

C Æ S A R.

N E faſtidium pareret, non primo loco, ſed hîc diuiſit. More Poëtarum, qui narrationes alio modo faciunt, quàm Philoſophi aut Oratores. Huius autem generis duæ ſpecies: magna & parua. *Garzettam* vocant minorem Itali. Agreta marina huic eſt ſimilis. Sed de his *ad Cardanum* copioſè ſcripſimus.

Λευκὸς: hæc eſt quam *Garzam* vocant: qua aue nihil eſt candidius. Iccircò dicit χρόαν καλήν.

Ἀσινῶς: commodè, ſine noxa.

Νεοττεύει καλῶς, καὶ τίκτει καλῶς: æquiuocè τὸ, καλῶς. Nam ad nidum *pulchrè*, ad partum *benè*. Vt Plinij error ſit manifeſtus: qui omnes ſpecies in coitu angi ſcripſerit.

Ἐπὶ δένδρων. Etiam pellus in arboribus nidificat paludibus imminentibus: & in inſulis fluuiorum: ſummis in populis. Vnde detrahere pullos nequeas, inacceſſæ enim ſunt præ tenuitate. Itaque cacumina detruncantur.

CLXXXVIII. ARISTOTELES.

Ὁ δ' ἀστερίας, ὁ ἐπικαλούμενος ὀκνὸς, μυθολογεῖται μὲν γενέσθαι ἐκ δούλων τὸ ἀρχαῖον, ἔστι δὲ κατὰ τὴν ἐπωνυμίαν τούτων ἀργότατος.

A T aſterias cognomento ignauus, *dicitur in fabulis olim factus ex ſeruis eſſe. Eſt is vt cognomen indicat, horum pigerrimus.*

C. AE S A R.

N V N C ſuprà diximus, *vac*, appellari à voce, ſic enim clamat: neque pugnax eſt, neque induſtrius.

Ἀργότατος: interpretatur ὀκνόν. Theodorus, *iners otioſaq;*: non malè.

Ἕλη Theodorus *paſcitur paludibus*: imò in paludibus.

Γενέσθαι ἐκ δούλων per tranſmutationem. De hoc nihil quicquam Plinius, præter nomen.

CAPVT VIGESIMVM-QVARTVM,

PHOIX.

CLXXXIX. ARISTOTELES.

Οἱ μὲν οὖν ἐρωδιοὶ, τοῦτον τὸν τρόπον βιοῦσιν· ἡ δὲ καλουμένη φώϋξ, ἴδιον ἔχει πρὸς τὰ ἄλλα. μάλιστα γὰρ ἐστὶν ὀφθαλμοβόρος τῶν ὀρνίθων. πολέμιος δὲ τῇ ἅρπῃ· καὶ γὰρ ἐκείνη ὁμοιόβιος.

Ardeolarum vita talis eſt. At quæ dicitur phoïx *proprium hoc habet cum cæteris comparata. Inter aues enim potiſſimùm oculos appetit ad vorandum. Harpe hoſtis eſt: victus enim ſimilis.*

C Æ S A R.

D E hac aue Plinius nihil. Nota quoque. Nam ἴδιον dicit quod omnibus commune. Iccircò addidit μάλιστα. Nam aliæ aues oculos appetunt: at ab oculis non ſemper incipiunt vt phoïx. Coruus tamen talis eſt.

Πολέμιος: meliùs ſuprà poſuiſſet.

Ὁμοιόβιος: alibi ὁ αὐτὸς βίος. Sic igitur αὐτόβιοτος, quia ὁμοφάγος.

CAPVT

CAPVT VIGESIMVM-QVINTVM,

MERVLÆ.

CXC. ARISTOTELES.

Τῶν δὲ κοττύφων δύο γένη ἐστίν· ὁ μὲν ἕτερος, μέλας τε καὶ πανταχοῦ ὤν· ὁ δ' ἕτερος, ἔκλευκος, τὸ δὲ μέγεθος ἴσος ἐκείνῳ, καὶ ἡ φωνὴ παραπλησία ἐκείνῳ· ἔστι δ' οὗτος ἐν Κυλλήνῃ τῆς Ἀρκαδίας, ἄλλοθι δ' οὐδαμοῦ. τούτῳ ὅμοιος τῷ μέλανι κοττύφῳ. ἔστι δὲ, φαιὸς, τὸ δὲ μέγεθος μικρῷ ἐλάττων. οὗτος ἐπὶ τῶν πετρῶν καὶ ἐπὶ τῶν κεραμίων τὰς διατριβὰς ποιεῖται· τὸ δὲ ῥύγχος οὐ φοινικοῦν ἔχει, καθάπερ ὁ κόττυφος.

Merularum genera duo: altera nigra, & vbique viſitur: altera exalbida, magnitudo par, & vox ſimilis. Hac in Arcadia Cyllene eſt: alibi nuſquam. Inter has eſt etiam quæ nigræ ſimilis ſit, ſed fuſca & minor paulò. Hæc in ſaxis & teſtis diuerſorium facit: neque roſtro puniceo eſt, quale merula.

CAESAR.

TRIA igitur merularum genera: nigrum, albicans, & fuſcum. Sed hoc paulò diuerſius. Plinius in Decimo ait merulam ex nigra ruffeſcere: canere æſtate, hyeme balbutire, circa ſolſtitium mutam eſſe.

Ἔκλευκος, *candidum.* Theodorus, meliùs *exalbidum.*

Ἄλλοθι οὐδαμοῦ: audacter nimis, quod & à Plinio in Decimo etiam relatum eſt. Nam apud nos vidimus candidas merulas: & vnam non roſtro buxeo, ſed nigro, pari magnitudine & voce ſimili. Quin & paſſerem non vnum vidimus candidum, & hirundinem candidam, & murem: & lepores, & perdices, & vulpes candidas in Germania noſtrati.

Legebatur βαιὸς: corrige φαιός. Nam ſubdit ἐλάττων. Hoc quoque genus vidimus non abſimile merulæ.

Φοινικοῦν: neſcio vbi viderit roſtrum puniceum merulæ Philoſophus. Nam noſtrates buxeum habent: neque ſtatim, ſed anno poſtquam nati ſunt: pulli enim nigrum habent.

CAPVT VIGESIMVM-SEXTVM,

TVRDI.

CXCI. ARISTOTELES.

Κιχλῶν δ' εἴδη τρία· ἡ μὲν, ἰξοβόρος· αὕτη δ' οὐκ ἐσθίει ἀλλ' ἢ ἰξὸν καὶ ῥητίνην· τὸ δὲ μέγεθος ὅσον κίττα ἐστίν. ἑτέρα, τριχάς. αὕτη δὲ ὀξὺ φθέγγεται, τὸ δὲ μέγεθος ὅσον κόττυφος. ἄλλη δ' ἣν καλοῦσί τινες ἰλιάδα. ἐλαχίστη δὲ τούτων, καὶ ἧττον ποικίλη.

Turdorum ſpecies tres. Vna viſcum vorat. Neque enim alia re alitur quàm viſco & reſina. Magnitudine eſt par pica. Altera trichas *dicitur, voce acuta, magnitudine merula. Tertia quam vocant* iliadem, *minima omnium, ac minùs varia.*

CAESAR.

MAXIMAM illam ſpeciem, audaces ad omnia euertenda quidam, attagenem profeſſi ſunt: maximo literarum incommodo. *Griua* à Francis dicitur, quarum duo ſunt genera ſub eodem nomine. Hæc maxima picæ magnitudine. Altera parua griua. Huius ſecundi generis duas ſpecies nouimus, quarum vna *trida* à Vaſconibus, altera *turdus* dicitur. Figura & facie adeò diſſimiles, vt nonnunquam ruſtici in agnoſcendo fallantur. Turdus quidem minor, & ſapidior. Autumno præcipuè, quo tempore racemis veſcitur, & eo cibo pinguiſſimus euadit. At τριχάδα malè Theodorus *pilarem* vocat, quaſi τριχὰς, ſit παρὰ τὰς τρίχας: à ſtridore ſic dicta videtur. Etiam vt dixi, nunc maior à Vaſconibus *trida*, vocatur. Tertia ſpecies quam Philoſophus hîc *Iliadem* appellat, apud nos extare non puto: quare non malè Ilias, quaſi ex *Ilio* dicitur. Qui eam ad auem, noſtratem quæ vulgò *mauuis*, appellatur, traducunt: traducunt quidem potiùs veritatem, quàm eruunt. Trichadem vnam habuimus nos argutiſſimam. Etiam hyeme ad focum noctu cantillabat: de qua extat luſus noſter in *Manibus Catullianis*.

CAPVT VIGESIMVM-SEPTIMVM,

CYANEVS.

CXCII. ARISTOTELES.

Ἔστι δέ τις πετραῖος ᾧ ὄνομα κύανος. οὗτος ὁ ὄρνις ἐν Σκύρῳ μάλιστά ἐστι. ποιεῖται δ' ἐπὶ τῶν πετρῶν τὰς διατριβάς. τὸ δὲ μέγεθος, κοττύφου μὲν ἐλάττων, σπίζης δὲ μείζων μικρῷ. μεγαλόπους δέ, καὶ πρὸς τὰς πέτρας προσαναβαίνει, κυανοῦς ὅλος· τὸ δὲ ῥύγχος ἔχει χαλεπὸν καὶ μακρόν· σκέλη δὲ βραχέα τῷ ἵππῳ παρόμοια.

Eſt & ſaxatilis auicula cui nomen cyaneus: ea in Scyro maximè eſt. Agitat inter ſaxa: merula minor, fringilla paulò maior. Pedibus prægrandibus. Saxa ſcandit: tota carulea: roſtro firmo, & longo. Cruribus breuibus, auicula hippo ſimilibus.

CAESAR.

HANC deſcripſimus inter genera picorum: *picum muratorem* vocant Taurini.

Χαλεπὸν: mores ferarum χαλεποὺς vocat acerbos & intractabiles. Nunc roſtrum χαλεπὸν *durum* rectè dicas. Neſcio quare Theodorus dixerit, *tenui*: vt legeret λεπτόν. Nam ex genere picorum eſt, roſtro etiam ad ſaxa duriſſimo: legit enim araneas & id genus alia.

Τῷ ἵππῳ. Theodorus, vt ſuprà, *pipo*: ea omnino vt diximus alibi, nobis incognita eſt.

CAPVT VIGESIMVM-OCTAVVM,

VIREO.

CXCIII ARISTOTELES.

Ὁ δὲ χλωρείων, χλωρὸς ὅλος· οὗτος τοῦ χειμῶνος οὐχ ὁρᾶται· περὶ δὲ τὰς τροπὰς τὰς θερινὰς φανερὸς μάλιστα γίνεται· ἀπαλλάττεται δ' ὅταν ἀρκτοῦρος ἐπιτέλλῃ. τὸ δὲ μέγεθός ἐστιν ὅσον τρυγών.

Vireo luteus totus, hyeme non videtur. Solſtitio apparet potiſſimùm: abit Arcturi exortu. Magnitudine turturis.

CAESAR.

CAESAR.

AVEM tam grandem luteam aliam non nouimus quæ chlorioni reſponderet, præter eam quam ſuprà oſtendimus. Quare audacter noſtrum *verdon* eſſe aſſerimus: turture tamen paulò minor eſt.

Χλωρὸς, Theodorus, *viridans ex obſcuro*, malè: imò id viride luteo aſperſum eſt, ita vt confuſi colores ſint inter ſe. Et *ſolſtitium* cùm dicit *æſtiuum*, non rectè ſcripſit. Vnum tantùm ſolſtitium eſt, idque æſtiuum. Sed *bruma*, dicitur, & non *brumale ſolſtitium*.

CAPVT VIGESIMVM-NONVM,

Malacocraneus, pardalus.

CXCIV. ARISTOTELES.

Ὁ δὲ μαλακοκρανεὺς ἀεὶ ἐπὶ αὐτὸ καθιζάνει, καὶ ἁλίσκεται ἐνταῦθα. τὸ δὲ εἶδος, κεφαλὴ μὲν μεγάλη, χονδρότυπος· τὸ δὲ μέγεθος, ἐλάττων κίχλης μικρῷ· στόμα δ' εὔρωστον, μικρὸν, στρογγύλον· τὸ δὲ χρῶμα σποδοειδὴς ὅλως· εὔπους δὲ καὶ κακόπτερος. ἁλίσκεται δὲ μάλιστα γλαυκί.

Malacocraneus ſemper eadem vtitur ſede, atque ibi capitur. Facies eius talis eſt: caput prægrande & cartilagineum. Turdo paulò minor, ore robuſto, paruo, rotundo. Colore totus cineritio: pedibus non alis valet. Capitur maximè noctua.

CAESAR.

ÆGITHALI ſuprà in Octauo tria ponit genera, vnum maximum fringillæ magnitudine, de quo nihil aliud. Hic autem ait malacocranea turdo minorem, prægrandi capite, ore robuſto. Exiſtimauimus illud maximum genus ægithali huic conuenire, vocaríque ab Italis *friſone del becco groſſo*: à Gallis *gros-bec*: à Vaſconibus *durbec*. Atque in eo toti eſſemus, niſi Philoſophi autoritas ſcrupulum moueret. Ait enim eum totum eſſe cinereum. At noſter *Durbec* capitis apicem luteum habet, collum autem cinereum, alarum ſummitates albas. Reliqua cõueniunt. Nam & os capitis molliuſculum eſt. In eo tamen adhuc perſtamus, quouſque doctior quidam meliùs pronunciârit. Theodorus μαλακοκράνεα, *mollicipitem* vertit, rectiſſimè. Qui verò hanc appellationem tribuunt pico vario, quem Galli *Geay* vocant, planè inſcitiam ſuam prodidere. Nam cùm ab mollicie capitis hæc auis nomen habeat, & tota cinerea, quomodo poterit eſſe Gallorum, *Geay*? Quod ſi eſſet, varietatem alarum, & τὴν ποικιλίαν non tacuiſſet Ariſtoteles: quæ tamen præcipua erant notanda in ipſius deſcriptione. Χονδρότυπος, χονδρώδης. Nam τύπος aut ſignificat faciem quandam cartilaginis & modum: aut ſignificat id, ſi pulſetur, aut tundatur, cartilaginem non os reſpondere. Εὔπους, Theodorus *depes*, malè: *de* enim priuatio eſt.

CXCV. ARISTOTELES.

Ἔτι δὲ καὶ ὁ πάρδαλος. τοῦτο δὲ τὸ ὄρνεον ἐστὶν ἀγελαῖον, ὡς ἐπιτοπολὺ, καὶ οὐκ ἔστι κατ' ἕνα ἰδεῖν. τὸ δὲ χρῶμα σποδοειδὴς ὅλος· μέγεθος δὲ παραπλήσιος ἐκείνοις· εὔπους δὲ, καὶ οὐ κακόπτερος. φωνὴ δὲ πολλὴ, καὶ οὐ βαρεῖα.

Pardalus auicula gregalis eſt, neque enim ferè ſegregata videtur. Colore toto cinereo. Magnitudine par illis. Tum pedibus tum alis præſtans: multa voce, nec graui.

CAESAR.

QVI pardalum ad noſtrum *Durbec* transferunt, nulla ducti coniectura id agunt: nec tam ei cõuenit quàm μαλακοκρανεύς. Nam neque Philoſophus pardalo roſtri duritiem, neque reliqua ſigna tribuit quibus ſcimus durobeccum noſtrum præditum. Si non di-

xiſſet eum parem magnitudine, aut μαλακοκράνει, aut alijs de quibus ſuprà mentionem fecerat: potiùs putaremus pardalum eam eſſe auiculam. Nam & ὄρνιον dixerat, quæ vulgo in Gallijs, quod lini ſemine delectetur, quanquam & canabino, & rapino alatur: *linotte* vocatur. Nam auis eſt tota cinerea, gregatim volat, firmis pedibus, multa voce nec graui, at dulciſſima & iucundiſſima. At magnitudo obſtat quominus id aſſeramus.

CAPVT TRIGESIMVM,

Collyrion: & quæ ſemper appareant, quæ non.

CXCVI. ARISTOTELES.

Ὁ δὲ κολλυρίων τὰ αὐτὰ ἐσθίει τῷ κοττύφῳ· τὸ δὲ μέγεθος ἐ τούτῳ ταὐτὸ ἐστι τοῖς προειρημένοις. ἁλίσκεται δὲ κατὰ χειμῶνα μάλιστα.

Collyrioni cibus idem qui & merulæ. Magnitudo eadem quæ & ſupra dictis. Capitur hyeme potiſſimùm.

C AE S A R.

Κολλυρίων. Non poteſt perſpici quæ ſit hæc auis, ijs tàm communibus indicijs.

Τὰ αὐτὰ τῷ κοττύφῳ: at merula quid edat, non dixit: edit lambruſcam, & hederæ baccas, vnde eius caro amareſcit.

CXCVII. ARISTOTELES.

Ταῦτα δὲ πάντα οὐ διὰ παντὸς φανερά ἐστιν.

Hæc autem omnia non omni tempore viſuntur.

C AE S A R.

Diligentius referendum eſt τὸ, τὰ πάντα. Nam ſi altiùs repetas, falſum ſit. Ardeolæ enim ſemper apparent. Theodorus peſſimè legit ſine negatione: falſum enim eſt ſemper apparere. Nam ὁ χλωρίων χειμῶνος οὐχ ὁρᾶται.

CXCVIII. ARISTOTELES.

Ἔτι δὲ τὰ κατὰ τὰς πόλεις εἰωθότα μάλιστα ζῆν, κόραξ ἐ κορώνη. ἐ γὰρ ταῦτ' ἀεὶ φανερά, καὶ οὐ μεταβάλλει τοὺς τόπους, οὐδὲ φωλεύει.

Recenſenda etiam quæ in vrbibus maxima ex parte viuere conſueuerunt. Coruus & cornix. Nam hæ ſemper videntur. Neque mutant loca, neque latent.

C AE S A R.

QVONIAM ſic ſcriptum fuit, ἔτι δὲ τὰ κατὰ τὰς πόλεις εἰωθότα ζῆν. Theodorus putauit illa eſſe φανερά, quia hæc φανερά, & coniungi per ἔτι. Verùm non id coniungit ἔτι. Sed hiſtoriam auium. Sic ſuprà ἔτι δὲ καὶ πάρδαλος: ſcilicet ἐστὶ ὄρνεον. In hiſtoria auium.

Duo dixit. Οὐ μεταβάλλει, vt grues. Οὐ φωλεύει, vt aliæ multæ. Sic enim duo effugia ab incommodis loci, & temporis.

CAPVT

CAPVT TRIGESIMVM-PRIMVM,

GRACCVLI.

CXCIX. ARISTOTELES.

Κολοιῶν δ' ἐστὶν εἴδη τρία· ἓν μὲν, ὁ κορακίας τοσοῦτος ὅσον κορώνη, φοινικόρυγχος. ἄλλος, ὁ λύκος καλούμενος. ἔτι δ' ὁ μικρὸς, ὁ βωμολόχος. ἔστι δὲ καὶ ἄλλο τι γένος κολοιῶν περὶ τὴν Λυδίαν καὶ Φρυγίαν, ὃ στεγανόπουν ἐστί.

Gracculorum ſpecies tres. Vnus eſt, coracias, qui eſt cornicis magnitudine, roſtro puniceo. Alter qui lycus *dicitur. Tertius paruus, ſcurra. Quartum præterea genus in Lydia & Phrygia, palmipes.*

CÆSAR.

GRACCVLI ſpecies tres enumerat: & vnam addit peregrinam è Lydia quæ ſit palmipes: ac fortaſſe aquatica, etſi hîc non dicat. Nam τὰ στεγανόποδα τὸ τροφὴν ex aqua petere ſuprà dixit. Summum verò genus coruinum, continet coruum, cornicem, gracculum. Corui genera duo: aquaticus, & terreſtris.

Κολοιῶν: ſummum genus gracculorum ponit. Primam ſpeciem κορακίαν, quoniam coruo ſit propior, quaſi dicas coruium. Roſtrum tantùm dicit rubrum: at apud nos pedes etiam rubent. Magna copia in Taurinis vbi *chioas* vocant, & agro patrio, vbi *tacola* dicitur: *cacaola* à Vaſconibus. Auicenna in Cap. quarto libri octaui *Tricat* vocat. Alterum genus dicitur Lycos: ſcilicet lupus. Grande ſane in Vaſconia, neque minus priore, totum nigrum. Columbis infeſtum: vorat enim eius oua, atque etiam pullos. Hyeme maximè gaudent, & ludunt: in opis parietum nidificant: gregales ſunt. Neque lõge ab ædificijs præuolat. Tertium genus minimum: neque enim æquat columbam. Valde elegans & concinnum, tenui corporatura: non tanta nigredine: ſed quod maximè cicuratur & colludat: furaciſſimum eſt animal. Nos ex eo genere vnum aluimus, mira voluptate: furaciſſimum enim erat. Plinius de his nihil, magna negligentia, qui profeſſus eſſet hiſtoriam naturalem. Gracculorum nomen, quòd lauro ſe purgent, & quòd futura præſagiant, & quòd monedulæ ſationem inuenerint, idem pauca in Octauo, Septimodecimo, & Nonodecimo, ponit. Ac de his tantùm: niſi quod in Lemno gracculos cultos, quòd locuſtas abſumant in Vndecimo. Franciſcus Maſſarus vir doctus, atque ſanè alioqui diligentiſſimus, non poſuit niſi tria genera, ſimul etiam Lydio enumerato, & omiſit τὸν βωμολόχον: dicitque lupum, appellari à ſuis, *Scurapolam*. Nomen tamen paruo plus competit, vt ſcurram dixerint τὸν βωμολόχον. Sed plus fidei habuit Theodoro transferenti, quàm Ariſtotelis Codici. Nos autem tria illa genera, præter quartum illud Lydium omnia vidimus. Albeſcunt plumæ aliquot primo generi hyeme ad pectus: etiam in alis & in capite conſpeximus: multas enim venati ſumus plumbeis globulis.

Theodorus monedulam genus poſuit, & gracculum ſpeciem primam κορακίαν. At gracculus potiùs genus eſt: dictus ſiue à grege, ſiue à gerendo glandes, quaſi *geraculi*: ſiue à vocis imitatione. Monedula autem nomen fuit augurum, quoniam eſſet *oſcen*: *monere* autem *loqui*. Non vt quidam putauere à moneta, quia monetæ amantiſſima ſit monedula.

Φοινικόρυγχος. Theodorus addidit, *rotundo*: malè: ſaltem dixiſſet *tereti*. Ad hoc nomen compoſitum φοινικόρυγχος, non potuit commodè addi, *rotundo*.

Βωμολόχος: *ſcurra* Theodorus rectè: *iocularium*: & *geſticularium* etiam non malè potes dicere. Terentius: *Iocularium in malum pene incidi.*

CAPVT TRIGESIMVM-SECVNDVM, *ALAVDA.*

CC. ARISTOTELES.

Κορυδαλῶν δ' ἐστὶ δύο γένη· ἡ μὲν ἑτέρα, ἐπίγειος καὶ λόφον ἔχουσα· ἡ δ' ἑτέρα, ἀγελαία καὶ οὐ σποράς, ὥσπερ ἐκείνη· τὸ μέντοι χρῶμα ὅμοιον τῇ ἑτέρᾳ ἔχουσα, τὸ δὲ μέγεθος ἔλαττον καὶ λόφον οὐκ ἔχει· ἐσθίεται δέ.

Laudarum genera duo. Altera humi agitans & criſtata: altera gregatilis: non autem diſperſa, vt illa. Colore tamen ſimili: ſed minor, & ſine criſta, atque eſculenta.

CAESAR.

DVo genera facit. Nos verò tria monuimus. Vnum compactius & robuſtius, & viuidius, colore dilutiore, criſtatum. Criſtã tollit tam in metu quàm in audacia voce ſplendida. Alterum genus fuluius, delicatius, criſta non tam grandi, ſed veſtigio tantùm quaſi quodam: corpore minor, cruribus tenuioribus, voce ſuauiore, roſtro tenuiore: motu tardior. Hæc quoque ἀγελαία eſt. Tertium genus vtroque grandius, colore valde diluto puluereo, ſine criſta. Vaſcones *cotolios* vocant: hyeme pingues ac commendati. *Lodolam* Thuſci. Galli, *aloëtte* nunc. Olim *alauda*. Sic enim galeam appellabant. *Galeritam* Latini. Κόρυδον Græci & κορύδωνα, & κορυδαλόν. Interpres quidam Æſopicarum fabularum malè tranſtulit *carduelem*.

Ἐπίγειος: *terrenum*. Si intelligat humi agere, non in arboribus, rectè eſt. Sed id multis alijs commune. Si negat tolli ad volandum, fallitur. Adeò enim ſublime volat vt fugiat viſum: vocem ſimul cum volatu tollit, quaſi velit exaudiri. Scandit verò non per rotas, ſed quaſi perpendiculo, interpellatis tractibus, vt pica aliquando.

Σποράς: *ſingulare*, Theodorus, malè: iugatæ enim ſunt ſæpenumero.

Λόφον οὐκ ἔχει. Theodorus *galero carens*. At quanquam galerita dicta eſt, tamen galerum non dicas criſtam ſolam. Galerita autem dicta fuit, quaſi videretur galerum habere, quia haberet criſtam: non quòd criſtam galerum dicerent.

CAPVT TRIGESIMVM-TERTIVM, *ASCALOPAS.*

CCI. ARISTOTELES.

Ἀσκαλώπας δ' ἐν τοῖς κήποις ἁλίσκεται ἕρκεσι· τὸ δὲ μέγεθος ὅσον ἀλεκτορίς, τὸ ῥύγχος μακρόν, τὸ χρῶμα ὅμοιον ἀτταγῆνι· τρέχει δὲ καὶ ταχύ, καὶ φιλάνθρωπόν ἐστιν ἐπιεικῶς.

Aſcalopas in hortis, & capitur caueolis, pullæ magnitudine. Roſtro longo: colore attagenis. Currit perniciter, & admodum hominem amat.

CAESAR.

ASCALOPAS eſt ea quæ ſuprà ἀσκαλώπαξ. Theodorus *gallinago*, nouo verbo, & ab eo ficto. Roſtri magnitudo & color ſine dubio produnt eam eſſe, quam vulgo, à roſtro *beccaciam* dicit. De attagene infrà.

Ἁλίσκεται

Ἁλίσκεται ἕρκεσι, non γλαυκί, vt ſuperiora, neque viſco: ſed caueolis & clathris. Theodorus autem malè intellexit, ἕρκος, eſſe hîc hortorum ſepimentum.

Ὅσον ἀλεκτορίς: intellige pullam paruam, non autem gallinam.

Ἐπιεικῶς. Theodorus, *mirè*: meliùs *admodum*: ἐπιείκεια, *modeſtia*.

CAPVT TRIGESIMVM-QVARTVM,

STVRNVS.

CCII. ARISTOTELES.

Ὁ δὲ ψάρος, ἐστὶ ποικίλος· μέγεθος δ' ἐστὶν ἡλίκον κόττυφος.

Sturnus eſt varius, magnitudine merulæ.

CÆSAR.

MElivs cum turdo & merula coniunxiſſet. Gregaria enim auis eſt. Etiam in prouerbio: macros iccirco eſſe. Nidificant etiam agminatim ſub tegulis turrium. Docilis ad cantum mirum in modum, & ad loquelam.

CAPVT TRIGESIMVM-QVINTVM,

IBES.

CCIII. ARISTOTELES.

Αἱ δὲ ἴβεις αἱ ἐν Αἰγύπτῳ, εἰσὶ μὲν διτταί· αἱ μὲν, λευκαὶ αὐτῶν, αἱ δὲ, μέλαιναι. ἐν μὲν οὖν τῇ ἄλλῃ Αἰγύπτῳ αἱ λευκαί εἰσι, πλὴν ἐν Πηλουσίῳ οὐ γίνονται· αἱ δὲ μέλαιναι, ἐν τῇ ἄλλῃ Αἰγύπτῳ οὐκ εἰσὶν, ἐν Πηλουσίῳ δ' εἰσί.

Ibes in Aegypto duum ſunt generum: aliæ candidæ, aliæ nigræ. Cæteræ in terra Aegypti albæ ſunt, in Peluſio non ſunt. Contrà in illa non ſunt nigræ, in Peluſio ſunt.

CAESAR.

VT fruſtra petant argumentum, à frigore terrarum & calore, vt colorum inſtituant reddere rationem. Quod à nobis in noſtris *ad Cardanum exercitationibus*, fuſiùs diſputatum eſt. Repetit verò orationem Philoſophus per contraria: quoniam etſi albæ alicubi erant, poterant etiam fortaſſe eſſe nigræ. Theodorus arbitratu ſuo coarctauit.

CAPVT TRIGESIMVM-SEXTVM,

ASIONES.

CCIV. ARISTOTELES.

Σκῶπες δὲ, οἱ μὲν, ἀεὶ πᾶσαν ὥραν εἰσὶ, καὶ καλοῦνται ἀεισκῶπες, καὶ οὐκ ἐσθίονται, διὰ τὸ ἄβρωτοι εἶναι. ἕτεροι δὲ, γίνονται ἐνίοτε τοῦ φθινοπώρου. φαίνονται δὲ ἐφ᾽ ἡμέραν μίαν, ἢ δύο τὸ πλεῖστον, καὶ εἰσὶν ἐδώδιμοι, καὶ σφόδρα εὐδοκιμοῦσι· καὶ διαφέρουσι τῶν ἀεισκωπῶν καλουμένων ὅτι, ἄλλῳ μὲν, ὡς εἰπεῖν, οὐθενὶ, τῷ δὲ πάχει· καὶ ὅτι μὲν εἰσὶν ἄφωνοι, ἐκεῖνοι δὲ φθέγγονται. περὶ δὲ γενέσεως αὐτῶν ἥτις ἐστὶν, οὐθὲν ὦπται, πλὴν ὅτι τοῖς ζεφυρείοις φαίνονται. τοῦτο δὲ φανερόν.

In genere aſionum qui dicuntur ſemperaſiones, *totum annum videntur. Vnde & nomen. Verùm cùm inutiles ſint ad cibum, non eſitantur. Aliqui autem aliquando Autumno exiſtunt: neque plus vno aut altero die apparent, & ſunt eſculenti, atque vehementer commendantur. Atque ij à ſemperaſionibus nulla alia penè re differunt, quàm pinguedine. Sed neque vocem edunt: illi autem ſunt vocales. Quemadmodum verò generentur, nondum perſpectum eſt: niſi quòd fauonio ſpirãte comparent. Hoc verò manifeſtum eſt*

C*AE* S A R.

Perſpicva hiſtoria eſt. De aſione alibi, & Plinius in Decimo. At quod hîc Philoſophus ait, non eſt verum apud nos. Non enim ſunt aſiones ἀεισκῶπες: hyeme enim non videntur ſed æſtate. Poteſt fieri vt vnum tantùm ſit genus, niſi vtrũque ſimul compareat. Nam quòd ſint pingues, id euenit etiam aliis auibus quibuſdam: vt aſcalopaci & alaudæ hyeme: turdo Autumno: coturnici milio maturo. Quod autem vocem tunc non emittant, id euenit etiam merulæ, quæ non niſi vere ineunte canit: alio tempore muta.

Σκῶπες δὲ, οἱ μὲν ἀεὶ πᾶσαν ὥραν εἰσί. Nota locutionem: οἱ ἀεὶ: quoniam vocantur ἀεισκῶπες. Sic enim intelligenda ſunt verba Philoſophi. Theodorus malè accepit.

Ἄβρωτοι. Theodorus addidit, *propter vitium carnis*: & ἀεισκῶπες *perennes* vocârunt, quia διηνεκῶς φαινόμενοι. Vnde *Anna perenna*, in Faſtis.

Γίνονται, *exiſtunt* diximus nos. Neque enim fiunt tunc. Theodorus, *apparent*, & φαίνονται, *immorãtur*.

Nota: ἐνίοτε eſt contra τὸ, ἀεὶ: & φθινοπώρου, contra πᾶσαν ὥραν.

Τῷ δὲ πάχει, pro ἀλλ᾽ ἤ: vt ſuprà ἀλλ᾽ ἢ ἴξον.

Ἄφωνοι. Theodorus, *deeſt vox*: in actu ſcilicet. Nam ne vocales quidem capti, aut lacerati, vocem emittunt. Non igitur deeſt vox, ſed non emittunt. Aſio à Vaſconibus *Ducquet* vocatur, quaſi dicas paruum ducem. Nam bubo, *Duc* dicitur.

CAPVT TRIGESIMVM-SEPTIMVM,

CVCVLVS.

CCV. ARISTOTELES.

Ὁ δὲ κόκκυξ, ὥσπερ εἴρηται ἐν ἑτέροις, οὐ ποιεῖ νεοττίαν, ἀλλ᾽ ἐν ἀλλοτρίαις τίκτει νεοττιαῖς,

Cuculus, vt alibi dictum eſt, nidum non ædificat, ſed in alienis parit: præſertim in pa-

μάλιστα

μάλιστα μὲν ἐν ταῖς τῶν φαβῶν, καὶ ἐν ὑπολαΐδος, καὶ κορύδου, χαμαί· ἐπὶ δένδρου δ', ἐν τῇ τῆς χλωρίδος καλουμένης νεοττιᾷ.

lumbarum & curruca, & alauda, humi. Super arboribus autem, in chloridis nido.

C AE S A R.

ET ſup. à de cuculo diximus. Albertus duo cuculorum nouit genera, vnum maius quaſi referat ſpeciem palumbæ, & alturis miſtæ Alterum minus, accipitris, & columbæ faciem. Nos quoque duo genera animaduertimus, alterum altero maius, ſed facie eadem. Ponit Philoſophus duo nidorum genera, humi, & in arboribus. Vt hoc habeat quoque peculiare. Et ſit cauſſa quia nullum nidum facit: iccirco ἀμφοτερίζει.

Ὑπολαΐδα, *currucam* interpretatur Theodorus. De hypolaïde nuſquam alibi Ariſtoteles, præterquam in ſexto. De curruca, ne verbum quidem Plinius, qui hunc locum transferens, negligenter præter vnam palumbem, omiſit auium harum nomina. Horatius autem currucæ meminit. Hic ait eſſe terrenam auiculam. At chloris, vt ſuprà, à Theodoro, *luteola* dicta eſt: à Vaſconibus, *verdangia*: à nobis poteſt *vireola* dici: potiùs enim viridis quàm lutea eſt. Plinius verò connectens hanc hiſtoriam cum ſuperioris libri narratione, deſciuit à Philoſopho, & à veritate. Nam Ariſtoteles negat cuculos fieri ex accipitre. Nam quò abiret roſtri curuitas & vnguium, & ſpiritus ille? Timidiſſimus enim omnium auium eſt. Fugit enim etiam minutiſſimas. Quin etiam peſſimè loquitur dupliciter. Nam accipitrem & cuculum eiuſdem generis prodit, & ſolam auium ab ſuo genere abſumi. Nam olor quoque ab olore deuoratur. Non malè autem ſic ſcripſit. *Nullum facit nidum alioqui trepidum animal.* Nam nidus munimenti cauſſa conſtruitur. Sed quia timidiſſimum natura fecit, fecit etiam deſperantem poſſe nidum ab ſe defendi. Itaque verè iners poteſt appellari.

CCVI. ARISTOTELES.

Τίκτει μὲν οὖν [ἓν ᾠόν,] ἐπῳάζει δ' οὐκ αὐτός, ἀλλ' ἐν οὗ ἂν τύχῃ νεοττιᾷ, ἐκεῖ ὁ ὄρνις ἐκκολάπτει καὶ τρέφει· καὶ ὥς φασιν, ὅταν αὐξάνηται ὁ τοῦ κόκκυγος νεοττός, ἐκβάλλει τὰ αὐτῆς, καὶ ἀπόλλυνται οὕτως.

PArit igitur ouum vnum: verùm non incubat ipſe. Sed ea auis, cuius in nidum depoſuerit ouum, & excludit, & alit. Ac quemadmodum aiunt, vbi cuculi pullus creuerit, eijcit ſuos, atque ita intereunt.

C AE S A R.

SVprà de nido, nunc de ſobole, atque educatione. Quinque autem opiniones ponet, quibus putentur pulli nutricis interire. Atque hæc prima eſt, abiici à parente, vbi ille creuerit. Iccirco dixit ὥς φασιν. In vltima parte hiſtoriæ reddit cauſſam, quare ſubiiciat alendos ſuos fœtus.

CCVII. ARISTOTELES.

Οἱ δὲ λέγουσιν ὡς καὶ ἀποκτείνασα ἡ τρέφουσα δίδωσι καταφαγεῖν. διὰ γὰρ τὸ καλὸν εἶναι τὸν τοῦ κόκκυγος νεοττὸν, ἀποδοκιμάζει τὰ αὐτῆς.

ALij ita tradunt, interfici à matre, atque dari deuorandos. Propterea enim quod pulcher ſit pullus cuculi, ſuos non probare.

C AE S A R.

SEcunda opinio crudelior, & dat rationem.

Ἀποδοκιμάζει putat indignos ſua familia, abdicat, tanquam pater liberos malos.

Τρέφουσα, vt mitigaret ſæuitiam, μήτηρ dixiſſet, ac parentis ſanctum nomen contaminaret. Plinius ἀποδοκιμάζει, *damnat vt alienos.*

Καταφαγεῖν. Theodorus *in cibo*: imò *in cibum.* Nam ipſi ſunt cibus, non in cibo, ſed cibi cauſſa.

CCVIII.

CCVIII. ARISTOTELES.

Τὰ μὲν οὖν πλεῖστα τούτων ὁμολογοῦσιν αὐτόπται γεγενημένοι τινές. περὶ δὲ τῆς φθορᾶς τῆς τῶν νεοττῶν τοῦ ὄρνιθος, οὐχ ὡσαύτως πάντες λέγουσιν· ἀλλ' οἱ μὲν, φασὶν αὐτὸν ἐπιφοιτῶντα τὸν κόκκυγα, κατεσθίειν τὰ τῆς ὑποδεξαμένης ὄρνιθος νεόττια.

Maximam igitur harum rerum partem perſpectam ab ſeſe multi autumant. Sed quemadmodum pulli auiculæ intereant, non omnes conueniunt. Sed quidam aiunt, frequentantem nidum cuculum, deuorare hoſpitis auiculæ pullos.

CAESAR.

Tertia opinio, quam antequam aggrediatur, colligit quæ ſuprà dixit.

Τὰ πλεῖστα: omnia, niſi modum interitus auicularum.

Ὑποδεξαμένης, *ſuſceptricis, hoſpitis.* Theodorus, *cui ſuum ouum mandârit.* Nam ſanè non ſuſcepit auis, ſed permiſit.

CCIX. ARISTOTELES.

Οἱ δὲ, διὰ τὸ τῷ μεγέθει ὑπερέχειν τὸν νεοττὸν τοῦ κόκκυγος, ὑφαρπάζοντα τὰ προσφερόμενα φθάνειν· ὥστε λιμῷ τοὺς ἑτέρους ἀπόλλυσθαι νεοττούς.

Alij dicunt cuculi pullum magnitudine præſtantem, cibum allatum præripere & deuorare: atque ita cæteros fame mori.

CAESAR.

Qvarta opinio: ὑφαρπάζοντα deuorare. Verbo quo vſus eſt in hiſtoria piſcium.

CCX. ARISTOTELES.

Οἱ δὲ, κρείττω ὄντα, ἀποκτιννύναι συντρεφομένους αὐτῷ.

Alij perimere educationis participes ſuos, vt putà valentiores.

CÆSAR.

Vltima opinio de ingrata aue. Sed eſt mendum in noſtro Codice: συντρεφόμενον αὐτοῖς: lego: συντρεφομένους αὐτῷ Et cùm ita emendauiſſemus, inuenimus ſic placuiſſe Theodoro quoque: quare ſententiam non mutauimus. Eſt enim quaſi cauſſa quare interficiat eos: quia σύντροφοι.

CCXI. ARISTOTELES.

Δοκεῖ δὲ ὁ κόκκυξ φρόνιμον ποιεῖσθαι τὴν τέκνωσιν. διὰ γὰρ τὸ συνειδέναι αὑτῷ τὴν δειλίαν, καὶ ὅτι οὐκ ἂν δύναιτο βοηθῆσαι, διὰ τοῦτο ὥσπερ ὑποβολιμαίους ποιεῖ τοὺς ἑαυτοῦ νεοττούς, ἵνα σωθῶσι. τῇ γὰρ δειλίᾳ ὑπερβάλλει τοῦτο τὸ ὄρνεον. τίλλεται γὰρ ὑπὸ τῶν μικρῶν ὀρνίθων, καὶ φεύγει αὐτά.

Prudentem igitur ſobolem procreare cuculus videtur. Conſcius enim timiditatis ſuæ, atque imbelliæ, eam ob cauſſam quaſi ſubdititios facit pullos, ſuos vt ſalui ſint. Mirum enim in modum meticuloſa hac auis eſt. Vellicatur enim etiam à minutis auiculis, eáſque fugit.

CAESAR.

Refert mores ad habitum & rationem.

Φρόνιμον τέκνωσιν: pro φρονίμως: neque enim actio prudens eſt, ſed prudentis.

Τέκνωσιν, *filiationem* quaſi dicas: qua etiam voce, in eo fragmento quod vulgò liber Decimus dicitur, vtitur: vbi mendosè τέκνον legebatur.

Δειλία animi, δύναιτο, corporis: δειλία, *meticuloſitas: ignauia,* malè à Theodoro interpretatur. Eſt enim ignauus, non diligens, ἀργός.

Σωθῆναι, *ſeruari* Theodorus. At ſeruantur etiam mortui. Sed ſalui potiùs, & in tuto. Eſt enim σωθῆναι, pluſquam ſeruator, vt alibi diximus.

Ὑπερβάλλει, *excedit.* Sed nunquam abſolutè poſitum inuenias. Itaque ad verbum non poteſt ſic transferri.

Τίλλεται. Sic ſuprà de noctua. Plinius, *minuta infeſtant.*

CAPVT

CAPVT TRIGESIMVM-OCTAVVM,

APODES.

CCXII. ARISTOTELES.

Οἱ δ' ἄποδες, οὓς καλοῦσί τινες κυψέλλους, ὅτι μὲν ὅμοιοι ταῖς χελιδόσιν εἰσὶν, εἴρηται πρότερον· οὐ γὰρ ῥᾴδιον γνῶναι πρὸς τὴν χελιδόνα, πλὴν τῷ τὴν κνήμην ἔχειν δασεῖαν. οὗτοι νεοττεύουσιν ἐν κυψελλίσιν ἐκ πηλοῦ πεπλασμέναις μακραῖς, ὅσον εἴσδυσιν ἐχούσαις. ἐν στενῷ δὲ ποιεῖται τὰς νεοττιὰς ὑπὸ πέτραις καὶ σπηλαίοις· ὥστε καὶ τὰ θηρία καὶ τοὺς ἀνθρώπους διαφεύγειν.

Apodes quos cypſellos *vocant, ſimiles eſſe hirundini iam dictum eſt. Neque enim facilè dignoſcuntur ab ea, niſi quòd crus hirtum habent Hi nidificant in alueolis è luto ſtructis oblongis,quātum ſatis ad ingreſſum apertis. Anguſtis in locis nidum ponit ſub ſaxis, & rupibus quò & à feris, & ab hominibus tutò ſeſe recipiat.*

CÆSAR.

Hirvndinvm tria ſunt genera. Hirundines nigræ, ripariæ, & quos *dardanellos* vocant. Hi maximi ſunt & apodes malè dicuntur, pedes enim habent. At optimè κακόποδες: paſſæ alæ pluſquā pedis ſpatium occupant. Nigri toti, excepto gutture alba macula notato. Fronte depreſſa: roſtro depreſſo, ac lato, & breui: cruribus craſſis. *Bibios* Taurini vocant à ſono, vbi ſunt frequentiſſimi. In Vaſconia rari: mirum in modum pulli pingueſcunt: ὑπὸ τῶν κυψέλλων nomen habet. Κύψελλος enim *alueolum*, non *caſtellum*, vt Theodorus eſt interpretatus, ſignificat. In opis verò parietum nidificant: in terra vbi ſunt, nequeunt ſeſe attollere, propter alarum magnitudinem, & crurum breuitatem. Sed ab interiore nido reptant ad ſummum labrum vſque. Inde ſeſe librant in aërem: vt hæc quoque ſit differentia inter ipſos & hirundines. Alia item eſt. Non enim candidum ventrem habent ij quos vidimus: & magnitudine dupla ſunt: & voce diſtant. Neque enim canūt, ſed vociferātur in ſibilo.

Οὐ γὰρ ῥᾴδιον γνῶναι: imò facillimum, multis notis, quas ſuprà diximus.

Ἐν κυψελλίσιν: imò etiam in opis parietum, vt ſuprà diximus, ſubſtratis paleis & plumis.

Ὅσον εἴσδυσιν ἐχούσαις: mira breuitas: deeſt enim σῶμα.

CAPVT TRIGESIMVM-NONVM,

CAPRIMVLGVS.

CCXIII. ARISTOTELES.

Ὁ δὲ καλούμενος αἰγοθήλας, ἔστι μὲν ὀρεινὸς, τὸ δὲ μέγεθος κοττύφου μὲν μικρῷ μείζων, κόκκυγος δ' ἐλάττων. τίκτει μὲν ᾠὰ δύο ἢ τρία τὸ πλεῖστον, τὸ δὲ ἦθός ἐστι βλακικός. θηλάζει δὲ τὰς αἶγας προσπετόμενος· ὅθεν καὶ τοὔνομ' εἴληφε. φασὶ δ', ὅταν θηλάσῃ τὸν μαστὸν, ἀποσβέννυσθαί τε καὶ τὴν αἶγα ἀποτυφλοῦσθαι. ἔστι δ' οὐκ ὀξυωπὸς τῆς ἡμέρας, ἀλλὰ τῆς νυκτὸς βλέπει.

Qvi dicitur caprimulgus, *montana auis eſt, merula paulò maior, minor cuculo. Duo parit oua, aut ad ſummum tria, moribus mollioribus. Aduolans capras mulget, vnde & nomen. Aiunt vbi mammam ſuxerit, aboleri lac, & capram obcæcari. Interdiu hebetiùs videt: ſed noctu cernit.*

CAESAR.

CAESAR.

QVI hanc auem eſſe putant, quæ à Gallis *effraye*, & *freſſaye*, à Vaſçonibus *breſaga*, quaſi *praſaga*. Nam & inaupicatiſſimi ominis vulgò habetur, dicitur, ſuis ſatis firmis vtuntur coniecturis. At maiore audacia, ne dicam temeritate, mouentur, cùm ſtrygem audeant aſſerere: quam tamen Plinius in triceſimo-nono Cap. libri vndecimi incognitam eſſe putat. Αἰγοθήλας, *caprimulgus* à Plinio dicitur & *fur nocturnus*. Montanam auem eſſe ait Ariſtoteles. At freſaïa Gallorum & in opis turrium, etiam in quercuum cauis nidificat: *caprilactens*, ad verbum.

Ἀποσβέννυσθαι. ἄκυρον: quomodo nanque quod extinguit, extinguatur?

Ἀποτυφλοῦσθαι: quod euenit etiam eſu glandium, vt ſuprà diximus.

Οὐκ ὀξύωπος, rectè: ſed cùm addit, τῆς νυκτὸς, βλέπει, non aduerſatur. Nam ibi eſt ὀξὺ, vt etiam interdiu βλέπει, ἀλλ' οὐκ ὀξύ.

CAPVT QVADRAGESIMVM,

CORVI.

CCXIV. ARISTOTELES.

Οἱ δὲ κόρακες, ἐν τοῖς μικροῖς χωρίοις, καὶ ὅπου μὴ ἱκανὴ τροφὴ πλείοσι, δύο μόνοι γίνονται.

Corui in regionibus paruis, atque vbi non ſatis cibi ſuppeditari poßit pluribus, bini tantùm eſſe ſolent.

CAESAR.

CORVORVM prudentiam circa victum narrat. Sic enim ſunt prudentiores, quàm ſturni.

Καὶ ὅπου: quoniam etiam ſunt loca lata, ſed ſterilia.

Γίνονται, *ſunt*: inueniuntur.

Μόνοι, δύο, ſcilicet, ſeparati ab aliis: iccirco μόνοι.

Μικροῖς. Theodorus *arctioribus*: malè: arctum enim eſt cauum. Idem χωρίοις, *locis*: meliùs, *regionibus*.

CCXV. ARISTOTELES.

Καὶ τοὺς ἑαυτῶν νεοττοὺς, ὅταν οἷοί τ' ὦσιν ἤδη πέτεσθαι, τὸ μὲν πρῶτον ἐκβάλλουσιν, ὕστερον δὲ καὶ ἐκ τοῦ τόπου ἐκδιώκουσι.

Et ſuos pullos, vbi volare poſſunt, primùm exigunt. Deinde etiam extra regionem fugant.

CAESAR.

HOc etiam faciunt aquilæ: huius autem dimidium hirundines. Nam cùm propè eſt vt auolare queant pulli, illæ garritu inuitant ad volandum. Simulant ſeſe ferre quod edant, neque dant ſed obuolant, & in proximo conſidunt. Vbi illi auſi ſunt, & iam poſſunt: illæ verberant, atque extra ædes exigunt. Foris autem ſimul cum ipſis ludunt.

CCXVI. ARISTOTELES.

Τίκτει δ' ὁ κόραξ καὶ τέτταρα καὶ πέντε.

Parit coruus, & quaterna, & quina

CAESAR.

CAESAR.

SI igitur bini tantùm habitant, neque plures: ergo eadem natura, exigunt pullos, qui quatuor ſunt, ac tanto citiùs quinque.

CCXVII. ARISTOTELES.

Περὶ δὲ τὸν χρόνον ἐν ᾧ ἀπώλοντο οἱ Μηδικοὶ ξένοι ἐν Φαρσάλῳ, ἐρημία ἐν [τοῖς τόποις] τοῖς περὶ Ἀθήνας καὶ Πελοπόννησον ἐγένετο κοράκων· ὡς ἐχόντων αἴσθησίν τινα τῆς παρ᾽ ἀλλήλων δηλώσεως.

QVo tempore Mediæ hoſpites in Pharſalo interière, reliquêre corui terram Atticam & Peloponneſum: quaſi ſenſu quodam perciperent rerum viciſsitudines.

CAESAR.

NVNC non ſolùm mores, quod eſt abire à locis: ſed etiam διάνοιαν, qua intelligant quare abeundum ſit, ob ſcelera perpetrata. Plinius in Decimo. *Soli,* inquit, *videntur habere intellectum ſignificationum ſuarum.* Vt temerè ſignificent aues aliæ, hæ autem diuinitùs. Neque enim ſolùm præuidere tempeſtates: cuius rei cauſſam narrat Poëta in primo *Georgic.* Sed etiam nôſſe cauſſam rerum. Tum ponit hiſtoriam: cuius etiam meminit Plinius.

Ἐρημία, *defuerunt,* Theodorus non benè. Deeſt enim quod abeſt: etiam ſi non adfuerit. At *deſiderare,* dicas. Plinius, *è Peloponneſo & terra Attica volârunt.*

CAPVT QVADRAGESIMVM-PRIMVM.

AQVILARVM GENERA.

CCXVIII. ARISTOTELES.

Τῶν δ᾽ ἀετῶν ἐστι πλείονα γένη· ἓν μὲν, ὁ καλούμενος πύγαργος· οὗτος καὶ τὰ πεδία καὶ τὰ ἄλση, καὶ περὶ τὰς πόλεις γίνεται. ἔνιοι δὲ καλοῦσι νεβροφόνον αὐτόν. πέτεται δὲ καὶ εἰς τὰ ὄρη καὶ εἰς τὴν ὕλην, διὰ τὸ θάρσος· τὰ δὲ λοιπὰ γένη, ὀλιγάκις εἰς πεδία καὶ εἰς ἄλση φοιτᾷ.

Aquilarum plura genera. Vnum: quem pygargum *vocant: is campos, & lucos, atque etiam circum oppida habitat. Quidam* hinnicidam *cum vocant. Volat etiam in montana & ſaltus, ſui confidens. Nam reliqua genera minùs campos & lucos frequentant.*

CAESAR.

HOC Capite aquilarum genera primùm recenſet numero ſex. Altera in parte communem naturam. In tertia mores narrat. Ordinem autem nullum ſeruat. Neque à præſtantia, neque à magnitudine aſſignat natalia, atque diuerſoria. Multarum præterea non ſolùm nomen ſpeciei, ſed etiam cognomen apponit. Ac ſanè aquilarum, accipitrum, miluorum, oſſifragæ, harpes, & vulturis ſpecies ſimul comparare potenat longè conſultius: luculentior enim hiſtoria fuiſſet. Has omnes vnico genere rapacium contineri: aquilas diuidere in genera quot nôſſet. Nos plura nouimus & accipitrum: quæ adeò ſunt proxima & mixta, vt ægrè reddas veteribus noſtratia. De quibus cùm ſuprà in ſecundo copioſè à nobis ſcriptum ſit, hîc repetere denuò odioſum eſſet.

Πύγαργος. Iuuenalis *Satyra undecima,* cùm loquitur de pygargo, non de aue intellexit ſed capreæ genere, cuius meminit Plinius in Octauo. At pygargus aquilæ genus eſt cauda albicante. Theodorus *albicillam* dixit.

Κατὰ τὰ πεδία, hæc ſunt diuerſoria. Nam natalia omnibus montana. Et diſtinxit τὰ ἄλση πρὸς τὴν ὕλην.

Νεβροφόνον. Sicut λαγωφόνον, & νηττοφόνον.

Τὰ δὲ λοιπά: hæc eſt natura aliarum diſtincta ab hac.

Ὀλιγάκις φοιτᾷ: verbum φοιτᾷ, directè opponitur aduerbio ὀλιγάκις: itaque pro rarò poſuimus negationem.

Theodorus poſito pygargi nomine, addidit ex Plinij interpretatione, *à cauda alba*, & *albicillam* nominauit. Sed ſanè hoc in nomine, cauda non eſt.

Νεβροφόνος, Theodorus, *hinnularia*: optimè. Sicut Plinius alteram *anatariam*. Sed alterius cognomen omiſit.

CCXIX. ARISTOTELES.

Ἕτερον δὲ γένος αὐτοῦ ἐστιν, ὃ πλάγγος καλεῖται, δεύτερος μεγέθει καὶ ῥώμῃ. οἰκεῖ δὲ βήσσας καὶ ἄγκη καὶ λίμνας· ἐπικαλεῖται δὲ νηττοφόνος καὶ μορφνός· οὗ καὶ Ὅμηρος μέμνηται ἐν τῇ Πριάμου ἐξόδῳ.

Alterum genus, plancus *dicitur*, *ſecundus à priore & robore, & magnitudine. Saltus & conualles, & lacus habitat: cognominatur etiam* anataria, *&* morphnus. *Cuius etiam meminit Homerus in exitu Priami.*

CAESAR.

HANC ſuprà ſcripſimus, *ſacrum*, nobis videri. At hæc planeus aquilarum nigerrima eſt. Quod non parum negotij adfert. Putauimus aliquando Gryfalcum eſſe, cùm magnitudo fulciat opinionem: eſt enim à ſuperiori ſecundus. Nam pygargum non paruam auem eſſe credendum, cùm ſit νεβροφόνος. At ſacer noſter non tantus eſt, vt parum ab ipſo diſtet: robore tamen, virtute & audacia non inferior. Magna certè in caligine verſamur. Etſi verò à maioribus noſtris multa præclaráque accepta referimus, negligentiam tamen meritò accuſabimus, quæ nos ita anxios & dubios retinet, vt quid certi pronunciandum ſit, neſciamus. Id ipſis aſcribatur. Nos qui culpa caremus, malumus ignorátiam noſtram ingenuè profiteri, quàm temeritatem pro veritate proferre.

Νηττοφόνος, ab anate quam interficit.

Πριάμου ἐξόδῳ. Priamus in vltimo *Iliadis*, Troïa exiens ad redimendum Hectoris cadauer ab Achille, orat Iouem vt ei augurio euentum rei ſignificet. Qui mittit aquilam, quam μόρφνον, & πέρκνον vocat. Interpres, πέρκνον μέλανα interpretatur. Plinius fabulatur eum lingua carere & dentes habere. Μόρφνος, quoque eſt obſcurus, καὶ τοῦ μόρου καὶ φόνου à morte & cæde.

CCXX. ARISTOTELES.

Ἕτερος δὲ, μέλας τὴν χρόαν, καὶ μέγεθος ἐλάχιστος καὶ κράτιστος τούτων. οὗτος οἰκεῖ ὄρη καὶ ὕλας. καλεῖται δὲ μελανάετος καὶ λαγωφόνος. ἐκτρέφει δὲ μόνος οὗτος τὰ τέκνα καὶ ἐξάγει. ἔστι δὲ ὠκυβόλος, καὶ εὐθήμων, καὶ ἄφθονος, καὶ ἄφοβος, καὶ μάχιμος, καὶ εὔφημος· οὐ γὰρ μινυρίζει, οὐδὲ λέληκεν.

Alia eſt nigro colore, minima & nobiliſſima harum. Montes habitat & ſiluas, & dicitur melanaëtos, *quaſi atraquila, & leporaria. Sola hæc alit pullos ſuos & educat. Pernici impetu eſt, elegans, liberalis, intrepida, pugnax, auſpicata. Neque enim querula eſt, neque clangit.*

CAESAR.

HOC genus nobis ignotum eſt.

Ἐλάχιστος καὶ κράτιστος: itaque ὠκυβόλος. Sola igitur magnitudo deeſt.

Μελανάετος: ſic γυπαιετός, ἁλιαετός: *pullam & fuluiam*, Theodorus vertit. At fuluum non eſt nigrum, furuum potiùs.

Εὐθήμων: vt ſuprà.

Ἄφθονος: quoniam non inuidet pullis creſcentibus: quia cùm alit & educat, eos præda participes, vt faciat oportet.

Εὔφημος: benè auſpicata. Reddit rationem: quia non μινυρίζει, non querula eſt.

Οὐδὲ λέληκεν. Verbum inuſitatum. Et ſignificat ſtrepitum & clamorem. Suidas Ariſtophanis ληκώμεθα, interpretatur κινώμεθα. Fortaſſe minùs bellè: nam eſt pulſu ſonum elicere: quemadmodum Mauri, & Hiſpani in tripudiis, & choreis medio digito appulſo ad pol-

licem

licem, & depulſo ad muſculum alliſo, ſonum edunt. Hoc appellatur ab Athenæo λακεῖν in primo libro. Theodorus tria verba duobus Græcis poſuit: *clangat, pippiat, murmuret.* Sed murmurare, malè. *Pippire* Catulli eſt, vnde *pipiones.* In epithetis autem poſt ἀχυβόλος, neque numeri, neque ordinis habuit rationem. Nam εὐθήμονα tribus verbis expreſſit: *concinna, polita, apta.* Et εὔφημον, *modeſta, & non petulans.* Imò reſpexit ad auſpicia.

CCXXI. ARISTOTELES.

Ἔστι δ' ἕτερον γένος, περκνόπτερος, λευκῇ κεφαλῇ, μεγέθει δὲ μέγιστος. πτερὰ δὲ βραχύτατα, καὶ ὀρροπύγιοι προμήκεις, γυπὶ ὅμοιος· ὀρειπέλαργος καλεῖται, καὶ γυπαιετός. οἰκεῖ δ' ἄλση· τὰ μὲν κακὰ ταὐτὰ ἔχων τοῖς ἄλλοις, τῶν δ' ἀγαθῶν οὐδέν. ἁλίσκεται γὰρ καὶ διώκεται ὑπὸ κοράκων καὶ τῶν ἄλλων. βαρὺς γὰρ καὶ κακόβιος, καὶ τὰ τεθνεῶτα φέρει. πονεῖ δὲ ἀεὶ καὶ βοᾷ, καὶ μινυρίζει.

Eſt aliud genus percnopteros, capite candido, grandiſſima, alis breuiſſimis, clunibus longis, vulturi ſimilis. Vocatur oripelargus, *&* gypaëtus: *lucos habitat. Vitia aliarum ipſa quoque habet: boni autem nihil. Capitur enim & fugatur à coruis & aliis: quippe grauis & inepta ad parandum ſibi victum, & cadauera gerens. Semper in labore eſt, vociferatúrque querula.*

CAESAR.

QVARTVM genus ignobile, maxima mole, breuioribus præſidiis alarum. Itaque cùm aſcendere in altum nequeat, vincitur etiam ab ignobilibus. Et prædæ imminere non poteſt. Ergo querula ob famem.

Μέγιστος, ſuperioribus maior: non autem omnium maximus. Nam Gneſium maximum eſt.

Περκνόπτερος: *ab alarum notis,* Theodorus. Quid ſit περκνὸν iam dictum.

Λευκῇ κεφαλῇ, etiam equi tales improbantur, quibus capitis color dilutior, quàm cætero corpore.

Ὀρροπύγιοι προμήκεις. Ergo grauis cùm ſit bipes: vt anates & anſeres ſunt. Theodorus verò ὀρροπύγιον, *caudam* interpretatur, malè: non enim pennas dicit, ſed clunes vnde prodeunt pennæ.

Γυπὶ ὅμοιος. Itaque cadauera fert, & nomen γυπαιετὸς, *vulturaquila.* Theodorus *ſubaquila,* malè: quaſi ὑπαιετός.

Ὀρειπέλαργος, *montana ciconia*: nihil tamen habet cum ciconia commune, niſi colorem.

Πονεῖ. Theodorus, *famelica eſt*: imò anxia.

Κακόβιος: *victu iners,* Theodorus: imò *ad victum*: nam ſupina hæc in, v, paſſiua ſunt. Si nomen eſt non cohæret.

Οἰκεῖ. Theodorus addidit, *degener*: malè. Nam aliæ quoque nõ degeneres incolũt lucos, vt hæc.

Ἁλίσκεται, in fuga. Theodorus more ſuo: *verberetur, fugetur, capiatur.*

CCXXII. ARISTOTELES.

Ἕτερον δ' ἐστὶ γένος ἀετῶν, οἱ καλούμενοι ἁλιαιετοί. οὗτοι δ' ἔχουσιν αὐχένα τε μέγαν καὶ παχύν, καὶ πτερὰ καμπύλα, ὀρροπύγιον δὲ πλατύ· οἰκοῦσι δὲ περὶ θάλατταν καὶ ἀκτάς. ἁρπάζοντες δὲ, καὶ οὐ δυνάμενοι φέρειν, πολλάκις καταφέρονται εἰς βυθόν.

Prætereà genus aliud aquilæ eſt, qui haliæeti *vocantur. Ceruix huic magna & craſſa: alæ curua, clunes lati: accolunt mare & littora. Euenit interdum vt captam prædam cùm geſtare non poſſunt, in profundum delati mergantur.*

CAESAR.

QVINTVM genus aquilæ marinæ: vt quemadmodum anataria ad lacus, ita hæc ad mare ſit. Sed illæ auibus victitant: harum victum non explicauit Ariſtoteles. Nam & marinæ aues ſunt, vt intelligere poſſimus his has ali. Albertus in Octauo, ait aquilas quaſdam eſſe piſcibus victitantes, quibus etiam alterum pedem palmipedem faciunt: quod fabuloſum eſt. Sed infrà ex auibus victitare dicet. Neque puduit membratim diſcerpere hiſtoriam. Ad haliæetum enim redibit, poſt oſſifragam, & ſi diis placet, etiam poſt noctuam. De haliæeto autem ſuprà in ſecundo, & ad *Cardanum.* Niſus eſt Virgilianus.

Μέγαν, niſi intelligas μακρὸν: nihil agas. Nam craſſities eſt ſpecies magnitudinis.

Καμπύλα, non protenſa in lineam rectam,ſed retrò in curuam.

Πλάτυ, ad differentiam ſuperioris προμήκεις.

Περὶ θάλατταν, ſcilicet ἐν ἀκταῖς,& περὶ ἀκτάς,ſcilicet in rupibus.

Ἁρπάζοντες, imò ἁρπάσαντες. Sed eſt præteritum imperfectum.

Πολλάκις. Notat auiditatem auis quæ ſine diſcrimine diſcrimen ſubeat.

Εἰς βυθὸν,ergo præda piſcis eſt : nam aues non ſummerguntur : aut tardè ſaltem. Ergo & haliæetus piſcibus etiam victitat.

CCXXIII. ARISTOTELES.

Ἔτι δ' ἄλλο γένος ἐστὶν ἀετῶν, οἱ καλούμενοι γνήσιοι. φασὶ δὲ τούτους μόνους καὶ τῶν ἄλλων ὀρνίθων γνησίους εἶναι. τὰ γὰρ ἄλλα γένη μέμικται καὶ μεμοίχευται ὑπ' ἀλλήλων, καὶ τῶν ἀετῶν καὶ τῶν ἱεράκων, καὶ τῶν ἐλαχίστων. ἔστι δ' οὗτος μέγιστος τῶν ἀετῶν ἁπάντων, μείζων τε τῆς φήνης· τῶν δ' ἀετῶν καὶ ἡμιόλιος, χρῶμα ξανθός. φαίνεται δ' ὀλιγάκις, ὥσπερ ἡ καλουμένη κύμινδις.

Ad hæc genus eſt quod Gneſion *appellant. Alia nanque genera mixta & adulterata ſunt inuicem, aquilarum, accipitrum. Maxima hæc aquilarum eſt omnium. Etiam oſſifraga maior, ita vt ſeſquiaquila ſit: colore rutilo. Rarò apparet: ſicut, & quam* cymindem *diximus.*

CAESAR.

Ecce quàm non ſeruet ordinem. Nam à peſſima non incepit : at in præſtantiſſimam deſinit, viribus tamen non moribus

Γνήσιοι, *germani* : quos falsò, *herodios* vocat Albertus : rem nôrat : nomen non nôrat. μέμικται, *confuſa* : μεμοίχευται, extra genus ſuum. Hoc vnum non patitur peregrinos mores. Et ponit tria genera : ἀετοὺς, ἱέρακας, & ἐλαχίστους. Sed meliùs dixiſſet aliter. Nam vultures non ſunt ἐλάχιστοι, & miſcentur.

Αἰετῶν ἡμιόλιος, *ſeſquiaquila* : vt ſeſquiopus, ſeſquiulyſſes.

Ξανθός: iccirco fuluam dixit Ennius.

Ὀλιγάκις ὥσπερ κύμινδις : comparatio effectus eſt,quia rarò apparent. Non autem cauſſæ:quia rarò aquila apparet ob feritatem. Deſerta enim colit. Cymindis autem quia nocturna. Vocat enim eam, nocturnum accipitrem Plinius in Decimo.

CCXXIV. ARISTOTELES.

Ὥρα δὲ τοῦ ἐργάζεσθαι ἀετοῦ καὶ πέτεσθαι, ἀπ' ἀρίστου μέχρι δείλης. τὸ γὰρ ἕωθεν κάθηται μέχρι ἀγορᾶς πληθούσης.

Tempus agendi & volandi aquilæ eſt, à prandio ad veſperam. Manè enim ſedet vſque dum forum frequens ſit.

CAESAR.

Hæc eſt altera Capitis pars, in qua partim euenta & affectiones, partim mores, narrat: idque promiſcuè.

Ἐργάζεσθαι. Sic etiam ſuprà : ἀεργοί: neque enim opus facit, vt apis. Et Theodorus, *operandi* malè : ſed exercendi ſeſſe, potiùs. Et addidit, *prandendum iam ſit.*

Ἀγορᾶς πληθούσης. Nota πλήθω paſſiuè. Cauſſa eſt,quia aër tum purior eſt ad videndum, & ſpeculandum. Et aues tum magis,& lepores excitantur.

CCXXV. ARISTOTELES.

Γηράσκουσι δὲ τοῖς ἀετοῖς τὸ ῥύγχος αὐξάνεται τὸ ἄνω, γαμψούμενον ἀεὶ μᾶλλον, καὶ τέλος λιμῷ ἀποθνήσκουσι. ἐπιλέγεται δέ τις καὶ μῦθος, ὡς τοῦτο πάσχει, διότι ἄνθρωπός ποτ' ὤν, ἠδίκησε ζένον.

Seneſcentibus aquilis roſtri ſuperior pars ſemper augetur incurueſcendo : itaque tandem fame moriuntur. Additur fabula: ei id ſic euenire, propterea quòd olim homo cùm eſſet, iniuria affecit hoſpitem.

CAESAR.

CAESAR.

HÆc extra mores ſunt. Et aſperſit fabella hiſtoriam ſeriam, vt animos leuet faſtidio.

CCXXVI. ARISTOTELES.

Ἀποτίθεται δὲ τὴν περιττεύουσαν τροφὴν τοῖς νεοττοῖς, διὰ τὸ μὴ εὔπορον εἶναι καθ' ἑκάστην ἡμέραν αὐτὴν πορίζεσθαι, ἐνίοτε οὐκ ἔχουσιν ἔξωθεν κομίζειν.

Reponit aquila reliquias paſtus pullorum: propterea quòd non facilè habeant aliunde quod in quotidianum commeatum comparare, & comportare queant.

CAESAR.

OEconomiam nunc narrat cùm dicit ἀποτίθεται, tanquam promus condus Cyri. Et pietatem, cùm dicit νεοττοῖς. Nam ipſa ſibi quærit, cùm vacua curis eſt liberorum. Et notabis verba, εὔπορον, facilem commeatum: πορίζεσθαι, Atticè redditum verbum nomini. Simile, *vitam viuere.*

Κομίζειν, *comportare*: icci rco ἔξωθεν, non è penu, ſed ex agro.

CCXXVII. ARISTOTELES.

Τύπτουσι δὲ ταῖς πτέρυξι, καὶ τοῖς ὄνυξιν ἀμύττουσι, ἄν τινα λάβωσι σκευωρούμενον περὶ τὰς νεοττίας.

Pulſant alis, & vnguibus lacerant, ſi quem deprehendant quicquam circa nidum connaſantem.

CÆSAR.

MIrum alas dixiſſe, roſtrum non nominâſſe.

Σκευωρούμενον. σκευωρεῖν, *connaſare.* Vtitur aptiſſimè hoc verbo Demoſthenes tertia Philippica cùm dolos Philippi tractaret: tranſlatum à ſuppoſititiis mercibus: σκευωρία, infrà de Gallis, vbi diligentiam, & ἐπιμέλειαν ſignificat.

CCXXVIII. ARISTOTELES.

Ποιοῦνται δὲ αὐτὰς οὐκ ἐν πεδινοῖς τόποις, ἀλλ' ἐν ὑψηλοῖς, μάλιστα μὲν ἐν πέτραις ἀποκρήμνοις, οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ ἐπὶ δένδρων.

Nidificant non in planis locis, ſed celſis. Maximè in preruptis ſaxis: quin etiam in arboribus.

CÆSAR.

TRibus propoſitis locis, vnum excludit, vnum rarò attribuit.

CCXXIX. ARISTOTELES.

ΤΡέφουσι δὲ τοὺς νεοττοὺς, ἕως ἂν δυνατοὶ γένωνται πέτεσθαι. τότε δ' ἐκ τῆς νεοττίας αὐτοὺς ἐκβάλλουσι, καὶ ἐκ τοῦ τόπου τοῦ περὶ αὐτὴν παντὸς ἀπελαύνουσιν. ἐπέχει γὰρ ἓν ζεῦγος αἰετῶν πολὺν τόπον. διόπερ οὐκ ἐᾷ πλησίον αὐτοῦ ἄλλους αὐλισθῆναι.

Alunt pullos quoad volare queant: tum è nidis ipſos eijciunt, tum etiam ex locis circunſtantibus exigunt. Vnum enim aquilarum par, magnam occupat regionem: quare non permittunt alios propè ſeſe habitare.

CÆSAR.

QVod ſuprà dixerat de ceruis: hoc etiam hîc de aquilis.

Πολὺν τόπον: quia & multum volat, & multum vorat.

Αὐλισθῆναι: verbum paſtorum.

CCXXX. ARISTOTELES.

Τὴν θήραν δὲ ποιοῦνται, οὐκ ἐκ τῶν σύνεγγυς τόπων τῆς νοττίας, ἀλλὰ συχνὸν ἀποπτάς.

VEnantur ſanè non ex vicinis nido locis, ſed continenti tractu auolantes.

CAESAR.

EST ratio quare multum tractum occupant: cauſſa autem quare ex longinquis prædantur eſt, ne deficiant quæ ſunt parabiliora aliorum defectu. Lepores contrà, quandiu herba aut ſeges propè eſt, nihil quærunt.

Συχνὸν, non ſolùm μακρὰν, ſed nunquam intermiſſo ſemel cœpto volatu. Vento ſecundo, falco deprehenſus eſt tranſuolâſſe horis viginti quadraginta millia paſſuum. Captus enim eſt cum inſignibus propè tintinnabula, & redditus domino. Captus verò fuit feſſus & famelicus.

Ἀποπτάς: mutauit numerum nimis intempeſtiuè hîc: ποιοῦνται ἀποπτάς.

CCXXXI. ARISTOTELES.

Ὅταν δὲ κυνηγέσῃ καὶ ἄρῃ, τίθησι, καὶ οὐκ εὐθὺς φέρει, ἀλλ' ἀποπειραθεὶς τοῦ βάρους, ἀφίησι.

PRædam ſublatam non ſtatim fert, ſed deponit. Tum explorata præda, eámque inuentam grauem demittit.

CAESAR.

HOC facit cùm ad nidum procurat paſtum. Nam pro ſe rarò aufert. Sed ibidem ſi extra ſemitas ſit, paſcitur. Sæpiùs tamen ſuper arborem transfert.

Ἀποπειραθεὶς τοῦ βάρους: breuiſſima oratio: hîc βάρος non quiduis pondus ſignificat, ſed quod ipſi ſanè graue ſit. Theodorus malè, *expertaq́ iam pondus requieſcunt.* Imò ſi ferre nequeant non quieſcunt. Sed aut lacerant, & fruſtra auferunt, aut quærunt alia.

Κυνηγέσῃ: ἄκυνον. Non enim habet canes ad venandum.

CCXXXII. ARISTOTELES.

[Καὶ] τοὺς δασύποδας δ' οὐκ εὐθὺς λαμβάνει, ἀλλ' εἰς τὸ πεδίον ἐάσας προελθεῖν, καὶ καταβαίνει οὐκ εὐθὺς εἰς τὸ ἔδαφος, ἀλλ' ἀεὶ ἀπὸ τοῦ μείζονος ἐπὶ τὸ ἔλαττον κατὰ μικρόν. ἄμφω δὲ ταῦτα ποιεῖ πρὸς ἀσφάλειαν τοῦ μὴ ἐνεδρευθῆναι.

LEpores non ſtatim corripit, ſed permittens in campo procurrere, neque ſtatim in ſolum fertur, ſed ſemper paulatim orbe interiore. Horum verò vtrunque facit, vt tutior ab inſidiis ſit.

CAESAR.

NVNC modum venandi ponit prudentiſſimum, ne pondere impingat, atque rumpatur. Non recta linea in leporem fertur, ſed curua. Sperat enim volando ſe etiam currentem ſuperaturam. In girum enim deſcendit, tum hac de cauſſa quam dicit Philoſophus, tum quia, quocunque ſeſe vertat præda, aptior eſt ad inſequendum, tum vt tardet currentis impetum, cùm ſeſe ob oculos offert.

Εἰς τὸ πεδίον, pro ἐν τῷ πεδίῳ.

Ἀπὸ τοῦ μείζονος ἐπὶ τὸ ἔλαττον: girum intelligit.

Ἄμφω. τὸ ἐᾶν καὶ τὸ οὐκ εὐθύς. Et nota: τὸ εὐθὺς ſtatim, & rectà. Vtrunque enim hîc ſignificat.

CCXXXIII. ARISTOTELES.

Καὶ ἐφ' ὑψηλοῦ καθίζει, διὰ τὸ βραδέως αἴρεσθαι ἀπὸ τῆς γῆς. ὑψοῦ δὲ πέτεται, [ὅπως] ἐπὶ πλεῖστον τόπον καθορᾷ· διόπερ θεῖον αἱ ἄνθρωποί φασιν εἶναι μόνον τῶν ὀρνέων.

IN ſublimi conſidet: propterea quòd tardè à terra tollitur. In altum volat vt multum loci capiat oculis: atque icirco ab hominibus ſola auium diuina *appellatur.*

CAESAR.

CÆSAR.

SIc & grues, vt notauimus ſuprà.

Καθορᾷ: Virgil: *ante locum capias oculis.*

Θεῖον, quoniam in cœlo diuina ſunt.

Μόνον: miniſtram Iouis, qui eſt ſummus æther quem ſola illa petit.

CCXXXIV. ARISTOTELES.

Πάντες δ' οἱ γαμψώνυχοι [οὐχ] ἥκιστα καθιζάνουσιν ἐπὶ πέτρα, διὰ τὸ τῇ γαμψότητι ἐμπόδιον εἶναι τὴν σκληρότητα.

NVllus autem vncunguium libenter ſuper ſaxis conſiſtit: iccircò quia curuitati durities impedimento eſt.

CÆSAR.

COMMVNEM omnem generis ſummi naturam in Capite generis ſubalterni poſuit, propter nobilitatem. Sed & prudenter dixit ἥκιστα. Non enim penitùs negauit. Nam in rupili nidificant.

Διὰ τὸ τῇ γαμψότητι ἐμπόδιον εἶναι τὴν σκληρότητα: malè expreſſit. Nam arbores quoque duræ ſunt: & ſaxum ſi ſit teres, non abnuunt in eo conſiſtere. Non eſt duritia impedimento: ſed planities. Itaque neque in terra poſſunt rectè conſiſtere.

CCXXXV. ARISTOTELES.

Θηρεύει δὲ νεβρούς, καὶ λαγώς, καὶ ἀλώπεκας, καὶ τὰ λοιπά, ὅσων κρατεῖν οἷός τ' ἐστί.

VEnatur hinnulos, & lepores, & vulpes, & reliqua quæ poſſit ſuperare.

CAESAR.

INtelligit catellos & porcellos. Nam in venatu pene mihi ante oculos corripuit catellum, cùm eſſem ſub Alpibus Taurinis, in montibus Coarijs appellatis.

CCXXXVI. ARISTOTELES.

MAκρόβιος δέ ἐστι. δῆλον δὲ τοῦτο ἐκ τοῦ τὴν νοττίαν τὴν αὐτὴν ἀεὶ διαμένειν.

DIu viuere aquilam conſtat ex eo quòd idem nidus ſemper duret.

CAESAR.

NVNC de vita. Capit argumentum non ab ipſa, quia non poteſt obſeruari: ſed à nido. Nam ſi alia ſit non ſeruet eundem nidum, ſed ſibi faciat. At quî ſcis an inuento vtatur? Quî ſcis an eodem loco, alia nidum alium qui tibi priſcus videbatur, ſtruxerit? Mirum verò non fuiſſe eo tempore qui domi aleret, vt Alexander Magnus: at nunc multis locis aluntur. Prætereà hinc colligimus non tunc venatos fuiſſe falconibus & aquilis, vt nunc facimus. Scio ego Sabaudiani ducis falconem vnum peregrinum vixiſſe inter aucupis manus duodeuiginti annos, optimũ, & pene ſua ſponte magiſtrum: quem *bonum hominem* appellabamus. Is ſolus ardeam deiecit nobis præſentibus: neque vnquam iratus fuit amiſſa, incuria aucupis, qui non rectè ſignum dederat, anate. Sed ad alteram, etiam tertiam reuolâſſe: atque vtranque interfeciſſe, detecto capite non ſe commouiſſe. Surgentem curatorem ſalutâſſe modico ſono, quaſi poſcentem prælium. Anſerem etiam ſuperauit, & rondonem, ſolus.

CAPVT QVADRAGESIMVM-SECVNDVM,

OTIDES.

CCXXXVII. ARISTOTELES.

ΕΝ δὲ Σκυθίᾳ ὀρνίθων γένος ἐστὶν αἱ ὠτίδες. τοῦτο τίκτει δύο νεοττούς· οὐκ ἐπικάθηται δὲ, ἀλλ' ἐν δέρματι λαγωοῦ ἢ ἀλώπεκος ἐγκρύψασα, ἐᾷ· ἐπ' ἄκρῳ δὲ τῷ δένδρῳ φυλάττει, ὅταν μὴ τύχῃ θηρεύων· κἂν τις ἀναβαίνῃ, μάχεται καὶ τύπτει ταῖς πτέρυξιν, ὥσπερ οἱ αἰετοί.

IN Scythia genus auium, otides: hæc duos pullos parit: ouis non incubat. Sed in pelle leporis, aut vulpis impoſitos relinquit. Obſeruat in ſumma arbore, ſi pullos adſit qui ſurripiat. Quod ſi quis aſcendat, pugnat & verberat alis, vt aquila.

CAESAR.

PESSIME omiſit faciem auis. Videtur autem pugnax, & venatrix: cùm lepores, & vulpes capiat. Plinius in Decimo, Otidas ab Hiſpanis *aues tardas* appellari ait, & proximas erythrotraoni. Sed ſaporem cùm ibi tãtùm poſſit intelligere: tamen dicit damnatas in cibis. Theodorus has otidas Scythicas, tranſtulit *aues tardas* peſſimè: non enim ſunt eſculentæ. Aues autem tardas fortaſſe non malè exiſtimabimus eſſe Aſiones eſculentos, de quibus alibi qui & ὠτίδες ab auriculis dicti ſunt. Nam σκῶπες ſunt aſiones, & aſiones ὦτοι, & minuſculi ὠτίδες. Ὠτίδες verò Scythicæ omnino non ſunt eſculentæ nihilomelius quàm aquilæ. Qui verò exiſtimant Otidis huius Hiſpanicæ nomen conuenire aui vulturum pari magnitudine & colore, quæ à Gallis *Oſtarde* vocatur: id nominis affinitate ducuntur, exiſtimantes eam eſſe auem tardam, & ideo ad *oſtarde* vocem accedere: at id eſt conijcere, non rem aperire. Ea certè quam Plinius eo in loco, alterum tetraonis genus facit, melius conueniet. Ad vulturem enim accedit: neque magnitudine alij quàm ſtruthiocamelo cedit. At non damnata in cibis vt otides, & aues tardæ ex Hiſpania.

Δύο τίκτει νεοττούς: inconſideratè Theodorus poſuit pullos pro ouis.

Ἐᾷ: hoc reſpondet illi, ἐπικάθηται.

Ὅταν μὴ τύχῃ θηρεύων. Theodorus *cũ à venatione vacat.* At non dixit θηρεύουσα αὐτὸς γάρ. Sed Ariſtoteles intellexit, cùm auceps nullus interuenit: obſeruat ne cuiuſquã interuentu ſurripiantur.

CAPVT QVADRAGESIMVM-TERTIVM,

Nocturna aues.

CCXXXVIII. ARISTOTELES.

ΓΛαῦκες δὲ καὶ νυκτικόρακες, καὶ τὰ λοιπὰ ὅσα τῆς ἡμέρας ἀδυνατεῖ βλέπειν, τὰς νύκτας μὲν θηρεύοντα τὴν τροφὴν αὑτοῖς πορίζεται· οὐ κατὰ πᾶσαν δὲ τὴν νύκτα τοῦτο ποιεῖ, ἀλλ' ἀκρέσπερον καὶ περὶ ὄρθρον. θηρεύει δὲ μῦς καὶ σαύρας καὶ σφονδύλας, καὶ τοιαῦτα ἄλλα ζωδάρια.

NOctua & noEticorui, atque eiuſmodi, quæ interdiu videre nequeunt, noctu venatu ſibi victum comparant. Verùm non totam noctem id faciunt. Sed circa crepuſculum & ante lucem. Venantur mures & lacertos, & ſphondylas, & eiuſmodi animalia minuta.

CAESAR.

C AE S A R.

NVNC ad nocturnas tranſit quæ in genere rapacium ſunt. Nam veſpertilio etiam oleum è templis ſublegit, & in carnarijs ſuccidia adedit.

Ἀλλ' ἄχρις ἑσπέρου. Non poſſum aquieſcere huic locutioni. Ἄχρις enim metam notat: at veſpera incipit ab Sole occaſo.

Ὄρθρον: *matutino* Theodorus malè: albeſcente cœlo mane eſt, quia bonum: *& matutinum* à matre Matuta, quam Græci *Leucotheam*, ab albore dixerunt. Sanè poſt veſperam & ante lucem venantur: atque hoc ſcimus. Nam obſcura penitùs nocte, ne tunc quidem cernunt.

Sphondylas, excitatas à ramis arborum, circa quas obuolant.

Peſſimè autem Philoſophus interpoſuit hanc nocturnarum auium hiſtoriam inter aquilas & oſſifragam.

CAPVT QVADRAGESIMVM-QVARTVM,

OSSIFRAGA.

CCXXXIX. ARISTOTELES.

Ἡ δὲ καλουμένη φήνη, ἐστὶν εὔτεκνος, καὶ εὐβίοτος, καὶ δειπνοφόρος, καὶ ἤπιος, καὶ τὰ τέκνα ἐκτρέφει καὶ τὰ αὑτῆς, καὶ τὰ τοῦ ἀετοῦ. καὶ γὰρ ταῦθ' ὅταν ἐκβάλλῃ ἐκεῖνος, ἀναλαβοῦσα τρέφει. ἐκβάλλει γὰρ ὁ ἀετὸς πρὸ ὥρας, ἔτι βίου δεόμενα, καὶ οὔπω δυνάμενα πέτεσθαι. ἐκβάλλειν δὲ δοκεῖ τοὺς νεοττοὺς ὁ ἀετὸς διὰ φθόνον· φύσει γάρ ἐστι φθονερὸς καὶ ὀξύπεινος, ἔτι δὲ ὀξυλαβής. λαμβάνει δὲ μέγα, ὅταν λάβῃ, φθονεῖ οὖν τοῖς νεοττοῖς ἁδρυνομένοις, ὅτι φαγεῖν ἀγαθοὶ γίνονται· καὶ σπᾷ τοῖς ὄνυξι. μάχονται δὲ καὶ οἱ νεοττοὶ ἑαυτοῖς περὶ τῆς ἕδρας καὶ τῆς τροφῆς· ὁ δ', ἐκβάλλει καὶ κόπτει αὐτούς· οἱ δ', ἐκβαλλόμενοι βοῶσι, καὶ οὕτως ὑπολαμβάνει αὐτοὺς ἡ φήνη. ἡ δὲ φήνη ἐπάργεμός τ' ἐστὶ, καὶ πεπήρωται τοὺς ὀφθαλμούς.

Qvam vocant oſſifragam, *& feliciter parit, & victus ſtudioſa eſt. Fert enim pullis eſcam: pietate quoque prædita eſt. Nam tum ſuos pullos educat, tum etiam aquilæ. Hos enim illa cùm abdicat, excipit atque alit. Exigit enim prematurè ſuos aquila, etiam indigentes victus, neque dum valentes volare. Videtur autem ob liuorem aquila id facere. Suapte enim natura eſt, & inuida & perfamelica, promptáque ad præripiendum. Magno enim eget paſtu cum edit. Inuidet igitur pullis niti dioribus, cùm benè affecti ſunt ad veſcendum. Vexat igitur eos vnguibus: pugnant verò inter ſe pulli de loco, & cibo. At illa eycit eos atque verberat. Eiectos illos atque vociferantes ſuſcipit oſſifraga. Eſt oſſifraga, oculis ob albuginem vitioſis. Neque integrè videt.*

C AE S A R.

NVNC redit ad genera aquilæ propinqua. Hæc enim ab aquila parum diſtat, niſi oculorũ vi, quem defectum obtinet. Poſt gneſiũ tamen maxima eſt. Φήνην Græci vocant. Plinius *oſſifragam* tranſtulit, ſicque à Thuſcis appellari quæ & *barbata*: quam Albertus oſſifragam voluit dictam quia oſſa ex alto demittat, vt medullam legat.

Δειπνοφόρος: vt εὐβίοτος ſit pro ſe, δειπνοφόρος pro pullis. Et ἤπιος ſit cauſſa quare ferat: & ἐκτρέφει ſit actio pietatis. Et hæc omnia ſint expoſitiones τοῦ, εὔτεκνος.

Ἀναλαβοῦσα, ſuſcipiens affectu: etiam hoſpitio ſi poſſit aduolare. Nam ſuprà dixit eijci ab aquila pullos ὅταν δυνατοὶ γίνονται ἤ πέτεσθαι. At nunc dicit πρὸ ὥρας. Καὶ οὔπω δυνάμενα. Videtur igitur ſibi contradicere. Intelligas volare quidem, ſed non vt poſſint ad prædam. Nam alioquin allidereutur eiecti. Itaque οὔπω δυνάμενα πέτεσθαι πρὸς τὸν βίον.

Διὰ φθόνον. Duas cauſſas ponit. Et inuidiam, vt tyranni, & iniuſtitiam, vt regis: cùm dicit μάχονται δὲ καὶ οἱ νεοττοί. Sed ob inuidiam non facit, imò verò quia diu abſtinuit vt eis impartiretur.

Ac

Ac generoſæ ait ita ſanè videtur, nimis diu eos ſedere grandes iam domi, atque οἰκοσίτυς.

Ὀξύπεινος: acriter fame ſtimulatur: acuta enim fames præcipitem facit voracitatem. Iccircò ὀξυλαβὴς, vorax. Nam etiam oſſa deglutit nihil diſcriminis faciens.

Λαμβάνει δὲ μέγα, ὅταν λάβῃ. Cùm paſcitur, impleri cibo. At ſi hæc eſt eius natura, non eſt φθόνος, quia illi ſunt ἁδρυνόμενοι. Sed quia intercipiant ſibi vitæ commoda. Nam ſi par aquilarum, alterũ par vicinũ non patitur: multo minùs domi patietur. Non enim εὐβίοτος vt φλήνη: ſed ὀξυλαβὴς.

Σινᾷ: non potuimus commodiùs dicere, quàm, *vexat*: ſi ex Gellio verbum perpendatur.

Ἐκβάλλει καὶ κόπτει: non nunc primum inuertit ordinem verborum. Nam verberando eijcit. Ἐκβάλλει autem Theodorus *mittit*: mutilè: & notabis, ὁ δ' ἐκβάλλει, pro αὐτὸς, ἐκεῖνος.

Βοῶσι. Nam quomodo ſciret eiectos oſſifraga, niſi auolâſſent: neque enim vicinæ agitant: & niſi clamarent, non indigentes victus putaret. Albertus putat hoc eſſe fabuloſum. Verùm ſi aliquando, vel ſemel ſaltem perſpectum eſt, ſatis ſit ad naturæ hiſtoriam.

Ἐπάργεμος. Sicut ſuprà de antho ἐπάργεμος καὶ οὐκ ὀξύωπος. Theodorus verò malè coniunxit hãc hiſtoriam vnico Capite cum nocturnis auibus: niſi excuſetur quòd eſt ἐπάργεμος. Verùm non concludit eſſe nocturnam.

Ἤπιος, *benigna*, Theodorus: at maius quid eſt ἤπιος.

Βίου δεόμενα. Theodorus *parentis operam deſiderantes*: benè profectò, ſed omiſit victus cauſſa.

Καὶ οὔπω. Theodorus *nec volandi.* Plinius: *nec dum etiam.*

Ἔτι δὲ ὀξυλαβὴς. Theodorus. *Nec copioſa venationis.* Nec exprimit Græcum, neque Latinè loquitur: etſi Latinum ſit, tamen falſum: aliud eſt *venari*, aliud *capere.* Nam ſi Latinè ſic dixiſſet, *infrequens venationis*, tamen falſum id quoque eſſet: frequens illa eſt in venatione, ſed prædam non ſemper refert. Putauit autem ſic intelligendum. Non ſæpè euenire, vt venando præda potiatur, maiorem tamen prædam ſemper referre, ſi eam nacta ſit, vt hoc ſignificant verba illa. Λαμβάνει δὲ μέγα, ὅταν λάβῃ. Sed hic μέγα, eſt τὸ, πολύ. Vt multum cibi capiat cùm excitatur à fame. Iccircò præreptum aut interceptum partitionibus & deciſionibus doleat. Sic de hirundine ἵνα μὴ δὶς λάβῃ. Sanè ſententia Theodori ad propoſitum nihil facit. Non enim cohæret. Præterea falſa eſt. Nam fame & ſtimulata, & infrequentia prædæ, etiam modicas teſtudines venatur: etiam auiculas. Prouerbium enim complet noſtrum: *fames cæca.* Theodorus verò non rectè explicat quod ſentit: *magnum tamen quid*, inquit, *nanciſcitur cùm venatur. Nanciſci* non eſt potiri: ſed deprehendere, inuenire. Quæ igitur ſententia aquilam venantem ſemper magnam prædam reperiret? At ille minùs Latinam linguam exacte nôrat: quippe *nanciſci* putauit, & *adipiſci* idem eſſe: at non eſt nanciſci, λαμβάνειν.

Ἁδρυνομένοις Theodorus *maiuſculis*, rectè: ſed nitorem quendam ſecum fert in ſignificatu. Idem σινᾷ, *ſecat*, dixit malè. Sed *vexat*, vt dixi: & addidit de ſuo, *periclitantur.* Et hæc omnia: *ſuſcipit benignè, & tuetur, & alit, dum quantum ſatis ſit, adoleſcant.*

CAPVT QVADRAGESIMVM-QVINTVM,

HALIÆETVS.

CCXL. ARISTOTELES.

Ὁ δ' ἁλιαιετὸς, ὀξυωπέστατος μέν ἐστι, καὶ τὰ τέκνα ἀναγκάζει ἔτι ψιλὰ ὄντα πρὸς τὸν ἥλιον βλέπειν, καὶ τὸν μὴ βουλόμενον, κόπτει καὶ στρέφει· καὶ ὁποτέρου ἂν ἔμπροσθεν οἱ ὀφθαλμοὶ δακρύσωσιν, τοῦτον ἀποκτείνει, τὸν δ' ἕτερον ἐκτρέφει.

AT haliæetus viſu eſt acutiſsimo: pullos etiamnum implumes aduerſus ſolem intueri iubet. Detrectantem cedit & conuertit. Vtrius oculi prius lachrymârint, eum interficit, alterum educat.

CÆSAR.

MIram naturam & periculum adulterini ingenij. Noſtra aquila nigra quam habuimus, tam directa acie ſolem contemplabatur, tam inconniuens, tam cõtenta, vt mihi ἀδόνατον etiam tum cum obſeruaremus, videretur. Non tandiu nos in ſpeculo ἀμυδρὸν, intuerêmur.

CCXLI. ARISTOTELES.

Διατρίβει δὲ περὶ τὴν θάλατταν, καὶ ζῇ θηρεύων τὰς περὶ τὴν θάλατταν ὄρνιθας, ὥσπερ εἴρηται. θηρεύει δ' ἀπολαμβάνων καθ' ἕνα, παρατηρῶν ἀναδυόμενον ἐκ τῆς θαλάττης. ὅταν δ' ἴδῃ ὁ ὄρνις ἀνακύπτων τὸν ἁλιαιετὸν, πάλιν φοβηθεὶς καταδύεται, ὡς αὖθις ἀνακύψων. ὁ δὲ, διὰ τὸ ὀξὺ ὁρᾶν, ἀεὶ πέτεται, ἕως ἂν ἀποπνίξῃ, ἢ λάβῃ μετέωρον. ἀθρόαις γὰρ οὐκ ἐπιχειρεῖ. ῥαίνουσαι γὰρ ἀπερύκουσι τοῖς πτέρυξιν.

Accolit mare, viuítque venando aues marinas, quemadmodum dictum eſt. Singulas in venatu capit, obſeruans emergentem è mari: ea conſpecta cùm emergit præ metu rurſus mergitur: vt iterum alibi exeat. Ille autem aciei oculorum beneficio fretus ſemper volat vſque dum illa aut ſuffocetur, aut ſublimem ceperit. Greges verò non inuadit: alarum enim aſperſu arcent.

CAESAR.

QVOD hîc ait, in falconum venatione, vidimus ad lacus & ſtagna. Etiam vt vmbram deſcendentis metuerent. Duo ſunt vt alibi diximus anatum genera: minores *gregotas* vocant. Semper enim gregatim volant præ metu vt puto. Nam non vlla vi efficias vt ab aqua diſcedant, vbi falconem conſpexêre. Sed ſi lanceis aut equorum impetu excitentur, vniuerſæ emergunt, & facto modico gyro, reuolant in aqua. Quam verò affert cauſſam, quare non aggrediatur multas ſimul, non eſt ex aſperſu alarum. Vbi enim anas extra aquam eſt, & ſemel, aut iterum volando alas excuſſit, ſicca penna eſt. Eſt enim aliquid pinguius in villis plumæ & pennæ, Sed iccircò abſtinet, quia non poteſt percutere quin lædat alas.

Καθ' ἕνα: reſpondet illis *ἀθρόαις οὐκ ἐπιχειρεῖ*.

Ἀνακύπτων: quia *κύπτειν* eſt curuare ſeſe & demittere. Theodorus *euolans*, nimis ſignatè *ὡς αὖθις ἀνακύψων*: non vacat. Sed vt reſpiret. Itaque *ἀποπνίγεται* metu ne capiatur: aut *λαμβάνεται*.

Μετέωρον, metu ne ſuffocetur. Theodorus addidit, *in diuerſa lapſa*: rectè.

Ἀπερύκουσι, arcent. Theodorus addidit *repellunt*.

Ἀεὶ πέτεται Theodorus *ſedulò aduolat*: malè: neque enim aduolat. Sed ſuperuolat, & circumuolat: nondum enim *ἀνέκυψεν*: & quid eſt *ſedulo*? Imò doloſè. Plinius in Decimo ait *anates reſperſu pennarum hoſtem obcæcantes*: quaſi verò totius agminis conſpectus tolli poſſit ab eius oculis qui etiam in profundum abeuntem videt.

CAPVT QVADRAGESIMVM-SEXTVM,

FVLICÆ.

CCXLII. ARISTOTELES.

Οἱ δὲ κέπφοι, ἁλίσκονται τῷ ἀφρῷ. κόπτουσι γὰρ αὐτόν· διὸ προσραίνοντες θηρεύουσιν.

Fvlicæ capiuntur ſpuma: appetunt enim eam. Ideò aſperſu eius venantur.

CAESAR.

QVOD attinebat inter aquilam & accipitrem, fulicam ponere abſtractam ab aquaticis quas ſuprà nominabat.

Κόπτουσι: verbum non nimis commodum ad cibum ſignificandum. Eſt autem fulica tota nigra, corpore modico: à furuitate dicta, vnde & *fuligo*. Itali etiam ſic nunc vocant.

CCXLIII. ARISTOTELES.

Ἔχει δὲ τὴν μὲν ἄλλην σάρκα εὐώδη· τὸ δὲ πυγαῖον μόνον θῖνος ὄζει. γίνονται δὲ πίονες.

CÆtera eius caro iucundo ſapore eſt. Clunes autem ſola cœnum arenæ olent. Pingueſcunt admodum.

CAESAR.

IMò tota caro piſcem olet.

Θῖνος : vocabulum infrequens. Theodorus *lituum*, à littore. Sed παρὰ τὸ θῖνα : intelligas *cœnum aquaticum*. Et addidit de ſuo, *eſculentas eſſe*. Sunt tamen.

CAPVT QVADRAGESIMVM-SEPTIMVM,

ACCIPITRES.

CCXLIV. ARISTOTELES.

Τῶν δ' ἱεράκων κράτιστος μὲν, ὁ τριόρχης. δεύτερος δ', ὁ αἰσάλων· τρίτος, ὁ κίρκος. ὁ δ' ἀστερίας, καὶ ὁ φασσοφόνος, καὶ ὁ πτέρνις, ἀλλοῖοι. οἱ δὲ πλατύτεροι ἱέρακες, ὑποτριόρχαι καλοῦνται. ἄλλοι δὲ, πέρκοι καὶ σπιζίαι. οἱ δὲ λεῖοι καὶ οἱ φρυνολόγοι, οὗτοι εὐβιώτατοι καὶ χθαμαλοπτῆται.

Accipitrum valentiſſimus buteo. Secundo loco æſalo. Tertius, circus. Aſterias autem & palumbarius, & pernes alieni. Latiores accipitres ſubbuteones *appellantur. Alij autem perci, & ſpiziæ. At leues & rubetarij facili victu contenti ſunt, & humili volatu.*

CAESAR.

ACCIPITRVM hîc genera decem commemorat nominatim. Sed tamen vnum genus ſubalternum dicit, τὸν ὑποτριόρχην. De his omnibus generibus ſentẽtiam noſtram explicauimus ſuprà in Secundo. Negligens certè Philoſophus, incertiores quàm antea nos facit.

CCXLV. ARISTOTELES.

Γένη δὲ τῶν ἱεράκων φασί τινες εἶναι οὐκ ἐλάττω τῶν δέκα· διαφέρουσι δὲ ἀλλήλων. οἱ μὲν γὰρ αὐτῶν, ἐπὶ τῆς γῆς καθημένην τύπτουσι τὴν περιστερὰν, καὶ συναρπάζουσι· πετομένης δ' οὐ θιγγάνουσιν. οἱ δ', ἐπὶ δένδρου μὲν ἢ τινος ἄλλου καθημένην θηρεύουσιν· ἐπὶ τῆς γῆς δ' οὔσης, ἢ μετεώρου, οὐχ ἅπτονται. οἱ δ' οὔτ' ἐπὶ τῆς γῆς, οὔτ' ἐπ' ἄλλου καθημένης θιγγάνουσιν, ἀλλὰ πετομένην πειρῶνται λαμβάνειν. φασὶ δὲ καὶ τὰς περιστερὰς γινώσκειν ἕκαστον τούτων τῶν γενῶν· ὥστε προσπετομένων, ἐὰν μὲν ᾖ τῶν μετεωροθήρων, μένειν οὗ ἂν καθήμεναι τύχωσιν· ἐὰν δὲ ᾖ τῶν χαμαιτύπων ὁ προσπετόμενος, οὐχ ὑπομένειν, ἀλλὰ ἀναπέτεσθαι.

Accipitrum igitur genera non pauciora putant quam quæ diximus decem. Differunt autem inter ſe : propterea quòd humi ſedentem columbam petunt, & corripiunt: volantem non attingunt. Alij in arbore aut alibi conſidentem eam nacti venantur: humi autẽ ſublimem non tangũt. Alij neque humi, neque alibi conſiſtentem, ſed volantem appetunt capere. Aiunt verò etiam columbis vnumquodque horum generum notum eſſe. Itaque volantibus illis, ſi quis ſit eorum qui prædantur, manere eas vbi fuerint. Sin aduolans ex ijs ſit qui ab humo petunt, non manere, ſed auolare.

CAESAR.

NOn poſuit inter hæc decem genera cymindim, quam Plinius vocat *accipitrem nocturnum*, de quo in ſuperioribus. Poſt ſpecies autem ponit differentias ſpecificas in venatu. Et cùm ſit hęc

natura

natura quaſi in actione, facit etiam correlatiua relatiuis in columbis reſpondere. Et certè diuiſio pulchra eſt. Aut volat columba, aut nō volat: ſi non volat, aut humi eſt, aut in arbore. Similis huic erit illa diuiſio. Aut humi eſt, aut ſublimis: ſi ſublimis, aut in arbore, aut in aëre. Sed diuiſio prior eſt præſtantior, à motu, & quiete.

CCXLVI. ARISTOTELES.

Ἐν δὲ Θρᾴκης τῇ καλουμένῃ ποτὲ Κεδροπόλει, ἐν τῷ ἕλει θηρεύουσιν οἱ ἄνθρωποι τὰ ὀρνίθια κοινῇ μετὰ τῶν ἱεράκων. οἱ μὲν γὰρ, ἔχοντες ξύλα, σοβοῦσι τὸν κάλαμον καὶ τὴν ὕλην, ἵνα πέτωνται τὰ ὀρνίθια· οἱ δὲ ἱέρακες ἄνωθεν ὑπερφαινόμενοι, καταδιώκουσι· ταῦτα δὲ, φοβούμενα, κάτω πέτεται πάλιν πρὸς τὴν γῆν· οἱ δ' ἄνθρωποι, τύπτοντες τοῖς ξύλοις, λαμβάνουσι, καὶ τῆς θήρας μεταδιδόασιν αὐτοῖς. ῥίπτουσι γὰρ τῶν ὀρνίθων. οἱ δὲ, ὑπολαμβάνουσι.

In Thracia quæ olim Cedropolis *vocabatur, communi venatione cum accipitribus venantur homines auiculas in palude. Perticis enim mouent arūdines & ſiluam illi vt volent auiculæ. At accipitres deſuper apparentes inſectantur. Eæ exterrefactæ deorſum volant iterum ad terram. Quas baculis homines cadunt ac capiunt, atque illos præda impertiunt. Proijciunt enim ex auibus, atque illi capiunt.*

CAESAR.

Iucunda hiſtoria. Nam & nos ſequuntur venantes falcheti & ſmerilij: auiculas aliquot aliquando cepimus. Etiam illis partem poſuimus. Eſt adeò autem oratio concinna & elegans, vt ne Xenophonti quoque cedat.

Τῶν ὀρνίθων: aliquam ſcilicet, Atticè ſubticuit.

Ξύλοις, *perticis & baculis.*

Ὕλην Theodorus, *fruteta:* malè.

CCXLVII. ARISTOTELES.

Καὶ περὶ τὴν Μαιῶτιν δὲ λίμνην τοὺς λύκους φασὶ συνήθεις εἶναι τοῖς ποιουμένοις τὴν θήραν τῶν ἰχθύων· ὅταν δὲ μὴ μεταδιδῶσι, διαφθείρειν αὐτῶν τὰ δίκτυα ξηραινόμενα [ἐν] τῇ γῇ.

At circa Mæotidem paludem lupos aiunt id agere ex conſuetudine. Vt ſi piſcatores non impertiantur ex piſcibus, dilacerare eorum retia cùm in terra ſiccantur.

CÆSAR.

Irridet hoc Albertus, & fabulam putat. Sed ſi aquila piſces capit, quid mirum ſi lupus? Si piſces appetit lupus, quid mirum, ſi vacua retia laniet, ſaltem odore ſollicitatus? Si piſces à piſcatore relictos inueniat, quid mirum ſi parcat retibus?

Συνήθεις. Theodorus, *familiares:* non: ſed conſueuiſſe ita facere, vt ſit mos, non familiaritas.

CAPVT QVADRAGESIMVM-OCTAVVM,

Aſtutia ranæ & torpedinis.

CCXLVIII. ARISTOTELES.

Τὰ μὲν οὖν περὶ τοὺς ὄρνιθας τοῦτον ἔχει τὸν τρόπον, ἔστι δὲ καὶ ἐν τοῖς θαλαττίοις ζῴοις πολλὰ τεχνικὰ θεωρῆσαι πρὸς τοὺς ἑκάστων βίους.

Auium natura ſic ſe habet. In maritimis verò animantibus licet multa obſeruare quæ earum vitam non inertem prodant.

CAESAR.

EXPLETA auium hiſtoria, maritima aggreditur. Semper enim inſecta vltimo loco ponit: tum propter ignobilitatem, tum propter obſcuritatem. Eorum enim officia & actiones minùs deprehenduntur.

Θεωρῆσαι facit attentum auditorem.

Ε᾽κάστων in ſpecie intellige. Α᾽γρίων ſanè Sed ita ſolet.

Τεχνικὰ: non ſolùm artes, vt nidos, & ſtragulas, ſed etiam aſtutias. Τέχναι id quoque ſignificant. Itaque incipit ab aſtu. Nos vtrunque complexi ſumus, *non inertem*. Theodorus *ſolers ingenium*, maluit: addidit autem, *commodioris*, malè. Nam faciunt ratione vitæ ἁπλῶς, non commodioris. Venatur enim rana vt viuat, non vt commodiùs viuat.

CCXLIX. ARISTOTELES.

Τά τε γὰρ θρυλλούμενα περὶ τὸ βατράχου τὸ ἁλιέα καλούμενον, ἐστιν ἀληθῆ, καὶ τὰ περὶ τῆς νάρκης.

NAm quæ tum de rana piſcatrice, tum de torpedine prædicantur, vera ſunt.

CAESAR.

SVPRA erat πρότασις, hîc eſt προθεσίς, ſiue προπαρασκευή. Deinceps ponet narrationem διήγησιν.

Βάτραχος ἁλιεύς. Plinius in nono, *ranam piſcatricem* vocat, & in Triceſimo ſecundo, *ranam marinam*. Piſcis fœda facie, oris hiatu ampliſſimo. Oppianus lib. ſecundo, *Halieut* optimè & pereleganter eam deſcribit.

CCL. ARISTOTELES.

Ὁ μὲν γὰρ βάτραχος, τοῖς περὶ τῶν ὀφθαλμῶν ἀποκρεμαμένοις, ὧν τὸ μὲν μῆκός ἐστι τριχῶδες, ἐπ᾽ ἄκρου δὲ στρογγύλον, ὥσπερ προσκείμενον ἑκατέρῳ δελέατος χάριν. ὅταν οὖν ἐν τοῖς ἀμμώδεσιν ἢ θολώδεσιν ἀναταράξας κρύψῃ ἑαυτὸν, ἐπαίρει τὰ τριχώδη· κοπτόντων δὲ τῶν ἰχθυδίων, συγκατάγει μέχριπερ ἂν πρὸς τὸ στόμα προσαγάγῃ.

QVippe rana iis appendicibus, quæ pilorum modo præ oculis ſunt: earum cacumen, quod globuloſum eſt, cùm ſeſe ſabulo, aut limo quem excitârit, ſeipſam abſcondit, quaſi eſcæ gratia, ſuſtulerit: appetentibus piſciculis, contrahit, vſque dum ad os adduxerit.

CAESAR.

NVNC narrationem exequitur: at quomodo? Nemo omnium gentium hanc locutionem ad verbum aſſequetur. Nam ἀποκρεμαμένοις, participium eſt ſine nomine: quoniam neque pili ſunt, neque cilia, neque quicquam commune. Et caſus, qui nulli verbo ſeruit. Nam cum ſic dixit, infert: ἐπαίρει τὰ τριχώδη. Deinde, fatemur τὸ προσκείμενον. Sed ὥσπερ δελέατος χάριν, non fatemur, niſi poſtquam ſuſtulerit. Et dixit ἐν ἀμμώδεσιν ἀναταράξας. Alius dixiſſet, ἀμμώδη ἀναταράξας ἐν αὐτοῖς καταχρύψῃ: aut παρατιθεμένοις.

Κοπτόντων, ſicut de fulica ſuprà.

Συγκατάγει, vtrunque ſimul contrahit deorſum. Vtraque vis verbo vnico προσαγάγῃ. Alius dixiſſet μέχρι τοῦ στόματος: neque addidiſſet προσαγάγῃ.

Α᾽κρου Theodorus *poſtrema*: malè: *ſuprema* potiùs, & addidit, *gemina*: & dixit *præpilantur*, peſſimè. Pilum autem mucronem ſignificat, teretem, oblongum, mucronatum. Etſi à πίλῳ claua ducta ſit. Sic dicerem. Suprema pars quibuſdam botulis, quaſi eſcæ cauſſa additis.

CCLI. ARISTOTELES.

Ἥ τε νάρκη, ναρκᾶν ποιοῦσα ὧν ἂν κρατήσειν μέλλῃ ἰχθύων, τῷ τρόπῳ ὃν ἔχει ἐν τῷ σώ-

TOrpedo autem quorum piſcium compos futura eſt, eos more ſuo quem obtinet, torpere facit

YYYY

ματι

ματι λαμβάνουσα, τρέφεται τούτοις. κατακρύπτεται δὲ εἰς τὴν ἄμμον καὶ πηλόν· λαμβάνει δὲ τὰ ἐπινέοντα, ὅσα ἂν ναρκήσῃ ἐπιφερόμενα τῶν ἰχθύων· καὶ τούτου αὐτόπται γεγένηνταί τινες.

illiſque ore captis alitur. Abdit verò ſeſe in arenam, & lutum, & capit ſupernatantes piſces, quos eò allatos torpeſcere fecerit. Cuius rei ſpectatores aliqui fuere.

C AE S A R.

ÆQuè perplexè reddas quæ hîc ſcripta ſunt. Sic enim alius ſimpliciſſimè ſcripſiſſet. Ἡ δὲ κατακρύψασα ἑαυτὴν εἰς τὴν ἄμμον ἢ πηλὸν, ναρκᾶν ποιοῦσα τὰ ἐπινέοντα τῶν ἰχθύων, λαμβάνει καὶ ἀπὸ τούτοις τρέφεται. Non dixit παραπλησίως, vt de rana, τῷ τρόπῳ καὶ τῷ ἤθει.

Κρατήσει μᾶλλον. Κρατεῖν βούλεται clariùs. Et notabis illam locutionem minùs accuratam. Λαμβάνει ἐπινέοντα ὅσα ἂν ναρκήσῃ: imò ἐπινήσαντα: non enim ampliùs natant cùm torpent: aut aufugerent.

Αὐτόπται: ipſi præſtantes ſunt conſpicati.

CCLII. ARISTOTELES.

Κατακρύπτει δὲ καὶ ἡ τρυγὼν αὑτήν· πλὴν οὐχ ὁμοίως.

COndit etiam paſtinaca ſeſe, ſed non ſimiliter.

C AE S A R.

PEssime fecit cùm non poſuit differentiam. Rana piſcatrix, torpedo, & paſtinaca piſces plani & cartilaginei ſunt, & vt venentur ſibi victum, in arena ſe condunt. At rana, appendicibus quæ pilorum modo præ oculis ſunt, piſciculos hærentes ad ſe contrahit, & his veſcitur. Torpedo autem torpore ſtupefactos piſces ad ſe accedẽtes dum latet, & nihil tale timentes quaſi immobiles reddit, quibus poſteà fruitur. At paſtinaca latrocinatur radio quod telum eſt ei, vt ait Plinius in Nono, ex occulto tranſeuntes, figens. Habet enim in cauda telum, quod *radium* dicitur, quod nullum aliud execrabilius putatur venenum: eodem libro idem aſſerit. Τρυγὼν, Græcè, *paſtinacam* Latini dixêre eodem autore.

CCLIII. ARISTOTELES.

Σημεῖον δὲ ὅτι τοῦτον τὸν τρόπον ζῶσιν· ἁλίσκονται γὰρ ἔχοντες κεστρέας πολλάκις, ὄντες αὐτοὶ βραδύτατοι, τὸν τάχιστον τῶν ἰχθύων.

QVod autem ſic viuant, argumentum illud eſt. Capiuntur enim ſæpè cum mugile in ventre, velociſsimo piſcium, tardiſsima ipſæ.

C AE S A R.

INtelligit torpedines: dixit autem mugilem velociſſimum, at delphin velocior eſt. Et notabis: cùm dixit κεστρέας, & τάχιστον. Item de torpedine, quæ eſt νάρκη. Ὄντες βραδύτατοι.

CCLIV. ARISTOTELES.

Ἔπειτα ὁ μὲν βάτραχος, ὅταν μηκέτ' ἔχῃ τὰ ἐπὶ τῶν θριξίν, ἁλίσκεται λεπτότερος.

RAna verò quæ non ampliùs globulos pilorum habuerit, capitur macilentior.

C AE S A R.

DVo poſuit argumenta, vnum torpedinis, alterum ranæ: ideò ſuprà dixit ζῶσι: hoc enim eſt ſecundum argumentum ad ranam pertinens, ideò dixit ἔπειτα.

Μηκέτι ἔχῃ: fortaſſe preuenta à piſciculis: impetu enim præripi & præcidi botuli illi potuere. Theodorus *quæ caruerit*, dixit: meliùs, quæ ampliùs non habuerit.

CCLV. ARISTOTELES.

Ἡ δὲ νάρκη, φανερὰ ὅτι καὶ τοὺς ἀνθρώπους ποιοῦσα ναρκᾶν.

Quinetiam torpedo manifeſtò homines torpeſcere facit.

CÆSAR.

Aliud argumentum: torpeſcere facit homines: ergo & piſces poſſe, par eſt. Senſus enim eſt affectio. Plinius in Triceſimo ſecundo, ait torpedinem etiam procul, & è longinquo, vel ſi haſta virgáque attingatur, lacertos etiam præualidos torpeſcere. Qua de re etiam Plato in *Menone*, & Galenus in primo de *Symptomatum cauſſis*.

CCLVI. ARISTOTELES.

Καθαμμίζουσι δ' ἑαυτοὺς ὅ τ' ὄνος, καὶ βάτραχος, καὶ ψῆττα, καὶ ῥίνη καὶ ὅταν ποιήσῃ ἑαυτὰ ἄδηλα, εἶτα ῥαβδεύεται τοῖς ἐν τῷ στόματι, ἃ καλοῦσιν οἱ ἁλιεῖς ῥαβδία· τὰ δὲ μικρὰ ἰχθύδια προσέρχεται, ὡς πρὸς φυκία, ἀφ' ὧν ζῶσι.

Occultant ſeſe arena, etiam aſellus, & raia, & paſſer, & ſquatina. Atque vbi ſeſe condidere, tùm ſurrigunt in virgulæ modum, ea quæ in ore habent, atque vocant piſcatores radiolos. *Eò accedunt minuti piſciculi, tanquam ad algulas, quibus veſci conſueuere.*

CÆSAR.

Occultari ranam dixit, & torpedinem. Addidit & paſtinacam: his adiungit, & aſellum, & raiam, & paſſerem, & ſquatinam. Sed mirum, cùm paſſeri attribuit neſcio quid in ore: ῥαβδία: hoc in genere nulli ineſt. Neque alitur rhombus piſciculis, neque paſſer, neque ſolea. Sed algula & limo, vt in captura patet. Videtur Plinius in Nono, cap. XLII. cùm hæc tractat ψῆτταν, *rhombum* interpretari. At eodem libro cap. ſextodecimo *pſettam* vocat Græca voce.

Ὄνος, à Plinio, & alijs Latinis aſellus dicitur, quaſi ὀνίσκος, vt & quidam dicunt. Ariſtoteles tamen ſemper ὄνον. Galli *merlus*, quaſi maris lucium: lucij autem fluuiatilis formam maximè repræſentat.

Ἄδηλα rectiſſimè Theodorus *cúmque nullam ſui corporis partem intactam reliquerint.*

Ῥαβδεύεται: verbum piſcatorium, *radiant*. Theodorus *verberant*: nunquam tamen ponitur abſolutum: potiùs, *vibrant*.

Πρὸς φυκία: quoniam φυκία ſunt, quaſi προσαιφυκία: vnde & φύκος dicitur.

Ἀφ' ὧν ζῶσι: ſiue algis piſciculi, ſiue piſciculis. Τὰ καθαμμιζόμενα.

CAPVT QVADRAGESIMVM-NONVM,

ANTHIAS.

CCLVII. ARISTOTELES.

Οὗ δ' ἂν ἀνθίας ὀφθῇ, οὐκ ἔστι θηρίον· ᾧ καὶ σημείῳ χρώμενοι, κολυμβῶσιν οἱ σπογγεῖς, καὶ καλοῦσιν ἱεροὺς ἰχθῦς τούτους· ἔοικε δὲ συμπτώματι

Vbi anthias conſpectus fuerit, non inuenitur bellua. Quo vtentes indicio vrinant ſpongiatores, & hos piſces ſacros vocant. Videtur caſu hoc fieri.

καθάπερ ὅπου ἂν ᾖ κοχλίας, σῦς οὐκ ἔστιν, οὐδὲ πέρδιξ. κατεσθίουσι γὰρ πάντας τοὺς κοχλίας.

Quemadmodum vbi cochlea ſit, ſuem non eſſe neque perdicem. Edunt enim omnes cochleas.

C AE S A R.

De anthia aliquid ſuprà in Sexto. Hunc piſcem piſcatores *ſacrum* vocant, quaſi fuget monſtra & belluas. Ariſtoteles vt non negat, ita oſtendit, caſu id videri eſſe: non eſſe ibi belluas, quia ſi eſſent anthiam comediſſent. Sicut vbi columba eſt, ſerpentem non eſſe autumant vulgo. Sed mihi contra videtur. Nam vbi alij ſint piſces, ibi etiam belluæ ſunt. Vbi eæ ſint, piſces non ſunt.

Οἱ σπογγεῖς: *ſpongiatores*: ſpongilegi: vt aquilegi.

Ἱεροί: conuenit hoc nomen multis alijs piſcibus, vt alibi à nobis annotatum eſt.

Συμπτώματι. Τὸ αὐτομάτως, συμβαῖνον, καὶ ἐνδεχόμενον. Medici his vocibus vtuntur, pro eo quod morbum comitatur: pro acceſſorio.

Πάντες, lege πάντας. Nam de perdice & ſue quæ duo ſunt, non dixiſſet πάντες: neque in maſculino, ſed ἑκάτερον. Nam ſubdit οὐκ ἔστι κοχλίας, quia πάντας vorant: perdix arreptantes deijcit. Sus & obrutas vaſtat.

CAPVT QVINQVAGESIMVM.

Serpens marinus.

CCLVIII. ARISTOTELES.

Ὁ δ' ὄφις ὁ θαλάττιος, τὸ μὲν χρῶμα παραπλήσιον ἔχει τῷ γόγγρῳ, καὶ τὸ σῶμα· πλὴν ἐστὶν ἀμαυρότερος καὶ σφοδρότερος. ἐὰν δὲ φοβηθῇ καὶ ἀφεθῇ εἰς τὴν ἄμμον καταδύεται ταχύ, τῷ ῥύγχει διατρυπήσας· ἔχει δὲ ὀξύτερον στόμα τῶν ὄφεων.

Marinus ſerpens, colore & corpore ſimilis congro eſt, ſed obſcurior, & acrior. Is ſi perterrefactus dim ttatur, ſubit celeriter arenam, roſtro ſibi cauum faciens. Habet autem os acutius, quàm ſerpentes.

C AE S A R.

Qvia loquebatur de ijs quæ arenam ſubeunt, meliùs feciſſet, ſi ſuprà poſuiſſet. Et addidiſſet quod de paſtinaca faciebat. Ἀλλ' οὐχ ὁμοίως, neque ſimili de cauſſa. Nam illa ob inſidias, hîc ob metum. Attende verò naturam ſeſe imitari. Ita vt etiam marinus ſerpens ſit vnus ex φωλευόντων, ſicut terreſtris.

Ἀμαυρότερος, quia dixerat ſimilem colore & corpore congro, addidit differentiam.

Ἀφεθῇ: feſtiuè addidit. Nam ſi non dimittatur, non ſubiuit.

Ἔχει δ' ὀξύτερον: ratio quare καταδύεται, & quare ταχύ.

Τῶν ὄφεων: intellige terreſtrium.

Διατρυπήσας. Theodorus *terrebat*: rectè: atqui non legit φοβηθῇ, ſed ληφθῇ.

CAPVT QVINQVAGESIMVM-PRIMVM,

SCOLOPENDRA.

CCLIX. ARISTOTELES.

Ἣν δὲ καλοῦσι σκολόπενδραν, ὅταν καταπίῃ τὸ ἄγκιστρον, ἐκτρέπεται τὰ ἐντὸς ἐκτὸς, ἕως ἂν ἐκβάλλῃ τὸ ἄγκιστρον· εἶθ' οὕτως εἰστρέπεται πάλιν ἐντος.

Q*Vam vocant* ſcolopendram, *vbi hamum deglutinerit, inuertit inteſtina extrorſum, quoad hamum eyciat. Deinde rurſum iutrorſum vertit.*

CAESAR.

MIRA aſtutia, ſed mira facultas. Neque enim euomit tantùm, vt malè interpretatur Theodorus, ſed inuerſis extra os inteſtinis hamum eijcit. Sic enim eſt ἐκτρέπεται τὰ ἐντὸς ἐκτὸς, vt ſuprà dicebamus de ſecundis muliebribus. Multos enim modos deſcribet Philoſophus aduerſus hamos. Primus eſt ſcolopēdræ, quæ ſeſe inuertit. Alter vulpeculæ quæ abrodit. Tertius glaucij qui frangit hamum. Scarus circumrodit: ore enim anguſtiſſimo eſt. Et nos eum expiſcati ſumus. Non loquitur hîc Philoſophus de Scolopendra cetacea: ipſi enim incognita fuit: de qua ſuprà in Secundo, tum ex Æliano tum ex nauigationum Commentarijs. Sed de ſcolopendra marina quam terreſtri ſimilem facit in Secundo. At verò mirum, hoc tam paruum inſectum tam puſillo ore, hamum poſſe vorare. Theodorus legit plura verba ſic: *ac valet eadem qua antea ſalubritate.* Scolopendram autem, vbique ex Plinio *centipedam* interpretatur.

CCLX. ARISTOTELES.

Βαδίζουσι δ' αἱ σκολόπενδραι πρὸς τὰ κνισσώδη, ὥσπερ καὶ αἱ χερσαῖαι.

A*Ppellant ſeſe ſcolopendræ ad nidorem, ſicut & terreſtres.*

CÆSAR.

COniungit naturam, ſicut & faciem, & nomen. Malui verò, κνισσώδη, *nidorem* ſimplicitate Latina vertere, quàm monſtrum illud Theodori, *nidorulentorum*, exhibere. Quem ſonum ſi ſcolopendra audiat, aufugiet.

CCLXI. ARISTOTELES.

Τῷ μὲν οὖν ςόματι οὐ δάκνουσι, τῇ δὲ ἅψει καθ' ὅλον τὸ σῶμα, ὥσπερ αἱ καλούμεναι κνίδαι.

O*Re non mordent, ſed vniuerſi corporis ſuperficie, ſicut vrtica.*

CAESAR.

EST beſtiola multipes, longa, fulua, bicaudata. Aliquæ etiam ternas caudillas habent roſtro acuto, tota flexilis. Ea muros præreptat, & libros etiam habitat, vt ſcorpiolus curtus Eam puto eſſe Iulum, quam alibi dixi in Italia dici *Triremem.* At ſcolopendra terreſtris hirta eſt, erucæ facie, quæ attactu vrit, tollitque cutem, vt experti ſumus. Nam eius faciem repræſentant virgulæ in herba hemionitidis.

Αἱ καλούμεναι: nimis abundant Græci hoc modo loquendi.

CAPVT QVINQVAGESIMVM-SECVNDVM,

VVLPES MARINA.

CCLXII. ARISTOTELES.

Τῶν δ' ἰχθύων αἱ ὀνομαζόμεναι ἀλώπεκες, ὅταν αἴσθωνται ὅτι τὸ ἄγκιστρον καταπεπώκασι, βοηθοῦσι πρὸς τοῦτο, ὥσπερ καὶ ἡ σκολόπενδρα. ἀναδραμοῦσαι γὰρ ἐπὶ πολὺ πρὸς τὴν ὁρμιὰν, ἀποτρώγουσιν αὐτῆς· ἁλίσκονται δὲ περί τινας τόπους πολλοῖς ἀγκίστροις, ἐν ῥοώδεσι καὶ βαθέσι τόποις.

Inter piſces eæ quæ vulpes *nominantur, vbi ſenſere ab ſeſe hamum deuoratum, opem ferunt ſicut & ſcolopendra. Procurrentes enim prorſum ad lineam, abrodunt. Capiuntur enim multiplici hamo quibuſdam locis in aqua currenti & profunda.*

CÆSAR.

Ὥσπερ: non eodem modo, ſed auxilio ſibi ſunt, vt illæ.

Ἀναδραμοῦσαι. ἄκυρον, & inconſultò. Nam cùm vulpes nominauit, putes eas habere pedes: quod falſum eſt. Eſt enim è cartilagineorum genere, & ad cetaceam magnitudinem accedens. Ex muſtellorum genere etiam qui ex ouo intra ſe animal pariunt: & ſimilis ei, quem Veneti, *piſcem catum*, vocant: aut fortaſſe idem.

Ἐπὶ πολύ. Theodorus, *longè ſeſe efferentes:* non declarat: longè enim etiam ἄποθεν, poſſes intelligere.

Ὁρμιά. Antiqui lineam dicebant quia è lino. At è ſetis equinis componunt hodie & *tognam* vocant noſtri.

Ἀποτρώγουσιν αὐτῆς, ex ea quantum poſſunt.

Πολλοῖς ἀγκίστροις. Lego πολυαγκίστροις, vt alibi conſertis hamis. Ita vt ne lineam pertingere ore ſummo poſſint. Sed ſemper hamum inueniant.

Ῥοώδεσι, *currenti aqua.* Sic enim loquuntur nautæ: *corentia* enim penultima producta vocant: ῥόος, ῥοώδης. Theodorus *fluctuoſis,* non rectè.

CAPVT QVINQVAGESIMVM-TERTIVM,

AMIÆ.

CCLXIII. ARISTOTELES.

Συστρέφονται δὲ καὶ αἱ ἀμίαι, ὅταν τι θηρίον ἴδωσι, καὶ κύκλῳ αὐτοῦ περινέουσιν αἱ μέγισται· κἂν ἅπτηταί τινος, ἀμύνουσιν. ἔχουσι δ' ὀδόντας ἰσχυρούς. καὶ ἤδη ὦπται καὶ ἄλλα καὶ ἄμια ἐμπεσοῦσα καὶ καθελκυσθεῖσα.

Conſpecta bellua conuertunt ſeſe amiæ: atque earum maximæ quæq; circumnatant, tum ſi quam attigerit, defendunt. Habent dentes robuſtos. Iam verò, cum belluæ, tum lamia in eas incidiſſe, & vulnera accepiſſe viſa eſt.

C AE S A R.

De amia ſuprà in ſecundo, ſexto & octauo. Pugnam ipſius cum delphino pulcherrimè deſcriptam inuenies apud Oppianum in ſecundo *Halieut.* Appetitur autem maximè à belluis. Sciunt enim eam eſſe gratiſsimi, vt certè eſt, ſaporis.

Συστρέφονται, conuertunt ſeſe ad pugnam: non mandant ſeſe fugæ.

Περινήχουσι: non *circumuallant*, vt Theodorus, ſed mouentur ne facilius impetum excipiant, ſed vt facilius declinent.

Ἀμύνουσιν, defendunt & vlciſcuntur.

Ἔχουσιν ὀδόντας ἰσχυρούς: vt oſtendat modum defenſionis: & telum pro animi modo.

Λαμία. Nam eſt bellua & inter cetacea locum poteſt habere: magnitudo enim & cartilago ei ſunt. *Dux* à Baionenſibus vocatur, à quibus maximæ capiuntur: atque adeò tam vaſto corpore, vt currum magnum vna ſæpenumero impleat.

CAPVT QVINQVAGESIMVM-QVARTVM,

GLANIVS.

CCLXIV. ARISTOTELES.

Τῶν δὲ ποταμίων ὁ γλάνις ὁ ἄρρην, περὶ τὰ τέκνα ποιεῖται ἐπιμέλειαν πολλήν. ἡ μὲν γὰρ θήλεια, τεκοῦσα, ἀπαλλάττεται· ὁ δὲ ἄρρην, οὗ ἂν πλεῖστον συστῇ τοῦ κυήματος, ὠοφυλακεῖ παραμένων, οὐδεμίαν ὠφέλειαν ἄλλην παρεχόμενος, πλὴν εἴργων τἄλλα ἰχθύδια, μὴ διαρπάσωσι τὸν γόνον. καὶ τοῦτο ποιεῖ ἡμέρας τετταράκοντα καὶ πεντήκοντα, ἕως ἂν αὐξηθεὶς ὁ γόνος, δύνηται διαφεύγειν ἀπὸ τῶν ἄλλων ἰχθύων· γινώσκεται δ' ὑπὸ τῶν ἁλιέων ἧ ἂν τύχῃ ὠοφυλακῶν. εἴργων γὰρ τὰ ἰχθύδια ἄττει, καὶ ἦχον ποιεῖ καὶ μυγμόν. οὕτω δὲ φιλόστοργος μένει πρὸς τοῖς ὠοῖς, ὥστε οἱ ἁλιεῖς ἑκάστοτε, ἐὰν ἐν βαθείαις ῥίζαις τὰ ὠὰ προσφυῇ, ἀνάγουσιν ὡς ἂν δύνωνται εἰς βραχύτατον· ὁ δὲ, ὁμοίως οὐκ ἀπολείπει τὸν γόνον· ἀλλ' ἐὰν μὲν νέος τύχῃ, ταχέως ὑπὸ τοῦ ἀγκίστρου ἑάλω, διὰ τὸ ἁρπάζειν τὰ προσιόντα τῶν ἰχθυδίων· ἐὰν δ' ᾖ συνήθης καὶ ἀγκιστροφάγος, λείπει μὲν οὐδ' ὣς τὸν γόνον, τοῖς δὲ ὀδοῦσι τοῖς σκληροτάτοις συνδακὼν, διαφθείρει τὰ ἄγκιστρα.

Inter fluuiatiles glanius mas prolis curam gerit multam. Fœmina enim cùm pepererit, abit. At mas vbi editorum ouorum maxima conſtiterit pars, ea ſeruat circumſiſtens. Nihil præterea afferens commodi, niſi quòd arcet piſciculos alios, ne diripiant fœtus. Atque hoc agit diebus quadraginta, aut etiam quinquaginta, donec catuli adulti poßint euadere ab aliis piſcibus. Agnoſcitur à piſcatoribus vbi excubet pro ouis: abigens enim piſciculos, ſonitum quendam facit & murmur. Adeò verò ouis aßidet, vt tametſi piſcatores oua ſi in profundo ſint gurgite, deducunt quammaximè poſſunt in vadum. Nequaquam tamen ille relinquit fœtum. Cæterum etiam ſi fuerit è iunioribus, celeriter hamo capitur, propterea quòd corripit accedentes piſciculos. At ſi hamis aſſueuerit deuorandis: ne ſic quidem deſint. Sed dentibus, quos habet durißimos, mordens rumpit hamos.

C AE S A R.

Glanii hiſtoriam ponit, quæ hæc capita continet. Mas ſeruat ſobolem. Fœmina relinquit: mas pugnat cum piſcibus minoribus, & corripit inuadentes fœtus ſuos. In pugna tumultum & ſonitum facit, hoc eſt indicium piſcatoribus. Capitur duobus modis. Nam cùm nullo modo poſsit auelli ab excubiis, ſequitur oua, etiam ſi à piſcatoribus in vadum deducantur: ibi fuſcina percutitur. Item altero modo: hamo: etiam facilè. Nam omnia aggreditur. Itaque in hamo ponunt piſciculum vnum. Poſtremò loco dicit hamum frangi, quia dentes ſunt robuſtiſsimi. Ita continuat hiſtoriam dentium glanij cùm amiarum. Quo patet falſos

falſos eſſe qui glanium ſturiorem eſſe putant: & falſos quoque qui putârunt & glanium & ſilurum eoſdem eſſe. Nos verò magnum piſcem in Danubio meminimus vidiſſe magno oris hiatu, dentatum, maleficum, in omnia graſſantem, omnia appetentem. *Bellich* nominant Germani noſtrates. Inferiores autem, ob magnitudinem, creſcit enim admodum, *hauſen*, id eſt, Caſam. Viginti quatuor pedum aliquando captus viſus eſt ſine ſquamma & ſpina, cute alba: cartilago pro ſpina dorſi. Hunc puto ego glanium, & Eſonem Plinij, vt alibi ſcripſimus. Silurum autem, Ariſtoteli incognitum, ſat eſſe conſtat. Dicitur frequens eſſe in Ponto, & mari Caſpio. An idem ſit cum glanio, non auſim aſſerere, neque negare. Confuſa hæc omnino ſunt apud Plinium. Plura de his, in noſtris exercitationibus *Ad Cardanum*.

Ἐπιμέλειαν πολλὴν: addidit πολλὴν: quia etiam hamum frangit. Neque inſidiis perterretur.

Τοῦ κυήματος: ouorum. Nam ſubdit, ᾠοφυλακεῖ.

Περιμένον. τὸ, περὶ, curam ſignificat.

Ὠφέλειαν, *emolumentum*, *officium*. Theodorus, *vſum*.

Τετταράκοντα ἢ πεντήκοντα. τὸ, καὶ: non coniungit vtrunque ſimul. Sed ſeparatim alterum, cum ſuperioribus.

Διαφθεῖραι: quoniam nondum ſatis ſit ad pugnandum. Theodorus *tueri*, malè.

Γινώσκεται, Theodorus *prehenditur*: malè. Niſi ſit mendum, pro *deprehenditur*.

Ἦχον ποιεῖ, καὶ μυγμὸν: *ſonitum & mugitum*: non quod ipſe mugiat. Sed locus reſonat. Theodorus addidit de ſuo, *quatit*, *proſilit*. Sed etiam, *ictum mouet*. Nemo ſic vnquam locutus eſt.

Μένει πρὸς τοῖς ᾠοῖς. Theodorus, *manet apud oua*: meliùs *pro ouis perſtat*.

Ῥίζαις: lege ῥοίζαις.

Εἰς βραχύτατον, *in anguſtum*. Theodorus, *in vadum*: rectè.

Ἀλλ' ἐὰν μὴ τύχῃ, deeſt in Codice νόστιμος: aut aliquid tale, τὸν νοστιμον. Et omiſit cauſſam, διὰ τὸ ἁρπάζειν.

Ὡς ἂν δύνωνται εἰς βραχύτατον. Theodorus, *quoad magis fieri poßit*. Et ſuperlatiuum per, *magis*, poſuit, non benè. Et Latini non ita loquuntur: *quoad fieri poßit*, autem extremas vires ſignificat: non autem, *magis*.

Ἀγκιστροφάγος: *hamifraga*. Theodorus: hamifragus potiùs, vt fœdifragi Pœni. Sed tamen optimè. Hamiuorum tamen dicit Philoſophus, cùm tamen non voret, ſed frangat: quòd & Plinius in Nono, *auerſos*, inquit, *mordet hamos, nec deuorat, ſed eſca ſpoliat*.

Διαφθείρει: verbum amplum apud Græcos. De virgine, de cæde, de fractura, de demerſione nauigiorum, de incendiis, &c.

Τῷ σκληροτάτῳ: non eſt epithetum ad differentiam, ſed ad explicandum τοῦ διαφθεῖραι.

CAPVT QVINQVAGESIMVM-QVINTVM,

Differentia piſcium in motu.

CCLXV. ARISTOTELES.

Ἅπαντα δὲ, καὶ τὰ πλωτὰ, καὶ τὰ μόνιμα, τρέφονται τοὺς τόπους ἐν οἷς ἂν φύωσι, καὶ τοὺς ὁμοίους τούτοις. ἡ γὰρ οἰκεία τροφὴ ἑκάστων, ἐν τούτοις ἐστί.

Omnia verò tum natantia, tum immobilia iis paſcuntur locis, in quibus generantur: aut illis ſimilibus. Suis enim cibus cuiuſque in his eſt.

CÆSAR.

NVNC communem naturam ſuper cibis ponit. Nam ſi cibus eſt ſubſtantia transmutanda in corpus: aut propter augmentum in creſcentibus, aut propter repoſitionem in reſolutis. Ergo conuenit vt quæ loca tulerint animalia, eadem etiam alant. Ac περὶ τῶν μονίμων, planum erat, vt etiam in arboribus quarum à natura parum abſunt. At de mobilibus

bilibus poterat dubitari. Iccirco hîc poſuit. Sed ſapienter cùm dixit τύπους: & addidit ὁμοίως. Et reddit cauſſam, per vocem hanc οἰκεία: vt ſit demonſtratio. Proprium alimentum animantium eſt in locis, quæ ipſa ferunt, animantes aluntur proprio. Ergo in locis illis. Et tacuit rationem, quam nos diximus: quia hîc hiſtoriam texit tantummodo.

Οἰκεία, *ſuus*: ἰδία, *proprius*, *peculiaris*.

Καὶ τὰ πλωτὰ καὶ τὰ μόνιμα: potiùs dixiſſem ego, ἢ τὰ μόνιμα, ἢ τὰ πλωτά: quia ſic texitur oratio: οὐ μόνον τὰ μόνιμα ἀλλὰ καὶ τὰ πλωτά: & potiùs πλωτικά, paſſiuè. Nanque forma eſt πλωτὸν à πέπλωται: ſicut δυνατόν.

CCLXVI. ARISTOTELES.

Πλανᾶται δὲ μάλιστα τὰ σαρκοφάγα. πάντα δὲ σχεδόν ἐστι σαρκοφάγα, πλὴν ὀλίγων, οἷον κεστρέως, καὶ σάλπης, καὶ τρίγλης, καὶ χαλκίδος.

VAgantur plurimum carniuora. Omnia verò penè carniuora ſunt, præter pauca: cuiuſmodi eſt mugil, ſalpa, mullus, chalcis.

CÆSAR.

PONIT nunc diſcrimen à motu. Nam cibus finis eſt: motus autem propter cibum. Igitur à cibi ratione erit etiam motus ratio. Ergo carniuora plus vagabuntur, quia eorum cibus incertior: mouetur enim. Et ſubdit propoſitionem aliam: σαρκοφάγα σχεδὸν ἅπαντα.

Πλὴν ὀλίγων: vacat. Nam dixit, σχεδὸν ἅπαντα. Ergo pauca ſuperſunt voluit dicere, ὀλίγα γὰρ ἐστι.

Nuſquam peiùs conſuluit interpretationi Theodorus: ſic enim tranſtulit. *Vagantur maximè & oberrant quæ carne aluntur: præter pauca, vt mugilem, &c.* Quaſi verò mugil carne alatur. Et κακοζήλως addidit, *oberrant*: tum autem, *ob*, præpoſitio aliquid ſibi petit.

CCLXVII. ARISTOTELES.

Τὴν δὲ καλουμένην φωλίδα, ἡ μύξαν ἀφίησι, περιπλάττεται περὶ αὐτήν, καὶ γίνεται καθάπερ θαλάμη.

QVa verò pholis *appellatur, mucorem quendam emittit: atque is in circuitu eius concreſcit, ac fit quaſi cubile.*

CAESAR.

HAVD ſanè multum pertinet ad hunc locum hiſtoria hæc. Referri tamen poteſt ad quietem. Piſcis autem paulò maior alauda marina ſine ſquammis, cute læui & maculoſa, reperitur ſemper muco obductus, atque ideò *bauoſa* ab Italis dictus, quia *baua* ipſis idem eſt, quod mucus Latinis. Qui putant pholidi huic nomen conuenire, mecum ſentiunt.

Περιπλάττεται. Theodorus, *ſibi obducit*. At hîc eſt πλάσμα. Et Philoſophus dixit, μύξαν αὐτόματον περιπλάττεσθαι. At Theodorus pholidem eum mucum ſibi obducere. Verùm, non eſt in eius poteſtate. Sed natura mucoris ab illa egreſſa per ſe concreſcit.

CAPVT QVINQVAGESIMVM-SEXTVM,

TESTACEORVM MOTVS.

CCLXVIII. ARISTOTELES.

Τῶν δὲ ὀστρακοδέρμων καὶ ἀπόδων ὁ κτεὶς μάλιστα καὶ πλεῖστον κινεῖται δι᾽ αὑτοῦ πετόμενος.

TEſtaceorum in genere & pedecarentium pecten maximè, & plurimùm mouetur per ſeipſum volans.

CAESAR.

C AE S A R.

NON volat, ſed ſubſilit: altera enim teſta adnixus ſolo, tum in aëre vtranque vibrans imitatur volatum.

Καὶ ἀπόδων: quoniam nautilus habet & teſtam, & pedes.

Μάλιστα: comparatus ſpeciebus: vt dicat: alia penè immobilia. Et addit πλεῖστον, quòd comparetur motui: quia quæ mouentur, parum moueantur.

Δι' αὑτοῦ: quoniam ſalo agitata multum moueatur aliqua. Et eſt pluſquam ſi dicas, ἑαυτὸν κινεῖ, vt vertit Theodorus, *ſe mouet*: explicatior enim cauſſa eſt.

Πετόμενος: expreſſit modum motus, quia eſt ἄπους.

CCLXIX. ARISTOTELES.

Ἡ γὰρ πορφύρα ἐπὶ μικρότατον προέρχεται, καὶ τὰ ὅμοια ταύτῃ.

Nam purpura, atque ei ſimilia parum valde progrediuntur.

C AE S A R.

Intelligit ſimilia cochleas, & buccinos.

Ἐπὶ μικρότατον, reſpondet per contrarium, τῷ, πλεῖστον.

CAPVT QVINQVAGESIMVM-SEPTIMVM,

EVRIPI PISCES.

CCLXX. ARISTOTELES.

Ἐκ δὲ τοῦ Εὐρίπου τοῦ ἐν Πύῤῥᾳ οἱ ἰχθύες χειμῶνος μὲν ἐκπλέουσιν ἔξω, πλὴν κωβιοῦ, διὰ τὸ ψῦχος. ψυχρότερος γάρ ἐστιν ὁ Εὔριπος· ἅμα δὲ τῷ ἔαρι πάλιν εἰσπλέουσιν.

Ex Euripo Pyrrhæorum hyeme propter frigus exeunt piſces, præter gobionem. Gelidus enim Euripus eſt. Simul cum vere reuertuntur.

C AE S A R.

HOc quoque pertinet ad motum: vt etiam alia ſit cauſſa, quàm cibus. Sed hæc hiſtoria plus pertinebat ad Εὐθηνίαν à locis. Euripum autem hunc multis locis commemorat.

Ἐκπλέουσιν ἐκ τοῦ Εὐρίπου. Sunt duo ἐκ. Et tamen addit ἔξω.

Gobium notabis hyemis patientem. Quæ conſideratio pertinet ad differentias piſcium à locis.

CCLXXI. ARISTOTELES.

Οὐ γίνεται δ' ἐν τῷ Εὐρίπῳ οὔτε σκάρος, οὔτε θρίσσα οὔτε ἄλλο τῶν ἀκανθοπτέρων οὐδέν, οὐδὲ γαλεοὶ ἀκανθίαι, οὐδὲ κάραβοι, οὐδὲ πολύποδες, οὐδὲ βολίταιναι, οὐδ' ἄλλ' ἄττα. τῶν δ' ἐν τῷ Εὐρίπῳ φυομένων, οὐκ ἔστι πελάγιος ὁ λευκὸς κωβιός.

Non ſunt in Euripo, ſcarus, thriſſa, aliáque ariſtis prædita, neque muſtelus, neque acanthias, neque locuſta, neque polypi, neque bolitanæ, neque alia quædam. Atque ex ijs quos Euripus fert gobio candidus in alto mari non inuenitur.

CAESAR.

C AE S A R.

HOc etiam pertinet ad motum ratione loci: quia neque è mari illi in Euripum ingrediuntur, neque gobio candidus in altum mare exit inde.

Θρίσσα *aloſa*, Theodorus. Sanè aloſa ariſtuloſa eſt. Sed hodie quoque Græci vocant θρίσσας, quam Romani, *lacciam*: Veneti, *chiepam*: Thuſci, *chepam*. Franci, *aloſam*: Vaſcones, *colac*. Ariſtophanes in Ἐκκλησιαζούσαις, ait quendam tuſſi vexatum tota nocte quia τριχίδας eſitâſſet. Grammatici dicunt eſſe θρίσσας.

Ἀκανθίαι. Theodorus *ſpinaces*. De quibus in ſuperioribus cùm de ſardinis loqueremur.

Τῶν ἀθερωτέρων. ἀθέρα, ariſta potiuſquam ſpina. Sic etiam nunc Galli, & Taurini. Mendosè legebatur in noſtro Codicè ἀνθερωτέρων.

Κάραβοι. Iam non ſunt ἀθερωτοὶ piſces qui ſequuntur.

De bolitæna ſuprà in Quarto. Eſt enim genus polypi.

CAPVT QVINQVAGESIMVM-OCTAVVM,

Tempus piſcibus coëundi, & pariendi.

CCLXXII. ARISTOTELES.

Ἀκμάζουσι δὲ τῶν ἰχθύων οἱ μὲν ᾠοφόροι, τοῦ ἔαρος, ἄχρις οὗ ἂν ἐκτέκωσιν· οἱ δὲ ζωοτόκοι, τοῦ μετοπώρου, καὶ πρὸς τούτοις, κεστρεῖς καὶ τρίγλαι, καὶ τἄλλα τὰ τοιαῦτα πάντα.

Vigent piſces ouigeri vere, vſque dum pepererint. Qui animal pariunt Autumno, & præter hos etiam mugiles, & mulli, & alia eiuſmodi omnia.

C AE S A R.

HOc quoque ad ἀκμὴν, non ad mores ſpectabat. Nunc primùm dixit, ᾠοφόρους: hactenus ſemper ᾠοτόκους.

Κεστρεῖς: matureſcente vua optimi hîc ſunt.

Ἄλλα τοιαῦτα πάντα. Non eſt leue intelligere quæ ſint hæc τοιαῦτα. Sed ſit χέλων, & κέφαλος, & qui mullis ſint ſimiliores. Fortaſſe iecorinus & dentex.

Πρὸς τούτοις: quia non ſunt ζωοτόκοι.

CCLXXIII. ARISTOTELES.

Περὶ δὲ τὴν Λέσβον, καὶ τὰ πελάγια πάντα καὶ τὰ εὐριπώδη, τίκτει ἐν τῷ Εὐρίπῳ. ὀχεύονται μὲν οὖν τοῦ μετοπώρου, τίκτουσι δὲ τοῦ ἔαρος.

Circa Lesbum tum qui in alto, tum qui in Euripo degunt, in Euripo pariunt: coëunt Autumno, pariunt vere.

C AE S A R.

QVia ſuprà ex Euripo Pyrrhæorum exibant piſces, nunc contrà pelagios introducit in Euripum Lesbium. Hîc quoque peruertit ordinem verborum. Nam in Euripo non eſt mirum parere, ſed pelagios. Iccirco creſcere debuit oratio.

CCLXXIV. ARISTOTELES.

Ἔτι δὲ καὶ τὰ σελάχη κατὰ μὲν τὸ μετόπωρον, ἀναμὶξ τὰ ἄρρενα τοῖς θήλεσι κατὰ τὴν ὀχείαν· τοῦ δὲ ἔαρος εἰσπλέουσι διακεκριμένα, μέχρις οὗ ἂν ἐκτέκωσι. κατὰ δὲ τὴν ὀχείαν ἁλίσκεται πολλὰ συνεζευγμένα.

Cartilaginea quoque Autumno. Permiſti ſunt mares & fœmellæ coïtus tempore. At vere ingrediuntur ſeiuncta donec pepererint. At coïtus tempore capiuntur multa coniugata.

CAESAR.

CÆSAR.

ETIAM cartilaginea facere, vt reliqui piſces, oſtendit.

Κατὰ τὴν ὀχείαν ἀναμὶξ. Dixiſſem potiùs διὰ τὴν ὀχείαν.

Διακεκριμένα: quod veteres dixere, *diuidua.* Et opponitur τοῖς συνεζευγμένα. Terentiana Bacchis dicit ſeſe habuiſſe ab ſe ſegregatum Pamphilum. Sed tamen aliud eſt grex: aliud eſt par coniugatorum. Itaque ἀναμὶξ Theodorus non rectè dixit, *congregantur*: atque de ſuo addidit: *neque coniugium reperitur vllum.* Idem quoque vertit συνεζευγμένα, *complura ex his ſibi adhærentia.* Saltem dixiſſet *inter ſe.* Et puto non adhærentia, neque coëuntia capi. Sed iuncta, non coïtu, ſed ſocietate. Piſces enim non cohærent: ſed affricant.

CAPVT QVINQVAGESIMVM-NONVM,

MOLLVSCA.

CCLXXV. ARISTOTELES.

Τῶν δὲ μαλακίων πανουργότατον μὲν ἡ σηπία, καὶ μόνον χρῆται τῷ θολῷ κρύψεως χάριν, καὶ οὐ μόνον φοβουμένη. ὁ δὲ πολύπους καὶ ἡ τευθὶς, διὰ φόβον ἀφίησι τὸν θολόν. ἀφίησι δὲ ταῦτα πάντα οὐδέποτε ἄθρουν τὸν θολόν· καὶ ὅταν ἀφῇ, αὐξάνεται πάλιν.

Molluſcorum autem aſtutiſſima ſepia eſt. Soláque vtitur atramento, non modo ob metum: verumetiam ad latitandum. Polypus autem & lolliguncula, ob pauorem emittunt illud. Verùm hæc omnia nunquam emittunt vniuerſum. Quinetiam amiſſum deintegrò augetur.

CÆSAR.

MOLLVSCORVM mores aggreditur iucundiſſima ac melliflua narratione. Incipit à ſepia: narrat de atramento, eius quoque vſum. Sed videamus. Κρύψεως vſum vnum ponit, φόβου alium. Sed in metu eiiciunt vt lateant. Quare idem videtur finis. Intelligamus cætera non niſi in metu effundere. Sepiam autem etiam præuenire. Sed mirum ſanè. Nam cùm ſe putat latere, prodit ſe ipſo latibulo.

Πανουργότατον: nimis ſanè attribuit etiam ſuperlatiuo. Polypum quidem infrà dicet ἀνόητον.

Μόνον χρῆται: hìc μόνον, non eſt aduerbium, ſed nomen. Sola ex molluſcis.

Οὐδέποτε ἄθρουν; vt ſuppetat ſibi auxilio, ſi iterum opus ſit.

Αὐξάνεται: occurrit dubitationi duplici. Dicat quis: non eiiciunt totum: quia tandem carerent. Reſpondet: recreſcere. Dicat alter: tandem deficientur, atque ita natura fruſtrabitur principiis ſuis. Non, inquit, ſed regeneratur.

Διὰ φόβον. Theodorus, *per metum. Propter metum,* & *præ metu,* meliùs. Nam dicimus *pro ingenio, pro tempore, præ ratione, pro conſilio. Pro metu* duriuſculum eſt. Et addidit idem more ſuo: *vt nunquam copia deſit atramenti.*

CCLXXVI. ARISTOTELES.

Ἡ δὲ σηπία, ὥσπερ εἴρηται, τῷ τε θολῷ πολλάκις χρῆται κρύψεως χάριν καὶ προδείξασα εἰς τὸ πρόσθεν, ἀναστρέφεται εἰς τὸν θολόν.

At ſepia, quemadmodum dictum eſt, & atramento ſæpè vtitur pro latibulo, & cùm ſeſe promota oſtenderit, reuertitur in ſuum atramentum.

CÆSAR.

NVnc oſtendit quid ſit illa *χρύψις*.

Περιδιήξασα, *reuertitur.*

Εἰς τὸ θόλον. Articulus demonſtrat atramentum, quod effuſum dicebamus. Nos rectè, *ſuum.* Barbari dixiſſent, *præfatum.*

CCLXXVII. ARISTOTELES.

Ἔτι δὲ θηρεύει ταῖς μακραῖς ταῖς ἀποτείνουσιν, οὐ μόνον τὰ μικρὰ τῶν ἰχθυδίων, ἀλλὰ καὶ κεστρέας πολλάκις.

VEnatur etiam longis tendiculis, non ſolùm piſciculos minutos, verumetiam ſæpe mugiles.

CÆSAR.

NVNC mores à cibo. Mirum verò ſi mugiles aſſequi poſſit velociſſimos. Sed ex inſidiis nec opinantes adoriatur. Et addidit πολλάκις, vt augeat mirum.

Ἀποτείνουσιν, vſus eſt participio pro nomine. Sicut Medici vocant τείνοντας. Theodorus, *prætenturas*, interpretatur.

CCLXXVIII. ARISTOTELES.

Ὁ δὲ πολύπους, ἀνόητον μέν ἐστι, (καὶ γὰρ πρὸς τὴν χεῖρα βαδίζει τοῦ ἀνθρώπου καθιεμένην.)

POlypus autem ſtolidus eſt: accedit enim ad hominis manum demiſſam.

CÆSAR.

ΑΝόητον. At ſuprà ſepiam πανουργότατον dixit. Reddit cauſſam ſtoliditatis. βαδίζει, inquit, quoniam motus animalis debet eſſe ex conſilio & electione. Et dixit χεῖρα, quoniam ea capitur. Et dixit ἀνθρώπου, quæ eſt peſſima bellua.

Καθιεμένην, in mare. Accedit etiam ad fruſtulum panni coccini: atque eo capitur à Liguribus.

CCLXXIX. ARISTOTELES.

Οἰκονομικὸς δ᾽ ἐστί. πάντα γὰρ συλλέγει μὲν εἰς τὴν θαλάμην, οὗ τυγχάνει κατοικῶν. ὅταν δὲ καταναλώσῃ τὰ χρησιμώτατα, ἐκβάλλει τὰ ὄστρακα, καὶ τὰ κελύφια τῶν καρκίνων καὶ κογχυλίων, καὶ τὰς ἀκάνθας τῶν ἰχθυδίων.

PRudens rei familiaris tamen eſt. Omnia enim congerit in cubile quod inhabitat. Vbi verò quæ vſui maximè ſint abſumpſerit, eijcit teſtas & putamina cancrorum & concharum, & piſcium ſpinas.

CÆSAR.

QVIA dixerat ἀνόητον, intelligebat *inconſideratum.* Nunc autem prudentiam in œconomia aſſignat duplicem. Primam in penu, alteram in munditiis.

Οἰκονομικός. Theodorus, *prudens rei familiaris*, elegantiſſimè.

Συλλέγει εἰς θαλάμην: mira breuitas, colligit vt ferat. Theodorus addidit, *recondit.* Nos vtrunque deſignauimus, *congerit:* priùs enim colligit, deinde importat.

Τὰ χρησιμώτατα. Theodorus, *quantum vtile ſit:* ſcilicet, carnes quæ edendo ſint.

Ὄστρακα, reſpondet κογχυλίων: κελύφια, reſpondet καρκίνων. Itaque reddit prius poſteriori, & priori poſterius. Poſteà ſeorſum ἀκάνθας τῶν ἰχθυδίων. Quia ſunt inutiles, & illud obſeruamus ex prudentia, cùm ſpinas non deuoret.

Ἐκβάλλει. Theodorus, *abigit:* non meminerat abigi tantùm viuentia. Vnde *abigei* & *abactus:* & malè ſic ſcripſit: *abigit teſtas, & cancrorum cruſtas, & putamina conchularum.* Nam teſtas quid intelligit, cùm cruſtas addidit, & putamina aſcripſit conchis?

CCLXXX.

CCLXXX. ARISTOTELES.

Καὶ θηρεύει τοὺς ἰχθῦς, τὸ χρῶμα μεταβάλλων, καὶ ποιῶν ὅμοιον οἷς ἂν πλησιάζῃ λίθοις. τὸ δ' αὐτὸ τοῦτο ποιεῖ καὶ φοβηθείς. λέγεται δ' ὑπό τινων, ὡς καὶ ἡ σηπία τοῦτο ποιεῖ. παρόμοιον γάρ φασι τὸ χρῶμα τὸ αὐτῆς ποιεῖν τῷ τόπῳ περὶ ὃν διατρίβει. τῶν δ' ἰχθύων τοῦτο ποιεῖ μόνον ἡ ῥίνη. μεταβάλλει γὰρ τὴν χρόαν, ὥσπερ ὁ πολύπους.

Venatur piſces colorem mutans, efficiénſque, vt quibus hæſerit lapidibus, ſimilis ſit. Hoc idem etiam in metu facit. Fertur à quibuſdam hoc idem facere etiam ſepiam: ſuum enim colorem aiunt aſſimilare loco in quo verſatur. Ex piſcibus ſola ſquatina hoc poteſt. Mutat enim colorem, ſicut polypus.

CÆSAR.

Nvnc aſtum maximum narrat. Nam piſces loca non metuunt. Ergo ne id quidem quod eſſe putârunt locum. Ergo hoc eſt πανουργότατον, non ſepia. Nam ſepia latitando latibulum prodit: colore enim nigro eſt. At polypus etiam innoxiam faciem mentitur. Tradit tamen etiam de ſepia, ſed id non affirmat: imò aliorum vtitur teſtimoniis. Bis igitur dixit λέγεται, & φασί. At de ſquatina affirmat.

Μεταβάλλων, καὶ ποιῶν. Mirificam poteſtatem: puto ſubduci ſuccum totius corporis: & transfluere: neque enim alio modo poteſt. Ita inanem chamæleonem tranſmittere ſubiecti ſoli colorem. Sanè tranſlucidum corpus polypi eſt. Sed os tamen impedire debuit. Et ſanè ſquatina pelle craſſiſſima eſt, neque perlucente.

Καὶ ποιῶν ὅμοιον: quia non ſatis eſt mutare. Oportet etiam aſſimilare. Ita in poteſtatibus naturalibus eſt tranſmutans, & eſt aſſimilans, & vniens. Vnum tamen eſſe alibi diſputauimus. Neque enim tranſmutans mutat ſimpliciter, ſed ſic. Non enim genera ſunt niſi in ſpeciebus, neque ſpecies, niſi in indiuiduis. Mutatio in genere non inuenitur ſeparata, ſed ſeparatur per intellectum.

Πλησιάζῃ, intellige, vt non ſolùm ſit vicinus, ſed etiam hæreat.

Καὶ φοβηθείς: altera cauſſa mutationum. Sicut erant duæ in ſepia abiiciendi atramenti.

Παρόμοιον: τὸ παρὰ, dicit comparatiuum.

Περὶ ὃν: ἐν ᾧ.

Ἰχθύων: mirum: τὰ μαλάκια, hîc ſeparat ἀπὸ τῶν ἰχθύων, & tamen ἰχθὺν, vocat cartilagineum.

Μεταβάλλει, vacant ea omnia. Nam ſatis eſt cùm dixit αὐτὸ τοῦτο. Sed ita etiam expoſuit in ſepia, παρόμοιον γὰρ ποιεῖ.

Ποιεῖ ἡ ῥίνη. Theodorus *affici ſolet*: imò verò facere. Sunt enim intus principia actiua. Iccirco nos, *poteſt*. Sed nuſquam Philoſophum ſe oſtendit Theodorus.

CCLXXXI. ARISTOTELES.

Τὸ μὲν οὖν πλεῖστον γένος τῶν πολυπόδων, οὐ διετίζει· καὶ γὰρ φύσει συντηκτικόν ἐστιν. σημεῖον δ' ἐστί· πιλούμενος γὰρ ἀφίησιν ἀεί τι, καὶ τέλος ἀφανίζεται.

Pauciſſima genera polyporum biennium viuunt. Natura enim facilè contabeſcit. Argumento eſt. Preſſus enim aliquid ſemper emittit, ac tandem euaneſcit.

CÆSAR.

Poſt mores, craſim & vitam narrat.

Πλεῖστον γένος: quoniam multa ſunt genera. Hîc igitur ponit vitam: & cauſſam per genera. Deinde diuidet hiſtoriam per ſexum, tum ponet argumentum quo putentur non viuere: neque vnum ſolum. Poſthæc communem agnoſcet naturam hanc cum ſepia. Poſtremò morem narrabit exeundi in ſiccum: atque inde corporis habitum declarabit.

Ἀφίησιν: humoris ſcilicet, ἀεί. Ergo neceſſe eſt, vt in nihilum ſoluatur. Intellige nihilum quod ſit polypi: non quod ſit naturæ.

CCLXXXII. ARISTOTELES.

Αἱ δὲ θήλειαι, μετὰ τὸν τόκον τοῦτο πάσχουσι μᾶλλον, καὶ γίνονται μωραὶ, καὶ οὔτε κυματιζόμεναι αἰσθάνονται· λαβεῖν τε τῇ χειρὶ καὶ ἀποκολυμβήσαντα, ῥᾴδιον· βλεννώδεις τε γίνονται, καὶ οὐδὲ θηρεύουσιν ἔτι προσκαθήμεναι.

Patiuntur hoc fœminæ, poſt partum magis, ac ſtupidæ fiunt, neque fluctibus agitatæ ſentiunt. Facilè quoque ab vrinantibus manu capiuntur. Muccoſæ quoque euadunt, neque ad venandum conſiſtere queunt.

CAESAR.

Affectvm illum ducit per ſexus. Poſt partum igitur fœminæ contabeſcunt. Sic enim interpretor. Nam mutila oratio eſt. Nec facilè intelligas quid ſit hîc τοῦτο.

Μωραί: *ſtupidæ*. Patruum ſuum Claudium Nero hoc verbo laceſſebat. Hodie vulgus græculum pueris ſic ablanditur. Effœtæ igitur hæc duo patiuntur. Primùm ſtuporem. Ponit cauſſam: quia neque vndarum agitationem, neque vrinantium impreſſionem ſentiunt. Alterum patientes: βλεννώδεις γίνονται, non *ſordidæ*, vt ait Theodorus. Sed vt Galenus βλένναν, naſi muccum. Hoc enim reſpondet illi, συντηκτικὸν, & μωραί, quia ſoluuntur. Et contrà ἄρρενες σκυτώδεις: infrà περὶ σηπιῶν, dicet μωραὶ γίνονται.

Καὶ οὐδὲ θηρεύουσιν ἔτι προσκαθήμεναι, Theodorus. *Nec prætereà aſſidendo venari poſſunt*: meliùs, *neque conſiſtere poſſunt ad venandum*: quia ſolutæ ſunt & defectæ viribus.

CCLXXXIII. ARISTOTELES.

Οἱ δ' ἄρρενες, σκυτώδεις τε γίνονται καὶ γλίσχροι.

Mares autem coriacei fiunt, & lubrici.

CAESAR.

Illæ βλεννώδεις, ponuntur ſolutæ. Hi γλίσχροι ſimiliter. Sed tamen σκυτώδεις, id eſt, vt corium indurantur: abſumpto ſcilicet ſubtiliori humore: qui proptereà reſoluitur, & quem proptereà emittunt ſemper. Et tamen γλίσχροι, non aliter quàm cùm pellem arietinam aqua maceras, vt efficias emplaſtrum ad hernias. Theodorus neutrum intellexit. Sed σκυτώδεις, legit κυτώδεις: *alueo*, inquit, *tument*: malè. Imò, ſubſidit tum illis aluus. Et γλίσχροι, idem Theodorus, *in muccorem lenteſcunt*. Imò, coriacea illa ariditas ſecum habet lubricitatem. Nos polypos vetulos ad Sipontum tales vidimus.

CCLXXXIV. ARISTOTELES.

Σημεῖον δὲ δοκεῖ εἶναι τοῦ μὴ διετίζειν, ὅτι μετὰ τὴν γένεσιν τῶν πολυποδίων, ἔν τε τῷ θέρει καὶ πρὸς τὸ φθινόπωρον, μέγαν πολύποδα οὐκέτι ῥᾴδιόν ἐστιν ἰδεῖν· μικρὸν δὲ πρὸ τούτου τοῦ καιροῦ, μέγιστοί εἰσιν οἱ πολύποδες.

Quòd autem bimatum non expleant, inde capiunt argumentum. Nam poſtquam polypuli orti ſunt, tum in æſtate, tum ſub Autumnum, haud facilè inuenias polypum grandem. At paulò ante id tempus maximi ſunt polypi.

CAESAR.

Probat non explere bimatum. Nam ſi ante æſtatem ſunt maximi: & poſt nulli viſuntur: ergo intereunt. Et luſit cùm poſuit, μικρὸν aduerbium inter πολυπόδια, & μεγίστους πολύποδας. Et poſuit καιρὸν pro χρόνον.

Τοῦ μὴ διετίζειν. Theodorus, *argumentum ne bimatum compleant*: nimis græculè poſuit, *ne*, pro, *quod non*. Neque enim argumentum prohibet eis bimatum compleri.

CCLXXXV.

CCLXXXV. ARISTOTELES.

Ὅταν δὲ τὰ ὠὰ ἐκτέκωσιν, οὕτω καταγηράσκειν καὶ ἀσθενεῖς γίνεσθαι ἀμφοτέρους φασὶν, ὥστε ὑπὸ τῶν ἰχθυδίων κατεσθίεσθαι, καὶ ῥᾳδίως ἀποσπᾶσθαι ἀπὸ τῶν φωλεῶν· πρότερον δὲ τοιοῦτον οὐδὲν πάσχειν.

Vbi igitur oua ediderint, ſic conſeneſcere, atque debilitari vtrunque autumant, vt etiam à piſciculis exedantur, perfacile quoque abſtrahi à cubilibus. Ante id tempus nihil tale.

CÆSAR.

Nvnc vtrique tempus præſcribit.

Ἀσθενεῖς: quia ſeneſcunt quædam, neque tamen eò deueniunt debilitatis, vt à piſciculis deuorentur. Sed mirum alterum, id eſt, fœminam oua parere: iccirco effœtam, atque exuctam eſſe, non eſt mirum. At maris tam miſeram eſſe ſenectutem, qui nihil amiſerit, id certè multis mirum videri debet.

Κατεσθίεσθαι, in vltionem. Itaque ἀφανίζονται καὶ οὐ σιτίζωσι. Abrodunt autem eos piſciculi propriè, non autem deuorant.

Ἀποσπᾶσθαι: amiſſis viribus acceptabulorum. Nam ſanè adeò firmiter alias occupant, & tenent, vt non niſi abſciſſo auelli poſſint.

CCLXXXVI. ARISTOTELES.

Ἔτι δὲ τοὺς μικροὺς καὶ νέους τῶν πολυπόδων μετὰ τὴν γένεσιν οὐδὲν φασι τοιοῦτον πάσχειν, ἀλλ' ἰσχυροτέρους εἶναι τῶν μειζόνων.

Ad hæc paruulos & iuuenculos polypos, poſtquam orti ſunt, nihil tale pati. Sed validiores natu grandibus.

CÆSAR.

Non temerè præcipitur nobis obſeruanda multa in experiendis medicamentis. Ne quod vnius cauſſæ eſt, alteri attribuatur. Ita nunc à tempore fortaſſe. Fortaſſe enim id euenire putes ſicut ſuprà mugili & aliis. Iccirco dicit alios etiam tenellos, non ſolùm non pati id, ſed etiam fortiores eſſe.

CCLXXXVII. ARISTOTELES.

Οὐ διετίζουσι δὲ οὐδὲ αἱ σηπίαι.

Ac ne ſepiæ quidem biennium viuunt.

CAESAR.

Sic in pluribus vnam & eandem hiſtoriam facit, in atramento, in vita. Sic ſuprà in membris.

CCLXXXVIII. ARISTOTELES.

Εἰς δὲ τὸ ξηρὸν ἐξέρχεται μόνον τῶν μαλακίων ὁ πολύπους.

In ſiccum ſolus è molluſcorum genere exit polypus.

CAESAR.

Mores à motu. In ſiccum exit polypus aſperum ſcilicet. Læuitatem enim odere. Quin & arbores ſcandere & populari ſalſamenta in cetarij Carteiæ refert Plinius in Nono.

Τῶν μαλακίων. Quoniam murænam quidam exire dicunt: quod tamen falſum eſſe putat Albertus. Sed hæc alibi diſputata ſunt. Gammari paſcuntur prata. Et cancros in ſaxis extra aquam vagantes cepimus.

CCLXXXIX. ARISTOTELES.

Πορεύεται δ' ἐπὶ τοῦ τραχέος, τὸ δὲ λεῖον φεύγει.

INcedit per aſpera, læuia vitat.

CAESAR.

MOdum metus ponit: vitat læuia, quia his inniti non poteſt. Idem Plinius in Nono.

CCXC. ARISTOTELES.

Ἔστι δὲ τὸ μὲν ἄλλο ἰσχυρὸν τὸ ζῶον, τὸν δὲ τράχηλον ἀσθενές, ὅταν πιεσθῇ.

CAetero corpore validum animal eſt. At collo imbecillo, ſi prematur.

CAESAR.

HOc ad partes potiùs ſpectat, quàm ad mores. Validum autem eſt quia tota corpulentia eius ex villis texta eſſe videtur. Sicut & neruis: vt materia ſit inter carnem, neruum & cartilaginem: propria & ſeparata natura ſua.

CAPVT SEXAGESIMVM,

CONCHÆ.

CCXCI. ARISTOTELES.

Περὶ μὲν οὖν τῶν μαλακίων τοῦτον ἔχει τὸν τρόπον· τὰς δὲ κόγχας φασὶ τὰς λεπτὰς καὶ τραχείας ποιεῖσθαι περὶ αὐτὰς οἷον θώρακα σκληρόν, καὶ τοῦτον μείζονα, ὅταν γίνωνται μείζους, καὶ ἐκ τούτου ἐξιέναι, ὥσπερ ἐκ φωλεοῦ τινος ἢ οἰκίας.

MOlluſcorum res ſic ſe habet. Produnt quidam, conchas tenues & aſperas ſibiipſis obducere quaſi loricam duram, cámque cùm ipſæ creſcunt duriorem. Ex qua exeant quaſi ex latibulo quodam aut domicilio.

CAESAR.

MALE coniunxit cum molluſcis conchas Theodorus eodem Capite. Sed peiùs Ariſtoteles poſuit inter polypum & nautilum. Nam conchæ ex molluſcis non ſunt. Miram verò hiſtoriam ad intelligendum. Nam ſanè intelligi debere videtur, eas non hærere conchis. Hoc primum eſt. Deinde non connaſci cum conchis. Prætereà non vnam fabricare ſibi, ſed plures grandiores: quippe à grandioribus.

Καὶ μείζονα, ὅταν γίνωνται μείζους. Malè Theodorus, *amplieres quò ipſa ſunt grandiores*: non enim dicas *ſunt*: ſed, *fiunt*: creſcunt enim.

Τραχείας, *ſcabras* Theodorus. At nos cùm τὰ φολιδωτά, *ſcabra*, interpretaremur, vitauimus ambiguitatem. Non quia non rectè dicatur. Hæc autem hiſtoria reſpondet illi, cùm dicebamus cancellos ſubire teſtam ſui capacem. Auctum verò, ab illa in ampliorem tranſmigrare.

CAPVT

CAPVT SEXAGESIMVM-PRIMVM,

NAVTILVS.

CCXCII. ARISTOTELES.

Ἔστι δὲ καὶ ὁ ναυτίλος πολύπους τῇ τε φύσει, καὶ οἷς ποιεῖ, περιττός. ἐπιπλεῖ γὰρ ἐπὶ τῆς θαλάττης, τὴν ἀναφορὰν ποιησάμενος κάτωθεν ἐκ τοῦ βυθοῦ· καὶ ἀναφέρεται μὲν κατεστραμμένῳ τῷ ὀστράκῳ, ἵνα ῥᾷόν τε ἀνέλθῃ, καὶ κενῷ ναυτίλλῃται· ἐπιπολάσας δὲ, μεταστρέφει.

Eſt etiam polypus nautilus, tum natura, tum actionibus ſuis ab alijs diuerſus. Ex imo enim fundo efferens ſeſe ſummum mare nauigat. Exit autem inuerſa teſta vt faciliùs emergat, & inani nauiget: quam, vbi in ſummo æquore eſt, conuertit.

CAESAR.

PHILOSOPHVS ſe ſuis ſtatim prodit verbis cùm dicit, ἐστι πολύπους: quare igitur conchas intertexuit?

Ναυτίλος vnde nomen, ſic hîc ναυτίλλεται.

Τῇ τε φύσει καὶ οἷς ποιεῖ, περιττός. Περιττὸς autem qui redundat à natura quaſi πάρεργα, & ex copia materiæ ſuperflua facta à natura. Etiam ſic intelligas. Cùm genera per duas differentias diuidantur, hæc talia extranea, quaſi imparis numeri, tertiam addere partem: vt præter polypum & concham, ſit nautilus, qui non ſit polypus, quia habet concham: non ſit concha quia polypus. Hæc eſt φύσις καὶ οἷς ποιεῖ, quia nauigat: quod neque polypus, neque concha facit. Sic autem περιφραστικῶς potes dicere. *Non ſolùm natura, ſed certis etiam operibus, aut officijs ſingularis.*

Οἷς ποιεῖ: Atticè: pro τούτοις ἃ ποιεῖ.

Ἐπιπλεῖ: priùs ponit actiones, quas tamen ſecundo loco dicebat quia notiores: conſpecti enim ſunt velificantes.

Ἐκ τοῦ βυθοῦ: quoniam κάτωθεν etiam poteſt eſſe non ex fundo. At nautilus eſt vt patella cum pedibus: aut vt teſtudo ſine ſcutulo inferiore.

Κατεστραμμένῳ: dorſo ſeſe efferens. Sic enim & tunc faciliùs exit: ſecat enim aquam, & poſteà nauigat, quia inanis eſt concha, neque aquam recipit. Itaque cùm vult mergi, replet eam aqua. Et notabis κατεστραμμένῳ non ſuo more, ſed more noſtro. Nam caua inſtrumenta habemus ad continendum. Ea dicimus inuertere, cùm labia eorum demittimus vt terram ſpectent. Exterior fundus cœlum verſus: at illi teſta ſuapte natura ita eſt vt nobis tectum.

Theodorus malè tranſtulit principium hoc. *Nauta quoque eſt polypus natura.* Latinus enim ita putârit polypum de quo ſuprà eſſe nautam, ficut dixit œconomum.

Κενῷ ναυτίλλεται Theodorus, *& inani ſcapha enauiget.* Non enauiget. Neque enim exit de mari. Vt *elauimus*, dixit Plautus. Sed, *enatet.*

Plinius in Nono, nautili & pompili nomine vſus eſt: quanquam ibi mendum eſt. Nam pro, voce *pompilos*, *polypoon* quaſi πολύποδος ὤον emendandum eſt. Optimè hanc hiſtoriam ibi deſcriptam videbis.

CCXCIII. ARISTOTELES.

Ἔχει δὲ μεταξὺ τῶν πλεκτανῶν ἐπί τι συνῦφες, ὅμοιον τοῖς στεγανόποσι τῶν μεταξὺ τῶν δακτύλων. πλὴν ἐκείνοις μὲν παχὺ, τούτοις δὲ λεπτὸν τοῦτο καὶ ἀραχνῶδές ἐστι. χρῆται δ᾽ αὐτῷ, ὅταν πνεῦμά τι ᾖ, ἱστίῳ

Habet inter brachia quiddam deſuper contextum ſimile membranæ palmipedum digitorum. Niſi quòd illis craſſum, huic tenue & araneoſum. Vtitur eo flante aura pro velo. Pro

ἀντὶ πηδαλίου δὲ, τὰς πλεκτάνας παρακαθίησιν ἄν δὲ φοβηθῇ, καταδύνει τὴν θαλάσσης μεστώσας τὸ ὄστρακον.

gubernaculo bracchia demittit iuxta. Pauefactus mergitur mari implens teſtam.

CÆSAR.

DECLARAT ναυτίλλεται, velo & gubernaculo: nanque iam nauim dixit.

Ἐπί τι συνυφές. Ἐπὶ, vſque ad partem ſuperiorem. Theodorus, *membranam*: meliùs *contextum*, ad verbum. Nam etiam aranearum telis comparauit.

Τύποις, pro τύπῳ.

Πνεύματι. Τό τι, moderatur, vt potiùs aura ſit: quàm ventus.

Ἀντὶ πηδαλίου. Sic etiam triremes Italicæ non ſolùm à tergo gubernaculum habent, quem *temonem* vocant. Præſtat enim nauibus quod temo curribus: ſed etiam vtrinque dolabræ figura ſingula: quibus in tempeſtatibus temperant ſtatum. Quædam nauigia vocant Iſtri, *Maranos*, quæ non alijs vtuntur. Item Ferrarienſes in fluuialibus quos vocant *Barchios*, id genus gubernaculorum *Zancas* appellant. Aquitani eos barchios, *Gabarras*, & *gorras*, & *macaulios* dicunt: & vtuntur longiſſimo gubernaculo, è ſummo mucrone puppis.

CCXCIV. ARISTOTELES.

Περὶ δὲ γενέσεως καὶ συναυξήσεως τοῦ ὀστράκου, ἀκριβῶς μὲν οὔπω ὦπται· δοκεῖ δ' οὐκ ἐξ ὀχείας γίνεσθαι, ἀλλὰ φύεσθαι, ὥσπερ τἆλλα κογχύλια. οὐ δῆλον δέ πω, οὐδ' εἰ ἀπολυόμενος δύναται ζῆν.

QVemadmodum verò & generetur concha, & ſimul cum eo creſcat, nondum exactè compertum eſt. Videtur autem non ex coïtu generari, ſed oriri, quemadmodum conchæ aliæ. Neque id conſtat an exutus illa poſſit viuere.

CAESAR.

NE aut falſa prodat, aut ſi taceat, quiſpiam eius quærat diligentiam & fidem, hæc dicit.

Συναυξήσεως Theodorus *incremento*: omiſit, τὸ, συν.

Ἀκριβῶς: vt decet Philoſophum.

CAPVT SEXAGESIMVM-SECVNDVM,

De inſectis: ac primùm de formicis.

CCXCV. ARISTOTELES.

ΤΩν δ' ἐντόμων ζώων ἐργατικώτατα σχεδόν ἐστι, καὶ πρὸς τἆλλα συγκρίνεσθαι πάντα, τό τε τῶν μυρμήκων γένος, καὶ τὸ τῶν μελιττῶν. ἔτι δ' ἀνθρῆναι καὶ σφῆκες, καὶ πάνθ', ὡς εἰπεῖν, τὰ συγγενῆ τούτοις. εἰσὶ δὲ καὶ τῶν ἀραχνίων οἱ γλαφυρώτατοι καὶ λαγαρώτατοι, καὶ τεχνικώτεροι περὶ τὸν βίον.

INſectorum operoſiſſimum fere, quódque cum alijs omnibus comparari mereatur, tùm formicarum, tùm apum genus. Atque etiam crabrones & veſpæ, & omnia denique quæ cognata ſunt. Quin ex araneis & elegantiſſimi, & agiliſſimi, & ingenioſiores in vita functionibus.

CAESAR.

SECTIO eſt de inſectis: de quibus & exactè & curioſè dicendum eſt. Quo in genere maximo & numeroſiſſimo, aliquot ſeligit ſpecies nobiles ac mirabiles in operibus naturæ: proponítque nunc ad ſummum tres: formicam, araneum, & apem. Ac de formica primùm quia notiſſima eſt. De araneis ſecundo loco. De apibus quia operoſiſſima contemplatio eſt, poſtremò.

Ἐργατικώτατα. Theodorus *officioſiſſimum*: malè: eſt enim *officioſus* Latinè benignus, & propenſus

penſius ad officia. Sed hîc voluit intelligere, operarium, operi intentum, non inertē: vt fucum, & muſcam. Itaque in fine huius ſectionis tranſiturus ad mores, appellat ἐργασίαν: & mox hîc, formicarum. Et dixit ἐργατικώτατα in plurali τό τε μυρμήκων καὶ τὸ τ̃ μελιττῶν. Et ſubdit ἔτι ἀνθρήνη: quoniam non æquè ἐργατικά. Sed analogicè.

Τὰ συγγενῆ. Non multa prætereà ſunt apes, fuci, crabrones, veſpæ, bombylij. Illa igitur duo genera ingenioſa apes & formicæ: ac formicæ æqualiter. Vnum apiarium genus non totum æqualiter. Sed apes plus: veſpæ minùs. Ita in araneis. Facit autem diſtinctionem ab habitu corporis: quoniam γλαφυρώτατοι, *elegantiſſimi*. Et λαγαρώτατοι, *ſuccinctiſſimi*, διεζωσμένοι, ſunt τεχνικώτεροι τ̃ ἄλλων. Et moderatur huiuſcemodi habitum περὶ τ̃ βίον, non aliter.

Τεχνικώτεροι meliores artifices in colenda vita.

Λαγαρώτατοι. Λαγαρὸν *extenuatum*, ſignificat. Theodorus *ſtrigoſiores* dixit. Sic autem paraphraſi explicabis. In araneorum genere alij ſunt habitiores & ſegniores. At qui expeditiori ſunt corpore & politiore, eorum opera ſumma & elegantia, & artis ſubtilitate confecta ſunt.

CCXCVI. ARISTOTELES.

Ἡ μὲν οὖν τ̃ μυρμήκων ἐργασία, πᾶσιν ἐστιν ἐπιπολῆς ἰδεῖν [ἀναξέποντες] ἀεὶ μίαν ἀτραπὸν πάντες βαδίζουσι, καὶ τ̃ ἀπόθεσιν δ̓ τροφῆς καὶ ταμιείαν. ἐργάζονται γὰρ καὶ τ̃ νύκταις τ̃ πανσελήνοις.

Formicarum igitur opera omnibus manifeſtò extant. Eandem viam omnes ineunt: pari conſenſu & promunt & condunt cibos. Negotiantur etiam noctu plenilunijs.

CAESAR.

HACTENVS πρότασις eſt totius ſectionis. Nunc vnum caput exequitur. Sed maxima quæque capita tantùm: neque enim ſalutationes, & cadauera elata, & eroſiones ſeminum qua naſci poſſunt: & alia exequitur. Sed μίαν ἀτραπὸν ne aberrent: quaſi ſignum & ducem. Item ἀπόθεσιν. Sanè hoc fiat. At & ταμιείαν, depromptionem: vt pro æquo labore, æqua ſit impartitio. Et diligentiam etiam nocturnam modò luna faueat. Vt non tempore retardentur, ſed temporis incommodo.

Ἐπιπολῆς: vt hinc pateat, quare non exequitur omnia faſtidioſè. Eſt commendatio ab attentione.

Theodorus addidit, *nec interdiu ſolùm*. Et dixit, *laborem exercent*. Durum *exercere laborem*, durum inquam Latinis auribus. Sed *labor exercet eas*, vt ait Virgilius.

CAPVT SEXAGESIMVM-TERTIVM,

ARANEI.

CCXCVII. ARISTOTELES.

Τῶν δ᾽ ἀραχνίων καὶ τ̃ φαλαγγίων ἐστὶ μὲν πολλὰ γένη· τ̃ μὲν δηκτικῶν φαλαγγίων, δύο· τὸ μὲν ἕτερον, ὅμοιον τοῖς καλουμένοις λύκοις, μικρὸν καὶ ποικίλον, καὶ ὀξὺ καὶ πηδητικόν· καλεῖται δὲ ψύλλα.

Araneorum autem & phalangiorum multa genera ſunt. Mordacium phalangiorum duo. Vnum ſimile illis quos lupos *vocant: paruum, varium, mobile, ſaltax. Et appellatur* pulex.

CAESAR.

ALTERA hiſtoria diuiditur in duo, in araneas, & phalangia. Phalangia vocant Græci venenata. Horum duo genera ponit Ariſtoteles. Primum deſcribit à magnitudine, à motu: à colore.

Τῶν μὲν δηκτικῶν γένη δύο. Δηκτικὰ appellat, cùm tamen pungant non mordeant.

Οὐ δάκνουσι

Οὐ δάκνουσι, ἀλλὰ κεντοῦσι: punctam muſcam à nobis appoſitam illicò extinctam vidimus. Theodorus malè tranſtulit. *Araneorum*, inquit, *& phalangiorum genera multa: mordax quod in duo diſtinguitur* Quaſi verò *δηκτικὸν* ſit commune araneis. Verùm non ita eſt. Sed phalangiorum tantùm genus.

Τοῖς καλουμένοις Theodorus, *ſimile ijs quæ lupos vocant*: imò quos lupos vocant. Cum tamē ſint aranei, non phalangia, lupi. Mirum verò Ariſtotelem feciſſe comparationem cum re quam nondum declarauit. Sed quia notiores vulgò tum eſſent: iccircò poſuit.

Ὀξὺ Theodorus, *procax*. Plinius malè, *acuminatum*. Sed vt in capris & equis ὀξὺ ſuprà dixit: ita hic. Sic etiam de aquilis *ὀξυλαβεῖς*: neque procax, rectè: ſed promptum ad motum. *Viuidum* Latini dicunt: & reſpondet, quod mox, *τῇ κινήσει νωθρόν*.

Πηδητικόν. Theodorus *ſalax*. Non poteſt mihi venire in mentem, ita ſic ſcriptum reliquiſſe: à ſaliendo *ſalix*, non *ſalax*, neque enim id ſignificat. Plinius *aſſultim ingrediens*: neque id benè. Nam etiam curſim ingreditur. Sed vbi vult, ſaltat. Vnde & pulicis nomen *ψύλλα*.

CCXCVIII. ARISTOTELES.

Τὸ δ' ἕτερον, μεῖζον, τὸ μὲν χρῶμα μέλαν, τὰ δὲ σκέλη τὰ πρόσθια μακρὰ ἔχον, καὶ τῇ κινήσει νωθρόν, καὶ βαδίζον ἠρέμα, καὶ οὐ κρατερόν, οὐδὲ πηδῶν.

Alterum maius colore nigro, anterioribus cruribus longis, motu pigrum, lentè ingrediens, imbecillum, neque habile ad ſaltandum.

CAESAR.

NIGRVM diſtinguitur à vario, & *νωθρὸν* ab ὀξὺ, & *πηδητικὸν*, ab *οὐ πηδῶν*. A partibus autem rectè ducas rei rationem. Nam anteriora crura habet longa: ea omnia ad ſaltum inepta ſunt. Nomen huic non ponit. Theodorus *cruribus*, addidit, *nigris*. Sed Philoſophus totum nigrum intelligit.

CCXCIX. ARISTOTELES.

Τὰ δ' ἄλλα πάντα, ὅσα παρατίθενται οἱ φαρμακοπῶλαι, τὰ μὲν, οὐδεμίαν, τὰ δ', ἀσθενῆ ποιεῖ τὴν δῆξιν.

Cætera verò quæ expoſita habent Medicamentarij, aut nullum, aut debilem morſum afferunt.

CAESAR.

QVIPPE alia eſſe. Sed oſtentationis & lucri cauſſa expoſita: non quæ momentum habeant in venenis.

Ἀσθενῆ *exilem*, Theodorus non benè: aliud eſt *μικρόν*, vt in morſu aſpidis.

Παρατίθενται *exponunt*, vt vendant remedia.

CCC. ARISTOTELES.

Ἄλλο δ' ἐστὶ τῶν καλουμένων λύκων γένος. τούτου μὲν οὖν τὸ μικρὸν, οὐχ ὑφαίνει ἀράχνιον· τὸ δὲ μεῖζον, παχὺ καὶ φαῦλον, πρὸς τῇ γῇ καὶ ταῖς αἱμασιαῖς. ἐπὶ τοῖς στομίοις δ' ἀεὶ ποιεῖ τὸ ἀράχνιον, καὶ ἔνδον ἔχον τὰς ἀρχὰς τηρεῖ, ἕως ἂν ἐμπεσόν τι κινηθῇ· ἔπειτα προσέρχεται.

Aliud eſt genus, quem lupum *nominant. In quo is qui minor eſt, telam non texit. Qui maior craſſam & improbā humi & ad ſepes. In rimis autem ſemper araneus ponit intus ordinus. Vbi mouetur, dum aliquid incidens moueat: atque inde accedit.*

CAESAR.

HOC eſt araneorum genus. Sed negligenter omiſit referre: niſi duo phalangiorum genera intelligas ex diuiſione. Iam hoc etiam phalangijs annumeres. Neque diſtinguas ſi legas interpretationem Theodori, qui genus ſecundum dixit tàm araneorum, quàm phalangiorum.

Τοῦτο *μὲν οὖν*: mira breuitas pro *τούτων τὸ μέν*.

Παχὺ

Παχύ. Theodorus legit ξαχύ. Sed noſtrum meliùs eſt. Nam ſanè craſſa eſt. Φαῦλον autem hic ſignificat *impolitum*.

Στομίοις in rimis,foraminibus,oſtiolis. Theodorus *bucculis*: ſequutus vocem Thuſcam : *buccum* enim foramen vocant.

CCCI. ARISTOTELES.

Τὸ δὲ ποικίλον, ὑπὸ τοῖς δένδρεσι ποιεῖται μικρὸν καὶ φαῦλον ἀράχνιον.

Aliud autem genus varium ſub arboribus texit telam paruam & prauam.

CAESAR.

Hoc eſt ſecundum genus araneorum. Intelligit autem φαῦλον debilem & quæ facilè diſcerpatur ab incidentibus. Theodorus *vilem* dixit optimè : potes etiam *rudem* dicere.

CCCII. ARISTOTELES.

Ἄλλο δ᾽ ἐστὶ τρίτον σοφώτατον καὶ γλαφυρώτατον. ὑφαίνει γὰρ, πρῶτον μὲν διατείνας πρὸς τὰ πέρατα πανταχόθεν. εἶτα στημονίζεται ἀπὸ τοῦ μέσου. λαμβάνει δὲ τὸ μέσον ἱκανῶς· ἐπὶ δὲ τούτοις, ὥσπερ κρόκας ἐμβάλλει· εἶτα συνυφαίνει. τὴν μὲν οὖν κοίτην καὶ τὴν ἀπόθεσιν τῆς θήρας ἄλλοθι ποιεῖται· τὴν δὲ θήραν, ἐπὶ τοῦ μέσου τηροῦσα· ἔπειθ᾽ ὅταν ἐμπέσῃ [τι] κινηθέντος τοῦ μέσου, πρῶτον μὲν περιέδει καὶ περιελίττει τοῖς ἀραχνίοις, ἕως ἂν ἀχρεῖον ποιήσῃ. μετὰ δὲ ταῦτα ἐξενήνοχεν ἀραμένη· κἂν μὲν τύχῃ πεινῶσα, ἐξεχύλισεν· αὕτη γὰρ ἡ ἀπόλαυσις. εἰ δὲ μὴ, πάλιν ὁρμᾷ πρὸς τὴν θήραν, ἀκεσαμένη πρῶτον τὸ διερρωγός· ἐὰν δὲ μεταξὺ ἐμπέσῃ, πρῶτον ἐπὶ τὸ μέσον βαδίζει, κἀκεῖθεν ἐπανέρχεται πρὸς τὸ ἐμπεσὸν, ὥσπερ ἀπ᾽ ἀρχῆς.

Tertium præterea genus eſt ſapientiſſimum, & politiſſimum. Principio nanque texit extendens ad extrema vndecunque. Deinde ſtamen inducit à medio, quod medium quantum ſatis ſit, capit. Tum ſuper hac tramam imponit. Poſtremò contexit, ac cubile quidem ſuum prædæq́. repoſitorium alibi conſtituit. In medio verò obſeruat prædam. Vnde ſi cuiuſpiam rei caſu medium moueatur, primùm circumligat, circúmq́. inuoluit tela vſque dum ſui impetum fecerit: poſthac ſublatam extulit. Quod ſi fames vrgeat, exugit. Is enim ei modus capiendi cibum eſt. Si non eſurit rurſus, ſarcito priùs ſciſſo opere ad venationem reuertitur. Quòd ſi quid intereà inciderit, primum it in medium, atque ex eo loco, ſicut antea fecerat, redit ad id quod incidit.

CAESAR.

Nunc exactiſſimè perſequitur hiſtoriam operarij aranei : cuius ordo in hiſtoria hic eſt Epitheta duo, ſapiẽtiæ & elegantiæ. Opera ſex: principia deſignantia, ſtamen, trama, textura, medij deſignatio, cubilis penoríſque conſtructio. Actiones decem. Obſeruatio motus, caſſium accurſus, vinctio captiui, inuolutio, ſuctio in fame, extra famem ablatio cadaueris ne alia deterreãtur, repoſitio, reſarcitio retium, reditio ad venatum, conſulens œconomiæ. Et illa maximè obſeruanda, quòd ſemper à medio impetum facit. Nam cùm cadauer effert, ſi interim aliquid irretiatur, non ex eo loco vbi eſt, prædam aggreditur, ſed priùs medio repetito: ſicut & priùs. Ac in ipſa quidem obſeruatione venturæ prædæ, cùm excubat in medio facit id ex Architectura. Nam leuiſſima de cauſſa media tignorum magis mouentur. Itaque & magis ſentiet inde motum. Ratio naturalis ſubeſt. Quia plus diſtat à ſolido. Cum autem petit medium, antequam aggrediatur, etiam ſi ibi non ſit. Hoc eſt de Geometria : æqualiter enim diſtat ab extremis. Itaque etiam ſi prope prædam ſit, tamen mauult ſeruare ſcientiam ſuam.

Σοφώτατον, propter Geometriam, Architecturam, & Oeconomiam. Etiam *nobiliſſimum* meo iudicio debuit appellari: venator enim eſt.

Διατεῖναι πρὸς τὰ πέρατα πανταχόθεν: non ſolùm ad extrema, ſed etiam πανταχόθεν, ab extremis, iiſque omnibus. Quatuor ſunt. Διατεινόμενα. Στημονισμός. Sunt alia διατεινόμενα. Verùm non ab extremis, ſed ab ipſis primis διατεινομένοις, quibus τὰ πρότερα διατεινόμενα firmantur. Inde στημονίζεται. Tertiò loco ponit κρόκας, eſt enim κρόκη trama, ſubtegmen ex Polluce. Poſtremò texit. Sed non ſicut nos, qui inuicem tegimus tramam & ſtamen, vnde & *texere*. Sed alio modo. Itaque non poſſumus vti nomine tramæ, quæ tranſmeat inter filum, & filum mutua ſuperequitatione.

Ἀπὸ

Ἀπὸ τοῦ μέσου, ſcilicet incipiens. Nam in principio orditur à parietibus. Inde enim mouetur, & ad parietes: ac deinde à medio & circa medium.

Ἱκανῶς quantum ſatis ſit ad extrema: ἱκανῶς ad verbum eſt *pertinenter.*

Ὥσπερ κρόκας, quia non ſunt veræ κρόκαι.

Συνυφαίνει: quoniam non verè ὑφαίνει. Sed coniungit κοίτην & ἀπόθεσιν: regio more. Caſtra alibi, alibi habet regiam & penum.

Περιδεῖ, vincula iniicit.

Περιελίττει additis vinculis & tela.

Ἀχρεῖον inutilem.

Ἐξήνεγκεν in præterito ob celeritatem: & verbum eſt pollinctorum. *Effertur, imus,* Terentius.

Τύχῃ πεινῶσα. Nam ſanè contingens eſt, non neceſſarium ipſum tunc eſurire.

Ὁρμᾷ verbum: vnde cohortes Romanæ inde dictæ ſunt. Et hodie Scythæ *Hormas* legiones ſuas dicunt.

Μεταξὺ, Theodorus *inter medium & extrema.* At iam hoc dixit, illum eſſe in medio. Ergo quod incidit inter medium & extrema inciderat iam. Itaque ἀπ' ἀρχῆς ſignificat ſicut priùs.

CCCIII. ARISTOTELES.

Ἐὰν δέ τις λυμήνηται τὴν ἀράχνην, πάλιν ἄρχεται τῆς ὑφῆς, καταφερομένου τοῦ ἡλίου, ἢ ἀνατέλλοντος, διὰ τὸ μάλιστα ἐν ταύταις ταῖς ὥραις ἐμπίπτειν τὰ θηρία.

Quòd ſi quis lacerârit rete, deintegrò incipit texere occidente Sole aut oriente: propterea quòd per hæc tempora incidere potiſsimùm ſoleant beſtiolæ.

CÆSAR.

ALTERA œconomia. Neque enim abſiſtit accepta iniuria: vt imperator ſupplementa quærens, & tormenta bellica in oppugnationibus.

Λυμήνηται. Nota cum ſecundo caſu, quod neſcio an alibi reperiri poſſit: cùm ſemper cum quarto, & aliquando cum tertio reperiatur.

Καταφερομένου τοῦ ἡλίου: *veſpere & manè.* Quia, inquit, Philoſophus beſtiolæ plurimùm tum irretiuntur. Verùm mihi videtur tum non eſſe texendum, cùm retijs factis opus eſt. Hoc ſit non προσυφαίνειν μετὰ τὰ πράγματα. Sed ἐπιυφαίνειν ἐν πράγματι. Et meridie muſcæ plus mouentur, & plus incidunt. Sed id fit à fine: vt meridie opus ſartum habeat, quo tempore, vt dixi muſcæ maximè agitantur, & importunæ ſunt. Niſi ſit, quia ſub tecta feruntur muſcæ veſperi, & manè egrediuntur. Item id fit à materia: quia minus humidi tum habeant cùm meridies eſt. Theodorus non opus manè & veſperi facere dixit, ſed *venationem*, malè. Venatur enim ſemper niſi cùm quieſcit aut fugit.

Ἐμπίπτειν: *incidere.* Sic Ouidius, *incidit in caſſes præda petita meos.* Theodorus: *offendant*: malè vſus eſt ambiguo verbo. Si hæc duo comparas, *beſtiolæ offendunt*: intelliges eas officere potiùs quàm incidere: eſt enim *offendo*, contrarium, *defendo.*

CCCIV. ARISTOTELES.

Ἐργάζεται δὲ καὶ θηρεύει ἡ θήλεια· ὁ δ' ἄῤῥην συναπολαύει.

Operatur fœmina, ac venatur. Mas autem quoque fruitur partis.

CÆSAR.

ERGO etiam illa œconomia eſt. Vt coniuges ſint, & vt fœmina texat: & vt apparet marito prandium. Et vt eat in forum obſonatum. Sed quia caret nummis aliter comparat. Mares igitur aranei ſimiles Flandris ſint, qui otioſè agitant, mulieres negotia exercent.

Συναπολαύει *confruitur.*

Differentia etiam hæc in ſexu: ab opere & immunitate.

CCCV.

CCCV. ARISTOTELES.

Τῶν δ' ἀραχνίων τῶν γλαφυρῶν, καὶ ὑφαινόντων ἀράχνιον πυκνὸν, δύο ἐστὶ γένη· τὸ μὲν μεῖζον, τὸ δ', ἔλαττον.

ARaneorum elegantiorum, qui telam ſpiſsiorem texunt, duo ſunt genera. Alterum maius, alterum minus.

CAESAR.

SIc diſtinguas. Summum genus in δικτυικὸν, quod ſit phalangium: & non δικτυικὸν, quod ſi araneus. Phalangij genera ſumma duo: alterum venenatius: alterum minus. Hoc poſtremum continebit τὰ τῶν φαρμακοπωλῶν. Prius habebit genera duo: pulicem, minorem, & maiorem: alterum ſine nomine. Aranei genera ſumma tria: lupus, cuius ſunt ſpecies duæ: ſecundum varium: tertium elegans. Huius ſpecies duæ, λεπτοαράχνιον texens, & altera, πυκνυφαῖον. Cuius hîc duæ ſunt ſpecies. Atque Philoſophus nullam addit prætereà. Sed ſunt ex araneis qui oculos habent quatuor, grandiſſimi rubri: & alij virides, crocei, fuſci, cinerei, læues, hirti. Neque ponit alios affectus. Sed æquè celeriter retrocedunt, atque procedunt, & pedibus ſeſe librant, atque ſcandunt, & in Sole in medio telæ appenſi tanta celeritate ſeſe ventilant, vt plures vnus videatur.

Παχύ. Suprà erat craſſa tela. Hîc autem πυκνὸν denſa & ſpiſſa. Vt etiam hinc capias differentias ab operis qualitate.

CCCVI. ARISTOTELES.

Τὸ μὲν οὖν μακροσκελέστερον, κάτωθεν κρεμάμενον τηρεῖ, ὅπως ἂν μὴ φοβούμενα τὰ θηρία εὐλαβῆται, ἀλλ' ἐμπίπτῃ ἄνω, (διὰ γὰρ τὸ μέγεθος, οὐκ εὐκρυφές ἐστι) τὸ συμμετρότερον ἄνωθεν ἐπηλυγισάμενον τῇ ἀραχνίῳ ὀπὴν μικράν.

LOngioribus cruribus præditus, imò ex loco pendulus obſeruat, ne perterrita beſtiolæ metuant, ſed supernè irretiantur. Quippe cùm ſit grandior minùs commodè latere poteſt. At ille alter mediocrior de ſuperiore excubat loco, abdens ſeſe in exiguo telæ foramine.

CAESAR.

DECLARAT hîc illas ſpecies: & ſcitè ſanè. Naturam explicat. Neque opus habet interprete, tàm clara, ac plena oratio eſt.

Κρεμάμενον, ad differentiam alterius, qui non pendet, ſed in atriolo ſuo ſedet.

Ε'μπίπτῃ ἄνω. Et id obſeruato, celeriùs ſperare ſeſe poſſe aſcendere, quàm deſcendere. Nanque æquè latere poſſet: ſummo atque imo loco par eſt. Æquè enim conſpicitur. Ita etiam poſſumus facere differentias à motu. Nam ille ſuperior à centro ad circumferentiam æquè. Μακροσκέλης ab inferiore loco ad ſuperiorem: alter ab imo ad ſummum.

Οὐκ εὐκρυφής. Theodorus *ineptius eſt propter ſui corporis magnitudinem*: malè tacuit, *latere*: quaſi motum hîc dicat vaſtioris ineptiorem. Idem συμμετρότερον *moderatius*: peſſimè: *mediocrius*, meliùs.

Ε'πηλυγισάμενον. Sic de nido perdicis ſuprà.

CCCVII. ARISTOTELES.

Οὐ δύνανται δ' ἀφιέναι αἱ ἀράχναι τὸ ἀράχνιον εὐθὺς γενόμεναι, οὐδ' ἔσωθεν, ὡς ὂν περίττωμα, καθάπερ φησὶ Δημόκριτος· ἀλλ' ἀπὸ τοῦ σώματος οἷον φλοιὸν, ἢ τὰ βάλλοντα ταῖς θριξὶν, οἷον αἱ ὕστριχες.

NEqueunt aranei ſtatim nati emittere telam. Neque enim egreditur quaſi excrementum, vt ait Democritus. ſed de ipſo corpore, quemadmodum cortex, & ſicut quæ iaculantur pilos: quales ſunt hyſtrices.

CAESAR.

NVNC partes contemplatur. Nam de cruribus in tranſcurſu dixit. Et de ſuctu. Et improbat Democriti opinionem, qui putabat telæ materiam eſſe tanquam κόπρον. Additque rationem Philoſophus. Si eſſet κόπρος, tunc etiam puſilli araneoli emitterent. Sed ita eſt vt cortex, & pilus. Cornua etiam meliùs dixiſſet. Itaque duabus vtitur vocibus ἔσωθεν, vt ſit περίττωμα: excernitur enim foris. Et ſubdit cum aduerſatiua, ἀλλ' ἀπὸ σώματος, non ἔξω, ſed ἐν. Et dicit ἀπὸ, vt terminum, vnde modus eſt pili declaratus.

Οἷον φλοιὸν, non ὡς ἂν περίττωμα: rectè reſpondet. At vbi dicit ἢ τὰ βάλλοντα τὰς θρίξας, mutauit ſanè orationem.

Theodori error magnus. Ἀλλ' ἀπὸ τοῦ σώματος. *Sed extrinſecùs de ſuo corpore.* Nam cùm dixit ἔσωθεν, *intrinſecùs*, eſt de loco: quaſi dicas, *ab intus.* Sicut Horatius, *ad introrſum.* At hîc quid vult *extrinſecùs?* num quia cortex extrinſecus eſt? Sanè. Sed filum non eſt extrinſecùs, ſed intus, atque inde emittitur foras, vt barba ab adultis.

Βάλλοντα τὰς θρίξας. Non, *iaculantur pilos*, ſed *pilis* dixit: idem eſt: ſed amat tropos & ſchemata Philoſophus. Hyſtricis autem & erinaceorum ſpicula etiam alibi in analogia pilorum ſtatuit.

CCCVIII. ARISTOTELES.

Περιτίθεται δὲ καὶ περιελίττεται ἐν τοῖς μείζοσι ζώοις· ἐπεὶ ἐν ταῖς σαύραις ταῖς μικραῖς ἐπιβάλλει περὶ τὸ στόμα, περιθέον ἀφίησιν, ἕως ἂν συλλάβῃ τὸ στόμα· τότε δ' ἤδη δάκνει προσελθόν.

Circumuenit etiam, & obducit maiora animalia. Nam minores quoque lacertulas inuadit: & ob os circumcurrens emittit filum, donec buccas comprehenderit. Tum verò aggreſſus mordet.

CÆSAR.

NVNC etiam alia prædæ genera narrat, extra retia. Nam mira celeritate impedit os lacertularum, ac poſteà mordet. Verùm ſummo in vertice inter oculos, ſi velint. Pungunt etiam non obducto ore: eorum nanque ore tuti ibi eſſe queunt. Sed ſic eſt, vt ſemper vinciant.

Περιτίθεται, ἐπιτίθεται voluit dicere. Sed τὸ, περὶ, hic maluit. Περὶ enim poſuit vt vinciendi modum declararet.

Προσελθὸν: non intelligas quomodo προσέρχεται: quippe iam ſuper ipſo eſt: ſi os obducit tela περιθέον. Nam ſi non inſidat, abeat lacerta cum tela.

CAPVT SEXAGESIMVM-QVARTVM,

APES.

CCCIX. ARISTOTELES.

Καὶ περὶ μὲν οὖν τούτων τῶν ζώων, τοῦτον ἔχει τὸν τρόπον. ἔστι δέ τι γένος τῶν ἐντόμων, ὃ ἑνὶ μὲν ὀνόματι ἀνώνυμόν ἐστιν· ἔχει δὲ πάντα τὴν μορφὴν συγγενικήν. ἔστι δὲ ταῦτα ὅσα κηροποιά· οἷον μέλιτται, καὶ τὰ παραπλήσια τὴν μορφήν.

AC de his hæc. Inſectorum verò genus eſt quoddam, quod nomine cares, quo vno comprehendatur. Verùm omnes ſpecies continent formam congenerem. Ea ſunt quæcunque fauificant, quales apes ſunt, & quæ ſimili facie.

CAESAR.

C AE S A R.

QVOD reſtabat aggreditur. Colligítque ſub vno genere: aitque nomine carere. Et ipſe vnum adumbrat cùm dicit κηριοποιά: à differentia. Vnico verò Capite comprehendimus, propterea quòd ſaltuatim, & diſcerptim narrat, nunc ſpecies, nunc opera, nunc morbos, nunc pugnas, nunc cibos, nunc loca apta ipſis, nunc peſtes, nunc alia, atque alia interplicat.

Ὁμώνυμον: lege ἀνώνυμον. Sic etiam de columbis ſuprà, & alijs. Vt coruini genus, & ceruini, & muſtelini.

Ἔχει δὲ πάντα: breuis loquutio. Nam dixit ἔστι γένος. Ergo habet ſpecies. Subticuit, & dixit πάντα, quia ſatis habebat dicere συγγενικὴν & μορφήν: nam συγγενῆ ſunt ſpecies. Theodorus τὸ, ἔχει retulit ad γένος. ſic: *formam ſuarum partium cognatam omnium referens.* Non intelligas illam cognationem. Neque fuit bonus Philoſophus qui putaret genus referre formam ſpecierum. Eſt enim generis materia ſpecierum, non forma, ſed differentia forma eſt.

Κηριοποιά. Theodorus, *ea quæ fauos faciunt.* Tàm frequenter audet verba fingere, & hîc vbi erat vna vox neceſſaria non facit. Nam ſanè Philoſophus vt alibi σελάχη & ἐντελέχεια, & ἀόριστον ὄνομα, ſic hîc, generi prudentiſſimè nomen imponit, vt æquet ſummo pudore ſummã ſapientiam.

CCCX. ARISTOTELES

Τούτων δ᾽ ἐστὶ γένη ἐννέα· ὧν τὰ μὲν ἓξ, ἀγελαῖα, μέλιττα, βασιλεῖς τῶν μελιττῶν, κηφὴν ὁ ἐν ταῖς μελίτταις, σφὴξ ὁ ἐπέτειος, ἔτι δὲ ἀνθρήνη καὶ τενθρηδών.

Horum genera ſunt nouem. Quorum ſex gregalia, apes, apum reges, fucus, apiaſter, veſpa annua, crabro, & tenthredo.

C AE S A R.

VTINAM ſic faceret in omnibus. Nam hanc partem omnium diligentiſſimè exequutus eſt.

Κηφὴν ὁ ἐν μελίτταις: fucus qui intus degit. Nam alij quoque ſunt fuci peregrini, nos *apiaſtrum*, optimè, vt opinor, diximus.

Τενθρηδὼν Theodorus, *teredinem* ex Sextodecimo Plinij tranſtulit de qua poſteà ampliùs.

Σφὴξ ἐπέτειος: *annua veſpa.* Et infrà τὰς νέας τῶν μελιττῶν, ἐπετείους vocat.

CCCXI. ARISTOTELES.

Μοναδικὰ δὲ, τρία, σειρὴν ὁ μικρὸς, φαιός· ἄλλος σειρὴν μείζων, ὁ μέλας καὶ ποικίλος· τρίτος δ᾽, ὁ καλούμενος βομβύλιος, μέγιστος τούτων.

Tria ſolitaria: ſiren paruus, fuſcus: alter ſiren maior, nigra varietate. Tertius bombyx omnium maximus.

C AE S A R.

Μοναδικά: quoniam non eſt eis reſpublica.

CCCXII. ARISTOTELES.

Οἱ μὲν οὖν μύρμηκες, θηρεύουσι μὲν οὐδὲν, τὰ δὲ πεποιημένα συλλέγουσιν· αἱ δ᾽ ἀράχναι, ποιοῦσι μὲν οὐδὲν, οὐδ᾽ ἀποτίθενται, θηρεύουσι δὲ μόνον τὴν τροφήν. τῶν δ᾽ ἐννέα γενῶν τῶν εἰρημένων, περὶ μὲν τῶν λοιπῶν ὕστερον λεχθήσεται· αἱ δὲ μέλισσαι, θηρεύουσι μὲν οὐδὲν, αὐταὶ δὲ ποιοῦνται καὶ ἀποτίθενται. ἔστι γὰρ αὐταῖς τὸ μέλι τροφή. δῆλον δὲ ποιοῦσιν, ὅταν τὰ κηρία ἐπιχειρῶσιν οἱ μελιττουργοὶ ἐξαίρειν. θυμιώμεναι γὰρ, καὶ σφόδρα πονοῦσαι ὑπὸ τοῦ καπνοῦ, τότε μάλιστα τὸ μέλι ἐσθίουσιν· ἐν δὲ τῷ ἄλλῳ χρόνῳ οὐ σφόδρα ὁρῶνται, ὡς φειδόμεναι καὶ ἀποτιθέμεναι τροφῆς χάριν.

Ergo formicæ nihil venantur, ſed facta ab alijs colligunt. Aranei nihil faciunt ipſi, neque horreum habent: tantùm venantur, quo victitent. Quòd autem ad genera, quæ deſcripſimus pertinet, poſteà dicetur. At apes nihil venantur. Et ipſæ faciunt, & reponunt: aluntur tamen melle. Nam cùm caſtrare alueos parant mellifices, ſuffitu fumi vehementer vexatæ: tum verò vorant mel. Alio tẽpore non item perſpectum eſt. Sed parcere, & reponere cibũ gratia.

CAESAR.

VNVM genus nobiliſſimum tractaturus, pulcherrimam facit comparationem. Quatuor ponit verba: facere, venari, colligere, reponere. Tria genera, formicam, araneum, apem. Formicam, nec facere, nec venari, ſed colligere, & reponere. Araneum neque facere, neque colligere, neque reponere, ſed venari. Apem nec venari, ſed facere & colligere, & reponere. Ita tria aufert araneis; vnum attribuit. Vnum aufert apibus, tria attribuit. Duo aufert formicæ, & tria attribuit.

Πεποιημένα: luſit in hoc verbo, vt repeteret. Nam æquiuocè dicitur, de formica, cibo, & de fauo. Nam fauos facit apis: at homo non facit triticum. Vt dicas rectiùs, ex alieno opere fructum capit.

Οἱ *μύρμηκες*, ſubticuit τό, ποιεῖν & τό, ἀποτίθεσθαι.

Οἱ δ' ἀράχναι ſubticuit τό, συλλέγουσι. Et nota cùm dicit, εἰς δ' ἀποτίθενται: intelligit in horreum; in annuum victum. Nam ſuprà dixit habere repoſitorium.

Αἱ δὲ μέλιτται. Tria verba ponit & ſubticet τό, συλλέγειν. Sed tamen συλλέγουσι ipſæ quoque.

Ἔστι γὰρ τὸ μέλι αὐταῖς τροφὴ: quia dixit ἀποτίθενται, ponit hiſtoriam.

Ἐξαίρειν *caſtrare, tollere mel.*

Τό τε μάλιστα τὸ μέλι ἐσθίουσι. An verò per inuidiam faciunt? Natura ſeipſam hîc & Caſtorem imitatur. Nam caſtor vt ſe redimat, aiunt abſcindere ſibi teſtes. Iſtæ, vt ab apiarijs dimittantur, mel vorant. An eſt vt in oppido capto, vt quamminima præda victori relinquatur? An parant ſibi commeatum ad fugam?

Φειδόμεναι καὶ ἀποτιθέμεναι: non reponunt tunc, ſed repoſito parcunt. Ita μελιττουργοί, *apiarij*, Theodorus: nos *mellifices*, ad verbum: quia etiam *mellificium* dicitur. Sed tamen apes ipſæ ſunt μελιττουργοί: potiùs verò μελιποιοί. Vt ἔργον ſit addita opera.

Θυμούμεναι γὰρ: reddit rationem quare vehementiùs edant: irritatæ fumo. Id quod nos in noſtra *Nemeſi* in comparatione quadam inſeruimus: at Theodorus dixit, *quanuis*: malè ſanè.

CCCXIII. ARISTOTELES

Ἔστι δὲ αὐταῖς καὶ ἄλλη τροφή, ἣν καλοῦσί τινες κήρινθον. ἔστι δὲ τοῦτο ὑποδεέστερον, καὶ γλυκύτητα συκώδη ἔχον. κομίζουσι δὲ τοῦτο τοῖς σκέλεσι, καθάπερ καὶ τὸν κηρόν.

Eſt & alijs illis cibus quem cerinthum *vocant. Eſt hoc deterius, dulcedinem tamen fici habens. Gerunt hoc cruribus, quemadmodum & ceram.*

CAESAR.

CERINTHO apes delectari, ait Plinius in Viceſimoprimo: quæ eſt herba folio candido, incuruo, capite concauo, mellis ſucco. At in Vndecimo, erithacem eandem eſſe quæ *ſandaraca* & *cerinthum* dicitur, ait. At aliud eſt ſandaraca apud Dioſcoridem. Quin & Poëta monet vt ſpargamus ipſis, *trita meliſphylla & cerintha ignobile gramen. Ignobile* verò vocat, vt ait Seruius, *quòd vbique naſcatur.* Sunt verò qui putent hoc in loco Philoſophum non herbam intelligere, ſed quiddam, quod ſit inter mel & ceram: præſtantius quidem cera ad edendum, melle verò inferius. Quod improbare non poſſumus. Nam etiam id gerere cruribus, quemadmodum & ceram ait Philoſophus: quamuis ceram gerere ex olea infrà dicet. Atque Plinius in Vndecimi Cap. ſextodecimo ait, relinqui, cùm mella caſtrantur, debere mellis duas partes apibus, & eas fauorum quæ habeant erithacem. At erithacem vt diximus, eandem eſſe putat cum ſandaraca & cerintho.

CCCXIV. ARISTOTELES.

Ἔστι δὲ περὶ τὴν ἐργασίαν αὐτῶν καὶ τὸν βίον πολλὴ ποικιλία. ἐπειδὰν γὰρ παραδοθῇ αὐταῖς καθαρὸν τὸ σμῆνος, οἰκοδομοῦσι τὰ κηρία, φέρουσαι τῶν τ' ἄλλων ἀνθέων, καὶ ἀπὸ τῶν δένδρων τὰ δάκρυα,

MAgna earum varietas in opere, & viuendi ratione. Si purum aluearium ipſis exhibeatur, quibus fauos ædificent, afferunt lacrymas, tum ab alijs floribus, tum ab arboribus,

ἰτέας καὶ πτελέας, καὶ ἄλλων τῶν κολλωδεστάτων. τούτῳ δὲ καὶ τὸ ἔδαφος διαχρίουσι, τῶν ἄλλων θηρίων ἕνεκεν. καλοῦσι δ' οἱ μελιττουργοὶ τοῦτο κόνισιν. καὶ τὰς εἰσόδους δὲ παροικοδομοῦσιν, ἐὰν εὐρεῖαι ὦσι.

ſalice atque vlmo, cæteriſque glutinoſis. Hoc etiam ſolũ obliniunt aliarum gratia beſtiolarum. Hoc vocant apiarij κόνυσιν. Oſtijs quoque acceſsionem materiæ adiungunt ſi latiora ſunt.

CAESAR.

POST cibum narrat varietatem operis: ac primam architecturam.

Κἂν περιεφθῇ, quoniam ipſæ ſibi alioqui compararent alueum, nactæ arbores vitioſas.

Καὶ τὸν βίον: non victum hîc, intelligit, ſed viuendi rationem. Nam ζωὴ eſt αὐτὸ τὸ ὂν τοῦ ζῶντος. βίος autem τὰ περὶ τὴν ζωὴν, vt officia & functiones.

Ποικιλία. Non varietas inter eas: hoc enim infrà dicet. Sed operis varietas: parietes, ſolum, aditus, faui.

Καθαρὸν, id eſt, cùm primum datur eis aluearium nouum. Si enim non eſt purum, egerunt ipſæ ſordes.

Τῶν δ' ἄλλων ἀνθέων καὶ ἀπὸ τῶν δένδρων. Poſtpoſuit præpoſitionem: & dixit ἄλλων ἀνθέων. Cùm tamen lachrymas flores non habeant. Non debuit dicere ἄλλων, ſed à floribus κηρία, ab arboribus δάκρυα εἰς τὴν κόνυσιν.

Τῶν κολλωδεστάτων: vt à populo: nam ſalix minùs glutinoſa, quàm populus, etſi lentior eſt.

Ἄλλων θηρίων: quia etiam ipſæ θηρία ſunt, καὶ ἀμίλλει δηκτικά. Theodorus neglexit, & addidit *nocua*.

Παροικοδομοῦσι: oras adituum ſtipant, atque anguſtant, addita materia.

Κολλωδεστάτων. Theodorus *quæ glutinum pariunt*: omiſit, ſuperlatiuum. Neque verum quod ait. Nam ſalix glutinum nullum parit: quamuis & id Plinius dicat: ſed ipſa glutinoſa eſt. Itaque legunt florem humoris. Plinius quoque in Vndecimo, ceram ex floribus, melliginem è lachrymis arborum quæ glutinum pariunt, facere ait.

CCCXV. ARISTOTELES.

Πλάττουσι δὲ κηρία πρῶτον ἐν οἷς αὐταὶ γίνονται· εἶτ' ἐν οἷς οἱ καλούμενοι βασιλεῖς, καὶ τὰ κηφήνια.

FIngunt autem fauos primùm in quibus ipſæ oriri conſueuere. Deinde in quibus ij qui vocantur reges, & fucarios.

CAESAR.

ORDINEM ſuprà, nunc ordinis partes. Primùm igitur fauos, & tectorium. In fauis autem primùm ſuos: deinde regum: tum fucorum. Attende igitur, fuci, vt ſuprà dicebamus, duo genera. Alterum σμικρώδης: alterum ἐπήλυδα ſi pro ipſis ædificant κηφήνια: quod eſt denominatiuum παρὰ τὸ κηφῆνα.

Αὐταὶ γίνονται: non ipſæ quæ eos fauos faciunt. Sed αὐταὶ hîc ſpeciem ſignificant. Itaque per verbum, *conſueuere*, expreſſimus. Theodorus *gignantur*: meliùs *gignuntur*. Nam pars reſpicit ſpeciem, conſuetudinem ſcilicet naturalem. Hoc autem ſolis auribus acrioribus.

CCCXVI. ARISTOTELES.

Τὰ μὲν οὖν αὐτοῖς, ἀεὶ πλάττουσι· τὰ δὲ τῶν βασιλέων, ὅταν ᾖ πολυγονία· τὰ δὲ κηφήνια, ἐὰν μέλιτος ἀφθονίαν ἐπισημαίνῃ.

AC ſuos quidem ſemper ædificant. Regios autem cùm largior fœtura futura eſt. Fucarios verò cùm mellis abundantiam ſignificant.

CAESAR.

NVnc diſponit quæ dixit per tempora. Suos igitur ſemper: quia ipſæ pro alijs laborant. Regios autem, quoniam inter multas apes, multi reges. Igitur frequentiam plebis indicant.

Fucarios, quia in mellis copia non inuident fucis. Mirum autem ipſas præſagire. Nam fauos præfigunt, tum mel operantur. Ergo cùm mel à lachrymis arborum & floribus legunt, quid ſciunt flores ne illi aliquid intereà paſſuri ſunt?

Πολυγονία. Theodorus *fœtus largior*: nos, *fœtura*. Virgil. *ſi fœtura gregem ſuppleuerit.*

Nota ἤ. Cùm fœtus iam frequentior eſt. Sed nondum eſt. Priùs enim fingunt aulam: deinde liberos pariunt.

CCCXVII ARISTOTELES.

Πλάττουσι δὲ τὰ μὲν τῶν βασιλέων, πρὸς τοῖς αὐτῶν.) μικρὰ δ' ἐστὶ ταῦτα) τὰ δὲ κηφήνια, πρὸς αὐτά· ἐλάττω δ' ἐστὶ ταῦτα [τῷ μεγέθει] τῶν μελιττίων.

Fingunt regales cellulas iuxta ſuas: illas ſanè paruas. Prope regias, fucarias adiungunt, minores quàm ſint apiaria.

CAESAR.

NVNC loca, & ſeriem, & magnitudinem. Minores ſunt regijs fucariæ, minores regiæ apiarijs. Quoniam non mellificant ipſi, ſed συναπολαύουσι.

Dixit μελίττια, ſicut κηφήνια, τὰ κηρία. Potuit igitur dicere etiam βασίλεια.

CCCXVIII. ARISTOTELES.

Ἄρχονται δὲ τῶν ἱστῶν ὑφαίνειν ἀπὸ τῆς ὀροφῆς τοῦ σμήνους, καὶ κάτω συνυφεῖς ποιοῦσιν ἕως τοῦ ἐδάφους ἱστοὺς πολλούς.

Ordiuntur ab alvei tecto telas ſuas, quas ad ima vſque contexunt: quas pauimento tenus multas deducunt.

CAESAR.

POST ædes extructas, apparatum intus narrat & appellat telas, quia textura videntur faui. Incipiunt enim à parte ſuperiori, vt & pectere, & Architecti opus tectorium. Duabus de cauſſis. Primùm ne caſu micarum, ſi quid infrà ſtructum eſſet, ei officeretur, atque opus diſturbaretur. Deinde quod liquefit ac deſcendit, explet aliquid operis futuri.

Ἕως ἐδάφους: declarat τὸ κάτω συνυφεῖς. Theodorus neſcio quod, *ſtabilimentum*, de ſuo appoſuit.

CCCXIX. ARISTOTELES

Αἱ δὲ θυρίδες καὶ αἱ τοῦ μέλιτος καὶ [αἱ] τῶν χαδόνων, ἀμφίστομοι (περὶ μίαν γὰρ βάσιν δύο θυρίδες εἰσίν, ὥσπερ ἡ τῶν ἀμφικυπέλλων) ἡ μὲν, ἐντός, ἡ δὲ, ἐκτός.

Cellulæ tam mellis quàm fœtuum gemino conſtant oſtio. Vnam enim ſemitam vtrinque circunſtant ſingulæ: ſicut in geminis calicibus, altera intus, altera foris.

CÆSAR.

OSTENDIT partium diſpoſitionem à cauſſa finali. Nam vacuam faciunt, vt melle impleant: & vacuam, vt locus ſoboli ſit. Sed à cubiculo ſobolis ad mellis penum cùm volunt ſe conferre, non exeunt vt tranſiliant. Sed per oſtiolum commune vtrique cameræ tranſeunt.

Θυρίδα appellat tranſitum: quia eſt oſtium mellariæ cellæ & apiariæ. Itaque ſunt ἀμφίστομοι: quoniam in apertum poſſunt ex ipſis exire, tam à dextris quàm à ſiniſtris. Itaque βάσιν etiam appellant ipſum θυρίδα. Nam eſt βάσις vt vadunt: eſt θυρίς vt exeunt, aut intrant.

Ὥσπερ ἀμφικυπέλλων. Eſt genus calicis lignei, etiam nunc in vſu ijs qui atramentum vendunt in Italia. Is duas cuppas habet fundo mutuo hærentes, id eſt, ἀμφικύπελλον: tantùm inter ea ſpatiũ eſt, quantum manus capit. Tale eſt inſtrumentum etiam quo Itali orbiculos ex panificio planos ſecant. Inque ijs indita pulmenta duplicant & ſigillant. A ſtatura, *Rhaphiolos* vocant. Id inſtrumentũ vocatur à Thuſcis, *Napus*, ſicut & ἀμφικύπελλα. His comparauit cellas Philoſophus. Sed in ἀμφικυπέλλοις, non eſt tranſitus à cuppa, ad cuppam.

CCCXX.

CCCXX. ARISTOTELES.

Αἱ δὲ περὶ τὰς ἀρχὰς τῶν κηρίων πρὸς τὸ σμῆνος συνυφαί, ὅσον ἐπὶ δύο ἢ τρεῖς στίχους κύκλῳ, βραχεῖαι καὶ κεναὶ μέλιτος· πληρέστερα δὲ τῶν κηρίων, τὰ μάλιστα τῷ κηρῷ καταπεπλασμένα.

Faui quæ per exordia contexuntur in aluearijs eorum, ordines duo aut tres in orbem breues ſunt, & melle vacui. Cellæ ea ſunt pleniores, quæ plurima cera constructa ſunt.

CAESAR.

Περὶ τὰς ἀρχάς : ad tectum ſcilicet. Theodorus, neglexit hoc. Sed ambagibus ſic vſus eſt, *compages, quæ parietibus adhærent faui.*

Κύκλῳ. Ne putares vna tantùm ex parte ita eſſe. Sed dixit æquè in orbem. Theodorus quoque negligenter hæc omiſit.

Βραχεῖαι : quoniam capacitas datur ad continendum mel. Ergo vacuæ futuræ, etiam arctæ ſunt : item alia cauſſa. Arctiores enim erunt frequentiores. Ergo fortiores ad ſuſtinendum onus ſi imæ ſunt, aut concameratiores ſi ſummæ. Itaque neque ſolidas faciunt, quia nimium materiæ abſumerent, nimium operæ ponerent, nimium eſſet pondus in ſuperioribus.

Κεναὶ μέλιτος, ne onerent.

Πληρέστερα : ratio eſt. Vt robuſtiſſima tigna horreis ſupponuntur. Ita multa cera qua ſtructæ ſunt cellæ. Iccirco tales ſint : quia multum mellis capiant & ſuſtineant. Non reſpondent partes. Nam aut dixiſſet : πληρέστατα, aut μᾶλλον, non μάλιστα. Theodorus, *plus cera obducitur* : malè. Nam rei perfectæ aliquid præterea obducitur. At cera fauorum materia eſt. Ita tota illa, cera conſtant: non autem eis obducitur. Non enim intellexit verbi vim.

CCCXXI. ARISTOTELES.

Περὶ δὲ τὸ στόμα τοῦ σμήνους, τὸ μὲν πρῶτον εἰσδύσεως, περιαλήλιπται μίτυϊ τοῦτο δ' ἐστὶ μέλαν ἱκανῶς, ὥσπερ ἀποκάθαρμα αὐταῖς τοῦ κηροῦ, καὶ τὴν ὀσμὴν δριμύ. φάρμακον δ' ἐστὶ τυμμάτων καὶ τῶν τοιούτων ἐμπυημάτων.

Aluearij oſtium ad primum aditum oblinitur mity. Id nigrum eſt quaſi repurgamentum ceræ: odore acri. Remedio adhibetur percuſſionibus, & eiuſmodi ſuppurationibus.

CAESAR.

Alia materia. Nam eſt mel, cera, & quod è lachryma allatum adhibent, πρὸς τὴν κόνιν : & hoc mity, quod dicit eſſe repurgamentum ceræ. Videtur πρόπολις, huius mitys eſſe cognomen tranſlatiuum : neque alibi vt puto reperias.

Theodorus, *comoſin* vertit. Plinius verò in Vndecimo *comoſin*, prima fundamenta & primam cruſtam ſaporis amari vocat. At *propolim*, inter coria, & ceras eſſe ait magni ad medicamina vſus. Quare aliud mity puto, & aliud comoſin.

Ἀποκάθαρμα αὐταῖς. τὸ, αὐταῖς, ſignificat opus ipſarum eſſe extractum à cera δριμύ, quod eſt proprium guſtus : etiam naribus communicatur.

Ἐμπυημάτων, *ſuppuratio* : τὸ ἐν, hîc eſt ὑπό : ſi intus eſt, ſubeſt cuti. Sic aqua intercus ὑπόσαρκα.

Τοιούτων : quia alia ſunt ἐμπυήματα, pectoris & pulmonis, praua phthiſeos.

CCCXXII. ARISTOTELES.

Ἡ δὲ συνεχὴς ἀλοιφὴ τούτῳ, πισσόκηρος, ἀμβλύτερον καὶ ἧττον φαρμακῶδες τῆς μίτυος.

Continuatum huic linimentum ceropiceum eſt: minus odoratum, minúſque efficax medicamentum quàm mity.

CAESAR.

Simul aliam materiam dicit, ſimul naturam comparat cum mity.

Πισσόκηρος. Nomen eſt indicans ſubſtantiam : non autem adiectiuum, vt vertit Theodorus,

picatus cereus: non enim peiùs potuit vertere. Nos *ceropiceum*, aut *picocereum*, ſi mauis.

Ἀμβλύτερον. Quoniam ſuprà dixerat ἧττον δριμύ. Sanè Theodorus etiam hoc malè. *Leuius*, inquit, *medicamentum*. At duo dicit Philoſophus: & odore, & viribus inferius.

CCCXXIII. ARISTOTELES.

Λέγουσι δέ τινες, τοὺς κηφῆνας κηρία μὲν πλάττειν καθ' αὑτοὺς, καὶ ἐν τῷ αὐτῷ σμήνει, καὶ ἐν τῷ αὐτῷ κηρίῳ μεριζομένους πρὸς τὰς μελίττας· μελιτουργεῖν μέντοι οὐθὲν, ἀλλὰ τρέφεσθαι τῷ τῶν μελιττῶν, καὶ αὐτοὺς καὶ τοὺς νεοττούς.

AIunt quidam fucos per ſeipſos cellas condere eodem tum alueo, tum partito ad id cum apibus munere. Verùm non mellificare. Sed apum opere ali, tum ipſos, tum eorum ſobolem.

CAESAR.

NVnc alterius generis opus narrat. Dicit fucos ex quorundam opinione ſibi cellas parare: καθ' αὑτοὺς, non vti factis apum opera: quia ſuprà dixerat, apes id agere.

Ἐν τῷ αὐτῷ σμήνει. Sanè, non ἐν τῷ αὐτῷ κηρίῳ. At hoc quî poteſt: vt κηρία ſibi propria faciant, ἐν κηρίῳ, cum apibus. Intellige autem, τὰ κηρία, cellas: τῷ κηρίῳ, fauum totum.

Μεριζόμενοι, vt illæ ſuos, hi ſuos ſtruant.

Τρέφεσθαι τό: aut eſt νέμεσθαι, aut ſcribendum eſt τῷ.

Τοὺς νεοττούς: vt intelligas ipſos quoque procreare. Sed de his infrà.

CCCXXIV. ARISTOTELES.

Διατρίβουσι δ' οἱ κηφῆνες τὰ μὲν πολλὰ, ἔνδον· ἐὰν δ' ἐκπετασθῶσι, φέρονται ῥύβδην ἄνω πρὸς τὸν οὐρανὸν, ἐπιδινοῦντες αὑτοὺς, καὶ ὥσπερ ἀπογυμνάζοντες. ὅταν δὲ τοῦτο δράσωσι, πάλιν εἰσελθόντες εὐωχοῦνται.

MAnent magna temporis parte intus fuci. Vbi verò euolârint, efferuntur ſeſe fuſim cælum verſus: verſantur ſeſe in orbem, ac quaſi exercitantes. Cùm id fecerint rurſus ingredientes epulantur.

CÆSAR.

NObiles puto ego fucos eſſe, regum ſectatores, ſed iuſti, & iuſtos: telis enim carent. Itaque vt nihil noceat, volunt accipere beneficium. Tales ſunt Monotæ noſtri: qui etiam εὐωχοῦνται, quemadmodum fuci.

CCCXXV. ARISTOTELES.

Οἱ δὲ βασιλεῖς οὐ πέτονται ἔξω, ἐὰν μὴ μετ' ὅλου τοῦ ἑσμοῦ, οὔτ' ἐπὶ βοσκὴν οὔτ' ἄλλως. φασὶ δὲ καὶ ἐὰν ἀποπλανηθῇ ὁ ἀφεσμὸς, ἀνιχνεύσας μεταθεῖν, ἕως ἂν εὕρωσι τὸν ἡγεμόνα τῇ ὀσμῇ. λέγεται δὲ καὶ φέρεσθαι αὐτὸν ὑπὸ τοῦ ἑσμοῦ, ὅταν πέτεσθαι μὴ δύνηται· καὶ ἐὰν ἀπόληται, ἀπόλλυσθαι τὸν ἀφεσμόν. ἐὰν δ' ἄρα χρόνον τινὰ διαμείνωσι, καὶ κηρία οὐ ποιήσωσι, μέλι οὐκ ἐγγίνεσθαι, καὶ αὐτὰς ταχὺ ἀπόλλυσθαι.

REges non exeunt niſi toto cum populo: neque in paſtum, neque alia de cauſſa. Ferunt etiam ſi ab rege aberrauerint veſtigantes recurrere vſque dum odoratu differentiã inuenerint. Dicitur etiam geſtari ab agmine cùm volare nequeat. Eo mortuo abire agmen: aut ſi aliquantiſper manſerit, & fauos fecerint, in ipſis mel non facere, eáſque breui diſperdi.

CÆSAR.

ICcirco rex quia ducit, vnde nomen ἡγεμών. Et præſidet, iccirco non exit. Et aliorum laboribus viuit.

Ἑσμοῦ. Non eſt examen, quia examen propriè eſt cùm pendent apes. Et non dixit *plebem*, quia fuci nobiles ſunt, ſed *populum*.

Οὐτ' ἄλλως, id eſt ad opus, aut pugnam.

Α'ποπλανηθῇ ὁ ἀφεσμὸς, *ſi aberrârit agmen ab rege*. Theodorus maluit *regem aberrare*: aptiùs tamen *rex aberret*, quia illæ ὁσμῇ, ſequuntur. ἀφεσμὸς, cùm abeunt. τὸ ἀπὸ, ſignificat motum.

Α'ιχνεύουσι, ad verbum, *veſtigantes*, per eadem veſtigia reuertendo. Theodorus, *inquirere*, minùs efficaciter.

Μέτεισιν. Theodorus, *perſequi*: ſanè ἄκυρον eſt: volant enim, non currunt.

Τὸν ἡγεμόνα: quia βασιλεὺς eſt nomen ordinis & poteſtatis: ἡγεμὼν eſt nomen officij cùm in itinere ſunt.

Καὶ ἐὰν ἀπόλλυται: hîc mortem ſignificat: ἀπόλλυσθαι τὸ ἑσμὸν, non ſtatim mortem, ſed etiam abitionem hîc. At tertio loco ταχὺ ἀπόλλυσθαι, tum abitionem, tum obitum. Nos communi verbo *diſperdi*.

Καὶ κηρία οὐ ποιοῦσι: dele negationem. Etiam ſi fauos fecerint, mel in eis non conficere. Ita ἐγγίνεσθαι, non ſolùm ἐνεῖναι, ſed etiam fieri ab ipſis: quia ſuprà in comparatione inſectorum dixit, μελιττουργεῖν.

CCCXXVI. ARISTOTELES.

Τὸν δὲ κηρὸν ἀναλαμβάνουσιν αἱ μέλιτται, ἀναρριχώμεναι πρὸς τὰ βρύα ὀξέως, πρὸς τοῖς ἐμπροσθίοις ποσί. τούτους δ' ἐκμάττουσιν εἰς τοὺς μέσους, τοὺς δὲ μέσους εἰς τὰ βλαίσια τῶν ὀπισθίων· καὶ οὕτω βιασθεῖσαι ἀποπέτονται· καὶ δῆλαι δή εἰσι βαρυνόμεναι.

CEram excipiunt apes prioribus pedibus, germina, ſcabendo, perreptandóque eos mediis abſtergunt, à quibus excutiunt in curuaturas poſtremorum. Atque ad hanc modum oppreſſa auolant: quo etiam manifeſtò grauari videntur.

CÆSAR.

REnit ad opus. Suprà docuerat materiam. Nunc modum efficiendi. Simul tangit materiam cùm dicit βρύα.

Βρύα. Theodorus, *flores*: malè. Sed *quæcunque germina*.

Ο'ξέως. Theodorus attribuit parti pedum, quaſi aſperiora pedum intelligat, non malè: ſi aduerbium eſt, ſignificat, *ſcalptim* hoc loco.

Ε'κμάττουσι *ſtringunt, excutiunt*. Tranſlatio ſumpta à panificijs cùm farinam excutiunt.

Βλαίσια. Theodorus tot nominum effictor maluit Græco vti: cùm tamen *valgium* Latinum haberet.

Βιασθεῖσαι. πιεζόμεναι, *oppreſſa*. Itaque declarauit δῆλαι βαρυνόμεναι: tardiùs enim volant.

CCCXXVII. ARISTOTELES.

ΚΑθ' ἑκάστην δὲ πτῆσιν, οὐ βαδίζει ἡ μέλιττα ἐφ' ἕτερα τῷ εἴδει ἄνθη, οἷον ἀπὸ ἴου ἐπὶ ἴον· καὶ οὐ θιγγάνει ἄλλου γε, ἕως ἂν εἰς τὸ σμῆνος εἰσπετασθῇ. ὅταν δὲ εἰς τὸ σμῆνος ἀφίκωνται, ἀποσείονται, καὶ ἀκολουθοῦσιν ἑκάστῃ τρεῖς ἢ τέτταρες.

EOdem volatu non petit apis diuerſas florum ſpecies. Sed verbi gratia, à viola ad violam. Neque ſanè attingit aliud, donec in alueum reuertatur. Eò cùm ſunt ingreſſa, excutiunt ſeſe. Semper etiam ſingulas terna quaternaue comitantur.

CAESAR.

ETiam conſilium in opere explicat: ne mellis ſapor confundatur. Non mutare ſpeciem quam ſemel aggreſſa ſit.

Βαδίζει, quoniam pedibus colligit.

Οἷον ἀπὸ ἴου ἐπὶ ἴον. Hic τὸ οἷον, non refert τὸ, ἕτερα. Sed tantùm οὐ βαδίζει.

Theodorus addidit *ſed ſingulis ſingula*: quia oratio defecta videtur.

CCCXXVIII. ARISTOTELES.

Τὸ δὲ λαμβανόμενον οὐ ῥᾴδιόν ἐστιν ἰδεῖν· οὐδὲ τὴν ἐργασίαν ὅντινα τρόπον ποιοῦνται, οὐκ ὦπται.

QVid accipiant non facilè videre eſt. Neque viſum quo operentur modo.

CAESAR.

C Æ S A R.

NOn eſt manifeſtum quid ſit quod capiant. Sed rorem putant. Ne intelligas dubitari de rore: ſed quid, à quoque. Nam mox ceram ex oleis. Operandi autem modus deprehenſus poſteà, factis ex cornu alueis.

Potuit diuerſos verborum modos ὐ ῥᾳδίον ἰδεῖν. Et ἐκ ἄπλαι.

CCCXXIX. ARISTOTELES.

Τῦ δὲ κηρῦ ἡ ἀνάληψις, τεθεώρηται ἐπὶ τῶν ἐλαιῶν, διὰ πυκνότητα τῶν φύλλων, ἐν ταὐτῷ διαμένουσαι πλείω χρόνον.

CEram tamen ſumere obſeruatum eſt ab oliuis ob frondium denſitatem, eodem in loco diu immorantibus.

C AE S A R.

QVia dixit τὸ λαμβανόμενον: nunc dicit ἀνάληψις. Theodorus *congeſtio*, malè. Nam congeſtionem vndecunque veniant, deprehendimus: oneratas enim habent poſteriorum crurum barbulas. At collectionem non poſſumus niſi vbi diu maneant. Vbi enim celeriter abeunt, neſcias quid auferant à quoque. Sed ab olea certum eſt: quia oculum celeri habitu fallere non poſſunt.

Διὰ πυκνότητα, vt florum partes ſunt tenuiores, frondium craſſiores, & craſſiorum frondium craſſiores. Itaque diutiùs manent. Reſpondet etiam ſubſtantiæ ceræ quæ craſſior quàm mel ſit. Et refutat ſuperiorem lectionem Theodori, qui κολλωδέςατα dixit, *quæ gummi ferunt*. Nam lacrymam colligunt è frondibus vnde ceram faciant. In omni enim parte arboris lacryma eſt, quam exigunt abrupto cortice cumulatam.

Φύλλων. Ergo ſuprà τὰ βρύα non *flores*, vt putauit Theodorus.

CCCXXX. ARISTOTELES.

Μετὰ δὲ τῦτο νεοττεύυσιν.

POſt hæc fœtus edunt.

C AE S A R.

ALibi νεοττεύειν eſt *nidum facere*: hic autem *fœtum edere*. Igitur ædibus conſtructis & inſtrumento atque penu apparato, ſtudent ciuium frequentiæ quibus opes impertiant.

CCCXXXI. ARISTOTELES.

Οὐδὲν δὲ κωλύει ἐν τῷ κηρῷ εἶναι νεοττὰς, καὶ μέλι, καὶ κηφῆνας.

NEc quicquam impedimento eſt quin eadem in cella, & apicula, & mel, & fucus ſit.

C AE S A R.

EXplicat modum τῦ νεοττεύειν.

Οὐδὲν κωλύει id eſt, *ſolent quoque*.

CCCXXXII. ARISTOTELES.

Ἐὰν μὲν ἦν ὁ ἡγεμὼν ζῇ, χωρίς φασι τὰς κηφῆνας γίγνεσθαι· εἰ δὲ μὴ, ἐν τοῖς τῶν μελιττῶν κυττάροις γεννᾶσθαι ὑπὸ τῶν μελιττῶν, καὶ γίγνεσθαι τούτους θυμικωτέρους· διὸ καὶ καλεῖσθαι κεντρωτὰς, οὐκ ἔχοντας κέντρον, ἀλλ' ὅτι βούλονται μὲν, οὐ δύνανται δὲ βάλλειν.

VIuente igitur rege, ſeorſum aiunt fucos naſci. Eo mortuo in apum cellis, ab illis generari, eſſéque his iracundiores. Iccircò vocari aculearios. *Non quòd habeant, ſed quòd velint, licet nequeant.*

C AE S A R.

ΘΥμικωτέρους Theodorus *animoſiores*: meliùs *iracundiores*. Θυμικός. Θυμώδεις. Κεντρωτὰς *aculeatos*, Theodorus ad verbum. Sed nos qui ab impetu, non à telo dictos animaduertebamus, *aculearios* maluimus. Rectiùs quoque Græci κεντρίας dixiſſent.

CCCXXXIII. ARISTOTELES.

Εἰσὶ δὲ μείζους οἱ τῶν κηφήνων κύτταροι.

Sunt autem cellæ fucorum capaciores.

CAESAR.

At ſuprà τὰ κηρία τῶν κηφήνων ab apibus fieri minores ſuis dixerat. Si hoc verum eſt, oportet κύτταρον aliud eſſe à κηρίῳ: & tamen non videtur. Nam in fauis cellulæ ſunt, in quibus & apes, & reges, & fuci manent. Suprà in Quinto, ἐξέρχονται διαῤῥήξασαι, ᾧ καταλείπεται ὁ κύτταρος: loquens de apibus veſpis & crabronibus: quas ait exire rupto quo continebantur κυττάρῳ. Theodorus *loculamentum*, vertit. Quoquò te vertas tamen cellulam eſſe conſtat. Κυττάρου τοῦ πιτυΐνου meminit Theophraſtus lib. tertio *Hiſtoriarum de Plantis*. Vbi quædam à nobis annotata ſunt.

CCCXXXIV. ARISTOTELES.

Ἀναπλάττουσι δὲ ὁτὲ μὲν, καὶ αὐτὰ καθ' αὐτὰ τὰ κηρία τὰ τῶν κηφήνων ὡς ἐπιτοπολὺ δ' ἐν τοῖς τῶν μελιττῶν διὸ καὶ ἀποτέμνουσι.

Fingunt tamen interdum ſuas ſibi cellas fucis. Sed frequentiùs in cellis apum. Quapropter abſcindunt.

CAESAR.

Quia ſuprà & apiculam, & mel, & fucum in eodem fauo dixit. Item ab apibus fucos gigni in proprijs cellis. Iccircò aliquando etiam ſeorſum, & fucos, & cellas eorum narrat. Sic ſuprà ab apibus exædificari fucorum cellas. Sic etiam hîc: ἀναπλάττουσι, ſcilicet αἱ μέλιτται.

Καθ' αὐτὰ *ſeorſum à ſuis*: quia etiam cùm in ſuis gignunt fucos, ſuas cellas fucis finxere. Itaque etiam tunc αὐτὰ, ſed non καθ' αὐτά.

Ἀναπλάττουσι. Theodorus paſſiuè, *finguntur ſeorſum quoque per ſe faui fucorum*. Quam orationem ſi perpendas, inuenias ridiculam. Quorſum naſcantur αὐτόματα? Nam quis aliter intelligat? *Finguntur per ſe*: niſi nullo alio autore? Sed eſt ſicut ſuprà. Apes, inquit, ſua κηρία primùm πλάττουσι. Εἶτ' ἐν οἷς οἱ βασιλεῖς καὶ τὰ κηφήνια.

Ὡς δ' ἐπιτοπολὺ δ' ἐν τοῖς μελιττῶν: deeſt verbum.

Διὸ καὶ ἀποτέμνουσι cùm caſtrant, ne mel populentur.

CCCXXXV. ARISTOTELES.

Εἰσὶ δὲ γένη τῶν μελιττῶν πλείω, καθάπερ εἴρηται πρότερον δύο μὲν, ἡγεμόνων· ὁ μὲν βελτίων, πυῤῥός· ὁ δ' ἕτερος, μέλας καὶ ποικιλώτερος, τὸ δὲ μέγεθος διπλάσιος τῆς χρηστῆς μελίττης.

Sunt apum genera plura, ſicut dictum eſt. Ac duo quidem regum. Alter ruffus, qui præſtantior. Alter niger, ac varius magis, maior altero tanto ape frugi.

CÆSAR.

Redit ad genera, & diuidit in ſpecies: ſimul innuit aliud genus apum, quod vocat χρηστήν. Intellige generoſam, γενναίαν: etiam *nobilem*, vertiſſemus. Sed quia animal operarium eſt, vſum potiùs exprimendum putauimus. Et diximus *frugi*. Theodorus, *bonam*, ſanè rectè. Nos etiam *operariam* dixiſſemus. Sed genus potiùs eſt ad frugi, & alias.

Ἡγεμόνων *regum, ducum, principum.*

Διπλάσιος τῆς χρηστῆς μελίττης: dupla magnitudo ad magnitudinem apis. Theodorus *duplo maior*, peſſimè. Nam denarius eſt duplus ad quinarium: quia duo quinarij in denario ſunt. At denarius non eſt duplo maior. Sed quindenarius eſt duplo maior: eſt enim denario maior. Etiam pro maiore, idem dixit *ampliorem*: malè, vt alibi docuimus. Amplum enim eſt capax.

CCCXXXVI.

CCCXXXVI. ARISTOTELES.

Ἡ δ᾽ ἀρίστη, μικρὰ, στρογγύλη, καὶ ποικίλη. ἄλλη, μακρὰ, ὁμοία τῇ ἀνθρήνῃ. ἕτερος, ὁ φὼρ καλούμενος, μέλας καὶ πλατυγάστωρ.

Eſt autẽ optima, parua, rotunda, varia. Altera longa ſimilis crabroni. Diuerſum his genus, qui fur dicitur, niger, ventre lato.

CÆSAR.

VT diuiſit regum genus in ſpecies duas. Ita apum genus in ſpecies tres. Quoniam dixerat χρηστὴ: oſtendit per notas, quænam ſit.

Ἡ δ᾽ ἀρίστη: expoſitio eſt τῆς χρηστῆς: à magnitudine, à figura, à colore.

Μακρὰ opponitur τῷ, στρογγύλη: illa compactior, hæc productior.

Dixit ἄλλη pro ἑτέρα, & ἕτερος pro ἄλλος.

Μέλας diſtinguit à ποικίλη. Πλατυγάστωρ à στρογγύλη καὶ μακρά.

Ἡ δὲ χρηστή. Theodorus *tertium genus*: malè. Nam genere diſtinguitur apis χρηστὴ à principe, genere inquam ſubalterno. Itaque alterum genus eſt hoc, quod in tria diuiditur. Nam vnum eſt regum, quod in duas ſpecies.

CCCXXXVII. ARISTOTELES.

Ἔστι δὲ ὁ κηφὴν τούτων μέγιστος πάντων, ἄκεντρος δὲ καὶ νωθής.

Eſt præterea fucus, is omnium maximus ſine aculeo, & ſegnis.

CÆSAR.

DISTINXIT genera ab apibus: quia notæ plures ſunt. Ἄκεντρος: illa κεντρωτὴ. Et νωθής: illa ἐργατική.

Ἔστι δὲ ὁ κηφὴν: deeſt καί.

CCCXXXVIII. ARISTOTELES.

Διαφέρουσι δ᾽ αἱ γινόμεναι τῶν μελιττῶν, αἵ τ᾽ ἀπὸ τῶν τὰ ἥμερα νεμομένων, καὶ ἀπὸ τῶν τὰ ὄρεινά. εἰσὶ γὰρ αἱ ἀπὸ τῶν ὑλονόμων, δασύτεραι καὶ ἐλάττους, καὶ ἐργατικώτεραι καὶ χαλεπώτεραι.

Natalibus quoque apes differunt, prout ortæ ſunt à parentibus villaticarum paſtionum, aut ab ijs quæ ſaltus colunt. Sunt enim ſoboles ſyluicolarum hirſutiores, minores, operantiores, acerbiores.

CÆSAR.

NVNC ſpecies non à forma, ſed à parentibus diſtinguit. Nam vt quæ ſyluas colunt ſunt aſperiores, quàm quæ villas: ita etiam earum ſoboles.

Ἥμερα, *villaticam* intelligo. Νεμομένων, *paſtionum*. Theodorus, *vrbanum*, nõ rectè.

Ὀρεινά, mira diſtinctio: quaſi verò in montanis non ſint ἥμερα. *Saltum* interpretati ſumus. Theodorus *ruſtico montanoq́ victu*: quaſi verò non ſint rura in ἡμέροις.

Ὑλονόμων: intelligit ſyluas magnas, non autem cæduas, aut quæ in vſum vinaliorũ ſeruantur.

CCCXXXIX. ARISTOTELES.

Αἱ μὲν οὖν χρησταὶ μέλιτται, ἐργάζονται τά τε κηρία ὁμαλὰ, καὶ τὸ ἐπιπολῆς κάλυμμα πᾶν λεῖον.

Apes frugi faciunt fauos æquales: & quod abducunt integumentum totum læue.

CÆSAR.

AB actionibus diſtinguit, vt etiam γλαφυραὶ dicere poſſint, quod de araneis faciebat. Λεῖον *læue*, Theodorus *politum*. Sed non intellexit politum eſſe tornitorum. Πολεῖν, *verſari*. Itaque etiam aſpera & rugoſa eſſe poſſunt annulis atque orbibus, & tamen non polita. Non omne politum æquale eſt.

CCCXL.

CCCXL. ARISTOTELES.

Ἔστι δ' ἓν εἶδος τοῦ κηρίου, ὅσον ἅπαν μέλι, ἢ νεοττοὺς, ἢ κηφῆνας. ἂν δὲ συμβῇ ὥστε ἐν τῷ αὐτῷ κηρίῳ ἅπαντα εἶναι ταῦτα, ἔσται ἐφεξῆς ἓν εἶδος εἰργασμένον δι' ἀντλίας.

Eſt autem vna cellæ ſpecies, vt ſit totum, aut mel, aut apicula, aut fucus. Quòd ſi contingat eadem in cella, vt omnia hæc inſint, proximo loco alia cellæ ſpecies eſt inanis.

CAESAR.

FAVORVM duo ponit genera: vnum inane, alterum occupatum. Pleni ſpecies duæ. Prior in qua vna tantùm res ſit, altera in qua plures. Prima ſpecies continet tres modos: aut mel, aut apiculam, aut fucum. Altera ſpecies continet hæc omnia, ſicut ſuprà memorauit. Quod ſi ita eueniet: prouidet apis, relicta altera cella vacua, vt occupaturo ſit ſedes.

Ἔστι δ' ἓν εἶδος. Theodorus aliter legit: ſic. *Et ad ſingulos vſus fauum ſingulatim effingit.*

CCCXLI. ARISTOTELES.

Αἱ δὲ μακραὶ, τά τε κηρία ποιοῦσιν ἀνώμαλα, καὶ τὸ κάλυμμα ἀνῳδηκὸς, ὅμοιον τῷ τῆς ἀνθρήνης· ἔτι δὲ τὸν γόνον καὶ τἄλλα οὐ τεταγμένα, ἀλλ' ὡς ἂν τύχῃ. γίνονται δὲ ἐξ αὐτῶν οἵ τε πονηροὶ ἡγεμόνες, καὶ πολλοὶ κηφῆνες, καὶ οἱ φῶρες καλούμενοι. μέλι δὲ πάνυ βραχὺ, ἢ οὐδέν.

Longæ autem fauos inæquales faciunt, & tuberoſum operimentum: quale etiam crabrones. Præterea neque ſobolem, neque alia ordine diſponunt, ſed temerè deponunt. Itaque etiam ex his oriuntur principes deteriores, & fucorum frequentia, & quos fures *diximus. Mel autē paucum, aut nullum.*

CAESAR.

VT poſuit differentiam inter ſpecies à figura, & alijs: ſic inter opera. Ergo ἀνώμαλα contrà quàm ſuperiores, & ἀνῳδηκός. At ſuprà λεῖα: & dixit πονηροὶ de principibus, quia non conſueuere ex natura ſua eſſe praui. Et dixit πολλοὶ κηφῆνες: quoniam natura ſua inutiles ſunt: & dixit καὶ οἱ φῶρες: quoniam non ſolùm ſunt inutiles, ſed etiam noxij.

Μέλι βραχύ. Ἄκυρον: liquida enim non dicuntur βραχέα. Sed reſpexit ad cauſſam finalem: quoniam reponitur mel in cibum & tempus: & ſic potuit dici βραχύ.

Ἀνῳδηκός. Theodorus *retumidum*: aſpera vox voce: *tuberoſum* potiùs.

Μακραί. Theodorus *porrectiores*, malè: porrectum ſignificat, cuius pars manet, altera protenditur.

CCCXLII. ARISTOTELES.

Ἐπικάθηνται δ' ἐπὶ τοῖς κηρίοις αἱ μέλιτται καὶ συμπέττουσιν. ἐὰν δὲ τοῦτο μὴ ποιῶσι, φθείρεσθαί φασι τὰ κηρία, καὶ ἀραχνιοῦσθαι. καὶ ἐὰν μὲν τὸ λοιπὸν δύνωνται κατέχειν ἐπικαθήμεναι, τοῦθ' ὥσπερ ἔκβρωμα γίνεται· εἰ δὲ μὴ, ἀπόλλυνται ὅλα. γίνεται δὲ σκωλήκια ἐν τοῖς φθειρομένοις, ἃ πτερούμενα ἐκπέτεται.

Inſident fauis apes & concoquunt. Id ſi non fecerint, corrumpi aiunt fauos & araneari. Quòd ſi poſteà reliquum temporis poſſint inſidendo ſeſe continere: id quaſi cibarium ſit. Sin minùs toti pereunt: tum innaſcuntur vitiatis vermiculi. Quibus agnaſcentibus alis volucres fiunt.

CAESAR.

NVNC ab operis perfectione. Ait enim depoſitos fauos affici infectione, quã appellat σῆψιν. Sic etiam ſuprà ponit morbum à cruditate ἀραχνιοῦσθαι. Præterea vermiculos innaſci qui fiunt volucres.

Συμπέττουσι: ſic ſuprà eodem verbo vſus eſt.

Φθείρεσθαι, à priore natura dimoueri, & debita fraudari.

Ἀραχνιοῦσθαι poſt corruptionem. Quia aranea ex humido corrupto generatur.

Ἐὰν τὸ λοιπὸν δύνωνται κατέχειν: breuiſſima oratio. Nam ex ijs quæ diximus, nondum reliquere concoctionem. Ergo quare dicat τὸ λοιπόν? Nam dixit, ἐὰν μὴ ποιῶσι. Intelligit incepiſſe, & non

perſeuerâſſe. Ergo ſi perſeuerant erit ἔκβρωμα, vilior cibus quàm mel: cibarium ſcilicet. Nam Theodorus legit ἔκτρωμα: quod idcirco non placet. Nam concoxêre. Si autem non concoquant inſidendo, neque perſeuerant ἀπόλλυνται. Ergo potiùs nunc ſit, ἔκτρωμα. Abortus autem apum à Plinio in vndecimo *clorus* vocatur.

Ἀραχνιοῦσθαι, *araneari*: verbo optimo, vt *viſcari*, & *gypſari*: *pedes & manus gypſatas*.

Ἐπικάθηνται Theodorus, *incubant*: rectè.

Πτερώματα ἐκπίπτοντα, imò ἐμπεφυκότα. Theodorus *pennas*: malè: neque enim pennas habent. Et dixit, *ſubnatis*: potiùs *innatis*.

CCCXLIII. ARISTOTELES.

Καὶ τὰ πίπτοντα δὲ τῶν κηρίων ὀρθοῦσιν αἱ μέλιτται, καὶ ὑφιστᾶσιν ἐρείσματα, ὅπως δύνωνται ὑπιέναι. ὅταν γὰρ μὴ ἔχωσιν ὁδὸν ᾗ προσπορεύσονται, οὐ προσκαθίζουσιν, ἀλλ' ἀραχνιοῦνται.

Collabentes etiam fauos exigunt apes: fulturáſque ſubſtituunt, vt ſubire queant. Nam ſi non extet via, qua accedant, non aßident, atque illi araneantur.

CAESAR.

ALIA œconomia. Neque enim ſatis eſt ædificare, ſed oportet etiam ſarta tecta habere.

Πίπτοντα: *nutantia*, potiùs quàm, *cadentia*. Sed cadere tamen ſignificat interuallum illud inter rei grauis debilitatæ pondus & veram ruinam. Theodorus quoque hanc partem malè interpretatus eſt. *Curant*, inquit, *vt faui erecti ſtent*. Sanè etiam cùm ab initio ſtruant, id curant. Sed aliud eſt, hoc opus ſarcire & fulcire. Et addidit *corruerint*, in præterito. Sed puto non tollere. Nam quonam modo tollant maſſam integram? Quod ſi carptim reponunt non habent opus fulturis.

Ἐρείσματα: *pilas* ſignificat: *ſcarpas* vocant vulgò, additamenta ad pedes murorum.

Theodorus addidit, *fornicatis*, ex Plinio: quia ſubdit, *vt ſubire poßint*. Sed pilæ etiam erectæ eſſe poſſunt & interuallum relinqui. Dicit, ratione interualli, *vt ſubire poßint*. Nunc ſi non poſſunt, ne inſidere quidem poſſunt. Ergo araneantur. Itaque ne araneentur, & erigunt, & fulciunt. Nam in ruinis non inſidebunt.

CCCXLIV. ARISTOTELES.

Τῶν δὲ φωρῶν καὶ τοῦ κηφῆνος γινομένων, οὐδέν ἐστιν ἔργον· τὰ δὲ τῶν ἄλλων βλάπτουσιν. ἁλισκόμενοι δὲ, θνήσκουσιν ὑπὸ τῶν χρηστῶν μελιττῶν.

Furis & fuci nati nullum opus eſt, ſed alienis nocumentum afferunt. Itaque capti occiduntur ab apibus frugi.

CÆSAR.

HORVM quoque officium narrat: ſcilicet non officium. Declarat quare eis hoſtis ſit apis: quia inertes ſunt. Non malè ſic dices. *Fures & fuci ab opere otioſi ſunt.*

Βλάπτουσι. Theodorus *iniuriam faciunt*: plus eſt *nocere*, quàm *iniuriam facere*. Nocere enim eſt verbum validum, νικεῖν. At verò qui ſolo verbo maledicit, iniuriam facit. Neque enim iure facit. Et addidit idem, *non tamen impunè*.

CCCXLV. ARISTOTELES.

Κτείνουσι δ' αὗται σφόδρα καὶ τῶν ἡγεμόνων τοὺς πολλούς, καὶ μᾶλλον τοὺς πονηρούς, ἵνα μὴ πολλοὶ ὄντες, διασπῶσι τὸ ἑσμόν. κτείνουσι δὲ μάλιστα, ὅταν μὴ πολύγονον ᾖ τὸ σμῆνος, μηδὲ ἀφέσεις μέλλωσι γίγνεσθαι· ἐν γὰρ τούτοις τοῖς καιροῖς, καὶ τὰ κηρία διαφθείρουσι τὰ τῶν βασιλέων, ἐὰν ᾖ παρεσκευασμένα, ὡς ἐξαγωγέων ὄντων.

Genus hoc frequenter interficit duces, cùm ſunt multi: potiùs etiam malos: ne eorum multitudine diſtrahatur gens. Potißimùm verò cùm ſobolis infrequentia eſt: neque coloniæ mittendæ ſint. Per ea enim tempora demoliuntur ſedes quoque regias, ſi ſint apparata. Quorum ſanè ductu iuuentus educi poßit.

CAESAR.

C AE S A R.

SEDITIONES narrat inteſtinas vſque ad regum interitum. Adducit cauſas œconomicas, & bellicas ſimul. Nam ne fiant ſeditiones in exercitu ſtudijs partium diuerſarum, deſciſcunt à regibus, tollúntque de medio aliquot. Eligunt quos ſeruent ſibi. Hoc præterea ad diſciplinam militum: illud autem ad œconomiam, cùm ſobolis frequentia gaudent. Atque ea de cauſſa regum patiuntur multitudinem.

Αὗται: hoc genus ſcilicet τῶν χρηστῶν, quæ rem & publicam, & familiarem curant. Theodorus vertit, *ipſæ*, neglecta, ἀμφασίᾳ, & ἀποδείξει.

Κτείνουσι σφόδρα: locutio prægnans: interficere enim non ſuſcipit τὸ μᾶλλον & τὸ ἧττον. Ac ſimile eſt Romanæ conſuetudini: cùm iurando ſalutabant. *Salue acaſtor.* Sed ita intelligamus: infeſtas regibus vehementer vſque ad eorum interitũ. Et ponit tres gradus. Σφόδρα, μᾶλλον, μάλιστα.

Τὸν ἑσμὸν: aliquando *plebem*, aliquando *populum*, aliquando *gentem* interpretamur, ex Virgilio. Auicenna non peſſimè, *exercitum*.

Ὅταν μὴ πολύγονον. Nam ſi infrequens eſt populus, non exeunt. Igitur non multis egent regibus ad colonias deducendas. Itaque etiam ſuprà fabricabant cellas multas regibus, ſi fœtura largior ſperabatur.

Μηδὲ ἀφέσεις μέλλωσι γίγνεσθαι: hîc eſt finis τῆς πολυγονίας. Et eſt ratio quare parcant regibus, aut non.

Ἐξαγωγέων ὄντων: propterea quòd eorum auſpicijs exeuntium diſtraheretur exercitus, atque exirent fraudato exercitu debitis ſupplementis, alióque eductis. Ἐξαγωγεύς, *eductor*. Et eſt vt in legibus Romanis. Vt non ſolùm ſupplicio afficerentur ſeditioſi. Verùm etiam eorum ædes ſolo æquarentur. Vt ſceleris ne veſtigia quidem ipſa remanerent.

Theodorus malè vertit ſic: *vtpote cùm deſint quibus mittendis ipſi duces præficiantur.* Imò ſic: *vtpote cùm ipſi autores ſint emigrandi.*

CCCXLVI. ARISTOTELES.

Διαφθείρουσι δὲ καὶ τὰ τῶν κηφήνων, ἐὰν ὑποφαίνηται ἀπορία μέλιτος, καὶ μὴ εὐμελιτῇ τὰ σμήνη.

Diripiunt etiam fucorum fauos, ſi penuria mellis futura eſt, neque mellatione vbere aluearia ſuppetant.

C AE S A R.

RESPONDET ſuperioribus multos fucos gignere, cùm multum mellis futurum ſit. Ergo fucos abigere, eorum ſtationes demoliri, vbi mellis penuriam metuant.

Καὶ μὴ εὐμελιτῇ τὰ σμήνη: vt *oliuatio*, ſic *mellatio*. Εὐμελίτησις, & verbum εὐμελιτεῖν.

CCCXLVII. ARISTOTELES.

Καὶ τοῖς ἐξαιροῦσι περὶ τοῦ μέλιτος τότε μάχονται μάλιστα.

Atque mel ſi à quopiam eximatur, pro melle tũc pugnant maximè.

C Æ S A R.

SI pro ſpe pugnant ſuperiùs, & pro metu, tantò magis pro re ipſa. Iccircò dixit μάλιστα & ἐξαιροῦσι.

Περὶ μέλιτος. Theodorus *de melle*: vt Horatius: *pugnant de lana caprina.* Terentius *de loco*: & aſſequutus eſt τὸ περί.

CCCXLVIII. ARISTOTELES.

Καὶ τοὺς ἐνυπάρχοντας τῶν κηφήνων ἐκβάλλουσι.

Et eos qui pridem inerant, fucos eijciunt.

C AE S A R.

VT non ſolùm fucorum fauos diripiant, ne ſit qui ſeſe conferat. Sed etiam ipſos eijciant.

CCCXLIX. ARISTOTELES.

Καὶ πολλάκις ὁρῶνται ἐν τῷ τείχει ἀποκαθήμεναι.

Ac ſæpenumerò conſpiciunt ſedentes in muro.

CAESAR.

TANQVAM in ſtatione excipientes fucos ignauos apes pro muro ſedent. At Theodorus non de apibus, ſed de fucis legit: *foris*, inquit, *in alueo reſidentes exules*. Verùm in Codice noſtro eſt ἀποκαθήμεναι, non ἀποκαθήμενοι. Et illæ ne ibi quoque conſidere patiuntur. Et illi non conſidunt. Sed facto agmine repetunt patriam. Illæ verò in ſtatione excubant pro muro. Iccircò dixit ἐν τῷ τείχει.

CCCL. ARISTOTELES.

Πολεμοῦσι δὲ σφόδρα αἱ μικραὶ τῷ γένει ταῖς μακραῖς, καὶ πειρῶνται ἐκβάλλειν ἐκ τῶν σμηνῶν· κἂν ἐπικρατήσωσι, τοῦτο δοκεῖ ὑπερβολῇ γίγνεσθαι ἀγαθὸν σμῆνος.

Aſperrimas pugnas conſerunt paruæ cum longis, conantúrque eÿcere ex aluearÿs. Quòd ſi vincant, putant examen illud præſtantia excellere.

CAESAR.

SVPRA cum regibus, cum fucis, cum exemptoribus mellis pugnas narrauit: nunc etiã inter ſe genera ipſa. Quoniam paruæ dolent opera ſua elegantiora contaminari ignobilitate longarum.

Πολεμοῦσι σφόδρα. Theodorus *flagrant odio*: at πολεμοῦσι, aliud eſt.

Ὑπερβολῇ ἀγαθόν. Theodorus *optimum*, optimè. Eſt enim ὑπερθετικὸν τὸ ὑπερβάλλον: eſt autem, *optimum*, quia nihil otioſi intus eſt, *optimum melle, optimum ſobole*.

CCCLI. ARISTOTELES.

Αἱ δ᾽ ἕτεραι, ἂν γένωνται αὗται ἐφ᾽ ἑαυτῶν, ἀργοῦσί τε, καὶ τελέως οὐδὲν ποιοῦσιν ἀγαθόν.

Quod ſi fiat, vt alterum genus illud per ſe ſolum ſit, ſegnes ſunt, nihilque boni faciunt.

CÆSAR.

Αὗται ἐφ᾽ ἑαυτῶν ſolæ ſine paruis admiſtis.

Γίνονται: aut ſint caſu, aut quòd in pugna vicerint: aut quòd aliæ præ tædio abierint Theodorus τελέως *integræ*: quia opera aut inchoant tantùm: ad finem quidem producunt: ſed rudia.

CCCLII. ARISTOTELES.

Ἀπόλλυνται δὲ καὶ αὗται περὶ τὸ φθινόπωρον.

Quin ipſæ ante Autumnum moriuntur.

CAESAR.

QVippe ſegnitiæ finis indigentia: atque inde interitus.

CCCLII. ARISTOTELES.

Ὅσας δὲ κτείνουσιν αἱ χρησταὶ μέλιτται, πειρῶνται μὲν ἔξω τοῦ σμήνους τοῦτο πράττειν· ἐὰν δ᾽ ἔσω τις ἀποθάνῃ, ἐξάγουσιν ὁμοίως.

Bonæ apes cùm quampiam interfecerint, dant operam, vt extra alueum id agant. Quòd ſi qua intus moriatur, efferunt nihiloſecius.

CAESAR.

CAdauera enim maximè odere. Itaque aut exactas trucidant, aut trucidatas exportant.

Ὁμοίως: quia viuas illas exigunt, vt interficiant.

CCCLIV.

CCCLIV. ARISTOTELES.

Οἱ δὲ φῶρες καλούμενοι, κακουργοῦσι μὲν καὶ τὰ παρ' αὐτοῖς κηρία.

At fures ſuis fauis etiam nocent.

CAESAR.

Iccircò non ſunt frugi. Non enim parcunt. Itaque coguntur aliena appetere. Is enim mos eſt prodigorum: aliena appetentes, ſui profuſi.

CCCLV. ARISTOTELES.

Εἰσέρχονται δὲ, ἐὰν λάθωσι, καὶ εἰς τὰ ἀλλότρια· ἐὰν δὲ ληφθῶσιν εἰς τὰ ἀλλότρια, θνήσκουσιν. οὐκ ἔργον δ' ἐστὶ λαβεῖν. ἐπί τε γὰρ εἰσόδῳ ἑκάστῃ φύλακές εἰσιν. αὐτός τε ἐὰν εἰσελθὼν λάθῃ, διὰ τὸ ὑπερπεπλῆσθαι, οὐ δύναται πέτεσθαι, ἀλλὰ περὶ τὸ σμῆνος κυλίεται· ὥστ' ἔργον ἐστὶν αὐτῷ ἐκφυγεῖν.

Subeunt verò, ſi clam poſſint, etiam in alienos: vbi deprehenſi interimantur. Neque difficile eſt capere. In omni enim aditu excubiæ agitantur. Quòd ſi furtim ingreſſus ſit, melle ſupra modum expletus volare nequit. Sed ante alueum volutatur. Quare non ſine magno negotio euadere poteſt.

CÆSAR.

Ergo rectè fur: non quia aliena appetit. Nam hoc etiam fuci faciunt. Sed quia clam. Οὐκ ἔργον δ' ἐστὶ λαβεῖν: facilè deprehenditur à vigilibus. Iccircò dixit ἐπί τε γὰρ εἰσόδῳ ἑκάστῃ. Ἔργον *operoſum*: vt quæ cum deprehenderit nequeat dicere ſe quippiam magnum patrâſſe. Theodorus legit οὐκ ἔργον δ' ἐστὶ λαθεῖν, malè: imò verò ἐργῶδες: cùm tot ſint cuſtodes. Vult dicere Ariſtoteles, frequentiſſimè deprehendi. Quia aditus cuſtode ſepti ac ſtipati.

Θνήσκουσιν. Theodorus feſtiuiſſimè de fure vt in bona Republica: *capite puniuntur.*

Ὑπερπεπλῆσθαι: *ſuprà modum expleri.*

Κυλίεται: verbum de ſaturo & nebulone.

CCCLVI. ARISTOTELES.

Οἱ δὲ βασιλεῖς, αὐτοὶ μὲν οὐχ ὁρῶνται ἔξω ἄλλως, ἢ μετ' ἀφέσεως· ἐν δὲ τῇ ἀφέσει, αἱ λοιπαὶ περὶ τοῦτον συνεσπαρμέναι φαίνονται.

Reges non viſuntur extra, niſi cum exercitu: quo tempore migrant. Ac tunc reliquæ apes in orbem ſparſæ eum ſtipant.

CAESAR.

Συνεσπαρμέναι: vt & ſparſæ ſint: & tamen σύν: & περὶ τοῦτον.

CCCLVII. ARISTOTELES.

Ὅταν δ' ἄφεσις μέλλῃ γίγνεσθαι, φωνὴ μονῶτις καὶ ἴδιος γίνεται ἐπί τινας ἡμέρας, καὶ πρὸ δύο ἢ τριῶν ἡμερῶν ὀλίγαι πέτονται περὶ τὸ σμῆνος. εἰ δὲ γίνεται καὶ βασιλεὺς ἐν ταύταις, οὐκ ὦπταί πω, διὰ τὸ μὴ ῥᾴδιον εἶναι. ὅταν δ' ἀθροισθῶσιν, ἀποπέτονται καὶ χωρίζονται καθ' ἕκαστον τῶν βασιλέων αἱ ἄλλαι. ἐὰν δὲ τύχωσιν ὀλίγαι πολλαῖς ἐγγὺς καθεζόμεναι, μεθίστανται αἱ ὀλίγαι πρὸς τὰς πολλάς, καὶ τὸν βασιλέα ὃν ἀπέλιπον, ἐὰν συνακολουθήσῃ, διαφθείρουσι.

Emigraturis vox ſingularis ac certa aliquot ad dies oritur: atque biduum aut triduum ante paucæ alueum circumuolitant. An verò inter eas vox ſit, nondum ob difficultatem id eſt perſpectum. Cùm autem congregatæ ſunt, euolant ita, vt aliæ cum ſuo quæque duce ſeparentur. Quod ſi paucæ propè frequentes conſederint, emigrant ad multas paucæ, ac regem quem deſeruere, ſi conſequatur, interimunt.

CAESAR.

Quæ intus facerent opera hactenus. Nunc quæ emigraturæ: & cùm in agmine ſunt. Primùm dant ſignum voce quadam: vt tuba cùm vaſa tolli iubet. Deinde exploratur, an tuta ſint

omnia. Tum diuiſio exercitus pro regum numero. Poſtremò cura rerum publica, potiúſque priuatus amor. Nam paucæ ad multas tranſmigrant: propterea quòd non ſit iuſtus exercitus. Et regem indignantur, ac repetentem ſuos: qui eum interficiunt non vt regem, ſed vt ſeditioſum.

Φωνὴ μονῶτις Theodorus *vox ſolitaria:* malè. Neque enim poſſis ibi in tanta gente dicere, *vocem ſolitariam:* ſed ſignificat æquale omnium murmur, quod antea non ſit exauditum. Nam aliæ βομβῶσι clariùs, aliæ obſcuriùs, frequentiùs, laxiùs, acriùs, remiſsiùs Itaque addidit ἴδιος tempori ſcilicet, non ſolùm ſpeciei. Non aliæ quoque voces earum ἴδιαι ſunt.

Ὀλίγαι πέτονται: exploratores, tum cœli, tum euentorum, tum excubiæ gratia: aliæ intus de rebus conſultant.

Ἀποπέτονται ſimul: tum χωρίζονται pro numero regum, vt quæque cuique proximo adhæſerit.

Μεθίστανται, *transfugiunt:* ſurgunt vt tranſmigrent: ἀνά, μετά. Theodorus, *concedunt.* Sed, *concedere*, non eſt verbum militare, vt illud *deſciſcunt.*

Καθ' ἕκαστον βασιλέων αἱ ἄλλαι: aliæ alios ſequuntur reges: aut aliæ ab ijs, quæ intus manent cum ſuo rege.

Οἱ ἀπολιπόν: verbum militare: vnde λειπόταξις, vt alibi diximus: & Latinè, *deſertor:* ſicut *erro, infrequens, transfuga.* Theodorus, nimis leui voce, *reliquerunt. Deſerere*, de ſerie, atque ordinibus abire. Cæſar: *neque ſe deſerunt equites.*

CCCLVIII. ARISTOTELES.

Τὰ μὲν οὖν περὶ τὴν ἀπόλειψιν καὶ ἄφεσιν, τοῦτον συμβαίνει γίνεσθαι τὸν τρόπον. εἰσὶ δ' αὐταῖς τεταγμέναι ἐφ' ἕκαστον τῶν ἔργων εἰσὶν, αἱ μὲν, ἀνθοφοροῦσιν [αἱ δὲ, ὑδροφοροῦσιν] αἱ δὲ, λεαίνουσι καὶ κατορθοῦσι τὰ κηρία. φέρει δ' ὕδωρ, ὅταν τεκνοτροφῇ· σαρκὸς δ' οὐδενὸς καθίζει, οὐδ' ὀψοφαγεῖ.

Sic igitur & relinquunt aluearia, & abeunt: operi verò aliæ alij præfectæ ſunt. Nam aliæ flores ferunt, aliæ læuigant ac dirigunt fauos. Aquari autem ſolent, cùm alunt ſoboles. Carnibus nullius animalis inſidunt, neque obſonium appetunt.

CAESAR.

REDIT ad opus: triplex ponit: florilegas, architectas, & lixas.

Ἀπόλειψιν: lege ἀπόληψιν: nam nunc narrabat ἀπόληψιν cùm carpunt flores.

Ἀνθοφοροῦσιν: non flores, ſed florum lentorem.

Φέρει ὕδωρ: mutauit numerum: quia omnibus ſit commune, cùm alunt ſoboles: ſed etiam ad aliud munus aquam ferunt.

Πρὸς σάρκα: ad differentiam veſparum. Οὐδενὸς, intellige σαρκώδους. Οὐδένα potuiſſet dicere.

Ὀψοφαγεῖ: ad differentiam muſcarum & veſparum, & aliorum, quos appellat λίχνους. Inde verum militem intelligas, qui cibarijs ſuis ſit contentus.

CCCLIX. ARISTOTELES.

Χρόνος δ' αὐταῖς οὐκ ἔστιν εἰθισμένος, ἀφ' ὅτου ἄρχονται ἐργάζεσθαι· ἀλλ' ἐὰν τὰ ἐπιτήδεια ἔχῃ, καὶ εὖ διάγωσι, μᾶλλον ἐν ὥρᾳ τοῦ ἔτους ἐγχειροῦσι τῇ ἐργασίᾳ· καὶ ὅταν εὐδία ᾖ, συνεχῶς ἐργάζονται.

Non conſueuere ſtato tempore opus incipere. Sed ſi non deſint neceſſaria, & benè valeant, potiùs vere aggrediuntur opus: quod ſanè tepido tempore intermittere non ſolent.

CAESAR.

NVNC à tempore: quod ipſæ cupiunt ex tepore, & bona habitudine: habitudinem verò cùm bene tractantur.

Ἐπιτήδεια: quæ opus habent: non ſolùm *cibaria*, vt ait Theodorus, ſed etiam aquam, & alueum mundum: & bono loco poſitæ ſint: neque infeſtentur. Magna vox militaris, & œconomica, & magna, multáque capiens.

Ἐν ὥρᾳ τοῦ ἔτους. Theodorus *æſtiuo tempore:* Philoſophus infrà vere & autumno dicet. Plinius ante fabas florentes eas non exire ad opera & labores ait.

Εὐδία Theodorus *ſerenum: tepidum* meliùs. Nam ſerenum poteſt eſſe gelidum: at tepore eliciuntur. Etiam hyeme, ſi tepor ſit, exeunt aliquando ad veſtibulum.

Συνεχῶς

Συνεχῶς Theodorus *aſſiduè*: rectè. Aſſiduus eſt qui perpetuò alicui aſſidet: tranſlatum eſt etiam ad motum, *vt aſſiduè currere*: ſed ſanè licenter. Συνεχῶς, *ſine intermiſſione*.

CCCLX. ARISTOTELES.

Καὶ εὐθὺς ἡ νέα οὖσα, ὅταν ἐκδύῃ, ἐργάζεται τριταία, ἐὰν ἔχῃ τροφήν.

Quin etiã iuuencula apicula tertio ſtatim quàm prodierit die, operatur, modò cibum habeat.

CAESAR.

Ab ætate: & repetit partem τῆς ἐπιτηδείων: illis verbis, ἐὰν τροφὴν ἔχῃ.

CCCLXI. ARISTOTELES.

Καὶ ὅταν ἑσμὸς προσκάθηται, ἀποτρέπονται ἔνιαι πρὸς τροφὴν, εἶτ' ἐπανέρχονται πάλιν.

Conſiſtente etiam examine, quædam in paſtum diuertuntur: atque inde rurſum remeant.

CAESAR.

A Loco: vt etiam relinquant exercitum cibi gratia: ſed non deſerant.

Καὶ ὅταν ἑσμὸς προσκάθηται Theodorus, *cúmque incubant*, malè: imò *cùm in examine ſunt*: non cùm incubant, omnes paſcuntur.

CCCLXII. ARISTOTELES.

Ἐν δὲ τοῖς εὐθηνοῦσι τῶν σμηνῶν, ἐκλείπει ὁ γόνος τῶν μελιττῶν περὶ τετταράκοντα ἡμέρας μόνον τὰς μετὰ χειμερινὰς τροπάς.

Si examen benè valet: apum proles deficit circiter quadraginta diebus tantùm, quæ brumam ſequuntur.

CAESAR.

Non ſanè intelligo quid ſibi velit Philoſophus. Theodorus ſic: *proles felicis examinis quadraginta diebus intermittitur, tantummodo à bruma*: quæ verba minùs mihi faciunt notam mentem Philoſophi. Albertus in Octauo, Capite tertio aliter dicit. *Cùm examina ſteriliora ſunt, tunc apes retinere pullos, nec emittere: & retinere quidem per quadraginta dies poſt Tropicum hyemalem.* Mihi videtur adhuc loqui de emiſſione quæ circiter alio, atque alio die, ſed intra quadraginta à bruma fieri ſolet, ſi examen ſanum ſit. Sin ſit morboſum, non habere præſto prolem, quã tàm tempeſtiuè emittant. Et dixit *tantummodo*: quia aliæ etiam quomodo poſſint intempeſtiuè emittunt in fine æſtatis.

CCCLXIII. ARISTOTELES.

Ἐπειδὰν δ' ηὐξημέναι ὦσιν αἱ νεοττοὶ, τροφὴν αὐτοῖς παραθῆσαι καταχέουσιν.

Adultis pullis, appoſitum cibum deliquant.

CAESAR.

Ηὐξημέναι. Si tertia die incipiunt operari, ergo etiam edere: quare igitur apponunt cibum?

Καταχέουσι *deliquant*. Theodorum ſic ſcripſiſſe arbitror, non, *derelinquunt*. Albertus ſic hoc interpretatus eſt: *apes matres, pullos ne exeant, obſtruere exitum: & ne fame intereant cibum apponere*: ac ſanè placet.

CCCLXIV. ARISTOTELES.

Ὅταν δ' ᾖ δυνατὸς, αὐτὸς διελὼν τὸ κάλυμμα, ἐξέρχεται.

Cum autem poteſt, ipſum operimentum ſcindere, exit.

C Æ S A R.

PEruertit hiſtoriam vt priùs de adultis narret, quàm de ijs quæ nondum putamen exuere. Αὐλοὶ κάλυμμα: quia ſuprà ἐκδύῃ: hîc ἐξέρχεται.

CCCLXV. ARISTOTELES.

Τὰ δὲ γινόμενα θηρία ἐν τοῖς σμήνεσι, καὶ λυμαινόμενα τὰ κηρία, αἱ μὲν χρησταὶ μέλιτται ἐκκαθαίρουσιν· αἱ δ' ἕτεραι, διὰ κακίαν, περιορῶσιν ἀπολλύμενα τὰ ἔργα.

Quæ beſtiolæ intus nocent, ſanis bona apes expellunt. Aliæ autem nequiter negligunt opus quod perit.

C AE S A R.

NOn ſolùm ab opere ponit differentiam, ſed etiam à conſeruatione.

Χρησταὶ Theodorus *notæ melioris*: ambitiosè: & addidit: *rem familiarem tuentur.*

CCCLXVI. ARISTOTELES.

Ὅταν δὲ τὰ κηρία ἐξαιρῶσιν οἱ μελιττουργοί, ἀπολείπουσιν αὐταῖς τροφὴν διὰ χειμῶνα· ἢ ἐὰν διαρκὴς ᾖ, σώζεται τὸ σμῆνος· εἰ δὲ μή, ἐὰν μὲν χειμὼν ᾖ, αὐτοῦ θνήσκουσιν· εὐδιεινῶν δ' ὄντων, ἐκλείπουσι τὸ σμῆνος.

Apiarij cùm mel eximunt, relinquunt eis cibum in hyemem. Qui ſi ſatis ſit, ſeruatur examen. Sin minùs, aut aſpera imminente hyeme ibi moriuntur, aut tepidis diebus deſerunt alueos.

C AE S A R.

HActenus naturam: nunc ortum circa eas.

Εὐδιεινῶν: hîc quoque peſſimè, *ſerenum*, dixit Theodorus. Cùm tamen hyemes ſerenæ maxima ex parte gelidiſſimæ ſint.

CCCLXVII. ARISTOTELES.

Τροφῇ δὲ χρῶνται μέλιτι καὶ θέρους καὶ χειμῶνος. τίθενται δὲ καὶ ἄλλην τροφὴν ἐμφερῆ τοῦ κηροῦ τὴν σκληρότητα, ἣν ὀνομάζουσί τινες σανδαράκην.

Melle veſcuntur tum æſtate tum hyeme. Verùm alio quoque vtuntur cibo: duritia ceræ, quam nominant quidam ſandaracam.

C AE S A R.

SVPRA cibum dixit: nunc etiam quo tempore declarat. Sed & alium cibum agnoſcit: ponit nomen, *ſandaracam*, & ſubſtantiam, & duritiam. Nos aliquid de hac ſandaraca in ſuperioribus ex Plinij vndecimo: quam cum erithace, & cerintho confundit; vnam & eandem rem, ex quorundam opinione exiſtimans. Hîc ait cerã eſſe induratã quod non parum poteſt facere ad eorum opinionem qui cerinthum, ſi idem eſt cum ſandaraca, putant eſſe quiddam inter ceram & mel, inferius quidem melle, at præſtantius cera. Sandaraca apud Dioſcoridem in Quinto & Sexto inter venenata refertur: & apud Plinium in Triceſimoquinto inter pigmenta. Sed ea nihil ad noſtra hæc. Philoſophus ſeipſum exprimens, ait eſſe τοῦ κηροῦ τὴν σκληρότητα.

CCCLXVIII. ARISTOTELES.

Ἀδικοῦσι δ' αὐτὰς μάλιστα αἵ τε σφῆκες, καὶ οἱ αἰγίθαλοι καλούμενοι τὰ ὄρνεα· ἔτι δὲ χελιδὼν καὶ μέροψ. θηρεύουσι δὲ καὶ οἱ τελματιαῖοι βάτραχοι πρὸς τὸ ὕδωρ αὐτὰς ἀπαντώσας· διόπερ καὶ τούτους οἱ μελισσεῖς ἐκ τῶν τελμάτων, ἀφ' ὧν ὑδρεύονται αἱ μέλιτται, θηρεύουσι, καὶ τὰς σφηκίας καὶ τὰς χελιδόνας τὰς πλησίον τῶν σμηνῶν ἐξαιροῦσι, καὶ τὰς τῶν μεροπῶν νεοττίας.

INiuria afficiunt eas maximè veſpæ, & auiculæ, quas vocant ægithalos. *Item hirundo & merops. Etiam lacunales ranæ obuias ipſam ad aquam venantur. Ranas igitur apiarij piſcantur è ſtagnis vnde aquantur apes. Et veſpas, atque hirundines alueis propinquas, & meropum nidos tollunt.*

C AE S A R.

CAESAR.

NARRAT incommoda à cauſſis προσγαςτρικοῖς. Nam ſuprà ἀραχνιοῦδες, & σκωλήκια veniebant à materia mellis vitiata per cruditatem.

Ἀδικοῦσι: verbo communi vſus eſt, ad interitum & ad populationem mellis.

Μάλιστα: quia etiam de pyralide alibi dixit, & alijs.

Τὰ ὄρνεα: puto eſſe gloſſema additum. Nam iam ſuprà aues eſſe declarauit.

Ἀπαντώσας: quoniã ipſi in inſidijs ſunt, neque mouentur: illæ igitur obuiæ fiũt.

Μελισσεῖς: ſicut μελιττουργοί.

Σφηκίας, diminutiuum.

Ἐξαιροῦσι: intellige nidos: ſicut mox τῶν μερόπων. Theodorus μέροπα addidit, qui *apiaſter eſt.* Sed neque minor ape: neque imitatur apem, neque quo apes delectentur, vt herba meliſſa. Sed vt apibus ipſe oblectetur.

Τελματαῖοι: *ranæ paluſtres, lacunales.* Theodorus dixit, *lutarda.*

CCCLXIX. ARISTOTELES.

Οὐδὲν δὲ φεύγουσι τῶν ζῴων, ἀλλ' ἢ ἑαυτάς.

NVllum animal fugiunt, niſi ſui ipſarum generis.

CÆSAR.

QVIA carnibus non veſcuntur, neque venantur, neque furantur. Sed rorem non minùs quàm aërem, aut aquam communem tollunt. Quia de labore ſuo viuunt, quia iuſtæ ſunt: putant reponi ſibi tantumdem ab alijs gratiæ debere. Itaque non fugiunt niſi ſuum genus. Et ſubdet rationem: quia præliantur: in prælio autem ſæpè fuga: ratio prælij mel, aut ſedes, aut rex.

Ἑαυτάς, ſeipſas in genere, cóque ſummo. Vt etiam fucos & veſpas comprehendat: itaque ſubiungit.

CCCLXX. ARISTOTELES.

Ἡ δὲ μάχη αὐτῶν ἐστι, καὶ πρὸς αὐτάς, καὶ πρὸς τὰς σφῆκας.

PVgna enim eſt, tum inter ipſas, tum aduerſus veſpas.

CAESAR.

Πρὸς αὐτάς, id eſt πρὸς ἀλλήλας.

CCCLXXI. ARISTOTELES.

Καὶ ἔξω μὲν, οὔτε ἀλλήλας ἀδικοῦσιν, οὔτε τῶν ἄλλων οὐθέν· τὰ δὲ πρὸς τῷ σμήνει ἀποκτείνουσιν, ὧν ἂν κρατήσωσιν.

ATque extra pugnã, neque inter ſe iniuria afficiuntur, neque alijs inferunt. Sed quæ prope aluearia inuenerint: ſi queant interficient.

CAESAK.

NON latrocinijs vitam exercent, ſed iuſtis prælijs: itaque noxa vacant. Sed metuentes theſauris, inſidiatores, aut graſſatores interficiunt.

Ἔξω μὲν: Theodorus, *cum ruri ſunt:* peſſimè. Nam ruri præliantur. Nam vbi igitur? ſed ἔξω τῆς μάχης. Vt Homerus, Ἕκτορα δ' ἐκ βελέων.

Κρατήσωσιν, quos poſſunt interimere. Theodorus *quos vicerint:* peſſimè. Nam victi etiam fugiunt: neque ſemper intereunt.

CCCLXXII. ARISTOTELES.

Αἱ δὲ τύπτουσαι, ἀπόλλυνται, διὰ τὸ μὴ δύνασθαι τὸ κέντρον ἄνευ τοῦ ἐντέρου ἐξαιρεῖσθαι· πολλάκις γὰρ σώζεται, ἐὰν ὁ πληγεὶς ἐπιμελῆται, καὶ τὸ κέντρον ἐκθλίψῃ.

ILle verò percutientes intereũt: propterea quòd nequeunt aculeum ſaluo inteſtino recipere. At ſeruatur ſæpe, ſi is qui ictus eſt, curet vt aculeum ἐκθλίψῃ.

ἐνθλίψῃ. τὸ δὲ κέντρον ἀποβάλλουσαι ἡ μέλιτται ἀποθνήσκουσι.

exprimat. Nam amiſſo aculeo perit apis.

CAESAR.

VT ſit victoria Cadmi: aut Neſi mors: nanque percuſſa animalia aliquando moriuntur. Itaque dixit ἀποκτείνουσι: itaque viciſſim illæ ἀπόλλυνται: quia inteſtino continuatur aculeus. Igitur amiſſo aculeo, etiam inteſtinum amittunt.

Τύπτουσι. Τό ψαύουσι potiùs.

Τὸ κέντρον ἄνευ τοῦ ἐντέρου. aculeus ſine inteſtino: nos diximus *ſalue.*

Ὁ πληγείς: apiarius ſcilicet: nam alij etiam necant eas.

Ἐνθλίψῃ Theodorus *aculeus infixus extringatur:* benè. At cùm addit, *cum aluo iunctus:* malè.

Σώζεται. Theodorus *euadunt*, ad apes referens: nos ad inteſtinum: *ſeruatur: manet incolumis.*

CCCLXXIII. ARISTOTELES.

Κτείνουσι δὲ βάλλουσαι καὶ τὰ μεγάλα τῶν ζώων καὶ ἵππος ἤδη ἀπέθανεν ὑπὸ μελιττῶν.

INtereunt percuſſa etiam grandiora animalia. Quemadmodum olim equus.

CAESAR.

NARRAVIT mihi pater bello Carolino, tyrunculus Gallus in Calabria cùm mel ſurripuiſſet, iniuria affectis apibus atque euerſis aluearijs, vbi veſpere equum conſcendiſſet potum vehens, eum, atque equum ab apibus interfectum.

Μεγάλα Theodorus *maxima:* malè.

CCCLXXIV. ARISTOTELES.

Ἥκιστα δὲ χαλεπαίνουσιν οἱ ἡγεμόνες καὶ τύπτουσι.

MInimè verò moleſti ſunt reges neque ſciunt.

CAESAR.

VT etiam reges homines intelligant, quantum ſibi brutorum exemplo licere debeat. Reges apum, non ſolùm non percutiunt, ſed ne iraſcuntur quidem.

Χαλεπαίνουσι Theodorus, *irritantur*, rectè: mores à partibus.

CCCLXXV. ARISTOTELES.

Τὰς δὲ ἀποθνησκούσας τῶν μελιττῶν, ἐκκομίζουσιν ἔξω. καὶ τἆλλα δὲ καθαριώτατόν ἐστι τὸ ζῶον. διὸ καὶ τὸ περίττωμα πολλάκις ἀφιᾶσιν ἀποπετόμεναι, διὰ τὸ δυσῶδες εἶναι.

APum cadauera efferunt. Nam quòd etiam ad alia ſpectat, mundiſſimum animal eſt. Quare cùm earum excrementum male oleat, auolantes reddunt.

CAESAR.

MORES à ſenſibus. Suprà quoque hoc dixit, de cadaueribus. Verùm non ſuarum, ſed hoſtium. Et ſubdit exemplum munditiarum. Nam intus non deijciunt excrementa ſed auolant, ne aut cogantur pati odorem, aut tollere pedibus, aut ore, vt hirundines.

Ἀποπετόμεναι: cùm vrget neceſſitas. Theodorus addidit rectè, *cum alui neceſſitas eſt:* infrà tamen laxat hanc hiſtoriam: ἢ ἀποπετόμεναι, ἢ εἰς ἓν κηρίον: neque enim ſemper exire poſſunt.

Δυσῶδες: ne quis putaret aliter: quoniam à melle eſt quod non putreſcit.

CCCLXXVI. ARISTOTELES.

Δυσχεραίνουσι δέ, ὥσπερ εἴρηται, καὶ ταῖς δυσώδεσιν ὀσμαῖς, καὶ ταῖς τῶν μύρων· διὸ καὶ τοὺς χρωμένους αὐτοῖς τύπτουσιν.

ODere autem tum malos odores, tum etiam vnguenta ipſa. Itaque ipſis delibutos pungunt.

CAESAR.

C Æ S A R.

ILlud munditiarum: hoc frugalitatis.

CCCLXXVII. A R I S T O T E L E S.

Ἀπόλλυνται δὲ διά τε ἄλλα συμπτώματα, καὶ ὅταν οἱ ἡγεμόνες πολλοὶ γινόμενοι, ἕκαστος αὐτῶν μέρος ἀπαγάγῃ.

DIfferunt & alijs euentis, & regum frequentia, quorum alius aliam ſibi partem abducat.

C Æ S A R.

MOres à politia συμπτώματα appellat: morbos, hoſtes, tempus, euentus.

Ἀπαγάγῃ *abducat.* Ἀπὸ, ab alijs alij: hoc quoque ſuprà dixit.

CCCLXXVIII. A R I S T O T E L E S.

Ἀπόλλυσι δὲ καὶ ὁ φρῦνος τὰς μελίσσας. ἐπὶ τὰς εἰσόδους γὰρ ἐλθὼν φυσᾷ τε, καὶ ἐπιτηρῶν ἐκπετομένας, κατεσθίει. ὑπὸ μὲν οὖν τῶν μελιττῶν οὐδὲν δύναται πάσχειν· ὁ δὲ ἐπιμελούμενος τῶν σμηνῶν, κτείνει αὐτόν.

INterimit etiam rubeta apes. Accedens enim ad aditus ſufflat, obſeruánſque euolantes deuorat. Atque illi ab apibus nihil noceri poteſt. Sed ab apiario interficitur.

C Æ S A R.

MEliùs ſuprà cùm alijs peſtibus coniunxiſſet.

Φυσᾷ: vt ea nouitate ac pernicie excitæ exeant. Venenata enim eſt.

CCCLXXIX. A R I S T O T E L E S.

Τὸ δὲ γένος τὸ τῶν μελιττῶν, ὃ εἴρηται ὅτι πονηρόν τε, καὶ τραχέα τὰ κηρία ἐργάζεται, εἰσί τινες τῶν μελιττουργῶν, οἵ φασι μάλιστα τὰς νέας τοῦτο ποιεῖν δι᾽ ἀνεπιστημοσύνην· νέαι δ᾽ εἰσὶν αἱ ἐπέτειοι.

QVos fauos diximus inæquales fieri ab apibus improbus, hos aiunt nonnulli mellifices opus eſſe iuniorum. Eſſe enim etiamnum imperitas. Eiuſmodi verò eſſe anniculas.

C AE S A R.

HOc quoque meliùs ſuprà vbi hæc dicebat. Et rectè appoſuit τινὲς: quaſi ipſe aliter ſentiat. Neque enim diſcunt apes. Sed natura ſuapte faciunt: adeò vt triduanæ operentur.

Πονηρὸν oppoſuit χρηστῇ.

Τραχέα: ἀνώμαλος. Non *aſperum.* Sed vt ſuprà ἀνώμαλον. Et quia dixerat νέας, declarat ἐπέτειοι. Ergo inde obſeruatum hoc: ſi ſequenti anno elegantius opus ſit.

CCCLXXX. A R I S T O T E L E S.

Οὐχ ὁμοίως δὲ κεντοῦσιν αἱ νέαι· διὸ οἱ ἑσμοὶ φέρονται. εἰσὶ γὰρ νέων μελιττῶν.

HAud æquè pungunt iuuenculæ. Iccircò geſtantur emiſſa examina: quippe quæ ex iuuenculis ſunt.

C AE S A R.

FActa iuniorum mentione deſcribit partes, partiúmque facultates: meliùs ſuprà dixiſſet ἐν ἀφεσμοῖς.

Οὐχ ὁμοίως, non ita acriter irritantur: nihil enim adhuc poſſident, pro quo pugnent.

Φέρονται: amputatis enim ramis in quibus conſederint, geſtãt, atque in alueum reponunt. Ἑσμὸν: intellige non ἑσμὸν ſimpliciter, qui etiam ex vetulis eſſe poteſt. Sed ἀφεσμὸν *emiſſum.*

Theodorus ordinem perturbauit: & dixit *annicularum examen quotannis auolare conſueuiſſe:* malè: neque enim annicularum examen quotannis auolat. Sed alius aliàs. Benè dicas vetulas amandare quotannis iuniores. Theodorus addidit: *perinde ac veterana.* Quæ vox cùm ſit militaris debuit dicere, *tyrones.*

CCCLXXXI. ARISTOTELES.

Ὅταν δ' ὑπολίπῃ τὸ μέλι, τοὺς κηφῆνας ἐκβάλλουσι, καὶ παραβάλλουσι σῦκα καὶ τὰ γλυκέα αὐταῖς.

Cum mel deſit fucos eijciunt: túncque apponuntur eis ficus, & alia dulcia.

CAESAR.

SUPRA hoc dixit. Sed addit hîc curam: quaſi dicat. Cùm fucos vident eijci apiarij, tunc conijciunt mel deſieri. Iccircò apponunt ficus ne abeant, aut moriantur.

Ἐκβάλλουσι. Theodorus non ad apes, ſed ad apiarios retulit. Sed quomodo apiarij excretis, atque ad manum captis eijciant: alueóſque inuertant: apéſque ſeruent. Sanè apes hoc ſuprà faciunt. Sed ita cenſuit: quia deeſt τότε. Καὶ τότε παραβάλλουσι. Nos per paſſiuum omnia accommodauimus.

CCCLXXXII. ARISTOTELES.

Τῶν δὲ μελιττῶν, αἱ μὲν πρεσβύτεραι, τὰ εἴσω ἐργάζονται, καὶ δασύτεραί εἰσι, διὰ τὸ εἴσω μένειν· αἱ δὲ νέαι, ἔξωθεν φέρουσι, καὶ εἰσὶ λειότεραι, καὶ τοὺς κηφῆνας ἀποκτείνουσιν, ὅταν μηκέτι χωρῇ αὐταῖς ἐργαζομέναις. εἰσὶ γὰρ ἐν μυχῷ τοῦ σμήνους.

Apes maiores natu intus opus faciunt: ſúntque hirtiores ea de cauſſa, quia non exeunt. Iuniores quæ opus ſunt important, ſúntque glabriores: & fucos occidunt, cùm locus anguſtior eſt operantibus. Agitant enim in aluei receſſu.

CAESAR.

REDIT ad ſpecies ab ætate: notas ponit, & loca, & miniſteria partitur.

Δασύτεραι διὰ τὸ εἴσω μένειν, non quia intus manent, ſed vt iuniores λειότεραι. Atteruntur enim & pugnando, & hærendo oneri. Ita illæ aut quiete domeſtica, aut motu mediocri.

Ὅταν μηκέτι χωρῇ ἐργαζομέναις. Μηκέτι ᾖ χώρα τῷ ἔργῳ. Cùm explêrint loca, neque ſedes ſuperſit operi futuro: tunc occupatores inertes occidunt: iccircò addidit ἐν μυχῷ, vbi etiam anguſtiores.

Theodorus addidit de ſuo, *mora domeſtica ratione*. Item, *labore hirſutie detrita*.

CCCLXXXIII. ARISTOTELES.

Ἤδη δὲ, νοσήσαντός τινος σμήνους, ἦλθόν τινες ἐπ' ἀλλότριοι, καὶ μαχόμεναι, νικῶσαι, ἐξέφερον τὸ μέλι· ἐπεὶ δ' ἀπέκτεινεν ὁ μελιττουργὸς, οὕτως ἐπεξῄεσαν αἱ ἕτεραι, καὶ ἠμύνοντο, καὶ τὸν ἄνθρωπον οὐκ ἔτυπτον.

Cum alueus quidam morbo laboraret, inuaſerũt ipſum peregrinæ apes quædam: quæ conſerta pugna cùm viciſſent, egerebant mel. Verùm eas apiarius cùm necaret, illæ aliæ egreſſæ vlciſcebantur, nec hominem percutiebant.

CAESAR.

NUNC mores ab animo grato, & cognitione vt dignoſcerent beneficia.

Νοσήσαντος: forte. Nam peregrinum agmen id neſciebat.

Νικῶσαι, quia νοσήσαντος.

Τινὲς ἐπ' ἀλλότριον. Ergo ipſæ ἀλλότριαι: correlatiuum enim eſt.

Ἀπέκτεινεν. Non omnes, ſed aliquot.

CCCLXXXIV. ARISTOTELES.

Τὰ δὲ νοσήματα ἐμπίπτει μάλιστα εἰς τὰ εὐθηνοῦντα τῶν σμηνῶν, ὅ τε καλούμενος κλῆρος. τοῦτο γίνεται ἐν τῷ ἐδάφει σκωλήκια μικρά· ἀφ' ὧν αὐξανομένων, ὥσπερ ἀράχνια κατίσχει τὸ σμῆνος ὅλον, καὶ σήπεται τὰ κηρία.

Aluearia ſana incidunt in ægritudines potiſſimùm, quàm in clerum. Oriuntur enim in panimento vermicelli, quibus creſcentibus tanquam araneis obducitur alueus totus, fauíque putreſcunt.

CAESAR.

CAESAR.

HOc quoque à partibus ſuperioribus diuulſum eſt.

Κλῆροι, non σκλῆροι, vt in Codice Græco noſtro ſcriptum eſt, legendum: vt vermis ſit κλῆρος infeſtans fauos apum, de quo ſuprà in Octauo.

Τὰ νοσήματα ἐμπίπτει: & ipſæ ἐμπίπτουσι εἰς τὰ νοσήματα.

Ο῎τε καλούμενος κλῆρος. Τοῦτο γίνεται ἐν τῷ ἐδάφει σκωλήκια. At non eſt morbus aluei vermiculus, ſed σηπεδὼν: vermiculus autem cauſſa.

Σήπεται: Theodorus *carie pereunt*. Aliud tamen eſt σήπεται, aliud Φθείρεται.

CCCLXXXV. ARISTOTELES.

Α῎λλο δὲ νόσημα, οἷον ἀργία τις γίνεται τῶν μελιττῶν, καὶ δυσωδία τῶν σμηνῶν.

EST & alia ægritudo, quaſi veternus apum: & fœtor aluearij.

CÆSAR.

DVóne ſint morbi, ἀργία *ceſſatio*, & δυσωδία: an hæc ſit cauſſa, aut accidens, non conſtat.

Α῎ργία, *otium*, Theodorus, non: ſed *inertia, ignauia*: & *veternitatem* auſus eſt dicere: potiùs *veternum*: vt eius ingenium ſequamur: ingenium temperemus.

CCCLXXXVI. ARISTOTELES.

Νομὴ δὲ τῶν μελιττῶν τὸ θύμον· ἄμεινον δὲ τὸ λευκὸν τοῦ ἐρυθροῦ.

PAſtus apum, thymum. Præſtantius album rubente.

CÆSAR.

SVprà cibum poſuit τροφὴν, in penu mel, & ſandaracam. Nunc νομὴν. Feliciùs autem hæc illis ſubdidiſſet. Iccircò ibi cibus, hîc paſtus: & thymum poſuit eis pro paſtu: cuius duas facit differentias: album, & rubidum. Neutrum, tale eſt, ſed vtrunque viride, alterum dilutum candido, alterum fuſcum rubore. Itaque Theodorus pudenter *rubidum, & albidum*. Ariſtoteles autem ſecutus eſt morem appellantium.

CCCLXXXVII. ARISTOTELES.

Τόπος δὲ, ἐν τῷ πνίγει, μὴ ἀλεεινός· ἐν δὲ τῷ χειμῶνι, ἀλεεινός.

LOcus in æſtu minùs quàm tepidus: in hyeme tepidus.

CÆSAR

NVnquam ſequuntur frigus aut captant. Itaque per negationem μὴ ἀλεεινός. Iccircò Poëta, *exercet ſub ſole labor*. Theodorus, μὴ ἀλεεινός, *non feruidus*. Imò minùs quàm tepidus.

Πνίγει: æſtus quo ſuffocamur, cùm caro refrigerari nequit.

CCCLXXXVIII. ARISTOTELES.

Νοσοῦσι δὲ μάλιστα, ὅταν ἐρυσιβώδη ἐργάζωνται ὕλην.

MAximè ægrotant, cùm de rubiginoſa materia opus faciunt.

CAESAR.

REdit ad morbos in communi, & cauſſas.

Ε᾿ρυσιβώδη. Attractaturæ enim materiæ morbum contrahunt: quin etiam ob cibum indidem ſumptum.

Ε᾿ργάζωνται ὕλην: quaſi ipſæ formam imponant. Theodorus malè addidit, *per*.

CCCLXXXIX. ARISTOTELES.

Ο῎ταν δ᾿ ἄνεμος ᾖ μέγας, φέρουσι λίθον ἐφ᾿ ἑαυταῖς, ἕρμα πρὸς τὸ πνεῦμα.

SPirante vento magno, lapillum geſtant ſecum, tanquam aduerſus flatum, ſaburram.

CÆSAR.

HOc pertinet ad officia, quæ debentur operi.

Ἐφ' ἰατῶις: non ſupra ſe, ſed pedibus.

Ἕρμα, nauigiorum ſaburra eſt. Atque ita tranſtulit Virgilius. Theodorus, *fulcro*: malè. Poſteà, *fundamine*: benè. Nam ἕρμα eſt etiam pedamentum: quaſi ἑρείδωμα: aut ab ἑρμῆς, quadrata figura. Ἑρμῆς autem παρὰ τὸ ἐρεῖν. Ἑρμηνεία, ἑρμηνεία.

CCCXC. ARISTOTELES.

Πίνουσι δ', ἂν μὲν ᾖ ποταμὸς πλησίον, οὐδαμόθεν ἄλλοθεν ἢ ἐντεῦθεν, θέμεναι τὸ ἄχθος πρότερον· ἐὰν δὲ μὴ ᾖ, ἑτέρωθεν πίνουσαι, ἀνεμοῦσι τὸ μέλι, καὶ εὐθὺς ἐπ' ἔργον πορεύονται.

SI prope ſit fluuius, non aliundè potant: depoſito priùs onere. Sin minùs, aliundè potu hauſto, mel vomunt, ac ſubinde ad opus eunt.

CAESAR.

NVnc modum in opere, non priùs refundunt quàm biberint, vt eliquetur. Innuit igitur ore legere mel.

CCCXCI. ARISTOTELES.

Τῆς δὲ τοῦ μέλιτος ἐργασίας δύο καιροί εἰσιν, ἔαρ καὶ μετόπωρον. ἥδιον δὲ καὶ λευκότερον, καὶ τὸ σύνολον κάλλιόν ἐστι τὸ ἐαρινὸν τοῦ μετοπωρινοῦ.

COnficiendi mellis duo tempora, ver, & Autumnus. Suauius, & candidius, & in ſumma præſtantius eſt vernum Autumnali.

CAESAR.

SVprà docuit tempus auſpicandi operis. Nunc præſcribit tractum ipſum, & comparat mella.

Ἥδιον: quoniam æſtiuum alterum acrius eſt. Nam vt vetuſtate amareſcit ob ſiccitatem, ſic acreſcit calore. Eadem cauſſa & coloris dilutioris.

Σύνολον, *in ſumma*: quia κάλλος, & bonitatem, & nitorem complectitur. Sic diſtinguit genera mellis à tempore. Alibi ab ætate: alibi ab apum genere: alibi à tempeſtatibus ἐμβρόντητον: alibi à paſtu, ericeum: alibi à locis, agreſte, & villaticum: alibi à colore: à regionibus, Atticum.

CCCXCII. ARISTOTELES.

Μέλι δὲ κάλλιον γίνεται ἐκ νέου κηροῦ καὶ ἐκ μόσχου· τὸ δὲ πυῤῥὸν, αἴσχιον, διὰ τὸ κηρίον. διαφθείρεται γὰρ ὥσπερ οἶνος, ὑπ' ἀγγείου· διὸ δεῖ ξηραίνειν αὐτό.

MEl commendabilius ex noua cera, nouelláque arborum ſobole. Ruffum turpius eſt ob fauum. Vitiatur enim ſicut vinum in vaſe. Iccircò oportet ipſum excoquere.

CAESAR.

BOnitatem mellis comparat ex quibuſdam: & vitium item ſcribit. Ponit igitur cauſſas.

ἐκ νέου κηροῦ: quia ceram non abſumunt apes: ſed veteri ceræ mel imponunt nouum. Mel igitur illud ruffeſcit.

Ἐκ μόσχου: ſicut ſuprà βρύα: ex germine nouellæ. Quoniam plus ineſt aërei, minus terræ: & cauſſa eſt quare vernum ſit melius.

Αἴσχιον, *deterius*: quoniam dixerat κάλλιον.

Ὥσπερ οἶνος mel ὑπ' ἀγγείου: à fauo in quo eſt. Διὰ τὸ κηρίον, id eſt, ruffeſcit à cera veteri.

Ξηραίνειν, coquendum, reſiccandúmque, intelligit de melle: & ſimul declarat alium affectum: dilutam liquiditatem.

CCCXCIII. ARISTOTELES.

Ὅταν δὲ τὸ θύμον ἀνθῇ, καὶ πλήρης γίνηται τὸ κηρίον, οὐ πήγνυται τοῦτο.

CVm florente thymo replentur faui, id mel, non concreſcit.

C AE S A R.

E Subtiliore ſubſtantia liquidius, & fluidius eſt, & vt infra, aquam admiſcent.

CCCXCIV. ARISTOTELES.

Ἔστι δὲ καλὸν τὸ χρυσοειδές· τὸ δὲ λευκὸν, οὐκ ἐκ θύμου εἰλικρινοῦς, ἀγαθὸν δὲ πρὸς ὀφθαλμοὺς καὶ ἕλκη.

Eſt pulchrum, & præſtans aurei coloris. Album autem non ex thymo ſincero, commendatur ad oculos, & vlcera.

C AE S A R.

Colores igitur ruffus, aureus, albus. Ruffus à vitio faui: aureus ex thymo: albus non ex ſolo thymo.

Πρὸς ὀφθαλμοὺς: quia minùs mordicat. Eſu quoque ſuauiſſimum eſt, neque à ſaccaro multum diſtans.

CCCXCV. ARISTOTELES.

Τοῦ δὲ μέλιτος τὸ μὲν ἀσθενὲς, ἀεὶ ἄνω ἐπιπολάζει· ὃ δεῖ ἀφαιρεῖν· τὸ δὲ καθαρὸν, κάτω.

Mellis quod minus valet, fluitat. Hoc oportet tollere. Quod purius eſt, ſubſidit.

C AE S A R.

Svpra à generibus, & bonitatis materia. Nunc affectum narrat à partibus. Tres liquores comparauimus, vinum, mel, oleum. Olei pars ſumma, optima, vini media, mellis ima. Ratio eſt: quia in vino quod ſummum eſt, araneoſum eſt. Semper enim calore ſuo quaſi expuit terrenum ipſum, quod ſubſidit. In melle quod aëreum eſt, non ſpiſſatur, & corrumpitur citiùs: & non ſapit quod corpulentius ſapit. In oleo plus terræ eſt: itaque minùs requiritur.

Ἀσθενές. Theodorus, *exile*: malè. Nam etiam in oleo exile fluitat. Sed id eſt valentiſſimum. Hoc ἀσθενὲς, *inutile*. Sic ἀχρεῖον, ſuprà de muſca ab araneo capta inutilis, ἀσθενής.

Καθαρὸν, *purum*: quoniã *καθαίρεται, repurgatur*, ſeparata parte liquida, quæ ἐπιπολάζει. Theodorus addidit, *valida*.

CCCXCVI. ARISTOTELES.

Ὅταν δὲ ἡ ὕλη ἀνθῇ, κηρὸν ἐργάζονται. διὸ ἐκ τῶν σίμβλων τότε ἐξαιρετέον τὸν κηρόν. ἐργάζονται γὰρ εὐθύς.

Erumpentibus floribus ceram conficiunt. Iccircò eo tempore ex alueo eximenda cera eſt. Statim enim operantur.

C AE S A R.

Nvnc de tempore ceræ: quod tamen præponendum fuit tempori mellis.

Ἡ ὕλη, *ſylua*. Intelligit omnes arbores.

CCCXCVII. ARISTOTELES.

Ἀφ' ὧν δὲ φέρουσιν, ἔστι τάδε· ἀτρακτυλλὶς, μελίλωτον, ἀσφόδελος, μυῤῥίνη, φλεὼς, ἄγνος, σπάρτον. ὅταν δὲ τὸ θύμον ἐργάζωνται, ὕδωρ μιγνύουσι, πρὶν τὸ κηρίον καταλείφειν.

Hæc ſunt à quibus ferunt. Thymum, atractyllis, melilotum, aſphodelus, myrtus, phleus, agnus, ſpartum. Cùm thymum elaborant aquam miſcent prinſquam fauos oblinant.

C AE. S A R.

Prosequitur materiam ſpeciatim, & in genere bifariàm. Nam in thymi opere miſcent aquam, in alijs non. Vt duo animaduertas, quæ ſuprà memorabamus. Verùm, quod mel è thymi floribus, dilutius eſt. Alterum quod etiam alio tempore quàm, cùm pullos nutriunt, aquam ferant,

Ἀτρακτυλίς. Theodorus *fuſus agreſtis*: quoniam ex eo agreſti, ſtipitem fœminæ in fuſorum vſum colligebant ac ſtringebant. Duo genera eius: alterum diſtans à cartamo, triſtitia, & aculeorum ſæuitia maiore. Alterum inualidum, rubro ſtipite, folio ſimiliore ſcolymi agreſtis, flore puniceo. Id *carduum benedictum* nunc vocant, attributis multis monſtris efficaciæ, temerè.

Μελίλωτον, *ſertulam campanam* vocat Plinius in Viceſimoprimo, à coronis ſic dictam ex qua antiquitùs fieri ait.

Ἀσφόδιλος. Interpretes Dioſcoridæ *haſtulam regiam* dicunt. Plinius nomen Græcum retinuit. A quibuſdam *heroion* dici ait, & vires eius fusè deſcribit in Viceſimoſecundo.

Ἄγνος: hanc herbam *viticem* dicit Plinius in Viceſimoquarto: & à quibuſdam *lygnon* vocari ait. Vulgò *agnus caſtus*.

Σπάρτοι: *geniſtam* Theodorus: malè: alia enim eſt geniſta. Plinius ſparti nomen retinuit.

Φλεώς. Græca herba in lacu Orchomenio, quæ ab aliquibus *ſtabe* dicitur, in caule, & folio ſpinam habens, vt ait Plinius in Viceſimiprimi Capite quintodecimo, & viceſimiſecundi cap. vndecimo. Tres ſunt herbæ ſimiles, acorus, vlua, phleos: & quarta, Sicula cactus, vt ſuo loco diximus.

CCCXCVIII. ARISTOTELES.

Ἀφοδεύουσι δὲ μέλιτται πᾶσαι, ἢ ἀποπετόμεναι, ὥσπερ εἴρηται, ἢ εἰς ἓν κηρίον.

Excrementa deijciunt apes omnes, aut egreſſa inter volandum, aut vnam in cellam.

CAESAR.

Hoc ſanè magis eſt admirabile, quàm totum opus. Nam exonerare aluum volando id parum eſt: etiam aues faciunt. At vnum in locum deponere, etiam quorundam hominum ingenium exuperat. Theodorus, *egerunt alui excrementa*: malè: non enim egerunt, ſi εἰς ἓν κηρίον. *Egerere* enim eſt *efferre*: & κηρίον intelligit κύτταρον.

CCCXCIX. ARISTOTELES.

Εἰσὶ δ' αἱ μικραὶ, ἐργάτιδες μᾶλλον τῶν μεγάλων, ὥσπερ εἴρηται. ἔχουσι δὲ τὰ πτερὰ περιτετριμμένα, καὶ χροιὰν μέλαιναν, καὶ ἐπικεκαυμέναι· αἱ δὲ φαιαὶ καὶ λαμπραὶ, ὥσπερ γυναῖκες, ἀργαί.

Plus operis conficiunt parua, quàm magna, vt dictum eſt. Habent igitur alarum oras attritas, & colore atro ſunt, atque obuſtulato. Illæ verò nitidæ & ſubluſtres, ſicut mulieres otioſæ.

CAESAR.

Repetit comparationem ſpecierum ab opere. Et addit ſignum, & ſignorum cauſſas.

Περιτετριμμένα, *alarum oras*. Theodorus neglexit τὸ περὶ: habent enim ſic, quia frequenter offendunt pluribus in locis.

Ἐργάτιδες. Theodorus *officioſiores*: non, ſed *ſtudioſiores, operatiores*.

Ἐπικεκαυμέναι. *Sole obuſtæ*. Declarat τοῦ μέλανος τὸ αἴτιον. Theodorus legit ἐπικεκαμμέναι: *dorſum, repandum* inquit, quaſi ab onere.

CCCC. ARISTOTELES,

Δοκοῦσι δὲ χαίρειν αἱ μέλιτται καὶ τῷ κρότῳ· διὸ καὶ κροτοῦντές φασιν ἀθροίζειν αὐτὰς εἰς τὸ σμῆνος, ὀστράκοις τε καὶ ψόφοις. ἔστι μέντοι ἄδηλον ὅλως εἴτε ἀκούουσιν, εἴτε μὴ, καὶ πότερον ἢ δι' ἡδονὴν τοῦτο ποιοῦσιν, ἢ διὰ φόβον.

Videntur apes oblectari plauſu. Igitur teſtarum ſtrepitu, ac ſonitu, aiunt, congregari in alueum. Non conſtat tamen audiant néc ne, atque vtrum hoc præ voluptate, aut præ metu faciant.

CAESAR.

A Senſibus. Suprà de odoratu miro, déque officijs, ac moribus ex illo. Nam & ſequuntur regem, & amiſſum veſtigant: & odere fætorem, atque etiam vnguenta. Nunc ab auditu. Diſputant quidam eas non audire. Verùm ego puto audire: ſigna enim dant intus alia, atque alia, etiam foris mutato murmure. Qui negant, vt ſoluant tinnitus argumentum, aiunt, aërem commoueri,

moueri, atque ita eas afficere. Audiant autem, aut non audiant, metu puro perterreri.

Κρούωντες ὀστρακίοις καὶ ψόφοις. Theodorus *tinnitu aris aut fictilis.* Ψόφος, quemlibet ſonitum intellexit: ære autem Theodorus maluit circumſcribere.

Ἄδηλον *controuerſum.* Nam δήλῳ vtitur in re manifeſta Philoſophus.

CCCCI. ARISTOTELES.

Ἐξελαύνουσι δὲ καὶ τὰς ἀργὰς αἱ μέλιτται, καὶ τὰς μὴ φειδομένας.

Mittunt in exilium tum ceſſatrices, tum prodigas.

CAESAR.

Repetit mores, & miram narrat politiam. Alteræ abſumunt quod non faciunt: alteræ plus quàm faciunt.

Μὴ φειδομένας. Etiam ſi ἐργάτιδες ſint.

Ἐξελαύνουσι, *exterminant, eyciunt, mittunt in exilium:* inſectantis verbum eſt.

CCCCII. ARISTOTELES.

Διῄρηνται δὲ τὰ ἔργα, ὥσπερ εἴρηται πρότερον· καὶ αἱ μὲν, κηρία ἐργάζονται· αἱ δὲ, τὸ μέλι· αἱ δ᾽, ἐριθάκην. καὶ αἱ μὲν, πλάττουσι κηρία· αἱ δὲ, ὕδωρ φέρουσιν εἰς τοὺς κυττάρους, καὶ μιγνύουσι τῷ μέλιτι· αἱ δ᾽, ἐπ᾽ ἔργον ἔρχονται.

Diſpartitur ſuum cuique munus, vt dicebamus. Aliæ fauos, alia mel faciũt, aliæ erithacen. Nonnullæ ædificant fauos. Aliquæ ferunt aquam in cellas, ac melli admiſcent. Cætera ad opus pergunt.

CAESAR.

Repetit opus, & amplificat hiſtoriam. Nota τὰ κηρία ἐργάζονται. & mox τὰ κηρία πλάττουσι. Theodorus, *fauos conficiunt, & fauos expoliunt.* Non eſt ſic, ſed ædificant materiam ab alijs factam. Nam verbum ἐργάζονται eſt ſicut ſuprà, ἐργάζονται θύμον: important enim collecto è thymo rore, formam mellis: ſicut ἐργάζεται aurifex τὸ χρυσόν. Itaque illæ faciunt fauos. Id eſt, materiam hæ conſtruunt. Nam aliæ aut ipſæ eædem expoliunt fauos, ſed poſteà.

Αἱ δ᾽ ἐπ᾽ ἔργον ἔρχονται: exeunt ſcilicet ad colligendum. Nam etiam illa ἔργα ſunt. Theodorus, *munus extrarium ſubeunt.*

Ἐριθάκην. Hæc faciunt, & fulciunt opinionem, qua dicebamus ſuprà, in fauo eſſe mel, ceram & erithacen.

CCCCIII. ARISTOTELES.

Ὄρθριαι δὲ σιωπῶσιν, ἕως ἂν μία ἐγείρῃ βομβήσασα δὶς ἢ τρίς. τότε δ᾽ ἐπ᾽ ἔργον ἀθρόαι πέτονται· καὶ ἐλθοῦσαι πάλιν, θορυβοῦσι τὸ πρῶτον. κατὰ μικρὸν δ᾽, ἧττον, ἕως ἂν μία περιπετομένη βομβήσῃ, ὥσπερ σημαίνουσα καθεύδειν· εἶτ᾽ ἐξαπίνης σιωπῶσι.

Manè tantiſper ſilent dum vna excitârit edito murmure bis, aut ter. Tum verò ad opus cuncta euolant. Reuerſa iterum fremunt primùm, ſed paulatim, minus minúſque: donec vna circumuolans bombum edit, tanquam ſigno dato dormiendi. Atque inde extemplò conticeſcunt.

CAESAR.

Nunc etiam quaſi caſtrorum mores recenſet.

Ὄρθριαι: *ipſæ matutina.* Sic Græci loquuntur, vt nos *nocturnum furem:* & *matutinam frontem* dicimus.

Ἐγείρῃ, alias ἀπὸ σιωπῆς, alias fortaſſe à ſomno.

Δὶς ἢ τρὶς, *altero aut tertio murmuratu.* Theodorus *gemino aut triplici bombo:* non ſatisfacit.

Βομβήσῃ. Apum ſonus & apud Theocritum, & alios factitia vox. Etiam Galli hodie fremitum ſic ſignificant. Si verò apes ſono, ſeu murmure excitantur, & ad opus pergunt, & ad bombi ſonitum quieti ſe dant, argumentum ſanè firmiſſimum, eas audire.

Κατὰ μικρὸν δ᾽ ἧττον: tumultum faciunt, quem paulatim remittunt.

Ἐξαπίνης: mirum eam exaudiri in eo fremitu.

Θόρυβον: malim *fremitum*, quàm, *tumultum*. Non autem eſt parua vox tumultus: fremitus hîc ſignatiùs ſit.

CCCCIV. ARISTOTELES.

Διαγινώσκεται δὲ ἰσχύοντα τὸ σμῆνος, τῷ ψόφον εἶναι πολὺν, καὶ κινεῖσθαι ἐξιούσας καὶ εἰσιούσας. τότε γὰρ χαδύνας ἐργάζονται.

Beneualentis examinis ſignum eſt, ſonitus multus, & motus exeuntium, atque ingredientium. Tunc enim fœtus operantur.

C Æ S A R.

Signa bonæ valetudinis ponit: ſimul ponit opus coniunctum cum ipſa valetudine.

Διαγινώσκεται. Theodorus *dignoſcitur examen*. Nunquam Latinè ponitur hoc verbum, quia ſit comparatio cum re aliqua, à qua illud diſtinguitur: & addidit de ſuo, *vertiginoſa agitatione*.

CCCCV. ARISTOTELES.

Πονοῦσι μάλιστα δ', ὅταν αἱ ἄρχωνται ἐκ τοῦ χειμῶνος.

Potiſſimùm laborant cùm exacta iam hyeme opus incipiunt.

C AE S A R.

Redit ad euenta: à tempore. Eſuriunt tunc multis de cauſſis, abſumpta annona veteri, atque exhauſto penu: deinde quia laborant: tum propterea quòd calor redit vere: qui hyemẽ inertem permittit tranſigi à multis animalibus ſine ſenſu: nedum vt comedant. Scriptum erat πίνουσι. Theodorus legit πεινῶσι *eſuriunt*. Albertus πονοῦσι: optimè meo quidem iudicio.

CCCCVI. ARISTOTELES.

Ἀργότεραι δὲ γίνονται, ἐὰν πλεῖόν τις καταλίπῃ μέλι βλίττων· ἀλλὰ δεῖ πρὸς τὸ πλῆθος καταλείπειν τὰ κηρία· ἀθυμότεραι δ' ἐργάζονται, ἐὰν ἐλάττω καταλειφθῇ.

Segniores redduntur ſi quis cùm caſtrat, plus mellis reliquerit. Verùm pro multitudinis ratione in fauis relinquendum eſt: nam minùs alacres itẽ ſunt ad opus, ſi minus relinquatur.

C AE S A R.

Poſt famem ſubdit rationem cibi: & ponit legem apiarijs: ſi plus mellis relinquatur ſegniores fieri: quia non eſuriunt.

Ἀργότεραι. Theodorus *otioſiores*: meliùs, *ſegniores*. Otioſus nihil agit, ſegnis agit: itaque agunt, ſed ſegniùs.

Βλίττων: & ſic βδάλλειν, vtriuſque eadem origo: *caſtrare, ſugere, mel legere*, verba ruſtica.

Ἀθυμότεροι. Theodorus *anxius*: duobus erroribus. Nam & comparatiuum temerarium poſuit: & ἄθυμον *anxium* dixit. Cum tamen anxius ſit ſollicitus, ſed cum pauore: ἄθυμος autem *minus promptus, animo demiſſo, non agitato*. Εὐθυμία enim eſt *alacritas*. Vt dicimus Latinè, *bono eſſe animo*.

Ἐὰν ἐλάττω καταλειφθῇ. Theodorus per contrarium. *Si plus demetatur, quàm vt reſiduum cibo ſufficiat*. Icircò ſic dixit, vt euitaret toties ponere verbum *relinquere*.

CCCCVII. ARISTOTELES.

Ἀργότεραι δὲ γίνονται, κἂν μέγα τὸ κυψέλιον ᾖ· ἀθυμότεροι γὰρ πονοῦσι.

Si alueus ſit capacior, tunc quoque fiunt ceſſatiores: minùs enim prompta ſunt ad laborem.

C Æ S A R.

Altera cauſſa, cur ſint remiſſiores in opere. Infrequentiam earum ponit: deſperant enim ſeſe penum oppleturas. Ita ſemper ædium modus pro ratione prouentuum eſſe debet, ne hero egere

egere videantur potius, quàm herus ædium.

Ἀθυμότερον, Theodorus *agriùs*: rectè. Sed de ſuo addidit, *quaſi deſperent*.

CCCCVIII. ARISTOTELES.

Βλίττεται δὲ σμῆνος χοᾶ, ἢ τρία ἡμίχοα· τὰ δὲ εὐθηνοῦντα, δύο χοᾶς, ἢ πέντε ἡμίχοα· τρεῖς δὲ χοᾶς, ὀλίγα.

Caſtratur alueus ſingulis ſextarijs, aut ſeſquiſextario: ſi verò examen ſit beneualens, aut binis ſextarijs, aut quinis ſemiſextarijs. Ternis ſextarijs pauci.

CÆSAR.

PROVENTVM nunc ab opere earum, & cura apiariorum ponit, à ſextario mellis ad ternos, τρία ἡμίχοα. Theodorus *ternis ſemiſextarijs*: id autem eſt *ſeſqui*. Eſt enim, *ſeſqui* ſemis & æquale: vt tria ad duo, ſeſqui ſunt: continent enim duo & dimidium eius. Additur autem vox hæc, *altera*: quia duo illa quæ continentur à tribus, non ſunt duo, quæ extra tria ſunt materialiter. Vox mea, non eſt vox Catonis, quam ego habeo, ſeſqui ad eius vocem, ſed eſt altera: vt alterum tantum ſit & ſemis. Semis æquum, ſeſqui. An vero dici queat *ſeſquitertiam*, quæſiuere. Si igitur verum eſt, ſeſqui eſſe ſemis & æquum, non poterit dici ſeſquitertia proportio quæ continet totum & tertiam partem, vt quatuor ad tria: ſed ſeſquitertia erit quæ continet totum, & ſemis, & partem tertiam totius. Itaque vndecim ad ſex eſſet in ſeſquitertia: continet enim ſex, & tria, & duo. Qui verò aliter ſenſere vulgus ſequuti ſunt, non verborũ rationem. Veri Philoſophi omnium rerum & verborum cauſſas veſtigant. Et notandum χοᾶ fœmininum, & neutrum ἡμίχοον.

Τὰ δ' εὐθηνοῦντα, vt tres faciat modos: communem, & εὐθηνούντων, & rarum: cùm dicit ὀλίγα. Theodorus εὐθηνοῦντα, *ſi exuberant*: malè. Nam vberes aluei ſunt εὐθηνοῦντες. Exuberantes ij, quos hic Philoſophus vocat *paucos*. Βλίττεται τὸ σμῆνος: non examen, ſed mel.

CCCCIX. ARISTOTELES.

Πολέμιοι δὲ πρόβατον ταῖς μελίτταις, καὶ οἱ σφῆκες, ὥσπερ εἴρηται καὶ πρότερον. θηρεύουσι δὲ τούτους καὶ οἱ μελιττουργοί, λοπάδα τιθέντες, καὶ κρέας εἰς αὐτὴν ἐμβάλλοντες· ὅταν δὲ πολλοὶ ἐμπίπτωσιν, εἰς τὸ πῦρ πωμάσαντες ἐπιτιθέασι.

Hoſtis apum ouis eſt, & veſpæ, quemadmodum ſuprà dictum eſt. Venantur eas apiarij olla poſita, inditiſque in ea carnibus. Vbi multa inciderunt, opertam in igne ponunt.

CAESAR.

REpetit inimicitias veſparum, & addit nouos hoſtes ouem: neque ponit modum inimicitiarum, ſed modum venationis. Suprà hoc meliùs poſuiſſet, vbi ſimpliciter dicebat τὰς σφηκίας ἐξαίρουσι.

Πωμάσαντες: ſic in libro de *Miraculis auditis*, χυτρίδιον πωμάσαντες.

Ἐμπίπτωσι: vbi multas exceperint, opperiunt. Theodorus *acceſſerint* leniter: & omiſit πολέμιοι δὲ καὶ πρόβατον. Plinius in Vndecimo oues apum eſſe inimicas, quod difficile à lanis earum ſe explicent: leuis quidem ratio.

CCCCX. ARISTOTELES.

Κηφῆνες δ' ὀλίγοι ἐνόντες, ὠφελοῦσι τὸ σμῆνος· ἐργατικωτέρας γὰρ ποιοῦσι τὰς μελίττας.

Fuci ſi pauci inſint, iuuant examen. Efficiunt enim vt ſtudioſiùs operi incumbant.

CAESAR.

SVprà hoc quoque debet poni, vbi de fucis agit.

CCCCXI. ARISTOTELES.

Προγινώσκουσι δὲ χειμῶνα καὶ ὕδωρ αἱ μέλιτται. σημεῖον δέ· οὐκ ἀποπέτονται γὰρ, ἀλλ' ἐν τῇ εὐδίᾳ αὐτοῦ ἀνειλοῦνται· ὃ γινώσκοντες οἱ μελιττουργοὶ, ὅτι χειμῶνα προσδέχονται.

PReſagunt tempeſtates atque imbres. Deprehenſum id ex eo eſt, quòd non prouolant, ſed in loco tepido verſantur, neque ab eo dimouētur. Quo nouere apiarij eas expectare tempeſtatem.

C AE S A R.

ETiam diuinitatis partem attribuit.

Ὕδωρ, imbres quos ſane fugiunt. Χειμῶνα, ventos & frigus, & eiuſmodi quæ in hyeme fieri conſueuere. Icciico dixit ἐν εὐδίᾳ *in aprico*, & αὐτοῦ: quia ante dixerat οὐκ ἀποπέτονται. Theodorus *in alueo*, malè: imò in aprico ante alueum. Quid enim illis in alueo, ſerenúmue, an nubilū ſit?

Ἀνειλοῦνται, Theodorus *volutantur*: malè: non enim ſunt ſaturæ, vt ſuprà de furibus. Κυλίονται. Sed *verſantur*, rectè.

Προσδέχονται: ſcilicet apes, non apiarij, vt putat Theodorus.

Ὃ γινώσκουσι pro ᾧ.

CCCCXII. ARISTOTELES.

Ὅταν δὲ κρέμωνται ἐξ ἀλλήλων ἐν τοῖς σμήνεσι, σημεῖον γίνεται τοῦτο ὅτι ἀπολείψει τὸ σμῆνος· ἀλλὰ καταφυσῶσι τὸ σμῆνος οἴνῳ γλυκεῖ οἱ μελιττουργοὶ, ὅταν τοῦτ' αἴσθωνται.

CVm autem pendent interſe in examine, indicium eſt futuri diſceſſus. Verùm aſpergunt examini vinum dulce apiarij, cùm id perſenſere.

C AE S A R.

SIgna diſceſſus ponit & remedia.

Ἀπολείψει: hoc non eſt ſicut ἀφεσμός.

Ἐξάπτονται γὰρ: *racemum* vocat Albertus: rectè.

Καταφυσῶσι: ore fortaſſe. Theodorus *afflant*, rectè.

Κρέμωνται. Theodorus *mutuo annexu alia ex alia pendet*: & addit, *in alueo* malè. Quid enim videt apiarius intra alueum; quibus oculis? linceum eſſe oportuit.

CCCCXIII. ARISTOTELES.

Φυτεύειν δὲ συμφέρει περὶ τὰ σμήνη, ἀχράδας, κυάμους, πόαν Μηδικὴν, Συρίαν, ὤχρους, μυρρίνην, μήκωνα, ἕρπυλλον, ἀμυγδαλῆν.

SErere circum alueos conuenit pyros, fabas, herbam Medicam, herbam Syriam, faſelos, myrtum, papauer, ſerpyllum, amygdalam.

C AE S A R.

REdit ad paſtum, quem aliena malè intermiſit hiſtoria.

Ἀχράδας pyros ſilueſtres.

Πόαν Μηδικὴν, *herbam Medicam*: quoniam & arbor Medica eſt, à Media aduecta bello Darico: trifolij ſpecies, in Hiſpania nota. De qua Plinius in Sextodecimo, Octauidecimi.

Συρίαν, Theodorus *Suriam*: quæ ea herba ſit, non ſatis intelligo.

Ὤχρους. Theodorus *eruiliam*. Eruiliam quidem iubet ſerere circum alueos Plinius in Viceſimo primo, ſed an ea ſit ὦχρος dubitatur. Conſtat autem ſic dictum à colore. Inter faſiolos eſt luteus. Galenus inter faſelum & faſiolum ponit differentiam: qui tamen nominum contemptum profitetur. Faſeli genera ſunt duo: alterum topiarium, alterum humile. Folium, & capreoli, & ſiliquæ, & figura eadem: magnitudine tantum diſtant: color quoque idem. In vtriſque luteus, ſanguineus, carneus, niger, cinereus: niſi quod in humili genere non videtur varium, ex cinereo & nigro. Neque candidum in topiario. Scimus ſanè id topiarium niſi colas degenerare, & humileſcere. Δολιχίας vocant, quia ſoli leguminum ad renum formam eſſent oblongi. Eruilia quidem leguminis genus quod & à Vaſconibus nomen retinuit, *arbeille*, & à Taurinis Liguribus. At eius color niger, aut cinereus. De his omnibus ſuo loco à nobis diſputatum eſt.

CCCCXIV. ARISTOTELES.

Γινώσκουσι δέ τινες τῶν μελιττουργῶν τὰς ἑαυτῶν, ἐν τῇ νομῇ ἄλφιτα καταπάσαντες.

Ex apiarijs ſunt qui in paſtu ſuas cognoſcunt, farina aſperſa.

CAESAR.

Hiſtoria potiùs de apiario quàm de apibus. Sed ſubeſt quoque mos. Nam farina alliciuntur.

Ἐν τῇ νομῇ. Theodorus *in prato*: non, ſed ἐν τῇ νομῇ. Nam paſcuntur etiam alibi quàm in pratis.

CCCCXV. ARISTOTELES.

Ἐὰν δ' ἔαρ ὄψιον γένηται, ἢ αὐχμὸς, καὶ ὅταν ἐρυσίβη, ἔλαττον ἐργάζονται αἱ μέλιτται τὸν γόνον.

Si ver ſerò appetat, aut ſi ſit ſqualidus annus, aut rubiginoſus, minùs fœcundæ ſunt.

CAESAR.

Claudit hiſtoriam non ſuo fini. Nam ſuprà hoc debuit cum alijs componi. Primùm diſtinguerem genus, vt fecit, in ſpecies. Deinde naturas ponerem: tum generationem: deinceps opera: poſtremò cibum, & paſtum, & hoſtes, & morbos, & remedia. Sed videtur Philoſophus aut ſtudioſè diſcerpſiſſe tractum hiſtoriæ, ne faſtidium pareret: aut collegiſſe aliqua ex diuerſis, aut ſcriptis, aut auditu. Ἔαρ ὄψιον, Theodorus, *ſerotinum*: eſt tamen epithetum partis diei. *Serum ver* dicas, *ſerotinum* nō dicas, nihilominus quàm *veſpertinum*. Et nota orationem, γένηται enim verbum ad ver relatum ſignat ὄψιον: ad αὐχμὸς ſimpliciter refertur. Neque repetit ὄψιον, vt ἔαρ ὄψιον ſit vnum quiddam quod vna voce nequiuit dicere.

Ἔλαττον τὸν γόνον: non minùs quantitate, ſed frequentia. Rationes autem ſunt diuerſæ eiuſdem effectus. Nam ver ſerum cùm eſt, gelu prohibentur tempeſtiuè incipere opus. Itaque non vacat fœtificando: at αὐχμὸς eſt ſiccitas, quæ minùs fœcundum facit animal ſua natura valde ſiccum: rubigo autem tantò plus.

CAPVT SEXAGESIMVM-QVINTVM,

VESPAE.

CCCCXVI. ARISTOTELES.

Τὰ μὲν οὖν περὶ τὰς μελίττας, τοῦτον ἔχει τὸν τρόπον. τῶν δὲ σφηκῶν ἐστὶ δύο γένη. τούτων δ' αἱ μὲν ἄγριαι, σπάνιαι· γίνονται δ' ἐν τοῖς ὄρεσι, καὶ τίκτουσιν οὐ κατὰ γῆς, ἀλλ' ἐν ταῖς δρυσί· τὴν μὲν μορφὴν μείζους, καὶ προμηκέστεροι, καὶ μελαγχρώτες τῶν ἑτέρων μᾶλλον· ποικίλοι δὲ, καὶ ἔγκεντροι πάντες, καὶ ἀλκιμώτεροι, καὶ τὸ πλῆγμα ὀδυνηρότερον αὐτῶν ἢ ἐκείνων· καὶ γὰρ τὸ κέντρον ἀνάλογον μεῖζον τὸ τούτων.

Haec de apibus hactenus. Veſparum autem duo ſunt genera. Quarum alterum ferum, rarum: gignitur enim in montibus, neque ſub terra parit, ſed in quercubus. Facie eſt maiore & oblongiore quàm alia. Variæ omnes & aculeatæ, & valentiores. Ictus quoque earum maiorem dolorem affert, quàm illarum: aculeus enim proportione his maior eſt.

CAESAR.

CAESAR.

NVnc veſpas narrabit: & genus agreſte deſcribit.

Ἄγειοι, *ferum:* quoniam dixit *montanum & acerbum.* Quanquam vtrunque ferum eſt. Sed etiam vtrunque agreſte.

Οὐ κατὰ τὸ γένος. Sicut vulgares, vna differentia. Aliæ ſequuntur à magnitudine, figura, colore. Communis poſtea natura. Ποικίλοι καὶ ἔγκεντροι: à robore alia differentia. Ἀλκιμώτεροι. Et ab effectu πλῆγμα. Poſtremò differentia analogica: vt non ſolùm aculeum habeant grandiorem quàm vulgares, ſed etiam grandiorem quàm ſibi habere debeant corporis magnitudine.

Ἔγκεντροι, quia intus habent aculeum.

Πλῆγμα, non δῆγμα: nam πλήττουσι.

CCCCXVII. ARISTOTELES.

Οὗτοι μὲν οὖν διετίζουσι, καὶ ὁρῶνται τοῦ χειμῶνος ἐκ δρυῶν κοπτομένων ἐκπετόμενοι.

HAe igitur annum tranſigunt. Hyeme enim videntur è quercubus euolare.

CAESAR.

QVoniam ſuprà dixit σφῆκες ἐπέτειοι veſpæ: hæ etiam annum tranſigunt.

Διετίζουσι: notandum verbum ſuprà à δύο: hîc à δίς. Sed ſanè qui annum tranſibit, duos annos vixiſſe dicetur.

Χειμῶνος; cùm aliæ intereunt.

CCCCXVIII. ARISTOTELES.

Ζῶσι δὲ φωλοῦντες τὸν χειμῶνα.

VIuunt hyeme in latibulis.

CAESAR.

VT declararet quo euadant modo in annum alterum.

CCCCXIX. ARISTOTELES.

Ἡ δὲ διατριβὴ ἐν τοῖς ξύλοις.

DEgunt in truncis.

CAESAR.

NOn ſub terra, vt aliæ. Differentia ſpecifica.

CCCCXX. ARISTOTELES.

Εἰσὶ δ' αὐτῶν οἱ μὲν, μῆτραι, οἱ δ', ἐργάται, ὥσπερ καὶ τῶν ἡμερωτέρων. τίς δ' ἡ φύσις τοῦ ἐργάτου καὶ τῆς μήτρας, ἐπὶ τῶν ἡμερωτέρων ἔσται δῆλον.

EArum aliæ ſunt matrices, aliæ operariæ: quemadmodum etiam in mitioribus. Tam matricis quàm operariæ, quæ ſit natura, in genere mitiorum conſtabit.

CAESAR.

DIſtinguit in ſpecies infimas, & communem naturam, aut differentem. Profitetur declarationem narratione communi: qua etiam mitiores comprehenduntur. Et ſemper à notioribus incipiendum. Itaque illas in illis pingit.

Ἡμερωτέρων quoniam vt in apibus, montanæ ferociores ſunt.

Ἐν ξύλοις Theodorus, *in macerie:* malè: non dixit δρυσί. *Materie*, vt puto, voluit dicere, aut ſcripſit. Sed arbor nondum cæſa nunquam *materies* dicetur: ſed *materia.*

CCCCXXI.

CCCCXXI. ARISTOTELES.

Ἔστι γὰρ καὶ τῶν ἡμέρων σφηκῶν δύο γένη· οἱ μὲν, ἡγεμόνες, οὓς καλοῦσι μήτρας· οἱ δ', ἐργάται. εἰσὶ δὲ μείζους οἱ ἡγεμόνες πολὺ, καὶ πραότεροι. καὶ οἱ μὲν ἐργάται, οὐ διετίζουσιν, ἀλλὰ πάντες ἀποθνήσκουσιν, ὅταν χειμὼν ἐπιπέσῃ. φανερὸν δ' ἐστὶ τοῦτο. τοῦ γὰρ χειμῶνος ἀρχομένου μὲν, μωροὶ γίνονται οἱ ἐργάται αὐτῶν, περὶ τροπὰς δὲ οὐ φαίνονται ὅλως· οἱ δ' ἡγεμόνες, οἱ καλούμενοι μῆτραι, ὁρῶνται δι' ὅλου τοῦ χειμῶνος, καὶ κατὰ γῆς φωλεύουσιν. ἀροῦντες γὰρ καὶ σκάπτοντες ἐν τῷ χειμῶνι, μήτρας μὲν πολλοὶ ἑωράκασιν, ἐργάτας δ' οὐδείς.

Sunt etiam quoque mitiorum duo genera. Principes, quos matrices *vocant, & operaria. Maiores ſunt principes, & placidiores: & operariæ ad bimatum non perueniunt: ſed moriuntur omnes hyeme preuenta. Id adeò ex his conſtat. Nam appetente hyeme obſtupeſcunt ipſa. In bruma autem omnino non comparent. At principes qui* matrices *cognominantur, tota hyeme conſpiciuntur, & ſub terram conditi latēt. Ab aratoribus enim & foſſoribus multi principes per hyemem ſunt conſpicati: operariarum autem nulla.*

CAESAR.

NVNC aggreditur alteram, vt vtranque oculis ſubijciat.

Καὶ τῶν ἡμέρων. Τὸ, καὶ: quia item duo ferarum genera ſunt: ac ſanè iiſdem nominibus, μῆτραι καὶ ἐργάται. Sed non eadem natura. Nam ἐργάται harum οὐ διετίζουσι. Etiam μήτρας harum vocat ἡγεμόνας, illas non. Ponit deinde duas differentias inter duas ſpecies à magnitudine, & moribus, & tractu vitæ.

Μωροὶ: ſicut ſuprà de polypis fœminis μωραὶ γίνονται, vt ſit ægritudo. Morbus autem eſt via ad mortem.

Ἀροῦντες, *ſollentes terram.* Vnde ἀροτριᾶν, & noſtrum *arare*. *Arantes* igitur & *fodientes*, *aratores* & *foſſores*.

Μήτρας μὲν πολλοὶ ἑωράκασι, ἐργάτας δ' οὐδείς. Quoniam ſub terra cùm latitant, potuiſſet quis putare ob id non videri. *At multi*, inquit, *videre matrices, operarias qui viderit non extat.*

CCCCXXII. ARISTOTELES.

Ἡ δὲ γένεσις τῶν σφηκῶν ἐστὶ τοιάδε· οἱ ἡγεμόνες, ὅταν λάβωσι τόπον εὔσκοπον, ἐπιόντος τοῦ θέρους, πλάττονται τὰ κηρία, καὶ συνίστανται οὓς καλοῦσι σφηκωνεῖς τοὺς μικρούς, οἷον τετραθύρους, ἢ ἐγγὺς τούτων· ἐν οἷς σφῆκες γίνονται, καὶ οὐ μῆτραι. τούτων δὲ αὐξηθέντων, πάλιν μετὰ τούτους ἄλλους μείζους ἰσοὺς συνίστανται· καὶ πάλιν, τούτων αὐξηθέντων, ἑτέρους· ὥστε τοῦ μετοπώρου τελευτῶντος, πλεῖστα καὶ μέγιστα γίνεσθαι σφηκία· ἐν οἷς ὁ ἡγεμὼν, ἡ καλουμένη μήτρα, οὐκέτι σφῆκας γεννᾷ, ἀλλὰ μήτρας.

Veſparum generatio talis eſt. Duces vbi cepere locum conſpicuum, ineunte æſtate fingunt fauos: & conſtituunt quæ veſpeta *vocantur* puſilla. *Putà quaternis oſtiolis, aut propemodum: in quibus veſpæ oriuntur, nō autem matrices. Quibus adultis, deintegrò præter ſuperiores telas alias maiores conſtruunt: atque his adultis alias. Adeò vt ad finem autumni plurima, & maxima veſparia ſint. In quibus dux quem* matricem *nominauimus, non ampliùs gignit veſpas, ſed matrices.*

CÆSAR.

VESPARVM generationem ponit non ſine procemio. Eſt autem narratio luculentiſſima. Ex his colligas, quare *matrices* appellentur duces: quia ipſæ reſtituunt gentem deletam hyeme. Ergo etiam ἐργάτου nomine dignæ ſunt. Ponit autem miram œconomiam. Locum & ædificationem commodam capiunt: deinde cellarum fingunt quantum ſit ſatis ad prolem futuram: néue labore temerario delaſſentur, néue ædes vacuæ exprobrent ignauiam domino: néue tempus ſoboli generandæ dicatum occupetur fabrica. Atque hoc commune cum communi natura apum habent, quæ alueum ſuæ frequentiæ æquatum non maiorem poſtulat. Tum in cellis non ponunt liberos matriculas, ſed operarias. Quoniam earum cauſſa, potiuſquàm alterarum ædificant, vt genus reſtituatur: vtrque adminiſtræ operis ſint. Ijs enim ortis intus quieſcunt ipſi.

Εὔσκοπον, *editum, conſpicuum, luculentum.* Theodorus, *opportunum*: non expreſſit. Nam cùm latent ſub terra, locum habent opportunum, at non εὔσκοπον.

Σφηκω-

Σφηκωνεῖς. Theodorus *veſpeta*, rectiſſimè: σφηκιῶν: vt πλαζανιῶν κανεῶν.

Τετραθύρους. Theodorus *quaternis foriculis*. At oſtia ſunt, non fores. Fores enim ſunt, quæ & valuæ, operimenta hiatus: quæ iccirco, *ianuam* appellant.

Μείζους ἰσους, *telas*: ſicut ſuprà in apum opere, &, *maiores*, poſtremas. Quia in his duces gignunt nouas matrices. Etiam œconomiam intelligas.

Τελευταῖον φθινοπώρου. Theodorus *poſtremo Autumno*: duriuſculè.

Σφηκία, quæ ſuprà σφηκωνεῖς: nos *veſpeta*. Sicut ſuprà in apibus κηφήνια.

Ὁ ἡγεμὼν ἡ καλουμένη μήτρα. Faceta oratio pro ὁ καλούμενος. Et articulus *ille*, quaſi ratio eſt quare μήτρα appelletur: ſubdit enim γεννᾷ.

Οὐκέτι *non iam*. Theodorus *non inſuper*

Σφῆκας, ἀλλὰ μήτρας. Mirus vir. Σφὴξ genus eſt, μήτρα ſpecies. Tamen diſtinguit hoc ab illo. Item μήτρα perennis eſt, ergo dignior quæ vindicet ſibi generis nomen, quàm ἐργάται, qui deficiunt.

CCCCXXIII. ARISTOTELES.

Γίνονται δ' ἤτοι αὐτοῦ ἐπὶ τῆς σφηκίας ἐπιπολῆς μείζους σκώληκες ἐν θυρίσι συνεχέσι τέτταρσιν, ἢ μικρῷ πλείοσι. παραπλησίως δ' ὥσπερ ἐν τοῖς κηρίοις τὰ τῶν ἡγεμόνων.

Oriuntur hæ grandiorum vermium ſpecie in quatuor, aut non multò plurium inter ſe continuatarum ſuperiorum cellarum labris ſummis. Cætera ſimilis ratio ducibus, & ijs quæ intus in cellis generantur.

CAESAR.

PONIT generationis locum in matricibus, quo ſolo dicit diſtare à generatione cæterarum veſparum. Differentiæ autem duæ ſunt. Ἄνω καὶ ἐπιπολῆς. Itaque cum hæc dixit breuiſſimè, & obſcuriſſimè oſtendit cætera non differre illis verbis. παραπλησίως δὲ ὥσπερ ἐν τοῖς κηρίοις τὰ τῶν ἡγεμόνων. Nam ἐν τοῖς κηρίοις, intus fiunt veſpæ operariæ.

CCCCXXIV. ARISTOTELES.

Ἐπειδὰν δὲ γένωνται οἱ ἐργάται σφῆκες ἐν τοῖς κηρίοις, οὐκέτι οἱ ἡγεμόνες ἐργάζονται, ἀλλ' οἱ ἐργάται αὐτοῖς τὴν τροφὴν εἰσφέρουσι. φανερὸν δ' ἐστὶ τοῦτο, τῷ μηκέτι τοὺς ἡγεμόνας ἐκπέτεσθαι τῶν ἐργατῶν, ἀλλ' ἔνδον μένοντας ἡσυχάζειν.

Ortis veſpis operarijs in cellis, nihil amplius operis faciunt principes. Sed operariæ intrò important eis cibum. Conſtat id ex eo, quòd non amplius euolant duces; ſed intus quiete degunt.

CAESAR.

NVNC officia vtriuſque ſpeciei narrat. Mirũ virò, ſi ſuprà dixit principes fingere etiam poſtremas cellas Autumnales, in quibus matrices gignant: quomodo non exeant ad fingendum? Nam etſi operariæ ipſis ferant materiam, atque illi conſtruant, at neceſſe eſt exire eos, vt affingant fauos.

Γίνωνται, Theodorus *affuerint*, peſſimè.

CCCCXXV. ARISTOTELES.

Πότερον δὲ οἱ περυσινοὶ ἡγεμόνες, ὅταν νέους ποιήσωσιν ἡγεμόνας, ἀποθνήσκουσι μετὰ τῶν νέων σφηκῶν, καὶ τοῦτο ὁμοίως συμβαίνει, ἢ ἐπὶ πλείω χρόνον δύνανται ζῆν, οὐδὲν ὦπταί πω· οὔτε γῆρας, οὔτε μήτρας, οὔτε τῶν ἀγρίων σφηκῶν, οὐδείς πω ὦπται ἑωρακώς, οὐδ' ἄλλο τοιοῦτο πάθος οὐδέν.

Vtrum verò ſuperioris anni duces, creatis nouis ducibus, cum iunioribus veſpis ſimili fato intereant: an diutius queant viuere, nondum perſpectum eſt. Neque verò ſenectam aut ducis, aut ferarum veſparum, aliósve tales in eis affectus, nemo vidiſſe viſus eſt.

CÆSAR.

APPENIT dubitationem, an creatis nouis ducibus, parentes intereant, idémque ſit fatum eorum cum veſpis operarijs, quæ non διαχειμάζουσι. Et dicit non conſtare. At ſuprà videtur ſibi contradicere. Nam totam hyemem latere ſcripſit. Sed ſanè non eſt contradictio. Nam veſpæ operariæ hyemis ſæuitia moriuntur: at duces viuunt. Veri autem ſint veterésne, an noui, non ſanè conſtat.

Περυσινοί : *pridiani* : retulit ad annum Philoſophus: & opponit τὸ περυσινὸν, τοὺς νέους.

Μετὰ νέων σφηκῶν. Nam apes νέας ſuprà dixit ἐπετείους : ergo ſuprà ἐπέτειος σφὴξ, hîc νέος.

Theodorus non legit μετὰ, ſed ὑπὸ, malè : *interimantur*, inquit, *à veſpis nouellis*. Nam quid eſſet, καὶ τοῦθ' ὁμοίως συμβαίνει? Sanè ὁμοίως, ſignificat ſimiliter illas, atque apes interire : intereunt enim nouellæ, non interimunt, atque illis ſubminiſtrant cibos. Quare igitur interimerent : quare non potiùs nouos occupatores? Neque natura patitur, vt parentes à liberis interficiantur iam adultis.

Οὐδὲν, pro οὐκ, aut οὐδέτερον, pereántne, an viuant.

Οὔτε γήρως οὔτε μήτρας, οὔτε τῶν ἀγρίων. Quoniam ſenectus præcedit mortem. Suauius Latinè dicas : *neque ſenectus, vel matricis, vel ferarum*, quàm toties apponere οὔτε. Nam primum eſt generalis negationis : altera duo ſunt diſtinctiua. Et videntur tria membra æqualia : non autem partita & relata ad γήρως. Sed facetiſſima oratio eſt οὐδείς πω ὦπται ἑωρακώς : *nemo viſus eſt vidiſſe, aut qui viderit*. Sic nunc etiam Latinè, *videre videor*. Theodorus neglexit.

Τοιοῦτο πάθος : quoniam ſenectus πάθος eſt ætatis : intelligit enim debilitatem & τὸ μαραίνεσθαι, vt ſuprà.

CCCCXXVI. ARISTOTELES.

Ἔστι δ' ἡ μήτρα πλατὺ καὶ βαρὺ, καὶ παχύτερον καὶ μεῖζον τοῦ σφηκός· καὶ πρὸς τὴν πτῆσιν, διὰ τὸ βάρος, οὐκ ἄγαν ἰσχυρόν· οὐδὲ δύνανται ἐπὶ πολὺ πέτεσθαι. διὸ καὶ κάθηνται ἐν τοῖς σφηκίοις ἀεὶ, συμπλάττουσαι καὶ διοικοῦσαι τὰ ἔνδον.

Eſt matrix lata, & grauis, & craſſior, atque grandior, quàm veſpa: ad volandum inualidior, ob grauitatem. Non ferè igitur volare longiùs queunt, ſed in veſparijs ſedent, ſemper contingentes, atque ordinantes domeſtica.

CAESAR.

DESCRIBIT ſpecies à partibus. Sed quare non dixit, latior, & grauior, ſicut craſſior, & grandior? quia operaria craſſa, & grandis eſt: at non eſt lata, neque grauis. Sed agilis: quippe ad opus non ſedentarium, vt illa, ſed motorium. Theodorus contempſit cancellos Philoſophi, & omnia fecit comparatiua, temerè.

Πλατὺ καὶ βαρὺ in neutro. Cùm igitur dixit βαρὺ, ſtatim debuerat, καὶ πρὸς τὴν πτῆσιν. Sed negligit ille toto opere hoc hanc curioſitatem.

Οὐκ ἄγαν ἰσχυρόν. Vt vires ſint minores quàm pro ſarcina corporis. Natura enim, vt iuberet finxit, non vt obediret.

Ἐπὶ πολὺ, *longiùs*. Nam vola:e quidem poſſunt, ſed parùm.

Ἀεὶ, ſemper ſedere, vt in apibus. Συμπλάττουσι, vt ciues communi opere. Διοικοῦσι vt imperatores: vnde *Diœceſis* apud Ciceronem. Συμπλάττουσι verò ſignatum verbum : quia collectam materiam quæ ſparſim & micatim affectus ſimul componit. Theodorus *effingentes*. At ſoli pictores effingunt: exempli enim verbum eſt.

Διοικοῦσι. Theodorus, *munere fungentes cellaria*. Οἶκος *ædem* ſignificat. Διοικεῖν *diſponere in ædibus*: certè nimis ambitioſè dixit.

CCCCXXVII. ARISTOTELES.

Ἐν δὲ τοῖς πλείστοις σφηκίοις, ἔνεισιν αἱ μῆτραι καλούμεναι. ἀμφισβητεῖται δὲ, πότερον ἔγκεντροί εἰσιν, ἢ ἄκεντροι. ἐοίκασι δ', ὥσπερ οἱ τῶν μελιττῶν ἡγεμόνες, ἔχειν μὲν, οὐκ ἐξιέναι δὲ, οὐδὲ βάλλειν.

Plurimis in veſparijs matrices inſunt. Verùm dubitatur aculeatæ ſint nécne. Videntur tamen vt reges apum eſſe. Verùm neque exire, neque ferire.

C AE S A R.

Alias partes exequitur, aculeos ſcilicet. Comparat eum regibus apum, quos ſuprà libro quinto aculeatos eſſe dicit. At eodem tamen ſibi contradicit. Sed de his ibi abũdè. At verò illudit nobis cùm dicit *αἱ μῆτραι καλούμεναι*. Nam plus centies iam nominauit. Cæterùm *καλούμεναι* ſemper addimus rei ignotæ.

Οὐκ ἐξίεναι. Niſi negâſſet infrà has matrices habere aculeos, poſſet hoc referri ad aculeum, vt etſi aculeatæ ſint, aculeum tamen intus manere, & non ferire. Et ſic videtur legiſſe Theodorus. Albertus quoque multum hanc fulſit opinionem: *non extrahunt*, inquit. Et ipſas ait inuentas aculeatas per anatomiam, paruúmque habere aculeum. Atque ita mihi quoque videtur. Cùm verò dicat Philoſophus eas aculeum non habere, puto id intelligi debere, quoniam inutilis ipſis eſt: quia aculeus neque exit, neque eo ipſæ feriunt.

CCCCXXVIII. ARISTOTELES.

Τῶν δὲ σφηκῶν αἱ μὲν, ἄκεντροί εἰσιν, ὥσπερ κηφῆνες· αἱ δ', ἔχουσι κέντρον. εἰσὶ δ' αἱ ἄκεντροι, ἐλάττους καὶ ἀσθενέστεραι, καὶ οὐκ ἀμύνονται· αἱ δ' ἔχοντες τὰ κέντρα, μείζους καὶ ἄλκιμοι· καὶ καλοῦσι τούτους ἔνιοι μὲν ἄρρενας, τοὺς δ' ἀκέντρους, θηλέας.

At veſparum alia carent aculeo, vt fuci: alia nõ carẽt. Quæ carent ſunt minores, & imbelliores, neque pugnant: aculeata maiores, & valentes. Atque has quidam vocant mares: *illas aculeo carentes,* fœminas.

C AE S A R.

Renuncit naturam veſparum ad naturam apum.

Οὐκ ἀμύνονται, irritatæ non vlciſcuntur.

Ἄλκιμοι. Igitur pro viribus, & morſum, & telum à natura ſunt conſequutæ. Theodorus *pugnaces*, malè.

Ἀκέντρους, libenter vertiſſem *exarmatas*: ſed ſanè nunquam aculeum habuere.

Καλοῦσι: vt potius ſit nomen, quàm res: quaſi verò aculeus loco ſit veretri. Sanè arma maribus plus conueniunt.

CCCCXXIX. ARISTOTELES.

Περὶ δὲ τὸν χειμῶνα ἀποβάλλειν δοκοῦσι πολλοὶ τῶν ἐχόντων τὰ κέντρα. αὐτόπταις δ' οὔπω ἐντετυχήκαμεν.

Eæ quæ aculeos habent, ſub hyemem amittere ipſos videntur. Verùm nobis non contigit videre hoc.

C AE S A R.

Supra à ſubſtantia de aculeo inter ſpecies. Nunc in ſpeciebus à tempore. Sed nihil aſſerit.

Dixit *δοκοῦσι*, ex opinione hominum: quia *δόξα* id ſignificat. Et dixit *πολλοὶ τῶν ἐχόντων*, vt non ſolùm de veſpis intelligat. Vt non benè dixerit Theodorus, *pleraque*: ſed *pleraque*, melius.

Περὶ χειμῶνα: Theodorus, *hyeme inſtante*: rectè. *Sub hyemem*: vt, *ſub lucem*.

Οὔπω αὐτόπταις ἐντετυχήκαμεν. Verbum ſono infelici: *ex nemine qui vidiſſet accepimus.* At ipſe dicit de ſuo viſu, non de alijs.

CCCCXXX. ARISTOTELES.

Γίνονται δ' αἱ σφῆκες μᾶλλον ἐν τοῖς αὐχμοῖς, καὶ ἐν ταῖς χώραις ταῖς τραχείαις.

Oriuntur annis ſqualentibus, & locis aſperis potius veſpæ.

C AE S A R.

A Loco, & tempore: ſiccum animal, ſiccis.

CCCCXXXI.

CCCCXXXI. ARISTOTELES.

Γίνονται δ' ὑπὸ γῆν.

ORiuntur verò ſub terra.

CÆSAR.

VBi & agitant.

CCCCXXXII. ARISTOTELES.

Καὶ τὰ κηρία πλάττουσιν ἐκ φορυτοῦ καὶ γῆς, ἀπὸ μιᾶς ἀρχῆς ἕκαστον, ὥσπερ ἀπὸ ῥίζης.

CEllas conficiunt ex feſtucis collectis, & terra, ab vno exordio ſingulas, tanquam ab radice.

CÆSAR.

MAteriam operis ponit. Videtur ad formam metæ, aut pinei pomum.

Φορυτοῦ, *congeriem*, Theodorus rectè. At ἀπὸ ῥίζης, *quaſi ſtirpe*, laxiùs.

CCCCXXXIII. ARISTOTELES.

Τροφῇ δὲ χρῶνται μὲν καὶ ἀπ' ἀνθῶν τινῶν καὶ καρπῶν, τῇ δὲ πλείστῃ ἀπὸ ζωοφαγίας.

CIbum ſumunt carptim à floribus, & fructibus quibuſdam. Plurimum autem ex animalibus.

CÆSAR.

MVltiplicem victum narrat.

Ἀπὸ ζωοφαγίας. Non ſolùm viuentibus, ſed etiam cadaueribus: vt τὸ ζῷον ambiguum ſit. Τροφῇ, finis eſt. Ἀπ' ἀνθῶν, materia. At ζωοφαγία continet, & materiam, τὸ ζῷον: & actionem, φαγεῖν.

CCCCXXXIV. ARISTOTELES.

Ὠμμέναι δ' εἰσὶν ὀχευόμεναι ἤδη καὶ τῶν ἄλλων τινές. εἰ δ' ἄκεντροι ἄμφω, ἢ κέντρα ἔχοντες, ἢ ὁ μὲν, ὁ δ' οὔ, οὐκ ὦπται. καὶ τῶν ἀγρίων ὀχευόμεναι ὠμμέναι, καὶ ὁ ἕτερος ἔχων κέντρον· περὶ θατέρου δ' οὐκ ὤφθη.

VIſæ ſunt aliquæ ex cæteris etiam coëuntes. Cæterùm aculeatæne eſſent ambæ, an non: earúmue altera, nécne, nondum perſpectum eſt. Fero quoque in genere coëuntes animaduerſæ ſunt, quarum altera aculeo armata eſſet: de altera non conſtabat.

CÆSAR.

AB officijs generationis. Τῶν ἄλλων, ſcilicet non ἀγρίων. Nam mox περὶ ἀγρίων. Quoniam ſuprà dicebat mares aculeatos.

CCCCXXXV. ARISTOTELES.

Οὐ δὲ γόνος, οὐ δοκεῖ ἐκ τοῦ τόκου γίνεσθαι, ἀλλ' εὐθὺς μείζων εἶναι, ἢ ὡς σφηκὸς τόκος.

FOetus tamen non videtur ex parte procreari, ſed ſtatim maior eſſe, quàm vt veſpæ ſit fœtus.

CÆSAR.

FInis coïtus: & non finis, ſi à coïtu non eſt fœtus. Et ponit cauſſam: magnitudinem repentinã. Verùm in polypo, & alijs piſcibus idem euenit.

CCCCXXXVI. ARISTOTELES.

Ἐὰν δὲ λάβῃ τις τῶν ποδῶν σφῆκα, καὶ τοῖς πτεροῖς ἐᾷ βομβεῖν, προσπέτονται οἱ ἄκεντροι· οἱ δὲ τὰ κέντρα ἔχοντες, οὐ προσπέτονται·

COrreptam pedibus veſpam ſi quis permittat vt ſtrepat alis, eæ quæ aculeo carent, aduolant: aculeatæ verò, non aduolant.

ᾧ πως τεκμηρίῳ χρῶνται, ὡς τὰς μὲν, ἄῤῥενας ὄντας, τὰς δὲ, θηλειῶν.

Qua vtuntur coniectura, vt illa fœmina ſint, hi mares.

C AE S A R.

ARgumentum pro ſexu. Τῶν μὲν ἀφίξεων, ſcilicet quæ aduolant. Contrà quàm ſuperiores, qui aculeatos mares putabant. Sanè mas ad ſubſidia potiùs aduolat fœminæ deſiderio. Ambigua ſanè oratio eſt. Et cauſſa, & ſententia eſt. Neque me multùm angit, cùm tam ambiguè nonnunquam loquantur veteres.

Βουβεῖν Theodorus *bombilare*: optimè. Sed non addidit, *alis*: malè. Putantur enim à quibuſdam alis ſonum edere.

CCCCXXXVII. ARISTOTELES.

Ἁλίσκονται δὲ ἐν τοῖς σπηλαίοις τοῦ χειμῶνος, καὶ ἔχοντες ἔνιοι κέντρα, καὶ οὐκ ἔχοντες.

IN antris hyeme capiuntur quædam aculeata: quædam carentes aculeo.

C Æ S A R.

VT non ſolùm abdant ſe in terram: ſed etiam in terram quæ ſit in ſpeluncis duplici munimento aduerſus hyemem.

CCCCXXXVIII. ARISTOTELES.

Ἐργάζονται δὲ, αἱ μὲν, μικρὰ καὶ ὀλίγα σφηκία.

SVnt quæ fauos ſuos paruos, & paucos condant.

C AE S A R.

AB operis diuerſitate. Μικρὰ, magnitudine: ὀλίγα, numero. Theodorus addidit aliud membrum, quod in Codice Græco non extat. *Alia plura, & ampliora veſparia.*

CCCCXXXIX. ARISTOTELES.

Αἱ δὲ μῆτραι καλούμεναι, ἁλίσκονται περιϊούσης τῆς ὥρας, αἱ πολλαὶ περὶ τὰς πτελέας.

MAgna pars matricum capitur prodeunte Autumno circa vlmos.

C AE S A R.

SVprà ἀπὸ καρπῶν: nunc etiam ἀπὸ δένδρων. Suprà χειμῶνος ἐν σπηλαίοις. Nunc ὥρας περιϊούσης περὶ τὰς πτελέας.

CCCCXL. ARISTOTELES.

Συλλέγουσι γὰρ τὰ γλίσχρα, καὶ τὰ κομμιώδη.

LEgant viſcida, & gummoſa.

C AE S A R.

Γλίσχρα, *lubrica, pinguia.* Theodorus addidit, *hinc*: quaſi ab vlmis legant *lentam*, vt ipſe ait, *& gummoſam materiam.* Sed ab vlmo non potiùs, quàm aliunde colligunt. Non enim vlmus fert eam materiam, ſi alias ſpectes arbores. Neque tunc colligunt. Conduntur enim non multo poſt tempore. Sed toto anno colligunt eiuſmodi materiam.

CCCCXLI. ARISTOTELES.

Γεγένηται δέ ποτε μητρῶν πλῆθος, γενομένων τῷ ἔμπροσθεν ἔτει πολλῶν σφηκῶν, καὶ ἐπομβρίας.

MAtricum prouentus fuit, cùm anno ſuperiore veſparum frequentia fuiſſet, & imbrium.

CAESAR.

C AE S A R.

QVaſi materiam ponit, præſertim cùm negaret ex coïtu videri prouenire. Tamen ἐπομβρίαν pro *ἀτμίᾳ* ponit. Veſpas autem, id eſt *ἐργάτας*, non pro efficiente. Neque enim ipſæ gignunt, ſed moriuntur.

CCCCXLII. ARISTOTELES.

Θηρεύονται δὲ περὶ τοὺς κρημνοὺς, καὶ τὰ ῥήγματα τῆς γῆς τὰ εἰς ὀρθόν· καὶ πάντες φαίνονται ἔχοντες κέντρα.

CApiuntur locis prærupt is, & rimis terræ rectis. Atque omnes conſtat eſſe aculeatas.

C AE S A R.

DIſturbat nunc hiſtoriam ſuperiorem. Nam etiam ſine aculeis eſſe dicebat. Alia tamen aſſignat loca.

Ῥήγματα. Theodorus *rimas*. Poſtquam dixit *præcipitia*, addidit *prærupta*: ambitioſè ſanè.

CAPVT SEXAGESIMVM-SEXTVM,

CRABRONES.

CCCCXLIII. ARISTOTELES.

Τὰ μὲν οὖν περὶ τοὺς σφῆκας τοῦτον ἔχει τὸν τρόπον. αἱ δ' ἀνθρῆναι, ζῶσι μὲν, οὐκ ἀνθολογούμεναι δὲ ὥσπερ αἱ μέλιτται, ἀλλὰ τὰ πολλὰ σαρκοφαγοῦσαι· διὸ καὶ περὶ τὴν κόπρον διατρίβουσι. θηρεύουσι γὰρ τὰς μεγάλας μυίας· καὶ ὅταν καταλάβωσιν, ἀφελοῦσαι τὴν κεφαλὴν, ἀποπέτονται φέρουσαι τὸ σῶμα τὸ λοιπόν.

HAec veſparum ratio eſt. Crabrones autem viuunt non limantes flores, vt apes: ſed carnem vorãt. Atque iccirco in fimetis diuerſantur. Venantur enim grandes muſcas. Quas vbi ceperint, amputato capite auolant, ferúntque reliquum cadauer.

C AE S A R.

TERTIA ſpecies ſummi generis ſubalterna. Ponit differentiam. Apes nihil ex carne: crabrones nihil ex floribus. Veſpæ medium genus, ab vtriſque. Fructum tamen his aſsignat.

Ἀνθολογούμεναι, *limantes flores* vertimus. Quo verbo vſi ſumus in noſtris *Poëmatijs*.

Ἀφελοῦσαι τὴν κεφαλήν: ne abeant, etiamſi euadant.

CCCCXLIV. ARISTOTELES.

Ἅπτονται δὲ καὶ τῆς γλυκείας ὀπώρας.

APpetunt autem etiam fructus dulces.

C AE S A R.

VT flores non inirent, ſed fructus.

CCCCXLV. ARISTOTELES.

Τροφῇ μὲν οὖν χρῶνται τῇ εἰρημένῃ· ἔχουσι δ' ἡγεμόνας, ὥσπερ αἱ μέλιτται καὶ οἱ σφῆκες· καὶ οἱ ἡγε-

AC cibo quidẽ hoc vtuntur, quem diximus. Habent autem principes, apũ more, atque veſparũ.

μόνες οὗτοι μείζους εἰσὶ τῷ μεγέθει κατὰ λόγον πρὸς τὰς ἀνθρήνας, ἢ ὁ τῶν σφηκῶν πρὸς τοὺς σφῆκας, καὶ ὁ τῶν μελιττῶν πρὸς τὰς μελίττας. διατρίβει δὲ οὗτος καὶ ἔσω, ὥσπερ ὁ τῶν σφηκῶν ἡγεμών.

Qui proportione crabronibus maiores ſunt, quàm veſparij veſpis, & apiarij apibus comparati. Intus manent ij, ſicut & duces apiarij.

C AE S A R.

Cibo ad ſpeciem tranſit:& comparat per proportionem,& per officium.

Μείζους πρὸς τὰς ἀνθρήνας, ἢ ὁ τῶν σφηκῶν πρὸς τοὺς σφῆκας. Theodorus *proportione ad crabrones, maiores ſunt, quàm veſparum ad veſpas.* Sanè Latinè non ita molliter ſequitur oratio, vt Græcè. Non enim potuit effingere articulum, ὁ τῶν σφηκῶν. Videtur enim dicere proportionem veſparum ad veſpas. Itaque per poſſeſſiuum expreſſimus *veſparium, & apiarium ducem.*

Διατρίβει. Verbum exercitij eſt,& valde ſignatum.

CCCCXLVI. ARISTOTELES.

Ποιοῦσι δὲ τὸ σμῆνος ὑπὸ γῆν αἱ ἀνθρῆναι, ἐκφέρουσαι τὴν γῆν, ὥσπερ οἱ μύρμηκες. ἀφεσμὸς γὰρ, ὥσπερ τῶν μελιττῶν, οὐ γίνεται οὔτε τούτων, οὔτε τῶν σφηκῶν, ἀλλ' ἀεὶ ἐπιγινόμεναι νεώτεραι αὐτοῦ μένουσι, καὶ τὸ σμῆνος μεῖζον ποιοῦσιν, ἐκφέρουσαι τὸν χοῦν. γίνεται δὲ μεγάλα τὰ σμήνη. ἤδη γὰρ εὐθηνοῦντος σμήνους, κόφινοι τρεῖς καὶ τέτταρες ἐξῃρέθησαν κηρίων.

Sub terra examen conſtituunt crabrones, egeſta humo, formicarum more. Neque emittunt examina, vt apes; ſicut neque veſpæ. Sed acceſſione facta ſobolis manent ibi, augéntque alueum, egeſta ſcobe. Fiunt ſanè examina magna. Iam enim quoddam cùm commodè valuiſſet, cophini tres, atque quatuor fauorum extracti ſunt.

C AE S A R.

Favorum ratio in crabronibus. Similitudo cum veſpis,& diſſimilitudo cum apibus: Similitudo cum formicis.

Ἐπιγινόμεναι: inſuper ortæ præter priores. Theodorus *ſubinde oriantur:* rectiſſimè. Nos ſimplicius: *acceſſione facta ſobolis.* Diximus enim τὰς νέας, *ſobolem*, vt *complectionem generationum.* Nam, *acceſſio*, nimis generica vox eſt, quemuis motum ſignificans ad auctionem.

Τὸν χοῦν ſicut ſuprà γῆν. Χοῦς enim terra eſt fuſilis, ſcobs.

Τρεῖς καὶ τέτταρες. Τὸ, καὶ, non coniungit ſimul numeros in eodem tempore: ſed alijs temporibus, in eadem ſpecie.

Κόφινοι. Theodorus *qualli.* Nos cum Iuuenale, *cophini* Græcum nomen retinuimus. *Cum dedit ille locum cophino fœnóque relicto, &c.* Satir. vj.

CCCCXLVII. ARISTOTELES.

Οὐδὲ τροφὴν δὲ, ὥσπερ αἱ μέλιτται, ἀποτίθενται, ἀλλὰ φωλεύουσι τὸν χειμῶνα· αἱ δὲ πλεῖσται ἀποθνήσκουσιν· εἰ δὲ καὶ πᾶσαι, οὔπω δῆλον.

Neque apum more cibum reponunt: ſed latent hyeme. Maxima tamen pars interit. An verò omnes moriantur, nondum conſtat.

C AE S A R.

Alia differentia ab apibus. Et euentus vitæ:& hiſtoria incerta.

Φωλεύουσι: *ieiuni latent,* Theodorus: quoniam φωλεύουσι, quia non comparent, ſed non ieiunæ. Etiam mures qui poma recondunt. Sed ſi non reponant cibum, certe ieiuni latent.

CCCCXLVIII. ARISTOTELES.

Οἱ δὲ ἡγεμόνες πλείους εἷς οὐ γίνονται ἐν τοῖς σμήνεσιν, ὥσπερ ἐν τοῖς τῶν μελιττῶν, οἳ διασπῶσι τὰ σμήνη τῶν μελιττῶν.

Plures vno duces non habent in caueis ſuis: ſicut in alueis apes, qui apum examina diſtrahunt.

CAESAR.

CAESAR.

ALIA differentia à principum numero, qua diſtant ab apibus: & lætior monarchia. Conuenit enim cum verſu Homerico, quem adeo commendauit Ariſtoteles in Duodecimo *Metaphyſ.* Οὐκ ἀγαθὸν πολυκοιρανίη, εἷς κοίρανος ἔστω.

Οἱ δὲ ἡγεμόνες πλείους ἑνὸς οὐ γίνονται. Nota loquutionem. Nam articulus ille, οἱ, vacat. Si enim non ſunt, non potuit articulus apponi. Sed voluit ita dicere. *Quod attinet ad eos quos vocant* duces, *nunquam plures ſunt.*

CCCCXLIX. ARISTOTELES.

Ὅταν δὲ πλανηθῶσί τινες τῶν ἀνθρηνῶν ἀπὸ τοῦ σμήνους, συστραφεῖσαι πρός τινα ὕλην, ποιοῦσι κηρία, οἷάπερ καὶ ὁρᾶται ἐπιπολῆς ὄντα πολλάκις. καὶ ἐν τούτῳ ἐργάζονται ἡγεμόνα. ὅταν δὲ ἐπεὶ ἐξέλθῃ καὶ αὐξήσῃ, ἀπάγει λαβὼν, καὶ κατοικίζει μεθ᾽ αὐτοῦ εἰς σμῆνος.

Crabrones, ſi qui ab examine aberrârint, conuerſi ad aliquam materiam, fauos ædificant. Cuiuſmodi videntur ſæpe in ſuperficie, atque in ijs reges conficiunt. Is cum exierit adultus, ſumptum populum, atque abductum in caueam, ſecum ad habitandum collocat.

CAESAR.

NON ſolùm ſub terra ædificant, ſed in arbore, aut parietibus. Ergo duplex differentia: quòd ſupra terram, & quòd ἐπιπολῆς: quoniam ibi non ſunt manſuri. Sanè in arbore ſæpe vidimus nos: ſed intus in putrido: non ſolùm ἐπιπολῆς. Itaque addidit πολλάκις: vt aduerbium ſit τοῦ ἐπιπολῆς: non autem ὁρᾶται. Mos igitur ordinarius, & lex, ſub terra. In arbore autem ex errore, & fortuitò.

Ἀπὸ τοῦ σμήνους. Non libenter hîc interpretarer, *alueum*, ſicut Theodorus: ſed potiùs *ſcrobem.*

Πρός τινα ὕλην. Theodorus *ad aliquam arborem.* Etiam ad parietinas vidimus. Itaque ὕλη hîc communem ſuum habet ſignificatum.

Ἐπιπολῆς. Theodorus *conſpicui*: malè. Conſpicui ſunt lapilli in Benaco. Sed non ἐπιπολῆς.

Ἐξέλθῃ καὶ αὐξήσῃ. At prius adoleſcit, quàm exeat. Puto ἐξέλθῃ eſt ἐκδύει vt ſuprà. Exucrit potiùs, quàm exierit è vermiculo.

Λαβὼν: *ſumens ſecum populum.* Verbum poteſtatem ſignificans. Theodorus omiſit.

Κατοικίζει. Habitationem neſcio quam adumbrat verbum: non enim plane ſimplex eſt collocatio.

CCCCL. ARISTOTELES.

Περὶ δὲ ὀχείας τῶν ἀνθρηνῶν, οὐδὲν δῆλαί πω, οὐδὲ πόθεν γίνεται ὁ γόνος.

De coïtu, déque materia, ex qua generentur crabrones, nondum perſpectum eſt.

CAESAR.

AIunt ex vitulo apes, ex equo veſpas, ex aſino crabrones generari.

Πόθεν: de loco, efficientem cauſſam ſignificat. Nam pater videtur quædam cauſſa efficiens liberorum: ſicut & coïtus, & ipſa, vt vult Ariſtoteles generatio. Motus enim quidam eſt. Materiam tamen hîc ſignificat: nam ipſas efficere dicit.

CCCCLI. ARISTOTELES.

Ἐν μὲν οὖν ταῖς μελίτταις, ἄκεντροί εἰσι καὶ οἱ κηφῆνες καὶ οἱ βασιλεῖς, καὶ τῶν σφηκῶν ἔνιοι ἄκεντροί εἰσι, καθάπερ εἴρηται πρότερον· αἱ δ᾽ ἀνθρῆναι, πᾶσαι φαίνονται κέντρον ἔχουσαι. ἐπισκεπτέον δὲ μᾶλλον καὶ περὶ τῶν ἡγεμόνος, εἰ κέντρον ἔχει ἢ μή.

IGitur inter apes aculeo carent, tum fuci, tum reges ipſi. Sed & veſparum quædam nō habent, quemadmodum ſuprà dictum eſt. At crabrones omnes habere compertum eſt. Tantùm de principe adhuc habeat néc ne is, perſpiciendum.

CAESAR.

COmparat tria genera ab aculeis: & ſibi contradicit. Suprà dixit reges apum habere: hîc autem negat. De regibus crabronum nihil certi profitetur.

CAPVT SEXAGESIMVM-SEPTIMVM,

BOMBYCES.

CCCCLII. ARISTOTELES.

Οἱ δὲ βομβύλιοι, τίκτουσιν ὑπὸ πέτρας ἐφ' αὐτῆς τῆς γῆς, θυρίσι δυσὶν, ἢ μικρῷ πλείοσιν.

Bombyces ſub ſaxis pariunt ſuper terra, oſtiolis binis, aut paulò pluribus.

CAESAR.

QVARTVM genus, bombyx. Græci βομβύλιον vocant. Plinius in Vndecimo, ait ipſos luto nidos facere ſalis ſpecie adhærentes lapidi, ita vt difficile ſpiculis ſit euellere, tanta ſunt duritia. Ceras in his pluſquàm apes facere, & vermiculum maiorem, & ex eo, naſci bombylim, & ex ea necydalum, ex hoc bombycem. Telas texunt araneorum more, ad veſtem & luxum fœminarum, quæ *bombycina* vocatur. Hæc eſt bombycum hiſtoria à Plinio deſcripta. Si noſtri bombyces, ex quibus ſericum ducimus, hi ſunt, de quibus hîc agitur, hiſtoria non conuenit, neque generatio. Scimus vermiculum ex ouo naſci, qui paucos poſt dies erupta tinicula nigra, formam erucæ albidæ præ ſe fert. Ter deinde aut quater ea erupta eruca, parui digiti magnitudinem aut paulo minus æquans, colorem accipit fili quem euomere debet. Deinde ſeipſa inuoluens filo ſuo, quiddam oui parui ſpecie efficit: aliud album, aliud luteum, alterum luteum dilutius, aliud ſubuiride. Id eſt ſericum, quod poſtea deducunt, & nent opifices. Erumpit tamen ſi non manum adhibent, & exit papilio. Eo in genere ſunt mares & fœminæ, ex quibus oua ad ſobolem. Omnes matrices intereunt. At ceras, neque nidos faciunt, neque mel, neque araneorum modo telas texunt.

Horum cum ſuperioribus differentia. Apes in cauis arborum: veſpæ ſub terra: crabrones ſub terra, & in cauis arborum: bombylij, ſuper terra, & ſub ſaxis. Et alia differentia à frequentia τῶν θυρίδων.

Ἢ μικρῷ πλείοσι: quod ſuprà dicebat ἢ ἐγγὺς τούτων.

CCCCLIII. ARISTOTELES.

Εὑρίσκεται δὲ καὶ μέλιτος ἀρχὴ φαύλου τινὸς ἐν τούτοις.

Inuenitur autem in his etiam mel quoddam improbum, inchoatum.

CAESAR.

DIFFERENTIA à crabronibus & veſpis cum apibus communis. Sed analoga.

Ἀρχὴ, *initium*: quaſi dicat *veſtigium*.

Φαύλου. Vt etiam ſit differentia, non ſolùm qualitate, ἀρχὴ: ſed etiam qualitate, φαῦλον: quæ qualitas ſit ſubſtantialis. Iccircò addidit τινός.

CAPVT

CAPVT SEXAGESIMVM OCTAVVM,

TENTHREDO.

CCCCLIV. ARISTOTELES.

Ἡ δὲ τενθρηδὼν, προσεμφερὴς μέν ἐστι τῇ ἀνθρήνῃ, ποικίλον δὲ, καὶ τὸ πλάτος ὅμοιον τῇ μελίττῃ.

Tenthredo crabroni ſimilis. Sed varia & lata ſicut apis.

CAESAR.

QVINTVM genus. Theodorus cum Plinio *teredinem*, interpretatur.

Ποικίλον. Hoc non eſt πρὸς τὴν μέλιτταν: ſed τὸ πλατύ. Nam veſpæ ſunt teretes, & crabrones. Alicubi in Italia *piccicamortnos* dicitur. Sequitur enim culinas, & dulciaria, vt mox ſubdit.

Plinius in Quadrageſimoprimo Capite ſextidecimi, teredines capite ad proportionem eſſe ait grauiſſimo, dentibus rodere, atque ex quorundam ſententia ſolùm in mari ſentiri: terreſtres verò vocari *tineas*: & culicibus ſimiles vocari *thripas*. At Philoſophus hîc eam crabroni ſimilem, & latam, vt apis, facit. Alia certè videtur à Pliniana.

CCCCLV. ARISTOTELES.

Λίχνον δὲ ὄν, καὶ πρὸς τὰ μαγειρεῖα, καὶ τοὺς ἰχθύας, καὶ τὴν τοιαύτην ἀπόλαυσιν καθ᾽ ἑν πέτεται προσπέταται.

Liguritrix hæc, & coquinas ſectatur. Ad piſces quoque, atque eiuſmodi cibos fruendos ſingularis aduolat.

CAESAR.

POST ſpeciem & figuram, mores.

Λίχνον: ſicut de polypo. *Cupedioſa*, Theodorus. Nos verbum verbo reddidimus veteri Græco Latinum, eius ſobolem interpolatam, *ligurire*.

Μαγειρεῖα: *nidores.*

Ἀπόλαυσιν: vt ſuprà de araneis. Καθ᾽ ἑν πέτεται, non gregatim.

CCCCLVI. ARISTOTELES.

Ἐντίκτει δὲ κατὰ γῆς, ὥσπερ καὶ οἱ σφῆκες.

Parit ſub terra, vt veſpa.

CAESAR.

ET ſanè veſpæ ſimillima eſt, ſed longiuſcula.

CCCCLVII. ARISTOTELES.

Πολύχουν δ᾽ ἐστὶ, καὶ τὸ τενθρήνιον αὐτοῦ πολὺ μεῖζον ἢ τὸ σφηκίον, καὶ προμηκέστερον.

Teredinaria quoque ſtructura, multis cellis conſtat, multóque pluribus, quàm veſparia: atque etiam longior eſt.

CAESAR.

SVprà locum: nunc figuram, & frequentiam caueolarum narrat.

Πολύχουν: quoniam ſuprà χοῦν ſcobem dicebat.

Τενθρή-

Τενθρήνιον: vt τενθρῆναι etiam dicantur, non ſolùm τενθρηδόνες. Sic κηφήνιον, & σφήκιον. Non taenm dixit ἀνθρήνιον.

Omiſit hîc aſilos, & muſcas, & ſcarabeos, & brucos, & locuſtas. De quibus omnibus hîc dicendum erat.

CAPVT SEXAGESIMVM NONVM,

Mores quadrupedum: & primùm de Leone.

CCCCLVIII. ARISTOTELES.

Τὰ μὲν οὖν περὶ τὰς τῶν μελιττῶν, καὶ τῶν σφηκῶν, καὶ τῶν ἄλλων τῶν τοιούτων ἐργασίας καὶ τὸν βίον, τοῦτον ἔχει τὸν τρόπον.

Talia ſunt quæ de apum, & veſparum & aliorum eiuſmodi opere, ac vita dicenda erant.

CAESAR.

De animalium moribus dicere cùm inſtituiſſet, perſecutus eſt per ſumma genera ſpecies. Ac ſanè etiam quadrupedes ſuprà, tum mitiores, tum feras, quæque gregatim viuant, quæque ſolitariæ: earúmque prudentiam, ſolertiam, mores quoque ab his habitibus ductos narrabat. Quare non rectè factum eſt, cùm hanc vſque in partem diſtulit reliquum hiſtoriæ, quæ ad quadrupedes feras pertineret. Nam ſanè ab vrſæ moribus non erant hæc diuellenda, quæ hîc poſita ſunt. Neque verò quod hîc dicit, ἐργασία καὶ βίος, tollit, quin mores quoque ſit executus. Quos repetet, percurrere qui volet.

Τοῦτον τὸν τρόπον: *talia.* Βίον hîc intelligit, & vitam & victum. Vtrunque enim declarauit.

CCCCLIX. ARISTOTELES.

Περὶ δὲ τὰ ἤθη τῶν ζώων, (ὥσπερ εἴρηται καὶ πρότερον) ἔστι θεωρῆσαι διαφοράς, πρὸς ἀνδρίαν μὲν μάλιστα καὶ δειλίαν, ἔπειτα καὶ πρὸς πραότητα καὶ ἀγριότητα, καὶ αὐτῶν τῶν ἀγρίων.

Quibus verò moribus differant animalia, & ſuprà dictum eſt, & nunc perſpici poteſt. Præſertim fortitudine & formidine: ſecundo loco manſuetudine & ferocia, etiam in genere ipſarum ferarum.

CAESAR.

Redit igitur ad exempla quibuſdam in ſpeciebus, quibus mores indicet. Et duo Capita facit, eáque bifariàm diuidit per contraria. Maximè, inquit, extare veſtigia fortitudinis, aut ignauiæ in quibuſdam. Proxima his eſſe manſuetudinem, & ferociam. Neque ſolùm in diuerſis generibus, ſed etiam in eodem genere: putà in feris ipſis. Earum enim quaſdam formidoloſas inuenias, alias mites, alias fortes, alias ignauas. Iccircò dixit, αὐτῶν, cum emphaſi. Videbatur enim cùm ſunt ἄγρια, non habere contrariam differentiam τῇ ἀγριότητι.

Nota: dixit μάλιστα de duobus: ſubdit enim ἔπειτα.

Dixit luculentiorem eſſe habitum fortitudinis, & timiditatis, quàm manſuetudinis, & ferociæ: propterea quòd hi habitus ſunt generici, & plus latent. Differentiæ enim genericæ ſunt obſcuriores. Diſputatum autem eſt in primo *Phyſicorum*, vtrum ſeſe offerret priùs, ſpeciéſne, an genus. Neque locus hîc eſt, niſi cuipiam inepto. Difficile enim eſt Commentarios ſcribenti, non ineptire, odio aut gloria diſtracto. Quòd autem ferocia ſit genus ad fortitudinem in feris, patet. Quia multæ ſunt feroces atque intractabiles, quæ tamen timidæ ſunt. Intelligo feroces, quæ nunquam manſueſcunt: vt onager, atque alia multa.

Διαφορὰς περὶ τὰ ἤθη πρὸς ἀνδρίαν: *differentias morum ad fortitudinem.* Non eſt bona locutio Latina, licet ſic Theodorus loquatur. Neque eſt differentia morum ad fortitudinem. Sed ipſa

fortitudo

fortitudo differentia eſt leonis, qua leonis mores differunt à dama. Et malè neglexit τὸ μάλιστα, & τὸ ἴσως. Ἀγρίων quoque malè vertit, *ſylueſtrium*. Malè quoque expreſſit alluſionem ferociæ & feræ. Et multæ feræ, ſylueſtres non ſunt.

CCCCLX. ARISTOTELES.

Καὶ γὰρ ὁ λέων ἐν τῇ βρώσει μὲν χαλεπώτατός ἐστι, μὴ πεινῶν δὲ καὶ βεβρωκὼς, πρᾳότατος.

Nam leo in paſtu acerbiſſimus eſt. Vbi verò non eſurit, & ſatur eſt, mitiſſimus.

CÆSAR.

A Leone incipit tanquam à nobiliſſimo.

Ἐν τῇ βρώσει: mira locutio. Cùm ſcilicet edit. Iccirco rectè Theodorus, *in edendo*. Cum enim comedit, putat ablaturum prædam. Itaque procul limis oculis te ſpeculatus properat expedire negotium: magníſque laniatibus diſcerpit prædam. Vngues infigit acriùs, & impetu dentes: quatit deinde ac trahit, rugítque. Si autem propiùs accedas, omiſſo paſtu, ſaltu fertur in animal quod iam prope ſit. Hæc nos ita vidimus.

Χαλεπώτατος. Theodorus *ferociſſimus*. Lata eſt ſignificatio Græcæ vocis ad omnem intractabilitatem.

Μὴ πεινῶν δὲ καὶ βεβρωκώς. Euertit ordinem, βεβρωκὼς δὲ καὶ διὰ τοῦτο μὴ πεινῶν. Iccirco τὸ, καὶ, eſt hîc ὅτι, *quippe*.

CCCCLXI. ARISTOTELES.

Ἔστι δὲ τὸ ἦθος οὐχ ὑπόπτης οὐδενὸς, οὐδ᾽ ὑφορώμενος οὐδὲν· πρός τε τὰ σύντροφα καὶ συνήθη, σφόδρα φιλοπαίγμων, καὶ στερκτικός.

Eſt animo minimè ſuſpicaci: nihil ſanè ſuſpicatur. Et cum ſocijs educationis, aut conſuetudinis, mirum in modum colludendi ſtudioſus, ac blandus.

CÆSAR.

VERAM hic nobilitatem intelliges. Magni animi eſt atque innocentis nihil ſuſpicari. Nam aut probrum, aut periculum metuimus. Qui fortis eſt, nihil ab hoſtibus metuit. Qui innocens, nihil à ſuſurrone, & maledico veretur.

Duo dixit ὑπόπτης, & ſtatim ὑφορώμενος. Idem eſt ὄπτεσθαι & ὁρᾶν. Et ὑπὸ, communis præpoſitio vtrique. Theodorus ſic: *nihil hic ſuſpicatur, nullius ſuſpicioſus eſt*. At contrà non ſuſpicatur, quia animo aperto eſt, neque ſuſpicioſo. Prius ponit habitum, mox actionem. Ἦθος, ὑπόπτης. Ὑφορώμενος, ἐνέργεια.

Σύντροφα καὶ συνήθη. Theodorus *cum ſocijs & familiaribus*. Non eſt ſic. Sed σύντροφα *ſui generis in caueis, inq; ſyluis*. Καὶ συνήθη, *in caueis*: intelligit magiſtros. Atque etiam cum canibus vidimus eos ludere. Atque de lepore extant epigrammata Martialis luculenta atque munda. Verùm is ludus periculoſus eſt: offenſione enim irritatur ad cædem.

Φιλοπαίγμων: *luſus appetens*. Theodorus *feſtiuus, ludibundus*: optimè.

Στερκτικός: *beniuolus, blandus*: etiam vt manum lambat.

CCCCLXIII. ARISTOTELES.

Ἐν δὲ ταῖς θήραις ὁρώμενος μὲν, οὐδέποτε φεύγει, οὐδὲ πτήσσει· ἀλλ᾽ ἐὰν καὶ διὰ πλῆθος ἀναγκασθῇ τῶν θηρευόντων ὑπαγαγεῖν, βάδην ὑποχωρεῖ, καὶ κατὰ σκέλος, καὶ κατὰ βραχὺ ἐπιστρεφόμενος. ἐὰν μέντοι ἐπιλάβηται δασέος, φεύγει ταχέως, ἕως ἂν καταστῇ εἰς φανερόν· τότε δὲ πάλιν ὑπάγει βάδην. ἐν δὲ τοῖς ψιλοῖς ἐάν ποτ᾽ ἀναγκασθῇ ἐς φανερὸν διὰ [τὸ] πλῆθος φεύγειν, τρέχει κατατείνας, καὶ οὐ πηδᾷ.

IN venationibus nunquam palam fugit, aut metuit. Quin etiam ſi præ venatorum multitudine, ſubducere ſeſe conatur, pedetentim cedit, & obliquè, & ſubinde ſeſe conuertens. Quòd ſi quid ſyluæ denſioris nactus ſit, fugit celeriter donec in loco aperto ſit. Tum verò deintegrò pedetentim ſubducit ſeſe. In locis patentibus palam propter multitudinem ſi cogatur, currit contento curſu, nec ſalit.

CAESAR.

SVprà πρᾳότητα καὶ χαλεπότητα. Nunc ἀνδρίαν leonis narrat. Et vt ſuprà, fames, non natura faciebat χαλεπόν: ſic hic neceſſitas, non natura facit, vt videatur δειλός. Iccirco libratiſsimis vocibus,

cibus,

cibus, & quaſi ὑφαίνων texens, iucundiſſimè Philoſophus vtitur hîc.

Primùm igitur dixit ὀρθώμενος, vt animum non amittat præ metu: ſed conſtanti ac priſtina mente intelligat ſe videri: atque ab inimicis quidem, quos ipſe non metuat: atque hoc oſtentet illis: vt potiùs terreantur ipſi. Et dixit οὐδέποτε: non ſolùm, οὐ. Et negauit verbum infame forti animali, φεύγει, & οὐδὲ πτήσσει. Quoniam multa non fugiunt præ ſtupore. In genua enim labant relicta à calore, & ſanguine ad cor currente.

Et dixit ἐὰν: conditionalis eſt: ac ſuprà οὐδέποτε eſt natura. Ἐὰν eſt euentus: & appoſuit ἀναγκασθῇ. Quoniam neceſſitas eſt mater fati. Eſt enim eadem cum Nemeſi. De qua extat tragœdia noſtra *Monoproſopos*. De Neceſſitate verſus extant Laberij puriſſimi apud Macrobium. Et dixit πλῆθος. Nam duo, aut tres. Et θηρεύοντων, qui & ſciunt, & adeunt id genus venationis. Et dixit ὑπαγαγεῖν: vt ſit ἄγειν, non *fugere*: & ipſe ſeſe ſubducat, non alius, non ſubſtrahat. Et dixit βάδην. *pedetentim*: & ὑποχωρεῖ, ſapienter ſimul & fortiter. Qui enim cedit, vitat neceſſitates: qui βάδην, obſeruat quid agat hoſtis, atque incautum ſæpe excipit. Καὶ κατὰ σκέλος. Hoc genus incedendi ſuprà etiam attribuit *pedatim* Plinius, vt diximus. Sed intellige ſic: quia veſtigia poſteriora, non directa linea aut occupant, aut ſequiuntur, aut tranſiliunt priora: ſed interiore, aut exteriore linea feruntur. Ita neceſſe eſt, vt obliquè ambulent. Quare ſemper & prorſum, & retrò intuentur. Κατὰ βραχὺ: parum intermittens temporis: aut aliquantulum. Theodorus rectè, *crebrò ſubſiſtens*. Et dixit nactum loca tecta arboribus fugam arripere. Hoc pudentis animi ſimul & prudentis: fugit enim interitum, & ſimul tegit probrum.

Καταταμένως. Theodorus *contentus*: ambiguè. Imò *non contentus*: ſed *diſtento curſu*.

Οὐ πηδῶν: ſicut cùm impetum facit. Non ſalit verò, ne offendat, aut cadat. Sic boni milites & gladiatores non ſaliunt niſi magna coacti neceſſitate. Nam non poſſunt firmiter conſiſtere, & minore ſunt robore.

CCCCLXIII. ARISTOTELES.

Τὸ δὲ δρόμημα συνεχῶς, ὥσπερ κυνὸς ἐστι κατατεταμένον. διώκων μέντοι ἐπιρρίπτει ἑαυτὸν, ὅταν ᾖ πλησίον.

Eius ſanè curſus continuatus atque porrectus eſt, ſicut canum. At cùm ſectatur ipſe, inijcit ſeſe cùm prope prædam eſt.

CÆSAR.

DVo genera curſus eius ponit: alterum fugientis, alterum fugantis. Et iam diximus cauſſas: impetus maior aggredientis, cedentis maior diligentia.

Δρόμημα, pro δρόμος: duo coniunxit, συνεχῶς, & κατατεταμένον: quia poſſet eſſe per interualla porrectum, & interceptum. Tamen iccirco etiam συνεχῶς. Curſus autem leonis, ſimilis eſt curſui felium: & natura eadem penitus: magnitudine tantummodo & iuba diſtant. Nam marium felium animus inuictus, & blandus, & φιλοπαιγμονέστατος.

Ὅταν ᾖ πλησίον, vt curſus eatenus ſit contentus: atque inde impetus.

Κατατεταμένον. Theodorus *intenditur*: malè: intendi eſt augeri. Κατατετάσθαι eſt ὁμαλῶς hîc, ad differentiam pardorum qui ſaltu currunt.

CCCCLXIV. ARISTOTELES.

Ἀληθῆ δὲ καὶ τὰ λεγόμενα τό τε φοβεῖσθαι μάλιστα τὸ πῦρ, ὥσπερ καὶ Ὅμηρος ἐποίησε.

Καιόμεναί τε δᾶδες, τάς [τε] τρεῖ ἐσσύμενός περ.

Vera etiam ſunt quæ narrantur de igni, quem ille metuit. Quemadmodum ſcripſit Homerus.

Ardentéſque faces, quas metuit, tametſi incitatus ſit ad impreſſionem faciendam.

CAESAR.

MOre ſuo etiam quæ vulgò narrantur colligit: ac deinde iudicat. Itaque duo hîc: primũ eſt ignis metus, cum Homeri teſtimonio: alterum de iuſtitia eius aduerſus hoſtes.

Ἐσσύμενος. Theodorus, *ſæuiat*: vt verſum faceret omiſit vim verbi. Ἐσσύμενος ſignificat incitatum ad prædam. Et illud eſt διώκων. At poteſt ſæuire etiam fugiens. Tunc igitur languida erit oratio. Et τὸ, περ, nihil erit. Quid enim mirum timere ignem?

CCCCLXV. ARISTOTELES.

Καὶ τὸ, τὸν βάλλοντα τηρήσαντα, ἰέναι ἐπὶ τοῦτον. ἐὰν δέ τις βάλλῃ μὲν μὴ, ἐνοχλῇ δ' αὐτὸν, ἐὰν ἐπάξας συλλάβῃ, ἀδικεῖ μὲν οὐδὲν, οὐδὲ βλάπτει τοῖς ὄνυξιν· σείσας δὲ καὶ φοβήσας, ἀφίησι πάλιν.

Tum hoc ab eo obſeruari, atque impeti illum à quo ictus ſit. Quòd ſi quis iaculatus eum fuerit, neque mali quicquam fecerit, impetu in illum facto ſi comprehenderit, nulla iniuria afficit: neque nocet vnguibus. Sed excuſſum, atque perterrefactum abs ſe dimittit.

CAESAR.

NUNC vt dicebamus, iuſtitiam etiam erga hoſtes: inter omnes obſeruare iaculatorem: inter iaculatores perdurare iniuriam. Ponit primùm τηρήσαντα: prudentis eſt hoſtem dignoſcere. Deinde ἰέναι: fortis eſt, num poſſit abire. At ipſe vlciſcitur.

Ἀδικεῖ μὲν οὐδέν. Iuſtitiam ponit, quia iniuriam non accepit, ne facit quidem. Et explicat modum τῆς ἀδικίας à qua abſtinet, τοῖς ὄνυξι: qui tamen tela ſunt à natura data πρὸς τὸ ἀδικεῖν. Tanto ſapientiùs agit: habet enim quibus lædat.

Σείσας καὶ φοβήσας. Mira animi illius magnitudo: contentus excuſſiſſe hominem: & ἀφίησι. Quoniam in ſua eſt poteſtate. Etiam ſi loqui ſciret, diceret, abi.

Ἐὰν δέ τις βάλλῃ, μὴ ἐνοχλῇ δέ. Theodorus *ſi quis vero non percuſſerit, ſed infeſtet.* Imò ſi quis ictum intulerit ſine noxa. Theodorus legit μὴ βάλλῃ, ἐνοχλῇ δέ. At Plinius in Octauo noſtram lectionem agnoſcit. *Eum*, inquit, *qui tela quidem miſerit, ſed tamen non vulnerauerit, correptum rotatúmque ſternit, & non vulnerat.*

CCCCLXVI. ARISTOTELES.

Πρὸς δὲ τὰς πόλεις ἔρχονται μάλιστα, καὶ τοὺς ἀνθρώπους ἀδικοῦσιν, ὅταν γένωνται πρεσβῦται, διά τε τὸ γῆρας ἀδυνάτοι θηρεύειν ὄντες, καὶ διὰ τὸ πεπονηκέναι τοὺς ὀδόντας.

Potiſsimùm cùm vetuli ſunt, neque valent ob ſenium venari, dentéſque male affecti ſunt, accedunt ad vrbes, atque homines afficiunt iniuria.

CAESAR.

ALTERAM narrat neceſſitatem, qua videantur ἀδικεῖν, famem. Et ſine matres in obſidionibus liberos ſuos vorârunt: ne quis obſtrepat leoni.

Πόλεις: non ſolùm ad villas, & tuguria: ſed cogantur etiam plenas vrbes aggredi.

Πρεσβῦται: declarat hoc explicatiùs: cùm dicit διά τε τὸ γῆρας. Quoniam viribus defecti ſunt. Et addit hiſtoriam de dentibus.

Πεπονηκέναι. Theodorus *defectionem*: malè. Nam etiam mutilis dentibus ſunt vetuli ab oſſibus. Neque neceſſe eſt, vt τὸ πονεῖν ſit defici. Et ipſe mox declarabit κατεαγότας.

Διὰ τὸ γῆρας. Theodorus *per corporis imbecillitatem*. Omiſit cauſſam, τὸ γῆρας. Eſt enim cauſſa vltima huius cauſſæ.

CCCCLXVII. ARISTOTELES.

Ἔτη δὲ ζῶσι πολλά· καὶ ὁ ληφθεὶς λέων χωλὸς πολλοὺς τῶν ὀδόντων εἶχε κατεαγότας, ᾧ τεκμηρίῳ ἐχρῶντό τινες, ὅτι πολλὰ ἔτη ζῶσι. τοῦτο γὰρ οὐκ ἂν συμπίσῃ, μὴ οὐ πολυχρονίῳ ὄντι.

Viuunt annos multos. Iam captus leo claudius inuentus eſt habere dentes fractos: quo argumento, eos diu viuere coniectabant. Neque enim niſi longæuo id euenire potuiſſe.

CAESAR.

VItam ponit, ſed ſine annis longam: & argumentum.

Μὴ οὐ πολυχρονίῳ: quoniam eorum natura fortis, & robuſta eſt.

C AE S A R.

DE bellatore animali rectè facit cùm perpendit partes fortiores.

Τὰ κοῖλα, *caua*, ſcilicet κένεα. Caua maximè eſt in bobus ea pars, multóque magis ſiniſtra. Albertus τὰ κοῖλα, malè, *inteſtina*.

CCCCLXXII. ARISTOTELES.

Ὅσα δ᾽ ἂν δάκῃ, ἢ τοῖς ὄνυξιν ἑλκώσῃ, ἐκ τῶν ἑλκῶν ἰχῶρες ῥέουσιν ὠχροὶ σφόδρα, καὶ ἐκ τῶν ἐπιδέσμων καὶ σπόγγων ὑπ᾽ οὐδενὸς δυνάμενοι ἐκκλύζεσθαι· ἡ δὲ θεραπεία ἡ αὐτὴ καὶ τῶν κυνοδήκτων ἑλκῶν.

QVæcunque momorderit, aut vnguibus vulnerauerit, ex ijs vulneribus ſanies fluit pallida valde, quaq́; de faſcijs, atque ſpongijs nihil valeat eluere. Eorum cura eadem quæ morſus rabidi canis.

C AE S A R.

QVALITATEM, atque habitudinem propriam narrat à poſteriori. Nam ſi ſanies tam pertinax eſt, ergo in dentibus, ac vnguibus virus eſt. Omnes ſanè vngues etiam virulentæ: etiam hominum. Ater cruor ex eorum vulnere dimanat.

Καὶ ἐκ τῶν ἐπιδέσμων οὐ δυνάμενοι ἐκκλύζεσθαι Theodorus: *etiam per faſcias ac ſpongias, quaq́; nullo modo poßit reprimi.* Quaſi verò perfluant omnia. Sed non eſt ſic. Imò quæ adeò hæret maculis ſuis, vt ablui nequeat.

Ἐκκλύζεσθαι: vnde κλυστὴρ & κλυσμός. Ἐκπλύνεσθαι: vnde πλυντικὰ in Timæo.

Κυνοδήκτων: ſicut θηριοδήκτων. Theodorus *morſus canini*: non rectè. Nam κυνόδηκτοι ſunt à canibus rabidis morſi, apud Dioſcoridem & alios. Neque par eſt, vt cùm eiuſmodi ſanies fluat, ſimplex tantùm remedium ſimplicis morſus adhibeatur.

Ἑλκῶν Theodorus *vlcera canini morſus*: *vulnera* potiùs: quia dixit ἑλκώσῃ: & ſuprà de lamia ἑλκωθεῖσα.

Hæc de Leone exactiùs à Philoſopho, & accuratiùs à nobis, ob animalis dignitatem: vt quantò præſtat cæteris, tantò planior ſit hiſtoria. In Secundo quoque ipſius faciem, mores, vitam tractauimus.

CAPVT SEPTVAGESIMVM.

THOES.

CCCCLXXIII. ARISTOTELES.

Φιλάνθρωποι δ᾽ εἰσὶ καὶ οἱ θῶες, καὶ οὔτ᾽ ἀδικοῦσι τοὺς ἀνθρώπους, οὔτε φοβοῦνται σφόδρα· πολεμοῦσι δὲ τοῖς κυσὶ καὶ τοῖς λέουσι. διὸ ἐν τῷ αὐτῷ τόπῳ οὐ γίνονται.

THoes quoque homines diligunt. Neque eis afferunt iniuriam, neque eos valde metuunt: at cum canibus, & leonibus bellum gerunt. Quo fit vt iiſdem locis non degant.

C AE S A R.

NVNC Thoum mores narrat: quos ſuprà diximus à Plinio *lupos ceruarios* dici: & Albertus hic *lupos* dicit.

Φιλάνθρωποι. At homines ipſos non amant: interficiunt enim ob pellem.

Οὔτ᾽ ἀδικοῦσι, οὔτε φοβοῦνται: quoniam quos metuimus, odimus.

CCCCLXXIV. ARISTOTELES.

Ἄριστοι δ᾽ οἱ μικροὶ τῶν θώων. γένη δ᾽ αὐτῶν οἱ μὲν φασιν εἶναι δύο, οἱ δὲ τρία· οὐ δοκεῖ δὲ πλείω εἶναι.

PRæſtantißimi, parui ſunt. Eorum genera namque duo tradunt quidam: alij tria: neque plura putant.

C AE S A R.

POnit genera ſimul,& comparat, & ponit opiniones. Duo nos genera nouimus : alteram maculis rotundis : alterum prolixis , & quaſi faſciolis varium. Vtrunque cum varijs,& pardis,& pantheris ſub vno genere ſtatuunt communi.

CCCCLXXV. ARISTOTELES.

Ἀλλ' ὥσπερ τῶν ἰχθύων καὶ τῶν ὀρνίθων καὶ τῶν τετραπόδων ἔνια, καὶ οἱ θῶες μεταβάλλουσι κατὰ τὰς ὥρας, καὶ τό τε χρῶμα ἕτερον τοῦ χειμῶνος καὶ τοῦ θέρους ἴσχουσι· καὶ τοῦ μὲν θέρους λεῖοι γίνονται, τοῦ δὲ χειμῶνος δασεῖς.

VErùm quemadmodum piſcium auiúmque, atque etiam quadrupedũ quædam, ſic certis temporibus Thoes mutantur : atque tunc alium , atque alium colorem habent hyeme, atque æſtate. Ac æſtate quidem glabreſcunt:hyeme verò piloſi ſunt.

C Æ S A R.

OStendit cauſſam quare potuerint videri multæ ſpecies: propter,inquit,mutationem colorũ. Id quod cæteris quoque generibus euenit animantium.

Χρῶμα : quoniam à colore afferebant diſcrimina inter ſpecies.

Λεῖοι καὶ δασεῖς : omnia animalia piloſa,hirtiora ſunt hyeme,naturæ prouidentia.

CAPVT SEPTVAGESIMVM PRIMVM,

BONASSVS.

CCCCLXXVI. ARISTOTELES.

Ὁ δὲ βόνασος, γίνεται μὲν ἐν τῇ Παιονίᾳ ἐν τῷ ὄρει Μεσσαπίῳ, ὃ ὁρίζει τὴν Παιονικὴν καὶ τὴν Μαιδικὴν χώραν. καλοῦσι δὲ αὐτὸν οἱ Παίονες Μόναπον. τὸ δὲ μέγεθός ἐστιν ἡλίκον ταῦρος, καὶ ἐστιν ὀγκωδέστερον ἢ βοῦς. οὐ γὰρ προμήκης ἐστί. τὸ δὲ δέρμα αὐτοῦ κατέχει ὡς ἑπτάκλινον ἀποταθέν· τὸ δὲ ἄλλο εἶδος ὅμοιον βοΐ· πλὴν χαίτην ἔχει μέχρι τῆς ἀκρωμίας, ὥσπερ ἵππος. μαλακωτέρα δὲ ἡ θρὶξ τῆς τοῦ ἵππου, καὶ προσεσταλμένη μᾶλλον. χρῶμα δ' ἔχει τοῦ τριχώματος ξανθόν· βαθεῖα δέ, καὶ μέχρι τῶν ὀφθαλμῶν καθήκουσα ἡ χαίτη ἐστί, καὶ πυκνή. τὸ δὲ χρῶμα ἔχει μέσον τι τεφροῦ καὶ πυῤῥοῦ, οὐχ οἷον αἱ παρῶαι ἵπποι καλούμεναι. ἀλλ' αὐχμηροτέραν τὴν τρίχα, κάτωθεν ἐριώδη. μέλανες δ' ἢ πυῤῥοὶ σφόδρα οὐ γίνονται.

BOnaſſus naſcitur in Pæonia monte Meſſapio, qui ſeparat Pæoniam à Media regione. Vocant eum Pæones Monapum. *Tauri eſt magnitudine : ſed eſt boue craſſior. Neque enim longus eſt. Eius corium diſtentum capit quantum ſatis eſt ſeptem conuiuis. Cæterùm ſpecies bouis eſt. niſi quòd habet iubam ad ſummos vſque armos , ſicut equus. Verùm pilus eius mollior quàm equinus,& demiſſior: pili color flauus: Longus etiam crinis,ad oculos vſque pertinens. Color eius inter cinereum & ruffum : non qualis equarum quas* Paroas *vocant : ſed ſquallidior , atque ſubtus lanaceus. Atri aut gilui vehementer , nulli ſunt.*

C Æ S A R.

PEREGRINAM feram deſcripturus diligenter agit. Primùm narrat faciem totam:deinde vocem:tertiò cornua : quartò redit ad iubam: quintò dentes : ſextò crura:ſeptimò vngulam: octauò caudam:nonò apparatum ad pugnam : decimò corij firmitatem : vndecimò carnis ſaporem: duodecimò pugnæ modum:tertiodecimò ſtercoris vim : poſtremò fœtarum conſilium pro ſobolis munimento. Hanc quoque hiſtoriam refert in libro de *Miraculis auditis*. Vbi multi errores

ſunt

ſunt in Codice. Pro Meſſapio Ἡσσάπῳ ſcriptũ eſt: pro bonaſſo βόλινθος: & pro Monapo μόνωπος.

Μέγεθος ἡλίκον ταῦρος. In libro *Miraculorum* eſt. Ὅλως φύσιν παραπλήσιον τῷ βοΐ, μεγέθει δὲ καὶ ἰσχύϊ διαφέρειν. Hic autem ὀγκωδέστερος: quia minùs longus quàm bos ſit. Iccirco fortior, quia compactior. Boues tamen longiores apud nos ſunt fortiores.

Εἰς ἐπίπαχλιον: quoniam magna ex parte erant ξιπλινα.

Ὅμοιον βοΐ: ſicuti ibi παραπλήσιον τὴν φύσιν.

Χαίτην μέχρι τῆς ἀκρωμίας. Illo libro διατείνουσαν μαλακωτέραν: minus ſetæ habens & pilo propior: iccirco ſubtus lanam referens, ἐριώδη.

Προσεσταλμένη. Theodorus *compoſitior*: malè: ſed *demiſſior*. Προστέλλω produco πρὸς τέλος. Βαθεῖα δὲ πυκνή. Vt βαθεῖα hîc ſit *prolixa*: non autem vt in barba & ſylua, *denſa*.

Τεφρῷ καὶ πυῤῥῷ. Si quis giluum cineri miſceat, colorem efficiet qualis eſt ceruis ſub ventre.

Αἱ παρῶαι ἵπποι: ſpadicas puto eſſe. Non igitur eo colore viuido, ſed αὐχμηροτέρας: quoniam ſquallidi ſunt dilutiores. Iccirco non ſunt πυῤῥοὶ σφόδρα.

Ὀρίζει: *collimitium* Theodorus. Vox è medio Latio diſtracta in Barbariam.

Ὀγκωδέστερον. Theodorus *latiore*: imò *tumidiore*, *corpulentiore*.

Ἐριώδη: *lanario* Theodorus: potiùs *lanaceo*.

CCCCLXXVII. ARISTOTELES.

Φωνὴν δ᾽ ὁμοίαν ἔχουσι βοΐ.

VOcem ſimilem boui habet.

CAESAR.

VOx eſt qualitas, aut paſſio aëris ex percuſſu: ſpecies enim ſoni eſt, vt ſuprà diximus. Ergo ſi inſtrumenta ſunt ſimilia, etiam vox ſimilis erit. Itaque in libro de *Miraculis auditis*, dicit φωνὴν παραπλήσιον.

CCCCLXXVIII. ARISTOTELES.

Κέρατα δὲ γαμψὰ, κεκαμμένα πρὸς ἄλληλα, καὶ ἄχρηστα πρὸς τὸ ἀμύνεσθαι, τὸ μέγεθος σπιθαμιαῖα, ἢ μικρῷ μείζω· πάχος δ᾽ ὥστε χωρῆσαι μὴ πολλῷ ἔλαττον ἡμιχοῦν ἑκάτερον. ἡ δὲ μελανία καλὴ καὶ λιπαρὰ τοῦ κέρατος.

COrnua autem curua, & aduerſo inter ſe flexu curua, atque inutilia ad pugnam: magnitudine palmi, aut non multò longiora: craſsitudine ſingulis quanta capi poſsit non multò minus ſemiſextario. Nigredo autem pulchra, & nitida cornu eſt.

CAESAR.

ALbertus dicit curua ad domeſticum, id eſt verſus frontem. In libro de *Miraculis auditis*, κατεστραμμένα, τὸ ὀξὺ κάτω παρὰ τὰ ὦτα.

Μελανία, *nigredo*. Καλὴ, declaratur: λιπαρὰ, *lucida*, *illuſtris*. Theodorus vtrunque, *proba*: minùs expreſſit.

Πρὸς ἄλληλα κεκαμμένα. Theodorus *in ſe flexa*: rectè ſatis. Sed potiùs eſt turbinis illud quod in ſe flectitur: at illa mutuo atque aduerſo flexu.

CCCCLXXIX. ARISTOTELES.

Τὸ δὲ προκόμιον καθήκει ἐπὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς· ὡς εἰς τὸ πλάγιον παρορμᾶν μᾶλλον, ἢ εἰς τὸ πρόσθεν.

ANtia verò ad oculos vſque pertinent, ita vt in latus potius quàm antrorſum propendere videantur.

CAESAR.

Προκόμιον. Theodorus probo ac priſco verbo ex Feſto vſus eſt. Itaque tam bonam occaſionem noluimus amittere. *Antia*, quia anteſtant.

Πλάγιον: vt equis poſtquam ſunt diſcriminata.

Παρορμᾶν *proſilire* ſignificat.

Εἰς τὸ πρόσθεν. In partem anteriorem. Theodorus malè, *locum*, dixit: terminum non explicauit. At ſanè antependent etiamſi in latus παραρρεῶσι: verùm non directa linea inter oculos.

CCCCLXXX. ARISTOTELES.

Ὀδόντας δὲ τοὺς ἄνωθεν οὐκ ἔχει, ὥσπερ οὐδὲ βοῦς, οὐδ᾽ ἄλλο τῶν κερατοφόρων οὐδέν.

Superioribus caret dentibus, ſicut & bos, & alia cornigera omnia.

CAESAR.

Affectus cornigerum eſt hic: ſed non conuertitur. Aſinus Indicus cornutus eſt, & tamen dentes habet ſuperiores. Atqui ſolipes eſt, & vnicum tantùm habet cornu. Reliqua cornuta omnia, biſulca.

Τοὺς ἄνωθεν: qui ſuperiores ſunt in alijs, Nam ſi non habet, non poteſt dicere in eo τοὺς ἄνωθεν. Intellige dentes anteriores: nam alios habent.

CCCCLXXXI. ARISTOTELES.

Σκέλη δὲ δασέα.

Crura autem hirta.

CAESAR.

Differentia qua à boue diſtat.

CCCCLXXXII. ARISTOTELES.

Καὶ ἔστι διχηλόν.

Et eſt biſulcus.

CAESAR.

Vnicus vt putat Plinius, ſolipes aſinus Indicus.

CCCCLXXXIII. ARISTOTELES.

Κέρκον δ᾽ ἐλάττω, ἢ κατὰ τὸ μέγεθος, ὁμοίαν τῇ τοῦ βοός.

Caudam habet minorem quàm pro ſua magnitudine: ſimilem tamen bubulæ.

CAESAR.

Idem de elephanto. Bos autem caudam magnam habet.

CCCCLXXXV. ARSTOTELES.

Καὶ ἀναρρίπτει τὴν κόνιν καὶ ὀρύττει ὥσπερ ταῦρος.

Spargit puluerem, & terram fodit, tauri more.

CAESAR.

Ἀναρρίπτει. Theodorus *excitat*: imò verò *ſpargit*. Nam ambulando excitamus. At non niſi vngulæ attractu ſpargimus. Sic Poëta: *qui cornu petat, & pedibus qui ſpargat arenam*. Mirum verò cùm cornua gerat inutilia ad pugnam.

CCCCLXXXV. ARISTOTELES.

Δέρμα δ᾽ ἔχει πρὸς τὰς πληγὰς ἰσχυρόν.

Corium eſt aduerſus ictus validum.

CAESAR.

C AE S A R.

QVia tela non muniuit, arma dedit natura.

CCCCLXXXVI. ARISTOTELES.

Ἔστι δὲ ἡδύκρεων· διὸ καὶ θηρεύουσιν αὐτό.

Carne eſt ſuaui: ideirco eum venantur.

C Æ S A R.

PVto etiam cornuum & corij cauſa peti.

CCCCLXXXVII. ARISTOTELES.

Ὅταν δὲ πληγῇ, φεύγει, καὶ ὑπομένει ὅταν ἐξαδυνατῇ. ἀμύνεται δὲ λακτίζων, καὶ προσαφοδεύων, καὶ εἰς τέτταρας ὀργυιὰς ἀφ' ἑαυτοῦ ῥίπτων· ῥᾳδίως δὲ χρῆται τούτῳ, καὶ πολλάκις· καὶ ἐπικάει, ὥστε ἀποψιλοῦσθαι τὰς τρίχας τῶν κυνῶν.

Percuſſus fugit: delaſſatus ſubſiſtit. Tuetur ſeſe calcibus, & ſtercore, quod ab ſeſe quaternis paſſibus eiaculatur. Cuius vſus perfacilis eſt. Sæpe verò etiam comburit, adeò vt deglabrentur canes.

C AE S A R.

MOres in pugna, & modum ponit, non ſatis nobilem. In metu etiam canes ἀφοδεύοντας tanto fœtore vidimus nos, vt pene conſternaremur.

Ῥᾳδίως: quoniam multum abundat, vt mox dicet.

Πολλάκις: quoniam non niſi in metu.

Ἀποψύχεσθαι. Lege ἀποξύεσθαι: aut meliùs ἀποψιλοῦσθαι. Sic etiam depilant porcos vſtulando.

CCCCLXXXVIII. ARISTOTELES.

Τεταραγμένου μὲν οὖν καὶ φοβουμένου, τοῦτο ποιεῖ ἡ κόπρος· ἀταράκτου δ' ὄντος, οὐκ ἐπικάει.

Perturbato igitur atque perterrefacto poteſt hoc efficere ſtercus: pacato non comburit.

C AE S A R.

VT iracundis oculi inflammantur: ita huic excrementa. Sic quidam iracundi vomunt bilem. Alij tremunt emiſſo bilioſo atque acri fumo ad neruos: alij mingunt. Vidimus etiam equitẽ fortiſſimum prælium inituru m, aluum ſemper ſoluiſſe vel inuitum.

Τεταργυμένου. Theodorus *excitatur*, non, ſed, *perturbatur*. Et inops eſt conſilij cùm non ampliùs fugere quit. Nam excitatur cùm quieſcit. At tunc nondum eiaculatur. At cùm Theodorus eum hic *belluam* vocat, non rectè fecit. Fera quidem eſt, at non bellua: neque enim alias impugnat.

CCCCLXXXIX. ARISTOTELES.

Ἡ μὲν οὖν ἰδέα τοῦ θηρίου καὶ ἡ φύσις, τοιαύτη τίς ἐστιν. ὅταν δ' ὥρα ᾖ τοῦ τίκτειν, ἀθρόοι τίκτουσιν ἐν τοῖς ὄρεσι. περὶ δὲ τὸν τόπον ἀφοδεύουσι πρότερον πρὶν τεκεῖν, καὶ ποιοῦσιν οἷον περίβολον. προΐεται γὰρ τὸ θηρίον πολύ τι πλῆθος τούτου τοῦ περιττώματος.

Fera facies ac natura talis eſt. Imminente autem tempore pariendi, vniuerſi in montibus pariunt: ac priuſquam ſobolem edant, circum locum aluum exonerant: tanquam ponentes munimentum. Emittit fera hæc largam quandam copiam excrementi huius.

C AE S A R.

MOres in partu. Ἀθρόοι *congregati*. Περίβολον *vallum*.

Τούτου τοῦ περιττώματος. Τούτου, quia etiam alia ſunt excrementorum genera.

CAPVT SEPTVAGESIMVM-SECVNDVM,

ELEPHANTVS.

CCCCXC. ARISTOTELES.

Πάντων δὲ τιθασσότατον καὶ ἡμερώτατον τῶν ἀγρίων ἐστὶν ὁ ἐλέφας. πολλὰ γὰρ καὶ παιδεύεται καὶ ξυνίησιν ἐπεὶ καὶ τῷ προσκυνεῖν διδάσκονται τὸν βασιλέα. ἔστι δὲ καὶ εὐαίσθητον συνέσει τῇ ἄλλῃ ὑπερβάλλον.

FErarum omnium maximè cicuratur elephantus, ac mitescit. Nam & inſtituitur, & intelligit. Docetur nanque etiam regem adorare. Senſuum,& cætera intellectionis vi præſtat.

C AE S A R.

ELEPHANTORVM nunc mores. Sed alibi quoque nonnihil de hac re dixit: vtinam etiam de rhinocerote aliquid. Sed non nórat.

Τιθασσότατον, arte. Ἡμερώτατον, natura, quam induit. Theodorus non rectè hoc expreſſit: *mitiſsimus, & placidiſsimus eſt.* Imò neque mitis, neque placidus, niſi cicuretur.

Τῶν ἀγρίων: quoniam canes & equi multa docentur.

Παιδεύεται à magiſtro; Ξυνίησιν ab ſe τὴν παίδευσιν.

Διδάσκονται, actio πρὸς τὴν παιδείαν.

Εὐαίσθητον: quoniam auditu pollet probo: eſt enim ſenſus diſciplinæ.

Τῇ συνέσει τῇ ἄλλῃ: quoniam præter ſenſum, etiam intellectu pollet. Σύνεσις eſt vis τοῦ συνιέναι: quod verbum iam poſuit. Theodorus σύνεσιν, *ſagacitatem:* quoniam ſapientes à Thuſcis, & à Gallis *ſagi* dicuntur.

CCCCXCI. ARISTOTELES.

Ὃ δ' ἂν ὀχεύσῃ καὶ ἔγκυον ποιήσῃ, τούτου πάλιν οὐχ ἅπτεται.

QVam inierit, atque implêrit, non iterum attingit.

C AE S A R.

MOres à pudore: coïtus enim ob ſobolem inſtitutus eſt. Ergo prægnantes inire peius quàm pecoris eſt.

Ὃ δ' ἂν: neutro genere fœminam expreſſit: verbum enim id exigit.

Καὶ ἔγκυον, prudentia œconomi. Nam ſi non implêrit, repetet vt impleat.

CCCCXCII. ARISTOTELES.

Ζῆν δέ φασι τὸν ἐλέφαντα, οἱ μὲν, ἔτη διακόσια. οἱ δὲ, ἑκατὸν εἴκοσι καὶ τὴν θήλειαν ἴσα σχεδὸν τῷ ἄρρενι.

VIuere aiunt elephantum annos, alij ducentos, alij centum viginti, & fœminam tot pene, quot mas.

C Æ S A R.

HOc pertinet ad vitam, non ad mores: ſane reſpondet vteri gerendi tempori.

CCCCXCIII. ARISTOTELES.

Ἀκμάζει δὲ περὶ ἔτη ἑξήκοντα.

VIgere circiter annum ſuæ ætatis ſexageſimum.

CAESAR

C AE S A R.

VNde coniici poſſit eorum ſententia: qui alterum tantùm eum viuere prodant: vt poſt hæc poſtea declinet.

CCCCXCIV. ARISTOTELES.

Πρὸς δὲ τοὺς χειμῶνας καὶ τὰ ψύχη δύσριγον ἐστί.

HIemis ac frigoris eſſe impatientem.

C Æ S A R.

NVdus enim penè eſt: rariſſimis ſanè ſetis. Hyeme ex frigore ſcabieſcit.

CCCCXCV. ARISTOTELES.

Ἔστι δὲ τὸ ζῶον παραποτάμιον, οὐ ποτάμιον. ποιεῖται δὲ καὶ διὰ τοῦ ὕδατος τὴν πορείαν· ἕως τούτου δὲ προέρχεται, ἕως ἂν ὁ μυκτὴρ ὑπερέχῃ αὐτοῦ. ἀναφυσᾷ γὰρ διὰ τούτου, καὶ τὴν ἀναπνοὴν ποιεῖται. νεῖν δὲ οὐ πάνυ δύναται, διὰ τὸ τοῦ σώματος βάρος.

FLuuios animal hoc libenter accolit: non tamen fluuiale eſt. Ingreditur verò per aquam eò vſque procedens, dum eius nares extent: his enim & flat & reſpirat. Nare verò non omnino quit ob corporis vaſtitatem.

C AE S A R.

VVlgus putabat eſſe fluuiatile animal: quia per aquas incederet. Ariſtoteles refutat: aquæ tamen amantem eſſe. Sanè mundiſſimum animal eſt.

Ὁ μυκτὴρ: intellige ſolùm ex toto corpore.

Ἀναφυσᾷ. Cauſſa quare exertum ab aqua habeat.

Νεῖν δ' οὐ πάνυ δύναται. Non dixit, neſcit: nam omnes quadrupedes nare ſciunt. Animaduertenda tamen diuerſa lectio, quæ diuerſum ſenſum facit. Nam ſi eſt οὐ πάνυ δύναται, negat exactam natationem: ſi πάνυ οὐ: negat vniuerſam. Sed cauſſa quam apponit falſa eſt. Nam balæna longè vaſtior, tamen natat. At balænæ natatus à natura datus: nam quid in mari ageret. Elephanto autem inutilis, niſi aliquando ad transfretandos amnes. Satis habet ſi aliquantulum nandi facultatis habeat pro neceſſitate.

CAPVT SEPTVAGESIMVM-TERTIVM,

CAMELVS.

CCCCXCVI. ARISTOTELES.

Οἱ δὲ κάμηλοι οὐκ ἀναβαίνουσιν ἐπὶ τὰς μητέρας, ἀλλὰ κἂν βιάζηταί τις, οὐ θέλουσιν. ἤδη γάρ ποτε ἐπειδὴ οὐκ ἦν ὀχεῖον, ὁ ἐπιμελητὴς περικαλύψας τὴν μητέρα, ὑπῆκε τὸν πῶλον. ὡς δ' ὀχεύοντος ἀπέπεσε, τότε μὲν ἀπετέλεσε τὴν συνουσίαν, μικρὸν δ' ὕστερον δακὼν τὸν καμηλίτην ἀπέκτεινε.

CAmeli non ineunt matres: etiam ſi cogantur, nolunt. Olim enim camelarius cùm egeret admiſſario, pullum admiſit ad matrem tectam operimento: quod cùm illo coeunte delapſum eſſet: tunc quidem peregit rem: paulò verò poſt, morſu perorigam interfecit.

C AE S A R.

PIETATEM cameli narrat, quam oſtendit propoſita hiſtoria, in qua vim naturæ communis miſcet tacitè. Nam ad apertam matrem non adeunt coituri pulli. Sanè pietas eſt, admiſſus pullus ad matrem ignotam ſibi, tunc conſcendit. Vbi matrem agnouit paulò

paulò poſt camelarium interfecit. At cùm iniret matrem, velum quod delapſum eſſet, eamque agnouiſſet, non deſcendit. Hæc eſt natura communis. Illo enim impetu animus obcæcatur.

Ὀχεῖοι, *admiſſarius*: vt alibi ſæpe.

Ἐπιμελητὴς: *pororiga, armentarius, curator armenti.*

Ἀνῆκε *admiſit.* Vnde *admiſſarij equi*, flexu vocis actiuo, paſſiuè ſignificantur: ſicut *commiſſarius*.

Ὡς δ᾽ ὀχεύσαντος ἀπέπεσεν. Nota orationem diſturbatam, nec ſatis aptam. Nam ὀχεύσαντος eſt præteritum: vt ſit velum delapſum poſt coïtum. Quid igitur ſubinfert? καὶ τότε μὲν ἀπετέλεσε τὴν συνουσίαν. Tunc igitur abſoluit coïtum: nam iam abſoluerat. Igitur ὀχεύοντος melius legatur: aut transferantur verba ſic Καὶ τότε μὲν ἀπετέλεσε τὴν συνουσίαν, ὡς δ᾽ ὀχεύσαντος ἀπέπεσε. Μικρὸν ὕστερον, &c. Theodorus quoque legit, ſicut nos.

Δακών. Mirum camelum morſu poſſe interficere. Superiores enim dentes, anteriores non habet: quod agnoſcit Plinius in Octauo.

Καμηλίτην: *camelarium*: niſi mauis *camelionem*, vt opilionem, & mulionem.

CCCCXCVII. ARISTOTELES.

Λέγεται δὲ καὶ τῷ Σκυθῶν βασιλεῖ γενέσθαι ἵππον γενναίαν, ἐξ ἧς ἅπαντας ἀγαθοὺς γίνεσθαι τοὺς ἵππους. τούτων ἐκ τοῦ ἀρίστου βουλόμενον γεννῆσαι ἐκ τῆς μητρὸς, προσαγαγεῖν ἵν᾽ ὀχεύσῃ· τὸν δὲ οὐκ ἐθέλειν· περικαλυφθείσης δὲ, λαθόντα ἀναβῆναι. ὡς δ᾽ ὀχεύσαντος, ἀπεκαλύφθη τὸ πρόσωπον τῆς ἵππου, ἰδόντα τὸν ἵππον φυγεῖν, καὶ ῥῖψαι ἑαυτὸν κατὰ τῶν κρημνῶν.

FErunt etiam Scytharum regi fuiſſe equam generoſam, ex qua editos equos omnes fuiſſe bonos. Horum præſtantiſſimum cùm vellet facere vt ex matre procrearet, adductum vt coïret: illum cùm primū recuſaret, opertam mox ignarum iniſſe matrem. Verùm peracto coïtu, atque detracto de facie operimēto, matre agnita aufugiſſe, atque è rupibus ſeſe præcipitem dediſſe.

CAESAR.

VEL hinc conſtat, quàm non curioſè hiſtoriam conſuat. Sane ex hiſtoria equarum huc tranſtulit, ſecutus potius mores quàm ſpecies. Verùm hæc pars pro Capite eſto, quo equinum pudorem eodem modo narret.

Ἀγαθοὺς: non potuit ſignatiore voce vti. Eſt enim verbum militare ἀγαθοὶ ἵπποι.

Γενναίαν, Theodorus *egregiam*: peſſimè: imò verò *gregalem*. *Egregium* dicitur quod è grege exemptum, altile fit ad ſaginam. Aut quod exemptum ducebatur ad ſacrificia: vt eſt hoſtia, victimáque.

Ἅπαντας ἀγαθοὺς τοὺς ἵππους. Theodorus *mares omnes generoſi*: malè. Nanque fœminas non excluſit. Etiam in maſculino genere protulit.

Λαθόντα ἀναβῆναι: latentem ipſum ſcilicet pullum. Paſſiuè tamen intelligi debuit. Nam mater non dicitur recuſaſſe. Theodorus ad matrem retulit λαθόντα: neſcio qua ratione.

Φυγεῖν, pro φυγόντα, poſuit. Theodorus κακοζήλως, *fugam properaſſe*: nam *maturare fugam*, à Poëta neceſſario conſilio dictum eſt.

CAPVT SEPTVAGESIMVM-QVARTVM,

DELPHINVS.

CCCCXCVIII. ARISTOTELES.

Τῶν δὲ θαλασσίων πλεῖστα λέγεται σημεῖα περὶ τοὺς δελφῖνας πρᾳότητος καὶ ἡμερότητος· καὶ δὴ καὶ πρὸς παῖδας ἔρωτες καὶ ἐπιθυμίαι, καὶ περὶ Τάραντα καὶ Καρίαν, καὶ ἄλλους τόπους.

IN genere marino multa feruntur exempla de manſuetudine, & mitibus delphinorū moribus. Narrant etiam amores eorū erga pueros, atque deſideria, circa Tarentum & Cariam, & alia loca.

CAESAR.

C AE S A R.

EX multis moribus, manſuetudinem elegit, cuius exempla ponat. Ex multis marinis delphinum elegit, cuius manſuetudinem narret.

Σημεῖα, *exempla* Latinè dicas. Theodorus *indicia*, ad verbum.

Πλεῖστα. Longum & ambitioſum eſſet repetere, quæ de hac re Plinius, Ælianus, & Herodotus referunt.

Πραότης, tractabilitas eſt. Ἡμερότης habitus eſt amplior quàm πραότης.

Ἔρωτες: habitus animi ad habendum aliquid. Ἐπιθυμία, exercitatio illius habitus eſt: *deſiderium* & Latinè dicas, & candidè. Non vt Theodorus, *libidines* neſcio quas nimis Græcas. Nam nemo delphinum cum amaſio coïre, ſed cum geſtare vidit.

Περὶ Καρίαν: non de pueris, ſed de ſuo genere: neque πραότητος, ſed pietatis.

CCCCXCIX. ARISTOTELES.

Περὶ Καρίαν γὰρ ληφθέντος δελφῖνος, καὶ τραύματα λαβόντος, ἀθρόον ἐλθεῖν λέγεται πλῆθος δελφίνων εἰς τὸν λιμένα, μέχρις οὗ ἀφῆκεν ὁ ἁλιεύς· τότε δὲ πάλιν ἅμα πάντες ἀπῆλθον.

AD terram Cariam delphino capto, atque ſancio, grex dicitur conueniſſe delphinorum in portum, donec eum piſcator dimiſerit. Tunc verò retro omnes reuerſi ſunt.

C Æ S A R

HIc eſt pietas in genere, non πραότης, neque ἔρως.

Ἀθρόον πλῆθος. Theodorus *ingentem multitudinem*: malè. Nos per *gregis* nomen expreſsimus.

Εἰς λιμένα: ſui negligentes dum illum diligunt.

D. ARISTOTELES.

Καὶ τοῖς μικροῖς δελφῖσιν ἀκολουθεῖ τις ἀεὶ τῶν μεγάλων, φυλακῆς χάριν. ἤδη δ' ὤφθη δελφίνων μεγάλων ἀγέλη ἅμα καὶ μικρῶν. τούτων δ' ἀπολειπόμενοί τινες δύο, μετ' οὐ πολὺ ἐφάνησαν, δελφίνιον μικρὸν τεθνηκότα, ἐπεὶ εἰς βυθὸν ἐφέρετο, ὑπονέοντες καὶ μετεωρίζοντες τῷ νώτῳ, οἷον κατελεοῦντες, ὅπως μὴ καταβρωθείη ὑπό τινος τῶν ἄλλων θηρίων.

DElphinillos quoque ſemper quiſpiam è grandioribus, cuſtodiæ gratia comitatur. Conſpectus eſt olim delphinorum & maiorum ſimul, & minorum grex. Poſt hos delphini quidam duo non magno interuallo, apparuere delphinillum defunctum labentem in profundum ſubeuntes nando, atque ſubleuantes dorſo, quaſi ducti miſericordia, ne qua à bellua deuoraretur.

C AE S A R.

PVLCHERRIMA hiſtoria, funus, pompam, narrat, & obſequium. Nam grex ille quaſi exercitus fuit aduerſus belluas, & quaſi pompa in funere.

Ἀκολουθεῖ: tametſi eſt dux: tamen ludibundum illum obſeruat. Iccirco addidit φυλακῆς χάριν, quaſi pædagogus.

Ἅμα Theodorus *promiſcuum*: rectè.

Ἀπολειπόμενοι: *relicti*: quia præcedebant.

Μετ' οὐ πολὺ: *non multo poſt*. Præibant enim quaſi exploratores & antecurſores.

Ὑπονέοντες, ſubnatantes.

Μετεωρίζοντες: reſpondet τῷ, εἰς βυθὸν φέρεσθαι.

Κατελεοῦντες: hic eſt titulus morum: hic ἐλεημοσύνη præter πραότητα.

Τῶν ἄλλων θηρίων. Nam ipſi quoque in ferarum genere ſunt carniuori.

DI. ARISTOTELES.

Λέγεται δὲ καὶ περὶ ταχυτῆτος ἄπιστα τοῦ ζῴου. ἁπάντων γὰρ δοκεῖ τῶν ζῴων τάχιστον, καὶ τῶν ἐνύδρων

DE eorum quoque celeritate ſupra fidem eſt quod narrant. Omnium enim animalium tum aquatilium

καὶ τῶν χερσαίων· καὶ ὑπεράλλονται δὲ πλοίων μεγάλων ἱστούς. μάλιστα δὲ τοῦτ' αὐτοῖς συμβαίνει, ὅταν διώκωσί τινα ἰχθὺν τροφῆς χάριν. τότε γὰρ, ἐὰν ἀποφεύγῃ, συνακολουθοῦσιν εἰς βυθὸν, διὰ τὸ πεινῆν. ὅταν δ' αὖθις μακρὰ γίνηται ἡ ἀναστροφὴ, κατέχουσι τὸ πνεῦμα, ὥσπερ ἀναλογισάμενοι· καὶ συστρέψαντες ἑαυτοὺς, φέρονται ὥσπερ τόξευμα, τῇ ταχυτῆτι τὸ μῆκος διελθεῖν βουλόμενοι πρὸς τὴν ἀναπνοήν. καὶ ὑπεράλλονται τοὺς ἱστοὺς, ἐὰν περιτύχωσι τῷ πλοίῳ. ταῦτα δὲ ποιοῦσι καὶ οἱ κολυμβηταὶ, ὅταν εἰς βυθὸν ἑαυτοὺς ἀφῶσι. κατὰ γὰρ τὴν ἑαυτῶν δύναμιν καὶ οὗτοι ἀναφέρονται συστρέψαντες.

tilium tum terreſtrium perniciſsimum eſſe exiſtimatur. Maiorum etiam nauigiorum tranſiliunt vela. Id potiſsimum euenit ipſis, cum cibi gratia piſcem quempiam inſectantur, fugientem enim cum vrgeat in profundum vſque fame coacti, & reuerſionis tractus magnus ſit: ſpiritum continent, putantes rationem itineris, quo reuertantur. Ac ſagittæ feruntur celeritate, dum ſtudent tranſmittere ſpatium, vt reſpirare queant: & ſuperant vela, ſi fortè offendant nauigia. Hoc faciunt etiam vrinatores, cum ſeſe in profundum demiſerint. Totis enim viribus cum reuertuntur, emergunt.

C AE S A R.

HOc non pertinet ad mores, ſed ad φύσιν. Reddit cauſſam celeritatis coactæ. Nam naturalis celeritatis nullam cauſſam poſſis aſſignare.

Α'πιστα ſemper prudenter & circumſpectè loquitur Philoſophus. Sic Herodotus aſſuit talia verba: ἐμοὶ δὲ οὐ πιθανά. Et ſanè non credimus hoc nos.

Καὶ τῶν ἐνύδρων καὶ τῶν χερσαίων. Nam de auibus poſſes hirundinem opponere. Neque enim ſagittæ cedit. Non poteſt etiam ſatis dici de anguium celeritate, déque araneorum. Vix enim percipitur motus oculis. Latet ſpecies: & non ferè agnoſcas niſi cùm curſum peregere. Et nota ſuperlatiuum ad diuerſa genera: marini ad terreſtria. Sed eſt ſub ratione τῶν ζώων.

Υ'περάλλονται. Theodorus *ſuperſiliunt*: melius, *tranſiliunt*. *Super*, enim tangit locum quem deſignârat.

Ι'στὺς vela, an malos dicas idem eſt.

Διὰ τὸ πεινῆν. Quoniam non eſt eorum natura fundum petere. Sed fames iubet, atque vt ait Comicus, *offa monet*.

Α'ναλογισάμενοι: Theodorus *quaſi ſpatium cogitantes*: computantes rationem ſpatij. Verbum autem eſt Ariſtotelicum. Sic enim ſcribit in v. de *Generatione*. Ο'θεν ἄν τις ἀναλογίσαιτο ὅτι αὐτὸς τὸ ὀλιγόσπερμον ὁ ἐγκέφαλος.

Υ'περβάλλονται, quod ſuprà ὑπεράλλονται. Sed hic perſtat in metaphora τοῦ τοξεύματος.

Κατὰ δύναμιν: quanto poſſunt nixu, propulſo fundo pedibus. Quod & tanto impetu fecimus olim nos pueri in Benaco: vt pene toto etiam à pedibus corpore exiliremus.

DII ARISTOTELES.

Διατρίβουσι δὲ μετ' ἀλλήλων κατὰ συζυγίας οἱ ἄρρενες τοῖς θηλείαις.

DEgunt inter ſe coniugia mares ſimul, & fœminæ.

C AE S A R.

REdit ad mores: nam alij piſces, maxima pars, iunguntur ſtatis temporibus, vt ſuprà dictum eſt.

DIII ARISTOTELES.

Διαπορεῖται δὲ περὶ αὐτῶν διὰ τί ἐξοκέλλουσιν εἰς τὴν γῆν. ποιεῖν γὰρ φασι τοῦτ' αὐτοὺς ἐνίοτε, ὅταν τύχωσι, δι' οὐδεμίαν αἰτίαν.

DVbitant de ipſis quæ ſit ratio quare in terram erumpant. Aiunt enim nulla diſcrimine locorum facere eos id, etiam nulla de cauſſa.

C AE S A R.

ET hoc ad mores: fortaſſe inſaniunt. Fortaſſe fugiunt belluas tanto impetu, vt in terram quam non præuiderint, incidant. Quod tamen alienum eſt à mente Philoſophi.

Ε'ξοκέλλουσι: nauigiorum eſt impingentium.

Δι' οὐδεμίαν αἰτίαν Theodorus *incerta cauſſa*: malè: imò nulla de cauſſa acti. Nam neque οἰστρῶσι vt thynni. Neque videtur quicquã quod fugiant. Dicet Theodorus cauſſam ſubeſſe. Neque alioqui ita impacturos. Ego puto δι' οὐδεμίαν αἰτίαν eſſe, temere: & vt ſuprà de quibus. Περὶ δὲ τὴν

CAPVT SEPTVAGESIMVM-QVINTVM,

Auium mutationes.

DIV. ARISTOTELES.

Ὥσπερ γὰρ καὶ [τὰ] πάθη κατὰ τὰς πράξεις συμβαίνει ποιεῖσθαι πᾶσι τοῖς ζώοις, οὕτω πάλιν καὶ τὰ ἤθη μεταβάλλουσι κατὰ τὰς πράξεις. πολλάκις δὲ καὶ τῶν μορίων ἔνια· οἷον ἐπὶ ὀρνίθων συμβαίνει. αἵ τε γὰρ ἀλεκτορίδες, ὅταν νικήσωσι τοὺς ἄρρενας, κοκκύζουσί τε, καὶ μιμούμεναι τοὺς ἄρρενας, ὀχεύειν ἐπιχειροῦσι καὶ τό τε κάλλαιον ἐξαίρεται αὐταῖς καὶ τὸ ὀρροπύγιον· ὥστε μὴ ῥᾳδίως ἂν ἐπιγνῶναι ὅτι θήλειαί εἰσιν.

QVemadmodum omnibus animantibus affectus animi tales ſunt, quales actiones. Sic rurſus mores quoque mutantur ſecundùm actiones: quin etiã ſæpe membra quædam. Id quod in auibus contingit. Gallinæ enim cùm vicerint gallos, cucuriunt, maréſque imitando ſubagitare conantur. Attollitur etiam criſta ipſis, ſimul & clunes: adeo vt non iam facile dignoſcantur an fœminæ ſint.

CAESAR.

MORES poſtquam explicauit, & diuiſit, & attribuit vel generibus, vel ſpeciebus. Nunc affectum eorum, vt plena ſcientia habeatur, narrat. Is eſt, mutatio. Dicit autẽ mutari: apponere verò hoc, quia mutantur actiones. Reddit vtriuſque cauſſam: quia membra quoque mutantur. Inſtrumenta animæ membra ſunt. Tota enim in toto, & in quauis parte anima.

Ὥσπερ δὲ τὰ πάθη. Obſerua diligenter ne decipiare. Dicit ſecundum actiones mutari affectiones. At hoc falſum eſt. Imo actio ſequitur affectum, & ab eo dependet. Nam pugnat. Quia amat, aut eſurit, aut odit. Sed intelligendum eſt à poſteriori: vt ſit demonſtratio: ὅτι δὲ. Sic: afficiuntur ſecundum rationem actionum. Id eſt, ita obſeruatum eſt affici: quia ita agunt. Et ſimile eſt alterum πάλιν. Οὕτω μεταβάλλουσι τὰ ἤθη κατὰ τὰς πράξεις. Imò actiones ex moribus. Sed dixit οὕτω: quia demonſtratio eſt ὅτι δὲ: non autem διότι. Et dixit πάλιν, id eſt, repetita ratione pari. Et addit πολλάκις δὲ καὶ τῶν μορίων ἔνια. Hæc eſt cauſſa quare mutent actiones. Neque enim rapit aquila cùm fouet: quoniam vngues inuertuntur. Neque pungunt aculeata hyeme quædam: ſi verum eſt amittere aculeum. Eſt autem duplex demonſtratio: altera ex proportionali dependentia: altera ſic. Si A dependet ex B: ergo B mutato mutatur A. Subtexit deinde hiſtoriam. Et incipit ſemper à notioribus. Quippe à gallinis. Sunt enim ex ipſis viragines. Ὅταν νικήσωσι, actio eſt. Κοκκύζουσι, actio item eſt. Sed morem ſecum habet. Et ὀχεύειν, mores: vt velit oſtendere mores dependere ab actione: ſcilicet à victoria. Et ipſa victoria pendet ab alia actione, à pugna: pugna verò, à moribus: ab animoſitate ſcilicet. Sic oſtendit, & ἦθος mutatum, & πρᾶξιν. Addit igitur tertium μόριον: cùm dicit τὸ κάλλαιον ἐξαίρεται. Apponet etiam vocem mox, ſicut dixit κοκκύζουσι. Non enim pars eſt vox. Sed nonnihil partis tamen. Omnis autem materia formam ſequitur.

Ὅταν νικήσωσι. Auiculæ noſtratium Alpium Noricarum, cùm id euenit, captam gallinam pendunt ac dimittunt: ſeptimo poſt die rurſus captam pendunt. Si plus pendet tunc quàm prius dimittunt, ſi minus occidunt.

Τὸ ὀρροπύγιον. Quoniam marium cauda erectior.

Κάλλαιον ἐξαίρεται. Nam flaccida gallinis criſta, & propendula.

DV. ARISTOTELES.

Ἐνίαις δὲ καὶ πλῆκτρα μικρά τινα ἐπανέστη.

QVibuſdam etiam calcaria puſilla orta ſunt.

CAESAR.

HOc plus eſt quàm ἐξαίρεσθαι τὸ κάλλαιον. Nam tunc pars mutabatur per ſitum, aut figuram. Hîc etiam non eſt, *fit.*

DVI. ARISTOTELES.

Ἤδη [δὲ] καὶ τῶν ἀῤῥένων τινὲς ὤφθησαν, ἀπολομένης τῆς θηλείας, αὐτοὶ περὶ τοὺς νεοττοὺς [τὴν τῆς θηλείας] ποιούμενοι σκευωρίαν, περιάγοντές τε καὶ ἐκτρέφοντες οὕτως, ὥστε μήτε κοκκύζειν ἔτι, μήτ' ὀχεύειν ἐπιχειρεῖν.

IAm verò mares quidam viſi ſunt amiſſa gallina, ipſimet apparatum ferre pullis: eos etiam circumducere & enutrire ita, vt non ampliùs cucuriant, aut veneri operam dent.

CAESAR.

CONTRA nunc tranfert fœminæ mores ad mares.

Ἀπολομένης. Non reſpondet ſuperiori hiſtoriæ. Nam victo mari gallina maſculiebat. Ergo victus molleſcere debuit. At hic amiſſa gallina fœmineſcit.

Αὐτοὶ: habet emphaſim.

Ποιούμενοι σκευωρίαν: *apparatum*: putà in puluere, in fimetis: colligere ſub alas: fouere tanquam in nido. Suprà verò cucuribat gallina, & ὀχεύειν ἐπιχειρεῖ. Nunc contrà hîc abſtinet gallus. Gallinæ cantus gracillare eſt: at hîc neque cucurit neque gracillat gallus. Caponibus nos ad quadragenos pullos attribuimus ſingulis: atque ipſi alunt, & ducunt.

DVII. ARISTOTELES.

Γίνονται δὲ καὶ θηλυδρίαι ἐκ γενετῆς τῶν ὀρνίθων τινὲς οὕτως, ὥστε μήτε κοκκύζειν ἔτι, μήτ' ὀχεύειν ἐπιχειρεῖν, καὶ ὑπομένειν τοὺς ἐπιχειροῦντας ὀχεύειν.

QVadam verò aues adeò effœminatæ oriuntur, vt neque cucuriant, neque inire aggrediantur, & ineuntes alios patiantur.

CAESAR.

ILLVD ab euentu: hoc à primordijs naturæ indiuidualibus.

Ὀρνίθων: ſi intelligit aues in genere, malè dixit κοκκύζειν. Nam tunc non eſſet nouũ ſi gallinæ κοκκύζωσι. Si gallinas tãtùm intelligit: at ſanè eo nomine æquiuocè vſus eſt.

Ἐπιχειρεῖν: metaphoricè: manus enim non habent: neque manibus coëunt.

DVIII. ARISTOTELES.

Μεταβάλλει δὲ καὶ ὁ κόκκυξ τὸ χρῶμα.

MVtat etiam cuculus colorem.

CAESAR.

EST hæc altera Capitis pars, in qua de alia ſpecie loquitur, & de alia mutatione. Ac de mutatione quidem coloris in piſcibus per morbum, & per tempora loquutus eſt ſuprà extra ordinem. Nunc certis Capitibus pergit negotium cõficere. At cuculus adeò mutat colorem, vt idem alius videatur: vt ſuprà dictum eſt. Incepit igitur ab ipſo, tanquam ab vno ex principibus ambiguitatis.

DIX. ARISTOTELES.

Καὶ τῇ φωνῇ οὐ σαφηνίζει, ὅταν μέλλῃ ἀφανίζεσθαι. ἀφανίζεται δὲ ὑπὸ κύνα· φανερὸς δὲ γίνεται ἀπὸ τοῦ ἔαρος ἀρξάμενος, μέχρι κυνὸς ἐπιβολῆς.

VOce quoque indicat, cùm futurũ eſt vt ampliùs non compareat. Abit autẽ ſub cane. Oſtendit ſeſe à vere incipiens, ad canis exortum vſque.

CÆSAR.

MVlta hîc extra ordinem: nam ſuprà de latibulis, & tempore.

Ὑπὸ τὸν κύνα: eſt κυνὸς ἐπιτολή.

Faceta oratio. Σαφηνίζει ὅταν μέλλῃ ἀφανίζεσθαι. Sicut dicat σαφηνίζει τὴν ἀσαφηνίαν τὴν μέλλουσαν. Theodorus legit οὐ σαφηνίζει, id eſt, vocem minùs explanat.

DX. ARI-

DX. ARISTOTELES.

Ἀφανίζεται δὲ καὶ ἡ καλουμένη οἰνάνθη, ἀνίσχοντος τοῦ σειρίου, δυομένου δὲ φαίνεται. φεύγει δὲ ὁτὲ μὲν τὰ ψύχη, ὁτὲ δὲ τὴν ἀλέαν.

Abdit ſeſe ea quoque, quam œnanthem *vocāt, exortu ſideris eiuſdem: occidente oſtendit ſe. Vitat autem interdum frigus, interdum æſtum.*

CAESAR.

OEnanthes meminit Plinius in Decimo: ſed faciem nō deſcribit: neque quæ ea ſit auis. Ariſtoteles ſolo nomine contentus. Theodorus *vitiſeram* vocat ad verbum. Mira eius natura inæqualis erga frigus, ergáque æſtum. Nam cum Sirio tantùm lateat, non poteſt indè cauſſa reddi, quare vitet frigus.

DXI. ARISTOTELES.

Μεταβάλλει δὲ καὶ ὁ ἔποψ τὸ χρῶμα καὶ τὴν ἰδέαν, ὥσπερ πεποίηκεν Αἰσχύλος ἐν τοῖσδε.

Τοῦτον δ' ἐπόπτην ἔποπα τῶν αὐτοῦ κακῶν
Πεποικίλωκε, κἀποδηλώσας ἔχει,
Θρασὺν πετραῖον ὄρνιν ἐν παντευχίᾳ.
Ὃς ἦρι μὲν φαίνοντι διαπάλλει πτερὸν
Κίρκου λεπάργου. δύο γὰρ οὖν μορφὰς φανεῖ,
Παιδός τε χ' αὑτοῦ νηδύος μιᾶς ἄπο.
Νέας δ' ὀπώρας ἡνίκ' ἂν ξανθῇ στάχυς
Τίκτει νιν αὖθις, χἀμφινωμίσει πτέρυξ.
Ἀεὶ δὲ μισεῖ τούσδ' ἐπ' ἄλλους εἰς τόπους
Δρυμοὺς ἐρήμους ὑπάγους ἀποικίσει.

Mutat etiam vpupa colorem, & faciem, ſicut in Poëmatibus Aeſchyli eſt.

Suique durus ille ſpectator mali,
Colore multo pictus, ac florens epops,
Quem cultus aſper rupium, & caui ſpecus
Reddunt ferocem, ac toruus armorum rigor.
Quem pertinacis luce ceruicis refert.
Hic albus exit vere appulſu recens
Quaſi tenellus limine ætatis puer.
At quando flaua iam manus poſcit ſeges,
Verſicolor alas ille tanquam alter quatit.
Odit ſuperbus quæ priùs coluit loca,
In teſqua cedens, atque inacceſſas plagas.

CAESAR.

VT pudeat μισοποιητὰς καὶ θεσμοθοῦντας τούτους Poëtici exilij, cùm tantus vir, tum alibi tum hic, tot verſibus ſuam hiſtoriam tanquam gemmis exornauit. Hi verò verſus etiamſi corruptiſſimi ſint, tamen vt potuimus, Theodori mitigauimus aſperitatem. In quibus vertendis, non potuimus aſſequi alluſionem ἔποπα ἐπόπτην. Dicit autem ſui mali, quoniam fuit Tereus. Sunt autem hæc ex tragœdia Æſchyli *Tereo*.

Πεποίηκεν: vt ſuprà de Poëtis.

Ἐν παντευχίᾳ: quoniam criſtatus eſt: at θρασὺς non eſt.

Διαπάλλει: vnde Pallas à quatienda haſta.

Ἐρήμους *ſolas plagas*. Vt Poëta ſolorum nemorum: & Catullus in politiſſimo poëmatio de *Nuptijs Pelei*. *Teſqua* veteres dixere.

Ioſephus Scaliger Iulij Cæſaris filius, hos verſus ita legendos putat. Quos etiam ita vertit.

Τοῦτον δ' ἐπόπτην Ἔποπα τῶν αὐτοῦ κακῶν
Πεποικίλωκε, κἀποδηλώσας ἔχει
Θρασὺν πετραῖον ὄρνιν ἐν παντευχίᾳ.
Ὃς ἦρι μὲν φαιόν τι διαπάλλει πτερὸν
Κίρκου λεπάργου. (δύο γὰρ οὖν μορφὰς φανεῖ
Παιδός γε τ' αὐτοῦ νηδύος μιᾶς ἄπο.)
Νέας δ' ὀπώρας ἡνίκ' αὐξανθῇ στάχυς,
Τίκτει νιν αὖθις, χἀμφινωμίσει πτέρυξ.
Ἀεὶ δὲ μισεῖ τούσδε Παλλήνης τόπους
Δρυμοὺς ἐρήμους καὶ πάγους ἀποικίσει.

Hunc epopa teſtem proprij oculatum mali,
Variéque pinxit, inque diſcoloribus
Oſtentat armis, rupium incolam alitem.
Qui vere primo pinnulas fuſcas quatit,
Miſtim albicantes (nanque formas filio
Duas eidem matris einſdem dabit.)
Sed vbi nouella adulta flaueſcet Ceres,
Rurſum alius illum reficit alarum color.
Aſt hæc peroſus ille Pallenæ loca,
In nemora abibit, atque teſqua inhoſpita.

Quare candidus Lector hanc emendationem illi acceptam referat.

DXII. ARISTOTELES.

Καὶ ἄλλα δὲ πολλὰ τῶν ὀρνίθων μεταβάλλουσι κατὰ τὰς ὥρας, καὶ τὸ χρῶμα καὶ τὴν φωνήν· οἷον ὁ κόσσυφος ἀντὶ μέλανος ξανθός.

Alia quoque multa aues mutant per tempora tum colorem, tum vocem. Vt merula ex nigra ruffeſcit.

CÆSAR.

PROCEDIT per multas ſpecies. Ἀντὶ μέλανος: quoniam ἀντὶ ſignificat mutationem, vnde ἀντίδοσις. Sic hîc eſt color. Subdit autem etiam vocem. Ξανθὸς verò hîc *fuluum* ſignificat. Ab ætate quoque potuit hiſtoriam texere. Nam roſtrum eius mutat colorem. Item & plumæ.

DXIII. ARISTOTELES.

Καὶ τὴν φωνὴν ἴσχει. ἐν μὲν γὰρ τῷ θέρει ᾄδει, τοῦ δὲ χειμῶνος παταγεῖ, καὶ φθέγγεται θορυβῶδες.

Cohibet etiam vocem. Nam æſtate canit, hyeme ſtrepit, & tumultuosè voculatur.

CÆSAR.

MVltas differentias vocis poſuit. Ἴσχει cùm nihil canit: tum ſcilicet cùm pennas amittit. Secundo loco ᾄδει. Tertio παταγεῖ: & apponit φθέγγεται θορυβῶδες. Hederæ baccas depaſcitur hyeme: & ſingultim vocem emittit claram, & breuem, & non infrequentem.

Φωνὴν ἴσχει Theodorus *vocem diuerſam emittit:* malè. Sed muta eſt: quod nos quoque vidimus. Neque ſi eam capias, aut fuges, aut etiam lædas, quicquam ſonat.

DXIV. ARISTOTELES.

Μεταβάλλει δὲ καὶ ἡ κίχλη τὸ χρῶμα. τοῦ μὲν γὰρ χειμῶνος ψαρά, τοῦ δὲ θέρους ποικίλα τὰ περὶ τὸν αὐχένα ἴσχει· τὴν μέντοι φωνὴν οὐδὲν μεταβάλλει.

Mutat etiam turdus colorem. Hyeme ſturneo colore: æſtate varia circa collum: vocem tamen nunquam mutat.

CÆSAR.

DIFFERENTIA in vna ſpecie coloris, & vocis: illum mutari in turdo: hãc non. Sed tamen falſum eſt: mutat enim, vt merula.

Οὐδὲν μεταβάλλει, pro οὐ.

Ψαρὰ: *murino.* Non omnino murino colore eſt. Maculis paruis diſtinctus eſt is color eo tempore. Quare cùm accedat ad ſturni, ideo dixit ψαρὰ: nam ſi varius is eſſet, vt quidam volunt, non addidiſſet θέρους. Ποικίλα: ſturni enim ab ſuo colore ψαροὶ dicti ſunt.

DXV. ARISTOTELES.

Ἡ δ' ἀηδὼν ᾄδει μὲν συνεχῶς ἡμέρας καὶ νύκτας δεκαπέντε, ὅταν τὸ ὄρος ἤδη δασύνηται· μετὰ δὲ ταῦτα, ᾄδει μέν, συνεχῶς δ' οὐκέτι. τοῦ δὲ θέρους προϊόντος, ἄλλην ἀφίησι φωνήν, καὶ οὐκέτι παντοδαπήν, οὐδὲ ταχεῖαν καὶ ἐπιστρεφῆ, ἀλλ' ἁπλῆν· καὶ τὸ χρῶμα μεταβάλλει· καὶ ἐν γε Ἰταλίᾳ τὸ ὄνομα ἕτερον καλεῖται περὶ τὴν ὥραν ταύτην. φαίνεται δ' οὐ πολὺν χρόνον· φωλεῖ γάρ.

Luſcinia cantat quidem continuatis diebus, ac noctibus quindecim, cùm montes iam veſtiuntur. Deinde canit quidem, ſed interpellatim. Aeſtate procedente aliam emittit vocem. Verùm non ampliùs omnimodam, neque celerem, neque contentam: ſed ſimplicem. Colorem quoque alium induit. Et in Italia tunc alio vocatur nomine. Videtur non diu: latet enim.

CÆSAR.

QVatuor tempora luſciniæ. Vnum latitantis, vnum cantillantis, varium, ſummum, imum, inarticulatum, preſſum, breue, largum, contentum, interceptum, acutum, graue, tenue, craſſum ei aſſignat, quindecim cum noctibus, in quibus ſemper audiatur. Alterum ſimile huic: ſed non conti-

continuatum cantum. Tertium æſtate,atque in vindemiarum quidem tempore,non minùs,meo iudicio, canit ſuaue,& productiores verſus dicit,mihíque gratior eſt.

Ὅταν, non ſolùm; *cùm*: ſèd etiam, *dum*.

Ὄρος ἤδη δασεῖα γένηται. Modus loquendi Philoſophi, qui montem pro agro etiam alibi ponit, & ὕλην pro quauis arbore.

Παμβαφής; quoniam verna vox omnes accentus,omnéſque explicat flexus.

Ταχείας lege,non βαχείας.Leniſſima enim eſt lubrica eius vox,plena ſibilis:ſed ſyſtolen & diaſtolen frequentes habet.

Ἐπιστροφή. Theodorus *modulatam:verſatilem* dicas,& *contentam*: vt ait de promptis argumentis quibuſdam Gellius.

Ἐν Ἰταλίᾳ. Nunc nomen non amiſit:neque in Aquitania.

Φαίνεται δὲ οὐ πολὺν χρόνον: imo toto Autumno hîc capitur & eſitatur:optimi enim ſaporis eſt.

Ἀλλ᾽ ἁπλῆν. At enimuerò ſic intelligas: in fine æſtatis eſſe modulos æquè,aut plus numeroſos. Simplicem tamen vult eſſe, quia contentionem non mutat: æquabilis enim tota eſt: atque vnam chordam cum tangis,alio atque alio loco idem ſonus,tonus alius.

DXVI. ARISTOTELES.

Μεταβάλλουσι δὲ οἱ ἐρίθακοι καὶ οἱ καλούμενοι φοινικουροὶ ἐξ ἀλλήλων. ἔστι δ᾽ ὁ μὲν ἐρίθακος χειμερινόν· οἱ δὲ φοινικουροὶ, θερινοί. διαφέρουσι δ᾽ ἀλλήλων οὐθὲν, ὡς εἰπεῖν, ἀλλ᾽ ἢ τῇ χροιᾷ μόνον.

Qui erithaci, & qui phœnicurgi *dicuntur, inter ſe commutantur Eſt erithacus hyemalis: phœnicurgus æſtiuus. Differunt ſanè, vt ita dicam, nihilo,niſi colore tantùm.*

CAESAR.

AMPLIFICAT hiſtoriam, & ſequitur ſuperiorem. Nam ſi alio nomine cùm mutârit plumas; *luſcinia* in Italia appellatur: euenit etiam in vna eadémque terra cuidam alij auiculæ. Diuerſum enim nomẽ hyeme habet,ab eo quod æſtate. De erithaco ſuprà in Octauo. Theodorus ἐρίθακον, *rubeculam*: & φοινικουρὸν *rubicillam* vertit. Nos etiam *rubinum*, & *puniciſſam* poſſemus dicere. Nanque non φοινικουργὸν, ſed φοινικουρὸν dicendum putamus.

Μεταβάλλουσι ἐξ ἀλλήλων: Theodorus *inuicem tranſeunt*: non potuit peiùs. Neque placet cùm addidit *pectoris & caude colore*.

DXVII. ARISTOTELES.

Ὡσαύτως δὲ καὶ αἱ συκαλίδες καὶ οἱ μελαγκόρυφοι. καὶ γὰρ οὗτοι μεταβάλλουσιν εἰς ἀλλήλους. γίνεται δ᾽ ἡ συκαλὶς περὶ τὴν ὀπώραν. ὁ δὲ μελαγκόρυφος, εὐθέως μετὰ τὸ φθινόπωρον. διαφέρουσι δὲ καὶ οὗτοι ἀλλήλων οὐδὲν, πλὴν τῇ χροιᾷ καὶ τῇ φωνῇ. ὅτι δ᾽ ὁ αὐτός ἐστιν ὄρνις, ἤδη ὤφθη περὶ τὴν μεταβολὴν ἑκάτερον τὸ γένος τοῦτο οὔπω δὲ τελέως μεταβεβληκότος οὐδετέρου, ἑκατέρῳ ἴδιόν τι ὑπῆρχεν.

Similitudo & ficedula, & melancoryphi: inter ſe enim tranſmutantur. Eſt ficedula autumni tempore: melancoryphus ſtatim poſt autumnum. Ne hi quidem differunt niſi colore, & voce. Eandem verò eſſe auem conſtat: cùm vtrunque genus hoc mutationis tempore obſeruârunt. Neuter enim cùm mutationem integram abſoluiſſet, vtrique ſuberat aliquid proprij.

CAESAR.

ALIVD exemplum,ſed amplius. Nam & colorem,& vocem mutat.

Συκαλίδας. *ficula, ficilla* poſſes dicere. Latinè feſtiuè *ficedula*.

Μεταβάλλουσι εἰς ἀλλήλους. Non ex ſubſtantia vt ἄλλος ἐξ ἄλλου: ſed τῇ ἑτερότητι. Ἔστι γὰρ ἕτερον τῷ χρώματι οὐ τῇ οὐσίᾳ.

Οὐδετέρου. Οὐδέτερα debuit dicere.

Ἴδιον: ſcilicet pro tempore. Τὸ, quoniam οὐ τελέως μεταβεβλήκει.

Ἑκατέρῳ ἴδιόν τι ὑπῆρχεν, Theodorus: *nec alterutrum adhuc proprium vllum habens appellationis*: in exemplar corruptum inciderat. Nam non poſſum exiſtimare ita lapſum eſſe tantum virum.

DXVIII. ARISTOTELES.

Οὐδὲν δ᾽ ἄτοπον, εἰ ἐπὶ τούτων αἱ φωναὶ μεταβάλλουσιν, ἢ τὰ χρώματα· ἐπεὶ καὶ ἡ φάττα τοῦ μὲν χειμῶνος οὐ φθέγγεται· πλὴν ἤδη ποτὲ εὐδίας ἐκ χειμῶνος σφοδροῦ γενομένης, ἐφθέγξατο, καὶ ἐθαυμάσθη ὑπὸ τῶν ἐμπείρων· ἀλλ᾽ ὅταν ἔαρ γένηται, τότε ἄρχεται φωνεῖν.

Nihil verò abſurdum in his, ſi voces & colores immutantur. Nam etiam palumbes hyeme vocem edunt nullam, niſi ſi quando ſanam hyemem tepor exceperit. Tunc quidem vocem emiſit, non ſine peritorum miraculo. Sed ſimul cum vere incipit vocem dare.

CAESAR.

DVBITATIONEM tollit dubitatione, & miraculo miraculum. Non eſt, inquit, abſurdum in illis mutari vocem. Nam & in palumbe mutatur. Sed dices Philoſopho, te hoc quoque abſurdum & putare & mirari.

Οὐ φθέγγεται. Plus eſt, vt diximus, quàm mutari. Nanque actiuè, aut ſunt læſæ, aut diminutæ, aut ablatæ. Mutatio igitur eſt genus ad ſubſtantiam, cùm aufertur: ad quantitatem, cùm diminuitur: ad qualitatem, cùm deprauatur.

DXIX. ARISTOTELES.

Τὸ δ᾽ ὅλον, τὰ ὄρνεα καὶ μάλιστα καὶ πλείστας ἀφιᾶσι φωνάς, ὅταν ὦσι περὶ τὰς ὀχείας.

In ſumma aues, & maximè, & plurimùm vocitantur tempore coitus.

CAESAR.

HOc quoque ſuprà dixit in Capite de voce & eius affectibus. Sed huc quoque pertinebat, propter mutationem. Defecit autem cùm aliorum mutationem non dixit. Huc enim ſpectat ſerpentum ſenecta.

CAPVT SEPTVAGESIMVM-SEPTIMVM,

Mores & affectus auium in munditia.

DXX ARISTOTELES.

Εἰσὶ δὲ τῶν ὀρνίθων οἱ μέν, κονιστικοί· οἱ δέ, λοῦνται· οἱ δέ, οὔτε κονιστικοί, οὔτε λοῦνται.

Aves quædam ſeſe puluerant, quædam lauant, quædam neutrum faciunt.

CAESAR.

NVnc mores ab affectibus munditiarum.

Κονιστικοί, pulueratrices, vt gallinæ, & aliæ.

Οὔτε κονιστικοί, οὔτε λοῦνται: quædam etiã vtrumque puſillæ auiculæ. Vt infrà dicet.

DXXI ARISTOTELES.

Ὅσοι μὲν μὴ πτητικοί, ἀλλ᾽ ἐπίγειοι, κονιστικοί. οἷον ἀλεκτορίς, πέρδιξ, ἀτταγήν, κορυδαλός, φασιανός.

Qvæcunque non multùm valent volando, ſed humilius degunt, pulueratione gaudent, vt gallina, perdix, attagen, alauda, phaſianus.

CAESAR.

PLus terræ habent: itaque plus gaudent ſimili.

Ἐπίγειοι: Theodorus *terræ propinquæ*: mutilè. Nam etiam quæ altè volant, prope terram degunt.

gunt. Et malè *πτηνοὶ*, *altiuolæ*. Sed *volaticæ*. Nanque altiſſimè volat alauda, ſed non vtitur frequenti volatu. Item hirundo eſt *πτηνὴ*, & tamen non volat altè. Nihil *πτηνικώτεροι* cypſellis, & veſpertilione, quæ prope humum volant.

DXXII. ARISTOTELES.

Τῶν δ' ἀγκυλωνύχων ἔνια, καὶ ὅσοι περὶ ποταμὸν ἢ ἕλη ἢ θάλασσαν διατρίβουσι, λοῦονται.

Item ex ijs, quæ rectis vnguibus prædita ſunt quædam: tum omnes quæ fluuium, aut paludem, aut mare accolunt, lauacris gaudent.

CAESAR.

Qvidam ex rectunguibus, etiam ſi non ſint aquicolæ: & ex aquicolis omnes. Nemo enim dubitat. Hæc eſt earum differentia. Adeò autem gaudent lauacris, vt ſæpe viderimus anates, anſeréſque etiam locis ſiccis vrinaturientes, aëréque, ac ſummo telluris ceſpite vti, quaſi aqua: & quaſi σκιαμαχεῖν alius: ſic ille σκιαλουσθαι.

Περὶ ποταμὸν ἢ ἕλη ἢ θάλασσαν. Sic enim diuiſit aquas. Per ἕλη intelligit λίμνας, & τέλματα.

DXXIII. ARISTOTELES.

Οἱ δὲ, ἄμφω, καὶ κονίονται καὶ λοῦονται· οἷον περιστερὰ καὶ στρουθός.

Aliæ vtrunque faciunt, & puluerantur, & lauantur: vt columba, & paſſer.

CAESAR.

Suprà, quaſdam neutrum facere dixit. Nunc aliam apponit diuiſionem: quaſdam eſſe quæ vtrunque.

Οἱ δ' ἄμφω: omiſit verbum.

Κονίονται, pro κονιοῦνται.

Ἄμφω: vt columba, & paſſer. Nam & caldi ſunt: iccirco aquas appetunt. Et ἐπίγειοι: iccirco puluerantes.

DXXIV. ARISTOTELES.

Τῶν δὲ γαμψωνύχων οἱ πολλοὶ, οὐδέτερα.

Vncunguium autem multæ neutrum.

CAESAR.

Dixit *multæ*: quia aquilas, & accipitres vidimus nos lauare ſeſe multos, puluerare nullum.

CAPVT SEPTVAGESIMVM-OCTAVVM,

Sonus alius à voce in auibus: vt turturi.

DXXV. ARISTOTELES.

Ταῦτα μὲν οὖν τοῦτον ἔχει τὸν τρόπον. ἴδιον δ' ἐνίοις συμβαίνει τῶν ὀρνιθίων τὸ ἀποπερδεῖν, οἷον καὶ ταῖς τρυγόσι. κινοῦνται δὲ καὶ περὶ τὴν ἕδραν κίνησιν οἱ τοιοῦτοι ἰσχυρὰν ἅμα τῇ φωνῇ.

Proprium quarundam auicularum edere ſonum ex aluo. Quod etiam euenit turturibus. Agitantur etiam ora ſedis vehementer, ſimulac vocem edunt.

CÆSAR.

SVPRA de vocis mutatione: alibi de voce in communi. Nunc de ſono alui, quem expreſſit per ἀποψοφεῖν: retrò ſonitum edere, honeſta vox.

Καὶ τῶν ζευγῶν: ſcilicet & alijs.

Ποιοῦνται κίνησιν περὶ τὴν ἕδραν. Id euenit omnibus auibus, atque etiam iumentis, præſertim vetulis, & ſtrigoſis. Iccirco hîc addidit ἰσχνοῖς.

Ἕδραν: vt voluit pudenter loqui, ἀκύρως dixit.

CAPVT SEPTVAGESIMVM-NONVM,

Promiſcua hiſtoria exectorum auium, hominum, quadrupedum, marium, fœminarum.

DXXVI. ARISTOTELES.

Μεταβάλλει δὲ τὰ ζῷα οὐ μόνον τὰς μορφὰς ἔνια καὶ τὸ ἦθος κατὰ τὰς ἡλικίας καὶ τὰς ὥρας, ἀλλὰ καὶ ἐκτεμνόμενα.

Mutantur animalium quorundam non ſolùm figura, & mores per ætatem & tempus, ſed etiam cùm caſtrantur.

CÆSAR.

RECTE ſuperioribus coniunxiſſet, ita vt mutatio eſſet genus: ſpecies per ætatem, per tempus, per exectionem. Diſpertiri deinde in ſpecies animalium eas affectiones, & in colorem, vocem, figuram, membra, & eiuſmodi. Hoc intererat accurati Philoſophi.

Μεταβάλλει δὲ τὰ ζῷα: non ipſa mutant, ſed in ipſis mutantur.

Τὰς μορφάς: adde & vocem, & partes, & mores, & actiones.

Ἐκτεμνόμενα: cùm caſtrantur, cùm execantur. Caſtrare eſt caſſa facere, eductis teſtibus. Multa ſunt caſtrationum genera. Ratione loci: quia alijs naturalia vitiantur, alijs propinqua. Et naturalia dupliciter ſecundùm ſexum: vulua, & teſtes: & tripliciter ſecundùm artem. Nam teſtes aut eximuntur, aut contunduntur, aut inuertuntur. Vnde verueces *biſtonare* dicuntur àb Aquitanis.

DXXVII. ARISTOTELES.

Ἐκτέμνεται δὲ τῶν ζῴων ὅσα ἔχει ὄρχεις.

Caſtrantur autem animalia, quæ teſtes habent.

CÆSAR.

QVIA dixit ἐκτεμνόμενα: declarauit quid hoc eſſet. Et dixit ζῴων: quia ἐκτέμνεσθαι eſt affectus cuiuſcunque corporis aciem recipientis.

Ὅσα ὄρχεις ἔχει: rectè eſt, quia oſtreæ non caſtrantur, neque piſces, neque angues. Sed & alia tamen: ſcilicet quæ vuluam habent.

DXXVIII. ARISTOTELES.

Ἔχουσι δὲ οἱ μὲν ὄρνιθες τοὺς ὄρχεις ἐντός, καὶ τὰ ᾠοτόκα τῶν τετραπόδων, πρὸς τῇ ὀσφύϊ· τὰ δὲ ζῳοτόκα καὶ πεζά, τὰ μὲν πλεῖστα, ἐκτός, τὰ δ᾽, ἐντός· πάντα δὲ πρὸς τῷ τέλει τῆς γαστρός.

Habent autem aues intus teſtes, & quadrupedes ouipara, ad lumbos ſcilicet. At quæ animal pariunt, & ſoli beneficio viuunt, ad ingreſſum: maxima pars foris, cætera intus. Omnia autem ad partem ventris vltimam.

CAESAR.

C AE S A R.

HOc iam ſuprà in hiſtoria partium declaratum eſt.

Ἐντός. Nam alia animalia ἐκτός. Et declarat πρὸς τῇ ὀσφύϊ.

Τὰ δ' ἐντός. Vt diuiſio non fiat per ζωοτόκα & ᾠοτόκα. Nam τὸ ἐντὸς vtrique commune. Differentia autem illa eſt à loco. Quia aues ad lumbos, quæ animal pariunt, in poſtrema ventris parte.

DXXIX. ARISTOTELES.

Ἐκτέμνονται δὲ οἱ μὲν ὄρνιθες κατὰ τὸ ὀρροπύγιον, καθ' ὃ συμπίπτουσιν ὀχεύοντες. ἐνταῦθα γάρ, ἐὰν ἐπικαύσῃ τις δυσὶν ἢ τρισὶ σιδηρίοις, ἐὰν μὲν ἤδη τέλειον ὄντα, τότε τὸ κάλλαιον ἔξωχρον γίνεται, καὶ οὐκέτι κοκκύζει, οὐδ' ἐπιχειρεῖ ὀχεύειν. ἐὰν δ' ἔτι νεοττὸν ὄντα, οὐδὲ γίνεται τούτων οὐδὲν αὐξανομένου.

Caſtrantur galli ad clunes, qua parte conquiniſcunt coeuntes. Quem locum ſi quis ferramentis binis terníſve vſſerit, & gallus adultus fuerit, tum criſta palleſcit, neque præterea cucurit, neque venerem tentat. Si autem pullus ſit, vbi creuerit, nihil horum ei contingit.

C AE S A R.

MODVM vnum caſtrandi, & ſpeciem vnam narrat in gallis: duóſque euentus ab ætatibus. Infrà autem oſtendet, quod adultus peiùs habet: fit enim magna mutatio: cuiuſmodi natura nullam vnquam benè fert. Pullus autem in primordijs vitæ faciliùs accipit mutationem.

Ὄρνιθες, vt ſuprà pro gallis tantùm. Nam iam dicit τὸ κάλλαιον. Etiam ſic caſtrantur hodie gallinæ à ganeis, quæ mirum in modum pingueſcunt.

Τὸ ὀρροπύγιον καθ' ὃ συμπίπτουσι. Theodorus *parte nouiſſima ſua alui, qua cùm coëunt concidit.* Nos ſignatiſſima voce vſi ſumus, *conquiniſcere.* Eſt enim procedere in ſedem.

Δυσὶν, ἢ τρισὶ σιδηρίοις: mira locutio. Nam vnico ferramento bis aut ter adacto, indicauit hebetatum eſſe primum ferramentum humore loci. Item alterum: iccirco ſic numerauit.

Οὐδὲ γίνεται τούτων αὐξανομένου: vt adultus amittat: pullus autem non conſequatur. Theodorus: *ne inchoari quidem ex his quicquam poteſt.* Quod benè notandum eſt. Nam tria dixit. Τὸ κάλλαιον ἔξωχρον, & κοκκύζειν, & ὀχεύειν. Quæro igitur de Theodoro, quomodo aptabit verba illa: *non poteſt inchoari.* Ἡ ἐπιχείρησις τοῦ ὀχεύειν. Item de Ariſtotele quomodo, οὐ γίνεται τὸ κάλλαιον? an τὸ ἔξωχρον? Imò τὸ κάλλαιον: his quoque ἔξωχρον fit. Et τὸ κάλλαιον niſi ſecetur, creſcit: ſed languidius eſt.

DXXX. ARISTOTELES.

Τὸν αὐτὸν δὲ τρόπον καὶ ἐπὶ ἀνθρώπων. ἐὰν μὲν γὰρ παῖδας ὄντας πηρώσῃ τις, οὔτε αἱ ὑστερογενεῖς ἐπιγίνονται τρίχες, οὔτε ἡ φωνὴ μεταβάλλει, ἀλλ' ὀξεῖα διατελεῖ. ἂν δ' ἤδη ἡβῶντας, αἱ μὲν ὑστερογενεῖς τρίχες ἀπολείπουσι, πλὴν τῶν ἐπὶ τῆς ἥβης· αὗται δ', ἐλάττους μὲν, μένουσι δέ· αἱ δ' ἐκ γενετῆς τρίχες, οὐκ ἀπολείπουσιν. οὐδεὶς γὰρ γίνεται εὐνοῦχος φαλακρός.

IDem modus etiam in hominibus. Si vnum puerili ætate quiſpiam ſic mutiletur: neque oriuntur pili, qui nobis natis poſtea prouenire conſueuere: neque mutatur vox, ſed acuta durat. Si verò ſunt puberes, ij quos diximus pili de ſiunt, præter quàm qui in pube ſunt: quanquam ij quoque etſi manent, tamẽ ſiunt rariores. Pili autem connati nõ abeunt. Nullus enim eunuchus calueſcit.

C Æ S A R.

TRANSFERT hiſtoriam ad hominem, & facit comparationem. Nam vt pullus non mutabatur in cucuritum, & coitum: ſic pueri vox non mutatur: neque pili ſubnaſcuntur. Viro autem defluunt ὑστερογενεῖς: aut omnes in cæteris, aut pars maxima etiam in pube: ſicut τὸ κάλλαιον ἔξωχρον in gallo grandiori. Iccirco dixit τὸν αὐτὸν τρόπον, licet ſit quædam diuerſitas. Nam gallo non fluunt pennæ adulto, ſi caſtretur.

Ὑστερογενεῖς: oſtendimus alibi Theodori infœlicitatem in hac voce. *Poſtgeniti,* inquit, *non innaſcantur.* Quonammodo poteſt id fieri, vt geniti iam ſint, neque innaſcantur? Eos igitur habet. At Philoſophus non dixit ὑστερούμενοι. Sed qui apti nati ſunt ita naſci.

Ὀξεῖα φωνή: *exilis,* potiùs quàm *acuta* ſignatius. Neque enim eunuchi poſſunt vocem tollere.

Ἀπολείπουσι, deficiunt, relinquunt.

Πλείω τῶν ἐπὶ τῆς ἥβης: barba fluit, quia procul, & alæ. At pubes adhuc retinet aliquid priſtini caloris: & rareſcit tamen.

Οὐδεὶς γίνεται ἀγένειος φαλακρός. Etiam Hippocrates hoc dixit. Quoniam ſeminis genitalis materia ſuppetit ad alendum pilum. Qui autem poſt naſcuntur, ij vi coïtus oriuntur. Rareſcit enim cutis, atque inde poſtea exeunt. Sed exactiùs de his in noſtris de *Subtilitate* Exercitationibus.

DXXXI. ARISTOTELES.

Μεταβάλλει δὲ καὶ ἡ φωνὴ ἐπὶ τῶν τετραπόδων τῶν ἐκτεμνομένων ἁπάντων, ἢ πηρουμένων εἰς τὸ θῆλυ.

Mutatur etiam vox in quadrupedibus omnibus exectis, aut alio vitio effœminatis.

CAESAR.

Est ergo, & color in criſta, & pars in pilis, & vox. Rationem autem quare vox mutetur, reddit Ariſtoteles in quinto de *Generatione animalium*, Capite ſeptimo. Sublatis enim teſtibus, tentio meatuum laxatur. Quemadmodum cùm fides tentæ laxantur. Deinde, cùm calore aut frigore ita natura conſtituitur animal, vt grauem aut acutam vocem emittat. Spiritus enim calidus ſua craſſitudine efficit grauitatem vocis. Frigidus verò, propter tenuitatem, debilem, & humilem facit. Plura apud Philoſophum petes.

Ἁπάντων: hoc attinet ad ſcientiam: vt ſpecies ſecundùm τὸ καθ' ὅλον agnoſcantur.

Ἢ πηρουμένων εἰς τὸ θῆλυ: id eſt, ἢ τεθηλυμένων ἄλλως, putà per θλίψιν.

DXXXII. ARISTOTELES.

Τὰ μὲν οὖν ἄλλα τετράποδα, ἐὰν μὴ νέα ἐκτέμνηται, διαφθείρεται· ἐπὶ δὲ τῶν κάπρων μόνον οὐδὲν διαφέρει.

Quadrupedes igitur aliæ, niſi iuuenculæ caſtrentur, vitiantur. In ſolo aprorum genere nihil nocet.

CAESAR.

Discrimina ab ætate. In ſuillo genere vna in parte: & alijs omnibus ex altera.

Κάπρων: intellige etiam ſues.

Διαφθείρεται. Theodorus *intereunt*: at id falſum eſt. Canes enim ſexennes caſtrari iuſſimus, ſed propterea non interiere. Imbecilliores quidem erant. At διαφθείρεται, *non proficiunt* dicemus.

DXXXIII. ARISTOTELES.

Πάντα δὲ, ἐὰν μὲν νέα ἐκτέμνηται, μείζω γίνεται τῶν ἀτμήτων καὶ γλαφυρώτερα· ἐὰν δὲ καθεστηκότα ἤδη, οὐκέτι αὐξάνεται ἐπὶ πλεῖον.

Quæ prima ætate caſtrantur, & maiora, & nitidiora euadunt non caſtratis. Si autem ætate ſtata caſtrentur, non ampliùs creſcunt.

CÆSAR

Supra ab ætate inter ſpecies, hic ab ætate in eadem. Grandeſcunt autem caſtrata: quia ſemen abit in alimentum.

Γλαφυρώτερα, *elegantiora, politiora, terſiora, pilo ſubtiliore, planiore, nitidiore.*

Καθεστηκότα: quomodo vult ea creſcere poſſe, ſi iam ſunt καθεστηκότα? Quia ſi caſtrata eſſent, etiam eam magnitudinem exceſſiſſent.

DXXXIV. ARISTOTELES.

Οἱ δ' ἔλαφοι, ἐὰν μὲν μήπω τὰ κέρατα ἔχοντες διὰ τὴν ἡλικίαν ἐκτμηθῶσιν, οὐκέτι φύουσι κέρατα· ἐὰν δ' ἔχοντας ἐκτέμνῃ τις, τό τε μέγεθος ταὐτὸν μένει τῶν κεράτων, καὶ οὐκ ἀποβάλλουσιν.

Cerui qui nondum per ætatem cornua habuerũt, ſi caſtrentur, non ampliùs edunt cornua: ſin tunc cùm ipſa habent, executur, cornuum magnitudo eadem durat, neque ea abijciunt.

CAESAR.

CAESAR.

SIcut ὀστεογενεῖς non oriebantur pili, ſic neque cornua. In adultis tamen ὑστερογενεῖς cadebant, in ceruis non cadunt cornua. Vt referant vtranque naturam etiam τῶν συγγενῶν.

DXXXV. ARISTOTELES.

Οἱ μὲν οὖν μόσχοι ἐκτέμνονται ἐνιαύσιοι· εἰ δὲ μὴ, αἰσχίους καὶ ἐλάττους γίνονται.

VItuli igitur anniculi caſtrantur: alioqui turpiores, & minores euadunt.

CAESAR.

DEclarat quid ſit τὸ νέον: quod ſuprà dixit in genere bubulo. Non monuit nos nihilo ſeciùs tamen cornua euadere grandiſſima.

DXXXVI. ARISTOTELES.

Αἱ δὲ δαμάλεις, ἐκτέμνονται τὸν τρόπον τοῦτον· κατακλίνοντες καὶ ἀποτέμνοντες τῆς ὀσχέας, κάτωθεν τοὺς ὄρχεις ἀποθλίβουσιν· εἶτα ἀναστέλλουσι τὰς ῥίζας ἄνω, ὡς μάλιστα, καὶ τὴν τομὴν θριξὶ βύουσιν, ὅπως ὁ ἰχὼρ ῥέῃ ἔξω· καὶ ἐὰν φλεγμαίνῃ, κἀπικαύσαντες τὴν ὀσχέαν, ἐπιπάττουσιν.

MOdus caſtrandi is eſt. Reclinantes, & ſcortum incidentes, deorſum teſtes extringunt. Deinde radices quammaxime poſſunt, ſurſum contrahunt. Inciſuram villis ſtipant, vt ſanies exire poſſit. Quòd, ſi inflammentur, ſcortum vſtulantes obliniunt.

CAESAR.

MODVM caſtrationis alterum ponit. Erant hîc verba hæc. Αἱ δὲ δαμάλεις. Sed buculæ non habent teſtes.

Βύουσι *adigunt.* Vnde βυθὸς, & noſtrum *imbuo*, & *delibuo* antiquum. Etiam nunc *delibutus*: de liquido ſcilicet.

Ἐπικαύσαντες, ferro ſcilicet ignito.

Ἐπιπάττουσι: non addit quid: obliniunt butyro & vitellis ouorum, & oleo roſaceo.

DXXXVII. ARISTOTELES.

Οἱ δ' ἐνόρχαι τῶν βοῶν, ἐὰν ἐκτμηθῶσι, τὸν φανερὸν συγγινῶσιν.

TAuri adulti ſi caſtrentur, atque illicò admittantur, manifeſtò generant.

CAESAR.

HOc quoque ſuprà dixit. Erat hîc Codex mutilus. Quare ſic lege. Οἱ δ' ἐνόρχαι τῶν βοῶν ἐὰν ἐκτμηθῶσι, καὶ εὐθὺς ἀφιῶσι, φανερὸν ὅτι συγγινῶσι.

Τῶν βοῶν: vt declararet iam per ætatem inire poſſe: & addidit οἱ ἐνόρχαι. Quia boues de caſtratis dicere vſitatius eſt. Εὐθὺ: alioqui non poteſt. Semen enim ibi præſto eſt, neque fluxit; ſed per dolorem retractis vaſis retentum eſt. Puto tamen ego aliud quiduis tum in animo habere, quàm vt coëat.

Ἀφιῶσι, ſicut ſuprà ἀφῆκα.

DXXXVIII. ARISTOTELES.

Ἐκτέμνεται δὲ καὶ ἡ καπρία τῶν θηλειῶν ὑῶν ὥστε μηκέτι δεῖσθαι ὀχείας, ἀλλὰ πιαίνεσθαι ταχέως. ἐκτέμνεται δὲ νηστεύσασα δύο ἡμέρας· εἶτα κρεμάσαντες τῶν ὀπισθίων σκελῶν, τέμνουσι τὸ ἦτρον, ᾗ τοῖς ἄρρεσιν οἱ ὄρχεις μάλιστα φύονται. ἐνταῦθα γὰρ ἐπὶ ταῖς μήτραις ἐπιπέφυκεν ἡ καπρία· ἧς μικρὸν ἀποτέμνοντες, συῤῥάπτουσιν.

EXecatur etiam vulua ſcropharum, ita vt nõ amplius coïre opus habeant. Sed breui tempore pingueſcant. Igitur biduum cùm ieiunârint, appenſa pernis poſterioribus ſecatur ſumen: qua potiſſimùm parte maribus teſtes ſunt. Ibi enim ſcrophis vulua à natura ſita eſt, quo loco paululum ſcindentes conſuunt.

CAESAR.

C AE S A R.

MOdus nunc in fœminis: in ſpecie exemplum ponit.

Καπρία, Theodorus *apria*: nos *vuluam* diximus.

Νηστεύσασα: vt vacua ſint inteſtina.

Κρεμάσαντις: ne deorſum deſcendant inteſtina. Neque enim in ſcorto habet, vt mares teſtes. Et ideo dixit ὄπισθεν σκελῶν: ridiculè Theodorus, *prioribus*.

Ἐπὶ τῆς μήτρας ἐπιπέφυκεν ἡ καπρία. Vulua in ingreſſu matricis eſt, quaſi veſtibulum.

Σκελῶν: *pernis*, in ſuillo genere. Hiſpani ad omnia transtulerunt animalia.

DXXXIX. ARISTOTELES.

Ἐκτέμνονται δὲ καὶ αἱ κάμηλοι αἱ θήλειαι, ὅταν εἰς πόλεμον χρῆσθαι αὐταῖς βούλωνται, ἵνα μὴ ἐν γαστρὶ λάβωσι. κέκτηνται δ' ἔνιοι τῶν ἀνθρώπων καμήλους καὶ τρισχιλίας. θέουσι δὲ θᾶττον τῶν Νισαίων ἵππων, πολὺ ἐὰν θέωσι, διὰ τὸ μέγεθος τοῦ ὀρέγματος.

CAſtrantur in genere camelorum fœminæ, cùm earum vſum in prælijs quærunt, ne prægnantes fiant. Earum numerum poſſident aliqui etiam ad trium millium. Currunt celeriùs quàm Niſæi equi, ſi longior futurus ſit curſus, propter tractum curſus porrectiorem.

C AE S A R.

IN alia ſpecie idem ſexus, ob alium vſum. Suprà ſcrofa πιότητος: hîc εἰς πόλεμον. Et addit cauſſam, ἵνα μὴ ἐν γαστρὶ λάβωσι.

Θᾶττον τῶν Νισαίων ἵππων. Commẽdabantur ob pernicitatem equi Perſici à Niſæo loco ſic vocati, vt ait Suidas. Horum meminit Lucianus, *quomodo hiſtoria ſit ſcribenda*.

Πολὺ ἐὰν θέωσι. *Si diu currendum ſit.* Nam breui in curſu celeritate equi præſtant. Id omiſit Theodorus peſſimè. Et addidit, ἔνιοι τῶν ἀνθρώπων, *ſuperioris Aſiæ incolæ*, peiori conſilio.

Διὰ τὸ μέγεθος τοῦ ὀρέγματος. Ὀρέγειν eſt *porrigere*. Quæ eſt cauſſa vt canes leporarij lepores ſuperent curſu interuallorum, non frequentia, ſed tractu.

DXL. ARISTOTELES.

Καὶ ὅλως δὲ μακρότερα γίνεται τὰ ἐκτεμνόμενα ζῷα τῶν ἀτμήτων.

ET ſanè longiora fiunt caſtrata, quàm non caſtrata.

C AE S A R.

DEclarat τὸ μακρὸν τοῦ ὀρέγματος. Quoniam etiam caſtratæ camelæ ſunt longiores. Theodorus peſſimè intellexit, *auctiora*. Non dixit Philoſophus μείζω, ſed μακρότερα.

CAPVT OCTVAGESIMVM.

RVMINANTIA.

DXLI. ARISTOTELES.

Τὰ δὲ μηρυκάζοντα τῶν ζῴων, χαίρει μηρυκάζοντα καὶ μηρυκάζουσιν, ὥσπερ ἐσθίοντα.

RVminantia animalia capiunt in ruminando voluptatem. Nihilóque ſeciùs ruminant, quàm mandunt.

CAESAR.

C AE S A R.

HOc mirum non eſt, niſi intelligas χαίρει. E ſtomacho qui prope gulam eſt tanquam ſacculus, carptum primo manſu cibum, reuocant, quaſi per ructum, ac remanſum in ventrem demittunt. Natura hoc fecit, vt citiùs expedirentur à paſtu.

Χαίρει: quia videtur res laborioſa, ſingultu & ructu reuocatum remandere.

Ὥσπερ ἐσθίοντα: quia ruminatio eſt ſpecies comeſtionis.

Τὰ μηρυκάζοντα χαίρει. Μηρυκάζοντα prius ſignat naturam: poſterius actionem. Theodorus malè addidit *proficiunt*.

DXLII. ARISTOTELES.

Μηρυκάζει δὲ τὰ μὴ ἀμφόδοντα· οἷον βόες, καὶ πρόβατα, καὶ αἶγες.

RVminant tantùm altera dentata maxilla, vt boues, & oues, & capra.

C AE S A R.

AFfectum diſpertit ſpeciebus.

Τὰ μὴ ἀμφόδοντα. Ita vt intelligas, non propterea excludi τὰ ἀμφόδοντα, nam lepores ruminant.

DXLIII. ARISTOTELES.

Ἐπὶ δὲ τῶν ἀγρίων οὐδέν πω συνῶπται, ὅσα μὴ συντρέφεται ἐνίοτε, οἷον ἔλαφος. αὕτη δὲ μηρυκάζει.

IN feris nondum perſpectum eſt, quæ nobiſcum non aluntur aliquando. Cuiuſmodi ceruus eſt. Etenim is ruminat.

C AE S A R.

NOndum narrat leporem ruminare & cuniculum. Iccirco dixit ὅσα μὴ συντρέφεται. Intellige ἡμῖν: quoniam alibi συνανθρωπεύονται.

DXLIV. ARISTOTELES.

Πάντα δὲ κατακείμενα μηρυκάζουσι μᾶλλον.

OMnia autem iacendo potiùs ruminant.

C AE S A R.

A Situ: quieſcentia ſcilicet. Et dixit μᾶλλον, quia etiam ſtantia: adeò vt bos etiam ad plauſtrum vinctus decumbat, vt ruminet: licet non ſemper.

DXLV. ARISTOTELES.

Μάλιστα δὲ τοῦ χειμῶνος μηρυκάζουσι· τὰ τε κατ' οἰκίαν τρεφόμενα, σχεδὸν ἑπτὰ μῆνας τοῦτο ποιεῖ· τὰ δ' ἀγελαῖα, καὶ ἧττον καὶ ἐλάττονα χρόνον μηρυκάζει, διὰ τὸ νέμεσθαι ἔξω.

MAxime verò hyberno tempore. Quæ domi aluntur, ſeptem ferè menſes hoc faciunt. Greges autem minùs, minúſve ruminant temporis, proptereà quòd aluntur foris.

C AE S A R.

QVia herba tenerior quàm fœnum: ita etiam hyberno tempore: duriore enim paſtu aluntur.

DXLVI. ARISTOTELES.

Μηρυκάζουσι δὲ καὶ τῶν ἀμφοδόντων ἔνια, οἷον οἵ τε μύες οἱ Ποντικοί, καὶ οἱ ἰχθύες, ὃν καλοῦσιν ἔνιοι ἀπὸ τοῦ ἔργου μήρυκα.

RVminant etiam quædam, quæ vtraque maxilla dentata ſunt. Vt mures Pontici, & piſces, & quem icciro ruminatorem *vocant.*

C AE S A R.

AMplificat, quæ ſuprà dixit, & ponit exempla murium, & piſcium.

Ἰχθύες: in plurali propter ſcarum, & alterum quem *μήρυκα* vocant. Theodorus in ſingulari. Καὶ ὁ ἰχθύ.

Μήρυκα: Theodorus *ruminalem*. Vt ficum Romulam.

CAPVT OCTVAGESIMVM-PRIMVM,

De aluo vda, & pectore lato animalium.

DXLVII. ARISTOTELES.

Ἔστι δὲ τὰ μὲν μακροσκελῆ τῶν ζώων, ὑγροκοίλια· τὰ δ' εὐρυστήθη, ἐμετικὰ μᾶλλον, καὶ ἐπὶ τῶν τετραπόδων, καὶ ἐπ' ὀρνίθων, καὶ ἐπ' ἀνθρώπων ὡς ἐπιτοπολύ.

ANimalia longis prædita cruribus aluum vdam habent. Quibus latum pectus, facilius vomunt: & in quadrupedibus, & in auibus, & in hominibus magna ex parte.

C AE S A R.

A Partibus, non mores, ſed naturam.

Μακροσκελῆ: vt de ardeolis dixit. Cauſſa eſt, quia materia plus eò fluit. Iccirco etiam τὰ ἐμετικά ἐστι εὐρυστήθη.

LIBRI NONI ET VLTIMI FINIS.

FRAGMENTVM
QVOD VVLGO DECIMVS
HISTORIARVM VOCATVR.

Iulio Cæſare Scaligero Interprete,
cum eiuſdem Commentariis.

Altera Editio auctior & emendatior.

IVLIVS CÆSAR SCALIGER, Briando Valleæ Regio in Senatu Burdigalenſi Conſiliario.

S. D.

SI ij, qui ſcita gentium, moréſque populorum, dicta ac facta memoratu digna, literarum monumentis prodidiſſent, magnam ſunt adepti laudem, propterea quòd in ſplendore orationis, non fabularum quæſiſſent amœnitatem: ſed rerũ geſtarũ memoriam complexi eſſent. Quanto illi maioribus digni præmijs, BRIANDE VALLEA, *videantur, qui naturæ conatus, effectiones, factorũ ipſorum conſilia poſteritati intelligenda propoſuere? Ac fuit olim quoddam hominum genus, qui ſeſe ſapientiæ nomine conſpicuos circumferrent. Ii ſi tales, tantiq; erant, debuerant ſanè diuinitatem illam ita profiteri, vt ne obliuiſcerentur humanitatem. Nam cùm puſilla neſcio quæ naturæ rudimenta, procul obſcuro in receſſu quaſi quodam intuiti eſſent, voluere quidem credi tum ea, tum alia multo potiora ſciſſe: alios autem eadem ſcire noluere. Ita integumentis quibuſdam, atque inuolucris offudere tenebras ob eorum oculos, qui propter iſtam ipſam ſententiam celeberrima illorũ conſulerent oracula. Peſsimum verò, atque imprimis inhumanum facinus, meritóq; ab illis animaduertendũ: quippe qui miraculo ſeſe mallent eſſe nobis propter inſcitiam noſtram, quam delere poſſent, neq; vellent, quàm propter ſcientiam, quam communicare deberent, obnoxios ac deuinctos. Quòd ſi vnum illud tam frequens iactent perfugium, ſenſa hæc ſua mirifica dictis ambiguis, atque cæcis conſultò obſcuràſſe, ne quid iſtorum ſacrorum vulgo aperiretur. Nonne humanius futurum fuiſſe intelligant, ſi eidem vulgo adimant opera ſua id, propter quod tantos theſauros latere ipſum voluere. Nam quamobrem nos prophanos vocent illi, quos diuinos facere poterant, niſi plus inuidiæ diſsimularent, quàm ſimularent ſapientiæ? Hoc monſtrorũ commentum potiùs quàm hominum inſtitutum, cùm te virum,* VALLEA, *& animo ſapientiſsimum, & officijs humaniſsimum diuino conſilio ſemper deteſtatum eſſe intelligerem: qui noctes, atque dies re idem præſtares, quod verbo profitebare: enarrando iura vetera, adornando noua, cœleſti prudentia omnia ea perficiendo, quæ vel ad vniuerſi orbis conſtitutionem ſatis eſſe viderentur. Compulſus ſum tantis tuis in rem ciuilem, ſimul atque literariã meritis, multis operis atque laboribus inexhauſtis adumbrare in me iſtam tuam ſapientiã: quam qui admiramur, etiam debemus imitari. Neque enim ſi tu in oculis noſtris es, propterea quicquam tibi ſit acceſsionis ex admiratione noſtra, qui tibi ipſe præmium ſolus eſſe potes. Sed nitidiores eſſe debemus nos ſplendore virtutum tua-*

rum,quibus animi noſtri illuſtrentur. Itaq; tui exemplo cùm magnum numerum commentationum abſoluiſſem, atque inter has Ariſtotelis libros omnes, qui ad animalium naturam pertinent, Latinos feciſſem, multáque difficilia intellectu, obſcura ad explicandũ animaduertiſſem: volui in alieno apparatu delicatè conquieſcere. Adieci igitur animum, audaciúſne, an operoſiùs, ſanè neſcio, ad id enarrationum genus, quibus maximum nominis mei periculum adiri neceſſe fuit. Etenim qui interpretati tantùm ſunt libros, eorum labor apertè multus, atque è labore certæ laudis ſpes proficiſci conſueuit. Quódque magna eorum pars ne ſperare quidem auſa eſſet, videntur non neſciſſe ea, quæ alieno licet ore loquerentur. Ego verò, qui me totum ad ſtudioſorum non vtilitatem ſolùm componerem, ſed & ad voluntatem quoque proieciſſem; malui eo in metu eſſe, qui ancipitem gloriæ attributionem minitaretur mihi: quàm in ea ignauia conſeneſcere, quæ mihi faceret opinionem ſapientis. Quare vnum librum reliquum, quem Decimum *inſcripſerunt* Hiſtoriæ animalium; *cùm propter obſcuritatem dictionis per ſe difficilem, tum ob vetuſtatem corruptum atque inacceſſum: ac præterea à diuino alioqui viro Theodoro Gaza omiſſum, non ſolùm, quod plus ſatis eſſe poterat, Latinum feci: ſed etiam multis maximíſq; laboribus, vt ſpero, luculentum. Ad quod commentationem genus cùm tui, vt dicebam, imitatione animũ appuliſſem, tibi quoq; vnà cum alijs, quæ tibi dono dedi, hunc etiam Librum & deberi volui, & perſolui. Vt cuius in fide atque auctoritate ciuilis dignitatis meæ ſtatus ſitus eſſet, in eius quoque præſidio laus, ac gloria rei literariæ eſſet conſtituta.*

ORNATISSIMO

CLARISSIMOQVE VIRO, Ioanni Stephano Durando, ampliſſimi Senatus Toloſani Principi.

SILVIVS CÆSAR SCALIGER, Iulij Cæſaris filius. S. D.

DVM tibi totum corpus lacerum, & deformatum priſtino nitori reſtituo, hanc tabulam è tanto naufragio ereptam,& ſuperſtitem tibi voueo, dedicóque (VIR CLARISSIME.) Eam enim multis fluctibus,& procellis agitatam,poſt multam, maximámq; tempeſtatem, maris tranquillitas & malacia tandem ad te,tanquam ad ſalutis portum appulit. Paruum quidem munus ſi cum nominis tui amplitudine conferatur. At certè ſi dignitatem tuam reſpicias,quia literarium, non contemnendum. Nam cùm tuum ſit inopi manum porrigere,egeno opem ferre,& quod cuique ſuum eſt conſeruare, talem te omnibus exhibere ſoles, vt tota Gallia Narbonenſis in te, tanquam in tutorem & conſeruatorem,ora,& oculos conuertat. Quare illa tua fretus humanitate, hoc meæ erga te obſeruantiæ,beneficiorúmque acceptorum teſtimonium te recepturum confido. Quorum recordatione,cùm me anxium & hærentem fortunæ meæ modus teneret, proprijs viribus diffiſus,alterius auxilium euocare decreui,cuius ope erectus, aliqua ſaltem gratia animi,& obſequentis ſignificatione gratiam à te mihi inire liceret. Obtulit ſeſe libellus hic,meæ quondam à Iulio Cæſare Scaligero patre meo, fidei commiſſus, è clade ciuili ſuperſtes. Quem cùm patrono egere viderem,vtrique noſtrum benè & proſperè rem cedere exiſtimaui. Mihi quidem hoc munuſculum offerenti, ſi apud te aditus pateat: illi autem, ſi in clientelam tuam ſe tradens, in familiam quoque recipiatur. Et quamuis Ariſtotelis auctoritate ſuam excuſare poſſit temeritatem, quantum tibi debeam intelligens, meo nomine maluit à te culpam deprecari gratus, quàm culpa carere iners & ignauus. Neque eram quidem neſcius, non paruam ex hoc opere patri meo inuidiam conflari. Sed quia illius laudis ita ſum ſtudioſus, vt ne quid de ſuo depereat omnem diligentiam,& induſtriam ponam. Quantum à prauis periculi imminere videbam,tantundem laudis à bonis expectandum ſperaui. Benè & feliciter mecum actum putabo, ſi qua erga omnes,qui tuendi,& conſeruandi ſui iuris cauſa ad te confugiũt, vti ſoles comitate, hunc aduenam & auitis bonis extorrem in aliqua patrocinij tui parte hærere patiaris. Hanc particulam à toto corpore patris iudicium ſecutus,ſeparandam duxi. Tum quia neque priori materiæ, qua hiſtoria animaliũ tractatur, conuenire: neque cui parti coniungendam putarem, pro certo compertum haberem. Cùm enim Laërtius Nouem tantùm libros hiſtoriæ animaliũ Ariſtotelis enumeret, meritò certè hæc inſcriptio ſuſpecta eſſe poteſt. Exemplar verò Græcum adeò lacerum,mutilum,inuerſum reperitur, vt etiam feliciora ingenia à labore in eius illuſtratione conſumendo, potuerit deterrere. Sed quò plus ardua ſunt facinora, eò plus ad ea tuanda excelſi animi accendi ſolent: quo factum eſt,vt alacriter acta fuerit alea. Et quanquam incurrere reprehenſionis notam,ſi ſe in hoc immenſum pelagus immitteret, à multis timebat pater: quoſdam tamen fore ſperabat qui melioribus ducti auſpicijs, hunc conatum amplecterentur, & laudarent. Dum igitur Nouem illos priores libros, & ab eodem ad hunc modum elaboratos tibi paro, hoc Fragmentum pro tua humanitate accipias,rogo. Quod Gaza vir tantus cùm Latinum facere noluerit,id eum, vt ſpuriũ neglexiſſe, aut propter difficultatem animũ deſpondiſſe, ſuſpicari mihi certè religio eſt. Vt vt ſe res habeat, ſi quid fauoris erga literarum,& honeſtatis ſtudioſos conſequetur, id patri, & mihi eueniſſe gratum habebo. Tu verò (VIR CLARISSIME) cui & nominis noſtri commendationem, omniáque noſtra accepta referimus,& qui harum rerum autor, impulſorque mihi es, nunquam tuam defugies auctoritatem,ſcio. Vale ex arce noſtra Gohaſiana VIII. Kal. Apr. Anno cIↃ. IↃ. LXXXIV.

SILVIVS CÆSAR SCALIGER.
IVLII CÆSARIS FILIVS,

Candido Lectori S.

IVLIVS *Cæſar Scaliger pater meus, poſt impetratam animi ſui quietem, quam per multos annos rei bellicæ fruſtra impenderat: ita ſe totum literis dedit, vt quam operam eo in ſtudio antea infeliciter poſuerat: quemadmodum eam hoc in otio magna cum laude, & communi literarum vtilitate rependerit, æqua poſteritas facile ſit iudicatura. Cùm autem ex eruditorum iudicio cerneret rerum cognitionem, quam quiſque bonus, qui in doctorum numerum adſcribi ſtudet, appetit, ſine Ariſtotele vix adipiſci poſſe. Sic Peripateticæ doctrinæ adhæſit, vt meritò Scaligero de Ariſtotele, quod Ennio de Homero traditur, tribui poſſit. Sed de hac re docti viderint. Inter cætera ipſius opera nouem de* Hiſtoria Animalium, *quos propediem edituri ſumus, & hunc, qui, vt opinor, non rectè* Decimus *inſcribitur, à ſe Latinos factos, & Commentarijs illuſtratos Briando Valleæ Regio in Senatu Burdigalenſi Conſiliario, viro nobili, & erudito dicauerat. Hunc verò, qui tibi,* Candide Lector, *à nobis exhibetur, permiſerat vt prior emitteretur. Ratus, vt puto, id multorum votis deberi, qui hoc opuſculum non ſatis integrũ, & magna cura egens, & cuius antiqua verſio, quam Gaza ſe vidiſſe teſtatur, vix reperiretur, ab ipſo multis precibus expeterent. Vallea cùm id humaniter accepiſſet, docto cuidam, cuius nomen cùm reticuiſſet, multis, & certis tamen coniecturis, eum fuiſſe Iacobum Gopylum deprehendimus, legendum, & inſpiciendum tradidit. Is cùm Scaligeri in omnibus interpretationem non probaret, quædam notauit, quæ poſtea Vallea cum exemplari autori reddi curauit. Quod officium ita fecit maximi, vt & gratias maximas egerit, & de ipſo ſe quàm optimè meritum ſcriptis teſtaretur. Eius notata hìc inſeruit, vt ex vtriuſque opinionum collatione faciliùs veritatem poſſis eruere. Atque vt ingenui animi eſt liberè profiteri per quos profeceris, ne merita laude virum hunc doctum fraudaret, noluit pro nihilo tantas vigilias haberi. Vale Lector candide, & hoc munuſculo fruere, dum nouem integros de* Hiſtoria Animalium *paramus. Si quam interim ex hoc opuſculo conſequeris vtilitatem, id totum viro clariſſimo & integerrimo Durando Principi Senatus Toloſani acceptum referre debes. Vale iterum.*

FRAGMENTVM QVOD VVLGO DECIMVS HISTORIARVM VOCATVR.

CAPVT PRIMVM.

Impedimenta ad generationem: matricis officium & diſpoſitio: menſtruorum ſolutiones: menſtrua alba, & putrida.

I. ARISTOTELES.

ΠΡοϊούσης δὲ τῆς ἡλικίας ἀνδρὶ [καὶ γυναικί, τοῦ] μὴ γεννᾶν ἀλλήλοις συνόντας, τὸ αἴτιον ὁτὲ μὲν ἐν ἀμφοῖν ἐστιν, ὁτὲ δ' ἐν θατέρῳ μόνον. πρῶτον μὲν οὖν ἐπὶ τοῦ θήλεος δεῖ θεωρεῖν τὰ περὶ τὰς ὑστέρας ὅπως ἔχει, ἵν' εἰ μὲν ἐν ταύταις τὸ αἴτιον, αὗται τυγχάνωσι θεραπείας· εἰ δὲ μὴ ἐν ταύταις, περὶ ἕτερόν τι τῶν αἰτίων ποιῶνται τὴν ἐπιμέλειαν. ἔστι δ', ὥσπερ καὶ περὶ ἄλλο μέρος, φανερὸν εἰ ὑγιαίνει, ὅταν τὸ ἔργον τὸ αὑτοῦ ἱκανῶς ἀποτελῇ, καὶ ἄλυπόν τι ᾖ, καὶ μετὰ τὰς ἐργασίας ἄκοπον. οἷον ὀφθαλμός, ὅταν λήμην τε μηδεμίαν ποιῇ, καὶ ὁρᾷ, καὶ μετὰ τὴν ὅρασιν μὴ ταράττηται, μηδ' ἀδυνατῇ ὁρᾶν πάλιν. οὕτω καὶ ὑστέρα, ἣ πόνον τε μὴ παρέχουσα, καὶ ὃ ἐκείνης ἐστί, τοῦθ' ἱκανῶς ἀπεργαζομένη· καὶ μετὰ τὰ ἔργα μὴ ἀδύνατος, ἀλλ' ἄκοπος.

APpetente hominis ætate, qua mutuo congreſſu tum vir, tum fœmina deberent generare, nonnunquam in vtroque, aliquãdo in altero tantùm exiſtit impedimentum. Principio quemadmodum ſeſe habeat fœminarum vterus, contemplandum eſt. Qui ſi impedimẽto quopiam afficiatur, manus ei medicæ adhibeantur. Si bene habeat, ad alia membra, quæ in cauſa ſint, curæ tempus tranſmittamus. Conſtare autem poterit matricis valetudo ex ipſis functionibus: ſicut & alterius membri: cùm officium ſuum quantum ſatis eſt facit: ac poſtquam peregit, & labore, & dolore caret. Id quod cùm ex alijs membris, tum oculi exemplo perſpici ſanè poteſt. Quemadmodum enim oculus, cùm neque gramioſus eſt, & primò videt, mox ab eo viſu nihil conturbatur: poſtremò retinet adhuc priſtinam videndi facultatem, ſanus eſt. Ita matrix quoque, ſi neque dolet, & officio ſuo quantùm ſatis eſt fungitur, tum abſoluto opere ſuo nullum capiat dolorem, neque fatiſcat.

CÆSAR.

CVM prioribus libris hiſtoriam tantùm tractet Ariſtoteles, fortaſſe commodiùs feciſſet hunc, quem *Decimum* inſcribunt, in libros de *Cauſis* ſi tranſtuliſſet. Etenim eadem repetit quæ in Septimo *Hiſtoriarum*. Tum autem ſitus partiúmque matricis rationem aliquam reddit. Multíſque modis eius ſtatus, motus, quantitatis, officij, affectionum naturam perſcrutatur. Quòd ſi quis ita tueatur, propterea quòd idem in libris operoſiſſimis illis naturalibus fecit: vt quæ in Septimo ſtrictiùs ſcripſerat, in octauo fuſiùs perſequeretur. At is cõcedet vel inuitus, non huic libro debere locum hunc decimæ ſedis inter animalium hiſtoriam. Cùm enim partes primo loco, atque earum differẽtias perſpexerimus, deinde generationes, tertio

tio mores, quæ pars tertia Nono in libro eſt abſoluta: minime decuit & ad generationis, ſterilitatiſue modos, poſt ipſarum partium enarrationem redire. Quare ita cenſeo: poſt librum ſeptimū illicò hunc eſſe ſtatuendum. In eo nanque de hominis generatione per compendia diſputauit: certóſque affectus aſcripſit, tum parentum coniugationi, tum puerperæ, tum infanti ipſi. In hoc itaque quod erat reliquum, quemadmodum res ea conficeretur, ſubtiliùs contemplatus eſt. Quamobrem quæ verba in fine Septimi ſunt, περιόδους δὲ τῆς ἡλικίας, vereor admodū ne fuerint tanquam teſſera ſequentis libri. Iiſdem enim vocibus is, qui hîc *Decimus* inſcribitur, incipit. In hoc igitur cum videretur repetere ea quæ in ſeptimo prodidiſſet, amouere Critici. Exemptum autem alij hoc in loco, qui reliquus erat, conſtituerunt: poſtremo ſcilicet. Verùm vt illis reſpondeam, quod horum librorum initio quoque admonuimus, nihil mirum repeti hoc ab Ariſtotele. Fecit enim hoc ſæpius, & ijs, quibus diximus libris naturalibus, & alijs ſæpenumero: non ſolùm quæ rudia propoſuerit, ſubtiliùs vt diſcutiat: ſed etiam eadem penitùs: vt camelorum coïtum, vulturum aduectum, de apum regibus, atque alia talia. Neque iiſdem tantùm libris, verùm diuerſis quoque: veluti de bonaſo, atque alijs: tum in libris de *Animalibus*, tum in ijs quos inſcripſit de *Miraculis auditis*. Item plantarum ad inſecta comparationem non modo in libro de *Vitæ quantitate*, ſed in eo quoque quem de *Aetatibus & morte* ſcripſit. His de cauſſis adducti ſunt quidam ſæpenumero vti dubitarent: eſſétne liber hic Ariſtotelis. Illud verò fuit maximum firmiſſimûmque argumentum. Quippe hîc muliebre ſemen eſſe ad animalis generationem neceſſarium. Id quod tamen multis alijs diſputationibus negat. Tum autem, quod ſane verum eſt, huc adducunt verboſiorem hunc librum eſſe quàm Ariſtotelica dictio conſueuerit. Recedit enim plerunque à diuina illa breuitate, quam *admirabilem* in priſcorum libris vocat Galenus in primo de *Elementis*. Dicendi tamen ratio, & ſtilus ipſe, quam φράσιν Græci vocant, omnino illius eſt. Elocutio omni nectare dulcior. Si quis eſt, cui Atticæ illæ aures comparatæ ſint. Neque enim aut puritate Xenophonti cedit, aut ſtructura Thucydidæ inferior eſt, aut diſſimulata diligentia minor Iſocrate. A Platone nihilo niſi conſulta breuitate differt, nulla in re ſecundus, ſapientia & iudicij acumine magno interuallo ſuperior. Breuitatem autem non vbique ſeruauit illam rigidam. Sed enimuero, nihil eo interdum fuſius. Quin ſuperfluæ locutiones aliquando multæ, dum Atticiſmos ſequitur. Sic etiam in libro de *Miraculis auditis*. Ἄμφω δὲ ἐν ὁμαλοῖς τόποις, καὶ οὐκ ἀνωμάλοις. Et in quinto *Hiſtoriarum*. Πλείους ἡγεμόνες οὐχ εἷς μόνος. Satis erat πλείους: addidit οὐχ εἷς: neque contentus, appoſuit μόνος. Et in quarto *Hiſtoriarum*: λαμβάνονται δὲ τὸ καθεύδειν, εἰ δὲ μὴ οὐδὲν δοκεῖ ληφθῆναι. Qui ſermo etiam Galeno in IX. *Anatomicarum inſtitutionum*, & alibi, & aliis familiariſſimus eſt. Sicut alibi omiſit voces neceſſarias, ferente id eadem Atticiſmorum ratione. Sic enim ſcribit in libro de *Miraculis auditis*. Ἐκλείπειν φησὶ ἑκκαίδεκ' ἔτη ἐκλιπόν, τῷ δὲ ἑβδόμῳ ἐπανελθεῖν. Neque enim Latinè loquentem quiſquam ferat me, ſic. *Sexdecim annos defeciſſe ignem in Lipara: ſeptimo autem reſtitutum.* Intellexit enim ſeptimum poſt decimum. Ita Ariſtophanes in *Nubibus*. Ἔπειτ' ἀπὸ ταρροῦ τοὺς θεοὺς ὑπερφρονεῖς, κοὐκ ἀπὸ τῆς γῆς, εἴπερ. Mira breuitas in octauo *Hiſtoriarum* Ariſtotelis. Γινώσκουσι τὰς ἰσχυράς, τὰς στάχυν ἔχειν, τὰς δὲ, τὰς μὴ ἔχειν. Omiſit vnum μή. Τὰς δὲ μὴ ἰσχυράς, τὰς μή: breuis adhuc: τὰς δὲ τὰς μή. Libri igitur materia homo eſt. Diſceptationis ratio quam recentiores Philoſophi *formalem* appellant, eſt facultas generandi. Quæ eſt à locis, vt à matrice: & à materia, vt à ſemine: & ab alijs affectionibus ſeorſum percenſetur. Finis autoris eſt hæc omnia referre ad eam veritatem, quæ per argumenta elicitur neceſſaria. Demonſtrationem dico, vt vocant Philoſophi. Attigit hanc eandem materiam Hippocrates in libro de *Aëre & aqua*, perfecit autem in libro de *Natura fœminarum*: fuſius in libro de *Morbis* earundem. Ariſtoteles de matrice in ſeptimo *Hiſtoriarum*. Galenus de eius officio, ſitu & magnitudine in XIII. de *Officio membrorum*. Hanc etiam materiam optimè tractat Hippocrates in eo libro, quem fecit de *Sterilitate*. Nonnihil etiam elici poteſt ex quinto *Definitarum ſententiarum*: quos ille *Aphoriſmos*, Firmicus *Apoteleſmata*, & Ptolomæus nominat. In ſecundo *Prædictionum* nonnulla item inueniuntur, quæ nos inter narrandum demonſtrauimus veræ Philoſophiæ candidatis. Ad interpretandam Philoſophi mentem accedamus.

Omnis morbus, vt nunc loquuntur Philoſophi recentiores, aut eſt per eſſentiam, aut per communicationem. Galenus in primo de *Locis malè affectis* ἰδιοπάθειαν, & συμπάθειαν appellari iubet. Nos ita dicere poſſumus. Morbum eſſe ſecundùm cauſſas membrum afficientes in quo is morbus eſt: alium autem per conſenſionem alterius membri, quicum membrum ægrotum naturæ alicuius vi colligatum coaptatúmue ſit. Hoc nunc agit Philoſophus. Si, inquit, impedimento quippiam ſit, quominus natura atque ſexus, atque ætas ad generandum apta nata generet: contemplari oportebit, ex ipſóne generationis membro id eueniat, an ex alijs. Proptereàque matrix

trix pro loco tantùm eſt. Materia autem, ac materiæ forma, cùm à venis, arterijs, tum à vaſis ſeminalibus ſuppeditatur. Scrutatur ergo an matrix in cauſſa ſit, à functionibus ipſius: comparátque eam oculo, & rectè: quippe membrum membro. Oculus enim, vt ex Galeno colligi poteſt in primo de *Ratione medicandi*, non ſolùm ὁμοιομερὴς eſt, ſed etiam μέλος. Argumentum autem optimũ eſt. Quoniam actio à forma eſt per duplex inſtrumentum: vnum proximum, qualitatem ſcilicet: alterum remotius, quippe membrum ipſum, in quo ipſa qualitas eſt, vt in libris *Metaphyſices* ſeptimo, atque duodecimo declarauimus. Galenus quoque in primo de *Ratione medicandi*, ita ſcripſit: actionem pendere à corpore, atque ab eo perfici. Quare ſi corpus ab habitudine & concretione ſua non diſcedit: actionem quoque ſecundùm naturæ præſcripta conſtare oportet. Tria autem in oculi facultate animaduertit, & tria in matrice. Quippe matricem officio ſuo fungi, & ſine dolore, & ſine labore. Græca verba ſunt, λύπη, κόπος, πόνος, νόσος. Latinè ita agnoſci poſſunt, ſi *dolorem* dicas, *laſſitudinem*, *laborem*, *morbum*. Itaque M. Tullius in ſecundo *Tuſculanarum quæſtionum*, cùm putat Græcos neſciſſe diſtinguere inter *laborem* & *dolorem*, nõ legerat hîc Ariſtotelem. Atque hîc quidem videmus ἄλυπον, καὶ ἄκοπον. Eſt enim λύπη *læſio ſenſus*. Hoc nos rectè *dolorem* appellamus. Sic etiam in libro ſecundo de *Locis malè affectis*, Galenus definire videtur. At πόνος, quem Latini *laborem* vocant, non eſt ſenſus læſio, ſed onus potiùs inſtrumentorum motionis. Duûm enim generum nerui ſunt, motionis & ſenſionis. Priores reſpicit labor: poſteriores dolor. Atque iccirco dixiſſe videtur Philoſophus in VII. *Hiſtoriarum*, καὶ ἐν τῇ κεφαλῇ γίνονται πόνοι. Rectiùs Galenus in primo de *Ratione medicandi*, Theſſalum reprehendit, qui inter dolorem, ac morbum quid interſit, ignorauit. At eſt præterea ἀλγηδὼν, & ἄλγημα. Priore voce vtitur Ariſtoteles in libro de *Miraculis auditu*. Habent etiam ὀδύνην. Quare & Medici vulgò, & Ariſtotelica familia vtitur hoc verbo ἀνώδυνον, in Libro *contra Xenophanem*. Item alio flexu ἀνάλγητον, & Ariſtoteles in tertio *Hiſtoriarum*, διὰ τὸ ἀλγεινὸν εἶναι. Quid? nonne Platonem ſuum legerat? At is in nono de *Repub.* commune facit τὸ ἀλγεῖν, tum corpori, tum animo. Contrarium enim ſtatuit τοῦ χαίρειν, cùm inquit. Τὸ μὴ ἀλγεῖν ἡδὺ ἡγεῖσθαι. Ἢ τὸ μὴ χαίρειν ἀνιαρόν. In eodem libro voce hac λυπηρὸν, vtitur: & λύπην, atque ἡδονὴν contraria agnoſcit. Item τὸ ἡδὺ, καὶ τὸ ἀλγεινόν. Sicut ſuprà τὸ ἡδὺ, καὶ τὸ ἀνιαρόν. Sic labor multas habet voces: πόνος, κόπος, κάματος: qua voce in XV. de *Officio partium* vtitur Galenus. Sed ad rem. Ergo matrix, quæ poſt officium ſuum neque doleat, neque laſſa ſit, pro ſana erit exiſtimanda. Sicut oculus, qui & videt, & non conturbatur à viſu, & mox iterum videre poterit: videre quidem officium eſt. Itaque matricem cùm dixit officio ſuo fungi, comparauit hoc ad oculi viſionem: putà ſemen appetere, attrahere, retinere, fouere, emittere. Subdit deinde, non conturbari. Significat igitur temperamentum membri opportunum: quod membrum non ſit inferius viribus ea re, cui deſtinatur. Ergo eſt ἄλυπον. Neque enim ſenſus læditur. Tertio loco eſt ἄκοπον: ſiquidem redire poteſt ad priſtini officij ſui functionem; quoniam non fatiſcit opere abſoluto. Obſeruandus eſt dicendi modus: atque inter cætera, illud quoque cùm dicit, καὶ ὃ ἐκείνης ἐστὶ, τοῦθ' ἱκανῶς ἀπεργαζομένη. Alius dixiſſet, καὶ τὸ αὐτῆς ἔργον ἀπεργάζεσθαι.

Moniti ſumus ab amico tuo, BRIANDE VALLEA, cuius tu nomẽ ad me ſcribere noluiſti, doctiſſimo atque humaniſſimo viro, Ariſtotelẽ in verbo ταράττηται, alluſiſſe ad vitium oculi quod τάραξις dicitur: ab Auicenna, *conturbatio*. Acutè ſanè, ſed non ita eſt. Neque enim poſt viſionem inuadit vitium illud, ſed ſpiritus viſioni ſeruientes conturbantur: &, vt vulgò dicunt, *diſgregantur*. Monebat item nos ὅρασιν *viſionem* debere dici, non *viſum*. Sed viſus oculi actio eſt.

Scripſeramus: *quemadmodum enim oculus, cum neque lippit:* ſed nimis generica voce. Vir ille doctiſſimus amicus tuus monuit Pliniano verbo vtendum eſſe, *Lema*: atque ex Hermolao, *lacrymam eſſe congelatam*. Et ſic eſt interpretatus. *Cùm nulla in oculis lema ſint*. Sed Ariſtoteles dicit λήμην ποιῇ: non autem λήμην ἴσχῃ. Vult intelligere lacrymam, non congelatam: ſed potiùs diſcoctam in puris modum. *Gramia* à Latinis dicitur: quales in canibus multæ. Non παρὰ τὰς γραμμὰς, quaſi lineæ ſint in oculis: ſed quia Græcis fuit γλάμων, mutato deinde elemento. Plinius Græca voce vſus eſt in XXIII. Hermolaüs interpretatus eſt ex Suida, δάκρυ πεπηγὸς, *congelatum*: malè. Nam coctum eſt oculi calore, vt muccus in naribus. Nam hoc quoque egit Galenus, vt oſtenderet in vndecimo de *Officio partium*, oculos eſſe calidos. Concreta lacryma dicitur. Hanc *puinam* Veneti dicunt, ſcitiſſimo vocabulo. Pus enim maximè omnium rerum repræſentat. Non abſimili voce Taurini à pulte, *pultanam*. Sed mirum hîc pro vitio accipi ab Ariſtotele: nihil enim lædit: neque in oculo eſt, ſed in angulis. Itaque lippitudinis ſignificatione vti malueramus. Quin *lippire* eſt λημᾶν, atque inde ductum. Neque enim eſt ὀφθαλμιᾶν. Horatius ſe lippum vocat, quòd hebetiùs videret, & oculis eſſet mollibus. Nam quis diceret eum ſemper ophthalmia laboràſſe?

Sed

Sed limoſis oculis erat lippus. Lippitudinem Interpres Auicennæ in Capite de *Ophthalmia*, vocat *conglutinationem*.

II. ARISTOTELES.

Λέγεται δὲ καὶ μὴ καλῶς ἔχουσαν τὴν ὑστέραν ὅμως πρὸς τὸ ἔργον τὸ ἑαυτῆς ἔχειν καλῶς καὶ ἀλύπως, ἂν μὴ ταύτης χεῖρον τὸ ἔργον ἐπὶ αὐτῆς ἔχειν.

Qvanquam autem matrix ipſa non benè ſe habeat, dicitur aliquando tamen, ad officium ſuum perficiendum, & benè, & proſperè valere, ſi opus ipſum nihilo deterius efficiatur.

CAESAR.

POSTEAQVAM ex perfecta, & facili functione matricem benè valere declarauit, nunc oſtendit fallaciam iudicij noſtri. Siquidem dici, inquit, conſueuit hoc: matricem ſanam eſſe, etiam ſi morbida ſit: modò intelligamus eius officium rectum eſſe. Quæ verba an ipſa ſana ſint, videamus. Si enim vera ſunt ea, quæ ſuprà dicebamus, à corpore actionem dimanare: ergo à corporis modo, actionis item modum: velut ambulatio, à cruribus ſi fit. Ergo à rectis recta, à prauis praua, à claudis clauda, à varis torta, à valgis vaſta, à compernibus anguſta. Quare ne Galenus quidem prudentiùs locutus eſt. In primo nanque de *Ratione medicandi. Si actio*, inquit, *ſana eſt, corpus autem ipſum, vel ſupra modum egrediatur à conſtitutione ſua concretionis, non tamen vocari debere morbum.* At idem in primo de *Locis malè affectis*, definit morbum motum eſſe extra naturam. Si igitur lapſum corpus eſt ab eo ſtatu, quem ſibi natura comparauit, morbo erit affectū. Neque ei ſatis ſit, quod intelligat non appellandum morbum, propterea quòd nondum perfectus ſit. Definitiones enim eſſentiales ſunt, neque per partes diuidi poſſunt, vt incrementa, aut detrimenta patiantur. Nihil enim intereſt, vtrum dicamus: omnis homo animal eſt: an, homo animal eſt. Neceſſariò enim & tota definitio, & definitionis partes ſunt rei definitæ. E contrario potiùs dici poſſit. Matrice beneualente eius functiones lædi poſſe: quoniam nō omnia impedimenta in eo membro ſita ſunt, cuius læduntur actiones. Sed in ijs interdum, quæ aut vicina ſunt, aut communem ortum habent, aut naturam. Cum igitur hæc pars valde repugnet veritati: animaduerti primò, Ariſtotelem vti hoc verbo λέγεται, ſicut nos, *aiunt*: tanquam non ſua ſententia, ſed aliorum. Verùm vbi ſubnectit verba illa ſtatim, quibus dicit, læſionem viſionis ab læſione oculi, aut totius, aut partium proficiſci, videretur ſanè id adducere ad probationem. Quare ita legendum putauimus. Λέγεται δὲ οὐ καλῶς, καὶ μὴ καλῶς ἔχουσαι τὴν ὑστέραν: rudem autem quempiam Atticiſmorum quaſi repetita fruſtra verba eadem ſuſtuliſſe. At enimuerò eiuſmodi verborum alluſiones non ſolùm ſequuntur Attici, ſed etiā aucupantur. Vſus autem eſt σολοίκῳ, ſic: λέγεται δὲ καὶ τὴν ὑστέραν. Notatur ſimilis locutio à Priſciano in libro de *Conſtructione*, ex Apollonij obſeruationibus: item in libro de *Metris Comicis*. Cæterùm T. Liuius quoque ſimili loquendi licentia vſus eſt. Tum autem Ariſtoteli frequens, & alibi, & in libro de *Miraculis auditis*. Sed ad rem.

III. ARISTOTELES.

Ὥσπερ οὐδὲν κωλύει αὐτὸ ὁρᾶν ἀκριβῶς, μὴ ἔχοντος τοῦ ὀφθαλμοῦ καλῶς πάντα τὰ μόρια, ἢ εἰ φῦμά τι ὄν. ὁμοίως δὲ καὶ ὑστέρα, εἰ εὖ ἔχει τοῦ ἐπικαίρου τόπου, οὐθὲν ἂν πρὸς τοῦτο βλάπτοι.

Qvemadmodum, ſiue oculi partes non omnes rectè valent, ſiue aliqua inſit puſtula: nihil horum impedimento erit, quominus oculus exactè videat. Sic & ipſa matrix, ſi benè ſuo in loco ſibi à natura attributo exiſtat, nihil inde capiat detrimenti, aut damni det.

CÆSAR

REDDIT rationem, quamobrem matrix etiam ægrota dicatur benè valere: quoniam argumentatur ab officio. Eſt enim morbus læſio naturalis actionis. Igitur ab actione naturali iudicabimus benè valere: neque tamen ſic erit. Ponit exemplum oculi. Nam, inquit, oculus quandoque ægrotabit, & tamen benè videbit. Ratio eſt: nam partes oculi non omnes ſunt comparatæ ad videndum: quanquam omnes propter viſum. Sicut

non omnes partes animalium ad ſentiendum, ſed propter ſenſum. Galenus quoque in primo de *Locis malè affectis* dicit: ſi quis contumaci deuorato cibo ructet olidum, non tamen dicetur ventriculus πεπονθέναι. Sed matricis partes omnes propter fœtum ſunt, & ad fœtus vtilitatem, concipiendum, fouendum, alendum, edendum. Non poterit igitur officium ſuum facere, ſi vlla in parte ægrotet. Intelligit enim ἱκανῶς, vt ſuprà dicebat: neque enim temerè poſita eſt ea vox.

Duos verò ægritudinum modos tangit Philoſophus in prima parte huius probationis. Vnus eſt: cùm aut qualitates immutatæ ſunt, aut compoſitio deprauata. Alter modus eſt, cùm aut puſtula aliqua, aut vulnus, aut vlcus, aut fractura, aut ſciſſura, aut luxatio aduenit. Ita in primo modo læſam habemus habitudinem, & læſam compoſitionem: in ſecundo læſam vnionem, id quod *continui ſolutionem* appellant. Diſtinxit autem hoc membrum, tanquam vnum: à duobus tanquam ab vno: propterea quòd tam habitudinis, quàm compoſitionis læſio, intus frequentiùs habeat cauſſas. Saltem non apparent tam illuſtres. At continui ſolutio peregrinas habet cauſſas maiori ex parte. Itaque φύματα appellant: qoniam præter naturalem, ac priſtinam concretionem agnatæ ſunt. Dixit autem exactè non valere, vt indicaret morbum oculi, non mortem. Nam hîc officium oculi aut corruptum, aut diminutum intelligimus. Si enim penitùs ſublatum eſſet, tum oculus quanquam ſibi viuit, nobis tamen mortuus eſt.

In ſecunda autem comparationis parte etiam plus ſtatuit, quàm in prima propoſuerat. Non enim ſolùm dixit bene habere matricem, ſed etiam ſuum ſibi locum à natura attributum poſſidere. Quo in loco notauit morbum à ſitu, & eo quod appellant Græci τὸ ποῦ. Sed comparatio manca eſt. Nam oculorum incommoda ponit, quibus tamen viſio non læditur. Poſteà non ſolùm non ponit incommoda matricis, ſed etiam commoda addit, cùm dicit, eam ſuo potiri loco. Credo ita intelligendum: alia incommoda ferre poſſe, neque abduci ab officio ſuo, modò ſedem ſuam obtineat. Verùm hoc quoque falſum eſt. Nam multo alia maiora vitia euenire poſſunt ei, quàm deuergere, aut auerti. Elocutio autem an ſine mendo ſit, neſcio. Duriuſculum enim eſt, quod ait: ὥσπερ ὄμμα οὐδὲν αὐτὸ κωλύει ὁρᾶν. Oportet ſaltem poſt ὄμμα ſiſtere orationem. Feſtiuũ autem illud: εἰ ἔχει τὴν ἐπιχώραν: potiuſquam τὸ ἐπιχώριον. Addit etiam particulam, ἂν, quæ tolleret dubitationem: affirmat enim hic. Dixit prudenter πρὸς τοῦτο. Quod ad hoc, inquit, ſpectat. Vt æquaret effectiones cum cauſſis ſuis. Quòd autem dixit βλάπτοι actiuè: neutiquam, inquit, nocere poſſit: nos qui animaduerteremus de matricis paſſione priùs ſcribi hîc, quàm de actione, vtrumque complexi ſumus in transferendo. Neque enim nocere poteſt, niſi priùs nocumento fuerit affecta.

Doctiſſimus ille amicus tuus monuit φύματα *tubercula* à noſtris verti. Sed nos vbique rationem plus ſequimur, quàm opiniones. Φῦμα apud Galenum eſt, quod tendit ad ſuppurationem. Ergo puſtula hoc ſignificat. Celſus quoque hoc quod hic Ariſtoteles φῦμα appellat, *puſtulam* vocat. At cùm idem alibi φύματα *tubercula* interpretatur, non ſequitur definitionem. Tumorem enim tantùm indicat. Nam quas recentiores *puſtulas* vocant, quibus ex aduſtione tolli cutem videmus, *papulæ* à priſcis, qui doctè loqui putantur, dictæ ſunt. At puſtulas Plinius quaſi ab vrendo, non à pure: qui & libro XIII. cap. III. puſtulas oculorum commemorat. Gaza autem libro ſeptimo *Hiſtoriarum*, φύματα interpretatur *verrucas:* quaſi ſint συγγενῆ, & genus ad omnem extuberantiam. Sed quanam ratione Dioſcoridæ φύματα interpretabuntur *tubercula*, qui parotidas ſub genere φυμάτων accipit in Capite de *Cimolia?* Sic Hippocrates non multùm diuerſè, ſtrumas cum phymatis copulat in libro de *Glandibus.* Sed quis tubercula dicat ſtrumas? *Tubera* Plinius libro XXX. Hermolaüs vbique *tubera.* Sed videntur tubera, ea fuiſſe quæ non ſuppurantur: at φύματα apud Galenum ſuppurantur. Itaque emolliri tubera ait Plinius, & diſcuti, nempe ſcrophulas, & parotidas. Omnino tubera non ſunt apoſtemata, quæ erumpant in vlcus. Plinius lib. XIX. cap. III. *Puſtulas ambuſtorum* dicit: ſcilicet φλυκταίνας. Plutarchus in libello, *Quomodo iuuari ab inimicis quis poſſit*, Theſſali Promethei abſceſſum grandem φῦμα appellat, plenum pure, vel maximum.

IV. ARISTOTELES.

Δεῖ δὲ τὴν ἔχουσαν καλῶς ὑστέραν, πρῶτον μὲν τῷ τόπῳ μὴ ἐν ἄλλῳ καὶ ἄλλῳ εἶναι, ἀλλ' ὁμοίως τῇ θέσει· πλὴν γίγνεσθαι τὸ πορρώτερον ἄνω καὶ-

PRimùm igitur oportet ſuo certóque loco perſtare matricem: neque aliam, atque aliam mutare ſedem, vt benè valere exiſtimetur. Deinde eundem conſtantem ſitum obtinere, niſi cùm aliquatenus pro-

θους ἢ λύπης, καὶ μηδὲν ἀναισθητούσας εἶναι θιγγανομένας. τοῦτο δὲ κρίνειν οὐ χαλεπόν.

mouere poſſit: idque ſine incommodo, atque difficultate. Neque ſi attrectetur, tam obtorpeſcere, quaſi nihil ſentiat, bonum eſt. Id quod facilè percipi poteſt.

CAESAR.

Exequitur quod in ſumma propoſuerat: quemadmodum matrix benè ſeſe habere poſſit. Primùm à loco, quem mutare non debet: deinde à ſitu. Poſtremò à ſenſu, & motu. Poſt hæc diſputabimus de magnitudine. Tum autem de qualitatibus, calore, frigore, aſperitate, lenitate, figura. Præterea quod appellant Græci τὸ ἔχειν. Situm autem mutari, id eſt, θέσιν, loco non mutato: quod non ſolùm τόπον Græci vocant: ſed & longe ſubtilius τὸ ποῦ, in *Prædicamentorum* libro ſatis dictum eſt: & in ſexto *Metaphyſices* conſtitutum. Eſt enim locus, ſuperficies corporis ambientis. Itaque ad quantitatem referendus. At τὸ ποῦ ratio ipſa loci eſt. Situs autem ad figuræ pertinet diſpoſitionem. Eſt enim partim ratio. Quare ſitum eundem aſſignat matrici: niſi quatenus ad ſemen accipiendum promouere & debeat, & poſſit. Addit autem etiam & promotionis modum: quippe vt facilis ſit, ἄνευ πάθους, id eſt, *ſine noxa, atque dolore*, ἄνευ λύπης. Senſum enim aſcribit rectè: neque enim appeteret. In tertio de *Anima* declaratum eſt, motum eſſe animantibus à natura attributum propter ſenſum: vt & euitemus noxia, & appetita conſequamur. Itaque arbores, quoniam nihil ſentirent, nullius quoque motus indigentes eſſe. At quidam etiam ſenſum illis cùm attribuere, ipſi profectò caruerunt. Medijs autem animalibus quæ ſecundùm ſitum tantùm, non etiam ſecundùm locum mouerentur, munimenta multa firmiſſima naturæ apparatu videmus conſtituta: vt oſtreis, & multis alijs concharum generibus. Vt quoniam motu declinare, aut euitare nocumenta nequirent, interiectu rei ſolidioris auerterent. Hanc autem naturæ prudentiam optimè declarauit Plato in *Protagora*. Vnde qui volet, petet.

V. ARISTOTELES.

Ὅτι δὲ δεῖ τοιαύτας εἶναι, ἐκ τῶνδε φανερόν. ἐὰν γὰρ μὴ πλησίον προσίασιν, οὐκ ἔσονται ἅμα σπασικαί. πόρρω γὰρ αὐταῖς ἔσται ὁ τόπος, ὅθεν δεῖ ἀναλαβεῖν. εἰ δὲ μὴ πλησίον μένουσι, καὶ μὴ οἷαι ἐπανιέναι πορρωτέρω, κωφότεραι ἔσονται. διαθιγγάνεσθαι δὲ δεῖ, ὥστε μὴ ταχὺ αἰσθάνεσθαι, δεῖ τοῦτο σφόδρα ποιεῖν καὶ εὐηκόους εἶναι. ταῦτά τε οὖν χρὴ ὑπάρχειν· ὅσαις τε μὴ ὑπάρχει, αὗται θεραπείας δέονταί τινος.

Matricem autem talem eſſe oportere, ex hiſce rationibus ſatis conſtat. Nam ſi non prodeat, nihil quicquã ad ſeſe attrahere valebit. Etenim longinquior erit receſſus ille, quàm vt inde quippiam poſſit comprehendere. Quòd ſi neque prope manere, neque prorſum adire valent, contumaces ſunt. At ſi ad tactũ minimè moueantur: id verò vehementer curandũ eſt, obedientiores vti ſint. Cùm his igitur præditas eſſe matrices neceſſe eſt, tum ſi non ſunt, certis remedijs curandum eſt, vt ſint ita.

CAESAR.

Reddit rationem propoſitarum ſententiarum. Atque hæc quidem aliaque talia in Hippocratis libro, quem fecit de *Sterilitate*, declarantur. Oſtendit igitur rationem, quare dixerit motum eſſe matrici neceſſarium. Sinus enim ille intimus longe remotior eſt, quàm vt è veſtibulo quicquam ſeminis attrahere poſſit. Itaque ei prorſum, hoc eſt, in anteriorem partem prodeundum eſt. Statuit autem duo: motum in partem illam anteriorem, & perſeuerandi eo in loco rationem. Tandiu enim ibi eis perſtandum eſt, dum id adipiſcantur, cuius gratia motæ ſunt matrices. Alioqui non naturæ iuris ſunt, ſed contumaces potius appellandæ. In poſtrema parte Commentationis dicit: aut eiuſmodi ſuapte natura inueniendas, aut ſi non inuentæ, curandum vti reſtituantur. Quod nos *contumaces* diximus hîc, Ariſtoteles *ſurdas*. Verùm ea tranſlatio apud Latinos duriuſcula fuerit. Κωφότεραι, inquit. Quare etiam *αἰσθάνεσθαι* reddit, ſic. Καὶ *εὐηκόους εἶναι ποιεῖν*.

Monebat doctiſſimus amicus tuus, ſic potiùs transferendum. *Quòd ſi neque prope manere, neque longius prodire*. Sed *πορρωτέρω* eſt noſtrum, *prorſus, porro verſum*: vt apud Terentium, *rurſum, prorſum*, duos contrarios motus lectiſſimis vocibus. Et *ἐπανιέναι adire*. Quoniam motus matricis in anteriorem partem nunc notatur, & verecundè ſubnotatur coitus.

VI. ARI-

VI. ARISTOTELES.

Καὶ τὰ καταμήνια γίνεσθαι καλῶς. τοῦτο δ' ἐστὶ δι' ἴσων χρόνων, καὶ μὴ πεπλανημένως, ὑγιαίνοντος τοῦ σώματος. σημαίνει γὰρ οὕτω γινόμενα, καλῶς ἔχειν ἀνοίγεσθαι, καὶ δέχεσθαι τὴν ἐκ τοῦ σώματος ὑγρότητα, ὅταν τὸ σῶμα διδῷ.

Oportet præterea ritè ſolui menſtrua: ritè autem ſoluentur, ſi æqualibus ſtatiſque interuallis ſano in corpore emittantur. Ita enim fiet, vt intelligamus: & commodè aperiri, & quo tempore corpus humorem illum tranſmittat, eum excipere poſſe.

CAESAR.

ADDIT poſt locum ſitum, motionem, aliam affectionem, non ſolùm matricis, ſed totius quoque corporis propter ipſam: menſtruorum ſcilicet tum tempore, tum quantitate certam ſolutionem. Nam & pro corporis habitu ſoluuntur, aut non ſoluuntur. Et pro venarum quæ in matrice inſunt, apertione, aut obſtructione, matrix & admittit, & emittit: aut non. Præterea illud quoque obſeruandum eſt: eodem tempore emittere, quo excipiat. Nam ſi diutiùs ſecum habeat exceptum ſanguinem: ex eo id faciet, quod *Thrombum* Galenus appellat in libro primo de *Semine genitali*, & in libro de *Tumoribus*, & in Cõmentario de *Atra bili*. Dixit autem in *corpore ſano*. Neque enim neceſſe eſt omnia membra eſſe ſana, vt corpus ſanum dici debeat, ſi ſecundùm Galenum loqui velimus. At Philoſophis aliter ſentiendum eſt: quippe ſubtilioribus veritatis indagatoribus: vel minimo membro læſo perfectionem corporis lædi: ergo etiam integritatem. Idem autem eſt: & totum & perfectum in ſuo genere eſſentiæ. Perfectum enim eſt, cui nihil deeſt: & id cui nihil deeſt, omnes ſuo in genere partes obtinere: ergo totum eſt: quemadmodum luculentiùs diſputauimus in ſexto *Metaphyſices*, & in *Parmenide* apud Platonem. Dixit *æqualibus*: & dixit *ſtatis*: quoniam æqualia interualla poſſunt eſſe, vt octauo quoque die, ſed non ſtata. Intelligo ſtata: debita. Vt *ſtata ceremonia*. Dixit, καὶ μὴ πεπλανημένως, id eſt *ſine errore reditus*: ita vt certa tempora repetantur. Ratio enim menſtrui ſanguinis perſpicua eſt. Si enim ſoluitur quod ſuperfluit: cuius exonerationis modum imponit natura ſibi: cùm primùm, quantum ſatis eſt, habet, retinet. Ergo id quoque ita fiet: certa vt incrementa certis temporibus accumulent rurſus ſuperflua illa. Atque hoc ſi non fit, non ſuo more modóque corporis habitudo conſtare intelligetur.

Notabat amicus tuus, meliùs ſic transferri potuiſſe. *Oportet & menſtrua rectè fieri.* Quoniam à Gaza ita verſum ſit. Sed Gaza eſt autor pleriſque in locis malæ Latinitatis. Nos igitur, *ritè*, aduerbium poſuimus ſignatiſſimum: ſcilicet de more, & quemadmodum res exigit. Tum Salluſtiũ ſecuti ſumus, cuius verba memineramus ex quinto *Hiſtoriarum*, quæ à Nonio Marcello recitantur. Nam Græci ita loquuntur. Γίνεσθαι καταμήνια. Latinè quomodo dicas, *facere menſtrua?* Animaduertit idem, μὴ πεπλανημένως dictum ab Hippocrate, κατὰ τὰ αὐτά. Sed tamen aliud eſt ἴσον, aliud ταὐτό. Neque enim idem tempus eſt, ſed æquale. Et eadem ratio temporis, nõ idem tempus. Non potuimus melius interpretari quàm *æqualia, & ſtata, & interualla.*

VII. ARISTOTELES.

Ὅταν δὲ ἢ πλεονάκις, ἢ ἐλαττονάκις, ἢ πεπλανημένως ἀφίωσι, τοῦ ἄλλου σώματος μὴ συναιτίου ὄντος, ἀλλ' ὑγιαίνοντος, ἀνάγκη τοῦτο συμβαίνειν δι' αὐτάς.

Quòd ſi aut ſæpius, aut ſpiſſius, aut incertis ſpatiis temporis ſoluantur, ac reliquum corpus bene habeat, neque eiuſmodi erroris communis cauſſa ſit: neceſſe eſt ab ipſis matricibus nocumentũ proficiſci.

CAESAR.

CELEBRAT Galenus Hippocratis dictum, idque in libris tertio, & vndecimo de *Ratione medicandi*: medicinam eſſe ablationem, & additionem. Ea præceptio in medicina conſeruante ſanitatem, ac præterea in luxationibus non ſemper vera eſt. Nihil enim additur aut adimitur homini ſano: nihil luxatis membris, ſed locus tantùm reſtituitur. Nihil figuræ deprauatæ, cùm reducitur ad priſtinum ſtatum: vt omittam rudem loquendi modum. Neque enim ablatio eſt, ſed auferendi ſcientia. Ariſtoteles autem in li-

bro *propoſitarum quæſtionum* primo, morbum *exceſſum* vocat: Græca voce, ὑπερβολήν. Quoniam medium exuperet, extremum aliquod verſus. In medio autem ſine mediocritate certa conſtitutam eſſe ſanitatem, ſicut & virtutem, declarauimus in ſeptimo *Phyſicorum*: vbi ſanitatem vnicam eſſe diximus: morbos autem plures. Quoniam punctum, quod in orbis medio eſt (*centrum* Græci vocant) vnum exiſtit: lineæ autem ad orbis curuaturam pertinentes, multæ. Quare qui morbi cauſſas habent materiales: putà ſanguinem: in ijs opus eſt ablatione, ſiue quantitatis, ſiue qualitatis, ſiue etiam ſubſtantiæ. Id quod fit in genere venenorum. At ſi corpus benè habeat, Medici intereſt nihil addere, nihil auferre: morbum enim, aut mortem afferret. Quare Plato in octauo de *Repub.* fucos appellat *aluceariorum morbum*: quoniam abſumunt quod eſt neceſſarium. Ergo poſtquam leges dixit certas menſtruis, declarat exactiùs. Corpore, inquit, cætero benè ſano: quippe quod matrici nullam errandi anſam præbere poſſit: ſi menſtrua ſæpiùs ſoluantur, aut rariùs, aut inæqualibus interuallis: videtur error hic matrici eſſe attribuendus. Innuit hîc quantitatem, tum maiorem, tum minorem iuſto. Nam ſi exeunt ſæpius, plus quàm par ſit ſanguinis ineſſe videtur. Si rariùs, minùs. Quanquam hoc à natura quoque materiæ poteſt euenire: putà, ſi viſcida ſit, ſi acida, ſiue acris, ſiue craſſa, ſiue ſubtilis, ſi in matrice error non eſt. Quòd ſi eæ cauſſæ abſunt, tam in qualitate, quàm in quantite: itémque in vaſis expulſorijs quæ ad matricem pertinent, matrix in cauſſa ſit. Ideò dixit, δι' αὑτάς, id eſt, *ab ipſis*. *Cauſſam efficientem* nominauit, quam hoc nomine ineptè nimis verentur appellare recentiores: atque *effectricem* malunt. Cùm tamen ea voce hoc in ſignificatu vſus ſit Cicero in *Tuſculanis*. Dixit συμαίνει τὸ σῶμα: propterea quòd ſi in corpore vitium eſt, quo ſanguis craſſus fiat, matricis meatus obſtipantur, neque ſoluuntur menſtrua. Ergo & matrix malè ſana eſt obſtructione: & id à corpore accipit. Igitur corpus concauſſa eſt. Mendum expunximus è Codice, οὐ πλεονάκις: expuncta negatione. Simili aduerbio vſus eſt in VII. ὀλιγάκις.

Amicus tuus ſic meliùs putauit interpretari poſſe hanc particulam. *Quòd ſi non ſæpius, vel parciùs, vel non conſueto circuitu menſtrua emittant, reliquo corpore tam benè habente, vt huius mali cauſſa non poſſit eſſe: neceſſe eſt id contingere propter ipſarum matricum contumaciam. Non aperiuntur enim in tempore.* Neſcio an aliud exemplar nactus fuerit. Nam non exprimit τὸ συμαίνει: quod plurimum momenti habet, vt hîc declarauimus. Primum idem eſt, *non ſæpius, aut parcius.* Nam eam negationem nos eraſimus: peſſimè enim conſulit ſententiæ. Nam triplex eſt error, *aut ſæpius, aut rariùs, aut incompoſitè.* Quòd autem dicit *parcius*, ambiguum eſt. Nam certis interuallis poteſt ſoluere menſtrua, & parciùs tamen. Nam vtranque complectitur quantitatem, continuam, & diſcretam. At noſtrum, *ſpiſſiùs*, Ciceronianum eſt: & diſcretam tantùm accipit.

VIII. ARISTOTELES.

Καὶ διὰ κωφότητα οὐκ ἀνοίγονται δι' ἐν τοῖς καιροῖς ὥστ' ὀλίγα δέχονται, ἢ μᾶλλον ἐπισπῶνται τὸ ὑγρὸν, διά τινα φλεγμασίαν αὐτῶν. ὥστε θεραπείας σημαίνουσι δεόμεναι, ὥσπερ καὶ ὀφθαλμοὶ καὶ κύστις, καὶ κοιλία, καὶ τἄλλα. πάντες γὰρ οἱ τόποι φλεγμαίνοντες, ἕλκουσιν ὑγρότητα τοιαύτην, ἣ πέφυκεν ἐκκρίνεσθαι εἰς ἕκαστον τόπον, ἀλλ' οὐ τοιαύτη, ἢ τοσαύτη.

Euenit ſanè propter contumaciam vti debito tempore ne aperiantur. Quare aut parum accipiunt humoris, aut plus attrahunt quàm par ſit: idque propter inflammationem quandam. Quamobrē quemadmodum de oculo diximus, déque veſica, & aluo, atque alijs corporis partibus: ita matrices quoque medici curam videntur poſtulare. Quæcunque enim loca inflammata ſunt, cum trahunt ad ſeſe humorem, qui ipſa in loca excerni conſueuit. Verum neque quantitas, neque qualitas illa reſpondet, quibus humor ille præditus antea fluere ſolitus erat.

CAESAR.

Apponit rationem propter quam matrices non ſeruent leges menſtruis ſoluendis. Quoniam, inquit, duriores & ſurdiores, quàm vt pro more poſſint aperiri. Hanc autem duritatem non ſolam ſtatuit: ſed etiam propter inflammationem fieri. Itaque à duritie aſſignat impotentiam aperiendi: quo fiat, vt minus, quàm debent, trahant: ab inflammatione autem, vt plus ſugant quàm par ſit. Hæc eſt prima propoſitio, cui ſubdit illam. Egere matricem medicæ curationis: ſicut alia quoque membra. Tertio loco, quod dixit, probat: attractionem nimiam ab inflammationibus matrici contingere: propterea quòd, omne menbrum inflam-

matum eum trahit ad ſeſe humorem,qui eò defluere conſueuit. Sed mutata priſtina quantitate, quoniam plus trahit: & qualitate, quoniam corrumpitur. Huiuſce autem attractionis rationem nullam ponit, propterea quòd in *Libris vniuerſalibus* iam declarata eſt. Calor nanque trahit: rarefacit enim vicinas tum partes, vt excipiant: tum humores attenuat,quorum in defectas porciunculas ſuccedunt alij. Præterea omni in bullitione fit conturbatio. Ergo & partium mutua conſecutio. Adhæc in libris de *Senſu* oportuit declaratum: quemadmodum dolor quoque trahit. At ab Ariſtotele de hoc ibi nihil eſt dictum. Dolorem autem inflammationis eſſe comitem neceſſe eſt. Id quod rectè ſcripſit Galenus in libro duodecimo de *Medicandi ratione*. Quòd autem attrahat ad ſeſe materiam,ex eo manifeſtum eſt, quod abſceſſuum cauſſa poteſt eſſe, vt eſt in quinto operis eiuſdem: apertiùs autem in ſecundo de *Febrium differentijs*: & in Commentario de *Phlebotomia*. Cauſſas tamen quas non ponit, exponamus nos. Non eadem ratione trahit dolor & calor. Calor enim per ſe: vt videmus aquam ſubire in caua cœli rarefactã caloris vi. Dico autem *per ſe:* quia non per alterum:ſicut & magnes:quanquam alia ratione. At dolor non ita. Dolor enim ſenſus affectio eſt. At ſenſus nihil agit,ſed patitur. Omnis enim ſenſio, receptio eſt. Itaque nimis ruditer antiqui locuti ſunt,qui *dolorem attrahere* dixêre. Sedenim eum in locum, in quo dolor eſt, fluunt humores propter imbecillitatem loci. Neque enim ſui iuris ille locus eſt: quare fluxum arcere non poteſt. Tum alter error committitur. Naturalis nanque calor debilitatus nequit concoquere eum humorem. Virtus ſiquidem alterans,atque aſſimilans,atque vniẽs malè affectæ ſunt. Ergo humor ille,ita ſpurius, atque ineptus ad mutationem naturalem, etiam inuitis locis perſtat. Qui autem aliam adducunt cauſſam:quoniam,inquiunt,natura eò loci ſuppetias mittere contendit, vehementer errant. Si enim hoc nouit natura, illud nouerit quoque, ſeſe nihil profecturam, ſed maiorem in modum nocituram. Quòd autem ex inflammationibus duritia fiat,magnam habet rationem. Durum enim fit,aut quia plenum eſt quolibet humore,aut quia duro humore,aut quia deſiccatum ſit. Deſiccatur autẽ facilè membrum neruoſum: cuiuſmodi matrix eſt. Quæ autem ſicca nimis ſunt, eſſe ad motum inepta facilè patet. Motus enim mutatio eſt ſecundum locum. At durum eſt id, cuius partes locum non mutant facilè. Atque hæc definitio paulo prudentior eſt ea, quæ à Platone tradita eſt: durum eſſe quod non facile ſcinditur. Quanquam hanc definitionis rationem ſecutus ſit Ariſtoteles in quarto *Meteororum*, vbi molle per contrarium definitur. At vero naturalium rerum notiones propiùs, ac præſentiùs ſumuntur à ratione motus. Sciſſio autem, & ſectio, & fractio, atque alia eiuſmodi, tametſi non ſine motu ſunt, tamen affectiones ſunt, motus rationem conſequentes in genere. Neceſſe igitur eſt,duri partes priùs moueri poſſe, quàm ſcindi. Flexio autem motus eſt: at ſciſſio accidit motui.

Illud autem hîc obſeruandum eſt, φλεγμονὰς *inflammationem* ſignificare hoc loco: ne quis pituitoſam intelligeret matricem. Nam *phlegma* veteres id appellabant, quod nos *pituitam*. Non ab eſſentia:(eſt enim humor frigidiſſimus,in 5. de *Locis malè affectis*,in 2. de *Concretionibus* in 2. de *Poteſtatibus naturalibus*,)ſed ab accidenti potiùs nominârunt:atque per initia non omnẽ pituitam, ſed eam ſolùm quæ inflammata eſſet, atque à priſtina ſua natura exîſſet. Quare Galenus *blenam* vocatam prodidit, nos Latinè, *muccum* nominamus. Quanquã Theodorus in ſuperioribus libris aliter interpretatus eſt, vt admonuimus ibi. At Plato quoque in *Timæo,phlegmatis* appellatione eodem in ſignificatu vtitur. Et ipſe Ariſtoteles in primo de *Generatione Animalium*.

Non temerè autem *loci* vocabulo vſus eſt: quippe ita locutos de membris veteres fuiſſe,cum ex Hippocratis locutionibus, tum ex ipſo Galeno conſtat, in libro primo de *Locis malè affectu*. Animaduertimus & id,nos commodiùs quàm Ariſtoteles dixerit,dixiſſe. Ille enim ait matricem contumacem *parum* excipere. Nos diximus, *minùs*. Nanque *parum*, non refertur ad alterum *parum*. At *minùs*,refertur ad *plus*. Enimuerò aliquæ matrices ſemper parum attrahunt. Sed tamen illud parum, ſatis habent. Quanquam igitur *parum*, referatur ad *multum*, tamen non explicat gradus ipſius diminutionis,atque variatæ quantitatis. Refertur igitur matrix parum trahens, ad matricem multùm attrahentem. At ad ſeipſam non refertur, niſi dicas minùs attraxiſſe. Itaque in ſequenti Commentatione idem dixit, πλείω δ' ὑπὸδέδωσι. Prudentiſſimè autem duobus verbis vſus eſt. Alterum erat *excipere*,alterum,*trahere*. Excipimus enim,quod vltro tranſmittitur. Igitur ſi languent matrices,excipiunt,non trahunt. Quare minùs erit id,quàm quantum conſueuerat: tametſi parum antea ſolitæ fuerint attrahere. Sin erunt propter inflammationem valentiores,trahunt plus ſatis.

Amicus tuus ſic interpretandum cenſuit. *Hæc enim loca inflammata trahunt ad ſe humorem qui in ſingula loca excerni ſolet: verùm neque talis, neque tantus.* Sed Ariſtoteles demonſtrationem cùm

vellet conſtruere vniuerſalem, propriam confecit. Neque enim dixit, *hæc loca*, ſed πάντας. Deinde non eſt verum hæc loca inflammata trahere ad ſe humorem, qui in ſingula loca excerni ſolet. Traherent enim omnem humorem. Et addendum eſt ſic: *in ſingula illa loca*. Sic enim iniquiore vtuntur fide Codicis.

Nota etiam locutionem: debuit enim dicere, τοιαύτη & τοιαύτη: nam quod fluit, fluit tale, ſed non attrahitur tale.

IX. ARISTOTELES.

Ὁμοίως δὲ καὶ ἡ ὑστέρα πλείω ἀποδιδοῦσα, σημαίνει φλεγματικόν τι πάθος, ἐὰν ὅμοια μὲν, πλείω δ' ἀποδιδῷ. ἐὰν δὲ ὅμοια καὶ σεσηπμένα μᾶλλον, οἷα ταῖς ὑγιαινούσαις προέρχεται, τοῦτο μὲν ἤδη πάθος καὶ ἐπίδηλον γίνεται. ἀνάγκη γὰρ καὶ πόνους τινὰς ἐπισημαίνειν, ἐχούσης ὡς οὐ δεῖ.

Ea ratione muliebris quoque vterus de ſeſe indicium faciet, cùm morbo quopiam erit inflammatus: ſi plus humoris reddat, qui tamen ſimilitudine non differat à priore. Quòd ſi humor ille, licet ſimilis fuerit, putridus tamen ſit: (qualem egerere cõſueuere fœminæ valentiores.) Manifeſtò iam hæc apparebit ægritudo. Et matrices ipſas morbo laborare, neque prout decet bene affectas eſſe, ea ſunt indicia.

CAESAR.

TRIA ponit ſigna morbidæ matricis: duo ſuperiora: qualitatem non mutatam per ὅμοια. Nam mox mutatam declarabit, cùm dicet, τὰ λευκά. Quantitatem mutatam, per πλείω: & tertium ſeorſum. Subſtantiam mutatam per σεσηπμένα. Quartum autem in ſequentibus cùm dicet. Ὅσαις δὲ τοῖς χρόνοις ἀνωμάλοις. Itaque intelligemus quod ait. Ὅμοια καὶ σεσηπμένα. *Similia* inquit, *ſed corrupta*. Nam aut ſimilia ſunt, & incorrupta, ſed vberiora iuſto: aut ſimilia, ſed corrupta. Id quod etiam in beneualentibus fœminis euenire conſueuit. Mirum quod dicit ſanas fœminas putridum in ſeipſis ſanguinem habere, atque egerere. Nempe quod ait Galenus, functionibus non læſis nullum eſſe morbum. Philoſophus tamen non ab actionibus morbos metitur, ſed à concretione humorum. Nam ſi pars morbida eſt, totum non erit ſanum: animalis enim pars ſanguis eſt. Quippe eo effuſo interit: adeò vt animam ipſum eſſe putârint multi. Tantum abeſt vt verum ſit, quod inepti quidam prædicant Medici, non eſſe humorem hunc animalis partem: quoniam humor ſit, non membrum. At ſine multis membris viuere animal poteſt: ſine ſanguine, eorum quibus ſanguis eſt attributus, nullum poteſt.

Exemplar Florẽtinum vt monuit amicus tuus, habet ἀνόμοια: cùm noſtrum ὅμοια καὶ σεσηπμένα. Vtram quis malit ſequatur lectionem, nihil refert. Sed ij qui Florentiæ excudi curârunt libros Ariſtotelis, videntur ſuo arbitratu hunc locum emendâſſe. Cùm non conciperent animo, ſimilem eſſe poſſe, & putridum tamen. Nónne ſimilis homo mortuus homini viuo, etiam cadauere putrefacto? Nónne alia multa? Id ergo ſit eorum inuentum. Nam de Bibliotheca Nicena exemplar Aldinum deſcriptum fuit: à quo reliqua omnia, quæ circumferuntur.

X. ARISTOTELES.

Ταῖς δ' ὑγιαινούσαις, τὰ λευκὰ καὶ σεσηπμένα προέρχεται, ταῖς μὲν καὶ ἀρχομένων, ταῖς δὲ πλείσταις ληγόντων τῶν καταμηνίων. ὅσαις μὲν οὖν σεσηπμένα μᾶλλον γίνεται ἢ ταῖς ὑγιαινούσαις, ἢ ἄτακτα, πλείω ἢ ἐλάττω, μᾶλλον δέονται θεραπείας, ὡς ἐμποδιζόντων πρὸς τὴν τέκνωσιν. ὅσαις δὲ τοῖς χρόνοις μόνον ἀνωμάλοις καὶ μὴ δι' ἴσου, ἧττον μὲν διακωλυτικὸν τὸ πάθος, διασημαίνει μέντοι τὴν ὑστέρας τὴν ἕξιν κινουμένην, καὶ οὐκ ἀεὶ ὁμοίως μένουσαν. ἔστι δὲ τοῦτο τὸ πάθος, οἷον μὲν βλάψαι τὰς εὐφυεῖς πρὸς τὴν σύλληψιν οὐ μάλιστα νόσος, ἀλλὰ τοιοῦτόν τι πάθος, οἷον καθίστασθαι καὶ ἄνευ θεραπείας, ἂν μή τι προεξαμαρτάνῃ αὐτή.

Alba autem menſtrua, & putrida bene valentibus mulieribus non vno modo prodire ſolẽt: ſed alijs menſium initio, alijs cùm ceſſant. Quibuſcũque igitur mulieribus, aut putridiora, aut ſine ordine vberiora, aut parciora mẽſtrua quàm ſanis fluũt: ea multo accuratiorẽ egẽt medicina ad exigenda hæc impedimenta, quæ prohibent generationem. Quibus verò temporum tantùm interualla incerta, atque inæqualia ſunt, minùs hæc incõmodat ægritudo. Nihilominus tamen matricis indicat habitudinem immutatã, neque conſtanti ſtatu conſtitutam eſſe. Atque hæc affectio quædam potiùs, qua conceptiones prohibẽtur, quàm ægritudo appellari meretur: propterea quòd etiam nullis adhibitis medicamentis redire ad priſtinam ſanitatem poſſunt, niſi alterius cuiuſpiam peccati fiat acceſſio.

C ÆE S A R.

FECERAT comparationem abundantiæ rubrorum menſtruorum cum rubris putridis. Nunc facit putridorum tum affluentiorum, tum parciorum, cum ijs menſtruis, quæ non certis effluunt temporibus. Dixítque illa egere maioris curæ. Addit deinde rationem. Propterea, inquit, quòd ibi ægritudo eſt: quippe putria ſunt. Hic autem affectio potiùs, quàm ægritudo. Quippe ſitus tantùm partium mutatus eſt,qui per ſeipſum corrigi poteſt. Inordinata tamen menſtrua morbum declarant. Itaque Ariſtoteles in ſexto *Hiſtoriarum* vocat *συνηθείας τὰ καλούμενα*. Membrum enim eſſe hoc animal quaſi quoddam, quod ſponte ſua moueri queat:neque ægrum debere dici, ſi alio, atque alio iaceat ſitu. Hæc tamen ſententia in matrice ſanè vera ſit. Eam nanque alia ad membra ſi velis accommodare, non omnibus conueniet:putà naſo,aut auribus humanis, quæ ſuapte natura flexionis immunia ſunt: tum autē manui. Nam quanquam flectitur:quiuis tamen flexus proprium facit officium: matricis flexus non omnis. Denique in figura,morbus peior eſt,quàm in qualitatibus.

Legebamus in Aldino exemplari, *renouationem*,*νέωσιν*: vt comparârit matricem agro nouali rectiſſimè. Siquidem ſeminis quoque nomen commune habent inter ſe, tum matrix, tum ager ipſe. Quanquam *γονὴν* & *σπέρμα* diſtinximus in libris de *Semine genitali*,ex ſententia Ariſtotelis, in libro primo de *Generatione animalium*. Renouatur autem mulier poſt menſtrua ſoluta. Sed ex Florentino exemplari amicus ille tuus doctiſſimus vir, docuit nos *πίκνωσιν*, non *νέωσιν* ſcriptum eſſe. Itaque ſecuti ſumus eius optimum iudicium. At Ariſtoteles in VI. *Hiſtoriarum*,de equabus loquens ait, *ἵνα δι' ἐνιαυτὸν καὶ παύσηται ἀνάγκη διαλείπειν καὶ ποιεῖν ὥσπερ νεόν*: *tanquam nouale intermiſſo coitu.* Sed *πίκνωσιν* etiam infrà apoteleſmate XII. appellat. Interpretati ſumus *διακωλυτικὸν*, *incommodat*, ſignatiſſimo verbo.Quoniam extra mediocritatem poſita cùm eſt matrix, prohibetur à functionibus. Quare in verbo *incommodare*, vtrumque comprehenſum eſt,& cauſſa,& affectio. Mirifico autem verbo vſus eſt Philoſophus, *προσεξαμαρτάνῃ*. Etenim *πρὸς*, acceſſionem ſignificat: *ἐξ*, exceſſum à natura: *ἁμαρτάνειν*, qualitatem modúmque exceſſionis.

XI. ARISTOTELES.

Ἐὰν δὲ μεταβάλλωσι τῇ τάξει, ἢ τῷ πλήθει, τοῦ ἄλλου σώματος μὴ ὁμοίως ἔχοντος, ἀλλ' ὁτὲ μὲν ὑγροτέρου, ὁτὲ δὲ ξηροτέρου, οὐθὲν αἴτιαι αἱ ὑστέραι· ἀλλὰ δεῖ καὶ ἀκολουθεῖν αὐτὰς τῇ τοῦ σώματος ἕξει, δεχομένας καὶ ἀφιείσας κατὰ λόγον. ἐὰν μὲν οὖν ὑγιαίνοντος τοῦ σώματος, μεταβάλλοντος δὲ, τοῦτο ποιῶσιν, οὐθὲν αὐταὶ δέονται θεραπείας· ἐὰν δὲ νοσοῦντος, ἢ ἐλάττω ἀποδιδῶσι, διὰ τὸ ἄλλοθί που ἀναλίσκεσθαι τὸ περίττωμα, ἢ κάμνει τὸ σῶμα. ἐὰν δὲ πλείω ἀφίωσι, διὰ τὸ δεῦρο ἐξορμίζεσθαι τὸ σῶμα, οὐδὲ τοῦτο σημαίνει αὐτάς γε τὰς ὑστέρας δεῖσθαι θεραπείας, ἀλλὰ τὸ σῶμα. ὡς ὅσαις συμμεταβάλλει ταῖς ἕξεσι τοῦ σώματος τὰ γυναικεῖα, δηλοῖ ὅτι οὐδὲν αἴτιον ἐν ταῖς ὑστέραις ἐστὶν, ὅτι ὑγιαίνουσαι διατελοῦσιν.

QVòd ſi aut ordinis,aut quantitatis ratio immutetur, ipſúmque corpus non eodem habitu conſtet ſibi, ſed aliquando humidius, aliquando ſiccius exiſtat: nequaquam vteri in cauſſa ſunt: propterea quòd oportet eos, tum in excipiendo, tum in emittendo, rationem ſequi habitudinis quæ in corpore eſt. Igitur ſi corporis ſanitate variata hoc eis euenerit, nulla ipſi indigent medicatione. Sin corrupta valetudine minus ſoluerint: quoniam eiuſmodi excrementum alias in corporis partes deriuatum abſumatur, laborat ſanè corpus ipſum. Quòd ſi abundantius emiſerint iccirco quia eum in locum à cætero corpore largiùs redundet, ne hoc quidem indicio eſt, vteros egere medicamentis:ſed curandum eſſe corpus ipſum. Denique menſtruorum immutatio hæc, quæ corporis conſequitur immutationem,nullam eſſe oſtendit in matricibus noxam,ſed eas benè valere.

C ÆE S A R.

POSTQVAM declarauit morbum,quo,& quem in modum locus ipſe ſecúdùm ipſum affectus eſt,nunc oſtendit morbos qui alijs in membris cùm ſint, matrix quominus benè valeat, in cauſſa ſunt. Hoc adeò effuſè ac luculenter agit, nulla vt indigeat narratione. Corpore,inquit,malè affecto,non benè habebunt matrices.Quanquam in ipſis nullum vitium eſt. Attigit autem in corpore eoſdem penè errores naturæ,quos ſuperiùs recenſuit in matrice. Ordinis:id eſt interuallo-

rum ſiue circuitionum, quæ ad menſtrua pertinerent. Et quantitatis. Item qualitatis, cùm dicit, *humidius, aut ſiccius*. Cum autem dicit vteros tantumdem emittere, quantum excipiunt: excipere autem quantum emittatur: emitti verò quantum abundet in corpore: abundare autem, quoniam corpus humidius factum ſit: his connexionibus inſtituit ſeriem cauſſarum in demonſtratione. Simul oſtendit, matricem eſſe membrum ſeruile ad ea expellenda conſtitutum, quibus corpus expurgari debet. Itaque Galenus dixit in libro de *Matricis diſſectione. Matrix creſcit tempore menſtruorum*. Dixit autem Philoſophus. Ὑγιαίνοντος, μεταβάλλοντος δέ. Quoniam valetudinis latitudo ſane magna eſt. Poſſumus enim rectè valere etiam mutando: neque exire tamen. Imò verò ita fit, vt per ſingula momenta vitæ, victúſque noſtri immutemur: quemadmodum in libro *Artis compendioſæ* primo Galenus declarauit. Addita igitur humiditas nequaquam tollit ſanitatem: ſed variat, pro inſtituto vitæ, & cura conſeruandæ valetudinis, & animalis.

Ἐξερεύγεσθαι, *eructare*, interpretatur vir ille optimus. Sed nos per verbum *redundare* Ciceronianum moderati ſumus vim Græcæ vocis.

XII. ARISTOTELES.

Αὐταὶ δ' αὐτῶν ὁτὲ μὲν ἀρρωστότεραι, ὁτὲ δὲ ἰσχύουσι μᾶλλον· καὶ ὁτὲ μὲν ὑγρότεραι, ὁτὲ δὲ ξηρότεραι. καὶ φοιτᾷ αὐταῖς, ὅταν μὲν πλεῖον τὸ σῶμα αὐτοῦ, πλεῖον· ὅταν δ' ἔλαττον, ἔλαττον· καὶ ἐὰν μὲν ὑγρόν, ὑδαρέστερα· ἐὰν δὲ ξηρόν, ἐναιμότερα. καὶ ἄρχεται μὲν ἐκ λευκῶν γαλακτωδῶν, ἀόσμων· μεμυκότων τὰ δὲ φοινικᾶ μέν, ἀπολήγοντα δέ, λευκότερα, ἐσχάτης καταμίξεως. ὀσμὴν δ' ἔχει τὰ λευκὰ ταῦτα οὐ σηπεδόνος, ἀλλὰ δριμυτέραν καὶ βαρυτέραν, οὔτε πύον· καὶ ἄνευ μὲν τήξεως, μετὰ μέντοι θερμασίας, ὅταν ὑγιὴς ᾖ ὁ τρόπος τῶν σημείων. ὅσαις μὲν οὖν οὕτω συμβαίνει, ταύταις ἔχουσιν ὡς δεῖ τὰ περὶ τὰς ὑστέρας πρὸς τὸ τίκτειν.

Ipſæ autem matrices ſeipſis interdum deteriùs, interdum meliùs habent. Siquidem humidiores aliquando, aliàs ſicciores ſunt. Et frequentat ipſas corpus plus, cùm plenius eſt. Cum autem minùs eſt plenum, minùs implet. Ita ab ſicciore corpore plus ſanguinis adipiſcuntur: ab humidiore, plus aquæ. Atque ea quidem quæ alba effluunt per initia menſium, ſpeciem lactis præ ſe ferunt: ſed odore carent. Quæ autem initio rubra ſunt, & cùm ceſſare incipiunt, extrema miſtione exeunt albidiora. Quæ vt nullam olent putredinem, ita ſpirant graue quid, & acre. Neque tamen pus concretum, ſed liquidum repræſentant. Quanquam non ſine calore is menſium modus euenire ſolitus eſt. Quare ea mulieres, quæ talibus menſtruis exſoluuntur, habent ad generationem liberorum matrices accommodatas.

CÆSAR.

COMPARAVIT matrices ad corpus ſanum, ad corpus ægrum, ad corpus variæ ſanitatis. Nunc comparat ad ſeipſas: nec tamen diſcedit ab ea ratione valetudinis vterorum, quæ totius ſequitur corporis habitudinem. Itaque omnes indicat cauſſas menſtruorum. Vt à calido corpore, ſanguinea fluant: ab humido aquoſa: à corrupto, putrida. Sic materialis cauſſa oſtēditur. Deinde ſubdit etiam qualitates ab odore acri, & colore lactis. Tum efficientem notat cauſſam, cùm dicit à calore aliter atque aliter fieri. Poſtremò oſtendit finem: quippe aptos vteros ad officium generandi. Vir ille doctiſſimus verbum φοιτᾷ, per id quod eſt *plenius* interpretatur. *Et quò plenius*, inquit, *eſt corpus*. Sed Liuij verbum eſt *frequentare*, *frequentem facere*. *Frequentare vrbem colonis*, id eſt, *implere*. Et apud bonos Latinitatis autores, *frequentabat copias*, id eſt, *complebat*. Φοιτᾶν etiam hac in ſignificatione vſus eſt Ariſtoteles in ſeptimo *Hiſtoriarum*. Συνεχῶς καθ' ἕκαστον ὀλιγάκις τὰ καταμήνια φοιτᾷ.

CAPVT

CAPVT SECVNDVM,

Recta matrices ad concipiendum: ſeminis proiectio & attractio: os matricis quale: indicia ſanæ matricis.

XIII. ARISTOTELES.

Καὶ πρῶτον σκεπτέον, εἰ καλῶς ἔχει· μετὰ δὲ ταῦτα, πῶς ἔχει τὸ σῶμα τῆς ὑστέρας. δεῖ γὰρ εἰς ὀρθὸν ἔχειν. εἰ δὲ μὴ, οὐχ ἕλξουσιν εἰς αὑτὰς τὸ σπέρμα. εἰς τὸ πρόσθεν γὰρ αὐτῶν, καὶ ἡ γυνὴ προΐεται, ὡς δῆλον ὅταν ἐξονειρώττωσιν αὗται τελέως. τότε γὰρ ὅταν ὁ τόπος θεραπείας δεῖται αὐταῖς ἰκμανθείς, ὥσπερ ἂν εἰ ἀνδρὶ συνεγένετο· ὡς προϊεμέναις ἐνταῦθα καὶ τὸ παρὰ τοῦ ἀνδρὸς, εἰς τὸν αὐτὸν τόπον, καὶ οὐχὶ τὰς ὑστέρας εἴσω. ἀλλὰ ὅταν ἐνταῦθα προΐωνται, ἐντεῦθεν σπῶσι τῷ πνεύματι, οἷον αἱ ῥῖνες, καὶ αἱ ὑστέραι τὸ σπέρμα. διὸ καὶ παντὶ σχήματι συνοῦσαι κυΐσκονται, ὅτι εἰς τὸ πρόσθεν παντελῶς ἰχούσης, γίνεται καὶ αὐταῖς καὶ τοῖς ἀνδράσιν ἡ πρόεσις τοῦ σπέρματος. εἰ δ' εἰς αὐτὴν, οὐκ ἂν πάντως συγγινόμεναι συνελάμβανον.

Primùm igitur contemplandum, an bene habeant matrices. Deinde, quonam ſitu earum corpus conſtitutũ ſit. Oportet enim rectas eſſe: alioqui ſemen non attrahent. Siquidem ipſa quoque mulier prorſum ſemen ſuum proijcit: idque ex earum venereis inſomnijs perfectè manifeſtum eſt. Eo nanque tempore vteri locus anterior humefactus, nihilominus eget abſterſione, quàm ſi cum viro tum coiiſſent: ſine cuius viri coitione in eundem locum item proijciunt: non autem ad interiorem vteri receſſum. Cæterùm eam in partem matricis anteriorem cùm proiecerint ſemen, inde ſpiritus vi trahunt illud intrò, quemadmodum naribus quoque fieri ſolet. Quo fit vt non vno coeundi modo concipere poßint: propterea quòd in anteriorem matricis partem tam mulier, quàm vir emittit ſemen. Si enim in ipſam matricem eijcerent, nequaquam fieret vt quouis concubitus modo concipere poſſent.

CAESAR.

POSTQVAM declarauit matricis qualitates: nũc oſtendit ſitum. Itaque qualitates per *καλῶς*: ſitum, per *πῶς ἐν τῷ σῶ.* Multas igitur ſtatuit propoſitiones. Prima: matrix recta eſſe debet. Altera: matrix non niſi rectè ſemen attrahere poteſt. Tertia: mulier non in matricẽ, ſed in matricis veſtibulum emittit ſemen. Hoc enim eſt quod dicit *prorſum:* id eſt in partem anteriorem. Quarta: anterior vteri locus ab inſomnijs humefit: quia eò proijcit, ſicut cum viro vbi coït. Quinta: eum in locum proiectum ſemen ſpiritu retrahit introrſum. Sexta: ſi non prorſum iacerent, ſed introrſum ſtatim, non quouis modo concubitus implerentur. Hæ autem propoſitiones maximarum indigent diſquiſitionum. Ac primum quidem qua ratione intelligamus, obſeruandum eſt. Omnes enim matrices rectæ ſunt. Rectas dico, quarum ſinus ex oſtij regione ſitus eſt: niſi ſi quibus natura gibberoſam, aut obliquam eam condiderit partem. Id quod euenire poteſt. At matricis collum non omnibus rectum eſt: neque os eius quam *vuluam* appellamus: neque veſtibulum quod capaciori ventri vicinum eſt. Itaque Herophilus, cuius ſententiam affert Galenus, falsò dixit, matricis collum obliquum ſemper eſſe: niſi cùm aut fœtus ederetur, ob nixum: aut virile ſemen reciperetur, ob appetentiam. Arrigunt enim ipſæ quoque mulieres ita, vt matricis ſinus intus turgeant: collũ intendatur ac prodeat. Itaque ſi cum Herophilo ſentias, neges vnquam arrigere mulieres. Id quod tamen falſum eſt. Secunda & tertia inter Galeni ſententias ſunt connumeratæ. Quarta vera eſt: ſed non neceſſaria. Neque enim ſi veſtibulum humidum eſt, continuò quoque neceſſe ſit, vt eò ſtatim proiectum ſit ſemen: ſed è ſinubus etiam defluxiſſe dici poteſt. Quintam inferiùs perſcrutati ſumus exquiſitiore diligentia. Nam ſi attrahit ſpiritus vi, videntur etiam non rectæ matrices concipere poſſe. Attrahere enim ſpiritus etiam per obliqua valet. Quod autem in ſexta ait: mulieres quouis concumbendi modo concipere quire: neque id an verũ ſit, ſcio: neque pudor ciuilis aut fateri, aut indagari permittit: malóque hoc ignoráſſe ego, quàm ſic ſapere. Fac tamen hoc verum eſſe. Id continuò videndum

dendum erit, an probari propterea poſſit, ſemen mulieris in proiectiorem iaci partem, atque ſpiritu trahi. Nam quæuis concubitus figura, flexúſve excogitetur: nempe virilia in ceruicem ſeſe induent. Quorum longitudinem multis in locis conſtitutam apud Medicos inuenimus ita, vt ſi par non ſit, aut proportione non reſpondeat, nequeat tum vitale ſemen eſſe.

XIV. ARISTOTELES.

Ἐὰν δὲ μὴ εἰς ὀρθὸν βλέπωσιν αἱ ὑστέραι, ἀλλ' ἢ πρὸς τὰ ἰσχία, ἢ πρὸς τὴν ὀσφύν, ἢ πρὸς τὸ ὑπογάστριον, ἀδύνατον συλλαβεῖν, διὰ τὴν προειρημένην αἰτίαν, ὅτι ἀνελέσθαι οὐκ ἂν δύναιντο τὸ σπέρμα. ἐὰν μὲν οὖν ἰσχυρῶς τῇ φύσει οὕτως ἔχωσιν, ἢ ὑπὸ νόσου, ἀνίατον τὸ πάθος· ἐὰν δὲ ἢ ῥῆγμα, ἢ φύσει, ἢ ὑπὸ τῆς νόσου, διὰ φλεγμασίας συσπασάσης, ἐπὶ θάτερα αὐτῇ τὸ πάθος.

Quòd ſi fit, vt in rectum non ſpectent matrices, ſed aut ad femina, aut ad lumbos, aut ad pectinem: nequaquam poterunt concipere, propter eam, quam diximus, rationem. Nimirum ſemen ipſum quando nequeūt attrahere. Atque hæc affectio, ſi aut natura conſtituta extiterit, aut validioris morbi euenerit vi, nulla cura poterit emendari: ſi verò aut à natura rupta fuerit, aut propter morboſam inflammationem contingat vt conuellatur, pro alterutrius ratione affectio hæc animaduertenda eſt.

CAESAR.

CVM oſtendit rectas eſſe debere matrices: primùm declarat quot modis aberrare poſſint ab recto ſtatu: deinde quæ nocumenta patiantur: aut cuiuſmodi curationes admittant. Tria igitur aſſignat loca: Dextrum & ſiniſtrum, pro vno: licet enim duo ſint, vnica tamen proportione continentur. Quoniam, eadem linea dimetiente, ſita ſunt. In ſecundo loco ſtatuit lumbos, pro poſteriore. Qui ſtatus plus ei ſtatui aduerſatur, qui eſſe debet ex oſtij regione. In tertio ponit imum locum: ſcilicet pectinem. Quare autem ſuperiorē omiſerit locum, benè ſanè diſquirendum eſt: præſertim cùm hoc toto libro fuſior ſit Ariſtoteles multo, quàm alijs libris. Repetit enim atque inculcat idem ſæpius. At enimuero etiam ſurſum verſum conuertitur matrix, multo peiore motu quàm ad pectinem. Quod autem dicit, hanc vteri peruerſitatem, in ipſa mulieris vitæ conſtitutione incurabilem eſſe, verum eſt. Idémque validiore quoque morbo euenire: cuius pertinacia firmum ac permanentem habitum adipiſcatur. Quod autem ait: ſi à natura ruptio fiat (hoc enim eſt ῥῆγμα) laxa nimis ſignificatione naturam accepit: quaſi intelligeret, ſuam illius naturam, hoc eſt, concretionem corporis à natalibus ipſis. Hoc igitur feratur ſanè. Illud autem obſcurum admodum eſt ac durum, cùm ſubdit, ἐπὶ θάτερα αὐτῇ τὸ πάθος. Omiſſo enim verbo, ſuſtulit ſententiæ perſpicuitatem: vt non ſatis liqueat: vocem hanc, θάτερα, vtrò referre debeamus, ad curationémue & incurationem: an ad rupturam à natura, & à conuulſione de qua loquitur. Indicauit autem matricis materiam, cùm dixit, eam rumpi poſſe. Neruoſum enim corpus eſt. Fortaſſe tamen potiùs ſcindi quàm rumpi dicatur. Sæpius enim contingit hoc propter texturam villorum: tametſi vtrunque poteſt euenire. Tres autem affectus poſuit: hunc ſcilicet, & phlegmonem, & conuulſionem. Eſt autem phlegmone affectio cum tumore, propter quantitatem: cum rubore, propter qualitatem ſanguinis, qui eius materia eſt: & dolore, propterea quòd præter præſcripta fit. Fundamenta iecit huius definitionis Galenus in libro de *Artis conſtitutione.* Adiecit autem calorem in libro de *Malitia concretionis inæqualis.* In libro autem de *Sectis,* illud quoque adiunxit: duritiam tactui reſiſtentem. Dixit Philoſophus *morboſam inflammationem:* nimirum quoniam etiam ſine morbo inflammatio euenire poteſt. Quod autem ſcribit conuulſionem ab abſceſſibus fieri, id in libro de *Tremore* Galenus quoque declarauit. Verùm idem in octauo de *Priſcorum medicamentis*, nullam aſſignat cauſſam ſpaſmo tertiam: præter inanitionem, & repletionem. Quam ſententiam valde periculoſam declarat in tertio de *Locis male affectis. Conuulſio,* inquit, *ſi ab labore, aut peruigilatione, aut à febre affecta ſit, intelligito eius cauſſam, inanitionem eſſe: ſin ab ebrietate, erit ſane propter repletionem.* Priorem igitur, vt dixi, ſententiam aduerſus Aſclepiadem cùm tueri vellet, errauit longè peiùs. Quaſi verò omnia ad repletionem atque inanitionem referenda ſint. Nam febris hectica, aut ephemeris propter inediam facta, ab inanitione ortum ſuum vindicabit. Aliæ autem febres materiales, ab humoris abundantia. Eſt enim plus humoris quàm par ſit: corrupti inquam. Verùm non ita eſt. Qualitates enim & putrefactiones etiam cauſſæ ſunt: vt is humor qui non nimius, ſed æqualis

cæteris

cæteris habebatur, dicatur nunc ob eam rationem abundare: quoniam ad naturæ functiones, aut priſtinam concretionem inutilis ſit. Ergo eædem cauſſæ erunt, cùm aliorum morborum, tum ſpaſmi, ſiue conuulſionis. Quotus enim quiſque neget, à vulnere lacertum conuelli poſſe. Ergo quis negabit humorem nullo modo auctum, poſſe acrem aut acidum euadere, atque neruos ſtimulare? Itaque in eodem Octauo ipſe cùm ſingultum ab acribus humoribus fieri dicat: quare negauit & conuulſionem? Nonne ſingultus ſpaſmus eſt? Eſto verò: ſiue ſtomachi, vt Medici volunt: ſiue pulmonis, vt Ariſtoteles. Nam hoc ſuo loco diſcuſſum à nobis eſt in Commentarijs *Propoſitarum quæſtionum*. Neque vero latuit Auicennam hoc, quem iſti *Barbarum* vocant, ipſi nihil aliud quàm Latini: ac neſcio an id quoque ſaltem ſint conſecuti. Is enim à caliditate abſque materia, & ab acrimonia conuelli neruos oſtendit. In omnibus Galeno par: & lingua ſua fortaſſe eloquentior: quippe nobiliſſimus, atque ſummo ſtudio educatus. In multis diligentior: in hoc etiam ſuperior. Is vero Philoſophus, quicum Galenus ne comparari quidem poſſit.

XV. ARISTOTELES.

Ταῖς δὲ μελλούσαις ἐγκύοις ἔσεσθαι, δεῖ (καθάπερ εἴρηται) τὸ στόμα εἰς ὀρθὸν εἶναι, καὶ πρὸς τούτοις ἀνοίγεσθαι καλῶς. λέγω δὲ τὸ καλῶς τοιοῦτον, ὅπως ὅταν ἄρχηται τὰ γυναικεῖα, θιγγανόμενον, ᾖ τὸ στόμα μαλακώτερον ἢ πρότερον, καὶ μὴ διεστομωμένον φανερῶς. ἀλλ' εἰ οὕτως ἔχοντος, τὰ πρῶτα σημεῖα, τὰ λευκὰ φοιτάτω. ὅταν δὲ σαρκικώτερα ἢ τῇ χρόαν τὰ σημεῖα, φανερῶς ἔσται ἀνεστομωμένη ἄνευ ἀλγήματος· ἐὰν θιγγάνῃ, καὶ μήτε κωφότητα, μήτε στόμα ἀλλοιότερον ἑαυτὸ αὑτοῦ.

Quæ igitur hoc agunt, vt prægnantes fiant, ijs matricis os non ſolùm, vt diximus, rectum eſſe neceſſe eſt, ſed etiam bene affectum ad aperiendum. Erit autem bene affectum, ſi, quo tempore effluere incipiunt menſes, attrectatum inueniatur mollius, quàm eſſet antea: neque penitus clauſum, niſi ſi menſium initia alba, frequentiáque ſint. Nam ſi extiterint coloratiora, quali rubore ſpectatur caro: ſi tangatur, apertum manifeſto occurret os, & neque contumax, neque cui tactus afferat dolorem, neque alia diuerſum affectione, quàm eſſe debuit.

CAESAR.

POST motum ſecundùm locum, agit de motu ſecundùm partes. Motus enim, vt antea dictum eſt, in animalibus duplex. Vnum habent ſecundùm loci mutationem ea, quæ ſuperioribus libris appellabamus κινητικά. Alterum ſecundùm partes, tantùm ea, quæ Philoſophus μόνιμα καὶ πορθόνιμα, quæ verba etiam poſuit Plato in *Epinomide*, nominabat. Quoniam non mutant τὸ πῦ: ſed ἐν τῷ πῦ τὸ πῶς: contractione ſcilicet atque remiſſione: vt oſtreæ & ſpongiæ. Eſt autem & tertius motus modus omnium perfectiſſimus in cœlo: quoniam ab vtraque abeſt imperfectione. Animalia nanque ſi finem adepta eſſent, non mouerentur. Quæ igitur mouentur ſecundùm τὸ πῦ: ea ratione imperfecta ſunt. Appetitio enim rei abſentis eſt: abeſt autem id, quo caremus. Carentia autem imperfectio eſt. Quæ autē non mouentur, niſi ſecundùm τὸ πῶς: velut oſtreæ: ea tanto ſunt imperfectiora: quoniam breuioribus vilioris finis anguſtijs continentur. Cælum autem optimum habet τὸ πῦ: itaque non quærit aliud. Tum autem τὸ πῶς quatenus vniforme obtinet, optimum item habet. At verò quia per ſeipſum perfectum non eſt, ſed per alium, id eſt, per motorem primum, mouetur ſecundùm partes vt perficiatur. Cum enim ſimile eſſe expetit motori primo, qui vbique eſt, nec mouetur tamen, ita cœlum ipſum infinito motu fertur, vt quo poſſit modo, vbique ſit: eſt enim infinitus motus in magnitudine infinita. Eiuſmodi autem eſt orbicularis quodammodo. Atque ita cœlum quodammodo mouetur, id eſt, infinito motu, vt vbique ſit: & quodammodo non mouetur, vt immobilem motorem atque infinitum, vtraque ratione imitetur. Oſtendit autem motum hunc cuiuſmodi eſſe debet: dicitque facilitatem ad aperiendum menſtruorum tempore, & mollitudinem: atque ita rectè habere: modò ne menſtrua alba multa ſint. Tunc enim rectè habere non poſſe propter ipſa menſtrua. Sed ſi ea ſint coloratiora, tum hæc omnia & ſigna, & cauſſæ matricis optimam valetudinem indicabunt. Quam collegit iam à qualitatibus, à ſitu, à motu, ab exeuntibus excrementis. Quibus duo ſtatuit tempora: alterum principij, hoc loco: alterum finis, in ſequenti, cùm dicit.

XVI. ARI-

XVI. ARISTOTELES.

Ληξάντων δὲ τῶν γυναικείων, συνεστομωμένον ἔστω σφόδρα καὶ ξηρὸν, ἀλλὰ μὴ σκληρὸν ἡμέραν ὅλην καὶ ἡμίσειαν, ἢ καὶ δύο ἡμέρας. ταῦτα γὰρ σημαίνει οὕτω γιγνόμενα, ὅτι καλῶς ἔχουσιν αἱ ὑστέραι, καὶ ποιοῦσι τὸ αὑτῶν ἔργον· τῷ μὲν μὴ εὐθὺς ἀνεστομῶσθαι, ἀλλὰ μαλακὸν τὸ στόμα γίνεσθαι, ὅτι ἅμα τῷ ἄλλῳ σώματι λυομένῳ, λύεται, καὶ οὐκ ἐμποδίζουσι, καὶ ἀφιᾶσι πρῶτον τὰ ἀπ' αὐτοῦ τοῦ στόματος. ὅταν δὲ πλείω τὸ σῶμα περιττῇται, ἀναστομοῦται· ὅπερ ἐστὶ στόματος ὑγιεινῶς ἔχοντος.

Cum autem ceſſârunt menſtrua, occluſum vehementer ſiccúmque os eſſe debet, diem ántegrum & ſemiſſem, aut etiam alterum diem: neque durum tamen. His enim indicijs dignoſcerentur, & bene valere matrices, & officio ſuo fungi: propterea quòd non ita cito aperiuntur, & ore tamen molli prædita ſunt. Itaque fit, vt, cùm ſoluitur corpus, ſoluantur ipſæ quoque, neque vlli ſint impedimento, primámque expellunt ea quæ in ipſius oris veſtibulo ſunt. Cum autẽ largiore copia perfluxerit corpus, aperiuntur. Quo indicio deprehenditur oris proba valetudo.

CÆSAR.

ALTERUM igitur menſtruorum tempus eſt, cùm ceſſârint. Tunc igitur quale debeat eſſe matricis os declarat: nempe ita ſiccum, vti durum ne ſit. Molle enim debet eſſe, ne contumax ſit. Nam durum neque facile aperitur, neque commodè coit ad claudendum. Quorum alterum, & ad ſoluenda menſtrua, & ad excipiendum ſemen comparatum eſt: alterum ad retinendum, vt conceptiones fiant. Redit deinde ad tempus ipſum fluentium menſtruorum. Quoniam cùm ſoluitur corpus, id eſt incipit exonerari: remittit ex priſtina contentione aliquid matrix, atque incipit expuere id, quod habet in veſtibulo. In progreſſu autem temporis eùm largiùs corpus exoneratur: ipſa quoque matrix perfluit vberiùs maiore facta adapertione. Dicit autem ſolui matricem, id eſt remittere pertinaciam contentionis. Ideò addit, οὐκ ἐμποδίζουσι: quod nos dicere poteramus, *non reniti*. Quare poſtea perfluente corpore, non ſolùm non reniti, ſed etiam liberaliùs aperiri dicit.

XVII. ARISTOTELES.

Παυσαμένων δὲ τῶν σημείων, τῷ μὴ εὐθὺς συμπίπτειν, σημαίνουσιν ὅτι, ἂν ἀπορήσῃ, κεναὶ καὶ ξηραὶ γίνονται, καὶ διψυραὶ, καὶ οὐκ ἔχουσι λείψανα περὶ τὴν δίοδον.

Vbi autem defecerint indicia: ſi non ſtatim contrahatur, humoris inopia ſignificatur. Atque ipſæ euadunt inanes, aridæ, ſiticuloſæ: neque partem vllam obtinent reliquiarum circum eum locum, quà tranſmitti conſueuêre.

CAESAR.

SUPRA dixit: ληξάντων τῶν γυναικείων. Nunc dicit παυσαμένων τῶν σημείων: id eſt, non ſolùm vbi menſtrua ceſſârint: ſed etiam menſtruorum indicia defecerint. Vtitur enim hac voce: quaſi dicat: ſublata omni expectatione ſi os non occludatur, humoris defectus, matricíſque deſiderium indicatur. Itaque non ſolùm ſiccæ, id quod inter bona ſigna connumerabamus, & inanes, quod inter mala recenſeri debet (Nam inaneſcunt etiam quæ rectè habent, poſtquam menſtrua ſunt ſoluta:) ſed etiam aridæ, atque ſiticuloſæ. Eſt enim hoc loco aridum, *exuctum*: quod etiam debito ſibí caret humore. Siccum eſſe poteſt, cui nihil eſt extranei, nihil abeſt de ſuo. Sicco arbor eſt cortice etiam viuens: arido eſt, cùm amiſit humorem vitalem.

Dixit, *circum locum quâ demittuntur*, vt propinqua matrici loca indicaret. Nam cætero corpore longius poſſunt habere.

XVIII. ARISTOTELES.

Περατατικαὶ οὖσαι οὕσαι, σημαίνουσι καλῶς ἔχειν πρὸς τὸ συλλαβεῖν πλησιάσαι-

IGitur ſi vim habeant attrahendi, ídque ſine moleſtia, & cum ſenſu tamen fiat: argumentum eſt benè eſſe comτος,

τος, ὅταν οὕτως ἔχωσιν ἄνευ ἄλγους, καὶ μετὰ ἀναισθησίας· τό τε μὴ ἀλλοιότερον ἔχειν τὸ σῶμα, ἀγαθόν. καὶ γὰρ τοῦτο σημαίνει ὅτι οὐδέν ἐστιν ὃ κωλύει μὴ συμμύειν αὐτὰς ὅταν δέῃ.

paratas, non ſolùm ad coïtum, verumetiam ad concipiendum. Quanquam illud quoque inter bona indicia obſeruandum eſt: ne corpus à natura ſua delapſum ſit. Hoc enim pacto intelligemus, nullum eſſe impedimentum, quominus matrices, cùm opus ſit, occludi poßint.

C Æ S A R.

CONCLVDIT, redigítque in ſummam matricum commoditates ad conceptionem. Nam & aperiri poſſe oportet, & habere vim ad attrahendum: tum autem hoc ſine moleſtia, ſinéque dolore fieri. Addidit autem prudenter, *cum ſenſu.* Dolor enim tollitur vno è tribus modis. Aut quia cauſſa auffertur: aut quia affectio ipſa extinguitur: aut quia ſtupefit ſenſus. Ita fit: ablata aut cauſſa, aut affectione, aut facultate. Cùm igitur interdum nihil doleamus, quia nihil ſentimus: hoc iccirco ita addidit. Præter hæc, dixit: *corpus bene valere.* Poſtremo eas poſſe συμμύειν: id eſt, *conniuere*, ſiue, *occludi.* Vtuntur enim hoc verbo in matricis coarctatione Philoſophi: & inter Medicos Hippocrates, non ſine maxima ſignificati atque originis vocis illius ratione, quam Græci appellant ἴνυμεν. Quippe muſculis, ſiue lacertis fit occluſio: atque ipſi vocantur μύες. Noſtri quoque à niſu, viderentur dicere, *conniuere: niti* autem *conniti, eniti* matricum eſt: ſed περὶ τὸ ἰδεῖν potiùs, tranſlatione ab oculis ſumpta.

CAPVT TERTIVM,

Adhuc de matricis bona conſtitutione, indiciijs, & affectionibus: humor à matrice qualis: quæ mulieris habitudo ad generationem: ſeminis proiectio etiam in ſomnis: de conceptione: de multiplici fœtu: locus in quem ſemen proijcitur: ſemen mulieris prolificum. Deſcriptio vteri mulieris: quid ἐξανεμοῦσθαι.

XIX. ARISTOTELES.

Περὶ μὲν οὖν σωμάτων ὑστερῶν, ὅτι πρῶτον ἡ σκέψις ἐστὶν, εἰ ἔχει ὡς δεῖ, ἢ μή. περὶ αὐτὴν δὲ τὴν ὑστέραν δεῖ συμβαίνειν τοιαῦτα μετὰ τὴν κάθαρσιν. πρῶτον μὲν, ἐν τοῖς ὕπνοις ὡς συγγινομένην τῷ ἀνδρὶ, καὶ προϊεμένην, ὡς ἂν εἰ πλησιάζοι, ῥᾳδίως. ἂν τοῦτο φαίνηται πλεονάκις πάσχουσα, ἄμεινον. καὶ ἀνισταμένην, ὁτὲ μὲν δεῖσθαι θεραπείας, οἵας ὅταν πλησιάσῃ ἀνδρί· ὁτὲ δὲ, ξηρασίας. τὴν δὲ ξηρότητα ταύτην μὴ συνεχῆ, ἀλλ' ὕστερον μετὰ τὴν ἔγερσιν ἐξυγραίνεσθαι· ὁτὲ μὲν θᾶττον, ὁτὲ δὲ ὀψιαίτερον, καὶ ὅσον εἰς ἥμισυ τῆς ἡμέρας βραχείας προσσταλθείσης. ἡ δὲ ὑγρότης ἔστω τοιαύτη, οἵα ὅταν πλησιάσῃ τῷ ἀνδρί. πάντα γὰρ ταῦτα σημαίνει δεκτικὴν τὴν ὑστέραν εἶναι τοῦ διδομένου, καὶ προσπαστικὰς τὰς κοτυληδόνας, καὶ κατεκτικὰς ὧν λαμβάνουσι, καὶ ἀκούσας ἀφιείσας.

Quemadmodum vteri os bene maléve affici conſueuerit, his rationibus perſpici debet. Nunc ipſi matrici poſt purgationem quidnam ſoleat euenire dicendum eſt. Principio ſi in ſomnis perinde afficiatur, quaſi cum viro vbi coït, atque ita ſemen emittat facilè: bene eſt: tantóque meliùs, ſi ei frequenter id contingat. Tum vbi ſurrexerit, opus habeat aut abſterſione, aut alia curatura, qua vti ſolent à coïtu mulieres. Oportet autem ſi nihil exierit, nequaquam continenter retineri: ſed poſtquam experrecta mulier ſit, humeſcere matricem: idq́ non ſtatim ſemper: ſed interdum ſeriùs, atque adeo ad dimidium puſilla diei. Humor autem ille talis eſto qualis in coïtu emitti conſueuit. Hæc nanque omnia argumenta ſunt: & matricem ſuſcipere id, quod datur: & acceptabula tum attrahere, tum continere poſſe, quod acceperint: poſtremo quoque eam inuitam amittere.

CAESAR.

POSTQVAM ſitum, & figuram, & qualitates alias matricis oſtendit: declarat affectiones ab officijs matricis: quibus indicijs intelligi queat eius bona valetudo. Hæc autem ſtatuit poſt purgationem, propterea quòd & illud eſt tempus aptiſſimum concipiendo: & matrix vacua ab exteris functionibus, ſuo tunc operi ſtudet: quódque ei euenerit, eius cauſſa, eáque autore contigiſſe intelligimus: non ſanguinis ſuperflui, aut humoris alterius ratione. Itaque in ſomno ſi capiat voluptatem, quaſi cùm coit, atque inde ſemen emittat ſuum, argumentum id eſt, & materiam ineſſe ad conceptionem, & inſtrumenta. Dico matricem & partes eius, & oua, & ſeminalia vaſa, non ſolùm per ſeſe benè affecta eſſe, ſed etiam propenſa ad munera ſibi attributa à natura. Addit autem: *ſi hoc frequenter eueniat, conducibilius eſſe.* Profectò *fortem naturam* dicit, ſicut & ſupra: vbi oculum ſanum autumabat, qui ſemel atque iterum ſuo functus officio, nihilo deterior ad idem redire poſſet obeundum viribus priſtinis, atque integris. Deinde diuidit ſequentia in partes duas: nam ſemen intra ſe iacere in veſtibulum, ſæpe dictum eſt. Ergo cùm ſurrexerit, aut eget abſterſione, quoniam emiſit: aut alia opera, quoniam non emiſit. Quænam verò ea opera ſit, neque ipſe dixit, neque nos facilè quiuimus coniectari. Nam inquit: *quaſi cum viro ſi coiiſſet*: at cum viro vbi coiere, neque ſeminis quicquam excidit: tum verò mulieres curant, ne ſaliant, néue quid agant, quo procidat. At in ſomnis venere ficta ſi eluduntur, nihil tale, quod agant, habent. Retentionis deinde modum ſtatuit: cùm dicit: *ſi nihil foras exeat*, atque vuluæ os ſiccum ſit: non opportere perpetuò ita eſſe. Matricis enim contumaciam indicaret. Item contra: cùm ea libidine exoluuntur: non debere exire ab ore ipſo ſtatim: ſed aut poſt experrectionem, ad decimam vſque horam. Sic enim puto poſſe intelligi dimidium neſcio cuius dieculæ, quam hic ambitioſè nimis decurtauit. His nanque indicijs neque lubricitatem intelligemus, quam ineſſe ſcimus, cùm laxantur ſtatim: neque pertinaciam, quam videmus in ijs, quæ ſemen illud ſomniatum continenti retinent amplexu. Experrectæ autem remittunt: propterea quòd in ſomno duabus de cauſſis maior pars excrementorum retinetur. Expultrix enim virtus ad cor reducta quaſi ad vexillum, vt defectas vires inſtauret, requieſcit. Deinde in vigilia calor ad exteriores partes commeat: atque ita fit, vt humor expellatur. Poſt hæc declarat humoris qualitatem ab illius ſimilitudine ſeminis, quod vero in coitu iacitur. Poſtremo concludit tandem oſtenditque iſtis è ſignis commoditates. Sic enim inquit, & in ſuſcipiendo propenſio, & in retinendo conſtantia matricis erit: & in reijciendo, quod ſuſceperit ſi vtile ſit, auerſa voluntas.

Declarauimus τὴν ξηρότητα, per ea verba: *ſi nihil exierit.* Nota enim locutionem: *ſiccitatem humefieri.* Non enim ſic loquimur. Id vt euitaremus, ſic ſumus interpretati.

XX. ARISTOTELES.

Ἔτι φύσας ἐγγίγνεσθαι ἄνευ πάθους, ὥσπερ ἡ κοιλία· καὶ ἀφίεσθαι, καὶ μεγάλας γινομένας καὶ ἐλάττους αὐτὰς, ἄνευ νόσου. καὶ γὰρ ταῦτα ἀποδηλοῖ αὐτὰς, ὅτι οὐδὲν στερεώτεραι τοῦ δέοντός εἰσιν, ἤτε κωφαὶ, οὔτε φύσει, οὔτε νόσῳ, ἀλλὰ δύνανται, ὡς ἂν δέξωνται, αὐξανομένῳ παρέχειν χώραν. ἔχουσι δὲ καὶ διάστασιν. ὅταν δὲ τοῦτο μὴ γίγνηται, ἢ πυκνότεραί εἰσιν, ἢ ἀναισθητότεραι, ἢ φύσει, ἢ νόσῳ. διὸ καὶ οὐ δύνανται τρέφειν, ἀλλὰ καὶ διαφθείρουσι τὰ ἔμβρυα· ἐὰν μὲν σφόδρα τοιαῦται ὦσιν, ἔτι μικρὰ ὄντα· ἐὰν δ᾽ ἧττον, μείζω· ἐὰν δὲ πάνυ ἠρέμα, φαυλότερα.

PRæterea, ſi intus & creentur flatus ſine vexatione, & emittantur, ſicut & ab aluo: tum autem ipſæ ſi minores interdum, interdum ampliores ſponte ſua, non morbo vllo fiant. Hoc enim intelligemus, eas neque duriores vel natura, vel morbo, neque contumaces eſſe: ſed extendendo ſeſe dare locum poſſe ei quod receperint: cùm id capiet incrementum. Quòd ſi hoc ita non ſit, propter aut denſitatem, aut quia minus ſentiant: ſiue id natura fiat, ſiue morbo contingat: ea fœtus alere nec poterunt: & adhuc puſillos ſua vehementia corrumpent. De ea verò vehementia ſi quid deſit, etiam maiores fœtus interficiunt: ſin paulatim admodum cedunt, eos interimunt fœtus, qui minùs ſunt valentiores.

C AE S A R.

COMMODIVS feciſſet: ſi, quæ hîc ſtatuit, cum ſuperioribus coniunxiſſet, in quibus de matricis agit contumacia. Duo nanque ſigna ponit: vnum à flatibus, qui creentur intus, quemadmodum & in aluo: alterum à magnitudinis mutatione. Quæ ſigna etſi ſunt diuerſa genere, aliquam tamen obtinent affinitatem ab exteriore ſimilitudine. Aliud enim flatus eſt: quippe ventus, rarefactis humoribus à calore: aliud dilatatio, atque contractio matricis: quippe motus à muſculis. Quoniam autem ingenerato intus vento inflantur ita: ſicuti cùm ab ſeipſis turgidæ fiunt: icicirco ea coniunxit. Flatus autem à calore eſt, tanquam ab efficiente: ab humore, tanquam à materia. Quorum vtrunque matricibus debitum ſanis eſt: humor ſcilicet, atque calor. Addit autem: *emitti debere*: nimirum matricis notat poteſtatem, non abiectam: tum motum, non contumacem ad aperiendum. Declarat deinde dilatationis rationem. Quoniam inquit, initio fœtus cùm puſillus ſit, ei oportet vt hæreat circumfuſa matrix: atque is, vbi creſcit, neceſſe eſt ampliore loco capiatur. Quòd ſi matricis parietes non pareant: neceſſariò élidetur, atque exigetur. Poſtremò ſtatuit tres orationis partes, more ſuo, ſatis obſcuras. Sunt autem hæ. Aut, inquit, vehementer denſæ, & duræ, & contumaces ſunt: aut non tantùm: aut valde mediocriter. Itaque illæ duriſſimæ, fœtus elidunt ipſa per initia, etiamnum tenellos: quoniam quamminimè dilatantur. Sin autem ea de duritia defiat aliquid: haud ſtatim necant. Verùm pauxillum vbi proceſſerit increſcendo fœtus, comprimetur. Propterea nequit veram ad vſque metam dilatari matrix. Quod ſi mediocriùs duræ ſint, atque ſenſim locum dent: fortes quidem fœtus id fortaſſe ferre poſſint: at imbecilliores durare nequeant. Quod autem de matricibus ait philoſophus hîc, non multùm ab eo diuerſum eſt, quod Galenus in quarto *de Officijs membrorum*, ſcriptum reliquit: Inferiorem ventrem molliuſculum eſſe à natura inſtitutum: & propter cibum, & fœtus ipſius gratia. Itaque ne matricem quidem eſſe ipſam quibuslibet mulieribus æquali magnitudine, idem rectè dicit in libro *de Diſſectione vterorum*, proptereà quòd fœtus alia alijs magnitudine geſtandi ſunt. Attende verò miram locutionem: ἐν φύσαις εἰ ἡ γυνὴ ἄνευ πάθους, ὥσπερ ἡ κοιλία. Nam aut γυνῇ deeſſe, aut ἐν τῇ κοιλίᾳ dicendum fuiſſe videtur.

XXI. ARISTOTELES.

Ἔτι δὲ διψαυομένης, τὰ ἐπὶ δεξιὰ καὶ τὰ ἐπ' ἀριστερὰ, ὁμαλὰ αὐτῆς εἶναι, καὶ τἄλλα τούτοις ὁμοίως.

OPortet autem tum dextras, tum ſiniſtras partes cùm attrectâris, eas inter ſe æquales inuenire: atque alia ad eundem modum.

C AE S A R.

CVM de toto dixit, de partibus etiam ſtatuere habuit. Poteſt enim eſſe diuerſitas concretionis in matrice, alia atque alia in parte. Dixit autem: *& alia ad eundem modum.* Quibus verbis intellexit tum ſuperiores, tum inferiores: quoniam de dextra dixerat, & ſiniſtra: quanquam alia proportione. Dextrum enim & ſiniſtrum omnino inter ſe reſpondent æqualiter: at ſuperior pars inferiori, non item. Seruari modus debet tamen naturalis, & in his: quoniam altera elata, altera depreſſa nimis eſſe poteſt.

XXII. ARISTOTELES.

Καὶ ἐν τῇ πρὸς τὸν ἄνδρα συνουσίᾳ, μεταξὺ ὑγραίνεσθαι, μὴ πολλάκις δὲ, μηδὲ σφόδρα. ἔστι δὲ τοῦτο τὸ πάθος, οἷον ἵδρωμα τοῦ τόπου, ὥσπερ καὶ τὸ στόματι σίαλον· πολλαχοῦ μὲν γὰρ πρὸς τὴν φορὰν τῶν σιτίων, καὶ ὅταν λαλῶμεν, καὶ ἐργαζόμεθα αὐτοὶ πλείω καὶ τοῖς ὄμμασι δακρύομεν πρὸς τὰ λαμπρότερα ὁρῶντες· καὶ ὑπὸ ψύχους καὶ θερμότητος ἰσχυροτέρας, ἧς κρατεῖ τὰ

INter coëundum quoque humeſcere neque ſæpe, neque vehementer. Eſt autem humor hic, exudatio quaſi quædam loci illius: quemadmodum & oris ſalina, quæ tum acceptis cibis, tum inter loquendum ſolet euenire: itémque cùm multùm laboramus. Præterea ſicut fit, vbi ciemus ex oculis lacrymas illuſtriorum aſpectu rerum, atque etiam præ frigore, atque calore validiore, quem ea obtinent membra, ſimul cum

IIII i 2

μόρια ταῦτα, ὅταν τύχῃ ὑγρότερα ἔχοντα. οὕτω καὶ αἱ ὑστέραι ὑγραίνονται ἐργαζόμεναι, ὅταν τύχωσιν ὑγροτέρας διαθέσεως. ὑπάρχει δὲ τοῦτο τὸ πάθος, καὶ αἱ μάλιστα καλῶς πεφυκυῖαι. διὸ θεραπείας ἀεὶ δέονται αἱ γυναῖκες, ἢ πλείονος ἢ ἐλάττονος, ὥσπερ καὶ τὸ στόμα πτύσεως. ἀλλ' ἐνίαις τοσαύτη ὑγρασία γίνεται, ὥστε μὴ δύνασθαι καθαρὸν τὸ τοῦ ἀνδρὸς ἀνασπᾶσαι, διὰ τὴν σύμμιξιν τῆς γινομένης ἀπὸ τῆς γυναικὸς ὑγρότητος.

humiditate: quo tempore frigus viget. Sic & matrices humeſcunt: cùm id quod ad ſe pertinet, opus peragunt: ſi humidiore habitu affectæ ſint. Contingere autem ſolet id iis, quæ bona ſunt habitudine. Quamobrem ſicut os ſpuitione, ita matrices nunc maiore, nunc minore indigent curatura. Quadam enim tanta afficiuntur humectatione, vt virile ſemen nequaquam poſſint purius attrahere, propterea quòd & hoc, & illud, quod à muliere deciditur, miſceatur.

CAESAR.

INTER coëundum quoque humeſcere matricem, ſed modice, ac raro. Quæ enim ſæpe & multùm humeſcunt, non fere concipiunt. Hoc autem infra planius & ſubtilius declaratum eſt. Cum autem hoc dixit, neceſſe habuit deſignare, quis humor ille ſit. Quoniam iam docuerat, talem eſſe debere humorem illum, quem in ſomnis excernunt: qualis ſit is, qui in vero prodit coitu. Appellat autem ἵδρωμα, id eſt, *humorem exundantem*. Sed addidit: eſſe ſudorem loci illius peculiarem: neque enim ἱδρῶτα dixit, ſed ἵδρωμα: eúmque euenire propter matricis motum: ſicut in os loquentis, ſaliuam. Siue qua alia de cauſſa: veluti cùm cibum capimus. Quòd autem addit καὶ ἐργαζόμεθα αὐτοὶ πλεῖον: ſane durum eſt. Nam quanto laboramus magis, exſiccatur tãto os. Quare τὸ ἐργάζεσθαι ad totius corporis motum, & ad ſudorem referẽdũ eſt: non autem ad os, & ad ſaliuam. Sudoris autem rationes, & cauſſas, eo in libro Theophraſti, quem nos interpretati ſumus, ſatis redditas putamus: atque in libro Ariſtotelis *Propoſitarum quæſtionum* ſecundo. Subdit aliud exemplum ab oculis. Si, inquit, ad nitidiorem lucem intueamur, lacrymæ cientur. Sane rareſit oculus, & calidum attrahit, & ſimile: quippe lucidum. Tum ait: alijs item membris ſudoris excretiones euenire ſolere: aut à frigore exprimente, impellentéve: aut à calore, ſoluente ſcilicet: modo ita contingat prius, ea vt membra humida ſint. Intelligere autem debemus hoc, quod diximus: à frigore exprimente, aut impellente: nam id ipſe non dicit. Et valde dubitari poteſt, verúmne ſit: à circunſtanti frigore humorem exprimi è membris, in quibus ſit. Neque enim verum eſt. Ac laxe quidem admodum locutus eſt: quemadmodum cùm vocauit τὸ ἵδρωμα πάθος. Neque enim ſudamentum affectio eſt ſed ſubſtantia: at ſudatio ipſa, affectio eſt. ἱδρὼς γὰρ καὶ ἵδρωμα ὁμοίως οὐσία ἐστί. ἵδρωσις autem πάθος. Peculiare autem hoc ei eſt: inferius enim etiam fœtum πάθος appellauit. Sed intellexit geſtationem & conceptionem. Galenus autem in Primo *de locis male affectis*, πάθος appellat, mutationem membri, aut per motum, aut per alterationem naturalem. Nimis tamẽ ambitioſe diſtinguit πρὸς τὸ πόνημα: ſiquidem ἐνεργεῖν diſtinguit πρὸς τὸ πάσχειν: quoniam agat is qui in ſe habeat principia: patiatur qui ab alio. At hoc eſſe genus non ſolùm ad naturalia: ſed etiam ad præter naturam. Atque ipſe ſui oblitus eſt, qui inſcripſit libros περὶ πεπονθότων τόπων: non autem πεπονηκότων. Poſthæc, inquit, id frequentius bene habitis euenire mulieribus. Nimirum eæ plus habent humoris. Poſtremò ait humida admodum ea loca eſſe, atque egere abſterſionis, aut maioris, aut minoris, quemadmodum & os expuitione. Eſt enim concluſio hæc à ſuperioribus propoſitionibus: ex qua aliam facit demonſtrationem, cùm dicit. Si cui mulieri plus iuſto id humoris inſit, eam non concipere: quoniam quod ſemen ab homine proijcitur, illius affluentia contaminetur.

Græcorum verboſitas fatalis illa etiam inter Ariſtotelicam breuitatem animaduertenda eſt. ἀλλ' ἐνίαις τοσαύτη ὑγρασία γίνεται. & ſubdit: διὰ τὴν σύμμιξιν ἀπὸ τῆς γυναικὸς ὑγρότητος. Alius ſic dixiſſet: διὰ τὴν σύμμιξιν τῆς παρ' ἐκείνας ὑγρότητος.

XXIII. ARISTOTELES.

Πρὸς δὲ τούτοις τοῖς πάθεσι καὶ τοσόνδε δεῖ κατανοεῖν, εἰ συμβαίνει, ὅταν δόξῃ ἐν τοῖς ὕπνοις πλησιάσαι τῷ ἀνδρί, πῶς ἔχουσαι ἐξανίστανται, οἷον εἰ ἀσθενέστεραι, καὶ εἰ ἀεί, ἢ οὐκ ὁτὲ μέν, ὁτὲ δὲ οὔ, ἢ ἐνίοτε, καὶ ἰσχυρότεραι· εἰ δὲ καὶ ξηρότεραι τὸ πρῶτον, εἶτα ἐφυγραίνονται. δεῖ γὰρ ταῦ-

PRæter has affectiones autem illud quoque animaduertendum eſt: ſi id vſuueniat, vt per ſomnum cum viro coire videantur, imbecilliorésne à cubitu exurgant, an valentiores. Atque horum vtrumlibet ſempérne ita fiat, an interdum tantùm. Item an ſicciore primùm, deinde humeſcente vulua. Oportet

τα συμβαίνοντα τῇ γονίμῳ γυναικί. τὸ μὲν γὰρ ἐκλύεσθαι, σημαίνει περιττωματικὸν εἶναι τὸ σῶμα σπέρματος ἀεί, τήν τε ποιοῦσαν ποιεῖν καὶ σωματώδους δ' ὄντος ἀσθενεστέρα. τὸ δ' ἀνόσως τοῦτο πάσχειν, σημεῖον ὅτι κατὰ φύσιν, καὶ ὃν δεῖ τρόπον, ἡ ἄφοδος τούτου γίνεται. εἰ γὰρ μή, νοσώδης ἂν ἡ ἀρρωστία. τὸ δὲ ποτὲ καὶ ἰσχύειν μᾶλλον, καὶ ξηρὰν εἶναι τὴν ὑστέραν εἶτα ὑγραίνεσθαι, σημεῖον ὅτι πᾶν τὸ σῶμα λαμβάνειν καὶ ἀφανίζει, καὶ οὐ μόνον ἡ ὑστέρα καὶ τὸ σῶμα ἰσχύει. πνεύματί τε γὰρ ἕλκει ἡ ὑστέρα τὸ προσελθὸν ἔξωθεν αὐτῇ, ὥσπερ πρότερον εἴρηται. οὐ γὰρ εἰς αὐτὴν προΐεται.

enim hanc habitudinem conſequi eas mulieres, quæ aptæ natæ ſunt ad generandum. Nam quòd exoluũtur, id argumentum eſt, earum corpus habere ſemper aliquid ſeminis ad emittendum, efficique vt mulier * *efficax ſit. Imbecillitas autem illa ex eo oritur, quo-* * *niam ſemen ipſum corpulentum eſt. Ab ijs autem* * *quæ ſine moleſtia emiſere, intelligimus nihil exiſſe* * *præter modum, prætérque naturam: alioqui morboſa* * *quæpiam ſecuta eſſet laßitudo. Quòd autem valen-* * *tiores exurgunt, atque ipſa matrix tunc ſiccior eſt,* * *poſtea verò humeſcit, id indicat vniuerſi corporis vim ad ſemen & excipiendum, & ſubtrahendum: corpúſque ipſum non deteriùs valere, quàm matricem. Spiritus enim vi attrahit introrſum matrix id, quod extrinſecus appellitur, quemadmodum ſupradictum eſt: neque enim intrò in ipſam proijcitur.*

CAESAR.

Repetit quod commodius factum eſſet, ſi ſuperioribus adiunxiſſet. Si mulier, inquit, in ſomnis nocturna venere ſponte agitetur, obſeruandum eſt quemadmodum ſe habeat: inde enim fœcunditatis ſigna colligi. Diuidit autem in tria euenta. Aut, inquit, vbi ſurrexit, valentior eſt: aut imbecillior: idque ſemper ita: vel interdum tantùm. Horum trium ſignorum cauſſas reddit poſtea. Nam quòd ſomniat, & emittit, ſignum eſt corporis vberioris: quòd ſurgat imbecillior, ſignum eſt ſeminis craſſioris: quæ res maxime valet ad generandum. Vtili igitur illo excremento ablato reſoluitur corpus, atque laſſiuſculum fit. Quòd autem ſine noxa emittunt: id argumentum eſt, naturam non eſſe ſpoliatam ea parte, quam debuit retinere: ſed qua carere poteſt ſine diſpendio. Quòd autem ſicca priùs matrix mox humeſcit, indicium eſt eam attrahere poſſe: (attrahit enim, vt diximus, & dicemus mox) poſſe quoque ſubtrahere. Subtrahitur enim à veſtibulo introrſum caloris vi, vt ipſe vult. Id enim eſt hoc loco ἀφανίζειν, id eſt, *efficere ne amplius compareat*. Sicut & alio loco infrà: καὶ ἀφανισθῇ τὸ ἔσωθεν. id eſt, *non videatur, quoniam ſubtractum exſuxerit*. Neque ſolùm matricem agere hoc, ſed & corpus ipſum. Ἀφανίζεσθαι quoque alibi, *aboleri* de vitello oui in ſexto *Hiſtor.* Et ἀφανίζεσθαι de auibus quæ non concipiunt poſtquam conſpectæ ſunt. Operæprecium eſt elocutionem obſeruare, cùm dicit, ὅσον δεῖ κατανοεῖν: quantitatem enim vtilitatis notat. Cùm autem dicit, τήν τε ποιοῦσαν ποιεῖν: Atticiſmum venatus eſt anxium & obſcurum ſane in alluſione vocum. Et profecto mira ſententia eſt, cùm ait: ſemine corpus abundare, & facere mulierem facientem: nos *efficacem* interpretati ſumus.

Locus ſubobſcurus eſt, ita vt doctiſſimus amicus tuus facete ſcripſerit & liberaliter, interpretem potius coniectura quam quouis alio modo, conſecutum eſſe ſenſum Ariſtotelis. Etſi vero non caret mendi ſuſpicione, autoris tamen mentem putamus expreſſiſſe.

XXIIII. ARISTOTELES.

Ἀλλ' οὐ καὶ ἂν ἄλλως τις ὑγιαίνῃ τὸ σῶμα, καὶ ἐν ἡλικίᾳ ᾖ, ταχύσπερμον ποιεῖ. τῶν γὰρ αὐξανομένων τοῦτ' ἐστὶ ταχὺ, καὶ τῶν αὐξητῶν· καὶ λανθάνουσι τότε μάλιστα κυισκόμεναι. οὐ γὰρ οἴονται συνειληφέναι, ἐὰν μὴ αἴσθωνται. περαιούμεναι δὲ, τυγχάνουσιν ὑπολαμβάνουσαι, ὡς δεῖ ἀπ' ἀμφοῖν συμπεσεῖν ἅμα, καὶ ἀπὸ τῆς γυναικὸς, καὶ ἀπὸ τοῦ ἀνδρός.

CAEterùm ſi quis & bona valetudine ſit & ætate integra, etiam iuuatur ad celeritatem ſeminis emittendi. Semen ex iis rebus eſt, quæ celeriter & augeſcere poſſunt, & augentur ſanè. Itaque tunc mulieres latet conceptio, quæ fit: neque enim ſeſe concepiſſe arbitrantur, quoniam non ſenſere. Id autem iccirco fit: quia putant in proiectione ipſa vtriuſque tum viri tum mulieris ſemen iaci eodem momento temporis debere.

C AE S A R.

QVONIAM de aptitudine ad concipiendum ſcribebat: nunc declarat quemadmodum & concipiunt mulieres, & concepiſſe ſeſe minime intelligunt. Fit, inquit ipſe, duabus de cauſſis. Nam ſunt quæ putent concipi non poſſe, niſi vtrinque eodem tempore ſeminis iactus fiat. Hæ autem falluntur: propterea quòd corpus benehabitum, & integra ætate vtens citius emittet. Ergo cùm id ſemen valentiſſimum ſit, non corrumpitur: ſed attractum ſeruatur ad eam miſtionem, quæ futura eſt. Dicit autem ſententiam illam. Semen eius eſſe naturæ, cito vt poſſit creſcere, & profectò creſcat. Quam ſententiam ponit tum pro ratione, tum pro cauſſa: quamobrem in bona ætate, & bona valetudine ſemen celeriter emittatur. Quaſi dicat: non cito emitteretur, niſi cito poſſet reparari. Hoc enim agit natura: vt, quæ opus habet, amittat inuita.

XXV. ARISTOTELES.

Μάλιστα δὲ λανθάνει, ὅσαι οἴονται ἀδύνατοι εἶναι συλλαβεῖν, ἐὰν μὴ ξηρανθῶσι, καὶ ἐπιδήλως ἀφανισθῇ τὸ ὑγρόν. συμβαίνει δ' ἐνίοτε πλεῖον προεῖσθαι καὶ αὐτὴν καὶ τὸν ἄνδρα, ὃ οὐ δύναιντο ἀφανίσαι, καὶ τοῦ ἱκανοῦ. ὅταν οὖν ἀνασπάσῃ μὲν ἱκανὸν, λειφθῇ δὲ πολὺ, τότε λανθάνουσι κυϊσκόμεναι.

Maximè verò illas latet conceptio, quæ negant fieri poſſe vt concipiant, niſi ſicca matrice ſint à coitu: propterea quòd oblatum ſemen manifeſtò non retineatur. At verò tum à muliere, tum à viro emitti plus poſſe ſeminis, quàm quantum aut retrahi valeat, aut requiratur ad conceptionem, obſeruatum eſt. Quare cùm quantum ſatis ſit, attraxerit, multúmque reliquum factum ſit, tum verò neſciunt ſe concepiſſe.

C AE S A R.

ALTERAM cauſſam explicat. Quoniam nonnullæ, inquit, ita cenſent, nequire concipi niſi toto recepto, atque retento ſemine. Falluntur autem: propterea quod ex multo ſemine, quod tam à viro, quàm à muliere proficiſci poteſt, matrix primum nonniſi quantum valet, deinde quantum debet trahere, trahit. Itaque reliquum quod ſuperfluum eſt, negligit pro inutili. Explicuimus autem particulam hanc paulo fuſius: vti commodius percipi poſſet.

Interpretati ſumus ἀφανίσαι *retrahi*: à veſtibulo ſcilicet: & τὸ ἱκανὸν, *quod eſſet ſatis* ad conceptionem.

XXVI. ARISTOTELES.

Ὅτι δὲ τοιοῦτον ἐνδέχεται γίνεσθαι, καὶ οὐκ ἐξ ἅπαντος γίνεσθαι τὸ πάθος, δηλοῖ ὅσα τῶν ζώων ἀπὸ μιᾶς ὀχείας πολλὰ τίκτει, καὶ ἡ τῶν διδύμων γένεσις, ὅταν ἀπὸ μιᾶς γένηται. δῆλον γὰρ ὅτι οὐκ ἐξ ἅπαντος ἐγένετο, ἀλλὰ μέρος τι αὐτοῦ ἔλαβε τόπος, τὸ δὲ περιελείπετο πολλαπλάσιον.

Qvòd autem ita ſit, neque vniuerſo è ſemine conſletur fœtus, ex eo liquet, quòd animalia aliquot vnico initu multa concipiunt: tum autem ex gemellorum generatione, quæ coitu vnico fit, palam quoque eſt. Manifeſtò enim intelligimus non cuncto è ſemine conſtitui: ſed eius portione tantùm retenta in locis, maiorem partem abiectam eſſe ab ſuperfluo.

C AE S A R.

RESPONDET hypophoræ. Dicat aliquis, non videri illud verum: toto nanque è ſemine creari debere fœtum. Negat hoc philoſophus argumento gemellorum: & multiplicis fæturæ, quæ vno initu fit. Signatè enim appellauit matricis τόπον: Latini proprio vocabulo dixere *locos*. In verbo aut περιελείπετο, τὸ περὶ ſignificauit abundantiam: ſic enim dicimus περιουσίαν, vbi plus eſt rei, quàm res exigat. Supra autem monuimus, voce hac πάθος liberè nimis vſum eſſe pro ſubſtantia. Fœtum autem ſic vocat licenter admodum. Sed eſto, euentum fœtus vt ſignificaret. Galenus in quarto de *Officio partium*, de naturæ prudentia loquens, πολλαπλάσιον, inquit, ἀεὶ τὸ γεν-

νῶν ἀπο-

σὺν ἀποτιλεῖ τοῦ μοχθηροῦ. Significat enim exuperantiam. Idem in eodem paulo poſt, πολλαπλάσιον δ' αὐτοῖν τὸ ὑδατῶδες. Sed hîc ſemen pro numeroſo fœtu, ad fœtum ſingulare.

Doctiſſimus vir ita ſcripſit, τὸ ἐξάπαντος ſignificare, *omni pacto*. Non negamus: ſicut τὴν ἀρχὴν: Idque vt euitaret ἀκυρολογίαν τοῦ πάθους pro fœtu. Sed non omnino fœtum ſignificat: ſed euentum & confirmationem fœtus. Neque enim rectè poſſit ſic interpretari quiſpiam. *Quòd autem ita fieri poſſit, idque omnino citra morbum.* Verba enim illa id non ſignificant. Præterea nemo dixerit, morbum eſſe in cauſſa quòd ſemen eijciatur. Nam & prægnantes eijciunt: & quæ non arrigunt ipſæ. Tum autem quid probationis eſſet, multos concipi fœtus vno initu, niſi vellet probare, non ab vniuerſo ſemine fieri quod proijcitur, ſed à parte tantùm? Iiſdem verò omnibus corporis partibus decidere ſemen putabant. Itaque hîc ἐξάπαντος σπέρματος, in ſequenti apoteleſmate, ἀπὸ παντὸς, ita reſpondent. Neque rectè σπερμαίνειν reponendum putat vir ille doctiſſimus, pro σπερμαλίπειν: τὸ περὶ enim maximè confert.

XXVII. ARISTOTELES.

Ἔτι εἰ πολλὰ ἀπὸ μιᾶς ὀχείας γίνεται ὥσπερ φαίνεται ἐπὶ τῶν ὑῶν καὶ τῶν διδύμων ἐνίοτε γιγνόμενα, δῆλον ὅτι οὐκ ἀπὸ παντὸς ἔρχεται τὸ σπέρμα τοῦ σώματος· ἀλλ' ἐφ' ἑκάστου εἴδους ἐμερίζετο, ἀπὸ παντὸς μὲν γὰρ ἐνδέχεται ἀποχωρισθῆναι, καὶ τὸ πᾶν εἰς πολλά· ὥστε ἅμα καὶ κατὰ μέρος ἀδύνατον.

Igitur ſi multiplex fœtus vnico tantùm concipitur initu (id quod tum ſuillo in genere, tum in iis, quæ gemellos aliquando pariunt, ſatis patet) ſanè ſemen ipſum toto à corpore nequaquam proficiſcitur: ſed ità à toto decidi conuenit, ſi in ſingulis formis diſtribuatur: atque inde totum illud in multa partiatur. Neque enim & ſimul, & particulatim poteſt.

CAESAR.

VETVS opinio fuit: animalium ſemen ab omnibus corporis partibus defluere ad generandum. Siquidem multæ rationes ſunt, quæ eò nos compellant: Quæ in primo de *Generatione animalium* ab Ariſtotele, à nobis in libris de *Semine genitali* tum recenſitæ ſunt omnes, tum earum reiectæ aliquot. Hanc autem ſententiam refutat hîc philoſophus, ex ijs, quæ antea propoſuerat, quaſi pro auctario: atque ita argumentatur. Vnico initu plura concipiuntur animalia. Hanc propoſitionem probat à natura ſcrofarum: tum infert: Ergo ſemen non ab omnibus corporis deciditur partibus. Poſt hæc declarat quomodo ſemen ipſum decidatur. Secundum, inquit, formas. Quaſi cùm dicas à cane canem gigni, propter canis formam: non autem propter materiam: quoniam anima tota in toto eſt: à capitis forma, quæ actu in homine eſt, decidi formam capitis in ſemine in potentia: à qua forma capitis, futuri fœtus pars ſimilis dirigatur. Itaque mirificè addit, καὶ τὸ πᾶν εἰς πολλά. *Et totum*, inquit, *illud in multa*: id eſt, forma, quæ eſt vniuerſitas quaſi quædam corporis, in multa miniſtrat materiam, atque partitur. Si enim per formam à cane leo differt, tolli non poteſt, quin per formam canis quoque partes conficiantur. Non eſt igitur neceſſarium vt materia ipſa adſit omnis. Neque enim à materia dependet forma: ſed materia propter formam talis eſt: vt in libris *de Cœlo* diſputatum eſt. Quibus è verbis non pauca, quæ pertinent ad ſpiritum generatiuum capi poſſunt. In fine autem particulæ huius aliquot aſtruit verba, quæ concluſionis quidem loco poſita ſunt: cùm dicit: particulatim excuti non poſſe ſemen: hoc eſt ab omnibus partibus. Verùm breuitas illa Ariſtotelica incluſit etiam argumentum aliud: cùm dixit, ἅμα. Nam vna hæc, præter illam, ratio eſt: non poſſe momento temporis cunctum prouenire, atque conuenire ſemen. Hoc enim eſt ἅμα, *omnes partes*, quod ἀθρόως, id eſt, *cunctum*. Eſt enim Latine *cunctum*, quod olim prima origine fuit *coniunctum*.

Hanc autem Ariſtotelis ſententiam veram eſſe, multis alijs rationibus animaduertimus, quibus hîc neque locus, neque opus eſt. At enimuero probationem hanc videamus: quonam conſilio pro vera admitti poſſit. Sic enim inſtituit. Multa ſimul vnico ſemine generantur, ergo non ab omnibus corporis deciditur ſemen partibus. Atque hoc cùm dixit, non oſtendit præterea concluſionis neceſſitatem. At verò quid? ſi aduerſarius ita dicat: Semen gerit formam vnam per quam & vnum eſt, & vnum futurum id, quod ex eo fiet. At ea in forma vna multæ aliæ formæ ſunt, pectoris, capitis, alui, tanquam trianguli in quadrato. Item harum partium

partes, tanquam linea in ſuperficie, vt forma oculi, coſtarum, inteſtinorum: poſtremò tanquam punctum in linea: ſic carniformium partium formulæ. Sic enim fieri oportet: ne pes hoc ſit, quod caput eſt: néve oculus id quod auris: ne caro ſit quod eſt os. Hanc autem formam, quæ has continet, non propterea compoſitam eſſe. Non eſſe tamen ſimplicem: ſolus enim Deus ſimplex eſt. Eam igitur formam, quoniam corporis non ſit, ne partiri quidem poſſe: ſecundum autem materiam in qua eſt, partiri quodammodo, quod appellant *per accidens* Philoſophi: at ſine detrimento poſſe. Quoniam tota in toto eſt, & tota in quauis parte. Reciſa enim manu, tolli formam qua manus erat: at non tolli formam qua manus eſſe poſſit. Tota enim adhuc forma integra quidem relicta eſt. Quare è ſeminis portione quæ capiti formando deſtinata eſt, fieri portiones poſſe duas: atque inde gemellos confici: tota enim in qualibet parte eſt. Quare ſententia Philoſophi, qua cenſet non quauis è corporis parte quanlibet partem ſeminis decidi, vera eſto. Probatio autem hæc, ſi ſola ſit, nihil ſanè cogat.

XXVIII. ARISTOTELES.

Ἔτι ἡ γυνὴ προΐεται εἰς τὸ πρόσθεν τοῦ στόματος τῶν ὑστερῶν, οὗ καὶ ὁ ἀνὴρ, ὅταν πλησιάσῃ. ἐντεῦθεν γὰρ σπᾷ τῷ πνεύματι, ὥσπερ τοῖς στόμασιν ἢ τοῖς μυκτῆρσιν. πάντα γὰρ ὅσα μὴ ὀργάνοις προσάγεται, ἢ σύμφυσιν ἔχει ἄνωθεν κοῖλα ὄντα, ἢ πνεύματι ἕλκονται ἐκ τούτου τοῦ τόπου. διὸ ἐπιμελοῦνται ὅπως γένηται ξηρὸς, ὥσπερ πρὶν τοῦτο συμβαίνειν.

Præterea fœmina prorſum in matricis os ſemen proijcit: quem in locum etiam vir ipſe, quo coït tempore. Inde namque trahit ſpiritu, quaſi bucca, aut naribus. Quæcunque enim nullo admonentur inſtrumento, aut natura trahuntur ſurſum in caua loca, aut ſpiritus vi, ſicut ex hoc loco. Quo fit vt obſeruent mulieres, vt ne locus ſiccus ſit, quemadmodum antea, quàm coirent.

CAESAR.

COMMENTARIVS in hoc apoteleſma iniuria temporis perijt. Nam cùm ciuilibus tumultibus plebs efferata in Scaligeri domum irruiſſet, vt ex ipſius hæredum incommoditatibus ſua pararet commoda, ſurrepta omni pretioſa ſuppellectile, direpto ſuburbano prætorio: bibliotheca quæ magno conſtabat, magno librorum in omni diſciplinarum genere numero referta, eandem experta eſt calamitatem. Opera autem ipſius quæ multa erant, & multis vigilijs elaborata, maximo & literariæ Reipublicæ, & bonorum incommodo, barbarorum manus non effugerunt. Ex tanto naufragio quaſdam tabulas, quæ tanquam ſcopæ diſſolutæ huc & illuc miſerè iacebant, Siluius filius paternæ memoriæ ſtudioſus collegit, ne diutius hoc bono poſteritas careret, néve labores tanti viri merito ſuo fraudarentur. Dolendum tamen, pro ingenti theſauro has paruas reliquias exhiberi. Scio quoque doctos & hanc particulam huius operis deſideraturos: ſed hoc malum deplorare quidem facile: at quod ipſi remedium adferat perquirere, difficile.

XXIX. ARISTOTELES.

Πέφυκε δὲ οὕτως ἡ ὁδὸς, δι' ἧς ἔρχεται, τῶν γυναικῶν· ἔχουσι καυλὸν, ὥσπερ καὶ οἱ ἄνδρες τὸ αἰδοῖον· ἀλλ' ἐν τῷ σώματι ἀποπνέουσι διὰ τούτου μικρῷ τινι πόρῳ ἀνωτέρῳ, ᾗ οὐροῦσιν αἱ γυναῖκες. διὸ καὶ ὅταν ὀργῶσιν ἀφροδισιασθῆναι, οὗτος ὁ τόπος οὐκ ἔχει ὁμοίως καὶ πρὶν ὀργᾶν ἀπὸ δὲ τούτου τοῦ καυλοῦ γίνεται ἔκπτωσις, καὶ τὸ ἔμπροσθεν τῆς ὑστέρας πολλῷ μεῖζον, ἢ καθ' ἣν εἰς ἐκεῖνον τὸν τόπον ἐκπίπτει. ὅμοιον δ' ἐστὶ τοῦτο κατὰ τοῦτο ταῖς ῥισί. καὶ γὰρ αἱ ῥῖνες ἔχουσιν εἴσω εἰς τὸν φάρυγγα πόρον τινὰ, καὶ εἰς τὸν ἔξω ἀέρα· οὕτω καὶ οὗτος, καὶ ἔξω ἔχει πόρον μικρόν τι πάνυ καὶ στενὸν, ὅσον πνεύματι ἔξοδον· τὸ δὲ εἰς τὸ πρόσθεν τῆς ὑστέρας, εὐρύχωρον, ὥσπερ,

Comparauit autem natura viam in mulieribus, qua ſemen egrediatur, ad hunc modum. Colem enim habent, quemadmodum viri penem. Sed in ore ipſo per illum reſſant puſillo meatu, cuius ſitus paulò altior eſt, quàm is quo vrinam reddunt. Quo fit vt ea pars aliter ſeſe habeat, cùm illa in venerem incitantur, quàm cùm non appetunt. Ab hoc igitur cole fit ſeminis caſus. Anteriorem autem matricis regionem natura multo conſtituit maiorem, quàm is ſit meatus, per quem illum in locum excidit. Eſt autem id ſimile naribus hac in parte. Nares enim meatum quendam habent peruium, tum in guttur, tum in aërem extrorſum. Eodē modo & in matrice meatus eſt paruus admodum, & perangustus: quippe quantum ſatis ſit ad ſpiritus exitum. Anteriorem autem matricis locum latum ac ſpacioſum: quem-

ὥσπερ αἱ ῥῖνες τὸ εἰς τὸν ἀέρα μείζω τὸ εἰς τὸ στόμα καὶ φάρυγγα. ὁμοίως δὲ καὶ αἱ γυναῖκες μείζω τὸν εἰς τὸ ἔμπροσθεν τῶν ὑστερῶν πόρον ἔχουσι, καὶ εὐρυχωρότερον τὸ ἔξω. ὅτι συμβάλλεται, εἰς τοῦτο ποιεῖ τῶν αὐτῶν παθημάτων, ὅτι καὶ ἡ γυνὴ γόνιμον προΐεται.

admodum nares quoque latiores ſunt, qua parte ad aërem flant, quàm qua reflant ad os & guttur. Ad eum modum mulieres quoque eam viam, qua ad matricis anteriorem locum pertinet, habent maiorem & ampliorem, quàm eam quæ foras tendit. Quodcunque autem hunc in locum conijcietur, ſimiles efficiet effectiones, propterea quòd mulier ipſa quoque prolificum iacit ſemen.

C AE S A R.

QVOD ait Galenus in XIV. de *Officio membrorum*, hîc ſcribit Ariſtoteles: colem habere mulieres: ſicut & viri penem habent: ſed contrario modo. Liber autem is, qui de *Viuorum diſſectione* inſcribitur, falsò Galeno attributus, feſtiue admodum matricem comparat ad virilia, quaſi ſigillum ad ceram. Ergo cum deſcripſit ſuprà motum, modúmque ſeminis, declarat loci atque inſtrumentorum habitudinem. In hac autem parte quatuor obſeruanda ſunt. Primùm, cùm matricis attractionem comparat naribus. Quoniam vnde ſemen prodit, ea ſemita ſit anguſta. Is autem locus in quem recipitur, longe laxiore ſinu eſt, ſicut in naribus id, quod ad aërem proſtat, amplius eſt. Quod ad guttur, aut ad os pertinet, tubulis anguſtis aërem receptum reddit. Si redditur ſemen per anguſtum, attrahitur per latum. Sicut aër in naribus redditur per anguſtum, recipitur per laxiora.

Alterum eſt, quod legimus: *meatum anguſtum*, ὅσον πνεύματι ἔξοδον. Valde vereor ne σπέρματι legendum ſit. Neque enim ſolùm ſpiritum emittunt: ſed etiam, vt hîc ait, γόνιμον. Et licet dicat ἐκπνεῖν: non tamen πνεῦμα, ſed etiam σπέρμα. Tertium quod ait, concurſum ſeminum efficere conceptionem, quam hic & alibi appellat πάθημα. Intelligamus non momentum temporis in ſeminis iactu, vt mox etiam declarabimus, ſed modica interualla. Quartum cùm dicit, mulieris ſemen genitale, prolificum eſſe, ac facere ad generationem: debemus admirari. Pernegat enim hoc in libro primo de *Generatione Animalium*: vbi fœtum aſſeuerat confieri ex virili ſemine, ac menſtruo ſanguine. Sed magis etiam debemus admirari eius obſtrigillatorem hac præſertim in parte, Galenum hoc non animaduertiſſe: cùm eum hanc ob cauſſam inſectaretur. Conciliator autem retur Philoſophum non ex animi ſui ſententia iudicâſſe: ſed ſecundum antiquorum opinionem locutum: nullâ aliâ habuit excuſationem. Ij vero qui vni cuipiam adeo addicti ſunt, vt obliuiſcantur ſui, negant propterea hunc eſſe Ariſtotelis librum: neque enim in illum virum erroris quippiam cadere poſſe credidere. At nos ſuper hac re abunde admodum, ac luculente diſputauimus, in tertio libro de *Semine genitali*.

Interpretati ſumus, εὐρύχωρον, εὖρυν, *latum ac ſpatioſum*. Εὖρυν, *laxum* ſignificat: quo ſcilicet in loco facile quippiam diffluere, ac diffundi poteſt: tractum ab alueis fluuiorum. Animaduertamus quemadmodum variat in locutione. Supra dixit ἔχει τοῦτο: cùm tamen dixerit καυλόν. Et paulò poſt. Ὅμοιον δ᾽ ἐστὶ τοῦτο κατὰ τοῦτο: & nunc dicit, ὥσπερ καυλὸς. Sic mutauit & Plato genus in decimo de *Legibus*. Ψυχὴν δ᾽ ἑταῖροι ἠγνοηκέναι κινδυνεύουσιν ὀλίγου ξύμπαντες οἷόν τε ὂν τυγχάνει καὶ δύναμιν ἔχει. Alius dixiſſet οἷά τε οὖσα: ille Philoſophicam vocem maluit.

Correximus ſic: Μείζω τὸ εἰς τὸ ἔμπροσθεν τῶν ὑστερῶν. Πόρον ἔχουσι, καὶ εὐρυχωρότερον τὸ ἔξω: quod erat τὸ ἔξω. Comparat enim ſinum interiorem, qui anteriori adiacet: (is enim eſt, ὁ εἰς τὸ ἔμπροσθεν) ad colem, qui eſt exterior. Igitur niſi ita emendes, contradicet ſibi: neque vlla fuerit comparatio. Cum vtrunque ſimul maiorem faceret.

XXX. ARISTOTELES.

Τὰ δ᾽ αὐτὰ αἴτια ταῦτα συμβαίνει. καὶ γὰρ ὡς ἡ νόσου, ἢ θανάτου δοκεῖ ἑτέρου τὸ αἴτιον, θεωροῦσι τὸ τελευταῖον ἐπὶ τὰς ἀρχάς· ὃ δεῖ ὁρᾶν. ταῖς μὲν γὰρ ταῦτα αἴτια τὰ πρῶτα, ταῖς δὲ, οὐδέν· τῶν δὲ, τὰ μὲν, τὰ δὲ, οὔ. ἀποδίδωσιν οὖν κατὰ λόγον καὶ τὰ

HAec autem eaſdem conſequantur cauſſas. Quas cauſſas, qui aut ad morbum, aut ad mortem referunt in alterutro: id, quod poſtremum eſt, loco principij contemplantur. Hoc autem animaduertere operaprecium eſt. Etenim in quibuſdam, principia ipſa in cauſſa ſunt: in alijs autem, nulla: in aliquibus autem, partim inſunt ſic, partim non ita. Quare contingit eas affici ſecundum proportionem:

καὶ τὰ ἀποβαίνοντα· καὶ τοῖς μὲν, διὰ πάντων συμβαίνει διελθεῖν τῶν αὐτῶν παθημάτων· τοῖς δὲ, διὰ πολλῶν, οἷς πολλά· τοῖς δὲ, δι' ὀλίγων· τοῖς δὲ, δι' οὐθενός, ὅσοις μηδέν. ὅσα δὲ πνεύματι, πάντα ἰσχύϊ ἐργάζεται. ὥστε δῆλον ὅτι καὶ τὸ σῶμα σπαστικὸν τὸ τῆς τοιαύτης.

ſiquidem nonnullæ patiuntur omnes affectiones: quædam magnam partem, quibus magna cauſſa eſt: aliæ paucas: aliæ autem nihil penitùs: quibus nulla eſt cauſſa. Spiritu autem quæ agunt, vi id efficiunt. Quare matricis eiuſmodi corpus facultatem obtinet attrahendi.

C Æ S A R.

CONCLVDIT ſic: ſeminis caſum vtrinque aut concordem, aut diſcordem, in cauſſa eſſe aut fœcunditatis, aut ſterilitatis. Tum moderatur fœcunditatem, in multam, & mediocrem. Etenim ſecundum certam proportionem euenire aut ſic, aut aliter. Remouet autem quorundam ſententiam, qui huiuſce rei cauſſam referebant ad morbum, aut ad mortem: atque reddit rationem, quare non rectè ſentiant. Neque enim, inquit, probè aſſignant euentum, pro cauſſa. Euentus enim eſt, quod hîc appellat τὸ πλεῖστον: cauſſa autem quas vocat ἀρχάς. Neque enim morbus, aut mors fœtuum, in cauſſa eſt, quominus concipiatur: ſed ſeminum diſcordia, ex qua morboſus conceptus fit, ac moritur tandem. Eſt autem pars hæc moroſiſſima breuitate preſſa, atque inculcata certis quaſi minutis numeris, ac potius vinculis Atticiſmorum, qui ægrè Latina modeſtia repræſentari poſſunt.

XXXI. ARISTOTELES.

Ἔτι δὲ ἐνίοτε γυναιξὶ καὶ ἐξονειρωξάσαις, καὶ ἀνθρώποις ἀφροδισιάσασι, συμβαίνει ῥᾳστωνοτέροις εἶναι, μὴ ἰσχύϊ, ἀλλ' ὑγιείᾳ. γίνεται δὲ τοῦτο, ὅταν πολὺ τὸ σπέρμα ᾖ ἠθροισμένον ἐπὶ τὸν τόπον, ὅθεν προΐεται. ἐὰν οὖν τότε ἀπέλθῃ, οὐδὲν ἀσθενέστεραι γίνονται. οὐ γὰρ ἀεὶ ἐκλύονται ἀπελθόντων, ὅταν ἱκανὰ ᾖ τὰ λειπόμενα· οὐδ' ἂν εἰ ἐκεῖνα ἄχρηστα ᾖ ἅμα καὶ ῥάω, οἷον πλησμονῆς ἀπαλλαγέντα· διὸ οὐκ ἰσχύϊ ῥᾳστότεραι, ἀλλὰ κουφότητι γίνονται. ἀλλ' ὅταν ἀπὸ τοσούτων ἐπίῃ, ὧν τὸ σῶμα δεῖται, τότε ἀσθενεστέρας ποιεῖ· παύεται δὲ ταχὺ, ὅταν συνῇ·

*Euenit autem interdum tum mulieribus nocturna venere, tum viris, ſi coitu exonerati ſint, melius habeant, non robore, ſed valetudine. Id quod fit propter ſeminis coagmentati copiam eo in loco, vnde emitti conſueuit: quippe inde ſemine exeunte, nihilo fiunt imbecilliores. Neque enim tunc exoluuntur: cùm adhuc relinquitur, quod ſit, & ſatis, & vtile, & facile ad habendum: quippe ſuperfluis partibus exoneratum. Itaque non robore, ſed leuitate fiunt habiliores. Verùm ſi ex iis, quorum corpus indiget, quicquam ademptum ſit, imbecilliores fiunt: * quanquã affectus ille cito tollitur, vbi tantundem repoſitum ſit.*

C Æ S A R.

DVBIVM me diu locus hic tenuit. Videbam enim ſequentia ſuperioribus minimè conuenire. Quare cùm multum animi penderem, neque integrũ eſſet, quid hac in re tam ancipiti deberem agere, fluctuantem, ac hæſitantem amicus tuus vir doctiſſimus, BRIANDE VALLEA, erexit, & confirmauit. Qui cõprobato meo iudicio, mentéque Ariſtotelis probè examinata, effecit vt auderem hoc apoteleſma ordini ſuo reſtituere. Quare id, quod initium ſexti Capitis faciebat, & hoc in ipſius locum ſubſtituto, non temerè, nec abſque ratione huc tranſtulimus. Ad commentationem igitur accedamus.

Poſt enumeratas cauſſas ſterilitatis, oſtendit nunc ſeminis affectiones, à quantitate, & ab exitu. Cum enim ſuperflua res ſit ſemen, vt in libro de *Generatione Animalium* primo, ſecundo, & quarto declaratum eſt, neceſſariò incitatur natura ad id expellendum: neque ſolùm in ſomnis, vt hîc ſtatuitur: ſed etiam vigilando. Vnde fit morbus quem Græci γονόῤῥοιαν vocant. Ponit deinde affectionem conſequentem: profluuium nocturnæ veneris. Leuiores, inquit, ſunt, & ſaniores, non tamen fortiores. Itaque athletæ olim fuerunt aliquot, qui roboris gratia ab vniuerſo vſu veneris abſtinuêre. Hoc dicit Galenus multis in locis. De vtilitate autem ſeminis emittendi, ſatis locutus eſt Hippocrates in libro de *Virginum morbis*. Galenus autem multis in locis ſcitè: vt in tertio *Artis*: inuerecundè autem nimis, & pluſquam Græce, in ſexto de *Locis malè affectis*.

Multa autem hîc animaduertenda ſunt: breuiſſimè enim atque obſcuriſſimè hîc locutus eſt

Principio dixit, tam viris quàm fœminis euenire, ne quis dubitaret. Deinde pudentem fecit, qui virorum coïtum nominauit, fœminarum tacuit: ſed nocturnam tantùm innuit pollutionem. Tertiò cum dixiſſet, fieri valentiores: id enim εὐρωστον ſignificat: ſubdidit, non robore, ſed ſanitate. Quartò vult ſemen conſeruari in loco, vnde emitti ſolet. Ne quis ſuſpicetur, vndecunque velit, emitti poſſe: quaſi è venis: ſed è vaſis, quò concurrit. Quintò, reddit cauſſam, quare nihil noceat. Quoniam, inquit, excrementum ſuperfluum tantummodo abeſt: neceſſarium, retentum eſt. Probat hanc demonſtrationem ſic. Natura non facilè amittit ea, quorum opus habet. Facile autem amittitur ſemen id, quod ſine coïtu exit ſponte. Igitur non eo opus habet: inutile igitur eſt. Nihil ergo eorum tollitur, quæ pertinent ad ſanitatem. Tum dicit relinqui certam portionem: cuius ponit triplicem rationem: quantitatis, cùm dixit, *ſatis*: & finis, cùm dixit, *vtile*. Expellitur enim, aut quod nimium, aut quod lædens. Ponit tertio conſequentem a hi s affectionem: *facile*, inquit, *ad habendum*. Ponit rationem facilitatis ſtatim cùm dicit, *exoneratum eſſe partibus ſuperfluis*. Sic facile retinetur. Quoniam muſculi retinentes non laborant: non enim diducuntur præ onere. Poſtremò dicit, tolli langorem cito: ὅταν συνῇ: obſcuriſſimis verbis. Nos τὸ συνιέναι, ad noui concurſum ſeminis retulimus: nam aliter non videbamus quid conduceret orationi. Breuitas quoque moroſa in illis verbis eſt: οἷον πλησμονῆς ἀπαλλαγέντα. Nos ad ſemen retulimus, quod eximatur. Ille fortaſſe intelligat de animantibus, quæ à plenitudine liberantur. Sed cùm diceret, ἄχρηστα καὶ βάρη, ſemen profectò indicabat. Cùm ſubdit ἀπαλλαγέντα, ſpeciem hypallages commiſerit more ſuo.

Quæramus igitur: ſi ſuperfluum tollitur, neque ſanitati nocetur, & leuiores ſumus: quid conferat ad robur, ſi retineatur? Quoniam id caloris, quod amittitur, deſtitutos relinquit neruos: ex neruorum enim intentione conſtat robur. Laxiora enim fiunt coïtu corpora. Itaque tum primum pili oriuntur, & frequentiores tandem defluunt: Et ſudor conſequitur, & horror, atque alia quæ in libro ſexto de *Semine genitali*, ſunt à nobis commemorata.

Incepit hanc commentationem per ὅτι: ita etiam inferiùs. Et Galenus integros libros de *Tuenda ſanitate* hoc orationis contextu continuauit. Ita quoque auſpicatus eſt librum *Phyſiognomicôn* Ariſtoteles.

Quoniam autem dixit εὐρωστοτέρους, quod robur ſignificabat, iccircò valetudinem præſcripſit his verbis: μὴ ἰσχύϊ, ἀλλὰ ὑγιείᾳ. Appellat autem ſemen ἄχρηστον, quoad vitam: βάρος autem, quoniam oneri eſt. Duriſſimo prætereà vocis flexu vſus eſt, & vaſtiſſimo, ἐξονειρωξάσαις.

XXXII. ARISTOTELES.

Εἰσὶ δέ τινες αἳ πάσχουσί τι τοιοῦτον, ὃ καλοῦσιν ἐξανεμοῦσθαι. δεῖ δὲ καὶ τοῦτο μὴ πάσχειν. ἔστι δὲ τὸ τοιοῦτον πάθος, ὅταν συγγένωνται τῷ ἀνδρί, οὔτε προΐενται δῆλον τὸ σπέρμα, οὔτε κυΐσκονται· διὸ καὶ καλεῖται ἐξανεμοῦσθαι. αἴτιον δὲ τοῦ πάθους ἡ ὑστέρα, ὅταν ᾖ λίαν ξηρά. ἑλκύσασα γὰρ πρὸς αὑτὴν τὸ ὑγρὸν, ἀφίησιν ἔξω. τὸ δὲ, καταισχναίνεται, καὶ μικρόν τι γενόμενον ἐξ αὐτοῦ ἀπέπεσέ τε, καὶ ἔλαθε διὰ μικρότητα ἐξιόν. καὶ ὅταν μὲν τοῦτο σφόδρα πάθῃ ἡ ὑστέρα, καὶ γίνηται ὑπερξηρος, ταχύ τι ἀπέβαλε, καὶ ταχὺ δῆλον γίνεται ὅτι οὐ κύει. ἐὰν δὲ μὴ σφόδρα ταχέως ταῦτα ποιῇ, ἐν τῷ μεταξὺ χρόνῳ δοκεῖ κύειν, ὃ ἂν ἔχῃ αὐτὴ πρὸς αὑτὴν, ἕως ἂν ἀποβάλῃ· καὶ ὅμοια συμβαίνει ταχὺ ταύταις πάθη, οἷα τῇ ὀρθῶς κυούσαις· καὶ ἐὰν γίγνηται πολὺς χρόνος, αἴρεται ἡ ὑστέρα· ὥστε φανερῶς δοκεῖ κύειν, ἕως ἂν ἀποπέσῃ. τότε δὲ ὅμοια ἐγένετο, οἷα πρότερον ἦν. αἰτιῶνται δὲ τοῦτο τὸ πάθος εἰς τὸ δαιμόνιον. ὃ ἔστι θεραπευτὸν, ἐὰν μὴ φύσει τοιαύτη ᾖ σφόδρα πάσχουσα τὸ πάθος. σημεῖον δὲ τὸ μὴ τοιαύτας εἶναι, ἐὰν φαίνωνται μὴ προΐεμεναι, ὅταν λάβωσι παρὰ τοῦ ἀνδρὸς, καὶ μὴ συλλάβωσι.

Canendum eſt, mulieres ne patiantur id, quod quibuſdam euenire ſolet. Hoc appellant Græci, ἐξανεμοῦσθαι: *Latini* fruſtrari. *Fit autem vbi in coitu neque proijciunt quicquam, neque cõcipiunt: vnde & nomen* fruſtrationis *comparatum eſt. In cauſſa eſt matrix, quæ admodum arida ſit. Ea enim ita affecta attractum ad ſeſe humorẽ emittit foras. Is tũ humor attenuatur præter modum, atque puſillum fit: tum dilabitur, neque ſentitur, propter exiguitatem. Igitur matrix, ſi vehementer ac ſupra modum ſicca ſit, celeriter ſemen abigit: citóque palam fit, fœminam non concepiſſe. Quòd ſi non valde feſtinat ad eijciẽdum, tantiſper videtur vterum gerere, ſi eius tumor cum priore ſtatu comparetur, donec abijciat. At interea ſanè iiſdem affectionibus affliĉtantur, quibus ea quæ verè vterum gerunt. Tum autem ſi plus temporis adijciatur, intumeſcit vterus adeò, vt apertè concepiſſe, quoad excidat, videantur. Ibi verò redit ad priſtinũ ſtatum ſuum. In ea igitur ſentẽtia ſunt mulieres: hoc numinis cuiuſpiam euenire poteſtate. At id eſt aliquando medicabile: quippe eo morbo ſuapte natura mulier ſi non afficiatur. Animaduertimus autem carere hoc morbo eas, quæ iaciente ſemen viro, ipſæ nullum iaciunt: quo fit vt ne concipiant quidem.*

CAESAR.

CÆSAR

QVEMADMODVM de ouis irritis infrà dicturus eſt: ſic nunc oſtendit irritam quoque in mulieribus affectionem: quam ſicut oua à vento ὑπηνέμια, ita ἐξανεμοῦσθαι eadem vocis origine dixerunt Græci. Simul hoc ſubnectit propter ſimilitudinem: ſimul oſtendit aliam à prioribus cauſſam ſterilitatis. Fit autem, cùm in coitu mulieres fruſtrantur, atque inanem matricem referunt. Sic nanque nos ἐξανεμοῦσθαι interpretati ſumus. Neque enim prudens interpres, ita ſequi debet alienæ linguæ illecebras, vt decorum amittat ſuæ. Sic enim ἀξίωμα, *proloquium* potiùs Cicero, quàm *dignitatem*, vt barbari recentiores: Nos *ſententiam*: hoc enim eſt ἀξιοῦν. Quoniam igitur matrix fœtu debuit compleri: at vacua relicta eſt: ab ea inanitate, de vento nomen impoſuêre. Fruſtrationis autem huius vnam tantùm cauſſam aſſignauit: matricis ariditatem. Ea ſi ſit vehemens, attractum ſemen eijcit: neque enim humorem rei vehementer ſiccæ adhærere poſſe. Sic videmus adianti, aliarúmque rerum ſiccas ſuperficies aquam reſpuere: veluti fœniculi muſcaria, atque ipſa oſſa. Tum, præter hæc exempla, videmus parieti arido quæ adhæſerint humoris guttæ, eas pendulas non prolabi, niſi humeſcentem nactæ ſint partem, in quam procurrant: vt de muræna prodidêre, cuius arida ſole cutis aquã non admittit. Sic in octauo *Hiſtoriarum*, marinæ teſtudines areſacta teſta nequeunt mergi. Quanquam ſententia hæc vniuerſali plenáque veritate fulta eſſe nequit. Multa enim ſicca ſunt, quæ iccirco ebibũt humorem: vt pumex, calx, lateres: quædam non item, vt puluis, & res quæ neruo conſtat: qualis matrix eſt. Itáque in gurgulione valde areſacto manifeſta ratio eſt. Nam liquidi ſi quid deglutiunt, non paulatim prolabitur: ſed ab ſummo ad imum cunctum cadit, ac ruit potiùs. Sic in corio videmus aquam commeare, ac ludere in guttulas quaſdam coactam. Sin erit minùs ſicca: minùs eijciet cito, præbebitque tandiu ſpeciem tumoris, atque grauitatis, quandiu retinebit ſemen. Addit deinde delicias muliebres: quæ ad numinis iram olim, nunc etiam ad certas præfinitáſque poteſtates eius, morborum genera referunt. Eos autẽ morbos qui immedicabiles exiſtimãtur, tũ ab antiquis, tũ à noſtratibus mulieribus, dijs immortalibus attribui cõſueuiſſe, & vulgo cõſtat, & ab Hippocrate proditum eſt in libro de *Virginum morbis*. Quanquam autem hanc ſolam cauſſam caſus ſeminis ſtatuit Ariſtoteles: tamẽ hoc facit propter illud quod appellabat, ἐξανεμοῦσθαι. At vero quamplurimæ cauſſæ ſunt, ab ipſa matrice laxitas: ab ijs quæ intus ſunt, humor mucoſus, acer, acidus. A natura ſeminis, quantitate, qualitate. A cauſſis, quas Græci προκαταρκτικὰς vocant, frigore, aut calore, aut eiuſmodi. A morbis, tam matricis, quàm corporis. Tum autem vtriuſuis ſeminis, aut etiam vtriuſque, atque alijs talibus. Optime autem dixit, attenuationem, & paucitatem, cauſſas eſſe exitus, atque caſus ſeminis: contrarium eſt enim magno paruum: craſſo autem tenue. In fine oſtendit aliam cauſſam non concipiendi: ſterilitatem ſcilicet ex ſeminis defectu. Quare ſteriles quidem ſunt: οὐκ ἐξανεμοῦνται δέ.

In Codice mendum eſt, πάσχουσι τὸ πάχος, Nam quid eſſet tandem fæminam affici eo, quod afficitur? πάθος igitur repoſuimus.

Doctiſſimus vir amicus tuus ex Suida ἐξανεμοῦσθαι exponit ἐπαίρεσθαι, quaſi *inflari*. Itaque tollitur matrix αἴρεται ἡ ὑστέρα. Sed, vt irrita dicuntur oua ὑπηνέμια: ita nos hoc *fruſtrari*, rationem ſimilem ſecuti. Itaque Plato in *Theateto*, ἀνεμιαῖον καὶ ψεῦδος, *vanum*, inquit, *& falſum*. Ariſtoteles in ſexto *hiſtoriarum*, de equabus ſic ait. λέγονται δὲ καὶ ἐξανεμοῦσθαι περὶ τὸν καιρὸν τοῦτον. διὸ ἐν Κρήτῃ οὐκ ἐξαίρουσι τὰ ὀχεῖα ἐκ τῶν θηλειῶν. ὅταν δὲ τοῦτο πάθωσι, θέουσιν ἐκ τῶν ἄλλων ἵππων. ἔστι δὲ τὸ πάθος ὅπερ ἐπὶ ὑῶν λέγεται τὸ καπρίζειν. θέουσι δὲ οὔτε πρὸς ἕω, οὔτε πρὸς δυσμάς. ἀλλὰ πρὸς ἄρκτον ἢ νότον. ὅταν δ' ἐμπέσῃ τὸ πάθος, οὐδένα ἐῶσι πλησιάζειν, ἕως ἂν ἢ ἀπείπωσι διὰ τὸν πόνον, ἢ πρὸς θάλασσαν ἔλθωσι. τότε δ' ἐκβάλλουσί τι. καλοῦσι δὲ καὶ τοῦτο, ὥσπερ ἐπὶ τοῦ τικτομένου ἱππομανές. ἔστι δὲ οἷον ἡ καπρία. Ex quibus verbis quid ſit ἐξανεμοῦσθαι licet intelligere. Poëta dixit *equas vento grauidas* fieri: Gaza *euentari* nouo, vt ſolet ſæpenumero, vocabulo. Non igitur *tolli vterum*, vt Suidas nimis grammaticè exiſtimauit: ſed vt in equabus fit, *retinere ſemen* incondite coctum, quod paucos poſt dies eijciant: nam ab equabus tractum. Illæ quod pariunt non eſt maius ouo: quare non tollitur venter: neque hic tollitur matrix. Philoſophus quoque in ſeptimo *Hiſtoriarum*, cum ait: πολλάκις πνευματικῶν γενομένων ἐμφυσᾶται τῇ ὑστέρᾳ, vim τοῦ ἐξανεμοῦσθαι declarat. Idem enim voluit dicere.

CAPVT

CAPVT QVARTVM,

Alia matricis impedimenta: conuulſio, ignei calores, & tubera in ipſius ore: morbus, cùm matricis ora coaluere. Concurſus ſeminis viri & mulieris neceſſarius ad generandum.

XXXIII. ARISTOTELES.

Κωλύονται δὲ, καὶ ἐὰν σπάσμα ἔχωσιν αἱ ὑστέραι. γίνονται δὲ σπάσματα ἐν ταῖς ὑστέραις ἢ φλεγμασίᾳ, διατεινομένης τῆς ὑστέρας· ἢ ἐν τῷ τόκῳ, πληρώματος πολλοῦ ἐξαπίνης ἐπιπεσόντος, καὶ μὴ ἀνεῳγμένου τοῦ στόματος· τότε ὑπὸ τῆς διατάσεως γίνεται σπάσμα. σημεῖον δὲ τοῦ μὴ ἔχειν σπάσμα, ἐὰν μὴ φαίνηται εἰς φλεγμασίαν ἀφικνουμένη ἐν τοῖς αὑτῆς ἔργοις ἡ ὑστέρα. ἔχουσα γὰρ σπάσμα, φλεγμαίνοι ἄν ποτε.

Alia quoque matricis impedimenta ſunt. Inter quæ conuulſio magnoperè lædit. Item ignei calores, quos Græci φλεγμασίας vocant. Quoties diſtenditur matrix: aut quoties in locum confluxerit de repentè magna humoris copia: neque aperitur os: Tunc enim ex diſtentione conuellitur matrix. Poſſumus autem cognoſcere non conuelli matricem, cùm illam obſeruamus nullo igneo calore incendi. Id quod ex vſitatis eius functionibus patebit Etenim ex conuulſione aliquando incenſio illa ſequi poteſt.

CAESAR.

NVnc agit de abſceſſibus, quibus infeſtatur matrix: quominus officio ſuo fungi poſſit. Quæ omnia etiam apud Hippocratem inuenies in libro *de ſterilitate*. Valde autem ſubtiliter examinanda verba ſunt hæc. Neque enim conuulſio ex incendio tantum oritur: neque incendium ex conuulſione ſola. Et tamen reciprocat ipſe orationes, ſic. Ex diſtentione conuellitur matrix. Non conuellitur ſi non incendatur. At verò non eſt ſignum neceſſarium, neque è cauſſa neceſſaria: matricem carere conuulſione, ſi non ſit calore igneo incenſa. Ideo dixit, φλεγμαίνοι, non autem φλεγμαίνει: quaſi in modo nihil affirmante. Et addit ἄν, qua particula, in præſentia emolliret orationis neceſſitatem: item aliam particulam, ποτέ: ob eandem cauſſam. Apponit etiam cauſſam incenſionis: quoniam non reſpiret occluſo ore: ſi plurimus eò confluat humor Id quod ex Galeno multis in locis colligemus: putreſcere humores, vbi per arterias non reſpiretur. Ex his igitur intelligimus, & morbos, & ſigna, & cauſſas. Notabíſque Philoſophum σπάσμα, non σπασμὸν dixiſſe.

XXXIIII. ARISTOTELES.

Ἔτι δὲ ἐὰν φῦμα ἐπὶ τοῦ στόματος ᾖ, πολλὰ ἑλκωθέντος, ἐμποδίζει πρὸς τὰς συλλήψεις. σημεῖον δὲ καὶ τοῦ ταῦτα μὴ ἔχειν, ἐὰν φαίνηται ἀνεῳγμένη καλῶς ἡ ὑστέρα, καὶ συμμύουσα, ὅταν γίνηται αὐταῖς τὰ γυναικεῖα, καὶ αἱ πρὸς τὸν ἄνδρα χρήσεις.

Item tubera matricis os ſi occupauerint, atq; ipſum vlcerum frequentia vitioſum ſit, impedimento erit, ad concipiendum. Intelligimus autem vacuam eſſe ab his impedimentis matricem, ſi propè aperta ſit, ſi conniuet, poſtquam menſtrua ſunt ſoluta, ſiue cùm copiam ſui fecit viro.

CAESAR.

CONNVMERAT abſceſſus, propter quos matricis muſculi auertantur à munere obeundo. Qui muſculi ſi ſunt vitioſi, non vtuntur commodis motibus ad conceptionem. Dixit φύματα: ſignificat autem tumores agnatos: vt puſtulas, tubera, verrucas, atque alia eiuſmodi. Statuit ſecundo loco ſigna valetudinis, quæ obſeruantur ſic. Apte apertam eſſe matricem decet. Hoc ſcilicet: tum autem, non contrahi, vt ſuperiùs dicebat, neque hiare. Illud enim in cauſſa eſt, ne quid amittat, aut admittat. Aliud argumentum à tempore menſtruorum, quibus ſolutis occludi debet. Indicium enim eſt, & expuliſſe quod nolebat, & retinere, quod vſui futurum ſit. Id quod etiam à coïtu euenire neceſſe eſt.

XXXV. ARISTOTELES.

Ἔτι ἐϛὶν αἷς πως τὸ ϛόμα συμφύεται, ταῖς μὲν ἐκ γενετῆς, ταῖς δὲ διὰ νόσον. γίνεται δὲ τοῦτο καὶ ἰατὸν, καὶ ἀνίατον. οὐ χαλεπὸν δὲ τοῦτο γνῶναι, ἐὰν ᾖ. οὐ γὰρ οἷόν τι οὔτε λαμβάνειν οὐδὲν ὧν δεῖ, οὔτε προΐεσθαι. ἐὰν οὖν φαίνηται καὶ δεχομένη παρὰ τοῦ ἀνδρὸς, καὶ ἀφιεῖσα, δῆλον ὅτι κἂν ἔλεγχος εἴη τῷ πάθει.

Svnt autem nonnulla fœmina, quibus à principio ſui ortus matricis ora modo quodam coaluere. Aliàs propter cuiuſpiam morbi vim ita euenit. Qui morbus in nonnullis ſanè medicabilis eſt, in alijs non item. Deprehendes autem hoc incommodum ex his notis facilè. Neque enim aut recipere matrix, aut proÿcere eorum poteſt quicquam, quæ opus habet. Quòd ſi & recipit, & emittit, argumento erit, ipſam eo vitio carere.

CAESAR.

PERFACILIS, ac perſpicua eſt commentatio hæc: ore occluſo impediri commeatum vltrò citróque. Nobis quædam mulier eſt ex inceſto nata concubitu, quæ aditu careat ad coïtum accommodato: nam perpuſillo, pérque anguſto foramine ad vrinæ vix vſum, peruium habet inguen. Occludi autem ait Philoſophus, aut naturæ principijs euerſis, aut euentu morbi. Occluſionem illam declarauit per verbum *συμφύεται*: quoniam cohæreant natura. Verùm non eſt plena vox *cohærere*, ſed *coaleſcere*. Morbo autem matricis labias coaleſcere vix puto poſſe. Intelligit autem poteſtates duas: alteram recipiendi ea quæ opus habet: alteram exigendi noxia ac ſuperflua. Dico autem poteſtatem, quam Galenus δύναμιν: nos *vim, & poteſtatem*: & præceptores noſtri ſcitiſſimo verbo, *virtutem*. At eas voces, tum virtutis, tum poteſtatis, iſti medicaſtri recentiores, qui omnes vocant barbaros, tanquam ineptas excluſêre, malúntque dicere, *facultatem*: vt videantur ab Auicennæ ſectatoribus diſſentire. At verò veteres Philoſophi Latini, vtroque hoc in ſignificatu vſi ſunt. Sic enim Lucretius qui puritate nulli ſecundus eſt, *finitam cuique*, dicit, *poteſtatem*. Sic Cicero, cuius iſti toti ſunt, in quinto de *finibus*, vim ſenſuum, ſuam cuíque à natura attributam, *virtutem* appellat: non fruſtra. Siquidem ibi præceptoris ſui ſententiam, ac verba illa ex primo de *Repub.* interpretatus eſt: vt & opus, & virtutem, id eſt actionem, agendíque poteſtatem notet ſic. Ἆρ' οὖν ὀφθαλμῶν ἀρετή ἐϛιν; ΘΡ. καὶ ἀρετή. ΣΩ. τί δὲ ὤτων ἦν τι ἔργον; ΘΡ. ναί. ΣΩ. οὐκ οὖν καὶ ἀρετή. Quare paulo poſt: οὐκ ἂν καὶ ὄμματα ϛερόμενα τῆς αὐτῶν ἀρετῆς, καλῶς τὸ αὐτῶν ἔργον ἐργάζεται. Emendauimus, κἂν ἔλεγχος ſic, ἀνέλεγκτος.

XXXVI. ARISTOTELES.

Ὅσαις δὲ τούτων μηδὲν ἐμπόδιον ᾖ, ἀλλ' ἔχουσιν ὃν τρόπον δεῖ εἴρηται ἔχειν, ἂν μὴ ὁ ἀνὴρ αἴτιος ᾖ τῆς ἀτεκνίας, ἢ ἀμφότεροι δημιώνται τεκνῶσαι, πρὸς ἀλλήλους δὲ μὴ ὦσι σύμμετροι (τῷ) ἅμα προΐεσθαι, ἀλλὰ πολὺ διαφωνῶσιν, οὐκ ἔσονται τέκνα τούτοις.

Qvæ autem liberæ ab his impedimentis, atque eo, quem diximus, modo affecta erunt, quanquam vterque aptus ſit ad generandum, neque vir ſterilis ſit, tamen niſi inter eos conueniat ad ſeminis emiſſionem, vt eodem fiat tempore, ſed valdè diſcordes ſint, ij nunquam parentes fient.

CAESAR

CAESAR.

NOn ſolùm morborum infeſtationibus tolli concipiendi poteſtatem,ſed etiam inæqualitate habitudinis viri, atque mulieris, quàm minutius proſequemur mox. Duo hîc obſeruanda ſunt. Dicit enim,vir ſterilis non ſit:quare non addidit,& mulier ſterilis ſit?Reſpondeo. Hoc iam ſtatui ab Ariſtotele:vt mulier vacua ſit ab omni impedimēto. Verboſius tamen illud: ſi vir in cauſſa non ſit: quoniam ſubiecit ſtatim: & vterque aptus ſit ad liberos procreandos. Scauri ſcomma, quo Ouidium in Montano oratore perſtrinxit, vix euitet hoc in libro Philoſophus: tanta repetit, tanta inculcat. Alterum animaduertendum id,cùm addidit:ſed vehementer diſcordent. Quoniam hoc in libro, identidem admoniti ſumus, nequaquam momenta in hoc debere nos contemplari, ſed certa temporis etiam mediocria ſpatia. Poſuit autem ἢ ἀμφότεροι, pro, καὶ ἀμφότεροι, Attice: Verbum autem διαφωνεῖν, à muſicis tractum eſt:quorum voces non conueniunt.Plato in ſecundo de *Legibus*,vſus eſt eo verbo certiùs in locutione. λαβόντων δὲ τὸν λόγον συμφωνήσωσι τῷ λόγῳ ὀρθῶς εἰθίσθαι ὑπὸ τῶν προσηκόντων ἐθῶν. Latiùs autem vt hîc Ariſtoteles. Idem in ſecundo de *Repub.* ὅτι ξύμφορα ἡμῖν, ὅτι ξύμφωνα αὐτὰ αὑτοῖς. Nos id à chordis, dempta, Aeolum,quos ſequimur,more,aſpiratione: *concordare*, & *diſcordare*: vt apud Horatium poëtam *ſymphonia diſcors*. Si cui placeat à corde ducere,nō repugnabimus.Sed hîc non eſt locus. Galenus in quinto de *Officio partium*,de arteria loquēs dixit. ἄμα δὲ ἵνα σύμπνοιά τε καὶ μετάδοσις τῶν ὅλων ἐπὶ ἀγγείοις ὑπάρχῃ,concordia ſpirationis. Sic διαφωνία è contrario. Non extat liber Galeni περὶ διατονικῶν διαφωνιῶν, quem dixit ſe ſcripſiſſe. Multa & præclara vt opinor quæ ad hanc rem haberemus. In ſexto & vndecimo de *Officio partium*,& in libro de *ſubſtantia poteſtatum naturalium* ſæpè, & alibi. At in quartodecimo de *Officio membrorum* alio verbo vſus eſt; ὅτω γὰρ ὁ λόγος ἐκεῖνῳ συνᾴδει.

CAPVT QVINTVM,

Mulieres tardiores viris: proiectio ſeminis æqualiter concurrere debet.

XXXVII. ARISTOTELES.

TOῦ μὲν οὖν εἰδέναι τὰ τοῦ ἀνδρὸς αἴτια, ὅτι μὲν καὶ ἄλλα σημεῖα λαβεῖν· ὃ δὲ ῥᾷον μάλιστα φαίνοιτο, πρὸς ἄλλας πλησιάζων καὶ γεννῶν. τὸ δὲ πρὸς ἄλλας μὴ συνδρόμως ἔχειν, πάντων τῶν εἰρημένων ὑπαρξάντων, οὐ γεννῶσιν. δηλοῖ γὰρ ὅτι τοῦτο αἴτιον μόνον. εἴπερ γὰρ καὶ ἡ γυνὴ συμβάλλεται εἰς τὸ σπέρμα καὶ τὴν γένεσιν, δῆλον ὅτι δεῖ ἰσοδρομῆσαι παρ' ἀμφοῖν. ἐὰν (γὰρ) ὁ μὲν ταχὺ ἐκποιήσῃ, ἡ δὲ μόλις (τὰ γὰρ πολλὰ αἱ γυναῖκες βραδύτεραι) τοῦτο κωλύει· διὸ καὶ συνδυαζόμενοι, γεννῶσι μετ' ἀλλήλων οὔ. γεννῶντες δὲ, ὅταν ἐντύχωσιν ἰσοδρομοῦσι πρὸς τὴν συνουσίαν. εἰ γὰρ ἡ μὲν, ὀργῶσα καὶ παρεσκευασμένη ἐστὶ, καὶ ἐννοίας ἔχουσα ἐπιτηδείας, ὁ δὲ, περιλελυπημένος καὶ κατεψυγμένος, ἀνάγκη τότε ἰσοδρομῆσαι αὐτοὺς ἀλλήλοις.

QVòd autem ad viri pertinet generandi facultatem, inter alia argumenta quibus hoc deprehendimus, illud facilè erit: ſi cùm aliis coëat, neque concurrat ad ſeminis proiectionem:modò cætera omnia, quæ diximus,conueniant. Sic enim agnoſcemus, hanc vnam cauſſam eſſe. Quippe ſi mulier quoque ſemen proijcit ad generandum,æqualem eſſe oportet curſum ab vtroque. Nam ſi ille cito peragat, illa autem nondum, (magna enim ex parte mulieres tardiores ſunt:) hoc erit impedimento. Ea enim cauſa eſt,propterquam coniuges inter ſe non generant:nam ij generant quorum proiectiones hinc atque hinc æqualiter concurrunt. Ergo mulier ſi veneris impetu agitata præſto ſit,& alacri & attento animo,vir autem triſtior,& frigidior: tunc neceſſariò ſemina inter ſe concurrent.

CAESAR.

QVONIAM in ſuperiori commentatione viri exceperat impotentiam: declarat in his, qua ratione deprehendatur: ſi, inquit, promptior ſit. Quod intelligetur, ſi cum alijs coëat, atque cum omnibus celeriùs peragat. Prudenter autem à ſignis ſemper ad morbos, per cauſſas procedit. Idem agit Hippocrates tum alibi, tum in libro de *virginum morbis*. Si enim cauſſas ignores, fruſtra ſis, vt proditum eſt in primo *Reſolutoriorum*: & in primo *librorum naturalium*: & in ſecundo de *ratione medicandi*: & in tertio de *priſcorum medicamentis*: in primo ad *Glauconem*: in ſexto de *locis malè affectis*: in tertio *artis*. Quare etiam cauſſarum circunſtantias perſequitur Galenus, tum curioſè, tum ſapienter, in libro tertio de *ratione medicandi*. Explanat igitur Ariſtoteles cauſſam communem, argumento ſumpto à natura. Mulierum maximam partem ſolui tardiùs in coitu. Galenus huius cauſſæ cauſſam in primo de *ſemine genitali*: ſemen autem fœminæ, paucius quàm viro. In ſecundo quoque, & in quartodecimo de *officijs membrorum*, mulieris ſemen humilius atque frigidius. Hippocrates in libro de *ſuperfetatione*, fœminarum ſanguinem aquoſum tradit. At è ſanguine ſemen excoqui, in primo de *ſemine genitali* à nobis diſputatum eſt. Frigidiora autem tardiora ſunt: quoniam calor eſt primum naturæ inſtrumentum: vt legimus in quartodecimo de *officiis membrorum*. Porrò natura principium motus eſt. Poſtrema in parte ſubiicit modos, *quibus ea diſcordia temperari poſſit. Duo igitur inſtituit, corpus & animum. Apparet autem mulierem catulientem, eandémque alacrem: contrà, virum frigidiorem, eundémque ſubtriſtem. Ita materia, formáque ſeminis comparabitur: nam plenis vaſis concitamur. Calor autem acquiritur ſemini, ſi corpus quoque calidum ſit: at alacritas à motu ſanguinis ſubtilioris fit. Igitur fœmina accelerabit, vir cunctabitur: atque ita eueniet, velut in curſibus. Si valentior currendo, minùs tunc bona neruorum vtatur valetudine, & mæſtus ſit: tardior autem quiſpiam alacri animo, boniſque interea cruribus nitatur, metam contingent ſimul. Quarè à curſu etiam mutuatus eſt verborum tranſlationem Philoſophus, cùm dixit, μὴ συνδρόμως ἔχειν. Non temerè autem coniunxit animi affectiones cum officijs corporis. Sic enim ſenſit Galenus quoque in quartodecimo de *medicandi ratione*. Animi, inquit, affectiones exſiccant corpora, atque attenuant. Ergo ad coëundum ineptius habebimus: humidum enim corpus quæritur, tum propter ſemen, tum quia humido calor alitur: calor autem in coitu obtinet principatum. Efficacius autem in primo quoque de *ratione medicandi*. *Si quis*, inquit, *curare animam voluerit, curato prius corpore opus eſt.* Animam enim adeo obnoxiam corpori putauit, vt etiam materialem ratus ſit. Sapientiùs Hippocrates, cuius præcepta, diuina cùm appellet, neglexit in re magis neceſſaria. Ille enim in libro de *carnibus*, animam rem cæleſtem dicit: hoc quidem rectè: at illud minùs ſapienter. Quippe Auerroïs opinionem de animæ vnitate, quam is à Themiſtio furatus fuit, primus omnium protulit, in libro de *victus ratione*. Quòd autem anima corporis affectiones conſequatur, multis in locis Ariſtoteles in libro *Phyſionomicôn* teſtatus eſt. *Videtur*, inquit, *mihi anima, atque corpus inter ſeſe in affectibus conuenire*. Hoc tamen fit propter impedimenta materialia, quibus lux diuinitatis quæ in anima eſt, vti commodè non poteſt: ſicuti neque oculo cæco videre quit. Nequis propterea putet animam interimi poſſe, quaſi atteratur vtendo: quemadmodum arbitratus eſt imprudenter Alexander Aphrodiſienſis, & Lucretius, atque ante hos Epicurus. At Galenus totius libri fundamentum iecit hoc, quem inſcripſit, *quemadmodum animæ affectiones ad corporum habitudines ſeſe habeant*. Scitè igitur, vt omnia ſemper diuinus Poëta.

Verùm vbi tempeſtas, & cæli nubilis humor
Denſet, erant quæ rara modò, & quæ denſa relaxat;
Mutant ſe ſpecies animorum: & corpora motus
Nunc alios, alios dum nubila ventus agebat,
Concipiunt.

Et profectò animam, & propter quam, & per quam corpus eſt, à corpore pati, nónne ſit ridiculum? Immortalem autem eſſe eam, & in *Apologia*, & in *Critone* Plato rectè diſputauit. At in *Atlantico*, & in decimo de *Legibus*, & in *Timeo*, etiam corpore antiquiorem. Quare abſurdum vehementer eſto, animam à corpore, cuius domina eſt, accipere iugum ſeruitutis.

Cùm

Cùm ſtatuebat cauſſas conceptionis ex mutuo congreſſu, poterat addere etiam conſuetudinem. Apparat enim homini facultatem conſuetudo ad id, in quod intendit: quod & in *Aphoriſmo*, ſenſit Hippocrates: & in libro de *aere & aqua* adeo aſſeuerauit, vt nouam inde naturam indui cẽſeat. Quæ fuit cauſſa vt Galenus idem multis in locis prædicârit, & priuatim ſuper ea ſententia integrum compoſuerit membrum. In hanc ſententiam, quæ in poſtrema parte huiuſce commentationis poſita eſt à Philoſopho, ſcripſit Hippocrates in libro de *Sterilitate*,ſic. Vir ebrioſus ne eſto: abſtineat à vino albo: nigro,eoque valido vtatur: ſed meraco. Calida aqua ne lauetur: cibo ne multo repletus ſiet. Παρεσκευασμένη, *præſto ſit*, diximus. Eſt enim vox aliquanto efficacior, quàm *parata*. Εὐνοίας ἔχουσα ἐπιτηδείας: *alacri animo quantum vſus ille poſsit.* Hoc eſt ἐπιτήδειον.

CAPVT SEXTVM.

Fœminæ coïtus tempore mares ſegniores ſectantur: oua ὑπηνέμια*: ab vtróque ſemen neceſſarium ad generandum: locus in quem ſemen iacitur: locus extra matricem in quadrupedibus.*

XXXVIII. ARISTOTELES.

Φανερὰ δὲ τὰ ζῷά ἐσιν, ὅταν ὀχευθῆναι δέηται. διώκει γὰρ τὰ ἄρρενα· οἷον αἱ ἀλεκτορίδες διώκουσι καὶ ὑφιζάνουσιν αὐτάς, ἐὰν μὴ ὀργᾷ ὁ ἄρρην. τοῦτο δὲ ποιεῖ καὶ ἄλλα ζῷα. εἰ δὲ ταῦτα πάθη πᾶσι τοῖς ζῴοις φαίνεται ὄντα περὶ τὴν συνουσίαν, δηλονότι καὶ τὰ αἴτια συμβαίνοντα· ἀλλὰ μὴν ἥγε ὄρνις οὐ μόνον τὴν λαβεῖν ἐπιθυμίαν, ἀλλὰ καὶ τὴν προϊέναι. σημεῖον δὲ τούτου. ἐὰν γὰρ μὴ παρῇ ὁ ἄρρην, πίπτει ἐπ' αὐτήν, καὶ ἔγκυος γίγνεται, καὶ τίκτει ὑπηνέμια, ὡς ἐπιθυμοῦσα καὶ τοῦ ἀφεῖναι τότε, καὶ ἀφεῖσα, ὅταν καὶ τοῦ ἄρρενος αἴσθηται.

Adueniente autem coïtus tempore, animantes ipſa libidinis indicium mares inſectando manifeſtum oſtendunt. Etenim gallina, ſi gallus venerem ſegniùs appetat, ſequuntur eum, atque ipſa ſeſe ſubijciunt illi: quemadmodum cætera quoque animalia. Quòd ſi omnibus ita euenit, omnibus item erunt cauſſa eadem communes. Quanquam genus auium non ſolùm recipiendi ſemen, ſed etiam proijciendi libidine incendi argumento eſt id: quippe ſi mas nullus adſit, proijciunt intra ſeſe, atque ita prægnantes fiunt. Quo conceptu eduntur oua, quæ Græci vocant ὑπηνέμια. *Hoc autem ſatis indicat deſiderio maris proieciſſe tunc, tanquam ſi maris initum paſſa eſſet. * Nam ſedatur ea affectio, ſi ineatur.*

CAESAR.

NVNC oſtendit cauſſas eſſe tam maribus quàm fœminis communes. Atque ita per inductionem à ſingulis generibus ad omnia argumentatur. Nam ſi fœminæ, inquit, mares appetunt: ergo ad conceptionem agunt aliquid, atque conferunt: videtur autem hoc in omnibus animantibus. Quoniam fœmina coïtus tempore ſectatur marem, atque ſeſe ſubſternit ei. Suo autem loco in ſuperioribus libris de leænæ adulatione, déque felibus dictum eſt. Tranſit deinde ad fortius argumentum: apertius enim in auium genere conſtat hoc. Quippe ſine maſculi initu non conciperent, niſi ipſæ prolifici ſeminis initia quæpiam obtinerent. Appellant Græci oua illa, vt antea dictum eſt, ὑπηνέμια: quoniam inania ſint: non tamen quòd omnino inania, ſed inutilia. Nam in ſexto *Hiſtoriarum* diximus, plena eſſe albumine & vitello, vt alia. Atque ibi *Zephyria* dicta ait

Ariſtoteles aliquibus, quaſi vento concepta verno tempore: & manu attrectata ſcilicet titillantur. Quare etiam fiant *γόνιμα*, ſi antequam edantur aut addatur albumen, incantur. Alia autem ſunt *οὔρια* ſiue cynoſura, æſtate frequentius generantur: non à vento, ſed ab humore contento inutili. Et ſanè intus quidam humor viroſus eſt & ineptus: vt quaſi fœtus initia, ſemináque haud inſint: ſed *οὖρον*. Quæ vox infrequentior eſt in vſu communi loquendi ad hunc ſignificatum, poëticúmque ventum ſæpius ſignificat, atque eum quidem, qui *à puppi*, vt ait diuinus poëta, *proſequitur*: neque alium: quaſi ad nauigij caudam accommodatum. Itaque altera interpretatio commodior videtur. Nam Plinius oſtendit etiam *cynoſura* dicta. Theodorus Gaza ambitioſè *ſubuentanea οὔρια* dixit: cùm Latinum nomen haberet ex hiſtoria Pliniana in decimo libro, qui ibi *irrita* vocat: melius *caſſa* dixiſſet ille: quoniam prolifici ſeminis inania ſint. Sic enim vocat Plautus *caſſam nucem*. In eodem libro Plinius diſtinguit: *οὔρια* ſiue cynoſura eſſe incubatione deſerta: irrita autem ſine maris initu nata. Tanto minus ſubuentanea dicenda igitur: in quibus nullus ventus eſt: & quæ nulla vento generantur: ſaltem non omnia. Non enim in gallinis. Nam de perdicibus ſuo loco dictum eſt.

In poſtrema parte huius commentationis remouet dubitationem: ſi fœminæ aues proijciunt ſemen, quare non cadit, ſed retinetur intus. Quoniam, inquit, ſpirituoſæ ſunt. Spiritus ergo vi attrahitur, ne dilabatur.

XXXIX. ARISTOTELES.

Ποιεῖ δὲ τοῦτο καὶ τἄλλα· ἐπειδὴ καὶ τῶν ἀδδουσῶν ἀκρίδων ἤδη τις ἐπιμελήθη τρέφουσα, ἔτι ἁπαλὰς λαβοῦσα· καὶ ἐγίνοντο αὐτόματοι ἔγκυοι.

Hoc idem alia quoque faciunt animalia. Siquidem muliercula olim ex earum cicadarum genere quæ canora ſunt, aliquas iuuenculas alendas curauit. Atque illæ ſponte ſua pragnantes inuentæ ſunt.

CAESAR.

HÆc ita vt vulgò ſunt edita, non conuenire manifeſtum eſt. Quare non dubitauimus, præcipuè cùm hac in re virum doctum adiutorem haberemus, ad hunc modum, vt exhibemus, reponere. Quamuis autem in oratione multa menda ſint, mentem tamen Philoſophi planam repræſentaſſe putamus: & quia nulla alia eget commentatione ad reliqua tranſeamus.

XL. ARISTOTELES.

Ἐκ δὴ τούτων δῆλον ὅτι συμβάλλεται εἰς τὸ σπέρμα πᾶν τὸ θῆλυ, εἴ γε καὶ ἐφ' ἑνὸς γένους φαίνεται τοῦτο γιγνόμενον. οὐδὲν γὰρ διαφέρει τὸ ζῷον τὸ ὑπηνέμιον τούτου, ἀλλὰ τῷ μὴ γεννᾷν ζῷον. τοῦτο δ', ὅτι καὶ παρ' ἀμφοῖν ἦλθε. διὸ οὐδὲ τὰ ἀπὸ τοῦ ἄρρενος ἅπαντα γόνιμα φαίνεται, ἀλλ' ἔνια ἄγονα, ὅταν μὴ ἐξ ἀμφοῖν ὡς δεῖ συναρμοσθῇ. ἔτι γυναῖκες ἐξονειρώττουσι, καὶ ταὐταῖς γίνεται, ὡς ὅταν συγγίνονται ἀνδρὶ, ταὐτὰ παθήματα μετὰ τὸν ὀνειρωγμὸν, διάλυσις καὶ ἀδυναμία. δῆλον δ' εἶναι, εἰ ἐν τῷ ἐξονειρωγμῷ φαίνονται σεσιγμέναι, καὶ τότε συμβάλλονται· ὅτι μετὰ τοὺς ἐξονειρωγμοὺς ὁ αὐτὸς τόπος ἀφυγραίνεται. καὶ θεραπείας δέονται τῆς αὐτῆς αὐταὶ ὑφ' αὑτῶν, ὥσπερ ὅταν συγγίνονται ἀνδρί. ὥστε φανερὸν ὅτι παρ' ἀμφοῖν γίνεται πρόεσις τοῦ σπέρματος, εἰ μέλλει γόνιμον ἔσεσθαι.

Ex his igitur ſatis liquet, vniuerſum fœmineum ſexum conferre ad ſemen: ſiquidem etiam vno in genere hoc fieri videmus. Neque enim differt illud animal quod hypenemiũ *dicimus, ab hoc: niſi quod ex illo animal non generatur. Hoc autem ab vtroque proceſſit. Quare ne ea quidem, quæ ab ſolo maſculo proficiſcuntur, prolifica ſunt omnia, ſed è quibuſdam nihil oritur, niſi ex vtriſque, ſicut res exigit, comprimantur. Præterea mulieres per ſomnium afficiuntur, quaſi cum viris vbi concumbunt: atque eas iiſdem affectus conſequuntur, exolutio ſcilicet, ac languor. Ergo in ſomniis ſemen ſi videntur iacere, etiam tunc conjicient. Siquidem poſt ea inſomnia idem locus humectatur: indigéntque abſterſionis, quemadmodum cum viris ſi coeant. Palam igitur eſt, ab vtroque ſemen emitti: ſi ex eo proles generanda eſt.*

CAESAR

CÆSAR.

CONCLVDIT & concluſioni adiungit argumentum. Nam in ſomnis mulieres, ſi videntur coïre, atque emittere, ergo cum coïbunt, tanto certius emittent. Vtitur verbo *συμβάλλονται*: quoniam ipſæ de ſuo partem certam deponunt. Sicut ij qui ſymbolum dant, quod Latinè *teſſeram* dicimus, Græca licet voce, ſed recepta. Eo verbo vtitur Philoſophus in quinto *Hiſtoriarum de Animalibus*, loquens de apibus: *συμβάλλονται*, inquit, *εἰς τὸν γόνον*. Et Galenus in XIV. de *Officijs partium*: *πρός τι*, inquit, *συμβάλλεσθαι τῇ τοῦ ζώου γενέσει*. Confirmatio argumenti à conſequentibus. Nam, inquit, locus humeſcit idem in ſomnis, qui & vero in coitu. Hic autem ſibi ipſi contrarius eſt, & in primo de *Animalium generatione*. Cæterùm initia huius particulæ difficilia ſunt, & intellectu, & ad aſſentiendum. Sic enim argumentatur. Si vno in genere animalium fit hoc, vt à fœmina ſemen proijciatur: ergo omni in genere fiet. Hæc inquam propoſitio non habet conſecutionem probationis ſecundùm formam. Ab vno enim ad omnia non neceſſariò concluditur. Quid enim ſi ſic argumenter: vno in genere ſi eſt mas & fœmina: ergo omni in genere? At enimuero ſuperioribus libris conſtitutum eſt, tum alios piſces multos, tum anguillas carere ſexu. Et nobis idem ex perpetua percontatione notum eſt. Tum autem neque ſecundùm materiam. Neque enim muli ſemen, ſemen eſt, ſed virus. Videmus verò quemadmodũ probare conetur. Nihil enim, inquit, differt hypenemium ab animali vero: niſi quod ex hypenemio non generatur animal. Verum autem animal ex vtriuſque ſemine conflatum eſt. Hæc probatio eſt obſcuriſſima. Et accipit pro probatione, quod probare debet. Hoc enim probare intendit, verum animal ex vtriuſque ſemine proficiſci. At hoc accipit, & ponit pro confeſſo ad probandum. Ergo committit id, quod in libris *Reſolutorijs* appellat, petere principium. Animal autem hypenemium vocat cicadarum illarum prægnantium prolem. Eſto: nihil differunt hæc duo: niſi quatenus vult. Quid? Statímne conſequatur? Si verũ animal fœmina proijcit: ergo omnia animalia. Non ſequitur: vt dixi. Neque igitur propoſitio ipſa vera eſt: omnia animalia ſemen genitale proijcere: non enim mulus. Et in quarto *Hiſtoriarũ*, in multis non eſſe ſexũ vllum ait Philoſophus; vt *ἐν μονίμοις*: neque enim coïre valent, & in ijs quæ mouentur, vt in anguillis. Neque in pleríſque alijs, niſi altera pars: vt in quibuſdam piſcibus fœmina tantùm. Neque in quibus eſt vterque ſexus, ea omnia iaciunt ſemen. Non enim mula. Neque illa propoſitio vera eſt: omnia ſemen qualecunque proijcere. Non enim in omnibus ſexus eſt: neque bene probatur. Illa autem: fœmina ſemen proijcit: vera quidem eſt: malè tamen probatur. Probatio enim falſa eſt, & ſecundùm materiam, & ſecundùm formam. Malè quoque id dicere inſtituit. Non omnia, quæ à maſculi ſolius ſemine ſunt, genitalia exiſtere: ſed è quibuſdam nihil oriri prorſus. Quaſi velit dicere: aliqua è ſolo maſculi ſemine creari poſſe. Hoc autem falſum eſt. Intelligo generationem vniuocam: hominem ex homine, leonem ex leone.

XLI. ARISTOTELES.

Προΐενται δ' οὐκ εἰς αὐτὰς αἱ ὑστέραι, ἀλλ' ἔξω, οὗ καὶ ὁ ἀνήρ· εἶτ' ἐκεῖθεν ἕλκει εἰς αὐτάς. ὧν τὰ μὲν γεννᾷ ἀφ' αὑτῶν τὰ θήλεα, οἷον ὄρνις τὰ ὑπηνέμια· τὰ δ' οὐδὲν, οἷον ἵπποι καὶ πρόβατα. ἢ ὅτι ἡ μὲν ὄρνις εἰς τὴν ὑστέραν προΐεται, καὶ οὐκ ἔστιν ἔξω τόπος εἰς ὃν ἀφίησιν, οὐδ' ὁ ἄρρην· διὸ ἐὰν μὴ τύχῃ ὀχεύων, εἰς τὴν γῆν ἐκχεῖ. τοῖς δὲ τετράποσιν ἐστὶν ἔξω τόπος ἄλλος, εἰς ὃν καὶ τὸ θῆλυ προΐεται καὶ τὸ ἄρρεν· ὅπερ τοῖς μὲν ἄλλοις μετὰ τῶν ἄλλων ὑγρῶν συγχεῖται, καὶ οὐ συνίσταται ἐν τῇ ὑστέρᾳ διὰ τὸ μὴ εἰσιέναι· τῇ δ' ὄρνιθι λαβοῦσα ἡ ὑστέρα συμπέττει, καὶ σῶμά τι ὅμοιον τἆλλα, πλὴν οὐ ζῷον· διὸ δεῖ ἐξ ἀμφοῖν τὸ ζῷον εἶναι.

Locus autem in quem ſemen ſuum iacit matrix, quanquam in matrice ipſa eſt, non eſt alius tamen, quàm is, in quem iacit vir: tum inde trahit in ſe. Quare aliqua fœmina per ſeipſas generant, vt aues oua caſſa: aliqua autem nihil gignunt, vt equa, & oues. An vero ſit hoc propterea, quòd aues in matricem iaciunt: præter quam nullum habent locum foris, in quem iaciant: ſicuti neque mas: quippe ſi non init, in terrã effundit ſemen. At genus quadrupedum habet extra matricem locum alium, in quem tam mas quàm fœmina conijciunt. Quod cum alijs humoribus confunditur: neque conſtituitur in matrice: iccirco quia in ipſam non eſt ingreſſum. At in auibus matrix ſemen arripit, atque concoquit, corpúſque efficit animali quidem ſimile, ſed vita caſſum. Quare oportet animal ex vtriſque fieri.

CAESAR.

QVONIAM dixit, in quibuſdam animantibus fœminis per ſeipſas conciperet hîc repetit, ac diuidit genera: tum autem cauſam reddit. Quædam, inquit, intra ſe gignunt: vt aues: quædam non: vt equæ. Rationem deinde reddit, per, ἤ. Sicut in libris *propoſitarum quæſtionum*, vtitur ferè ea particula in reſpondendo. Quæ particula, ignorauit Conciliator, quam haberet vim. Ratio autẽ à locis eſt. Nam auis in matricem iacit ſemen, quod calore ſuo illa retentum concoquit. Quadrupedes in veſtibulum quoddam iaciunt, non in matricem: quo ex loco ſemen, ſi prolificum futurum eſt, trahitur in matricem. Id quod in aſinarum genere manifeſtò videtur. Itaque cùm foras extra matricẽ iaciat quadrupes, fieri nequit, vt intra ſe concipiat fœmina quadrupes, quemadmodum auis concipit. Dubitauerit aliquis, an quadrupes è veſtibulo in matricem attrahere poſſit, atque ibi concipere. Nam hoc nunquam viſum eſt. At in veſtibulum iacere mulierem, ſuprà dictum eſt. At inde tracto ſemine per ſe ipſa molam cõcipit. Hoc autem eſt ἀκύζωον. Quare argumentum hoc à locis nullum eſt. Hanc autem ſententiã etiam in ſecundo de *Generatione animalium*, perſequitur.

Mauult doctiſſimus vir, de quo ſæpè honoris cauſſa mentionem facimus, συνίσταται, *concreſcit*, vertendum eſſe. Nos, *conſtituit*, diximus. Siſtitur enim in matrice, quod cum alijs non cõfunditur. Magnum enim verbum eſt & generoſum, *conſtituere*, & plenum ſignificationis. Poteſt enim concreſcere in matrice neque retineri: itaque non conſtituetur ad fœtum. Quare mox non ſatis habuit dicere, *arripit*, ſed etiam *concoquit*: & Ciceroni vbique *concretio*, eſt compoſitio. Non enim poſſet dici concretio de ſolo ſemine fœminæ in matrice, ſi purè loquamur. Quare Philoſophus in quarto *Hiſtoriarum*, ἅπαντα καθ᾽ αὑτὰ ὅμοια τὸ χρῶμα ἐκ τῆς σύστασιν dixit: quod apte, *corporis conſtitutionem*, dicemus. Et alijs in locis in quibus hac voce vtitur hac in ſignificatione accipiendum puto: vt in ſecundo de *Anima*. Ἐξ ἀέρος ἢ ὕδατος ἀδυνάτον συστῆναι τὸ ἔμψυχον. Et in quinto *Hiſtoriarum* loquens de fauis purpurarum: συνίσταται τὰ λεπυριώδη. Et mox: συστάντα ἀφρφύεται. Et Galenus in XIV. de *Officijs partium*: Καὶ δὴ λέγομεν τὸ κυνόδοντα, ὥς τε τῆς σαρκώδη σύστασιν, ὥς τε τῆς ἰξῶς ἄπασαν σύστασιν: apertè oſtendit huius verbi vim. Quin & apertius Philoſophus in 5. *Hiſtoriarũ*, de inſectis loquens. Τούτων δὲ, inquit, ἀπὸ τῆς ὀχείας ἐν τῷ ὠὰ ἡ σύστασις γίνεται. Non eſt Latinũ verbum, quo aſſequamur Græcum, fatendum eſt. Gaza laborauit in eo vertendo, & duobus vſus eſt: *concretio*, *& conſummatio*. Et quod idem Philoſophus in eodem dicit συστάσεις ζώων μὴ καίεσθαι, nemo poteſt interpretari, niſi ſic. *Quibus principijs animalia conſtant non poſſe igni abſumi.* Itaque non ſatis eſt, dicere σύστασιν *concretionem*: conſtitutio aliquid amplius eſt: concretio enim nihil aliud quàm craſim ſonat: vnde etiam ducitur: at conſtitutio plus eſt quàm craſis: craſis enim conſtitutionis pars eſt, item concretio. At in quinto *Hiſtoriarum* σύστασις, meliùs eſſet *ſpiſſatio*. Nihil tamen de ſententia noſtra priori mutamus. Galenus quoque, vt id addam, primo de *Locis malè affectis*, συστῆναι θρόμβον dixit.

CAPVT SEPTIMVM.

Matrix ad ſeſe trahit ſurſum. Mola in vtero mulierum, quæ quaſi hypenemium, non animal, neque inanimum. Quando phlegmones in matrice viuiparorum fiant. Error quorundam Medicorum in molæ cognitione.

XLII. ARISTOTELES.

Ἔστι δ᾽ ἐνίστε, εἰ ἀληθῆ λέγουσι φάσκουσαι, ὅτι ἀφ᾽ ὀνειρώττουσι, ξηρὰ ἀνίσασθαι. δῆλον γὰρ ὅτι ἕλκει ἡ ὑστέρα ἄνω-

INſtare autẽ licet. Nam ſi verum eſt, quod aiunt, à nocturna venere, quæ inſomnia ſoluantur, ſicca nihilominus vulua exurget.

θεν. ὥστε δῆλόν τι ὡς ὑστέρα ἑαυτῇ καθ᾽ αὑτὴν καὶ θύ-λαν, ἐπείπερ καὶ μιχθὲν ἕλκει τὸ τοῦ ἄρρενος· ἆρ᾽ δῆλόν τι οὐχὶ καὶ αἱ αἶγες τὸ αὐτῆς ἕλκει, ὅπερ εἰς τὸ ἔξω διαγίνεται γίνεται τοῦτο τὸ πάθος ὅσαις ἔτη πολλά.

gere: ſatis patet matricem ad ſeſe ſurſum attrahere. Igitur quam ob cauſſam ea fœmina ſine viris non gignunt? Quippe maris trahunt ſemen, vbi id cum ſuo comixtũ fuerit. Ergo capræ quoque cur non attrahent id, quod foras permeat: ſicut ijs euenit, quæ gerunt vterum annos multos?

C AE S A R.

QVAM dubitationem indicauimus, mouet ſic. Si mulieris matrix trahit, quare non & quadrupedum? attrahere autem & ſuprà diximus, & probamus ex eo, quòd in ſomnis quanquam & coïre uidentur, & verè proijciunt ſemen: tamen ſicca vulua expergiſcuntur. Præterea mas, vbi coït, in veſtibulum iacit: debet autem vtrinque ſemen miſceri ſimul. Ergo ſi maris ſemen attrahit matrix, ſuum quoque trahit. Tertium argumentum validiſſimum eſt. Videmus, inquit, morbum quendam in mulieribus, quæ plurimos annos vterum gerunt: eum autem conceptum ipſæ per ſe ſolæ concipiunt. Declarabit autem in ſequentibus morbi nomen. Videtur verò morborum contextus paulò corruptior. Non ſoluit autem quæſtionem, neque hîc, quod extet, neque alibi, quod ſciam. Putandum fortaſſe ſit, vt dicebamus, argumentum à natura matricis eſſe nullum, ſed à ſeminis perfectione rationem inſpiciendam. In muliere quidem propter perfectiſſimum temperamentum: itaque vim ineſſe diuinam formatricem. Quanquam neque plenam, neque vltimam, neque ſemper, neque in omnibus: in quibus autem & alijs ouiparis, è contrario. Oua enim concipi, propter facilitatem. Eſt ſiquidem animal inchoatum: per ſe quidem conſtans hoc, quod eſt: ſed per ſe quod nequit eſſe id, quod eſſe debet, niſi actus accedat à maſculo. Viuiparæ autem quadrupedes cùm in medio horum duorum generum ſint, vt neque facilitatem habeant ob imperfectionem, neque poteſtatem propter perfectionem: neque ouum generant, neque molam. Fœminas autem per ſeipſas intra ſeſe concipere, & gignere ſine mari, ſuſpicari fecit genus piſcium quoddam, quos *Rubellos* appellamus: in quibus nullum vnquam marem viſum putant vt ſcriptum eſt in ſecundo de *Generatione Animalium*.

Nota locutionem οὐχὶ καὶ αἱ αἶγες τὸ αὐτῆς ἕλκει. Puto mendum ſubeſſe. Πάθος, *euentum* interpretati ſumus.

Non auſus eram ἐνστῆναι, verbum multis in locis ab Ariſtotele vſitatum, transferre vulgari vſu, *inſtare*: & feceram, *dubitare*. Sed vir doctiſſimus ille acuit nos, & transferri monuit, *intendere*. Galenus in quartodecimo de *Officio membrorum*: ταύτῃ γὰρ ὁ λόγος ἐξ ἀρχῆς ἐνστήσατο τὸ καθόλου ἐξηγεῖσθαι. Id eſt, *impulit*. Et in eadem ſignificatione in XIV. de *Officio partium*. Certè ἐνστῆναι, ſi Latinè reddatur, *vrgere* eſt: ſaltem non moueri loco priuſquam omnia excuſſeris. *Percontari* veteres id dicebant cùm vada explorarent.

XLIII. ARISTOTELES.

Τίκτουσι γὰρ ὃ καλοῦσι μύλην. ἤδη συνέβη τινὶ γυναικὶ συγγενομένης τῷ ἀνδρὶ, καὶ δοξάσης συλλαβεῖν, ὅ τ᾽ ὄγκος ηὐξάνετο τῆς ὑστέρας, καὶ τἆλλα ἐγίγνετο τὰ φανερὰ κατὰ λόγον. ἐπεὶ δ᾽ ὁ χρόνος ἦν τοῦ τόκου, οὔτε ἔτικτεν, οὔτε ὁ ὄγκος ἐλάττων ἐγίγνετο· ἀλλ᾽ ἔτη τρία ἢ τέτταρα οὕτω διετέλεσεν, ἕως δυσεντερίας γενομένης, καὶ κινδυνευσάσης αὐτῆς, ἔτεκε σάρκα ἀμεγέθη ἣν καλοῦσι μύλην. ἐνίαις δὲ καὶ συγκαταγηράσκει τὸ πάθος, καὶ συναποθνήσκει.

Pariunt enim id, quod molam *vocant. Olim hoc euenit mulieri cuidam, quæ in concubitu cùm viſa eſſet facta grauida, propterea quòd tunc vterus intumuerat, tum cætera ſigna ſunt conſecuta. Elapſo autem iuſto tempore pariundi, neque ipſa peperit, neque venter detumuit: ſed tertium quartúmve ſuperauit annum: donec non ſine periculo correpta eſt cruento alui profluuio, quam Græci* δυσεντερίαν *vocant. Atque ita grandem carnis molem peperit, quam* molam *appellant. Nonnulla nunquam exonerata ſunt: ſed exacta ætate, illius morbi, atque earum vita idem finis fuit.*

C AE S A R.

PROSEQVITVR morbum, nomen, & hiſtoriam. Galenus in quartodecimo de *Officys partium* definiuit ſic. Mola caro eſt otioſa, & informis in matrice. Σὰρξ ἀργὸς καὶ ἀδιάπλαστος. Materiam tantùm, & locum declarauit: formam potiùs indicauit, quàm explicauit. Poteſt enim quippiam carnis otioſæ, & informis, exiſtere in matrice, quæ

mola

mola non ſit. *Otioſam* dixit, vacuam à vero motu animalis: *informem*, carentem ea forma, quæ deſtinatur animali: cuius locum & materiam mola occupauit. Prætereà per copulatiuam notam cùm definiuit, non rectè fecit: ſi tamen mendo non vacat Codex. Adhæc priùs ponere debuit, informe, quàm otipſum, ſiue inofficioſum: motus enim, atque ex motu functio à forma oritur: molæ autem nomen ab informi carnis facie. Itaque Latini etiam *molem* ab eadem origine: quoniam Græci μύλλω. Obſeruanda autem duo ſunt hic. Non ſolùm è coitu prouenire, ſed etiã virginibus contigiſſe. Hoc autem non ponit hîc Ariſtoteles, ſed in ſequentibus verbis. Alterum eſt, quod ponit hic: quaſdam molam parere, quam conceperant: quaſdam nunquam. More autem ſuo poſt τὸ τί ὀνόμαστον declarauit rem, tum cauſſas: poſtremò τὰ παθήματα. Iam igitur cauſſas aggredietur.

Afranium Poëtam in fabula, quam *Virginem* inſcripſit, appellâſſe molam, *molucrum*: (quod vitium etiam virginibus euenire ſolitum ſit) Feſtus Pompeius autor eſt in libro vndecimo: quoniam Græci quoque μύλικρον nominent.

Interpretati ſumus *δυσεντερίαν*, *cruentum alui profluuium*. Nam hîc δυς, non ſignificat difficultatem, ſed malitiam morbi. Peſſimè autem nobiſcum agitur, cùm ſanguis vitæ theſaurus corrumpitur, atque amittitur. Latini, qui *δυσεντερίαν*, *alui difficultates*, interpretati ſunt, non ſolùm nõ ſunt aſſecuti, quod volebant: ſed etiam contrarium ſignificatum fabricati ſunt. Difficili nanque aluo laborare, eſt non facile deijcere: at cõtrà dyſenterici nimis facilè: quippe etiam inuiti. Sed neque Pauli interpres rectè *tormina* tranſtulit: quanquã è Celſo videtur. Scilicet dolorẽ in genere inteſtinorum, ad ſpeciem incommodè coarctauit. At ibi ille, inquit, cùm inteſtina exulcerantur, fieri dyſenteriam: quanquam ab iecore quoque. Sed ante hunc Galenus *inteſtinorum* vocat *vlcus* in primo de *Locis malè affectis*. Quare in duodecimo de *Medicandi ratione*, capri hircíve ſeuo procurat ipſam. In ſecundo autem de *Locis malè affectis* oſtendit à quibuſdam *cruentam excretionem* appellatam: ab alijs autem *dyſenteriam*: quoniam non vnus tantùm humor egrediatur. Eius pace dicamus: non ea fuit cauſſa vt δυς, diuerſitatem ſignificaret. Itaque in ſeptimo *Contagiorum*, Hippocrates Eratolaï puerum dyſentericum ſubcruenta deieciſſe dicit: vbi declarat penè nominis rationem. *Ventre*, inquit, *vehementer dolebat*. In libro autem qui de *Morbis exterioribus* malè inſcribitur, quem Galenus Polybi opus eſſe dicit, ita ſcriptum eſt: dyſenteriæ comitem dolorem eſſe. Tum autem excrementa diuerſa quidem, ſed cum ſanguine: igitur deraſis inteſtinis.

XLIV. ARISTOTELES.

Πότερον δὲ διὰ θερμότητα γίνεται τὸ πάθος τοῦτο, ὅταν τύχῃ ἡ ὑστέρα θερμὴ καὶ ξηρὰ οὖσα, καὶ διὰ ταῦτα σπαστικὴ περὶ αὐτήν· καὶ οὕτως ὥστ' ἐστὶν ἀναλαβεῖν καὶ φυλάξαι πρὸς αὐτήν; οὕτω γὰρ ἴσχουσιν, ἐὰν μὴ μεμιγμένον ᾖ τὸ ἀπ' ἀμφοῖν, ἀλλ' ὥσπερ τὸ ὑπηνέμιον ἐνδέξαιτο ἀπὸ θατέρου, τότε γίνεται ἡ καλουμένη μύλη οὔτε ζῷον, διὰ τὸ μὴ παρ' ἀμφοῖν· οὔτε ἄψυχον, διὰ τὸ ἔμψυχον ληφθὲν εἶναι, ὥσπερ τὰ ὑπηνέμια.

Eſtne igitur in cauſſa eiuſmodi affectionis, calor? propter quem matrix habeat ad ſeſe attrahendi facultatem: quippe quæ etiam ſicca ſit. Quibus de cauſſis & tollere, & ſeruare vellet. Quæ enim eiuſmodi ſunt, niſi ſemen ab vtroque mixtum ſit, ſed ab alterutro tantummodo, in ijs euenit, vt quaſi, id quod hypenemium *vocabamus, fiat hoc, quod* molam *nominant. Id autem neque animal eſt: proptereà quòd ex ambobus ſeminibus non eſt confectum: neque inanimum: quia quod receptum eſt, habuit animantis principia, ſicut & hypenemia.*

CÆSAR.

HIc ſtatuit molæ principia naturalia, & formam ipſam ſimul. Nam è ſemine cùm fieri dicit, materiam indicat: cùm ex vno tantùm ſemine, formam declarat imperfectam. Itaque dixit: neque animal eſſe, neque inanimum: benè. Nam & in VI. *Hiſtoriarum* hypenemia habent principia animalis: antequam enim à luteo diſcernatur albumen, ſi admittatur mas, fiunt oua ex irritis genitalia. Itaque habent principia: licet mola non poſſit reduci: quoniam materia eſt nimis perfectæ rei: ergo difficilioris: ſed habet principium ipſum ſemen. Obſeruandum quoque eſt, ab alterutro deciſum ſemen, molam euadere. Nam ſi fœmina ſolo ſuo ſibi ſemine concipit, vt de virginibus dictum eſt, quantò magis è virili fiat? Quod eſt ſanè perfectius, & vt è Galeni ſententia diximus, copioſius. Explicat autem & cauſſam motricem ſcilicet, vterum ipſum. Simul & motionis illius cauſſam, calorem. Item genus motus, attractionem. Tum huius generis ſpeciem, cùm dixit, *tollere*. Quoniam ſurſum trahit.

Adhæc

Adhæc retentionis formam, cùm dixit, *ſeruare:* ſignato ſanè verbo. Plus enim eſt *ſeruare*, quàm *retinere*: eſt enim ſeruare quaſi cognoſcentis,atque volentis: ſicci autem eſt retinere. Ergo cognitis omnibus cauſſis his,deſignat quid ſit mola. Cauſſam autem illam, quam *finem* appellamus, non potuit aſſignare: quoniam imperfectum animal eſt. Finis igitur verus propter impedimenta interceptus eſt. Mancus autem finis eſt,vt in vermibus,qui in aluo hominis generantur. Nam quanquam perniciei ſunt naturæ noſtræ,quam ſeipſis longè perfectiorem lancinant: tamen rectiùs effecit natura,cùm è re non mouente ſeſe,rem ab ſeipſa mobilem fabricata eſt: quippe ex humore,animantem. Hoc itaque loco diuinitùs ſumma diligentia accuratiſſimè locutus eſt Philoſophus.

Hippocrates in libro de *Fœminarum morbis*, molam ait fieri cùm menſtrui ſeminis copia multa puſillum modo ſeminis excipit, aut morboſi. Id in vtero nullum moueri:lac in mamillis non gigni,atque eas tamen extumeſcere: durare verò vſque ad annum tertium: ac fieri præterea,vt vna mola ex vniuerſa materia conſtipetur: aut multæ. Ergo cùm vna eſt,cum ea commori mulierem. Sin plura ſint fruſtula:ea cum certa ſanguinis portione,ſine mulieris diſcrimine exire poſſe: profluuio autem multas corripi,ac perire. Eas denique curat ipſe,procurata ſanguinis miſſione.

Plinius libro Septimo,breuiſſimè naturam molæ complexus eſt. Cùm tamen dixit eſſe carnem informem, vt diximus, reſpexit ad formam debitam animanti, qua careret. Formæ autem vocem, εἶδος, non μορφὴν: quanquam vtrunque pro vtroque etiam apud Ariſtotelem reperiatur. Neque enim figura caret:ſed animalis forma in ea deſideratur: quamquam ἄμορφον inuenias, non ἀειδές. Quoniam quodcunque eſt,per εἶδος eſt id, quod eſt. Suum igitur εἶδος habet: animalis neque εἶδος, neque μορφὴν. Sed eſt,vt apud Poetam, *monſtrum horrendum, informe, ingens.* Intelligo autem, aut formam, aut quaſi formam: vt in primo *Hiſtoriarum* diſputauimus. Vnum Deum excipimus. Præterea, Plinius *inanimam* cum dixit *carnem*, ac moueri tamen, paulò laxiùs locutus eſt. Neque enim elementorum mouetur motu: ſed alio compoſito. Ergo inanima non eſt:ſed quaſi ἡμίζωον, vt diximus. Videmus hîc quoque τὸ πάθος *molam* penè appellari: quoniam accedit ad morbi rationem. Tamen ipſa morbus non eſt: ſed ſubſtantia, & morbi cauſſa: id eſt, cauſſa læſionis officiorum,vt alibi ſubtiliùs diſputauimus. Notanda tamen loquendi forma:nam mutauit caſum,γυναικὶ:poſteà ſubdit συγκινουμένης.

Vir doctiſſimus putauit tranſpoſita verba,& ſic eſſe legendum: οὕτω ἔμψυχον διὰ τὸ ἄψυχον ληφθὲν εἶναι: & interpretatus eſt, *conceptum*. Sed tria hîc ſunt aduertenda. Primùm molam moueri:& à Plinio dictum id eſt,& vulgò ſcimus: vidimus enim aliquot. Deinde falſum eſt, eſſe ἄψυχον τὸ ληφθὲν: in ſemine enim ſunt principia animæ. Itaque ex dimidio erit animal. Imo pluſquam planta:mouetur enim. Nam quis negabit molam creſcere per exceptionem alimenti ad interna, non per adiectionem? Si igitur alitur,viuit ſaltem. Poſtremò ſignatè locutus eſt Ariſtoteles ληφθὲν: non autem συλληφθὲν. Neque enim eſt conceptio:quia non eſt ex duobus:ſed receptio tantùm:quia vnicum ſemen,trahit,& capit.

Exemplum hypenemiorum non vſquequaque quadrat. Nam ouum non mouetur. Non tamē tollit hoc quin ſententia noſtra vera ſit. Nanque ouum ne creſcit quidē:at mola creſcit. Præterea neque ouum verè animal eſt, neque viuens. Sed comparauit hypenemium molæ, quod altera tantùm è ſemine concreſceret.

XLV. ARISTOTELES.

Πολὺν δὲ χρόνον ἐμμένει, διά τε τὴν τῆς ὑστέρας διάθεσιν, καὶ διότι ἡ μὲν ὄρνις πολλὰ εἰς αὐτὴν τίκτουσα, ὑπὸ τούτων κινουμένης τῆς ὑστέρας, προσάγει καὶ τίκτει· καὶ ὅταν ἅπαξ ἐχθῇ, καὶ τὰ τελευταῖον ἐξέρχεται. οὐ γάρ ἐστι τὸ εἶργον, ἀλλὰ κατὰ σῶμα περιττικὸν γενόμενον, ὅτε ἐπληροῦτο οὐκέτι τῆς ὑστέρας ποιεῖ ἀντισπαστικήν. ὅσα δὲ ζωοφορεῖ, διὰ τὸ μεταβάλλειν τὴν δύναμιν αὐξανομένου, καὶ ἄλλοτε ἀλλοίας δεῖσθαι τροφῆς, ὑποφλεγμαίνουσά τι ἡ ὑστέρα ποιεῖ ταὐτὸν τόκον. ἡ δὲ σάρξ, διὰ τὸ μὴ ζῷον εἶναι, ἀεὶ τὴν ὁμαλῶν.

Diuturnæ autem geſtationis non vna cauſſa eſt. Nam & matricis natura ad id eſt comparata: & auium genus quoddam, quoniam intra ſe numeroſa parit oua: ab ijs commota matrix iccirco propellit,& parit. Quæ ſemel aperta vbi fuerit,ad vnum omnia exeunt. Neque enim quicquā eſt,quod arceat. Verùm quia ſemel repletū matricis corpus fuit, poſtquam eò redactum eſt vt eijciat,nullam obtinet amplius facultatem contra attrahendi. At verò quæ animalia viuum gerunt in vtero animal, eorū matrix ad expulſionem non ſollicitatur: niſi ipſa igneos calores,quos vocant phlegmonas,*patiatur. Id quod fieri conſueuit incrementum capiente fœtu,mutatóque in*

ὁμαλοῦν, διὰ γὰρ ὁ βαρύνει τὸ ὑστέραν ὥστε οἷον φλεγμαίνειν. ὡς ἐνίαις γε ἢ συναποθνήσκει τὸ πάθος, ἐὰν ἐν δὲ ἐντύχημα ἀσθενήματος συμβῇ, οἷον τῇ ληφθείσῃ ὑπὸ τῆς δυσεντερίας.

validiorem habitudinem. Quo tempore excitatur etiã ad vberiores cibos capiendos. At caro iſta mola cùm animal non ſit, æquali ſuperficie cõtenta fuit. Itaque non niſi propter pondus ſuum in cauſſa eſſe poteſt tãdem, vti matrix incendatur. Id quod nonnullis euenit aliquando. Quare quoad viuunt, interdum gerunt: niſi fortè quapiam ægrotent. Veluti illa, quæ cruento alui profluuio capta fuit.

C Æ S A R.

CORRVPTISSIMVM in exemplar cùm incidiſſemus, quaſi per ſaltus, eóſque difficillimos, aſperrimóſque vix occupare licuit ſenſa Philoſophi. Reddit affectionis vnius cauſſam: quamobrem diutiùs geſtetur mola. Primum à loco. Quoniam, inquit, matricis intereſt retinere. Idem in *quæſtionibus propoſitis* de equarum matrice ſtatuit ipſe Philoſophus. Secundam rationem ponit mirificam ab exemplo auium. *Auium*, inquit, *matrix cùm multa concipiat oua, eorum frequentia ſollicitatur. Itaque eorum quippiã vbi exiuit, iam tum omnia exeunt vſque ad vnum. Neque præterea claudi poteſt matrix. Quoniam in propenſione eſt ad ea eÿciendum.* Intelligit clauſionem perpetuam. Nanque interpellatur apertio, quoad cætera itidem matureſcant. Ergo neque retinere poteſt, neque attrahere: contrarij enim motus ſunt. Quod facete dixit Plautus: *ſorbere & flare.* At quæ animal concipiunt, eorum matrix multis modis excitatur ad expellendũ. Nanque fœtus auctus pondere ſuo premit. Quin etiam viribus, quas adipiſcitur, per incrementa, inſtigat. Tum alijs motus de cauſſis, tum quærens cibos vberiores. At mola cùm animal non ſit, caro potiùs dici debet: eáque æquabilis, ac nullis dearticulata membris. Itaque meliùs continet. Neque enim veros habet motus animalis. Ergo pondere ſuo aggrauat tantùm. At incenſiones illas nullas efficit. Quare fit, vt quoad viuunt, molam gerant: niſi quapiam vt diximus, ægritudine exigatur.

In exemplari meo eſt προσάγει καὶ τίκτει: quod nos *producit*, & *parit*, interpretati eramus. Sed cùm diligentius locum inſpexiſſemus, mendum eſſe animaduertimus, & legendum putauimus προάγει, *propellit*. Quanuis προσάγειν intelligeremus *producere*, tanquam *promouere*: vt in quartodecimo de *officijs partium* Galenus: αἱ δὲ ὑψηλότεραι τῶν ἰσῶν προσάγουσι τὸ μηρόν. Hanc lectionem probat & vir ille doctiſſimus, cuius opinionem, etſi in omnibus non ſequimur, eruditionem & conatum amplectimur, & laudamus: qui, τὸ προάγει, pro ἐξάγει poſitum putat: rectè ſanè. Et Ariſtoteles ea præpoſitione hoc libro ſæpe vſus eſt: προΐησι, προάγει. Et Latini quoque cùm de terræ fœtu loquerentur, verbo *propellere*, ſæpiſſimè vtuntur. Προαγωγεὺς verbum Demoſthenicum eſt, *contra Androtionem* Galenus autem in quinto de *Officio partium*, pro *extendere* accipit. De vena enim loquens dicit, τὴν προάγειν αὐτήν. Et in libro de *Optima doctrina*, pro *extendere*, *amplificare*: ὡς ποιοῦντι προάγει τὴν ἰσχύν. At in noſtro ſignificatu Ariſtoteles eodem verbo vſus eſt, in quinto *Hiſtoriarum*, de locuſtis loquens. Εἶναι, inquit, δὲ τὰ ὠὰ τίκτουσι προάγειν πρὸς τὰ χονδρώδη, pro eo quod eſt προωθεῖν. Neque enim eſt virtus ducens, ſed impellens, vt apud Galenum.

Emendauimus κινουμένης, fecimúſque κινουμένης. Reſtituimus quæ deerant verba ad hunc modum. Ὅσα δὲ ζωοφορεῖ, οὐ τοῦτο πάσχουσι, ἀλλ' ἡ διὰ τὸ μεταβάλλειν τὴν δύναμιν αὐξανομένην καὶ ἄλλοτε ἀλλοίας δεῖσθαι τροφῆς. Itẽ διὰ γὰρ ὁ βαρύνει τὴν ὑστέραν ὥστε οἷον τι εἶναι φλεγμαίνειν. Præterea interpretati ſumus τὸ τελευταῖον, *vſque ad vnum*: apud Latinos, vt opinor commodiſſimè. *Arcere* diximus, pro *continere*, & veriſſima & prima verbi ſignificatione. Sic enim Cicero vſus eſt, cùm alibi multis in locis, tum in ſexto de *Republica*. *Summus*, inquit, *ipſe deus arcens, & continens cæteros.* Et Cato in libro de *Re ruſtica*, antiqua inflexione in eodem ſignificatu. *Vitem ſic inſerito, præcidito, quã inſeres: eámque mediam diffindito per medullam: eo ſurculos præacutos arcito.* Ita *arca* & *arces*, à continendo dictæ, non à prohibendo: vt ineptè Grammatici. Hîc eſt ἀρκεῖν Græcum, cùm ſibi quiſque ſatis eſt, & habet quæ habere decet: ſiue inde ſit, ſiue adeo εἴργω: quod verbum eſt in Epiſtola Philippi regis bis, etiam eodem ſignificatu & ſtructura, quo doctiſſimus Poëta: *arcebat longe Latio.* Μυσείων εἶργεν αὐτοῖς: ſicut compoſitum διείργει. Geographis frequens vox in Septimo apud Strabonem: κατὰ τὸ διεῖργον ὄρος τῆς Σιφυλίας. Et Ariſtoteles in libro de *Spiritu*: oſſium officia cùm recenſet, alia dicit tanquam pilas, aut fulturas, & pedamenta vt crura ad ſuſtinendum: alia ad tegendum, vt caluaria pro cerebro. Et addit: καὶ ὅσον δὲ τὸν μυελὸν ἀρκεῖν: *Arcere* hîc *medullam* & *continere*: niſi ſit, quod opinor, mendum.

XLVI. ARI-

XLVI. ARISTOTELES

Πότερον δ', ὥσπερ εἴρηται, διὰ θερμότητα γίνεται τὸ πάθος, ἢ μᾶλλον δι' ὑγρότητα, ὅτι ἐστὶ τὸ πλήρωμα ὥσπερ μύει, ἢ ὅταν μὴ οὕτως ᾖ ψυχρὰ ἡ ὑστέρα, ὥστε ἀφεῖναι· μηδ' οὕτω θερμὴ, ὥστε πέψαι; διὸ καὶ χρόνιον τὸ πάθος, ὥσπερ ἐστὶ τὰ ἐν ἑψήσει πολὺν χρόνον διαμένει. τὰ δ' ἑψόμενα, πέρας ἔχει καὶ ταχυτῆτα. αἱ δὲ τοιαῦται ὑστέραι ἀκρόβατοι οὖσαι, τὸν χρόνον ποιοῦσι πολύν.

Vtrum igitur propter calorem fit hoc, quemadmodum diximus: an potiùs propter humorem? Eſt enim quaſi plena, ſicut & cùm clauſa eſt. An tum fit, cùm matrix, neque tam frigida eſt, vt amittere poſſit: neque tam calida, vt concoquere valeat. Quare neceſſe eſt, longinquam fieri ægritudinem. Videmus enim quædam, quæ ad coquendum multi egẽt temporis. Quæ autem percocta, ſunt adepta finem ſuum, celeritatem quoque naneiſcuntur. Huiuſmodi verò matrices peſſimè temperatæ cùm ſint, multum ponunt temporis.

CÆSAR.

INTER diuturnitatis rationes interponit cauſſam materialem molæ, vnde illa affectio deriuetur. Fortaſſe, inquit, à calore non fit, ſed ab humore. Repletio enim quædam eſt: ſicut cùm fœtum gerit, & eſt clauſa. Poſt hæc ſubdit alias cauſſas diuturnitatis, quas à matricis qualitate ſumit. Quæ minus habent frigoris, quàm par ſit ad eijciendum: minùs caloris, quàm quantum exigatur ad perficiendum. Nam videmus, inquit, in rerũ natura ea quæ percocta ſunt, amitti à matrice: putà fructus arborum atque herbarũ. Galenus quoque in ſexto de *Morbis, & cauſſis, & accidentibus*, caliditatem, atque humiditatem concoquere ſcripſit. Vnde colligi poſſit, extremam humiditatem fuiſſe impedimento, quominus mola percoqueretur. Quærat autem quiſpiã, quid cogitaret, cùm diceret, non eſſe tam frigidam, vt expellere poſſit. Quaſi verò frigiditas motus cauſſa ſit. Contra quam ſententiam multis commentationibus eſt à Philoſophis diſputatũ. Et Galenus in quarto decimo de *Officijs membrorum*, calorem ſtatuit primum eſſe naturæ inſtrumentum. Τοῦτο γὰρ, inquit, ἐστὶ πρῶτον ὄργανον τῆς φύσεως. At natura motus principium eſt. Item in libro de *Tremore*. Etſi calor noſter naturalis mixtus eſt certo temperamento ex calore, ac frigore: caloris tamen portione potiùs illa perfici, quaſi natura duce, atque autore ad mouendum. Quibus verbis Conciliatoris ſententia in Differentia ſexageſimaprima oſtenditur falſa: qui frigiditatem voluit eſſe motus cauſſam per ſeipſam. Neque enim cauſſa eſt, quatenus calorem temperat ad certum gradum. Calor enim agit, non ipſa. Qui calor propterea quòd temperatis actionibus aſsignabatur, non igneus eſſe debuit. Tantum igitur abeſt, vt frigus agat: vt etiam ſumme agendi impediat poteſtatem. Impedit igitur exceſſum actionis, redigitque ad mediocritatem. At actionis mediocris illius autor, non eſt ipſum, ſed calor. Vnum igitur fit calor naturalis ex frigore & calore, vt calor excedens remittatur: non quòd vtroque egeat ad mouendum. Verùm hoc ita non intellexit Philoſophus: frigus eſſe motus cauſſam. Sed ſic: calorem eſſe cauſſam attractionis. Itaque vbi minùs frigida ſit, plus erit calida: plus igitur attrahet. Ergo & diutiùs retinebit. Retentio enim & attractio eiuſdem virtutis eſt: vt in libris de *Semine genitali*, eſt à nobis conſtitutum. Eſt enim attractionis finis ac perfectio, retentio ipſa. Quare ſi matrix calidior ſit, retinebit, & non amittet. Sed ille tamen calor minor erit, quàm vt concoquere poſſit. Ita calor ille tam paruus, ſatis erit ad retinendum, at non ſatis ad concoquendum: vt maioris egeat caloris concoctio, quàm retentio. Aſtipulatur ſibi ipſe Philoſophus in quarto de *Generatione animalium*. Quemadmodũ, inquit, ea quæ concoquenda ſunt, ſi plus ignis adſit, adurit: ſi autem minùs, non coquit. Vtraque enim de cauſſa fit, vt opus ne perficiatur.

Pulcherrimus locus extat apud Galenum libro quartodecimo de *Officio partium*, de matrice. Calorem in fœmina non eſſe tantum, quantũ in mare: propterea quòd oporteat, vt & ipſa alatur, & relinquat aliquid, quod non attrahat. Εἰ τοσοῦτον, inquit, ὅσον ἔπεψε, ἀλλ' οὐ διαφόρησεν. Nã quod eſt perfectè calidum, non ſolùm coquit, ſed etiam digerit: ſcilicet in ſuas partes. Pulchra certè contemplatio, ſed falſa. Nam ſi ſit fœtus fœmina, minùs digeret alienum, quàm mater ipſa ſuum: & minùs ipſe fœtus puſillus, quàm mater magna: & minus inchoat, quàm natura perfecta.

Erat mendum in Codice noſtro, ὑστέραι ἀκρόαται. Quod neſciebam quid volebat ſibi: niſi ἀκρατοῦσαι ſcribendum eſſet. Eſt & illud ὥσπερ μύει. Puto deeſſe ὅταν: vt ſit *cum conniuet*, id eſt, *prægnans clauſa eſt*: temporis enim eadem eſt facies.

LLLL I

XLVII. ARISTOTELES.

Ἔτι δὲ τὸ μὴ ζῷον εἶναι μὴ κινούμενον, οὐ ποιεῖ τὰς ὠδῖνας. ἡ γὰρ κίνησις τῶν συνδέσμων, ὠδῖς ἐστιν ἣν διὰ τὸ ζῆν ποιεῖται τὸ ἔμβρυον.

Præterea mola, cùm animal non ſit, ac propterea nullum cieat motum, dolorem nullum facit: eſt enim parturiendi dolor ex motu ligamentorũ, quem facit fœtus vita appetens.

CAESAR.

AMOTV cauſſam latiùs declarat. Nam quanquam mola mouetur, palpitatio tamen quædam potiùs eſt. Neque enim organicis partibus eſt inſtituta. Quare motus ille æquabilis, non diuerſus eſt. Tum autem non ſpirat: igitur aëre non eget. Non ergo eum appetet ad exeundum: id quod animal perfectum facit. Nam ſi fœtus antequam perfectus ſit, non quærit exitum: & tamen & animal eſt, & mouetur: quam ob cauſſam quærat exitum mola, quæ neque animal eſt, neque animalis mouetur motu? Argumentum ſumptum eſt per demonſtrationem à fine. Laxè nimis loquutus eſt: *vita appetens:* viuit enim. Sed intellexit, mortem fugiens è ſuffocatione.

XLVIII. ARISTOTELES.

Καὶ ἡ σκληρότης δὲ ἡ γιγνομένη τοῦ πράγματος, κωλύσεως ἔργον ἐστίν. οὕτω γὰρ γίνεται σκληρόν, ὥστε πελέκει οὐ δύναται διακόπτειν. τὰ μὲν [γὰρ] ἑφθά, καὶ πάντα τὰ πεπεμμένα, μαλακὰ γίγνεται· τὰ δὲ ἀπολελυμένα, ἄπεπτα καὶ σκληρά.

Tum autem duritia eiuſmodi corporis prohibet efficaciam concoctionis: adeò enim durum fit, vt etiam ſecuris aciem reſpuat. Quæ enim aut percocta, aut matura ſunt, omnia tenereſcunt. Quæ autem prædecerpta, ea & immatura, & dura.

CÆSAR.

MIRVM, cùm vult aſſignare cauſſas diuturnitatis, cruditatem affert. At eam cruditatem cùm dicit eſſe duritiæ cauſſam, quomodo duritiam cauſſam cruditatis dicit? Quoniam cruditas duritiæ cauſſa eſt eſſentialis, tanquam ſpecies affectionis. Sequitur enim duritia cruditatem, ſicut riſus admirationem & intelligentiam. At cruditas à duritia non fit tanquam à cauſſa, ſed tanquam ab impedimento. Durum enim quod denſum eſt, non admittit caloris vim ad ſe intro concoctricem. Statuit autem hîc ex diminuto potiùs calore, quàm à valido confieri molam. *Quoniam*, inquit, *ſi ſatis ineſſet caloris, percoqueretur.* At quæ aut cocta ſunt, aut matura, ea tenera ſunt: cocta intelligit igni: matura calore cœleſti. Probat propoſitionem à ſenſu. Adeò enim duram eſſe molam, vt inuicta acie ſecuris ſit. Eadem ſententia in ſeptimo *Hiſtoriarum.* Διαμένουσι στραγγαλίδες, ὅταν μὴ ἐκπεφθῇ καὶ ἐξίλθη ὑγρότης: de lacte dilutiore loquens. Cauendæ tamen inſidiæ ſunt ab argumento hoc. Nam quæ matureſcunt, tenera fiunt: quoniam calor terreſtres partes rarefacit. Itaque non in omnibus id verum eſt. Nimio enim calore etiam reſolutæ partes dureſcunt. Quod in luto videmus. Quid, quod in ipſis idem quoque euenit fructibus? Nam poſtquam maturi ſunt, ſi diutiùs in matrice arbore pendent, duriores fiunt. Atque adeò fœtus ipſi, quãto diutiùs in vtero manẽt, tantò duriores fiunt. Docet hoc Galenus etiã in libro de *Tabe*. animalis initia humida eſſe: acceptis autẽ incrementis, & procedente tempore dureſcere. Itaque mihi contrà videtur: tẽporis longinquitate caloris operam augeri. Quemadmodum in thrombis. Sanguis enim in matricem fluens, ſi diutiùs immoretur, adeò coquitur, vt iecoris pars videatur. Quare ab eius ſimilitudine etiam vulgus Aquitanicum vocat *pennas*. Pennas enim dicit propriè iecur ſuillum. Is ſi à frigore denſatus fuiſſet, in ſole poſitus ſolueretur? Verùm neque ſoluitur, & aduritur magis. Quem autem calorem hîc diminutum ſtatuit Ariſtoteles, eum non intelligit tanquam molæ formam: ſed pro qualitate capit, molę formam

formam conſequente. Cuius formæ velut inſtrumentum ſit: vt in libro ſeptimo *Metaphyſices* eſt declaratum.

Malè poſuit τὰ ἑφθὰ καὶ τὰ πεπειασμένα μαλακὰ γίγνεται. Quod enim factum eſt, non fit: & quod fit, non eſt. Si igitur mollitudo acquiritur per coctionem: ergo perfecta coctione, mollitudo quoque perfecta erit: alioqui eſſet affectio ſine cauſſa. Debuit igitur dicere: *mollia ſunt*: non *mollia fiunt*. Siquidem matura atque percocta iam ſunt. Neque hîc γίγνεται pro ἐστι rectè hic accipias.

XLIX. ARISTOTELES.

Ὅτι πολλοὶ ἰατροὶ ἀγνοοῦντες διʼ ὁμοιότητα, μύλας εἶναι τὸ πάθος πταίουσιν, ἂν μόνον ἴδωσι τάς τε κοιλίας ἐπαιρομένας ἄνευ ὕδρωπος, καὶ τῶν ἐπιμηνίων σχέσιν, ὅταν χρονίζῃ τοῦτο τὸ πάθος. τὸ δʼ οὐκ ἔστιν, ἀλλʼ ὀλιγάκις γίγνονται αἱ γιγνόμεναι μύλαι. ἄλλοτε μὲν σύρρευσις γίνεται ψυχρῶν καὶ ὑγρῶν περιττωμάτων, καὶ ὑδαρῶν· ἄλλοτε δὲ παχυτέρων, εἰς τὸν περὶ τὴν κοιλίαν τόπον, ἐὰν τὴν φύσιν τοιαύτην ἔχῃ, ἢ τὴν ἕξιν. ταῦτα γὰρ οὔτε ὀδυνηρὰν παρέχει, οὔτε θερμότητα, διὰ ψυχρότητα. αὔξησιν δὲ λαβόντα, τὰ μὲν, μείζω, τὰ δὲ, ἐλάττω, οὐδεμίαν ἄλλην ἐπιφέρονται νόσον παρʼ ἑαυτά, ἀλλʼ ὥσπερ πήρωμά τι ἡσυχάζει.

Non defuerũt autem Medici, quibus ignota eſſet mola res, quo pacto ſe haberet. Qui viderent ventris tumorem: cum tamen neque aqua intercus eſſet, neque menſtrua ſoluerentur, neque ceſſaret tumor. Nempe ergo falſi ſunt. At enimuero perrarò vſu venit, vti molæ generentur. Sed interdum confluunt in ventrem humores ſuperflui, iiq́ frigidi, ac liquidi. Interdum ſecundùm naturam, & habitum craſſiores. Atque ij neque dolorem creant, neque calore afficiunt: quoniam ſunt frigidi ipſi. Neque aliud afferunt nocumenti quicquam, cùm capiũt incrementum, ſiue minus, ſiue maius: ſed quaſi res imperfecta otium agitat.

CAESAR.

NE Scipio quidẽ, aut Gracchi ipſi Atticiſmos conſequantur eos, quibus particula hæc tota ſplendet. Vt mirum ſit, tanto in negotio tam feſtiuum eſſe potuiſſe Philoſophum. Principio, vſus eſt hac voce, ὅτι, initio orationis: qua nihil iucundius. Sicuti ſuprà commonſtrauimus. Deinde dixit: *Medici πταίουσι*: id eſt *falluntur*. Quippe Attici gaudent his agnominationibus: *mori mortem: vitam viuere*. Idcirco ſubdidit alteri voci conſimili, quæ eſt τὸ πάθος: tantò maiore lepore, quòd ea vox connexa eſt cum μύλαι. Has alluſiones, ſiue ἐπιπλοκὰς Attici frequenter ſectati ſunt: vel ex Hippocrate, & Theſſalo, & Polybo quot loca adduces? Et Platonis Timæus. Εἰ οὖν ὦ Σώκρατες πολλὰ πολλῶν εἰπόντων περὶ θεῶν. Et mox. Πάντη πάντως ἂν τὰς αὐτοὺς ὁμολογουμένους λόγους ἀποδοῦναι. Eas modeſtiſſimè eſt ſequutus pudentiſsimus Poëta: *non omnia poſſumus omnes*. Et, *Lybicis teris otia terris*. Tertio loco mirificum illud eſt, ſic. Τὸ δʼ οὐκ ἔστι. Poſteà excuſatio. *Quoniam*, inquit, *rarò euenit*: hoc autem fecit per particulam ἀλλά. Quarto cùm dixit: γίγνονται αἱ γιγνόμεναι. Quinto cùm circumſcribit κοιλίαν, ſic. Εἰς τὸν περὶ τὴν κοιλίαν τόπον. Non enim ſolum ventrem attingit, ſed & ventris loca. Sexto: ἐὰν τὴν φύσιν ἔχῃ: ſubticuit κατά. Septimò: οὔτε θερμότητα, διὰ ψυχρότητα: aliùs dixiſſet ψυχρὰ ὄντα, ſiue τυγχάνοντα: alius διὰ τὸ ψυχρὰ εἶναι. Nos vt potuimus Latinitatis vſum purum, ſcitùmque ſine apparatu quæſiuimus. Πήρωμα, feſtiuè *rem mancam*, *atque inertem* interpretati eramus: ſed non explebat Græcam vocem. Neque verteris *oblæſionem*: eſt enim hîc paſſiuo modo. Duriuſculè autem pro cauſſa otij appoſita eſt. Nam res imperfectæ proptereà non mouentur, quia imperfectæ ſunt. Motus enim eſt perfectio animalis ad perfectionem. Sed intellige imperfecta non moueri, quia non appetunt perfectionem. Ἡσυχάζει quoque potiùs vertimus *otium*, quàm *quietem*. De Atticiſmis hæc: de re videamus.

Connumerat ſigna communia multis affectionibus. *Tumor*, inquit, *ventris*, *retentio menſtruorum*: communia ſunt & fœtui vero, & molæ: item hydropicis. Declarat deinde aliam molæ affectionem: rarò ſcilicet euenire. Poſt hæc cauſſam materialem paulò fuſius: quoniam ſuperiùs attigerat tantummodo. Et dicit multa: humores ſuperfluos: fluxum eorum: liquidos: aliàs craſſiores, frigidos: poſteà ſtatuit locum, in quem deferuntur. Tum eorum cauſſam à corporis habitu, & ab eorum natura. Poſt hæc affectionem ipſorum: *quoniam non dolent*. Neque enim pungunt. Eſt & apud Galenum in doloribus capitis obſeruatum, pituitam dolorem non facere, niſi pondere, aut diſtentione. Addit inde: non incendi ab ijs matrices, quoniam frigidi ſint. Item non efficere alium morbum: ſed & augere, licèt non vno modo, quamlibet molam. Poſtremò rem eſſe inertem, & mancam: vel potiùs vt interpretati ſumus, *imperfectam*: neque

moueri. Intelligit autem motum, vti diximus, animalis, & volentis exire. Nam verum eſt molam quodam motu palpitationis moueri. Neſcio an ſentiat puncta: an contrahatur. Quòd ſi non ſentit: erit inter genus plantę & ſpongiæ. Quæmadmodum animalia quædam hyberno ſopore capta: ſunt enim quidam gradus naturæ ad hominem vſque perfectiſſimum: qui propterea *minor mundus* dictus eſt.

L. ARISTOTELES.

Ἡ δ' ἀπόλειψις τῶν καταμηνίων γίνεται, διὰ τὸ δεῦρο καταναλίσκεσθαι τὰ περιττώματα, ὥσπερ καὶ ὅταν θηλάζωσι. καὶ γὰρ ταύταις ἢ οὐ γίνεται, ἢ ὀλίγα.

Siſtuntur autem menſtrua iccirco, quia eum in locum ſuperflua inſumuntur: quemadmodum & nutricibus: quibus, præter puſillum admodum, rarò quicquam ſoluitur menſtruorum.

CAESAR.

Aliam recenſet affectionem in ijs, quæ molam gerunt. Defectum menſtruorum ſicut & nutricibus communem vtriſque cauſſam. Quoniam ſicut his in lac, ſic illis in molam abſumitur ſanguis ad menſtrua deſtinatus. Maluit nutricum exemplum aſſignare, quàm vterum gerentium, & rectè: fortiùs enim eſt argumentum: ſi lac auertit menſtrua: tantò magis mola, locus enim ille diuerſior aliquanto eſt. Galenus in ſexto de *locis malè affectis*, ſigna defectionis mẽſtruorum ſtatuit, atque nocumenta apponit: in nono autem de *officijs membrorum*, non commodè fieri, vt eadem & nutrix ſit, & probè ſoluat menſtrua. Quare in primo de *conſeruanda ſanitate*, monet nutrices à venere vt abſtineant: ſi infantibus meliùs eſſe velint: coïtu enim cieri menſtrua: atq; iccirco lac & paucius, & deterius fieri. At illæ non ſolùm venerem exercent, ſed etiam laceſſunt languentem: meróque ſopitæ tres liberos mihi necauere.

LI. ARISTOTELES.

Ἔστι δ' ὅτε καὶ εἰς τὸν μεταξὺ τόπον τῆς ὑστέρας καὶ τῆς κοιλίας σύρρεον, ἐκ τῆς σαρκὸς, δοκεῖ μύλη εἶναι, οὐκ οὖσα. ἔστι δ' οὐ χαλεπὸν γνῶναι, ἂν μύλη θιγγάνουσα ᾖ τῆς ὑστέρας. ἐὰν γὰρ ᾖ εὐσταλὴς, καὶ μὴ ἔχουσα αὔξησιν, δῆλον ὅτι οὐκ ἐν ἐκείνῃ τὸ πάθος. ἐὰν δὲ τοιαύτη ᾖ, οἷον ὅτε καὶ παιδίον ἔχει μύλην, θερμή τε καὶ ψυχρὰ καὶ ξηρὰ ἔσται, διὰ τὸ εἴσω τετράφθαι τὰ ὑγρά. καὶ τὸ στόμα τοιαύτη, οἷον ὅταν κύωσιν. ἐὰν δέ τι ἄλλο ᾖ ὁ ὄγκος, ἔσται ψυχρὰ θιγγανομένη, καὶ οὐ ξηρὰ, καὶ ἀεὶ τὸ στόμα ὅμοιον.

Fit autem vt tumor ex humoribus de carne confluentibus in locum, qui inter matricem atque aluum interiacet, molæ ſpecimen falſò præbeat. Dignoſcetur autem matrix tali carere morbo: ſi ipſa attrectando compoſita, neque tumida inueniatur. Quæ ſi ſit einſmodi, quaſi cùm aut fætum, aut molam gerunt, erit calida & frigida & ſicca: propterea quòd humor introrſum conuerſus ſit. Os quoque tale erit, quale cùm grauidæ ſunt. Quòd ſi alterius generis tumor ſit, erit ad tactum frigida, ſed non ſicca: os autem ſemper ſimile.

CAESAR.

In libris *Reſolutorijs* ita conſtitutum eſt: perfici tum demum ſcientiam noſtram, cùm cauſſas omnes, principia atque elementa quæſitæ rei cognoſcimus: deinde eas affectiones quæ à cauſſis illis emanantes in rei eſſentia ſitæ ſunt: tertiò, quæ quibus cauſſis reddendæ, atque acceptæ ferendæ. Niſi enim per ratiocinandi formam applicatæ ſint cauſſæ affectionibus, non perficitur ſcientia: veluti cùm dicimus: ſapientæ appetentem eſſe hominem, quoniam ratione præditus ſit. Poſtremo hæc non ſatis eſſe putandum eſt: ſed præter hæc, illud quoque eſſe neceſſarium. Quodcunque horum cuilibet contrarium ſentiatur, id eſſe falſum: ne fortaſsè cum veris communicentur. Hoc hîc nunc agit Diuinus vir: molam interdum videri, quæ non ſit. Nam in matrice non eſt tumor tunc, ſed extra matricem. At in molæ definitione locus in matrice inerat. Hic autem extra matricem eſt, inter eam & aluum. Poſtea dignoſcendi

cendi ſigna ponit. Nam ſi matrix compoſita ſit, non tumida, ſed æquabilis, carere eam hoc incommodo, id argumentum eſt. Nam quæ molam, aut fœtum gerunt, earum matrices ſiccæ ſunt: quoniam humor intus retinetur, atque os ipſum clauſum eſt. At ſi alius tumor eſt, non erit ſicca matrix.

Plinius libro ſeptimo, quod hîc σιῤῥίον participium eſt, humorum morbi nomen putat: quod viris accidat in ventre, ſicut mola mulieribus. At hic neque morbi nomen eſt, & mulieribus quoque euenit. Hinc tamen illum ſententiam, ſuam hauſiſſe valdè eſt veriſimile.

Interpretati ſumus, εὐσταλὴς, *compoſita atque æquabilis*. Ea voce Lucianus vſus eſt in *Piſcatore*, συνθρωπῶν καὶ τὰ σχήματα εὐσταλῶν καὶ φροντιστικῶν.

Animaduertendum quod ſcriptum eſt: *grauidarum matricem calidam, & frigidam, & ſiccam*. Putabamus hic mendum eſſe: & tollendum, aut *frigidam*, aut *calidam*: alterutrum, inquam, potiùs *frigidam eſſe matricem*. Quoniam quemadmodum humor, item calor aliò diuertatur. Item illud obſeruandum, cùm dicit, ἄλλο ὁ ὄγκος ᾖ. Id eſt, *aliud quàm mola, aut fœtus: putà abſceſſus*: ſed intelligimus ἄλλο καὶ ἄλλοθι: *& aliud, & alibi*. Neque enim verum diceret: nam in matrice ἄλλο, eſſe poteſt: & ſicca erit, & calida: vt ſi ibi ſit abſceſſus ab igni ſacro.

Quòd autem dicit, *os ſemper ſimile*, difficilè eſt ad intelligendum: Neque enim vult dicere, ſimile ijs quæ grauidæ ſunt: neque enim verum eſt mutari, ita vt modo clauſum ſit, modo apertum. Nam mouetur os: ergo non eſt ſemper ſimile.

Vir doctiſſimus ita legendum putat: εἰ μύλη θιγγάνουσα ἐν τῆς ὑστέρας, atque ita interpretatur: *facilè fuerit cognitu an mola inſit in matrice*. Sed omnino putat Codicem mendoſum eſſe: quod nec nos omnino negamus quoque. Puto tamen ego θιγγάνουσα, dici de obſtetrice. Neque aliter intelligi poteſt, an os matricis εὐσταλὲς ſit καὶ ὁμαλὸν, niſi attrectetur. θιγγάνουσαι lego, vt apponatur infinitiuo γνῶναι. Sic, οὐ χαλεπὸν γνῶναι εἰ μύλη ᾖ, θιγγάνουσαι τῆς ὑστέρας.

LII. ARISTOTELES.

Μάλιστα δὲ λανθάνει, ὅσαι οἴονται ἀδύνατοι εἶναι συλλαβεῖν, ἐὰν μὴ ἀναξηρανθῇ καὶ ἐπιδήλως ἀφανισθῇ τὸ δοθέν. συμβαίνει δ' ἐνίοτε πλεῖον προεθῆναι καὶ αὐτὴν καὶ τὸν ἄνδρα, ἢ ὅσον δύναται ἀφανίσαι καὶ τὸ ἱκανοῦ. ὅταν δὲ σπάσῃ μὲν ἱκανὸν, λειφθῇ δὲ πολὺ, τότε λανθάνουσι καὶ κυϊσκόμεναι· ὅτι δὲ τοῦτον ἐνδέχεται γίνεσθαι καὶ οὐκ ἐξ ἅπαντος γίνεται τὸ παιδίον, δηλοῖ ὅσα τῶν ζώων ἀπὸ μιᾶς ὀχείας πολλὰ τίκτει, καὶ ἡ τῶν διδύμων γένεσις ἡ κἂν ἀπὸ μιᾶς γίνηται. δῆλον γὰρ ὅτι οὐκ ἐξ ἅπαντος ἐγένετο, ἀλλὰ μέρος τι αὐτοῦ ἔλαβε τις τόπος, τὸ δὲ, περιελείπετο πολλαπλάσιον.

Quæ autem arbitrantur, fieri non poſſe vt concipiant, niſi ſicca vulua exurgant à coïtu, nihilque compareat ſeminis immiſſi, ea tunc falluntur, cùm plus emittitur ſeminis, & ab ipſis, & à viris, quàm quantum ſatis ſit: quaſi totum contineri ita oporteat: vt non compareat. Vbi igitur quantum ſatis habet, attraxerit, ac reliqui multum factum ſit: tum verò ignara ſunt, quemadmodum grauidæ euaſerint. At hoc verum eſſe, neque totum requiri ſemen ad conceptionem, palam eſt ijs in animalibus, quæ vno initu multa pariunt. Sicut & gemellorum generatio, quæ vno coïtu fit. Apparet enim, non ex toto ſemine, ſed è fœtus portionibus generatio: quas portiones loci muliebres receperint. Reliquum autem quanquam multum fuerit, remiſſum eſt.

C Æ S A R.

Postremam hanc commentationem, tanquam fruſtra repetitam non egere declarationis iudicauimus. Superioribus enim diſputationibus ſatisfactum eſt. Ac reliquum erat quidem, & putamus à Philoſopho elaboratum, vt diceret de progreſſibus, quos faceret natura in fœtu à principijs ad perfectionem. Nos autem quę ad hominis pertinent generationem, deque omnibus accidentibus, tum in coïtu, tum à coïtu quæ ſolent euenire: item quæ ſpectant ad cauſſas generationis, & ſterilitatis: fœtuum quoque vitam vel in vtero, vel editorum iam, vſque ad ætatem exactam: quæ de Galeno, Hippocrate, atque Aſtrologorum arcanis digeſſimus, in ſeptem libris de *Semine genitali*, abundè proſecuti ſumus.

Rurſus monet doctiſſimus vir non ἀπελάτου, ſed περιλάτου legendum ex Codice Florentino. Verùm Florentini illi noui Academici viri docti ſunt, & quibus fidem ſummam habeam. Verùm ſuſtulit τὸ ἀεὶ, quod tam apte conuenit cum πολλαπλάσιον, vt nihil magis.

EPILOGVS.

QVASI qui è naufragio, vbi in littus euaſere, periculi memoria vehementiùs commouentur, cum animo ſuo rei aſperitatem reputantes. Ita nos quoque, VALLEA, *poſtquam ex hoc gurgite elapſi ſumus, temeritatem noſtrã ſane plus exhorreſcebamus, quàm ipſius negotij difficultatem. Puto enim me omnium militum glorioſorum inſolentiæ ſuperfuiſſe. Adeo nanque deſperata res nunc videtur mihi, vt animo meo obſtinârim, nunquam prætereà librum iſtum Græcè relecturum. Nam quò plus inſpecto atque contemplor, profecto minus ſcio quid mihi fuerit faciundum. Quid igitur viuens, vidénſque te in haſce anguſtias coniecisti? Iucunda quædam ſcripſeram, vt fortunam meam aut vincerem, aut oblectarem. Circumſtabant amici vellicãtes, me magnum, maximum, & alia monſtra appellantes. Irritatus ſum igitur, plus otio, quàm negotijs feciſſem. Multa præclara animo meo deſtinaueram. Sed dum circumſpicio, videbam omnia à doctis viris occupata præreptáque mihi minimè omnium ambitioſo. Itaque cœpi ego quoque verſare dolium, ne nihil agerem. Quod equidem fregiſſem, niſi tu,* BRIANDE VALLEA, *amici tui doctiſſimi, atque humaniſſimi benignitate interueniſſes. Cuius nomen mihi roganti cùm nolles dicere, iniquiore vſus ſum patrono nunc, quàm maximis olim in cauſſis iudice conſueueram. Sed ſiue tu is es, ſiue ſit alius quis: ego huic viro nunquam ſatis laudato gratias ago, publicéque teſtatum relinquo, me eius lumini, nominis mei ſi quid vnquam futurum ſit, claritatem debere. Quòd ſi cui parum videar expreſſiſſe Philoſophi ſententiam, eum velim ſic cogitare: quantum interſit Ariſtotelis libros ſanos ac puros interpretari, & deprauatos redintegrare: vt vnum ille mihi orationis argumentum, ſed ego illi rei ipſius materiam ſuppeditaſſe videar. Quòd autem ad modum ſpectat interpretationis, nemo ſperet ſeſe tam benè & exactè dicturum, quin quiuis alius confidat, vel aliter, vel etiam meliùs expreſſurum.*

FINIS.

GRATIAS TIBI DOMINE IESV.

PHILIP. IACOBI MAVSSACI,
in Senatu Toloſano Conſiliarij Regij, in Ariſtotelis Hiſtoriam de Animalibus, & Iulij Cæſaris Scaligeri interpretationem, & Commentarios,

ANIMADVERSIONES.

PHILIP. IACOBI MAVSSACI, in Senatu Toloſano Conſiliarij Regij, in Ariſtotelis Hiſtoriam de Animalibus,& Iulij Cæſaris Scaligeri interpretationem, & Commentarios,

ANIMADVERSIONES.

QVEMADMODVM multa, eáque grauia in hoc Atlantico opere, nobis animaduerſiones ſcribendi legitimam anſam præbuerũt, poſt tantum Commentatorem,qualia ſunt, rerum quæ in aureis hiſce Philoſophi libris leguntur,varietas ac pondus, locúmque difficilium & obſcurorũ tam in Auctoris, textu quàm in Cõmentarijs Interpretis paſſim occurrentiũ,non paruus numerus. Ita etiam non pauca poſt Editionem operis,adegerunt ad contrahendum in pauca quicquid id erat animaduerſionum,vt ingens voluminis moles,& Typographorum Librariorúmque noſtrorum moroſitas, & præterea priuata publicáque negotia quæ nos à cœptis ſæpiùs auertere. Quamobrem quæcumque vel aduerſus Auerroïm, Albertum,Auguſtinum Niphum Philotheum Sueſſanum, Geſnerum, Ruellium, Rondeletium, Bellonium,Vlyſſem Aldourandum,egregium illum compilatorem, alióſque id genus diſputata erant, & quæ ex pleriſque claſſicorum Auctorum de nouo contra virorum Doctorum ſententias explicaueramus,in Capita obſeruationum,aut variarum *lectionum* redigenda fuere:vt commodiùs aliàs edantur,cum alijs operibus noſtris,non iniucundæ vt ſperamus,lectionis & frugis. Animaduertemus hìc igitur breuiter in textum, interpretationem & Commentarios, quantum per temporis anguſtias,& voluminis craſſitudinem, Librariorúmque vrgentia negotia licebit,& quos relegendo deprehendimus errores maximè notandos expungemus critico pumice.

Pag. 1. *Ἀρισοτ. περ. ζώ. ἱστορ.* De Inſcriptione horum librorũ,& varijs titulis inProlegomenis abunde ſcriptum eſt. Alij vertunt, *Ariſtot. de Hiſtoria Animalium κατὰ πόδα*: ſed non odorantur Philoſophi mentem, nec ſenſum venantur verborum. Meliùs & magis Romanè ac decorè Scaliger, *Ariſt. Hiſtoria de Animalibus*,quem nos in hoc amplectimur: non enim hìc de Animalium Hiſtoria tractatur, ſed potiùs eorum hiſtoria texitur philoſophicis legibus. Vnde *de Animalibus* rectè non *de Animali*, quia non conſideratur ibi animal in ſua natura communi in quantum animal eſt:verùm *ἱστορικῶς*,& breuiter animalium naturæ,differentiæ,mores deſcribuntur. Ariſtoteles ipſe cùm hos libros laudat, *ἐν ταῖς ἱστορίαις ταῖς περὶ ζώων*, vt lib. 2. de *Partib. Animal.* cap. 1. Plura quidem de hac inſcriptione, & ſimilibus dicenda forent:ſed animaduerſionum carceres & terminos egrederemur. Cæterùm monemus in exemplari noſtro,Capitis primi inſcriptionem non eſſe inuentam, quæ labes ſæpius in hoc opere re facta eſt incuria deſcriptorum. Nos memoria lapſi obliti ſumus reſtituere ex Commentario hoc modo. *Animalium partitio à materia.*

Apotelef.1. *Ἐν αὐτοῖς ἴδια*: *partes diuerſas, ſuique generis opificia.* Hæc omnia ex officina Gazæ: & miror intacta reliquiſſe magnum Cenſorem. Quid enim in Græcis reſpondet?nihil ſanè. Nec eſt quod putemus in textu fuiſſe *καὶ ἴδια αὐτοῖς ἔργα*, quod annotauit Caſaubonus:nam *ἴδια* cum vocibus præcedentibus *ἕτερα μέρη*, concordare debet.

Pag.3.

Pag. 3. Apotelеſ. 2. τὰ δὲ πάντ. μ. ι. διαφ. ἀλ. καθ. ὑπερ. καὶ ἔλ. Hæc non vertit Scaliger, vel vt prudentiùs loquamur, hæc ab exſcriptore in interpretatione ſunt omiſſa, quæ Græco textui ideo non conuenit. Addendum omnino: *hæ verò eadem ſibi ſunt, licet exceſſu defectúque differant, quarum genus vnum eſt.* Gaza paulo breuiùs, *vel genere, quamquam exceſſu defectúve inter ſe differant.*

Pag. 5. Apotelеſ. 3. τὰ μὲν μαλακοσ. τὰ δὲ. ὀστρακ. Scaliger & Gaza conſtanter ita legerunt neſcio cur alibi ſcriptum reperiatur μαλακόσαρκα, καὶ σκληρόσαρκα, quod non probamus.

Pag. 7. Apotelеſ. 5. οἷον μαστοὺς reponendum in textu: peccàrunt operæ, & malè eſt excuſum πιςοις.

Pag. 9. Apotelеſ. 7. τύπῳ εἰπ. πρ. Gaza, *formula quadam agendum*, malè: non intellexit quid eſſet formula: & non melior Iuriſconſultus quàm Philoſophus fuit. Philoſophus voluit; dicamus primum *in tranſcurſu*, vel *ruditer*, vel *craſſiore Minerua*, cum Quintiliano, quod idem eſt ac τυπωδῶς. Vnde τύποι apud Gellium & ὑπογραφαὶ, minùs exactæ deſcriptiones quàm ὁρισμοί: quod perſpicuè notat differentiam definitionis, & deſcriptionis. Et apud Ariſtotelem noſtrum, vel potiùs auctorem libri de *Mundo*, quem quidam Ariſtoteli, quidam Philoni Iudæo tribuunt non ſatis firma coniectura, τυπώδης μάθησις *craſſior doctrina*. Ita Sextus ὑποτυπώσεων Πυῤῥωνείων libros inſcripſit, quia in eis ruditer tantùm & compendioſè informat lectorum animos, vt poſtea pleniùs erudiantur. Sunt enim illi libri tres quaſi vmbra, & figura reconditioris inſtitutionis, quam pollicetur in libris Scepticis. Et ὑποτυπωτικῶς idem apud eumdem quod συντόμως, *breuiter*. Græci dicunt ὡς ἐν τύπῳ, & τύπῳ λέγειν, λαμβάνειν, εἰπεῖν, ἀποδεικνύειν, *informare breuiter* apud Varronem. Verùm de his diligentiùs in Commentarijs noſtris ad illum auctorem. Nunc ſufficiat ἐν τύπῳ de his dixiſſe. Scaliger vertit, *paulò laxiùs*, nimis laxè: neque enim ſatis expreſſit vim vocabuli.

Pag. 10. Apotelеſ. 8. καὶ κορδύλη: aliàs ſcribitur κορδύλος, ſed malè, vt puto. De Cordyla piſce, vel, vt Gaza vertit, cordula, pauci: quia hactenus ignoratum fuit, cuinam hodiernorum piſcium hoc nomen conueniret. Scaliger noſter ingenuè in his Commentarijs ſe id fatetur ignorare. Quidam verò, neſcio qua ducti ratione, aut quo fulti fundamento, exiſtimant eſſe genus viliſſimi piſciculi, ſed nomen nullum dant. Certè ex verbis Philoſophi, quia cum rana iungitur, non malè inferas parui momenti piſcem eſſe cordylam, & quia paluſtrem etiam dicit. Malè ſiquidem, meo quidem iudicio, in interpretatione Scaligeri hæc interuertuntur: *alia paluſtria, alia fluuialia.* Imò debet eſſe, *alia fluuialia, alia paluſtria, vt rana & cordyla:* quæ potiùs paludes quàm fluuios ſectantur. Codice Græco tamen ſe profitetur vſum eſſe Scaliger, in quo hæc ita digeſta erant. Quòd autem κορδύλος hîc ſcribi non poſsit, patet ex eo quòd de paluſtribus piſcibus mentionem faciat. At Cordylum non dicam paluſtrem, imò marinum. Lucilius apud Varronem 6. de *Lingua Latina.* *Thynno capto, cordylum excludunt foras: occidúntque lupos, ſaperdam & iura Siluri.* Vulgò illic legitur *cornum*, & *aperdite*, pro *cordylum*, & *ſaperdam.* Ioſephus Scaliger tamen in *Coniectaneis*, & Appendice ad ea, nihil mutat; quod ſæpiùs mirari ſubit. In optimis enim ſchedis, quæ apud me extant, & nondum videre lucem, hæc ipſum annotaſſe obſeruaui. *Saperda*, inquit, *pro ſapientibus Varro poſuit citante Nonio. Nobis*, ait, *videmur eſſe belli, feſtini, ſaperdæ, cùm ſimus κόπροι: lego σαπροί. Ita enim alluſio erit ad Saperdam ex vocum ſimilitudine. Perſius commendare hoc genus piſcis videtur, cùm ait: en Saperdam aduehe ponto. Et Athenæo σαπέρδη dicitur πονηρὸν ὄψον. Vnde miror quid Feſto venerit in mentem, vt diceret eſſe genus piſcis viliſſimi. Nam quod Sipontinus mirari ſe ait hæc à Feſto dici: ſanè non videtur prius admirari quòd viliſſimum, quàm quod piſcem dixerit: ſiquidem interpretatur pro ſapiente. Atqui potuit Feſtus ſcire ex Lucilio, eſſe genus piſcis. Nam quod corruptè apud Lucilium in 6. Varron. de Lingua Latina, legitur ita emendatum memini ex Patris noſtri correctione.* Locus eſt notatu digniſsimus, & apprimè faciens ad rem. Infinita alia eiuſdem farinæ, quæ in ſchedis illis αὐτογράφοις tam parentis Iulij Cæſ. quàm filij Ioſephi Scaligeri, continentur, pollicemur nos vulgaturos, ſi vel eas deſcribendi, vel in ordinem redigendi occaſionem nanciſcamur & otium. Bona enim pars *familiarium Exercitationum* aduerſus Eraſmum præcipuè, quarum quinque libros compoſuerat, hinc hauriri & reſtitui poteſt.

Pag. 11. ſub finem. *Hum. in ſtant. & fluuium.* Ita habuit exemplar noſtrum. Nemo non videt legendum *fluidum:* & deinde ita interpungendum poſt vocem Theodorus: *humoris autem vocabulum indidem habuit natalia:* quæ vltima vox *natalia*, malè diuerſo charactere excuſa eſt. *Habere natalia*, nihil aliud eſt, quàm *originem ducere.* Hæc vt multa alia, erant in exemplari confuſa. Tu benigne Lector omnia condonabis.

Pag. 12. l. 32. *nobis perſcrutanti*, excuſum eſt, vt erat in exemplari. Minùs exercitati in ſcriptis Scaligeri volent fortè *perſcrutantibus.* Sed vtrumque ferri poteſt, ſi Grammaticæ leges acutè perpendantur.

pendantur. l. 37. *fellis ſpecie.* Exemplar noſtrum nunquam aliter vocem hanc *felis* ſcriptam habebat quàm cum duplici l. peſſima ratione: pluſquam millies hunc errorem correximus in hoc opere, vt & vocem *cartilagines*, addita aſpiratione, ex ſententia quorundam, quæ non arriſit mihi.

Pag. 15. Apoteleſ. 10. γίνεται ὁ οἶστρος: meliùs & conuenientiùs vtrique interpretationi Gazæ, & Scaligeri, Codices aliqui habent, γίνονται οἱ οἶστροι.

Pag. 16. Apoteleſ. 11. καὶ αἰολοθήρα. Editiones aliæ, & ipſa Veneta, ac Lugdunenſis Caſauboni quam emendatiſſima, ἰλλοθήρα habent. Neſcio vnde expiſcatus ſit Scaliger vocem illam αἰολοθήρα, & cur de eius origine tantopere ſit ſollicitus: nam ſi vera eſt Gazæ verſio, oportet eum, & vulgarem lectionem retinuiſſe, & locupletiori Codice vſum eſſe. In Interpretatione verò Scaligeri, quo loco legitur *& molluca*, putarē legendum, *molluſca*: μαλάκια enim *molluſca* ſunt, vt ſæpiùs in hoc opere vertit Scaliger. In exemplari malè ſemper ſcriptum fuit, *molluca, molluca*, pro *molluſca, molluſca*. Nos centies correximus: & tamen erratorum nondum finis.

Pag. 19. l. 44. εἰλητικά ſi deriues cum Scaligero à verbo εἰλλίπτειν vel ἰλλίζειν non debet aſpero accentu notari, vt in textu. Contrà ſi ab εἵλλειν vel ἁλίζειν, tanquam ab ἵλλειν.

Pag. 21. l. 10. ἀγείρειν, vel ἀγέλειν, ita ſcribendum, *connectare* quidem eſt, ſed non puto vocem ἀγέλην inde ductum.

Pag. 22. Apoteleſ. 15. μυῖα μυῖαι μέλιτ. Ita legit Gaza: muſcam hîc non agnouit Scaliger.

Pag. 23. Apoteleſ. 16. οἷον γλαῦξ, νυκτερίς. Inter animalia quæ noctu victum quærunt, numerat Philoſophus noctuam & veſpertilionem. Scaligeri tamen interpretatio ne quidem verbum de his auibus: & quod mirere magis, in Commentarijs nihil quod ad hæc animalia noctu victum quærentia pertineat, ſcriptum eſt. Quod ſatis indicat mancum hac in parte fuiſſe eius Codicem: niſi dicamus hîc etiam peccaſſe deſcriptorem: nullam enim editionem videre contigit, quæ de veſpertilione & noctua hoc loco non loquatur. Gaza rectè agnouit, & vertit, *vt noctua & veſpertilio.*

Apoteleſ. 17. Differentia quam Philoſophus ponit inter feras & manſuetas animantes, valde notanda eſt. Quædam enim pars iuris eſt, quę his Philoſophicis conſiderationibus illuſtrari commodùm poteſt. Et niſi nos vrgerent operæ, pro quarum diurno penſo hæc occupatiſſimi ſcribimus, multa ex iure afferremus, quæ non ſunt adhuc probè intellecta. Exiſtimo autem altiori & penitiori ſpeculatione opus eſſe, ad hoc vt rectè diſcrimē cōſtituatur inter has voces ἄγρια, ἀγροῖκα, ἥμερα: inter feras & manſuetas beſtias. Ariſtoteles definitione & diuiſione peculiari vtitur. Scaliger noua partitione & ſubtili. Iuriſconſulti longè diuerſa: nec tamen minùs philoſophica. Nos caput integrum habemus in Lectionibus noſtris, quod hæc omnia diſtinguit, conciliátque Philoſophorum & Iuriſconſultorum opiniones. Vt orationis operam compendifaceremus, longiores annotationes ex Animaduerſionibus iſtis, quas tantummodo craſſiorum mendarum, quæ hanc editionem occuparunt, voluimus eſſe euerricula, ſeparauimus.

Pag. 24. Apoteleſ. 18. In Interpret. *partim ſunt illiterata*: ἀγράμματα habet textus philoſophi. Hæc ſunt diligentiùs diſcutienda: & labor eſt non vnius diei. Vellem nobis eſſet ſuperſtes liber ille de *Voce*, quem Scaliger noſter ſcripſerat. Quàm multa in eo contra Eraſmi παρεράματα. Plura in Commentarijs de *Subtilitate* contra Cardanum, vnde abundè poteris haurire. Nam quæ etiam pag. 25. ſequenti, aduerſus Eraſmum adferuntur de galli cantu, illic & alibi exagitata ſunt. Sufficiat ſemel monuiſſe multa in his Commentarijs reperiri, quæ ab auctore, vel in ſubtiliſſimo & perfectiſſimo illo opere aduerſus Cardanum, iam dicta fuere, vel alijs in ſcriptis: quæ noluimus recenſere Quiſque ſibi hanc ſupellectilem paret.

Pag. 26. Apoteleſ. 20. Error eſt in Commentario inſignis. lin. 12. *Sic noſtri vitium*, legendum *viticem quem* ἄγνον &c. vnde apud Iuriſconſultos ager ἀγνοφόρος.

Pag. 28. Apoteleſ. 23. εὐγενὲς μὲν γάρ. Miror magnum interpretem hoc loco ingenium ſuum non exercuiſſe, vbi tam ſubtiliter diſputatur quid interſit inter εὐγενὲς & γενναῖον, id eſt, *nobile & generoſum*. Digna omnino erant hæc quæ ab eo occuparentur. Verùm ipſe Ariſtoteles *Rhetoricorum* lib. 2. cap. 15. ſui ipſius interpres eſt. Εὐγενὲς μὲν κατὰ τὴν τοῦ γένους ἀρετήν· γενναῖον δὲ κατὰ τὸ μὴ ἐξίστασθαι ἐκ τῆς φύσεως. Vide cap. integrum. Vtrobique vſus eſt Philoſophus eximia illa voce ἐξιστάμενον, & ἐξίστασθαι. In Comment. l. 10. *in Canonibus ſuæ Reipub.* Exemplar noſtrum habebat *canibus*: nos maluimus *canonibus*.

Pag. 47. Apoteleſ. 45. καὶ ὁ κόρδυλος. *Cordyla* vertit Scaliger, Gaza ſemper *Cordula*. Ergo nullum diſcrimen inter κορδύλην & κόρδυλον, de quibus ſuprà? Aut *Cordylum* hîc vertere debemus, aut legendum in Græcis καὶ ἡ κορδύλη. Malè omnino illi qui legunt κροκόδειλος, vt iam à viris doctis annotatum eſt.

Pag. 49.

Pag.49 Apoteleſ. 50. διὸ τὸ δ. ο. ἡ μεγ. Hæc Gaza non tantùm confudit, ſed nec etiam vertit. Scaliger optimè eſt interpretatus.

Pag. 51. Apoteleſ. 53. τούτῳ γ. κ. τ. β. σημαίνει τὸ ἴδιον. Interpretes ſenſum mentémque Philoſophi ſunt aſſecuti. At non video quomodo σημαίνειν illud potuerint retinere. Optimè omnium eruditiſſimus Caſaubonus putauit emendandum, τούτῳ συμβαίνει τὸ ἴδιον, id eſt: *Ephemero hoc accidit peculiare ſecundùm vitam.*

Pag.70. Apoteleſ.75. In Comment. l. 8. χαροπόν. Quæ de hac voce afferuntur hoc loco, non conueniunt omnino cum illis quæ à Ioſepho Scaligero in *Confut. Fab. Burd.* pag. 412. edit. 4. Lugdun. Bat. ex parentis Cõmentario in lib. 1. hiſt. de *Animalibus* Ariſt. relata ſunt. Verba enim omnino diuerſa ſunt, licet penè idem ſenſus remaneat. Atque hic vnus ex illis locis eſt, quos in his Commentarijs paulò diuerſos inueni ab his, qui à Ioſepho Scaligero laudantur in illa *Confut.*

Pag.73. Apoteleſ.80. Ἀλκμαίων γάρ. Quamuis Varro lib. 2. de *Re ruſtica*: & Plinius lib.8. Archelao id tribuant, quod Philoſophus hîc Alcmæoni. Tamen non ideo exiſtimãdum cum viris doctis Petro Victorio, lib. *Variar. Lection.* 36. cap. 9. & Mercuriali lib. *Variar. Lection.* 2. cap. 10. textum Ariſtotelis eſſe corrigendum, vel Varronis, aut Plinij: quia diuerſi ſunt auctores illi. Et Archelaüs ex Alcmæone antiquiſſimo Phyſico hoc potuit referre: ita vt Ariſtoteles ab Alcmæone: Varro verò & Plinius ab Archelao id acceperint. Quod & video in mentem veniſſe magno Caſaubono. Textus igitur Philoſophi non temerè mutandus. Pro Alcmæone, Archelao, & alijs auctoribus, qui eos ſequuntur contra Ariſtotelem, facit Orus Niliacus, vel potiùs eius interpres Græcus Philippus (Ægyptiacè enim ſcripſerat) de caprarum per aures reſpiratione ita ſcribẽs. Τινὰ δὲ κατὰ τὸ μᾶλλον ἀκούοντα θέλοντες σημῆναι, αἶγα ζωγραφοῦσιν· αὕτη γὰρ ἀναπνεῖ διά τε τῶν ῥινῶν καὶ τῶν ὤτων. Interpres Latinus malè: *quæ & naribus, & auribus reſpirat atque audit.* Haud dubiè putauit aliquid noui ab Oro dici, capras auribus reſpirare; ideóque addit, *atque audit*, vt hoc ad aures referretur, reſpiratio ad nares. Sed ridiculus eſſet Orus ſi hæc tam peruulgata inculcaret. Non legerat Ariſtotelem hoc loco, nec Varronem, aut Plinium, qui ex Alcmæone & Archelao capras nominatim auribus reſpirare ſcribunt. De ſilueſtribus Oppianus quid ſimile refert ſcitiſſimis verſibus, lib. 2. de *Venat.*

> Αἰγάγροις δέ τις ἔστι δι' αὐτῶν αὐλὸς ὀδόντων
> Ἀσπαλίης πνοιῆς κεράων μέσον· ἔνθεν ἔπειτα
> Αὐτὴν εἰς κραδίην καὶ πνεύμονας ἰθὺς ἱκάνει.
> Εἰ δέ τις αἰγάγρου κηρὸν κέρασιν ἀμφιχέοι,
> Ζωῆς ἐξέκλεισεν ὁδοὺς πνοιῆς τε διαύλους.

Vnde ergo expiſcabimur, cur Philoſophus Alcmæonis ſententiam ita ſpreuerit, vt eum falſi arguat? niſi dicamus omnes illos auctores Hiſtoricorum & Poëtarum more illa narrare: Ariſtotelem verò etiam dum hiſtorici partes ſuſtinet, non poſſe Philoſophi grauitatem deponere.

Pag. 80. Apoteleſ. 94. μόνον τῶν ζώων. Appoſitè ad hæc Philoſophi, adducentur à nobis Sexti Empirici, ita vulgò vocatur, elegantiſſima verba, tum quia nondum Græcè edita ſunt, tum quia optimè ſententiam huius Apoteleſmatis explicant. Ait ille cap. 14. operis πρὸς Μαθηματικούς. Ἀλλ' ὃν τρόπον ἐν πολλοῖς καὶ ἄλλοις φέρει τινὰ κατὰ μονοειδίαν ἡ φύσις, οἷον ἐν ὄρνισι μὲν ἀπείροις οὖσι τὸν Κινναμωλὸν κερασφόρον· ἐν τετράποσι δὲ τὸν Ἐλέφαντα προβοσκίδι κεχρημένον· ἐν ἰχθύσι δὲ τὸν γαλεὸν ζωοτόκον· ἐν λίθοις δὲ τὴν Μαγνῆτα σιδηραγωγόν, &c. Quæ à nobis in Commentarijs ad Auctorem illum, quem propediem ex Bibliotheca Regia edituri ſumus, fuſiùs enucleata ſunt & illuſtrata.

Pag. 88. Apoteleſ. 106. Noluimus replere lacunam quæ eſt in interpretatione huius Apoteleſmatis: quamuis poſſemus ex Commentario: ſed exemplar nude repræſentauimus. Poteſt tamen ita reſtitui ille locus. *Columella vena inſidens, quæ ſi humore,* &c.

Pag. 94. Apoteleſ. 115. In textu: ἀραιός τις ἰσοφυής. Ita legendum. Chalcographus errauit, & ἰσοφυὲς ineptè excudit. Veteres Editiones ὀρθὸς, conſtanter habent. Veteres tamen Grammatici, qui hunc locum proferunt, ἰσοφυὴς legunt cum Scaligero. Quod & obſeruauit Caſaubonus, & colligi etiam poteſt ex veteribus interpretibus Latinis, qui *pariformitatem* vertunt. Apoteleſ. 116. οἷον ἐφ' ἕδραν ὄν. Scaliger nihil hîc mutauit. Gaza vt annotauit Caſaubonus, videtur legiſſe ἐφίδρανον. Meliùs ſi ἐφέδρανον fortè: quia ex tribus vocibus nulla mutatione vna componeretur. Ἐφέδρανα apud Pollucem & alios, ſunt natium prominentiæ, ſuper quibus ſedetur. Ἐφέδρανον non legi.

Pag. 99. Apoteleſ. 124. In Comment. *Inde ſcapularium amictus dæmonum, olim bonorum, nunc malorum.* Primus hic locus eſt è quatuor, quos in hoc opere offendimus cenſura dignos: quamuis obſcurè ſatis, & ambiguè locutus ſit interpres. Poſſunt enim hæc multifariàm interpretari.

Pag.123.

Pag. 123. Apoteleſ. 168. ὃ τι διαφάζας κ.τ.λ. Non ſatis diligens fuit in explicando hoc loco ſatis ventilato Scaliger, qui profectò indigebat adhuc penitiori ſpeculatione, licet pleroſque viros doctiſſimos exercitos habuerit. Si meminiſſet eruditiſſimæ Epiſtolæ Cælij Calcagnini præceptoris ſui ad Ioannem Manardum, certè in his explicandis diutiùs immoratus fuiſſet. Multa hic eſſent præmittenda ſi eius vices ſupplere vellemus. Quare ſubſiſtemus, aliàs hæc omnia acutius & diligentius excuſſuri. Tu interim Mercurialem conſule qui in hac palæſtra ſe exercuit, lib. 1. *Variar. Lection.* cap. 1. Vide etiam omnino Epiſtolam illam Calcagnini lib. 4. Epiſt. 1.

Pag. 134. In Comment. lib. 7. *imo oblongum eſt.* Videtur legendum *longum*. Excuſum tamen eſt vt in exemplari, vbi ſine dubio exſcriptor ob prioris vocis vicinitatem, *oblongum* malè repetijt. Vox illa notatur contra Theodorum: ergo *longum* reponendum, vt explices cum Scaligero vim voculæ προμήκης. Apoteleſ. deinde 192. in textu: ἀμφοτέρας δ. ι. τ. δ. μ. κ. ι. τ. π. τ. ἁπάσας. Theodorus Gaza, vel hæc vt inutilia & ſuperflue repetita præterijt, vel fatendum mancam hic eſſe eius interpretationem. Scaliger Atticiſmos notauit in Comment. & tamen noluit repetere in interpretatione hæc verba εἰς τὸν πνεύμονα τεταμένας ἁπάσας. Poterat ita: *vtraſque etiam duo minores ad pulmonem omnino latas.* Puto enim ἁπάσας hîc aduerbialiter ſumi, ac ſi vellet dicere Philoſophus, *quæ tota feruntur ad pulmonem.* Exiſtimauit autem vocem ἁπάσας delendam, quòd τὸ πᾶν de duobus non dicatur. Sed ſi ita iungas ἀμφοτέρας ἁπάσας, haud dubiè quid Attici redolebit hæc phraſis, quam Galli noſtri videntur retinuiſſe: exprimerent enim ſic: *toutes deux & l'vne & l'autre portées au paulmon:* ἀμφοτέρας δύο ἁπάσας. Sed maior ille error eſt qui in eodem textu paulo poſt ſequitur: μίαν τῶν κοιλιῶν κάτωθεν ἐκ. Omnes editiones ita habent, non adhibita interpunctione ante vocem κάτωθεν, omnino male. Et diligenter obſerua poſt vocem κοιλιῶν, neceſſariò eſſe interpungendum. Quod & probè agnouere doctiſſimi interpretes Gaza & Scaliger. Quare hæc vltima verba quæ irrepſere negligentia Typographi in hoc Apoteleſma 192. repone in principio ſequentis Apoteleſmatis 193. hoc modo. κάτωθεν ἐκ τῆς προσφύσεως, κατὰ μὲν τὴν, &c. vt verſio Scaligeri quadret vndique.

Pag. 114. Apoteleſ. 149. in Interpretatione Scaligeri deſunt quædam, vt ὥσπερ εἴρη(ται), quæ non ſunt facta Latina. Repone, *vt dictum eſt.* Et in fine Apoteleſ. ἔχει τοῦτο τὸ μόριον, non debet ita verti, *corpus habet ſuum*, cum Scaligero, ſed *illam partem habet*, ſcilicet caput, quod non eſt corpus, niſi partem pro toto accipiamus.

Pag. 120. Apoteleſ. 162. τὸ δ' ὑπ. τῷ πρ. μ. ἰλ. Scaliger hæc vertit: *atque ei facies puſilla*, ſcilicet capiti: aliter enim dicendum eſſet *eis*. Sed interpretare fidelius: *atque ſubiecta faciei pars minor*: non enim de tota facie vult loqui Philoſophus.

Pag. 138. Apoteleſ. 201. κατὰ φυ. κ. μ. τερ. Scaligeri verſio breuior hîc paulò. Supple poſt hæc, *quæ his prædita ſunt membris: ſecundùm & non præter, aut contra naturam.* Gaza non omiſit: *per naturam, non prodigiosè.*

Pag. 140. Apoteleſ. 205. Quæ de victimarum fellibus à Philoſopho hîc narrantur, accuratiùs examinabimus in Lectionibus noſtris: ſunt enim digniſſima quæ illuſtrentur: ſicut quæ paulo ante de ſternutamento dicuntur, augurali ſigno & ſolo ex ſpiritibus ſacro.

Pag. 152. In Comment. l. penult. τὰ πρ. εἰς τὸ πρόσθεν. Ita legendum eſt ex textu Philoſophi. Sed exemplar noſtrum ὄπισθεν habuit, male: qui error forſan natus eſt ex vicinia alterius vocis τὔπισθεν.

Pag. 162. In Comment. l. 16. *Adamantem nomine.* Rectiùs fortè legas *Adamantium*, quamuis lib. 6. cap. 20. Apoteleſ. 264. *Adamantinus* vocetur. Sed, vt puto, male vtrobique excuſum eſt *Adamantem* & *Adamantinum*, ex noſtro exemplari, quod conſtanter ita habuit. Nam verum eſt catellum illum Iul. Cæſ. Scaligeri dictum fuiſſe *Adamantium*. Vnde libri Titulus in eius Poëmatijs, *Tumulus Adamantij catelli.* Et quia commodùm mentio fit huius Adamantij, Epigramma apponam eiuſdem Iul. Cæſ. Scaligeri, quod nondum excuſum eſt, legitúrque in ſchedis illis peroptimis apud me exſtantibus.

Humanum ingenium percuſſi corda Leonis,
Igniuomos oculos fulminis inſtar habens:
Sed quantos animos, quantos mens alta furores,
Pectore tam lato cætera parua gerens.
Vix ſpithamam excedens, Melitæi gloria cæli,
Solum vnum agnoſcens fidus amicus herum.
Scaligeri dolor & luctus Adamantius orbi
Soluit ab immeritis membra beata locis:

Cum inferno & cum cœleſti partitus honores
Solus in Elyſijs tertia regna tenet.

Lege integrum illum Poëmatum Scaligeri libellum, qui *Tumulus Adamantij* dicitur, & videbis nihil illic reperiri, quod cum hoc Epigrammate comparari queat. Multa huiuſmodi ſuppeditare poſſunt ſchedæ noſtræ, quas auro contra charas habemus.

Pag. 168. Apotel. 31. *ὥσπερ τὰ. λαβ.* Cælius Calcagninus in tractatu de *Talorum Ludo*, hunc locum ita interpretandum cenſet: *qualem formant vulgò & effingunt.* Sed ſi Philoſophi verba minutatim penſiculentur, videbimus eum non ſatis adhuc expreſſiſſe mentem. Quæ verò addit, vt integrum hoc Apoteleſma explicet, ferenda non ſunt. Primùm enim putat legendum, *ἀστράγαλον δὲ ὁ Ἰνδικὸς ὄνος ἔχει τῶν μωνύχων μόνος*: non *μόνον*, male: cùm *μόνον* hìc aduerbialiter dicatur. Secundò, *διὸ καὶ καλὸν οὐκ ἔχει ἀστράγαλον*: vt Plinij verba conueniant, qui lib. 11. hæc ita vertit. *Nam ſues ex vtroque genere exiſtimātur: ideo fœdi eorum.* Et in Theodori verſione negationem ſuperfluam eſſe exiſtimat, vbi ſic legitur. *Sus enim, vt modo dixi, ambiguus eſt, quo fit etiam vt talo non careat probiore.* In vulgaribus Ariſtotelis exemplaribus longè aliter concipitur hic locus: *διὸ καὶ ὁ ἀστράγαλος φαῦλον.* Scaliger noſter acutiſſimè hæc eſt interpretatus. Quare correctiones omnes illas expunge, & eum ſequere. De talorum præterea inuentione & ludo compara diligenter, quæ ambo illi eruditiſſimi viri Calcagninus & Scaliger diſputauere, vt hæc Philoſophi verba illuſtrarent.

Pag. 172. Apoteleſ. 33. Non eſt primus Scaliger qui lacero huic loco medicinam tulit. Ante eum Cælius Calcagninus in lib. de *Talorum ludo*, hæc omnia perbellè emendauerat. Tu eum cōſule: & quæ hoc loco nerui figura depicta eſt deleatur omnino: inſulſe enim ſculptor repræſentauit: poterit quiſque per ſe meliùs effingere & efformare.

Pag. 177. Apoteleſ. 39. In Comment. *Etiam ſeptenos. Vnde familia Porcelliorum Patauij & alibi.* Et nos ſcimus vnam ex honeſta familia oriundam, quæ etiamnum hodie viuit, duos primùm, tres ſecundùm, quatuor tertiùm perperiſſe: ita vt tribus vicibus nouem pepererit. Ego id didici ab eius marito, qui amitæ cuiuſdam meæ ſocer eſt. Et non ſeptenos tantùm, ſed & nouenos. Porcelliorum enim familiæ ex noueno partu originem duxere, non ex ſepteno. Tria autem hoc loco te velim obſeruare. Primò, ex noueno partu proceſſiſſe has familias Porcelliorum, de quibus nobiliſſimus Scaliger. Secundò non Porcellios forſan, ſed Porcelletos vocandos eſſe, ſi tamen loqui velit de Porcelletis: nam Porcelliorum potuere etiam familiæ quędam inueniri. Exiſtimo tamen voluiſſe Scaligerum de nobiliſſima Porcelletorum familia verba facere, quæ non tantum Patauij, ſed & Neapoli & in Sicilia floruit. Non priùs legeram deriuâſſe quandam portiunculam huius familiæ Patauij. Quare multum gauiſus ſum cum hìc legi Porcelletos etiam Patauij claros fuiſſe. Et quia ſum affinitate coniunctus nobilibus viris Malianæis ex Porcelletorum familia deſcendentibus, qui hodie & in Gallia & Lotharingia viuunt cum maximis honorū dignitatibus: operæpretium me facturum exiſtimaui, ſi ad huius loci ornatum & illuſtrationem, quæ referuntur de origine illius familię mira, æquis Lectoribus petenda indicarem vel ex Italis, qui de Gallorum in Italia bellis ſcripſere: vel ex libro probi illius viri, qui Hiſtoriam Prouinciæ concinnare conatus eſt: vbi de nobilioribus & antiquioribus illius prouinciæ familijs tractat quidem abunde, ſed non eo ordine, iudicio, elegantia, quæ Hiſtoriarum ſcriptori neceſſaria videntur. Poteramus hìc multa eáque lectiſſima producere: verùm non hiſtorici, imo animaduerſoris partes ſuſtinemus.

Pag. 190. Apoteleſ. 70. In Comment. l. 32. *Addidit etiam.* Ab his vocibus vſque ad *ſerratorum*, omnia hinc expungenda mea coniectura, quamuis in exemplari noſtro exſtent: nihil enim ad rem; & ſunt potiùs referenda & collocanda pag. 188. Apoteleſ. 65. ſub finem Comment. vbi hæc Theodori Gazæ inſectatur Scaliger, *ſeries acutorum dentium mutua inſectione pectinatim ſe conſtipat.* Culpa eſt exſcriptoris, qui iſta non bene digeſſit.

Pag. 191. Apoteleſ. 72. In Comment. l. 15. *Canis enim non eſt inter feras.* Hoc verum: nec etiam inter pecudes l. 2. ff. *ad Leg. Aquiliam.* Theodorus errauerat grauiter vertens illa *ἐπὶ τῶν ἄλλων τῶν ἀγρίων in alijs feris.* Ita enim canes inter feras numerarentur: quod eſt abſurdum.

Pag. 193. Apoteleſ. 77. In Comment. l. 8. *Sophocles ἄγλωσσον.* Hoc iam ter repetijt. Si plura de hac voce *ἄγλωσσος* deſideres, conſule Diſſertationem noſtram criticā, quam in Harpocrationis Lexicon ſcripſimus: nec enim ſine auctore *ἄγλωσσον barbarum* vocauit Sophocles. Imo propriè *ἄγλωσσοι barbari* ex ſacris paginis, vt pluribus in illa Diſſertatione docuimus. Quod autem etiam ait Theodorum *ἀνόδοντες rariores* vertiſſe, falſum eſt: *ἀραιόδοντες* namque legit, non *ἀνόδοντες*. Rarum *ἀραιὸν* Græci dicunt, vnde videtur fluxiſſe vox Latina, addita litera *R.* quod nēpe ab initio denſo ſpiritu ſcriptum ſit *ἁραιός*, auctore Chryſolora. A'ραιόδοντες ergo illi ſunt, quibus rari ſunt dentes,

& inter-

& interſtitij habent multum. Galli dicerent, *qui ont les dents claires.* Nos tamen hîc cum Scaligero ἀνόδοντες curauimus excudendum, vt interpretationem eius ſequeremur. Cæterùm, niſi cum Philoſopho emollias hanc propoſitionem: *quibus pauciores aut nulli, breuior vita*, falſa erit. Sunt enim qui licet nullos habeant dentes, diutiùs tamẽ viuunt. Adde cautè ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ, *vt plurimùm.* Non vertit hæc Scaliger, neſcio quo fato: valde namque ſunt neceſſaria. Si me audias hoc loco leges potiùs ἀραιόδοντες: qui enim raros dentes habent, breuiori vita ſunt vt plurimum, quàm qui nullos. Præterea pauci ſine dentibus, niſi paulò ſeniores, multi vero dentibus rarioribus. Philoſophi verba omnia attentè vertenda ſunt & ponderanda, ſi rectè philoſophari velimus, nec vox vlla aut ſyllaba omittenda.

Pag. 196. Apoteleſ. 81 in Comment. *Corrige ad aures.* Rectè vt puto ita repoſitum eſt. In exemplari noſtro erat *ad nares*, male: nam ita nihil corrigebatur, Plinij Codicibus ita habentibus, *ad nares vſque reſciſſo:* cum tamen legi debeat *ad aures*, ex Scaligero. Deinde Apoteleſ. 82. χαίτην δ' ἔχει. In exemplari noſtro deerat interpretatio integri Apoteleſmatis. Nos partim ex ingenio, partim ex Commentarijs auctoris, ita ſuppleuimus, vt eſt excuſum. In Græcis autem aliquid etiam immutandum videtur: nec probe forſan diuiditur Apoteleſma 81 ab 82. quamuis interpretes aliter opinati ſint. Gaza enim, hæc τὰ δὲ μεταξὺ ὥσπερ τὸ τῶν ὑῶν γένος, ὁ δὲ ἵππος ὁ ποτάμιος ὁ ἐν Αἰγύπτῳ, ita interpunxit & vertit. *Alijs mediocre, vt generi ſuum, equo fluuiali quem gignit Aegyptus. Iuba equi, vngula qualis bubus.* Ac ſi ſenſus longè diuerſus eſſet, ab his vocibus, *iuba equi*, vſque ad finem, & non de fluuiequo loqueretur oratione continua Philoſophus. Scaliger etiam, *quibuſdam mediocris, vt generi ſuillo, & Aegyptio equo fluuiali.* Niſi hæc τὰ δὲ μεταξὺ ex ſententia interpretum cogerent nos fateri Philoſophum de pluribus loqui, ita hæc omnia interpretaremur & diſtingueremus. *Quibuſdam mediocris vt generi ſuillo*, adhibita interpunctione. Deinde *fluuiequus autem Aegyptius iubam habet inſtar equi*: quaſi nouus ſenſus ſit. Et hoc quoque modo interpunxiſſe videtur Caſaubonus in editione Lugdunenſi. Sed aliter ſentiunt magni illi viri. Ego auſim iurare, hæc ſi ita ſint, reponendum in Græcis, ὑῶν γένος καὶ ἵππος ὁ ποτάμιος ὁ ἐν Αἰγύπτῳ, ὃς χαίτην ἔχει: nec ex his duo Apoteleſmata facienda, imo eadem oratione hæc continuanda vſque ad finem. Aliter ſenſum non video, & inſolentiam phraſeωs non poſſum pati. Quòd ſi diligentius hæc contempleris, alteram procul dubio fouebis opinionem, & hæc, ὁ δὲ ἵππος ὁ ποτάμιος, à præcedentibus euulſa ſeparabis puncto: remanebit enim ita profectiſſimus ſenſus. Animalium quibuſdam oris hiatus vaſtus, vt cani & leoni, alijs paruus, vt homini, alijs mediocris, vt generi ſuillo: vides ſiquidem τὰ δὲ, de vno vſurpari à Philoſopho Nos non ita interpunximus, quia Græca Ariſtotelis Latinis Scaligeri aptanda fuerunt. Quæ deinde ſequuntur ita emendarem: μέγεθος δ' ἐστὶν ὄνῳ, τοῦ δὲ δέρματος τὸ πάχος ἡλίκον, ὥστε. Nihil tamen in hac editione mutaui, & omnia ad verbum interpretatus ſum. Supra cum de Mantichora Apoteleſ. 70. ageret, ita videtur loquutus. τὸ δὲ μέγεθος μὲν ἡλίκον λέοντα. l. 11. in Comment. Apoteleſ. 82. *non nos primos anxit.* &c. *In Exercitat.* ad Cardanum, Exercit. 187. num. 2. hunc locum indicat, cum ait ſe de corij duritia ſatis dixiſſe in Ariſtotelis Commentarijs. Pauca tamen hic habemus, & quæ vix ſatisfaciant. Vide quæ iterum de Hippopotamo pag. *233.* inferiùs narrat, & obſerua ea, quæ de ipſius regreſſione ad Nilũ ex Æliano refert, quorum non meminerat haud dubiè cum hæc commentaretur. Æthiopia Troglódytica Hippopotamum *Gomar* vocat, vt latiùs docemus in *Gloſſario* noſtro variarum linguarum tum orientalium tum occidentalium.

Pag. 207. l. 8. *Monachus bene malus.* In Prolegomenis nos hæc iam notauimus tanquam liberè nimis effutita. Et profecto vix faciunt hæc ad Philoſophi interpretationem. Poterat innumeris alijs exemplis vti, vt interpretaretur vim aduerbij illius ἰσχυρῶς. Monachi hîc ἰδεῖν πρὸς ἴσος. Sed parcendum eſt humanitati.

Pag. *220.* l. 5. *Bugloſſum etiam.* Obliti eramus huius loci, cùm in Prolegomenis ſcripſimus, hæc in Commentarijs iſtis non reperiri. Volebamus dicere, in *Confutatione fabulæ Burdonum* pag. 208. quo loci hæc ex 2. Comment. repetuntur, paulo diuerſe concepta eſſe, quod verum eſt. Habet enim Confutationis liber. *Soleam Græci bugloſſum à lingua bubulæ ſimilitudine, anguſtior enim eſt. Itaque veteres Latini* lingulacam, *Hiſpani nunc* lenguada. *Tænia huic per omnia ſimilis, ſed aſtrictior. Hiſpani* Azediam. *Puto à Flandris ſi bene memini* tonge *dici. Sed puer eram cum illic agerem: neque memoria eius rei ſatis conſtat.* Exemplar noſtrum non habuit hæc omnia. Quare non omnino fallebamur.

Pag. *228.* Apoteleſ. *13.* ἢ πολ. κ. ε. τῇ γ. vt conueniat interpretatio Scaligeri Græco textui Ariſtotelis, debet emendari καὶ πολυσχιδεῖς εἰσιν, ἢ ἐν τῇ γλώττῃ. Neceſſaria mutatio, aliter non videas elegantiam verſionis.

Pag. 233. l. 36. De Hippopotamo ſuprà quædam. Nunc paulò fuſiùs. Quæ autem de eius impietate ab Scaligero hic referuntur, ex Ori Niliaci Hieroglyphicis petita ſunt, qui Ægyptios docet geminos equi fluuiatilis vngues deorſum vergentes pinxiſſe, vt iniuſtum atque ingratum hominem repræſentarent. Reliqua vide: non enim in his immoror, & ſi potes, quæ ab eodem Oro Niliaco dicuntur de Hippopotamo apud Ægyptios depicto horam ſignificante, explica. Cæterùm elegans exſtat locus de Hippopotamorum impietate apud Apoſtolium in opere quod Ἰωνιὰ inſcriptum eſt, nec adhuc typis eſt mandatum. Locum verò illum eò lubentius profero quò Ariſtotelem noſtrum ab auctore nondum edito laudari video. *Πελαργικοὶ νόμοι*, inquit, *καὶ ἀντιπελάργωσις* [illegible] *Αἰγύπτιοι* [illegible] *ἱπποπόταμοι* [illegible] *ζῶα ἀσεβέστατα.*

Pag. 236. Apoteleſ. 119. *De ſerpentibus.* Ab hoc Capite vſque ad finem lib. 6. ferè deerant in exemplari noſtro omnes inſcriptiones & tituli Capitum, quæ nos vt potuimus, reſtituimus.

Pag. 254. ſub finem, & 255. Quæ de damis, rupicapris, Platycerotibus hic narrantur, comparari debent cum ijs quæ a Ioſepho Iuſto Scaligero allata ſunt de ijſdem in Notis ad lib. 2. de *Re Ruſtica* Varronis: vbi obſeruatum eſt platyceroτas in vita Gordianorum ceruos palmatos vocari. Non eſt dubium quin paternos hos Commentarios legiſſet filius: hoc enim facilè conuinci poteſt ex hoc loco, & alijs, vbi de piſcibus tractatur apud Auſonium, & Aquilis, Ciri, & alijs auibus in Comment. ad Virg. *Append.* In quibus omnibus multa ab eo afferuntur quæ redolent lectionem paternorum ſcriptorum.

Pag. 256. lin 6. *Candidus à Virgilio immeritò.* Imò verò hoc falſum. Nam Virgilius candidum colorem in equis non damnat. Ait enim alicubi de quibuſdam equis, *candore niues qui anteirent:* & quidem vt eorum extollat, non deprimat bonitatem. Et ſimiliter 3. *Aeneid. Quatuor equos candore niuali*, dixit ad omen victoriæ. Locus autem qui videtur Scaligero noſtro fraudi fuiſſe, hic eſt è tertio *Georgicon* .... *Honeſti ſpadices, glaucique, color deterrimus albis & giluo.* Vnde vix colligas damnâſſe diuinum Poëtam candorem in equis, ſed tantùm albedinem. At longè aliud eſt candidum eſſe, aliud album. Quod candidum eſt, quadam nitenti luce perfunditur: quod album pallori vicinum. Quo fit vt damnandus potiùs videatur albus color equorum quàm candidus, ob neſcio quam imbecillitatem quæ albis agnata videtur, ratione huius coloris, qui ex ſe impotentiam & flacciditatem denotat. Vnde & à Gallis color ille albus *blanc* dicitur, ab alia voce Græca *βλὰξ, vetum*, & *imbecillum* denotante. Cautius idem Scaliger libro tertio de *Cauſis Plantarum* Theophraſti albos equos damnari à Poëta dixit, non vt hic candidos. Non meminerat haud dubiè huius differentiæ, quæ ponenda eſt inter album & candidum. Qui philoſophatur, & de aliorum operibus iudicium fert, omnia debet habere in numerato, & eodem ingenij acumine ſemper vti.

Pag. 257. lin 40. *vt falſo prodiderit Ariſtoteles*, &c. Si Ariſtotelem conſulas, videbis eum non de tota Gallia loqui, ſed tantùm de ea parte quæ Hiſpaniæ finitima eſt. Verba Philoſophi ſunt ſub finem libri ſecundi de *Generatione Animal.* *Δύσριγον*, ait loquens de Aſinis, *ἐν τοῖς ψυχροῖς οὐ θέλει γίνεσθαι τόποις, διὰ τὸ δύσριγον εἶναι τὴν φύσιν· οἷον περὶ Σκύθας, καὶ τὴν ὅμορον χώραν, οὐδὲ περὶ Κελτοὺς τοὺς ὑπὲρ τῆς Ἰβηρίας. ψυχρὰ γὰρ καὶ αὕτη ἡ χώρα* [illegible]. Ideóque hac voce *χώραν*, vſus eſt, vt denotaret partem totius. Χώρα enim pars eſt τῆς γῆς, & in hoc differt Chorographia à Geographia. Vide quàm ſollicitus eſſe debeat Philoſophus nominis & exiſtimationis ſuæ.

Pag. 273. Apoteleſ. 149. In Comment. lin. 5. Prima hæc eſt immanis lacuna, quæ ab ipſomet auctore his aſteriſcis notata fuit. Exempla enim illa quæ deſunt hoc loco, nunquam ab eo allata fuere. Deſtinauerat quidem apponere, ſed non appoſuit: ſicut nec paulò poſt pag. 291. Apoteleſ. 15. lin. 20 in Commentarijs: vbi notauit exſcriptor. *Deſunt hic multa quæ dicturus erat ex Galeno.* Iam ſiquidem à nobis obſeruatum eſt in *Prolegomenis*, multa ab Scaligero fuiſſe prætermiſſa, aliàs accuratius abſoluenda, vt probaremus eum hoc opus non perfeciſſe.

Pag. 320. Apoteleſ. 81. *Ὅπου ἐν τοῖς* [illegible] *κανάβοις.* Ad hæc Scaliger. *Rimulos Canabos, vocat, vnde & noſtri Canales: vnde χανδὸν & χάσκω.* Ita ſcribendum, quod idem eſt ac *copioſè, inhianter.* Sed error eſt Chalcographi nimis properantis, aut potius dormitantis. Χάνδιον verò quidam [illegible] vocauere. Vnde ſine dubio factum eſt, vt Alemanni vinarium vas ita appellàrint. Dicunt enim *Cant.* & *Canata*, vox eſt poſterioris Græciæ. Vnde in *Corona pretioſa*

(ita

(ita inſcribitur liber) Κανάτα, amphora λάγυνος. Myrepſus κανάτιον dixit, & Cruzius in Turcogræcia κανάτι. Aut ego valde fallor, aut vulgaris, & vernacula noſtra vox *Canetes*, vt deſignemus vaſcula quibus litatur Deo, dum Miſſæ celebrantur, hinc effluxit. Κάνη, *canete*: & Græcobarbara vox propior κανάτα. Verùm hæc nihil ad vocem Ariſtotelis. Κάναβος enim cum κ: aliæ autem voces cum χ ſcriptæ ſunt. Præterea non eſt certum Ariſtotelem hic de riuulis locutum eſſe, & venas corporis humani voluiſſe riuulis in parietibus depictis æquiparare. Nam eadem eum vſum eſſe comparatione inuenio in ſecundo de *Generatione Animalium*, cap. 6. Ἐκ δὲ τῆς καρδίας, inquit, αἱ φλέβες διατεταμέναι, καθάπερ οἱ τοὺς κανάβους γράφοντες ἐν τοῖς τοίχοις. Qui locus non erat prætermittendus. Maximè enim ad rem facit & noſtrum valdè illuſtrat. Sed dubitatum fuit à principibus in re literaria viris, quid κάναβοι ſignificet duobus illis in locis. Et Budæus quidem ac Gaza ferè eodem modo interpretati ſunt mentem Ariſtotelis: & κανάβους eſſe voluere riuos aut fontes riuo multiplici diſtinctos. Sed Linguæ Græcæ legitimus parens Henricus Stephanus hîc hæſitauit, Lectorique erudito hæc adhuc diſcutienda & examinanda reliquit, ratus haud dubiè Philoſophum illis in locis aliud innuere voluiſſe. Ego autumarem, ſi tamen liceat poſt magnos viros de hoc controuerſo loco opinari, alia vſum eſſe Philoſophum comparatione, & hanc eius fuiſſe mentem cùm de venis loquitur. In corpore conſtituendo venarum eumdem penè eſſe modum, qui eorum lignorum circa quæ primùm fictores ceram apponunt, vt varias corporũ figuras imitentur & effingant. Quæ ligna κάναβοι dicuntur. Princeps Grammaticorum Heſychius. Κάναβοι, τὰ ξύλα περὶ ἃ περιτιθέασιν οἱ πλάσται τὸν κηρὸν τιθέασιν. ὅθεν καὶ οἱ λεπτοὶ καὶ ἀσαρκοι κάναβοι λέγονται. Luculentus locus eſt, & ſine quo vix poterat intelligi noſter. Nihil niſi diuinum ab illo Grammatico profertur. Vide, quæſo, mentem. Ligna illa Grammatici quodammodo corporum figuras conſtituunt. Philoſophus venas illis lignis comparat, & eodem modo ſe habere dixit in conſtitutione corporum quo ligna illa. Attende parumper, & lege quæ ſequuntur verba Philoſophi, ὡς ἐν τοῖς σφόδρα λελεπτυσμένοις, πάντα τὸν ὄγκον φαίνεσθαι πλήρη φλεβίων. Id eſt, *ita venæ corpus conſtituunt, vt id facilè appareat in emaciatis, in quibus omnia ferè plena venarum videantur.* Vnde factum ſit haud dubiè, vt extenuati illi & emaciati dicti fuerint κάναβοι, vt ait Heſychius, quod in illis facilè venæ appareant, & eis refertæ ſint omnes eorum partes, vt κανάβοις videantur ſimiles, qui κάναβοι corpus conſtituunt eodem modo quo venæ. Nihil eſt elegantius & magis conſonum menti Philoſophi. Vnum eſt quod opponi poſſit, cur nimirum vſus ſit Philoſophus voce γράφειν, ſi loqui voluerit de fictoribus & plaſtis, & voce etiam τοίχοις in ſecundo de *Generatione*: potius enim de pictoribus hæc dicantur quàm de imitatoribus. Sed facilè eſt reſpondere. Nam γράφειν verbum generale eſt, quod non pictoribus modo, ſed & fictoribus ac plaſtis poteſt accommodari: vnde πλαστογράφοι falſarij. Picturæ ſiquidem artem veteres ſapientes diuiſere partim in ζωγραφίαν, partim in πλαστικήν, auctore Philoſtrato in Prooemio *Iconum*, cuius verba, quia mellitiſſima ſunt & digniſſima notatu, his elegantiſſimis verſibus Latinis à parente noſtro expreſſa non pigebit referre ex integro opere, quod ab eo iamdiu perfectum eſt.

Hac autem prima repetenti ab origine, priſcum
Inuentum, & ſolers imitatio noſcitur ipſis
Proxima naturæ cunis, quam ſcilicet olim
Excoluere viri ſapientes, dicere partim
Fictricem ſoliti, picturam dicere partim.

Quæ licet vera non eſſent, non ideo tamen fateri cogeremur vocem κάναβος Ariſtotelis, riuulos ſignificare, aut canales, vt interpretati ſunt Gaza & Budæus, nullo præuio auctore. Senſus quidem perfectus videtur interpretationis, ſed eius nulla poteſt afferri auctoritas. Κανάλους potiùs legendum eſſet, ſi Philoſophi verba ita velis interpretari. Vox enim elegans eſt, & Græca, & forſan, ipſo etiam Ariſtotelis tempore vſurpata. Gloſſarij Græcolat. auctor, κανάλης cloaca, & καναλίσκος cloax. Ita Baſilicorum auctores κανάλας dixere pro cloacis. Gloſſæ Baſilicorum, κανάλης, ἀγωγὸς ὕδατος. Cedrenus κανάλης dixit, de Euphrate loquens. Vnde vides vnica mutata litera, β, ſcilicet in λ, locum hunc Philoſophi vulgarem poſſe pati interpretationem. Verùm an vox κάναλος, vel κανάλης vſurpata ſit à veteribus Græcis, diligentius adhuc inquirendum eſt. Quicquid ſit κάναβος, & κάναλος parum diſtant, & facilis eſt mutatio. Κάναβοι apud veteres fontem, aut canalem & riuulum ſignificare nullus eſt qui probârit. Patet verò κάναλοι & κανάλαι vſurpatas à poſterioribus

Græcis, & *eandem* ſignificare. Atque hæc mihi videbantur dicenda in hunc locum controuerſum & ventilatum.

Pag. 364. Apoteleſ. 193. ἐλλείπει πάλιν, &c. vertit Scaliger *tamen aliquid in medio eſt ſemper*. Exſcriptor errauit. Nam quis non videt legendum *deeſt*, niſi addas, *vacat*. Alius erat etiam error in interpretatione huius Apoteleſ. ſed nos eum expunximus.

Pag. 367. Apoteleſ. 198. in Comment. l. 6. *ſed cognata*, ita repoſuimus. In exemplari erat *cognita*: fortè adhuc melius *congenita* & conuenientiùs reponeretur. Ἐπίκτητα dixit Ariſtoteles, *non aduentitium* Scaliger elegantiſſime. Sed quæ poſtea ſubiunxit, ſunt benigna interpretatione emollienda. *Bona aduentitia*, inquit, *quæ primo loco cum dote non ſunt numerata*. Hoc verum ſi de vxoriis bonis fiat ſermo, ſed vulgariter Iuriſconſulti noſtri bona aduentitia dicunt, quæ filiiſfamilias quæruntur aliâ ex re cauſſâue quam patris: argumento l. *cum oportet* in principio C. *De bonis quæ liberis*, vel quæ filius propter merita ſua acquiſiuit. Dos quidem aduentitia mulieris dicitur, quam non pater, ſed alius quilibet, vel etiam pater ipſe, non vt pater, ſed vt extraneus conſtituit l. *profectitia* §. *ſi pater pro filia* D. *de iure dotium*.

Pag. 384. Apoteleſ. 241. in interpret. *non coit*. Conjicio vocem *eorum* ab exſcriptore fuiſſe prætermiſſam hoc loco: aut ita loquendum. *Quorum vtraque maxilla integro numero dentata eſt, hæc non coit*. Sed amat Scaliger noſter ſolœcophanes.

Pag. 392. in Comment. l. 26. *mulgendum*. Poſt vocem hanc neceſſariò reponendum *ſtare*: aliter imperfectus ſenſus eſt. Non eſt dubium quin exſcriptor hic oſcitanter ſe geſſerit.

Pag. 397. Apoteleſ. 281. Vt ex Herodoto, Indis & Æthiopibus ſemen atrum, ita ex Plinio lac equarum in Ponto nigrum lib. 2. cap. 103. *in Ponto* inquit *flumen Aſtaces rigat campos in quibus paſta nigro lacte equa gentem alunt*. Sed hæc omnia ſubleſtæ fidei puto. Quamuis enim nigri ſint Æthiopes, nihil obſtat quin ſemen candidum, vt omnes, habere queant, quemadmodum capræ nigræ & atræ lac candidum. Cato apud Soſipatrum Charſium lib. 1. *Et in Italia atras capras lacte album habere*.

Pag. 419. Apotel. 67. τὸ δὲ σαρκῶδες, ἐντός. Græca hæc Ariſtotelis non inuenimus verſa in exemplari noſtro: aut non fideliter exſcripſit Siluius, aut oblitus eſt ea vertere Iulius Scaliger. Adde tu, *interius verò carnea*. Et quo loci in interpretatione legitur, *pulpamentum interius*, in ſuperioribus, corrige, *exterius*, vt omnia conueniant. Ita Apoteleſ. 181. τὸ δ' ἐντὸς σαρκῶδες dixit, & illic vertit Scaliger, *intus pulpa carnea*.

Pag. 422. Apoteleſ. 82. Locus hic ſatis intricatus eſt. Præcedentes Editiones μεγάλας ἔχει, habent. Nos repoſuimus ex mente Scaligeri μικρὰ, quia ad πτερύγια referri debet. Deinde quæ ſequuntur καὶ ἐπ' ἔλαττον ἴσα non ita ſunt facilia, vt ſtatim explicari poſſint. Voces hæ ἐπ' ἔλαττον aliquando ita coniunguntur ἐπέλαττον. Nos maluimus ſeparatas. At quæ in fine Apoteleſmatis leguntur, ἐλάττω καὶ κατ' ἐλάττωσιν, varie interpretati ſunt Gaza & Scaliger. Hic, *æquè omnes minores vertit*, vt ſit ſenſus, mas pinnulas habet paruas æque, & non decreſcentes, id eſt earum nullæ minores ſunt, ſed æque omnes paruæ. Ille, *nec vſquam per diminutionem diſſimiles*: quia, vt opinor, aliter legit: οὐκ ἐπαλλάττοντα ſcilicet: id eſt paruas æque omnes, & non variantes in diminutione. Quæ Atticæ phraſes vix pari elegantia verti poſſunt. Sed aduerte ſi verſionem Gazæ ſequaris, legendum omnino eſſe: ὁ δὲ ἄρρην ἐλάττω καὶ οὐκ ἐπέλαττον ἐπαλλάττοντα. Addit enim, *mari omnes æque minores, nec vſquam per diminutionem diſſimiles*, repetendo has duas voces ἐπέλαττον ἐπαλλάττοντα. Hæc non carent difficultate, & acutius ſunt examinanda.

Pag. 429. Apoteleſ. 110. Καὶ οἱ καρκίνοι γὰρ ὀδόντας δύο ἔχουσι. Hæc omnia non agnouere Gaza & Scaliger: quare nec ea ſunt interpretati, vtpote inutilia, & quæ è margine in textum irrepſerint. Emendatiores editiones clauſulis hæc diſtingunt meritò, quia in omnibus codicibus Ariſtotelis non inueniuntur. Tu ſi retineas, adde verſioni: *cancri autem duos etiam habent dentes*.

Pag. 430. Apoteleſ. 110. In Comment. l. 11. σωλῆνα δὲ οὐδὲν ἔχει. Puto voluiſſe eum ſcribere ὁ νῦς, vt legiſſe videtur Gaza: nam quid ad hæc vox ἐστὶ? fortè mendum eſt exſcriptoris: aut in Codice Scaligeri ita lectum fuit ineptè.

Pag. 441. Apoteleſ. 143. In textu repoſuimus δοκεῖ κεκινῆσθαι, cum antea legeretur κινεῖσθαι in præſenti. Quod & agnouit Gaza & vetus interpres. Sed Scaliger in præterito maluit *se mouiſſe*.

Pag. 448. Apoteleſ. 164. τῇ δ' ἀγρίᾳ λεπάδι, ἣν. Et quæ ſequuntur Scaliger vertit. *At patella, quam feram aliqui, alij auriculam maris nominant*: verterem ego aliter. *At patella fera, quam aliqui auriculam maris nominant*. Non enim patellam ſimpliciter, ſed patellam feram & non ita vulgarem hoc nomine dicunt.

Pag. 451. Apoteleſ. 252. In fine Apoteleſ. κινδύνῳ εἰρῆσθαι πρότερον. Non vertit hæc Scaliger, aut ſi ver-

ſivertit,exſcriptor hîc dormitauit:adde tu, *vt iam dictum eſt*. Similem locutionem multoties oblitus eſt deſcribere qui curam habuit huius exemplaris ordinandi.

Pag.489. In Comment.l.19. *pulicariam*. Ruellius hanc non tantùm *pulicariam*, ſed & *cimicariam* vulgò dici notat. Poſſes & ſimiliter *culicariam* vocare à necandis culicibus. Non mirum pharmacopolas errare in pronunciatione veri nominis huius herbæ. Homines enim plerumque inepti ſunt, idiotæ, & inſcij artis quam profitentur. De Conyza verò Dioſcorides lib.3. cap. 136. Δύναται δὲ ὁ θάμνος ὑποστρωννύμενος σὺν τοῖς φύλλοις, ἢ θυμιώμενος, θηρία διώκειν, ἢ κώνωπας ἀπελαύνειν· κτείνει δὲ ἢ ψύλλας. Cur autem hic θηρία interpretati ſint, *beſtias venenatas*, odorari nunquam potui: nam & non venenatas abigit. Eleganter Orus Niliacus lib. 2. *Hieroglyph.* aut eius interpres Philippus, ἄνθρωπον προβάτων καὶ αἰγῶν φθειρόμενον βουλόμενοι σημῆναι, αὐτὰ τὰ ζῶα γράφουσι βλέποντα κόνυζαν, τούτων γὰρ φαγόντα κόνυζαν, ἀποθνήσκει δίψῃ κατασχεθέντα.

Pag.485. Apoteleſ.279. σωλῆνες, *vngues* vertit Theodorus Gaza: *digitos marinos* Scaliger. At verò cur tantopere laboret de ſignificatione vocis ὑποδύεσθαι, cauſam comminiſci non poſſum, niſi ita legerit in Codice ſuo. Nam in noſtro & aliorũ, ſemper καταδύεται eſt: quod ſanè meliùs videtur. Nam latere vel inferiùs ſubſidere & mergi καταδύεσθαι dicunt Græci. Et potiùs καταδύονται facto ſtrepitu σωλῆνες, cum ferrum ſentiunt, quàm ὑποδύονται: potiùs merguntur quàm ſubeunt. Nec ὑποδύεται legit Gaza: nec καταδύεσθαι φεύγειν interpretatus eſt *inferius ſubſidere*: imo καταδύεται vertit *inferiùs ſubſidere*: hoc namque denotat καταδύεσθαι: &, *ad ſtrepitum ſubtrahere* rectè addidit quia ἂν τις ψοφήσῃ dixit Philoſophus. Quæ oblitus eſt Scaliger vertere, *ſi fiat ſonitus, vel ſtrepitus*: licet ſuperflua videantur. Nam ſufficere videtur vel ὅταν αἴσθωνται τὸ σίδηρον προσφερόμενον: vel ἄν τις ψοφήσῃ, ad hoc vt ſe ſubtrahant digiti marini, & lateant, aut ad ſtrepitum, aut ad ferri ſenſum, aut ſtrepitu facto, aut ferro admoto. Si enim fiat ſtrepitus, non ferrum ſpectant: & ſi ferrum ſpectent, ſonitum non audiunt. Cæterùm quæ hoc Commentario ſcripta ſunt, omnino ab exſcriptore fuere confuſa. Tu poteris ex teipſo ſecundùm Græca Ariſtotelis ordinare. De phraſi hac ὁ κατὰ σπεῖρα ampliùs cogitandum. Nam cur dicat Scaliger hic τὸ κατὰ, non eſſe vſitato modo dictum, non video: niſi quia κατὰ σπείραματα dicendum eſſet.

Pag.494. Apoteleſ.281. Et Græca hoc loco imperfecta ſunt, & verſio ipſa etiam Scaligeri. Nam ſi Gazam & ipſum Scaligerum audiamus, poſt hæc verba τὰ δὲ περὶ τὰς μάχας προσκαλοῦνται, reponendum omnino eſt, οἱ δὲ πέρδικες. Quod & Plinius ipſe agnouit, qui ita hanc periodum vertit. *Alijs in pugna vox vt cothurnicibus, alijs ante pugnam, vt perdicibus, alijs cùm vicere, vt gallinaceis.* Quæ omnia repetijt Gaza, Plinij ferè in omnibus imitator & ſimia. Duo autem hæc poſtrema verba, *vt Gallinaceis*, non appoſuit Scaliger: neſcio cur: tu adde, vt omnia Græca Ariſtotelis interpreteris. Exſcriptoris fortè peccatum ſolenne eſt.

Pag.499. Apoteleſ.294. μύοντα ποιοῦνται τὸν ὕπνον. Rectè vt opinor hîc animaduertit Scaliger Philoſophum nimis generaliter dixiſſe: *Quæcumque palpebris prædita ſunt ea omnia conniuere dum ſomnum capiunt.* Nam & lepus palpebras habet, & non conniuet tamen ſomnum capiens. Et præterea Plinius tractans de oculis animalium, ita loquutus eſt: *dormiunt & quidam patentibus, quos corybantiare credunt.* Ita ſiquidem illic legendum eſſe iam docuit princeps eruditorum Ioſephus Scaliger in Comment. ad Catull. Quod additur deinde in Commentario ægrotam matronam ſe vidiſſe ſemel apertiſſimis oculis ſomnum capere, non ita mirum videri debet. Laborabat enim fortè hoc morbo qui κορυβαντιασμὸς dicitur. Hoc qui affecti ſunt οὐ μύοντες ποιοῦνται τὸν ὕπνον. Sed Philoſophus de naturali ſomno animalium voluit loqui, non de ſomno ægrotantium: fieri namque poteſt κατὰ συμβεβηκὸς, vt quis dormiendo non conniueat, verbi gratia ſi ſoleat imaginoſum, & κορυβαντιασμῷ laboret. De hoc morbo, & de his qui patentibus oculis dormiunt, & an id naturaliter accidat extra morbum, in *Lectionibus* noſtris plura: vbi loci qui vulgò è Platonis *Critone* producuntur, vt oſtendatur κορυβαντιῶντων aures ſemper muſica & carminum ſonoribus quaſi perſonari longè aliter explicati ſunt, quàm ferè omnes communiter interpretentur.

Pag.504. Apoteleſ.310. Addidimus in textu Latino hæc: *Et cruſtacea vt molluſca*, quæ deerant in noſtro exemplari, quia in textu Græco ita eſt: ὁμοίως δὲ καὶ μαλακόστρακα τούτοις, ſcilicet μαλακίοις. Hæc eſt ſententia Scaligeri, quam nos ex eius Commentario collegimus.

Pag.513. In Comment.l.19. quam ἰσάκην potes appellare. Ita habuit exemplar noſtrum. In Decimo tamen, Apoteleſmate 49. In Comment.l.7. ἰσοτυχίοις inuenies excuſum, quia exemplar ita etiam illic habuit. Editio Lugdunenſis Siluij, pag.136.l.5. aliter habet, *Has alluſiones, ſiue potiùs agnominationes*, vt illic obſeruamus. Cæterùm bis in hac noſtra editione erratum fuiſſe putamus, & pag.513.l.19. & pag.1227.l.7. in Comment. vbi excuſum eſt ſemper, *Hippocratis & Theſſali*, vel *ex Hippocrate & Theſſalo*, quaſi diuerſi auctores illi ſint. Editio Lugdunenſis meliùs, *ex Hippocrate*

Theſſaler quamuis eum Coum fuiſſe certum ſit. Compara vtrumque locum.

Pag. 515. Apoteleſ. 3. In Comment. l. 18. *deeſt brum.* Hunc locum qui accuratè conſiderauerit, non eſt dubium quin ſtatim colligat nobiſcum, Auctorem horum Commentariorum vltimam manum huic operi non impoſuiſſe: ſed multa ſimilia reliquiſſe aliàs perficienda & abſoluenda, appoſitis aſteriſcis & ſtellulis. Hæc eſt noſtra ſententia quam in *Prolegomenis* expoſuimus latiùs.

Pag. 516. Apoteleſ. 4. In textu Lat. *In quibus neque marem.* In exemplari noſtro deerant hæ voces *in quibus.* Nos reſtituimus ex coniectura, quia manca erat periodus. Mallem tamen ita vertere. *At genera quædam ſunt piſcium, in quibus neque fœminam neque marem inuenias, genere quidem cum cæteris piſcibus eadem, ſpecie vero diuerſa.*

Pag. 558. Apoteleſ. 114. Editiones ferè omnes ἀνέπνευσις hoc loco habent. Gaza legit ἀποζώσεις. Nos maluimus cum Scaligero ἀποφώνησις. Et quia eius interpretatio nimium breuis videri poſſit: exiſtimamus Philoſophi verba ita vertenda. *Vt plurimum igitur, quemadmodum à nobis dictum eſt, marium & fœminarum vox in eo differt, quod, in quibuſcumque vocis abceſſio eſt, à mare grauior quàm à fœmina emittatur.*

Pag. 561. Apoteleſ. 126. Si Commentarium in hoc Apoteleſma diligentius examines, errorem inuenies in calculo.

Pag. 564. l. 12. τραγᾶν. Theophraſtus lib. 5. de *Cauſis Plantarum* cap. 12. ἐκ τῆς βλαστήσεως δὲ καὶ τὸ τραγᾶν τῶν ἀμπέλων. Et neſcio quid velit interpres illic cum vertit *articulatio quoque vitis immutati prorſus tribuatur*: niſi ſit error typographicus, & *articulatio* ſcriptum ſit pro *hirculatio*, vt paulo poſt cap. 15. vbi hæc ita vertuntur. τῷ δὲ ἀμπέλῳ τὸ τραγᾶν, *vitis hirculatio quam vocant.* Benè ſunt autem hæc Theophraſti verba repetita lib. 4. cap. 16. *Hiſtoriarum.* Et vereor ne malè confuſa fuerint hæc duo τραγίζειν & τραγᾶν à Iul. Cæſ. Scaligero, in Comment. ad Theoph. de *Cauſis Plant.* lib. 1. pag. 19. cùm dictum ab eo eſt. *Hoc incommodum in hiſtorijs dicebamus* τραγίζειν, *quia in prouerbio veteri eſt, cùm quid fruſtra fit,* hircos mulgere. *Quod tetigit aptiſſime dicimus i ... quaſi ex diſtentis lacte capellis, vites fœcunda facta ſint, hirci cum amiſere fœcunditatem.* Quod repetijt pag. 76. in eiſdem Comment. ad lib. 1. & pag. 196. in Comment. ad lib. 5. Sed illic verè τραγᾶν dixit non τραγίζειν: & optime etiam annotatum eſt, *hirquitallire* dictum antiquitus alia ratione. Nam aliud τραγίζειν, aliud τραγᾶν. *Hirquitallire* de hominibus, τραγᾶν propriè de vitibus. Quod & agnouiſſe videtur hic Scaliger. In ſeptimo de voce τραγίζειν plura.

Pag. 564. Apoteleſ. 137. ἀναθυμιᾷ πάλιν. Si hanc lectionem retineas, vertendum eſt, *rurſus ad libidinem incitatur.* Scaliger vulgares editiones ſequutus eſt, ἀναθυμιᾷ *exhalat retro ſemen.* Et Gaza, *euaneſcit.* Vox præcedens θυμῶν docet ſatis hic quoque legendum ἀναθυμᾷ. Sylburgius ita etiam repoſuit ex cap. 18. lib. 6. vt notauit Caſaubonus in margine.

Pag. 566. Apoteleſ. 139. ὀχεύεται ἡ θήλεια. Scaliger vertit, *non repetit venerem.* Debuit addere, *fœmina*: aut oblitus eſt exſcriptor reponere ex ſchedis quas deſcribebat, nam Græca hoc requirunt. Aliter remanebit dubium an mas, an fœmina camelus non repetant venerem, ante annum exactum fœtu edito. Quod non prætcrijt Theodorus: in cuius verſione male vulgo legitur *viuiparum* hoc loco pro *vniparum*: niſi dicatur in Græco illius exemplari fuiſſe ζωοτόκον. Sed vt vt ſit μονοτόκον melius, propter illud γὰρ quod rationem reddit præcedentium. Τίκτει δὲ, ita in ſequenti Apoteleſmate 140. de Elephanto, in verſione Theodori legitur *viuiparum*, iterum malè, pro *vniparum*, niſi etiam illic legerit ζωοτόκον quod non mihi arridet.

Pag. 584. In textu Græco l. 5. ἐκ δὲ ἐλάττω γίνεται τῶν ζώων. Ita habent omnes editiones. Interpretes tamen Gaza & Scaliger ᾠῶν videntur legiſſe, vt ſanè legi debet: quare nos ᾠῶν reponendum curauimus.

Pag. 586. Apoteleſ. 187. διαίτων. Optime hæc ita diſtincta ſunt: præcedentes Editiones ſine interpunctione vlla habebant ἐν τοῖς πηλώδεσι διαιτῶνται, omnino inſulſe: diuerſus enim ſenſus à voce illa διαίτων.

Pag. 592. Apoteleſ. 200. θεωρητέον κοιλίαν ἴσων. Non tantum in Aldina Editione, ſed & in omnibus alijs hactenus lectum fuit, τὴν κόμην ἴσων. Nos repoſuimus ex Scaligeri & Theodori coniectura κοιλίαν. Nam quid hic τὴν κόμην ſibi velit non poteſt percipi. *Si quis intra ventrem introſpiciat*, vult dicere Philoſophus: ἔσω κοιλίας, non ἔσω κόμης: non enim pili aut coma, ſed interiora ventris inſpicienda ſunt, vt noteur differentia marium & fœmellarum, quæ duo inteſtina habent non mares.

Pag. 598. Apoteleſ. 215. ὅτε καταβάλλεται ὁ κέρατας. Quædā erant in Exēplari noſtro ad hæc verba annotata, ſed ita deleta & obſcura, vt ea vix legere potuerimus. Gaza legit, ex notatione Caſauboni

ſauboni marginali, ᾧ *κατακλελειμμέναι*, vel *καταλελειμμέναι ἤσαν κύτταρῳ*. Quæ autē erant obliterata & deleta in exemplari, ita diuinauimus ex ductibus & apicibus literarum quæ ſupererant, reſtituenda. *Aut neutrum ſubintelligendum, aut in genere ζῶα, quoniam animalia ſunt: aut eſt σόλοικον.*

Pag. 612. Apoteleſ. 247. *μάλι ξηρόν*. Optime ita legitur. Nec eſt quod quicquam mutes cum Caſaubono, qui mentem Philoſophi hoc loco non percepit. Scaligerum ſequere.

Pag. 617. Apoteleſ. 263. *καὶ ἕως ἂν νύμφαι ὦσι*. Ita ferè omnes Editiones. Veneta meliùs *ὥς' ἄν*. Quam lectionem ſequutus eſt Scaliger, *quandiu nymphæ ſunt*. Gaza etiam aſſentitur, *cum in nympha eſt*, *ὥς' ἂν ὦσι*.

Pag. 622. Apoteleſ. 272. in fine, *ἐκ τοῦ περυσινῶν κυημάτων*. Editio Veneta *περυσιωῶν*, male: & rectè habent Editiones aliæ *περυσινῶν*, vt eſt à nobis excuſum. Vnde neſcio cur Scaliger hîc legerit *πιελυσινῶν*, & à *πελεῖναι*, *πελυσία*, & *πελυσιασμὸς* deriuauerit. Nam *περυσινὸς* à *πέρυσι* deducitur; quod *anno præterito*, ſignificat. Theophraſto *καρπὸς περυσινὸς*, anni exacti fructus: & *περυσινοὶ ἄρχοντες* Platoni, qui proximè magiſtratu functi ſunt. Quæ igitur de vocibus *πελυσία* & *πιελεῖναι* adducta ſunt à magnô heroë, vt inutilia expungenda, niſi velis amplecti hanc lectionem *πελυσινῶν*, quam non probo. Quæ autem ab eo de locuſtarum eſitatione in fine Commentarij allata ſunt, digna iudico quæ obſeruentur. Plura nos in Lectionibus noſtris. Conſule Caſauboni Exercit. 13. ad Annales Baronij, num. 7. ad annum 31. num. 13.

Pag. 625. Apoteleſ. 278. In Comment. poſt vlt. vocem, *eſitauere*: quædam erant in Exemplari noſtro expuncta & deleta, quæ nos coniecimus ita legenda. *Atqui Romani è gliribus ſaginatis menſis appoſuere ad cibum. Nota ἐξέρχεται νύκτωρ, καὶ εὐθὺς ῥήγνυται τὸ κέλυφος. Tettigometra exeunt noctu: ſed tamen verum non eſt. Neque enim pedum aut alarum officio fungi poſſunt, cortice obſeſſa.*

Pag. 631. Apoteleſ. 299. *λευκὸν καὶ μικρὸν*: Puto ego cum Scaligero mendoſum hunc eſſe locum. Nolui tamen quicquam mutare. Nam quid *τὸ μικρὸν* poſt vocem *ἐλάχιστον*? Sine dubio legendum *ὥσπερ ἐν ξύλῳ ζῶον λευκὸν*, & expungenda vox *μικρόν*. Et ita etiam videtur cum Scaligero legiſſe Gaza. Cæterùm quod hîc de cera à Philoſopho refertur, falſum fortè eſt. Sylburgius notauit legendum *τυρῷ* pro *κηρῷ*, non male, vt ſermo ſit de caſeo vetuſto, in quo ſolent gigni huiuſmodi minutiſſima animalia.

Pag. 632. Apoteleſ. 301. *ὅσα ἔχει αὐτοῖς ζωήν*. Scaligeri verſio hoc loco manca eſt, & in exemplari noſtro multi erant errores. Adde tu: *quæcumque eorum vitam viuunt.*

Pag. 636. Apoteleſ. 311. *τῷ ὑστέρῳ ἔτει*. Omnes Editiones poſt illa verba, hæc adhuc habent. *ἂν μὲν οὖν τῶν ὄφεων καὶ τῶν ἐντόμων γενέσεις ἔτι καὶ ζώων τῶν τετραπόδων καὶ ᾠοτοκούντων τοῦτον ἔχουσι τὸν τρόπον*. Interpretes Gaza & Scaliger neglexere, quia ſtatim initio lib. 6. ſequentis repetita ſunt. Nos eorum opinioni ſubſcripſimus. Deinde quæ ab Scaligero in Comment. ad hoc Apoteleſma ſcripta ſunt, de globulis quibus preces numerant Chriſtiani, à nobis inuenies in *Prolegomenis* caſtigata.

Pag. 640. Apoteleſ. 9. In Comment. l. 2. *ἐπιλυγαζόμενα* excuſum eſt, quia ita erat in exemplari, & *λυγάζειν*. Vnde apparet Scaligerum exiſtimâſſe in vſu eſſe *λυγάζειν* & *ἐπιλυγάζειν*, vt *λύγη λυγαῖος*, & *λυγαίη* apud Apollon. Rhod. ſed ni fallor, fallitur. Nam *ἐπηλυγαζόμενα*, vt eſt in textu excuſum, legi debet. Non enim à *λύγη* & *λυγάζειν*: ſed ab *ἠλυγάζειν*: qua voce ſæpius vtitur Philoſophus in lib. de *Anima*: ergo ab *ἐπὶ* & *ἠλυγάζειν*, quod eſt *obſcurare*, deducenda illa vox eſt. Editio veneta malè habuit *ἐπιλυγαζόμενα*: hinc erroris fundamentum & origo.

Pag. 641. Apoteleſ. 15. In Comment. *à ſuperioribus diuerſam*. Poſt hæc verba quædam deſiderari ſemper exiſtimauimus, licet in Exemplari noſtro nulla ſtellula aut aſteriſco notatus fuerit hîc locus: quia ſenſus perfectus non eſt, nec periodus abſoluta.

Pag. 642. Apoteleſ. 16. *ἐὰν γόνος γένηται καὶ μὴ διαφθαρῇ*. Exemplar noſtrum habuit, *ſi eius generatio corrumpatur*. At correctum hac editione eſt, & addita negatio omnino neceſſaria.

Pag. 642. Apoteleſ. 18. *πρὸς τὰ τῶν ξηροβιωτικῶν πολ*. Editio Veneta *ξηροβιωτικῶν πολλὰ. πλεῖον*, &c. Et ita hoc loco legit Scaliger: Theodorus aliter. Scaliger vertit: *differunt multa oua ab ijs quæ in ſicco degunt*. Theodorus: *ſed differunt oua aquaticarum à terreſtribus, quòd multo plus lutei quam albi*, *πολλῷ πλεῖον τὸ*. Quam lectionem nos ſequuti ſumus ex Edit. Lugdunenſi magni Caſauboni. Vetus tamen Scaligeri verſioni aptiùs conueniebat.

Pag. 647. Apoteleſ. 33. Neſcio cur Scaliger hîc *ζεφύρια* verterit, *hypozephyria*: fortè vt alluderet ad vocem ſequentem *hypenemia*, ſed non eſt paritas.

Pag. 649. l. 6. omnino legendum. *Et aſſare ſit ab ardeo, arſi, arſum*. Exemplar tamen *areo*, diſerte habuit.

Pag.650. Apoteleſ.40. *ἐὰν μήπω ἐπωάζωσι.* Ita excudendum iuſſimus, vt præcedentes editiones habent, & ipſa Veneta. Sed Theodorus Gaza & Scaliger aliter legerunt. Sequutum enim ſe eſſe Theodori exemplar teſtatur Scaliger, qui hîc ingenuè fatetur ſe non intelligere quid ſibi velint hæc, *ἐὰν μήπω ἐπωάζωσι.* Si verba attendas, facilia ſunt: nam hoc denotant, *ſi adhuc non incubatui intenta fuerint:* ſed ſi ſenſum, difficillima. Quatenus vt liberè profetâ opinionê meam poſt tantos viros, hæc nihil aliud ſignificent, quàm, *ſi non adhuc pepererint:* vix eſt enim incubatus ſine partu. Igitur, *ſi adhuc non incubuerint*, nihil aliud eſt, quàm ſi adhuc ad partum non fuerint vtiles

Pag.715. Apoteleſ.208. In Comment. l. 5. 6. Differentia quam conſtituit Scaliger inter publicum & commune, à nobis alibi diligentiùs & ſolidiùs examinata eſt: non eſt hîc locus ea perſequendi.

Pag.736. Apoteleſ.168. Coniunge hoc Apoteleſma cum ſequentibus 271. & 273. hinc enim cum diuino planè viro Ioſepho Iuſto Scaligero elicies, annum veterum Græcorum non fuiſſe merum Lunarem. Nolumus inculcare & repetere quæ ab eo dicta fuere in magno opere de *Emendatione temporum:* ſed oramus candidum Lectorem, vt penſiculet exactè tres illos locos: mirabitur enim haud dubiè excellentiam illius doctrinæ.

Pag.737. Apoteleſ.275. poſt vocem *νέαι*, Editiones aliæ habent ſtatim ὅσαι, quæ neque Theodorus Gaza, neque doctiſſimus Scaliger interpretati ſunt. Nos è textu amouenda curauimus: quid enim opus inutilia inſerere.

Pag.744. Apoteleſ.298. *ἐκβόλιμοι.* Ad hanc vocem neſcio cur Scaliger notauerit dies *ἐμβολιμαίους* eſſe illos qui extra legem anni ſunt. Nam aliud longè ἐκβόλιμος, aliud *ἐμβολιμαῖος*. Dicuntur anni, menſes, & dies *ἐμβολιμαῖοι*, inſititij: partus verò ἐκβόλιμοι diuerſa omnino ratione: cæterum *ἐμβόλια* hîc quæ dicuntur, ab eodem Polluce lib. 10. ἐκβόλια vocata ſunt, vt non tantum duos haberet locos Hermolaüs examinandos in explicatione huius vocis ἐκβόλιμος & *ἐμβολιμαῖος*, ſed tres & multo plures.

Pag.746. Apoteleſ.304. *πρέσβεις*, peccatum erat in exemplari, quod in Editione hac retentum eſt, *maiores anniculis:* repone *minores anniculis.*

Pag 748. Apoteleſ.310. *Σὺ πλοῖ δ' ἐπιβαίνων πληροῖ ὄνος ὁ ἵππος.* Nec Gaza nec Scaliger hîc mihi ſatisfaciunt. Nam primò Scaliger has duas vltimas voces ὁ ἵππος neglexit, neſcio cur, & ἐπιβαίνων vocem tanquam ſuperfluam à Gaza fuiſſe prætermiſſam aſſeuerat, quod eſt falſum, Nā dixit Gaza *ſuperueniens equam.* Gaza autem quadam circumlocutione vſus eſt. Tu verte hoc modo. *Aſinus autem celerius ſuperueniens implet.*

Pag.750. In Comment. Apoteleſ. 316. l. 3. *quinquageſimo quarto*, exemplar ita habuit, debet corrigi, *quadrageſimo quarto*, ex textu.

Pag.751. Apoteleſ. 321. *ἔνιοι δὲ πέντε καὶ εἴκοσι.* Interpretes hæc non vertere, quia, vt puto, antiquæ Editiones ea vt fruſtra repetita non habuere. Si conſulas Cap. 14. lib. 5 ſuprà, eadem inuenies. Quare parentheſibus rectè hîc incluſa ſunt, vt oſtendatur non in omnibus ea legi Editionibus. Verte ſi retineas, *aliqui vigintiquinque.* Quod verò poſtea ſubiungitur, equos ſi bene curentur pertingere poſſe annum quinquageſimum, veriſſimum eſt, & poteſt multis veterum teſtimonijs comprobari. Sed ſi plures addas: à veritate aberrabis. Optime ſiquidem à Philoſopho longiſſima equorum vita concluſa eſt & circumſcripta ferè vndequadrageſimo anno. Et autumo Ariſtophanem Byzantium, libr. Ariſt. de Animalibus epitomatorem & mutilatorem, ſomniaſſe, cùm apud Hieroclem in *Hippiatricis* ſcripſit, equos vltra quinquageſimum annum vitam poſſe producere: non enim hoc eum docuerat Ariſtoteles. Apponam verba Hieroclis, vt videas quanta ſit epitomatoribus adhibenda fides, qui vt plurimum libros auctorum corrumpunt & truncant. Ἀριστοφάνης μὲν ὁ Βυζάντιος ἐν τῇ περὶ φύσεως ζώων ἐπιτομῇ, ἐκ τῆς Ἀριστοτέλους τοῦ φιλοσόφου, (non dicit περὶ ζώων ἱστορίας, ſed περὶ φύσεως ζώων: vt inde conjcere liceat, cum non tantùm Hiſtorias de Animalibus, ſed & omnes libros de Animalibus in epitomem redegiſſe) φησὶν ὅτι ζῇ [illegible] ἵππος [illegible] καὶ [illegible] ἐν ταῖς Κυπριακαῖς δὲ Γεωργικοῖς, [illegible] ἔτεσιν ὅλοις [illegible] καὶ εἴκοσι. Τ[illegible] δὲ [illegible] τοῦ Διὸς [illegible] Ἀθηναίους, [illegible] ἐν τῇ Ἀττικῇ, εἰς τὸ [illegible] φόβον δὲ τοῦ [illegible], [illegible] ἔτη ὀγδοήκοντα. [illegible] καὶ [illegible] Ἀριστοτέλης [illegible] ἀλλ' [illegible] λόγους, [illegible]

Θέντος

δύσεως ἀπεχθέντες λάθωσιν. Omnia autem hæc tranſcribere libuit ex Prooemio Hippiatr. Hieroclis,quia duo aut tria continent,quæ maximè textum Philoſophi & Commentarios Scaligeri illuſtrant. Primum,quod ex libro *Georgicorum Quintiliorum* relatum eſt de equo, qui equiti cuidam toto ſtipendiorum faciendorum curriculo, quinque & viginti annos ſuffecit. Ferè enim quid ſimile de equo Caroli Regis narrat Scaliger: niſi cùm eum natum triginta annos ait,quo tempore in nobiliſſima victoria ad Tarum ipſo vſus eſt rex. Sed Hiſtoricorum quidam quintum & vigeſimum tantùm annum equum illum tunc attigiſſe narrant. Quod omnino quadrat præcedenti exemplo ex *Georg. Quintil.* petito. Secundum, quod de immunitate aſini illius octuagenarij ex Tarantino profertur. Ita enim equum Caroli Regis poſt memorabilem operam Regi præſtitam in prælio ad Tarum, multos annos vixiſſe immunem docet. Tertium denique quod de equa ex diſciplina Philoſophi ſcribitur:eam nimirum & concipere & geſtare ad triginta vſque annos.

Pag 755. Apotelef. 331. ἀτεκνοι ὅλως.Contrarium innuit vox τέκνοι,qua vtitur in Nono ſæpiùs, vt obſeruari poteſt.

Pag. 756. Apotel. 134. διὰ τὸ μὴ μένειν, &c. Idē de Capris paulò antè dictum eſt p.733. Apot. 262.Quibus armentarios nullum præſtituere ducem aut ductorē docet,ſicut nec equis:proptereà quòd earum natura minus conſtans ſit,ſed cito & facilè vagentur,equorū inſtar, qui acres natura q; ad motū propenſi ſunt, διὰ τὸ μὴ μόνιμον εἶναι τὴν φύσιν αὐτῶν, ἀλλ' ὀξεῖαν καὶ εὐκίνητον,vt loquitur Philoſophus. Ex quibus quis rectè colligat equos & capras gregatim quidem haberi,ſed nō gregatim paſci.Quòd capræ non gregatim paſci propriè dici poſſint, facilè probatur ex ſingulari loco Artemidori, qui Ὀνειροκριτικῶν lib. 11.c.12.legitur. οὐ συναγελάζονται αἱ αἶγες,inquit, ἀλλὰ χωρὶς ἀλλήλων νεμόμεναι καὶ κρημνοῖς καὶ ἀποβάτοις ἄγονται τε πράγματα ἔχουσι, καὶ τοῖς ποιμέσι παρέχουσι. Vnde Poëta Græcus dixerit, αἰπόλιον πλατύ, αἰγῶν,id eſt,vt videtur vertere Latinus in *Culice,pabula lata capellæ* nullus enim dubito quin meliùs ita legatur, quàm *læta*.Ita quoque Caius in l. 2. D. *ad leg. Aquil.* cautè dixit,*gregatim haberi* capras,equos,boues,mulos aſinos.Et Vlpianus l. 1. §. vlt. D. *de rei vindicatione. Idem & de armento & de equitio,& cæteris quæ gregatim habentur.* Et malè Tribonianus tit. *de leg. Aquilia* Inſtitut.ſiue potiùs ἀκύρως ſcripſit, *ſed de his tantùm quæ gregatim propriè paſci dicuntur, quales ſunt equi,muli,aſini, oues,boues,capræ.* Melius illi Codices qui hanc voculam *proprio* non habent, vt obſeruat Cuiacius. Nam hoc falſiſſimum eſt,capras, equos gregatim paſci propriè dici poſſe: καταχρηστικῶς illud quidem dicas, quia quæ gregatim habentur, ad paſtum mitti gregatim poſſunt: ſed ſi propriè velis loqui,*gregatim haberi* tantùm dicas, non *gregatim paſci.* Equi namque & capræ non gregatim paſcuntur, licet gregatim habeantur, propter vagacem & non ſtabilem eorum naturam.Meliùs feciſſet Tribonianus ſi fideliter verba Iuriſcōſultorū repetijſſet.Iuriſcōſulti nunquā *gregatim paſci* dixerunt,cum de equis & capris ſermo inſtituitur, ſed tantum de pecudibus in genere,vel de quadrupedibus quæ pecudum numero ſunt. Diſcrimen hoc notatu digniſſimū eſt. Primus hoc me docuit vir nunquam ſatis laudatus Ioannes Meurſius, labentis literarum imperij dictator.

Pag. 773. Apotelef. 383. ὑφιστάμεναι Ad hanc vocem nihil inuenies obſeruatum in Comment. ab Scaligero,quia quæ in exemplari noſtro viſebantur, ab ipſomet exſcriptore erant deleta. Nos tamen ita diuinauimus:ὑφιστάμεναι,*Conſiſtentes. Theodorus non ſatis apte: ſed & Liuius etiam, tranſitura poſuit.*

Pag. 780. Apotelef. 408. τίκτουσι δὲ οὐκ ἀεὶ, &c. Vel Scaliger hæc non verterat: vel fatendum Siluium, aut alium exſcriptorem non fideliter hîc functum officio ſuo fuiſſe. Nam quæ à nobis ab his *ſingulis menſibus*,addita ſunt vſque ad finem Apoteleſmatis, deerant in exemplari. Nos conati ſumus ſupplere,ne verba Philoſophi ſine interpretatione legerentur.Vertimus igitur hoc modo. *Pariunt autem non vniuerſos, ſed interponunt dies quot inter repetitum coïtum & partum.* Philoſophus dixit,ἀλλὰ διαλείπουσιν ἡμέρας ὁπόσας ἂν τύχωσιν.Mira breuitas, quam vix Latine aſſequaris. Scaliger multum laborauit in eruendo ſenſu horum verborum,ſed vereor ne oleum & operam perdiderit. Nam longa circumlocutione vtendum,ſi eum ſequaris in interpretatione verborum Ariſtotelis. Fortè non malè emendabitur hic difficilis locus hoc modo, ἀλλὰ διαλείπουσιν ἡμέρας ὁπόσαις ἂν τίκτωσιν. Sed videant acutiores. Non poſſum autem quin Philoſtrati verba ex *Amoribus* Iconum lib. primo,huc proferam: tam feliciter enim ſenſum Philoſophi exponunt, vt nihil meliùs. λέγεται δὲ περὶ μὲν τοῦ θήλεος, θηλάζειν τε αὐτὸν ἃ τέτοκε, καὶ ὑποτίκτειν πάλιν ἐπὶ τούτῳ γάλακτί τε καὶ ἐπικύοντα δὲ, ἃ οὐδὲ ὡς χρόνος αὐτοῖς τοῦ τόκου κατέχ. τὸ δὲ ἄρρεν, ἀπείρει τε ὡς φύσις ἀξιοῦν, ἃ ὑποκυίσκει πρὸς ὃ τίκτουσι.Et ita hæc memini verſibus reddita Latinis fuiſſe à parente noſtro V.Clariſſimo.

———:*nam fœmina fœtus*

Dum

Dum teneros etiam lacte recente fouet.
Conceptus alios repetit, rurſuſq; ſub ipſo
Lacte coit, nuſquam ventre ſoluta graui.

Ariſtoteles tribus verbis multa complexus eſt, ὀχεύονται δὲ καὶ τίκτουσι πᾶσαν ὥραν.

Pag. 791. Apoteleſ. 5. ὁ καλ. ξαγ. Cenſorinus, cap. 14. lib. de *Die natali. Tamen in ſecunda hebdomade vel incipiente tertia vocem craſſiorem & inaequabilem fieri. Quod Ariſtoteles appellat τραγίζειν: antiqui noſtri,* hirquitallire: *& inde ipſos putant* hirquitallos *appellari, quòd tum corpus hircum olere incipiat.*

Pag. 849. Apoteleſ. 111. Τὰ πλεῖστα δὲ μιαρώτατα. Conſule Harpocrationem voce ἀδελφιδοῦς, & Notas noſtras. Taedet enim inculcare quae iam dicta fuere. Finis eſt imponendus huic labori, quem operae typographicae cotidie feſtinant. Quare benignus Lector ignoſcat, ſi multa praetereamus quae interpretatione adhuc indigent. Animaduerſionum termini nos huic breuitati obſtrinxerunt, & voluminis moles immanis.

Pag. 905. Apoteleſ. 110. φυσικωδῶς. Ad hanc vocem notat Scaliger inopiam Linguae Graecae, quòd inquit Graeci *naturale*, non diſtinxerint à *flatuoſo*. Sed, quod eius pace dictum ſit, aliud eſt φυσικόν, aliud φυσῶδες: hoc *flatuoſum*: illud *naturale* ſignificat.

Pag. 906. Apoteleſ. 113. πλῆθος. In Commentario ad hanc vocem non probat Scaliger verſionem Theodori, qui vertit *numero*: & tamen ipſe ita vertere coactus fuit. Miror inconſtantiam & leuitatem: verte tu *multitudine*.

Pag. 952. Apoteleſ. 216. Legendum in textu φύσει περίσσωμα ἢ πλεόνασμα. Typographi hic dormitârunt, vt multis alijs in locis.

Pag. 1040. Apoteleſ. 148. Ἐναλλάξ. Rectè Scaliger, *per vices*. Orus Niliacus Graecobarbarè κατ' ὄρδινον. Verba eius mire Philoſophi mentem exprimunt: αἴτια γὰρ ἑαυτοὺς, inquit, συνάγοντες χοροῦσι κατ' ὄρδινον ἐν μέσῳ τῇ ἑαυτῶν. Ecquis amplius dubitabit Philippo eius interpreti textum illum Graecum qui vulgò manibus Doctorum teritur, tribuere? Nec Rigaltius, nec Meurſius, huius inſignis loci meminere in ſuis Graecobarbararum vocum collectionibus. Conſule Rigalt. voce ὄρδινον in Gloſſario tact. Mixobarb. & Meurſium, voce κομπόρδινος, in Gloſſario Graecobarbaro. Pertinet haec vox ad rem militarem.

Pag. 1131. Apoteleſ. 397. Interpretes thymum hic importune bis inculcant, & tamen in verbis Philoſophi de thymo ſemel mentio.

Pag. 1143. Apoteleſ. 436. Οἱ δὲ τὰ κέντρα ἔχ. οὐ πετ. Deerant haec in verſione Scaligeri. Nos addidimus: *aculeata verò non aduolant*. Caeterùm non intelligo quid ſibi velit in Commentario cùm ait τὸ ἀμφίτον, *ſcilicet quae aduolant*: nam potiùs debuit, quae non aduolant, quia aculeatae.

Pag. 1162. Apoteleſ. 497. Si quae hic de caſtitate illius equae Scytharum Regis, cum his quae ſupra lib. 6. de ſalacitate equorum relata ſunt, & cum Oppiani elegantiſſimis verſibus lib. 1. de *Venatione*, conferas, haud dubiè multa offendes inter ſe pugnantia. Quae ab illo Poëta de equis ſcripta leguntur, à nobis in Lectionibus varijs exagitata ſunt.

Pag. 1167. Apoteleſ. 511. Mirabitur fortè quis prima fronte Ioſephi Iuſti Scaligeri emendationem verſuũ Aeſchyli, & eius interpretationem in hiſce Commentarijs paternis permixtam & intertextam. Sed ſi Prolegomena noſtra legat, deſinet mirari. Exemplaris deſcriptor Siluius à Germano adiutus, hoc fecit in gratiam fratris. Cuius noluit hoc perenne perire monumentum. Certè elegantiſſimam hanc & comptiſſimam Ioſephi verſionem carminum Aeſchyli diligentiae Siluij debemus: nullibi enim quàm in hac Editione eam inuenies. Emendationem quidem verſuum in Comment. ad *Aetnam* Cornel. Seueri legere eſt: at nuſpiam interpretationem. Quare hac feliciter fruere benigne Lector, & reliquis quae tibi liberaliter nunc offerimus. Plura paraueramus non tantum in praecedentes lib. *Ariſtotelis de Animalibus*, ſed & in ſequentem Decimũ, quae omittere coacti ſumus, ob Typographorum ſupinitatem, qui nihil aliud quàm errare ſciũt: taedet pigétque tot mendorum. Oro te obteſtórque per illum quo literas proſequeris amorem, Decimi Hiſtoriarum Editionem hanc noſtram cum Lugdunenſi Siluij compara, & videbis quãtum mutata ſit operis facies. Iterum rogo te vt benignè errores omnes Typographicos condones, qui innumeri ſunt, & tyrocinium artis redolent. In *Prolegomenis* aliquoties erratum eſt. Pag 1. l. 12. *tum* pro *ſum*. pag. 2. l. 28. *concinnatum*: & quoties aliter excuſum eſt in Prolegomenis vel alibi. pag. 4. l. 10. *fieri* pro *feri*. l. 50. tolle, *quae lacunas*, geminatum. pag. 5. l. 36. *textum*. pag. 7. l. 26. *inedita toties*. lin. 52. *credant*. pag. 9. lin. 19. *permulta*. l. 44. *cecidimus*. pag. 11. lin. 22. *ergo*. pag. 12. l. 16. *Ζωικῶν*, *Ζωϊκόν*. Similia expunges per teipſum.

L A V S D E O.

Digitized by Google

ELENCHVS
VERBORVM ET RERVM
in hoc opere ſummè notandarum.

A Sanguine pendet vis ingenij. 37
A ſanguine ad prudentiam primitiæ ſemina. ibid.
Abdomen porcorum tantùm. 93
Ἄβολος, βόλος, *βεβληκός*. 753
Acamphi quid. 47
Achetæ quid. 623
Achilles vnde dictus *criſtatus*. 6
Accidentia ſequuntur ſubſtantiam, non contrà. 590
Accipiter vnde fringillarius dictus. 885
Accipiter *poiana* nobis: Taurinis *pondrala*. 27
Acontiæ, ſeu iaculi, ſerpentes. 244
Adeps quid. 362
Ἀδελφοὶ vnde dicti. 294
Adipale Ciceronianum verbum. 362
Adulari περὶ τὴν οὐρὰν de canibus: imò à ſeruis, δοῦλοι. 29
Aëris ὄγκος. 6
Aegolios auis nocturna, *barbagia* Tuſcis, *praſsga* Vaſconibus. 27
Aegythali aues, apibus noxiæ. 1124
Aeſtas D. Martini. 595
Aetas mulorum, & equorum à dentibus. 753
Aëtites lapis. 250
Aethiopes cæſij nulli, aut pauci: item Syri, Mauri, & indi. 71
Affectus ſequuntur actiones. 11
Affirmatio negatione prior eſt. 4
Ἀγγέλλω quare Græci dicant. 21
Ager compaſcuus. 717
Ἀφανίζειν quid & ἀφανίζεσθαι. 1205
Ἀγελαῖα, & ἄγελα quid differant. 26
Agnus Latinis quid, & vnde. ibid.
Agnini quid. 131
Aqualiculus quid. 93
Ἄγλωσσοι Sophocles in *Trachinijs*, pro barbaro 18, 193
Agit forma per duplex inſtrumentum, proximum & remotum. 1187
Alcmæonis ſententia damnata de aurium ſpiratione in capris. 73
Alcedonia quid. 595
Alcyoneum medicamentum. 1051
Ἀλύειν quid. 28
Alexis citatus. 219
Ἀλγηδὼν quid. 745
Alcman Poëta, Syrius Pherecydes, & Sylla Dictator quo morbo occubuerint. 628
Alterum æquat numerum, non *aliud*. 750
Altile quid. 581
Amphisbœna ſerpens. 243
Ἀμφὶ, ἄμφω quo differant. 186
Amiæ. 20
Amia Thynno ſimilis 235
Ἀμμώδης quid. 17
Ἄμορφος mola matricis dicta. 18
Amplum quid. 1050
An dentes ſentiant, & ſint oſſa. 87
An totum nihil ſit niſi ſuæ partes. 45
Ἀνάλογον quid. 36
Analogia quid, & quotuplex ſit. 7
Analogia Græcis, *proportio* Latinis. 36
Anagogici ſenſus qui. 592
Ἀνάπνευσις, ἔκπνευσις, ἀναπνοὴ, διαπνοὴ vnde, & quid. 78
Anatella. 12
Anatolia Græcis recentioribus Aſia. 953
Ἀνάγκη impedimentum. 254
Ancona in Piceno. 103
Anchoïa quis piſcis. 703
Anguis à proceritate & tenuitate, ἄγχω. 239
Anguillæ carent genitura. 8
Anguis vnde. 957
Anima rationali introducta ceſſat generatio. 160
Animal intra quadrageſimum diem è ſemine vita plantæ viuit, ſcilicet vegetatiua.
Anima vegetatiua habet vim figurandi ſemen in corpus animalis. 596
Animalia quædam principes habent, quædam non. 26
Animalia partim ambulatiua, partim volucria, partim natatilia. 20
Animalia ἐνστατικά. 10
Animalia partim gregalia, partim ſolitaria. 26
Animalia omnia præter hominem naturaliter natare ſciunt. 209
Animalia quædam vno coitu: multa concipiunt. 1206
Animantes vncungues. 26
Animantes ſiue binos, ſiue quaternos, ſiue nullos

ā

beant pedes,vt ſe habeant. 39
Anſer cur cautus dicatur & verecundus. 29
Anſeratio prima & ſecunda apud Ebuſos Vaſcones. 25
Antherina quis piſcis. 708
Antiqui quare ſupplices dimittebant genua. 111
Anxius quis. 1134
Apere,apiſci,adipiſci. 10
Apex quid,& vnde. 6
Apis deſcriptio. 44
Apis παρὰ τὸ ἄπτεσθαι. 616
Apum diuerſa munia & nomina. 1122
Apum comitas. 1125
Apis auditus probatur. 1133
Apicæ oues. 161
Aphoriſmi Hippocratis quas ſortiãtur appellationes. 1166
Apodes qui, & quare ſic dicti. 19
Apologus ventris & aliorum membrorum ex Liuio. 92
Apoplexiæ in ſiniſtrã frequẽtiùs ſoluuntur. 37
Aprorum coitus & fœtus. 766
Apuæ ſola aqua viuunt & aluntur. 12
Aqua calore concepto aëreſcit,& ampullaſcit. 13
Aquax. 12
Ἀκίσαι(?) vnde. 745
Aquilæ, & earum ſpecies,& nomina. 248
Aquilæ nigræ,& fuluæ. 27
Aquipenſer,accipenſer piſcis. 227
Arabes ingenio admirabili. 360
Arabibus τὸ βρέγμα. 63
Arare vnde. 1139
Aratus in Iatricis. 63
Aranea. 22
Arachotæ populi ex Plinio, Strabone, & Stephano. 163
Arbor Oceani Gaditani. 232
Arbor quare ſit natura immobilis. 1190
Arca, & arx,& ἀρκεῖν vnde. 122
Ardeola vbi alatur. 11
Argus quare centoculus. 65
Aridum & ſiccum differunt. 1200
Aries piſcis. 232
Arimaſpi vnoculi. 65
Ἀρπεδόνη quid. 431
Arteria vnde dicta. 306
Arteria nulla it ad iecur. 838
Arteriæ vſus. 128
Articulus in digito quid. 104
Armentum completum eſt cùm equi ſuam conſcendunt prolem. 250
Ἄρνος quid. 539
Aſellus quid. 45
Aſilus Virgilio οἶστρος. 49
Aſilli,& gulæ figura. 272
Aſili qui. 15
Aſinorum ſpecies varia, diuerſaq; natura. 257
Aſinus equo celeriùs implet. 248
Aſinus Indicus cornutus,& ſolipes. 1158
Aſſidela quid. 131
Aſſiduus quid. 1123
Aſſare vnde. 629
Aſtacem *gammarum* interpretatur Scaliger, Ligures *lingobam* appellant. 54
Aſtaçus. 453
Aſperugo quid. 57
Ἀπαγγέλλειν quid. 722
Ἄζωα quæ. 22
Attilus,adel,attina,quis piſcis. 226
Atticiſmus ſummopere notandus. 31
Atticiſmus agnominationis Platoni familiaris, necnon Hippocrati. 59
Athletæ à veneris vſu abſtinuere. 1210
Athos quid. 585
Auditus diſciplinæ ſenſus. 496.1169
Augmentum,eſt in quacunque re vegetata. 34
Augurium à garritu, γῆρυς. 214
Aues à Græcis ἄποδες. 17
Auis παρὰ τὸ ἄειν. 48
Aurata. 45
Auris diuiſio & deſcriptio. 73
Auris partium ſingularum propria nomina 74
Aures ſoli homini immobiles. 75
Aures modicè piloſæ ad audiendum aptiſſimę. 76
Auſpicium ab inſpectione. 214
Αὐτοφυὲς, αὐθαίρετος, πολυφυές. 87
Axioma *pronunciatum* Ciceroni,*dignitas* barbaris, *Sententia* Scaligero. 1212

B.

BAlæna longitudinis pedum cxx. 231
Balæna alitur aqua ſola. 12
Balæna hominum more coit. 529
Balbus. 85
Bambalio quid Ciceroni. 497
Barbehaut Burdigalenſium. 225
Barbitium & barbotium quid. 81
Barba pulcherrima diuiniſſimáque hominis pars. 161
Bardus phyſiognomicis is cui iugulum cauum non eſt 90
Baſiliſcus,aſpis,vipera. 240
Baſſum Italis, Gallis, & Hiſpanis à *baſi* dictum. 963
Belona piſcis inter generandũ diſrũpitur 631
Bellua & fera differunt. 1159
Benè me gero quid. 745
Benè conſtituatur dictio cum ὅτι. 129

Beſſi muli. 81
Bicipites ſerpentes. 144
Biuij quid Liguribus Taurinis. 19
Bifer quid. 12
Bifidum & biſulcum quo differant. 403
Bifores vox Ouidij. 433
Βοάω vnde *vox*. 82
Boæ ſerpentes. 144
Βοηθεῖα παρὰ τῷ βοᾷν καὶ θεῖν. 997
Βόρβαρον quid. 579
Bombycum hiſtoria ex Plinio. 1144
Bona aduentitia quæ. 367
Bona matricis cum naribus comparatio. 1208
Bonifacius princeps patruus Scaligeri. 257
Bos piſcis quis. 221
Βουλεύεσθαι vnde. 30
Βουλὴ verbum deliberationis. 538
Bourbier Gallis vnde. 579
Buccæ ſaliua cibis acceptis, inter loquendum, & cùm laboratur enixè. 1202
Buccellatum quid. 882
Buffo alitur terra. 12
Blanda. 205
Brachij deſcriptio, partes eiuſdem, & earum nomina propria. 103
Brachium duplex, an duo brachia ſit dicendum. 61
Branchia quid ſit. 40
Bellonus citatus. 1004
Βρέγμα ſeu vertex capitis. 122
Blæſus. 85
Bſeſſoli, barboſſi. 85
Blæna quid Galeno. 1193
Breuia, vada. 697
Breuia non παρὰ τὸ βραχέα. ibid.
Breuitas dicitur *admirabilis* à Galeno. 1186
Βροτὸς hominis epithetum. 29
Brochos Plinius an rectè à labijs arbitretur. 82
Bruta, Cicero *beſtias*, Germani, *Tider*. 149
Byrriæ vnde in Comœdijs. 960
Βόρος quid & vnde. 459
Byſſus quid. 572

C.

Caculæ in bello quid. 28
Caluaria quid. 62
Caluum quaſi capillis vacuum. 62
Caleſcunt minùs qui non ſunt mento bipartito. 348
Chamæleo. 204
Chamæleo alitur aqua ſola. 12
Chamæleontis deſcriptio. 205.206
Cameli fœtus & ætas. 765
Cameli ſcienter non ineunt matres. 1161
Campus vnde. 26
Cancellus quid, eius deſcriptio, & natura. 448.449.
Cancellus iniecto lapillo oſtreum vorat. 17
Cancri marini. 15
Caniceps quid. 197
Canum genera, & nomina. 734
Canum carne veſcentium anima fœtida. 191
Canis iubatus. 162
Caniculam Ægyptij σῶθιν vocant. 168
Canini dentes. 192
Cantabri choreas dextrorſum ducunt. 175
Canthari terram ſubeunt. 49
Capere & incipere idem. 60
Capra & capella quo differant. 393
Carabiccia. 453
Carbatinę, calcei quos *Sclopos* vocãt Vaſcones. 165
Caro è ſanguine fit. 31
Carne molles aptiores ad diſciplinam. 37
Caroli Regis equus ſpadix annis triginta natus. 75
Cartilaginis natura, & differentia ab oſſe. 331. 332.
Caſtaneæ marinæ quid Liguribus. 56
Caſtrationes variæ. 1172
Cataractis auis quæ. 1045
Chalcidenſes varij. 140
Channa παρὰ τὸ χαίνειν. 688
Cato cenſorius poſt.80. annos filium ſuſcepit. 827
Cato, & Maſſaniſſa 80 anno patres facti. 563
Cauſæ impeditæ conceptionis. 1209
Caudæ animalium hiſtoria. 158
Cauilla ſeu clauilla vnde. 109
Cauum & connexum idem. 152
Cebus quid. 197
Ceraſtes ſerpens. 24
Cœlum animal, & partium eius diſpoſitio. 113
Cœli motus quodammodo infinitus, quodammodo non. 1196
Cerebrum & cerebellum quid. 120
Cerebri crementa & decrementa cum luna fiunt. 119
Ceruorum certus partus. 768
Cenſoriæ leges citatæ. 93
Ceruix vnde tam Græcis, quàm Latinis. 90
Ceruix, iugulum, guttur, gula. ibid.
Ceruix, collum in genitalibus fœminæ. 97
Cerui deſcriptio & natura. 254
Ceruus cautus. 29
Cerui calcium ictus lethales. 27
Cerua cauta quæ ſecundum ſemitam parit. 29
Cerui aſtutia in quo. 1610
Cicindela quid. 401
Cicindela vnde. 601

ẑ 2

χαρδὶς, χαίνω, Canabi, Canales.
Cherſydrus & Chelydrus. 245
Chencryne ſerpens. 245
Chromis, Venetis coruus piſcis. 224
Cicindela non eſt alata. 401
Cicur & mitis quo differant. 1040
Cicur vnde. 24
Cilium à κυλίειν. 65
Cinocephalus quid. 197
Ciris aeria. 26
Circumferentia ſcita vox. 75
Clorus eſt abortus apum. 1118
Cocalia & Caragoli quid Thuſcis. 432
Cocalia quæ. 436
Cocalus quid. 20
Cogitare Latinis quid. 30
Cognomina criſporum, xantorum, flauorum & fuluorum. 164
Cognomina à pedum habitudine & ſigna. 110
Cognomina ruforum vnde. 164
Cohortes vnde. 1104
Coi, & origo illius populi. 170
Coloſtra quid. 746
Colis mulierum, vt penis virorum. 1208
Collum quid. 89
Colurum differentia, & plura nomina. 70
Columbæ, earum ſpecies, nomina, & deſcriptiones. 247.248
Coluber à cauernis quas ſubeat, φωλευειν. 239
Commentarij de Galeno citati. 123
Commentarij in librum de inſomnijs Hippocratis citati. 453.500
Commentarij de ſubtilitate citati. 226.253.250 255. & paſſim.
Commentarij Scaligeri in libros de Senſu & ſenſili citati. 262.476
Commentarij in Theophraſtum citati. 146
Commentarij Scaligeri in Metaphyſicam Ariſtotelis citati. 464. & paſſim.
Commentarij Indicarum peregrinationum citati. 235
Commentarij in libros de anima citati. 480.846
Commentarij Scaligeri in libros de Interpretatione citati. 259
Commentarij de Plantis citati. 40. 50. 57 70. 99.108.186.463
Commentarij Theocriti notati. 210
Commentarij Scaligeri in libros Phyſicorum citati. 156.1150
Commentarij Cæſaris citati. 148
Commentarij in libros de Cœlo. 156
Complorimum, an ſit Latinum. 749
Commeare qui accipiatur. 135
Commiſſura verbum Tullianum. 346
Comparatio quid Ciceroni. 6
Compoſitę partes animalium in condiſſimiles diuiduntur. 1
Condiſſimiles partes ex conſimilibus concretæ. ibid.
Conſeniſcimus omnes ſtatim nati. 560
Conger. 217
Congrum Burdigalenſes vt vocent. 45
Conſitum & diſſitum. 2
Conſilium vnde fluat. 30
Conſimile & diſsimile quid. 3
Conniuere vnde. 1201
Conuinci qui dicantur. 869
Conuulſio quid ſit. 849
Conuulſio ſit ab abceſſibus. 1198
Conſuetudines, menſtrua. 747
Copaidæ apud Ariſtophanem quid. 217
Copus & Linacer interpretes Galeni notantur. 403
Copia, coapia, copula. 209
Corbianum mel. 617
Corda proles quid. 543
Cordi agni. 728
Cordis ſitus. 137
Cordis partium nomina. 137
Cordis vi cerebrum conſtituitur. 654
Cordyla animal eſt ignorú Scaligero. 13.46.47
Cordylla partus Thynnorum. 546
Cornu quid. 89
Cornua, & eorum natura. 333
Coracinus piſcis vnde. 952
Coſmographus, Geographus, Chorographus, Topographus in quo differant. 70
Coſſi. 22
Coſtæ maiores & minores, & earum nomina. 101
Coxa vnde. 95
Crea, ocrea quid. 108
Crebro vnde. 926
Credit Scaliger cæſium colorem dici à cœli colore. 20
Crinis à numeroſa frequẽtia diſcretarum pinnularum. 6
Criſta π>ὸ τὸ κρίνειν. 6
Crocodilus. 233
Crocodilus olim, & nũc Ægyptijs ex Herodoto, Kimpſac. 47.205
Cruor cadauerum. 9
Cruor eſt κρύος. 645
Cruris partes & nomina. 111
Cruſtæ durities à glacie κρύος.
Cubitus quid. 103
Cuculus verè volatu transfretat amnes. 18
Cuculus aliorum nidis vtitur. 22
Culices qui. 15
Culex cur non ἔντομος. 399
Cutis vnde. 63

Cutis

Cutis murænæ arida non admittit aquam. 1212
Curoculus Adriaticis quid,& figura illius. 51
Cur excrementa in ſomno retineantur. 1202
Cur inferior venter molliuſculus à natura. ibid.
Cur Decimum librum Hiſtoriarum Ariſtoteli quidam non aſcribant. 1209
Cunctum quaſi coniunctum. 1207
Cygnus fugat, & aliquando vincit aquilam. 27
Cynoſura. 647
Cynoraiſtæ quid. 629
Cyprinus. 227
Cyprinus piſcis. 478
Cypſelli vnde. 19

D

DAmæ. 255
Damæ carent felle. 8
Dama catelli fugit aſpectum. 27
Dantur Epicycli circuli. 649
Dardanelli quid Venetis. 19
Daſypodem cuniculum appellat Scaliger. 29.
De ſplene. 141
De teſtibus. 145
De felle pecudum in Naxo & Euboïca Chalcide. 140
De lacte bouino multa. 7.46
Debellatum eſſe,quid Liuio. 394
Decoquere quid. 575
Defectus eſt in Prædicamento τὸ ἔχειν per priuationem. 4
Deformare verbum Quintiliani. 373
Defunctus pro mortuo, in ſingulari vox inuſitata. 348
Defectus non eſt contrarius exceſſui. 4
Delphin,eius deſcriptio,& ſpecies. 234
Delphin egerit ore aërem, aquam fiſtula. 11
Delphini deſcriptio. 40
Dentes primores. 193
Dentes & eorum natura. 333
Dentes maxillares. 193
Dentes genuini. 194
Dentibus hominum iratorum virus ineſt. 18
Dentium nomina propria. 18
Dentium qualitates,& ſitus. 188.
Dentes molares. 194
Denominatiuum de ſuo abſtracto non prædicatur. 3
Depes quid. 19
Δερμόπτερα quæ. 19
Deferere quid. 1122
Deſubtus quid Priſcis. 536
Deſubtus,deſuper. 622
Δεξιὰ παρὰ τὸ δέχεσθαι. 151
Dextra pars corporis valentior. 37
Dextra robuſtior ſiniſtra. 102
Διάφυσις quid. 691
Διαξίζω verbum exercitij. 1146
Διαφωνία muſicorum eſt. 1215
Dialectus æquiuoce effertur. 496
Dicitur anima lux diuinitatis. 1216
Dicitur vlcus inteſtinorum à Galeno diſenteria. 1220
Dicitur formæ compoſiti,diuersè tamen, εἶδος & μορφή. 1223
Dicit Plato in Apologia & in Critone animã eſſe immortalem. 1216
Dicit idem erroneè in Atlantico, Timæo &c. animam corpore antiquiorem. 16
Diditur Lucretij verbum. 127
Diducantur verbum Celſi. 346
Dies ἐμβολιμαῖοι qui. 744
Diœceſis vnde. 1141
Digiti vnde. 104
Digitũ indicem vnde Græci λιχανὸν vocant. 105
Digitorum deſcriptio,& nomina propria. 104
Digne generare non eſt phraſis Latina. 749
Diligere pro diuidere apud Plautum. 487
Dipſas ſerpens. 242
Diſciplina demonſtratiua quid. 30
Diſciplina ſimplex quid. ibid.
Diſciplinarum principia à ſenſu oriuntur. 60
Diſtinguntur *ſeruare* & *retinere*. 1223
Diſtinguntur *concretio* & *conſtitutio*. 1220
Diſtinguntur ἁπλάσιος & ἔμβλητον. 609
Diſcordare & *concordare* quomodo à chordis deducantur. 1215
Diſertè arguitur Ariſtoteles. 1219
Δυσεντερία non eſt alui difficultas. 1222
Diſpennere quid. 355
Diuiſio prima cuiuſque generis fit per affirmationem. 2
Diuerſum non eſt,quod eſt aliud. 37
Dolabella quid. 81
Dolor inflammationis comes, attractiuus materiæ. 1193
Dolor & calor trahunt, cum differentia. 1193
Dolor quomodo tollatur. 1201
Δολιχοὶ quid. 1136
Domina eſt corporis anima. 1216
Dorſi & ſpinæ deſcriptio. 100
Drepanum in Sicilia.
Dualis numerus tãquã infœlix repudiatur. 169
Duodecim tabulæ citatæ. 81
Duplo maius quid ſit. 1115
Duritiæ cauſſa eſſentialis eſt cruditas. 1226
Dux armenti. 745

Aër nil boni affert. 29
[illegible] participes ſunt animantes quædã, at non [illegible]. 30. 31

E

1036

EBrius ab [illegible]. 30
Ebur è barro. 56
Echinus vnde & quid. 454
Echinus eiuſque ſpecies. 237
Echeneis piſcis. 795
[illegible] verbum regium. 64
[illegible] quid Græcis. 756
[illegible] quid. 861
Edo vnde. 33
Efflare & reflare. 1140
Effingo verbum exempli. 745
[illegible]. 68
[illegible] quid. 65
[illegible] quid. 745
Egregiæ victimæ.
[illegible] Ciceroni, *ſi quid humanitus mihi accidiſſet.* 28
64
[illegible] Græcis quid. 19
[illegible] quid Pindaro. ibid.
[illegible] quæ & vnde. 594
[illegible] quid.
Elephantus, eius genera, nomina, & qualitates. 262. 263
Elephanti coitus & fœtus. 765
Elephantis ſolis proboſcis eſt, ſeu promuſcis. 80
Elephantus non eſt animal [illegible]. 1161
[illegible] quid & vnde. 409
Elices viti liginei Latinis dicũtur claviculi. ibid.
Elops piſcis & eius deſcriptio. 221
Elugere quid ex Cicerone. 594
[illegible] culicem Plinius dixit. 49
[illegible], & [illegible] differunt, 560
[illegible] quid à [illegible] differat apud Galenum. 1104
[illegible] *inſtare* eſt. 1210
[illegible] Plinius inſecta. 15
[illegible] & [illegible] quid. 40
[illegible], quid. 12
[illegible]. 61
Ephemerum animal. 83
Epicharmo [illegible] quid. 201
[illegible] Polluci quid. 63
[illegible]. 10
[illegible] vox Ariſtotelica. ibid.
[illegible] eſt exercitium [illegible]. 1163
Equa ſtans edit prolem. ibid.
Equæ ſteriles & cur. 715
Equæ hermaphroditæ. 237

Equi & [illegible] ... ſiet & filias ineunt.
Equi [illegible] ... adhuc amettunt dom. [illegible] 710
Equi [illegible] ... coitre incipiunt. 749
Equi [illegible] ... & Scythici. 749
Equi [illegible] ... atici [illegible]. 747
Equorum [illegible] ... annos natus inituum venit. 748
Equorum [illegible] ... ætas. 711
Equorum [illegible] ... coitus, partus, & ætas. 747
Equorum [illegible] ... vincula ad coitionem. 711
Equorum [illegible] ... tempus ad coitum. 747
Equ[illegible] ... ſpecies, nomina, & qualitates. 714
Equ[illegible] ... ſpaniis Scaligeri ſecuti tetra 714
Equ[illegible] ... [illegible] in Opunte [illegible]. 711
Equ[illegible] ... dentes quadraginta. 714
Equ[illegible] ... nil vigint, vt & capræ. 740
Equ[illegible] ... modo aures mourat. 714
Equ[illegible] ... non dicitur Latinè. 71
Equ[illegible] ... animatus ob cognatum cum nata mutationem [illegible] 710
Equ[illegible] ... [illegible]. 710
Erinaceus [illegible] ... & vnde. 749
Erinaceus [illegible] ... terreſtris Echinus. 1130
E[illegible] ... eius de Elephantis quod crura non 13
Error A[illegible] ... 18
Epicu[illegible] ... andri Aphrodiſienſis, Lucretij, & de anima. 115
Eſſentia [illegible] ... 1115
[illegible] ... ſcetur prima quæ, quo in prædica. 8
Etymolo[illegible] ... verborum neceſſaria. 118
[illegible] vult S[illegible] ... verbum nouum Theodori Gazæ, ut 18
Euitare [illegible] ... [illegible] quid. 1219
E[illegible] ... [illegible] frutrare. 194
Examen [illegible] ... vnde. 1107
Exceſſus [illegible] ... in Categoria quantitatis. 1218
Extremi[illegible] ... 616
Extremi[illegible] ... eſt ſudor, ſordes aurium, lacrymæ [illegible] ... rerus, ſperum. 4
Ex[illegible] ... ventris dicitur dyſenteria. 15
Excuſat [illegible] ... Latinè quid. 1112
Exercit[illegible] ... ones in Cardanum citatæ. 285. 177. 605. [illegible] 813 & paſſim. 174
Exer[illegible] ... nes nobiles citatæ. 813. 881
Exigu[illegible] ... quid. 797
Exp[illegible] ... loquitur Scaliger de perfectionibus [illegible] ... orum. 712
Extra [illegible] ... vox, & quid ſignificet. 675

Fabula

F

FAbula de oloribus refutatur. 1046

Facies apud Latinos ad corpus vniuerſum, & inanima transfertur. 64

Falcula quid. 18

Falsò à Poëtis ligni riſus attribuitur. 139

Faſcolus Italis. 192

Faſelus & faſiolus ex Plinio differunt. 1136

Faſtidire quid. 817

Febris tertiana dicitur à Galeno ἀκριβής. 568

Felis partus. 783

Femen interior pars ad inguina. 95

Femur à ferendo. 95

Fœmina minùs calida quàm homo, & quare. 1225

Fœminæ ſeptenos pariunt. 294

Fœmina ter quaternos peperit. ibid.

Ferum & ferox vnde. 24

Ferum quid ſit Iuriſconſultis. 1042

Fœtus ex virili ac menſtruo ſemine conſit. 1209

Fœtus quadrupedum in latus exeunt, & quare. 79

Fiber vnde. 24

Fiber Caſtor. ibid.

Fiber & lutra vnde. ibid.

Fibræ & fimbriæ vnde. ibid.

Fibræ quid & earum natura. 343

Figuræ talorum. 171. 172. 173

Finis hominis eſt, contẽplari & benè agere. 10

Finis eſt ad vtilitatem. 484

Finis paſſiuus, non actiuus eſt pilis. 33

Firmum à ferendo. 409

Fiſſum, ſciſſum. 269

Fiſtula quid. 40

Flacci quinam apud Romanos. 76

Flare idem quod efflare. 14

Φλεγμασίαι vocantur ignei calores. 1213

Flexiones in brutis. 154. 155

Flexiones membrorum in homine. 154

Flores menſtrua. 747

Fluuij δολεροὶ & καθαροί. 409

Focilia barbari, quaſi faleilia. 108

Folia ſunt herbæ, non frondes. 595

Fores, valuæ, oſtia, ianua. 1140

Forma actionum eſt cauſſa. 11

Forma vltima motus principium in phyſicis. 1

Formæ nobiliori debetur materia nobilior. 2

Formas affectus ſequitur. 11

Formale pretium apud Iuriſconſultos. 10

Formæ particulares in anima quomodo. 5

Formula quid Ciceroni & Iuriſperitis. 10

Φορμοὶ quid apud Pollucem. 568

Φορμίδες quid. ibid.

Forma non dependet à materia. 1207

Fortuna dei voluntas. 538

Frequentare eſt *complere*. 1296

Frendere dentium eſt, oris muſſare ac fremere. 488

Fringilla quid. 885

Fringilla vnde. 210

Frons occipitio prior, in adagio. 62

Frons magna tarditatem animi ſignificat. 64

Frons parua notat inconſtantem animum. 64

Frons lata ſtupidum, & ſtolidum: rotunda iracundum ſignificat. ibid.

Φρονίζειν quid. 38

Φθειρίασις quis morbus. 628

Fuci ſunt aluceariorum morbi ex Galeno. 1192

Fucida Virgilio quid. 934

Fucus quare. 609

Fugiclunes dicũtur cicindelæ, & πυγολαμπίδες ab Ariſtotele. 405

Funales equi. 763

Furca quid. 405

Furioſus quis dicatur. 64

Fures quare dicantur. 1137

Fur apis quare 519

Fur eſt nõ qui aliena tantùm, ſed qui clam ſurripit. 1121

Φῦκος quid Galeno. 1188

Φυκία & φυκὶς differunt. 691

G

GAlenus de locis malè affectis citatur. 1204

Galeni libri de tuenda Sanitate. 1211

Galli cantus. 23

Gallinæ Britannicæ. 161

Gammarus. 416

Gammari. 15

Gammarillus. 453

Gammari piſces lunares. 504

Gargareon quid. 89

Garrula hirundo. 25

Gaſtare à ventris auara receptione *conſumere* vulgus ait. 92

Gazela. 255

Gemunt delphini, non autem muſſant. 491

Genæ quid. 66. 81

Γενναῖος ἀξίως quid Ariſtoteli. 749

Generatio pertinet ad publicam vtilitatem. 35

Generoſi eſt nihil admittere ſeruile. 1154

Generoſus quis, licet timidus. ibid.

Genitura quid. 382

Gentium inſtituta ad incundum prælium. 495

Genus nobis notum eſt ſola ſpecierum comparatione. 4

567
[illegible] vnde. 748
Genus equorum ſalaciſſimum omnium animalium præter hominem. 497
Germani cur graue, Mauri cur tenue loquantur. 484
Geſtire quid. ibid.
Geſtire ab hiſtrionibus vt transferatur. 165.719
Gibbum vnde 233
Gilij acceſſiones citantur. 87
Gingiua vnde. 80
Γίννος & ὄνος quid ſignificent. 58
Ginnus quid. 507
Gladius anceps quis. 827
Gladius, Galeotis, Thurianus. 96
Glans, faba, præputium. 47
Glanius quid ſit. 226
Glanius & Silurus piſces ijdem an diuerſi. 733
[illegible], [illegible], & [illegible].
[illegible] abiectis duobus elementis [illegible]. 7,7
Godalij quid Vaſconibus. 18
Γονὴ genitura. 35
Γονὴ ab Ariſtotele principium ſolis animalibus tribuitur. ibid.
Gracculus. 22
Grammatici notati. 152 487
Grandes oculi notæ bruti animi & pigri & impudentis. 71
Græcorum & Romanorum mos in ponendis nominibus pueris. 849
Greges armentorum. 714
Gregorii Taurinorum. 81
Grex de quibus. 754
Grus marina. 233
Grus emigrat. 21
Gryfalcus quid. 26
[illegible] 650
Γρύλλος quid apud Plutarchum. ibid.
Gulæ deſcriptio. 128.129
Gula vnde. 133
Gurges quid. 236
Gurges eſt vbi vorago. 455
Gutturis vitia liguribus Taurinis, ab aquis Alpium. 90
Guttur & gurgulio. 98
Guttur an liquidorum ciborum. 128
Gutturoſi & gos quid. 90

H

Habentia guttur prædita ſunt pulmone. 487
Halare quid. 14
Haloſachne quid. 1051
Haſter Gallicum vnde. 817
Hemorrhois ſerpens. 242
Herba in qua ſepia gignuntur. 612
Herba q[illegible]
Hermaph[illegible]
Hermup[illegible]
Herodot[illegible] [illegible] crederet regibus
Hæſitare [illegible] edita animalia
Hiatus [illegible] [illegible] 801
Hinnus [illegible] Scaligero familiari 26
Hinnulu[illegible] [illegible] 349
Hippocra[illegible] [illegible] 317
Hippocra[illegible] [illegible] quo diſſerunt 81
Hippocra[illegible] quid. 97
falſum [illegible] vocat naturam idem 760
Hippocra[illegible] liber de dentitione 58
Hippocra[illegible] dictum de medicina quando ſit 138
Hippopo[illegible] dicit animam non calidam 154
Hippopo[illegible] quid. 1191
Hippom[illegible] 1119
Hir[illegible] deſcriptio. 529
Hirc[illegible] 133
Hirundo [illegible] quid. 196
Hirundo [illegible] per diſſerunt. 776
Hirundo [illegible] nunquam manſueſcit. 771
Hirundo [illegible] 187
Hiſtoria [illegible] tranſmiſerit mare. 18
Ho[illegible] 25
Homo [illegible] 22
Homo v[illegible] quid, & quibus. 18
Homo ca[illegible] vt agat. 218
Homo cu[illegible] ſexto. 29
Homo d[illegible] 65
Homo ſo[illegible] animal. 10
[illegible] ſuam infecit tyrannide naturam. 8
Humor v[illegible] 113
Hunni & [illegible] 558
Hyæna q[illegible] pretiinam ferunt.
Hyæna a[illegible]
Hydra [illegible] ſerpens.
Hydrus. [illegible] & earum ſignis. 778
Hydrus, [illegible] 124
Hyems [illegible] aquæ. 218
Hypene[illegible] 22
Hypene[illegible] 517. & paſſim in Decimo. 241
Hypene[illegible] animalis principia 158
[illegible] mole comparantur. 1229
Hypene[illegible] animal.
Hyſtrix [illegible] quid.
Hyſtrix [illegible] ſine [illegible]. 1218
775
56

I

Iacio [illegible]
Iaculus ſerpens.
Iamblich[illegible] & Platonicis cœlo materiam à no[illegible] 811
[illegible] verſum dederunt. 45
Ibex. 1
571

Iecoris

Ἴκτις an ſit viuerra. 182
Ἰχὼρ quid ſit. 8
Iduare 517. ἴδρος & ἰδρῶμαι: 1204
Ichneumonis partus. 783
Iecur non priùs generatur. 654
Iecoris & lienis ſitus. 138
Ilia vnde. 92
Ilia Græcis κενεῶνα quare, & vbi ſita. 93
Ilices quid ex Plauto. 1032
Illicò quid. 342
Impedimenta matricis. 1213
Imbuo vnde. 1175
Immorari. 10
Imperfectorum & perfectorũ neceſſitas quoad pedes. 51
Impuberes vnde. 555
In cœlo quis motus, an volũtarius, an elementaris. 2
In ſemine animæ principia. 1223
In ore gladij. 503
In naribus aër recipitur per anguſtum & per laxiora exit. 1209
In genere eſſentiæ idem ſunt totum & perfectum. 1191
In medio conſiſtit ſanitas, quæ vna eſt, vt & virtus. 1192
Incrementum in re vegetata non fit ſine ſubſtantiæ appoſitione noua. 34
Indicia à dorſo. 99
Indicia à naſo. 80
Indicia à cruribus. 108
Indicia à manibus. 106
Indicia à pilis. 164
Indecorè quid. 38
Indiuidua ſunt primò nota nobis. 4
Ineunte ætate quid Latinis. 731
Infœcundus qui ad pubem pilis caret. 161
Ingenia præcoqua præueniunt, atque ibi fatiſcunt. 193
Ἰνίον poſterior pars capitis vnde. 62
Inſecta & eorum partes. 464
Inſtrumentales cauſæ vocis. 488
Interpres Ariſtophanis citatur. 170.201.244
Interpres non debet decorum linguæ ſuæ amittere. 1212
Integerrimus paries, & gerræ quid. 80
Inteſtina. 129
Inteſtina χολὰς, χολάδες & χόλικας. 94
Inteſtinorum partes, & nomina. 132
Io non *eo* dicebatur olim. 386
Irrita oua quæ. 1218
Ἰσχοφωνία, & ἰσχνοφωνία, errórque doctorum in his vocabulis. 85
Ἰσθμὸς & πορθμὸς, fretum quid. 84
Itali quid Phaſeolos vocent. 753
Iuuencæ minores anniculis non coëunt. 746
Iuuencæ quædam ante Autumnum non implentur. ibid.
Iuriſconſulti citantur. 24
Iuriſconſulti vnde crimen ſtellionatus nominârint. 205
Iulus piſcis. 401
Iuſtitia Leonis. 1153
Iynx vnde, & quæ auis. 210

K

Κακοήθεια quid. 68
Κακὸς imbellem ſignificat. 28
Κακοποιΐα etiam alijs malè facit. 68
Κακοήθης quis. ibid.
Κακόπυς quid. 19
Κάλλαιον quid Græcis & Gallis. 6
Καρπὸς Arabibus *Raſcet*, *Ir* quibuſdam Grammaticis. 104
Κάρπιος brachiale, capitium, &c. 106
Κάραβος quid. 17
Κατόπιν quòd ponè eſſet. 63
Κέρκος, οὐραῖον, & ὀρροπύγιον quid differant. 112
Κύτος quid. 46
Χυδοὶ piſces quare ſic dicti. 547
Κόγχαι mytis confertur, & μύακες dicitur ab Athenæo. 409
Κύστιν quid. 247
Κυνόδηκτοι quinam apud Dioſcoridem. 1155
Κορυβαντιᾷν quinam dicantur. 65
Κοτύλα quid. 95
Κείοφε quæ. 607
Κρίος quid. 9
Χωρίζειν quid ſit agricolis. 603

L

Labeones vnde. 81
Laberij verſus de Neceſſitate apud Macrobium citati. 1152
Labrax lupus, *lupacium*, Narbonẽſibus, Adriaticis *Baicolus*. 45
Labiorum particularium nomina propria. 82
Λάβω, λαμβάνω quid. 83
Labia vnde dicta. 877
Lac quid. 33
Lac bouis primum vbi creuerit dureſcit vt lapis. 746
Lac quibus legatur modis. 390
Lactis natura. 382
Lactes quid & vnde. 131
Lacus Græcum nomen λάκκος. 11
Lacus à palude quid differat. ibid.
Lacertorum ſpecies. 204
Lacertus hominis dormientis ſeruator. 204
Lacerti & anguis memorabilis pugna. 204.205

Lacrymæ

Lacrymæ illuſtriorum rerum aſpectu, & frigore, caloreque cientur. 1503
Lacrymæ, verbum poteſtatis. 1147
Lamberto vnde. 921
Lampetra. 17
Languum pabulū excitat iuuenes equos ad venerem, præter ætatis rationem. 748
Latinorum oratorum abuſus. 3
Latini ſolent in compoſitione præpoſitiones addere. 30
Lauata coitu corpora 1211
Legibus Romanis quæ pœna ſeditioſis. 1139
Legume & graminæ origo 1187
Lendes cur conides dicti. 518
Leonum coitus,& fœtus 775
Leuiſſo non de lana, ſed de profundo. 481
Liber Theophraſti de [illegible] à Scaligero interpretatus. 1204
Liber de viſcerum diſſectione falsò tribuitur Galeno. 16
Liber de miraculis auditis emendatus. 1157
Liber de officio membrorum citatus. 1215
Liber de ſubſtantia poteſtatum naturalium citatur. ibid.
Liber Hippocratis de Virginum morbis citatur. 1216
Liber [illegible] citatur. ibid.
Liber artis. ibid.
Liber, quemadmodum animæ affectiones ad corporum habitudines ſeſe habeant, citatur. [illegible]
Liber de morbis exterioribus malè Galeno tribuitur. 1222
Liber Hippocratis de ſeminum [illegible] morbis. 1225
Liber de optima doctrina citatur. 1224
Liber de partibus. 217
Liber de motu animalium. ibid.
Libri originū Scaligeri. 77.78.105.68.& paſſim.
Liber Ariſtotelis de reſpiratione. 678
Liber de Piſcibus Ouid. 223
Liber Scaligeri de Voce. 499
Liber de Phyſiognomicis. 69
Liber de Officiis membrorum. 346
Liber de Spiritu auctori ſuo reſtitutus à Scaligero. 1179
Liber [illegible]. 212.219.361.151
Libri de Anima citati. 15.35.64.157
Libri de Re equeſtri. 255 & paſſim.
Libri Naturales. 13
Libri de Semine genitali. 41. 863. 767. & paſſim.
Libri de Inſomniis. 702.846
Libri Metaphyſicorum. 7.36.111.& paſſim.
Libri de Cauſis. 747.& paſſim.
Libri de Cauſis linguæ Latinæ. 487.& paſſim.
Libri de Generatione Animalium. 41.50.96.

[illegible]

Locutio παρὰ τ̃ λόγον. 487
Loligo quaſi voligo à Varrone. 45
Loligo vnde. ibid.
Loligo à Liguribus Adriaticis Oceani accolis quomodo vocetur. ibid.
Longæuus & viuax differunt. 510
Lucius quid antiquis. 45
Lucretij Poëtæ interitus. 756
Ludouicus XII. Gallorum Rex paternarũ Scaligeri ædium reſtitutor. 751
Lumbus ξώνη, ὀσφὺν, ἰσόφυν, ψόας, ἰξύν. 94
Lumborum medulla ἄκνηστος. 100
Lupi ceruarij partus. 784
Lupi coïtus, & fœtus. 82
Lutris, lutra, litra & vnde. 12
Lutra veſcitur in aqua. 11
Lutra latax. 12
Lutra vnde. 902
Lutum quid & vnde. 579
Λύτρα Itali pecuniam redemptitiam, talionem vocant. 62
Lygnij ſeptenis coſtis. 100

M

Machina fœta armis Virgil. 750
Marchionatæ Italis. 747
Mala vnde à priſcis dicta. 81
Μαλακόστρακα quæ. 17
Malleolus. 109
Malitiam veteres imbelliam dixere. 853
Malè Galenus ait functionibus non læſis nullum eſſe morbum. 1194
Mammarum diuerſus ſitus. 7
Mandere quid. 81
Manthichora. 189
Manus diuiſio, & deſcriptio, & particularũ illius nomina ſingula. 106
Mare quare ſalſum. 865
Maris in fundo dulcis aqua. ibid.
Mares carent lacte. 8
Margata ſepia eſt Britonibus. 412
Martres aquaticæ. 12
Marſones, botæ, ſeu capita molarum quid. 119
Mas non dicitur fœcundus. 750
Maſſa quid. 81
Maſſaniſſa rex Numidiæ poſt 86. annum filium generauit. 82
Mas in vterum iacit ſemen non fœmina. 45
Materia prima compoſita, & qua compoſitione. 2
Materia quomodo ſimplex, & cui ſimilis. ibid.
Materies & materia quid inter ſe differant. 1138
Matron citatus. 227
Matrix quid. 95
Matricis ſitus. 145
Matrix ad virile, quaſi ſigillum ad ceram. 1209
Maxilla vnde. 81
Meatus pulmonis. 135
Meatus oculi, & naſi ad cerebrum, quibus ſpecies deferuntur, & fit odoratus. 122
Meditari παρὰ τὸ μελετᾶν. 30
Medulla quid & eius natura. 379
Mel quando, & quomodo fiat. 612
Μελετῶ meditor. 78
Μέλη, & μέρη. 2
Membranarum deſcriptiones. 356
Memoria quid. 30
Memoria phantaſmatum theſaurus. 30
Membrum & partes. 2
Membrum à Græco μεμερισμένον. ibid.
Membrum in quo ſenſus exiſtit caret nomine. 35
Mœna piſcis & eius ſpecies. 225
Menſtrua *flores* Gallis. 747
Menſtruorum ratio. 805
Menſtrua ſoluere quid ex Saluſtio. 377
Mentum vnde. 925
Mentula à Græca voce μίνθη. 145
Μηχει μεθιστέρω. 747
Merda verum vocabulũ, μέρος τ̃ ἐδηδεσμένου. 33
Mergus vnde. 12
Mergus vbi alatur. 1
Merlucium Galli quare *maris lucium* vocant. 45
Merulæ albæ. 1057
Meſenterij deſcriptio. 130
Μεσόκρανον & στεφάνη quid. 63
Μεταβάλλει pro μεταβάλλεται. 15
Μετάχοιρος quid. 58
Metus paſſiuè. 769
Meteororum libri. 8
Midas infœlix iactus. 170
Migro quid ſit. 576
Miles Gallus cum equo ab apibus occiſus. 1126
Milites πεζοί. 12
Minutum, mancum, mutilum quid. 19
Mitis vnde. 24
Mitis eſt qui iram mittit. 1014
Μῆτρα & ὑστέρα quid differant. 35
Mobilia ſecundùm τὸ πῶ ſunt ea ratione imperfecta. 1199
Modi mutandæ vocis. 499
Mola quomodo fiat. 1223
Moles vnde. 6
Moles παρὰ τὰς μόλας. 16
Moles à μόλη. 1282
Monedulæ vnde. 925
Moli-

Molenam fœdiſſimum verbum apud Satiricum 768
17
Mollulca quid. 810
Molliores à lana dicti 424
Mollulcorum deſcriptio. 108
Momi. 41
... quæ, & reprehenſus Ariſtoteles 1001
Monedula à monere quod eſt loqui. 14
Monne quæ. 1152
Monoprolopos tragœdia Scaligeri. 467
Monere veteribus loqui. 1012
Morbi immedicabiles dijs attributi. 1212
Morbus ... 1118
Morbus quid. 1192
Morbus eſt exceſſus, quare 680
Mors non eſt ... ex Ariſtotele. 9
Mors quid & quotuplex. 1111
Mors prodigioſum. 82
Motus ... quàm multi, & diuerſi. 52
Motus ... 16
Motus duplex ... & partium. 1
Motus primum principium ibid.
Motus voluntarius in ſuperiora. ibid.
Motus formæ breues in elementis. 30
Mouſtache, à Græcorum verborum ... 68
Mucus. 12
Mugil ... terræ. 918
Mugilum nomina & ſpecies. 11
Mugil recipit aquam. 98
Mula vnde 749
Mula quædam geminos peperit.
Mula ex equo & aſina, & ex aſino & equa generatur ... 760
Mulieres ... & ... 1042
Mulieres quare ... apertiores 63
Mulieres ... 483
Mulus ... qui & Burdigalenſibus barbe... 825. 709
Mulier poſt ... menſem quid agat 734
Mundi ... hominis Deo, ſed donum. 1016
Murena & lamprera quid differant. 217
Mures & muſtelæ ... 24
Murium genera & nomina. 218
Murium genera & fœtus. 786
Muſcarum ... 496
Muſca deſcriptio 41
Muſcæ ... officiunt cum ... 44
Muſca vnde. 1124
Muſtellarum genera. 431
Muſtella quid 16
Muſtela piſces. 118
Muſculorum genera, nomina & qualitates ... 121
Muſica ... mutatur.
Muſica & ... vnde. 18
96

Mutatio ...
quadrage...
Myrti ...
Myxa quid ...
Myxa ... quid ...
Mys quid.

N

NAncif...
Nan... qu...
Nanus & ...
Nanum ...
Nalet ...
Naſi deſc...
Naſus quæ...
Naſus aqu...
Natura ...
Natura q...
quoniam ...
Natura &...
tur.
Natura e...
Natura ...
omne ...
Natura, ...
Naturæ ...
Natura ...
Gale...
Neapol...
Neceſſ...
Negat...
...

agro. 1195
Nominum origo vnde. 432
Non omnia animalia ſemen prolificum emittunt. 1219
Non eſt ſexus in μονίμοις. ibid.
Non euenit natura ſermo contra Platonem. 496
Notæ à ventre. 98
Noſtrum, vox, à βοᾶν. 487
Nouale quid. 755
Nullus Eunuchus caluescit, & quare. 1051
Nuca & nocra Barbaris. 63.120
Nutare quid. 211
Nunquam plures geminis equa parit. 749
Nyſæi equi præpetes admodum. 1176

O

Ὠὰ τραχὰ quæ. 226
Oblongum & longum quid differant. 134
Ocrea. 437
Oculi deſcriptio. 66
Oculi figura. 67
Oculi emiſſitij qui. 425
Oculi profundi acutiſſimi. 71
Oculi profundi ſubdoli, ſuſpicioſi. 72
Oculorum affectiones à vita. ibid.
Oculorum vitia. 71
Oculi ὄλλοι dicti. 80
Oculi media regione conſtituti optimorum notæ morum. 71
Oculorum anguli carnoſi prope naſum prauitatis indicia ſunt. 67
Oculorum anguli longi nequitiam ſignificant. ibid.
Oculus caprinus optimorum morum indicium, & ad viſum acutiſſimus. 70
Oculi extantes, temerarij & inconſiderati ſymbolum. 72
Oculus μίρος & μέλος. 1187
Oculi quomodo vitientur ταράξει. 1187
Oculus quare dicatur ægrotus & benè videns ſimul. 1188
Oculi glauci omnibus penè Scaligeris. 70
Occiput à Latinis quare. 62
Ὀδμὴ odor. 78
Odores apibus noxij. 1126
Officium actiuè ſonat, vſus paſſiuè. 403
Officia oſſium narrantur. 1223
Ὄγκος quantillum extat à quauis ſuperficie. 6
Οἴδημα. 746
Ollam & capitis clypeum Barbari Caluariam dicunt. 63
Olfecit verbum ex Iuriſconſultis. 531
Oleum iuniperinum. 808
Olentia & putilia qui piſces. 415
Omenti deſcriptio. 358. & ſeq.
Omentum, quaſi operimentum. 130
Omentum reticulum, Arabes. 126. ibid.
Omnia tubera non ſunt apoſtemata. 1189
Ὄντα pro *eſt* Atticiſmus. 36
Oppilare verbum Cicer. 350
Opis priſca Græcorum voce dicta Tellus. 964
Ὀπλὴ, χηλὴ, καὶ ὄνυξ quo differant. 7
Ὀφθαλμιάς quid. 19
Oratio tertia Scaligeri pro M. Tullio citata. 1405
Orationes pro M. Tullio citatæ. 801
Oratio de ἀντιλεχεία citata. 516
Origines citatæ. 107.164.197
Originum libri quando editurus ſit, neſcit Scaliger. 173
Orea à Claudio expugnata. 232
Orea, & eius deſcriptio. ibid.
Ὀργὴ ira, apud Græcos vnde. 180
Organicum quaſi ἐργατικόν. 3
Oris partes, & nomina ipſarum propria. 83
Ὄρχις παρὰ τὸ ὀρίνειν. 48
Oryx quod animal. 168
Os pars incompoſita æquiuocè. 2
Os eſt quo cibus capitur. 31
Ὄσπριον vnde. 17
Os phalanx vnde. 104
Ὀστρακόδερμα quæ. 17
Ὄστρακον παρὰ τὸ ἔχειν τὴν στερεότητα τοῦ ὀστοῦ. 400
Oſtia & fores differunt. 1140
Oſtrea nec aërem, nec aquam egerit. 11
Oſtium quid. 228
Oſtentum, oſtentus. 746
Otioſus & ſegnis differunt. 1134
Oſſium nomina, natura, & ſitus. 324. & ſeq.
Oſſa quæ lumborum ima circumſiſtunt, quæ eorum propriæ appellationes. 101
Oui definitio. 40
Ouis paſcalis quæ. 509
Oua οὔρια quæ. 1218
Οὖλος quid. 1154
Οὖρος quid. 1218
Οὔρινα παρὰ τὸ οὖρον. 647
Ozena quid apud Plinium. 415

P

Palma quid. 104
Palumbes. 26
Palus à lacu quid differat. 11
Παλάντριαι ſiue appellatrices quæ, & vnde. 1031
Παμφάγα. 22
Planta vnde. 463

719
Pandiculari Plauto quid. 784
Pantheræ partus. 44
Papilionis de [illegible] & figura.
Paradoxon, ſenſile poſitum ſupra membrum ſemper non ſentiri, confutatum. 55. & ſequenti.
Papyrius Carbo dentes à ventre [illegible] 134
Paraſitos quare [illegible] veteres appellarunt. 144
96
Paria ſerpens.
Partes animalium, aliæ ſimplices, aliæ compoſitæ. 1
Partium aliquæ non ſolùm partes, ſed & membra dicuntur. ibid.
Partes integrantes, partes explanatæ ex Cicerone 8 1189
Papulæ quid preſſert. 1193
Parua & minima differunt. 210
Paſſer piſcis vnde. 81
Paſſer non emigrat. 63
Paſtinaca
Patri Scaligeri præfuit equitatus in Myſia & Scythia. 849 5
[illegible] longè aliud quàm affici ibid.
[illegible] in prouerbio. 1024
[illegible] quid apud Galenum. 1206
[illegible] pro ſubſtantia. 562
Pauci purè Latinè loquuntur. 14
[illegible] quid in aqua bulliente. 909
Pecus. 92
Pedum vitia. 638
Pediculus piſcis
Pedis appellatio vnde. 82
[illegible] Græci, Cicero [illegible] 10
Pegmides. 20
Pelicanes quæ. 8032
Pera deſcriptio. 95
Pera vnde dictus. 178
Peră & fermè differunt. 229
Philens herba. 8132
[illegible] 7
[illegible] de Poëtis ſemper Ariſtoteles 745
Penduces carent adipe. 8
Perca piſcis. 226
Perna quid. 531
Perna & pernio quid. 1029
Perſida & [illegible] differunt. 29
Peregrini falcones. 56
Perpera quid ſit. 761
Permutare quid. 650
[illegible] à Cratino dictus Echinocephalus. 62
[illegible] quid. 69
[illegible] quid. 1206
Perpetuam quid ſit. 602

Perpetuatur [illegible]
Per finiſtra [illegible]
Petere [illegible]
[illegible] & de [illegible]
[illegible] quid.
[illegible] eſt qu[illegible]
[illegible] non à
[illegible] quid.
Pictologia [illegible]
Picturam [illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible] pi[illegible]
Pilum qu[illegible]
Pili dicun[illegible]
Pili, & cor[illegible]
Pilus à [illegible] 163
Pingued[illegible] 365
[illegible] qu[illegible]
[illegible]
Pinnatur[illegible]
[illegible]
Piſces fr[illegible]
Piſces al[illegible]
Piſces [illegible]
Piſtacia [illegible]
[illegible]
Polypu[illegible] 509
Polypu[illegible]
Polypi [illegible] 470
[illegible] 700
[illegible]
[illegible]
[illegible] 68
Pope [illegible] quentis [illegible]
Popli[illegible]
[illegible] 745 ibid.
Porce[illegible] quid.
Porcel[illegible]
Proph[illegible]
Pontu[illegible] 91
Pulch[illegible] 108
Pudu[illegible] 15
Puma[illegible] 1190
Pulm[illegible] 1117
Pulm[illegible] 177
Pum[illegible] 244
Pum[illegible] 954
Pupil[illegible] 715

Puſilli oculi mobilem animum, inuidum, & ſuſpicacem notant. 72
Phalanges vnde dictæ. 344
Πλὰξ nautis quid. 24
Πλᾶν Græcum verbum. 14
Placidi vox à nautis orta. 24
Platonis decimus de Leg. cit. 1209
Planum quaſi palanum. 11
Planci, panſæ, ſcauri, falcones &c. 110
Planta pedis à planicie quaſi palanta. 160
Plantæ habent πάθη non ἤθη ex Theophraſto. 10
Plato ſeparatas à nobis ideas commentus eſt. 4
Plato in Timæo Deum vocat δημιουργόν. 35
Prauum à πονεῖν. 28
Πρᾶος in militia quis. ibid.
Πενητὴς quid. 14
Φλέγμα pro βλέννα. 9
Phlegma eſt pituita tantum accidentaliter. 1193
Præcipuum apud Iuriſconſultos quid. 719
Præſaga anus vnde. 482
Præſepe quid, & vnde. 1006
Prætexere cauſam Cicero. quid. 174
Præter deum omnia compoſita. 2
Philaſſus Maſſilienſis. 217
Philippi dictum in medicum mercedem importunè poſtulantem. 327
Philoſophis non eſt iurandum. 70
Philippus oſſe læſo quid reſponderit medico mercedem flagitanti. 304
Πλωίζειν vnde pluuia. 11
Πλῆκτρον & κέντρον. 6
Plica à πλέκειν Græco. 61
Πνεῖν, ἀναπνεῖν, ἐκπνεῖν. 14
Priſtis. 232
Priora Analytica citantur. 3. & paſſim in decimo.
Primum principium in elementis motus. 1
Principia totius & materia partes. 2
Priſci primum cœlum appellârunt στερέωμα. 8
Πῖλον pluuiam molliorem appellabant. 147
Phoca ſpirat. 11
Phocæna piſcis. 226
Phoca. 233
Porca piſcis. 226
Πρὸς τὸ ἔχειν φρόνιμον. 29
Προπαροξύνειν quid apud Demoſthenem. 174
Προπῦλα quid apud veteres. 64
Προαγωγεὺς apud Demoſthenem quid. 1224
Πρῶτον eſt πρὸ αὐτοῦ. 552
Problemata citantur. 102
Procumbere quid. 503
Πρόφασις quid Ariſtoteli. 174
Πρόφασις Hippocrati *occaſio.* ibid.
Προνοῖα quid Theologis, & Ciceroni. 28
Prorſum quid Latinis. 268. & ſeq.
Proprium quid. 321
Proratio quid. 6
Προαποφυλάσσειν quid. 16
Προκάρδιον quid. 91
Πρόσωπον τὸ πρὸς τὴν ὄψιν. 63
Pronum quid. 14
Protinus quid. 427
Ptolemæus citatus. 354
Φθόγγος & φωνὴ differunt. 190
Pubes quid. 93
Plumæ perdicum conuerſionibus matricum adhibentur. 352
Plurium partium differentiæ ſumuntur à contrarijs affectionibus. 5
Prurire apud Martialem. 180
Pyra volema & volares lapides. 104

Q

QVadrimi puelli ſunt, non infantes. 505
Quantitas non habet contrarium. 5
Quando coïre incipiant iuuencæ. 746
Quare inſectorum coïtus diuturnus. 593
Quare tinea dicatur *alopecia*. 631
Quare hirundines μετίωροι. 490
Quare quidam non ſomnient. 506
Quare oſcitandi libido coram oſcitante. 352
Quare piſces aliqui *Chalcides* dicerentur à priſcis. 994
Quare olei pars ſumma optima, vini media, mellis ima. 1131
Quare fuga impeditur timore. 1153
Quare vox caſtratis mutetur. 1174
Quare fœmina tardior ad coïtum. 1216
Quare Conciliator arguatur. 1225
Quando lateat conceptio mulieres. 1205
Quando τραγᾶν vites dicantur. 506
Quartus hiſtoriarum citatus. 16
Quatuor habitus diſciplina ſimplex, &c. 30
Quæ ſemine procreantur, eueniunt tardiſſimè. 752
Quæ proueniunt ſponte, momento abſoluuntur. ibid.
Quæ ſit herba fuſus agreſtis, & vnde. 1132
Quæ apes mares, vel fœminæ dicantur. 1142

1210
Quæ ſit cauſa [illegible]. 1210
Quæ ſpiritu aguntur, vt [illegible] 490
Quæ [illegible] differentiæ. 498
Quæ diuiſiones [illegible]. 382
Quid [illegible]. 6
Quid [illegible]. 489
Quid ſit ſpiritus. 490
Quid ſit [illegible]. ibid.
Quid ſit [illegible]. 491
Quid ſit *[illegible]* propriè. 492
Quid ſit [illegible]. 9
Quid ſit mos. 495
Quid ſit [illegible].
Quid in ſermone ab arte, vel à natura. 496
Quid ſit ſomnus. 520
Quid ſit [illegible]. 1[illegible]
Quid *[illegible]* apud Tranquillum. ibidem.
Quid ſit [illegible]. 40
Quid [illegible] & [illegible] apud Xenophontem. 440
Quid carduus benedictus. 1138
Quid ſonus. 486
Quid vox & ſermo. ibid.
Quid [illegible] Thucydidi. 480
Quid ſunt Politici, Homero, & Athenæo. 482
Quid dicatur officium. 463
Quid *Gracale* Venetis. 427
Quid ſit [illegible]. 434
Quid ſit [illegible]. 700
Quid ſit [illegible] Ciceroni. 1115
Quid [illegible] percontari. 1211
Quid propellere Latinis. 1224
Quid [illegible] & vnde. 1087
Quid ſit durum. 1197
Quid proſit phlegma. ibid.
Quid differunt flatus & dilatatio motus. 1201
Quidam piſces in Taurinis fontibus edunt corpi [illegible]
Quid [illegible]. 438
Quid [illegible] oculorum, & eorum circumſcripta [illegible] 108
Quid [illegible] motum animalis. 423
Quibus extis luſtrabantur antiqui. 1170
[illegible] quæ vis ſignificandi. 745
[illegible] vnde. 5
[illegible] eitatus. 918
Quomodo partes totum vniuocè vocari poſſint. 792
Quomodo calor trahat 102
Quomodo duritiem ex inflammatione. 1193
ibi.

Quomodo [illegible] Galeno.
Quomodo [illegible]
Quid eſt [illegible] 518
Quo tempore [illegible] 749
Quo meliſ[illegible]
Quæ line[illegible] animal[illegible]

R

Raiæ [illegible]
Rana piſc[illegible]
Rana ve[illegible]
Rana [illegible]
Recens [illegible]
Recens [illegible]
Rectè [illegible]
Reges [illegible] 1116
Regis [illegible]
Remini[illegible] 231
Reminiſc[illegible] 64
Remini[illegible] 231
Renes [illegible] 12
Renes [illegible] 46
Renes [illegible] 24
Res no[illegible] 100
Retent[illegible] 700
1220 [illegible] 1120
Riccin[illegible] ſed ſuus tamen eſt [illegible]
Ricin[illegible] quid ſit. ibid.
Rigui [illegible] ſolus [illegible] cultatis. 717
Robu[illegible] quid ſint. 1118
Rodo[illegible] vnde [illegible] excer[illegible] 56
Rodo[illegible] quid [illegible] vnde [illegible]ndum. 58
Rube[illegible] 607
Rube[illegible] 18
Ructa[illegible] 1211
Ruſtic[illegible] & quid.
Ruſtic[illegible] ibid.
Rud[illegible] 591

S

SAbulum à ſalo ſalabulum. 503
Sacer piſcis. 708
Sagax vnde. 1160
Sagaciter à ſatagendo. 482
Sagare,inueſtigare,idem olim. ibid.
Salamandra. 204
Salmon piſcis,eiúſque deſcriptio. 225
Sandaraca. 1124
Sanguis vitæ theſaurus. 1222
Sanguis eſt pars animalis. 1194
Sanguis,eius ſitus & natura. 367
Sanguis,ſanies,quid differant. 378
Sanguis non in ſolis venis continetur, ſed in ſinu cordis etiam. 37
Sanguis in purgatione exit poſtremus. ibid.
Sanguis an ſit anima, vel ſedes animæ, & an ſentiat. 36
Sanguis craſſior viribus augendis apparatur. 37
Sanguis,ſanies,ſanus,&c. vnde. 9
Sanitas affectio viuentis. 746
Sapedo ſerpens. 242
Satagaces canes olim. 482
Scaligeri Cõmentarij in libros de Plantis. 476
Scarabæi pillularij quos cantharos Græci vocant. 48
Scarabæus vnde. 600
Scæuum σκαιόν. 62
Scincus Indicus & Arabicus. 204
Scolopendra. 235
Scorpiones. 22
Scorpius piſcis quis. 225.226
Scortum,& quare ſcorta. 96
Scrutari vnde. 302
Scytale ſerpens. 243
Scythæ equabus grauidis equitãt, & quo tempore. 751
Sedulus vnde. 909
Segmenta quid. 15
Segnitiæ ſors. 1120
Segnis quaſi ſine igne. 997
Σελάχη à nitore dicta,paſſim.
Semen genitale. 33
Semen excrementum. 1210
Semen celeriter augeſcit. 1205
Semen non ex vniuerſo corpore. 1207
Semen deciditur ſecundùm formas. ibid.
Semen muli,virus eſt. 1219
Senectus πάθος ætatis. 1141
Seniores equi aptiores ad generandum. 759
Senſus tactus conſiſtit in paſſione. 38
Senſus an in homine perfectior quàm in cæteris animalibus. 116
Senſus qui,& quot. 474
Senſuum ſolus tactus omnibus animantibus communis. 35
Senſuum quis perfectiſſimus. 117
Sepia. 46
Seps ſiue Chalcis ſerpens. 244
Sermo vnde. 487
Sermo differt à ſono & voce, articulatione ſola. 486
Serpentum ſpecies diuerſæ,nomina,& qualitates. 239.240.& ſeq.
Serpentes alati, apodes tamen. 18
Serpens παρὰ τὸ ἕρπειν. 239
Sertula campana vnde. 1132
Seſqui quid ſit. 1135
Seuaceum Apulei verbum. 362
Seuum quid. 362
Seuum,ſepum,ſebum idem. 362
Siccum,firmum,& ſolidum differunt. 8
Siccitas humeſit, non dicitur. 1202
Sicinius Dentatus. 193
Sideratio quid. 357
Signa à labijs. 87
Signa à malleolis. 109
Signa à cœlo. 39
Signa à cauda. 159
Signa à dentibus. [illegible]
Signa à maxillis. 81
Silli vnde. 80
Sillones qui. 344
Siluius primogenitus Iulij Cæſaris Scaligeri. 836
Siluius paternum hoc opus collegit. 1208
Silurus & ſturio idem. 47
Simariſti ſententia citata. 94
Σημεῖον *ſignum: nota* recentioribus impropriè. 1017
Simia vnde. 197
Simiarum diuerſæ ſpecies & mores. 107
Similitudo priùs nobis nota, quàm diſſimilitudo. 4
Simile eſt quod alterius qualitatem refert. 3
Simplices partes animalium ſecantur in ſimiles. 1
Sincerum. 745
Sincerum ſine cera. ibid.
Sinciput eſt dimidium capitis, à Grammaticis malè explicatum. 62
Singultus ſpaſmus eſt pulmonis ex Ariſtotele. 1299
Sinus cordis. 135
Socrates per canem iurat. 70
Solea. 47
Solidum à Græco ὅλον. 9
Solſtitium vnum tantùm eſt. 1094
Solum quid. 625

[illegible] ibid.
[illegible] 4[illegible]
[illegible] inſtrumentis differant
[illegible] ſpicitur [illegible] 33
S[illegible] rerum naſcentium princi- 1142
ibid. 36
[illegible] Ariſtotele 14
[illegible] veſpera 13
[illegible] ſpiritus quid. 14
[illegible] ſpirare. 5[illegible]
[illegible] eſt vitæ neceſſaria. 21
[illegible] quid. 13
Spl[illegible] ſplendendo 13
[illegible] quæ.
[illegible] à ſquamma. 12
[illegible] ab eadem origine. ibid. 71
[illegible] & ſquamma 10
[illegible] quid. 178
[illegible] quæ ſit. 4[illegible]
[illegible] & ſedentes qui. ibid.
[illegible] apud Gellium quid 1[illegible]
[illegible] quid. [illegible]
[illegible] quid. 32
[illegible] vnde 77
[illegible] moluris.
[illegible] à ſternendo. ibid.
[illegible] quid. ibid.
[illegible] ferculum, & adda 258
[illegible] capeum. 403
[illegible] 1137
[illegible] quid
[illegible] & planta differunt. 92
[illegible] Suetonio 41
[illegible] quid Celſo, Plinio, & [illegible] 213
[illegible] porcelletta.
[illegible] 717
[illegible] 136
[illegible] quid & vnde. 1128
[illegible] apud [illegible] & Ciceronem.
[illegible] non eſt, ſed ſudatur.
[illegible] 1257
1[illegible] 179
[illegible] multa.
[illegible] quid & figura illius. 41
[illegible] eſt 63
[illegible] indicant. ibid.
[illegible] maledicunt & ibid.
[illegible] ad tempora [illegible] 9
[illegible] 14
S[illegible] 18
S[illegible] 123
[illegible] quid 128
[illegible] ex Ennio & Feſto. 489
[illegible] vnde

T[illegible]
T[illegible]
Ta[illegible]
Ta[illegible]
Ta[illegible] Ariſt[illegible]
Ta[illegible] quid
Tali facie[illegible]
Tactus eſt
T[illegible] eſt
Te[illegible]
Te[illegible]
Tempora[illegible]
Tempora[illegible]
Tem[illegible]
Te[illegible]
Te[illegible]
Theriaca
Te[illegible]
Teſſella[illegible]
Te[illegible]
Te[illegible]
[illegible]

Totum in prædicamento ſubſtantiæ conuertitur cum ente. ibid.
Τραῦλον ἐστὶ τὸ τραῦμα τοῦ αὐλοῦ. 497
Tranſeo & migro differunt. 576
Triremis piſcis eſt Italis, qui Latinis *Iulus*. 401
Tripudium, oſcines, vnde. 714
Trutta qui piſcis & eius ſpecies. 225
Tuber eſt ὕδνον Plinio. 165
Turbo. 47
Turbinis deſcriptio. 432
Turdus quam *Trutam* nominant. 27
Thunni, pelamides Cordylæ. 712
Turſio qui piſcis. 226
Turtures in Gallia *Trygones*. 27
Tynni & pelamides non differunt apud Plinium. 546
Thynni curſores. 20
Thynnus vnde. 234
Tyrannis in animantibus nulla. 20

V

VAccij qui. 424
Valeria dentes à ventre matris ferens pro portento habita. 194
Valgij qui. 424
Validus vnde. 911
Vandali linguam priſtinam omiſere. 497
Vartomani hiſtoria citata. 258
Vaſcones Ebuſi qui. 25
Vaſtare vnde. 954
Vbertas Leontini agri. 365
Vegetare quid. 796
Væidua quid. 517
Velare vnde. 1053
Vellere quid & vnde. 336
Vena aorta vnde. 306
Venarum natura, nomina, ſitus, & conſtitutiones. 301. & ſeq.
Ventriculi deſcriptio. 129
Ventriculus in quo cibus recipitur. 31
Ver quid ſit. 538
Verba veneris appetitus. 180
Verba in σκω inchoatiua. 747
Veretrum quid. 144
Veretro liquidi excrementum reddimus. 33
Verecundus Scaliger, quàm ſciens mauult videri. 97
Vergiliarum occaſus. 540
Vermis definitio. 235
Vermis definitio. 41
Vernaculum quid ſit. 367
Verrij Flacci lectiones citantur. 250
Vibriſſæ quid. 345
Verruculare quid. 793
Vertebrorum nomina propria. 100
Vertex capitis vnde. 62
Veſci eſt væeſitare. 849
Veſcor & paſcor differunt. 509
Veſica. 230
Veſicæ deſcriptio. 358. & ſeq.
Veſpertilio. 18
Veteli equi pullus ſeriùs domatur, & vitijs abundat. 748
Vetuſtus, & vetulus differunt. 192
Victimæ egregiæ & eximiæ. 745
Victoria Cadmi prouerbium. 1126
Vidua vnde. 517
Villi à recentioribus. 37
Virgatus calatiſchus quid apud Catullum. 413
Virginis, & corruptæ mulieris vrinandi modus. 181
Viro docto nihil turpius quàm recitare. 30
Viſus & viſio idem. 1187
Vita vnde. 9
Vita cauſa finalis generationis. 746
Vitex ἄγνος. 26
Vitellum vnde. 646
Vitulus marinus. 17
Viuerra cuniculum conficit. 27
Vlciſci ab ἀλαλίσκειν.
Vlua vnde. 103
Vmbilicus an hominis ſit meditullium ex Vitruuio. 92
Vmbilici ſitus, & deſcriptio. 87. & ſeq.
Vmbilici partium minutarum nomina. 93
Vnde flatus matricis. 1202
Vnguis & eorum natura. 332
Vngulæ & earum natura. 333
Voces Galli, gallinæ, & galea vnde. 6
Vola quid. 104
Vola vnde. ibid.
Volares lapides vnde. 104
Volo. 538
Vorare quid, & vnde. 32
Vox anceps quæ. 107
Vox ſimilis vnde. 3
Vox eſt qualitas aëris eliſi. 486
Vox ſeries vnde. 312
Vndenam familiæ Porcelliorum. 177
Vrania Scaligeri mira. 545
Vrgere vnde. 721
Vri apud Terentium. 180
Vrina vnde. 33
Vrina ſanguinem ſupernatat. 6
Vrinatrix. 12
Vrſa quando egrediatur. 938
Vrſorum coitus & fœtus. 773
Vrticæ ſpecies, & natura. 461
Vrticæ viuunt in aqua. 14
Vſus in actione, non in poſſeſſione. 403

Victini fratres vnde 394
Vua quid 88
Vmbum vnde. 11
Vulpes nunquam relinquit mores. 83
Vulpes coitus ac partus 78
Vulua vnde. 140
Vultus quare duobus. 78
Vultus augustis insignia. 78
Vulturius Plauto quis. 170
Vultus solus hominis dicitur, & est habetus faciei voluntatem indicans. 64

X

Xerxes promontorium Athon perfodit. 383

Xiphias sparha

Y

Ydra
Yo quid.

Z

Ephyra
Zinziras
Zopyrus qui ratione.
Zygena pis

F I N I S.

Errata Typographica ſic corrigantur.

PAg.1. In dedicat. linea 5. eccini, celebrari. pag. 6. lin. 17. vndique. pag. 9. lin. 17. ſint, pro ſunt. Pag.2. linea 25. quare totùm habeat,&c. p.4. circa finē, comparata, diuerſa. p.7.l.pen.ſic interpunge, proportione, defectu,&c. pag. 11. l.19. vtrobique.l.pen.ſic interpunge, Theodorus:humoris &c.p.12.l.37. felis.p.13.l.20.quid ſit.p.16.l.11.αἰσθηθέντα,l.17.ead.lit.legendū, tantùm mutatur.p.19.l.29.admiſſa forma.l.43. εἰλιγξ.p.21.l.10. ἀχείμωτι.l.42.gregaléſque.p.22.l.39.ſic interpunge,ſubeunt,quatum &c.p.26. l.28. viticem, quem &c. p.27.l.10. barbagiam. p.30.l.25.ſic interpunge, φρυνίζειν: ſumma,&c. p.31, l.1.ἀναμιχθεῖς.p.32.l.20.ſic interpunge, hominis ſecundùm &c.p.33.l.6.χλιαρώς.p.38.l.1.explenit.p.39. l.33.πελάγη.Putant.p.45.l.6.εἶναι.p.46.l.21.κῦτος.l.38.Ligures,lege diuerſo charactere.p.56.l.23.παρέχουσι.l.38.terreſtrem. p.74.l.1. anfractuoſam.l.13.foramen. p.80.l.16.intergerini. p.87,l.2. igitur poſſint &c. l.32. ætate. p.94. l.30.οὐραῖος. p.97.l.4. τύπον. p.98.l.22. ἐπίσειον. p.99.l.12. à ſplene. p.103.l.5.κύβον.l.11.in fine dele,eſt,vt geminatum. p.106. à pollice ad &c. p.113.l.43. aliæ lineæ. p.161. l.15. attendenda. p.171. l.9.oſit,reſpiciens.l.11.poſterioribus.p.173.l.27.qua cum &c. p.174.l.24.rem Verbum.p.188. l.16.conſtipat.p.191.l.3.lege ſicut,& dele,&. p.197.l.8.χιμαιροδεσπότης. p.208.l.10. affixum. p.211. l.41. Ariſtoteles. p.216.l.10.quadrupedibus.p.220.l.19.antē.p.223.l.7. multiplicitate.p.226.l.6.circulo. p.134. l.13.directo.l.16.expetuntur. p.248.l.33. etiam nobis venantibus,catellum è &c. p.250.l.28.eſſe:habemus. p.254.l.vlt.vt quidam putant. p.255.texti,ad eam.l.28.non cadunt.l.36.Aruernis l.41.Siculi.p.259.l.28. martres. p.260.l.50.fœtidi fimi.l.55.reddita erinaceū. p.265.l.41.nomine:at. p.269.l.23.dele,eſt. p.279. l.9.idem. p.282.l.4.ac ſanè. p.284.l.14.bubonis ſpeciem. p.309.l.8.complura. p.315.l.1. indicium. p.320. l.14. χαυνόν. p.352.l.16.& captos.l.29.ſuffitum. p.354.l.15.etiam in. p.358.l.2.imprudenter. l.23.membranam. p.365.l.31.luxuriant. p.366.l.20.declaro : ſuapte natura. p.387.l.26.πῆξ. p.392.l.36. mulgendum ſtare. p.394.l.15.æſtum. p.409.l.7. nos non. l.21.qui etiam. p.411.l.23.philoſophi. p.424.l.3.minores. p.437. initio lege,quadruplex. p.441.l.1.ἴχαλον. p.447.l.8.aut nulla. p.454.l.19.echinos. p.407.l. 32.muſcarum ſunt.l.38.diſpaſſis. p.477.l.8. ad auditum. p.483.l.8.prætruncari. l.27.incenſu.l.39.aliam. p.485.l.35. vnguis.p.507.l.4.patella. p.513.l.29. Hippocratis Theſſali. p.515. l.19.in fine lege,plantæ.& l.31.initio,polypodium. p.531.l.25. ἀναπνεῖν. p.533.l.7.ὄνος.l.2.lat.os enim. p.534.l.2.ſepianare altera. p.537.l.32.quia vere redit calor. p.541.l.19.ſexue oua. p.54 . l.25. ieiuni capti. p.562.l.2. expunge,&,in fine. p.574.l.31.ἱππίζον). p.579. l.vlt. Toronenſes. p.582. l.22.at cætero corpore.p.583. l.9. relegens. p.586.l.7.propiùs terram. p.591.l.5. permittatur. l.35. præcipitis.p.601.l.2.πηλαμύδες. l.28.ſuperinſidet. p. 603. l. vlt. ventriculum frigidum.p.609.l.10. Latini. p.610. l.11. duos.l.33.fucus. p.615.l.vlt.ſtercus,dum fit. p.622.l.16.ἀθυμοῦσι.l.18.fœtura exitus. p.625.l.29.aſphodelum,fœnum Græcum. p.627.l.8.cimices vidimus. p.632. l.10. hærent maximè. l.17.nimis ſiccis. p.634.l.11.ἰουλ. p.638.l. 30. διχάζει parere. p.639.l.36.tranſmittere. p.645.l.1.ſemper. p.647.l.11. nunc. p.649. l.6. ardeo. l.15. eſſe. p.657.l.29.τοῦ ᾠοῦ.l.34.neſcio quam:ὃς ἐάν,ibid. p.662.l.3.τέτλαφας. p.667.l.32.quæ glande. p.672.l.1,quarto. p.673.l.7.tum vbi. l.22. quo de luteo. p.679.l.10.χόρον. p.688.l.21.λεπτότης. l.31.ἁλίσκονται). p.689.l.2. phoxinorum. p.695.l.19.τὸ ᾠόν. l.45. μεγ. p.698.l.14.ἀπόλλυ). p.699.l.17. magnitudine ſiue ouo,ſiue &c. p.700.l.30. eſt enim Narica. p.701.l.16. trabeis. p 706. l.14. geſtatione. p.709.l.37. non longè abeſt. p.713. l.29.coracinorum. p.719.l.2.inueſtigationem. p.722. in fine lin.vlt.dele,sem. p.723. l.7. ἀπόλλυται). l.8. ἀποπλανηθῶσιν.l.14 Ἡ ἀνέμα. p.750.l.10.menſe quadrageſimo. 762. l.21. ex equa. p.775. l.24. hiſtoriam. p.808.l.46. papuláſque ciet. l.44 vtrinſque. p.872.l.vlt. aut cucurbitam. p.877. l.10.concipillas. p.888.l.5. verſicoloribus. p.895.l.17 vncungues. p 899.l.12.cornutis. p.901.l.4.externis p.902.l.27. aduerſam enim aquam,l.34.quadam,ſed per:quare, &, abundat. p.915.l.23.reſpondet. p.938.l.7.hoc verò. p 941.l.11.maxima. p.950. l.17.conſtat. p.961.l.6. βράγχος. p.1003. l.6. propterea. p.1008. l.9.litteráque halcyonem. p.1027.l 25. ſolertia. p.1034. l.20. parit perdix. p.1041.l.9. plateam. p.1046.l.15. ἄνδρες δέ. p.1048. l.33. excauent. l.35.ὕπνον. p.1049.l.6. alnum. p.1053. ægitho. p.1061.l.13.tricas. p.1074.l.16.& fruſta. p.1078. l.39. lacrymârint. p.1119. l.7. neglecta ἰμβόος. p.1126. l.13. mihi pater. p.1128. l.21. hirſutiæ. p.1130. l.20. ἰχθυοειδῶν. p.1146 l.5 tranſit. p.1183. l. 31. iacta eſt alea. p.1185.l.penult. deberi. p. 1189. l. 13. quoniam. p. 1215.l.9. vehementer. p. 1219.l.5. vtitur. p. 1233. l. 4. legas, locorúmque difficiliū. l.28.dele, re. Hæc & ſimilia menda Typographo condona,beneuole Lector:docti eſt corrigere,typographi errare.

image
not
available

EXCVSVM TOLOSÆ,
apud RAYMVNDVM COLOMERIVM,
Regis & Vniuerſitatis
Typographum.

M. DC. XIX.

Digitized by Google

S. N. V-1.

Digitized by Google